Digitized by Google

Bibliotheca S. J.
Les Fontaines
CHANTILLY

O 211-5

Ho 8/117

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

mills page 147 Torre 852

Cœnobia Anglicana

ORDINIS

S. AUGUSTINI.

Digitized by Google

Digitized by Google

Monastici Anglicani

VOLUMEN ALTERUM,

DE

CANONICIS REGULARIBUS Augustinianis,

SCILICET

Hospitalariis, Templariis, Gilbertinis, } { Præmonstratensibus, & Maturinis sive Trinitarianis.

CUM

APPENDICE

Ad Volumen Primum de Cœnobiis aliquot *Gallicanis*, *Hibernicis*, & *Scoticis*: Necnon quibusdam *Anglicanis* antea omissis.

A Primordiis ad eorum usque Dissolutionem,

Ex *M. SS.* Codicibus ad Monasteria olim Pertinentibus;

ARCHIVIS

Turrium *Londinensis*, *Eboracensis*; Curiarum Scaccarii, Augmentationum;

BIBLIOTHECIS

Bodleianâ, *Arundellianâ*, *Cottonianâ*, *Seldenianâ*, *Hattonianâ*, aliisque digestum

Per { ROGERUM DODSWORTH *Eboracensem*, GULIELMUM DUGDALE *Warwicensem*.

LONDINI,

Typis ALICIÆ WARREN, anno Domini MDCLXI.

Digitized by Google

Digitized by Google

HOSPITALARIORVM Militum S^t IOH: HIEROSOL:
Domus olim excelsæ in suburbio civitatis LONDIN:
portæ Australis à Circio prospectus.



Prædictæ Domus à retro ab E



Ejusdem Domus *quanti nunc superest* cum occidentali Capellæ facie ab Affrico prospectus



aro aquilone prospectus,

Serenissimo, potentissimoq; Principi

CAROLO IJ^do;

Dei gratiâ, *Angliæ, Scotiæ, Franciæ* & *Hiberniæ*

Regi, Fidei Defensori, &c.

HIstoriam (*Regum Serenissime*) *Temporis testem, cum aliis encomiis Orator ille* Romanus *nuncupavit; quo titulo certè opus hoc quale quale, ut meritò gauderet apud justos rerum æstimatores, non potest non justum videri; in quo pietatis antiquioris Monumenta sacra Cœnobitica, ab Ecclesiæ Christianæ incunabulis, apud nostrates* Britannos, *maturè admodum satæ, Christianitatis nimirum ipsius infantiâ, in Avorum nostrorum usq; sæculum, perl ngâ deductâ serie, in lucem publicam, quantum per temporum injurias, Sacrilegiiq;* Cromwelliani, *tam prioris quàm nuperi, facinora nusquam non detestanda, deploranda, fieri potuit, producuntur. Ter decimus jam, ultráq; elapsus est annus, ex quo cœptum est hoc institutum, Majestatis tuæ (beatæ memoriæ) patri piissimo, clementissimo, quum completum foret, humiliter præsentandum, ut mihi, illud colligenti, summè in votis fuit. Illius Majestatis serenissimæ,*

ſicut jam Tuæ, patrocinium hinc-inde, ut demiſſè peterem, non ſolum officii mei ratio, quo Majeſtati tuæ debitiſsimè devinctus ſum; verum-etiam (arbitris omnibus æquâ lance hoc perpendentibus) æquitatis jus vel æquiſsimum poſtulavit, quum fuit ille, ſicut impræſentiarum es Tu ipſe, piorum illorum, non ſolum ſtirpis Normannicæ, *ſed anteriorum etiam Regum, qui celeberrima atq; antiquiſsima in Regno iſto fundarunt, dotarunt Monaſteria; illorum ſciliet, tam pietatis quàm virtutis, æquè atq; Regnorum ſuorum lineâ rectiſsimè deſcendenti, hæres proculdubio apertiſsimus; ex quorum quidem Archivis, Chartiſq; dotalibus publicis, maximam partem digeſta & deprompta eſt hæc collectio. Propoſitum verò meum differebatur graſſante nupero illo inteſtino exitiali & nefando apud Nos bello, quùm ſacra profanis commixta, juſque, ordo, ſi non commercium, civile, humanum ſuſq; deq; habita, quaſi chaos redivivum nuſquam non minitantia, licet ſtupendioſè, hypocriticè, reformandæ Eccleſiæ, Sacræq; perſonæ Regis tutandæ, ergo larvatìm inſtituta fuit, Conjuratio illa in omne ævum horrenda, quæ Regem ſacratiſsimum, Martyrem glorioſiſsimum, parricidio barbaro maximè abſtulit; Eccleſiamq; pœnè dixeram fidem Chriſtianam, tantùm non exinanivit, exterminavit.*

Hiis ritè penſatis, humiliores ardentioreſq; Deo opt. max. reddendæ ſunt gratiæ, qui Majeſtatem tuam, tanquam torrem ex igne ereptum, ſuperatis omnibus & devictis periculis & diſcriminibus extremis, illæſam, Noſtri & univerſi orbis Chriſtiani bono publico & gaudio ſummo conſervavit, Thronoq; Majorum tuorum jure hæreditario ſacrato Tibi exoptatiſsimè in pace & gloriâ reſtituit.

Ego quidem alterum hoc volumen, quod jam prodit, unà cum priore, tantæ Majeſtati fœliciſsimè reduci, veniâ tuâ gratioſâ admodùm impetratâ, quod præſentare & dedicare, debitâ cum humilitate, potis ſum, ſummæ miſericordiæ loco, mihi clementiâ divinâ indultæ habeo: Tibi igitur, qui ſicut Lucius *Rex, qui fidem Chriſtianam in hoc regno publicè omni-*

um

um Regum noſtrorum primus ſtabilivit, hujus Regni, ſi non omnium per orbem terrarum Regum, primus Rex Chriſtianus; ſic Tu Fidei verè Chriſtianæ nuper intra ditiones tuas concuſſæ quaſſatæ nimis, Eccleſiæq; noſtræ Catholicæ & Apoſtolicæ, profligatæ & peſſundatæ, inſtaurator & aſſertor, meritiſsimè audis, oppellam hanc dicari & dedicari, quatenus digneris, humillimè obteſtor; ſpe certâ fretus Majeſtatem tuam, tanti Patris filium, Regii ſtemmatis titulo, qui Fidei vindicias *profiteris, Eccleſiam* Anglicanam, *nuper tanquam Pelicanus in Eremo deſertam, nudatam, & maceratam, juraq; & Patrimonium ejus, tanquam* Conſtantinus *alter, adverſùs viperinam illam Sacrilegorum generationem, qui pietatis ſimulatæ, duplicis nempè iniquitatis prætextu, Sacra devorare geſtiunt, & lucri loco habent, defenſuram & patrocinaturam ſemper: Sic faciendo quod deſiſtas nunquam, ſupplex ſemper Gratiæ thronum precibus ſuis invocabit*

Sereniſsimæ Majeſtati Tuæ,

ſummâ Fide deditus & devotus

ſubditus & ſervus tuus

GULIEL. DUGDALE.

DE CANONICORUM ORDINIS ORIGENE.

Rod. Hospin de orig. et progressu Monachatus impr. Tiguri 1588. fol. 71.b.

ERant ab initio Ordines Monachorum & Clericorum prorsus distincti: Monachus enim (ut inquit *Hieronymus*) non docteris, sed plangentis officium habet. A viris autem religiosis & piis ad Monasticæ vitæ imitationem, etiam *Presbyterorum* & *Canonicorum* Collegia instituta sunt, in quibus Clerici Ministeriis Ecclesiæ initiati ac destinati, & Presbyteri in Ecclesiæ Ministerio jam constituti, ad certam & præscriptam Regulam vitam agerent, quæ quamvis Monastica illa paulò fuerit liberior, tamen etiam certis Legibus & Canonibus adstringebantur, unde & vita illa *Canonica*, & qui eam profitebantur *Canonici* dicti sunt, ipsorumque Collegia, *Monasteria* quoque dicta fuerunt: quod nomen adhuc in celebrioribus nonnullis Collegiis retinetur, ob eamq; causam in antiquioribus Conciliis Monasteria Monachorum & Clericorum memorantur: atque his præerant Episcopus, ut illis Abbas: hodie tamen Episcopi loco *Præpositum* habent.

Canonicorum Collegia quare instituta.

De auctore hujus instituti variæ proferuntur variorum sententiæ. *Thomas Aquinas* secunda secundæ, quæstione 88. comprobare nititur, Apostolorum esse inventum: inquit enim inter alia, Apostoli post Ascensum Christi in Cœlos, in monte Sion, de genere vitæ deliberantes, communia inter se omnia, ac tria vota coram Deo statuerunt: sicut etiam refert *Polydorus* lib. 7. cap. 3. *de Invent.* His autem paucissimis *Thomæ* verbis duo falsissima insunt. Primum est, quòd dicit Apostolos post ascensionem Christi de novo quodam vitæ genere deliberasse. Alterum, quòd ait, Apostolos tria vota instituisse. De his enim ne vestigium quidem ullum apud Evangelistas extat: quorum concors est sententia, Apostolos mox post Ascensionem Domini rectà reversos *Hierosolymam*, fuisse semper in templo laudantes & benedicentes Deum. De novo quodam vitæ genere, & tribus votis ab se institutis, nulla prorsus fit mentio. Hoc igitur (ut inquit D. *Hieronymus*) quia de Scriptura sacra non habet authoritatem, eadem facilitate contemnitur, qua probatur. Deinde, nemini dubium esse debet, quin Apostoli id vitæ genus ingressi sint quod ipsis erat à Christo præscriptum, qui dixit, *Profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti: docentes eos servare omnia quæ mandavi vobis*, *Matthæi* vigesimo octavo. Hanc regulam sequutos esse Apostolos *Marcus* 16. cap. testatur, qui dicit: Illi egressi prædicarunt ubiq;, &c. Tertiò adversatur *Thomas* eorum sententiæ, qui S. *Basilium* trium Monasticorum votorum authorem faciunt.

De origine Canonicorum variæ sententiæ.

Thomæ Aquinatis error.

Alii igitur hujus Canonicæ vitæ initium ad *Urbanum* 1. Romanum Pontificem referunt, qui floruit circa annos Christi 230. ideo, quòd is constituisse legitur, ut ex prædiis & bonis matricibus Ecclesiis collatis, Episcopi omnes communem vitam degere volentibus,

cuncta necessaria subministrent: sicut legitur in Decretali 1. *Urbani.*

3 Nonnulli D. *Augustinum* hujus instituti præcipuum authorem faciunt, qui cum cœtum quendam piorum virorum congregasset, qui extra urbem & turbas hominum pietatem exercerent, factus Episcopus, intra Episcopium Monasterium quoq; Clericorum & Presbyterorum, cum quibus communiter viveret, instituisse legitur. Refert equidem *Possidonius* de S. *Augustino* hujuscemodi quid in vita ejus: sed ratio illa *Augustini* vivendi cum Clericis longè alia fuit quàm hodie Canonicorum sit: nullis enim votis illi obligati erant ut hi sunt, neque etiam eo vestitu usi leguntur quo hodie utuntur. Adhæc longè fuit aliud illorum officium quàm horum sit nostra ætate. Nam quum probè illi in honestis disciplinis & sacrarum literarum arcanis instituti fuissent, ad Ecclesiastica munia promovebantur, & vel Ecclesiam docendo cum Episcopo in commune regebant, ut qui veluti Collegæ ejus essent in munere pastorali, vel ipsi ad Episcopatus dignitatem evehebantur: hi verò docendi munere prorsus neglecto abjectoque, si tantum in Choro (unde & Chorherren Germanicè, quasi Chori Domini, vocantur) constitutis horis cantillent, & nescio quas preculas demurmurent, tum demum egregiè se suo officio perfunctos arbitrantur.

4 *Onuphrius Panuinius* in suis ad *Platinam* annotationibus, indicat ex Archivis Ecclesiæ *Lateranensis*, *Gelasium* 1. Papam circa annum 495. Canonicos Regulares Ordinis Sancti *Augustini Laterani* primùm collocasse. Crediderim ergo hunc *Gelasium* horum Canonicorum esse authorem, & ad hoc exemplum mox alibi quoq; in majoribus Ecclesiis eos institutos esse: de quo tamen alii judicent. Fuit certè hic *Gelasius* idololatriæ egregius architectus, & Ceremoniarum cumulator, ut in vita ejus indicatur.

5 De Origine hujus Ordinis ita scribit *Sabellicus* Enne. 9. lib. 9. In hæc, inquit, tempora, quibus nimirum schisma ingens erat inter *Benedictum* 13. *Gregorium* 12. & *Alexandrum* 5. reponit Canonicorum Regularium ortum *Philippus* Eremitanus apud *Frisonariam Lucensis* agri oppidum. Sed hujus fidem elevat inveterata contentio de Eremitanæ & Canonicæ familiæ ortu, utraq; suam ad *Aurelium Augustinum* referens originem. Potuit igitur instauratio esse verius quàm origo. Hæc *Sabellicus.*

Cranzius lib. 4. cap. 37. Metrop. indicat, Ordinem hunc sub *Ivone Carnotensi* Episcopo reflorere cœpisse circa annum 1080. *Vincentius* in *spec. hist.* lib. 26. cap. 51. & *Antoninus* tit. 15. cap. 17. indicant hoc factum saltem in Ecclesia S. *Quintini Beluacensis*, sub *Ivone* ejusdem Ecclesiæ Præposito, postea verò *Carnotensi* Episcopo, *Panuinius* in Chron. ait, hunc Ordinem in Galliis esse ab *Ivone* restitutum. *Gilbertus* verò Cognatus *Narat.* lib. 3. refert, in doctorum hominum locum, quorum Collegia *Basilius* & *Augustinus* instituerint, Canonicos Regulares successisse anno Domini 1080. sub *Ivone*, & postea reformatos anno 1380.

Baleus

Digitized by Google

Balæus Centuria 1. Scriptorum Britannicorum indicat sectam Canonicorum à *Berino* circa annum Domini 636. in *Angliam* primùm esse propagatam: & addit, hanc sectam unum ex duobus bestiæ cornibus fuisse, quod mendacibus signis Antichristum ad stellas extulerit, juxta id quod extat *Apocal.* 13. Canonici quando primum in Angliam venerint.

Hæc autem vita Canonica cum paulatim laxari & solvi cœpisset, in Concilio *Moguntino* anno 813. sub *Carolo* celebrato, Canonici ad ejus observationem revocati sunt, cap. 9. enim leges Canonicæ vitæ breviter comprehenduntur: ut Canonici Clerici Canonicè vivant, observantes divinam scripturam & doctrinam, & documenta sanctorum Patrum: nihilq; sine scientia Episcopi sui vel Magistri agere præsumant: & ut simul dormiant ac manducent, ubi facultas hoc faciendi suppetat, & in suo Claustro maneant. Hinc *Trithemius* in Chronico *Hirsaugiensi* fol. 41. refert, in Cathedralibus Ecclesiis hanc fuisse Canonicæ vitæ antiquam institutionem, ut Canonici in commune viverent, unam habentes mensam, unam bursam, unumq; commune dormitorium. Cum verò hæc *Caroli* constitutio fortassis minus proficeret, in conventu *Aquisgranensi* sub *Ludovico* 1. Imp. mandatum fuit, ut liber conscriberetur, in quo accuratius & copiosius ex scriptis potissimum sanctorum Patrum, tota ratio Canonicæ vitæ descripta esset: missusq; fuit liber ille per Civitates & Monasteria Canonici Ordinis, & vitam illam profitentibus injunctum, ut quæ præciperentur in illo fideliter custodirent & servarent: imprimisq; ut abjicerent succrescentem pompam in auro & argento, inq; pellibus varii generis magniq; precii: quæ res jam tum per *Galliam* & *Germaniam* excreverat in abusum maximum. Canonici retormati.

De iisdem Canonicis præcipitur in Synodo *Educensi* circa annos Domini 1083. ut nullus Abbas vel Monachus ipsos à proposito professionis Canonicæ revocare, & ad Monasticum habitum trahendo suscipere audeat, ut Monachi fiant, quamdiu Ordinis sui Ecclesiam invenire quiverint, Quod si temerario ausu id agere tentaverint, anathemate feriuntur. c. 19. q. 3. In quam sententiam etiam *Urbanus* 2. Papa mandavit, & universaliter interdixit, ne quis Canonicus, nisi publicè lapsus fuerit, Monachus efficiatur: Si contra egerit, ad Ordinem redeat, & deinceps memorialem cucullam deferat, ultimusq; in choro maneat: ibidem. Si tamen hoc fecerit cum Patris & totius congregationis licentia, licet ex ejusdem *Urbani* ad Abbatem S. *Ruffini* concessione: ibidem. In *Colonienſi* Synodo anno 1260. celebrata, sancitur, Can. 7. Ne Canonici frequenter extra immunitatem Ecclesiarum suarum comedant aut dormiant. Et cap. 9. Si quando per vicos Civitatis aut plateas incedant, ita decenter in habitu vestimentorum incedant, sicut ab antiquâ consuetudine observatum sit. Canonicus non debet fieri Monachus.

Progressu verò temporis affluentibus divitiis, & religiosis laicis Ecclesiarum patrimonia supra quàm credi possit locupletantibus, vetus Canonicorum disciplina penitus collapsa & conculcata est. Religio

ligio enim ubi peperit divitias, mox filia devoravit matrem: id est, opes pepulere pietatem & induxerunt luxum. Neglecta autem pietas errori locum aperuit, error verò omnia superstitione opplevit, superstitio bonas literas oppressit, proq; his barbariem plantavit. Luxus pauperibus valedicere, egenos negligere, equisones & canum magistros conducere, palatia extruere, aulas regias instruere, Alcinoiq; hortos adonare docuit.

Canonici regulares quando orti.

Cum igitur illorum vita longissimè sic à Regula deflexisset, ipsiq; jugum omne excussissent, & veterum constitutionum repagula perfregissent, in eorum locum successit Canonicorum aliud genus, qui cum Regulæ præscriptum propius sequerentur, Canonici Regulares dicti sunt, ad quorum differentiam illi regulæ desertores, absurdo & monstroso nomine Canonici Seculares, hoc est, Regulares irregulares dicti sunt. Quo tempore autem hæc irregularitas per *Germaniam* cœperit, *Tritthemius* indicat in Chronico *Hirsaugiensi* fol. 46. ubi inquit: Anno 977. Canonici *Trevirenses* majoris Ecclesiæ abjecta regulari vita, desierunt esse Regulares, & facti sunt nomine & re Seculares. Quorum exemplo Canonici quoq; S. *Paulini Treviris*, S. *Castoris Confluentiæ*, item *Moguntinenses*, *Vuormatienses*, *Spirenses* & complurium aliarum Ecclesiarum diversis temporibus regularitatem abjecerunt. Non injuria autem *Albertus Cranzius* lib. 3. cap. 15. & lib. 7. cap. 50. Metrop. Canonicum Secularem vocat monstrum sine exemplo: Regularem sine regula: Canonicum sine Canone.

Canonici Seculares qui, & quando cœperint.

Canonicorum Ordo restauratus.

Cùm itaq; post annos Domini 1300. hic Ordo penè interisset, rursus instauratur, & in plures familias diducitur circa annos Christi 1380. ut *Antoninus* refert tit. 15. cap. 17. eo enim tempore exorta est congregatio Canonicorum Servatoris, quæ & *Scopetina* nuncupatur: alia item *Frisonaria*, quam & *Lateranensem* appellant. Tertia D. *Gregorii Venetiis* in *Alga*, ut *Polydorus* indicat lib. 7. cap. 3. de quibus & nos in Classe quarta plura dicemus.

Vestitus Canonicorum.

Vestitus Canonicorum est tunica candida, cum linea toga, sub nigro pallio: tegumentum à scapulis impositum, cervicem totumq; contegit caput, præterquam à fronte, ut testantur *Sabellicus Enne.* 7. lib. 9. & *Polydorus Virgilius* lib. 7. cap. 3. Et in *Senonensi* Synodo cap. 22. sancitur, ut Canonici Regulares tam intra quam extra Monasteria super veste exteriori togam lineam ferant. *Volateranus* lib. 21. *Anthr.* de vestitu eorum ita scribit: Amictus est, inquit, linea tunica tantum, veste cujuscunq; superaddita, quam *Jacobus* Apostolus præsul *Hierosolymitanus* primus ex more Levitico veterumq; sacerdotum sibi assumpsit: post eum *Marcus Alexandriæ*. Posteri verò diversis inter se factis conciliabulis, alii alia simul cum lineis indumenta corripuére, statutaq; condidere.

Canonicorum Ordinis incrementa & propagatio.

Sabellicus *Ennead.* 7. lib. 9. ait, quæ intra extraq; Italiam sortiti sint Canonici loca, aut quantus sit hodie initiatorum numerus, neq; ipsos scripsisse, nec se alioquin scriptum reperisse. *Volateranus* autem lib. 21. *Anthrop.* affirmat, Ordinem hunc habuisse olim in Europa Cœnobia 4555. in *Italia* 700. hodiè autem vix 60. ibi habere. Pontifices Maximos 36. Cardinales 300. Sanctos viros, seu in Catalogum sanctorum relatos ad 7500.

REGU-

REGVLA PRIMA, QVAM DIVUS

PATER AVRELIVS AVGVSTINVS FRATRIBVS, seu Monachis, qui simul & communiter vivere spopondissent, præscripsisse dicitur.

CAPUT I.

COMMUNI *diffinitione decrevimus apud nos, quòd nunquam postmodùm ab aliquo poterit infringi. Residentibus in monasterio in nomine Domini nostri Jesu Christi, omnibus placuit, secundùm Apostolicam traditionem, unum sentire in Domino, & communiter possidere, sicut scriptum est: Unum sentite in Domino, Et nemo quidem proprium vendicet quicquam, sed sicut scriptum est in Actibus Apostolorum:* Habentes omnia communia, nemo quicquam esse suum dicebat, quod à nobis scriptum est. *In Domino ergo jure observationis nos teneamus, quoniam in lege scriptum est:* Qui perseveraverit usq; ad finem, hic salvus erit. *Ib. fol. 213. a.* Act. 2. & 3. Mat. 10. & 24.

CAPUT II.

SI quis autem venire desiderat ad congregationem fratrum, qui unum esse videntur: non ignoret Evangelicum dictum, quod dixit: Vendat omnia sua, & eroget egenis & pauperibus. *Et iterùm:* Abneget semetipsum sibi, & tollat crucem suam, & sequatur me. *Et ne tractet in corde suo de victu aut vestitu, & cæteris quæ necessaria sunt corpori, ipso Domino præmonente in Evangelio & dicente:* Nolite cogitare, dicentes, quid edetis aut quid vestiemini? hoc enim gentes cogitant. Scit pater vester, quia horum omnium indigetis. Quærite primùm regnum Dei, & justitiam ejus, & hæc omnia apponentur vobis. Matth. 19. Luc. 9. Matth. 6.

CAPUT III.

VEruntamen antequàm statuat esse in monasterio, probet propositum fratrum, atq; exemplum, & ipsi probentur in omni conservatione ab illo, qui Prior est, & cæteris consentientibus propter illud, quod scriptura docet & admonet, dicens: Amicum noli citò comprobare.

CAPUT IV.

SEd si contigerit ut aliquis ex qualibet causa necessitatis, à monasterio fuerit abstractus: ne vel mente concipiat, secum aliquid ferre de his omnibus, quæ in monasterio fuerunt: sive etiam quæ secum aliquando attulerat, sive ea quæ cum fratribus acquisierat: quia certum est, fratres nihil habere, possidere, dare vel accipere debere, sine superioris licentia. Quòd si propinquus vel amicus, vel quilibet fratrum aliquid offerre voluerit, primò quidem Priori insinuetur, & sic suscipiatur, si ipse mandaverit: de quo tamen nihil fiat aliud, nisi quod Priori placuerit vel permiserit: quoniam valdè verendum est, ne sibi eveniat quod scriptum est: vir mutabilis in lingua, incidit in mala. *Et istum, ut nullam de fratribus secum provocet: nè magis destructor quàm ædificator monasterii videatur, propter id quod scriptum est:* Qui non est mecum, contra me est: & qui mecum non congregat dispergit. *Et quicunq; provocatus ab aliquo, de monasterio voluerit abscedere, aut indicet Præposito: cui utiq; de his, quæ in communi decrevimus, nihil esse censeo subtrahendum: quia scriptum est,* Pacifici sint tibi multi: sed unus ex mille, sit tibi consiliarius. Proverb. 13. Matth. 12. Eccles. 6.

CAPUT V.

IGitur hæc quæ scripta sunt, cum summa diligentia observanda sunt à Præposito usq; ad omnes fratres. Et si quis ab aliquo doctrinam audiverit, præterquam in monasterio consecutus est ab eo, cui se credidit: hanc autem suscipiat, & eam non subtrahat, doctori: quia scriptum est, Omne quod manifestat, lux est. Si enim bona fuerit, collaudanda est: si verò prava, reprobanda,

CAPUT VI.

De his autem fratribus, qui in unitate consistunt: si quis subitò adversus Præpositum altercatus fuerit, non solùm semel, sed secundo & tertio, ut Evangelium docet, licet exorare. Si autem noluerit se emendare, ille cui injuria irrogata est post pœnitentiam vel secundam correctionem, quæ non revocaverit, contumacem denunciet & illud Præposito: ne per taciturnitatem ille & frater suus periclitetur, sicut Solomon *ait: Qui occultat inimicitiam instruit dolum.*

CAPUT VII.

Si verò, ut fieri solet, incursio repentina supervenerit, aut hostilitas: ut impossibile sit, fratribus in unum fugam petere propter insecutionem inimicorum, & postmodum Deo favente evaserint, & potuerint pervenire, ubi Præpositum esse cognoverant, velut filii ad patrem festinare debebunt. Nec ullo modo poterunt separari, quos divina charitas sociavit, quia
1. Joan. 4. *scriptum est:* Perfecta dilectio foras mittit timorem.

CAPUT VIII.

Si quis autem, quod superius diximus, causa necessitatis detinet id, quod à Monasterio secum portavit: necesse habebit, ubi Præpositus suus est, illud proferre: quia non poterit sibi retinere, quod per pactum ad omnes pertinet, & Deo utiq; est consecratum. Sed
Rom. 12. *si cogitaverit de his aliquid retinere, contra dictum Apostoli agere videtur, qui ait:* Nemini quicquâm debeatis, nisi ut invicem diligatis vos.

CAPUT IX.

Omnia quæ in isto libro continentur, omnes fratres observent, atq; se subscribant, qui boni esse desiderant. Verùm propter illos hæc sunt cauta, id est, scripta, qui in omnibus stabiles esse noscuntur.

D. PATRIS AURELII AUGUSTINI REGULA secunda, Confratres & monachos de modo ac tempore orandi, psallendi, legendi, operandi, vivendi & conversandi, instruens.

CAPUT I.

Ante omnia, fratres charissimi, diligatur Deus: deinde proximus. Qualiter autem oporteat nos orare, vel psallere, describimus; id est, In matutinis *dicantur Psalmi octuaginta octo cum debitis antiphonis, versibus, & responsoriis. Ad* primam *& tertiam dicantur sui Psalmi, antiphonæ duæ, lectiones duæ. Simili modo ad* sextam *& nonam dicantur sui Psalmi, cum debitis responsoriis, & antiphonis. Hoc idem in* vesperis *& completorio servetur. Ad* lucernarium *autem Psalmus unus, responsorium unum, tres antiphonæ, lectiones tres. Et opportuno post* lucernarium, *omnibus sedentibus, legantur lectiones. Nocturnæ autem lectionis mense* Novembri, Decembri, Januario *&* Februario, *antiphonæ duodecim Psalmi sex, lectiones tres:* Martio, Aprili, Septembri, Octobri, *antiphonæ decem, Psalmi quinque, lectiones tres:* Maio, Junio, Julio, *&* Augusto, *antiphonæ octo, Psalmi quatuor, lectiones duæ.*

CAPUT II.

Operentur à manè usq; sextam, & à sexta usq; ad nonam *vacent lectioni: & ad* nonam *reddant codices. Et postquam refecerint, sive in horto, sive ubicunque fuerint, faciant opus usque ad horam lucernaris. Nemo sibi aliquid vendicet proprium, sive in vestimento,*

mento, sive in quacunq; re. Apostolica enim vita optamus vivere. Nemo cum murmure aliquid faciat, ut non simili judicio murmuratorum pereat. Act. 2. & 4. *Fideliter obediant: hi patrem suum post Deum honoraverunt: præposito suo deferant, sicut decet Sanctos. Sedentes ad mensam taceant, audientes lectiones: Si autem aliquid opus fuerit, Præpositus eorum solicitus sit. Sabbato & Dominica, sicut consuetudo est, qui volunt vinum accipiant.*

CAPUT III.

SI opus fuerit ad aliquam necessitatem mitti, duo eant. Nemo extra Monasterium sine præcepto manducet, neque bibat. Non enim hoc ad disciplinam pertinet Monasterii. Si opera Monasterii mittantur fratres vendere solicitè caveant, ne quid faciant contra præceptum, scientes, quoniam exacerbant Dominum in sanctis suis. Si aliquid emant ad necessitatem Monasterii, solicitè & fideliter, ut servi Dei, agant.

CAPUT IV.

OCiosum verbum apud illos non sit. Manè ad opera sua sedeant: post orationem tertiè eant ad opera sua: non stantes fabulas contexant, nisi fortè aliquid sit pro utilitate animæ: sedentes ad opera taceant: nisi necessitas operum exigeret, ut loquatur quis.

CAPUT V.

SI quis autem non omni virtute, adjuvante misericordia Dei, hæc conatus fuerit implere, sed contumaci animo despexerit: semel atq; iterum commonitus, si non emendaverit, sciat se subiacere disciplinæ Monasterii sicut oportet. Si autem talis fuerit ætas ipsius, vapulabit: Hæc in nomine Christi fideliter & piè observantes, & vos proficietis, & nobis non parva lætitia erit de vestra salute. Hæc sunt, quæ ut observetis, præcepimus in Monasterio constituti.

D. PATRIS AURELII AUGUSTINI *REGULA* tertia, in qua latius tradidit ea, quæ ad communem Clericorum vitam pertinent: quæ à nonnullis inter sermones de communi vita Clericorum enumeratur.

ANte omnia, fratres charissimi, diligatur Deus: deinde proximus, quia ista præcepta sunt principaliter nobis data. Hæc igitur sunt, quæ ut observetis, præcipimus in Monasterio constituti. Matth. 22.

CAPUT I.

PRimum propter quod in unum estis congregati, ut unanimes habitetis in domo, & sit vobis anima una & cor unum in Deo. Et non dicatis aliquid proprium, sed sint vobis omnia communia. 12. q. 1.

CAPUT II.

ET distribuatur unicuique vestrum à Præposito vestro victus & tegumentum: non æqualiter omnibus, quia non æqualiter valetis omnes: sed potius unicuique, sicut cuique opus fuerit. Sic enim legitis in Actibus Apostolorum: Quia erant illis omnia communia, & distribuebatur unicuiq; sicut cuique opus erat.

CAPUT III.

QUi aliquid habebant in seculo, quando ingressi sunt Monasterium, libenter velint illud esse commune. Quia autem non habebant, non ea quærant in Monasterio, quæ nec foris habere potuerunt.

CAPUT

CAPUT IV.

Sed tamen eorum infirmitati, quod opus est, tribuatur: etsi paupertas eorum, quando foris erat, nec ipsa necessaria, poterat invenire. Tamen non ideò se reputent est felices, quia invenerunt victum & tegumentum, quale foris invenire non poterant: nec erigant cervicem, qui sociantur eis, ad quos foris accedere non audebant, sed sursum cor habeant, & terrena vana non quærant: nec incipiant esse Monasteria divitibus utilia, non pauperibus: si divites illic humiliantur, & pauperes illic inflantur.

CAPUT V.

Rursus etiam illi, qui aliquid esse videbantur in seculo, non habeant fastidio fratres suos, qui ad illam sanctam societatem ex paupertate venerunt. Magis autem studeant non de parentum divitum dignitate, sed de pauperum fratrum societate gloriari. Nec extollantur, si communi vitæ aliquid de suis facultatibus contulerunt: nec de suis divitiis magis superbiant, quia eas in Monasterio partiuntur, quàm si eis in seculo fruerentur. Alia quippe quæcunque iniquitas in malis operibus exercetur, ut fiant: superbia verò etiam bonis operibus insidiatur, ut pereant. Et quid prodest dispergere dando pauperibus, & pauperem fieri, cùm anima miseria superbior efficitur divitias contemnendo, quàm fuerat possidendo.

CAPUT VI.

Omnes ergo unanimiter & concorditer venite, & honorate in vobis Deum invicem, cujus templa facti estis.

CAPUT VII.

Orationibus instate horis & temporibus constitutis.

CAPUT VIII.

In Oratorio nemo aliquid agat, nisi ad quod factum est, unde & nomen accepit: ut si forte aliqui etiam præter horas constitutas, si eis vacat, orare voluerint, non eis sint impedimento, qui ibi aliquid agendum putaverint.

CAPUT IX.

Psalmis & hymnis cùm oratis Deum, hoc versetur in corde, quod profertur in voce.

CAPUT X.

Et nolite cantare, nisi quod legitis esse cantandum. Quod autem non ita scriptum est ut cantetur, non cantetur.

CAPUT XI.

Carnem vestram domate jejuniis & abstinentia escæ, quantum valetudo permittit:

CAPUT XII.

Quando autem aliquis non potest jejunare, non tamen extra horam prandii aliquid alimentorum sumat, nisi cum ægrotat.

CAP.

Digitized by Google

CAPUT XIII.

Cum accedetis ad mensam, donec inde surgatis, quod vobis secundum consuetudinem legitur, sine tumultu & contentionibus audite: ne solæ vobis fauces sumant cibum, sed & aures esuriant Dei verbum.

CAPUT XIV.

Qui infirmi sunt ex pristina consuetudine, si aliter tractantur in victu, non debet aliis molestum esse, nec injustum videri, quos fecit aliqua consuetudo fortiores. Nec illos fœliciores putent, quia sumunt quod non sumant ipsi: sed sibi potius gratulentur, quia valent, quod non valent illi.

CAPUT XV.

Etsi eis, qui venerunt ex moribus delicatioribus ad Monasterium, aliquid alimentorum, vestimentorum, operimentorum datur, quod aliis fortioribus, & ideo felicioribus, non datur: cogitare debent quibus non datur, quantum de sua seculari vita illi ad istam descenderint, quamvis usque ad aliorum, qui sunt corpore firmiores, frugalitatem pervenire nequiverint, nec debent vbele omnes, quod paucos vident amplius, non quia honorantur, sed quia tolerantur, accipere: ne contingat detestanda pervisitas, ut in Monasterio, ubi quantum possunt, fiunt divites laboriosi, fiant pauperes delicati.

CAPUT XVI.

Sant quemadmodum ægrotantes necesse habent minus accipere, ne graventur: ita post ægritudinem sic tractandi sunt, ut citius recreentur, etiamsi de humilima seculi paupertate venerunt, tanquàm hoc illis contulerit recentior ægritudo, quod divitibus anterior consuetudo.

CAPUT XVII.

Sed cum vires pristinas reparaverint, redeant ad feliciorum consuetudinem suam, quæ famulos Dei tanto amplius decet, quanto minus indigent: ne cibi eos teneat voluptas jam vegetatos, quos necessitas levarat infirmos. Illos existimet ditiores, qui in sustinendâ paucitate fuerint fortiores. Melius est enim, minus egere, quàm plus habere.

CAPUT XVIII.

Non sit notabilis habitus vester, nec affectetis vestibus placere, sed moribus.

CAPUT XIX.

Quando proceditis, simul ambulate: cum veneritis, quo itis, simul state.

CAPUT XX.

In incessu, statu, & in omnibus motibus vestris nihil fiat, quod cujusquam offendat aspectum, sed quod vestram deceat sanctitatem.

CAPUT XXI.

Oculi vestri etsi jaciuntur in aliquam fœminarum, non figantur in illa. Neque enim quando proceditis, fœminas videre prohibemini: sed appetere, aut ab ipsis appeti velle, criminosum est. Nec solo tacito affectu, sed affectu quoque & adspectu appetitur, &

appetit concupiscentia fœminarum. Nec dicatis vos habere animos pudicos, si habeatis oculos impudicos: quia impudicus oculus, impudici cordis est nuncius. Et cùm se invicem sibimet, etiam tacente lingua, conspectu mutuo corda nunciant impudica, & secundùm concupiscentiam carnis alterutro delectantur amore, etiam intactis ab immunda violatione corporibus, fugit castitas ipsa de moribus. Nec putare debet, qui in fœmina oculos figit, & illius in se diligit fixum, ab aliis se non videri, cùm hoc fecerit. Videtur omnino, & à quibus se videri non arbitratur. Sed ecce lateat, & à nemine hominum videatur: quid faciet desuper inspectore, quem latere nihil potest? An ideo non putandus est non videre, quia tanto videt patientius, quanto sapientius? Illi ergo vir sanctus timeat displicere, ne velit fœmina malè placere. Illum cogitet omnia videre, nec velit fœminam malè videre. Illius nanq; & in hac causa commendatus est timor, ubi scriptum est: Abominatio est Domino defigens oculum.

CAPUT XXII.

Quando ergo simul estis in Ecclesia & ubicunque ubi fœminæ sunt, invicem vestram pudicitiam custodite. Deus enim qui habitat in vobis, etiam isto modo custodiet vos ex vobis.

CAPUT XXIII.

Et si hanc, de qua loquor, oculi petulantiam in aliquo vestrum adverteritis, statim admonete, ne cœpta progrediantur, sed de proximo corrigantur. Si autem & post admonitionem iterum vel alio quocunque die idipsum eum facere videritis, jam velut vulneratum, sanandum procedat, quicunque hoc potuerit invenire. Prius tamen & alteri vel tertio demonstrandum, ut duorum vel trium possit ore convinci, & competenti severitate coerceri. Nec vos judicetis esse malevolos, quando hoc indicatis. Magis quippe innocentes non estis, si fratres vestros, quos indicando corrigere potestis; tacendo perire permittitis. Si enim frater tuus vulnus habet in corpore, quod velit occultari, cùm timeret secari: nonne crudeliter, abs te fileretur, & misericorditer indicaretur? Quanto ergò potius debes manifestare ne deterius putrescat in corde? Sed antequam aliis demonstretur, per quos convincendus est, si negaverit: prius Præposito ostendi debet, si admonitus neglexerit corrigi: ne fortè possit, secretius correctus, non innotescere cæteris. Si autem negaverit, tunc neganti adhibendi sunt alii: ut jam coram omnibus possit non ab uno teste argui, sed à duobus vel tribus convinci. Convictus verò, secundùm Præpositi, vel etiam Presbyteri, ad cujus dispensationem pertinet, arbitrium debet emendatoriam subire vindictam. Quam si ferre recusaverit, etiam si ipse non abscesserit, de vestra societate projiciatur. Non enim & hoc fit crudeliter, sed misericorditer, ne contagione pestifera plurimos perdat.

CAPUT XXIV.

Et hoc, quod dixi de oculo non figendo, & in cæteris inveniendis, prohibendis, judicandis, convincendis vindicandisq; peccatis, diligenter & fideliter observetur cum dilectione hominum & odio vitiorum.

CAPUT XXV.

Quicunq; autem in tantum progressus fuerit malum, ut occultè ab aliquo literas vel quodlibet munus accipiat, si hoc ultro confitetur, parcatur illi, & oretur pro illo. Si autem deprehenditur, atque convincitur, secundùm arbitrium Presbyteri vel Præpositi gravius emendetur.

CAPUT XXVI.

Vestes vestras in unum habeatis sub uno custode vel duobus, vel quot sufficere potuerint ad eas excutiendas, ne à tinea lædantur. Et sicut pascimini ex uno cellario, sic induimini ex uno vestiario. Et si fieri potest, non ad vos pertineat, quod vobis indumentum,

pro

Digitized by Goog

pro temporis congruentia, proferatur, utrum recipiat hoc unusquisq; quod deposuerat, an aliud quod alter habuerat: dum tamen unicuiq; prout opus est, non negetur. Si autem hinc inter vos contentiones & murmura oriuntur, cùm queritur aliquis deterius se accepisse, quàm prius habuerat, & indignum se esse, quod non ita vestiatur sicut alius frater ejus vestitur: hinc vos probate, quantum vobis desit in illo interiore sancto habitu cordis, qui pro habitu corporis litigatis. Tamen si vestra toleratur infirmitas, ut hoc recipiatis, quod posueritis: in uno tamen loco, sub communibus custodibus habete, quod ponitis.

CAPUT XXVII.

ITa sanè, ut nullus sibi aliquid operetur: sed omnia opera vestra in unum fiant majori studio & frequentiori alacritate, quàm si vobis singulis faceretis propria. Charitas enim, de qua scriptum est, quòd non quærit quæ sua sunt, sic intelligitur, quia communia propriis, non propria communibus, anteponit. Et ideò quanto amplius rem communem, quàm propria vestra, curaveritis, tanto vos amplius proficere noveritis: ut in omnibus, quibus utitur transitura necessitas, superemineat, quæ permanet charitas. 1 Co. 13.

CAPUT XXVIII.

COnsequens ergò est, ut etiam qui suis filiis, aut necessitudine aliqua ad se pertinentibus, in Monasterio constitutis, aliquam contulerit vestem, sive quodlibet aliud inter necessaria deputandum, non occultè accipiatur, sed sit in potestate Præpositi, ut in rem communem redactum, cui necessarium fuerit, præbeatur.

CAPUT XXIX.

QUod si aliquis rem sibi collatam celaverit, furti judicio condemnetur.

CAPUT XXX.

INdumenta vestra, secundùm arbitrium Præpositi, laventur, sive à vobis, sive à fullonibus, ne interiores animæ sordes contrahat mundæ vestis nimius appetitus.

CAPUT XXXI.

LAvacrum etiam corpori, cùm infirmitatis necessitas cogit, minimè denegetur. Fiat sine murmure de consilio medicinæ, ita ut, etiam si nolit, jubente Præposito faciat, quod faciendum est pro salute. Si autem velit, & fortè non expedit, suæ cupiditati non obediatur. Aliquando enim, etiam si noceat, prodesse creditur quod delectat. Deniq; si latens est dolor in corpore, famulo Dei dicenti, quid sibi doleat, sine dubitatione credatur. Sed tamen, utrùm sanando illi dolori, quod delectat expediat: si non est certum, medicus consulatur.

CAPUT XXXII.

NEc eant ad balnea, sive quocunq; ire necesse fuerit, minus quàm duo vel tres. Et ille, qui habet aliquo eundi necessitatem, cum quibus Præpositus jusserit, ire debebit.

CAPUT XXXIII.

ÆGrotantium cura, sive post ægritudinem reficiendorum, sive aliqua imbecillitate, sive etiam febribus laborantium, uni alicui debet injungi, ut ipse de cellario petat, quod cuiq; opus esse prospexerit.

Caput

CAPUT XXXIV.

Sive autem qui cellario, sive qui vestibus, sive qui codicibus præponuntur, sine murmure serviant fratribus suis.

CAPUT XXXV.

Codices certa hora singulis diebus petantur: extra horam qui petierit, non accipiet.

CAPUT XXXVI.

Vestimenta verò & calceamenta quando indigentibus fuerint necessaria dare non differant, sub quorum custodia sunt, quæ poscuntur.

CAPUT XXXVII.

Lites autem nullas habeatis, aut quàm celerrimè finiatis: ne ira crescat in odium, & trabem faciet de festuca, & animam faciat homicidam. Sic enim legitis: Qui odit fra-
1. Joan. 3. *trem suum,* homicida est.

CAPUT XXXVIII.

Quicunque convicio, vel maledicto, vel etiam criminis objectu aliquem læsit: meminerit vit satisfactione quàm citius curare quod fecit: & ille qui læsus est, sine disceptatione dimittere. Si autem invicem se læserint, invicem sibi debita relaxare debebunt propter orationes vestras: quas utiq; quanto crebriores habetis, tanto saniores habere debetis. Melior est autem, qui quamvis sæpè tentatur, tamen impetrare festinat, ut sibi dimittat, cui se feciſſe agnoscit injuriam: quàm qui tardius irascitur, & ad veniam petendam tardius inclinatur. Qui autem nunquam vult petere veniam, aut non ex animo petit, sine causa est in Monasterio, etiam si inde non projiciatur.

CAPUT XXXIX.

Proinde vobis à verbis durioribus parcite: quæ si emissa fuerint ex ore vestro, non pigeat ex ipso ore proferre medicamenta, unde facta sunt vulnera.

CAPUT XL.

Quando autem necessitas disciplinæ in moribus coercendis dicere vos verba dura compellit, si etiam ipsi vos modum excessisse sentitis: non à vobis exigitur, ut à vestris subditis veniam postuletis: ne apud eos, quos oportet esse subjectos, dum nimium servatur humilitas, regendi frangatur authoritas: Sed tamen petenda est venia ab omnium Domino, qui novit etiam eos, quos plus justo fortè corripitis, quanta benevolentia diligitis. Non autem carnalis, sed spiritualis inter vos debet esse dilectio.

CAPUT XLI.

Præposito tanquam patri obediatur: multò magis Presbyterio, qui omnium vestrum curam gerit.

CAPUT XLII.

Ut ergo cuncta ista serventur, & si quid servatum minus fuerit, non negligenter præteriatur, sed ut emendandum corrigendumq; curetur: ad Præpositum præcipuè pertinebit, ut ad Presbyterum, cujus est apud vos major authoritas, referat quod modum vel vires ejus excedit

Caput

CAPUT XLIII.

IPse verò, qui vobis præest, non se existimet potestate dominante, sed charitate seruiente felicem. Honore coram vobis prælatus sit, vobis timore coram Deo substratus sit pedibus vestris. Circa omnes seipsum bonorum operum præbeat exemplum, corripiat inquietos, consoletur pusillanimes, suscipiat infirmos, patiens sit ad omnes. Disciplinam libens habeat: metuendus imponat, & quamvis utrunq; sit necessarium, tamen plus à vobis amari appetat, quàm timeri, semper cogitans Deo se pro vobis redditurum esse rationem. Unde vos magis obediendo, non solum vestri, sed etiam ipsius miseremini, qui inter vos quanto in loco superiore, tanto in periculo majore versatur.

CAPUT XLIV.

MOnet Dominus, ut observetis hæc omnia, tanquam spiritualis pulchritudinis amatores, & bono Christi odore de bona conversatione fragrantes, non sicut servi sub lege, sed sicut liberi, sub gratia constituti.

CAPUT XLV.

VT autem vos in hoc libello, tanquam in speculo possitis inspicere, ne per oblivionem aliquid negligatis, semel in septimanam vobis legatur. Et ubi vos inveneritis ea, quæ scripta sunt, facientes: agite gratias Domino, bonorum omnium largitori. Ubi autem sibi quicunq; vestrum videt aliquid deesse, doleat de præterito, caveat de futuro: orans, ut debitum dimittatur, & in tentationem non inducatur, Amen.

FORMA SECUNDUM QUAM BEATUS AUGUSTINUS communem societatem dedit eis, qui suo fratrumque suorum consortiis conjungi optabant.

OMnes quivis per gratiam baptismi fratres sumus in Christo, & unum patrem habemus in cœlo, si ejus præceptis, prout possumus, obsequimur, proculdubio tunc maximè unimur, quando orationibus & beneficiis invicem nosmetipsos copulamus, quemadmodum & in primitiva Ecclesia, quibus cor unum erat, & anima una. Quorum amore plures accensi mente, possessiones, & facultates rerum vendentes, congregatis cum matre Jesu Christi in unum precia deferebant gaudentes. Sicq; iste nihilominus, Deo inspirante, eorum exemplo commonitus, nostris optat conjungi consortiis, idcirco damus ei communem societatem vivendi nobiscum: quantum autem à Domino promereri possumus, & nostrum est largiri, quatenus cum electis à remuneratore omnium bonorum præmia repromissa percipere. Per eundem Christum Dominum nostrum, *Amen.*

Judicium de Regula *Augustini.*

EX iis verò quæ superius libro 3. cap. 5. *diximus*, apparet, S. Augustinum *hanc Regulam non scripsisse. Adhæc* Augustinenſium *monachatus, quem hac Regula informari* gloriantur, *nihil habet prorsus commune, cum eo vitæ genere quod D.* Augustinus *cum doctis & studiosis hominibus ante Episcopatum* Hipponensem *in loco, à turbis & frequentia hominum remoto paululum, egit. Quocirca* Erasmus, *magni judicii vir, ausus est dicere à* Epist. 109. *prima Regula, nihil eos habere frontis ac mentis, qui tales nænias adscribant tali tantoq; viro. De secunda scribit, ejusdem farinæ eam esse cum superiore. Tertiam ait, & sententiis & dictionis figura referre quidem* Augustinum, *quin & pia civilitate humanitateq; præferre authorem suum: attamen probabile esse eam non Clericis, sed* fœminis esse scriptam, *Ita* Bellarmin. *de Script. Eccles. in* Augustino. *p.* 165. *quæ in unum collectæ sub moderatione sororis* Augustini *vixerint. Eam enim Præpositam vocat, sed omnium summa potestas erat penes Presbyterum. Nonnullis autem immutatis accommodaverunt eam viris, velut ubi*

de

de modestia cultus præcipit fœminis, c. 18. Non sit notabilis habitus vester, nec affectetis vestibus placere, sed moribus: *ne sint vobis tam tenuia capitum tegmina, ut retiola subter appareant, sic enim arbitratur* Erasmus *legendum. Capillos ex nulla parte nudos habeatis, nec foris vel spargat negligentia, vel componat industria, quod viris accommodari non potest omiserunt, Item, c.* 20. In omnibus motibus nihil fiat *quod cujusquam illiciat libidinem: sic mutatum est,* quod cujusquam offendat aspectum. *Rursus quod præcipit de non aspiciendis fœminis, item de hoc, c.* 30, 32. ut bini aut terni procedant de lavandis propriis vestibus, *de operando in commune, aliaque permulta parùm congruunt in Clericos ejus temporis, quorum tum erat major & libertas & dignitas. In calce alludens ad formæ studium, speculum & odores, quibus fœmineum genus peculiariter delectatur, quæ dicit: c.* 44. Donet Dominus ut observetis hæc omnia tanquam spiritualis pulchritudinis amatrices, & bono Christi odore, de bona conversatione fragrantes: & *c.* 45. vos autem in hoc libello tanquam in speculo poteritis inspicere, *&c. non perinde quadrant in viros. Sunt & alia quædam, verùm hæc exempli causa proposuisse sufficit. Postremò ut nihil sit, quod non possit ad clericos detorqueri, certè nihil est hic quod illis cum fœminis non sit commune. At quàm multa erant præscribenda de Presbyterorum, Hypodiaconorum ac Diaconorum officiis, si illis regulam præscribendam judicasset. Et tamen hæc regula fundamentum est multorum Ordinum, quam fœminis traditam utinam bene servent viri. Habetur verò in Epistola centesima nona, Ineptum est autem de hujus viri titulo contendere: magis ad rem pertinet pietatis & eruditionis illius æmulatione decernere, ut hi jure optimo dicantur* Augustinenses, *qui virtutem* Augustini *proximè referunt. Illud constat Orationem quæ cucullæ & balthei meminit, sub* Ambrosii *nomine confictam esse. Nec ipse* Augustinus *usquam se Monachum vocat, nec suos clericos eo nomine designat, quanquam exiguum in cognomine momentum est. Ipse fatetur se reliquisse omnia, & eodem multos provocasse: tum in oratione quadam apud populum, negat se usurum pileo rubro. Decet, inquit, Episcopum, at non decet* Augustinum: *ubi magis dicendum erat, non decet Monachum. In libris de moribus Ecclesiæ præter Anachoretas & Cœnobitas tradit genus tertium, eorum qui quoniam in cœnobium secedere non erat commodum, vel ob parentes, vel ob liberos, aut alias causas, tamen ut quietius viverent, complures in iisdem ædibus commorabantur, nullo imperio, sed libera charitate omnia moderante. Eos conventus diversoria vocat, quæ Romæ permulta viderit. Hoc exemplum videtur imitatus in* Africa, *sic ut nec cultu notabiles essent, quemadmodum Monachi, & liceret ab eo convictu discedere, si cui parum esset commodus, licet* Posidonius *appellet hæc Monasteria. Ex* Polydori *quoq; lib.* 7. *cap.* 3. *Colligi potest, ne ipsi quoque visum, has & similes Regulas ab* Augustino, Hieronymo *aut aliis conscriptas.*

MONA-

Digitized by Goog

Canonicus Regularis S. Augustini.

MONASTICON ANGLICANVM.

Dovorense Cœnobium in agro *Cantiano* Ordinis S. Augustini.

Historia Fundationis ejusdem:

Brevit Regis de anno 14. E. 2.

Du Chastell de *Doure*, coment il feust commence et estable, et de Chanoignes que illoesques estoient jadis.

TREIZ ARANT et sesze anz avant la Nativite de nostre signeur Jesu *Christ*, quant Cassibalan *regna en* Bretagne c'est appelle Engleterre, Julius Cæsar *vint de* Rome, *et voleit conquerre* Bretagne, *si come il avoit conquis* Gol, Espaigne, *et autres pais plusieurs. Une foiz et autre foiz*, Kassibalan *l'en chacea; mes a la tierce foiz* Julius Cæsar *le vanqui sur* Berhamoume *entre* Canterberie *et* Doure *per l'eide* Androgen *qui fust Duk de* Kent *& de* Londres. *Mais apres* Androgen *les fit accorder, issint que le Roy* Cassibalan *demoraſt Rey sicome avant; mes q'il rendist á* Rome *chescun an de chescun mesnage en sa terre un denier.*

Adonques Julius Cæsar *fit un Tour pour le tribut desusdit reposer la ou le Chastell de* Doure *esta, et uncore est cele Tour illeques pres du mensster, et est Berefrai pur les grantz seyns. Apres la nativitie nostre signeur l'an seissante dousisme, regna en* Bretaigne, Arviragus, *celi ne voleit estre suiet á* Rome *mes devint le Tribut, et enforcea le Chastel de* Doure *de Fosses et de Mins et de garnesture contre les* Romains, *s'il venissent. Dunk vint* Claudius Cæsar *et se guerroient duvement; a la fin il s'acorderent per mariage, et il espousa la fille* Claudii *per nome* Gemusse, *et á l'honnour l'Empereur fit la Citee de* Claudeoceastre, *qe ore est appelle* Glouceſter, *et rendy le tribut qu'il avoit detenuz.*

L'an de la Grace Cent et sessante vintisme, regna en Bretaigne Lucius; *celi devint Christien desouz le Pape* Eleutherie, *et servi Dieu et avancea sainte Eglise quant il pouit: Entre ses autres benefaitz fist une Eglise en le dit Chastell ou les gentz de la ville puissant aver son Sacraments, et pertant est l'eglise la primere Eglise du* Rome.

L'an de Grace quarte Centz seissante neuisme, regna in Bretaigne Arthour *le glorious; celi amenda le dit Chastiel en plusieurs choses, et fist la Sale, que ore est appelle* Artour-sale; *et la Chambre sa femme est appelle* Guaonebour (*id est*) Thalamus Guanguare.

Tost apres cel temps, revindront les Saxoyneys *hors d'*Almaigne, *et conquistrent la terre de* Bretaigne, *et enchacerent les* Bretoygnes *en* Galeis, *et la se teinont uncore el sont appelles* Galeis, *et les* Saxons *sont ore appellez* Engleis. *Et quant les* Saxons *avoient conquis la terre, il departirent le Regne en plusieurs parties;* Hengist *qui fust leur* Duke Cheifetain, *regna en* Kent. Cherdic *regna in* Westsex. Ida *regna en* Northumberland. Uffa *regna en* Est-Angle. Erkinwin *regna en* Essex. Crida *regna en* Merchenerich: *Et pur ceo que tonz cenz estoient Paiens, il destruerent les Eglises per tote la terre et ousterent les Christiens.*

L'an de Grace cinque cens quatre vintz et seiszime, S. Gregorie *Pape envoia en* Engleterre *son cousin Seint* Augustin, *et autres plusseurs moignes ad le, pur precher la Foy Christiene as* Engleis. *Adonques Regna en* Kent Adelbert *qi á la doctrine S.* Augustin, *devint Christien ad tonz ses gentz, et ensi fesoient tonz les autres gentz en la terre per les Docteurs qui S.* Augustine *lour envoia: Cel* Adelberd *avoit un fitz qui avoit a nom* Adelbold, *qi apres la mort son pere se regna et devint Paien, et enchacea les gentz de sainte* Eglise *hors de son Royaulme. Adonques l'Erceveſque de* Canterb. Laurentz, *qui fust precheur apres S.* Aug. *voleit od ses autres estre alez hors de terre. Mes S.* Pierre *apparut a li, et li commanda q'il alloſt hardiment au Roy, et li repreist desa maveste: Il fist ensi, et per la Grace de dieu, le Roy repenti, et devint devont a dieu et Religious. Cesti* Aldelbold *ordina vint et deuz Chanoignes seculers en le dit Chastel, à deservir sa Chappelle; et lour donna vint et deuz Provendres, les ditz Chanoignes demorerent en Chastell Cent et cinq ans et teindrent grant hostiell et bele mesme, el alerint miz et hors a la port du Chastell nuit et jour à lour volunte ense qe les serjauntz le Roy qi guardoient le Chastell, ne les poient mestrier ne lour guardes surement garder perount, souvent il se entremellerent de contoks et de combatementz.*

L'an de grace fis centz quatre vints et seize, le Roy de Kent Withred *appercevant, et pensant qe perill qe poaiat avenir a son Chastell per ses Chanoingnes q'ensi entrerent et isserent hors du droit temps, et q'l occuperent trop le dit Chastell, fit un Eglise de S. Mart. pur eux aval, en la vile de* Doure *Et les remue de dit Chastell et les mit illoeques od lour provendors et franchises et privileges ausi entierement, come il les avoient ou en Chastell. Et qu'il ne feussent entendant à nul Prelat, ne ordinarie, forspris l'eglise de Roma forsq; soulement a Roy. Illoeques demorrent les Chanoignes quatre Cens ans plus. Et pour ce qe ni avoit nule Eglise en* Doure *forsq; la Eglise de S. Martyn qe fen faite pur les Chanoignes, il feisoient trois Eglises pur les Parochiens servir, qe sont uncore Chappells à S. Martyn. Les ditz Chanoignes, pour lour franchises devindront trop jolifs; qe nul home ne les poait chastier de lour mesfaitz; et mesfesoient de femmes, et de dameiz selles, ausi bien de la Ville comme dehors.*

Ao. D. 686.

L'an de Grace Mil et Centime, regna en Angleterre Henry *fitz a* William *le Conquerour, ceſti feuſt bon Clerc, et homme devout a Dieu. L'an de ſon reigne vint et quart, vint a li Erceveſq; de* Canterbiri, William Corboil, *& li fit un ſuggeſtion de ſes diz Chanoignes, come il ſe meſpernoient, et ne poient eſtre chaſtiez pour les franchiſes et privileges q'il avoient du Roy; & diſoit qe s'il ne feaſt bein amender, il meſſus ſerroit coupables devant Dieu de leur pecche. Le Roy entende bien ſa reſon, et penſuit comment il les pout amender a cel temps qe l'egliſe de* Canterbery *devoit eſtre dedie: L'erceveſq;* William *la dedia l'an de Grace Mil et Cent & trentiſme, et le Roy* Henry *y fuſt preſent. Adonqes dona le Roy a L'erceveſq; et ſes Succeſſers Erceveſques l'egliſe de St.* Martyn de Doure, *od les Provendres, Rentes & fraunchiſes, et quanq; appendant a cele Egliſe en tierre et en miere, et de cels fiſt la chartre, ordinant et commaundant, q'il meiſt gentz de Religion, qe chantaſſent et dieu ſerviſſent pur les almes de ſes Auncеſtres et de luy meſmes et de ſes heires; et deviſa en cela Chartre qe ceux Religions euſſent de eux meſmes fraunche election de Abbe; et qe l'Erceveſq; euſt ſa examination et la confirmation de leur election. Adonques le dit Erceveſq;* William, *commencea le novel Meuſter, pres de la ville de* Dover. *dedens la fraunchеiſe, et avoit purpos de faire un Abbey de Chanoignes de l'ordre St.* Auguſtine, *mes il moreuſt einz q'il le poait per faire.*

L'an de Grace Mil Cenz cinqante tiers, regna en Engleterre Henry *le fitz* Maude *L'emperice, ceſte fit le haut Tour en le Chaſtel, et encloſt le Dongon de nouelx meurs; ceſti renovela per ſa Chartre a L'erceveſq;* Tybaud, *et a ſes ſucceſſours Arceveques, le doun ſon ael* Henry *le primier, de l'egliſe de* Doure; *et le commanda qi meiſt Moignes de l'ordre S.* Benedict, *ſelon l'ordinancè du dit Roy; et q'il lour donaſt totes les rentes, poſſeſſions, provendres, et fraunchiſes qe appertenient a la viel Egliſe S.* Martin. *L'erceveſque* Tybaud *ſe fiſt enſi et meiſt Moygnes en le dit Meuſter; et lour dona ſa chartre plenere de toutes les provendres, poſſeſſions, rentes, ſervices, fraunchiſes, et totes autres choſes qeconques, qeunques les Chanoignes de S.* Martin *aveient et uſees; et auſi entierement, comme il l'avoit de doun le Roy. Et s'il lour donna un Prior del Convent de* Canterbury, *nee moye perpetuel, mes a ſa volunte a repeller pur les novels Moignes lour ordre d'apprendre: et ſicomme les Chanoignes de la veile Egliſe de S.* Martin *devoyent, il meiſt les Moygnes en poſſeſſion de lour provendres, juſqes taunt q'il en avoient vint provendres; mes deux de Provendres ſont encore demoriez, q'il ne ont pas, d'ont L'erceveſq; tient un, ceſt aſavoir* Dale; *l'Abbe de St.* Auguſtine *tient l'autre, ceſt aſavoir* Goditon; *mes* Quo warranto *homme ne ſcoet.*

En apres le dit Erceveſq; Tibaud, *ſaunz conge, et ſanz aſſent du Roy; et contre la fourme de la Chartre le Roy; et contre les privileges le Pape en Bulles, donna ſa chartre au Prior et au Chapitre de* Canterburi *qe le Prior d'* Doure *feuſt a touz jours fait del Covent de* Canterbiri *et nemi d'ailleurs. Ce doun ad eſte encheſon et matiere de confuſion et deſtruction a la Maiſon de* Doure *a touz jours, de mal en pys. Nemy pur ce un Erceveſq;* Baldwyn, *per noun ne avoua moye cel doun, mes lour dona Prior de eux meſmes, ceſt aſavoir* Osberne, *qi mult amenda la Meſon en ſon temps.*

L'an de grace Mil et deux centz ſeiſſante unziſme, regna le noble Roy Edward, *filz au Roy* Henri, *pere a noſtre ſiguent le Roy q'ore eſt: L'an de ſon Regne treſziſm, le Prior de* Dour, Anſelme, *Moigne de* Canterbirie, *avoit tant de gaſte les beins de lour egliſe, qe les Moignes n'avoient dont vivre, ne eſtre veſtuz: et ſi avoit il endette la Maiſon, de Mil et Centz marcs. Adonques il le encuſerent de dilapadation, et le engetterent come cele qi meſtoit pas profitable: le Prior de la* Trinitie, *et ſon convent meintenant aloient procurant l'Erceveſq;* Johan, *q'il donnaſt Prior a* Doure *un del Convent de* Canterbiri *et diſoient qe ce eſtoit lour droit a touz jours uſee puis la fundation de la Maſon de* Doure: *les Moignes de* Doure *entendirent ce et ſeſoient, aſſavoir au Conſeil noſtre Seigneur le Roy. Per quey le Prior de* Canterb. *fuſt appellez en juggement a monſtrer per quoy droit il feſoit cel chalange.*

A la fin il monſtre la Chartre l'Erceveſq; Tybaud, *q'il lour avoit fait ſaunz aſſent du Roy, ſicome deſſus eſt dit, la choſe feuſt deputе en la Court le Roy; et pur ce qe l'Erceveſq; avoit paſſe l'ordinance a la volunte du donour, a garde feuſt qe cele Chartre n'avoit nule valor, & enſi fuſt le Prior et le Chapitre de* Canterb. *forſiuge de lour demaunde: Et pur ceo qe l'Erceveſq; avoit tant meſpris contre la fourme dudit doun, agarde fuſt qe le Prior de* Doure, *ſeuſt pris en la meyn le Roy, et qe l'Erceveſq; queiſt grace du Roy, s'il vouſiſt mes joir la eveſqe de la dit maiſon. Et adonqes le Roy commanda, q'il euſſent fraunche election de lour Prior, et qe l'Erceveſq; cele feutz li reconſt en nouns du Roy; en qi meins l'avoeſon eſtoit adonqes et uncore eſt. Et l'Erceveſq;* John *a lour nomination receuſt et fit Prior* Robert Wheracre, *Moigne de la Maiſon de* Doure, *qi eſtoit Prior vint et neef anns, et plus; et ore darrein moruſt. Enſi ad le Maiſon de* Doure *eſtre en poſſeſſion de Prior de eux meſmes per agard, et per jugement de la Court noſtre Seignеur le Roy, et d'illoeqes juſques a taunt qe le dit Prior* Robert *ſe leſſa morir.*

Ao DCXCVI. Hic fundavit *Willredus* Rex veterem eccleſiam *S. Martini* Dovor. Ex Annalibus S. *Martini* Dovor in bibl. *Cottoniana* (ſub effigie *Julii D.* 5.)

Ao MCXXXI. Novum opus eccleſiæ *S. Martini* Dovor inceptum eſt à *Willelmo de Curboil* Archiepiſcopo.

Ao MCXL. Monachi introducti ſunt in eccleſiam Dovor: à *Theobaldo* Archiepiſcopo[*loco Canonicorum.] * Chron. Eccleſiæ S. *Aug.* Cantuar. in bibl. *Cotton.*

Ex

Ex Chronicis Dovarensis *Monasterii.*

Lel. Col. Vol. 2. p. 50. DE *Julio Cæsare* qualiter venerit in *Britanniam* patet ad plenum in libro *Britonum:* Qualiter autem fugatus fuerat à *Cassiballano*, patet ibidem, & etiam in libro *Lucani*, ubi dicit, de eodem *Cæsare* loquens.

Territa quæsitis ostendit terga Britannis.

Quod autem habuerit bellum dictus *Cæsar* cum rege *Cassiballano* super Verhamdone patet ad oculum, per acervos super eundem montem, ubi corpora occisorum, cumulatim sepeliebantur, non longè à villa quæ vocatur Bregge.

De *Arvirago* rege, quod probus fuerat, prudens, & bellicosus, testatur liber *Britonum*; Quàm autem formidabilis fuerit Romanis, testatur *Juvenalis* Poeta, ubi loquitur de quodam adulatore loquente ad *Neronem Cæsarem* verba consolatoria, dicente.

Regem aliquem capies aut de Temone Britanno
Excidit Arviragus.

Quod verò hic Rex firmaverat castrum Dovor per hoc verissimè colligi potest; quod quando cepit rebellare Romanis, muniverit terram suam multis castris & munitionibus, & precipuè super maritima. Hinc veraciter conjiciendum est, quod illa loca quæ faciliùs patebant hostibus, firmaverit diligentiùs; scilicet Richeburg, Walentere, Dover & Hasteng.

De Regio *Lucio* primitùs Christiano, quod fecerit Ecclesiam in dicto castro fidenter dicendum est; quod etsi novam Ecclesiam non fundaverit, quod est incertum, sine dubio antiquum templum Idolorum ibidem existens in Ecclesiam Christi converit. Hoc enim legitur in libro *Britonum*, ac etiam in Chronic. Rom. Pont: quod idem Rex ad doctrinam *Damiani* & *Faganii* sacerdotum, qui, cum docuissent fidem Christi, omnia templa Idolorum in regno suo converterat in Ecclesias Christi, & pro Flaminibus constituerat Episcopos, & pro Archiflaminibus Archiepiscopos. Flamines vocabantur eo tempore principes sacerdotum idolorum.

De Rege *Arturo* & Regina *Guevara* satis celebria sunt gesta; sed de promotione Castri per eos, nihil restat memorabile, præter nomina Aulæ & Cameræ, & adhuc existentium, & nomina habentium ab eis. Et quædam ossa *Walwani*, militis sui fortissimi, qui occisus fuit propè Dovor in bello habito inter *Arturum* & *Moderum* proditorem. Adhuc servantur ossa in castro.

De Rege *Eadbaldo* filio *Ethelberti*, qui post baptismum rediit ad idola & fugarit Episcopos & Sacerdotes, multa possunt inveniri in vita beatæ *Mildrethæ*; & qualiter revocatus sit ad fidem per *Laurentium* Archiepiscopum; qui *Laurentius* injunxit ei in remissionem peccatorum, ut Ecclesias ditaret, sicut priùs destruxerat, & clericos foveret quos persecutus fuerat;

Quod hic ordinaverit statum Canonicorum in castro liquidò colligi potest ex hoc, quod antiquâ famâ referente, Canonici resederint in castro centum annis & ampliùs. Computet qui voluerit tantum temporis fluxit à tempore regis hujus usq; ad *Withredum* Regem, qui transtulit Canonicos ad Ecclesiam beati *Martini* in villa Dovor; Et quia diu hic Rex regnavit, post pœnitentiam susceptam, semper vacans Ecclesiis reparandis & ædificandis, credibile satis est, quod Capellam suam in castro inter cæteras, dicaverit & dotaverit.

De *Withredo* rege, quod ædificaverit veterem Ecclesiam in villa Dovor, testantur veteres Chronicæ; nec quicquam inde manet dubitabile.

Quod Canonici, qui remoti fuerunt de castro, manserunt in Ecclesia veteri beati *Martini CCCC* annis & ampliùs, patet per annos Regum qui regnaverunt post *Withredum* usq; ad *Henricum* filium *Guillelmi* Conquestoris. A tempore verò ipsius usq; nunc omnia liquida sunt.

Ex Chron. Dovarensis *Monasterii.*

Lel. Col. Vol. 3. p. 132. ET *Adbaldus Ethelberti* magni filius, motore *Laurentio* Archiepiscopo, instituit Canonicos in Ecclesia castri de Dovar, Canonici remoti à castro in villam de Dovar, procurante *Withredo* rege, qui Ecclesiam S. *Martini* in villa de Dovar pro eis construxit, ubi manserunt *CCCC.* annis & ampliùs. *Henricus* primus Canonicos in collegium monachorum convertit, novo in hos usq; constructo monasterio.

Edwardus tertius concessit *Simoni Islep* Episcopo *Cantuar.* ut uniret Priorarum de Dovor Prioratui Ecclesiæ *Christi Cantuariæ*; hac lege, ut nullus esset Prior de Dover nisi ex numero monachorum *Cantuariæ.* Ib. p. 188.

Carta Regis Henrici *primi filii* VVill. *Conquestoris, facta,* VVillielmo Corboyl *Archiepiscopo, Fundatori.*

Ex. cod. MS. S. *Martini de* Dover fol. 1. HEnricus Rex *Anglorum* Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Vicecomitibus, & omnibus filiis sanctæ Ecclesiæ per *Angliam* constitutis, salutem. Sciatis me dedisse & concessisse in Elemosynam Deo & *Willielmo* Archiepiscopo *Cantuar.* & *Ecclesiæ Christi*, quæ est *Cantuariæ*, & per eos omnibus successoribus suis sibi Canonicè substituendis, pro salute animarum Parentum meorum, & pro statu & incolumitate Regni mei, Ecclesiam beatæ *Martini* de *Dovora*, cum omnibus quæ ad eam pertinent, in terra et mari, in *Theloneo* & omnibus aliis pertinentiis suis, ad ordinem Canonicorum Regularium in eadem Ecclesia *Dover.* constituendum; & ut ejusdem ordinis Abbas in ea constituatur per Canonicam electionem ipsius Capituli de seipso, assensu & examinatione Archiepiscopi; quæ Ecclesia in propria manu & dominio & protectione Archiepiscoporum sit, tanquam quæ sua Dominica est. Nec eam liceat ulterius in alterius religionis ordinem in posterum

sterum transmutari. Hanc itaq; donationem & concessionem meam factam, & ab omnibus subscriptis collaudatam confirmo, & Regia authoritate, & à Deo mihi tradita potestate, illibatè, inconcussèq; permansuram corroboro.

Testibus omnibus istis subscriptis, in quorum audientia hoc factum & confirmatum est; scilicet *Thurstano* Archiepiscopo *Ebor.* & *Hugone* Archiepiscopo *Rothomag.* & *Rogero* Episcopo *Sarisb.* & *Henrico* Episcopo *Wynton.* & *Gilberto* Episcopo *London.* & *Willielmo* Episcopo *Exon.* & *Roberto* Episcopo *Hereford.* & *Alexandro* Episcopo *Lincoln.* & *Simone* Episcopo *Wyrcest.* *Ebroino* Episcopo *Norwicensi*, & *Godwino* Episcopo *Bathoniensi*, & *Galfrido* Cancellar. & *Roberto* de Sigillo. & *Ngello* nepote Episcopi. & *R.* Comite *Glouceſt.* & *Willielmo* Comite *Warren.* & *Randulpho* Comite *Cestria*, & *R.* Comite *Legr.* & *Brieno* filio Comitis, & *Hugone Bigoto.* *Hunfrido* de *Boun.* *Milone* de *Gloceſt.* *Pagano* filio *Johannis.* *Richardo* filio *Gilberti.* *Roberto* de *Veer*; *Roberto* de *Essex.* *Richardo Basset*, *Albrico* de *Veer*, & multis aliis, apud Southampton dat. & concess. set apud *VVestmonasterium* confirmata, communi celebrato Consilio, Anno ab incarnatione Domini *Millesimo* C°. tricesimo primo peract. fæliciter in Christo Jesu Domino nostro, Amen.

Confirmatio Innocentii *Papæ super Cartam* H. *primi.*

Ibid. INnocentius servus servorum Dei, venerabili fratri *VVillielmo* Cantuar. Archiepiscopo, ejusq; successoribus canonicè substituendis in perpetuum. Desiderium, quod ad religionis propositum, & animarum salutem pertinere monstratur, sine aliqua dilatione est complendum, & quoties illud a nobis petitur, quod rationi cognoscitur convenire, animo nos decet libenti concedere, & justè petentium votis congruum impertiri suffragium. Tuis igitur, frater Willielme Cantuar. Archiepiscope, rationabilibus postulationibus ex Apostolicæ sedis consueta benevolentia clementer annuimus, & Ecclesiam beati *Martini* de *Dovora* à kariſſimo filio nostro *Henrico* illustri & glorioso *Anglorum* rege, tibi & Ecclesiæ *Cantuar.* concessam, & præaptè confirmatam, cum omnibus quæ in præsentiarum justè & legitimè possidet, aut in futurum, liberalitate Regum, largitione Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis rationabiliter poterit adipisci, tibi & Cantuariensi Ecclesiæ, ac per vos successoribus vestris in perpetuum confirmamus. Prædicti ergo filii nostri *Henrici* Regis precibus annuentes decernimus, ut in præfatâ beati *Martini* Ecclesia Ordo Canonicatus secundùm beati *Augustini* regulam statuatur, & futuris inviolabiliter conservetur temporibus. Abbas verò qui fratribus præsit & prosit, juxta eandem in prænominata Ecclesia eligatur.

Si quis itaq; huic nostro decreto ausu temerario contraire tentaverit, honoris & officii sui periculum patiatur, & excommunicationis ultione plectatur, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit. Conservantes autem, à patre misericordiarum & totius consolationis Deo coronam perpetuam & beatorum Apostolorum *Petri* & *Pauli* desiderabilem gratiam, consequantur.

Carta Regis Henrici *secundi, per quam concessit Ecclesiam* S. Martini *de* Dovera, Ecclesiæ Christi *Cantuariæ; & quod regula S.* Benedicti, *de cætero observetur in eadem.*

HEnricus Rex *Angliæ* & dux *Normanniæ* & *Aquit.* Comes *Andegaviæ*; Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis me concessisse & confirmasse in elemosinam & perpetuam possessionem Deo & Ecclesiæ Christi *Cantuar.* & Archiepiscopo *Theobaldo*, & omnibus successoribus ejus sibi canonicè substituendis, Ecclesiam beati *Martini* de *Dovera*, cum omnibus quæ ad eam pertinent, in terra, & in mari, & in thelonio, cum veteri decima allecium, & cum nova decima piscationis totius anni, quam Burgenses *Doveriæ* dederunt & super altare optulerunt, & cum omnibus aliis pertinentiis suis, quas in præsenti possident, vel in futuro justè adquirere potuerint, pro salute animæ meæ & parentum meorum, & pro remissione peccatorum meorum, & pro statu & incolumitate regni mei; & præcipuè pro anima regis *Henrici* avi mei, ejusdem Eccesiæ primi donatoris. Statuo ergo & regia auctoritate corroborando præcipio, ut ordo monasticus in prædicta Ecclesia beati *Martini*, autoritate beatæ memoriæ *Innocentii* Papæ, & *Theobaldi Cantuariensis* Archiepiscopi institutus, secundùm regulam beati *Benedicti*, inviolabiliter de cætero imperpetuum conservetur; Nec ulli hominum omnino liceat ulterius Ecclesiam prædictam in alterius religionis ordinem transmutare. Volo etiam & regia auctoritate præcipio, ut sæpedicta Ecclesia beati *Martini* in manu & dominio *Theobaldi* Archiepiscopi, & omnium succedentium sibi Archiepiscoporum semper permaneat; & nullum nisi *Cantuariensem* Archiepiscopum dispositorem, ordinatorem, exteriorum vel interiorum unquam habeat. Quare volo (&c.) T. *Rogero* Archiepiscopo *Eborac.* *N. Eliensi*, *Rodberto Lincoln.* Episcopo, *Thoma* Cancellario, *Johanne Eboracensi* thesaurario, *Rogero* filio Comitis *Gloc.* *Ricardo Peccato* Archidiac. *Frogero* Archid. *Nicholao* de *Hamtune*; Comite *Reginaldo*; Comite *Hugone*, *Henrico* de *Essex* Constabulario; *Ricardo* de *Humet*, *Rodberto* de *Dunstanvill*, *Manasero Biset* dapifero; *VVillelmo* de Belcamp, *Henrico* de *Pomeray*, *Johanne* Mareschallo, apud *Doveram.* Pat. 8. E. 2. p. 2. m. 12. per Inspex. Videsis Pat. 30. E. 3. p. 1. m. 3.

Literæ Patentes Regis Edwardi, *de unione præfati Prioratus* Ecclesiæ Christi Cantuariæ.

REx omnibus ad quos &c. salutem. Sciatis quod, de gratia nostra speciali, concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, venerabili patri *Simoni* Archiepiscopo *Cantuariæ*, quod ipse Pat. 30. E. 3. p. 1. m. 3.

ipse Prioratum de Dovor:, qui de patronatu suo exiſtit, & de ipso Archiepiſcopo in puram & perpetuam elemosinam tenetur, ſicut per Inquiſitionen inde per dilectum nobis *Gilbertum* de *Helles* Eſcaetorem noſtrum in Comitatu *Kanc.* de mandato noſtro captam, & in Cancellaria noſtra retornatam, eſt compertum: Qui etiam Prioratus in terris & poſſeſſionibus vaſtatus, & rebus & facultatibus, pro defectu boni regiminis, adeo eſt collapſus, quod de relevatione ejuſdem, niſi indè aliter ordinetur, veriſimiliter deſperatur, ut accepimus; unà cum terris & poſſeſſionibus & juribus ad eundem Prioratum pertinentibus, Prioratui Eccleſiæ *Chriſti Cantuar.* annectere poſſit & unire, juxta ordinationem ipſius Archiepiſcopi, in hac parte faciendam; ita quod Prior dictæ Eccleſiæ *Chriſti* juxta dictam ordinationem, annexum & unitum, recipere, habere & tenere ſibi & ſucceſſoribus ſuis, & inde licitè diſponere valeant in perpetuum, ſine occaſione vel impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum, Juſticiariorum, Eſcaetorum, Vicecomitum, aut aliorum ballivorum ſeu miniſtrorum noſtrorum quorumcunq; Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, non obſtante; dum tamen cultus divinus, & alia pietatis opera in eodem Prioratu *Doveria* antiquitùs ſtabilita & ordinata, abſq; ſubtractione ſeu diminutione foveantur, & debitè conſerventur. In cujus &c. T. Rege apud *Weſtm.* XX°. die *Maii.*

confirmamus, ſicut Carta ejuſdem Regis *Eadredi*, quam inde habent rationabiliter teſtatur. His teſtibus *Guidone Luzigan*, & *Willielmo* de *Valencia*, fratribus noſtris; *Petro* de *Sabaudia*, *Johanne Maunſel* præpoſito *Beverlaci*; *Radulfo* filio *Nicholai*; *Bertramo* de *Cryol*; *Petro Chaceport*; Magiſtro *Willielmo*, de *Kilkenni* Archid. *Coventria*; *Nicholao* de *Sancto Mauro*; *Johanne* de *Geres*, & aliis: Datum per manum noſtram apud *Weſtmonaſterium* quinto decimo die Martii.

PRIORATUS

de Bodmyn *in agro* Cornubienſi.

Carta Regis Henrici *tertii, manerium de* Newton *Canonicis de* Bodmyn, *olim conceſſum, confirmans.*

Cart. 57. H 3. m. 9.

Vide Pat. 3. H. 6. p. 2. m. 11.

REX Archiepiſcopis, (*&c.*) ſalutem. Quia accepimus per Cartam *Eadredi*, quondam Regis *Angliæ*, quam inſpeximus, quod idem Rex conceſſit, & confirmavit pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, dilectis nobis in Chriſto Priori, & Canonicis de Bodmine, manerium de Newtone cum pertinentiis, in Comitatu *Devoniæ*, quietum ab omni ſervitio ſæculari, exceptis Deo orationibus: Et per Inquiſitionem quam fieri fecimus, ſimiliter accepimus, quod iidem Prior, & Canonici, & eorum homines in dicto manerio, quieti ſint de ſectis Comitatus *Devoniæ*, & Hundredi noſtri de Shefburi, & turnorum Vicecomitum per eandem Cartam: nos prædictam quietantiam, cum omnibus aliis libertatibus, in Carta illa contentis, ratam habentes, & gratam, eam pro nobis, & hæredibus noſtris, concedimus, &

PRIORATUS

S. Germani *in agro* Cornubienſi.

De prima fundatione ejuſdem.

INquiſitio capta apud *Lyskird* die *Jovis* in vigilia Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, anno regni regis *Edwardi* tertii poſt conqueſtum *Angliæ* XXX ii°. coram *Johanne* de *Skyrbek* Eſcaetore domini regis in Com. *Cornub.* virtute cujuſdam Brevis dicto *Johanni* directi, & præſentibus conſuti, per Sacramentum *Gervaſii Bray* (*&c.*) qui dicunt per Sacramentum ſuum, quod quidam Rex *Angliæ*, nomine *Knout*, dedit Deo & Eccleſiæ S. *Germani* & ibidem Deo ſervientibus terras & tenementa in Brevi contentas; & tunc fuit ibidem ſedes Epiſcopalis *Cornub.* & Epiſcopus nomine *Brythwoldus*, ac Canonici ſeculares. Demùm regnante *Knout* rege prædicto, quidam *Lyvingus* Epiſcopus *Cryditonenſis* optinuit Epiſcopatum *Cornubiæ*, poſt mortem prædicti *Brythwoldi*, qui ultimus fuit *Cornub.* Epiſcopus, uniri cum Epiſcopatu *Cryditonenſi*. Cui *Livingo* ſucceſſit *Leofricus*, qui optinuit illos duos Epiſcopatus, ſic unitos, uſq; tempus beati *Edwardi* Regis & Confeſſoris; Qui quidem *Edwardus* de præcepto & aſſenſu Papæ *Leonis*, tranſtulit ſedem *Cryditonenſem* in Civitatem *Exonienſem*. Et poſtea idem *Leofricus* Epiſcopus fundavit apud S. *Germanum* Prioratum Canonicorum regularium, Canonicis ſecularibus amotis: Et ſic eſt dictus Prioratus de fundatione & patronatu Epiſcopi *Exonienſis*; & continuatum hucuſq;, & Epiſcopus *Exon.* qui pro tempore fuerit, habet vacationes Prioratus prædicti, cum contigerint, & habuit à tempore cujus contrarii memoria non exiſtit. Dicunt etiam quod Priores & Conventus Prioratus prædicti, dimiſerunt & conceſſerunt anteceſſoribus dictorum tenentium terras & tenementa in Brevi contenta, in feodo ſimplici; tenenda de eiſdem Priore & Conventu per redditus & ſervicia in cartis eorum non indentatis limitata. Et dicunt quod terræ & tenementa prædicta fuerunt tunc aſſeſſa & dimiſſa pro vero valore eorundem; & ultra redditus & ſervicia prædicta tunc

Pat. 7. R. 2 p. 1. m. 24. per Inſpex.

non valuerunt. In cujus rei testimonium Sigilla prædictorum Juratorum præsentibus sunt appensa. Dat. die loco & anno supradictis.

De unione Ecclesiarum S. *Germani* in *Cornubia* & de Crediton in com. *Devon. Exoniensi* Episcopatui, vide *Cart.* 3. & 4. *H.* 4. *m.* 4.

Dotatio prima ejusdem, per Regem Canutum.

Inter Brevia Regis & Records de anno 32 E. 3. (bund. 2. m. 5.)

IUratores dicunt super Sacramentum suum, quod quidam Rex *Angliæ*, nomine *Knout*, dedit Deo & Ecclesiæ *S. Germani*, & ibidem Deo servientibus, terras & tenementa in Brevi contenta (*scil.* tria messuagia & duas acras terræ & dimidiam cum pertinentiis in Laurake in Com. *Cornubiæ.*) Et tunc fuit ibidem sedes Episcopalis *Cornub.* & Episcopus nomine *Brithwoldus*, ac Canonici seculares. Demùm, regnante *Knout* rege prædicto; quidam *Lyvyngus* Episcopus *Cryditoniæ* optinuit Episcopatum *Cornubiæ*, post mortem prædicti *Brythwoldi*, qui ultimus fuit *Cornubiæ* Episcopus, uniri cum Episcopatu *Cryditoniæ*: cui *Lyvingo* successit *Leofricus*, qui optinuit illos duos Episcopatus sic unitos usq; tempus beati *Edwardi* regis & Confessoris. Qui quidem *Edwardus*, de præceptu & assensu Papæ *Leonis*, transtulit sedem *Crydytoniæ* in civitatem *Exoniæ*. Et postea idem *Leofricus* Episcopus fundavit, apud S. *Germanum*, Prioratum Canonicorum regularium, Canonicis secularibus amotis: Et sic est dictus Prioratus de Fundatione & patronatu Episcopi *Exoniensis*. (*&c.*)

PRIORATUS.

de Plimton *in agro* Devoniæ.

Historia Fundationis.

Leland. Itinerar. in bibl. Bodl. Vol. 3. f. 23.

THe glory of this Towne stode by the Priorye of blake Chanons there buildyd and richly endowyd with Landes. The original beginnyng of this Priorie was after this fascion. One William Warwyst, Bishop of Excestre, displeasid with the Chanons or Prebendaryes of a Free-Chapelle of the fundation of the Saxon Kinges, because they wold not leve ther concubines, found meanes to dissolve ther Colledge, wherein was a Dene or Provost and fower Prebendaries with other Ministers. The Prebend of Plymton selfe was the title of one, and the Prebend of S. Peter and Paule at Sutton, now caullid Plymmouth, another. Bishop Warwist, to recompence the Prebendaries of Plymton, erectid a College of as many as were there at Bosenham in Southsax, and annexid the gift of them to his successors, Bishops of Excestre. Then he set up at Plymton a Priorie of Chanons-regular, and after was there buryed in the Chapitre house.

Diverse Noble men gave, after, Landes to this Priorie, emong whom was Walterus de Valletorta, Lord of Tremerton in Cornewall, and, as sum say, of Totnes, but yet I know no certeinty of it. I know that he was a man of fair possessions about Plymouth, and that he gave unto Plymtoun Priorie the Isle of S. Nicholas *cum cuniculis*, conteyning a two acres of ground or more, and lying at the mouth of Tamar and Plym ryvers. There were buried some of Courteneis, and divers other Gentilmen in the Chirch of the Priorye of Plymtoun.

Plimton-*Mary* standith not upon Plym ryver, being distant almost half a myle from it; but it standith on Torey-brooke by the Est ripe of it, wherby the lower and first buildings of the Court of the Priorie be almost clene thekid with the sandys that Torey bringeth from the Tynne workes. One Prior Martin, the third or fourth Prior of Plymton, buildyd the substance of the Chirche that there late stode.

Id est.

PRæcipuum hujus oppidi ornamentum, nigrorum Canonicorum fuit Prioratus ibi fundatus, & terris opulenter dotatus. Cujus Prioratus hujusmodi fuit origo: Quidam *Willielmus VVarwist*, Episcopus *Exestrensis*, ità in Canonicos vel Præbendarios liberæ Capellæ à Regibus *Saxonicis* fundatæ, conceptâ, quod concubinas non relinquerent, viam Collegii sui dissolvendi invenit, ubi Decanus vel Præpositus erat, & quatuor Præbendarii, cum ministris aliis. Ipsa *Plimtoniensis* Præbenda alterius titulus erat, & Præbenda SS. *Petri* & *Pauli* apud *Suttonam*, hodie Plymmouth dictam altera. *VVarwist* episcopus, Præbendariorum *Plimtonensium* compensandi intuitu, tot (Præbendariorum) quot ibi erant, Collegium *Bosenhamiæ* in *Sussexia* fundavit, & eorundem instituendorum jus successoribus suis, Episcopis *Exestrensibus*, annexuit. Apud *Plimtonam* autem Canonicorum regularium erexit Prioratum, ubi postmodum in domo capitulari sepultus fuit.

E nobilium classe plures postea terras huic Prioratui contulerunt: inter quos quidam erat *Walterus* de *Valle torta*, Dominus de Tremarton in *Cornubia*, Et (ut quidam ferunt) de Totnes; hoc autem mihi incertum. Istud tamen scio, quod amplarum vir esset possessionum apud *Plymotham*, & quod insulam S. *Nicholai*, cum cuniculis, duo ad minus terræ jugera continentem, & apud *Tamaræ* & *Plimæ* fluviorum ostia sitam, Prioratui *Plimtonensi* dederit. *Courteneyorum* [familiæ] quidam, & plures alii viri generosi in Ecclesia Prioratus *Plimtonensi* sepulti sunt.

Plymton-*Maria* super fluvium Plym [dictum] non stat; cum dimidio ferè lapide inde distet. Stat autem super amnem *Torey* [dictum] ad

ad ripam ejus orientalem, unde humiliora & priora curiæ ædificia ex arenis à fluminis operibus derivatis, & per Mare illatis, ferè obstruuntur. *Martinus* quidem, tertius aut quartus Prior *Plimtonenſis*, integram quodammodo Eccleſiam ibi nuper exiſtentem conſtruxit.

De fundatione Prioratus de Plimpton *per* VVillielmum *Exonienſem* Epiſcopum.

Plac. coram Rege apud *Weſtm.* de term. S. *Hill.* 2. R. 2. Rot. 20. *Devonia.*

DHomas Epiſcopus *Exon.* liberavit domino Regi quandam petitionem ſuam, in hæc verba. *A treſpuiſſant et treſgraciouſe Prince ſeigneur le Roy, et ſon honorable conſeil, ſupplie humblement voſtre Chappelein* Thomas *Eveſq; de* Exceſtre; *que come* Henry *fitz* William *Conquerour per ſa Chartre nadgairs rendy et reſtitua à l'eſgliſe de S.* Marie *et S.* Pier *de* Exceſtre *fundate la eſgliſe de ſeint* Petroke *et counte de* Cornewayle, *en la quelle le Priorie de* Bodemyn *eſt fonduz; et auxi la Eſgliſe de* Plimpton *el counte de* Devenſhire, *et autres eſgliſes en les dues Countees, enſemblement ove les terres, diſmes, et autres choſes a ceo appurtenantes, come appiert per la Chartre le dit Roy* Henry, *dount la copie eſt eſcript en la does de la dis bille, in ces paroles.*

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, ego *Henricus, VVillielmi* Anglorum primi Regis filius, totuſq; *Angliæ* Rex ac moderator; notum facio omnibus, Clero ſimul & populo, tam præſentis ſeculi quàm futuri, quia Dei miſericordia compunctus pro abſolutione peccatorum meorum & ſalute animæ meæ, reddo & reſtituo S. *Mariæ* & S. *Petro Exon.* Eccleſiæ has ſubſcriptas Eccleſias, ita omnibus modis liberas & quietas, ſicut eas donatas eſſe à præclaris regibus prædeceſſoribus meis, ipſorum Cartæ teſtantur; Eccleſiam viz. S.ᵗ *Petroc'*, ſancti *Stephani*, S. *Perani*, Tohon *probus*, cum omnibus terris & rebus ad eas pertinentibus, ita liberas & quietas ab omnibus geldis, querelis, & conſuetudinibus, ſicut fuerunt temporibus anteceſſorum meorum. Præter hæc autem tres Eccleſias in *Devonia*, quas piæ memoriæ *VVillielmus* Rex, pater meus, *Willielmo* Epiſcopo *Exonienſi*, dum adhuc Capellanus ſuus eſſet, dedit, Eccleſiam ſcil. de *Plimtona*, de *Branſtona*, & Eccleſiam S. *Stephani* intra ipſam civitatem *Exoniæ*, ipſis concedo & dono ſedi Epiſcopali *Exonienſi*, hæreditario jure imperpetuum optinendas, pro redemptione animæ meæ & patris mei, cum omnibus terris & Decimis & rebus ad eas pertinentibus, ita liberas & quietas ab omnibus conſuetudinibus & querelis, ſicut pater meus prædicto *Willielmo* eas dederat. Necnon & Eccleſiam de *Culitona*, quam ego præfato *VVillelmo* Epiſcopo dederam, ſimiliter concedo & dono ſedi Epiſcopali *Exonienſi*, pro remiſſione peccatorum meorum, cum terris & decimis, & omnibus rebus ad eam juſtè pertinentibus. Et ut hæc ita data inviolabiliter & inconcuſsè ſub æterno munimento permaneant, ſigno S. Crucis conſignata dimittò. Ego *Adeldis* Regina confirmo. Ego *VVillielmus Cantuar.* Epiſcopus confirmo. Ego Robertus Comes de *Gloucestria* conſigno. Ego *Turſtinus Ebor.* Epiſcopus confirmo. Ego *VVillelmus* Comes de *Sudreis* conſigno. Ego *Rogerus Sarum* Epiſcopus confirmo. Ego *Rogerus* Comes de *VVarwyk* conſigno. Ego *Alexander Linc.* Epiſcopus confirmo. Ego *Robertus* Comes de Legrecestre conſigno. Ego *Ebrardus Norwicenſis* Epiſcopus confirmo. Ego *Hugo Bygotus*, dapifer, conſigno. Ego *Herveus Elienſis* Epiſcopus confirmo. Ego *VVillielmus Piron*, dapifer, conſigno. Ego *Radulphus Ciceſtrenſis* Epiſcopus confirmo. Ego *VVillielmus* de *Albineio* conſigno. Ego *Ranulphus Dunelmenſis* Epiſcopus confirmo. Ego *Nigellus* de *Albineio* conſigno. Ego *Robertus Covventrenſis* Epiſcopus confirmo. Ego *Ricardus* filius *Baldewini* conſigno. Ego *Theoldus VVygornienſis* Epiſcopus confirmo. Ego *Baldwinus* de *Redveriis* conſigno. Ego *Bernardus* de S. *David* Epiſcopus confirmo. Ego *Johellus* de *Barſtapla* conſigno. Ego *Ricardus Herefordenſis* Epiſcopus confirmo. Ego *Guido* de *Totteneys* conſigno. Ego *Godefridus Bathon.* Epiſcopus confirmo. Ego *Robertus* de *Cadentona* conſigno. Ego *Gaufridus* Cancellarius confirmo. Ego *Willielmus filius Odonis*, confirmo. Ego *Gaufridus* S. *Petri VVinton.* confirmo. Ego *Goſelinus* de *Pomereda* conſigno. Ego *Oſbertus* de *Tavyſtocha* confirmo. Ego *Raynaldus* de *Vallestorta* conſigno. Ego *Turſtinus* Abbas de *Sireburna* confirmo. Ego *VVillielmus* filius *Ricardi* conſigno. Ego *Vincentius* Abbas *Abbendoniæ* confirmo. Ego *Herbertus* de *Almeto* conſigno. Ego *Safridus* Abbas *Glaſtonienſis* confirmo. Ego *Umfridus* de *Bohun* conſigno. Ego *VVillielmus* Abbas *Cernenſis* confirmo. Ego *VValterus* filius *Turſtini* conſigno.

Sur qoi William *adonq; Eveſq; d'*Exceſtre *founda et ordyna la Priorie de* Plimpton *en la manſion de la Rectorie en dite eſgliſe de* Plimpton; *et dona la dite eſgliſe de* Plimpton *a les Chanons reſidents q'il myſt illoeques, ove terres, dyſmes, et toutes autres choſes a la dite Eſgliſe appurtenantz; quelle foundacion le dit Roy* Henry *per ſa Chartre confirma*, (*&c.*)

Cartâ Regis Henrici *primi, quod Canonici de* Plimton *ſint immunes de Geldis, &c.*

REx *Archiepiſc. &c. ſalutem. Inſpeximus literas patentes Domini* H. *quondam Regis* Angl. *progenitoris noſtri in hæc verba. H.* Rex *Angl. Ric.* fil. *Rald.* & *G.* de *Furnell* ſalutem. Præcipio vobis, quod permittatis eſſe in pace terram Canonicorum de Plimton, de quicquid inde requiritis de geldis & aliis & omnibus aliis rebus; quia Epiſc. *Sarum* recognovit per Cartam de theſauro meo, quod ipſa ex toto ita quieta eſt, & ita, quod ipſa terra de *Weybiria* & Colebrone non in numero hidarum mearum eſt; & hoc idem teſtatur Epiſcopus per Breve ſuum quod inde habent. *T.* ipſo Epiſcopo *Sarum* apud *Weſtm.* Carta 2. E. 3. m. 13. Ibid.

Carta

* apud Bodmyn.

Carta Regis Henrici *secundi, donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Ibid. *Inspeximus etiam Cartam Domini H. quondam Regis Angl. progenitoris nostri in hac verba* H. Rex *Angl.* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiscopis (*&c.*) salutem: Sciatis me concessisse & confirmâsse Ecclesiæ & Canonicis regularibus de *Plimtona* duas hidas terræ de Colebroc & de *Wenbiria*, liberas & quietas de Danegeldis, & geldis, & assisis, & scyris, & Hundredis & omnibus rebus, quæ sunt extra numerum hidarum mearum, sicut Carta Regis *H.* avi mei testatur; & omnes illas terras, quas Comes *Baldewinus* de *Redveriis*, & *VV.do* de *Nuvant*, & *Robertus* filius *Martini*, & *Matillis Peurella* uxor sua, & Vavasores eorum eis in elemosinam dederunt; videlicet in corpore manerii de *Plimtona* de dominio Comitis *Baldewini*, conductum aquæ per hortos hominum suorum ad officinas eorum. Et terram in eadem villa, quæ est inter viam quæ ducit à Colbroc ad mare; & *Plunirhigiam*, quam pater suus *Ricardus* eis dedit concessu ipsius *Baldewini*: & de feodo ipsius in eodem manerio terram de *Biri*, quam *Nigellus* de *Plimtona* eis dedit. Et de feodo ejusdem in villa *Ermintona*, *Swinstanam*. Et dimidiam virgatam terræ in Bureton, quam *Robertus* fil. *Martini*, & *Matillis Peurell* illis dederunt. Et de feodo ejusdē in Sanford dimidiam virgatam terræ, & dimidium ferlingum, quæ *Ascelinus* eis dedit. Et de feodo ejusdem in *VVidhe* dimidiam virgatam terræ, quam *Ric.* de *Holeweia* eis dedit. Et de feodo ejusdem in *Blakestana* quater viginti actas terræ inter boscum & planum, quas *Paganus* filius *Serlonis* eis dedit. Et de feodo ejusdem in *Alfemestona* dimidium ferlingum terræ quam *Hugo* de *Alfemestona* eis dedit. Et in Ebford 1. *quarrariam*, quam *Goisfenus* bastardus eis dedit. Et de feodo *VVidonis* de Nuvant dimidiam Waleford, quam *Hugo* de *Waleford* eis dedit; & Styrreford, quam *Fulco* filius *Ansgerii*, & *Adeliz* uxor ejus eis dederunt. Et *Cadewurdam*, quam *Rogerus* de *Pola*, & *Pomereius* frater ejus eis dederunt, sicut Carta Regis *H.* avi mei testatur.

Præterea concedo eis & confirmo quicquid eis rationabiliter datum est; Ex dono Comitis *Baldewini*, Garston, exceptâ terrâ molendinarii in cujus excambio dedit eis totidem actas juxta *Danereſdanam*. Et decimas molendini quod ibi est; & partes decimarum quas servi habere solebant. Et in *Ermintona* terram *VVulwardi* nigri; & terram filii sui, & terram cujusdam viduæ, quas *Matillis Peurell* eis dedit in excambio terræ de *Killebiria*. Et ex dono Comitis *Ricardi* servicium de *Alfemestona*, concessu *Walteri Giffard* & *Eustachii*, salvo servicio ejusdem Comitis per denarios. Et in Ebford 1. ferlingū terræ juxta quarrariam. Et in *Uggiburghga*, *Luetonam* & 1. ferlingum terræ, quæ *Robertus* dimidius miles eis dedit. Et Stocterigge, cum bosco; & Capellam *S. Martini* de *Blakestana*, cum omnibus quæ *Paganus* eis dedit. Et terram de *Tamestona* & totam terram de *Briestanestuna*, cum bosco pertinente; & terram de *Anetona*, quam *Walt. Giffard* & mater ejus eis dederunt, cum quatuor hominibus; & terram de *Hemmerdona*, & totam terram de *Watrisalla*; & *Langestanam* & *Wudemanneswella*, cum bosco; & *Rughadona*, & servicium *Roberti Hwite* de 1. stillingo terræ apud *Brentam*; Et medietatem decimæ piscariæ de *Bikel*, & paunagii, & de mortuo bosco quantum eis opus fuerit; & virgas de bosco ad faciendum caulas suas: Et totam terram juxta hortum suum cum mora & prato & aqua & *Landford* quietam de quarta parte servicii unius militis.

Clamo etiam quietam prædictam Ecclesiam de *Plimtona* ab omni opere castelli de Plinton & Ecclesiam de *Anetona*, quam *Rogerus* filius *Stephani* de *Mandevilla* eis concessit & confirmavit. De feodo etiam *Rogeri* de *Nuvant*, Westcote, quietam & liberam de omnibus rebus exceptis *Danegeld*, & murdro, sicut idem *Rogerus* eis concessit, & per Cartam suam confirmavit. Et de feodo ejusdem Staches, cum omnibus appendiciis suis, & exclusagium de aqua de Peun; & totam *Brutereſwurdam* ita liberas sicut Carta *Rogeri* eis testatur. Et Ecclesiam sanctæ *Mariæ* de *Sidenham*, quam *Pulco* filius *Ansgerii* & *Adeliz* uxor ejus eis dederunt; & *Hordrunelandam*, quam *Rob.* fil. *Fulconis* eis donavit. Et in Wurmthel, ex dono Henrici de *Pin*, 1. ferlingum terræ: & ex dono *Godefridi* de *Westona*, terram de *Hamma*, quæ est ex occidentali parte viæ de molendino usq; ad divisam *Willelmi* de *Albamara*, concessu *Roberti Bulesm* Domini sui; & ex dono *Mathillis* de *Pomereia* omnia tenementa sua, quæ habuit in Wudeford; & de feodo *Roberti fil. Martini*, *Miderdenam* quam *Nigellus* de *Buseye Ganfrido* Priori vendidit; & Wichstanestunæ ex dono ejusdem *Nicholai*. Et de feodo *Willelmi* Comitis *Glouceſtriæ*. Et ex dono *Walteri* de *Clavilla* Ecclesiam de *Buroldeſcumba*, & molendinum ejusdem villæ, & Ecclesiam de *Mordunna* & terram de *Fareweia* & de *Benordewuda*. Et ex dono *Ricardi Pincerna* & *Henrici* de *Culetura* Domini sui, terram de Langelwis, cum omnibus appendiciis suis pro *V.* sol. per annum.

Præterea concedo eis omnes terras & tenuras rationabiliter eis datas, de quibus Cartas donatorum habent vel dominorum feodorum. Concedo etiam & confirmo in perpetuam elemosinam de unaquaq; Prebenda *Exoniensis* Ecclesiæ, primo anno post mortem & decessum Canonici ejusdem Ecclesiæ, vel post vitæ mutationem *iiii.* libratas, sicut Carta venerabilium Episcoporum *Roberti*, primi & secundi *Exoniensis* Ecclesiæ testantur. In *Cornubia*, Ecclesiam de Landloho, cum omnibus appendiciis suis, ita ut decedentibus ejusdem Ecclesiæ Clericis, Præbendæ eorum in usus Canonicorum regularium de *Plimtona* cedant. Et in civitate *Exon.* domum & hortos *Ascelini* Archidiaconi, quæ *Will.* Episcæmit & Canonicis in elemosinam dedit; Et terram quandam & domum in vico Australi supradictæ Civitatis, quæ fuit

Claremboldi

Clarembaldi; & terram de *Lulcaeumba*, quam *Hugo* de *Salceto* eis dedit assensu & confirmatione ejusdem Episcopi. Et terram de *Stokeleia* de Ecclesia *Exon.* tenendam ad quartam partem servicii unius militis in denariis.

Et in *Cornubia* Ecclesiam sancti *Antonini* Regis & Martyris, & Ecclesiam sancti *Justi* martyris, cum terris, decimis, libertatibus, & omnibus appendiciis suis, quæ *Robertus* Episcopus primus eis dedit; & ex dono *Roberti* filii *Martini* in manerio de *Dertintona* quartam partem terræ de *Fenna*; & *Albricum* filium *Sameri* de *Kalestoc*. Quare volo (&c.) T. *Roberto* de *Novo Burgo*, & *Ric.* de *Humet* Cunstabulario, & *Manass. Biset* dapifero, & *Henr.* de *Oilli Constab.* & Roberto de *Sancta Maria* Ecclesiâ; & *Hugone* de *Pirer.* apud Boltherst, &c.

Carta Regis Henrici *secundi, concessionem terræ de* Newton *per* Robertum de Pontearchie *factam, confirmans.*

Cart. antiq. Z. n. 12. HEnricus Dei gratia Rex *Anglie*, &c. Sciatis me, ad petitionem *Roberti* de *Ponte-Arche*, concessisse & præsenti Carta nostra confirmâsse Ecclesiæ Apostolorum *Petri*, & *Pauli* de Plimpton, & Canonicis regularibus ibidem Deo servientibus, totam terram de Newton, cum omnibus pertinentiis suis, in liberam, & perpetuam Elemosinam, quia prædictus *Robertus* de *Ponte Arche*, assensu *Matildis* uxoris suæ, & hæredum suorum dedit eis, & concessit in perpetuam & liberam Elemosinam, & Carta sua confirmavit; quia *Emma*, soror ejusdem *Roberti*, sponsa *R.* de *Reversis* Comitis *Devonia*, eidem Ecclesiæ & Canonicis priùs in Elemosinam dederat, sicut Carta ejusdem *Roberti* testatur. Quare volo, (&c.) Testibus. R. *Wintoniensi*, *G. Elienſi*, & I. *Norwicensi* Episcopis, *Richardo* Thesaurario & pluribus aliis, apud *Westmonasterium*.

Carta Willielmi *de* Curchi *de terra de* Potterigg.

Ex autogr. in bibl. Hattoniana. DOmino, & patri suo charissimo *Roberto* Dei gratia *Bathoniensi* Episcopo, *Willielmus* de *Curchi*, salutem. Sciatis quia concessi, & per Cartam meam confirmavi, Ecclesiæ Sanctorum Apostolorum *Petri* & *Pauli* de *Plimptona*, & Canonicis ibidem Deo famulantibus, terram meam de Potterigg, pro anima patris mei (&c.) quieram ab omnibus rebus, excepto servicio, quod Regi pertiner, quam *Rogerus de Rigni*, & *Mabilia*, & *Willelmus*, & *Baldewinus* & *Richardus* eorum filii, eidem Ecclesiæ in elemosinam dederunt. Hii testes interfuerunt; Videlicet. *Alnodus* sacerdos, *Willielmus* de *Baionvilla*, & *Robertus de Baionvilla*, & *Philippus* de *Carevilla*, & *Jordanus* de *Curchi* frater meus.

Carta Roberti Exoniensis *Episcopi, Donationem Ecclesiæ de Castello* Exoniæ, *per* Will. Avenel *factam, confirmans.*

ROberto Dei gratia venerabili *Exoniensi* Episcopo, Archidiacono, Canonicis suis, totiq; Conventui *Exoniensis* Ecclesiæ, *Baldwino* Comiti & *Ricardo* filio ejus, & omnibus Baronibus per *Devoniam* constitutis Francis & Anglis *Willelmus Avenel* salutem. Sciatis me concessisse & literis sigillo meo sigillatis confirmasse Ecclesiæ Sanctorum Apostolorum *Petri* & *Pauli* de Plimpton, ea quæ *Randulphus* Pater meus & *Adel* ejus amita eidem dederunt & cartis eorum confirmaverunt, & nominatim Ecclesiam de Castello *Exoniæ* cum quatuor Præbendis & terris & decimis & omnibus redditibus ubicunq; sint eidem Ecclesiæ pertinentibus; necnon Ecclesiam Sancti *Michaelis* de Alvinton; Ecclesiam quoq; sancti *Andreæ* de Chen. Et ut dictum est etiam confirmo quæcunq; præfata Ecclesia sive à patre meo, sive ab Adeliz amita sua data sunt & cartis eorum confirmatæ. Cujus rei testes sunt *Robertus* Episcopus *Exoniæ*, *Ricardus* filius Comitis, *Rogerus* de *Nuvant*, (&c.) Ex autogr. in officio Armorum.

Carta Regis Edwardi *primi, per quam concessit Canonicis de* Plimpton, *quod de cætero habeant in Ecclesia de* Landoho *unum Vicarium & unum Capellanum seculares.*

REx omnibus ad quos &c. salutem. Sciatis quod cum nuper in Curia nostra coram dilectis & fidelibus nostris, *Johanne* de *Berewyk* & Scocius suis Justiciariis nostris ultimo itinerantibus in Com. *Cornubiæ* præsentatum fuisset, quod quidam bonæ memoriæ *Edgarus* quondam Rex *Anglie*, Prædecessor noster dedit Canonicis de Plimpton duas carucatas terræ, centum solidatas redditus cum pertinentiis in Landoho, & Ecclesiam ejusdem villæ pro sustentatione duorum Canonicorum ad divina ibidem celebranda & elemosinam pauperibus erogandam, & pro peregrinis & aliis hospitandis pro anima dicti Regis & successorum suorum; & quod hujusmodi celebratio & elemosinarum erogatio à tempore donationis prædictæ, ibidem factæ fuerunt usq; ad principium quindecim annorum dictum iter Justiciariorum nostrorum prædictorum præcedentium; quo celebratio & elemosinarum erogatio prædictæ substractæ fuerunt. Ac Prior dicti Prioratus de Plimpton in dictâ Curiâ nostrâ, coram præfatis Justiciariis nostris super substractione hujusmodi allocutus, asseruerit, quod quidam *Willielmus* quondam *Exon.* Episc. de assensu Capituli sui *Exon.* dedit Ecclesiam prædictam cuidam *G.* tunc Priori de Plimpton & Canonicis ejusdem loci; & quod dictus Prior & prædecessores sui, per donum dicti Episcopi & confirmationem celebris memoriæ Domini *H.* quondam Regis *Anglie* proavi nostri, prædictos terram, redditum & Ecclesiam tenuerunt absq; celebratione divinorum, elemosinarum erogatione, seu peregrinorum

Pat. 35. E 1. m. 20.

Vide Brevia Regis 2. R. 2. n. 43. Ht pat. 40. E. 3. p. 1. m. 44.

regrinorum hospitatione inde faciendis. Cumque per Inquisitionem in dicta Curia nostra coram præfatis Iusticiariis nostris, de præmissis, captam, in quam dictus Prior se posuit, compertum fuisset, quod quidam prædecessor prædicti Prioris habuit prædictos terram, redditum, & Ecclesiam de dono prædicti Regis *Edgari* pro Cantaria, Elemosinis, & hospitalirate sustentandis in forma suprædicta; & quod eadem Cantaria, Elemosinæ, & hospitalitas à tempore donationis prædictæ per prædecessores prædicti Prioris sustentatæ fuerunt, quousq; subtractæ extiterant, ut est dictum, per quod dicta Curia nostra consideravit, quod prædictæ Cantaria, Elemosinæ, & hospitalitas sustentarentur, & quod Prior prædictus ad hæc distringeretur, sicut per Recordum & processum coram præfatis Justiciariis nostris inde habita, quæ coram nobis venire fecimus est compertum. Nos licet Prior & Canonici prædicti ad sustentationem dictorum duorum Canonicorum, Elemosinarum erogationem, & hospitalitatem juxta considerationem Curiæ nostræ prædictæ teneantur: Attendentes nichilominus cultum divinum adeo honestè & congruè per præsbiteros seculares, quàm per religiosos extra Conventum in loco privato commorantes posse exerceri & sustentari, ad requisitionem dictorum Prioris & Canonicorum volumus & concedimus pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, quod prædicti Prior & Canonici & eorum successores, decætero habeant ad dictam Ecclesiam de **Landoho** unum Vicarium & unum Capellanum seculares divina ibidem celebraturos, & elemosinarum erogationem & hospitalitatem nomine dictorum Prioris & Canonicorum, pro terra, redditu, & Ecclesia prædictis facturos imperpetuum. Nolentes quod iidem Prior & Canonici vel successores sui ad aliquos Canonicos seu alios, ultra dictos Vicarium & Capellanum, in dicta Ecclesia de **Landoho** ad prædicta pietatis opera excercenda, sicut prædictum est inveniendos decætero teneantur, aut per nos vel hæredes nostro, Justiciarios, Escaetores, Vicecomites aut alios Balli vos seu Ministros nostros quoscumq; ad hoc aliqualiter compellantur. In cujus, *&c.* Teste Rege apud *Karleolum xxvj.* die *Martij.*

De terra de **Postrigge** *per Canonicos de* **Plimton**

Walrero *de* Kentelesberi *& hæredibus suis concessa, pro* xliijs. vj^{d}. *eis annuatim reddendis.*

Ex ipso autographo in bibl. *Hattoniana.*

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Juliana* quondam uxor *Willielmi* le *Bret*, assignata virorum religiosorum Prioris & Conventus de **Plymton**, in ligia potestate & viduitate mea, tetigi & inspexi, & ad instantiam *Johannæ*, quæ fuit uxor *Johannis Trevet*, & *Hugonis* de *Popham*, tunc viri sui, Cartam, quam frater *Robertus* Prior de **Plymton** & Conventus ejusdem loci fecerunt *Waltero* de *Kentlesber* & hæredibus suis de dono & concessione terræ de **Postrigge** in hiis verbis. Omnibus Christi fidelibus præsens Scriptum visuris vel audituris, frater *Robertus* de **Plimton** & ejusdem loci Conventus, salutem æternam in Domino. Noverit universitas vestra, nos communi assensu nostro dedisse, concessisse, & hac præsenti Carta nostra confirmâsse *Waltero* de *Kentelesberi* & hæredibus suis vel assignatis, pro homagio & servicio suo, totam terram nostram de **Postrigge**, cum hominibus nostris & sequelis eorum, & cum omnibus aliis pertinentiis ad dictam terram pertinentibus. Tenendum & habendum sibi & hæredibus suis vel assignatis, de nobis & successoribus nostris jure hæreditario in perpetuum liberè, quietè, pacificè, & integrè Reddendo indè annuatim nobis & successoribus nostris quadraginta tres solidos, & sex denarios legalis monetæ in Cella nostra de *Mariseo*, quæ est sita extra civitatem *Exoniæ* in parte occidentali, in Pascha, pro omni servitio, querela vel demanda ad nos pertinente. Salvis tamen nobis Releviis & homagiis quandocunq; secundùm legem terræ acciderint. Idem verò *Walterus* & hæredes sui vel assignati persolvent servitium regale quantum pertinet ad dictam terram, & facient sequelas omnimodas quæ debentur de jure de dicta terra aliquibus. Dictus verò *Walterus* & hæredes sui vel assignati prædictam terram poterint assignare, vendere vel dare cuicunq; voluerint, dummodo hoc nullo modo alicui Domui Religionis, nec in Judaismo pignori obligare præsumant.

Nos verò & successores nostri dictam terram cum pertinentiis dicto *Waltero* & hæredibus suis vel assignatis tenemur warantizare contra omnes gentes in perpetuum. Et ut nostra Donatio rata & inconcussa in posterùm permaneat, præsens scriptum Sigilli Monasterii nostri impressione roboravimus, His testibus, Dominis *Willielmo Malet*, *Hugone Fichet*, *Roberto* de *Chilton*, *Willielmo Fichet*, *Thoma Trevet*, *Roberto* de *Eston*, *Roberto* de *Coker*, & aliis. Hanc verò Donationem, concessionem & præsentis Cartæ confirmationem in omnibus suis articulis, ego dicta *Juliana* pro me & hæredibus meis ratam habens, eidem *Johannæ* & hæredibus suis vel assignatis, & in omnibus articulis suis confirmo & concedo in perpetuum; Habendam & tenendam de me & hæredibus meis in perpetuum forma prædicta, Et reddendo mihi & hæredibus meis dicta *Johanna* & hæredes sui vel assignati, redditum prædictum in termino prædicto apud **Bayonenebroke**, juxta **Cedene**, & omnia alia servitia inde debita & consueta faciendo. Ego verò *Juliana* & hæredes mei dictam terram de **Postrigge** cum omnibus prædictis & suis pertinentiis dictæ *Johannæ* & hæredibus suis, vel assignatis contra omnes mortales warantizabimus, acquietabimus & defendemus in perpetuum, pro servitio prædicto, ut prædictum est. Et si aliquo casu contingente contingat dictam *Johannam* vel ejus hæredes seu assignatos suos in solutione dicti redditus dictis termino & loco deficere, tunc licitum sit dictæ *Julianæ* & ejus hæredibus dictam *Johannam* & ejus hæredes vel assignatos per catalla sua distringere, & averia sua fugare & detinere ubicunq; voluerit in Com. *Somersetensi*, quousq; de dicto redditu ad plenum

fuerit

fuerit satisfactum. In cujus rei testimonium præsentem Cartam ad modum cyrographi confectam sigillo meo roboravi, & etiam dictus *Hugo*, Vir dictæ *Johannæ*, sigillum suum apposuit. Hiis testibus, Dominis *Johanne* de *Acton*, *Roberto* de *Wodeton*, *Johanne* filio *Galfridi* militibus; *Hugone* le *Liff*, *Hugone* de *Maundeville*, *Willielmo Fichet*, *Waltero* de *Cantok*, & aliis. Datum apud **Somerton**, Justiciariis Domini Regis tunc itinerantibus ibidem, tertio die post *Nativitatem* beati *Johannis Baptistæ*, Anno Regni Regis *Edwardi* octavo.

WALTHAMENSE

Cœnobium in Commitatu Essexiæ.

Carta Sancti Regis Edwardi *de possessionibus nostris.*

Ex Registro de *Waltham* in bibliothecâ *Cottonianâ* [*Tiberius.* C. 9.] fol. 49. a. Et Cart. antiq. M. a. 1.

IN nomine Domini nostri *Jesu Christi*, qui unus Deus in Trinitate ab omnibus se colentibus veneratur, & puro cordis affectu adoratur. Ego *Edwardus* Dei dono *Anglorum* Rex, in hujus mundi decursu hujus seculi filiorum, qui justi inveniuntur studens exaltare cornu, utpote regalis imperii jure ritè roborati, accedant ad eum per callem justitiæ qui dat petentibus justè & religiosè vivere. Hæc tam beata commutatio dignè censetur in hoc seculo, ut sui fælicitas tantum deliberaverit animi, quod mundialium gravedine cupiditarum postpositâ, velut granum frumenti à spinis suffocantibus, aliquando verò dumetis arescentibus, decipiat in hunc tenorem emergi, ut divina virtute firmatus vigeat suo creatori & domino. Istas etenim inter transitorias mundi procellas cuidam meorum Comitum, onomate *Haraldo*, quandam terram, quæ antiquitùs ab incolis illius loci nuncupatur **Waltham** hæreditario jure concessi, cum omnibus ad se pertinentibus, campis, pascuis, pratis, silvis, & aquis. Exhinc sibi tantam Deus suæ pietatis gratiam contulit, ut inter momentanea mundi desideria cogitaret fæliciter desudando cœlestia: Quinetiam ille, qui omnia in omnibus operatur ut vult, talem divinæ pietatis dulcedinem, ut supra memoravi, concessit ei, ut non solùm Dei cultor efficiatur, verumetiam Canonicæ regulæ strenuus institutor fieri credatur; nam hæc divinitùs fidei declaratione & operum exhibitione cæterarumq; Ecclesiasticarum rerum plenitudine probavit eventus. Quis autem finis ejus desiderii post hæc evenerit, sapientia per *Salomonem* declarando prompsit, dum ait, *Justis dabitur desiderium bonum.*

Enimvero rationali consilio ditatus, ac suæ non inmemor conditionis, in præscripto loco Monasteriũ ad laudem Domini nostri Jesu Christi & Sanctæ Crucis construxit. Primùm concedens ei terram quæ vocatur **Northlande**, undè Ecclesiam villæ antiquitùs dotatam invenit. Post fundatum dehinc sacræ fidei Monasterium, ad normam Sanctæ Dei Ecclesiæ dedicari fecit honorificè, ob memoriam mei & conjugis meæ nomine *Æditha*, patris ac matris pro se suisq; omnibus vivis & defunctis sibi consanguinitate conjunctis. Hoc enim perplurimis Sanctorum Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum reliquiis ornavit. Hoc non solùm terris (quarum vocabula post hæc sunt recitanda,) verumetiam libris Evangelicis, vestibus, ac diversis ornamentorum generibus templo Domini congruentibus, qui divinis cultibus clarè ac dulcedine imbutus, attentiùs sanctæ celebrationis templum excolere cœpit ac venerari. Quid plura? suæ deniq; conditionis non inmemor, ibidem, quorundam catervulam fratrum secundùm auctoritatem Sanctorum Patrum canonicæ regulæ subjectam constituit, quæ Deo & sanctis ejus die noctuq; laudes hymnizando decantet.

Hæc sunt vocabula prædiorum ad præfatum pertinentia Monasterium, *Passefelda* cum omnibus ad se pertinentibus campis, pascuis, pratis, silvis, & aquis. **Walde**, cum omnibus ad se pertinentibus campis, pascuis, pratis, silvis, & aquis. **Upminster** cum omnibus ad se pertinentibus campis, pascuis, pratis, silvis, & aquis. **Wallisare**, cum omnibus ad se pertinentibus campis, pascuis, pratis, silvis, & aquis. **Tippedene**, cum omnibus ad se pertinentibus campis, pascuis, praris, silvis, & aquis. **Alwartune**, cum omnibus ad se pertinentibus campis, pascuis, pratis, silvis, & aquis. *Wadeforda*, cum omnibus ad se pertinentibus campis, pascuis, pratis, silvis & aquis. **Lambehithe**, cum omnibus ad se pertinentibus campis, pascuis, pratis, silvis, & aquis. **Nesingan**, cum omnibus ad se pertinentibus campis, pascuis, pratis, silvis, & aquis. **Bikkendune**, cum omnibus ad se pertinentibus campis, pascuis, pratis, silvis, & aquis. **Welnho**, cum omnibus ad se pertinentibus. *Alichesia*, cum omnibus ad se pertinentibus. **Wrmeleia**, cum omnibus ad & se pertinentibus. **Nethlesuelle**, cum omnibus ad se pertinentibus. **Hicche**, cum omnibus ad se pertinentibus campis, pascuis, pratis, silvis aquis. **Lukintone**, cum omnibus ad se pertinentibus. **Westwaltham**, cum omnibus ad se pertinentibus.

Has omnes supradictas terras ego *Edwardus* Rex pro redimendis peccatis meis & antecessorum, sive etiam successorum meorum, consilio Archiepiscoporum & Episcoporum, necnon & Principum terræ meæ, Ecclesiæ *Sanctæ Crucis* & fratribus ibidem in Dei nomine congregatis sive congregandis concedo, cum *sacha*, & *socha*, *tol*, & *team*, & **infangenetheof**, & **flemenesfyrinthe**, & **griðbreche**, **forstal**, **hamsokne**, **bloðwite**, **nedel**, & **oxeste**. Si verò aliquis successorum meorum, quod absit, de terris istis quicquam substraxerit vel substrahi permiserit, & inde requisitus emendare noluerit, ei Deus justus Judex, Regnum pariter & coronam auferat. Nos autem Archiepiscopi & Episcopi ad hanc confirmationem congregati ex præcepto Domini nostri Regis, e jusdem hortatu excommunicamus

municamus & maledictione perpetua condempnamus omnes tranſgreſſores hujus conſularis donationis & regularis conceſſionis.

Ðiſ ſýnd þa land ġemæra into Paſſefelde. Þ iſ æreſt of þare ealdan hæcce æt Freodeneſelde into þriſta hlýpe. into þam bece to Staundone. ⁊ of Staundune to Scealdeforda. ⁊ of Scealdeforda to Colebogepelle. of þere pelle eſt into þare ealdan hæcce. ⁊ ſwa eſt into Freodene feldæ ⁊

Ðiſ ſýnd þa land ġemæra into Weldæ. eneſt of Dellen norð into þere ġemyðe eaſt into Haſeġeate. of Haſeġeate eaſt into þam pulfþýtte. of ðam pýtte ſuð into þam puree. of þam puree ſuð to ſpeobeapneſ hlýpe. ⁊ ſwa into manneſ landæ. ⁊ þanon eſt into Dellen ⁊

Ðiſ ſýnd þa land ġemæra into Upmýnſtre. æreſt æt Tiġelhyrſte ſuð to þare Marcdice. of þare dice peſt in Inġeburne. ⁊ of þare burne norð into Beccenġare. ⁊ of Beccenġare norð andlanġ þare ſaldſtrate into Stanġare. of Stanġare norð into Manneſ landæ. of Manneſ landæ eſt into Tiġelhyrſte ⁊

Ðiſ ſýnd þa land ġemære into Walhfare. æreſt of þam æſce to þære æſdan hlype. of þare hlype to þare ealdan pudehacche. of þare hæcce to þare ealdan ſtrate. ⁊ of þare ſtrate to Sandæcepe. ⁊ of þam æcepe to Beadepan ea. ⁊ of þare ea to piuebroce. of þam broce norð eſt to þan æſce ⁊

Ðiſ ſýnd þa land ġemære into Tippedene. æreſt in Tippaburne. of þare burne up to þam hepe. ⁊ of ðam hepe to þet dene ġemære piðæſtan hecce. ⁊ ſwa into þære ea. andlanġ þære ea þat eſt cýmð to Tippeburne ⁊

Ðiſ ſýnd þa land ġemære into Ælfaſtone. æreſt æt pepð hæcce. of pepð hacce to ea ſporte. of ea ſporte into Beollepole. of þam pole into Leofſiġeſ mad. of Leofſiġeſ mad into Omeſ mad. of Omeſ mad into Æðericeſ hlýpe. of þare hlýpe into pulf hlýpe. of pulf hlýpe into herfaloe. of herfaloe into ſtanpeġeſ hacce. of ſtanpeġeſ hacce into Satereſbrýġ ⁊

Ðiſ ſýnd þa land ġemære into Wudeforde. æreſt in Anġliceſ burne to Ealdeſmanneſ hæcce to þæſ Cýneġeſ hæcce. of þæſ Cýneġeſ hæcce eſt into Anġliceſ burne ⁊

Ðiſ ſýnd þa land ġemære into Lambehýðe. æreſt æt Briġeſ ſtane ⁊ ſwaforð þurġh þane ġraf to þam Mærcelce. ⁊ ſwa to bulċe þreo ⁊ ſþam bulce þreo to hýſe. ⁊ ſþam hýſe to Ælfýġeſ hæcce. ⁊ ſwa eſt to þare ſtrate. ⁊ ſwa andlanġ ſtrete eſt to Briġeſ ſtan ⁊

Ðiſ ſýnd þa land ġemære into Naſſinġan. þat iſ æreſt of Ceplenhacce andlanġ meapce to Sceldenmere to þare burnan. ⁊ of þare burnan to buċeppyelle to Ðunolġemaren. ⁊ of Ðunoldeſ ġemaren, eſt andlanġ mapce to Ceplenhacce. ⁊ ſeo mæd þe þaſ to ġebýnð lið ut beliġean ⁊

Id eſt.

Hi ſunt fundi limites apud *Paſſeſeldam*. Scilicet, primò à veteri clauſo apud *Freodeneſeldam* [campum ſic dictum] in ſacerdotum ſaltum [pergendo] in rivulum [& ſic] ad *Standonam*. Et à *Standona* ad *Scealdeſordam* [vadum ita dictum:] Et à *Scealdeforda* ad *Colebogewellam* [fontem ſic appellatum] à fonte denuo in vetus illud clauſum: Et ſic iterum in *Fereodeneſeldam*.

Hi ſunt terræ termini apud *Weldam*. Primò à *Della* (i. e. valle) Aquilonem verſùs in caveam, Orientem verſùs in *Haſegatum* [portam ſic dictam] ab *Haſegata* Orientem verſùs in [cujuſdam] *Wulfii* puteum; à puteo Auſtrum verſùs in ſeptum; à ſepto Auſtrum verſùs ad ingenuæ prolis ſaltum; & ſic ad [cujuſdam] *Manni* fundum; Et inde rurſum in *Dellam*.

Hi ſunt fundi limites apud *Upminſtram*. Primò apud *Tigelhyrſtam* [ſilvam ita nominatam] Auſtrum verſùs ad *Marcdicam* [i. e. foſſam limitarem:] à foſſa Occidentem verſùs in *Ingeburnam* [torrentem ſic dictum:] & à torrente Aquilonem verſùs in *Beccengaram*: Et à *Beccengara* Aquilonem verſùs per longitudinem [vel, tractum] *Waldſtratæ* * in *Stangaram*: à *Stangare* Aquilonem verſùs in [cujuſd.] *Manni* fundum: à *Manni* fundo iterum in *Tigelhyrſtam*.

* Via ſtrata vocatur.

Hi ſunt terræ termini apud *Walhfaram*. Primò à fraxino ad veterem ſaltum, à ſaltu ad vetus ſylveſtre clauſum: à clauſo ad veterem viam: Et à via ad arenoſum agrum: ab agro ad [cujuſdam] *Beadwiæ* aquam: Et ab *aqua* ad *Wivebrocam* [amnem ſic dictum:] à broca Aquilonem verſùs iterum ad fraxinum.

Hi ſunt fundi limites apud *Tippedenam*. Primò *Tippeburne* [torrenti ſic dicto:] à torrente ſurſum in planitiem: à planitie ad vallis limitem retro clauſum: Et ſic in aquam, per longitud. [vel curſum] aquæ, quæ refluit ad *Tippaburnam*.

Hi ſunt terræ termini apud *Ælwarduam*. Primò apud munitum ſeptum: à munito ſepto ad agellum amnicum: ab agello amnico in *Beolle* ſtagnum; à ſtagno in *Leoffii* pratum: à *Leoffii* prato in *Omeri* pratum: ab *Omeri* prato in *Æthelrici* ſaltum, à ſaltu ad *Wulfii* ſaltum: à *Wulfii* ſaltu in *Helfaldam* [caulam ſic dictam:] ab *Heffalda* in viæ lapideæ clauſum, à viæ lapideæ clauſo in *Satereſbrygam* [i. e. ſatyri pontem.]

Hi ſunt fundi limites apud *Wudefordam*. Primùm in *Angriciburna* [torrente ſic vocato] ad Senatoris clauſum [pergendo] ad Regis clauſum: à Regis clauſo iterum in *Angriciburnam*.

Hi ſunt terræ termini apud *Lambehythum*. Inprimis apud *Brixii* lapidem, & ſic prorſum per lucum ad *Mercdicam*: Et ſic ad arborem vernacoſam: Et ab arbore ad *Hyſam*. Et ab *Hyſa* ad *Ælfii* clauſum: Et ſic iterum ad viam. Et ſic per tractum viæ ad *Brixii* lapidem.

* Foſſam limitarem.

Hi ſunt fundi limites apud *Naſſingam*. Scilicet, primò à ruſticorum clauſo per longitudinem limitis ad *Sceldenmeram* [metam ſic dictam] à *Scel-*

à *Sceldemuera* ad torrentem: & à torrente ad butyri fontem: & à butyri fonte ad *Thuroldi* limitem: & à *Thuroldi* limite iterum per limitis longitudinem ad rusticorum clausum. Et pratum quod eò pertinet jacet foràs secùs *Lygeam* [fluvium sic dictum.]

Ego *Ædwardus* nutu divino Rex, omnia prædia quæ *Haroldus* comes Monasterio apud Waltham subjecit, vel quæ adhuc se daturum decernit, sublevans, statuo, ut ab omni servitutis jugo sint semper libera, & *à Shiris*, & *Hundredis* & extra curiam *Sanctæ Crucis* omnibus placitis & omnibus *geldis*. Scriptum est autem istud privilegium anno dominicæ incarnationis, *Mlxij*. Indictionibus terquinis, epactis septenis concurrentibus. His testibus consentientibus Ego *Ædwardus*, *Anglorum* basileus hac inscriptione + saluiferæ crucis deliberando assigno. Ego *Eadgyda*, dei munere Christi Regina, hæc eadem confirmando testimonium do. Ego *Stigandus*, *Dorobernensis* Archipræsul, hæc eadem affirmo.

An. D. 1062.

Ego *Ealdredus* Archiepiscopus hæc consolido.

Ego *Alfwoldus* Episcopus ad hæc testimonium perhibeo.

Ego *Heremannus* Episcopus testimonium exhibeo.

Ego *Leofricus* Episcopus testimonium adhibeo.

Ego *Willielmus* Episcopus hæc affirmo.

Ego *Ailmarus* Episcopus hæc consolido.

Ego *Lefwinus* Episcopus testimonium perhibeo.

Ego *VVlfwinus* Episcopus hæc eadem confirmo.

Ego *Aelwinus* Episcopus testimonium exhibeo.

Ego *Africus* Episcopus hæc affirmo.

Ego *VValterus* Episcopus hæc eadem corroboro.

Ego *Gyso* Episcopus hæc omnia præscripta confirmo.

Ego *Ægelnothus* Abbas.
Ego *Ælfwinus* Abbas.
Ego *Wlffricus* Abbas.
Ego *Leoffricus* Abbas.
Ego *Leofstanus* Abbas.
Ego *Ælwig* Abbas.
Ego *Hordricus* Abbas.
Ego *Ægelsinus* Abbas.
Ego *Lefstanus* Abbas.
Ego *Ædmundus* Abbas.
Ego *Sitricus* Abbas.

Ego *Haroldus* Comes operando consolido.

Ego *Ælfgarus* Comes. Ego *Tostinus* Comes.

Ego *Lefwinus* Comes. Ego *Gyrth* Comes.
Ego *Esgarus* Regiæ procurator aulæ.
Ego *Rodbertus* Regis consanguineus.
Ego *Radulphus* Regis aulicus.
Ego *Bundinus* Regis Palatinus.
Ego *Hesbernus* Regis consanguineus.
Ego *Regenbaldus* Regis Cancellarius.
Ego *Petrus* Regis Capellanus.
Ego *Baldewinus* Regis Capellanus.
Ego *Brithricus* Princeps. Ego *Ælfstanus* Princeps.
Ego *Wigodus* Regis Pincerna.
Ego *Herdingus* Reginæ Pincerna.
Ego *Azdurus* Regis dapifer.
Ego *Tfingus* Regis dapifer.
Ego *Godwinus* Reginæ dapifer.
Ego *Dodda* Princeps. Ego *Alfgarus* Princeps.
Ego *Brixinus* Princeps.
Ego *Esbernus* Princeps.
Ego *Ædricus* Princeps.
Ego *Seswardus* Princeps.
Ego *Ægelnothus* Princeps.
Ego *Eadwig* Princeps.
Ego *Ægelmundus* Princeps.
Ego *Alwoldus* Princeps.
Ego *Ælphig* Princeps.

Hæc ego conscripsi *Swidar* sub nomini Christi +.

——Ille (videlicet *Willielmus* Dux *Normaniæ*) ubi perfecta victoria potitus est, suos sepeliendos mirificè curavit, hostibus quoq; si qui vellent idem exequendi licentiam præbuit. Corpus *Haroldi* matri, repentè sine pretio, misit, licèt illa multum per legatos obtulisset. Acceptum itaq; apud Waltham sepelivit, quam, ipse, Ecclesiam ex proprio constructam in honore *Sanctæ Crucis*, Canonicis impleverat. *W. Malmesb.* fol. 57. b. n. 40.

An. 1177, amotis ab Ecclesia *Walthamensi* Canonicis secularibus, subinducti sunt Regulares, authoritate summi Pontificis sub præsentia regis patris (viz. *H.* 2di.) in vigilia Pentecostes. *Theo. Walsing. Ypodig. Neust.* p. 43. n. 20.

Carta Regis Henrici *secundi, scilicet Fundatoris nostri de possessionibus nostris, prima & originalis.* Ib. fol. 5. n. b.

Henricus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiscopis, Episcopis, (&c.) Salutem. Cum ex divinæ benignitatis gratia, quæ corda Regum ad quod voluerit, sola potest inclinare, propositum nobis esset & voluntas construendi Monasterium Canonicorum Regularium, duximus inprimis à viris religiosis & à majoribus regni nostri de loco convenienti construendo Monasterio consilium quærere, qui diligenter super hoc deliberantes, locum proposito nostro congruum, Ecclesiam de Waltham existimaverunt; Et precipuè, cum in ea Canonici seculares nimis irreligiosè & carnaliter vixissent, ita quod infamia conversationis illorum modum excedens multos scandalizasset, visum fuit Archiepiscopis & Episcopis nostris; & aliis viris religiosis opus esse pietatis, illis amotis, quos infamiæ nota maculaverat, viros sanctæ conversationis substituere, & opinione laudabiles; ut sic uno eodemq; facto regiæ celsitudinis propositum sanctum sortiretur effectum, & à loco celeberrimo turpidinis removeretur exemplum. Et Cart. antiq. M. n. 2. Et Pat. 4. E. 4. p. 3. m. 9.

Hiis itaq; de consilio majorum regni nostri ad dominum Papam *Alexandrum* tertium rela-

tis, ut ipse discretionis suæ consilium nobis impertiret, in hac forma responsum nostra consultatio suscepit; videlicet ut Canonicis secularibus Ecclesiæ de **Waltham** pro qualitate Præbendarum suarum aliàs provideretur; & deinde Canonici Regulares introducerentur. Cum igitur prædictis Canonicis competenter fuisset provisum, Canonici regulares, ex auctoritate prænominati Papæ, per manus Episcoporum quos ad hoc convocavimus, in commemoratam Ecclesiam sunt introducti: Quapropter, cum hæc suprascripta Ecclesia de **Waltham** à primitiva sua fundatione semper regalis fuisset Capella, nulli Archiepiscopo, vel Episcopo, sed tantùm Ecclesiæ *Romanæ* & regiæ dispositioni subjecta, illam cum omnibus pertinentiis suis liberam, &, ut præscriptum est, absolutam ex auctoritate supradicti Papæ concessimus & donavimus in perpetuam elemosinam Canonicis regularibus, glorioſam servantibus vivendi regulam à sanctis Apostolis traditam, & postea à magno & beato *Augustino* divinà revelatione, multis adjectis, adornatam. Hanc insuper Ecclesiam, quasi novam Christi sponsam novâ dote, sicut decebat, dignum duximus esse ditandam.

Concedimus ergo & donamus illi & Canonicis ibidem Deo servientibus, pro salute nostra & liberorum successorumq; nostrorum, pro redemptione etiam nostrorum prædecessorum Regum *Angliæ*, & reginarum, omniumq; fidelium in perpetuam elemosinam, quietas à me & ab omnibus hæredibus meis, **Siwardestune**, cum omnibus ad se pertinentibus campis, pascuis, pratis, silvis, & aquis: **Eppinges** cum omnibus ad se pertinentibus campis, pascuis, pratis, silvis, & aquis, Item *Walterum* de **Geldeford** filium *Alwrini*, & domum suam, cum omnibus pertinentiis, & libertate inferiùs expressa, quam domum ego eis dedi, ut habeant ibi hospicium in eundo & redeundo ad Curiam Regis. Veteres etiam possessiones commemoratæ Ecclesiæ de **Waltham**, quas in præsenti pagina certis duximus exprimendas vocabulis illis perpetuâ stabilitate confirmamus; scilicet apud **Waltham** terram quæ dicitur **Nolande**; Mansiones quæ fuerunt Canonicorum secularium; prata his mansionibus adjacentia, scilicet **Nomad**, **Chelnoseie**, majorem *Wardam* & minorem. Item pratum quod dedit *Philippus* de *Swincheya*; Pratum quod dedit *Galfridus* pincerna de **Enefeld**; pratum quod dedit *Alexander* de **Enefeld**; pratum quod dedit *Porthehors*; pratum quod dedit uxor *Gilleberti* de *Hilliseld*: Decimam fœni de toto prato Dominii de **Waltham**: Molendina ipsius Villæ.

Apud **Eppinges**, terram quam tenuit *Bruningus* presbyter de **Can**: decimam Dominii Regis ejusdem villæ & ipsam Ecclesiam cum omnibus pertinentiis: Terram *Helyoth* ejusdem villæ: duas *Scrutlandas* de **Nasinges** cum ipsa Ecclesia, & omnibus pertinentiis. In eadem villa decimas de **Langeriche**. Item manerium de **Nethlesuelle** & Ecclesiam cum omnibus pertinentiis. **Passefeld** & ad illam pertinentia. **Waldam**, & ejus villæ Ecclesiam cum suis pertinentiis. Duas scolandas de **Waltfare**, cum suis pertinentiis. **Upminstre** cum suis pertinentiis. Terram quandam de *Soccagio* ejusdem villæ, quæ reddit *xxi.* denarios. **Wlodesorde** & ejus Ecclesiam cum suis pertinentiis. **Alwarton** cum suis pertinentiis. **Luketon** cum Ecclesia & *Scrutlanda* & suis pertinentiis. **Eppeden** cum suis pertinentiis. Terram quam dedit *Unfridus* de **Bartun** ipsi Ecclesiæ de **Waltham**. Terram de **Lambume** & decimam de **Purlai**. Hæc in *Essexia*.

In **Hertfordsire** *Wrmeleia* cum Ecclesia & suis pertinentiis. **Bikendon** cum suis omnibus pertinentiis. In **Bedefordsire**, *Alpichesciam*, cum Ecclesia & suis pertinentiis. **Pelno**, cum suis pertinentiis. In **Dunstone**, terram quam Camerarius de **Dunstone** ipsi Ecclesiæ contulit. In **Berkshire**, **Westwaltham** cum omnibus pertinentiis: Has omnes terras & homines illarum & possessiones Ecclesiæ de **Waltham** à prædecessoribus nostris vel ab aliis in præterito, vel à nobis, in præsentiarum collatas, vel in futuro à regibus, vel ex aliorum liberalitate conferendas, vel alio modo adquisitas, Deo & Canonicis regularibus in præfata Ecclesia constitutis, concedimus & præsenti scripto confirmamus, cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus quas regia potestas liberiores alicui Ecclesiæ conferre potest, in bosco & plano, in viis & semitis, in pratis & pascuis, in molendinis & aquis, & piscariis, infra burgum & extra burgum, cum *Soca* & *Sacha*, & **Thol** & **Theam**, & **Infangenethef**; & **Utfangenetheof**, & *Hamsoca*, & **Grithbreche**, & **Bloodwite**, & *murdro* & **Forstal** & **Fiemenefero** & **Dodel** & **Dæfte**, infra tempus & extra, & in omnibus locis & cum omnibus causis quæ sunt vel quæ esse possunt.

Volo etiam & firmiter præcipio, ut ipsi & homines sui liberi sint ab omni *scotto* & *geldo*, & omnibus auxiliis Regum, Vicecomitum & omnium ministerialium eorum, & *hidagio*, & *denegaldo*, & excercitibus, *syris* & *hundredis*, & placitis & querelis, & **Warda** & **Wardpani**, & **Borghalpani**. Item ab operibus Castellorum, & parcorum, pontium clausuris, & omni *careio*, & *summagio*, & navigio, & domuum regalium ædificatione, & omnimoda operatione, & silvæ eorum ad prædicta opera vel ad aliqua alia nullo modo capiantur. Liceat eis liberè bosco suo uti, porcos & animalia sua, quanta & quando voluerint, ibi ponere. Exsarta omnium terrarum suarum & hominum suorum jam facta & quæ fient assensu regio eis imperpetuum quieta clamo.

Præcipio etiam quod Ecclesia *Sanctæ Crucis* de **Waltham** libera sit & secura ab omni dominatione Comitum & Baronum, & ut ipsi Canonici & omnes homines terrarum eorum liberi sint & quieti ab omni theloneo in omni foro & in omnibus nundinis, & in omni transitu pontium, viarum & maris, per totum regnum meum, & per omnes terras meas, & omnia mercata sua & hominum suorum sint similiter in prædictis locis ab omni theloneo quieta, & hoc super forisfacturam meam præcipio. Item, catalla furum & *mercia* quæ ex

murdris

murdris, vel ex aliis forisfactis contingunt vel contingere possunt, quantum ad terras suas & hominum suorum, suæ sint, servata regiæ potestati malefactorum justicia. Præterea nihil de possessionibus *VValtamensis* Ecclesiæ in feodum detur, set, si opus est, ad censum annuum vel ad operationem secundùm utilitatem Ecclesiæ solvendam. Item præcipio ut apud Abbatiam *VValthamensem* vel in omnibus possessionibus suis, nullus consanguinens Abbatis Senescalciam vel aliam ministrationem habeat. Nullus homo per hæreditatem teneat officium, set in arbitrio Abbatis & Canonicorum sit de transmutandis præpositis vel aliis officiariis.

Quare volo & firmiter præcipio, ut Canonici mei de Waltham omnia supradicta tenementa, cum omnimodis libertatibus habeant & teneant in pace, & quiete, liberè, & honorificè, de me & hæredibus meis imperpetuum. Si quis autem contra hæc statuta scienter venire temptaverit, & ammonitus hoc non emendaverit, indignationem omnipotentis Dei & *Sanctæ Crucis* & omnium Sanctorum incurrat. Testibus *Ricardo Cantuariensi* Archiepiscopo & apostolicæ sedis Legato; *Gileberto, Londoniensi* Episcopo; *Jocelino Sareberiensi*; *Waltero, Roffensi*; *Bartholomeo Exoniensi*; *Rogero Wigornensi*; *Ricardo VVintoniensi*; *Galfrido Elyensi*; *Johanne Cicestrensi*; *Johanne Norwicensi*; *Reginaldo Bathoniensi*; *Hugone Dunolmensi*; *Adam* de Sancto *Asaphs*, Episcopis: *Galfrido Lincolniensi* electo; *Galfrido* filio meo, *VVillielmo* Comite *Gloecestriæ*; *Ricardo* de *Luci*, *Hunfrido* de *Bohun* Constabulario; *Rogero Bigod*; *Reginaldo* de *Curtenai*; *Willielmo* de *Lanuual*; *Thoma Basseth*; *VVillielmo* filio *Radulfi*; *VVillielmo Basseth*; *Radulfo* filio *Stephani* Camerario; & *Eustachio* fratre suo; *Ailwardo* Cameratio, Apud *VVintoniam*.

De possessionibus, major Carta & melior, per secundum Sigillum innovata.

Ib. fol. 58. b. *Ricardus* Dei gratia Rex *Angl'æ*, &c. Quoniam quæ à venerabili Principe Rege *Henrico* secundo, patre nostro pro salute sua & suorum sunt condita, & à Rege *Henrico* tercio fratre nostro confirmata, honori nostro condecens & saluti nostræ necessarium est semper observare; Inde est, quod sicut pater noster mutationem Canonicorum secularium & institutionem Canonicorum regularium fecit in Ecclesia de Waltham, & eis quasdam novas possessiones & veteres concessit & confirmavit; sic nos laudabilem virorum commutationem in præfata Ecclesia factam nostra auctoritate approbamus, & pro salute prædicti patris nostri, & nostra, & matris nostræ, & fratrum nostrorum, & pro salvatione omnium fidelium, constitutionem Canonicorum regularium in eadem Ecclesia factam; & donationes novas, quæ à patre nostro eis factæ sunt, veteresq; possessiones & libertates commemoratæ Ecclesiæ *VValthamensi* ab eodem concessas & confirmatas; donationes etiam, quæ à quibuscumq; eis rationabiliter pro Deo factæ sunt vel in futurum sunt faciendæ, regia potestate & hac præsenti Carta nostra confirmamus, & à nobis & à successoribus nostris & ab omnibus regni nostri hæc observanda constituimus. Et ne quid omittatur quod ad securitatem prædictorum dominicorum Canonicorum nostrorum & Ecclesiæ nostræ de Waltham in Carta nostra comprehendi conveniat, novas donationes eis factas & veteres possessiones eis concessas propriis volumus exprimere nominibus.

Quapropter prædictæ Ecclesiæ de Waltham & Canonicis Regularibus ibidem Deo servientibus concedimus & perpetua stabilitate confirmamus; inprimis donationem quam pater noster eis fecit de medietate villæ de Stanstede, & pontis de Thele, quam emit de *Michaele* de *VVaunci* adquietando eum adversus *Brunum Judæum* de ducentis quater vigenti libris & *xv. j.* solidis & *iij.* denariis, & aliam medietatem ejusdem villæ, quam in præsentia patris nostri prænominatus *Michael* præfatis Canonicis dedit in perpetuam elemosinam, tenendam de eo & de hæredibus suis pro *xij l.* per annum, cum omnibus conventionibus inter eos factis, & cum omnibus libertatibus & adquietanciis, quas pater noster eis & *Gilleberto* de *Strigul* & hæredibus suis & *Michael.* & hæredibus suis de omni regali & forinseco servicio quod de præfata terra aliquo modo exigi poterat, fecit, sicut ejusdem patris nostri Carta testatur. Et licet prædictus *Gilebertus* tunc in custodia patris nostri fuerit, tamen quia hæc auctoritate & scientia tam venerabilis & sapientis Principis, & non sine alto consilio facta fuisse credimus & confirmata, ideo regia auctoritate decernimus quod nullo tempore liceat successoribus præfati *Gileberti* de *Strigul*, quicumq; fuerint, venire contra conventiones prædictas inter præfatum Principem patrem nostrum, & *Michaelem* de *VVaunci* factas. Et similiter statuimus, quod à *Michaele* & hæredibus suis firmiter observetur; quod pro sua magna necessitate & auctoritate Principis regni factum est, sicut Cartæ eorum continent & testantur.

Confirmamus etiam conventionem quæ facta est inter *Willielmum Marescallum* & prædictos Canonicos, de villa de Stanstede, & de libertatibus eis à prædicto *VVillelmo* concessis, sicut Cartæ eorum testantur, ut stabilis sit conventio inperpetuum. Item assensu & bona voluntate *A.* reginæ matris nostræ, concedimus & confirmamus præfatæ Ecclesiæ de Waltham & prædictis Canonicis ejusdem Ecclesiæ in perpetua elemosina quieta à nobis & hæredibus nostris, *Swardestunam* cum campis, pascuis, pratis, silvis, & aquis, & omnibus aliis ad se pertinentibus: Eppinges cum campis, pascuis, pratis, silvis & aquis, & omnibus ad se pertinentibus. Et licet prædictæ villæ de dote fuerint Reginæ, tamen elemosinam quam pater noster fecit de illis, Ecclesiæ de Waltham quando eam fundavit de Canonicis regularibus stabilem & firmam omni tempore fore decernimus, & ut ipsis Canonicis pro anima patris nostri securius provideatur, firmiter statuimus,

tuimus, quod liberè & quietè præfatas villas possi deant à calumpnia omnium mortalium. Item *Walterus* de Oldeford, filium *Alfrini* & domum suam cum omnibus pertinentiis & libertate inferiùs expressâ, ut habeant ibi hospitium suum quando Curia ibi fuerit. Item terram de Pelnho & de Duntone, quam *Galfridus* & *Willelmus* fratres eis dederunt.

Confirmamus etiam conventionem, quam *Rogerus* de Bai, & *Margarita* uxor sua, & *Milo* filius & hæres eorum, de prædicta terra fecerunt cum Canonicis de Waltham, sicut Cartæ eorum rationabiliter testantur. Apud Etkendon, terram quam *Gillebertus* Monachus eis contulit. Pratum quod adquisierunt in Alrich de *Odone Burnard* in Waleburgeshale. Veteres etiam possessiones commemoratæ Ecclesiæ de Waltham, quas in præsenti pagina certis duximus exprimendas vocabulis, illis perpetua stabilitate confirmamus, scilicet apud Waltham terram quæ dicitur Hollande; mansiones quæ fuerunt Canonicorum secularium, prata his mansionibus adjacentia, scil. Normade Chelnoseie; Majorem *wardam* & minorem. Item pratum quod dedit *Philippus* de *Swincia*; pratum quod dedit *Galfridus* pincerna de Enefeld; pratum quod dedit *Alexander* de Enefeld; pratum quod dedit *Portehors*; pratum quod dedit uxor *Gilleberti de* Halifeld; decimam fœni de toto prato Dominii de Waltham; molendinum ipsius villæ. Apud Eppinges terram quam tenuit *Bruningus* presbyter de Canonicis. Decimam Dominii Regis ejusdem villæ & ipsam Ecclesiam cum omnibus pertinentiis suis. Terram Pelpoth ejusdem villæ; duas *Scrutlandas* de Pasinges cum ipsa Ecclesia & omnibus pertinentiis suis. In eadem villa decimas de Langrich.

Item Manerium de Nethlestuelle & ejus Ecclesiam cum omnibus pertinentiis suis. Passefeld & ad illam pertinentia. *Waldam* & ejusdem villæ Ecclesiam cum omnibus pertinentiis suis. Duas *Scolandas* de Waltham cum suis pertinentiis. Upminster cum suis pertinentiis. Terram quandam de *Socagio* ejusdem villæ quæ reddit *xxi*^{d}. Terram quam dedit *Humfridus* de *Barenton* ipsi Ecclesiæ de Waltham. Wodeford & ejus Ecclesiam cum suis pertinentiis. Moarton cum suis pertinentiis. Luketun cum Ecclesia & *Scrutlanda* & suis pertinentiis. Uppedene cum suis pertinentiis. Terram de Lamburne & decimam de Purlai. Hæc in *Essexia*. In Hertfordsire, *Wrmeleia* cum Ecclesia & pertinentiis suis. Etkendon cum suis pertinentiis. In Bedefordsire, *Alrichesseiam* cum Ecclesia & suis pertinentiis. Pelnho cum suis pertinentiis. In Duntone, terram quam Camerarius de Duntone ipsi Ecclesiæ contulit. In Berkshire, Westwaltham cum omnibus pertinentiis suis. Et in eadem villa concedimus illis libertatem fossandi circa boscum suum de Witteparroch, & de Heywode tam largo fossato quam voluerint & bonâ sepe illum claudere.

Has omnes terras, & homines illarum, & possessiones Ecclesiæ de Waltham à prædecessoribus nostris vel ab aliis in præterito, vel à nobis in præsentiarum collatas, vel in futuro à Regibus vel ex aliorum liberalitate conferendas, vel alio modo adquisitas Deo & Ecclesiæ de Waltham & Canonicis regularibus in præfata Ecclesia constitutis concedimus, & præsenti scripto confirmamus. Et præcipuè ex nostra liberalitate præfatæ Ecclesiæ de Waltham hanc libertatem perpetuò concedimus & donamus, ut cum Abbas ejusdem Ecclesiæ decesserit, liberam habeant electionem, & interim donec Abbatem habeant, ipsa Abbatia & omnes possessiones in manu & custodia Canonicorum sint, & omnes redditus & exitus, & omnia bona præfatæ domus in usus pauperum, & præsertim Ecclesiæ, liberè per ipsos Canonicos expendantur. Hæc autem eis concedimus cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus quas regia potestas liberiores alicui Ecclesiæ conferre potest, in bosco & plano, in viis & semitis, in pratis & pascuis, in molendinis & aquis & piscariis; infra burgum, & extra burgum, cum *soca* & *saca*, & thol, & them, & infangenethef, & utfangenethef, & hamsokne, & grithbrche, & bloodwite, & pecunia quæ solet dari prò murdro, & forstal & furfang, & Flemenefrit & odel & ordfle, infra tempus & extra, & in omnibus locis & cum omnibus causis, quæ sunt vel esse possunt.

Volumus etiam & firmiter præcipimus, ut ipsi, & omnes homines sui liberi sint ab omni *Scotto* & *geldo*, & omnibus auxiliis Regis & Vicecomitis, & omnium ministerialium eorum, & *hydagio*, & *denegeldo*, & *horngeldo*, & excercitibus, & *scutagio*, & *thailagio*, & *fyris*, & *hundredis*, & placitis, & querelis, & *warda*, & warpant, & borghalpant. Item ab operibus castellorum, parcorum & pontium clausuris; & omni *carcio*, & *summagio*, & navigio, & domuum regalium ædificatione; & omnimoda operatione, & silvæ eorum ad prædicta opera vel ad aliqua alia nullo modo capiantur. Concedimus etiam eis quod liberè & sufficienter possint capere de omnibus boscis suis ad usus domus suæ, nec propter hoc in forisfacto de wasto vel in misericordia ponantur, & porcos & animalia sua quando & quanta voluerint, in eis ponere. Essarta omnium terrarum & hominum suorum jam facta, & quæ fiant assensu Regio eis in perpetuum quieta clamamus.

Præcipimus etiam quod Ecclesia *Sanctæ Crucis* de Waltham libera sit & secura ab omni dominatione Comitum & Baronum, Vicecomitum & omnium ministerialium eorum; & ut ipsi Canonici & omnes homines terrarum eorum liberi sint & quieti ab omni theloneo, & in omni foro, & in omnibus nundinis, & in omni transitu pontium, viarum, & maris, per totum regnum nostrum & per omnes terras nostras, de quibus ad nos pertinet dare libertatem vel ad prædecessores nostros pertinebat, à quibus prædicta Ecclesia habet libertates per Cartas suas, quando illas libertates dare potuerunt. Et omnia mercata sua & hominum suorum sint similiter in prædictis locis quieta ab omni theloneo. Et hoc super gravem forisfacturam præcipimus. Item concedimus eis & confirmamus, quod si aliquis hominum illorum pro delicto suo vitam vel membrum debeat

beat amittere, vel fugerit, & judicio noluerit stare, vel aliud delictum fecerit pro quo debeat catalla sua perdere, ipsa catalla prædictorum Canonicorum sint, ubicumq; justitia fieri debeat, sive in Curia nostra, sive in alia Curia. Similiter si aliquis hominum suorum sit in mercia erga Regem vel Ballivos suos, pro quacumq; causa vel delicto vel forisfacto, merciæ & merciamenta prædictis Canonicis reddantur, servatâ Regiæ potestati justicia morris & membrorum.

Prætetea de possessionibus *Walthamensis* Ecclesiæ nihil in feodo detur, sed, si opus est, ad censum annuum vel ad operationem secundùm utilitatem Ecclesiæ solvendam. Item præcipimus, ut apud Abbatiam *Walthamensem* vel in omnibus possessionibus suis, nullus consanguineus Abbatis senescalciam vel aliam administrationem habeat. Nullus homo per hæreditatem teneat officium, sed in arbitrio Abbatis & Canonicorum sit de transmutandis Præpositis vel aliis officiariis. Quare volumus & firmiter præcipimus ut Canonici nostri de Waltham omnia supradicta tenementa cum omnimodis libertatibus habeant & teneant in pace & quietè, liberè & pacificè de nobis & hæredibus nostris in perpetuum. Si quis autem contra hæc statuta temerè venire tentaverit, & ammonitus hoc non emendaverit, indignationem (*&c.*) Dat. per manum *Eustachii*, *Elyensis* Episcopi Cancellarii nostri apud *Rupem Andeliacam xviij.* die *Septembris* anno decimo regni nostri.

Prima Carta de manerio de Waltham *per primum sigillum.*

1b. fol. 60. a. R. Dei gratia Rex *Angliæ* (*&c.*) Quoniam honori nostro condecens & saluti nostræ necessarium sit loca Sancta & religiosa, quæ à patre nostro Rege *H.* secundo sunt fundata defendere, custodire, & amplificare: Inde est quod Deo & Ecclesiæ *Sanctæ Crucis* de Waltham, & Canonicis regularibus ibidem deo servientibus, damus & concedimus, & hac præsenti Carta nostra confirmamus in liberam & perpetuam elemosinam, pro anima prædicti patris nostri; qui eundem locum fundavit, & pro salute nostra, & *A.* reginæ matris nostræ, & fratrum nostrorum, & omnium fidelium defunctorum, totum manerium nostrum de Waltham, cum magno bosco & cum Parco, quod dicitur Parcum *Haroldi*, ad claudendum & habendum in Parcum, ad usus Canonicorum cum omnibus wastis & *CCC.* acris de essartis nostris in eodem manerio, & cum foro ejusdem manerii, & cum omnibus aliis pertinentiis suis: Et villam de Nesinges, quæ est membrum de Waltham, cum omnibus wastis & cum *Clx.* acris de essartis in eadem villa, quæ omnia wasta & essarta prædicta quieta eis clamamus ad firmam faciendam ejusdem manerii cum omnibus aliis pertinentiis suis, & cum omnibus rebus & omni jure & omnibus consuetudinibus quæ ad prædictum manerium pertinent, vel ad firmam ejus, ad tenendum de nobis & de successoribus nostris imperpetuum, reddendo annuatim pro omni servicio *lx.* tantum libras in numero, ad festum sancti *Michaelis* ad scaccarium.

Quoniam sciatis nos, pro salute omnium supradictorum, dedisse & condonasse & quietas clamasse in perpetuam elemosinam ad honorem *Sanctæ Crucis* prætatis Canonicis nostris, qui Deo & Cruci suæ deserviunt *lx* libras & *viij.* solidos & *xj.* d. de firma quam ipsum manerium ante reddere consueverat, ut de cætero non nisi prædictas *lx.* tantùm libras de ipso manerio, sicut supradictum est, persolvant. Et hoc facimus, ut nostri dominici Canonici, qui prænominati sunt, liberiùs & quietiùs & securiùs in prædicto loco Deo, pro patre nostro & nobis & nostris superiùs nominatis, servire possint, & opus, quod pater noster ibi inchoavit, melius possint perficere & conservare. Quapropter volumus & firmiter præcipimus, quod prædicti Canonici nostri totum præfatum manerium de Waltham & totam villam de Nesinges, quæ ad prædictum manerium pertinet, cum dimidio Hundredo suo, & nominatim cum wastis & essartis & prænominatis, de rewardis & visu forestariorum quietis, & cum omnibus aliis pertinentiis suis integrè habeant, & perpetuò teneant pro prænominatis *lx.* libris per annum liberè, quietè, pacificè, honorificè, cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus, quas ipsum manerium habuit tempore antecessorum nostrorum, & cum omnibus libertatibus, quas regia potestas liberiores alicui Ecclesiæ conferre potest, ut de nostro beneficio plenam libertatem habeant, qui pro nobis & nostris orare debent.

Et volumus ut has libertates habeant: in bosco & plano, in viis & semitis, in pratis & pascuis, in molendinis & aquis, & piscariis, infra burgum & extra burgum, cum soca & saca, & thol, & theam, infangenethef, & utfangenethef, & hamsoca, & Crithbreche, & blodwite, & murdro, & forstal, & flemenefrit, & ordel, & oreste, infra tempus & extra, & in omnibus locis, & cum omnibus causis quæ sunt vel esse possunt. Volumus etiam & firmiter præcipimus, ut ipsi & omnes homines sui de Waltham & de Nesinges liberi sint & quieti ab omni *scotto* & *geldo*, & ab omnibus auxiliis regum, Vicecomitum, & omnium ministerialium eorum, & *hidagio*, & *denagaldo*, & *hornegaldo*, & excercitibus, & *scutagio*, & *schiris*, & *hundredis*, & placitis, & querelis, & *warda*, & wardpani, & burghalpani. Item ab operibus castellorum, Parcorum, pontium, & clausuris, & omni *carcio*, & *summagio*, & navigio, & *stallagio*, & *lestagio*, & domuum regalium ædificatione, & omnimoda operatione, & silvæ eorum ad prædicta opera nec ad aliqua alia ullo modo capiantur. Liceat eis liberè bosco suo uti, & de eo ad usus domus suæ sufficienter capere, & porcos & animalia sua quando & quanta voluerint ibi ponere. Præcipimus etiam quod omnes homines prædictarum villarum & omnia mercata sua libera sint & quieta ab theloneo in omni foro, & in omnibus mundinis, & in omni transitu pontium, viarum, & & maris, per totum regnum nostrum, & per omnes terras nostras, & hoc super forisfacturam *x.* librarum præcipimus. Item catalla fu-

rum & merciæ vel misericordiæ, quæ ex murdris, vel ex aliquibus aliis forisfactis prædictorum hominum contingunt, vel contingere possunt, prædictorum Canonicorum sint, cum omni justicia quod i sum manerium consuevit habere. Testibus hiis (*&c.*) Data apud *Wintoniam* primo anno regni nostri *xx.* die *Octobris* per manum *Willielmi* de *Longo Campo*, *Elienſis* Electi, Cancellarii nostri.

Carta Regis Richardi *de Eccleſiis de* Windesora, & Hertford, Nesinges, Alricheseia.

lb.fol. 62. a. *Ricardus* Dei gratia Rex *Angliæ* (*&c.*) sciatis nos donasse & concessisse Deo & hospitalitati domus nostræ de **Waltham** Ecclesiam sancti *Johannis Baptistæ* de nova *Windeshora*, cum Capellis suis de veteri *Windeshora*; & Ecclesiam *omnium Sanctorum* de Hertford, quæ sunt in dominio nostro. Item noveritis nos concessisse, & hac præsenti Carta nostra confirmasse Cameræ Canonicorum regularium prædictæ domus Ecclesiam de *Alricheseia*, & Ecclesiam de Nesinges, ad vestimenta illorum quæ sunt in veteri dominio de **Waltham**. Quapropter præcipimus, ne liceat alicui Abbati vel Canonicis ejusdem loci aliquam prædictarum Ecclesiarum alicui donare per pensionem vel ad firmam; sed constituimus quod in manu sua eas teneant ad usus præscriptos imperpetuum. Testibus his (*&c.*) Datum apud *Cantuariam* primo anno regni nostri, primo die *Decembris* per manum *Willielmi* de *longo Campo*, *Elyensis* Electi, Cancellarii nostri.

WALTHAM ABBATIA.

Comes Haraldus *primus Fundator.*

Leland. Collectan. in bibl. Bodl. vol. 1. p. 93. *Simon le Bret* appropriavit Ecclesiam de **Wrangle**, tempore *Henrici* secundi ejus domini. *Roger.* de *Cramavilla* miles, testis donationis.

Robertus de *Valoniis*, vir potens, appropriavit Ecclesiam *omnium Sanctorum* de Hertford.

Joannes filius *Alwardi* de **Leverton**, *Lincoln.* Dioc. appropriavit Ecclesiam de **Leverton**, sacram S. *Helenæ.*

Juliana filia *Galfridi* de **Sudecamps**, & *Sampson* ejus filius, appropriavit Ecclesiam de **Sudecamps**, *Elienſis* diocesis.

Galfridus de *Scalariis* appropriavit Ecclesiam S. *Petri* de **Badburgham**, licentia domini *G.* Comitis *Britanniæ*, domini ejusdem Fundi. Est in *Elienſi* diocesi.

Johannes, Episcopus *Sarum*, appropriavit Ecclesias de *Veteri* & *Nova* **Windsor**.

Johannes, *Landinensis* Episcopus, appropriavit Ecclesiam de *Southewalda.*

Ecclesiæ S. *Laurentii* de **Blakemor**, **Hormede-magna**, & **Cing-magna**, aliàs **Margaret-Ping**, & **Worningford**, aliàs **Withermundford**, nuper appropriatæ.

Carta Johannis *de* Nevill, *de manerio de* **Thorendon.**

Ex Collect. *Rob. Glover*, quondam *Somerset* Herald. [*Miscel.* OMnibus (*&c.*) *Johannes* de *Nevil* salutem in domino. Noverit universitas vestra, me pro animabus *Hugonis* de *Nevill* patris mei, & *Johannæ* de *Cornhilla* matris meæ, confirmasse Canonicis S. *Crucis* de **Waltham**, manerium de **Thorendon**; quod viz. manerium *Hugo* de *Nevill* pater meus, pro anima *Johannæ* matris meæ eisdem Canonicis in elemosynam dederat (*&c.*) Hiis testibus, domino *Ricardo* de *Munfichet*, *Nicholao* de *Barton*, *Willielmo Pilcet* & aliis. lib. 5.] f. 15 a. (modo penès præ-nob. Comitem *Elginæ.*)

Carta Galfridi *de* Scalariis, *de Ecclesia de* **Badburgham.**

lb.b. *Galfridus* de *Scalariis*, omnibus hominibus suis Francis & Anglis salutem. Noveritis me dedisse Canonicis de **Waltham** Ecclesiam S. *Petri* de **Badburgham**; & hoc facio pro salute domini mei Regis *Henrici* secundi, & per requisitionem ejus, & pro salute hæredum meorum. Et sciatis me hanc donationem fecisse purè, pro amore Dei, & per admonitionem *Briani* clerici, nepotis mei (filii *Nobilia* sororis meæ) personæ prædictæ Ecclesiæ de **Badburgham**, qui se in prænominata Ecclesia de **Waltham** concessit Deo, in regulari habitu serviturum. Testibus hiis, domino Rege, & *Johanne* filio ejus; Comite *Alberico* & *Alberico* filio ejus, *Radulfo* de *Heford* & aliis.

Carta Rogeri *de* Gaist, *de Ecclesia de* **Lateram.**

OMnibus (*&c.*) *Rogerus* filius *Everardi de Gaist* Salutem; Noveritis me dedisse Canonicis de **Waltham** Ecclesiam *S. Leonardi* de **Lateram**, ad promovendum & construendum novum opus Ecclesiæ, & ad ejus perpetuam conservationem, & pauperum sustentationem: Et hoc feci pro anima regis *Henrici* secundi, Fundatoris ejusdem loci, & filii ejus Regis *Ricardi*, & *Godefridi* de *Luci Wintonienſis* Episcopi; & pro animabus patris & matris meæ, & *Roesiæ* uxoris meæ, & *Engelrami* de *Albinum* avunculi mei, & *Alaviæ* uxoris ejus, & pro salute Domini mei Regis *Johannis* (&c.)

Carta Everardi *de* Gaist, *de Eccleſiis de* Gaist, *& Gaistthorpe*; *& de tertia parte Ecclesiæ de* **Norton**e.

OMnibus (*&c.*) *Everardus* filius *Radulphi* de Geist salutem. Certum & notum sit omnibus, me dedisse & concessisse, assensu *Rogeri* filii & hæredis mei, Canonicis de **Waltham** Ecclesiam S. *Andreæ* de *Geist*, & Ecclesiam omnium Sanctorum de **Geistthorpe**, & tertiam partem Ecclesiæ S. *Petri* de **Norton**e: Et hanc donationem feci pro anima domini mei Regis *Henrici* secundi, & pro anima patris & matris meæ, & pro salute Regis *Ricardi* domini mei; & pro salute mea & *A.* uxoris meæ, & *Rogeri* filii & hæredis mei, & *Ricardi* filii mei (*&c.*)

Carta Roberti *de* Valonia, *de Ecclesia de* **Hartford.**

Robertus de *Valonia*, omnibus hominibus suis Francis & Anglis salutem. Notum sit vobis me dedisse (*&c.*) Canonicis de **Waltham**, Ecclesiam omnium Sanctorum de **Hertford**, pro salute mea & *Haviſiæ* uxoris meæ, (*&c.*) Hiis testibus *Haviſia* uxore mea, *Willielmo* de *Lanvall*, *Radulfo* de *Latima*, *Johanne* de *Valonia*, *Galfrido* filio *Alani* & aliis.

Carta Julianæ *de* Sudecampe, *de Ecclesia de* **Sudecampes.**

OMnibus (*&c.*) *Juliana* filia *Galfridi* de *Sudecampe*, salutem. Noveritis me, pro salute

lute animæ meæ (*&c.*) dediſſe, aſſenſu & bona voluntate *Samſonis* filii & hæredis mei, Canonicis de **Waltham**, in elemoſynam, Eccleſiam S. *Mariæ* de **Sudecampes** (*&c.*) Hiis teſtibus, *Samſone Burro* filio meo, *Galfrido* de *Scalariis*, *Alberico*, & *Matheo* fratribus ejus, & aliis.

Carta Joh. *de* Tany, *de manerio de* **Theydon-Boyi.**

OMnibus (*&c.*) *Johannes* de *Tany* filius *Petri* de *Tany* militis, ſalutem (*&c.*) Noveritis me pro ſalute animæ meæ (*&c.*) dediſſe (&c.) Canonicis de **Waltham** manerium meum de **Theydon-Boys.** (*&c.*) Hiis teſtibus dominis *Ric.* de *Tany*, *Henrico* filio *Ancheri*, *Iohanne* de la *Mare* militibus (*&c.*)

PRIORATUS
de Pentney *in agro* Norfolcienſi.

Carta Domini Roberti *de* Vallibus *de Fundatione ejuſdem Domus.*

Ex cod. MS. penès præcnob. Comitem *Rutl.* apud caſtrum de **Belvoir.**

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Amen. Omnibus catholicæ fidei, & S. Matris Eccleſiæ filiis, tam modernis, quàm futuris, præſens ſcriptum viſuris, vel audituris, *Rob.* de *Vaus* ſalutem in Domino ſempiternam. Noverit univerſitas veſtra me ad honorē *Trinitatis*, & honorem glorioſæ virginis *Mariæ* & beatæ *Mariæ Magdalenæ*, & pro ſalute animæ meæ, & *Agnetis* uxoris meæ, & omnium parentum meorum conceſſiſſe, dediſſe, & hac præſenti Carta mea confirmaſſe Deo & Eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* de **Pentney**, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, & imperpetuum ſervituris, totam inſulam quæ vulgò dicitur *Eya*, & totam villam de **Pentney**, cum omnibus pertinentiis, ad eam pertinentibus; ſcilicet in Homagiis, terris, & redditibus; in Mareſcis, aquis & piſcariis; in ſtagnis, & vivariis, paſturis, & Molendinis, & præcipuè Molendinum, quod dicitur **Bygguyne**, cum Molendinario ſuo, cum aquis & pratis ad illud pertinentibus; & duas Salinas meas, unam apud **Lynne**, & alteram apud **Wotton**; Et totum redditum *Fulconis* de **Congham**; & totum *le Sart* de Heremitagio de **Walney**, & **Offeſeve**, & **Shoxwood** cum pertinentiis ſuis; & apud **Wadyngton** totam terram illam, quæ dicitur **Crundale** circa quindecim acras; & terram *Ric. Textoris* in **Wadyngton**; ſcil. tresdecim acras; & Molendinum apud **Shoteſham**, cum terra *Rad.* filii Presbiteri; Scilicet quindecem acras terræ cum pertinentiis ſuis; Et Advocationes Eccleſiarum terræ meæ; videlicet, Eccleſiæ de **Thoxton** & de **Thedeſton**, & de **Heteringham**, & *Sancti Botolphi* de **Shoteſham**, de **Houghton**, & *omnium Sanctorum* de *magna* **Shoteſham**, cum omnibus libertatibus, conſuetudinibus, & apenditiis ſuis; Habendum & tenendum illis & ſucceſſoribus ſuis, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, & ego dictus *Robertus*, & hæredes mei warantizabimus omnia prædicta; Inſulam, villam, cum pertinentiis; Homagiis, terris, & redditibus, Mareſſis, Molendinis, Salinis, *le fart* de **Wolney**, cum **Offeſeve**, & **Shoxwood**, cum pertinentiis, & Advocationibus Eccleſiarum cum appenditiis ſuis, dictis Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, contra omnes gentes imperpetuum: Hiis Teſtibus, *&c.*

Confirmatio Willielmi *filii* Roberti *de Vallibus ſuper eiſdem.*

NOtum ſit univerſis ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis, tam præſentibus quàm futuris, quod ego *Willielmus* de *Vaus*, filius *Roberti* de *Vaus* conceſſi, & hac præſenti Carta mea confirmavi Deo, & Eccleſiæ beatæ *Mariæ Magdalenæ* de **Pentney**, & ejuſdem loci Canonicis, omnes illas donationes, quas *Robertus* de *Vaus* pater meus eiſdem dedit; ſcil. totam villam de **Pentney**, cum omnibus, omninò, ad eadem pertingentibus, cum terris, homagiis, redditibus, ſilvis, pratis, paſturis, mareſcis, molendinis, ſtagnis, vivariis, & cum omnibus pertinentiis ſuis; & nominatim **Bygguyne**, cum molendinario, & terra ejus. Et advocationes Eccleſiarum terræ meæ; ſcil. de **Thoxton**, de **Theddeſton**, omnium Sanctorum de *magna* **Shoteſham**; S. *Botulphi* de **Shoteſham**, de **Heteringham**, & de **Houton**, & cum le *Sart* de **Wolney**, cum **Offeſerve**, & **Shoxwood**, & Molendinū illud de **Shoteſham**, cum terra *Radulphi* filii Presbiteri, ſcil. quindecim acres terræ, & duas ſalinas, unum apud **Lynne**, & *alteram* apud **Wotton**, cum pertinentiis, & apud **Wotton** totam terram quæ dicitur **Crundalle**, circa quindecim acras: Et præterea dedi, conceſſi, & hac præſenti Carta mea confirmavi dictæ Eccleſiæ, & dictis Canonicis quatuor ſolidos annui redditus, in villa de **Wotton**, de *Willielmo* Presbytero, & hæredibus ſuis percipendos, de terra ſua de **Wotton**. Habendum, & tenendum illis, & ſucceſſoribus ſuis in liberam, puram & perpetuam Elemoſinam, Et ego dictus *Will.* & hæredes mei warantizabimus prædictam villam cum pertinentiis, advocationes Eccleſiarum, (*&c.*) Et ut hæc mea conceſſio rata ſit & ſtabilis, præſentibus Sigillum meum appoſui. Hiis Teſtibus, (*&c.*)

Nomina Fundatorum de **Pentney.**

Memorandum de Fundatoribus de **Pentney.**

PRimus Fundator fuit *Robertus* de *Vallibus*, qui venit cum *Willielmo* Duce *Normannorum* in *Angliam*; Qui quidem *Robertus* tres genuit filios; ſilicet, *Willielmum*, *Oliverum*, & *Henricum*. Secundus Fundator fuit dictus *Willielmus*, qui ſucceſſit patri ſuo; qui genuit *Robertum*, *Adam*, & *Willielmum*. Qui quidem *Willielmus* fuit Prior de **Pentney**.

Tertius patronus fuit dictus *Robertus* filius *Willielmi*; Qui plures genuit filios; ſcilicet; *Willielmum*, *Oliverum*, *Johannem*, *Philippum*, *Rogerum*, & *Hugonem*, & quendam *Willielmum*. Quartus Patronus fuit *Robertus* filius dicti *Roberti* tertii patroni, qui obiit ſine liberis.

Quintus Patronus fuit *Oliverus*, filius dicti *Roberti*, qui genuit *Robertum*, *Will.* & *Joh.* & *Oliverum*. Sextus Patronus fuit *Robertus* filius dicti *Oliveri*. Septimus Patronus fuit *Willelmus* frater dicti *Roberti*, cui ſucceſſit frater ejus Dominus *Iohannes* de *Vallibus*: Obiit autem ille *Iohannes* de *Vallibus* Anno ab Incarnatione

Domini *M. CC. octogessimo octavo*, Cui successerunt duæ filiæ ejus; scilicet, *Petronilla* & *Matilda*. *Petronilla* fuit nupta *Willielmo* de *Nairford*, & genuit *Johannem* primogenitum suum. Matilda fuit nupta Domino *Willielmo* de *Roos*, & genuit *Willielmum* primogenitum filium suum: Et post *Willielmum* successit *Thomas* frater ejus. Et post obitum *Johannis* de *Nairford*, filii *Willielmi* de *Nairford*, ut supradictum est, successit ei *Thomas* frater ejus; & post *Thomam* successit *Johannes* filius prædicti *Thomæ*, qui moriebatur ad bellum in *Francia*: Cui successit filia ejus *M.* ..... quæ obiit sine liberis & cepit velum Castitatis. Et post obitum prædicti Domini *Thomæ* de *Roos*, successit Dominus *Johannes* filius ejusdem, qui obiit sine liberis. Et post obitum prædicti *Johannis*, successit *Willielmus* frater ejus; cui successit *Johannes* filius ejusdem. Et post obitum prædicti *Johannis* successit *Thomas* frater ejusdem. Et post obitum prædicti *Thomæ*, successit Dominus *Thomas* filius ejusdem, anno Regni Regis, *H.* vi. *xix.*

19 H. 6.

PRIORATUS
de Walsingham *in agro* Norfolciensi

Carta fundationis ejusdem.

Ex Registro de Walsingham, penes *Sam. Roper.* de Hospitio *Lincoln*, Arm.

OMnibus Ecclesiæ sanctæ fidelibus *Gaufr.* de *Favarches* quæ est in Christo salutem. Notum sit vobis me dedisse & concessisse Deo & S. *Mariæ* & *Edwio* Clerico meo, ad ordinem religionis, quem ipse providerit instituendum, pro salute animæ meæ, & parentum & amicorum meorum, in perpetuam elemosinam, Capellam quam mater mea fundavit in Walsingham in honore perpetuæ Virginis *Mariæ*, unà cum possessione *Ecclesiæ omnium Sanctorum* ejusdem villæ, & omnibus pertinentiis suis, tam in terris quàm in Decimis, & redditibus, & humagiis, & omnibus rebus quas præfatus *Edwius* possedit die qua ego iter *Jerosolimitanum* suscepi. Et nominatim *XX.* solidos annuatim de meo Dominio reddendos, pro duabus partibus decimarum dominii mei. Necnon & terram de Snaringes, quam *Hawis* dedit Deo & prædictæ Capellæ, scilicet, dimidiam acram in villa de Snaringes, quæ jacet juxta terram & domum Thovy; & *viii* acras in campis ejusdem villæ cum partibus prati quæ eidem terræ pertinent. Hanc itaq; donationem meam & concessionem, ut prædictus *Edwius* & ejus successores regularem vitam professi inconcussè jure perpetuo in Ecclesiasticam teneant possessionem, Cartæ meæ & Sigilli mei attestatione ad honorem Dei & beatæ *Mariæ* perpetuæ Virginis corroboro, atq; confirmo. Hujus verò donationis & Concessionis Testes sunt *Alanus* Presbyter de *Tursfordia*, &c.

Vide Pat. 22 E. 3. p. 1. m. 40.

Confirmatio Roberti *de* Brucurt.

WIllielmo Dei gratia *Norwicensi* Episcopo, & omnibus S. Ecclesiæ fidelibus, tam præsentibus quàm futuris, *Robertus* de *Brucurt* salutem. Notum sit vobis me dedisse & concessisse Deo & S. *Mariæ* & Canonicis de Walsingham omnes possessiones, quas ipsa Ecclesia possedit die qua *Gaufridus* de *Favarches* iter Jerosolimitanum suscepit, pro salute animæ meæ & parentum meorum in perpetuam elemosinam, cum omnibus suis pertinentiis in terris, in decimis, & redditibus & nominatim terram quam præfatus *G.* dederat *Roberto* de *Sprotel*, sicuti ipse *Robertus* eis concessit. Et terram de Snaringes, quam *Hawis* dedit Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ*, annuente Domino *G.* concedo etiam eis *XX.* solidos de molendino meo in Walsingham usq; illis idem alias provideant. Hanc itaq; donationem Cartæ meæ; & Sigilli mei attestatione confirmo, quatinus ipsi Canonici jure perpetuo in Ecclesiasticam teneant possessionem. Hujus Concessionis sunt Testes, *Petrus* Decanus, &c.

Carta Rogeri *Comitis de* Clare *de Ecclesia* omnium Sanctorum *de* Parva Walsingham.

WIllielmo Dei gratia *Norwicensi* Episcopo & omnibus S. Ecclesiæ fidelibus, tam præsentibus quàm futuris, *Rogerus* Comes de *Clare* salutem. Notum sit vobis me dedisse & concessisse Deo & S. *Mariæ* & Clericis meis de Walsingham *Radulpho* atq; *Galfrido* ad ordinem Canonicalem regularem instituendum, pro salute animæ meæ, & parentum meorum, in perpetuam elemosinam, Capellam quam *Richeldis* mater *Galfr.* de *Favarches* fundavit in Walsingham, cum omnibus pertinentiis, in terris, in decimis, & redditibus, & cum omnibus possessionibus, quas ipsa Capella possedit die qua prædictus *G.* de *Favarches* iter Jerosolimitanum suscepit, unà cum possessione Ecclesiæ *omnium Sanctorum* ejusdem villæ, Et quicquid in futurum, præstante Domino justè & Canonicè poterint adhipisci. Concedo etiam eis molendinum unde *G.* de *Favarches* duas garbas decimæ suæ adquietare solebat uno & quoquo anno Monachis de *Clare* *XX.* solidos tradendo; & quod homines de eadem villa & quicunq; voluerint ad prædictum molendinum liberè & sine omni prohibitione molant, sicut solebant in tempore *G.* Hanc itaq; donationem & concessionem, ut præfati *Radulphus* & *Galfridus*, cum hiis quos ipsi elegerint & eorum successores regularem vitam professi inconcussè jure perpetuo in Ecclesiastica teneant possessionem, corroboro atq; confirmo. Hii sunt Testes, *Walterus fil. Roberti*, *Robertus, fil. Baldwini*, &c.

Carta

Carta Willielmi *fratris Regis* Henrici *de fitu grangiarum.*

Ib. VVIllielmus frater *Henrici* Regis Angl. omnibus amicis suis, & hominibus suis Anglicis & *Francis*, tam futuris quàm præsentibus Salutem, Sciatis me dedisse & concessisse Ecclesiæ S. *Mariæ* de Walsingham & Canonicis ibidem Deo servientibus in perpetuam elemosinam *XL.* nummatas terræ in Walsingham, quæ fuit *Archetell*, & *Brinig* fratris ejus de socca Wichtunie liberè, quietè & honorificè absq; omni servicio & omni consuetudine. Testibus, &c.

WALSINGHAM.

Lel. Coll. vol. 3. p. 26. SAcellum D. *Mariæ* inchoatum tempore *Edwardi* Confessoris. Deindè, tempore *Gulielmi* nothi inducti sunt Canonici.

Lel. Coll. vol. 1. p. 58. *Galfridus Faverchesse* miles, fundator: Postea Comites de Marchiis.

Carta Regis Henrici *tertii Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Cart. 39. H. 3. m. 5. in cedula. REx archiepiscopis &c. salutem Sciatis nos intuitu Dei concessisse & hac carta nostra confirmasse pro nobis & hæredibus nostris Priori & Canonicis de Walsingham, omnes donationes & concessiones subscriptas; viz. ex dono *Rogeri* filii *Radulfi* de Salle, terram suam quam habuit in villa de Salle de honore *Gloue.* cum omnibus pertinentiis suis, De dono *Huberti* de *Briseworth* advocationem trium partium Ecclesiæ S. *Andreæ* de Burnham, cum omnibus pertinentiis suis; & *xxv.* acras quas idem *Hubertus* tenuit in dominico in campis ejusdem villæ, cum prato & pastura ad idem dominicum pertinentibus; Et *xii.* acras terræ quas *Herveus Pike* de eodem *Huberto* tenuit, & homagium *VVillielmi filii Ricardi*, cum toto tenemento suo & pertinentiis suis sine aliquo retenemento; & *Hervicum* de *Sutton* cum tota sequela sua, & toto tenemento suo, quod de eodem *Huberto* tenuit; & *Elyvat filium Roberti*, cum toto tenemento & sequela; & totum servicium & tenementum quod *VVillielmus VVudeburg* tenuit de eodem *Huberto*, cum sequela sua ad illud tenementum pertinente; & *VVillielmum Pigge*, cum toto tenemento & sequela sua, & *Godæ* quæ fuit uxor *Symonis*, cum toto tenemento & sequela sua; & servicium cum toto tenemento quod *Eustachia* quæ fuit uxor *VVillielmi Chapelein* de eodem *Huberto* tenuit. Et *Gunildæ* quæ fuit uxor *VValteri*, cum tota sequela sua, & tenemento quod de eodem *Huberto* tenuit; & Hawisiæ filiæ *Trudes* cum toto tenemento & sequela sua ad ipsum *Hubertum* pertinente; & quatuor denarios redditus quos *VVillielmus filius Rogeri* eidem *Huberto* reddere solebat; & sex denarios redditus, quos *Radulfus* Sacerdos eidem *Huberto* reddere solebat; Et *xii* ᵈ. redditus, quos *Thomas* de *Tofte* eidem *Huberto* reddere solebat; Et quinq; solidos redditus quos *Rogerus* de *Caleshorp* eidem *Huberto* reddere solebat; & quicquid juris idem *Hubertus* habuit, vel habere potuit, vel de prædictis ei contingere possit.

De dono *Johannis Mareschalli lx.* acras terræ per perticam *xx* pedum in nemore ejusdem *Johannis* de Foleham, quod quondam vocabatur Loch, & viam quam idem *Johannes* eis fecit latitudinis duarum perticarum ab occidentali parte prædictarum *lx.* acrarum terræ, & communem pasturam ejusdem sokæ secundùm quantitatem prædicti tenementi & duas marcatas redditus tantummodo de tenemento quod *Ricardus* filius *Everardi* tenet de eodem *Johanne* in Geiste de soka de Foleham, annuatim percipiendas per manus ipsius *Ricardi* & hæredum suorum. De dono prædicti *Johannis Mareschalli xx s.* redditus de tenemento *Hamonis* filii *Willielmi* de Hemstede in Gaists & Gaistbett. De dono *Ricardi* de *Burgo xii.* acras terræ, quas idem *Ricardus* tenuit de *Johanne Mareschallo* in assarto suo de Foleham in Loch. Habendum & tenendum eisdem Priori & Canonicis in perpetuum in liberam & perpetuam elemosinam, sicut Cartæ prædictorum donatorum, quas prædicti Prior & Canonici indè habent, in quibus prædictæ donationes & concessiones plenius continentur rationabiliter testantur. Quare volumus (*&c.*) Dat. per manum venerabilis patris *R. Ciceſtr.* Episcopi, Cancellarii nostri apud Merford xvi. die *Martii.*

Carta Regis Edwardi *primi Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Cart. 9. E. 1. n. 75. REx Archiepiscopis &c. salutem. Sciatis nos intuitu Dei, & pro salute animæ nostræ, & animarum antecessorum, & hæredum nostrorum concessisse, & hac carta nostra confirmasse Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Walsingham, & Canonicis ibidem Deo servientibus, omnes donationes & concessiones; necnon & possessiones Ecclesiæ suæ prædictæ, quas habent in præsenti, subscriptas; videlicet ex dono *Galfridi* de *Favarches* Ecclesiam omnium *Sanctorum* de *parva* Walsingham, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Ricardi* Comitis Hertford advocationem Ecclesiæ sancti *Petri* de *magna* Walsingham, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Johannis Mareschalli* advocationem Ecclesiæ de Tymelthorp, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Roelenni* de *Terra vasta* Ecclesiam omnium Sanctorum de *magno* Walsingham, cum omnibus pertinentiis. Ex dono *Willielmi* le *Ventre* Ecclesiam *sancti Clementis* de Burnham, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Huberti* de *Burgo* Ecclesiam sancti *Andreæ* de Bedingham, & Ecclesiam de Dwelton, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Alivæ la Mareschale* totum tenementum & omnes redditus, cum suis pertinentiis, quos ipsa *Aliva* adquisivit in villis de Foleham & de Bunetre. Ex dono *Huberti* de *Breseworth*, Advocationem trium partium Ecclesiæ sancti *Andreæ* de Burnham, cum omnibus suis pertinentiis. Et volumus

volumus & firmiter præcipimus pro nobis, & hæredibus nostris, quantum in nobis est, quod prædicta Ecclesia beatæ *Mariæ* de Walsingham, & Canonici ibidem Deo servientes, omnia prædicta habeant & teneant liberè, quietè, benè & in pace, cum omnibus pertinentiis imperpetuum, sicut Cartæ donatorum suorum, quas, prætati Canonici inde habent, & quas inspeximus, rationabiliter testantur, (*&c.*) Dat. per manum nostram apud Walsingham octavo die *Januarii*.

Pro Cantaria in quadam Capella S. Annæ, *de quatuor Capellanis, divina in eadem celebraturis pro animabus* Edwardi *Principis* Walliæ, Thomæ Felton & Thomæ *filii ejus.*

Pat. 8. R. 2. p. 2. m. 35.

REx (*&c.*) licentiam dedimus pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, *Stephano* de *Hales* chivaler, *Olivero* de *Calthorp* chivaler; *Radulpho* de *Shelton* chivaler; *Willielmo* de *Walsham* clerico; *Edmundo Gurney*, *Willielmo Wynter*, *Galfrido* de *Derham* personæ Ecclesiæ de Tyttleshale, *Willielmo Ellerton* personæ Ecclesiæ de Thurgford, *Ricardo Athewald*, *Roberto* de *Bilney*, *Willielmo* de *Norwico*, *Johanni* de *Burgham* & *Johannæ* de *Lynge*, quod ipsi manerium de *magna* Riburgh, ac manerium de *parva* Riburgh, vocatum Wodehalle, cum pertinentiis in Comitatu *Norff.* Ac *Rogero* de *Cheſtre* de *Aldwincle* Capellano, *Johanni* de *Dunton* Capellano, *Thomæ* de *Birlingham* Capellano, *Ricardo Gode* Capellano, & prætato *Johanni* de *Lynge*, quod ipsi unum messuagium & septem acres terræ & dimidiam cum pertinentiis in *magna* Walsingham, & parva Walsingham, quæ de nobis non tenentur, & valent per annum quadraginta marcas, tres solidos, & quatuor denarios, sicut per Inquisitionem inde per *Williel. Curson* de Bilyngford Escaetorem nostrum in Comitatu prædicto, de mandato nostro capeam & in Cancellaria nostra retornatum, est compertum, dare possint & assignare prætatis Priori & Conventui; Et quod iidem *Stephanus*, *Oliverus*, *Radulfus*, (*&c.*) concedere possint, quod Advocatio Ecclesiæ ejusdem manerii de magna Riburgh, quæ similiter de nobis non tenetur, Et quam *Johanna*, quæ fuit uxor *Thomæ* de *Felton* militis, tenet ad vitam suam, ex concessione prædictorum *Stephani*, *Oliveri* (&c.) post mortem prætatæ *Johannæ* remaneant eisdem Priori & Conventui; Habendum & tenendum; videlicet prædicta maneria, & Advocationem ad inveniendum quatuor Capellanos Canonicos vel seculares, divina pro salubri statu ipsius *Johannæ*, dum vixerit, Et pro anima sua cum ab hac luce migraverit, & pro animabus carissimi Domini & patris nostri, Domini nostri Principis *Walliæ*, & prædicti *Thomæ* de *Felton*, & *Thomæ* filii ejus & animabus antecessorum & benefactorum suorum, & omnium fidelium defunctorum, in quadam Capella sanctæ *Annæ* intra Prioratum prædictum, per prætatos Priorem & Conventum de novo construenda, singulis diebus celebraturos, ac prædicta messuagium & terram cum pertinentiis, ad inveniendum quandam Lampadem in Ecclesia Prioratus prædicti, ad altam Missam singulis diebus ardentem, eisdem Priori & Conventui & successoribus suis in plenam satisfactionem quadraginta libratarum terræ & redditus prædictorum imperpetuum, (*&c.*)

Dat. apud *Westm.* ix. die *Maii*.

De terris Ecclesiæ de Walsingham *concessis, ad Anniversaria facienda pro animabus* Edmundi *de* Reynham *militis*, Stephani *de* Hales *militis*, *&c.*

REx omnibus ad quos, *&c.* salutem. Licet, (*&c.*) de gratia tamen nostra speciali, & pro centum marcis, quas dilecti nobis in Christo Prior & Conventus de Walsingham nobis solverunt in hanaperio nostro, concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, *Johanni Gournay*, *Iohanni Drewe* personæ Ecclesiæ de *Harplee*; *Ricardo Creyk*, & *Iohanni Lynge* seniori, quod ipsi quater viginti acras terræ, cum pertinentiis in Brunham, quæ de nobis non tenentur, dare possint, & assignare prætatis Priori & Conventui. Habendum & tenendum sibi & successoribus suis ad Anniversaria *Edmundi* de *Reynham* militis & *Cristianæ*, uxoris ejus in Ecclesia ipsorum Prioris, & Conventus de Walsingham singulis annis, diebus Obituum eorundem *Edmundi* & *Cristianæ*, juxta ordinationem prædictorum *Iohannis*, *Iohannis*, *Ricardi*, & *Iohannis* in hac parte faciendam, tenendum imperpetuum: Ac *Thomæ Erpingham* chivaler, *Willielmo Sneteſham*, *Iohanni Poyt* Clerico, *Galfrido Hambury* clerico, & *Ricardo Rokell* clerico, quod ipsi concedere possint, quod manerium de Swanton-*Nowers*, cum pertinentiis, quæ *Iohanna*, quæ fuit uxor *Stephani* de *Hales* militis, tenet ad terminum vitæ suæ (*&c.*) post mortem ipsius *Johannæ* prædictis Priori, & Conventui reverti deberet; necnon prætatis *Iohanni Poyt*, *Galfrido* & *Ricardo Rokell*, quod ipsi concedere possint, quod manerium vocatum Braunches in Walsyngton, cum pertinentiis, quod prædicta *Iohanna* tenet ad terminum vitæ suæ (*&c.*) post mortem ejusdem *Iohannæ* prædictis Priori & Conventui remaneant, tenendum prætatis Priori & Conventui & successoribus suis; videlicet prædictum manerium de Swanton-*Nowers*, ad inveniendum quendam Capellanum divina pro anima prædicti *Stephani* & prædictæ *Iohannæ* cum ab hac luce migraverit, in Ecclesia prædicta, singulis diebus celebraturum: Ac prædictum manerium vocatum Braunches, ad Anniversaria prædictorum *Stephani* & *Iohannæ*, singulis annis, diebus Obituum suorum in Ecclesia prædicta tenenda, juxta ordinatione prædictorum *Thomæ*, *Willielmi*, *Iohannis Poyt*, Galfridi & *Ricardi Rokel* in hac parte faciendas imperpetuum, (*&c.*)

Pat. 7. H. 4. p. 2. m. 29.

Teste Rege apud *Westm.* 7. *Maii*.

Prioratus

PRIORATUS

de Thremhale *in* Essexia.

Carta Ricardi *de* Munfichet *de quibusdam terris in* Stanstede.

Ex vet. membrana in bibl. *Haston.*

Ricardus de *Munfichet*, filius *Ricardi* de *Munfichet*, omnibus sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, hoc præsens scriptum visuris, vel audituris, Salutem. Noveritis me dedisse, & concessisse, caritatis intuitu, & pro salute animæ meæ & antecessorum & successorum meorum, Deo, & Ecclesiæ beati *Iacobi* Apostoli de Thremhale, & Canonicis ibidem Deo servientibus, triginta acras terræ arabilis in Stanstede, quas *Ricardus* pater meus illis dedit in puram, & perpetuam elemosinam. Tenendas liberè, & quietè ab omni seculari servitio & exactione: Dedi etiam eis octodecim acras terræ, quæ jacet inter Parcum meum de Stanstede, & terram *Walteri* de Dattfeld in Burchangre. Præterea concessi eis habere omnia averia sua in Parco meo de Stanstede, & viginti porcos quietos de pascagio, & sualium ad panem suum & ad cibos coquendos, per visum & liberationem servientum & Parcariorum meorum quod asportabunt. Concessi eisdem habere libertatem ad exeundum, & intrandum, à Curia sua in Parcum meum. Si quis verò vel militum, vel liberorum hominum meorum aliquam terræ meæ partem, de feodo meo, sæpenominatæ Ecclesiæ, & Canonicis pro Deo offerre voluerit, gratulanter illud concedo & confirmo. Hiis testibus, *Hugone* de *Plaiz*, *Roberto* de *Mazi*, *Radulpho* de *Munfichet*, *Petro Picot*, *Willielmo* de *Sancto Leodgario*, *Nicolao* de *Barenton*; *Willielmo* de *Herlave*, *Warino* de *Munfitchet*, *Warino* de *Borenton*, *Ricardo* de *Hakeburne*, *Hugone* de *Carevill*, & alii.

Pars stemmatis familiæ de Plaiz.

Ibid. *A Nostre tresdonte & tresexcellent Seignour le Roy Supplie* John Plaiz *chivaler & heir* Aveline *que fuist la feme* Edmonde *frere a Roy* Edward *fitz a Roy* Harry, *que come mesme la* Aveline *fuist seisi in son demene come de fee, de les maners de* Langley & Wyrardesbury, *queux sont tenuz de Roy en chief per service de chivaler, & ent de tiel estate moruſt seisi sanz heir de son corps; apres qui mort mesmes les maners furent seisiz as mayns le dit Roy* Edward; *Rauff* fitz Richard *de* Plaiz, *fitz* Philipp, *forer* Aveline, *mier* William *pier lavantdit* Aveline *feme* Edmunde *deinz age adonges esteant. De Rauf qui moriſt deinz age, sanz heir de son corps, descendi le fee & le demesne, a* Giles, *deinz age adonges esteant, come a frere & heir. De* Giles *descendi le fee & le demesne a* Richard, *deinz age adonges esteant, come a fitz & heir. De* Richard *descendi le fee & le demesne a* Richard, *deinz age adonges esteant come a fitz & heir de* Richard *fitz* Rich. *le fee & le demesne descendi al avantdit* John, *que ore pursuit, come a fitz & heir le dit* Richard *fitz* Richard, *& cosyn & heir l'avantdit* Aveline, *file* William *fitz* Aveline, *come desus est dit; que please a vostre tresexcellent & tresgracious seignourie comander, que droit & reson soient faitz a dit suppliant, come ley et reson de le terre demandent; considerantz, que le dit* John *et ses auncestres ont long temps ont pursuiz.*

Origo Baronum de Montfichet.

Ibid. DE nobilitate vestri generis, licèt incognita, minùs, tamen intelligentibus necesse est declarare quemadmodum patres nostri antiquiores in Scripturis, ne memoria nostrorum fundatorum in posterum labaretur nobis, ideo rumoribus relinquendo exposuerunt. Dominus *Gilbertus* de *Montefixo*, qui fuit genere Romanus, & editus de stirpe Romanorum, patrem vestræ generationis primùm nominamus, qui in palacio Regis Romanorum exstitit venerabilis, & inter omnes Romanos reputatus est gloriosus. In tempore verò illo quo regnavit iste Dominus *Gilbertus* inter Romanos, omnes reges, Principes, Duces, Comites, Barones totius Christianitatis semel vel sæpius in vita eorum sedem Apostolicam ob causam animarum saltim conati sunt visitare: Sed inter cæteros *Willielmus* Bastardus Dux *Normaniæ*, cui Dominus *Gilbertus* fuit consanguineus. Et quando ille nobilis Dux *Normaniæ* Curiam Romanam dignatus est visitare, semper apud prædictum *Gilbertum* fuit hospes; in suis maneriis, castellis, dominationibus, cum omnibus suis laudabiliter est susceptus. Et sicut veritas est semper amico dicenda, sic iste Dux nobilis & reverendus aperuit omnem thesaurum sui cordis, & omne consilium sine velamine fixionis; Et quomodo sanctus *Edwardus* Rex *Angliæ* misit sibi literas pro Corona *Anglorum* post ejus mortem hæreditariè adhibenda, Et sic prædictum *Gilbertum* de *Montefixo* ille nobilis Dux rogavit, ut dignaretur esse ejus amicus, & sibi cum omnibus suis præbere auxilium in præmissis; unde factum est quod prædictus *Gilbertus*, cum magno exercitu Romanorum, cum Domino suo duce *Normaniæ* intravit in *Angliam*, & ibi dimicaverunt, & Regem nobilem *Heraldum* cum suo exercitu; & militibus ferocissimis in illo bello cecidere runt: Et sic contingebat prædicto *Gilberto* gratia Dei mediante, ex quocumq; se divertisset cum suo exercitu omnes sibi Sacsonum contradicentes viriliter superabat. Multa verò Dominia, prædia & castella diversis partibus *Anglorum* sibi in possessionem strenuè subjugavit; unde in tempore prædicti *Gilberti* fuit quidam Canonicus, cui nomen *Daniel*, valde sanctus, sed natione Scotus, quem *Gilbertus* tenere diligebat; cui dedit locum Dominii sui, videlicet Thremhale, ad ædificationem Ecclesiæ

Fundatio Abbatiæ de Thremhale.

sia & domum Religiosorum cum possessionibus valde tenuis, sed in promissione ditissimus. Et in mediatè post, ad terram sanctæ nativitatis Romanorum, quam sæpiùs visitarat, est regressus, & omnia bona sua, Dominia, prædia, cum omni sua possessione filio suo Domino *Ricardo* hæreditariè reliquit.

Iste *Ricardus* de *Montefixo*, filius prædicti *Ricardi* similiter cum ad virilem ætatem pervenisset, Romanam Curiam devotè peregrinando visitavit, & ibi usurpavit sibi nomen fortitudinis in jactando lapidem in civitate Romana ultra omnes nationes, & inde mirati sunt omnes Romani, in tantum, quod posuerunt palas æreas in signum suæ fortitudinis, quia nemo in diebus illis attingere poterat ad limites supradictas: sed tamen in diebus supradicti *Ricardi* contingebat quod omnia sua castella fuerunt dejecta & ad nichilum redacta, & per guerram Baronum importunè devastata. Et iste *Ricardus* tam viribus robustus genuit filium, cui imposuit nomen proprium, scilicet *Ricardus*, & iste Dominus *Ricardus* secundus, cumq; ad ætatem pervenisset virilem, accepit sibi uxorem, quæ fuit relicta Domini *Thomæ Engayne*, cui nomen erat *Jocosa*, quæ fuit valdè inter mulieres decora, atq; in omnibus sancta & generosa; sed tamen ab ea prolem (quod est dolendum) minime suscitavit; unde iste nobilis vir Dominus *Ricardus* secundus, videns quod migraturus esset de hoc mundo sine hærede de corpore proprio procreato, tunc cœpit sanctiùs vivere, facultates ejus pauperibus erogare, possessiones suas distribuere, Ecclesias divitiis ornare, monasteria plurima fundare sumptibus propriis, atq; possessionibus multipliciter dotare.

Et iste Dominus *Ricardus* de *Montefixo* decessit sine hærede de corpore suo legitimè procreato; Et ideo omnia terræ & tenementa descendebant hæreditariè duabus sororibus ipsius *Ricardi*, quarum una nupta fuit Domino *Hugoni* de *Ver*, quæ ex *Hugone* viro suo genuit quatuor filias, scilicet *Philippam*, *Margeriam*, *Matildam*, & *Aliciam*; unde prædicta *Philippa* nupta fuit Domino *Rogero* de *Lancastria*, quæ concepit ex viro suo & genuit Dominum *Johannem Lancastre*. Et *Margeria* nupta fuit Domino *Nicholao Corbet*. Et *Matilda* fuit nupta Domino *Hugoni de la Vale*. Et *Alicia* nupta fuit Domino *Waltero Hundercombe*. Secunda soror dicti *Ricardi* de *Montefixo* fuit nupta Domino *Ricardo* de *Plays*, quæ ex *Ricardo* viro suo genuit *Ægidium Plays*. Et Dominus *Ægidius Plays* genuit Dominum *Johannem Plays*, & Dominus *Johannes Plays* genuit Dominum *Johannem Plays*. Et prædictus *Johannes* genuit filiam, quæ nupta fuit Domino *Johanni Havard*, quæ ex prædicto viro suo genuit filium & filiam; quæ filia est subarrata Domino Jesu Christo mantello castitatis & annulo æternæ beatitudinis & claritatis. Et prædictus filius, qui etiam vocabatur *Johannes Haward* junior, in sua ætate florea atq; ætate tenera, arreptus est viam versùs Sanctam Terram & mortuus est, qui genuit filiam, quæ *Elizabetha* est vocata, quæ jam honorificè Comiti de Orford est maritagio copulata.

Gilbertus de *Montefixo* habuit exitum *Ricardum*, *Ricardus* habuit exitum *Ricardum* & duas filias, quarum nomina ignorantur.

De Cxlv. *acris terræ in* Bilchaungre *&* Tackley *concessis per* Rob. *Comitem* Oxon.

IUratores dicunt (*&c.*) quod non est ad dampnum Domini Regis nec aliorum, si Dominus Rex dat licentiam *Roberto* de *Vere* Comiti *Oxoniæ*, quod ipse dare possit & assignare *Cxlv.* acras terræ, & prati, cum pertinentiis in Bilchaungre & Tackeley, pro salute animæ suæ & animæ *Gilberti* de *Vere* filii sui; Priori & Conventui de Thremhale, (&c.) Esc. 16. E. 1. n. 75. Essex.

De quibusdam terris & redditu per Hugonem *de* Vere *concessis.*

IUratores dicunt super sacramentum suum, quod non est ad dampnum Domini Regis nec aliorum, si *Hugo* de *Veer* duo messuagia *Cxlv.* acras terræ, sex acras prati, quatuordecim acras Pasturæ & sexdecim solidatas redditus cum pertinentiis in Birchaungre, Tackeley & Stanford dare possit & assignare Priori de Tremleye. Habendum & tenendum dictis Priori & Conventui & successoribus suis imperpetuum. Esc. 27. E. 1. n. 112. Essex.

PRIORATUS
de Huntendune *infra burgum* Huntendunensem.

De prima Fundatione ejusdem, & Stemmate Fundatoris.

ABbas de *Burgo*, & prædecessores sui tenuerunt unum feodum in Clopton, Pokebroke & Thirning, de quodam *Richardo* Comite *Glocestriæ*. Veritas est quod *Æustachius* Vicecomes, Fundator Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Huntingdon, tenuit duo feoda de honore *Burgi* in Clopton, Pokebroke, Catworth; Wyntwyke, & Hemington; tenuit etiam unam Baroniam in Capite de Rege in Comitatu *Huntingtoniæ*, in Sutho, Purie, Graffham, Wimwyke, Sautre, Walsingle, Thirning, Overton-*Longvile*, Offord. Hemingford, Pappeworth, Gidding, Cesterton, & Stilton: & vocatur Baronia de Lovetot. Ex Registro quodam de *Burgo S. Petri*, in bibl. *Cotton.* f. 103. Baronia de *Lovetot.*

De istis terris, & tenementis, feofavit diversos tenentes; & etiam domum Canonicorum de Huntingdon super Fundatione ejusdem dotavit; tenendum de eo, *&c.* quorum nomina, quantitatum,

quantitatum feodorum, habentur in *Rubro Libro* Feodorum Scaccarii. fol. *clviij.* & annotantur etiam inferiùs. Cujus status postea pervenit ad quendam *Willielmum* de *Lovetot*; quo mortuo, successit ei *Richardus* de *Lovetot*, filius & hæres, & tenuit dicta duo feoda; Et per Cartam Regis *Richardi*, anno regni sui primo, inter cætera quæ tenentur de Abbate de *Burgo*, confirmavit duo feoda in **Clopton**, & pertinentiis, quæ *Richardus* de *Lovetot* tenuit, ut in Carta prædicta Regis *Rich.* pleniùs apparet. 1. R. 1.

Qui quidem *Richardus* de *Lovetot* habuit duos filios; videlicet, *Willielmum* & *Nigellum*, & tres filias, viz. *Amiciam*, *Rosiam* & *Margeriam*; *Willielmus* obiit sine hærede de se; & sic descendit hæreditas *Nigello* filio juniori, qui fuit Clericus beneficiatus. Similiter iste *Nigellus* obiit sine hærede de se, cui successerunt tres Sorores supradictæ, inter quas fuerat prædicta hæreditas divisa; prima istarum Sororum *Amicia* fuit desponsata *Radulpho* de *Mandevil*; qui genuit ex ea *Nigellum Mandevil*, & *Eliam*. Secunda Soror scilicet, *Rosia* fuit desponsata *Huberto* de *Bromford*, qui genuit ex ea filium nomine *Richardum*, qui tenuit cognomen Matris suæ, Antecessorum videlicet de *Lovetot*, ut consanguineus & hæres: tamen ad istam propartem, nihil fuit assignatum de duobus feodis supradictis, quæ tenentur de Abbate de *Burgo* S. *Petri*. Tertia soror, scilicet *Margeria*, fuit desponsata *Richardo Patrick*, qui ex ea genuit unum filium, *Willielmum* nomine, & unam filiam, nomine *Margeriam*, quæ nupta fuit cuidam *Willielmo* de *Vernon*, qui quidem *Willielmus*, frater *Margeriæ*, dedit totam partem suam *Margeriæ* sorori suæ. Et quod ista fuit vera, & dicta hæreditas, patet per librum supradictum feodorum Scaccarii, ubi sic dicit; *Nigellus* de *Mandevil*, *Margeria* de *Vernon*, & *Rogerus* de *Lovetot* tenent in *Sutho*, &c.

De istis duobus feodis supradictis, quæ tenentur de Abbate de *Burgo* Sancti *Petri*, tenuit quidam *Hugo Flemming*, & filius ejus *Robertus* post eum, tenementa in **Pokebrooke**, **Kingesthorp**, & **Clopton**, per feofamentum antecessorum de **Lovetot**; tenendum de feofatoribus suis, videlicet, de illis de *Lovetot*. *Walterus* filius *Walteri* tenuit residuum, scilicet in **Cattesworth**, & **Wynewike**, qui ante feofavit quendam *Iohannem* de Vallibus, consanguineum suum; & ipse *Iohannes* Abbatem & Conventum de **Sautre**; qui pro duobus feodis supradictis facit sectam ad curiam de **Castre**, de tribus septimanis, in tres septimanas, quia reddit v s. per compositionem per annum, quæ sequitur inferiùs.

Prædicto verò *Willielmo Patrick* fuerunt assignatæ homagium, & servitium *Hugonis Flemming* & hæredum suorum, & *Thomæ Smert*, & hæredum suorum, qui tenuerunt tenementa sua in **Pokebrook** in dominico, & tenementa in **Clopton** in servitio, in propartem suam; & per donationem prædicti *Willielmi* ut supra, remanserunt *Margeriæ* sorori suæ; quæ quidem *Margeria* maritata fuit cuidam *Willielmo* de *Vernon*, quo mortuo, prædicta *Margeria* in libera viduitate sua, dedit & concessit, &c. homagia & servitia prædictorum *Roberti Flemming*, & *Thomæ Smert*, & hæredum suorum *Iohanni* de *Caleto*, Abbati de *Burgo*, per factum suum, quod sequitur inferiùs. Et misit literas suas prædictis *Roberto* & *Thomæ*, quod attornarent. Hoc idem fecit *Nigellus* de *Mundevil*. Post, prædictus *Robertus Flemming* feotavit prælictum *Iohannem* Abbatem de omnibus terris, & tenementis, quæ habuit in **Pokebrooke** per Cartam, cujus tenor sequitur inferiùs.

Post, prædicta *Margeria* desponsata fuit cuidam *Iohanni Littelbiri*; qui quidem *Iohannes* & *Margeria* concesserunt cuidam *Richardo* Comiti *Glouceſtriæ*, per finem inde levatum. Anno Regis *Henrici* filii Regis *Iohannis xliij.* coram *Rogero* de *Thurkilby*, unum messuagium, & unam carucatam terræ in *Sutho*, & homagium, & servitium *Petri Cordon*, *Thomæ* de *Hotetot*, *Roberti Flemming*, & *Robert.* de *Lovetot*, de terris quæ tenuerunt in **Wynewike**, **Pokethorp** & **Thirnyng**; & homagium Prioris de **Huntington**, &c. Similiter *Nigellus* de *Mundevil* hoc idem fecit per finem inde levatum coram eisdem Justiciariis, & eodem anno. Et concessit tres carucatas terræ in *Sutho* & **Cesterton** in comitatu **Huntington**, & tres carucatas in comitatu **Lincolnie**, & unam carucatam in **Præston** in **Craven**. Et advocationem Prioratus de **Huntingdon**; & homagium & servitium *Henrici Dengaine*, *Berengarii* le *Moyne*, & *Roberti* de *Beaumeys* de omnibus terris & tenementis, quæ tenuerunt de prædicto *Nigello* in **Werille**, **Thirnyng** & **Sautre**. 43. H. 3.

Carta Regis Henrici *primi Concessiones Donatorum recitans & confirmans.*

HEnricus Rex *Angliæ* Episcopo *Lincolnensi*, Comiti *Huntedoniæ*, & *Willielmo* de *Lovetot*, & Justiciariis, & Baronibus, & Vicecomitibus, & ministris suis, & omnibus de quibus Canonici tenent, salutem. Sciatis me concessisse, & præsenti Cartâ confirmâsse Ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Huntendone*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, omnes possessiones suas, tam in Ecclesiis, quàm in terris & decimis; & nominatim duas hidas in quibus ipsa Ecclesia sita est, liberas & quietas ab omni seculari exactione, & omnes Ecclesias suas & terras infra burgum de **Huntedon** & extra; & feodum unius militis in *Gidoinga* & *Liellintona*, sicut *Ingelrannus* de *Auco* illud tenuit & Canonicis dedit. Et unam Hydam in **Westone**; & unam hydam in **Crorton**; & in **Stivecle** virgatam *Gunnildæ*, & Ecclesiam ejusdem villæ, cum suis pertinentiis. Et Ecclesiam de **Suthetune** cum suis pertinentiis. Et in **Stoke** *Lx.* solid. Terræ, cum eisdem libertatibus, cum quibus *Matilda* Regina eam eis dedit & Cartâ suâ confirmavit. Et in *Dena* terram quam *Willielmus Meschin* eis dedit liberam & quietam ab omni seculari exactione. Et Ecclesiam S. *Trinitatis* de * **Scipton** cum omnibus sibi pertinentibus; sicut idem *Willelmus* eam eis dedit & confirmavit. Et capellam Cart. antiq. H. n. 8.

* Com. Ebor.

lam Castelli de Huntedon cum pertinentiis suis, & scolam ejusdem villæ, ita ut nullus aliquam infra *Huntedonscira*, absq; illorum licentia teneat. Quare volo (*&c.*) Teste *Willelmo Cantuariæ*, Archiepiscopo, *David* Rege *Scotiæ* & pluribus aliis.

Carta ejusdem Regis Henrici *immunitatem dictis Canonicis de geldis concedens.*

Ib. n. 9. HRex *Angliæ* R. Episcopo *Lincolniæ* & Comiti *David* & Vicecomiti, & omnibus Baronibus & fidelibus suis de *Huntendonscira* salutem; volo & præcipio, quod Soka sanctæ *Mariæ* & Canonicorum de Huntendone, & duæ hydæ suæ de Normannecrosshundred sint ita quietæ de communitate & geldis Burgi Huntendone, sicut comitatus intravit inde in diratiocinamentum adversùm Burgenses, & in burgensibus defecit, & si quis est hominum de soka sua qui habeat estallagium in burgo, & sit in communitate burgi; si non, reddat ibi consuetudinem Estallagii sui, quam justè reddere debuerit. *T.* Episcopo *Linc.* & pluribus aliis.

Venandunum, *Vulgo* Huntingdune.

Leland. Col. vol. 3. p. 11. HUntingdune, id est mons *Venatorum*; Opidum aliquot abhinc sæculis quindecim parochialibus Ecclesiis gnis; quarum tantum quatuor nunc supersunt; reliquæ, Vetustate, & incuria collapsæ sunt, extantibus tamen etiamnum in aliquot locis murorum Vestigiis & cimiteriis.

Cœnobium Canonicorum, quod nunc paululum quiddam distat ab opido; erat eo loco ubi nunc Ecclesia S. *Mariæ* ejus; quod, per *Eustachium*, *Huntingdunensem* Comitem, translatum est in locum paulò remotiorem, propter opidi strepitum. *David Brucius*, *Scotus*, Comes *Huntingdunensis* sepultus in hoc Cœnobio. Est & ibidem sepulcrum elegantis operis cujusdam (ut illi putant) Comitis *Huntingdonensis*, in quo Eques insculpitur, cum insignibus Venatoriis. Habent & opidani in sigillo publico Venatorem cum suis armis. Habent numisma vetustissimum, non procul ab oppido eruta, cum imagine canis leporarii, sed inscriptio, præ vetustate, obliterata est.

Ex autog apio in bibl. Cottonian. Eugenius *Episcopus*, *servus servorum Dei*, *dilectis filiis* Roberto *Priori S.* Mariæ *de* Hunduni, *ejusq; fratribus, tam præsentibus, quàm futuris salutem Quotiens illud à nobis petitur, quod religioni & honestati convenire dinoscatur, animo nos decet libenti concedere.* . . . . . *Quocirca, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatam beatæ Mariæ Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati* Petri *& nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunq; possessiones, quæcunq; bona in præsentiarum ipsa Ecclesia justè & Canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisq; successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.*

Extra villam Huntendona *duas hidas terræ, & infra villam, Ecclesiam S.* Mariæ, *& Ecclesiam S.* Johannis, *Ecclesiam S.* Martini, *Ecclesiam S.* Benedicti, *Ecclesiam S.* Entmundi; *& quicquid juris habetis in Ecclesia* omnium Sanctorum. *Capellam Castelli cum suis appenditiis. Ecclesiam de* Stiveclai *cum suis appenditiis*; *Ecclesiam de* Geddinga *cum suis appenditiis. Ecclesiam de* Sudwic, *cum suis appenditiis. Ecclesiam de Evenleia, cum suis appendic.is. Quicquid habetis in* Sudham, Peri, Cattewrda, Molesworda, Calikcota, Usham, Riston, Cloptona, Pocthebat, Turninga, Wintwic, Saltreia, Pappewrde, Uppetorp, Pennungesord. *Decimam* Radulfi Tesard, *de* Wansingelai, de Sticheltona, Overtona, *& alia* Overtona, Chettretona, Siberorp.

Præterea manerium de Werinzo *cum Ecclesia & molendino. Terram quæ fuit* Ingelrami *de* Auco *in villa de* Huntenduni. *Terram de veteri Castellario, & alias terras & mansiones, quas ibi habetis; & tertia parte molendinorum ejusdem villæ & duo prata sub Castello. In* Stiveclai *unam hidam & viginti acras inter boscum & planum, & unam toftam, & virgatam* Gunildis *in eadem villa. In* Lolintona *unam virgatam. In* Lodintona *unam virgatam. In* Westona *unam hidam. In* Dena *duas hidas, & unam virgatam & dimidiam. In* Saltreia *unam virgatam. In* Sudham *dimidiam virgatam*; *In* Grasham *unam virgatam*; *In* Hargrave *unam virgatam, & quicquid juris habetis in decima* Rogerii Moin. *In* Cuninton *unam virgatam*; *In* Stottona xx. *solidatas terræ. In* Leia *duodecim solidatas terræ. In* Pappewrda *unam hidam terræ, de dono* Aluredi *de* Coldintona. *In* Stoches lx. *solidatas terræ. Medietatem* Hedure. *In* Sproxtona *molendinum de dono* Ogerii. *Decimam molendinorum de* Stanford. *In* Crocheltona *unam hidam. In* Bedefordia *quandam terram de dono* Radulfi *militis.*

In Norwicensi Episcopatu, Ecclesiam de Wetinges, *cum suis pertinentiis. In Fletwella sex solidatas terræ, de dono* Hugonis *de* Plaic. *In* Recheham *decimam molendinorum. In* Wella *unum millenum anguillarum annuatim, de dono* Willielmi filii Rogerii; *& alterum in* Pattelade *de dono* Willielmi *de* Lovetot. *In* London, *quatuor solidatas terræ de dono* Goie.

Decernimus ergò, ut nulli omnino hominum liceat præfatum locum temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; Sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt usibus omnibus profutura. Salva sedis Apostolicæ auctoritate, & dyocesani Episcopi Canonicâ justitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam, sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò, tertiòve commonita, si non satisfactione congruâ emendaverit, potestatis, honorisq;

honorisq; sui dignitate careat, reamq; se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, ac sanguine Dei, ac Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atq; in extremo Examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiat, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniat, Amen.

✠ *Ego* Eugenius *Ecclesiæ Catholicæ Episcopus.*
✠ *Ego* Alberius *Ostiensis Episc.*
✠ *Ego* Imarus *Tusculanus Episc.*
✠ *Ego* Gillebertus *indignus sacerdos S.* Marci (&c.)

Datum Altisiodori *per manum* Guidonis *Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis, Et Cancellarii*, xviij. Kl. Septemb. x. *indict. Incarnationis Dominicæ* M.C.xlvij. *Pontificatus verò Domini* Eugenii Papæ *tertii, Anno tertio.*

Bulla *Martini* Papæ de Appropriatione Ecclesiæ de Southo, cum Capella de Harleweston, Priori & Conventui de Huntendune.

MArtinus *Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Priori & Conventui beatæ* Mariæ *de* Huntendon *ordinis Sancti* Augustini, *Lincolnienſis diœcesis, salutem & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod justum est & honestum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri, ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus, grato concurrentes assensu, omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive per privilegia, aut alias indulgentias vobis & Prioratui vestro concessos; ac parochialem Ecclesiam de* Southo, *quam cum Capellâ de* Halweston, *dictæ diœcesis unitâ, in vestros usus Canonicè tenere vos asseritis; necnon libertates & exemptiones secularium exactionum à regibus & principibus, aut aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis, & per nos dicto Prioratui indultas, sicut eas justè & pacificè obtinetis, vobis & per vos eidem Prioratui auctoritate Apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omninò hominum hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum* Petri & Pauli *Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum* Romæ *apud sanctos Apostolos* iiij. *Kal.* Martii *Pontificatus nostri Anno decimo.*

Carta Regis Henrici *tertii, Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

HEnricus dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ* (&c.) Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis nos pro salute animæ nostræ, & animarum antecessorum & hæredum nostrorum concessisse, & hac Carta nostra confirmâsse Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Huntedone, & Priori & Canonicis ibidem Deo servientibus, & eorum successoribus, omnes possessiones suas, tam in Ecclesiis, quàm in terris, & decimis, & nominatim duas hidas terræ, in quibus ipsa Ecclesia sita est, liberas & quietas ab omni seculari exactione; Et omnes Ecclesias suas infra burgum Huntedone; videlicet Ecclesiam beatæ *Mariæ*, ubi ipsi Canonici primò fundati fuerunt; & Ecclesiam beati *Botulphi*; & advocationes Ecclesiarum S. *Benedicti*, S. *Martini*, S. *Johannis*, S. *Edmundi*, & medietatem advocationis Ecclesiæ *omnium Sanctorum*; & omnes terras, quas habent infra dictum burgum Huntedone, &c. Et feodum unius militis in Eddvng & Lollintone, sicut *Ingeramus de Anco* illud tenuit, & dictis Canonicis dedit. Et unam hidam terræ in Ulfestone, & unam hidam in Crortone, & in Stevecle virgatam *Gunnildæ*, & Ecclesiam ejusdem villæ cum suis pertinentiis. Et Ecclesiam de Suluve cum suis pertinentiis. Et in *Stocâ lx.* sol. terræ, cum eisdem libertatibus cum quibus *Matildes* Regina eam eis dedit & Carta sua confirmavit. Et in *Dena* terram quam *Willielmus Meschyn* eis dedit & liberam & quietam ab omni seculari exactione; Et Capellum cattelli de Huntedone cum pertinentiis suis, & Scolam ejusdem villæ; Ita quod nullus aliquam infra Huntedonshire, absq; illorum licentia teneat.

Et pratum quod dicitur Bromholme de Brantone, juxta aquam; faciendo inde servicium debitum & consuetum: Et pratum suum juxta pontem Huntedone, & socam eorundem Canonicorum de Huntedone, ita quietam de communitate & geldo burgi Huntedone, sicut Comitatus intravit inde in dirationamentum adversùs burgenses, & in burgenses defecit. Et si quis est hominum de socâ suâ qui habeat estallagium in Burgo, & sit in communitate burgensium, reddat ibi consuetudinem estallagii sui, quam justè reddere debuerit, & *xl.*ˢ. per annum in molendino de Huntedone, in elemosinam, & in perpetuam possessionem. Et villam de Hereford cum molendinis & aliis pertinentiis suis ad feodi firmam; Reddendo inde unoquoq; anno *xij.*ˡ. nobis & hæredibus nostris; Et Ecclesiam ejusdem villæ, cum suis pertinentiis & libertatibus in puram & perpetuam elemosinam. Et quod teneat imperpetuum septem acras terræ cum pertinentiis de dominico nostro de Huntedone, sicut eas priùs tenuerunt. Reddendo annuatim Ballivis de Huntedone *x*ˢ. ad festum S. *Michaelis* pro omni servicio: Et præter hæc omnia alia tenementa sua de quocunq; tene-

Cart. 1. E. 3. n. 64. per Inspex. Et Pat. 1. E. 4. p. 6. m. 35. Et Pat. 7. R. 2. p. 1. m. 4. Et Pat. 14. H. 6. p. 2. m. 8.

ant infra burgum de Huntedone & extra. Et quod totus victus & vestitus & materies prædictorum Canonicorum, & animalia eorum, & quicquid homines eorum poterint affidare, esse & pertinere ad proprium usum Ecclesiæ & Canonicorum prædictorum, sit quietum ab omni theoloneo, consuetudine, chiminagio & passagio, & super hoc non desturbentur res vel homines eorum, super x l. forisfactura: Quare volumus (&c.) Datæ per manum nostram apud *Westm.* xxx die *Maij*, anno regni nostri xxxvij.

PRIORATUS

S. Oswaldi *juxta Glouceſtriam.*

Historia Fundationis ejusdem.

Lel. Col. vol. 4. fol. 172.

THe Prior of St. Oswald stode Northe, Northwest from Glouceſter Abbay, upon Severn ripe. Ethelredus, Erle of *Marches*, and Ethelfleda his noble wife, doughter to Edward the first afore the Conquest, foundyd originally this house; instituting Prebendaryes in it, and thither translatid from *Bardney* the body of S. Oswald King of Northumberland, and there richly entombed it. It chaunced that soon after the Conquest, a Bishop of Lincolne, grete with the King, required other iurisdiction or lands in Lyndesey belonging to the seat of Yorke, for the which the King entreatid the Archbishop, being at that tyme also Bishop of Worceſter: Whereupon the Bishop of Yorke desyring the King to have the College of S. Oswalde impropriate to the seate of Yorke, and so he had: whereupon he practised with the Prebendaries of a new foundation, and that they should be Channons regular. Some were content, some wold not; but the Bishop brought his purpose to pass by power; and there instituted a house of Channons regular, impropriatyng benefices unto them, and gyving them covlets of land, reserving the goodly lands to the Church of Yorke, that at this time be possessid of it.

Id est.

S. *Oswaldi* Prioratus ab Abbatia *Glouceſtrensi* ad aquilonem (occidenti propiorem) sterit, super *Sabrinæ* [fluminis] ripam *Ethelredus*, *Merciorum* comes, & *Ethelfleda* nobilis conjux sua, *Edwardi* ante conquæstum [Normanniæ] primi [*Senioris* vulgò dicti] filia, hanc domum primùm fundavit, Præbendarios inibi constituens, Sanctiq; *Oswaldi*, *Northumbrorum* Regis corpus à *Bardneia* eò transtulit, ibiq; sumptuosè tumulavit. Ita contigit, quod citò post conquæstum, Episcopus quidam *Lincolniensis*, apud Regem præpollens, aliam petiit jurisdictionem, vel terras apud *Lindeseiam*, ad sedem *Eboracensem* spectantes, pro quibus Rex Archiepiscopum, tunc Episcopum etiam *Wigorniensem* rogavit. Unde *Eboracensis* Episcopus à Rege postulavit S. *Oswaldi* collegium sedi *Eboracensi* attribuendum, quod ei concessum est. Unde cum Præbendariis egit de novâ Fundatione, & ut Canonici essent regulares. Quidam adquieverunt, quidam non. Episcopus autem potentiâ fretus, propositum suum ad exitum perduxit optatum, ibiq; Canonicorum regularium domum constituit, beneficia eidem attribuens, & terrarum portiunculas conferens, ampliores fundos *Eboracensi* Ecclesiæ eos hactenus possedenti reservans.

PRIORATUS

S. Oswaldi *prope* Glouceſter.

Rex Fundator ante Conquestum.

Unc libera Capella fuit Regis, postea facta est juris Archiepiscopi *Eboracensis*, qui Canonicos regulares induxit. *Lel.* Col. vol. 1. p. 62.

In hac domo olim fuere Canonici seculares, & hæc Ecclesia erat Collegiata; à tempore Danorum usq; ad tempus *Gulielmi Rufi*, qui concessit hanc Ecclesiam Archiepiscopo *Eboracensi* loco dominii de Lynsey & Motebant, quod ipse Archiepiscopus dedit Episcopo *Lincolniæ*, qui illud dominium affectabat applicari sedi Episcopali *Lincolniæ*, propterea quod ibidem natus erat Corpus S. *Oswaldi* hic sepultum.

PRIORATUS

de Bernewell *in agro* Cantabrigiensi.

Historia Fundationis & Fundatorum, ejusdem cœnobii.

Ex veteri codice Bernwellensis *Monasterii, de variis rebus memorabilibus* Grantbrigensis *provinciæ.*

EGnante Rege illustri *Anglorum Gul.* primo, extitit quidam vir nobilis in partibus *Cantabrigiæ*, de gente & genere *Normannorum*, *Picotus* nomine, *Vicecomes* cognomine; quia Vicecomitis in illis partibus fungebatur, & inter optimates Regni pro Comite habebatur. *Lel.* Col. vol. 1. pag. 621.

Memo-

Memoratus namq; Rex quandam Baroniam in Provincia *Cantabrigie*, dùm integra esset, satis opulentam illi contulerat; & altis aliis honoribus & opibus, ut benè dignus erat, per diversa regni loca, eum satis ditaverat.

Hugolina uxor *Picoti* S. *Egidium*, tanquam patronum, coluit; quæ aliquandò gravissimè ægrotans Monasterium ex voto, si salutem recuperaret, D. *Egidio* dicaturum se promisit &c. ut convaluerit, & maritum de complendo voto exoraverit.

Tandem *Anselmo Cantuar.* Episc. & *Remigio Lincoln*; consultis, Ecclesiam in honore beati *Egidii*, & officinas satis eo tempore competentes, *Cantabrigie* juxta Castrum construxerunt; & sex Canonicis regularibus, in brevi illic adunatis, ad eorum curam gerendam, *Galfridum* de *Huntedon* Canonicum, magnæ religionis virum, præfecerunt. Ad horum itaq; sustentationem, duas partes decimarum de dominiis suis, atq; omnium militum suorum ejusdem Provinciæ, antequam ipsis militibus fundos conferrent, uti mos erat Francigenis, Domini *Remigii* Episc. priùs habitâ concessione, assignaverunt. Ecclesiarum verò de jure fundi, intra fines illius Provinciæ, ad se spectantium, advocationem, eis contulerunt. Decernentes, ut cum vacarent, usibus eorum cederent; & Chartam suam inde fecit ad petitionem & instantiam uxoris suæ *Hugolinæ*.

Ex Charta Picoti *de Donatione.*

Ib. Vide Plac. coram Rege Term. Pasch. 8. E. 3. rot. 16. Cantab.

"——*Consilio* Remigii, *& precibus* Hugolinæ *uxoris meæ, concessi, & hac Charta confirmavi Canonicis regularibus S.* Egidii, *Ecclesiam S.* Egidii, *ubi domus eorum fundata est*, "*Eccl. de* Hordon *cum capella de* Redderia; "*Ecclesiam de* Thadelawe: *Ecclesiam de* Baune, *alias* Barnne, *cum capella Castelli*, "*& cum capella de* Caldecote: *Ecclesiam de* Cumbretone. *Ecclesiam de* Haddingele: "*Ecclesiam de* Kampton, *Ecclesiam de* Harlestone, *& de* Henrton, *habendas & tenendas liberè*, &c.

Ex eadem *Picoti* Donatione.

Ib. pag. 622.

"——*Concessi similiter concilio* Remigii *Episcopi, duas partes decimarum de omnibus dominiis omnium militum meorum, in* Cantebrigeshire; *scil: de* Queya (*nunc qui propè* Angleseye) *de* Stou; *de* Waterbeche; *de* Bideletone; *de* Impeton; *de* Histone; *de* Estletone, *de* Hoketone; *de* Kamptone; *de* Cotenham; *de* Lolleswrth; *de* Trumpitone; *de* Haselingfeld; *de* Harlestone; *de* Everestone; "*de* Toste; *de* Caldecote; *de* Kingestone; *de* Winepola; *de* Craudena; *de* Hatteleia; *de* "Pampelwrth; *de* Adewincle; *habendas & tenendas liberè, quietè & integrè*, &c.

Post paucos annos cœnobio non perfecto, ambo fælices migraverunt ad dominum; adjurantes *Robertum* filium suum, ut de illa domo ditanda & amplianda, onus subiret & curam gereret;

Sed ille *Robertus*, parentum relicto vestigio, in brevi accusatus, quod in Regis necem & Regni proditionem conspirâsset; à glorioso rege *Henr.* primo conventus, diem de parendo juri in curia regis sibi præfixum, fugiendo prævenit; cujus Baronia, de jure Regni, fisco cedente; domus S. *Egidii* illa paupercula, facta est sub tributo; Omnes etenim amici ejus spreverunt eum, & facti sunt ei inimici,

Procedente verò tempore, contulit Rex *Henricus* Baroniam illam cuidam suo familiari; scil. *Pagano Peverelle*, egregio militi, armis insigni, militia pollenti, viribus potenti, & super omnes Regni proceres bellico usu laudabili. Qui partes *Cantabrig.* adiens, & illam domum S. *Egidii* desolatam, & ad nihilum redactam intuens; dixit.

Triginta hic constituam Canonicos, per Dei gratiam, me ad æternam vitam producturos, Et sicut loco hæredis successi Picoto, *ad hæreditatem possidendam; ita & succedam ad Domum istam ditandam & sufficienter dilatandam.*

Impetravit *Paganus* à Rege *Henrico* locum extra Burgum *Cantebrig.* à magnâ platea, usq; in riveram *Cantebrig.* se extendentem; & amœnitate situs loci delectabilem. Porrò de illius loci medio, fonticuli puri & vividi emanabant, Anglicè Barnewell, idem *fontes puerorum* eo tempore appellari, eò quod * pueri & adolescentes semel per annum in vigilia scilicet Nativitatis S. *Johannis Bapt.* illuc convenientes, more Anglicano luctamina & alia ludicra exercebant puerilia, & cantilenis & musicis instrumentis sibi invicem applaudebant; unde propter puerorum & puellarum turbam illic concurrentium & ludentium, mos inolevit, ut in eodem die illic convenirent; negotiandi gratia, turba vendentium & ementium. In hoc etiam loco quidam homo magnæ sanctitatis, *Godilone* nomine, conversari consueverat, solitariam vitam ducens; & parvulum Oratorium ligneum, in honore beati *Andreæ* Apostoli constructam, habens; qui patum antea defunctus, locum sine habitatione, & Oratorium sine custode, dimiserat.

* Ib. p. 623.

Picoti Donatio confirmata à *Pagano Peverelle*;

Ex Charta novæ Donationis *Pagani*.

——*Concessi similiter eisdem Canonicis, quendam locum jacentem in campis* Cantabrig. *pro* xiij. *acris, circa fontes de* Barnwelle; *quæ* Henr. *mihi dedit ad domum eorum stabiliendam & fundandam, liberè, quietè & integrè; à magna platea usq; in riveriam de* Cantebrig; &c.

Ad Eccles. S. *Egidii*, ut dictum est, *Picotus Vicecomes*, Canonicos fundavit An. D. 1092. Sed ad prædictum locum de Barnwelle, *Paganus* Canon. regulares, cum magna apparatu & supellectili, comitante non modica catervâ cleri & populi, & Burgensium *Cantebrig.*, à primo

mo fundationis loco, postquam ibi steterat per xx. annos, translatus, & translatos in prædicto loco **Barnewelle**, multò magis eis oportuno, cum gaudio magno, collocavit A. D. 1112. Ecclesiamq; miræ pulcritudinis, & ponderosi operis, in honore beati *Egidii*, ibidem inchoavit. Sicq; beatus *Andreas*, sicut in cœlo & in terra beatum *Egidium* sibi associans, hospitioq; suscipiens, hospes ejus usq; in hodiernum diem est effectus; & ambo permanent ejusdem loci patroni, usq; in sempiternam.

De morte Pagani Peverell.

VEruntamen antequam propositum suum de xxx. Canonicos constituendis complèsset, vel sufficientem sustentationem eis providisset, à translatione Canonicorum decennio nondum decurso, *Londini*, febre correptus, migravit ad Dominum; *Bernewellamq;* delatus in aquilonari parte magni Altaris, decenter est collocatus.

* *Gul. Peverell* filius *Pagani* confirmavit donationem patris sui, adjectâ dimidiâ hidâ terræ in **Burne**. * Ib. p. 624.

Post *Gul. Peverelle* Hierosolimam adiit, & illic à seculo migrans, nullum ex se reliquit hæredem.

Quatuor sorores, dicti Pagani filias, reliquit; quæ totam Baroniam inter se diviserunt: Quarum primogenita vocabatur *Mathildis* de *Doure*; & ipsa sine hærede de se mortua est; & sic hæreditas ad tres sorores devoluta est, & pars prædictæ *Mathildis* inter ipsas divisa; Quarum una fuit uxor *Hamonis Peche* senioris, quæ vocabatur *Alcia*, & ex illa processerunt filii & filiæ. Primogenitus *Hamonis* vocabatur *Gilbertus Peche* primus, & secundus vocabatur *Gaufridus Peche*. Ille *Galfridus* dedit Canonicis Ecclesiam de **Parleton** ad vesturam.

De *Gilberto* autem processit *Hamon Peche*, qui uxorem accepit nomine *Evam*, de partibus transmarinis oriundam, quæ genuit quinq; filios & filias.

Primogenitus *Gilbertus Peche*, qui fuit de isto stipite, ultimus noster patronus. Secunda soror *Gul. Peverelle*, vocabatur *Roisia*, de illa processit *Albreda* de *Harecourt*, & ex illa *Albreda*, processerunt *Galfridus Trussebut*.

His omnibus defunctis sine hærede de se, tres sorores remanserunt, scilicet *Roysia*, *Hillaria*, & *Agatha*.

Ex *Roisia Robertus* de *Ros* senior. De *Roberto Gul.* de *Ros*, & isti tres; scilicet *Gulielmus*, *Hillaria* & *Agatha* hæredes sunt in parte.

Tertia verò soror vocabatur *Ascelina* de *Waterville*, & ex illa natæ sunt duæ filiæ, scilicet *Ascelina* de *Waterville*, & *Matildis* de *Diva*.

De *Ascelina* venit *Rogerus* de *Torpel*, & de *Mathilda*, *Hugo* de *Diva*.

Gilbertus Peche fuit filius *Hamonis Peche*. Hic fecit avuum suum, *Gilbertum Peche* nomine, & Aliciam uxorem ejus levari de pulvere, & in uno sepulcro marmoreo, ex parte aquilonari magni Altaris, ad caput egregii *Pag. Peverelle*, amborum corpora recondi.

Pater ejus vocabatur *Hamon Peche*, & uxor ejus *Eva* * de transmarinis partibus oriunda. * Ib. pag. 625.

Ex iis processerunt sex filii, scilicet *Gilbertus* primogenitus, *Hamo*, *Hugo*, *Robertus*, *Thomas*, & *Gulielmus*.

Ex iis vidimus quinq; milites potentes, prudentes, & robustos. Sextus verò, scilicet *Hamon* erat Clericus Ecclesiis & redditibus copiosè ditatus. Pater verò eorum mortuus est in terra sancta, & corpus ejus delatum est **Bernewelle**, & sepultum est in Capella D. *Mariæ*; uxor verò ejus *Eva* senex & plena dierum, cum magna veneratione, præsentibus quatuor filiis suis, sepulta est à dextra viri sui, & filius illorum junior *Gul. Peche* miles, aspectu quidem pulcher, & armis inter omnes bachelarios validissimus nominatus, sepultus est à sinistra patris sui.

Prædictus Dominus *Gilbertus Peche* duas habuit uxores, unam quæ vocabatur *Mathildis* de *Hastings*, genere quidem claram, sed moribus multò clariorem, & habuit filios & filias: Quæ *London.* defuncta est, sepultum est corpus ejus in Ecclesia Canonicorum beatæ *Mariæ* ultra aquam; quia videlicet huc deferri honorificè non potuit tunc temporis, sicut ipsa optaverat, propter perturbationem quæ tunc erat in *Anglia*: Sed cor ejus huc deportatum fuit, in locello plumbeo, & coram magno Altare, juxta pueros, filios suos, sepultum.

Post hæc accepit D. *Gilbertus* aliam uxorem filiam D. *Simonis* de *Grey*; quæ vocabatur *Joanna*. Hanc quidem dilexit & honoravit multùm, eò quod pulcherrima esset & bona.

De hac quidem genuit filios & filias, & ob amorem matris magis cepit diligere pueros secundæ uxoris quàm primæ, quod, ex post facto, patuit.

Nam secundæ uxori, & pueris suis, dedit *Gilbertus* maneria quædam, & securitatem super his, quæ necessaria erant ad perpetuitatem, providenter providit. *Johannem* verò *Peche* primogenitum suum, & *Edmundum* ejus fratrem filios primæ uxoris, quasi ferè dimisit inanes. Nam nescio quo spiritu ductus vel consilio, D^m. Regem *Edvardum* filium Regis *Henrici* & Reginam *Alianoram*, de residuo Baroniæ suæ suos fecit hæredes.

* An. D. 1284. D. *Gilbertus Peche* filius *Hamonis Peche*, dedit *Edwardo* Regi jus patronatus Cœnobii de **Bernewelle** perpetuò possidendum. * Ib. pag. 626.

Paganus Peverelle signifer fuit *Rob. Curthose*, filii *Gul. nothi* Regis *Angl.* in terra sancta.

Carta

Carta Regis Henrici *primi de loco in quo Ecclesia de* Bernewell *fundata fuit.*

Cart. antiq. K. n. 36. Videsis etiam Par. 5. R. 2. p. 1. m. 33. per Inspex.

HRex *Anglie Herveo* Episcopo de Ely, & *Gilleberto* Vicecomiti, & omnibus Baronibus suis, *Francis* & *Anglis* de *Cantebrigscire* salutem. Sciatis me dedisse & concessisse, ad preces *Pagani Peverel*, Canonicis de *Cantebrigia*, locum quendam in campis *Cantebrigie* jacentem circa fontes de Bernewell, pro tresdecem acris terræ, ad domum suam stabiliendam, & Ecclesiam suam fundandam. Habendam & tenendam in liberam & perpetuam elemosinam, liberè, quietè, integrè, in sicco, in marisco, à platea usq; in rivetam de Cantebrig, secundum quod curia eorum in longum extenditur. Concessi etiam eis decimas de Dominio meo de *Cantebrigia*, & Ecclesiam S. *Egidii*, & Ecclesiam de Cumbertone in perpetuam elemosinam. T. *Rogero* Episcopo *Sarum*, & *Willielmo* Episcopo *Exon.* & *Johanne* Episcopo *Baduc*, *Turstano* Capellano, *Hamone* Dapifero, apud *Merlebergam*, in Pascha.

Carta Willielmi *filii* Otoxis, *de advocatione Ecclesie de* Bertone.

Ex ipso autog. in Collegio Regali Cantabr.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Willielmus* filius *Otomis* concessi, & hac mea Cartâ confirmavi Deo & Ecclesiæ sancti *Egidii* de Bernewell, & Canonicis ejusdem loci, Advocationem Ecclesiæ de *Bertona* in Hetfelvene, quam *Radulphus* de *Walterville*, avunculus uxoris meæ *Matilde*, eis donavit, & *Matilda* de *Diva* mater ejusdem *Matilde*, uxoris meæ, Cartâ suâ eis confirmavit, His testibus, *Hugone* de *Diva*, *Roberto Gus*, *Willelmo* de *Bars*, *Baldwino* de *Sancto Georgio*, *Silvestro* persona de Cest.... de *Whusand*, *Roberto* de *Chantelu*, *Richardo* filio *Willelmi*, *Symone* filio *Villelmi*, *Willelmo* de *Chaune*.

Carta Ascelinæ *de* Waltervilla.

Ib.

A*Scelina* de *Walterville* omnibus hominibus & amicis suis, *Francis* & *Anglis*, tam præsentibus quam futuris, salutem: Noverit universitas vestra me concessisse, & hac Cartâ meâ confirmâsse, Deo & Ecclesiæ sancti *Egidii* de Bernewelle, & Canonicis ejusdem loci, donationem fratris mei *Radulfi* de *Walterville*, quam fecit eidem Ecclesiæ, & Canonicis de advocatione Ecclesiæ de Bertone in Hetfelvene, & Carta sua eis confirmavit: volo ergo, ut eam habeant quantum ad me & hæredes meos pertinet, liberè, & quietè in puram elemosinam, pro salute animæ meæ, & pro animabus antecessorum meorum, & pro anima prænominati *Radulfi* fratris mei, quem bonâ & purâ devotione prædictam donationem eis fecisse novi, His testibus, *Radulfo* Sacerdote de Hungerstune, *Martino* sacerdote de Berdeke; *Radulfo* de *Diva*, *Luca* de *Bars*, *Johanne Bassebedor*, *Radulfo* de *Tichemers*, *Radulfo Pistore*, & multis aliis.

Carta Matildis *de* Diva.

M*atildis* de *Diva* omnibus hominibus, & amicis suis *Francis* & *Anglis*, tam præsentibus, quam futuris, salutem: Noverit universitas vestra me concessisse, & hac Cartâ meâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ sanctæ *Egidii* de Bernewell, & Canonicis ejusdem loci, donationem fratris mei *Radulfi* de *Waltervilla*, quam fecit eidem Ecclesiæ, & Canonicis, de advocatione Ecclesiæ de Bertone in Hetfelvene, & Cartâ suâ confirmavit; volo ergo, (*&c.*) His testibus, *Radulfo* sacerdote de Hengistun, (*&c.*)

Confirmatio Regis Henrici *tertii de Villa de* Cestreton *Canonicis de* Bernewell *per Regem* Johannem *prius concessa.*

Cart. antiq. F F. n. 12. Et Cart 11. H. 3. p. 1. m. 3.

H*enr.* Dei gratiâ &c. Sciatis nos concessisse & præsenti Carta nostrâ confirmâsse Priori & Canonicis de Bernewell, quod villam de Cestreton, cum pertinentiis suis quam Dominus *J.* Rex Pater noster eis concesserat, & Cartâ suâ confirmavit, ad feodi firmam pro *xxxl.* sterlingorum blancorum; annuatim reddendis ad Scaccarium nostrum, habeant & teneant de cætero de nobis & hæredibus nostris ad feodi firmam pro *xxxl.* numero, annuatim reddendis ad Scaccarium nostrum ad duos terminos, scilicet ad Pascha *xvl.* & *xs.* & ad festum S. *Mich*, *xvl.* & *xs.* ita quod nos & hæredes nostri per hanc concessionem nostram eis factam quieti erimus imperpetuum de *xl.* argenti, quas præfatus Pater noster *J.* Rex ante concessionem & confirmationem suam eis factam de Manerio suo de Cestreton, sicut præfectum est, eis concesserat annuatim de elemosina sua percipiendas. Concessimus etiam pro nobis & hæredibus nostris, quod manerium prædictum de Cestreton imperpetuum sit quietum de visu franciplegii. Quare volumus (*&c.*) Dat. per manum venerabilis patris R. *Cicestr.* Episcopi, Cancellarii nostri apud *Westm. xx.* die *Febr.* Anno Regni nostri *xi.*

Veredictum

Veredictum Juratorum Burgi Cantabr. *anno tertio Regis* Edwardi *primi.*

Ex Rotulis Hundr. pro Com. *Cantabr.* in arce *Lond.*

PRior de **Bernewell**, & Canonici tenent locum, & situm Ecclesiæ suæ Conventualis, continentem tresdecem acras terræ & amplius, &c. ex dono *Pagani Peverell* militis, qui fundator & Patronus est, &c. Dicti Prior & Canonici habent infra villam & extra tres Carucatas terræ, & amplius, & *x s.* redditus, pro quibus solvent capitalibus Dominis feodi, &c. & Balivis Domini Regis Cantabrigiæ, qui tenent dictam villam ad feodi firmam de Domino Rege pro *Hagabulo & Langabulo* - - - - *lviiis.*

Habent aliquam partem, ex dono multorum in perpetuam elemosinam; & aliam partem de perquisito &c. unde Comes *David* dedit eis duas acras ante portam Ecclesiæ suæ, pro *iiis d.* per annum redditu.

Translatio de **Bernewell.**

Et *Matilda* Comitissa dedit duas acras in perpetuam elemosinam, &c. dedit etiam homo quidam, dictus *Picotus* Vicecomes eis locum in villa *Cantabrigiæ*, ubi modo Ecclesia S. *Egidii* sita est ad Castrum, & ibi habitabant dicti Canonici per *xx.* annos, donec *Paganus Peverell* transferret eos de illo loco, usq; ad locum de **Bernewell**, ubi modo habitant.

Habent & dicti Canonici, ex dono *Dunnigg*, proavi *Hervei Dunnigg*, & *Matildis* uxoris suæ, *L.* acr. terræ, in campis citra pontem, & ex donatione *Alketilli*, *L.* acr. terræ in liberam elemosinam, salvo *Hagabulo* Domini Regis, quæ solvunt singulis annis Ballivis Domini Regis sicut dictum in magna summa prædicta superiùs scripta, *lviis.*

Habent, ex dono prædicti *Henrici* tria messuagia in *Cantabrigia* propè forum, & duo alia messuagia quæ *Henricus Lisiwes*, & *Robertus* le..... tenuerunt sub prædicto redditu, de *lviis s.* & solvit ad *Hagabulum*, sicut dictum est.

Habent Canonici - - *xx.* acras de feodo Prioris de **Elv**, ex dono *Willielmi* filii *Baldwini Blangnun*, cum messuagio & redditu per annum duas marcas, & dictus Prior acquietabat eos versùs Balivos Domini Regis *Cantabrigiæ* de *Hagabulo*. &c. quo warranto Prior de **Elv** clamat, ignorant.

Habent ex dono ejusdem *Willielmi lxxii.* acras terræ & totum messuagium, quod *Ranulphus* filius *Gwidonis* tenet de eo, in vico Pontis, &c. & reddit in magna summa prædicta de *lviis.* ad *Hagabulum.*

Habent ex dono *Thomæ Toylet xxiiii*, acras terræ de feodo *Baldwini Blangernun*, &c.

Habent ex dono *Walteri* de *Wyshenden*, per manum Ballivi *Cantabrigiæ*, *x s.* annui redditus, &c.

Habent ex dono *Acii Frere tria* messuagia, & illud tenementum quod *Reginaldus Alicon* tenet, & vi. acras terræ de feodo *Baldwini Blanggernun*, &c. pro anima ipsius *Acii Frere*, &c.

Habent ex dono *Johannis* de *Kaleys* & *Basiliæ* uxoris suæ *xl.* acr. in campo de *Cantabrigia*, & totum servitium magistri *Henrici Nuttele* & aliorum septemdecem &c. Pro hiis dicti Canonici reddunt per annum in Curia Domini Regis, dictis *Johanni*, & *Basiliæ* durante vitâ utriusq; eorum, duo corrodia duorum Canonicorum, & unius liberi servientis, & *xl s.* sterlingorum singulis annis, &c. & 5000. turbarum ad comburendum, & tres carectatas litterræ, & si *Ricardus* le *Waleys*, filius ipsius *Basiliæ*, & *Matildis* soror ipsius *Richardi* prædictos *Johannem* & *Basiliam* supervixerint, tunc dicti Prior, & Canonici annuatim reddent *viiis.* & duo Corrodia Canonicorum. &c.

Habent duo Molendina ventritica, sed levata sunt de suo proprio solo, & nullum possunt arctare ad molendum ibi, nec tenentes suos proprios.

Habent etiam Prior & Canonici Advocatum Ecclesiæ suæ de **Bernewell**, Dominum *Gilbertum Peche*, per decensum de hærede in hæredem, à tempore *Pagani Peverel'*, qui fuit ipsius Ecclesiæ fundator & Patronus, sicut prædictum est. *Leonnis Dunnig* tenet unum messuagium cum pertinentiis in parochia S. *Egidii Cantabrigiæ*, quæ descendit jure hæreditario, per mortem *Adæ Dunnig* patris sui, qui quidem *Adam* emit dictum messuagium de *Nicholao Wergell*, qui habuit ex antiqua successione antecessorum suorum, tenetq; Molendinum equicium in villa de *Cantabrigia*, reddendo pro messuagio *viii d.* & pro molendino *vi d.* dicto Priori, & hæredibus *Walteri* de S. *Edmundo.*

Ordinatio inter Priorem & Conventum de **Bernewell** & *Gilbertum Pecche* de electione Prioris.

REX *omnibus ad quos*, &c. *salutem. Litteras inter dilectos nobis in Christo Priorem & Conventum de* **Bernewell**, *ex parte una & dilectum & fidelem nostrum* Gilbertum Pecche, *ex altera, ad modum cirographi confectas inspeximus in hæc verba*; Omnibus has literas inspecturis *Gilbertus Pecche* salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra, me ad dilucidationem juris patronatus, quod habeo in Monasterio de **Bernewell**, cum ipsum vacare contigerit, pro me & hæredibus meis in subscriptam formam consensisse & Canonicis ejusdem inviolabiliter observandam concessisse: Ordinatum est igitur ex communi assensu meo, videlicet & supradictorum Canonicorum, quod cum supradictum Monasterium vacare contigerit, quod ad me, si in regno *Angliæ* fuero, vel ad Senescallum meum, qui pro tempore fuerit, si extra regnum fuero, debeant unum vel duos Canonicos destinare, & per eosdem vacationem sui Monasterii denunciare; ac taliter dicerent, "*Domine, ad vos tanquam ad Patronum nostrum accedimus, & vacationem domus nostræ vobis denunciamus; & de vestro beneplacito ad electionem nostram procedemus.* Quo facto, peritâ licentiâ, licèt non optentâ, possunt redire liberè ad eligendum. Cum autem electio facta fuerit, debent Electum suum michi, tanquam patrono, & hæredibus meis præsentare, & consensum meum requirere. Par. 13. E. 1. m. 21.

requirere. Concedo autem dictis Canonicis, ut ratione patronatus, quem habeo in eorum Monasterio, nullus hæredum vel successorum meorum possit aliquam destructionem facere in eodem Monasterio tempore vacationis suæ, vendendo, largiendo; distrahendo bona eorundem, aut mutando aliqua, quorum mutatio ad dampnum ejusdem Monasterii sore comprobabitur. Et ut nulla occasio distractionis vel destructionis fiat, volo, & eisdem Canonicis concedo, ut tempore vacationis, quamdiu Monasterium suum vacare contigerit, non habeam ego, nec aliquis successorum meorum nisi unicum famulum cum equo & garcione, qui propter recognitionem juris Patronatus mei, & meorum successorum, habeat simplicem possessionem, qui nullam faciat destructionem, prout superiùs dictum est; set una cum officialibus domus se intromittat ad salvandum omnia bona ejus, donec de Priore fuerit provisum eisdem. Hanc igitur supradictam formam & libertatem concedo eisdem; contra quam nolo quod aliquis hæredum vel successorum meorum aliquid in præjudicium ejusdem Monasterii, attempter. Et ut hæc concessio imperpetuum robur habeat & firmitatem, duo instrumenta in modum cirographi sunt hinc inde confecta, quorum unum sigillo Capituli prædicti Monasterii, & sigillo Magistri *Ricardi* de *Wytton* gerentis tunc temporis vices Domini *Cantuarienſis* in dioceſi *Elyenſi*, vacante tunc eadem sede, signatum residet penès me; & aliud sigillo meo & sigillo prædicti Magistri *Ricardi* signatum residet penès prædictos Canonicos. Dat. apud Bernewelle Anno D. *M. CC. Lvj.* dominicâ primâ adventus ejusdem. Hiis testibus Magistro *Reginaldo* de *Gefringhale*, tunc Cancellario *Cantebrig.* Magistris *Stephano* de *Wotton*, *Roberto* de *Rothing*, (*&c.*) Nos autem consensum & concessionem prædictam hinc inde factos, acceptantes, eas pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, concedimus & confirmamus. (*&c.*) In cujus, *&c.* T. R. apud *Westm. xij.* die *Maij.*

Ex libello de Prioribus Bernewellensis *cœnobii.*

Lel. Col. Vol. 1. p. 626.

GAlfridus Canonicus de Huntendon, primus Prior in utroq; cœnobio, hoc est & *Picoti* & *Piperelli.*

Gerardus Prior, cujus tempore Ecclesia inchoata à *Pagano*, consummata non fuit.

Richardus Noel biennio præfuit.

Hugo Domesman. Hic totam terram *Oberti Domesmân* patris sui, scilicet septies *xx.* acras in campis de Hantebrig, ac plures mansuras in burgo Ecclesiæ suæ dedit.

Robertus. Hic verò virum honorandum & per omnia commendandum, militem egregium *Everardum* de *Beche*, ad officinarum & Ecclesiæ constructionem sibi consocians, ac ejus consilio ac auxilio utens, Ecclesiam à *Pagano* inchoatam funditùs everit, aliamq; decentiorem complevit.

Inscriptio in basi crucis sitæ in publica via ex occidentali parte de Bernewelle.

Quisquis es *Everardi* memor esto *Bechensis* & ora
Liber ut ad requiem transeat absq; mora.

GUlielmus *Devonienſis*, Prior.

Gulielmus de *Bedeforde.*

Richardus de *Burgo.*

Laurentius de *Staneſſ.ld*, Capellam S. *Edmundi* perfecit.

Henricus de *Eia.*

Johannes de *Thorley.* Hic obligavit domum suam, ut inveniret perpetuò duos Capellanos in Universitate, Missas celebraturos pro anima *Gulielmi* de *Kilkenny* Episcopi *Elyenſis*, à quo acceperat *C C.* marcas.

Duo sacerdotes imperpetuum celebraturi in Capella elemosinaria de Bernewelle, unus pro anima *Thomæ Tuylet*, & alius pro anima *Acii Ferre*, quorum corpora sepeliuntur in eadem Capella.

Ille *Acius Ferre* suis sumptibus Capellam ipsam fabricavit, & terras & domos Canonicis de Bernewelle, & domui elemosynariæ dedit.

Thomas Tuyllet dedit *lx.* acras terræ in campis *Cantabrigiæ.*

Euſtachius Pycot, tempore *Ricardi* primi regis, dedit terras in Pauligele Prioratui de Bernewelle.

Vide *Eſc.* 17. E. 3. n. 79. pro Extenta terrarum ad Canonicos de Bernewell olim spectantium.

PRIORATUS

de Noſtell *in agro* Eboracenſi.

Carta Fundationis per Robertum *de* Laci.

OMnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, *Robertus* de *Laci*, Salutem, Noverit universitas vestra, me pro salute animæ meæ, & omnium antecessorum, & hæredum meorum, concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo, & Ecclesiæ S. *Oswaldi* de Noſtle, & Canonicis regularibus ejusdem loci, dimidiam caricatam terræ, in qua sita est Ecclesia eorundem Canonicorum, super vivarium; & Ecclesiam de Warnefeld; & Ecclesiam de Hundresfeld; & Ecclesiam de *Bateleia*, & Ecclesiam de *Rowella*, & totam terram de Athenesthagr, Salvo redditu meo, quem inde soleo habere; scilicet, quinq; solidos pro omni servitio; Et totam terram, quæ fuit *Ottonis* in

Chirot; & duas bovatas terræ in Hesel; & unam bovatam terræ in Heth; & unum messuagium in *Pontefracto*, quod *Hugo* de *Batteleia* de eis tenet, cum omnibus prædictarum Ecclesiarum, & terrarum pertinentiis, sine omni retenemento: Et liberam suam electionem ad Priores suos eligendos, liberè, & quietè, & honorificè sine omni contradictione, vel reclamatione, de me & hæredibus meis imperpetuam, & puram elemosinam, liberam & quietam ab omni terreno servitio, & seculari exactione de me & hæredibus meis, & de omnibus hominibus meis. Præterea concedo & confirmo, & quantum ad me & hæredes meos pertinet, do prædictis Canonicis in puram, & perpetuam elemosinam Ecclesiam de Suthkirkby, & Ecclesiam de Federstan, cum omnibus pertinentiis earum. Confirmo eis etiam unum molendinum, cum pertinentiis in *Saxtona*, de dono *Roberti Pictavensis*; Et de dono *Malgeri* de *Scharneston*, unam bovatam terræ, cum pertinentiis suis in Scarneston, & dimidiam sartam ipsius *Malgeri* in eadem villa; & omnes alias terras & possessiones, sive redditus, quos de me, sive de hominibus meis adepti sunt, vel imposterum adipisci poterunt. His testibus *Osberto* Archidiacono, *Willielmo* de *Friston*, *Ada filio Petri* de Birkine, *Willielmo* de *Bruil*; *Bernaldo* de *Mesnil*; *Galfrido Hanselin*, *Willielmo* filio *Eustachii*, *Ricardo* de *Lewes*, & multis aliis.

Carta Regis Henrici *primi Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

IN nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti Amen, ..., temporibus totius mundanæ potestatis summa virtus fuit, ut Ecclesiam Christi; Regum & principum autoritate, ac ..... vires, & incrementa suscipiat, & gregis Dei religio per totam orbis terrarum augeatur, & crescat. Ea sanè Regis dignitatis maxima laus est, cum ad posterorum memoriam de fide, & Religione multa probitatis prælibantur insignia. Ea propter Ego *Henricus* Dei gratia Rex *Anglorum*, & dux *Normannorum*, pauperes Christi in cœlesti curia semper Advocatos habere desiderans, utpotè cujus ipsi sunt, & concives simul & præsules, ad eosdem, tanquam ad Sanctæ munitionis asilum confugio, & eorum saltem merear opitulatione salvari, qui de meis meritis nihil dignum censeo: Ecclesiam igitur beati *Oswaldi* Regis & Martyris, quæ juxta Castellum *Pontisfracti*, in loco qui dicitur Nostla, super vivarium sita est, & in quâ Canonici regulares ad serviendum Deo viventi, per manum venerabilis *Turstini Eboracensis* Archiepiscopi constituti sunt, regiæ potestatis autoritate confirmo.

Donationem verò quam prædicti Martyris Ecclesiæ, & ejusdem loci Canonicis facio; videlicet, totum nemus, quod circa eandem Ecclesiam est, & quod dicitur *nemus Sancti Oswaldi* imperpetuum eis liberam, & solutam concedo, sicut unquam *Ilbertus de Laceio*, vel *Robertus* filius ejus meliùs & honorificentiùs idem nemus habuerunt; duodecem ejram denarios in die de firmâ meâ propriâ *Eboracira*, regali dono, eis in perpetuum concedo: Dimidiam verò carucatam terræ, in qua prædicta Ecclesia sita est, & eidem Ecclesiæ adjacet, & duas bovatas terræ in Hardenuic, quam simul terram *Robertus* de *Laceio* eis dedit, & concessit, & *Rad. Grammaticus*, quantum ad se indè spectabat, ab omni terreno servitio, & omnibus regalibus consuetudinibus in perpetuum, regali munificentia, liberam, solutam, & quietam eis concedo. Præterea confirmo donum quod feci prædictæ Ecclesiæ, & Canonicis ejusdem loci; videlicet, Ecclesias Sancti *Oswaldi*, & *Aldani* de Baenburch, sicut *Algarius* Presbiter unquam eas meliùs tenuit; & Ecclesiam de Castello de Tichehelle, quam habent ex dono *Turstini* Archiepiscopi, qui prius eam meo dono possiderat, cum terris, & decimis, & omnibus rebus, quæ ad prædictas Ecclesias pertinent.

Donationes etiam, quas fecerunt prædictis Canonicis principes, & nobiles Regni mei, Ego quoq; potestate regali confirmo; videlicet,

De *Hug.* de *Laval*, Ecclesias de *Rothenvella*, *Lachaworda*, Federstan, Suthkerchebi; Burcstelo, & *Batteleia*, cum terris & decimis, & omnibus rebus pertinentibus, & manerium de *Hesela*, cum servitio *Osleris*.

De *Willielmo Foliot* duo molendina in *Nortona*, & in *Friseknì*, & unam mansuram in Castello *Pontisfracti*. De *Ada* de *Reinervilla* unam bovatam terræ in Bistoft: de *Rogero Pictavienſi* unum molendinum in *Saxtona*.

De *Swenio filio Ailrici* unam carucatam terræ in *Crofrona*, & totum manerium de *Winterseva*, in bosco, & in plano, sicut idem *Swenius* meliùs tenuit; & de eodem *Swenio* Ecclesiam de *Felkericha*, & Ecclesiam de *Adewic*, & dimidiam Ecclesiæ de Pechesburc, cum terris, & decimis, & aliis pertinentibus.

De *Acelino* de *Daelo* nemus & terram, sicut jacet ex occidentali parte Ecclesiæ & stagni sancti *Oswaldi*, & sicut idem *Acelinus* eis dedit, & concessit. De *Levena* in Torp, & *Rogeri Torp*, concessione *Hugonis* de *Laval* vi. carucatas terræ. De *Ingulfo* de *Matona* unam bovatam terræ, & unum pratum, & unam piscariam, in Bechala. De *Radulfo* de *Fatherstan*, decim acris terræ, de *Becca* tres acras terræ. De *Swenio* filio *Edwini* presbiteri unam bovatam terræ in *Haliona*. De *Gerbodo* tres bovatas terræ in Warnefelo. De *Ebrardo* unam bovatam terræ in Torkwith. De *Willielmo* de *Arches* duas bovatas terræ in *Hamertona*.

De *Roberto Fossardo* Ecclesiam de Branfham, cum *xiiii.* bovatis terræ, quæ ad Ecclesiam spectant, & Ecclesiam de *VVarrum*, cum quatuor bovatis terræ, & Ecclesiam de Lithe, cum x. bovatis terræ, & cæteris omnibus, quæ ad Ecclesias prædictas pertinent; quas videlicet Ecclesias prædictus *Robertus Fossardus* dedit prædictis Canonicis per manum *Turstini* Archiepiscopi. De *Auschetillo* de *Rolmer xii.* bovatas terræ in Branham.

De

De *Hugone* de *Muscampo* unam carucatam terræ in *Bortona*. De *Willelmo* filio *Nigelli* dimidiam carucatam terræ in *Bultona*. De *Herberto* filio *Hereberti*, & *Willelmo** fratre ejus *Eboracensis* Thesaurario, Ecclesiam de Winterton, cum omnibus eidem Ecclesiæ pertinentibus concensu *Turstini* Archiepiscopi; De *Picoto* de *Percio* Ecclesiam de *Boultona*.

* Postea Archiep.

De *Willelmo* de *Archis*, & de *Galfrido* filio *Pagani* Capellam omnium Sanctorum de *Tockwic*, & terram quæ Capellæ adjacet.

Cella de Wlodehirse.

De Willelmo comite *Warrenna* & *Radulfo* de *Insula*, & de *Willelmo* filio ejus, Ecclesiam de Wudecherche, per manum *Turstini* Archiepiscopi; & de eodem *Radulfo*, & *Willelmo* filio suo *xij.* bovatas terræ in Wolley.

De *Roberto* filio *Herberti* de *Bestona xij.* acras in *Morlaia*; de *Radulfo* de *Lacella* unam bovatam terræ in *Cumberwortha*. De *Sunuena* unam mansuram terræ in *Eboraco*. De *Cliberno* & *Sumolfo* mansuras quas dederunt Sancto *Oswaldo* in *Eboraco*. De *Gilberto* filio *Goceini vj.* bovatas terræ in Stichelwald. De *Leofwino* filio *Anieti* duas bovatas terræ in *Crantona*.

De *Stephano* comite *Moretonii*, & de *Rog.* de *Limesi*, Capellano ejus, * Ecclesiam Sancti *Oswaldi* de *Macrefeld*.

* Nunc Wintwich in com. Lanc.

De *Antropio* filio *Humfridi Hasterg*, unum molendinum, cum terra quæ eidem molendino pertinet in Selkirk, & Ecclesiam de Lamentona; Chebelei, & Newbold. Et de *Humfrido* fratre ejusdem *Antropii*, & *Lecelina* matre *Humfridi* Ecclesias de *Heseleia*, & de Wittehenesse, cum terris, & decimis, & cæteris rebus eisdem Ecclesiis pertinentiis, testimonio *Turstini* Archiepiscopi.

De *Adelza* uxore *Radulfi* de *Cheynduit*, & de *Symone*, & *Hugone* filiis ejus, Ecclesias de *Chedendona*, *Larghe-Pega*, & *Charweltona*, cum pertinentibus. Et in *Saldena* duas hidas terræ; & in *Middeltona xv.* acras terræ.

De meo proprio dono, terram quæ fuit *Godrici* Mercatoris in *Norwico*, & consuetudinem, quæ de eadem terra exit. Item in Warlop, & *Sutheholma* tres bovatas terræ, & duas partes unius bovatæ terræ. Et præter hæc quicquid beneficii, vel elemosinæ in terris, Ecclesiis, cæterisq; possessionibus prædictæ Ecclesiæ rationabiliter collatum fuerit, ego quoq; similiter, gratiæ regalis autoritate, confirmo.

Sit igitur tota prædicta elemosina quieta & libera, sicut & aliqua elemosinarum mearum quietior, & liberior est.

Deniq; ego gratia Dei Rex *Henricus* do & concedo Ecclesiæ Sancti *Oswaldi* Regis & Martyris de Gosslai eandem libertatem, & easdem leges, & consuetudines, quales etiam habet ipsa matrix Ecclesia beati *Petri Eboracensis*; præter ea, quæ ad Magisterium Christianitatis, & reverentiam Archiepiscopatus respiciunt dignitatis: Quam nimirum libertatem, & consuetudinem eidem Ecclesiæ Sancti *Oswaldi*, ab omni exactione Episcopalis consuetudinis solutæ, venerabilis *Turstinus Eboracensis* Archiepiscopus ratam, & inviolabilem possidendam concessit.

Nulli autem homini meorum post hæc liceat hanc elemosinam meam, & hunc locum ob incolumitatem regni mei & salutem animæ meæ, & pro animabus antecessorum meorum, videlicet Patris mei *Willelmi* Magni Regis *Anglorum*, & Matris meæ *Mathildis* Reginæ, & uxoris meæ *Mathildis* Reginæ secundæ, & *Willelmi* filii mei, omniumq; fidelium defunctorum confirmatum, & omnes possessiones ejus perturbare vel minuere; sed in perpetua, & regali pace firma, & illibata permaneant, unde imposterum res firma consistat, præsentem paginam propriæ manus impressione consigno.

+ Signum *Henrici* Regis *Anglorum*. + Signum *Turstini Eboracensis* Archiepiscopi. + *Ricardi Herefordensis* Episcopi.

+ Signum *Willielmi Wintonienſis* Episcopi. + Signum *Ebrardi Norwicensis* Episcopi. + Signum *Eustachii* filii *Johannis*. + Signum *Pagani* filii *Johannis*, + Signum *Walteri Espec*.

Carta Roberti *de* Percî, *de Ecclesia de* Bolton-Percy.

OMnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, tam præsentibus, quàm futuris, *Willielmus* de *Perci*, filius *Rodbert.* de *Perci* salutem. Sciaris me concessisse, & hac meâ Cartâ confirmâsse Deo, & Ecclesiæ S. *Oswaldi* de Gosslat, & Canonicis ibidem Deo servientibus Ecclesiam de *Boultona*, cum omnibus pertinentiis suis, in bosco, & plano, in pratis, & pascuis, quam *Picotus* avus meus eis in liberam elemosinam dedit, & *Rodbertus* Pater meus, Cartâ suâ confirmavit. Hanc autem elemosinam eis confirmo, in puram & perpetuam elemosinam, liberam & quietam, ab omni seculari servitio, sicut ulla elemosina liberior, & quietior esse potest de me & de omnibus hæredibus meis in perpetuum. Hiis testibus. *Henrico* de *Pusat*, *Petro Basset*, *Willielmo* de *Langetwait*, *Willielmo* filio *Hervei*, *Radulfo* de *Insula*, *Ottone* de *Tilli*, filio *Ottonis*, *Picoto* de *Perci*, *Willielmo* de *Insula*, filio *Radulfi* de *Insula*, *Ricardo* de *Insula*, & *Willielmo* fratre ejus, *Nicolao Basset*, filio *Petri Basset*, & multis aliis.

Ex autog. in turri beatæ Mariæ Eboraci an. 1640.

Carta Regis Henrici *secundi, Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

✠ HEnricus Rex *Angl.* Dux *Norm.* & *Aquil.* & Comes *Andeg.* omnibus (&c.) Salutem. Notum sit omnibus vobis, me Ecclesiam beati *Oswaldi* Regis & Martyris, quæ, juxta Castellum *Pontefracti* in loco qui dicitur Nastat, super vivarium sita est, & in quâ Canonici regulares ad serviendum Deo viventi, per manum venerabilis *Turstini Eboracensis* Archiepiscopi constituti sunt, & omnes possessiones ejusdem Ecclesiæ Regiæ potestatis auctoritate confirmâsse, sicut *Henricus* avus meus Rex *Anglorum* eandem Ecclesiam ante me constituit & confirmavit. Donationem etiam verò, quam prædicti Martyris Ecclesiæ & ejusdem loci Canonicis idem Rex *Henricus* fecit; videlicet totum nemus quod circa eandem Ecclesiam est; & quod dicitur nemus Sancti *Oswaldi*, imperpetuum eis liberam & soluram concedo & confirmo. Duodecem etiam denarios in die de firmâ meâ propriâ *Eboraci firæ*, quos *Henricus* Rex avus meus Ecclesiæ Sancti *Oswaldi* & Canonicis ejusdem Ecclesiæ regali dono concessit, ego eis regali autoritate imperpetuum concedo & confirmo. Dimidiam verò carucatam terræ, in quâ prædicta Ecclesia sita est & eidem Ecclesiæ adjacet, & duas bovatas terræ in Barcwich, quam simul terram *Rodbertus* de *Laceio* eis dedit & concessit, & *Radulphus Grammaticus*, quantum ad se indè spectabat, ab omni terreno servitio & omnibus regalibus consuetudinibus imperpetuum regali munificentiâ liberam, soluram, & quietam eis confirmo.

Præterea confirmo donum, quod fecit Rex *Henricus* prædictæ Ecclesiæ & Canonicis ejusdem loci, videlicet Ecclesias S. *Oswaldi*, & Sancti *Aidani* cum Capellis suis de Bamburgh, sicut *Algarus* Presbiter unquam eas melius tenuit; & Ecclesiam de Tuthehill, quam etiam habent ex dono *Turstini* Archiepiscopi, qui priùs eam dono Regis *Henr.* possiderat. Et Ecclesiam de Chaterburch, cum terris & decimis & Capellis, & omnibus rebus, quæ ad prædictas Ecclesias pertinent. Et terram quæ fuit *Godrici* mercatoris in Norwiche, & consuetudinem quæ de eadem terra exit. Item in Warsoph & in Suicholm, tres bovatas terræ, & duas partes unius bovatæ terræ ad *Uthwara*, concedo & confirmo Ecclesiæ Sancti *Oswaldi* & Canonicis ibidem Deo servientibus. Donationes etiam quas fecerunt prædictis Canonicis Principes & nobiles regni mei, ego quoq; potestate regali confirmo; videlicet de *Hugone* de *Laval* Ecclesiam de *Rodthenvella*; & Ecclesiam de *Hachwurtha*, & Ecclesiam de Fetherstan; & Ecclesiam de Wudetesfeld, & Ecclesiam de *Batheleia*, cum terris & decimis & omnibus rebus eisdem Ecclesiis pertinentibus; & manerium de *Heselt*, cum servitio *Oileri*. De *WIllielmo Foliot* duo molendina in *Nortona* & in *Frisebia*; & unam mansuram in Castello *Pontefracti*. De *Adam* de *Reinevilla*, unam bovatam terræ in Hiffoft. De *Rogero Fitz Avensi* unum molendinum in *Saxtona*. De *Sueno* filio *Ailrici* unam Carucatam terræ in *Crofton*a, & totum manerium de Winterseth, in bosco & plano, sicut idem *Suenus* meliùs tenuit, & de eodem *Sueno* Ecclesiam de *Felekircha*, & Ecclesiam de Wudewich, & dimidium Ecclesiæ de Dechesburch, cum omnibus rebus ipsis Ecclesiis pertinentibus.

De *Ascelino* de *Daico*, nemus & terram, sicut jacet ex occidentali parte Ecclesiæ, & stagni Sancti *Oswaldi*, & sicut idem *Ascelinus* eis dedit & concessit. De *Oilero* unam bovatam terræ in *Haseleia*. De *Godardo* de *Croplstona* terras quæ sunt in occidentali parte prædictæ unam bovatam terræ in eadem villa, & vastas villæ, quas idem *Godardus* & cæteri homines ejusdem villæ prædictis Canonicis concesserunt. De *Leivena* in Torp, & in Torp *Rogeri* concessione *Hugonis* de *Laval* sex carucatas terræ, de *Hingulfo* de *Masona* unam bovitam terræ, & unum pratum, & unam piscariam in *Bechala*. De *Radulpho* de *Fetherstan* decem acras terræ. De *Beita* tres acras terræ. De *Sueno* filio *Edwini* Presbiteri unam bovatam terræ in *Haltona*. De *Gerbodo* Ecclesiam de Wamelde; cum terris & decimis & omnibus rebus pertinentibus eidem Ecclesiæ, & tres bovatas terræ in eadem villâ. Et de eodem *Gerbodo* & filiis suis, *WIllielmo* & *Roberto* unam carucatam terræ in Barnaburch.

De Everaldo unam bovatam terræ in Tochwith. De *WIllielmo* de *Arches* duas bovatas terræ in *Hamertona*. De *Roberto Fossardo* Ecclesiam de Bramham, cum quatuordecim bovatis terræ, quæ ad Ecclesiam pertinent, & Ecclesiam de Werum cum quatuor bovatis terræ, & Ecclesiam de * Lid, cum decem bovatis terræ; quas videlicet Ecclesias prædictus *Robertus Fossardus* præfatis Canonicis dedit per manum *Turstini* Archiepiscopi. De *WIllielmo Fossardo*, filio *Roberti Fossardi*, & *Agnete* filiâ ejus duas carucatas terræ in Bramham, & molendinum ejusdem villæ. De dono etiam *Alexandri Painel* & *Agnetis* uxoris ejus, viginti acras terræ in eadem villâ. De *Aschatillo* de *Bolemer* duodecem bovatas terræ in eadem villâ. De *Hugone* de *Muscampo* unam carucatam terræ in *Burtona*. De *WIllielmo* filio *Nigelli* dimidiam carucatam terræ in *Burtona*. De *Herberto* filio *Herberti* & *WIllielmo* fratre ejus *Eboracensi* Thesaurario Ecclesiam de Wiverthorp, cum omnibus eidem Ecclesiæ pertinentibus, concessu *Turstini* Archiepiscopi. De *Pictone* de *Perceio* Ecclesiam de *Boolstona*. De *WIllielmo* de *Arches* & *Gaufrido* filio *Pagani* Capellam omnium Sanctorum in Tochwith, & terram quæ Capellæ adjacet. De *WIllielmo* Comite *WArenne*, & de *Radulpho* de Insula, & *WIllielmo* filio ejus Ecclesiam de *WIudechirka* per manum *Turstini* Archiepiscopi. Et de eodem *Rad.* & *WIllielmo* filio ejus duodecem bovatas terræ in *Moralai*. De *Roberto* filio *Herberti* de *Bestonâ*, duodecem acras terræ in *Moralai*. De *Radulfo* de *Lacella* unam bovatam terræ in *Cumbrewrtha*. De *Suenâ* unam mansuram in *Eboraco*. De *Cliberno*

* Lege Lid

&

& *Snulfo* mansuras quas dederunt Sancto *Oswaldo* in *Eboraco*. De *Gilberto* filio *Gothfelini*, *vi.* bovatas terræ in Stichesuald, & molendinum de Elcheui. De *Leswino* filio *Ameti* duas bovatas terræ in *Crautona*. De *Stephano* Comite *Moritonii*, & de *Rogero* de *Limeseia* Capellano ejus Ecclesiam sancti *Oswaldi* de Pachtesfeld. De *Antropio* filio *Unfridi Hasteng*, unum molendinum cum terra quæ eidem molendino pertinet in Saldefort, & Ecclesiam de Lamentona, & Ecclesiam de Thebesel, & Ecclesiam de Newebold. Et de *Unfrido* fratre ejusdem *Antropii*, & *Lecelina* matre *Unfridi* Ecclesiam de *Heseleia*, & Ecclesiam de Cliuenes cum omnibus rebus eidem Ecclesiis pertinentibus, testimonio *Turstini* Archiepiscopi. De *Aethelitza* uxore *Radulfi Chasnedmith*, & de *Simone* & *Hugone* filiis ejus, Ecclesiam de *Chedendona*, & Ecclesiam de *Langehegha*, & Ecclesiam de *Cherweltona*, & in *Saldena* duas hidas terræ, & in *Middletona* quindecim acras terræ.

Confirmo etiam donum quod *Osbertus Silvanus* fecit Ecclesiæ sancti *Oswaldi*, scilicet totam terram suam de *Swinona*, id est duas carucatas terræ ad *Utwara*. De *Alexandro Painello* unam carucatam terræ quæ vocatur *Huen* in *Haltona*: Et in eadem villâ terras quas dederunt prædictæ Ecclesiæ *Snenus* filius *Edwini*, & *Jordanus Painellus*, & in *Thorneschо* terras, quas dederunt *Radulphus* & *Jordanus* de *Laceio*: Et in eadem villa tres bovatas terræ & dimidiam de dono *Adæ* de *Novo-mercato*. De *Helia* de *Bosvilla* tres bovatas terræ & *vi.* acras, & unam toftam quæ fuit *Huschar* in Barneburch, & unum molendinum de *Herletona*, quod pertinet ad eandem Barneburch. Concedo etiam Ecclesiæ sancti *Oswaldi* & Canonicis ejusdem Ecclesiæ, ut habeant feriam apud Nostleth, sicut Rex *Henricus* avus meus duobus diebus ante festum sancti *Oswaldi* & in die festi & duobus diebus post festum concessit, & bene & quiete & honorifice eam teneant cum omnibus consuetudinibus suis, quæ feriæ pertinere debent, & omnes homines ad ipsam feriam venientes & inde redeuntes cum omnibus rebus suis firmam pacem meam habeant, & nullus eos disturbet, nec aliquam contumeliam sive injuriam eis faciat super *X.* libris forisfactura.

Præter hæc quicquid beneficii vel elemosinæ in terris, Ecclesiis, cæteris; possessionibus prefatæ Ecclesiæ rationabiliter collatum fuerit, ego quoq; similiter gratiæ regalis autoritate confirmo. Sit igitur tota prædicta elemosina quieta & libera, sicut aliqua etiam elemosinarum mearum quietior & liberior est. Deniq; ego Dei gratiâ Rex *Henricus* do & concedo Ecclesiæ sancti *Oswaldi* Regis & Martyris de Nostlath, sicut ante me Rex *Henricus* avus meus eidem Ecclesiæ dedit & concessit, scilicet eandem libertatem & easdem leges & consuetudines, quales etiam habet ipsa matrix Ecclesia beati *Petri Eboracensis*, præter ea quæ ad magisterium Christianitatis, & reverentiam Archiepiscopalis respicium dignitatis. Quam nimirum libertatem & consuetudinem eidem Ecclesiæ sancti *Oswaldi* ab omni exactione Episcopalis consuetudinis solu æ, venerabilis *Turstinus Eboracensis* Archiepiscopus ratam & inviolabilem possidendam concessit. Nulli autem hominum meorum post hæc liceat hanc elemosinam *Henrici* Regis avi mei & meam, & hunc locum ob incoluminatem Regni mei & salutem animæ meæ, & pro animabus antecessorum meorum & successorum & omnium fidelium defunctorum, confirmatum, & omnes possessiones ejus perturbare vel minuere, sed in perpetuâ & regali pace firma & illibata permaneant. Volo enim & firmiter præcipio, ut prædicti Canonici bene, & in pace, & quietè, & honorificè teneant, cum *saca* & *soca* & *toll*, & *team*, & *infanguenetheof*, & omnibus aliis liberis consuetudinibus, in nemore & plano, in terris & aquis, pratis & pascuis, & passagiis, & in omnibus locis. Testibus, *Theobaldo Cantuariensi* Archiepiscopo; *Rogero Eboracensi* Archiepiscopo. *Roberto Lincolniensi* Episcopo. *Hugone Dunelmensi* Episcopo. *Thomæ* Cancellario Regis *Anglorum*. *Reginaldo* Comite *Cornubiæ*. *Willielmo* Comite *Albemerliæ*. *Roberto* Comite *Leicestriæ*. *Hugone* Comite. *Henrico* de *Essexia*. *Henrico de Suili*, *Willielmo* de *Percei*. *Eustachio* filio *Johannis*.

Carta Ricardi *filii* Roberti *de* Eston, *patris sui donum, de I co super* Rodanum *&c. Canonicis de* Nostell *confirmans.*

Richardus filius *Roberti* de Eston, omnibus sanctæ Ecclesiæ fidelibus, tàm Clericis, quàm Laicis, salutem: Notum sit universitati vestræ me pro salute animæ meæ, & uxoris meæ, & antecessorum & hæredum & successorum meorum, dedisse, & concessisse, & hac meâ præsenti Cartâ confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ*, & sancto *Egidio*, & beato *Osmaldo* de Nostell, & Canonicis ibidem Deo servientibus, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, locum super --- *Rodanum*, cum omnibus pertinentiis suis, quem Pater meus eis dedit, & concessit, cum cæteris elemosinis & beneficiis, quos ego desuper eis dedi, & concessi, in liberam & perpetuam elemosinam, sc. totam terram ubi homines prædicti loci manent, cum suis pertinentiis, & totam terram *Rob. Molendinarii*, similiter cum suis pertinentiis. Confirmo etiam eis assartam quam *Ascetillus* homo meus eis vendidit & concessit in perpetuam elemosinam; ita quod *Otho de Tilli* adquietabit eandem assartam per denarios suos. Confirmo etiam eis assartam, quam *Rem.* homo meus dedit, & concessit eis & totam terram, cum suis pertinentiis, quam *Osbertus Silvanus* Canonicis de *Sancto Oswaldo* adquisivit in *Hactena*, & unam bovatam terræ in *Herdewico*, cum omnibus pertinentiis, & libertatibus eidem villæ; Hæc omnia concedo domui & Canonicis sancti *Oswaldi* de Nostell, ibidem Deo servientibus, & per Cartam istam confirmo, ut bene & quietè & liberè sine omni terreno ut regali servitio in bosco, & in plano, in pratis & in

Ex Registro S. *Oswaldi* de Nostel in bib. *Harleiana*.

in aquis, & in pascuis, habeant & teneant, de me & de omnibus hæredibus & successoribus meis.

Hiis testibus, &c.

Carta Johannis *filii* Mathæi *de* Elton, *eundem locum super* Rodanum, (Canonthorp *nuncupatum,*) *confirmans.*

Ibid. OMnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis Joh. filius *Mat.* de *Elton*, salutem; Notum sit universitati vestræ, me, pro salute animæ meæ & patris mei & matris meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum concessisse, & hac præsenti Chartâ meâ confirmâsse, in liberam, & puram, & perpetuam elemosinam Deo, & *Sanctæ Mariæ*, & *Sancto Oswaldo* de Nostell, & Canonicis ibidem Deo servientibus locum super Rodet, qui vocatur Canuntorp, cum omnibus pertinentiis suis, in terris & in assartis, in bosco & in plano, in pratis & in pascuis, in aquis & in omnibus aliis libertatibus, & aisamentis, & cum omni comunia, sicut unquam meliùs & liberiùs temporibus antecessorum meorum, locum illum, cum omnibus pertinentiis suis, tenuerunt. Et volo & concedo & firmiter præcipio, ut omnia prædicta liberè & honorificè habeant soluta, & quieta ab omni terreno & seculari servitio.

Carta Stephani *Prioris de* Nostel *& ejusdem loci Conventus, de concessione dicti loci de* Canonthorp, Ricardo *de* Crul *Clerico & hæredibus suis.*

Ib. f. 378. UNiversis Christi fidelibus has literas visuris, vel audituris, *Stephanus* Prior, & Conventus de *Sancto Oswaldo* salutem in Domino. Noverit universitas vestra, nos dedisse, concessisse, & hac præsenti cartâ nostrâ confirmâsse *Richardo* de *Crul*, Clerico, & hæredibus suis, locum supra Rodet, qui vocatur Canuntorp, cum omnibus pertinentiis suis, tam in terris, assartis, & aquis, quàm in redditibus, ad dictum locum spectantibus: tenendum & habendum sibi & hæredibus suis liberè, solutè, & quietè in perpetuum, cum omnibus libertatibus, aisamentis, & communis ad dictum locum pertinentibus; Reddendo indè annuatim domui nostræ unam Marcam argenti, medietatem, scilicet, ad *Pentecosten*, & aliam medietatem ad festum Sancti *Martini*: Et sciendum est, quod dictus *Richardus*, & hæredes sui, invenient ibi ad dictum locum de Canuntorp Sacerdotem celebrantem divina per tres dies in hebdomada. Quare si in prædictorum divinorum celebratione defecerint, dabunt nobis quoliber anno, quando defectus ille fuerit, quadraginta solidos, nomine pœnæ: Et subjecerunt se jurisdictioni nostræ, & Capituli nostri ad compellendum eos quando voluerimus districtioni, tam ad prædictorum divinorum celebrationem faciendam, quàm pœnæ solutionem, si fuerit commissa. Et sciendum quod non licebit dicto *Richardo* vel hæredibus suis, terram prædictam, cum suis pertinentiis Judeis dare, vel aliquo alio modo eis impignorare, vel ad aliquos viros transferre religiosos. In cujus rei testimonium, tam nos, quàm dictus *Richardus*, huic scripto, in modum Cyrographicum confecto Sigilla nostra hinc inde apposuimus, Hiis testibus, *&c.*

Conventiones inter Canonicos de Nostell *&* Will. *de* Runeys *militem, super loco, vocato* Canonthorp.

Ibid. ANno gratiæ MCCXXXI, facta fuit hæc Conventio, inter *Johannem* Priorem & Conventum de Sancto *Oswaldo*, ex una parte, & *Willielmum* de *Runeys* militem ex altera; videlicet, quod prædicti Prior & Conventus concesserunt, & hac præsenti Cartâ suâ confirmaverunt prædicto *Willielmo*, locum suum sancti *Egidii* supra Rodet, qui dicitur Canuntorp, cum omnibus pertinentiis suis, in totâ vitâ suâ de eis tenendum. Reddendo inde eis per annum unam marcam Argenti; medietatem ad *Pascham*, & aliam medietatem ad Festum sancti *Mich.* Prædictus verò *Wil.* miles, singulis ebdomadis in Capella prædicti loci, tribus diebus, divina faciet celebrari; die videlicet Dominicâ, & quartâ & sextâ feriâ. Cum dictum *Willielmum*, militem, viam universæ carnis contigit ingredi, medietatem omnium bonorum suorum, mobilium & immobilium ubicunque fuerunt inventa domui sancti *Oswaldi* de Nostell, tanquam fratrem ejusdem loci, relinquet; similiter & terrarum & reddituum, si quas habuerit de suo adquisitu. Ibid. Anno, 1231.

Et sciendum quod prædictus *Willielmus* prædictum locum de Canuntorp, ad proprios sumptus, in ædificiis, virgultis, fossatis & clausturis & omnibus aliis dicto loco contingentibus honorificè, pro viribus reparabit, locum præfatum construet, & ædificabit; constructa & ædificata conservabit; Nemus verò ad prædictum locum pertinens fideliter custodiet, juxta quod nihil de eo capiet, vender, donabit, vel aliquo modo alienabit, nisi ad refectionem sepium & domorum, loco prædicto construendorum; & ad usum suum rationabilem in memorato loco faciendum. De quercubus tamen ejus nemoris nullam scindet, vel scindi faciet sine assensu, visu & voluntate prædictorum Prioris & Conventus; nec licebit prædicto *Willielmo* prædictum locum, nec aliquod quod ad illum pertineat impignorare, vel aliquo casu in manus alicujus ponere, vel aliquid aliud facere, quo prædicti Prior & Conventus, post decessum ipsius, prædictum locum, cum pertinentiis liberè ingredi impediantur. Et tam de his quàm de prædicta summa fideliter solvenda, prædictus *Willielmus* miles, corporale præstitit sacramentum. In cujus rei testimonium prædicti Prior & Conventus ex una parte, & prædictus *Willielmus* miles ex altera parte, istius scripti sigilla sua hinc inde apposuerunt.

Compositio

Compositio inter Canonicos de Noſtell & Richardum de Crul, *super loco de* Canon-thorp.

NOtum ſit omnibus præſens ſcriptum viſuris vel audituris, quod cum inter dominos Priorem & Conventum Sancti *Oſwaldi* ex una parte, & *Richardum* de *Crul* clericum ex altera, ſuper retentione annui redditus unius marcæ; quam debet prædictus *Richardus*, dominis Priori & Conventui, pro loco ſupra Roder, qui vocatur Canonthorp, defectu & celebrationis divinorum, & pœna quadraginta ſolidorum propter hoc ſæpius, ut dicebatur, commiſſa; Item ſuper reedificatione ædificiorum, incendio conſumptorum, & vasto *Boſchi*; necnon Capellæ ejuſdem loci per indebitam inhabitationem prophanatione, & aliis coram Decano & Capitulo *Pontefract* quæſtio verteretur: Tandem idem *Richardus*, volens de omnibus ſatisfacere, ordinationi; & miſericordiæ dictorum Prioris, & Conventus omnino ſe ſubmiſit; promittens pro ſe & hæredibus ſuis, quod, de cætero, aſſignatis terminis redditum unius Marcæ, quam eis debet, fideliter & ſine dilatione, apud *Sanctum Oſwaldum* perſolvent; videlicet, dimidiam marcam ad *Pentecoſten*, & dimidiam marcam ad feſtum Sancti *Martini* in Hieme: Et ſi eos in aliquo prædictorum terminorum in plenaria ſolutione ceſſare contingit per octo dies, pro cujuſlibet ceſſatione dabunt prædictis Priori, & Conventui, nomine pœnæ, dimidiam Marcam argenti. Prædictus autem *Richardus*, & hæredes ſui invenient in perpetuum Sacerdotem, qui celebret divina per tres dies in hebdomada in Capella de Canunthorp, ſub pœna quadraginta ſolidorum pro quolibet anno ſæpedictis Priori & Conventui ſolvendorum, quando defectus erit in præmiſſa celebratione.

Ita quod pœnâ ſolutâ, rata non maneat conventio. Dictam autem Capellam, cum conſecrata ſit, ſub pœna præmiſſa honeſtè facient cuſtodiri; nec per inhabitationem prohibitam vel inhoneſtam, aliquo modo permittent prophanari. Domos etiam & ædificia eidem loci infra unius anni ſpatium, ad eundem ſtatum, quo ea dictus *Richardus* recepit, vel meliorem, reformabit; & boſcum non vaſtabit, & ad omnium præmiſſorum firmiter, & majorem ſecuritatem, prædictus *Richardus* ſubjecit ſe & hæredes ſuos juriſdictioni præfati Decani & Capituli, ut poſſint, per cenſuram Eccleſiaſticam excommunicationis ſententiam, unicâ monitione præmiſsâ, ipſos ad præmiſſorum omnium & ſingulorum obſervationem compellere, & ſententias in eis latas, inviolabiliter facere obſervari, quoties in aliquo, præmiſſa infringere, vel non obſervare præſumpſerint; renuntiando omni exceptioni, cavillationi, & Regiæ prohibitioni, & cuilibet alteri defenſioni, vel vi & facti remedio ſuper hoc competentibus vel expetituris; & obligando ſe & hæredes ſuos ad omne damnum & expenſas, quas pro defectu ipſius *Richardi*, vel hæredum ſuorum, ipſos incurrere contingit, declarandas ſolius Prioris aſſertione, ſine ulteriùs probatione; Et ſciendum eſt quod non licebit dicto *Rich.* vel hæredibus ſuis prædictum locum de Canunthorp, vel ejus pertinentiis Judeis dare, vel aliquo modo impignorare eis, vel ad aliquos viros religioſos transferre, vel alicui alteri alienare, ſine dictorum Prioris & Conventus aſſenſu & voluntate. Hæc omnia & ſingula tactis ſacroſanctis, juravit dictus *Richardus* fideliter obſervanda, ſine qualibet deceptione & fraude, pro ſe & hæredibus ſuis. Acta apud *Pontefractum* in Capitulo *xvj. Cal. Februarii*, anno gratiæ *MCC. xl. ſexto.* Et in hujus rei teſtimonium tam dictus Prior, quàm *Richardus* huic ſcripto Cyrografico ſigilla ſua apposuerunt.

BREDON *in agro* Leiceſtrenſi, *Cella S.* Oſwaldi *de* Noſtell.

Carta Fundationis ejuſdem.

RObertus Comes *Notingham* omnibus Baronibus ſuis & hominibus fidelibus ſalutem. Sciatis me dediſſe, & hac meâ Cartâ confirmâſſe, pro ſalute animæ meæ, & Patris mei, & Matris meæ, & hæredum meorum, domino & Eccleſiæ Sancti *Oſwaldi* de *Noſtla*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in liberam, & puram & perpetuam elemoſinam, Eccleſiam Sanctæ *Mariæ*, & Sancti *Hardulfi* de *Bredona*, cum omnibus pertinentiis; videlicet, cum quatuor virgatis terræ; & cum decima mea tota, & hominum meorum de Tonga, & de *Andreskirka*, & de *Wiveleſtona*; & Capellam de *Wrdmtona*, & capellam de Stanton, cum terris, & decimis & pertinentiis eorum: Et ſimiliter decimas de Neubolt, & de *Diceſwrda*, quantum pertinent feodo meo. Præter hoc dedi, & conceſſi prædictæ Eccleſiæ, & Canonicis prædictis, de acremento, unam virgatam terræ in Andreskirka in una eſſarta, in occidentali parte montis; & mercatum de *Bredona*; & annuatim viginti ſolidos de molendino de Crakemers; & viginti ſolidos in *Tonga*; & viginti ſolidos in *Weſtleka*; & quadraginta ſolidos in ſoca de *Stapelfordia*; & unam *Herdewicam* in Hethcote, juxta *Hertedona*, in *Pecco*. Confirmo etiam eis quinq; ſolidatos redditum in *Overtona*. Teſte *Hugone* Capellano, & cæteris

Ex Regiſtro S. *Oſwaldi de* Noſtell in bibliotheca *Hatoniæ*.

Carta

Carta Willielmi *Comitis de* Ferariis.

Ibid. UNiversis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, præsentibus & futuris, *Willielmus* Comes de *Ferrariis* salutem. Notum sit omnibus vobis me concessisse & ratam habere, & hac Chartâ meâ confirmâsse, pro salute animæ meæ, & *Sibillæ* sponsæ meæ, & animabus antecessorum meorum, Canonicis de *Bredona*, Ecclesiam de *Bredona* cum omnibus pertinentiis suis, in decimis, & redditibus & omnibus quæ ad prædictam Ecclesiam pertinent, & Capellam de *Wrdentona* cum omnibus pertinentiis, & forum de *Bredona*, & redditum *xl.* solidorum in Hetcotbi de socna *Stapelfordiæ*, & unam *Herdewicam* apud *Hetcotam* in *Peco*. Et de molendino de Crakemere viginti solidos; & de *Leka*, *Jordani* de *Toc*, viginti solidos. Et in Dicheswath decimas sex carucatarum, & quinq; virgatas terræ in *Andresseika* & redditum quinq; solidorum in *Overtona*, & tria messuagia super montem de *Bredona* & boscam de Brunhage, cum essartis, quæ ipsi Canonici tenuerunt, quando ad *Hierosolyman* profectus sum; culturam etiam eisdem Canonicis confirmavi, sub monte ad fontem; & Capellam de *Stantona*, cum omnibus pertinentiis, & Stalacher. Hæc omnia supradicta, pietatis intuitu concessi & confirmavi, hac Chartâ meâ præfatis Canonicis tenenda in perpetuum liberè, & quietè, & honorificè, sine omni servitio, ad me & hæredes meos pertinente præter orationes in domino. Testibus, *&c.*

Confirmatio Hugonis de Ferrariis.

Ib. HUgo de *Ferrariis* omnibus Sanctæ Ecclesiæ filiis, & omnibus hominibus suis, clericis, & laicis, *Francis*, & *Anglis*, æternam in Domino Salutem. Notum sit universis Ecclesiæ Dei fidelibus, me dedisse & concessisse Deo & beatæ *Mariæ*, & Sancto *Herdulfo* de *Bredona*, & Canonicis regularibus ibidem Deo famulantibus, in elemosinam liberam & quietam, in soca de Stapelford, quadraginta solidatas redditum, pro quadraginta solidatis denariorum, quos *Robertus* de *Ferrariis*, Comes patruus meus prædictæ Ecclesiæ & Canonicis singulis annis de firma sua de Stapleford dare solebat, sicut chartâ suâ confirmavit; pro anima scilicet præfati Comitis *Roberti*, & pro animabus patris & matris meæ, & pro salute animæ meæ, & antecessorum meorum & successorum, tam præsentium quàm futurorum; videlicet, molendinum de Stavelford super Pacpee; & in *Saxebi* quatuor virgatas terræ cum villanis, & duodecim denarios in eadem de quadam virgata terræ, quam quidam Presbiter tenet. Et hanc elemosinam Deo & præfatæ Ecclesiæ, & Canonicis regularibus dedi & concessi, ab omni humano, vel temporali servitio & exactione, pro Dei amore in perpetuam quietam clamo, & per hanc Cartam confirmo. Hujus donationis & concessionis testes sunt (*&c.*)

Cantaria de Stantone.

SCiant omnes Sanctæ Ecclesiæ filii tam præ- Ib. f. 707.
sentes, quàm futuri, quod ego *Ricardus* filius *Haraldi* de *Lecha*, communi consiliò hominum meorum de Stantone, concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi, pro amore Dei & Sanctæ *Mariæ*, & pro salute animæ meæ, & parentum meorum, Deo, & Sanctæ *Mariæ*, & beato *Hardulfo* de *Bredona*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, in puram & perpetuam elemosinam, liberam, & quietam ab omni servitio seculari, totam terram meam quæ appellatur Stallacre; Scilicet in latitudine inter sepem haiæ de *Stantona* & divisam inter *Stantonam* & Andreskirkam; & in longitudine inter Brunhage, & viam quæ dividit divisam inter campum de Wirthuntona, & Stantona, excepta una roda, quam retineo ad viam habendam juxta haiam meam. Hanc quidem concessionem fecimus ego, & homines mei, tali conditione, quod Prior & Canonici de *Bredona* invenient mihi, & hominibus meis de *Stantona*, & hæredibus meis in perpetuum, suis sumptibus, Capellanum manentem apud *Stantonam*, qui ibi ministrabit, per totum annum, excepto die Sancti *Hardulfi*, in quo die homines mei de *Stantona* venient, ex consuetudine, ad Ecclesiam beati *Hardulfi* de *Bredona*, sicut ad matricem Ecclesiam suam. Homines verò de *Stantona* Sacramentum Baptismatis percipient in Capella apud Stantonam, & sponsalia ibi sua habebunt, & purificationes, & confessiones, & dominici corporis communionem, & omnia jura Ecclesiastica, (excepta sepultura.) Omnes enim homines de prædicta villa, sepulturam accipient apud matricem Ecclesiam suam de *Bredona*, sicut parochiani illius Ecclesiæ, & panem benedictum, more solito, matrici Ecclesiæ de *Bredona*, & omnes decimationes suas, & oblationes, & obventiones, & cætera jura sua matrici Ecclesiæ suæ de *Bredona* persolvent, excepta paschali cera, quæ dabitur Capellæ Stantonte ad faciendum cereum de pascha, propter servitium per totam ebdomadam. Ego vero *Richardus* & hæredes mei dabimus matrici Ecclesiæ de *Bredona*, & Canonicis ibidem degentibus omnes oblationes domus meæ, & omnes decimas & obventiones de blado, de lino, de ferro, de molendino, de vivariis, de pomerio, de ortis, de lana, de agnis, de vitulis, de pullis, de porcis, & de omnibus, de quibuscumq; rationabiliter debent persolvi Decimæ, excepto fœno, & paunagio. Capellanus verò, qui apud Stantonam ministrabit, habebit mansuram unam, scilicet Wetecroft, cum orto, ubi possit manere, & omnes communitates prædictæ villæ; & si eis visus fuerit inutilis removebunt ipsum, & alium loco ipsius, substituent. Ego siquidem *Ricardus* & hæredes mei, totam prædictam terram præfatis Canonicis de *Bredona* warantizabimus, & ipsi mihi & hæredibus meis, unam virgatam, quæ data fuit Capellæ, quietam clamaverunt. His testibus (*&c.*)

Con-

Conventio inter Priorem & Conv. de Nostell, *Walterum filium* Roberti *de* Tateshall, *Advocatum de* Bredon, *de Electione Prioris.*

Ib. fol. 307. HÆc est Conventio facta inter Priorem & Conventum de Sancto *Oswaldo* de *Nostla*, & *VValterum* filium *Roberti* de *Tateshall*, Advocatum de *Bredona*, super Ecclesiam de *Bredona*, ad Ecclesiam Sancti *Oswaldi* de *Nostla*, & Canonicos ibidem Deo servientes pertinentium; scilicet quod prædicti Prior, & Conventus de Sancto *Oswaldo* de *Nostla*, duos de Canonicis suis de cellula sua de *Bredona*, quos voluerint, eligent, cum assensu Advocati, & præsentabunt eos prædicto *Waltero* vel hæredibus suis ex se & *Isoulda* uxore provenientibus & ipse vel hæredes sui recipient unum de illis duobus, quem voluerint; & si fortè in præfata Cellula de *Bredona* non fuerint inventi idonei Canonici, tunc Priores, & Canonici præfati, de domo Sancti *Oswaldi* de *Nostla*, eligent duos, & præsentabunt prædicto *Waltero*, vel hæredibus suis; ex quibus recipient unum quem voluerint; & sic deinceps de cæteris: Prænominatis verò Priori, simul cum præfato *Waltero*, vel hæredibus suis præsentabunt eum diocesano Episcopo ad Prioratum Cellulæ de *Bredona*, qui totâ vitâ suâ stabilis ibi remanebit, quamdiu Canonicè se habuerit, salvâ professione, & subjectione Ecclesiæ Sancti *Oswaldi* de *Nostla*. Et si fortè contigerit, quod aliqua ratione amoveri debeat, vel in fata cesserit, tunc autoritate Episcopi, & assensu prædicti Prioris, & Conventus Sancti *Oswaldi* de *Nostla*, & prænominati Advocati, vel hæredum suorum admovebitur, & alius loco ipsius, secundùm quod prædictum est, substituetur; & Canonici, qui cum eo moram faciunt, per Priorem & Conventum Sancti *Oswaldi* de *Nostla* ibi erunt, si possessiones præfatæ Cellulæ poterint sufficere, salvâ in omnibus professione & subjectione sæpedictæ Ecclesiæ Sancti *Oswaldi* de *Nostla*. Prior Sancti *Oswaldi*, & Advocatus de *Bredona*, non disturbent bona, vel possessiones prænominatæ Cellulæ; nec Prior in ea perendinabit, ad ipsius Cellulæ superfluum gravamen. Hiis testibus (*&c.*)

Cella de Wodekirke, *in agro* Ebor.

Ex analectis *Johannis Hanson* de Woodhouse in Com. *Ebor.*

W*illielmus* Comes de *Warrenna*, *Willielmo* filio *Raven*, Vicecomiti suo, & omnibus Vicecomitibus futuris, de Wachefeld; & *Roberto* filio *Eliæ*, & *Ranaldo* filio *Britonis*, & omnibus Baronibus & fidelibus, & amicis suis, & Ministris *Francis* & Anglis salutem, & amicitiam. Sciatis me concessisse in elemosinam Deo & Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de Wodechurche; & Canonicis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ, & uxoris meæ, & pro animabus patris & matris meæ, & antecessorum & successorum meorum, sicut ipsi ante me concesserunt, totam terram in qua præfata Ecclesia sita est, & totum nemus, inter duos rivulos qui currunt per pontem *Seldæ*, & pontem *Ligulfi*. Et præterea concessi eidem Ecclesiæ in perpetuum, quolibet anno, viginti solidos de redditu meo de Erdeslaw, & volo & præcipio quod ipsi Canonici teneant in mea firma pace nemus suum, & terras suas, & molendina sua, & omnia quæ tenuerunt in tempore patris mei de feodo suo, & meo, quæcunq; eis dedit. Et prohibeo ne denarium de redditu meo de Erdislaw exportetur, antequam elemosina mea compleatur, sed ponatur super Altare sanctæ *Mariæ*, die *Assumptionis* ejus. Et precor omnes amicos meos, & præcipio omnibus ministris meis, quatenus sicut me diligunt, meam teneant elemosinam, & Canonicos meos sicut meum dominicum, contra omnes, qui eis adversari voluerint, & prohibeo omnibus meis hominibus, ne aliquis disturbet, nec conturbet Ecclesiam Sanctæ *Mariæ*, nec Elemosinas quæ concessæ sunt eidem Ecclesiæ de feodo meo, super decem libras forisfacturæ, Vale.

Carta de Erdislaw.

R*obertus Brito* de Denmyngby, *Roberto* de *Everingham*, Salutem. Sciatis me dedisse & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de Wodkirke & Canonicis ibidem totum tenementum quod de me tenetis in Herdislaw, & servitium sine aliquo retinemento in puram elemosinam. Quare vobis mando quatinus faciatis eis illud servitium quod mihi facere consueveritis, & ego vobis hoc warantizabo contra omnes homines, (*&c.*) Ibid.

Johannes Comes *Warrennæ* quietum clamavit & relaxavit Canonicis de Wodkirke sectam curiæ suæ de Wakefeld, pro tenementis quæ eidem Canonici possident in Erdislawe, de dono *Roberti Britonis* de Deningby. Hiis testibus *Radulfo* de Horbiry, *Johanne* fratre ejus, *Thoma Cooke* Senescallo, *Willielmo* de Langfeld Constabulario Castri de Sandale, (*&c.*) Ibid.

Debetur Magistro de Wodkirke, pro Everingham-fee, in Erdislaw annuatim, redditum *xiiii*, librarum.

PRIORATUS

de Hyrst *infra insulam de* Axholme, *in agro* Lincolniensi, *Cella de* Nostell.

Carta Nigelli *de* Albini, *de fundatione ejusdem.*

Ex Cartulario S. *Oswaldi de* Nostel in bibl. *Hatton.* f. 323.

Nigellus de Albini, Widoni Capellano, & *Jeralino*, & omnibus Ballivis, & omnibus hominibus suis de Insula, salutem. Sciatis me dedisse, & concessisse Monasterio de Hyrst, & *Radulpho* Canonico ibidem inhabitanti, & post ipsum *Radulphum*, Canonicis ibi Deo servientibus, in manu semper Prioris sancti *Oswaldi*, pro Dei amore, & pro salute animæ meæ, in puram & perpetuam elemosinam, habitationem in Hyrst, & totum illud nemus ad sartandam, ad usus suos, & marais quod est circa Hyrst, & de Hyrst, usq; in Don. Et quindecem solidos & quatuor sesteras de brasio, & quatuor sesteras frumenti, & quatuor sesteras siliginis; & dimidium mille anguilarum in uno quoq; anno: Et concedo eis communem ubiq; in bosco & in plano, in pascuis & in aquis; & præcipio, quod annona ipsorum sit molendinata in molendino meo super Trentham in Insula, sine multura, & post illam, annonam quam invenient in tremeia; Test (*&c.*)

Carta Rogeri de Moubray, *de nemore de* Hyrst, & Hertste, *&c.*

Ib. fol. 324.

Rogerus de *Mubray*, omnibus hæredibus suis, & hominibus, & universis sanctæ Ecclesiæ filiis, salutem; Sciatis me dedisse, & concessisse, & præsenti scripto confirmâsse, in puram elemosinam in perpetuum, loco de Hyrst in Insula, & *Osberto Silvano* Canonico, & omnibus ei successuris in eodem loco, sub obedientia Capituli sancti *Oswald*, pro anima patris mei *Nigelli*, & matris meæ *Gundredæ*, & pro salute mea & hæredum meorum, totum nemus quod vocatur Hyrst, & Hirteste: Et in marays, de Hirteste usq; *Risebergam*, sicut jacet inter nemus de Hyrst, & Estmore, & Howkeslura, & Horscroft, & marays inter locum de Hirst, & Eppen, & totum marays, & fossarum usq; Don, & uno quoq; anno *xxx.* solidos denariorum de firma mea de *Beltona*, & octo sextaria brasii, quos dabunt eis homines mei de *Beltona*, illi scilicet homines quos censum suum eis reddere constitui. Ita quod nullus Præpositorum meorum, nec censum nec brasium hoc, ad opus meum accipiat ab illis hominibus; sed Canonicis meis detur, sine omni disturbatione.

Præter hæc dedi & concessi eisdem Canonicis, pro uno Milliario anguillarum quod eis unoquoq; anno concesseram, piscarias in aquis de Don, & Podel, quas de me tenebant *Suenus* de *Beltona*, & *Reginaldus* frater ejus, & reddere mihi solebant unum milliarium anguillarum: Insuper dedi eis, & concessi sex bovatas terræ in Littlesheselt, cum terra *Gladewini*, & paunagium suum, & hominum suorum in omnibus boscis meis in Insula, clamo eis quietum, & in perpetuum; & concessi eisdem Canonicis meis, & hominibus suis omnem Communitatem in bosco, & in plano, in maris & aquis, & omnibus aliis, in quibus homines mei habent communitatem. Volo etiam & præcipio, ut hæc elemosina mea, cum omnibus tenuris suis; & hominibus, sit libera & quieta ab omni exactione & consuetudine seculari de me & de hominibus. Hiis testibus, (*&c.*)

Carta Rogeri *de* Molbrai *de xxx s. annui redditus, & octo sextariis brasii.* &c.

Adhuc ex præfato Cartulario.

+*Rogerus* de *Molbrai*, *Radberti* Dei gratia, *Lincolnienſi* Episcopo, & omnibus, post eum futuris Episcopis Lincoln & omnibus hæredibus suis, arq; Baronibus; & omnibus hominibus suis *Fr.* & *Ang.* salutem. Sciatis me dedisse & concessisse, in elemosinam in perpetuum Monasterio de Hirst in Insula; & *Osberto Silvano*, Canonico de Ecclesia Sancti *Oswaldi*, & omnibus Canonicis post eum successuris in eodem loco Hirst, Deo & *Mariæ* servientibus, pro salute animæ meæ, & pro animabus patris, & matris meæ, & hæredum meorum; Scilicet, unoquoq; anno triginta solidos denariorum, de firma mea de *Beltona*; & octo sextarios de brasio, quos, dabunt eis homines mei de firma mea de *Beltona*; illi, videlicet homines, quos censum suum eisdem reddere constitui; ita ut nullus præpositorum meorum, censum neq; brasium, ad opus meum accipiat ab illis hominibus, sed Canonicis meis detur liberè & sinè aliqua disturbatione, pro uno milliaria anguilarum, quod eisdem Canonicis, uno quoq; anno, concesseram, & dederam.

Concessi præfato *Osberto Silvano*, piscarias in aqua; videlicet, Don & Iddell, quas tenebant de me Suenus de *Beltona*, & *Reinaldus*, frater ejus & mihi inde reddere solebant unum millarium anguillarum; Insuper dedi & concessi prædicto loco de Hirst, sex bovatas terræ in Littlehesum, cum terra *Gladwini*. Et eidem *Osberto*, & omnibus Canonicis post eum futuris, in eodem loco, pro amore Dei & suo concessi, & dedi in elemosinam imperpetuum, nemus totum quod vocatur Hirst, & pasnagium suum, & hominum suorum clamo eis quietum imperpetuum.

Volo igitur & præcipio, ut hæc elemosina mea, cum omnibus tenuris suis, & hominibus sit libera, & quieta, & soluta ab omni exactione, & consuetudine servicii secularis, sicut ulla elemosina liberior, & quietior, & solutior est. Testibus *Roberto* de *Davidvilla*, *Radulpho* de *Bellou*, *Willelmo* filio *Tuberti*.

Seolurke

SCORRE
in agro Eboracensi, *Cella de* Nostell.

Carta Regis Henrici *primi donationem* Gaufridi *filii* Pagani, *de duabus bovatis terræ in* Tockwith, *confirmans.*

Ex Cartulario de Nostel, in bibl. Hatton.

HEnricus Rex *Anglia T. Ebor.* Archiepiscopo, & *Nigello* de *Albini*, & omnibus Baronibus & fidelibus suis *Eboraciscira* salutem, Sciatis me concessisse Sancto *Oswaldo* de *Nostla*, & Cononicis ejusdem loci, duas bovatas terræ in perpetuam elemosinam, quas *Gaufridus* filius *Pagani* eis dedit in Tockwid; & concedo & confirmo eis, ut tales habeant libertates & consuetudines, in bosco, in plano, in pascuis, in porcorum pasuagiis, quas *Gaufridus* habet concessione ipsius *Gaufridi* coram me; Et volo & firmiter præcipio ut benè, in pace & honorificè teneant, sicut meliùs tenet aliquam elemosinam. Testibus *Waltero* de *Glouc.* apud Waltham.

Carta Albredæ *de* Harcuria, *relicta* Willielmi Trussebut, *filii* Gaufridi, *filii* Pagani.

Ibid. ALbreda de *Harecuria* Dapifero suo, & omnibus Ballivis suis, & hominibus suis *Eboraciscire*, Salutem. Mando vobis, & præcipio, quatenus pro Dei amore, & domini mei *Willielmi Trussebut*, & mei, manuteneatis pauperes Canonicos Ecclesiæ de *Boscho*, quia dominici Canonici sunt mei domini, & mei; & faciatis eos tenere benè, & in pace, & habere libertates suas in bosco, in plano, in pascuis, in porcorum pasuagiis, prout Carta eorum testatur quod tenere debent.

Carta Alberti *de* Tockwid *de duabus acris terræ.*

Ibid. OMnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsens scriptum pervenerit, *Albertus* de Tockwid, salutem; Noverit universitas vestra, me concessisse, & dedisse, & meâ præsenti Chartâ confirmâsse Deo & Sancto *Oswaldo*, & Ecclesiæ omnium Sanctorum de Scokirke, & Canonicis de Sancto *Oswaldo*, ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ, & antecessorum meorum, duas acras terræ in puram & perpetuam elemosinam, scilicet in Nes in oriente juxta Suinebroc dimidiam acram; in occidente Suinestibroc dimidiam acram; in Winethwrt juxta Scamelandes dimidiam acram; & in Presthueit juxta Rudegate dimidiam acram. His testibus (*&c.*)

Controversia inter Ivetam de Arches, & Canonicos de Scokirke *sedata.*

OMnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis hoc scriptum visuris, vel audituris, *R.* Prior Sanctæ *Trinitatis*, & *H.* Thesaurarius, & Magister *G.* Canonicus *Eboracensis*, salutem. Noverit universitas vestra nos mandatum domini Papæ in hæc verba susscepisse. Innocentius *Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Priori sanctæ Trinitatis*, H. *Thesaurario, & Magistro*, G. *Canonico* Eboraci, *salutem, & apostolicam benedictionem. Exposita nobis Prioris, & Canonicorum de* Nostla *petitio reseravit, quod cum* Iveta *mulier de* Arches, Eboracensis *diœcesis, quandam decimam panis domus suæ Canonicis suis apud* Scokirke *morantibus in perpetuam elemosinam assignatam contra justitiam detinet, & reddere contradicit: Ideoq; discretioni vestræ, per Apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis, audiatis hinc inde proposita, & quod justum fuerit, appellatione proposita statuatis; facientes quod statueritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Nullis literis veritati, & justitiæ prejudicantibus, a sede apostolica impetratis; quod si non omnes his exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur. Datum* Romæ *apud Sanctum* Petrum *decimo quinto Kalendarum* Junii, *Pontificatus nostri octavo.* Hujus igitur autoritate mandati, partibus in præsentia nostra constitutis, sub hac pacis forma controversia mota amicabiliter, inter partes sopita est; Scilicet, quod prædicta Domina *Iveta* de *Archis* concessit Deo & Ecclesiæ omnium sanctorum de Scokirke, & Canonicis de Sancto *Oswaldo*, in puram & perpetuam elemosinam medietatem decimæ panis domus suæ, quam pater ejus *Willielmus* de *Archis*, per cartam suam prædictæ Ecclesiæ contulit, recipiendam, & in perpetuum habendam; memorati verò Canonici invenient, in prædicta Ecclesia de Scokirke, unum Canonicum presbiterum; scilicet specialiter celebrantem divina pro anima sua, & animabus patris, & matris ejus & virorum suorum. *R.* de *Flamavilla*, & *Adæ* de *Brus*, & antecessorum suorum & hæredum suorum. Et ut hæc compositio perpetuo firmitatis robore optineat, eam sigillorum nostrorum appositione corroboravimus. Ibid. f. 318

Compositio inter Priorem & Petrum *de* Brus *de vicesima panis vel bladi manerii de Torp.*

UNiversis sanctæ matris Ecclesiæ filiis has literas visuris vel audituris, *H.* Decanus *Eboraci*, & Magister *I. Romanus* Canonicus *Eboraci*, salutem in Domino. Mandatum Domini *Pandulfi Norwicensis* electi Domini Papæ Camerarii, Apostolicæ sedis legati, dilectis filiis Decano, & *I. Romano* Canonico *Eboraci* salutem in Domino. Dilecti filii Prior & Conventus sancti *Oswaldi*, sua nobis questione monstraverunt, quod nobilis vir *P.* de *Brusse Eboracensis*

diocæsis, vicesimam panis vel bladi de manerio suo de * *Torp*, ad ipsos de jure spectantes, contra justitiam detinet, & eis solvere contradicit: Ideoq; discretioni vestræ, quâ fungimur legationis autoritate, mandamus, quatinus, partibus convocatis, audiatis causam, & quod Canonicè fuerit, statuatis, facientes quod statueritis firmiter observari. Testes autem qui nominati fuerunt, si se gratia, odio, vel timore substraxerint, per censuram Ecclesiasticam cogetis veritati testimonium perhibere: Datum apud Gaywude tertio Idus *Januarii*. Hujus igitur autoritate mandati, partibus in præsentia nostra per sufficientes procuratores constitutis, post multas altercationes hinc inde habitas, tandem inter præfatos Priorem, & Conventum ex una parte, & prædictum *Petrum* de *Bruse*, & hæredes suos, pro salute animæ suæ, & uxoris suæ *Johannæ*, & antecessorum & successorum suorum, divinæ caritatis intuitu, decem sceppas bladi, videlicet, tres sceppas frumenti, & tres avenæ, & quatuor siliginis & ordei, ad sustentationem unius Canonici apud Sc̃ōlkirke, prædictis Priori & Conventui annuatim in perpetuum concesserit percipiendas de manerio suo de Toxo. *Arches*, ad duos terminos, videlicet, medietatem ad festum sancti *Michaelis*, & medietatem in octabis *Epiphaniæ* Domini. Et sciendum est quod prænominati Prior, & Conventus quendam Canonicum, presbiterum in perpetuum invenient. Si autem prædictus Canonicus aliquâ justâ causâ fuerit impeditus, quo minus divina celebrare possit, præficiat Prior & Conventus interim per aliquem alium idoneum Capellanum ibidem divina facient celebrari, Si autem prædictos *P.* de *Bruse*, vel hæredes suos in solutione prædicti bladi, aliquatenus cessaverint, licebit Decano & Capitulo *Eboraci*, remotâ appellatione, non obstante fori privilegio, prædictum *P.* de *Bruse*, vel hæredes suos ad solutionem dicti bladi, monitione præmissâ, Ecclesiasticâ districtione compellere. Similiter si præfati Prior & Conventus, juxta formam suprascriptam, divina celebrari non fecerint; licebit similiter prædictis Decano & Capitulo *Eboraci* prænominatos Priorem & Conventum, appellatione remotâ, non obstante fori privilegio ad *H.* faciendam, monitione præmissâ sibi compellere districtione.

Ut autem ista compositio perpetuæ firmitatis robur optineat, præsenti scripto Sigillum Capituli *Eboracensis* Ecclesiæ, quam Sigillum præfatorum judicum & dictorum Prioris & Conventus & Domini *P.* de *Brus* sunt appositæ.

* Thorp-Arches,

Cœnobium S. JULIANI, & S. BOTULPHI *Colcestriæ, in agro* Essexiano.

Carta Regis Henrici *primi de dominio suo de* Hetfelda.

HEnr. Rex *Anglie* M. Episcopo *Lund.* & *Hugoni* de *Beckland*, & omnibus Baronibus & hominibus suis de *Essessa* salutem. Sciatis me dedisse & concessisse in elemosinam Ecclesiæ S. *Juliani*, & S. *Botulphi* de *Colcestra*, & Canonicis Deo ibidem servientibus, pro salute mea & uxoris meæ *M.* Reginæ, & pro animabus omnium antecessorum meorum decimam, plenariè de omni dominio meo de *Hetfelda*, in bosco & plano, quicunq; inde aliquid teneat, & de pathnagio, de porcellis, vitulis, agnis, caseis, & omnibus rebus ad dominium pertinentibus: undè volo arq; præcipio, quod benè & liberè & quietè hæc omnia habeant, & garbas vel in campo, vel ad horreum, prout ipsi eligerint, recipiant; nec aliquis eis, super hoc injuriam vel contumeliam super *XL.* Forisfacturæ faciat. *T. Matilda* Regina, & *Roberto* Episc. *Linc.* & *Eudone* Dapifero apud Wercholo. Pat. 5. H. 6. p. 2. m. 15. per Inspex.

Carta ejusdem Regis Henrici *de quibusdam terris in* Colcestria.

HEnric. Rex *Angle*, Archiepiscopis, Episcopis, Baronibus, Vicecom. & omnibus fidelibus suis totius *Angle* salutem. Sciatis me concessisse & confirmâsse Ecclesiæ S. *Juliani* & S. *Botulphi Colcestriæ*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, pro animabus patris & matris meæ, & omnium antecessorum meorum; & pro salute mea & uxoris meæ *M.* Reginæ, omnes terras quas habent in Colcestre & extra; & tertiam partem molendini sub Castello, quod dicitur Wideluteine, cum omnibus pertinentiis eorum, in liberam & puram elemosinam. Concedo etiam & confirmo eis serjantiam & omnes terras quas habent ex dono *Hugonis* filii *Stephani* cum omnibus pertinentiis suis; & ipsi facient michi & hæredibus meis, cum contigerit nos ire in *Walliam* ad expugnandum inimicos nostros, servicium tale, scilicet invenient equum unum de precio quinq; solidorum, & unum saccum, & unum aculeum per *XL.* dies tantum, ad custum nostrum. Et omnia prædicta concedo & confirmo eis pro me & hæredibus meis imperpetuum, ita ne aliquis super hiis eis injuriam vel contumeliam super *xl.* forisfacturæ faciat. *T. Mauricio Lund.* Episcopo, & *R.* Episcopo *Linc.* & *Eudone* Dapifero apud *Westm.* per *M.* Reginam, *Warinum* filium *Geroldi*, & *Simonem* filium *Per-*

Ib.

Carta

Cartæ ejusdem Regis Henrici *de terra & domibus in* Cantorbiria.

Ib. P. H. Rex *Anglie Rualen* Vicecomiti & præposito *Cantorbirie* salutem. Præcipio quod Canonici de S. *Juliano* & de S. *Botulpho* de Colcestre, habeant & teneant terram & domos de *Cantorbiria*, quas *Bristerd* & uxor ejus *Luma* eis dederunt cum Edmundo filio suo, quando fecerunt illum Canonicum, benè & in pace & honorificè & justè, sicut idem *Bristerd*, & prædicta uxor sua unquam meliùs tenuerunt, & eisdem consuetudinibus; & si quicquam inde captum est vel venditum præter consensum eorum postquam eis donata fuit, reddatur eis justè, ita quod ne audiam inde clamorem. *T. G.* Cancellario apud *Colcestriam*.

Carta Regis Ricardi *primi, donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Ex vetusto Rotulo in bibl. *Cottoniana.* Vide Par. 2 H 4. p. 1. m. 31 & Par. 5. H. 6. p. 2 m. 25. R *Icardus* Dei gratia Rex *Anglie*, Dux *Norm. Aquit.* Comes *Ardegarie*, Archiepiscopis, Episcopis, &c. salutem. Sciatis nos concessisse & præsenti cartâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ S. *Botulphi* de Colcestre, & Canonicis ibidem Deo servientibus, omnes Elemosinas, decimas, & possessiones quas habent de feodo *Willielmi* filii *Roberti* de *Hastyngges*, & de feodo de *Salkevill*, & de hamesocna; & tertiam partem molendini quod dicitur Middilmelne, cum omnibus pertinentiis suis; & omnes alias terras & possessiones, decimas & elemosinas quas prædicti Canonici habent in Colcestre, & in hundredo de Colcestre in Ecclesiis, in decimis, in elemosynis, & in aliis tenementis: De feodo *Bolonie*, Ecclesiam de Camelegeve, cum omnibus pertinentiis suis; & omnes terras quas habent apud Colum, & apud Legram: Et totam quartam partem villæ quæ appellatur Grenestrede, cum omnibus pertinentiis suis infra Burgum *Colcestrie*, & extra. De feodo *Hugonis* filii *Stephani* Ecclesiam de *Legra*, cum omnibus pertinentiis suis. De feodo de Mandevill Ecclesiam de *Theya*, cum omnibus pertinentiis suis. Decimas & possessiones quas habent de feodo *Thome* de *Mandevil*. De feodo *Roberti* de *Sakevill*, totam terram quam habent apud Fordham, quam priùs tenuit *Ranulphus* Presbyter.

In parochia de Wedermundesfeld, totam terram quam *Willi* de *Bilestune*, de eis tenuit. De feodo *Ernaldi* de *Curtune*, totam terram quam habuit apud Dunland, de donatione ipsius *Ernaldi*. In parochia de *Ardeleia* omnes terras & elemosynas, quas habent de feodo *Roberti Britonis*, & de feodo *Radulphi Martell*, & de feodo *Ricardi* de *Rovill*, & de feodo *Baldwini Wyschard*, & de feodo *Alelie* filiæ *Roberti*, filii *Goscelini*. Et totam terram quam habent de sochna de Dedham. De feodo *Ricardi* de *Reymes*, totam terram quam tenuit *Radulphus King*, cum mansura, pro una acra, cum omnibus pertinentiis suis; quam terram habent in villa de *Reymes*: Et omnes alias elemosynas, decimas & possessiones, quas habent de feodo *Roberti* de *Reymes*. In *Hathfeldia* nostra, de elemosina *Henrici* Regis, avi Patris nostri, omnes decimas plenariè de toto dominio nostro ejusdem villæ, de bosco & de plano, & de pascuo, quicunq; inde aliquid teneat vel colat: Et de pathnagio, de porcellis, vitulis, agnis, caseis; & de omnibus essartis factis & faciendis de plano in prædicta villa de Hathfeld; & garbas vel ad horreum, vel in campo, prout ipsi Canonici elegerint, recipiant. Concedimus etiam & confirmamus prædictis Canonicis illam acram terræ, quam tenuit *Willelmus Gambun* in prædicta villa de Hathfelde, ubi & ipsi Canonici bladum suum congregare solent. Quare volumus (&c.)

Dat. per manum *Willielmi* de *Longocampo*, Cancellarii nostri, *Elyensis* electi, apud *Cantuariam* quarto die *Decembris*, anno *primo* regni.

Bulla *Paschalis* secundi Rom. Pontificis:

PAschalis *Episcopus servorum Dei, dilecto in Christo filio* Ernulpho *Præposito, cæterisq; dilectis filiis & fratribus Ecclesiæ Christi* Colcestriæ *salutem, & Apostolicam benedictionem. Singulare semper sedis Apostolicæ privilegium claruit, ut per nos licet indignos, subjectarum nobis per orbem Ecclesiarum status dirigatur, stabiliatur, & augeatur. Cæterùm cum universis Sanctæ Ecclesiæ filiis id Apostolicæ sedis auctoritate ac benevolentia debeamus, illis tamen locis atq; personis, quæ ampliori Religionis gratia eminent, propensiori nos studio convenit eminere, ut quibus universalis conditor Deus plenioremmiserecordiæ suæ contulit largitatem, nos quoq; ipsius exemplo excellentiorem conferamus dignitatem. Unde non immerito æstimamus locum sive Canonicam vestram amplioribus nostræ benignitatis muneribus honorandam, quam omnipotens Deus ad formam Ecclesiæ primitivæ primitivam in loco hujusmodi quadam eximia prærogativa plantavit; ostendens quid possit figulus in luto, plastes in plasmate, Deus in homine. Primi enim omnium, ut à religiosis personis accepimus Canonica, religionis professores in patria vestra floruistis, primicias corporum & animarum vestrarum conditori Deo spontanei optulistis: Et ideo hujus secundi privilegii nostri auctoritate decernimus, ut sicut in hoc ordine primi in Anglia militâstis, ita quoq; dignitate ipsius primi semper habeamini; ut ubicunq; per Canonicas in Anglia fratrum negligentiam sentitur imbecillitas, vestra per nos potens succurrat auctoritas. Et si fortè instinctu diaboli quilibet fratrum, causa sæculi vel ordinis imitandi, ab hoc ordine lapsus fuerit, Colcestrensis præfati auctoritate revocetur, ubicunq; reperiatur, & apostata ac desertoris militiæ Prioris, pœna plectatur. Ad formam itaq; vitæ vel institutionis Canonicæ vestræ, cætera omnes regantur. Hinc personæ sapientes eligantur, electæ per Canonicas distribuantur, distributæ, si opus est, locis singulis præferantur, ut in omnibus quibus in locis Canonica religionis vi-*

get integritas, superemineat vestra per nos regularis auctoritas. Ecclesiam S. Trinitatis Londini, *quam vobis* Matilda *Regina comendavit, cum Ecclesia S.* Leonardi, *& cæteris quas habetis, obedientiis vestri juris esse præcipimus, & ad hujus præcepti tenorem præsentis decreti paginam promulgamus: quas si quis ibidem manentium fratrum per superbiam, vel per subreptionem, vel latenter vel palàm, quasi secularis potestatis auctoritatem inducens, de manu vestra subtrahere voluerit, illius spirituali gladio perdat animam, cujus corporali* Malchus *amisit auriculam. De cæteris etiam vobis concessis, sive decimis, sive possessionibus aliis quæcunq; miseratione Regum, libertate principum justè adquisistis vel adquirere poteritis, idem judicium spiritus sancti judicio fiat.*

Ut autem in omnibus paci vestræ consulamus, ab omni vos tam secularis quam Ecclesiasticæ personæ jugo liberos esse volumus; interdicentes in nomine Domini, & apostolica censura statuentes, ex auctoritate S. Petri, *ut nullus Archiepiscopus, aut Episcopus, nullus Regum aut Principum, aut qualibet omnino magna vel parva persona,* Colcestren *cœnobio in universis ad ipsum pertinentibus, quocunq; modo, seu qualibet occasione, aliquid auferre, minuere, vel violentiam inferre, fatigare, aut Dei servos inquietare punienda temeritate præsumat, quatinus solius S.* Romanæ *Ecclesiæ protectione defensi perpetualiter sint securi.*

Obeunte autem te Eynulpho *nunc ejus loci præposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia præponatur, nisi quem Fratres communi consensu, vel Fratrum pars consilii sanioris elegerit. Electus* Londonensi *Pontifici consecrandus representetur, à quo etiam crisma & oleum sanctum, consecrationes Altarium sive basilicarum, Ordinationes Canonicorum accipiant, si gratiam & communionem Apostolicæ sedis habuerit, & si omnia gratis & sine molestia fratrum exhibere voluerit omni exactione sepositâ: Si quid autem horum obstiterit, liceat præfato, vel fratribus, quemcunq; voluerint antistitem adire, & ab eo præfata sacramenta percipere, quatinus* Romanæ *soli Ecclesiæ eadem Canonica subdita, præter hanc nulli videatur esse subjecta.*

Quum autem huic ordini à patribus nostris dispensatio verbi Dei, prædicationis officium, Baptismus, reconciliatio pœnitentium semper credita fuerit, sicut est videre in tractatibus S. Augustini *ad* Aurelium *Papam, nos eorum exempla secuti, & ordinis celsitudine subtiliùs intuentes, patrum sanctita confirmamus, confirmata sanctificamus præsentis paginæ auctoritate: Quam si quis temerario ausu in aliquo transgredi præsumpserit, sancti spiritus judicio, ac beati* Petri, *Apostolorum Principis, anatematis vinculo religetur, & cum transgressoribus angelis, &* Juda *traditore æternis suppliciis deputetur, nisi statim congrua satisfactione pœniteat. Conservantibus autem hæc & benedictio cum misericordia conservetur, ut & hic fructum bonæ actionis suæ percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ recompensationis inveniant. Nostis Fratres, quod vobis ad cumulum nostræ dilectionis Altare, cum Sanctorum Reliquiis impositis, per manus filii nostri, fratris vestri,* Zenonis *transmisimus, obsecrantes ut dignè ambuletis vocatione qua vocati estis. Scriptum per manum* Grisogoni *Scriviarii, & Notarii sacri palatii. Datum* Laterani *per manus* Gaietani *Cancellarii ac Bibliothecarii sanctæ sedis Apostolicæ, mense* Augusti *Anno incarnationis dominicæ* M. C. xvi. *Indictione* ix. *Pontificatus autem Domini* Paschalis *Papæ secundi Anno* xx. *regnante Domino nostro Jesu Christo, cui laus & imperium permanet in secula seculorum,* Amen.

Colchester S. Botulphi Prioratus Canonicorum. *Eynulphus* vir religiosus fundator. *Lel.* Coll. vol. 1. p. 60.

ABBATIA

de Haghmon in agro *Salopiensi.*

De Fundatione ejusdem.

Fundata est Abbathia de Haghmon, Anno Domini *Millessimo, Centesimo,* & in anno ultimo Regni Regis *Willelmi Rufi,* & Anno Regni Regis *Henrici* primi, primò per *Willielmum* filium *Alani,* ut patet in pluribus, & specialiter in duobus Bullis suis plumbo, *Alexandri* Papæ tertii, vocantes eum fundatorem prædicti loci, de sede, & loco Abbathiæ, ibidem. Ex Registro Cartarum de Haghmon penes *Walt. Barker* Arm. anno 1639.

Carta Willielmi *filii* Alani *de sede Abbatiæ.*

Willielmus filius *Alani,* universis hominibus *Francis* & *Anglis,* & universis sanctæ matris Ecclesiæ filiis, salutem. Noverit universitas vestra, me pietatis intuitu, & pro salute patris mei, & Antecessorum meorum, dedisse, concessisse, & præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo, & Ecclesiæ S. *Johannis* de Haghmon, & Canonicis ibidem Deo servientibus in perpetuam elemosinam, sedem & locum Ecclesiæ eorundem, cum omnibus ejusdem loci pertinentiis &c. Hiis Testibus. *Roberto* filio *Haber. Henrico Malevicino, Ricardo* de *Constantino, Helia* de *Hedingeham, Galfrido* de *Ver* &c,

Carta

Carta Regis Edwardi *secundi, Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Pat. 13. E. 2. m. 12.

REx omnibus ad quos, *&c.* salutem. Donationem & concessionem, quas *Cadwaladrus* frater *Owyni* magni, per Cartam suam fecit Deo & Ecclesiæ sancti *Johannis* Evangelistæ de **Hagheman**, & Canonicis ibidem Deo servientibus, in puram & perpetuam elemosinam, de Ecclesia de **Newyn**, cum omnibus pertinentiis suis; & de tota terra quæ est inter duos rivulos, inter quos prædicta Ecclesia sita est & de tota terra de **Chrenthoc** cum omnibus pertinentiis & eysiamentis suis. Donationem etiam, quàm *Madoc*, quondam Rex *Powissentium*, per Cartam suam fecit Ecclesiæ S. *Michaelis Blederiis*, quam Abbas & Canonici dictæ Ecclesiæ S. *Joh.* Evangelistæ nunc in proprios usus tenent, ut dicitur, de quadraginta satis, scilicet de villa quæ vocatur **Tresemer**. Donationem, etiam quàm *Hoelus*, quondam Rex **Arwistl**, per Cartam suam fecit Ecclesiæ S. *Mich.* de **Trenegetus**, quæ tunc fuit in subjectione Dei & dictæ Ecclesiæ S. *Joh.* de **Hageman**, de tota terra quæ vocatur **Trenobedwyn**, à fossa cimiterii usq; ad **Clemant**; & de terra de **Trefkemer**, à cruce usq; ad **Clemant**; & de tota terra de **Bilgremut** cum toto nemore adjacente; videlicet à **Nantelyn**, usq; amnem quæ vocatur **Berist**, in perpetuam elemosinam.

Concessionem etiam (*&c.*) quas *Lewelinus* quondam Princeps *Northwallia* per Cartam suam fecit prædictæ Ecclesiæ sancti *Johannis* & prædictis Canonicis, in liberam & perpetuam elemosinam, de tota medietate de **Lienelwych**, cum omnibus libertatibus, & pertinentiis suis. Concessionem etiam quàm idem *Lewelinus* per eandem Cartam suam fecit prædictis Ecclesiæ S. *Joh.* & Canonicis de quietancia pannagii ad sexaginta porcos, ubicumq; porci ipsius *Lewilini* personam habuerint infra Hundredum de **Ellesmere**. Donationem, (*&c.*) quas *Johannes* fil. *Johannis Extranei* per Cartam suam fecit prædictis Ecclesiæ & Canonicis (*&c.*) de una acra terræ cum pertinentiis in **Ruton**, unà cum advocatione Ecclesiæ de **Ruton**, cum omnibus pertinentiis suis. Concessionem (*&c.*) quas *Radulphus Extraneus* per Cartam suam fecit eisdem Ecclesiæ sancti *Johannis* & Canonicis, (*&c.*) de jure patronatus Capellæ de **Chmukyn**; habendum cum omnibus libertatibus & pertinentiis suis Donationem, (*&c.*) quas *Johannes* fil. *Johannis Extranei* per Cartam suam fecit Deo & Hospitali Albi *Monasterii*, & fratribus ac pauperibus ejusdem Domus, quod quidem Hospitale præfatæ Ecclesiæ S. *Johannis*, modo ut dicitur, est annexum de tota villa de **Wynelecote** cum omnibus pertinentiis suis, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, Donationem, (*&c.*) quas præfatus *Johannes* per eandem Cartam suam fecit præfatæ Ecclesiæ sancti *Johannis* de **Hageman**, ad sustentationem pauperum Portæ ipsius domus, de tota prædicta terra de **Wynelecote**, cum omnibus libertatibus, & pertinentiis suis, si fortè contingeret aliquo eventu prædictam Domum hospitalem omnino adnichilari.

Hospitale de *Albo Monasterio* annexum Abbatiæ de **Hagh-mon.**

Concessionem, (*&c.*) quas *Wydo Extraneus* & *Maria* uxor ejus, fecerunt eisdem Ecclesiæ S. *Johannis* & Canonicis, de molendino de **Stretton**, quod est super *Avenam*; & de molendino de **Elnedelege**, & ibidem de sua parte de alio, cum omnibus pertinentiis suis in perpetuam elemosinam. Concessionem (*&c.*) quas *Radulfus Extraneus*, filius *Wydonis Extranei*, per Cartam suam fecit prædictis Ecclesiæ & Canonicis (*&c.*) de tota terra, quàm *Horparius* tenuit in *Alvidelega*, & de communione in pascuis & pasturis, & omnibus eiseiamentis, & de eodem *Horm* cum filiis suis, in commutationem quinq; solidorum, quos prædictus *Radulfus* eisdem Canonicis annuatim persolvere debuit de terra de **Hazdlepe**, quàm de eis tenuit, Donationem, (*&c.*) quas *Gaufridus* de *Veer* per Cartam suam fecit dictæ Ecclesiæ de **Hageman** & fratribus ibidem Deo servientibus in perpetuam elemosinam, de duabus virgatis terræ cum omnibus libertatibus & pertinentiis suis in *Neventonia*. Concessionem, etiam quàm *Robertus* filius *Haher* per scriptum suum cirographatum fecit Abbati dictæ Ecclesiæ de **Hageman**, & præfatis Canonicis, de tota terra, quam in *Neutonia* tenuit, libera & quieta in perpetuam elemosinam tenenda; salvo servicio forensi. Concessionem etiam, (*&c.*) quas *Radulphus Bochart* per Cartam suam fecit dictis Canonicis, de terra de **Wuleruge**, & stagno molendini de *Begtona*, & de dimidia parte aquæ, quàm *Gilb.* pater ipsius *Radulfi* dictis Canonicis dedit. Concessionem, (*&c.*) quas *Payn* de *Fanthro* per Cartam suam fecit prædictis Ecclesiæ & Canonicis de tota terra ipsius *Pain* in **Ormeleful**, cum omnibus pertinentiis suis, libera & quieta ab omnibus terrenis consuetudinibus & exactionibus.

Concessionem etiam, (*&c.*) quas *Robertus Gyros* per Cartam suam fecit dictis Ecclesiæ & Canonicis, in liberam & perpetuam & elemosinam, de tota terra quam *Adam* de *Giros* de ipso *Roberto* tenuit in *Prima*; habenda & tenenda, cum toto servicio ejusdem *Ada* & hær. suorum, sc. *xvii.* solidis annuatim, ita quod prædicti Canonici annuatim inde persolverent *v. solidos* in festo sancti *Mich.* in Capella S. *Mich.* in Castello de *Salopesbiriæ*. Concessionem, (*&c.*) quas *Robertus* fil. *Nigelli* per Cartam suam fecit in perpetuam elemosinam prædictis Ecclesiæ & Canonicis de advocatione Ecclesiæ de *Stagesburia*, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis. Donationem, (*&c.*) quas *Robertus* de *Stantune* per Cartam suam fecit prædictis Ecclesiæ & Canonicis, (*&c.*) de tota terra quam idem *Robertus* emit de *Thoma* de *Costentyn* in villa de **Halechtune**, scilicet *iiii.* virgatas terræ, simul cum redditu *xii.* denariorum de molendino ejusdem villæ, & cum omnibus aliis libertatibus & pertinentiis suis. Concessionem, (*&c.*) quas *Thomas* de *Costentyn*

stentin per Cartam suam fecit prædictis Ecclesiæ & Cnonices, (&c.) de donatione, quam *Robertus de Stanton* eisdem fecit de quatuor virgatis terræ in **Valeton**, quas idem *Robertus* de præfato *Thomâ* priùs emerat. Concessionem, (&c.) quas prædictus *Thomas* per eandem Cartam suam fecit eisdem Canonicis de duobus denariis, quos idem *Robertus* & hæredes sui præfato *Thomæ* & heredibus suis pro eadem terra annuatim persolvere solebant.

Donationem, (&c.) quas *Gaufridus Grisin* per Cartam suam fecit prædictis Ecclesiæ & Canonicis de tribus bovatis terræ cum pertinentiis in *Stantona*, ad sustentationem Canonicorum infirmorum.

Donationem, (&c.) quas *Walterus De Clifdus* filius *Ricardi, filij Puncij*, per Cartam suam fecit eisdem Ecclesiæ & Canonicis, (&c.) de molendinis ipsius *Walteri* de *Tamedeburia*, cum molta & secta, auxiliis, & operationibus & omnibus aliis pertinenciis suis. Concessionem, (&c.) quas *Rogerus* filius *Rogeri de Clifforde* per cartam suam fecit eisdem Ecclesiæ & Canonicis, (&c.) De molendinis de **Tamedebury** cum omnibus libertatibus & pertinentiis suis. Donationem, (&c.) quas *Walterus de Clifford*, fil. *Walteri de Clifford*, per cartam suam fecit eisdem Ecclesiæ & Canonicis, ad sustentationem Coquinæ Canonicorum prædictorum in liberam, puram & perpetuam elemosinam, de molendino de **Culmitune** cum omnibus pertinentiis suis; & de molendino de **Synetun**; & de una dimidiâ virgatâ terræ in **Synetun**, cum masuagio suo quod ad prædictum molendinum de **Synetun** pertinebat, cum omnibus aliis pertinentiis eorum. Concessionem eciam, quam idem *Walterus* per eandem Cartam suam fecit eisdem Canonicis, de omni secta & omnibus auxiliis hominum manerii de **Culmitune** ad prædictorum molendina pertinentibus, tam in eorundem molendiorum reparatione & stagnorum elevatione, vel emendatione, quàm in lapidibus molaribus attrahendis.

Donationem, (&c.) quas *Walterus de Clifford* per Cartam suam fecit eisdem Ecclesiæ & Canonicis, (&c.) de tota terra cum omnibus pertinentiis suis, quam *Richardus Balle* de ipso tenuit in villa de **Synetun**, scilicet de duabus dimidiis virgatis terræ, de quibus dicti Canonici receperunt octo solidos annuos, & de tota alia terra, cum pertinentiis quam idem *Ric.* de prædicto *Waltero* tenuit; & pro qua sibi reddidit duos solidos annuos. Donationem, (&c.) quas *Osbertus filius Hugonis*, per cartam suam fecit eisdem Ecclesiæ & Canonicis, (&c.) de molendino de **Witchebald**, cum moltis, sectis & omnibus pertinentiis suis. Concessionem, (&c.) quas *Hugo de Say* per Cartam suam fecit eisdem Ecclesiæ & Canonicis de donatione quam *Osbertus filius Hugonis*, frater prædicti *Hugonis de Say*, fecit dictis Ecclesiæ & Canonicis de molendino de **Witchebald**. Confirmationem etiam, quam idem *Hugo* per eandem Cartam suam fecit eisdem Canonicis, de una virgata terræ cum pertinentiis apud *Castellum Ricardi*, in **Wytebrok**. Donationem, (&c.) quas *Alicia de* **Rodmiton** per Cartam suam fecit eisdem Ecclesiæ & Canonicis, (&c.) de medietate unius virgatæ terræ in **Cnesbrigg**, cum omnibus pertinentiis suis. Concessionem eciam, (&c.) quas *Paulinus fil. Gilberti* Capellani de **Hodenethe**, per Cartam suam fecit prædictis Ecclesiæ & Canonicis, (&c.) de medietate tocius prati et moræ ipsius *Paulini*, per has divisas; scilicet à *Webeleya* juxta torrentem in longum, usque ad **Ettaneslache**; & in latitudine per viam quæ ducit ad **Ettaneslach**, de *Stillone Ewyne*.

Concessionem eciam, (&c.) quas *Baldewynus fil. Odonis* de **Hodenethe**, per Cartam suam fecit eisdem Ecclesiæ & Canonicis de donatione quam *Paulinus filius Gilberti* Capellani de **Hodenethe** fecit eisdem Canonicis de medietate totius prati & moræ ipsius *Paulini* per divisas supradictas. Concessionem, (&c.) quas *Baldewinus de* **Hodenethe** *filius Odonis* de **Hodenethe** per scriptum suum fecit eisdem Ecclesiæ & Canonicis in puram & perpetuam elemosinam de donatione, quam *Odo* pater suus fecit prædictis Canonicis de toto superiori prato *Odonis* de **Alnemulneurst**, quod est propinquius *Chace*, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis. Donationem, (&c.) quas *Richardus de Wylderdelega* per Cartam suam fecit eisdem Ecclesiæ & Canonicis, (&c.) de tota terra in *VVylderdelega*, & de **Cudarthoit** cum omnibus libertatibus & pertinentiis suis, salvo forensi servicio. Concessionem eciam, (&c.) quas *Stephanus de Hopa*, per Cartam suam fecit prædictis Ecclesiæ & Canonicis, in puram & perpetuam elemosinam de tota terra in *VVylderdelega*, & de *Coardecota*, cum omnibus libertatibus suis & pertinentiis: Relaxationem eciam & quietam clamantiam, quas idem *Stephanus* per eandem Cartam suam fecit eisdem Canonicis de dimidia marca argenti, quam ipsi præfato *Stephano* vel hæredibus suis, pro eadem terra annuatim reddere tenebantur. Concessionem eciam, (&c.) quas *VVill. de Courtenai* per cartam suam fecit prædictis Ecclesiæ & Canonicis de donatione quam *Ricardus de VVylderdelega* fecit eisdem Canonicis de tota terra in *VVilderdelega* & **Cuthardicothe**, cum omnibus libertatibus & pertinentiis suis. Concessionem, (&c.) quas idem *Willelmus* per eandem Cartam suam fecit prædictis Canonicis de toto servicio quod *Ricardus de Wylderdelega* vel hæredes sui debebant præfato *VVillielmo* vel hæredibus suis, de tota prædicta terra de *VVylderdelega*, & de **Cuthardicote**, excepto scutagio & rationabili relevio ad eandem terram pertinente.

Concessionem (&c.) quas, *Berthram* de **Lostheffod** per Cartam suam fecit prædictis Ecclesiæ & Canonicis, (&c.) de quarta parte cujusdam prati in **Lostheffod**, quod vocatur pratum molendini. Donationem, (&c.) quas *Thomas Mauduit* per Cartam suam fecit eisdem Ecclesiæ & Canonicis, (&c.) de una virgata terræ in villa de *Clia*, illa scilicet dimidia virgata, quam *Henricus filius Pagani* tenuit;

it; & de dimida virgata de dominico ipsius *Thomæ*. Concessionem, (&c.) quas *Thomas Mandut* filius *Roberti Mandut* per Cartam suam fecit prædictis Ecclesiæ, & Canonicis, (&c.) de tota terra de *Officuna*, cum omnibus libertatibus & pertinentiis suis. Donationem, (&c.) quas *Alanus de la Mare* per Cartam suam fecit eisdem Ecclesiæ & Canonicis, ad sustentationem fratrum infirmorum in Infirmaria, de una virgata terræ in Boldham; illa scilicet quam *Haer & Galfridus Ribel* tenuerunt, simul cum quodam masuagio & crofta, quæ *Edricus* tenuit. Donationem, (&c.) quas *Hugo* de *Say* & *Lucia* uxor ejus, *filia VValteri* de *Clifford, filii Ricardi filii Puncii*, per Cartam suam fecerunt prædictis Ecclesiæ & Canonicis de molendino de Rochesford, cum molta & secta, auxiliis & operationibus, & omnibus pertinentiis suis.

Concessionem, (&c.) quas *Ricardus* de *Say* filius *Hugonis* de *Say*, per Cartam suam fecit eisdem Ecclesiæ & Canonicis de molendino de Rochesford cum omnibus pertinentiis suis. Concessionem (&c.) quas prædictus *Richardus* per eandem Cartam suam fecit prænominatis Canonicis de donatione, quam *Lucia* mater ejus fecit eisdem Canonicis de tribus virgatis terræ & dimidia nocha, & duodecim ...atis in eadem villa, cum omnibus libertatibus & pertinentiis. Concessionem eciam, quam idem *Richardus*, per eandem Cartam suam fecit prædictis Canonicis de acquierando homines eorum de Rochesford, de sequela Hundredi & Comitatus. Donationem, (&c.) quas *Elias* de *Say* fecit prædictis Ecclesiæ & Canonicis, de una marca per annum, scilicet de duodecim solidis & *iij.* denariis de terra *Willielmi* filii *Nicholai* de Blethelee, & *xij.d.* de terra *Hugonis* de *Stuche*. Concessionem (&c.) quas *Robertus* de *Say* per Cartam suam fecit dictis Ecclesiæ & Canonicis de donatione, quam *Helias* de *Say* fecit eis de una marcata redditus in Mordstoke, scilicet de terra *Nicholay de Blecchelega* & hæredum suorum duodecim solidos & quatuor denarios annuatim; & de terra *Hugonis de Stuche*, & hæredum suorum, duodecim denarios annuatim. Necnon. Concessionem, (&c.) quas *Robertus* de *Girros* per Cartam suam fecit prædictis Ecclesiæ & Canonicis, (&c.) de tota terra, quam idem *Robertus* habuit in Barchtune, simul cum hominibus præfatam terram tenentibus cum tota sequela eorum; & cum omnibus pertinentiis suis, ratas habentes & gratas eas, (&c.) Confirmamus, (&c.) In cuius, &c. Teste Rege apud *VVestm. xxvij.* die *Febr.*

Carta Willielmi *le* Zouche *donationes antecessorum suorum, de molendin de* Rochesford, *confirmans.*

Ex Registro de Hagh-mon prædicto.

VNiversis ad quos præsens Scriptum pervenerit, *VVillielmus* le *Souche* filius *Roberti de Mortuomari*, quondam dominus de *Castro Richardi*, salutem. Noverit universitas vestra, me Cartam *Hugonis* de *Say* & *Luciæ* uxoris suæ, filiæ *VValteri* de *Clifford*, filii *Ricardi*, filii *Puncii*, prædecessorum meorum, inspexisse & intellexisse, super donatione molendini de Rochesford Canonicis de Haghman: Et etiam concessionem & confirmationem domini *Hugonis* de *Mortuomari* avi mei, de eodem molendino: Quas quidem donationes ratifico, (&c.) Testes, (&c.) *Thomas Tregoz, Iohannes Hamelyn, Robertus Sturmy, Ricardus de Leighton*, &c.

PRIORATUS

S. Iacobi juxta Northamton.

Carta Regis Henrici *Secundi, donationem* Willielmi Pverell *confirmans.*

HEnricus Rex *Angliæ* & dux *Normanniæ*, & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiscopis, (&c.) salutem. Sciatis me concessisse, & confirmâsse Deo & Ecclesiæ S. *Jacobi* de Northampton, & Canonicis ibidem Deo servientibus, quicquid eis rationabiliter est datum; videlicet quadraginta acras terræ, juxta Northamton, in quibus beati *Jacobi* Apostoli Abbathia fundata est. Et Ecclesiam de *Dunstona*, cum omnibus pertinentiis suis, Et molendinum illud de *Dunstona*, quod est propinquius *Northamptoniæ*, sicut *VVillelmus Peverell* illis dedit, & Cartâ suâ confirmavet. Et præterea do, & concedo, & confirmo eis sexaginta acras de assartis, quas ipsi essartaverunt apud *Hidam*, & Rothelam. Concedo etiam eis omnia illa quæ sibi rationabiliter perquisierunt, & rationabiliter adquirere poterunt. Quare volo, et firmiter præcipio, quod ipsi Canonici omnia prædicta teneant, benè, & in pace, liberè, & quietè, & honorificè, sicut aliquis antecessorum suorum meliùs tenuit, in bosco, & plano; in terris, & pratis, & pascuis; in aquis, & molendinis; in viis, & semitis, in Burgo & extra, cum *Soca*, & *Sacca*, & *Thol*, & *Them* & *Infangenetheof*, & cum omnibus Libertatibus, & liberis consuetudinibus, prædictis terris pertinentibus, Testibus *Thoma* Cancellario, & *Richardo* de *Hummet* Constabulario, & *Manasero Biset* Dapifero, *VVarino* filio *Gerardi* Camerario apud Northampton.

Cart. antiq. T. n. 30 videsis Cart. 18. E. 1. n. 11. Et Cart. 10. E. 3. n 25.

Plac. coram Rege term. Trin. 25. E. 3. rot. 6. North.

PRIORATUS

de Wirkesop *in agro* Notinghamensi.

Wirkesop *Abbatiæ fundata fuit tertio idus* Maii *anno tertio Regis* Henrici *primi.*

Ex Chron. de Wirkesop, inter Collectanea S. Kniveton arm.

VII. ID. *Aprilis* obiit *Gulielmus* de *Lovetot* fundator, & sepultus est ibidem. Et *Ricardus* de *Lovetot* filius ejus sepultus fuit ibidem. Et *Willielmus de Lovetot* filius ipsius *Ricardi* sepultus fuit ibidem. Et *Matildis* filia & hæres ejusdem *Willielmi* nupta *Gerardo* de *Furnivall* per Regem *Ricardum* primum, qui venit è *Normannia.*

Carta W. *de* Lovetot *fundatoris primi istius Monasterii de terris & tenementis, per ipsum tempore fundationis istius Monasterii pie & devotè collatis, ac per filium ejus.*

Ex Registro de Wirkesop penès virum clariss. *Job.* Seldenum. fol. 1. a.

NOtum sit *T.* Archiepiscopo *Eboracensi*, & Archidiacono de Notingham, & omnibus Baronibus, clericis ac laicis, *Francis* & Anglicis totius *Angliæ* & de *Notinghamshira*, quod *W. Lovetot* concessione & consideratione *Emmæ* uxoris suæ & filiorum suorum, concedit & confirmat per breve, suum donum quod fecit Deo & sanctæ Ecclesiæ, & Canonicis sancti *Cuthberti* de Wirkesop in perpetuam elemosinam. Inprimis totam Capellariam totius domus suæ, cum decimis & oblationibus; deinde Ecclesiam de Wirkesop, in qua Canonici sunt, cum terris & decimis & omnibus rebus ad Ecclesiam eandem pertinentibus, & vivarium & molendinum, quod est juxta Ecclesiam de Wirkesop, & pratum quod est juxta molendinum & vivarium: Et præterea omnem decimam denariorum de redditibus suis constitutis, tam in *Normania*, quam in *Anglia*. In campo de Wirkesop unam carucatam terræ ad Inwara, & pratum suum de *Carala*: Et omnes Ecclesias suas de dominio suo de Honore de *Blida*; scilicet Ecclesiam de *Gringelai*, & Ecclesiam de *Mistertona*, & Ecclesiam de *Waleringhama*, & Ecclesiam de Nozmanton, & Ecclesiam de *Colestona*, & Ecclesiam de Wylgelw, & Ecclesiam de Wyshou, & partem suam de Ecclesia de Tyrkswelle, cum omnibus terris, decimis & rebus ad præfatas Ecclesias pertinentibus; Similiter & decimam de paunagio suo, & de melle, & de venatione, & de piscibus, & de volucribus, & de braseo, & de molendinis suis, & de omnibus rebus suis de quibus decima dari solet vel dari debet. Et vult & firmiter concedit, quod prædicti Canonici hæc omnia teneant benè & in pace, liberè & honorificè, cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus cum quibus ipse melius & liberius tenet. Testibus *Egero* sacerdote, *Wulveto* sacerdote, *Iberto* scriptore, *Rogero* de *Lincolnia*, *Edone* dapifero, *Erturo* Præposito, *Wigero* de sancto *Albino*, *Cont.* de *Shefeld*, *Gilberto* de *Gayles*, *Rogero* de *Sayendale.*

Confirmatio Domini Ricardi *de* Lovetot, *filii fundatoris.*

NOtum sit universis sanctæ Ecclesiæ filiis, tam præsentibus, quàm futuris, quod ego *Ricardus* de *Luvetot* concedo & confirmo donum, quod fecit pater meus *Willielmus* de *Luvetot* Deo & Ecclesiæ sancti *Cuthberti* de Wirkesop, & Canonicis ibidem Deo servientibus, Ipsam videlicet Ecclesiam, cum terris & decimis & omnibus rebus ad eam pertinentibus; Et vivarium, & molendinum quod est juxta Ecclesiam de Wirkesop: Et pratum quod est inter molendinum & vivarium: Et unam carucatam terræ ad Inwara, in prædicta villa. Et decimam de denariis & redditibus meis constitutis ejusdem manerii. Et omnes Ecclesias de terra mea de Honore de *Blida*. Ecclesiam videlicet de *Gringaleia*, Ecclesiam de Walringham; Ecclesiam de *Mistertona*, Ecclesiam de Nozmanton; Ecclesiam de Wisshou, & partem meam de Ecclesia de Claverburg & partem meam de Ecclesia de Tyrkswelle, cum omnibus terris, & decimis, & rebus ad easdem Ecclesias pertinentibus; Et similiter omnes decimas de terris, quas possideo in dominio meo de Honore de *Blida*, & decimam de melle, & paunagio, & venatione, & piscibus, & volucribus, & brasio, & molendinis: Et decimam de omnibus denariis meis de redditibus constitutis de prædicto Honore, & de omnibus rebus de quibus decima dari solet, vel dari debet. Et duas bovatas terræ in Perthewit ad Utwara.

In Wirkesop terram, quæ fuit *Wlneti* sacerdotis, & *Hugonis* fratris sui, scilicet inter viam & parcum, & Imperroft, ad virgultum faciendum. Confirmo etiam donum meum proprium quod feci prædictæ Ecclesiæ sancti *Cuthberti* post obitum patris mei; totum videlicet situm villæ de Wirkesop juxta Ecclesiam, sicut per magnum fossatum clauditur usq; ad pratum de *Bersebrigga*. Et extra fossatum sedem molendini, cum mansura una. Et pratum *Buselini* quod est inter virgultum Ecclesiæ, & aquam. Ex alia verò parte aquæ versùs aquilonem, pratum & terram per divisam de Hilton, ab aqua usq; ad viam subtus furcas versùs meridiem, & per cruces quas ego & *Willelmus* filius meus propriis manibus ereximus usq; ad moram, id est muccosam & humidam planiciem. Terram etiam versùs meridiem à capite calceiæ ultra planiciem, sicut per fossatum cingitur usq; ad aquam. In Panton molendinum cum vivario. Et Blaswyk totam.

Confirmo etiam donum matris meæ *Emmæ*, quod dedit concessione meâ Ecclesiæ Sancti *Cuthberti*; Molendinum videlicet de Welum, de

de dominio meo de Gringeley, ad vinum emendum ad opus Missarum; simul cum essarto de *Asalera* ad oblatas faciendas. In Shirakas, molendinum cum mansura una. Et in eadem villa unam bovatam quæ fuit Antuuy filii *Birxi*, cum sua mansura. Et totam terram inter aquam & divisam de Thorp per viam quæ descendit de *Stiveleia*, usq; ad aquam de Holmker, excepto vivario. In Gringeley juxta Ecclesiam à parte orientali mansuram unam, à parte meridiana mansuram unam ad proprias domos Canonicorum, cum quodam spacio ad pomerium faciendum, sicut per fossatum claditur. Et totam gravam sicut per fossatum cingitur. Et extra fossatum unam mansuram ad vineas. Et molendinum de *VValtrera*, cum quadam mansura. In Hayton essarta Sotsuni. In Hampton unam piscariam. In Normanton terram dominii mei cum prato ad eandem pertinente. Et dimidiam mansuram ex parte meridiana Ecclesiæ, & essarta UUlfach, cum prato ad eandem pertinente.

In *Tuxforda* quatuor bovatas. In *Colestuna* Ecclesiam & duas bovatas de dominio meo, cum una mansura. In UUyshon duas bovatas de dominio meo. Præterea confirmo escambium quod feci cum Canonicis pro redditu suo, quem habebant in *VVyrkesopa*; totum videlicet *Rolum* in terra & prato & molendino. Communionem etiam totius villæ de *VVyrkesopa* in bosco & plano, in exitibus & viis & pasturis. Concedo etiam Canonicis ad proprios porcos suos, quot habuerint, pastionem in *Runwoda*; Porcis verò hominum eorum de *VVyrkesopa*, & de Blaswyk, quot habuerint de proprio nutrimento suo, pastionem in eodem nemore liberam & quietam. Et si fortè prædicti homines in hiis modum excesserint, in curia sancti *Cuthberti* judicio stabunt, & juramento se purgabunt. Concedo etiam ut prædicti Canonici duas habeant quadrigas errantes in parcum meum de *VVyrkesopa* ad siccum lignum, quicquid jacens inventum fuerit, excepto viridi & materie

Confirmo etiam terram de Thorp, ex dono *VValteri* de *Haier*, & concessionem *Rogeri* filii ejus, per divisas, sicut Carta prædicti *VValteri* testatur. Hanc itaq; donationem & confirmationem omnium supradictorum feci Ecclesiæ sancti *Cuthberti* de *VVyrkesopa*, & Canonicis ibidem Deo servientibus in perpetuam elemosinam, annuente filio meo *VVillelmo*, mecumq; præsentem Cartam super Altare offerente, pro animabus patris & matris meæ, pro meipso & eodem *VVillelmo* filio meo; necnon & pro cunctis meis parentibus, tam vivis quàm defunctis. Testibus, *Roberto* de *Meisnil*, *Roberto* filio suo, *Leonio* de *Maleverer*, & *Michaele* filio suo. *Henrico* de *Luvetot*; *Roberto* de *Sumervill*, & *Roberto* filio suo, *Radulfo* de *Luvetot*, *Jordano* de *Revenell*, & *Thoma* filio suo, *Radulfo* de *Torteſmains*, *Fulcone* de *Traitona*; *Odone* de *Eſtona*, & *Matheo* filio suo, *Nigello* filio *Godardi*.

Concessio & confirmatio Ricardi *filii* Nigelli *de* Lovetot.

OMnibus filiis sanctæ Ecclesiæ ad quos præsens Carta pervenerit, *Ricardus* de *Lovetot* filius *Nigelli* de *Luvetot*, salutem. Notum sit vobis me voluntate & consensu fratrum meorum, scilicet *Rogeri* de *Luvetot* & *Nigelli*, & *Roberti* & *Willielmi* de *Luvetot* concessisse & hac Cartâ meâ confirmâsse Deo & sanctæ *Mariæ* & sancto *Cuthberto*, & Canonicis de Radeford, donationes quas mei antecessores fecerunt Deo & prædictis Canonicis, sicut Cartæ illorum protestantur, scilicet donationem *Willielmi* de *Luvetot* avi mei, & donationem *Nigelli* de *Luvetot* patris mei, & donationem *Ricardi* de *Luvetot* avunculi mei, & donationem *Willielmi* de *Luvetot* filii sui, cognati mei. Hanc itaq; concessionem feci pro salute animæ meæ, & pro anima patris mei & pro animabus antecessorum meorum. Hiis testibus *Roberto* de *Meinil*, *Philippo* Monacho, *Henrico* de *Luvetot*; *Rogero Gernun*; *Roberto* filio *Pagani*; *Roberto* de *Luvet*, *Thoma* Capellano, *Henrico* Clerico Camerario, *Reynero* dispensatore, & multis alus. Ib. fol. 3. a.

Confirmatio Matildis *de* Lovetot *filii & hæredis* W. *de* Lovetot.

OMnibus Christi fidelibus hanc Cartam visuris vel audituris, *Matildis* de *Lovetot*, filia & hæres *Willielmi* de *Lovetot* salutem. Noveritis me in libera potestate & viduitate mea concessisse, & hac presenti cartâ meâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* & Sancti *Cuthberti* de Radeford, & Canonicis ibidem Deo servientibus in liberam & puram & perpetuam elemosinam, omnes donationes tam in terris, & Ecclesiis, quàm in omnibus rebus aliis, quas *Willielmus* de *Luvetot* quondam pater meus, & *Ricardus* de *Luvetot* avus meus eis fecerunt; scilicet, ipsam Ecclesiam de *Wyrkesop*, cum terris, & decimis, et omnibus rebus ad eam pertinentibus; Et vivarium & molendinum quod est juxta Ecclesiam de Wyrkesop, & pratum quod est inter molendinum & vivarium. Et unam carucatam terræ in prædicta villa, & decimam de denariis & redditibus meis constitutis e jusdem manerii. Et omnes Ecclesias de terra mea, & de honore de *Blida*; Ecclesiam videlicet de *Gringeleia*; Ecclesiam de Walcringham; Ecclesiam de Misterton; Ecclesiam de Normanton, & partem meam de Ecclesia de Tyreswell, cum omnibus terris & decimis & rebus ad easdem pertinentibus. Et similiter omnes decimas de terris quas possideo in dominio meo: Et decimam de melle & pannagio, & venatione, & piscibus, & volucribus, & bratio, & molendinis, & de omnibus denariis meis, & de redditibus constitutis, quos habeo vel Deo disponente habitura sim citra mare vel ultra; & de omnibus rebus de quibus decima dari solet vel dari debet. Et totam villam de Yerthwik, cum pertinentiis Ibid.

nentiis. In *Wyrkesopa* terram quæ fuit *VViveti* sacerdotis, & *VVillelmi* fratris sui, scilicet viam & parcum & **Impecroft** ad virgultum faciendum. Et præterea ex dono avi mei *Ricardi* de *Luvetot* totum situm villæ de *VVyrkesopa* juxta Ecclesiam, sicut per magnum fossatum clauditur usque ad pratum de **Berlebrigg**; Et extra fossatum sedem molendini cum mansura una. Et pratum *Buselmi*, quod est inter virgultum Ecclesiæ & aquam. Ex alia verò parte aquæ versùs aquilonem pratum & terram per divisam de **Brilton**, ab aqua usque ad viam subtus furcas versùs meridiem, & per cruces quas *VVillielmus* de *Luvetot* pater meus, & *Ricardus* de *Luvetot* avus meus propriis manibus erexerunt, usque ad moram, id est mucciosam & humidam planiciem. Terram etiam versùs meridiem à capite calceiæ ultra planiciem, sicut per fossatum cingitur, usque ad aquam. In **Manton** molendinum cum vivario. Et totam villam de **Blaisuit** cum pertinentiis. Confirmo etiam domum *Emmæ*, quod dedit ex concessione filii sui *Ricardi* de *Luvetot* avi mei Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* & Sancti *Cuthberti* de *Wyrkesopa*; Molendinum videlicet de **Bolum**, cum pertinentiis de dominio meo de **Cringe**. **leve**, ad vinum emendum ad opus Missarum simul cum esserto de *Aselera*, ad oblatas faciendas. In **Shiratas** molendinum cum pertinentiis, & cum mansura una; Et in eadem villa unam bovatam terræ quæ fuit *Aurwy* filii *Brixi* cum suis pertinentiis. Et totam terram inter aquam & divisam de **Thorp** per viam quæ descendit de **Stivecleia** usque ad aquam de **Polmker**.

In **Cringley** juxta Ecclesiam à parte orientali, mansuram unam, à parte meridiana, mansuram unam ad proprias domos Canonicorum, cum quodam spacio ad pomerium faciendum, sicut per fossatum clauditur. Et totam Gravam sicut cingitur per fossatum; & extra fossatum mansuram unam acræ unius, & tres bovatas terræ in **Walcringham**, cum pertinentiis, quas *Nicholaus* Ingeniator dedit eis, quas pater meus *Willielmus* de *Luvetot* eisdem confirmavit. Et molendinum de *Waltreia*, cum pertinentiis & cum quadam mansura. In **Hayton** essarta *Sorsini*. In **Kampton** unam piscariam. In **Normanton** terram dominii mei cum prato ad eandem terram pertinente, & dimidiam mansuram à parte meridiana Ecclesiæ, & essarta *Wisac*, cum prato ad eandem pertinente. In **Murford** quatuor bovatas terræ cum pertinentiis. In **Colston** Ecclesiam & duas bovatas terræ de dominio meo, cum mansura una. Præterea ex dono *Ricardi* de *Luvetot* avi mei confirmo totum **Bolum** in terra & prato & molendino. Communionem etiam totius villæ de *Wyrkesopa* in bosco, in plano, in exitibus, in viis & semitis, & pasturis. Et pastionem in **Kuinwode** ad proprios porcos suos quot habuerint: Porcis verò hominum eorum de *Wyrkesopa* & **Blasuite** quot habuerint de proprio nutrimento, pastionem in eodem nemore liberam & quietam. Et si fortè prædicti homines modum in hiis excesserint, in Curia sancti *Cuth.* judicio stabunt, & juramèto se purgabunt.

Concedo etiam ut prædicti Canonici duas habeant carectas errantes in parcum meum de *Wyrkesopa* ad siccum boscum capiendum per liberationem forestariorum meorum. Confirmo eciam terram de **Thorp** ex dono *Walteri* de *Haier*, & concessione *Rogeri* filii sui, per divisas, sicut Carta prædicti *Walteri* testatur. Præterea concedo & confirmo Deo & Ecclesiæ sanctæ *Mariæ* & sancti *Cuthberti* de *Wyrkesopa* illam portionem in Ecclesia de **Shefeld**, quam *Radulfus* & *Willielmus* sacerdotes in illa Ecclesia personaliter habuerint ex concessione & præsentatione antecessorum meorum; videlicet de omnibus decimis terciam partem plenariè in omnibus, cum terris ad eandem Ecclesiam pertinentibus, & oblationibus & obventionibus Altaris, sicut præfati sacerdotes eas unquam melius habuerunt. Concedo eciam & confirmo supradictæ Ecclesiæ de *Wyrkesopa* molendinum de **Polmker** cum vivario. Et ex dono aviæ meæ *Cecil.æ* concedo & confirmo prædictæ Ecclesiæ de *Wyrkesopa* Ecclesiam de *Aynesleia*, cum terris & decimis & omnibus pertinentiis suis.

Præterea concedo & confirmo eisdem Canonicis omnes donationes quas *Gerardus* de *Furnival* quondam vir meus eis fecit; scilicet in **Shirakes** duas bovatas terræ, cum omnibus pertinentiis suis, quas *Johannes* & *Rogerus Blundus* quondam tenuerunt; & pratum quod jacet inter hayam *Rogeri Blundi* & aquam. Et in molendino meo de *VVyrkesopa* quatuor marcas annuatim percipiendas à quocumque prædictum molendinum tenuerit; scilicet ad emendationem luminarii de cera in jam dicta Ecclesia in perpetuum; & pasturam in parco meo de **Wyrkesop** quadraginta averiis possidendam imperpetuum à clauso *Paschæ* singulis annis usque ad festum sancti *Michaelis* in eodem anno. Et escambium factum cum hominibus meis de prato suo juxta **Berlebrigg** possidendum imperpetuum, sicut per fossatum clauditur. Et totam terram de **Wyrkesop** quæ fuit *Henrici* de *Luvetot*, cum pertinentiis suis in perpetuo possidendam ad luminarium ceræ inveniendum ad Missam beatæ *Mariæ* virginis, quæ singulis annis fit in eadem Ecclesia. Et similiter totam terram quæ fuit *Arnaldi Stulti* in eadem villa.

Et præterea in villa de **Walcringham** duo tofta quæ *VVillielmus* filius *Ketelberi* & *Robertus* filius *VVistan* quondam tenuerunt: & præterea unam bovatam terræ cum pertinentiis suis sub **Bolaketknol** in campo de **Stanington**. Et pasturam quadraginta vaccis cum earum sequela trium annorum in foresta mea de **Kneling** perpetuò possidendam. Hanc autem concessionem & confirmationem feci Deo & jam dictis Canonicis pro Salute animæ meæ & animæ *Gerardi* de *Furnival* quondam mariti mei, & omnium antecessorum & successorum meorum. Præterea concedo & confirmo eisdē Canonicis omnia dona quæ *Rob.* de *Sumervil* quondam miles meus eis fecit de feodo meo, ut habeant & teneant liberè & quietè absque omni exactione mei & meorum imperpetuum, sicuti Cartæ testantur quas inde habent de predicto *Rober-*

to.

to. Hiis Testibus. *Ada* de *Novo Mercato*; *Willielmo Cressy*; *Radulfo* de *Ecclesiale*; *Radulfo Salvain*, *Hugone* de *Capella*. *Waltero* de *Haier*; *Rogero* de *Mareschal*; *Roberto* Clericó de *Blida*. *Ricardo* Clerico. Magistris *Johanne* Camerario, *Rogero* de *Weston*, *Rogero* Braciatore, & multis aliis.

Quieta clamatio domine Matildis de *Lovetot*, de Secta Curiæ.

Ibid. fo. 4a. OMnibus Christi fidelibus hanc Cartam visuris vel audituris, *Matildis* de *Luvetot*, quondam uxor *Gerardi* de *Furnival'*, salutem: Noverit universitas vestra me in ligia potestate & viduitate mea pro salute animæ meæ antecessorum & successorum meorum quietum clamâsse de me & hæredibus meis in perpetuum, Priori de Wyrkesop & Canonicis ibidem Deo servientibus, omnimodam sectam Curiæ mihi & hæredibus meis pertinentem; Ita quod nec ego nec aliquis hæredum meorum aliquam sectam Curiæ de cætero ab eisdem exigere possimus; in cujus rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, Dominis *Willielmo* de *Furnivall*, *Roberto* de *Monteny*, *Hugone* de *Capella*, *Nicholao* de *Tyvill* militibus. *Ivone* de *Eton*, tunc temporis Constabulario de Tykehill; *Nicholao* de *Ordeshall*; *Willielmo* de *Venella*; *Willielmo* de *Gayteford*; *Hugone* Dispensatore, & aliis.

Confirmatio Alexandri *Papæ super Cartis Fundatorum.*

Ib. fol. 15a. ALexander *Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis* Willielmo *Priori Ecclesiæ sancti* Cuthberti *de* Radeford, *ejusq; fratribus, tam præsentibus quàm futuris regularem vitam professis imperpetuum. Effectum justa postulantibus indulgere, & vigor æquitatis & ordo exigit rationis; præsertim quando pretentum voluntatem, & pietas adjuvat, & veritas non relinquit. Ea propter dilecti in domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus; & prafatum Ecclesiam in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati* Petri *& nostra protectione susscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo Canonicus, qui secundùm Dei timorem & beati* Augustini *regulam noscitur instituisse, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones, quæcumque bona eadem Ecclesia impræsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largicione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo propicio poterit adipisci, firma vobis vestrisq; successoribus & illibata permaneant: In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Ex dono* Willielmi *de* Luvetot *fundatoris ipsius Ecclesiæ & hæredum ejus locum ipsum in quo eadem Ecclesia sita est, cum terris, decimis & omnibus earum pertinentiis. Ecclesiam de* Walcringham; *Ecclesiam de* Gringeleia, *Ecclesiam de* Normanton, *Ecclesiam de* Ulleston; *Ecclesiam de* Coleston, *Ecclesiam de* Ullesley: *quicquid habetis in Ecclesiis de* Misserton, *& de* Claverburt, *& de* Derlewell, *cum pertinentiis earum.*

Preterea decimas omnes de terris ejusdem Willelmi. *de Honore de* Blida *de omnibus rebus ex quibus decima dari solet & dari debet. In* Herdelwe *duas bovatas terræ. In* Caleston *duas bovatas terræ cum mansura una de dominio ejusdem* Will. *In* Turlond *quatuor bovatas. In* Ullesthon *quatuor bovatas terræ, cum una mansura, & totam terram ipsius* Willielmi *de* Herteby & Slaslute, *præter unam bovatam terræ. In* Hayton *novalia* Sotsmi: *In* Normanton *dominium sæpefati* Willielmi, *cum prato. Novalia* Wlfac. *Et* Bolum *cum molendinis & novalia de* Thorp. *In* Schirakis *unam bovatam terræ, cum mansura una, & totam terram ex parte rivuli, versus meridiem in eadem villa. Novalia de* Apelia, *& Gravam; sicut per fossatum clauditur. Molendinum de* Manton *cum vivario: molendinum de* Schirakis. *In* Kampton *unam piscariam, & totum situm villæ de* Radeford, *sicut per fossatum clauditur. Ex dono* Gilberti *de* Penil *terram de* Hirst, *cum molendino, Et dimidiam bovatam terræ, in* Welh. *Ex dono Roberti de* Stivelleia *sex bovatas terræ in* Newhall. *Ex dono* Rad. Briton *locum* "Felleye *cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono* Aviciæ *filiæ* Wil. *de* Taneya *tres bovatas terræ in* Hermodestone, *ex dono* Ceciliæ *uxoris* Richardi *de* Luvetot *quicquid habetis in territorio Ecclesiæ de* Dinisleya. *Libertates quoq; & immunitates à Regibus sive Principibus pia vobis devotione concessas nichilominus præsentis scripti pagina confirmamus.*

" Cella ad hunc spectans Preoratum.

Sanè novalium vestrorum, qua propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus à vobis decimas præsumat exigere; in parochialibus autem Ecclesiis, quas tenetis, liceat vobis de fratribus vestris sacerdotes eligere & Episcopo præsentare, qui de plebis quidem curâ eidem Episcopo, de rebus vero temporalibus ad ipsum Ecclesiam pertinentibus vobis debeant respondere. Statuimus preterea, ut nulli ecclesiastica seculariſve persone in prefatâ Ecclesia liceat injustas exactiones vel indebitas excercere, aut sacerdotibus in eis Ecclesiis commorantibus indebite gravamina irrogare. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat. Salva tamen Canonica justicia Matricis Ecclesiæ & parochialium Ecclesiarum de quibus mortuorum corpora assumuntur. Porro cum communi interdictum terræ fuerit, liceat vobis clausis januis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis tintinnabulis, suppressâ voce divina officia celebrare. Obeunte verò te nunc ejusdem loci Priore vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis hastucia vel violencia præponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundùm dei timorem & beati Augustini *regulam providerint eligendum.*

Decernimus ergo ut nulli hominum omnino liceat prædictam Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate & diœcesani episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi præsumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen. *Data* Anagniæ *per manum* Hemanni *sanctæ Romanæ Ecclesiæ subdiaconi & notarii*, xi *kal.* Februarij, *Indictione* viij. *Incarnationis dominicæ Anno* M Clxj. *Pontificatus vero domini* Alexandri *Papæ* tertii *anno secundo.*

Carta Regis Edwardi *secundi, donatorum concessiones recitans & confirmans.* Edwardus, (&c.) *Inspeximus* (&c.)

Cart. 9. E. 2. m. 10. n 33. per. Inspex. Pat. 9. E. 2. p. 2. m. 36.

HEnricus Rex *Angliæ*, & dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiscopis, (&c.) Salutem. Sciatis me concessisse & confirmâsse Deo & Ecclesiæ Sancti *Cuthberti* de Radeford, & Canonicis ibidem Deo servientibus donationem quam fecit *Willelmus* de Luvetot, & *Richardus* filius ejus; videlicet Ecclesiam de Radeford, cum terris & decimis, & omnibus rebus ad eam pertinentibus, & vivarium, & molendinum quod est juxta Ecclesiam, & pratum quod est inter molendinum & vivarium, & decimam de denariis & redditibus suis constituris de eodem manerio de Radeford; & unam carucatam terræ ad Inwara, & omnes Ecclesias suas de tota terra sua de honore de *Blida*; videlicet Eccl. de *Gringelesia* & Ecclesiam de Walraingham, & Ecclesiam de Misserton; & partem suam de Ecclesia de Claverburgh; & partem suam de Ecclesia de Pirelwell; & Ecclesiam de Normanton; Et Ecclesiam de Wishow, & Ecclesiam de Wyllegby, cum omnibus pertinentiis suis; & decimas de terris suis quas tenet in dominico suo de honore de *Blida*, & decimam de melle, & de pasnagio suo, & de venatione sua, & de piscibus suis, & de volucribus, & de brasio, & molendinis, & de omnibus denariis & redditibus suis constituris de prædicto Honore, & de omnibus rebus suis de quibus decima dari solet, & dari debet.

Et duas bovatas terræ in Herdewic, & Inwara: Et terram quæ fuit *Wineti* sacerdotis, & Hugonis fratris sui infra villam ipsam de Radeford, scilicet inter viam & parcum & Imperros; Et Ecclesiam de Colston, cum duabus bovatis terræ, & una mansura de dominio suo, quatuor bovatas terræ in Turford, & duas bovatas terræ in Wishow, & molendinum de Pantone cum vivaria, & tres solidos de redditu molendinorum ejusdem manerii de Radeford ad luminare Ecclesiæ, & pratum *Buselmi*, quod est inter virgultum Ecclesiæ & aquam & communem pasturam ejusdem villæ de Radeford; ac unam piscariam apud Rampton, & terram suam de Hertheby, & totam Glaswick, præter unam bovatam terræ, & essarta *Sotsmi* in Hayton, & molendinum de Bolum cum essartis de *Aseleya*, & totam gravam sicut per fossam clauditur; scilicet centum acras essarto cum una mansura vnius acræ extra fossam; & terram de dominio suo Normanton cum prato eidem adjacenti, & essarta *Wisac* cum dimidia mansura in Normanton, & quinquaginta solidatas terræ in *Rolum*, quas *Richardus* de *Luvetot* eis dedit in escambio, pro reditu suo de Radeford. Et molendinum de Sarakes, cum quadam mansura, & totum situm villæ de Radeford, sicut per magnum fossatum clauditur, & per fossatum quod dividit villam à prato de Berlebrigga; & essarto de Thorp & & unam mansuram in *Gringeleya* juxta Ecclesiam; & apud Sarakes unam bovatam terræ cum mansura in eadem villa, & terram inter aquam & rivulum versùs meridiem, & viam quæ ducit ad Holmker à vado quod est juxta domum figuli, & viginti & duas acras ultra prædictum rivulum à meridie inter viam de Holmker, & terminum de Thorp & Colmancrofts.

Ex dono *Gilberti* de *Menill* terram de Hirst, cum molendino, & dimidiam bovatam terræ in Bell. Ex dono *Roberti de Stiveleya* sex bovatas terræ in *Nevehalla*. Ex dono *Radulphi Britonis* locum de *Felleya* * cum pertinentiis suis Ex dono *Aliciæ Filiæ Wil.* de *Taneya* tres bovatas terræ in Hermodeston. Ex dono *Nigelli* de Luvetot duas bovatas terræ in Wyshow. Præterea concedo eis & confirmo quicquid eis rationabiliter datum est vel dabitur. Et volo & firmiter præcipio, quod Ecclesia Sancti *Cuthberti*, & Canonici prædicti, habeant & teneant omnia hæc prædicta cum omnibus pertinentis suis, & cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus, & quietanciis suis, in bosco, in plano, in pratis, & pascuis, in viis & semitis, in aquis & molendinis, in vivariis & piscariis, infra Burgum & extra, & in omnibus locis, & in omnibus rebus, ita benè & in pace, & liberè & quietè & honorificè, sicut Carta regis *Henrici* avi mei & Cartæ donatorum suorum testantur. Teste *Rogero* Archiepiscopo *Eboracensi*, & *Roberto Lincolniensi* Episcopo; & *Roberto* comite *Legrecestriæ*, & *Richardo de Luci*, & *Henrico filio Gerardi*, Camerario, apud Nothingham.

* Cella spectans ad hoc cœnobium.

Cartæ

Carta ejusdem Regis Henrici *pro immunitate Tolneti, &c.*

HEnricus Rex *Angl'æ*, Dux *Norm.* & *Aquit.* & comes *Andeg*, Justiciariis, Vicecomitibus, & omnibus ministris & fidelibus suis totius *Angliæ*, & nominatim portuum maris, Salutem. Concedo & firmiter præcipio, quod Canonici Ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de Radeford, & omnes homines eorum, & omnes res eorum, quas homines sui poterunt affidare suas esse proprias, sint quieti de Tolneto & passagio, & pontagio, & omni consuetudine vbiq; per totam terram meam *Angliæ*. Quare prohibeo ne quis eos super hoc inde injustè disturbet, nec aliquam injuriam vel contumeliam eis faciat super decem librarum forisfacturam. Teste *Gaufrido* Archidiacono *Cantuarensi* apud *Castellum* del *Pech*.

Nos autem donationes, concessiones & confirmationes prædictas; necnon donationem, concessionem, & confirmationem; quas *Ricardus* de *Luvetot* fecit eisdem Priori & Canonicis de tota Blaswick, & de una mansura in Gyngel juxta Ecclesiam à parte orientali, & de una mansura à parte meridiana, cum quodam spatio ad pomerium, sicut per fossatum clauditur. Et de tota Bolum, in terra, prato & molendino; & de communione totius villæ de Wyrcheſop, in bosco & plano, & viis, & passuris; & de libera & quieta pastone ad proprios porcos suos, quot habuerint in *Runwood*; & ad porcos hominum eorundem de Wyrcheſop, & de Blaswik, quot habuerint de proprio nutrimento suo in eodem nemore: & de duabus quadragis errantibus in parcum suum de Wlyrcheſop ad siccum lignum quicquid jacens inventum fuerit, extepto viridi & materie, in perpetuam elemosinam. Donationem etiam & concessionem quas *Willielmus* de *Luvetot* fecit præfatis Canonicis de molendino & vivario, & dimidia alneti de Holmker; & de illa portione in Ecclesia de Scheffeld, quam *Radulphus* & *Willielmus* Sacerdotes in illa habuerunt; videlicet de omnibus decimis plenariè tertiam partem in omnibus, cum terris ad eandem Ecclesiam pertinentibus, & oblationibus, & obventionibus altaris, sicuti præfati sacerdotes eas unquam melius habuerunt; Et de Ecclesia de *Dunsleya* cum terris & decimis, & omnibus pertinentiis suis, & de omni decima denariorum de omnibus redditibus suis, quos habuit vel habiturus fuisset citra mare vel ultra; Et de tribus bovatis terræ cum pertinentiis in Walcrengham, quæ fuerunt *Rogeri Franci* in liberam & perpetuam elemosinam.

Donationem etiam quam *Rogerus* de *Luvetot* filius *Nigelli* de *Luvetot* fecit præfatis Cononicis de unâ bovatâ terræ in Wlisou. Donationem etiam & confirmationem, quas *Ricardus* de *Luvetot* filius *Nigelli* de *Luvetot* fecit eisdem Canonicis de decem acris terræ, & uno messuagio cum crofto in Wlisou in puram & perpetuam elemosinam; In super & confirmationem, quas *Walterus* filius *Richardi* clerici de Wlisow, fecit eisdem Canonicis de duabus acris terræ in Wlisou juxta molendinum, in puram & perpetuam elemosinam. Donationem etiam & confirmationem, quas *Willielmus* filius decani de Thorp fecit eisdem Canonicis de duobus selionibus in territorio de Thorpe in puram & perpetuam elemosinam. Donationem etiam, & concessionem & confirmationem, quas *Girardus* de *Furnivall* fecit præfatis Canonicis de quatuor marcis annuatim percipiendis, de molendino suo de Wlirkesop, in puram & perpetuam elemosinam, & de pastura quadraginta averiis in parco de Wlyrkesop, à clauso *Paschæ* singulis annis, usq; ad Festum S. *Michaelis*. Et de duabus bovatis terræ cum pertinentiis in Strakes, & de illo prato quod jacet inter hæiam *Rogeri Blundi* & aquam, in puram & perpetuam elemosinam. Et de duobus toftis in Walcringham in liberam & perpetuam elemosinam; & de tofto in villa de Wlirkesop cum pertinentiis, quod *Henricus* de *Luvetot* dedit eisdem in elemosinam, & de una bovata terræ cum pertinentiis in Blacknoll in campo de Stanygton, & de pastura quadraginta vaccis, cum earum sequacia trium annorum in Ritelng imperpetuum possidenda.

Donationes insuper, concessiones, & confirmationes, quas *Robertus* de *Somervill* fecit prædictis Canonicis de annuo reditu trium marcarum in molendino de Wlyrkesop in puram & perpetuam elemosinam. Concessionem etiam, donationem & confirmationem; quas *Gerardus* de *Furnivall* fecit eisdem Canonicis de Capella de Bradefeld cum pertinentiis in puram & perpetuam elemosinam. Donationem etiam, concessionem, & confirmationem, quas *Thomas* de *Furnivall* fecit eisdem Canonicis de quinque marcis annuatim percipiendis de molendino de Wrkesbert & de alneto quod vocatur Walfarregrave; & de illo alneto cum essarto quod vocatur Westesfoath; & de pastura ad ducentas oves apud Hnoll, cum communia de Stanigton, cum pertinentiis, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam. Concessionem etiam, donationem, & confirmationem, quas *Matilda* de *Luvetot* quondam uxor *Gerard.* de *Furnivall* fecit eisdem Canonicis de toto illo bosco in parochia de Wlyrkesop, qui vocatur Staddeburgchaved, cum pertinentiis, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, & de una marca redditus percipienda annuatim de molendino de Wlyrkesop; & de totâ terrâ suâ quam habuit in territorio de Wlellum, cum dominicis, homagiis, serviciis, hominibus & eorum sequelis; & cum omnibus aliis pertinentiis suis; & de molendino suo adventum in Gyngelave, cum omnimoda secta molendini totius villatæ de Gyngelave, in liberam, puram & perpetuam elemosinam.

Donationem etiam, concessionem, & confirmationem, quas *Robertus* nuncius de Gyngeave fecit eisdem Canonicis de una perticata terræ & dimidia in territorio de Gyngeleye, scilicet ad Pidelkenel, in liberam & puram

ram elemosinam. Donationem insuper, concessionem & confirmationem, quas *Gerardus* filius & hæres *Thoma* de *Furnivall* fecit eisdem Canonicis de tertia parte molendini de Bradefeld cum sectis hominum suorum de soka de Bradefeld; ac de ipso molendino & stagno ejusdem per eundem *Gerardum* & hæredes suos propriis sumptibus & laboribus hominum suorum in omnibus in perpetuum sustinendis & reparandis, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam. Donaitonem etiam, concessionem, & confirmationem, quas *Willielmus* de *Furnivall* fecit eisdem Canonicis de *Ada* fratre suo, & *Ada Belamy* de Dayton, nativis suis, cum tota sequela sua, & omnibus catallis suis de omnibus terris cum pertinentiis, quas de ipso tenuerunt in villa de *Haiton*, in liberam & perpetuam elemosinam. Donationem etiam & confirmationem, quas *Thomas* de Thurntwæll filius *Thoma* de *Furnivall* fecit præfatis Canonicis, de annuo redditu sex marcarum in molendino de *Bradefield*, in puram & perpetuam elemosinam; & de communia pasturæ in frisis & dominicis suis in Wirkesop ex parte boreali, in liberam puram et perpetuam elemosinam, cum libero & pacifico exitu & ingressu omni tempore anni, (&c.)

Donationem etiam & confirmationem quas *Galfridus* de *Malquinei* fecit præfatis Canonicis de Ecclesia Sanctæ *Elena* de *Burtona*, cum pertinentiis, & de tribus partibus unius bovatæ terræ in Burton, cum communione ejusdem villæ in bosco & plano, in pratis & pasturis. Et de medietate terræ quam *Willielmus Kanterell* tenuit de ipso in eadem villa, cum communione prædicta, & de una bovata terræ & dimidia in eadem villa in puram & perpetuam elemosinam. Donationem etiam, concessionem, & confirmationem, quas *Richardus* de *Rutyngdon*, filius & hæres *Willielmi* de *Rutyngdon*, fecit præfatis Canonicis, de una bovata terræ & dimida, & tertiâ parte tertiæ partis unius bovatæ terræ in Burtone, cum pertinentiis, cum toftis ad dictas terras pertinentibus, cum domibus & omnibus ædificiis, & cum hominibus dictas terras tenentibus, cum eorum sequelis & catallis suis, & de uno tofto cum domibus & pertinentiis suis in Burtone super *Trentam*, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, (&c.)

Confirmationem etiam quam *Robertus* filius *Willielmi* fecit eisdem Canonicis, de dono quod *Willielmus* pater suus, & *Robertus* avus suus fecerunt ejsdem Canonicis de Ecclesia de Osberton, cum pertinentiis in puram & perpetuam elemosinam. Concessionem etiam & donationem quas *Robertus* filius *Ranulfi* fecit eisdem Canonicis de Ecclesia de *Osbertona* cum pertinentiis, in puram & liberam, & perpetuam elemosinam. Donationem etiam, concessionem, & confirmationem, quas *Rogerus* de *Norton* scissor, fecit præfatis Canonicis de tota terra sua cum pertinentiis in *Osbertona*, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, (&c.)

Concessionem etiam, donationem & confirmationem, quas *Radulphus* de *Wilgefic*, & *Beatrix* vxor ejus fecerunt præfatis Canonicis, de una bovata terræ in Wirresie, in puram & perpetuam elemosinam. Concessionem etiam, donationem & confirmationem, quas *Rogerus* filius *Richardi* de *Wiberlesleia* fecit præfatis Canonicis de dominio Ecclesiæ de *Wiberleia*; & de toto jure quod in ea habuit, cum pertinentiis, in puram & perpetuam elemosinam, (&c.)

Concessionem etiam, donationem & confirmationem quas *Robertus* de *Severvilla* fecit præfatis Canonicis de loco suo de *Gives*, & de tota terra sua, ab Hostesikedale, usque ad Iverstalne, & de duodecim acris terræ inter Schasteberks & Iverstalne; & de duodecim acris terræ ad Rogemond, & de quatuor acris terræ ad Holbech; & de toto bosco suo de Aykelund; & de totâ terrâ suâ de Waterfall, usq ad Helmelowe, cum comunia de *Oxtona* in omnibus salvis parcis suis cum pertinentiis in puram & perpetuam elemosinam, (&c.)

Donationem etiam, concessionem, & confirmationem quas *Robertus de Mennill* filius *Gilberti* del *Mennill* & *Robertus* filius ejus fecerunt præfatis Canonicis de Ecclesia omnium sanctorum de *Cluna*, & de toto jure suo, quod in eadem Ecclesia habuerunt, in puram, liberam & perpetuam elemosinam, (&c.) ratas habentes & gratas, (&c.) confirmamus, (&c.) Dat: per manum nostram apud *Lincoln*, decimo quatto die *Februarii*, Anno Regni nostri nono.

PRIORATUS

De Felley in agro Notinghamiensi.

Radulphus de *Annesleia*, & filius suus *Reinoldus* An. Domini *MCLII.* secundo anno imperii Regis *Henrici* secundi, concessit Ecclesiæ beati *Cuberti* de Radeford, Ecclesiam de Felley. Ex Registro de Wirkesop, penès v.cl. *Joh. Seldenum* an. 1654. fol. 100. lb. fol. 114.

Alexander Papa (tertius) per Bullam suam datam *XI.* kal. *Febr.* Anno Domini *MCLXI.* inter alia, confirmavit Ecclesiæ S. *Mariæ* de Wirkesop, ex dono *Radulphi Britonis*, locum de Felley, cum omnibus pertinentiis suis.

De

De Appropriatione Ecclesiæ de Adingburgh *Prioratui prædicto, ut crescat numerus Canonicorum in eodem.*

Ex Registro Cartarum Eccl. Cath. S. Petri Ebor. [vulg. nuncupato the *White Book*] f. 15.

NOverint *universi per præsentes, quod nos Capitulum Ecclesiæ beati* Petri Ebor. *Decano in remotis agente, vidimus & inspeximus literas venerabilis in Christo patris, ac domini* Willielmi *Dei gratia* Ebor. *Archiepiscopi*, Angliæ *primatis, sedis Apostolicæ legati, tenorem qui subscribitur a verbo ad verbum, per omnia continentes. Willielmus* permissione divinâ *Ebor.* Archiepiscopus, *Anglia* primas, sedis Apostolicæ Legatus, dilectis filiis Priori & Canonicis Monasterii de **Felley**, ordinis S. *Augustini*, nostræ Diocesis, salutem, gratiam & benedictionem. Christi pauperum inopiæ & præcipuè divino cultui jugiter insistentium beneficio subsidii consulatur, & numerus Deo devotè famulantium copiosiùs augmentetur, ut eo meliùs & liberiùs conditori omnium valeant famulari, cujus obsequiis sunt ascripti, devotorum fidelium excitentur, ac illi amplioris gratiæ meritò attollantur, in quibus uberioris devotionis studia contemplamur curam & sollicitudinem nos exhibere, divina pietas nos amovet & inducit. Sane vestra nuper nobis exhibita petitio continebat; quod cum possessiones, redditus, & proventus, quos devoti Christi fideles, pro sustentatione vestra vobis antiquitùs contulerunt, qui secundùm taxam decimæ nunc currentis, undecim librarum & viginti denariorum sterlingorum valorem annuum non excedunt, adeo tenues sunt & exiles, propter terrarum & prædiorum vestrorum sterilitatem manifestam, Tenentium vestrorum depauperationem & inopiam, graviumq; sumptuum circa ædificiorum vestrorum in dicto monasterio vetustate dirutorum reparationem & constructionem sumptuosas; Quod ex his & aliis causis necessariis, & inevitabilibus depressi estis gravi sarcina debitorum; in tantum, quod possessiones & proventus vestri hujusmodi, ad congruam vitæ vestræ sustentationem non sufficiant in præsenti; nec futuris temporibus vestra attenta necessitate urgente, possibiliter æræ exui poteritis alieno; nec incumbentia vobis onera quo modolibet supportare, nisi indigentiæ vestræ succurratur uberiùs ex adverso.

Ex causis hujuscemodi Ecclesiam parochialem de **Adingburgh**, nostræ Diocesis, cujus estis, ut asseritis, veri Patroni, cum suis juribus & pertinentibus universis. Vobis & dicto monasterio vestro in supportatione omnium prædictorum, divini cultus, & numeri Canonicorum augmentum, Canonicè appropriare paternæ compassionis spiritu curaremus.

Cum itaque religionis honestas, sub qua dilecti filii devotum impenditis domino famulatum, promereri noscatur, ut justis petitionibus vestris benignum impertientes assensum, illam vobis gratam faciamus quæ Deo & hominibus laude digna, ac domui vestræ prædictæ & vobis fore conspicitur opportuna. Nos demùm vestrâ quotidiana devicti instantiâ, divinæ pietati gratam & acceptam fore provisionem nostram, vobis & vestris necessitatibus succurrere attendentes super causis pro Appropriatione hujusmodi facienda, prætensis & veritate earundem, licet notè & manifestè exiterant, inquiri fecimus diligenter, vocatis in hac parte omnibus quorum interest, ac plenâ causæ cognitione præhabitâ, decreto insuper interposito, & aliis solemniis subsequentibus, quæ in concessionibus & in alienationibus rerum Ecclesiasticarum in hoc casu juxta juris exigentiam & qualitatem negotii exiguntur, jurisq; ordine in omnibus observato.

Quia invenimus contenta in dicta petitione vestra, vera esse, ac Appropriatione hujusmodi damnum seu præjudicium Ecclesiæ nostræ *Ebor.* prædictæ, nec alicujus alterius loci seu personæ tendere quovismodo, evidensq; utilitas, & urgens necessitas id exposcant, de consensu dilectorum filiorum Capituli Ecclesiæ nostræ Cathedralis beati *Petri Ebor.* unanimi & expresso, cum quibus super his diligentem tractatum habuimus & solemnem & aliorum omnium, quorum interest, juxta qualitatem negotii, & natufam ac submissionem vestram ordinationi nostræ in hac parte factam, cujus tenor, talis est. *Universis pateat per præsentes; quod nos Prior & Canonici domus de* **Felley**, *ordinis sancti* Augustini, Ebor. *Diocesis, veri patroni Ecclesiæ parochialis de* **Adingburgh** *ejusdem diocesis, & in possessione juris patronatus ipsius existentes; nos & jus patronatus ipsius Ecclesiæ, ac ipsam Ecclesiam, cum suis juribus & pertinentiis universis, quatenus ad nos attinet, purè, sponte & absolutè, alta & bassa, Ordinationi, Dicto, arbitrio, decreto, pronuncioni, & diffinitioni venerabilis in Christo patris, ac domini, domini* Willielmi *Dei gratia* Ebor. *Archiepiscopi*, Angliæ *primatis, sedis Apostolicæ Legati, ejusdem jurisdictioni & coercioni in omnibus submittimus per præsentes. Ratum gratum & firmum habentes, pro nobis & successoribus nostris, & perpetuis futuris temporibus habituris, totum & quicquid idem dominus Archiepiscopus super præmissis, & ea contingentibus ordinaverit, dixerit, decreverit vel pronunciaverit quovismodo. In cujus rei testimonium, Sigillum nostrum commune præsentibus est appensum. Datum in domo nostra Capitulari apud* **Felley**, *tertio die* Martii *anno Domini* millesimo trecentesimo quadragesimo *tertio.*

Invocatâ ad hoc spiritus sancti gratiâ, Ecclesiam parochialem de **Adingburgh** prædictam, cum suis juribus & pertinentiis ac dependentiis universis, vobis Priori & Canonicis, ac vestro Monasterio de **Felley** prædicto, auctoritate nostrâ Pontificali integrè concedimus, annectimus, unimus, & incorporamus, per decretum, in usus vestros proprios & successorum vestrorum possidendam, in supportationem onerum prædictorum, divini cultus, & numeri fratrum augmentum; videlicet ubi hactenus quinq; duntaxat fuistis, alii quatuor, recipiantur, & creentur inter vos, ut sitis ac sint de cætero in Monasterio vestro prædicto, novem ad minus Canonici regulares; quorum unus sit Prior perpetuis temporibus successivis, à tempore quo possessionem liberam & pacificam dictæ Ecclesiæ de **Adingburgh**, cum suis juribus & pertinentiis universis fueritis assecuti; sicq;

crescat devotio, vigeatq; inter vos ordo & religionis honestas, eoq; devotius Deo deserviatur laudabiliter in divinis; reservata, ordinationi nostræ hujusmodi de ipsius Ecclesiæ fructibus, redditibus, & proventibus pro uno Vicario in ipsa Ecclesia perpetuo servituro. Ac quoriens ipsa Vicaria vacaverit, nobis & Archiepiscopo *Ebor.* qui pro tempore fuerit, sede plenâ; & eâ vacante, Decano & Capitulo Ecclesiæ nostræ *Ebor.* per vos præsentando, ac per nos & ipsos, ut præmittitur, admittendo & instituendo portione congruâ, ex quâ commodè sustentari valeat; ac ibi incumbentia onera supportare.

Annuo etiam censu, seu pensione annuâ quadraginta sex solidorum & octo denariorum, sterlingorum; quorum viginti sex solidi & octo denarii nobis & Archiepiscopo *Ebor.* qui pro tempore fuerit, sede plenâ; & eâ vacante, Decano & Capitulo custodibus spiritualitatis Ecclesiæ Cathedralis *Ebor.* futuris Archiepiscopis liberandi: Et viginti solidorum sterlingorum de fructibus, redditibus, & proventibus dictæ Ecclesiæ de Aovnburgh, eisdem Decano & Capitulo, ad opus Diaconorum Chori ejusdem Ecclesiæ *Ebor.* ad festa *Pentecostes* & sancti *Martini*, quolibet anno, per æquales portiones perpetuò persolvantur, expressè & specialiter reservatâ. Quem quidem censum seu pensionem annuam, in perpetuum, ut præmittitur, præstandam, propter indemnitatem Ecclesiæ nostræ *Ebor.* prædictæ; ac in signum subjectionis ipsius Ecclesiæ de Aovnburgh, indicimus & imponimus, ac decernimus, perpetuis futuris temporibus, per vos in formâ præmissâ fideliter persolvendam, (*&c.*) Dat. & act. in manerio nostro de Thorpe juxta *Ebor.* undecimo die mensis *Martii* anno ab incarnatione Domini Millesimo *CCC. quadragesimo tertio*, & Pontificatus nostri anno *secundo.*

COENOBIUM

Lanthonienſe *cujus origo primum in* Wallia, *postea vero juxta* Glouceſtriam *translatum.*

Historia Fundationis, & postea translationis ejusdem.

Ex historia Abbatiæ de *Lanthony*, in bibl. *Cottoniana*, [sub effigie *Julii* D. xi fol. 30. b.

BEnedictus Deus, qui vult omnes homines salvos fieri, & ad nominis sui cultum pervenire, qui ubi vult, & quomodo vult; quæcumq; vult potenter facit, sapienter regit, suaviterq; disponit, teneriorum infantiam fovens blandiriis, robustiorum virilitatem exercens in fortibus, qui sicut elefantem natantem, ita etiam agnum adjuvat ambulantem; nam quis opulentas bonitatis ejus divitias sufficienter enumerat? Et quis profundum consiliorum ejus abissum perfectè investiget? qui in clivo *Lanthoniensi* vineam suam mirabiliter plantavit, & beneficiis variis misericorditer irrigavit, quam nichilominus ad incrementum salubre, gratiâ comitante, feliciter perduxit.

Stat namq; inibi in Valle profunda, Ecclesia conventualis præ omnibus ferè Britanniarum cœnobiis perfectæ religioni magis accomoda, tantò contemplativæ quieti & secretiore cum omniporente confabulatione ydonea, quantò popularibus strepitibus, & tumultuosis clamoribus inaccessa. Non denique hic querulæ oppressorum audiuntur calumpniæ; non protervæ litigantium ponderant insaniæ, sed pax certa, quies secura, karitas firma ita sanctam religionem invitant, sicut omnimodam dissolutionem dissuadent.

De situ verò loci quid referam, cum penè universa eo tempore, quo primùm inhabitari cœperat, modo dissimilia esse sciantur. Præruptæ namq; rupes vix ferris præpetibus (quarum est ibi copia magna) pervie, quibus valli opaca, orbiculariter cingitur silvis aereis coronantur, longè & latè terra mariq; intuentibus, tam miranda quam eminentiora spectacula præbent; vallis verò media variis & densissimis nihilominus arboribus hyrsuta in angustam opacæ abyssi subsidit profunditatem, cuilibet aeris inclementiæ adeò exposita, ut sive die laxatur humus, seu frigida lucent sydera, sæpe vel vento pervalido & urente, vel nebula caligante, vel ymbre ruente, vel gelu stringente, vel grandine rigente vel nive molestiæ, blandiente angustatur, licèt alias clementioris auræ grata spiret æqualitas.

Fontium etiam rivuli perspicui è vicinis montibus copiosiùs defluentes, fluvium efficiunt; qui vallis medium à lapsu placido interfluendo seperat, diversi generis piscium grata fœcunditate in alveo marmoreo refertus, qui cum aquis pluvialibus (quarum ibi frequentia est) habundantiùs intumuerit, cujuslibet obicis impatiens, non sine locorum finitimorum inundatione fertur in præceps, lapides subvertens, arboresq; violenter prosternens. Pascua verò uberrima per montes spacioſos & prata apprica pecoribus jumentisq; alendis accomoda frequentem terræ sterilitatem præponderare creduntur, ita ut in gratum annonæ defectum sponanea peculii suppleat fœcunditas. Aer salubris, ersi optusus, accolas incolumes usq; ad senectam & senium frequenter conservare probatur. Gens vicina fera, vomere verbi Dei inultra, vaga, inconstans, rapinâ vivere gaudens, certarum sedium ignara quocumq; eam rapit tempestas, hospita fertur.

Fingit siquidem *Francorum* urbana eloquentia locum istum dici *Lanthonay*, quasi ex duabus corruptis compositam, acsi apertiùs diceretur *Landa de Hodenay*, hoc est enim nomen fluvii illius, vel *Lanthotheni*; *Lan* enim *Kambrice* locus Ecclesiasticus sonat. Exquisitiùs tamen dici potest, quòd propria nuncupatio loci illius *Kambrice* est *Nanthothem*; *Nant* etenim rivus

dicitur

dicitur aquæ decurrentis, unde & à Walensibus dicitur ille locus *Landeuvi Nanthotheui*, id est, *Ecclesia David super rivum Hotheui.* In hujus verò vallis invio, steterat olim beati *David* Capella, structura fabrili modica, musco & hedera silvestri circumdata, densis fructectis tecta, vix adinclusa homini; vix adeunda feræ. Fama etenim celebris est; & à senioribus indubitanter iteratum, virum prædictum, ab hominum conversatione semotum, aliquot annos inibi solitariè transegisse, Et quis ambigere audeat locum tanto hospite sanctificationis gratia donatum? Quis tanti exemplaris speculo piè suspensus vasta silvarum vel devia montium impetusve ferarum formidet? quis tanti satoris semen in segetis copiosæ fœnora germinare desperet? Affuit quandoque tempus cum pii patris herba in opimam messem gratâ maturitate proripit, & panem qui confirmat cor hominis, esurientibus justitiam largissimè erogavit, ut qui in labore & ærumpnâ peregrinationis semina misit, in gaudio & exultatione patriæ beatæ retributionis manipulos presentium tribulationum camino excoctos, & in area multiplicium temptationum probatos, in horreo dominico sicut fidelis servus & prudens reconderet.

Cum igitur superno placuit dispensatori, & neglecta scintilla lucernam clarè radiantem misericorditer producere, miles quidam de domo & familiâ cujusdam Principis *Anglorum*, nunc verò consors & contivis *Anglorum*, dum die quadam solito solicitiùs venatorio scrutineo lustra ferarum circuiret, earumq; ferocius imperu avidissimo lustra per scopulorum devia turbaverat, non casu, sed divina potius aliciente dispositione, ad prætaram vallem non sine ingenti sui suorum sudore per attractus viarum, per ambiguas rupium crepidines tandem venisse refertur. Nomen verò præscripti viri Principis illustrissimi *Hugo de Laci.* Nomen verò militis, quem vas electionis divina sibi prædestinaverat clementia, *Willelmus.* Qui dum æstu viaq; fessus in humo graminea sub umbra paululum requiesceret; novo cœpit æstuare incendio,

Dumque sitim sedare cupit, sitis altera crevit.

Namque dum tacitus juga montium, prærupta rupium, devexa vallium, rivulosq; fontium vicinumque fluvium, sagaci animo visuque sollicito perlustraret; secum fortè talia disseruit.

Hæ latebræ, dulces etiam si credis amœnæ,
Incolumem quenovis facient Septembribus horis.

Quinetiam ô omni felicitate beati, qui in melotis, pellibusq; caprinis Christumq; sequentes, montes speluncas terræque cavernas excelsis Principum mœnibus fidei testimonio probati prætulerunt! ô quam præstantius est abjectum degere in domo Dei, quàm tumidum in tabernaculis habitare peccatorum. Nonne Regnum cœlorum vim patitur, & qui in eo gaudent hic, necesse est ut illud per violentiam adquirant.

Dumque huiusmodi Sancto dictante Spiritu secum silenter volveret, elevans oculos vidit haut procul Capellam, de qua supradictum est, & grandi resumptâ fiduciâ ait. Ecce, ne quid voto piè properantis obsistat, oratorium satis vicinum aspicio, & de cæteris quid sollicitor? Non enim affliget Deus fame animam justi. Anima mea jam eripi incipit de laqueo venantium; Abiit ut iterum per negligentiam viscatis aleat alis. Dixit, & sociis canibusq; relictis, ipse modico contentus famulatu Deo inservire decrevit. Et ait, *Ecce, qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Non sic mihi, non sic, sed veterem hominem cum actibus, desideriis, deliciisq; voluptatibus suis exuere oportebit.* Suscepit ergo pro balteo funiculum; pro Syndone cilicium supra humanum usum, pro toga militari ferri pondus non modicum; nam loricam qua corpus muniri contra inimicorum jacula solebat, sibi strictissimè circumdedit, ne anima hostis antiqui insidiis molliter patefacta succumberet; ex quo homo exterior majori austeritate affligeretur, eò interior tutiori sanctitate Divino cultui manciparetur. Nec ad modicum & quasi ad horam fervescens, & subita temtationis procella tepescens, tali se censura cruciavit; sed loricam in corpore suo circumtulisse donec macularum reciaculum rubigine & vetustate consumptum, dissiluit, indubitanter asseritur.

Sic igitur iste Deo dilectus, diebus multis in fame & siti, in frigore & nuditate & laboribus plurimis Deo infatigabiliter militavit, omnem cogitatum suum in ipsum jactans, qui in se sperantes deserere non novit. Omnes verò qui conversationis ejus vias audierant, hanc invitationem dexteræ excelsi piè admirantes, Salvatoris clementiam in eo laudabant. O quàm congruè loci illius primus inhabitator miles fuit, quem de facili aliquis inhabitare non poterit, nisi relictâ formidinis ignaviâ militaris strenuitatis audaciam fortiter arripuerit? Nam si militia est vita hominis super terram, quantò magis religiosi super faciem deserti? Initio verò conversationis suæ iste Dei electus parvam litterarum habuit notitiam sed qui ex ore infantium & lactentium perficit laudem; quique ora jumentorum cum voluerit in humanæ vocis expeditam modulationem mira potestate resolvit; inter cætera gratiarum ei collata beneficia etiam litterarum & scripturarum addidit intelligentiam, ureset lex Dei ejus in corde ipsius etsi non in codice, ita ut infra annos paucos sacerdocii dignitate, quia dignus erat, illustraretur. O quam frequenti annisu molitus est antiquus hostis columpnam hanc evertere; nunc prospera pollicendo, fraudulenter blandiens, nunc adversa comminando terribiliter intonans; nunc deserti solitudinem palatii primo choortisq; militum præcipuo improperanter objiciens: Sed & athleta invictissimus, tantò se cautiori fortitudine accingere studuit, quantò atrociori severitate contra se inimicum debacchari haut ambiguo experimento cognovit: Nam sicut aliquibus ipso revelante innotuit, cum jam senex & plenus dierum, maturaque ætate gravidus in majoribus

sollempnitatibus Missarum sollempnia, tanquam omnium pater ex more celebrare debuisset, sæpius eum totius munditiæ, & continentiæ adversarius nocturnæ illusionis fantasiâ impedire decertavit.

Huius athletæ Christi præconiis crebrâ relatione longè lateq; innotescentibus, multisq; auditâ preclarâ tanti viri famâ piè authoritate, & imitantes sanctâ devotione beatificantibus, vir quidam vitæ venerabilis jam tunc heremi cultor famosus nomine *Ernisius*, tantarum laudum non surdus auditor, tantò plus cæteris virum prædictum tacitus piâ congratulatione collaudabat, quantò certiori experimento, quæ sit hujus viæ arduitas, quæve hujuscemodi certaminis immanitas jam pridem ipse didicerat. Erat itaque vir iste *Ernisius* in curia *Henrici* Regis primi, inter primos pallarii nominatissimus, Capellanus videlicet venerandæ recordationis *Matildis* Reginæ, uxoris ejusdem *Henrici*, qui post diutinas curialis exercitii ambages, post inexplicabiles errorum circuitus, tandem ad suave heremiticæ vitæ sabbatum divinâ miseratione respiravit; In qua quàm strenuiter, quàm feliciter soli Deo vacaverit, quamq; perfectum se Dei ministrum in omnibus exhibuerit, non est meæ pusillanimitatis evolvere; nam quia legitimè certavit, gloriosissimè in fine triumphavit.

Degebat verò hic vir Dei eâ tempestate apud *Edegareslegam*, juxta foresta[m] De *Canetho*, magnarum virtutum patrator eximius, loci illius accolis hospes carissimus, mœstorum & mœrentium consolator efficacissimus. Erat enim eloquio dulcis, literarum studiis adprimè eruditus, parcimoniâ magnus, karitate præcipuus, multa gratiarum prærogativâ spectabilis, hostis invidi colluctator diutinus. Huic itaque præfati *Willelmi* fama accito, quia

Segnius irritant animum dimissa per aures,
Quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus.

Parum fuit solo auditu tanti viri laudibus applaudere, nisi etiam gratæ præsentiæ copiâ frueretur, optatique colloquii gratia confoveretur. Surgens igitur varios cogitationum conflictus, cœpit inire, & laboriosâ peregrinatione quærebat verum animæ virum pro quo dignum judicaret mori, ut semper ejus inhæreret amori, & multis viarum amfractibus peragratis *Lanthoniam* usq; properavit. Cujus adventum cum vir Dei *Willelmus*, jam non novus incola loci, comperisset, statim gratulabundus ei occurrit, & religiosa eum hylaritate suscipiens, pauperibus tectis inducit & admovit antris.

Humanitatis verò obsequiis pro loci possibilitate reverenter exhibitis, jam spirituales delicias eructantes, juvabat insompnem sermone benigno ducere noctem. Sic sic gratiarum distributor & dispensator Deus, quæ stulta sunt elegit ut sapientes confundat. Ecce literatus illiteratum adit. vir industrius ab homine simplici in via deposcit roborari, & quota pars futurorum Dei beneficiorum hæc est.

An. 1103. Anno igitur ab incarnatione Domini millesimo centesimo tercio, ab adventu *Normannorum* in *Angliam* anno tricesimo octavo, regnante pio & pacifico Rege *Henrico* primo, qui tercius *Normannorum* in *Anglia* regnâsse asseritur; *Willelmus* & *Ernisius* apud *Lanthoniam*, animâ unâ & corde uno in Deo habitare concorditer cœperunt. Nam postquam vir Dei *Ernisius* montes illos specialis jocunditatis dulcedine stillare, colles[q]; sanctæ refectionis lac & mel fluere cognovit, nulla ratione exinde divelli consensit, quin potius Christi karissimi collegæ sui vita & exemplis animatus, in rupibus illis aliquam sanctæ karitatis scintillam strenuiter sibi excluderet. Isti itaque viri in præscriptæ vallis solitudine alternis vicibus insudantes, & mutuo sese exemplo in stadio certaminis choartantes, felicique solatio in temptationum fluctibus sullevantes, Ecclesiam inibi construxerunt, rudi siquidem factam scemate, sed cœlesti præditam virtute, quæ officio *Urbani* Diocesani Episcopi, & *Ramelini Herfordensis* Episcopi, anno ab incarnatione Domini *M. C. viii.* in honore S. *Johannis Baptistæ* sollempniter dedicata est, cujus tam grata ibi sentiuntur oportuna patrocinia, quam famæ peribent indebita præconia. O quam convenienter heremiticæ vitæ sectatores non tepidi singularem & primum heremi cultorem sibi præsulem præficiunt, ut tantò interventorem sentiant propriorem, quantò amica studia ferventiùs exercere conantur. Quis enim congruentiùs solitarius præsularet, quàm qui sub annis teneris inaccessibilia deserti antra viciorum contagia fugiendo primus subire non timuit? Vel quis efficaciùs pro justè & piè viventibus intercederet, quàm qui ex utero matris sanctificatus, sanctoq; spiritu repletus, tam excellenti præconio meruit à saltatore sullimari, & eò major nullus hominum unquam surrexerit? Quis enim citiùs à piissimo exauditore petita impretret, quàm specialiter electus, singulariter sanctificatus, sanctissimè conversatus Christi Baptistæ, Salvatoris præcursor, primus gratiæ prædicator, præco Judicis, paranymphus sponsi, hostis luxuriæ, virgo, præcipuus assertor veritatis, martyr invictissimus, Apostolis prælatus, Patriarchis præpositus, Angelis adhæquatus, amicus Christi *Johannes*?

Horum patrocinium & temporalis solacii curam gerendam innato religionis amore, suscepit *Hugo* de *Laci*, prædicti loci tunc Advocatus. Vir quidem genere nobilis, sed nobilior moribus; Inter primos regni Principes nominatissimus, pauperum & oppressorum misertor benignissimus. Hic ne in aliquo paternæ, religionis degener argueretur, liberalitatis & devotionis insignia, quæ traxit ex stipite felicibus indiciis in flores fructusque salubres produxit. Pater namque ejus in civitate *Herefordiæ* monasterium Religiosorum à fundamentis construxit, & fratribus ibidem Deo servientibus ex propriis prædiis atque reditibus subsidia plena constituit. Frater etiam eius *Walterus* in egregio cœnobio sancti *Petri Glocestriæ*, sub patris imperio aliquandiu in monachica professione militavit, ibi postea Abbas effectus, religionem, quæ inibi singularis sanctitate, fervore semper florere consuevit, suâ industriâ tam

Herefordensis cœnobii fundatio.

ram verbis quam exemplis propagavit. Nepos nichilominus miles probatissimus post innumeros probitatis titulos, post multos certaminum & bellorum triumphos, tandem sub habitu *Templariorum* pro summo rege Christo organizare non recusavit.

Hic ergo *Hugo*, ne tantarum virtutum laudibus, quæ in totam generis sui successionem naturali quadam innatæ religionis lineâ evitabiliter defluxerunt, aliquatenus privaretur, non minus cæteris circa prænominatos fratres extitit in largiendo munificus, in colloquendo affabilis, in providendo sollicitus; nam eis donaria multa & prædia ampla contulit, & ampliora devotissima oppulit libe alitate, sed ipsi melius arbitrantes minus egere quam plus habere, ex quo sibi utcumq; sufficere accepta credebant, plus accipere constantissimè recusabant.

Postquam verò divinæ visum est moderationi, hujus vineæ palmites longiùs extendere, propagines q; latius propagare, ne lucerna sub modio latens, quos illuminare poterat diutius caligare permitteret, prædictorum fratrum mentibus incidit voluntas & consilium, approbante & consulente beatæ memoriæ *Anselmo Cantuariensi* Archiepiscopo, ut post hereticæ vitæ fructus aliquandiu jam feliciter collectos, contuberniu m duorum transiret in cœnobium multorum. Quamquam primò *Willelmus* hæc minus gratè accepisset, tandem precibus, instantiis, consiliis tam *Ernisii* qui ad hæc præcipuè nitebatur, quam aliorum discretorum adquiescens, assensit libens. Consilio ergo inito cujus ordinis cujusve professionis instituta arriperent; *Nigri monachi* non eliguntur, ne labe superfluitatis, quæ eos singulariter incedere dicitur, aliquatenus notarentur: Nec etiam *Cistercienses*, singulariter enim incedere dicuntur, & aliis Religiosis parum communicare, & præterea rebus augendis cupidâ satis sollicitudine inhiare. Tandem competenti quadam mediocritate subnixi, *Canonici regulares* fieri præelegerunt, tum quia illo adhuc tempore propter caritatem cariores habebantur, tum quia leviori & modestiori contenti impensa, tanta rerum varietate non indigeant, tum quia habitus satis sit elegans, neq; nimium nitidus, neq; plurimum abjectus, unde pleru q; solet superbia nutriri, vel sanctitatis ficta suscitari.

Acciti sunt igitur ex electis cœnobiis, videlicet de *Mereton* & de Sancta *Trinitate Londoniarum*, & de *Colecestre* viri religiosi & timentes Deum, qui fratres apud *Lanthoniam* secundùm regulam sancti *Augustini* vivere diligenter instituerent. Qui accedentes & Deum semper præ oculis habentes, injunctum sibi ministerium docendo, præcipiendo, corripiendo, increpando, obsecrando efficaciter adimplere studuerunt. Nam quæcumq; optima vel in alienis Monasteriis censuerunt, hæc eis velut electos flosculos exponere diligenter curaverunt, tantò faciliori aviditate divini verbi calix sitientes inebriaret, quantò plurium (ut ita dixerim) aromatum sapore condiretur. Coartata est igitur eorum vitæ institutio sub censura cœnobiali, scilicet, ut unus imperans præesset, alii obsequentes subessent, ita duntaxat, ut quicquid ille secundùm Deum imponeret, *illi* incunctanter & voluntariè obediendo adimplere festinarent, (*&c.*)

Cum fratres apud *Lanthoniam* cœnobialibus observantiis sufficienter instruerentur, ac ita a. lb. fo. 39.
est dyocesanus Episcopus, qui electionem prælati in personam prætati *Ernisii* factam pontificali auctoritate communiret, qui etiam ei curam animarum, secundùm sanctorum patrum traditionem cum regula religionis commisit. Prioris itaq; dignitate *Ernisius* sullimatus, eandem morum graviratem, eandem quam priùs sectebatur humilitatem. Creber in oratione, strenuus in vigiliis, assiduus in jejuniis, in suscipiendis hospitibus devotus, forma autem gregis per omnia factus, quod verbis docuit, operibus corroboravit: Augebatur cotidie merito & numero fratrum collegio, ita ut ex *XL.* vel eò amplius, Canonici tunc temporis inibi resedisse referantur. Fragrabat & longè latèq; approbatæ opinionis odor suavillimus; vigilabat namq; in omnibus & in singulis Religionis censura, ordinis diligentia, divini cultus instantia, frugalitatis, austeritatis continua, & sanctæ communionis inconcussa concordia. Non jam *Hugo* de *Lac* solus, sed etiam *Henricus* Rex *Anglorum* primus, & beatæ memoriæ *Matild*s Regina, & alii Barones nominatissimi eorum curam temporalem gerere decreverunt, illos non mediocriter beatos asseverantes, qui se tam sanctæ congregationis orationibus aliquatenus committere prævalerent.

Hinc amplæ possessiones, apprica prædia, acceptissima donaria à pluribus certatim offeruntur, quæ ab eis magna ex parte respuuntur, quia magis elegerunt pauperes habitare in domo Dei, quod videlicet unum à Domino cum summa devotione petierant, quam variis refertos opulentiis strigiosis cauis gelidisq; solicitudinibus agitatis nam cum eis aliquando tota provincia de Bergelar, à Rege & Regina gratis offeretur, vix precibus optinuerunt, ut sine illorum indignatione liceret eis oblata non recipere: Regina verò *Matildis*, suprædicti *Willelmi* sanctitatis ignara, quanta videlicet mentis constantia insaturabilem divitiarum fugeret ingluviem, eum aliquando rogare cœpit ut modis omnibus sineret eam munum suam in synum ejus mittere. Quod cum ille satis pudenda simplicitate tandem permisisset, illa inter cilicium & ferrum non modicum auri pondus effudit, ut sic velut quadam artificiosa benignitate delusò, aliquod solacii & beneficii remedium gratuita aviditate impartiret. O prorsus stupendus mundi contemptus! ô omnibus imitanda singularis nil habendi voluntas! sed & aliàs Ecclesiæ ornamenta licet invitis regia munificentia devotissimè offerre fategit.

Da mihi si possis de tot modo millibus unum.

Quem tam excellentissimi datoris munera oblata non delectarent, etiamsi nullo priùs cupiditatis igniculo anelaret.

——— Nam acceptissima cuique
Munera sunt, auctor quæ pretiosa facit.

Sed viri illi religione & sanctitate notissimi semper sibi summo opere præcavere studebant, ne crescentibus opibus crescerent in eis opum furiosa cupido, & sic inciperent in via ardua recalcitrare, vel præsagina inerti defectu languere, quia

——— Dissuadet honestum
Luxum, & humanas obcæcat copia mentes.

Et quoniam ambulaverunt coram Domino in toto corde suo, dedit eis Deus gratiam in conspectu omnium Principum terræ, Insuper & illud modicum quod habebant, plus illis habundare consueverat, quam aliis multo amplior & numerosior substantiæ plenitudo.

Walterus Constabularius, Princeps militiæ domus regiæ, vir magnus & potens & inter primos regni præcipuè honoratus, audito tam celebris sanctitatis, tamq; religiosæ conversationis prænonio, universis seculi pompis gratanq; sobolis tæconditate & numerosæ cognationis turbis relictis, præ cunctis Angliæ tam egregiis cœnobiis, inter pauperes Christi apud *Lanthoni* residuum vitæ sub habitu Canonici transigere, tandemque inibi finiri firmissimo consilio decrevit, quod etiam sub valle laudabili celeritate, opere complere non distulit. Illi verò qui corde perfecto sinceraque constantia seculum relinquere, deumque sub habitu religionis sine desidioso temporis .. sequi statuerant, ipsorum se collegio jungere nitebantur. Qui autem mente bipertita non nisi duabus vis terram ingredi didicerant, nullatenus ad eos accedere præsumebant, ne in arduo conversationis clivo deficientes, eorum similatione subitò detecta, aspicientes risu plausarent, & fierent novissima eorum pejora prioribus. Nihil enim inter eos lascivum, nichil frivolum, unde desidia foveri solet, vertebatur, sed quicquid eis incompositum fortè surrepserat, frequentibus vigiliis, diuturnis jejuniis, crebrisque verberibus premebatur.

Tempore aliquanto interlabente pater *Ernisius Lanthonensis* Ecclesiæ Prior primus, debita satis persolvens sublimiter in cœlis ab eo proculdubio meruit coronari, pro quo in terris legitimè certare non formidavit. Conventione igitur inter fratres de substituendo pastore facta, *Robertum* de *Retun*, licet plurimùm renitentem, Priorem sibi constituunt. Erat enim *Robertus* vir simplex & rectus, nobilis progenie sed nobilior moribus, ab ipso pueritiæ ævo secutus Dominum, in artibus liberalibus magister emeritus, & in divina pagina ita prædicator catholicus, sicut in fidei articulis sufficienter eruditus, vir etiam religiosus ac timens Deum, omniumq; virtutum prærogativa spectabilis. De hujus viri eximia sanctitate, excellentissima caritate, modestia, pietate, perfecta humilitate multa qualicumq; macilenti sermonis stilo scribere mihi ex devotione esset voluntarium, aliisq; pro imitatione forte pernecessarium; sed ejus vita venerabilis actusq; laudabiles luculento peritoq; sermone insigniter digesti sunt.

Et quis avida intentione lectitare non gaudeat quantæ virtutis ille Deo dilectus extiterit, quantæ videlicet circa necessaria comportanda strenuitatis, quam piæ circa subditos compassionis, quam promptæ circa compares veneralionis, quam voluntariæ erga superiores obedientiæ, quantum etiam aliis largus sibiq; parcus, insuper qualiter prophetiæ spiritu & miraculorum gratia feliciter enituerit? & quis ista legendo non proficiat? Et quis proficiens Deum in dilecto & electo suo non glorificet? Sed quia paucos in vita sua ejus virtutibus pastores similes habuit, utinam vel aliqui post mortem ejus mox imitatores invenirentur. Sed non permissa est *Lanthonia* diu tanto futilare thesauro, tali fulgere lucerna, tamq; imitandi patris mellifluæ gratulari doctrina. Invidet enim sæpius fortuna successibus, nam urgentibus apostolicis mandatis regiisq; præceptis, & aliorum magnatum deprecatoriis renitendi commentis cassatis, dulcibus latebris invictus abstrahitur, optatis sedibus mærens abducitur, dilectissimis fratribus piissimis pater violenter auferetur, & in Episcopum *Herefordensem* gaudente Ecclesia, plaudente Clero, exultante Regno solemniter consecratur, (*&c.*)

Tandem post lamenta spiritu consolationis utcumque resumpto, redeuntes in se post mentis stuporem fratres, quis tam incomparabili patri dignè succedere posset diligenter tractare cæperunt. Et ecce inter cæteros invenerunt *Robertum* de *Braci* multorum karismatum insigniis florere, virum videlicet venerabilem & ingenuum, in Religione ferventem, & secundùm scientiam ordinis zelum habentem. Hunc ergo sibi pastorem & in via Dei Doctorem præficiunt, hujus maturitatis & puritatis non ambiguam reportantes confidentiam. Et nescio si fortè ad hunc eligendum ipso nomine in aliquo alliceremur, ut frequenti successoris nominatione, sancti prædecessoris virtutes nunquam à recenti memoria exciderent, & de illis non immeritò diceretur Ib. fo. 41. a.

Ejusdem vocis nomen ut omen amant.

Porro quoniam ea quæ secuntur paucis expediri non possunt, ut postea mutato labore fortiùs in area discurrat

Principio clivi fessus anhelat equus.

INterea *Henricus* primus, rex pacificus, & Princeps gloriosus finem vitæ suæ sortitus de medio sublatus est. Et ne parum fortuna miseros vrgeret, non multis post evolutis diebus defungitur archipræsul *Cantuariæ*, mutulatur suo protectore tam regnum quam sacerdotium. Grassantur illico feralibus inimicitiis seditiosisque simultatibus quos priùs regalis districtionis timor non amor justitiæ coherciit. Insaniunt undique filii pestilentes, & non est qui prohibeat. Rapiunt, cædunt, incendunt & non est qui pacificos de manu hostis possit eripere. Et quoniam non est qui se murum pro domo Israel opponat,

Digitized by Goog

opponat, extenditur inundans flagellum usque in sanctuarium Dei; nam in subversione Ecclesiarum & religionis indifferenter acteritur sicut populus sic sacerdos. Deprehenditur Ecclesia *Lanthonensis* in medio nationis pravæ & perversæ, quæ ob innatæ ferinitatis improbitatem ambitiosâ rapacitate singulariter gaudere cognoscitur. Adde etiam consuetam gentis illius paupertatem, rabiem effrænatam, insolentem circumquaque discurrendi audaciam, & Christianæ fidei magna ex parte ignorantiam, quæ universa malignandi præbent incentivum.

Talium vicinorum ingrata propinquitate durissimè opprimuntur fratres *Lanthonienses*, spoliantur sæpius victualibus, nec permittuntur alia esurientibus rutò convectari. Affliguntur acerrimè propriis angustiis, nec minus alienis, quos fervor karitatis edocuerat aliena dampna propria reputare. Nusquam enim pax, nusquam justitia, nusquam divini nominis pristina reverentia. Est præterea & aliud quod animos innocentium plus omnibus his in fixorio angustiarum acerbius terrebat; unus namque ex vicinis *Walensibus* inimicorum minis & jaculis undique impeditus, cum nullus ei tutus ad latendum vel evadendum locus supereſſet, cum omni domo sua ad *Lanthoniam* convolavit; hanc sibi constituens domum refugii ut salvus fieret, quem inimici odio inexorabili persequentes non longè ab atrio in insidiis sedentes vigilantius oportunitatem observabant, quando in eum casu aliquo tandem oblatum irarum virus evomere prævalerent. Ipse verò in interiores officinas, quo securior redderetur, cum suis & ancillis se ingessit, ita ut ubi fratres reficere consueverant, ibi mulieres choros ducere & cætera muliebria ignominiosè tractare non erubescerent. Quid facient milites Christi tot hostium cuneis tam atrociter vallati? Ecce foris pugnæ & intus timores. Non enim possunt de foris jejunis alimoniæ comportari, nec possunt ab intus fratres divinis officiis præ ingratorum hospitum insolentiâ, consuetâ veneratione intereſſe: Luget *Martha* quia pascere non permittitur, dolet *Maria* quia sanctæ refectionis epulis privatur, & præterea nimis timet ne in infirmioribus membris suis alicujus culpæ susceptione dehonestetur.

Sed cum tot cladibus involutis quid potius eligerent penitus non elucerer, mittitur *Herefordiæ* qui vir venerabilis *Roberti* Episcopi super his consulta ingestaret, ut quicquid piissimus pater in hoc articulo fieri decrevisset, in cuncta conniventia universi agere non hæsitarent. Quæ cum vir misericors audisset, sicut erat compatiens & super afflictos pia gestans viscera, tristatur, angustiatur, incredibili mœrore affectus & præ cunctis quæ pectus sanctissimum solicitant, fraterni enim dolores gravius affligunt, fraterna vulnera acerbius cruciant. Quid multa? Consul hortatur, jubet Conventum adesse, ut sub umbra alarum suarum protegatur a facie impiorum qui eum afflixerunt. Nec mora, accincti venire festinant. Episcopus verò domibus cedens episcopalibus, tradidit eis Capellam, horrea, celaria, & cæteras opportunas officinas, ut in sede pontificali divinis officiis consuetâ devotione vacarent. Et ne quid eis in sumptibus necessariis deesset, redditus episcopales, quantum eis sufficere ratus est, eorum supposuit arbitrio. Quidam verò quos ferventior animi constantia accenderat, ut potius gladiis vel fame insigniter mori eligerent; quam inimico & persequenti enerviter terga præbere, a loco conversionis & professionis divelli nulla ratione consenserunt. Sicq; factum est divinâ hoc nimirum ordinante clementia, ut nullo tempore Ecclesia *Lanthonensis* Religiosorum orbaretur residentiâ.

Illorum ergo magnanimitas laudabiliter est extollenda; illorum cautela satis nihilominus approbanda, quia magno se judice quilq; tuetur: Audiunt enim isti, *In pace vestra possidete animas vestras*: Illi verò, *Cum persecuti vos fuerint in civitate ista, fugite in aliam.*

Cumque ferè biennium Conventus *Lanthonensis* apud *Herefordiam* super expensis Episcopi moraretur, nec

Venerat inceptis mollior hora malis

ut sopitâ persecutionis rabie fratres ad propria cum pace remeare possent, quin potius crebrescentibus undique malis, novis semper insaniis pacis inimici debachabantur. Nam inter Regem *Stephanum* & cognatam ejus *Matildem* Imperatricem & *H.* filium ejus, non modica de regni calumpnia simultas exorta est; unde, invalescente inter eos odio ferali, iteratis cædibus & incendiis insistitur, nec finem in alis gratior aura permittebat. Fuerunt liquidem inter hæc mala sæpefato Episcopo lacrimæ suæ panes Die ac nocte, & præcipuè pro divina fratrum desolatione, ut prædictum est, vrebatur; unde pristinam pro eis gerens solicitudinem, sicut apes argumentosa circumquaque sedulus quæritabat, ubi eos religiosè & honestè collocaret.

Convenit super hoc *Milonem Constabularium* Comitem *Herefordiæ*, exponens ei fratrum necessitates, ad memoriam reducens devotionem patris sui *Walteri*, qui apud eos etiam humatus quiescit. Dedit ergo eis præfatus *Milo* locum quendam extra urbem *Glocestriæ*, qui *Hyda* dicebatur, in quo ipsi pecunia quam secum à *Lanthonia* detulerunt, & expensis aliis quas eis præfatus Episcopus ad hoc contulerat: Ecclesiam inibi sub admirabili celeritate construxerunt, quæ ab Episcopo *Simone Wygornie*, & *Roberto Herefordiæ*, Anno ab incarnatione Dom. *M.C.xxxvi.* in honore beatæ Dei genitricis *Mariæ* solempniter consecrata est. Transtulit igitur Episcopum illuc Conventum, hac procul dubio inter jecta condicione, ut cum fortuna prosperior arrideret, Deo Ecclesiæ & populo suo pacem et tranquillitatem largiente, universi ad pristinam & matricem ecclesiam suam absque cunctatione redirent, tresdecim tantummodo ibidem remanentibus, qui divinis officiis regulariter & religiosè vacarent, non omnium videlicet electissimis ut sæpedictus *Milo* primò poposcerat, sed probis & discretis, unde ipse rationabiliter se pacatum non ambigeret.

Hanc verò Ecclesiam quam recenter ædificaverant, nomine prioris Ecclesiæ suæ *Lanthoniæ*

Construction Cœnobii, postea **Lanthoni** secundi, nominati. A.D. 1136

am vocavere, ne aliter veniret in dubium quin hæc ex illa, tanquam ramus ex stipite, vel stipes ex radice indubitanter processerit; videat qui voluerit, utrum de jure filia vel Cella sit nominanda, quæ hoc ordine originem accepisse cognoscitur; Nam etsi patronus fundi locum illum Ecclesiæ sancti *Iohannis* in *Wallia* non contulerit Canonicis, tamen illius Ecclesiæ & non alterius professis illum se contulisse negare non poterit. Et quid est Ecclesia? nunquid lapides? nonne Christi fideles? Sed ne mihi super hiis aliquis succenseat, digito compesco labellum, verbum non ampliùs addens. Aspice, quæso, vineam Domini Sabaoth, palmites extendentem, propagines dilatantem; nec tamen à nativi saporis oblectamento aliquatenus degenerantem; Sed potiùs multarum terrarum populos fœcunda præclari calicis suavitate inebriantem: viri namque prænominati, etsi jam in alio regionis tractu positi, prillinæ tamen sanctitatis & religionis censuræ nequaquam obliti, jocundissimo probatæ opinionis odore longè, lateque fragrabant.

Cernens itaque vir illustris *Milo* Comes, Regis Constabularius, Ecclesiæ ilius fundator & advocatus, religiosam ipsorum conversationem, & quanti essent apud Deum meriti, & quam gratæ in impetrando efficaciæ per experientiam satis eruditus una cum egregia sobole sua, militibus videlicet opinatissimis & matronis famosissimis, Ecclesiam illam variis donariis & possessionibus non minus largè quam voluntariè ditare adjecit. Et utinam ipsi hiis quæ eis aperta fidelium devotione oblata sunt, ita sano consilio uterentur, ne multiplici opulentiâ saturatis debitâ obedientia promissaque fidei reverentiâ in fastidium vel oblivionem veniret. Nam postquam cœperunt inibi rebus ditari, honoribus efferri, crebris visitantium allocutionibus confoveri, & soliro delicatioribus cibariis potioribusque poculis recreari, primitivæ solitudinis latebras, primæque professionis Ecclesiam minùs quàm deceret venerantes; sed ut veriùs fatear turpiter dehonestantes, visitare vel inhabitare neglexerunt; quod in non modicum matricis Ecclesiæ desolationis tumulum versum est, sicut ex consequentibus lectoribus sufficienter poterit elucere.

Igitur *Roberto* de *Braci Lanthonienſis* Ecclesiæ Priori tercio, viam universæ carnis ingresso, & in monasterio suo apud *Glouceſtriam* debitâ honorificentiâ sepulto, *Willielmus* de *Wycumba* Canonica fraternæ omniventiæ electione, locum & officium Prioris sortitus est. De hujus exhimia literarura, etsi lingua ingrata silere voluerit, paginæ tamen diserto sermone ab ipso editæ ejus peritiam immarcessibili præconio loquentur. Erat siquidem hic *Willielmus* sæpedicto *Roberto* Episcopo diutinæ dilectionis affectu familiaris, Capellanus videlicet ejus; vir quidem multarum virtutum titulis insignis, sed aliquantulum districta severitate austerus. Cernens itaque *Robertus* Episcopus & mente præsaga intelligens, quò se res verteret, quanta videlicet desolationis dispendia Ecclesiæ Sancti *Iohannis* jam tunc oriri inciperent, iteratâ supplicatione à sede Apostolica impetravit, ut Ecclesia Sanctæ *Mariæ* extra *Glouceſtriam*, cum suis possessionibus, auctoritate duorum Romanorum Pontificum, *Eugenii* videlicet & *Lucii*, Ecclesiæ, Sancti *Johannis Baptiſtæ Lanthonienſi*, tanquam cella in perpetuum confirmaretur; ut si timore vel odio rei veritatem aliquandiu subticeri contingeret, tamen aliquando ad eam convincendam & debiti Ecclesiæ status reformationem, tantæ auctoritatis testimonium posset, non inconvenienti argumenti assumi.

Preterea quidem Conventus *xx.* fratrum, virorum videlicet prudentium & proborum, quos terræ steriliras & loci inportunitas nemerosis aditibus expulerant, hujus viri venerabilis industria studiosius procurante, una Die intra Collegium *Lanthonienſe* admissi sunt: Et ne illorum ingressu, aliis oneri videretur, terris & Ecclesiis, quas prius eis contulerat, etiam alias munificentissimè adjecit. Considero hujus eximii viri tam munifica circa fratres opera, & admirari non sufficio, quanto karitatis fervore eos dilexit, qui illos in tempore necessitatis, tam prompta hilaritate suscepit, tam largis impensis exhibuit, tam indefessâ strenuiratе in loco pascuæ & solo optimo & terra fluente lac & mel collocavit; tam desiderabilibus opulentiis ditavit, tam grato consilio & auxilio virorum sapientium roboravit. Bone Iesu, bonorum omnium benignissime remunerator, memento ei super hiis rebus omnibus in bono, & ne deleas miserationes ejus, quas fecit in domo tua & in servis tuis; sed cum præelectis tuis mirifica Sanctum tuum & constitue eum in pace. Amen.

Exigit ipse locus, ut quæ superiùs de desolatione & spoliatione matricis Ecclesiæ tacta sunt, hic apertius desiderantur: Si quis omnia etiam quæ memoriæ occurrent sine singultu & suspiriis stilo prosequetur, Ecquis vel saxei pectoris ea sine lacrimabili admiratione audire poterit? Non enim potest commiserabilis Ecclesiæ querela ingemiscere, dicendo, *Filii matris meæ pugnaverunt contra me*; Nam leniùs communia tangunt, sed quodamodo spetialiori & tanto atrociori flere, clamando, *Filii meri mei pugnaverunt contra me, quia*

Non sua sunt summa levitor perstricta sagitta
Pectora, discendit vulnus ad ossa suum;

Flante namque aura gratiori, & pace Ecclesiis & terris redditâ, cum jam cuilibet deambulare tutò liceret, filii *Lanthonienſis* Ecclesiæ matris suæ limina terere, & Deo ibidem, prout deceret deservire, renuerunt. Nam valde dissimiliter sibi respondare experti sunt, urbem *Glouceſtriæ* & montem Watyre, & fluvium *Sabrinæ*, & aquam Wodante, *Anglos* ditissimos & *Walenses* pauperimos; illic agros fertiles, hic saltus steriles, unde illorum copia blandiente illecti, istorum inopia urgente pertæsi locum istum, nec hominum quorumlibet necdum Religiosorum inhabitatione dignum censuerunt. Audivi quidem dici & ex parte credo, quosdam

quosdam linguæ levitate, & utinam non odii livore desideratse, ut quilibet hujus Ecclesiæ lupis lepus foret: Alios autem, quod in pace illorum dixerim, ore sacrilego impetisse, ut Ecclesia cum omnibus officinis abyssi voragine absorberetur. Omnes verò Ecclesiæ hujus redditus pro suo arbitrio expenderunt, illic excelsa & decentia officinarum ædificia fabricantes, hic verò fabricata situ & vetustate deferentes.

Et quoniam indignissimum eis videbatur, ut locus tam antiquâ religione sacer, & tam amplis possessionibus ditatus, omnino virorum religiosorum residentiâ destitueretur, destinare solebant senes, debiles, & abjectiores, qui nec sibi nec aliis multùm prodesse valebant, qui non inmerito cum Apostolo dicere poterant, *Tanquam purgamenta fratrum facti sumus omnium paripsima usque adhuc.* Hos verò multiplici inopia ibidem laborare permittebant, ita ut pro defectu contra usum & consuetudinem ordinis, sine superpelliciis, eos passim incedere & præ carentia femoralium consuetam, & regularem disciplinam sæpiùs declinare, & bidio unius Diei pane sustentari oporteret, fratribus apud *Gloecstriam* omninm illorum sufficientia gaudentibus. Unde non fratres vel Canonici sed Præbendarii sæpiùs dicebantur. Divinum officium neq; in Ecclesia neq; in Refectorio regulariter & ordinatè agebatur. Quod si quis liberiori audacia postulâsset, ut majus adjutorium divinis officiis provideretur, facilius inde iram vel derisum excitare quàm promotionem impetrare videretur. Aliquando namq; & fortè sæpius super hiis conquerenti responsum est, Quibus ibi cantandum est nonne lupis? Nunquid catuli luporum altisonâ melodiâ delectabuntur? Generaliter & quasi proverbialiter à multis de eo qui huc mittebatur dici solebat. Quid enim mali fecit? quâ meruit culpâ in carcerem retrudi? carcer namque & quasi reorum exilium ipsa, cui de jure Domina & mater erat, propter causas si prædictas à multis vocabatur.

Et cum tam variis angustiis Ecclesia ista non minùs turpiter quam atrociter urgeretur, licèt plures eam filioli amore affectuosiùs diligerent, ferè nullus inveniebatur, qui ejus libertatem attestaretur, ut ejus adversarius quasi cum *Assur* gloriari posset, dicente, *In fortitudine manus meæ feci hæc*; nec erat qui moveret pennam & aperiret os & ganniret. Quod si quis super hiis aliquatenus, licèt modicè velud conquerens murire præsumeret, tanquam pro enormi delicto gravi proinde sententiâ plectebatur. Igitur plurimorum conniventè conventiculo, occultoq; Dei sed nequaquam injusto permittente judicio, spoliatur libris armarium, pannis sericis, & auro vel argento textis Reliquijs, variisq; Cartarum & privilegiorum munimentis vacuatur gizophilacium; cæterorumq; thesaurorum repositis nudatur ærarium; & quicquid visu pulcrum vel precio acceptum in Ecclesia sancti *Johannis* reperiebatur, nullo prohibente apud *Gloecstriam* asportabatur: Campanas etiam, licèt metalli ponderositas diripientium agilitatem de jure posset retardare, nichilominus asportabant, (&c.)

Restant adhuc non pauca De Ecclesiæ hujus afflictionibus dicenda; quæ licèt per singula non scribantur, propter sui immanitatem, nunquam ut reor oblivione obliteranda, filii qui nascentur et exurgent enarrabunt filiis suis. Videat qui voluerit an in talibus tamisq; tribulationibus desideranda esset respiratio. Et ne quid purgationis probationisve afflictæ Ecclesiæ deesset, hujusmodi persecutiones usq; ad septuagesimum Annum ad instar illius *Babylonicæ* captivitatis protelatæ, spiritus & animas innocentium variis & acerbis doloribus cruciabant. 1b. fol. 46 b.

Cum autem supradictus *Willielmus* annis aliquot Ecclesiæ *Lanthonienſi* honestis moribus & religiosis exemplis præfuisset, contigit enm apud *Rogerum* Comitem, tunc advocatum Ecclesiæ *Gloecstriæ*, grave simultate periclitari, divino hoc permittente seu etiam fortassis procurante judicio, ut ubi plus æquo & non sine aliorum læsione in rebus comportandis exiterat solicitus, ibi se pudenda dejectione humiliari videret. Hujus itaque odii seminarium hujscemodi initium sumpsit; *Milo* Comes *Herefordiæ* pater huius *Rogeri*, tempore aliquo Ecclesiam & ecclesiasticas personas acerbissimè insectabatur & Ecclesiasticâ sententiâ sub horribili austeritate proinde plectebatur. Hic verò *Willielmus*, qui *Roberto* Episcopo Comes individuus diutius adhærebat, omnem ejus tyrannidem actusque detestabiles probrosamquæ à grege dominico sequestrationem, tanquam æternæ mandans memoriæ, in libello quodam (sicut erat vir summæ eloquentiæ) digesserat. Fratres siquidem qui eum præ nimia vitæ austeritate inflexibiliq; severitate exosum habebant, cupientes omnimodis ejus carere consortio, quippe

———*quem metuit quisq; perire cupit.*

Hæc & fortè alia si qua impudenti malitiâ componere poterant, ipsi *Rogero* intimaverant, suggerentes ei, hujusmodi homini inplacabilem se esse debere, nec aliquatenus passurum eum domui suæ ulterius præesse. Qui nimirum ulterius & suggestionibus eorum credulus, & præ magnifica sui potentia plurimùm impatiens, tantam exarsit in iram, ut asserer, se nunquam domum illam, dum ipse præesset, ingressurum, quinimmo verbis levibus & si dici liceat blasphemis (quibus illud hominum genus habundantiùs intumescit) omnia eorum bona se velociùs demoliturum atrociter comminabatur. Quid quæso consilii supererat Priori hujusmodi angustiis inopinatè circumvento? videt hinc terribiles advocati comminationes, hinc cotidianas fratrum importunitates. Quod potuit fecit, cessit, loco officio & beneficio, & residuum vitæ apud *Fremam* unius canonici contentus solacio sub satis honesta conversatione transegit.

Quo cedente, fratres unanimi assensu virum clarissimum nomine & re, *Clementem* supprioris tunc officio fungentem in sortem Prioris elegerunt. Et quis ego sum ut omnes hujus

eximii viri virtutes stilo tegere præsumam, sed nunquid si omnia dignè explicare non sufficio, saltem vel aliqua utcunque tangere recusem? Absit hoc à devotissimi filii congratulatoria ammiratione, ut immarcessibilia tanti patris præconia silenti transcursu censeâ prætereunda. Floruit itaque permaximè in divinarum studiis litterarum, in quibus quantum exciterit, in investigando subtilis, in sapiendo sobrius, & in differendo catholicus, insignia ejus volumina sano satis eloquio testantur. Præterea quantum fuerit in exhortando efficax, in prædicando alacer, & in cæteris spiritualis conversationis exercitiis (de quibus hic per singula longum esset enumerando discurrere) assiduus & devotus viri probi, & seniores qui adhuc supersunt indubitabili peribent testimonio.

Deinq; ea quæ in ordinis seu divini servicii consuetudinibus ei minus decenti a videbantur, virorum prudentium sapienti usus consilio ita emendare & ordinare sategit, ut Ecclesia *Lanthonienſis* nulli majorum cœnobiorum in hujusmodi crederetur esse secunda, plura verò ut alia majori devotione & alacritate fierent, prudenter resecavit; quædam autem ad majorem aliorum perfectionem discreto moderamine adjecit, nonnulla etiam ad majorem aliorum venustatem non animi levitate, sed quadam decenti varietate mutavit. Deniq; matricem Ecclesiam suam majori quàm plures alii, qui ante vel post eum Prælati extiterunt, colebat obsequio, & venerabatur, ita ut per annum Conventum universum sponte vel invitè unà secum cogeret in ea residere, tredecim cum suo Rectore apud *Gloucestriam* remanentibus; quod quia diutius propter nimiam quorundam importunitatem hoc modo facere non prævaluit, magno animi torquebatur angore: Dicere enim sæpius consuevit, omnes propter *Sanctum Johannem* in infernum descendemus.

Plus tamen in hiis, quàm fecit, facere potuisset, si tantum illi serpentinæ prudentiæ quantum columbinæ simplicitatis ingenita ejus benignitas contulisset; verùm cum jam provectioris esset ætatis, propter multam parentum & cognatorum suorum turbam, nimiamq; eorum familiaritatem minus solito à fratribus molestè id ferentibus venerabatur: O quàm multorum famam denigravit hujusmodi inaccepta curiositas! Contingere namque mirum in modum solet, ut cum aliquis Monasterium petens, universa, quæ sæculi sunt, corde perfecto reliquisse videtur, paucis evolutis annis cum jam in sancta religione multùm profeciſſe credi posset, quosdam nepotes vel cognatos in tantum diligere, tanto mentis affectu circa eorum curam affici, tantaque solicitudine incipit ágitari, ut non inmerito omnibus fratribus ejus inquietudo gravis, ejusq; curiositas onerosa habeatur. De hujus autē eximij viri opinatissima vitæ honestate brevirer, quod de familiaribus ejus didici dico, quia virgo senex obiit, deficiensq; senectute bonâ appositus est ad prædecessores suos Priores, sepultusq; est in Monasterio suo apud *Gloucestriam*.

Fundatorum Progenies.

MEmorandum, quod in tempore Regis *Henrici* filii *Willielmi* Conquestoris *Angliæ*, fuit quidam Constabularius nobilis, nomine *Walterus*; qui quidem *Walterus* habuit in sua custodia, Castella *Gloucestriæ* & *Herefordæ*: & dictus *Walterus* fieri fecit prædictum Castellum *Gloucestriæ*, super proprium solum suum, & postea moriebatur, & jacet humatus apud *Lanthoniam* in *Wallia*. Ex Chronicis Abbatiæ de **Lanthony**, juxta *Glouc.* per *Rob. Gloverum*, *Somerset* Heraldum, quondam transcripta.

Walterus Constabularius prædictus, habuit unicum filium, nomine *Milonem* Constabularium; quem *Milonem* Rex *Henricus* prædictus fecit Comitem Hereford; & ultra hoc, in augmentatione ipsius Comitatus, dictus Rex *Henricus* dedit sibi & hæredibus suis, totam Forestam de **Dene**. Qui quidem *Milo* desponsavit *Sibillam*, hæredem de **Brekenok**, filiam domini *Bernardi* & *Agnetis* de *Nova-Marchia*. De quibus *Milone* & *Sibilla* procreati fuerunt quinq; filii & tres filiæ; viz. *Rogerus*, *Henricus*, *Walterus*, *Mathæus* & *Willielmus*; *Margeria*, *Berta*, & *Lucia*.

Et dictus Comes *Milo* fundavit Domum sive Prioratum *Lanthoniæ*, juxta *Gloucestriam*, 25. die *Maii* Anno Domini *MCXXXVI.* & regni regis *Stephani*, primo. Et postea idem Comes *Milo* moriebatur in vigilia *Natalis* domini, Anno Domini *MCXLIII.* & jacet in Capitulo dicti Prioratus *Lanthoniæ* juxta *Gloucestriam*. Post cujus Comitis *Milonis* mortem, quilibet prædictorum quinq; filiorum suorum, post alium, fuit Comes *Herefordiæ*; sed brevi temporis spacio migraverunt de hoc seculo sine hæredibus de corporibus suis legitimè procreatis; per quod hæreditas dicti Comitis fuit partira inter tres filias prædictas.

Lucia prædicta, scila tertia filia dicti Comitis *Milonis*, fuit desponsata domino *Hereberto* filio *Hereberti*, cum foresta de **Dene**, & aliis terris in *Anglia*. De quibus *Hereberto* & *Lucia* *Petrus* filius *Hereberti*. De *Petro* *Reginaldus* filius *Petri*. De *Reginaldo*, Dominus *Johannes* filius *Reginaldi*. De *Johanne*, *Herebertus* filius *Johannis*. De *Hereberto*, Dominus *Mathæus* filius *Hereberti*. Postea dicta *Lucia* moriebatur, & jacet in Capitulo prædicto.

Berta supradicta, dicti Comitis *Milonis* secunda filia, fuit desponsata *Willielmo Brewes*, cum dominio de **Brekenoke**; de quibus procreati fuerunt tres filii, *viz. Willielmus*, *Egidius*, & *Reginaldus*. Qui quidem *Willielmus* senior filius & hæres, postea, tempore Regis *Johannis*, debellavit cum adversario suo, nomine *Guenhuewyn*, & eum superavit; nec non plus quam 3000 *Walenſes* uno Die in **Elvel** interfecit; *viz.* in crastino *S. Laurentii* martyris, anno domini *MCXCVIII.* ob quam causam, Rex *Johannes* supradictus exhæredavit dictum *Willielmum*, ipsumq; exulari fecit extra regnum absq; judicio; & sic in utlagatione sua moriebatur: Et *Mabildis* uxor ejus, & *Willielmus* filius eorum & hæres, per mandatum ipsius Regis *Johannis* in prisonabantur, & in prisona moriebantur. Elvel in *Radnoria*.

Egidius.

Egidius de *Brews*, secundus filius supradictus, fuit Episcopus *Herefordiæ*: Et *Reginaldus* de *Brews* tertius filius prædictus, post mortem prædicti Regis *Johannis* & duorum fratrum suorum, *Willielmi* & *Egidii* supradictorum, intravit in omnia terras & tenementa, quæ fuerunt fratris sui *Willielmi* supradicti, ut rectus ejus hæres, & stetit dominus *xiii.* annis. Qui *Reginaldus* desponsavit ..... filiam domini *Willielmi* de *la Bruere*; de quibus *Willielmus* de *Brews* quartus, qui desponsavit *Evam* filiam Domini *Willielmi Mareschalli* sæpedicti: De quibus quatuor filiæ, viz. *Isabella*, *Matildis*, *Eva*, & *Alianora*. *Isabella* fuit desponsata *David* filio *Lewelini* Principis *Walliæ*: Qui quidem *Lewelinus*, in quodam magno convivio, per ipsum facto, circa post festum Paschæ, anno sc. Domini *MCCXXIX.* concipiens gelositatem inter uxorem suam & dictum *Willielmum*, proditiosè ipsum *Willielmum* fecit suspendi, per quod tota Marchia *Walliæ* fuit graviter turbata, Rege *Henrico* tertio adtunc in partibus *Franciæ*, cum magno exercitu, morante.

Matildis secunda filia supradicta, fuit desponsata Domino *Rogero* de *Mortuomari*, Domino de *Wyggemore*, De quibus *Edmundus* de *Mortuomari*. De *Edmundo Rogerus* primus Comes *Marchiæ*. De quo *Rogero Edmundus*. Et de *Edmundo Rogerus*. De *Rogero Edmundus* Comes *Marchiæ* & *Ultoniæ*. De quo *Edmundo Rogerus* Comes *Marchiæ* & *Ultoniæ*, de quo *Rog. Edm.* Comes *Marchiæ*, & *Ultoniæ*, & *Rogerus* frater ejusdem *Edmundi*. Et quia dicti *Edmundus* Comes & *Rogerus* frater ejus obierunt sine hærede de se, tota eorum hæreditas descendebat duabus sororibus suis; viz. *Annæ* & *Alianoræ*. Et quia dicta *Alianora* defuncta est sine hærede de se, tota dictorum Comitatuum hæreditas descendebat supradictæ *Annæ*, ut sorori & unicæ hæredi supradicti *Edmundi* Comitis *Marchiæ* & *Ultoniæ*; & quæ quidem *Anna* desponsata fuit Domino *Ricardo* Comiti *Cantabrigiæ*.

Eva tertia filia *Willielmi* de *Brewes* antedicti, desponsata fuit *Willielmo* de *Cauntello*. *Elianora* quarta filia fuit desponsata *Humfredo* de *Bohun*, quinto, cum dominio de Brekenok; & per idem maritagium dominium de Brekenok aliquando descendebat Comitibus *Heref.*

Eo quod mentio facta est de duabus filiabus supradicti Comitis *Milonis*, sc. *Bertæ* & *Luciæ*; est memorandum, quod de illa nobili patrona *Lanthoniæ*, juxta *Glouc.* sc. *Margeria* de *Bohun* antedicta, seniore filia Comitis *Milonis* prælibati & hæredibus suis.

Dominus *Humfredus* de *Bohun*, cum barba; qui primò venit cum *Willielmo* Conquestore in *Angliam* de *Normannia*, cognatus dicti Conquestoris, genuit Dominum *Humfredum* de *Bohun* secundum; qui fuit vocatus *Humfredus* magnus, qui per voluntatem & præceptum Regis *Willielmi Rous*, filii dicti Conquestoris, desponsavit *Matildem* filiam *Edwardi* de Salesbury; cum qua *Matilda* pater suus donavit dicto *Humfredo* in liberum maritagium, omnia terras & tenementa sua quæ fuerunt ex perquisitione dicti *Edwardi*; viz. Weston juxta Salesbury, & Walton, Newenton, Pirpton, Staunton, Trobrege, & unum messuagium in Salesbury juxta portam orientalem, & advocationem Ecclesiæ S. *Crucis*, quæ est fundata supra portam antedictam, una cum uno prato extra Salesbury. Et Weston prædicta postea fuit data in escambium pro Wynelesford & Barwingford; & omnia alia terræ & tenementa, quæ fuerunt de hæreditate dicti *Edwardi*, remanebunt filio suo & hæredi, vocato *Waltero Salesbury*. De quibus *Humfredus* tertius de *Bohun*, & *Matildis*.

Iste *Humfredus* tertius, postea tempore Regis *Henrici* supradicti, fuit senescallus dicti Regis *Henrici*, & desponsavit *Margeriam* de *Bohun*, nobilem patronam *Lanthoniæ* prædictæ, cum Comitatu Hereford, & aliis terris, ac Constabulario *Angliæ*. De quibus *Humfredo* & *Margeria*, procreatus fuit Dominus *Humfridus* quartus de *Bohun*, Comes *Herefordiæ* & Constabularius *Angliæ*. *Margeria* supradicta supervixit Dominum suum *Humfredum*, & postea moriebatur sexto die *Aprilis*, anno Domini *M.CLxxxvii.* & jacet in Capitulo *Lanthoniæ*, juxta *Glouc.*

Humfredus quartus supradictus, desponsavit *Margaretam* Comitissam *Britanniæ* de quibus Dominus *Henricus* de *Bohun* Comes Hereford & Constabularius *Angliæ*. *Humfredus* quartus postea moriebatur, & jacet in Capitulo *Lanthoniæ*, juxta *Glouc.* prædict.

Henricus de *Bohun* antedictus, desponsavit *Matildem* filiam & hæredem Domini *Galfridi* filii *Petri* Comitis *Essexiæ*; de quibus procreati fuerunt *Humfredus* quintus de *Bohun*, Comes Hereford & Esser & Constabularius *Angliæ* & Dominus *Henricus* de *Bohun*, qui moriebatur juveniis, & jacet in Capitulo *Lanthoniæ* prædictæ. *Henricus* Comes prædictus moriebatur primo die *Junii* anno Domini *MCCXX.* & jacet in Capitulo *Lanthoniæ*, juxta *Glouc.*

Henricus quintus prædictus, qui vocabatur tempore suo *Bonus Comes* Hereford, desponsavit, primò *Matildem* filiam Comitis de *Ewe* in *Normannia*. De quibus procreati fuerunt dominus *Humfredus* sextus de *Bohun*, dominus de Brekenok, & quatuor filiæ: De quibus filiabus senior quæ vocabatur *Matildis*, nupta fuit *Anselmo* filio & hæredi *Willielmi* le *Mareschall*. Alia, vocata *Alicia*, nupta fuit domino de *Thonye*, & quæ *Alicia* jacet in Capitulo prædicto. Tertia filia desponsata fuit Domino de *Quincy*, & quarta incognitur cui donata fuit. Comitissa *Matildis* prædicta, filia Comitis de *Ewe*, moriebatur in vigilia *Assumptionis* beatæ *Mariæ*, & jacet in prædicto Capitulo *Lanthoniæ* juxta *Glouc.*

Humfredus sextus supradictus, post mortem matris suæ, vivente adhuc patre suo, desponsavit *Alianoram* de *Brewes*, hæredem de Brekenok, prælicta: De quibus procreati fuerunt *Humfredus* septimus de *Bohun*, Comes *Herefordiæ* & *Essexiæ*, Constabularius *Angliæ* & dominus *Breconiæ*.

Humfredus sextus supradictus, avus domini *Oliveri* de *Bohun*, fuit captus in Bello de Evesham,

Evesham. quarto die *Aug.* anno Domini *MCCLXV.* & missus ad castellum de Kyston juxta *Cestriam*, in quo Castello moriebatur in vigilia Sanctorum *Simonis & Jude* proxima sequente post dictum Bellum, in custodia Regis, vivente patre suo, & jacet in Abbathia de Cumbremere. *Alianora* de *Brewes* supradicta, uxor ejus, postea moriebatur, & jacet in prædicto Capitulo *Lanthoniæ*.

Humfredus quintus supervixit filium suum *Humfredum* sexdecem annis; & desponsavit aliam mulierem, vocatam *Matildem* de *Avenebury*; de qua procreavit Dominum *Johannem* de *Bohun*, Dominum de Hartesfelt, patrem Domini *Edmundi* de *Bohun*, & postea moriebatur *Humfredus* quintus, *xxiiii.* die *Septembris* anno Domini *MCCLxxv.* & corpus suum jacet apud Lanthony juxta *Glouc*estriam coram summo Altari, & cor ejus apud Wallepe.

Matildis de *Avenebury*, uxor ejus, Comitissa antedicta, defuncta est octavo die *Octobris*, in vigilia S. *Johannis*, apud Bourne in *Gascoinia*, anno Domini *MCCLxxiii.* & in eadem villa fuit primò humata; & postea *xvii.* anno mortis suæ, filius ejus nomine *Johannes* de *Bohun* antedictus, misit ad dictam villam de Bourne, pro ossibus dictæ matris suæ, & ea reportari fecit in *Angliam*, & sepeliri fecit cum magna solempnitate in Choro *Lanthoniæ* prædictæ, juxta *Humfredum* patrem suum, in festo S. *Kyneburgæ* Virginis, anno Domini, *MCCXC.*

Humfredus septimus de *Bohun* desponsavit *Matildem* de *Fenes*: De quibus *Humfredus* octavus de *Bohun*, Comes *Herefordiæ*, *Essex*; Constabularius *Angliæ* & Dominus *Breconiæ*: Et in festo S. *Leonardi* moriebatur mater ejus *Matildis* Comitissa supradicta, & sepelitur apud Waldene. *Humfredus* septimus, per longum tempus supervixit prædictam uxorem suam, & sepelitur etiam apud Waldene.

Humfredus octavus de *Bohun* desponsavit *Elizabetham* filiam Regis *Edwardi* filii Regis *Henrici* tertii; de quibus sex filii & quatuor filiæ; viz. *Margereta* quæ juvenis obiit, *Humfredus* nonus qui etiam juvenis obiit *x* die *Septembris* anno Domini *MCCCxiii.* *Johannes* Comes Hereford & Esser; Constabularius *Angliæ* & dominus *Breconiæ*. *Humfredus* decimus, Comes Hereford & Esser, Constabularius *Angliæ* & dominus *Breconiæ*. *Edwardus* & *Willielmus* nati ad unum tempus; *Alianora*, *Margareta* secunda, *Eneas*, *Isabella* quæ juvenis obiit. *Elizabetha* Comitissa supradicta, uxor prædicti *Humfridi* octavi, sepelitur apud Waldene.

Humfredus octavus supradictus, moriebatur apud Bermondsey 16. Die *Martii* Anno Domini *MCCCXXI.* & sepelitur apud *Ebor*: inter fratres Prædicatores.

Johannes de *Bohun*, Comes supradictus, post decessum patris sui, primò desponsavit *Aliciam* filiam Domini *Edmundi* Comitis *Arundeliæ*. quæ statim moriebatur & jacet apud Waldene, Post mortem dictæ *Aliciæ*, dictus *Johannes* desponsavit *Margaretam* filiam Domini *Radulphi Basset*, de quibus nullus exitus evenit. *Eneas* supradictus, filius prædicti *Humfredi* octavi, post decessum ipsius patris sui, moriebatur sine hærede de se, & jacet apud Waldene. *Edwardus* prædictus moriebatur in *Scotia*, sine hærede de se, & jacet apud Waldene.

Post prædictum *Edwardum*, Comes *Johannes* supradictus, moriebatur apud *Kirkeby Thore*, sine hærede, in festo Sanctorum *Fabiani* & *Sebastiani*, Anno Domini *MCCCXXXV.* & jacet in Abbatha de Stratford, juxta *London*. Post decessum cujus *Johannis*, tota hæreditas descendebat fratri suo *Humfredo* decimo, qui Humfredus nullam uxorem habuit.

Willielmus de *Bohun* supradictus, quem Rex *Edwardus* tertius, post mortem prædicti *Johannis fratris sui*, *fecit Comitem Northamtoniæ*, desponsavit *Elizabetham* filiam domini *Bartholomei* de *Badlesmere*; quæ fuit prius desponsata domino *Edmundo* de *Mortuomari*; de quorum exitu postea, plenè declaratur: Tamen, de dictis *Willielmo* & *Elizabetha*, procreati fuerunt unus filius, nomine *Humfredus* undecimus, & una filia, nomine *Elizabetha*.

Elianora de *Bohun* supradicta, senior filii prædicti *Humfredi* octavi, post decessum patris sui, fuit primo desponsata domino *Jacobo* le *Botyler Hybernia*, quem dominus Rex *Edwardus* tertius supradictus, postea fecit Comitem de *Ormond*: de quibus *Jacobus* le *Botiler*, & alii filii & filiæ, qui moriebantur juvenes.

Margareta de *Bohun* supradicta, secunda filia prædicti *Humfredi* octavi, post decessum dicti patris sui, desponsata fuit domino *Hugoni* de *Courtney*, quem supradictus Rex *Edwardus* postea fecit Comitem de Devonshire. De quibus *Hugo* & *Margareta* de *Courtnay*, *Elizabeth*, *Thomas*, *Edwardus*, *Johannes*, *Alianora*, *Caterina*, *Guenevera*, *Willielmus*, *Humfredus*, *Johannes*, & Isabella.

Willielmus de *Bohun*, antedictus Comes *Northamtoniæ*, & Constabularius *Angliæ*, moriebatur *xvi.* die *Septembris*, Anno Domini *MCCCCL.* & sepultus est apud Waldene: Post cujus mortem hæreditas Comitatus *Northamptoniæ*, descendebat *Humfredo* undecimo de *Bohun*, filio suo.

Humfredus, decimus de *Bohun*, Comes *Herefordiæ* & *Essexiæ*, ac dominus *Breconiæ*, frater dicti *Willielmi*, supervixit dictum Comitem *Northamtoniæ*, fratrem suum, per unum annum, unum mensem & quinque dies; & moriebatur apud Pleyss sine hærede de se, anno Domini, *MCCCLXI.* & sepultus est *Londini* apud *Fratres Augustinos*, coram summo Altari: Post cujus decessum Comitatus *Herefordiæ* & *Essexiæ*, cum Domino *Breconiæ*, descendebat *Humfrido undecimo*, filio dicti Comitis *Northamptoniæ*, & Constabularii *Angliæ*, Et sic dictus *Humfridus* undecimus fuit Comes *Herefordiæ*, *Essexiæ* & *Northamtoniæ*, Constabularius *Angliæ*, & Dominus *Breconiæ*. Qui quidem *Humfredus* undecimus desponsavit *Johannam* filiam *Richardi* Comitis *Arundeliæ* & de *Surreia*. Et *Elizabetha* filia *Willielmi* Comitis *Northamtoniæ*, desponsata fuit

Richardo

Richardo filio & hæredi ipsius Comitis *Arundelia*.

Ex Chronicis de Lanthoni in Wallia.

Anno Domini *MLXVI. Willielmus* dictus Bastard, Dux *Normanniæ* venit in Angliam cum magno exercitu *Francorum* & *Normannorum*, & eam conquæstus fuit; & coronatus fuit Rex *Angliæ* die *Lunæ* in festo *Natalis* Domini. Cum quo *Willielmo*, venit quidam *Hugo* de *Lacy* primus fundator Prioratus *Lanthoniæ* in *VValliâ*, qui obiit sine hærede de se; unde hæreditas ipsius *Hugonis* descendebat duabus sororibus suis, *viz. Ermelina*, quæ obiit sine hærede de se, & *Emma* sorori suæ, desponsatæ ..... de qua processit *Gilbertus* de *Lacy*. De quo, *Hugo*, qui obiit sine hærede de se, & *VValterus* frater ejus, qui desponsavit *Margeriam* filiam *Matildis* de *S. VValerico*, quondam uxoris *Willielmi* de *Brewes*. De quibus procreati fuerunt plures filii & filiæ, qui obierunt sine hæredibus de se, excepto quodam *Gilberto* de *Lacy* qui fuit maritus *Isabellæ Mareschal*. De quibus *Margeria*, uxor *Johannis* de *Verdon*, & una hæredum dicti *Gilberti* de *Lacy* patris sui; quia ipse decessit sine hærede masculo. *Matildis* altera filia & hæres ipsius *Gilberti*, uxor *Galfridi* de *Geneville*.

De *Waltero* de *Lacy* descendit jus totius hæreditatis suæ, cuidam *Gilberto* de *Lacy*, ut filio suo & hæredi: Et de ipso *Gilberto* descendit jus &c. quibusdam *Margeriæ* & *Matildi*, ut filiabus & cohæredibus ipsius *Gilberti*; inter quas tota hæreditas ipsius *Gilberti*, patris eorum, partita fuit. Et dicta *Margeria* nupta fuit *Johanni* de *Verdon*, unde tota propars hæreditatis suæ descendebat *Nicholao*, ut filio suo & hæredi. Et de ipso *Nicholao*, quia obiit sine hærede de se, descendebat jus hæreditatis suæ, cuidam *Johanni* ut fratri suo & hæredi. Et de ipso *Johanne*, quia obiit sine hærede de se, descendebat jus hæreditatis suæ, cuidam *Theobaldo*, ut fratri suo & hæredi. Et de ipso *Theobaldo*, descendit jus cuidam *Johanni* ut filio suo & hæredi. Et de ipso *Johanne*, quia obiit sine hærede de se, descendit jus cuidam *Theobaldo*, ut fratri suo & hæredi. Et de ipso *Theobaldo* descendit jus cuidam *Johanni*, ut filio suo & hæredi. Et de ipso *Johanne*, quia obiit sine hærede de se, descendit jus cuidam *Willielmo* ut fratri suo hæredi: Et de ipso *Willielmo*, quia obiit sine hærede de se, descendit jus quibusdam *Johannæ*, *Elizabethæ*, *Margeriæ*, *Isabellæ*, & *Catherinæ*, ut filiabus *Theobaldi* de *Verdon* supradicti, ut filiabus & uni hæredi. Et de ipsa *Catherina*, quia obiit sine hærede de se, descendit jus propartis suæ, prædictis *Johannæ*, *Elizabethæ*, *Margeriæ* & *Isabellæ*, ut sororibus & hæredibus: Et prædicta *Johanna* desponsatur *Thomæ* de *Furnivall*; & prædicta *Elizabetha* cuidam *Bartholomæo* de *Burghersh*; & prædicta *Margeria* cuidam *Willielmo Blaunt*: Et *Isabella* supradicta desponsatur cuidam *Henrico* de *Ferrariis*.

Propars illorum de Genyville.

DE *VValtero* de *Lacy* supradicto descendit jus hæreditaris suæ, &c. cuidam *Gilberto* de *Lacy*, ut filio suo & hæredi: Et de ipso *Gilberto* descendit jus quibusdam *Margeriæ* & *Matild*, ut filiabus & cohæredibus ipsius *Gilberti*, inter quas tota hæreditas ipsius *Gilberti* patris eorum partita fuit. Et dicta *Matildis* nupta fuit *Galfrido* de *Geneyle*: Et de ipsa *Matilde* descendit jus cuidam *Galfrido Geneyle*, ut filio suo & hæredi: Et de ipso *Galfrido*, quia obiit sine hærede de se, cuidam *Petro Geneyle* ut fratri & hæredi suo; & de ipso *Petro*, quibusdam *Johannæ*, *Matilai* & *Beatrici* ut filiabus suis & cohæredibus. Et de ipsa *Matilde*, quia dimisit se in ordine monialium apud *Stronbury*, in quo ordine professa est, per quam dimissionem, &c. descendit jus propartis suæ prædictis *Johannæ* & *Beatricæ* ut sororibus & hæredibus: Et de ipsa *Beatrice*, quia ingressa est eundem ordinem, descendit jus propartis suæ, prædictæ *Johannæ*, ut sorori & hæredi; quæ *Johanna* desponsata est domino *Rogero* de *Mortuomari*, Comiti *Marchiæ*; de quibus *Edmundus* de *Mortuomari*, &c.

Rogerus de *Pedwardyn* habuit uxorem, nomine *Royse*; de quibus *Robertus*, & *Radulphus* de *Roberto*, *Adam* de *Pedwardyn*, & *Ricardus* frater ejusdem *Adæ*. De *Adam* & *Matilde* uxore sua, *VValterus* de *Pedwardyn* miles; de quo *Johannes* de *Pedwardyn*; de quo *VValterus* de *Pedwardyn*, cujus uxor *Elizabetha*. Cui *VValtero* *Willielmus* de *Hymet* dedit **Bertelithe**. De quibus *VValtero* & *Elizabetha* *Rogerus* de *Pedwardyn*; de quo *Willielmus de Pedwardyn*; de quo *Rogerus* de *Pedwardyne*; de quo *VValterus*, qui desponsavit *Matildem* filiam domini *Johannis Lyngayn*: Quâ defuncta desponsavit *Thagharran* sororem *Lectini* principis *VValliæ*.

De quibus quidem *VValtero* & ..... uxore sua, *Rogerus* de *Pedwardyn*, qui desponsavit *Aliciam* filiam & hæredem *Henrici* de *Longecampo*, & *Petronillæ Croun* uxoris suæ, filiæ & hæredis *Guidonis Croun*, & *Idæ* uxoris suæ, filii & hæredis *Mauricii Croun*, filii & hæredis *Alani Croun*, Baronis & domini Baroniæ de *Croun*; & de **Burton** *Croun* in comitatu *Lincolniæ*, & de **South-warnbom** in in com. *Southamp.* Quod quidem **South-warnbom** est parcellum & membrum manerii de **Burton** Baroniæ de *Croun*, cum multis feodis militum eidem Baroniæ in com. *Linc.* & alibi incumbentium. Qui quidem *Alanus*, fuit tempore *Matildis* imperatricis, rectæ hæredis *Angliæ*, ac in tempore *Stephani* Regis Angliæ, quem ipsa *Matildis* devicit in bello, & ipsum habuit in prisona sua.

Et post liberationem præfati *Stephani*, prædictus *Alanus* fundavit Prioratum S. *Jacobi* de **Frestun** in *Helmdia*, Cellam S. *Gudlaci* de **Croulund**, præsente *Gaufrido* Abbate de *Croulando*, qui fuit Germanus ipsius *Alani*. Et dedit

Prioratus de **Frestun** fundatio

dit eis omnes terras dominicales de **Frestone** & septem Ecclesias, & multa alia dominia.

Sed ascendendo linealiter ab illo *Alano*, usq; ad *Gutdonem*, qui venit cum *Willielmo* Bastardo, Conquestore Regni *Anglie*, nemo scit graduatim & linealiter declarare: Sed declaratur plenarie, in quodam libro, tempore ipsius *Willielmi* Regis composito, qui **Domesday** vocatur; quod supradictus *Gudo* fuit Baro Baroniæ de **Croun** prædicta.

Memorandum, quod *Petronilla* supradicta, post decessum *Willielmi Longechampe* primi viri sui, desponsata fuit *Johanni* de *Vaux*; cui ipsa *Petronilla* dedit manerium de **Frestone** in feodo talliato, eo quod *Willielmus* suus primus filius supradictus, fuit ejus hæres de tota hæreditate sua. Et etiam memorandum, quod *Henricus Longechampe* supradictus, desponsavit *Sibillam* filiam Domini *Thome Haringaude*, de quibus *Alicia* uxor *Rogeri Pedwardyn* supradicti.

De quibus *Rogerus* & *Alicia Longechampe* uxore sua, alius *Rogerus* de *Pedwardyn* maritus *Agnetis*, filiæ Domini *Philippi Darcy*. Et quia *Normannus Darcy* frater dictæ *Agnetis* obiit sine hærede de se, Baronia de **Norton** partita fuit inter dictam *Agnetem* & *Julianam Lymbery*, ut sorores & cohæredes dicti *Normanni*. Et de prædictis *Rogero* de *Pedwardyn* & *Agnete* uxore sua, processit *Walterus* de *Pedwardyn*, qui desponsavit *Isabellam* filiam Domini *Roberti Hilton* militis, ac consanguineam & unam hæredum *Thome* de *Thwenge*, & de **Castel-Hilton** infra Com. *Ebor.* ac Domini parcellæ dominii & Baroniæ de *Bruys* de **Kirkeby** in **Kendale** in Comitatibus *Westmerlandiæ Ebor.* & *Lancastriæ*, De quibus *Waltero* & *Isabella* uxore sua, *Robertus* de *Pedwardyn*, qui desponsavit *Elizabetham* filiam Domini *Roberti Purpoint*. De quibus *Walterus* de *Pedwardyn*, qui desponsavit *Catherinam* filiam. . . . . De quibus *Rogerus* maritus *Beatricis* filiæ *Mathei Leeke* de **Poulande**.

Carta Milonis *Constabularii* Gloucestriæ.

Et Collect. v. cl. Henrici Spelmanni Eq. aur.

MYlo Constabularius de *Gloucestria*, *Symoni* Dei Gratia *Wigornienſi* Episcopo, & *Roberto* Episcopo *Herefordienſi*, & omnibus Baronibus de *Wirecestreſyra*, & *Herefortſyra*, omnibusq; fidelibus sanctæ Ecclesiæ, salutem. Notum esse volumus universis, tam præsentibus, quàm futuris, quod ego pro salute animæ meæ, & omnium antecessorum meorum, per manum *Roberti Herefordenſis* Episcopi, dedi Deo & sanctæ *Mariæ*, & Canonicis Ecclesiæ *Lanthonienſis*, in perpetuam elemosinam, Ecclesiam de *Buchulla*, cum omnibus beneficiis, ad eam pertinentibus; hidam de *Gloucestria* liberam ab omni servicio, pratum quod dicitur **Castle-mede**; decimam feni de prato de **Prestenham**; decimam piscium vivarii & molendini de **Quedesse**, & fossaticirca Castellum: Ecclesiam Sancti *Andoeni*, cum pertinentibus ad eam. Hæc autem sunt pertinentia ipsius Ecclesiæ, quæ priùs dederunt antecessores mei, *Rogerus* de *Gloucestria* & *Walterus* Constabularius; Capella intra castellum, & ternula super ripam *Sabrinæ*, ad luminare ipsius Capellæ. Tota oblatio custodum turris & Castelli, & Baronum ibi commorantium. Medietas totius oblationis meæ, & familiæ meæ, contra Capellanum meum, si præsens ibi fuerit; tota autem si illa defuerit. Item Capella Sanctæ *Keneburgæ*, & tota parochia terra Constabularii, infra portam de *Sut*; & tota parochia, quæ est extra eandem portam; & tota terra quam *Rogerus* de *Tochebem*, & *Richardus* Capellanus tenent infra eandem portam, & extra.

De piscaria juxta Castellum decima tota. Capella de *Heccamſtuda*, cum omnibus decimis villanorum in omnibus. Capella de **Quedesse**, cum decima tota dominii in omnibus; & omnibus decimis villanorum in omnibus; & ternula quadam ad colligendam Decimam. De *Caldecota* duæ partes decimæ in omnibus. De *VVadona* tota. De Curia de **Brocton** tota in omnibus; & omnium villanorum, cum ternula quadam ad colligendum Decimam, De curia **Longton** tota; & Decima vineti *Coveſt*. De Curia *Suthan*, tota in omnibus, cum ternula ad colligendum Decimam. De Hida *Gloecestriæ* tota in omnibus. De *Bernintona* duæ partes de Curia in omnibus. De *Colesburna Samſonis* duæ partes: Duæ partes Decimæ *Helie Loholt* de *Colesburna*. Capella de *Elmoura*, cum tota Decima dominii in omnibus; & omnibus Decimis villanorum, cum ternula quadam ad colligendam Decimam. De Curia *Cerneia* duæ partes. De *Culchertona* tota. Ecclesia de **Tochetham**, cum pertinentibus. De Curia *Lotherig* tota. De Curia *Ciretone*. Medietas totius decimæ. De *Sugrava* **Westall** tota decima: Et hanc donationem de prædictis Decimis, feci Canonicis *Lanthoniæ* in Ecclesia *Mariæ* apud *Gloecestriam*, Die & hora qua ipsa Ecclesia dedicabatur, Anno ab Incarnatione Domini *Millesimo Centesimo trigesimo septimo*. Testibus Episcopis *Simone Wigornienſi*, & *Roberto Herefordi*, *Roberto* Abbate *Teochesburiæ*, *Serlone* Abbate *Cirecestriæ*, *VVillielmo* de *Mara*, *VVillielmo* de *Bercale*, *Alano* filio. . . . *Rogero filio Ricardi*, *Richardo VVicet*, *Rogero Wicet*, *Rogero* de *Tocheham*. 1137.

Postea dedi eis Ecclesiam, de *Bertona*, juxta *Wintoniam*, cum dimidia hida terræ ad eam pertinente, quæ utraq; pertinet ad feodum meum, antiquo jure antecessorum meorum, & mea tenura eatenus: Item Anno ab incarnatione domini *Millesimo Centesimo quadragesimo primo*, apud *Bristedum* positus, jurq; Consulatus honorem adeptus, dedi eis manerium de *Hechamſteda*, cum pratis, & omnibus ejus, tam in aqua, quàm in terra, liberum & quietum ab omni servitio & consuetudine, sicut pater meus, & ego ipse, unquam meliùs, & liberius tenuimus. Hanc donationem uxor mea *Sibilla*, & filii mei *Rogerus*, & *Walterus*, atque *Henricus*, in Ecclesia Canonicorum apud *Gloecestriam*, fecimus; ita quod *Rogerus*, jam miles, & uxoratus, juravit super Altare *Mariæ*, & quatuor Evangelia, quod de illo Manerio nunquam, deinceps faceret eis injuriam, vel perquireret damnum, sivè dimunitionem in 1141.

aliquo

aliquo neq; per se, neque per alium: idem juravit & *Walterus* filius meus.

Ego verò post paucos dies, de *Bristodio* regressus, astantibus & contestantibus, præfatis filiis meis, & *Drogone* Dapifero. *Roberto Corbet*, *Willelmo* de *Bercale*, *Alano* filio *Main*, *Hugone* de *Hesela*, *Turstino* filio *Symonis*, *Willelmo Briton*, *Rogero Parvo*, *Radulfo Avenel*, *Waltero* de *Brosela*, *Roberto* filio *Hugonis*. Primæ donationis apud *Bristodium* testes fuerunt Imperatrix, *Robertus* Comes *Glouc. Brienus filius Comitis*, *Robertus filius Martini*. Similiter dedi eis piscariæ de Wasepole medietatem, quæ ad Manerium ipsum pertinet, cum locis piscalibus, hinc & inde pertinentibus: Reliquam verò medietatem dedi eis post paucos inde dies, in eadem Ecclesia per annulum aureum super Altare pro sospitate *Rogeri* filii mei recuperata. Secundo post hæc Anno, cum *Walterus* filius meus ægrotaret apud eos, dedi eis pratum apud *Elmouram*, quod *Rogerus* de *Tocheham*, de grava quadam extocaverat, & in hoc dono statui redditum ad luminare ante Corpus Domini, quod eis promiseram, & Deo voveram.

Carta Regis Johannis, *Donatorum concessiones recitans & Confirmans.*

Cart. 14. E. 3. n. 26. per Inspex. Vide etiam Cart. 8. E. 3. n. 1. Et pat. 1. H. 4. p. 7. m. 2. & m. 30.

Johannes Dei Gratia Rex *Angliæ*, (&c) Noverit universitas vestra, nos pro Dei amore, (&c.) confirmâsse in perpetuam elemosinam Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* & S. *Joh. Bapt.* & Canonicis regularibus de Lantonay, subscriptas donationes, quæ illis rationabiliter factæ sunt. Ex dono *H.* Regis Patris nostri Capellam juxta castellum *Gloucestriæ*, & scolam unam in eadem villa, & medietatem piscariæ de Wersepol, quæ est de dominico nostro, & *iii. lib.* terræ in manerio de Bernintone in perpetuam elemosinam; & alias quatuor libratas terræ in eodem manerio in feodi firmam, pro quatuor libratis inde singulis annis reddendis. Ex dono *Hugonis* de *Laceio*, & *Pagani* filii *Johannis Ominour* Bethreshant, *Redwerennam*, & veterem villam; & *Fromam* minorem, & dimidiam hidam apud *Aclam*; Et in Herchenefeld quasdam terras; & in *Hamma* unam piscariam cum quatuor acris terræ; & tenementum quod *Ord.* & antecessores ejusdem tenuerunt cum piscariis de Tudenham, & *Gordis* de Podenac, & totam piscationem pertinentem ad illud, sicut *Pagnus* unquam melius & honorificentiùs tenuit. Ex dono *Walteri* de Lasceio totam terram, quæ est inter montes ab Irsebroke usq; in Anfmere; Et terram quam *Richardus Porcii* dedit eis in Turchedene. Ex dono *Brienti* filii Comitis duas carucatas terræ in villa S. *Michaelis*.

Ex dono *Nigelli* filii *Hordfast*, & concessione *Henrici* de *Albeny*, & *Roberti* filii ejus, quicquid prædictus *Nigellus* tenuit in soka de Hanelawe in *Aylricheseya*, cum Ecclesia de Hanelawe. Ex dono *Rogeri* de *Candos*, & *Roberti* filii ejus, Burhal, *Chenecestriam*, & *Fel.leiam*, quicquid *Aldredus* tenebat, cum una virgata terræ in *Hopa*. Ex dono *Roberti* de *Candos*, Ecclesiam de Broklworodyn, cum dimidia hida terræ & mansione una, juxta cimiterium ex parte occidentali; Et terram quæ dicitur Nozbroc, in Broclworodyn usq; ad veterem viam juxta parcum Comitis, & duo exsarta, quæ *Ricardus* de Broclworodyn dedit eis. Et dimidiam virgatam terræ quæ fuit *Alred*; & in *Felleia* terram quæ fuit *Hugon.* de *Dunnoc*, cum servicio ejus, cum communi pastura animalibus suis cum animalibus Domini; & duo molendina de Wardefoid, cum triginta acris terræ, & de nemore quantum sufficit ad molendina reparanda, & iterum *xxiiii.* acras terræ, quas supradictis addidit, & iterum *xxx.* acras terræ, & unam acram prati & Ecclesiam de Wegendone, cum pertinentiis suis. Ex dono *Rogeri* de *Candos* junioris in Broclworodyn unam virgatam terræ *xlii.* acrarum, & exsartum totum quod fuit *Garemondi*, & *x.* acras juxta idem exsartum, & quinq; quas tenuit *Johannes* Presbiter, & unam virgatam terræ quæ fuit *Ricardi*, & totum algardum, ex parte orientali, juxta Monasterium, & terram quæ dicitur Biteleshull & *Heglane* Frudyng, & Pilemede; & unam virgatam terræ quæ fuit *Lonewici* de *Strete*, & communem pasturam animalibus Canonicorum cum animalibus Domini; Et excambium quod habent Canonici in Broclworodyn pro *Kenecestria*.

Ex dono *Radulfi* de *Baskervill* omnes decimas ad ejus jus & potestatem pertinentes, & Ecclesiam de *Herdesleya* cum *xii.* acris terræ, & ortum cum parte muretti sub cimiterio, & Ecclesiam de Janesor & Capellam de Strettone; & Ecclesiam de Chiwethope, Capellam de Pulule, Ecclesiam de Hortope, exsartum de *Herdesleya* cum parte nemoris sicut divisæ monstrant, Hardeshope totum cum Brechull & *Foxleia*, cum pertinentiis eorum, & terram quæ dicitur Canendunan. Ex dono *Milonis* Comitis Ecclesiam de Burchull, cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam de Bertone cum dimidia hida terræ, & unam hidam terræ sub castello de *Gloucestria*, & pratum quod dicitur Castelmede, & decimam feni de prato de Prestenham, & manerium de Hechampsted, cum pertinentiis suis, cum medietate piscariæ de Hersepole, & pratum de Elmore, quod *Rogerus* de *Cokeham* excociavit. Ecclesiam S. *Andoeni*, cum duabus præbendis, & omnibus ad easdem pertinentibus, & quatuor acras in prato militum, & duas acras prati *Willelmi* de *Mara*; & duas acras prati *Roberti* filii *Iordani* eorum consensu, & terram quæ fuit *Gunceli*ni, & terram quæ fuit *Redmeri Braciatoris*, & decimam vini de Broclwerne.

Et dono *Walt. Constabularii*, & confirmatione *Milonis* Comitis, dimidietatem de Bernintone, cum Ecclesia & omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Rogeri* Comitis, aliam dimidietatem Bernintone ad procurationem *xiii* leprosorum. Ex dono *Hugonis* de *Laser*, & confirmatione *Rogeri* Comitis, Ecclesiam de Wike, cum pertinentiis suis. Ex dono *Walteri* de *Hereforde* villam quæ dicitur Alvintone,

cum

cum pertinentiis. Ex dono *Gerardi* de *Lymesy* terram quæ fuit *Rogeri Sivani* in **Wamurthewyke**. Ex dono *Roberti Exon*: episcopi Ecclesiam S. *Mariæ* in *Gloecestria* cum Capella *omnium Sanctorum*. Ex dono *Rodlandi Malherbe* quatuor acras in **Wanclane**. Ex dono *Henrici* de *Hereford* Ecclesiam de **Herefelde**, & Ecclesiam de **Calvicote**, & **Cortune** sub castello *Gloecestriæ*; & medietatem prati quod dicitur Prestetiam. Ex dono *Mabel* de *Hereford* alteram medietatem prati & pomerium sub castello *Gloecestriæ*. Ex dono *Margaretæ* de *Bohun* duas partes de **Dnedesleye**, quæ illæ remanserunt post divisionem factam inter ipsam & *Luciam* sororem suam. Item ex dono ejusdem, & confirmatione *H.* de *Bohun* filii sui, Ecclesiam de **Chiritone**, cum una hida terræ. Item terram quandam in **Cerney** in recompensatione *xvl.* terræ, quas fratres ejusdem *Margareta* eisdem Canonicis dederunt & confirmaverunt.

Item ex dono *Margarete* de *Bohun xx Sol.* terræ in *Cudsleya* in perpetuam elemosinam, ut inde constituantur & amministrentur duo cerei, qui ardeant ad maiorem Missam. Ex dono *Walteri* de *Hereford* quædam exsarta in **Chittenham**. Item ex dono *Radulfi Picardi* totam terram quam habuit in *Gloec*: Ex dono *Ricardi Mundic* unam hidam terræ in **Duntesburne**. Item quandam terram in **Suthaun**, quam *Margareta* de *Bohun* dedit Canonicis in excambium terræ de **Blakemere**, quam *Rogerus* de *Harsforth* dedit eis. Item omnes elemosinas quas liberi homines præfatæ *Margaretæ*, cum consensu & confirmatione ipsius, præfatis canonicis dederunt. Item ex dono *Walteri* de *Lacy* Ecclesiam beatæ *Mariæ* de *Droghda* in *Hibernia*. Hæc omnia prædicta & alia quæcunq; eisdem Canonicis data sunt rationabiliter, vel in futurum dabuntur, tam in *Anglia* quam in *Hibernia*, illis concedimus. Quare volumus (*&c.*) Datæ per manum *H. Cantuar*: archiepisc: cancellarii nostri apud *Rupem-Aurivall. XXX.* Die *Julii*, Anno regni nostri primo.

Carta Walteri *de* Lacy, *donationem* Hugonis *patris sui, de diversis Ecclesiis & terris, in* Hibernia, *recitans & confirmans.*

Pat. 17 E. 2. p. 2. M. 13. per Inspex:

UNiversis Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, *Walterus* de *Lacy* filius *Hugonis* de *Lacy*, dominus *Midæ*, eternam in domino salutem. Noverit universitas vestra, quod cum operationis sanctæ propositum nulla humanæ temeritatis occasio de jure debeat præpedire, aut infirmare; immo potiùs omnes teneamur pro viribus nobis a Deo collatis, ad manutenendum & protegendum viros religiosos, & eorum bona ab antecessoribus nostris pro animabus suis & nostris, intuitu pietatis, & ex proposito sancto eisdem religiosis collata, ad imitationem pii propositi domini *Hugonis* de *Lacy* patris mei; pro salute animæ meæ, matris meæ & uxoris meæ; & pro animabus antecessorum meorum & successorum, dedi & præsenti scripto confirmavi Deo & *Ecclesiæ* S. *Johannes Baptistæ Lantoniæ* primæ, & Canonicis ibidem Deo servientibus, omnes Decimas & proventus & bona, quæ bonæ memoriæ prædictus *H. de Lacy* pater meus quibusdam Archiepiscopis & Episcopis Hiberniæ assensum, cum suis Capitulis, & consensum præventibus, priusquam liberos homines suos in *Hibernia* infeodasset, pro anima sua eisdem Canonicis assignaverat, de terra sua quam conquisivit in *Hibernia*; scilicet Ecclesiam de **Calp**, cum decimis **Connugerie**, & de **Duvenacharve**, Ecclesiam de villa *Marmeri*, cum decimis piscariæ; Ecclesiam de **Anye**: Ecclesiam de *Valle* **Clonaleuy**, Ecclesiam de villa *Oggary* in *Media*; Ecclesiam de **Stathmolin** & advocationem vicariæ de **Lillen**, Ecclesiam de **Lilmesan**; Ecclesiam de **Kilculy**; Ecclesiam de **Deivone**; Ecclesiam de **Killimethe**; Ecclesiam villæ quæ fuit *Reginaldi* de *Tibervill*; Ecclesiam de **Kilkarvan**; Ecclesiam de **Dunboin**; Ecclesiam de **Rathbegan**; Ecclesiam de **Lilkeuy**; & Ecclesiam de **Drumrath**; & terram de *Balibin*, & terram quam **Gillebertus** *Cornubiensis* tenuit in honore de **Rashouthe**, quas eis perpetuo possidendas confirmavi, cum omnibus earundem Ecclesiarum Capellis, & pertinentiis, & cum omnibus etiam terris & beneficiis Ecclesiasticis eis in terra mea *Midæ* collatis, prius, aut de cætero conferendis. Et ego & hæredes mei jura patronatuum earundem Ecclesiarum cum Capellis & pertinentiis suis dictis Priori & Canonicis, contra omnes homines & feminas warantizabimus, (*&c.*) His testibus *Roberto* de *Tiberville*, *Waltero* filio *Alured*, *Philippo* de *Colevilleni*, *Simone* de *Tylesthope*, (*&c.*) & multis aliis.

Carta Regis Edwardi *secundi, donationes & concessiones Walteri de* Lacy *& aliorum, recitans & confirmans.*

Cart. 28. E 3 n. 1. vide etiam. Cart 28. E 3 n. 26 Et cart. 1. Joh. p. 1. n. 169. Et Cart. 17. H 3 m. 1.

EDwardus Dei Gratia Rex *Angliæ* Dominus *Hiberniæ* & Dux *Aquit.* Archiepiscopis, (*&c.*) Inspeximus Scriptum quod *Walterus* de *Lacy* nuper Dominus *Midæ* fecit Canonicis *Lanthoniæ* primæ in hæc verba; Universis fidelibus, præsens scriptum inspecturis vel audituris, *Walterus* de *Lacy* Dominus *Midæ* salutem in Domino. Noverit universitas vestra, me Divinæ pietatis intuitu concessisse Canonicis *Lanthoniæ* primæ, ut secundum præteriti temporis morem, non requisito consensu meo vel hæredum vel successorum meorum, licitum sit eisdem Canonicis, cum Ecclesiam suam Priore vacare contigerit, personam idoneam de gremio ejusdem Ecclesiæ, vel aliunde per regularem electionem sibi præficere in pastorem, Episcopo Diocesano præsentandam, ut ab ipso confirmationem accipiat. Ego quidem illo tempore medio quo Ecclesia sua pastore vacaverit, in rebus terris aut possessionibus suis molestiam aut gravamen aliquod eisdem inferre nullatenus attemptabo, nec etiam aliquis successorum meorum. Et ut hæc libertas eligendi eis imperpetuum perseveret illibata, huic scripto sigillum meum est appositum.

Inspeximus etiam scriptum, quod *Walterus* de *Lacy*, filius *Hugonis* de *Lacy* fecit eisdem Canonicis in hæc verba. Sciant præsentes

tes & futuri, quod ego *Walterus* de *Lacy*, filius *Hugonis* de *Lacy*, dedi & concessi & præsenti Cartâ meâ confirmavi, in puram & perpetuam elemosinam, Deo & beatæ *Mariæ* & Ecclesiæ sancti *Johannis* Bapt. *Lanthoniæ* primæ, & Canonicis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ, & animæ Dominæ *Margeriæ* uxoris meæ, & animabus antecessorum & successorum meorum, totam vallem cum omnibus pertinentiis suis, in qua dicta Ecclesia sita est; scilicet ex parte de **Benentasset**, & **Askarthwey**; & per la **Ruggeweye** usque ad **Antefin**; & ex parte **Haterel** à terra *Seisel* filii *Gilberti*, par le **Ruggeweye**, usque ad divisas de **Talgargh**, liberam & quietam ab omni servicio, consuetudine, & demanda.

Et concedo, quod habeant omnimodam venationem & dominationem infra metas terræ suæ. Nolo etiam quod aliqui ad venandum, vel pasturandum, vel boscum scindendum, vel ad aliquid aliud faciendum infra metas suas prædictas, sine assensu & consensu ipsorum Canonicorum habeant introitum: Et si fortè aliquem vel aliquos infra metas suas prædictas, venando vel pasturando, vel boscum scindendo, sine ipsorum consensu intervenerint, liceat ipsis Canonicis & hominibus suis, in ipsos manus apponere, & emendationem per judicium Curiæ suæ propriæ ab eisdem accipere. Nolo etiam, quod aliquis Seneschallus, Constabularius, Ballivus, Keys, sive forestarius, Serviens, vel venator, vel aliquis Ballivus alius per terram eorum venientes, ab ipsis nec ab hominibus suis pascantur, nec aliquid cibi vel potus vel alterius rei; ab eisdem Canonicis vel hominibus suis accipiant, nisi gratis dederint.

Concessi eisdem Canonicis & hominibus eorum, quod habeant plenè communem pasturam in **Warynen** & **Werbut** & **Wusbot**, & omnia aisiamenta, quæ ipsi & sui habere poterunt ibidem, sine contradictione, demanda, & vexatione. Nolo etiam, quod aliquis Ballivus meus vel hæredum meorum, pro aliquo forisfacto, infra terras eorum manus apponat. Volo etiam, quod dicti Canonici & manupasti sui, ad porcos suos habeant pessonem in bosco meo de **Wascoit** liberè & quietè sine pannagio & telonio. Et volo quod dicti Canonici & homines sui quieti sint a telonio & demanda per totam terram meam. Volo etiam quod homines ipsorum Canonicorum quieti sint de aratura, falcatura, messura, & ab omnibus consuetudinibus & exactionibus, in omnibus locis & rebus. Concedo eisdem Canonicis, quòd habeant omnem immunitatem, potestatem, quietanciam, & libertatem omnem, quam habeo vel habui, vel hæredes mei habere poterant in terra de **Ewias**.

Volo & firmiter præcipio, quod Canonici *Lanthoniæ* primæ, omnia tenementa sua in terra de **Ewias**, tam laica quàm Ecclesiastica quæcumq; in præsenti habent vel imposterum, emptione, donatione vel quocumq; alio titulo habituri sunt, benè & in pace, liberè & quietè teneant in omnibus locis & rebus ubicunque fuerint in terra de **Ewias**, quieta de omnibus placitis & querelis & auxiliis & sumagiis & cariagiis & clausturis; & de pontium & Castrorum ædificatione, & de conductu thesauri; & de omni operatione & testagio & stallagio & de summonitionibus, & de assisis & superassisis, & de omnibus foristactis quacumq; occasione emerserint; & de assartis: Nullus verò de Forestariis nostris quicquam se intromittat de boscis Prioris & Canonicorum *Lanthoniæ* primæ; sed omnem potestatem & libertatem, quam ego & hæredes mei in boscis nostris habemus, vel habere poterimus; habeant prædicti Prior & Canonici in boscis suis, sint verò prædicti Canonici & homines & res ipsorum quieta de Telonio, & ex omnibus exactionibus & consuetudinibus, in Nundinis, foris, & mercatis; & in omnibus locis & rebus per totam terram de **Ewias**.

Habeant prædicti Prior & Canonici omnem justitiam de assaltu & murdro, & sanguinis effusione, & pacis infractione, & thesauri inventione, & quicquid ad nostram pertineret potestatem. Merciæ nullæ, quacumque occasione evenerint, de ipsis Canonicis, vel de tenementis vel hominibus eorum exigantur; nec exacte solvantur; sed omnia quæ eorum sunt quieta sint & libera, & solummodo Canonicis respondentia de omnibus. Concedo quod ipsi Prior & Canonici habeant de hominibus suis & de tota possessione sua, quam habent vel habituri sunt in terra de **Ewias** & de alienis in eadem foris facientibus, vel ibi cum foristacto, interceptis, omnia placita de furto, homicidio, raptu, & incendio; & omnia alia placita quæ placitari possunt in Curia de **Ewias**, cum *Tasorgenetef* & *Visongenetef*; & amerciamenta emergencia de placitis, quæ coram eisdem Canonicis vel ballivis eorum deducuntur, eisdem Canonicis remaneant. Concedo etiam, quod habeant furches ad prædictam justitiam tenendam & faciendam in terra sua ubi maluerint.

Concedo quod prædicti Prior & Canonici omnes libertates prædictas & liberas consuetudines habeant adeo liberè & quietè, pacificè & integrè, sicut ego aut antecessores mei ipsas libertates unquam meliùs, plenius, & liberiùs habuimus. Concedo eciam, quod habeant omnes libertates, quas ego & successores mei per Regem *Angliæ* vel alium habere poterimus, in terra de **Ewias**. Et ego & hæredes mei prædictam donationem & concessionem prædictis Canonicis contrà omnes homines & feminas imperpetuum warrantizabimus. Et ut hæc mea donatio & concessio firma sit imperpetuum & inconvulsa, eam præsenti Scripto, & sigilli mei impressione corroboravi. His testibus Domino *Simone* de *Clifford*, Domino *Waltero* de *Baskerville*, Domino *Ricardo* de *Hampton*, Domino *Waltero Parvo*, *Waltero Condecot*.

Nos autem donationes, concessiones, & confirmationes prædictas; necnon donationem, (&c.) quas *Johannes* filius *Reginaldi* per scriptum suum fecit eisdem Canonicis, de pacifica pastura per totam terram ejusdem *Johannis* in *Wallia*, tam in forestis & liberis cha-

ceis, quàm aliis locis, excepto parco suo tunc incluso, ad equicium eorundem Canonicorum, sine ullo impedimento habenda, & de libera ambulatione habenda ad dictum equicium prosequendum & reducendum pro voluntate sua; necnon pisces de mara querendas, ac alia negotia sua expedienda, quociens sibi et quando viderint oportunum; ac remissionem & quietam clamationem, quas prædictus *Johannes* per idem Scriptum suum fecit eisdem Canonicis de tributo pecuniæ numeratæ, vel pullanorum, vel alterius cuiuscumq; rei, si quod prædicto *Johanni* vel prædecessoribus suis per præfatos Canonicos reddi consuevit, ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Christo Priori & Canonicis loci prædicti & successoribus suis concedimus & confirmamus, sicut scripta prædicta rationabiliter testantur.

Et præterea, licet per Inquisitionem per dilectos & fideles nostros *Johannem* de *Beek* & *Johannem le Botiller* de Lanlutwyt, de mandato nostro factam, & in Cancellaria nostra retornatam compertum sit, quod prædicti Prior & Canonici & eorum prædecessores aliquibus libertatum & quietantiarum prædictarum per aliquod tempus præteritum usi non sint; volentes tamen per finem quem dictus Prior fecit nobiscum, sibi & Canonicis prædictis gratiam in hac parte facere specialem; concedimus pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, eisdem Priori & Canonicis, quod ipsi & successores sui, omnibus & singulis libertatibus & quietanciis in dictis Scriptis contentis, futuris temporibus, quocienscumque & quandocumque sibi expediens fuerit, plenè gaudeant & utantur, sine occasione vel impedimento nostri vel hæredum nostrorum, (&c.) Dat. per manum nostram apud Langeleye vicesimo sexto Die *Januarii*, Anno regni nostri, decimo octavo.

Licentia per Regem Edwardum *quartum, pro unione Prioratus de* Lanthony *primâ, in* Wallia, *Prioratui de* Lanthony *juxta Gloucestriam.*

Pat 11. E. 4. p. 2. m. 4. REx omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis quod cum nos considerantes, qualiter nonnulla Prioratus, domus, ac loca religiosa infra regnum nostrum *Angliæ* & *Walliæ* existentes, per nobiles progenitores nostros & alios regni nostri proceres & magnates ad divina officia, ac hospitalitatis & elemosinarum, aliaque pietatis & devotionis onera facienda & supportanda, laudabiliter fundatæ & constructæ extiterint; & præsertim Prioratus *Sancti Johannis Bapt.* de Lanthony *prima*, in *Wallia*, *Menevensis* Dioc. ordinis S. *Augustini*; nostræque fundationis, & patronatus ratione comitatus nostræ *Marchiæ*. Quodq; eadem Prioratus Domus & loca religiosa; & præsertim antedicti Prioratus S. *Joh. Bapt.* de Lanthony *prima*, in *Wallia*; tam per subitas & frequentes amotiones & expulsiones Priorum & occupatorum locorum prædictorum, quàm per diversas personas seculares & alios firmarios possessionum eorundem, ita enormiter, tam in domibus quàm in rebus & aliis possessionibus devastabantur, dilapidabantur, & destruebantur, quod divini cultus, regularisque observanciæ inibi, plus solito, cessabant; ac hospitalitates & elemosinæ, ac alia insuper caritatis & pietatis opera, ibidem ab olim stabilita, & fieri consueta, subtrahebantur.

Ac cum *Johannes Adams*, Prior de Lanthony prædicta, ut plenè intelleximus, fructus, reventiones, proventus, & emolumenta ejusdem Prioratus devastavit, & destruxit, & indies devastat & destruit; ac nullos Canonicos, præter seipsum & quatuor alios minùs religosè viventes, in dicto Prioratu invenerit aut sustentaverit; immo divinum cultum, hospitalitatis & alia pietatis & caritatis opera, quæ ibidem fieri & sustentari consueverunt, juxta primariam fundationem ejusdem, subtraxit, & adhuc subtrahit; per quod fundatorum vota sic multipliciter defraudebantur, ac in præsenti defraudantur, ad Dei omnipotentis offensam & displicentiam non modicam; ac contra formam Fundationis prædictæ. Et quia pia fundatorum vota Prioratus prædicti, sic frustrari nolumus; set recolentes sanum regimen religosorum virorum Canonicorum regularium Prioris & Conventus Prioratus sive Monasterii beatæ *Mariæ* de Lanthony, juxta *Glouc̃estriam*, ordinis S. *Augustini*, *VVigorn:* Dioc. qualiter divinus cultus, regulares observanciæ, (&c.) in Prioratu sive Monasterio illo indies honorificè & obsequiosè conservantur & fiunt, juxta tamen facultates possessionum Prioratus ejusdem; Ac volentes ad honorem Dei & Sanctæ Ecclesiæ, pro divini cultus augmentatione, (&c.) ac dictorum Fundatorum pia intentione, circa præmissa conservanda dicto Prioratui commodè providere.

De gratia nostra speciali, (&c) dedimus & concessimus, (&c.) dilectis, nobis in Christo *Henrico Deene* Priori Prioratus sive Monasterii beatæ *Mariæ* de Lanthony juxta *Glouc̃estriam* prædictæ, & ejusdem loci Conventui & eorum successoribus imperpetuum, jus patronatus & patronarum, & advocationem Prioratus sive Ecclesiæ conventualis, sive Monasterii S. *Johannis Bapt.* de Lanthony prima, in *VVallia* sæpedict.; Necnon Prioratum illum cum omnibus membris, cellis, Ecclesiis, Capellis, Dominiis, Maneriis, terris, & tenementis, tam in *Anglia* & *VVallia*, quàm *Hibernia*, parcellis ejusdem Prioratus, aut Prioratui de Lanthony prima, in *VVallia* prædicta, sive alicui cellarum, Ecclesiarum, (&c.) prædictarum, quoquo modo pertinentibus; Necnon cum omnibus redditibus, (&c.) Habenda & tenenda, præfatis Priori & Conventui Prioratus sive Monasterii beatæ *Mariæ* de Lanthony juxta Glouc̃ester, & successoribus suis, pro trecentis marcis nobis præ manibus præsoluris, in puram & perpetuam elemosinam imperpetuum.

Et ulteriùs per præsentes concedimus eisdem Priori & Conventui & eorum successoribus de

Lanthony

Lanthony juxta Glouceſter, quod ipſe Prior & Conventus & eorum ſucceſſores Eccleſiam conventualem, ſive Monaſterium; S. *Johannis Bapt.* de Lanthony prima, in *Wallia* prædicta; ac Prioratum ejuſdem cum ſuis juribus, & pertinenciis univerſis, ipſis Priori & Conventui de Lanthony juxta Glouceſter, ac ſucceſſoribus eorundem, & eorum Eccleſiæ conventuali, ſive Monaſterio de Lanthony juxta Glouceſter prædict. & ſucceſſoribus ſuis conſolidari, uniri, annecti, appropriari, tranferre & transferri procurare & ea ſibi & ſucceſſoribus ſuis in proprios uſus tenere & poſſidere poſſint imperpetuum, cum omnibus membris, Cellis, Eccleſiis (&c.) Ac ea omnia & ſingula, ſic ut præmittitur, conſolidata, (&c.) & tranſlata habere & tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis in proprios uſus imperpetum, ad Divina officia pro bono ſtatu noſtro & *Eliz.* cariſſimæ conſortis noſtræ, dum vixerimus; & pro animabus noſtris, cum ab hac luce migraverimus, necnon pro animabus progenitorum & hæredum noſtrorum, & pro animabus omnium fidelium defunctorum ſpecialiter celebrandum & fiendum & orandum.

Ac quod prædicti Prior Prioratus ſeu Monaſterii de Lanthony juxta *Glouceſter* & ejuſdem loci Conventus, & eorum ſucceſſores imperpetuum exhibebunt & ſuſtentabunt eorum ſumptibus, & expenſis in dicto Prioratu ſive Monaſterio de Lanthony prima, in *Wallia*, unum Priorem dativum, remotivum ad libitum & voluntatem Prioris Prioratus ſive Monaſterii de Lanthony juxta Glouceſter prædict. pro tempore exiſtentis; ac quatuor Canonicos ad Miſſas & alia divina officia in dicto Prioratu de Lanthony prima, in *Wallia* imperpetuum, celebraturos Sacramenta & Sacramentalia Parochianis inibi miniſtraturos, ſi à rebellibus ibidem ſive pacis noſtræ perturbatoribus, ad hoc fiendum non perturbentur, ſive impediantur; ac pro animabus Fundatorum dicti Prioratus de Lanthony primâ, in *Wallia*; & pro animabus ſupradictis oraturos, ad nutum dicti Prioris de Lanthony juxta Glouceſter prædict. pro tempore exiſtentis, remotivos, (&c.) Teſte Rege apud *Weſtm.* X. die *Maii.*

PRIORATUS

de Carleol, *infra præcintum* Caerleolenſis *civitatis.*

Carta Regis Henrici *primi, de Eccleſiis de* Novo Caſtello *ſuper Tynam, & Newbourne.*

HEn. Rex *Angliæ* Archiepiſcopo Ebor. & Epiſcopo *Dunelm.* & Vicecomiti de *Northumbrelanda* & omnibus Baronibus & fidelibus ſuis de *Northumbrelanda* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Deo & S. *Mariæ* de *Carlelio*, & Canonicis ejuſdem loci, Eccleſiam de *Novo Caſtello* deſuper *Tynam*; & Eccleſiam de *Niweburna*; & Eccleſias quas *Ricardus* de *Aurea Valle* de me tenet poſt obitum ejus: Et *Ricardus* & Clerici qui ipſis Eccleſiis deſerviunt, recognoſcant de Canonicis ipſis, & faciant eis ſervicium quod michi facere ſolebant, & poſt obitum eorum redigantur Eccleſiæ in manus Canonicorum, ita quod Clerici, qui eis deſerviunt, habeant inde neceſſaria, & Canonici habeant reliquum, (&c.) T. *Willelmo* Epiſcopo *Wynton.* & *Bernardo* Epiſc. de S. *David* de *Sigillo* apud *Roth.* Cart. 6. Ed. 3. m. 19. n. 30. per Inſpex. Et Cart. 8. Ed. 2. n. 21.

Carta ejuſdem Regis Henrici *de Eccleſiis de* Wercheorda, Colebruge, Wittingeham, & Rodeberia, Ricardo *de* Aurea Valle *Capellano ſuo conceſſis.*

HEnr. Rex *Angl'e Ran. Dunelm.* Epiſcopo & *Rogero Picoto* & omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* & miniſtris de Northumbarland, ſalutem. Sciatis me dediſſe *Ricardo* de *Aurea Valle* Capellano meo, quatuor Eccleſias de quatuor meis maneriis; ſcilicet *Wercheorda*, & Colebruge, & in Wittingeham, & in *Rodeberia*, tam in terris quàm in decimis & in hominibus quæ ad terras harum Eccleſiarum pertinent, cum *ſoca* & *ſaca*, & *tol* & *tean* & *Infangeneteph*, cum omnibus ſuis conſuetudinibus volo ut ipſe habeat & teneat: Tu verò *Regere Picot* . . . eum inde, aut *Alauricus* de Colebruge, aut *Hamo Baliſtarius* Præpoſitus, aut Ernewinus Præpoſitus. T. *Roberto* Epiſcopo *Lincoln.* & *Willelmo* de Werlewaſt, & *Eurardo* filio Comitis, & *Thoma* Capellano apud Cirecestriam, in Natale S. *Joh. Baptiſtæ.*

Carta Regis Henrici *secundi, Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

lb. H. dei gratia Rex *Angl'e*, & dux *Norm'* & *Aquit'* : (*&c.*) Sciatis me concessisse & præsenti cartâ meâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ S. *Mariæ* Karleol, & Canonicis ibidem Deo servientibus, donationem quam Rex. *H.* avus meus fecit eis de piscaria una & molendino uno faciendo super pontem Eden, ubi voluerint, in competenti loco super terram suam; ita ut Exclusa ab alia parte fit super terram meam. Concedo etiam eis & confirmo omnes donationes quæ eis rationabiliter factæ sunt, vel fient secundùm testimonium cartarum donatorum. Ex dono Regis *Scotiæ* unam carrugatam terræ cum omnibus pertinentiis suis in Hachet Wisel; illam scilicet quam pater *Ailsi* habuit & tenuit, sicut carta ipsius regis testatur. Ex dono *Waldevi* filii *Gospatrichi*, Ecclesiam de Espatric, cum carrugata terræ & omnibus pertinentiis suis, Et unam mensuram juxta Ecclesiam S. *Cuthberti* in Karleol. Ex dono ejusdem *Waldevi*, Ecclesiam de Crosseby, cum carrugata terræ & omnibus decimis, & omnibus quæ ad illam Ecclesiam pertinent, usq; ad aquam Aine, & Capellam S. *Nicholai* supra mare, cum terra quæ circa Capellam jacet, & decimam allecuscium.

Vide Pat: 22. R. 2. p. 1. m. 36.

a Ex dono *Alani* filii *Waldevi* parvam Crosseby, juxta Scaddebothes stam, cum terris & herbagiis, in planis & pascuis & aquis & omnibus prædictæ Crosseby jure pertinentibus, & per easdem divisas & tenuras per quas *Willelmus* filius *Baldwini* tenuit. Ex dono ejusdem *Alani* Ecclesiam de Preby, in terris & decimis & omnibus rebus eidem Ecclesiæ pertinentibus, & sextam partem villæ de Preby; scilicet Langethweit, & Stalethweit, & alios Thweiter qui pertinent ad Langethwest; Et totam tenuram *Aldredi* filii *Gamel* in terra & bosco in planis & pascuis. Ex dono *Waldevi* filii *Alani maiorem* Crosseby cum omnibus pertinentiis suis, quam eis dimisit. Ex dono *Randulfi* de *Lindeseia* totam terram quam habuit præfictus *Randulfus* in Arthureth, & totam terram suam de *Loretuna*, cum molendino & cum omnibus pertinentiis ejusdem terræ. Ex dono *Gospatrici* filii Crinani Ecclesiam de Caldebech cum omnibus sibi adjacentibus, & hospitalem domum de Caldebech cum omnibus pertinentiis suis, secundùm quod cartæ ejusdem *Gospatrici* testantur. Ex dono ejusdem *Gospatrici* totam terram quam *Asulfus* de eo tenuit juxta Flemingeby, inter duas valles cum bosco & pastura, & omnibus aliis rebus prædictæ villæ pertinentibus.

Ex dono *Radulfi Engainne* & hæredum eius totam Penricheby cum molendino & omnibus prædictæ villæ pertinentibus, & omnibus libertatibus secundùm quod Carta ejus testatur. Et ex dono *Willelmi Engainne* quatuor salinas inter Birch & Drumbogh, & medietatem terræ suæ de Scadebothes, & medietatem redditus alectium, & infra civitatem Karleol mansuram unam quam *Reginaldus Faber* de eo tenuit. Ex dono *Hugonis* de *Morevilla* duas bovatas terræ in Wetrunne, scilicet *XXXII.* acras in agro ejusdem villæ, & pratum ad capita suarum segetum, & communem pasturam animalibus hominum suorum, & quasdam domos cum crostis quas habuerunt in diebus *Wallevi*, secundùm testimonium Cartæ ipsius *Hugonis*. Ex dono *Johannis* de *Morevilla* & hæredis sui, dimidiam carrugatam terræ in Crekestor, & quatuor acras apud Tympaurun. Ex dono *Ilchtredi* & *Adæ* hæredis sui, *Fitbvenni*; scilicet terram quæ fuit in calumpnia inter Woolt & Colleby; & communem pasturam & omnia aisiamenta. Ex dono *Ranulphi* filii *Walteri*, unam carrugatam terræ in Staintone cum duabus mansionibus, quas *Ivo* filius *Forni* & *Agnes* uxor ejus, & *Walterus* pater ejus in perpetuam elemosinam eis dederunt; Et totam terram illam quam tenent in Tinpaurun de donatione Theobaldi de *Dacre*. Et illam terram quam *Gilbertus Aculf*, & hæredes sui eis dederunt de sua dominica mensa, quæ pertinet ad Tympaurun. Et terram quæ fuit circa burum *Arthuri* in Karleol, juxta mansionem Canonicorum.

Ex dono *Hugonis* de *Morevilla* terram illam quam *Halible Malchael*, & *Eva* uxor ejus dederunt illis in elemosinam apud Crakethorpe, juxta ripam de Trutebethe; scilicet *xv.* acras, & pratum de terra Crakethorpe in Elrether super ripas de Eden & de Trutebethe, ubi sunt prædictæ aquæ. Ex dono *Hunfridi Malchael* totam tertiam partem Ecclesiæ de Louthere, sicut carta ejus testatur. Ex dono *Adæ Aculf* terram illam totam quam tenuerunt Canonici in Tinpauron de donatione *Theobaldi* avi sui; & illam terram quam pater suus *Gilbertus* & mater sua *Gerild* eis dederunt de dominica mensa sua. Ex dono *Roberti* de *Vauls* unam carrugatam terræ de dominio suo in Patton, & communiam pasturam & alia aisiamenta sua communiter cum hominibus suis in eadem villa, quanta ad unam carrugatam terræ pertinuerint. Ex dono ejusdem *Roberti* Ecclesiam de *Hettona*, cum omnibus pertinentiis suis, secundùm quod Carta ejus testatur. Ex dono *Willelmi Decani* de Karleol terram illam extra murum quam eis dedit, scilicet tres acras, & mansuram unam infra murum Karleol. Ex dono *Adæ* filiæ *Ilthredi* duas bovatas terræ in Talentyr. Quare volo (*&c.*) Nos autem (*&c.*) confirmamus (*&c.*) Dat. per manum nostram apud *Westm'* 4. Die *Marcij*.

Carta Regis Edwardi *primi de advocatione Ecclesiæ de* Sourcby.

Pat. 4. E. 2. p. 2. m. 3. per. Inspex.

E*Dwardus* Dei gratia Rex *Angliæ* dominus *Hiberniæ* & dux *Aquitanniæ*. Omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint salutem. Sciatis quod ob devotionem quam erga gloriosam cognomen *Mariam*, & reliquias beati *Thomæ* Martyris, & aliorum Sanctorum in Ecclesia beatæ *Mariæ*

Mariæ Karleoli existentes, gerimus, & habemus; necnon in relevationem oppressionum & dampnorum quæ dilecti nobis in Christo Prior & Conventus ejusdem loci, per invasiones & combustiones *Scotorum*, inimicorum & rebellium nostrorum, hactenus sustinuerunt, dedimus eis & concessimus pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, advocationem Ecclesiæ de Dourcby *Karleolen.* Dioc. in com. *Cumbriæ*, Ita quod iidem Prior & Conventus Ecclesiam illam, cum eam vacare contigerit, sibi in proprios usus possidendam appropriare, & eam appropriatam tenere possint sibi & successoribus suis imperpetuum (&c.) T. meipso apud *Karleolum iv.* die *Apr.* anno Regni nostri *xxxv.*

Carta Regis Edwardi *secundi, donationem* Johannis *de* Curceio, *recitans & confirmans.*

Pat. 12. E. 2. p. 1. m. 17 REx omnibus ad quos &c. salutem. Volentes *dilectis* nobis in Christo Priori & Canonicis Ecclesiæ beatæ *Mariæ Karleol.*, qui per hostiles ingressus *Scotorum*, inimicorum & rebellium nostrorum destruuntur & depauperantur, graciam facere specialem, donationem, concessionem & confirmationem, quas *Johannes* de *Curceio* fecit Deo & Canonicis regularibus Ecclesiæ prædictæ, de loco quem fundavit in honore S. *Thomæ* Martyris ad honorem ipsorum Canonicorum juxta Fontem, qui vocatur Tiberglozie in suburbio de Dun, inter duas vias; quorum una tendit ad Etenis; alia ad grangiam de *Saballo*, cum tribus carucatis terræ eidem loco propinquioribus, de Dominio ipsius *Johannis*, cum terris, pratis, pascuis, molendinis, & cæteris aisiamentis, in aquis salsis, & dulcibus, in nemoribus, in *Soc*, & *Sac*, *Tol*, & *Team*, & *Toc* & *infangethef* liberè, quietè & honorificè in omnibus libertatibus; & ita liberè & quietè & tam honorificè, ficut aliqua elemosina quierior & liberior in tota *Anglia*. Donationem etiam, (&c.) quas idem *Johannes* fecit prædictis Canonicis de uno Burgagio infra urbem de Dun, de tota decimatione domus prædicti *Johannis*, & Hospitii sui, & omnium Dominicorum suorum, tam Castellorum quàm aliorum locorum, de quibuslibet cibis & potibus, ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus nostris (&c. confirmamus (&c.) in cujus (&c.) Test. Rege apud Cuoz. secundo die *Novembris.*

PRIORATUS
de Dunmow, *in agro* Essexiano.

Historia Fundationis, necnon Fundatorum & benefactorum ejusdem domus.

JUga *Baynard* Domina de parva *Dunmowe*, fecit *Mauricium* Episcopum *Londoniensem* dedicare Ecclesiam de dicta villa, in honore beatæ Virginis *Mariæ*, unde cura animarum commissa fuit per Episcopum prædictum cuidam Presbitero, nomine *Britrico*: Cui Ecclesiæ ipso die dedicationis, dicta Domina dimidiam hidam terræ dedit liberam ab omni servitute, &c. Ex Chron. de Dunmowe, M.S. in bibl. *Cotton.* [sub effigie *Cleopatræ* C. 3.] fol. 291. a. 1104.

Igitur *Galfridus Baynard* filius & hæres *Juga Baynard*, considerans devotionem, &c. posuit Canonicos in Ecclesia de Dunmow, assensu *Anselmi* Archiepiscopi *Cantuariensis*. 1106.

Willelmus Baynard, sub quo Domina *Juga* tenebat villam de parva Dunmawe, per infortuniam & feloniam amisit Baroniam suam; et *Henricus* Rex *Angliæ* dedit totam Baroniam prædictam *Roberto* filio *Ricardi* filii *Gilberti* Comitis de Clare, & hæredibus suis cum Honore Castri *Baynard*, & suis pertinentiis in Civitate *London.* qui *Robertus* fuit tunc Dapifer Domini Regis *Henrici*. 1111.

Robertus filius *Ricardi* desponsavit *Matildam* de *Sancto Licio* quæ fuit Domina de *Bradeham*, quæ Domina dedit Canonicis de Dunmawe, duas partes decimarum ejusdem villæ. 1113.

Obiit *Britricus* primus Prior de Dunmowe, & successit *Augustinus*. 1127.

Obiit *Robertus* filius *Richardi*, primus Patronus Canonicorum de Dunmawe, & inumulatur apud *Sanctum Neotum*, propè Sepulturam *Ricardi* Comitis de Clare patris sui, & alios de stirpe sua: Et successit *Walterus* filius ejus & hæres, qui dederunt Ecclesias, decimas, & alia tenementa Ecclesiæ suæ de Dunmowe, pro salute animarum suarum. 1134.

Obiit *Matildis* de *Sancto Licio* uxor *Roberti* filii *Ricardi*. 1146.

Walterus filius *Roberti* duxit uxorem *Matildem* de Bohun, & *Robertus* Comes captus est, & pro sua liberatione *Stephanus* Rex *Angliæ* liberatus est. 1142.

Obiit *Matildis* de Bohun. 1146.

Walterus filius ..... duxit uxorem *Matildem* de *Lucy*, & genuit *Robertum* & alios. 1148.

Obiit *Augustinus* Prior Ecclesiæ de Dunmowe *Robertus* successit. 1163.

Obiit *Robertus* Prior de Dunmawe, *Radulphus* successit. 1179.

Hic inchoatur opus S. *Mariæ* de Tiltey *xvii* Kal. *Aprilis* à venerabili *Simone*, Abbate. 1188.

Obiit *Walterus* filius *Roberti*, Patronus Ecclesiæ de Dunmowe, qui jacet inumulatus in medio Chori Ecclesiæ suæ, & successit 1198.

Robertus filius *Walteri*, militiâ strenuus.

1208. Obiit *Radulphus* Prior de Dunmowe, & succedit *Durandus*.

1216. Mota est discordia inter Regem *Johannem* & Barones suos in *Anglia*, occasione *Matildis*, quæ dicebatur pulcra filia Domini *Roberti* filii *Walteri*, quia Rex concupivit eam, & pater noluit consentire, factâ guerrâ per totam *Angliam*. Et recepti sunt Barones in Civitate *Londoniarum* invito Rege, & dampna præmaxima fecerunt Regi & suis per omnia. Et Rex destruxit principaliter castrum *Baynard London*, & alia castra et tenementa Baronum recepit in manu sua. Et *Robertus* filius *Walteri*, *Rogerus* filius *Roberti*, & *Richardus* de *Muntfichet* mare transierunt ad *Regem Franciæ*, & alii in *Walliam* & in *Scotiam*, & paraverunt & creaverunt mala Regi *Angliæ*. Et quia dicta *Matildis* perhendinavit apud Dunmowe, nuncius Regis venit ad eam sub titulo amoris, & quia noluit consentire, toxicavit omne sorbile ad opus ejus, & sic expiravit, & intumulatur inter duas columpnas in choro, ex parte meridionali, apud Dunmowe. Et Rex *Franciæ* cœpit vastare & currere in terras Regis *Angliæ*, ex parte sua, & alii ex parte altera. Tunc capta est Dies amoris inter Regem *Franciæ* & Regem *Angliæ* in transmarinis partibus, ita quod bracchium maris erat inter duos exercitus. Tunc quidam miles Regis *Angliæ* clamavit versùs partem Regis *Franciæ*, si aliquis vellet pro amore amicæ suæ hastiludere; Et sine mora *Robertus* filius *Walteri* se paravit & ultra transivit, descenditque equum suum, posuit pedem suum in stupa, sine Armigero equum ascendit, & in occursum socii sui se præparavit; Et ad primum cursum *Robertus* filius *Walteri* percussit eum lanceâ suâ grossâ, ita quod Miles & equus ad terram contemptibiliter corruerunt. Lanceâ verò fractâ, & arrepto equi fræno, remeavit ad Regem *Franciæ*. Tunc dixit Rex *Angliæ*, *Per dentem Dei unum Rex esset qui talem militem haberet in comitiva sua.* Et amici ejus hæc audientes prostraverunt se coram Rege & dixerunt, *Domine, miles vester est & paratus* ad *vestra beneplacita*, *Robertus* filius *Walteri*. Et crastina die ipso vocato reddidit ei Baroniam suam, cum suis pertinentiis; & sic concordes facti sunt ambo Reges, ipso *Roberto* tunc mediante; & fecit revocare omnes exules, & dedit eis pacem suam & licentiam reædificandi Castra sua & forceletra. Et eo tempore non fuerunt nominati in *Anglia* nisi Duo milites fortes & dimidius, scilicet *Robertus* filius *Walteri*, *Robertus* filius *Rogeri*; & *Richardus* de *Montfichet* fuit miles dimidius, Et post steterunt semper cum Rege *Johanne*.

1217. Obiit *Durandus* Prior de Dunmowe, & successit *Willelmus*.

1228. Obiit *Willelmus* Prior de Dunmowe, & successit *Thomas*.

1234. Obiit nobilis vir *Robertus* filius *Walteri*, patronus Ecclesiæ de Dunmowe, qui tumulatur ante majus altare; Et succedit *Walterus* filius ejus & hæres.

Obiit *Thomas* de *Tanton* Prior de Dunmowe, & successit *Johannes Pateforde*. 1238.

Obiit *Johannes* Prior de Dunmowe, succedit *Hugo* de *Steveinbeth*. 1245

Obiit *Hugo Prior* de Dunmowe, succedit *Edmundus*. 1246

Obiit *Edmundus* Prior de Dunmowe, succedit *Galfridus*. 1247

Obiit *Galfridus* Prior de Dunmowe, succedit *Johannes* de *Codham*. 1248.

Natus est *Robertus* filius *Walteri* patronus de Dunmowe apud Henham. 1249.

Obiit *Walterus* filius *Roberti* patronus Ecclesiæ de Dunmowe cuius Baronia *Baynardi* fuit in warda Dom. *Henrici* Regis *Angliæ*, & dedit Domino *Johanni* de *London*, quia *Robertus* filius *Walteri* fuit tunc de ætate *X.* annorum tantum, qui tunc habuit uxorem *Derevegueldem*.

Natus *Nicholaus* de *Brumfield* postea Canonicus de Dunmowe. 1259.

Johannes Prior de Dunmowe suspensus & Ecclesia conventualis interdicta, propter decimam non solutam, per *iiii.* dies, per Magistrum *Godefrydum de Sancto Dunstano* & *Fulconem Lovel*; & *appellatione facta* negabant suspensionem. Eodem anno *Robertus* filius *Walteri* ætatem suam probavit per dominum *Hugonem* Priorem, tunc electum *Londoniensem* & per Cronicas nostras. 1268.

Obiit *Johannes* de *Codham* Prior de Dunmowe & succcessit *Hugo* de *Postington*. 1270.

Robertus filius *Walteri* factus fuit miles. 1274.

Natus *Walterus* filius *Roberti* apud Henham. 1275.

Cessit *Hugo* Prior de Dunmowe, & successit *Ricardus* de Witcham. 1279.

Derevergaldis uxor *Roberti* filii *Walteri* obiit. 1284.

Walterus filius *Roberti* desponsavit *Johannam* filiam Domini *Johannis* de *Engayne*, apud Wodeham. 1286.

Robertus filius *Walteri*, de consilio domini Regis, duxit *Alienoram* filiam Comitis de *Ferrariis*, sororem Comitis de *Ferrers*, in Capella Domini Regis apud *Westmonasterium*. 1289.

Natus est *Robertus* filius *Walteri*, de *Johanna Engayne*. 1291.

Obiit *Walterus* filius *Roberti* in Prioratu de Dunmowe. 1293.

Robertus filius *Walteri*, per licentiam Domini *Regis*, recepit custodiam Constabulariæ à Comite *Herefordiæ*. Nata est *Dionysia* filia *Roberti* filii *Walteri*, apud Bintham. 1298.

Robertus filius *Walteri* factus est custos *Essexiæ*, per literam Domini Regis ad custodiendum.

Natus est *Robertus* filius *Roberti*, ex *Alienora* uxore sua, & *Robertus* filius *Walteri* tunc de ætate *Lii.* annorum, fundator ordinis Canonicorum de Dunmowe, Anno Domini 1300. 1300.

Nata est *Maria* filia Domini *Roberti* filii *Walteri*, apud Bintham. 1303.

Dominus

1305. Dominus *Johannes* de la *Ward*, Senescall is Domini Regis *Angl æ*, desponsavit *Tam* filiam Domini *Roberti* filii *Walteri*, apud Haliwell, cum omni honore: Et *Robertus* filius *Walteri*, ortus ex *Johanne Engayne*, desponsavit filiam Domini *Johannis Bustecort*: Et idem *Robertus* citò post obiit.

1306. Rex Angliæ Domino Roberto filio *Walteri* remisit omnia debita ex quacumquè causa sibi debita tempore suo, & prædecessorum suorum; pro se & hæredibus suis imperpetuum.

1307. Obiit *Johanna* de *Acres* Comitissa de *Clare*. Et sepulta est in Ecclesia fratrum S. *Augustini* apud Clare; Et Dominus *Edwardus* frater ejus fuit in præsens cum omnibus magnatibus ferè *Angliæ*. ..... decoret corpus, Et de Hartel usque ad Waltham *Crucis*, cum omni honore, & ita factum est; Et quod Episcopi, Abbates & Priores per Baroniam tenentes, ibidem accederent, & cursum ebdomadarium in divinis officiis debitè & honestè complerent; Et ita factum est: Et hiis ordinatis, Dominus *Walterus* de *Langeton*, de Waltham Crucis recessit. Tunc venit Constabularius turris *Londoniarum*, cum .... parenti novi Regis ad resistendum corpus dicti Domini *Walteri* &. ad ducendum ad Castrum de Wallingford, Et sic factum est: sed ignoratur causa, &c. Post Sepulturam Domini *Edwardi* regis *Petrus* de *Gaveston* desponsavit Filiam minorem quondam *Gilberti* de *Clare*; Et Dominus *Rex* dedit comitatum *Corubiæ*.

1308. Post le Hokeday, in dicto Parliamento, Dominus *Robertus* filius *Roberti* desponsavit *Aliciam* relictam *Walarini* de *Insula*, cum omni honore, petitâ licentiâ à Domino Rege *Angliæ*, & optenta per Diem Sabati *Londonius* in crastino *Inventionis* Sanctæ Crucis.

1309. Dominus *Robertus* filius *Walteri* fundamentum posuit Ecclesiæ Fratrum minorum de *Colecestria*, opus consummavit, & Ecclesiam ædificare cum honore procuravit.

1312. Obiit *Stephanus* de *Noble* Prior de Dunmowe.

Stephanus est gratus Prior inclitus atque beatus,
Qui rectè natus ad culmen jure vocatus;
Post *Stephan Robertus* Prior artus, pulchre aspectus,
Ille gubernavit, socios quos semper amavit;

Comes *Herefordiæ* permansit in partibus *Essexiæ Londoniarum*, & Cantiæ; assumpto secum Domino *Roberto* filio *Walteri* in consilium & auxilium intraverunt terras maritimas, ne fortè per procurationem dicti Domini *Petri* ex improviso extranei in *Angliam* venirent.

Edwardus Rex *Angliæ* tenuit Natale Domini apud *Windlesoram*, cum omnibus Comitibus suis, salvis *Lancastrensi*, *Herfordensi*, & *Warwicensi*; & cum Baronibus suis venit Dictus *Robertus* filius *Walteri* ibi, & omnes literatoriè erant invitati.

1314. Dominus *Robertus* filius *Walteri*, Justiciarius efficitur De *iiii.* Comitatibus, scilicet Esser, Hertford, *Cantebrigia*, & Huntindon, ad inquirendum de malefactoribus & multis aliis.

Dominus *Robertus* filius *Walteri*, cum aliis, 1315.
super traylibaston apud Thelmisford inquirendo de malefactoribus, &c.

Natus *Johannes* filius *Roberti*, filii *Roberti*, 1316.
filii *Walteri*, de *Johanna*.

Transfretavit Dominus *Robertus* filius *Walteri*, ut perhendinaret in partibus transmarinis cum Domina *Alicia* de *Insula*, uxore sua, & familia moderata. 1317.

Dominus *Robertus* filius *Roberti*, filii *Walteri*, 1319.
accinctus gladio militari apud *Novum Castrum* super *Tynam*. Hic est hæres patris sui nobilis indolis, de quo magna spes bonitatis & probitatis habetur, & transfretavit ad partes Franciæ.

Dominus *Robertus* filius *Walteri* inter hæc 1321.
omnia tenuit se prudentissimè & sapienter ab utraque parte, neutrius partis indignationem incurrens; Domino Regio servicio de Baronia sua debito sufficienter exhibito per milites stipendiarios.

Captus fuit *Bartholomeus* de Badelesmere, 1322.
& ductus ad Regem; Cui dominus *Robertus* filius *Roberti*, advocatus hujus Ecclesiæ de Dunmowe, obviavit in veniendo à Domino Rege post prædictum conflictum; erat enim de retinentia Domini *Aymeri* de *Valencia*, qui se gerebat ex parte Domini Regis.

Obiit Dominus *Robertus* filius *Walteri*, se- 1325.
cundus advocatus hujus Ecclesiæ.

Die Sanctorum *Johannis*, & *Pauli*, natus 1365.
est *Robertus* primogenitus *Walteri* filii *Johannis*, filii *Walteri* apud Totham.

Nonis Septembris natus est *Walterus* filius 1370.
prædicti Domini *Walteri* apud Henham.

Natus est *Humfridus* primogenitus Domini *Walteri* Domini *Fitzwalter* apud Penesherst, in Comitatu Cantiæ, inter secundam & terciam horam post mediam noctem. 1398.

Natus est *Walterus*, filius secundus dicti 1400.
Domini *Walteri* Domini *Fitzwalter*, apud Wodeham.

Nata erat *Elizabetha* primogenita *Walteri* 1430.
Domini *Fitzwalter*, apud Henham.

Decimo Die mensis *Augusti* omnes quin- 1502.
que Campanæ consecratæ sunt in Campanili Eccle æ beatæ de Dunmowe.

Prima Campana in honore Sancti *Michaelis* Archangeli.

Secunda, in honore Sancti *Johannis* Evangelistæ.

Tercia in honore Sancti *Johannis Baptistæ*.

Quarta in honore *Assumpsionis* beatæ *Mariæ*.

Quinta in honore Sanctæ *Trinitatis* & *omnium Sanctarum*.

Carta

Carta Saheri *de* Quinci *de* xs. *redditus in villa de* Bradenham.

OMnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, *Seherus* de *Quinci* salutem in Christo: Noverit Universitas vestra, me dedisse & concessisse Ecclesiæ de Dunmowe & Canonicis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ, & *Saheri* filii mei, & omnium antecessorum meorum, Decem solidos in villa de Bradenham in perpetuam Ecclesiam, scilicet, de *Ricardo* clerico de Skering & hæredibus suis *vi.* sol. de redditu meo Assiso; & tres acras terræ meæ pro *ii.* sol. quas *Edwardus Pristre* tenuit, ad quatuor Anni terminos annuatim reddendos; Scilicet, ad festum Sancti Michaelis *ii.* sol. *vi.* ad *Natale* totidem, ad Pascha tantum; ad festum beati *Johannis* totidem. Hujus Donationis & concessionis testes sunt *Richardus*, & *Quincy*, *Alditus* de *Curres*, *Sagardo Sancto Petro.*

Of the Bacon at *Dunmowe* Priorye.

Ex collectan. D. *Richardi S. Georg.* Eq. Aurat. Armorum Regis 1640

ROBert Fizwaker, living long beloved of King Henry the son of King John, as also of all the Realme, betook himself in his latter dayes to prayer and deeds of Charity, gave great and bountifull Almes to the poor, kept great Hospitality, and reedified the decayed Prison of Dunmowe, which one *Juga* a most devout and religious woman, being in her kinde his Ancestor, had builded; In which prison arose a custome, begun and instituted eyther by him or some other of his successours, which is testified by a common proverbe or saying. viz. That he which repents him not of his marriage eyther sleeping or waking in a yeer and a day, may lawfully go to Dunmowe and fetch a Gammon of Bacon. It is most assured, that such a custome there was, and that this Bacon was delivered with such solemnity and triumphs, as they of the Priory and the Townsmen could make. I have enquired of the manner of it, and can learne no more, but that it continued untill the dissolution of that House, as also the Abbies. And that the party or Pilgrim for Bacon was to take his oath before Prior and Covent, and the whole town, humbly kneeling in the Church-yard upon two hard painted stones, which stones some say are there yet to be seen in the Priors Church-yard; His oath was ministred with such long Process, and such solemne singing over him, that doubtless must make his pilgrimage (as I may terme it) painfull: After he was taken up upon mens shoulders, and carryed, first, about the Priors Church-yard, & after through the Town with all the Fryers and Brethren, and all the Towne-folke young and old following him with Shouts and with Acclamations, with his Bacon borne before him and in such manner (as I have heard) was sent home with his Bacon; Of which I finde that some had a Gammon, and others a Flicke, or a Flitch; for proof whereof I have, from the Records of the house, found the names of three severall persons, that at severall times had it.

Memorandum, quod quidam *Stephanus Samuell* de Ayston *parva* in Com *Essex*, &c. which being in Latine entred into the Book belonging to the House, I have thus Englished.

"*Memorandum*, That one *Steven Samuel* Anno 7. "of Little-Ayston, in the County of *Essex* E. 4. "Husbundman, came to the Priory of Dun-"mowe on our Lady day in Lent, in the seventh "yeer of King *Edward* the fourth, and re-"quired a Gammon of Bacon, and was sworn "before *Roger Bulcott* then Prior, and the "Covent of this place; as also before a multi-"tude of other neighbours, and there was de-"livered to him a *Gammon of Bacon.*

"*Memorandum*, That one *Richard* Anno 23. "*Wright of* Badbourghe neere the City of H. 6. "Norwich, in the County of Norfolk, yeoman, "came and required of the Bacon of Dun-"mowe, namely the 27. day of *Aprill* in the "23. yeer of the Reign of King *Henry* the "Sixth; and according to forme of the Char-"ter was sworne before *John Cannon* Prior "of this place and the Covent, and many other "neighbours, and there was delivered to him "the said *Richard*, one *Flitch* of Bacon.

"*Memorandum*, That in the yeer of our Anno 22 "Lord 1510 *Thomas le Fuller* of Coosshal in H. 8. "the County of Esser, came to the Priory of "Dunmowe, and on the eighth of *September*, "being Sunday, in the second yeer of King "*Henry* the eight, he was, according to the "Forme of the Charter sworn, before *John* "*Tils* then Prior of the House, and the Co-"vent; as also before a multitude of neigh-"bours, and there was delivered unto him the "said *Thomas*, a Gammon of Bacon.

Hereby it appeareth that it was according to a Charter, or Donation given by some conceited benefactor to the House; And it is not to be doubted but that, at such a time, the bordering Townes and villages resorted, and were partakers of their pastimes, and laught to scorne the poor mans paynes.

The

The form of the Oath taken by those at *Dunmow*, who are to have the Bacon.

YOu shall swear by custom of confession,
If ever you made Nuptial transgression,
Be you either married man or wife,
If you have brawls or contentious strife;
Or otherwise at bed or at board
Offended each other in deed or word:
Or since the Parish Clerk said Amen,
You wished your selves unmarried agen;
Or in a twelve-moneth and a day
Repented not in thought any way;
But continued true in thought and desire,
As when you joyned hands in the Quire,
If to these cond'tions, without all feare,
Of your own accord you will freely sweare,
A whole gammon of Bacon you shall receive,
And bear it hence with love and good leave:
For this is our custome at Dunmow *well knowne,*
Though the pleasure be ours the Bacon's your own.

De Lardo apud Prioratum Dunmuensem *obtinendo.*

ROBertus *Fitzwalterus* [vel, *filius Walteri*] jam grandævus, *Henrico* Regi, *Johannis* Regis filio, sed & universo populo dilectus, per posteriora vitæ suæ tempora orationibus & operibus Charitatis se dicavit; amplas enim liberali manu pauperibus erogavit eleemosynas, hospitalitate præstabat, Prioratum etiam *Dunmuensem*, à quadam *Juga*, piissimæ & religiosissimæ conversationis fœminâ, ejus quodammodo antecessore, erectum, tunc autem temporis collapsum, reædificavit. Ubi, quidam, aut ab ipso, aut à quodam successorum ejus inceptus & institutus inolevit mos, vulgari hoc proverbio confirmatus: Quod videl. *quem per annum & diem, sive dormientem, sive vigilantem, conjugii sui non pœnituerit*, Dunmuam *ei ire liceat, & pernam vindicare.* Certo certius est, talem olim ibi extitisse consuetudinem, lardumq; illud tantis solemnitatibus & exultationibus fuisse traditum, quantas Prioratus viri & oppidani excogitare potuerunt. In modum inquisivi, nihil autem comperi, nisi quod usq; in eandem domus illius cum abbatiis dissolutionis diem duraret; eumq; qui lardi gratiâ peregrinabatur, juramento coram Priore & Conventu omnibusq; oppidanis in cœmeterio super lapidum durorum, eorumq; acutorum, pari, (adhuc, ut quidam ferunt, ibi in Prioratus cœmeterio conspiciendo:) flexis genibus humiliter præstando, oneratum fuisse. Juramentum [autem) formâ tam longâ, adeoq; solemni super eum cantandi ritu, ei fuit ministratum; ut aliter vix contingere potuerit, quin peregrinationis (si ita nominandæ) magnum tædium suscipientem subiret. Postea in quorundam humeros attollebatur, & primò circa Prioratus cœmeterium, posteaq; per oppidum, omnibus fratribus sodalibusq; ac universis oppidanis, juvenibus senibusq; cum jubilationibus & acclamationibus eum sequentibus, lardo etiam ante eum gestato, ferebatur, ac eodem (ut audivi) modo domum suam curii lardo fuit remissus. Cujus, ut comperi, quidam pernam, alii verò quidam habuere succidiam. In cujus rei fidem, inter domus regesta, trium personarum nomina comperi lardo isto donatarum.

" *Anno* 23 Hen. 6. *Memorandum, quod* " *quidam* Richardus Wright *de* Badbury *juxta* " *urbem* Norwicen *in agro* Norfolcien. *plebeius,* " Dunmuam *accessit, & lardum petiit,* 27. *viz.* " *die Aprilis, anno Regni Regis* Henrici 6. 23. " *& secundum Chartæ* [*donationis*] *formam ju-* " *ratus fuit coram* Johanne Cannon *loci Priore* " *& Conventu, aliisq; vicinis quamplurimis, &* " *eidem* Ricardo *tradebatur succidia.*

" *Anno* 7 Ed. 4. *Memorand. quod quidam* " Stephanus Samuel *de* Ayston *parva in comi-* " *tatu* Essexiæ *agricola, in die beatæ Virginis in* " *Quadragesima, anno Regis* Edwardi *quarti* " *septimo, Prioratum* Dunmuensem *accessit, &* " *pernam requisivit. Juratus autem fuit coram* " Rogero Bulcott, *tunc loci Priore, & Conven-* " *tu, necnon coram aliorum vicinorum multitu-* " *dine, cui perna tradita fuit.*

" *Anno* 2 Hen. 8. *Memorand. quod anno* " *Domini,* 1510. Thomas, *fullo de* Cogshal *in* " *Comitatu* Essexiensi, *Prioratum* Dunmuen- " sem *accessit, &* 8 *die Septembris, die domi-* " *nico existente, anno Regis* Hen. 8. *secundo,* " *juxta formam Chartæ præscriptam, juratus* " *fuit coram* Johanne Tils, *tum domus Priore,* " *& Conventu, necnon coram proximorum multi-* " *tudine, cui quidem* Thomæ *perna tradita* " *fuit.*

Hinc liquear, lardum hoc chartâ benefactoris alicujus, faceti ingenii viri, fuisse constitutum: nec dubitandum quin tunc temporis oppidani & villani contermini eò se contulerint, tam speciosi ludicri participes futuri, & miseri peregrinatoris æruminas merito ludibrio excepturi.

M PRI

PRIORATUS

S. *Trinitatis* in civitate *London.*

De *Fundatione ejusdem.*

E. MS. in Collegio *Corp. Christi Oxon.* An. 1642. E. Chron S. *Bened. de Hulmo* in bibl. *Cottonia.*

Richardus Beumeys Normannus, Episcopus *Londonienſis* fundavit Eccleſiam Chriſti *Londoniis*, in qua poſuit Canonicos multos

Anno. *MCVII. Normannus* Prior fundavit Eccleſiam Chriſti *Londoniis*; & ſub ordine S. *Auguſtini* Canonicos ibidem inſtituit.

Carta Matildis Reginæ, de Eccleſia de Bracklynge.

Ex vet Rot. MS. in bibl. *Coton.*

M Dei Gratia regina Angliæ, *Roberto Lond.* Epiſcopo, & univerſis Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, ſalutem. Noveritis me, caritatis intuitu, dediſſe & conceſſiſſe, pro ſalute Regis *Stephani* Domini mei, & pro ſalute mea, Deo & Eccleſiæ S. *Trinitatis Londoniarum*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam de Brakinge, cum pertinentiis ſuis. Quare volo, &c. Hiis Teſtibus, *Theobaldo Cantuarienſi* Epiſcopo, &c.

Carta Hugonis Triket, de Eccleſia de Leſtancherche.

Ib. E Piſcopo Lond. & omnibus Sanctæ Eccleſiæ fidelibus, *Hugo Triket* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe in perpetuam elemoſinam, Deo & Eccleſiæ S. *Trinitatis Lond.* & Canonicis ibidem deo ſervientibus, quicquid ego & pater meus, vel prædeceſſores mei habuimus in Eccleſia de Leſtancherche, cum tota terra mea de Combe, ita quod quicunque eandem Eccleſiam tenuerit, de prædictis Canonicis eam teneat & recognoſcat, ſicut eam tenuerunt, de me & anteceſſoribus meis. Teſtibus *Simone* de *Gerardvil*, *Hugone Pluket*, *Rogero* de *Cano*, (&c.)

Carta Ricardi *filii* Williemi, *de Capella* de *Alſwik.*

Ib. R *Icardus* filius *Willelmi*, Univerſis Sanctæ filiis, ſalutem. Sciatis me dediſſe Canonicis, S. *Trinitatis Lond.* in elemoſinam perpetuam, Capellam de Alſwike, cum pertinentiis ſuis; & ſuper Altare S. *Trinitatis* eam obtuliſſe, in præſentia Domini *Thomæ Cantuar.* Archiepiſcopi eam illis reddidiſſe per manum ejus; & recognoviſſe coram eo, quod pertineat ad Eccleſiam ſuam de Leſtancherche, ſicut quæ fundata eſt in parochia ejuſdem Eccleſiæ, cujus omnes rectitudines volo conſervare ſicut matris Eccleſiæ: Et hoc feci pro amore Dei, & pro ſalute mea, & uxoris meæ & hæredum & propinquorum meorum, & pro animabus anteceſſorum meorum: Et prædicti Canonici receperunt nos in fraterniratem Eccleſiæ ſuæ, & orationes ſuas imperpetuum. Quare precor omnes amicos & hæredes meos, quatinus hanc meam elemoſinam confirment, & ne impediantur in aliquo, manu teneant. Teſtibus Magiſtro *Johanne* de *Tileberia*, & *Willelmo* fratre ejus, *Roberto* Clerico de *Turri*, &c.

Carta Davidis *Regis* Scotorum, de Eccleſia de *Totcham.*

D *Avid* Rex *Scotorum*, *Gilberto Lond.* Epiſcopo, & omnibus fidelibus ſalutem. Sciatis me dediſſe Eccleſiam de Totcham Canonicis Eccleſiæ S. *Trinitatis Lond.* perpetuo jure in elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & pro anima *Matildæ* Reginæ ſororis meæ, & *Matildis* Reginæ uxoris meæ, & *Simonis* Comitis, & omnium anteceſſorum noſtrorum; & ut Canonici benefaciant ſervire Eccleſiæ. Teſtibus *Hereberto* Cancellario; *Walkelino* Capellano (&c.) *Hugone* de *Morvilla*; *Roberto* de *Brus*; *Walthero* d' *Espec*, &c. *Ib.*

Carta Aliciæ *de* Teonio de Eccleſia de Welcumſtowe.

R. Dei Gratia *Lond.* Epiſcopo, univerſiſque Sanctæ Eccleſiæ filiis, *Alix* de *Toeni* ſalutem & obſequia. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Eccleſiæ, S. *Trinitatis Lond.* & Canonicis in ea Deo ſervientibus, in elemoſinam, pro ſalute animæ *Hugonis* de *Toeni* filii mei, qui ibidem jacet ſepultus; & pro ſalute animæ *Radulphi* de *Toeni* mariti mei, & meæ, & omnium anteceſſorum meorum; & pro incolumitate filiorum meorum, *Rogeri* de *Toeni* & *Simonis*, & filiæ meæ *Iſabellæ*, & aliorum parentum & amicorum meorum, Eccleſiam de Welcumſtowe, cum decimis & pratis & terris, & cæteris omnibus, tam in boſco quàm in plano ad eam pertinentibus, ſicut *Ordricus* Presbyter tenuit, cujus petitione id feci, quando prædictæ Eccleſiæ S. *Trinitatis* ſe in Canonicum dedit. Inſuper dedi eidem Eccleſiæ, de cremento, dimidam virgatam terræ, & æcram de prato, ſolutam & quietam, ſicut elemoſinam. Hujus donationis teſtes ſunt *Simon* filius meus, *Iſabella* filia mea, & *Moyſes* Presbyter, & *Elias* Clericus, & *Ricardus* de *Portis* & *Willelmus* de *Orsvals.* *Ib.*

Donatio Walteri *de* Mandevill, *de Eccleſia de* Bromfeld.

E Piſcopo *Londonienſi* & Archidiacono de Eſſex, & toti clero *London.* Eccleſiæ, *Walterus* de *Mandevilla* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe in elemoſinam perpetuam, Deo & Eccleſiæ S. *Trinitatis London.* & Canonicis *Ib.*

Canonicis ibidem Deo servientibus imperpetuum Ecclesiam de Bromfeld, cum terris & decimis; & omnibus ad eam pertinentibus: Et volo quod præfatæ Ecclesiæ Canonici præsentes & futuri, eandem Ecclesiam benè & in pace & honorificè teneant, cum omnibus pertinentiis suis, sicut eam unquam aliquis meliùs tenuit, &c. Testibus *Adam* & *Waltero* Decanis, &c.

Carta Regis Henrici *primi, de soca de* Cnihtengilda *& Ecclesia* S. *Botulphi.*

Ib. HEnricus Rex Angliæ, *Richardo* Episcopo *London.* & Vicecomiti & Præposito & omnibus Barniobus & fidelibus suis *Francis* & *Anglis* de *London.* & de *Midd.* salutem. Sciatis me concessisse & confirmâsse Ecclesiæ & Canonicis S. *Trinitatis Lond.* socam de Anglica *Cnihtengilda*, & terram quæ ei pertinet; & Ecclesiam S. *Botulphi*, sicut homines ejusdem Gildæ eis dederunt & concesserunt. Et volo & firmiter præcipio quod benè & honorificè & liberè teneant, cum soca & saca & *Tol* & *Theam* & *Infangenethef*, & omnibus consuetudinibus suis, sicut homines prædictæ Gildæ meliùs habuerunt tempore Regis *Edwardi*; Et sicut Rex *Willelmus* pater meus, & frater meus eis concesserunt per brevia sua. Teste *A.* Regina & *Gaufrido* Cancellario; & *Gaufrido* de *Clintona*, & *Willelmo* de *Clintona*, *apud Wodestocam.*

Carta Huberti *Camerarii de Decima de* Benedithe.

Ib. NOtum sit omnibus tam præsentibus quàm futuris; me dedisse & concessisse in elemosinam perpetuam Ecclesiæ Christi *London.* & Canonicis ibidem Deo servientibus decimam de meo dominio de Benedithe, de blado; de feno, de lino, de animalibus cujuscunque generis; & de omnibus rebus de quibuscunque decima dari debet; exceptis hiis quæ solent dari Ecclesiæ de Radewynter; scilicet una acra de frumento, & alia de avena; & uno agno & uno porcello, per annum; concedentibus & confirmantibus hoc. *Agnete* uxore mea, & filiis meis.

Carta Eustachii *Comitis* Boloniæ, *filii Regis* Stephani, *de tota terra de* Cornea.

Cart. Antiq. N.n. 8. Vide Cart. 11. H. 3. p. 1. m. 34.

EUstachius Comes *Bolonia*, filius Regis *Stephani*, Episcopo *Lond.* & omnibus Baronibus & hominibus suis, *Francis* & *Anglis* salutem. Sciatis me concessisse Deo, & Ecclesiæ S. *Trinitatis Londoniæ*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, totam terram de *Cornea*, quam *Hugo Tryket* eis vendidit, cum omnibus rebus ad eam pertinentibus, ita plenariè, & integrè; sicut prædictus *Hugo* eam Canonicis concessit, & Cartâ suâ confirmavit; Et insuper servitium meum de prædicta terra; scilicet, quartam partem militis remisi ipsis Canonicis ad duos bisantos, singulis annis pro omni servitio; & hoc feci pro salute regis *Stephani* patris mei, & pro anima *Matildis* reginæ matris meæ, necnon pro animabus *Baldwini* fratris mei, & *Matildis* sororis meæ, qui apud prædictam Ecclesiam sepulti sunt. Quare volo, (&c.) Sciatis etiam, quod ego petitione ejusdem *Hugonis*, fidei jussor ipsius sum erga Canonicos, quod pactionem, quæ inter ipsos est, tenebit; Et eis terram prædictam adversùs omnes guarantizabit. Testibus *Symone* de *Girardvilla*, *Hugone Pluket*, *Rogero* de *Caio*, *Henrico de Novoforo*, (&c.)

Carta Matildis *Reginæ donationem Regis* Stephani, mariti sui confirmans.

MAtildis Dei gratia *Anglorum* Regina, Episcopo *Londonienſi*, Justiciariis, Vicecomitibus, Baronibus, ministris, & omnibus fidelibus suis *Francis* & *Anglis* de Herefordshire, salutem. Sciatis me concessisse donum Regis *Stephani*, & confirmâsse, quod fecit *Ecclesiæ Christi Londoniarum*, & *Radulfo* Priori, & Canonicis in ea Deo servientibus, de centum solidatis terræ in Manerio de Bracchinge, in perpetuam Elemosinam, pro requie animarum, scilicet, *Baldewini* filii mei, & *Matildis* filiæ meæ, qui in eadem Ecclesia sepulti requiescunt. Præterea concedo & confirmo eidem Ecclesiæ, & prædictis Canonicis, *vi.* Libratas terræ in eodem manerio de Bracchinge pro escambio molendini sui, & illius partis terræ suæ, quam concesserant mihi juxta *turrim London.* ubi feci Hospitale pauperum, illas videlicet, *vi.* Libratas terræ illis concessi, quas rex retinuerat in Dominio suo, postquam partitus fuit cæteras partes illius manerii; hoc est partem illam in qua fundata est Ecclesia, & ad quam etiam forum pertinet, Quare volo, (&c.) Testibus *Theobaldo* Archiepisco *Cantuarienſi*; & *Roberto* Episcopo *Londonienſi*; & *Roberto Episcopo Herefordiæ*; & *Roberto* Episcopo *Exonienſi*; *Hilario* Episcopo *Cicestrenſi*; & *Willelmo* Episcopo *Norwicenſi*, & Comite *Eustachio* filio Regis, *Willielmo* de *Ipra*; *Roberto* de *Veer*; *Willielmo Marescallo*; & *Henrico* de *Essexia*; *Richardo* de *Lucy*; *Warino* de *Luisoriis* apud *Londonias.*

Hospitale fundatum juxta *turrim London.*

Ib. n. 8.

Carta Regis Henrici *tertii, Donatorum concessiones, recitans & confirmans.*

H Dei gratia, &c. Archiepiscopis, Episcopis, &c. Sciatis nos, intuitu Dei, concessisse, & hac Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ *Sanctæ Trinitatis* in civitate *London.* Sitæ & Priori & Canonicis ibidem Deo servientibus; quod prædicta Ecclesia *Sanctæ Trinitatis* libera sit & quieta ab omni subjectione, tam Ecclesiæ de Waltham, quàm omnium aliarum Ecclesiarum, præterquam Ecclesiæ *Sancti Pauli London.* & Episcopi, cum omnibus ad eam pertinentibus, secundùm tenorem Cartarum *M.* Reginæ fundatricis ejus-

Cart. 11. H. 3. p. 1. m. 34. Vide Part. 8. H. 6. p. 3. m. 6. Et Cart 3. R. 2. n. 2.

dem Ecclesiæ *Sanctæ Trinitatis*, & *H.* Regis primi, viri sui, & *H.* Regis secundi, avi nostri.

Concedimus etiam eis & confirmamus, de donatione prædictæ *M.* Reginæ, portam de **Aldgate**, cum soca pertinente, sicut in præsenti eas tenent, & duas partes redditus Civitatis *Exoniæ*; scilicet *xxv.* libr. blanc. per annum percipiendas ad scaccarium nostrum, per manus Vicecomitum *Devon.* Et concessionem eis factam à prædicto *H.* Rege primo, de via muro clandenda, quæ erat inter Ecclesiam & officinas eorum & murum Civitatis *London*, ex altera parte usq; ad murum prædictæ Civitatis & de via similiter, quæ solebat ibi esse, quæ nunc est ante Ecclesiam prædictam, ex alia parte: Et similiter homines suos & terram suam de *Anglica* **Cnittenegilde**, simul cum libertatibus & quietanciis, quas inde habent ex concessione prædicti *H.* Regis primi, & *H.* Regis secundi: Et similiter terram suam de **Letton**, cum libertatibus quas inde habent per cartam prædicti *H.* Regis primi.

Concedimus etiam eis & confirmamus custodiam Hospitalis juxta Turrim **London**, cum terris & molendinis ad prædictum Hospitale pertinentibus, sicut ea habent ex concessione Regis *Stephani* & Reginæ *Matildis* uxoris ejus: Et similiter terras suas cum pertinenciis, in **Wracking**, cum Ecclesia de **Wracking**, simul cum libertatibus, quas habent ex concessione eorundem; Et similiter alias terras suas de Honore *Boloniæ*; scilicet terram de **Werkedene**, de dono *Ricardi* de *Anestia*: Et terram de *Cornein*: Et Ecclesiam de **Lefstanechirche**, de dono *Hugonis Triket*: Et Capellam de **Alstwik**, de dono *Ricardi* filii *Willielmi*. Concedimus etiam eis & confirmamus terras & redditus suos de **Betteham**, & de **Clainhurst** quas habent de dono *Picoti Empastorat*, simul cum libertatibus quas ibidem habent ex concessione *Matildis* Imperatricis, filiæ *H.* Regis primi.

Concedimus etiam eis & confirmamus terras & tenementa, quæ habent de dono subscriptorum; scilicet, de dono *Rogeri* filii *Briani* & *Matildis* uxoris ejus, duas carucatas terræ in **Hodenho**, & **Crockinge**. De dono *Roberti de Gatone* terram suam de **Wamstede**, cum omnibus pertinentiis suis, quam *Gilbertus* de *Bradele* tenuit de eo ad feodi firmam. De dono *Huberti* Camerarii Reginæ, *iv.* libratas terræ in manerio de **Wracking**. De dono *Ricardi Walensis* quater *xx.* & unam acram & dimidiam terræ & *v.* acras prati in **Wrackinge**, cum serviciis *Augustini* filii *Walwardi*, & *Editha* viduæ, & *Ricardi Cruyland*. De dono *Radulphi Harenge xxv.* acras terræ & dimidiam in campis de **Westone**, & pratum quantum pertinet ad tantum tenementum de eodem feodo; & servicium, quod *Robertus Faber* de **Westone** ei annuatim facere consuevit. De dono *Willelmi Blemund* totum boscum suum cum Bruera, & cum omnibus pertinenciis sicut undique fossatis includitur, in parochia Sancti *Pancratii* de **Bentlegetone**, juxta parcum Domini *London*. Episcopi, versùs Austrum, & *Willielmum Iggel* & hæredes suos & eorum servicia.

De dono *Radulphi Triket* croftam quæ vocatur **Wograve**, & morsellum terræ juxta horreum suum in **Braunbeleghe**, & **Nuthmede**; & **Sparewecham**, & **Widoam**, & **Welgewicham**; & terram quæ fuit *Edmundi*; & terram quæ fuit *Hugonis* filii *Baldewini*, & managium ejusdem *Hugonis*, cum campo adjacente. De dono *Ricardi* filii *Osberti*, locum quendam cum pertinentiis suis in quo quoddam molendinum situm fuit apud **Braunbeleghe**; quod videlicet molendinum fuit unum ex quatuor molendinis juxta molendinum monialium de **Stratforde**, versùs Orientem.

De dono *Roberti Ruel x.* solidatas redditus in **Braunbeleghe**. De dono *Willielmi* de *Pirho xv.* solidos redditus in molendino quod appellatur molendinum Monachorum apud **Braunbeleghe**. De dono *Radulphi Hyerun*, & *Willielmi Thrusse*, & *Willielmi* de **Berkinge** *xlix.* acras terræ, & unam acram prati cum pertinentiis, & redditum *xv.* solidorum, & *vi.* denariorum, & dimidiam libram piperis, per annum, in **Cudmetone**. De dono *Willelmi* Comitis *Essexiæ*, & Comitis *Galfridi* patris sui, terram suam de **Seleghefordе**, & unam hidam terræ & dimidiam in **Braunbeleghe**. De dono *Ricardi* de *Luey xx.* solidatas redditus in **Newetone**, & totam terram quam *Godefridus Beisum*, serviens suus, tenuit una die & una nocte in manerio de **Lesnes**. De dono *Henrici* de *Furnellis*, & *Theobaldi* de **Brackinge** molendinum de **Brackinge**, cum pertinentiis suis. De dono *Henrici* de *Corneya* terram & pratum & redditum *xxxvii.* denariorum, quæ habent in *Corneya* & **Widthale**.

De dono Petri de **Bendenge** *x.* solidos quieti redditus de terra de **Balcheriе**. De dono *Huberti* de *Anestia*, & Dionysiæ uxoris suæ, *ix.* solidatas quieti redditus de molendino de **Caldecote**. De dono *Nicholai* de **Gatesbirie**, & *Katerinæ* uxoris suæ *xi.* acras terræ cum pertinentiis in **Gatesbirie**. De dono *Thomæ* de **Boxelesdone** *ix.* acras terræ cum pertinentiis in **Boxelesdone**. De dono *Hugonis* de *Marines* sexdecim acras & unam rodam terræ, & servicium *Stephani la Weste* & hæredum suorum in **Westmelne**. De dono *Ricardi* filii *Roberti*, unam virgatam terræ & quartam partem unius virgatæ, cum pertinentiis, in **Westmelne**, & servicium *Galfridi* fratris sui, de medietate terræ patris sui. De dono *Henrici* de *Sealariis*, & *Johannæ* filiæ suæ, *ix.* acras terræ & dimidiam, cum pertinentiis in **Widthale**. De concessione & confirmatione Comitis *Willielmi* de *Maundeville xl.* carectatas buschi, per annum, in bosco de **Cneselee**.

De dono *Walterii* de *Maundeville* Ecclesiam de **Baumfelde**, cum terris & decimis & omnibus ad eam pertinentibus. De dono ejusdem *Walteri* Ecclesiam de **Buttelegh**, cum terris & decimis & omnibus ad eam pertinentibus. Hæc autem omnia prædicta prædictis Priori & Canonicis & successoribus suis concedimus & confirmamus: Habenda & tenenda

in

inperpetuum, sicut Cartæ & confirmationes prædictorum, quas inde habent, & quas inspeximus rationabiliter testantur, & sicut ea pacificè in præsenti habent & tenent. Quare volumus (&c.) Data per manum venerabilis patris *R. Cestrensis* Episcopi, Cancellarii nostri, apud *Westm. viii.* die *Febr.* anno Regni nostri *xi.*

PRIORATUS
de Taunton, *in agro* Somersetensi.

De prima fundatione ejusdem.

Esc. 10. E. 2. n. 172.

INquisicio capta coram Escaetorem Domini Regis apud Taunton sexto die *Januarii* anno Regni Regis *Edwardi* decimo, utrum viz. Prioratus de Taunton sit de fundatione Progenitorum Domini Regis quondam Regum *Angliæ*, seu Progenitoris ipsius Regis an aliorum; seu alterius, & quorum, & cujus, & de quibus terris & tenementis; et à quo tempore, per Sacramentum *Johannis Hortherd* (&c.) Qui dicunt per Sacramentum suum, quod Prioratus de Taunton non est de fundatione Progenitorum Domini Regis Regum *Angliæ*, seu Progenitoris alicujus Regis, sed dicunt quod prædictus Prioratus est de fundatione cujusdam *Willielmi Gifford* quondam Episcopi *Wynton. ante* * *tempus Regis* Edmundi Iryneside, à quo tempore, quo non extat memoria, de tota terrâ suâ in parte Aquilonari extra portam orientalem villæ suæ de Taunton ad construendum ibidem Monasterium & situm suum per bundas & divisas in Carta ejusdem Episcopi contentas & nominatas, in puram & perpetuam elemosinam: Quas quidem fundationem & donationem *Henr.* Rex. *Angliæ* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* per Cartam suam confirmavit in puram & perpetuam elemosinam sicut in Carta prædicti Episcopi de fundatione & donatione prædictis plenius continetur. Et dicunt, quod dictus Prioratus nullas terras seu tenementa habet de fundatione seu donatione cujuscunq, Progenitoris Regis *Angliæ* seu Progenitorum quorumcunq; Regnum *Angliæ*. In cujus rei Testimonium prædicti Jurati huic Inquisitioni Sigilla sua apposuerunt.

* Error hic est maximus; nam iste *Will. Giffard* consecratus fuit in Episc. *Wint.* a. 1107. 8 H. 1.

Carta Regis Edwardi *tertii Donatorum Concessiones recitans & confirmans.*

Cart. 8 E. 3. n. 12. per Inspex.

HEnricus Rex *Angliæ* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis me concessisse, & imperpetuam elemosinam confirmâsse Deo & Ecclesiæ *Tantoniæ*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, omnes donationes, quæ eis rationabiliter factæ sunt. Ex dono *Willielmi* Episcopi, Fundatoris ejusdem Ecclesiæ omnes Ecclesias *Tantoniæ* cum Capellis, & omnibus pertinentiis suis, & terram de *Blakedona*, & Ecclesiam de *Kingestona* cum Capellis & pertinentiis suis; Ecclesiam de *Lydyard* cum pertinentiis suis; Ecclesiam de *Legha*, cum pertinentiis suis; Ecclesiam de *Hilla* cum pertinentiis suis; Ex dono *Henrici* Episcopi Ecclesiam de *Pypemynstra*, cum pertinentiis suis, & cum Capellis: Ex dono *Roberti Aurundelli* duas hidas terræ apud Dissam, & Ecclesiam ejusdem villæ, cum pertinentiis suis; Ex dono *Willelmi* filii *Odonis*, terram de *VVitelanda*, & Ecclesiam ejusdem villæ, cum pertinentiis suis, concensu *VVillielmi* neporis, & hæredis ipsius, sicut Carta sua testatur. Ex dono *Willelmi* de *Moiun* terram de *Lydiard*. Ex dono *Ricardi* de *Turbervilla* concessu *Hugonis* fratris sui, Ecclesiam de *Dubertone*, & terram de *Golidanda*. Ex dono *Rogeri Britonis* terram de *Uppecota*. Ex dono *Baldwini* de *Cumba* terram de *Mora*: Ex dono *Galfredi Foliot* unam virgatam terræ & dimidiam in terra de *Stantona*; Ex dono *Oberti*, & *Ganfridi* de *Hidona* terram de *Middledona*: Ex dono *Baldwini* de Cumba *xvi.* acras. Ex dono *Hugonis* de *Flury*, viginti acras terræ in *Hefercumba*, Quare volo (&c.) Testibus *Ricardo* London, & *Nigello Eliensi* & *Roberto Lincolniensi* Episcopis, *Thoma Cancellario*, *Roberto* Comite *Legrecestriæ Will.* Comite *Glouc.* (&c.)

Dimissio manerii de Dulverton *Canonicis de* Taunton *ad feodi firmam, per* Will. *de* Monteacuto *Comitem* Sarum.

Pat. 11 E. 3. p. 1. m. 12. per Inspex.

PEr hoc scriptum indentatum cunctis appareat evidenter, quod nobilis, vir. *Willielmus* de *Monteacuto* Comes Sarum concessit, & ad feodi firmam dimisit, & hoc scripto suo indentato confirmavit Religiosis viris Priori & Conventui de Taunton manerium & hundredam de Dulverton, cum pertinentiis; Habendum & tenendum eisdem Priori & Conventui & eorum successoribus, unà cum libertatibus regalibus ac aliis liberis consuetudinibus, & allsûs quibuscunq; ad prædicta manerium & Hundredum cum pertinentiis spectantibus, seu pertinentibus imperpetuum. Reddendo inde eidem Comiti, hæredibus & suis assignatis decem libras sterlingorum per annum ad duos anni terminos; viz. ad festa *Paschæ*, & S. *Michaelis* equalis porcionibus (&c.) Dat. in Capitulo dicti Prioratus de Taunton *xviii.* die *Marcii* anno Regni Domini Regis *Edwardi* tertii à conquestu *xv.*

Digitized by Google

PRI'ORATUS

De Hastings *in* Sussexia.

Lel. Coll. vol. 1. p. 82.

Novus Prioratus de Hastings.

Walterus Bricet *miles fundator.*

Modernus,..... Pelham *miles.*

Carta Henrici *Comitis de* Augo, *diversorum donationes recitans & confirmans.*

Cart. 22. E. 1. n. 32.

REx Archiepiscopis, &c. salutem. Inspeximus cartam quam *Henricus* quondam Comes de *Augo* fecit Ecclesiæ, S. *Mariæ* de *Hastingiis*, quæ est libera Capella nostra, & Canonicis ejusdem Ecclesiæ, in hæc verba. *Henricus* Comes de *Augo* omnibus hominbus suis *Francis* & *Anglis* salutem. Sciatis quod ego concedo, & hac præsenti Cartâ meâ confirmo præbendas Ecclesiæ S. *Mariæ* de *Hastingiis* ab antecessoribus meis in liberam & perpetuam elemosinam concessas, sicut Carta *Henrici* avi mei testatur; & ideo volo & firmiter præcipio, ut fructus Præbendarium ubicunque sint, vel in cujuscunque donatione, Canonicis ejusdem Ecclesiæ integrè & sine molestia persolvantur; Et ne quis aliquid subtrahat vel diminuat: Præterea concedo & confirmo redditus ad thesaurarium ejusdem Ecclesiæ pertinentes; scilicet de Vicecomitatu meo annuatim decimum denarium, de dominicis de *Barbersia x.* sol. de *Ealwarebecha, vi.* sol. & in eadem villa de mansura quadam quæ fuit *Wlvardi x i.* d. de Chedingesii. sol. de Flesham *iiii.* sol. de Rokeland *iiii.* sol. de *Sandherste xii.* d. de Lunesford decimam de dominio; de *Roberto Strabone vi.* sol. de *Knella viii.* sol. de Drenbrigg *iii.* sol. de Leges *iiii.* sol. de Uppene *ii.* sol. de *Morlaia xii.* d. de Overslag *xii.* d. de *Crohera xviii.* d. de Barsell *xviii.* d. de Hoza *ii.* sol. de *Batello* de Wiorchelse decimam, de *Forhesta* decimam, de Petresham *xii.* d. & *iiii.* mansuræ in *Testhecha*, quas *Willielmus* filius *Roberti* dedit Ecclesiæ supradictæ; *viz. ii.* mansuræ quæ fuerunt *Reinberti*, & una quæ fuit *Kys*, & *iii.* quæ est juxta posternam. De Wiggesel *ii.* sol. *Willielmus* autem, filius *Wiberti*, quia de Vicecomitatu Comitatus, quem tenuit, retinuit Decimam, dedit & concessit Thesaurariæ & Ecclesiæ supradictæ, de subcastello perpetuè remanendam. Item per eundem reatum *Engeleri* de *Scotenis* dedit & concessit terram de *Betenasse*. Nos autem concessionem, confirmationem & donationem prædictas, ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, præfatis Ecclesiæ & Canonicis ejusdem & successoribus suis concedimus & confirmamus, &c. Data per manum Regis apud *Westmonasterium* quarto Die *Decembris.*

De translatione sedis ejusdem Prioratus, ratione maris inundationis, usque Warbilton.

REx omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis quod cum Ecclesia S. *Trinitatis* de Hastyng, ac inhabitatio dilectorum nobis in Christo Prioris & Conventus Ecclesiæ prædictæ apud Hastyng, per mare inundatæ & vastatæ existunt, ita quod ipsi ibidem amplius morari non possunt, sicut præfati Prior & Conventus nos informârunt; eoque prætextu dilectus & fidelis miles noster *Johannes Pelham*, de licentia nostra, dederit & concesserit eisdem Priori & Conventui certa terras & tenementa in Warbilton super quas terras unam novam Ecclesiam, & inhabitationem in honore Sanctæ *Trinitatis* construere inceperunt, ut dicitur. Nos de gratia nostra speciali & præmissorum intuitu, dedimus & concessimus præfatis Priori & Conventui, in auxilium sustentationis novæ Ecclesiæ & inhabitationis prædictarum, manerium de Wythiam, vocatum Dounkencourt, cum advocatione Ecclesiæ de Wythiam, ac omnibus terris, tenementis, redditibus & serviciis, pentionibus, portionibus, ac aliis commoditatibus suis quibuscunque; quod quidem manerium de possessionibus Prioris & Conventus de *Morteyn* alienigenæ, in manibus nostris occasione guerræ inter nos & ad adversarium nostrum *Franciæ* motæ existentis existit, & ad *xxv.* libr. *v.* sol. *v.* denar. per annum extenditur, ut dicitur: Habendum & tenendum eisdem Priori & Conventui dictæ Ecclesiæ S. *Trinitatis* & successoribus suis à decimo nono die *Decembris* ultimo præterito, usque ad finem *xx.* annorum extunc prox. sequentium, absque aliquo nobis vel hæredibus nostris inde reddendo, aliqua ordinatione in contrarium facta non obstante. In cujus, &c. T. Rege apud *Westm. xxiii.* Die *Octobris.*

Pat. 14. H. 4 m. 19.

PRIORATUS

S. Mariæ Overie *infra burgum de* Suthwarke *in agro* Surregiensi.

De fundatione ejusdem.

Willielmus Giffard Episcopus *Wintoni-ensis* fundavit Monasterium S. *Mariæ Overie* in Suthwarke, extra *Londoniam*, & Canonicos seculares ibi instituit

Ex cartaceo Ms. in bibl. Col. *Corp. Christi Oxon.* [B.] f. 193. a.

Carta

Carta Reginaldi *de* Warenna *de Ecclesia de* Plumbton.

Ex collect. *Aug. Vincent* gen. EGo *Reginaldus* de *Warenna* dedi Canonicis de Suthwerke Ecclesiam de Plumbton, cum assensu *Aliciæ* uxoris meæ, & *Willielmi* filii mei, pro salute mea & *Aliciæ* uxoris meæ & liberorum meorum; & pro salute *Isabellæ* Comitissæ Dominæ meæ; & pro animabus patris & matris meæ; & pro anima *Willielmi* Comitis *VVarenna* fratris mei; & pro anima *Willelmi* de Wolmengay patris *Aliciæ* uxoris meæ.

Carta Will. *de* Warenna *de* Lx. *acris terræ.*

Ib. EGo *Willelmus* de *Warenna* dedi Canonicis de Suthwerke, unà cum corpore meo *Lx.* acras terræ in *Fortiscrea*, dictas Wadeland, pro animabus patris mei *Reginaldi*, & matris meæ *Aliciæ*, & Beatricis uxoris meæ, & *Reginaldi* filii nostri; & *Beatricis* & *Isabellæ* filiarum nostrarum.

Carta Beatricis *uxoris ejusdem* Willielmi.

Ib. EGo Beatrix, filia *Willielmi* de *Warenna*, post mortem viri Domini mei *Radulphi*, dum essem in viduitate mea, concessi & confirmavi donationem quam pater meus *Willelmus* de *VVarenna* fecit Canonicis de Suthwerke, pro salute avi mei *Reginaldi* de *Warenna*, & *Aliciæ* aviæ meæ, & patris mei *Willielmi*, & matris meæ *Beatricis*, & fratris mei *Reginaldi*, cujus corpus ibi requiescit; & *Isabellæ* sororis meæ, & meæ, de *Lx.* acris terræ in *Fortiscrea*, viz. in Wadeland, cum pertinen. iis suis, &c.

Carta Tirelli *de* Panters *de Ecclesia de* Benstede.

Ib. TIrellus de Panters omnibus amicis suis *Francis* & *Anglis* salutem. Noveritis me dedisse Deo & Canonicis de Suthwerke Ecclesiam meam de Benestede, cum omnibus pertinentiis suis; & præcipio quod de me & de hæredibus meis æternaliter in pace teneant.

Carta Nigelli *de* Poubray *de eadem Ecclesia.*

NIgellus de Poubray omnibus amicis & hominibus suis, *Francis* & *Anglis* salutem. Notum vobis facio me dedisse & præsenti Cartâ confirmâsse Deo & Canonicis de Suthwerke Ecclesiam de manerio meo de Benestede, quod cum uxore mea in matrimonium accepi, &c. Testibus *Hamelino* de *VVarenna*, & *Rogero* de Poubray. Ib.

Carta Mabiliæ *filiæ* Willielmi *Patrio, uxoris* Nigelli *de* Poubray.

NOtum sit præsentibus & futuris, quod ego *Mabilla* uxor Domini *Nigelli* de Poubray, concessi Canonicis de Suthwerke unam de virgatis terræ quas *Radulfus Vineton* tenuit de *Nigello* Domino meo & marito & de me: Reddendo indè ad Curiam de Benestede, &c. Ib.

Carta Regis Stephani *de Decima firmæ de* Sudwerke.

S*Teph.* Rex *Angl.* Episcopo *Wynt.* Justic. Vicecomitibus, Baronibus & omnibus ministris & fidelibus suis *Francis* & *Anglis* de *Sudreia* salutem. Sciatis me dedisse & concessisse in perpetuam elemosinam Deo & Ecclesiæ S. *Mariæ* de *Sudwerca*, & Canonicis Regularibus in ea Deo servientibus pro anima Regis *Henrici* avunculi mei, & aliorum antecessorum meorum, decimam firmæ meæ de *Sudwerca*. Quare volo (&c.) T. *M.* Regina, & *Ricardo* de *Lucy*, & *Huberto* Camerario, apud London. Pat. 3 E. 4. p. 3. m. 28 per Inspex. Vide Cart. 18 E. 3. n. 8

Carta Hamelini *Comitis de* Warenna *de Ecclesiis de* Crechesfeld, Becheswurd & Leghe.

NOtum sit omnibus S. Ecclesiæ fidelibus, tam præsentibus, quam futuris, quod ego *Hamelinus* Comes de *Warenna* & *Hysabella* Comitissa mea, pro amore & honore Dei, & beatæ *Mariæ* semper Virginis, & omnium sanctorum; & pro animabus Regum *Angliæ Willielmi* primi & secundi, & *Henrici*, & omnium suorum; & pro anima Patris, &c. Comitis *Andegaviæ*; & pro animabus Comitum *Warenna*, *Willielmi* primi, secundi, & tertii; & pro anima *Gundredæ* Comitissæ & *Hisabellæ* Comitissæ; & pro salute *Henrici* Regis secundi; pro nostra salute, & omnium consanguineorum nostrorum, & amicorum & familiarium concedimus, & præsentis Scripti pagina confirmavimus imperpetuum Ecclesiæ S. *Mariæ* de Sudewurch & Canonicis ibidem Deo servientibus, Ecclesiam de Crechesfeld, cum Ecclesia de Becheswurd, & Ecclesia de Leghe, &c. Ibid.

Digitized by Google

& omnibus ad eas pertinentibus tam in decimis quam in terris & omnibus aliis redditibus & consuetudinibus. Insuper donamus eis *x.* acras de dominio nostro in orientali parte Ecclesiæ, juxta cimiterium, in escambium pro burgagio suo quod habuerunt in villa mea, salva mansura *Ailmeri* Pur. quam de eis in elemosinam tenet, & via ingressionis & exitus campi sui Pngleſuuurde. Et volo ut ita benè & liberè & pacificè teneant, quod nullus de eis super me se intromittat; quod si quis infirmare vel disturbare, vel à prædicta Ecclesia aliquo modo ausu temerario alienare voluerit, anathematis mucrone feriatur, donec satisfactione resipiscat. His testibus *Th.* Elemosinarius, *Philippus* Capellanus (&c.)

Carta Willielmi *Episcopi* Winton. *donationem Ecclesiæ* de Stokes *confirmans.*

Ib. *Willielmus* dei gratiâ *Wynton.* Episcopus venerandus, S. *Ecclesiæ* fidelibus salutem. Notum sit omnibus quod *Hugo* de Stokes, & uxor ejus, & *Aluredus* presbyter de Stokes dederunt Ecclesiam S. *Egidii* de Stokes Ecclesiæ S. *Mariæ* de *Sudwerca* & Canonicis ibidem Deo servientibus in perpetuam elemosinam, & optulerunt eam super Altare S. *Mariæ*, per cultellum *Reginaldi* fratris *Hugonis*, in præsentia mea, cum omnibus ad eam pertinentibus; scilicet cum decima de Stokes & decima de *Durena*, & cum omni tenemento, quo *Aluredus presbyter* eam tenuit in terris & silvis & mansionibus sine calumpnia & contradictione. Et ipse *Aluredus* presbyter suscepit habitum religionis in Ecclesia S. *Mariæ* eo die. Hujus donationis sunt testes qui nobiscum fuerunt præsentes, *Stephanus* Archidiaconus de *Surreia*, *Giraldus* Capellanus, *Bernardus* Capellanus (&c.)

Carta Regis Stephani *de domo lapidea apud* Dovegate.

Ib. *Stephanus* Rex *Anglie* Episcopo *London.* & Justic. & Vic. & Baronibus & ministris & omnibus fidelibus suis *Londonie* & totius *Anglie* salutem. Sciatis me dedisse & concessisse Deo & Ecclesiæ S. *Mariæ* de Sudwer cin elemosinam, & Canonicis ibidem Deo servientibus domum lapideam, quæ fuit *Willielmi* de *Ponte-Archarum*, quæ sita est contra seldas de *Dovegate*, pro salute mea & *Matildis* Reginæ uxoris meæ, & liberorum meorum, & pro animabus prædecessorum meorum Regum, *Anglie.* Quare volo (&c.) T. *H.* Episcopo *Wynton.* & *Matilda* Regina *Anglie*, apud *London.*

Carta Regis Johannis *donationem de terra & Ecclesia de* Ketebrok *confirmans.*

Johannes Dei Gratiâ Rex *Anglia*, (&c.) Sciatis nos concessisse & hac Cartâ nostrâ confirmâsse Priori & Canonicis S. *Mariæ* de Sudwerc rationabilem donationem quam *Cecelia* Comitissa *Herefordiæ* eis fecit de tota terra sua de Ketebrok cum advocatione Ecclesiæ ejusdem villæ, & cum omnibus aliis pertinentiis suis in redditibus & homagiis, (&c.) Præterea concessimus & confirmavimus eisdem Priori & Canonicis de dono prædictæ *Cecelie* Comitissæ quatuor libratas redditus annui in Paston, annuatim recipiendas per manus illorum qui terram illam de se & de hæredibus suis tenebunt in duobus terminis anni, scilicet *xl.* sol. ad Pascha, & quadraginta solidos ad festum S. *Michaelis*, sicut Carta prædicta *Cecelie* Comitissæ, & confirmatio *Willielmi* de *Munkensy* Nepotis & hæredis sui, quas inde habent, rationabiliter testantur. Quare volumus, (&c.) T. Dominis *W. London. P. Winton*, (&c.) Episcopis apud *Lameh. vii.* die *Maii* Anno regni nostri octavo. Pat. 19. H. 6. p. 1. m 6 per inspex.

Brisettense Cœnob. in agro Snffolciensi,

Fundatio per Radulphum filium *Briani.*

Spirituali Patri suo *Hereberto* Dei Gratia *Norwicensi* Episcopo, omnibusque dilectis Sanctæ Ecclesiæ filiis, tam præsentibus quàm futuris, omnibusque hominibus *Francis* & *Anglis*, *Radulfus* filius, *Briani* & *Emma* uxor sua in Christo salutem & devotam dilectionem. Quoniam ego *Radulfus* filius *Briani*, horrore mortis quotidie perterritus, dum auras percello temporales, finem meum expecto, dum licet mihi, dum tempus habeo, mea adaugendo elemosynas corrigo. Vobis itaque, Domini mei & amici mei desideratissimi, notifico, quod sponte mea, instinctu & consilio domini Episcopi *Norwicensis*, *Hereberti*, & *Aluredi* Archidiaconi sui, & Domini mei *Willielmi Pevereli le Mechin* stabilivi Ecclesiam Deo & Sanctæ *Mariæ* & sanctissimo Confessori suo *Leonardo* apud Brisete, in qua Canonicos regulares Deo ibidem perhenniter servituros apposui & institui, pro salute & redemptione animæ meæ & *Emmæ* uxoris meæ, & filiorum meorum, & pro incolumitate Domini nostri *Henrici* Regis, & pro animabus amicorum meorum, & pro totius salvatione populi Dei; cui loco meipsum & uxorem meam & hæredes meos, qui meo adquieverint consilio, optuli & donavi: Scitote ergo, quod prædictos Canonicos pono in protectione *Norwicensis* Episcopi, quatenus quicumque Prior extiterit, ipse Prior potestatem habeat justè apponendi vel removendi quos sibi placuerit Canonicos. Præterea concessi & Deo dedi & Sancto *Leonardo* & Canonicis ibidem servientibus totam tenaturam, Ex Autographo penès Præpositum & Scolares Collegii Regalis Cantabrig.

ram *Hugonis* sacerdotis, cum suis pertinentiis, scilicet totam decimam de Brisete, & totam decimam de *Losa*, cum Capella; & quamdiu fuero in *Suffolcia*, Canonici mei erunt Capellani, & tam diu habeant Decimam de pane meo, & de cervisia similiter.

Insuper adcrevi victui Canonicorum quoddam meum magnum gardinum quod est ab aquilonari parte Monasterii, cum quarta parte unius acræ, quæ conjacet pomerio, & Curiam quæ interjacet gardino & Ecclesiæ, cum alio parvo gardino, quod est ab orientali plaga, & terram *Pachingi* de Waterfeld, *vi.* acras in Ernesdune; & juxta tres acras de curta terra, & Haddescroth. Juxta nemus triginta tres acras. In Hecham septem acras, In Banus quinque acras, quas *Robertus* de Sancto *Martino* tenuit, & unam acram prati per majorem perca * in Bildeston, ubi fons exoritur; & locum ad vivarium faciendum, quo, si voluerint Canonici, molendinum faciant, & habeant liberè sine aliquâ molestiâ; & plateam quæ jacet ante portam Ecclesiæ, excepto quod introitum & exitum meum habeam: & communionem pasturæ cum pecoribus meis sua pecora habeant ubique, viisque participentur sicut & ego Canonicorum etiam homines ab omni inquietatione & mala consuetudine quieti & liberi teneant. Et decimam nemoris dedi eis & pasnagium quietum, & de Peresfeld decimam; & de Hobrege decimam, concessione *Christiana* sororis meæ, decimam de Smedefeld * apud *Lund.* In Tilingam de *Wiward* sexaginta acras; [de *Eringe lx.* acras, de *Godeva x.* acras, Bogeland *lx.* acras;] meam partem Ecclesiæ de *Stepla*, cum tercia parte decimæ meæ. [Ecclesiam de Stanesgate, cum tercia parte decimæ meæ] dominii mei simul cum terris quas dabo in dedicatione Ecclesiæ. *Warinus* eciam apposuit decimam suam de *Meddlimeta* & de Claketon. Hujus donationis sunt testes *Alnredus* Archidiaconus, *Herlewinus* presbyter, *Hugo* Presbyter, *Robertus* Presbyter de *Rengesela*, *Willelmus Tressgat*, *Willelmus* de *Insula*, *Ricardus Madwit*. De villa de Brisete, *Ursel*, *Hereward*, Clericis, *Franchinne*, *Godwinus* filius *Alfled*, & cæteri plures, valete.

* lege particam.

* Intellige Smithfeld apud *Londinum*.

[Hæc licèt autographo desint, in vetusto tamen exemplari reperiuntur.]

Carta Radulphi *filii* Brienni.

Ibid. SPirituali patri suo *T.* Dei gratia *Cantuarien.* Archiepisco, & *Willielmo eadem* gratia *Norwicensi* Episcopo, omnibusq; dilectis Ecclesiæ filiis, tam præsentibus quam futuris, omnibusq; hominibus suis *Francis* & *Anglis*, *Radulphus* filius *Brienni* & *Agnes* uxor sua, in Christo salutem, & devotam dilectionem. Sciatis, quod ego concedo & confirmo hâc Cartâ meâ omnem donationem, quam *Radulphus* filius *Brienni* avus meus dedit beatæ *Mariæ* de sancto *Leonardo* de *Briset*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, tam in rebus Ecclesiasticis, quam laicis, sicut Carta prædicti *Radulphi* avi mei testatur & confirmat, cum cæteris confirmationibus quas habent, excepto loco vivarii, pro quo habent escambium; scilicet acram & dimidiam quæ jacet inter terram *Wimari* & terram monachorum de *Aere*, excepta quarta parte unius acræ, pro qua habent escambium, scilicet rodam & dimidiam juxta terram, quæ est Carnesdune. Hiis testibus, *Huberto* Clerico de Bering. *W.* sacerdote de Redding, *Tho Warino* Clerico de Navelton, *Waltero* de Wideltune, *Abraham Samuell*, *Radulpho* de Navelton, *W. Hacon*, *Albrico* de *Dammartino*, *Ricardo* de Wachessam, *Roberto* de Villaghesham, *Gaufrido Tolebuc*, *Galtero* de *Haia*, *Jordano* de *Ringeshele*.

Cartâ Brienni *filii* Radulfi *de terra extra parcum suum jacente.*

OMnibus hominibus, & amicis suis, *Francis* Ibid. & *Anglis*, *Briennus* filius *Radulfi* salutem; Notum sit universitati vestræ quod ego *Briennus*, successor, & hæres patris mei *Radulfi*, concedo & scripti mei testimonio confirmo, terram illam; quæ jacet juxta parcum meum, inter terram *Bage*, & terram Mansseth, quæ fuit *Sictrich*, Deo & Ecclesiæ sancti *Leonardi* de Brisete, & Canonicis ibidem Deo ministrantibus, in perpetuam elemosinam, quam pater meus eis concessit & dedit, pro salute animæ suæ, & antecessorum, & successorum suorum. Habeant itaque in perpetuum, & teneant, prædicti Canonici, & eorum successores eandem terram, sicut Carta patris mei testificatur, liberam, & quietam ab omni sæculari consuetudine, & servitio. Hii sunt testes, *Willielmus* de *Bovilla*, *Osbertus* filius *Hervei*; *Johannes* Manant, *Galfridus* de *Amblia*; *Robertus* de *Burnavilla*; *Stephanus* de *Montecanisia*, *Willelmus* de *Montecanisia*, *Willelmus* de *Glanvilla*, *Hubertus Hacun*, *Robbertus Melnant*, Magister *Johannes Herberius* Sacerdos, *Thomas* Presbiter, *Alexander* Clericus.

Carta Almarici Peche *militis*, *donationem* Radulphi *filii* Briani, *antecessoris sui confirmans.*

OMnibus has literas visuris vel audituris Ibid. *Almaricus Pethe* miles, dominus de *magna* Brisete salutem in domino. Noveritis me, pro salute animæ & antecessorum & successorum meorum, concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse, in puram & perpetuam elemosinam, pro me & hæredibus meis, Deo & Ecclesiæ S. *Leonardi* de Brisete, Priori & Canonicis ibidem Deo servientibus, Ecclesiam de Brisete & decimas; Capellam de *Losa* & decimas; & decimas de Persfede; & omnia alia, quæ in Carta *Radulphi* filii *Briani* antecessoris mei plenius continentur. Et ut hæc mea concessio & præsentis Cartæ meæ confirmatio rata sit & firma imperpetuum,

huic præsenti Cartæ meæ Sigillum meum apposui. His testibus, dominis *Roberto* de *Burnaville*, *Egidio* de *Wachesham* militibus, *Anselmo* de *Ringesele*, *Ricardo Pigaz*, *Radulpho Eu*, *Hamelino* de *Bresetta*, *Roberto Russell*, & aliis.

Carta Almarici Peche *de amerciamentis hominum Prioris & Canonicorum de* Bæsete.

Ibid. UNiversis Christi fidelibus præsens scriptum visuris vel audituris, *Almarius Peche*, dominus de Bæsete *magna*, Salutem in domino. Tenore præsentium notum vobis facio, quòd cum Manerium de Bæsete *magna*, ex dono domini *Henrici* Regis *Angliæ* primò receperim, Ecclesiam sancti *Leonardi* de Bæsete, Priorem & Canonicos ejusdem loci, ex donatione *Radulphi* filii *Brianni*, ex confirmatione Regia in plenam seysinam inveni de amerciamentis suorum tenentium in Bæsete provenientibus pro Assisa Regis non servata; ut de pane, & servisia, & de mensuris falsis, ut de lagenis, ulnis, Busellis, ponderibus, & cæteris hujusmodi, & de omnibus aliis transgressionibus prædictorum tenentium qualitercunq; provenientibus, unde amerciamenta possint exigi & levari. Quare volo & concedo, & hoc præsenti scripto meo confirmo pro me & hæredibus meis, ac pro salute animæ meæ, patris & matris meæ & filiorum meorum, *Bartholomæi* & *Eadmundi*, & filiarum mearum, quod omnia prædicta amercimenta dictorum tenentium prædictorum Prioris & Canonicorum eorundem successorum qualitercunq; provenientia, cum omnibus & singulis libertatibus præmissis Ecclesiæ Sancti *Leonardi* de Bæsete prædictæ, Priori & Canonicis prædictis ibidem Deo servientibus, & eorum successoribus, liberè, quietè, bene, & in pace, in pura, & perpetua eleemosina, habeant, & possideant in perpetuum. Insuper fateor me recepisse de dictis religiosis septem acras terræ, ad incrementum culturæ dicti manerii, jacentes propè campum qui vocatur Dawsselo pro omnibus Curiarum sectis, pro terra quondam *Radulphi* de Berlham, & pro omnibus aliis Curiarum sectis à dictis religiosis in perpetuum exigendis. Et ut hæc mea concessio, & scripti hujus confirmatio rata & stabilis imperpetuum remaneat, huic præsenti scripto sigillum meum apposui. Hiis Testibus, Domino *Galfrido* de *Bernavill* milite; Domino *Johanne* de Tokesele Rectore Ecclesiæ de Ringesle, *Ricardo* de Sundesord, *Ricardo Lovesay*, *Ricardo Pygace*, *Roberto* de Walsalham *Waltero Baldwino*, *Johanne De. Willielmo* de Sawylton, & multis aliis.

Carta Willielmi Norwicensis *Episcopi.*

Ibid. OMnibus Christi fidelibus præsentes literas visuris uel audituris, *Walterus* Dei gratia *Norwicensis* Episcopus salutem in domino sempiternam. Noveritis nos voluntate & assensu Prioris, & Conventus de Bæsete dilecto filio *Almarico Peche*, & uxori suæ filiæ & hæredi quondam *Radulphi Brien*, & eorum hæredibus Cantariam in Capella infra septa Curiæ eorum de Bæsete constructa, concessisse sub hac forma; *viz.* quod Capellanus in eadem ministraturus, in primo suo adventu, præsente Priore, vel suo procuratore jurabit, inspectis sacrosanctis Evangeliis, quod omnes oblationes, & obventiones undecunq; eidem Capellæ obvenientes, matrici Ecclesiæ, eadem die qua percipiuntur, vel proximè sequenti, integrè, & absq; diminutione restituet, & quod nullum parochianum matricis Ecclesiæ ad confessionem, sive aliquod aliud Ecclesiasticum sacramentum admittet, nisi periculum mortis immineret. Erit siquidem præfata Capella matrici Ecclesiæ subjecta; & in signum subjectionis præfatus *Almaricus*, uxor ejus, & eorum hæredes, unà cum eorum familia, ad matricem Ecclesiam diebus infrascriptis; scil die *Natalis* domini; die *Paschæ*, die *Pentecostes*, die *Assumptionis* gloriosæ Virginis, & die S. *Leonardi*, cum debitis & consuetis oblationibus ad magnam Missam, si ibidem fuerint præfatam Ecclesiam veneraturi. Nos autem omnes illos, qui aliquid in hujusmodi nostræ concessionis præjudicium, sive fraudem machinaverint, sive fieri procuraverint, sententia Excommunicationis . . . odamus. In cujus rei testimonium huic scripto sigillum nostrum apponi fecimus. Dat. apud *Hoxum. xii. Kal. Augusti* pontificatus nostri anno sexto.

De quarta parte manerii de Bæsete *data per* Ric. Hacoum.

Esc. de ad quod dampnum 20. E. 3. n. 24. *Norff.*

IUratores dicunt super sacramentum suum, quod non est ad dampnum Domini Regis nec aliorum, si Rex licentiam dat *Ricardo Hacoum* & *Annæ* uxori ejus dare quartam partem manerii de Bæsete, cum pertinentiis, Priori & Conventui de Bæsete. Habendum dictis Priori & Conventui & successoribus suis in satisfactionem decem libratarum terræ (&c.) & dicunt quod *xxx.* libratæ terræ in Pelton in com. Norfolciæ remaneant prædictis *Ricardo* & *Annæ* ultra donationem prædictam (&c.)

PRI-

PRIORATUS

de Cirencestre in agro Glocestrensi.

Diploma Regis Edwardi *tertii, Cartam fundationis ejusdem Prioratus recitans & confirmans.*

Carr. ro. E. 3. n. 28.

Vide Carr. 14. R. 2. n. 9.

Ex archiepiscopis &c. Inspeximus Cartam celebris memoriæ domini H. *quondam Regis* Angliæ *progenitoris nostri, in hæc verba.* Hen. Rex *Angliæ* Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Justic. Vic. & omnibus filiis sanctæ Ecclesiæ per *Angliam* constitutæ, salutem. Sciatis universi, quoniam ego consensu & autoritate piæ memoriæ Papæ *Innocentii*, Consilio eciam & communi laudatione Archiepiscoporum & Episcoporum, Principum & Baronum regni mei, dedi, & concessi Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ Cirecestriæ*, cujus ego, licèt indignus, constructor extiti, pro animabus patrum & antecessorum meorum, & remissione peccatorum meorum; & pro statu & incolumitate regni mei, Abbati *Serloni* primo, & omnibus successoribus ejus, & Canonicis regularibus ibidem Deo deservientibus, in elemosinam perpetuam, totam tenuram *Reimbaldi* Presbiteri, in terris & Ecclesiis, & cæteris omnibus, quæ subscripta sunt; videlicet in villa *Cirencestriæ ii.* hidas terræ; & in die dominica qua mercatum villæ est, terciam partem de Theoloneo, & plateis meis; & duas partes decimæ de toto dominio *Cirecestriæ*; & totam decimam tocius parrochiæ.

In **Gloucestrescire** in villa **Prestetone**. *viii.* hidas terræ, & Ecclesiam. In *Norcota* hidam terræ. In **Duxfelde** *vii.* hidas. In **Amenel** *j. ii.* hidas & *j.* virgatam & Ecclesiam villæ. In **Walle** *ii.* hidas quæ fuerunt *Balchi Daci*. In **Elmundestan** *j.* hidam. In *Wica j.* virgatam terræ, & boscum. In **Ultcham** Ecclesiam villæ, cum terra & *j.* Molendino, & Capellis & omnibus eidem Ecclesiæ pertinentibus.

In *Wiltescira*, in *Lattona* & in *Eisi ix.* hidas, & Ecclesias earundem villarum, cum terra & Capella de *Lattona*, quæ pertinet ad Ecclesiam de *Eisi*. In *Cr chelada*, in Burgo *iii.* maisuras, Ecclesiam quoque de *Penescia*, cum terra & decimis & consuetudinibus eidem Ecclesiæ pertinentibus. In *Aneberia* Ecclesiam, cum terra & Capellis & decimis, & consuetudinibus eidem Ecclesiæ pertinentibus.

In *Sumerseta* Ecclesiam de *Meleborna*, cum terra & Capellis, & decimis, & omnibus rebus, eidem Ecclesiæ pertinentibus. In *Froma* Ecclesiam, cum terris & Capellis & decimis & omnibus aliis rebus, tam in plano, quàm in bosco eidem Ecclesiæ pertinentibus. In **Walon** Ecclesiam, cum terra & Capellis & decimis & omnibus consuetudinibus, tam in plano quàm in bosco eidem Ecclesiæ pertinentibus.

In *Dorseta, Pulcam*, cum *x.* hidis terræ, & bosco & prato. In *Barcheseira* Ecclesiam de **Scrubeham**, cum terra & Capellis & decimis & omnibus consuetudinibus eidem Ecclesiæ pertinentibus. In **Corbeham** Ecclesiam, cum terra & Capellis, & decimis & omnibus rebus eidem Ecclesiæ pertinentibus. In **Bray** Ecclesiam, cum terra & Capellis, & decimis, & omnibus rebus eidem Ecclesiæ pertinentibus. In *Estona x.* hidas; *Hacheburnam* cum *xi.* hidis, & *iii.* virgatis terræ, & Ecclesiam ejusdem villæ, cum Capella & decimis alterius, **Hacheburne**.

In *Oxenefordscira*, *Boicotam* cum *j.* hida terræ, in bosco & plano, & *j.* Molendino. In *Buckingehamscira* Ecclesiam de **Passeham**, cum terra & decimis & omnibus rebus eidem Ecclesiæ pertinentibus. In *Norhampteseira* Ecclesiam de *Rowella*, cum terra & Capellis & decimis, & omnibus consuetudinibus eidem Ecclesiæ pertinentibus. In *Brichestocha* Ecclesiam, cum terra & Capellis, & decimis, & omnibus consuetudinibus, tam in bosco, quàm in plano eidem Ecclesiæ pertinentibus. In *Wintonia iii* maisuras terræ. Ego autem dedi & concessi Ecclesiæ illi, de meo proprio dominio imperpetuum *j.* hidam terræ in *Cirecestra*, quæ vocatur *Scarrevehida*, ad faciendum ortos & virgulta & sedem unius molendini. Et Abbas *Serlo* licencia mea escambiavit de prædicta hida *ii.* Maisuras de Burgensibus *Cirencestriæ*; ad opus Clericorum suorum; & cursum aquæ & boscum qui vocatur *Aclesa*, cum forestariis & terra eorum; & nichil michi de bosco illo retineo, præter solam venationem meam, & quod Abbas illum essartare non debebit.

De rebus autem prædictis; quæ fuerunt *Reimbaldi*, hoc statuimus, quod quicquid *Rogerus* Episcopus *Sarum* inde tenet, in vita sua teneat, & post obitum ejus ad proprios usus & dominium Canonicorum Regularium revertatur; hoc idem statuentes de his quæ *Willielmus* filius *Warini* Vicecomes tenet, & *Nicholaus* nepos Episcopi *Wynton.* & de hiis quæ Canonici seculares tenent in Præbendas. Concedimus eciam prædictæ Ecclesiæ in omnibus possessionibus suis, *Socam* & *Sacam* & *Toll* & *Theam* & *Infangenetheof*, & omnes alias libertates, & quietationes, & consuetudines, & dignitates, sicut eas liberiùs tenuit tempore Regis *Edwardi*, * & patris & fratris mei, & meo huc usque; & sicut aliæ elemosinæ regni mei liberiùs tenent. Hanc itaque donatio-

(* sc. *Edw.* Conf.

donationem & concessionem meam factam, laudo, & regia autoritate corroboro; & a Deo michi tradita potestate, illi Ecclesiæ imperpetuum obtinendam decerno; eamque in manu & protectione regia, tanquam propriam elemosinam meam retineo, Testibus *Will. Cantuar.* Archiep. & *Turst. Eborac.* Archiep. & *Rogero* Episc. *Sarum*; & *Henr.* Episc. *Wynton.* & *Alexandro* Episcopo *Lincoliæ*, & *Gaufrido* Episc. *Dunelm.* & *Nigello* Episc. *Eliensi*; & *Roberto* Episc. *Hereford.* & *Johanne* Episc. *Rovecestriæ* & *Rob.* de *Sigillo*, & *Rob.* de *Ver*, & *Milone Gloec*, & *Rob.* de *Oilli*, & *Hug. Bigoto*, & *Rob.* de *Curci*; & *Pag.* fil. *Johannis*; & *Eustachio* & *Will.* fratribus ejus; & *Will.* de *Albini Britone*, apud *Burnam* in transfretatione mea anno Incarnationis Domini *M. C. xxxiii.* regni vero mei *xxxiii.* *Nos autem donationes* (&c.) *confirmamus* (&c.) *Dat. per manum Regis apud* Berewicum *super* Twedam, *primo die* Julii.

Confirmatio Regis Johannis.

Cart. Antiq. *MM.* n. 12. & *G.* n. 9.

JOhannes Dei gratia Rex *Angliæ* (&c.) Archiepiscopis, (&c.) Salutem. Quam honori nostro condecens est & saluti nostræ necessarium, loca Sancta & religiosa, quæ ab avo patris nostri, Rege *Henrico*, primo, sunt fundata, & à Rege *Henrico* secundo, patre nostro confirmata, defendere, custodire, & amplificare. Indè est, quod Deo & Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de Cyrrecestre, & Canonicis regularibus ibidem Deo servientibus damus, & concedimus & hac præsenti Carta confirmavimus, in liberam & perpetuam elemosinam, pro anima prædicti Regis *Henrici*, qui eundem locum fundavit; & pro anima prænominati patris nostri; & pro anima Regis *Richardi* fratris nostri; & pro salute nostra, & *A.* Reginæ matris nostræ, & fratrum nostrorum, & omnium fidelium defunctorum, totum manerium nostrum de Cyrrecestre, cum omnibus pertinentiis suis, & cum villa de Wincby, quæ est membrum ejusdem Manerii; & cum septem Hundredis ad prædictum Manerium, & ad firmam ejus, pertinentibus; & cum aliis pertinentiis suis, ad tenendum de nobis, & successoribus nostris imperpetuum, pro triginta libris, per annum pro omni servitio reddendis; singulis annis ad Scaccarium Sancti *Michaelis.*

Et Sciatis nos, pro salute nostra, & omnium supradictorum, dedisse & condonâsse, & quietas clamâsse, in perpetuam elemosinam, ad honorem Sanctæ *Mariæ*, & prælatis Canonicis nostris de Cyrrecestre, qui Deo serviunt, quadraginta solidos de firma, quam ipsum manerium reddere consueverat, ut de cætero non nisi triginta, tantùm libras de ipso manerio, sicut supradictum est, persolvant. Et hæc fecimus, ut nostri dominici Canonici, qui prænominati sunt, liberiùs, & quietiùs & securiùs in prædicto loco, Deo pro patre nostro, & pro nobis, & nostris superiùs nominatis, servire possunt. Quare volumus (&c.) Volumus itaque, & præcipimus, quod illud manerium, ita habeant plenariè, & quietè cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus suis, sicut Rex *Richardus* frater noster, illud habuit quando in manu sua fuerat, exceptis tantumodo placitis Coronæ nostræ, & Foresta nostra de Wincby, quæ nobis retinuimus, sicut Carta Regis *Richardi* fratris nostri testatur. Testibus *R.* Comite *Leicestriæ*, *Willelmo* Comite *Pembrokiæ*, *Willielmo* de *Albiniaco*, *Garino* de *Glapum*, *Petro Estokes*, & multis aliis.

HAGUSTALDENSE

Cœnobium in Comitatu Northumbriæ, *vulgariter* Herham *nuncupatum*

Quomodo & à quibus & quando Hagustaldensis *Ecclesia fit ædificata, & quare* Heltoldesham *fit appellata.*

EST in *Northanhymbrorum* provincia, haud procul a *Tyna* flumine, ad austrum sita, villa quædam, nunc quidem modico & raro cultore habitata; sed, ut antiquitatis vestigia testantur, quondam ampla & magnifica. Hæc autem à rivulo ibi decurrente, & quandoq; ad modum torrentis exuberante, Hestild nomine, Hestoldesham quasi prædium Hestild, vocatur. Beata verò Regina *Etheldreda*, *Annæ* Regis orientalium *Anglorum* filia, primo Australium *Girviforum* principi nomine *Tuberto*, sed illo, post modicum, defuncto, deinde *Ecfrido Northanhymbrorum* Regi desponsata fuit. Quæ tamen integritatis virginalis gloriam semper intactam, Deo protegente, servavit. Hæc itaq; sancto *Wilfrido*, quem plurimum dilexit, illi inquam jam existenti *Eboracensi* Episcopo, prædictam villam, cum circumjacente regione, circa annum dominicæ incarnationis *DC. lxxiii.* in perpetuam elemosinam dedit, ut eam episcopali Cathedrâ sublimaret, quam ipse primus, & post eum alii jure ecclesiastico sederunt. A.D. 674.

Hist. *MS. Ricardi Hagustaldensis* in bibl. Collegii S. Benedicti *Cantabr.*

Principium

in pratis, in pastu; is, in molendinis, & stagnis, & aquis; in viis, & semitis; & in omnibus locis, & sicut *Richardus Basset* unquam melius, & liberius, vel aliquis antecessorum suorum tenuit, cum *Socka*, & *Saka*, & *Tol*, & *Them*, & *Infangenetheof*, & cum omnibus libertatibus ad liberam & perpetuam elemosinam pertinentibus. Testibus *Rogero* Episcopo *Salesb*: *Randulpho* Cancellario, *Simone* Comite, *Gilberto* de *Aquila*; *Hugone* Vicecomite Leycestriæ; apud *Westmonasterium*.

Alia Carta ejusdem Regis Henrici.

Ibid. *Henricus* Rex *Angliæ*, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, ministris, & omnibus fidelibus suis, Clericis & laicis, *Francis* & *Anglis* totius *Angliæ* salutem. Sciatis me concessisse & confirmâsse Deo & Sancto *Johanni Baptistæ* de *Lodintona*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, omnes Ecclesias, & terras, & redditus, & tenaturas subscriptas, quas *Richardus Basset*, & *Matildis* uxor sua eis in elemosinam dederunt, & concesserunt, sicut Cartulæ prædicti *Richardi Basset* testantur; videlicet totam villam *Lodintonam*, & quinque virgatas terræ de *Nortuna*, cum hominibus, & omnibus ad easdem terras pertinentibus, sicut *Richardus Basset*, & uxor sua dederunt & concesserunt, & sicut Cartæ ejus testantur. Et præterea concedo & confirmo in perpetuam elemosinam, omnes Ecclesias, quas prædictus *Ric. Basset.* eis dedit & concessit, sicut Cartulæ suæ testantur; videlicet Ecclesias de **Weledon**, & de **Weston**, & de **Weleham**, & de **Holt**, & de **Pittesleye**; & de **Essebi**, & de **Warlea**, & de **Chetelbi**, & de **Frisebi**, & de **Dndebi**, & de **Colestun**, & de **Herlegia**, & de **Stantona**, & de **Tacheham**, & de **Patingeham**, & de **Wirdedelai**, & de **Bzinton**, & de **Walucthella**. Has omnes tenaturas, tam in terris quam in Ecclesiis, & aliis redditibus, & quæcunq; bona isti vel alii domini dederunt eisdem Canonicis, vel daturi sunt, eis in perpetuam elemosinam confirmo, & præsentis sigilli mei impressione corroboro. Quare volo (&c.) Testibus *H.* episcopo *Wyntoniensi*, & *G.* de *Glintona* & *Alberico* de *Ver*, & *R.* de *Sigillo* apud *Windesor*.

Carta Regis Henrici *secundi Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Henricus Rex *Angliæ* & dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ* omnibus Archiepiscopis (&c.) Salutem. Sciatis me dedisse & concessisse Ecclesiæ *Sancti Johannis Baptistæ* de *Landa*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, Ecclesiam de *Ernehala*, cum omnibus pertinentiis suis, & insuper confirmâsse illis omnes donationes, quas *Richardus Basset* & *Matildis* uxor ipsius, & hæredes sui rationabiliter eis fecerunt, scilicet totam villam de **Lodinton**, in cujus territorio Abbatia fundata est, cum omnibus pertinentiis suis, & **Frelby** cum Ecclesia ejusdem villæ, & cum omnibus pertinentiis suis; dimidium **Crimestone**, cum Ecclesia & pertinentiis suis **Salterford**; Ecclesiam de **Colestun**; Ecclesiam de **Warleg**, cum capella de **Belton**, Ecclesiam de **Flethen**; Ecclesiam de **Petlingis**; Ecclesiam de **Wirdedele**, Ecclesiam de **Dndeby**, & in eadem villa quinq; virgatas terræ. In **Dalby** undecim bovatas terræ, in **Norton** quinq; virgatas terræ: Ecclesiam de **Chetelbi** cum capellis de **Warenodbi**, & de **Holewell**, & in *Holewella*, unam carucatam terræ; Ecclesias de **Weledon**, & de **Weston**, & de **Weleham**, & terram quæ fuit *Radulphi* de *Swyneford*, & unam carucatam in **Walecote**, & **Upetun**.

Insuper & omnes Ecclesias domini eorum videlicet Ecclesiam de **Pitesl**ai, & de **Asseby**, & de **Stanton**, & de **Bzinton**, & de **Tacheham**, & de *Walvesella* & **Patyngham**, & de **Herlege**, & omnes alias Ecclesias, terras & possessiones, quas *Richardus Basset* & hæredes sui, illis rationabiliter dederunt, sicut Cartæ eorum testantur. Præterea eisdem Canonicis concedo & confirmo, quicquid eis ab aliis rationabiliter datum est, tam in Ecclesiis, quàm in terris, & in aliis redditibus, & rebus quibuslibet, sicut Cartæ donatorum testantur; Ecclesiam de Tiltona, cum Capellis & omnibus pertinentiis suis & in eadem villa unam virgatam terræ, & prata de **Herelmore**, de dono *Everardi* & **Walerani**, & hominum eorum, & totius parochiæ; & culturas dominii inter **Holeber**, & boscum & **Herewardeslwde**; Et Ecclesiam de **Reidebi**, & duas virgatas in **Langeham**: Et Ecclesiam de **Glaesston**, Molendinum de **Panton**, & **Horwet**, cum omnibus pertinentiis suis, & duas virgatas terræ in **Schettinton**. Quare volo & firmiter præcipio (&c.) Testibus *Thoma* Cancellario Regis; Comite *Cornubiæ*, *Richardo* de *Humet* Constabulario; *Gwarino* filio *Gerardi* Camerario, apud *Northamptoniam*.

PRIORATUS

De Thurgarton *in agro* Notinghamensi.

Carta Radulfi *de* Ayncourt *de fundatione ejusdem.*

Ex Registro de *Thurgarton* pens. Comitem de Chesterfield. f. 57.

EGo *Radulfus* de *Aynconrt*, pro salute animæ meæ, filiorum, filiarumque mearum; & pro anima patris & matris meæ; & pro anima *Basiliæ* mulieris meæ, & omnium parentum, & antecessorum meorum, Fundavi domum religionis apud Thurgarton, & in ejusdem domus Fundatione concessi, & dedi Canonicis ibidem Deo, & beato *Petro* regulariter servientibus, consilio & prece piæ memoriæ *Thurstani Eborac.* Archiepiscopi, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, totam *Thurgartonam*, & *Fiskertonam*, & parcum juxta Thurgarton, & omnes Ecclesias de tota terra mea; scilicet Ecclesiam de Cranely; Ecclesiam de Cotes; Ecclesiam de Swaffeld; Ecclesiam de Hanewath; Ecclesiam de Scaupewic; Ecclesiam de Kirkeby; Ecclesiam de Braunceton; Ecclesiam de Tymberland, Ecclesiam de Blaunkeny; & Ecclesias de Elmeton, & Langwath, cum omnibus pertinentiis, consuetudinibus, & libertatibus, ad easdem terras, & Ecclesias pertinentibus, in bosco, in plano, in pratis, in pascuis, in aquis, in piscariis, & in molendinis, exceptis decem Solidis, quos iidem Canonici reddent annuatim, de dono meo, infirmis de Stokes; Precor Universos Sanctæ Ecclesiæ filios, ut hanc meam Elemosinam, cum omnibus rebus suis pro Dei amore, & pro salute animæ suæ, manuteneant, & defendant. Si verò hæres meus illam cum libertatibus suis manutenuerit & sustentaverit, Divinam gratiam, & paternam benedictionem ei in æternum relinquo: Sin autem, Dei iram, & meam maledictionem, nisi resipuerit, incurrat. Hujus donationis sunt testes Capitulum Sanctæ *Mariæ* de Suthewell, *Robertus* filius *Huberti*, *Willielmus* de Perci. *Richardus* de *Kivill*, *Robertus* de *Sancto Audeno*, *Hervens* Clericus, & multi alii.

Carta Willielmi Sampson *de terra sua de* Cressewell.

Ib. f. 85. EGo *Willielmus Sampson* dedi Deo, & Ecclesiæ Sancti *Petri* de *Thurgartona* & Canonicis ibidem Deo servientibus totam terram meam de Cressewell, Concessu *Hugonis* filii mei, & hæredis, & aliorum filiorum meorum. Hanc donationem hujus terræ feci pro amore Dei & Sancti *Jacobi* Apostoli, in cujus honore prædicti Canonici fundaverunt Altare in Ecclesia sua apud Thurgarton, pro voto meo solvendo, quod eidem Apostolo antea voveram, pro anima patris mei & matris meæ, & pro salute mea, & omnium meorum.

Carta Huberti *filii* Radulfi *Domini* de Cruche, *de terris in* Scarthecliue.

SCiant tam præsentes, quàm futuri, quod ego *Hubertus* filius *Radulfi*, dedi Canonicis de Thurgarton, in puram Elemosinam, cum matre mea *Matilda*, quando habitum religionis suscepit, terram quam *Willielmus* filius *Georgii* tenuit de me in territorio de Scarthecliue, (*&c.*) Ibi. f. 63.

Carta Matthæi *de* Vilers, *de terra sua de* Lund, *&c.*

NOtum sit omnibus modernis, & posteris *Matheum* de *Vilers*, & fratres suos *Willelmum*, & *Alanum*, & *Thomam*, concessisse Ecclesiæ & Canonicis de Thurgarton, cum *Ricardo* fratre suo, totam terram suam de Lund, in bosco & in plano, & servicium *Radulphi* de *Sanchi*, & Ecclesiam suam de Wlarington, & Ecclesiam suam de Tytheby, & Capellam de Crophill: Et *Thomas* frater meus concessit Ecclesiam de Duthorpe; & Dominus *Matheus* concessit pelles Agnorum suorum suæ domus. Ib. f. 65.

Carta Willielmi Pincernæ, *de Ecclesia de* Wlerington, (*&c.*)

NOtum sit omnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, quod ego *Willelmus Pincerna*, (*&c.*) pro salute animæ meæ, & uxoris meæ *Dionysiæ*, & omnium antecessorum, & hæredum meorum, in puram & perpetuam elemosinam concessisse, & præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Ecclesiæ Sancti *Petri* de *Thurgart.* & Canonicis ibidem Deo servientibus, Ecclesiam de Wlerington, cum omnibus pertinentiis suis, & Ecclesiam de Tytheby cum Capella de Crophill, & cum omnibus pertinentiis suis, & illam carucatam terræ in Crophill quam Dominus *Matheus* de *Vilers* avus meus eis dedit in Dominico suo in villa de Crophill, &c. Ib.

Carta Adæ Tyson *de bovata terræ in* Egrum.

ADam *Tyson* omnibus hominibus suis, *Francis* & *Anglis*, modernis & posteris, salutem. Sciatis me dedisse Canonicis de Thurgarton, illam bovatam terræ in Egrum, quam *Levericus Hog* tenuit, liberam, & quietam, cum omnibus commoditatibus, & Ib. f. 63.

aiasi-

ria ipsius Prioris. Tenent etiam quasdam terras in villa de Hertlocsham; Scilicet, totum vicum integrum, qui vocatur Cokesholt. Tenent etiam in eadem villa viginti & quatuor messuagia, cum pertinentiis suis, in vico qui vocatur, Prestpolfeld. Tenent etiam quatuordecim messuagia in vico, qui dicitur *vicus fori*, cum pertinentiis. Tenent etiam in eadem villa sexdecim messuagia cum pertinentiis, in vico qui dicitur *Henneetes*.

Tenent etiam totam villam de Dotteland, cum pertinentiis, & Bnitelhesell, & utramq; Gartunton cum omnibus suis pertinentiis; & decimam omnium animalium infrà libertatem de Hertlocsham, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, ex dono domini *Thurstini* quondam *Eboracensis* Archiepiscopi, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria, sine aliquo seculari servitio faciendo. Tenent etiam medietatem villæ de Byngefeld, cum suis pertinentiis, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, de dono *Germundi*, à tempore quo non extat memoria, sine aliquo servitio seculari faciendo; & inde habuerunt Cartam. Tenent etiam sex mercatas redditus in villa prædicta de Byngefeld in liberam, puram, & perpetuam elemosinam ex dono *Roberti* de *Skipton*, & eas tenuerunt per decem annos, & ampliùs, per feofamentum ipsius *Roberti*, & inde habuerunt confirmationem domini Regis nunc.

Tenent etiam duo molendina aquatica, cum suis pertinentiis in Hamburne, & Neubiging, & quater viginta acras terræ, in eisdem villis, cum secta omnium terrarum novarum assartarum, & assartandarum, ad illa duo molendina prædicta, ex dono domini *Walteri* le *Gray*, quondam *Eboracensis* Archiepiscopi, per servitium duodecim marcarum per annum, & tenuerunt per Cartam, & tenuerunt tenementa prædicta, à tempore *Henrici* Regis patris domini Regis nunc. Tenent etiam unam placeam quæ continet unam rodam terræ in villa de Akum, & unam placiam continentem unam rodam in villa de Walle, & unam placeam continentem unam rodam terræ in villa de Halden, & unam placiam continentem unam rodam terræ in Bepwyke, & unam rodam terræ in villa de Catteden, & unam rodam terræ in villa de Nivebenk, & unam rodam terræ in villa de Rouley, pro grangia decimali edificanda de dono Dominorum *Walteri Gray*, & *Walteri Giffard* Episcoporum *Eboracensium*, unamquamq; per se per servitium quatuor denariorum per annum tantum, à tempore Regis *Henrici* patris domini Regis nunc, de quibus habuerunt Cartas.

Tenent etiam manerium integrum de Wardone, cum omnibus suis pertinentiis, & Ecclesiam ejusdem loci, in proprios usus, unà cum Capellis suis de Staincroft, Heyden & Langeley, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, de dono domini *Adæ* de *Tyndale*, de quibus ipsi habuerunt Cartam & confirmationem domini Episcopi *Dunelmensis*, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam quadraginta acras terræ, & sex acras prati, & duo messuagia in Sadelingstanes, de dono *Adæ* de *Sadelingstanes* in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam in Wynneteleye duo messuagia & quadraginta acras terræ, cum pertinentiis, & decem solidatas redditus de dono *Adæ* de *Thorngraston*, in liberam puram & perpetuam elemosinam, & inde habuerunt Cartam & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam totam terram del Eyres, per suas rectas divisas, & etiam communiam pasturæ extra divisas terræ prædictæ, cum pertinentiis de dono domini *Adæ* de *Tyndale* in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria.

Tenent etiam molendinum de Alrewes cum pertinentiis de dono *Willelmi* de *Alrewes* in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam unam carucatam terræ in Alrewes, cum suis pertinentiis, in quodam loco, qui vocatur Onlemers, de dono *Ricardi* quondam Ballivi de Hertlocsham in liberam, puram & perpetuam elemosinam, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent Ecclesiam de Chelverton, cum suis Capellis, Scilicet, Birteleye, Chipchesse, Conewarton, & Swynburne, *Parva-Heton*, & Colewell, cum suis pertinentiis in proprios usus, & octo bovatas terræ cum pertinentiis in villa de Chelverton, de dote ipsius Ecclesiæ, unà cum quinq; acris terræ, quæ vocantur le Wichelcroft, ex boreali parte illius Ecclesiæ, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, de dono *Odinelli* de *Umfranvill*, & inde habuerunt Cartam, & confirmationem, & tenuerunt à tempore, quo non extat memoria. Tenent etiam totum Hamlettum de *Beaumonde*, cum suis pertinentiis, per suas rectas divisas, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam de dono *Gilberti* de *Umfranvill*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore Regis *Henrici* patris domini Regis nunc. Tenent etiam unum toftum & septem acras terræ cum suis pertinentiis in Birteleye, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, de dono *Ricardi* de *Umfranvill*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria.

Tenent etiam totam terram & pasturam de Coldene, cum suis pertinentiis, per suas rectas divisas, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, de dono *Ricardi* de *Umfranvill*, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria, & inde habuerunt Cartam. Habent etiam Communiam pasturæ, in mora de Conewarton, ad quinquies viginti averia exeuntia de Stallinga de Coldene, tam tempore clauso quàm tempore aperto, de dono *Radulfi* de Conewarton;

warton, & inde habuerunt Cartam in liberam puram & perpetuam elemosinam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam duo tofta, & triginta, acras terræ, cum suis pertinentiis in villa de Baretwelford, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, & inde habuerunt Cartam, de dono *Margeriæ* de *Vmfranvill*, & tenuerunt, à tempore Regis nunc. Tenent etiam duo tofta & duas bovatas terræ, cum pertinentiis in villa de Chestrethorp in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, de dono *Radulfi* de *Gonewarton*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam unam carucatam terræ, cum suis pertinentiis in Newton in Cokedale, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, de dono *Walteri* de *Insula*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam Communiam pasturæ ad triginta & duos boves, decem vaccas, & ad ducentas, & quadraginta oves, in Colewell, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, de dono *Walteri Corbet*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore *Henrici* Regis patris, Regis nunc.

Tenent etiam Manerium de *Parva-Yeton*, & de Caldesstrother, cum pertinentiis, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, de dono *Aliciæ* de *Belum*, & *Jacobi* de *Caus* & *Aleiæ* uxoris suæ, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam & sex acras terræ in parva Babington, de dono *Stephani Bataille*, & tenent in eadem villa duo tofta, & tres acras & dimidiam cum pertinentiis in communia pasturæ ad quindecim averia, sexaginta oves, & ad duos equos, de dono *Gilberti* de *Wirceſtre*, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam tria tofta cum grangia decimali, & duas bovatas, & duodecem acras terræ, cum pertinentiis, in villa de Gonewarton, & Thurkilby, de Caderon, & inde habuerunt Cartam, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam Ecclesiam de Slaveleye, in proprios usus, & unam carucatam terræ de dote ejusdem Ecclesiæ, & communiam pasturæ in eadem villa ad ducentas, & sexaginta oves, & communiam pasturæ in le Stele, ad ducentas & sexaginta oves, in liberam puram & perpetuam elemosinam, de dono *Gilberti* de *Slaveleye*, & inde habuerunt Cartam, & confirmationem domini Episcopi, & Capituli *Dunelmensis*, & tenuerunt à tempore Regis *Henrici* patris domini Regis nunc.

Tenent etiam unam domum, & unam acram terræ, cum pertinentiis in villa de Chipchese, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam de dono *Roberti* de *Insula*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore domini Regis *Henrici* & etiam quadraginta solidatas & quatuor denariatas redditus exeuntes de octo messuagiis in villa *novi Castri* super *Tynam*, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, de dono diversorum, & inde habuerunt Cartas, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam quadraginta & tres solidatas & duas denariatas redditus, exeuntes de quindecim messuagiis in villa de Cowbrigg, de dono diversorum, & inde habuerunt Cartas, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam unum messuagium, seprem acras terræ cum pertinentiis in Hayden, & communam pasturæ ad ducentas & sexaginta bidentes, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, de dono domini *Adæ* de *Tyndale*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam unam acram terræ in Campo de Westswyneburne, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, de dono *Johannis* de *Winceſtre*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore Regis *Henrici* patris domini Regis nunc. Tenent etiam totum Manerium de Northnutneburne, cum pertinentiis, & cum communa pasturæ in mora de Crekelaghei, ex dono Domini *Thomæ* de *Duneleston*, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, & inde habuerunt Cartam, & licentiam domini Regis nunc ingrediendi, non obstante statuto domini Regis inde edito, & tenuerunt à tempore domini Regis nunc.

Tenent etiam totam terram de Stelden, per Cartas divisas, in escambium, pro servicio vigimi, & trium solidorum per annum, ex concessione Abbatis *Novi Monasterii*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam, & habent dominium totius villæ de Whitefelde, & sexdecim solidatas & quatuor denariatas redditus in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, de dono *Willielmi* Regis *Scotiæ*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Habent etiam quandam moram, quæ vocatur Harramarsh, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, de dono prædicti *Willielmi* Regis *Scotiæ*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam quoddam hamlettum, quod vocatur Carrawer, cum suis pertinentiis, in liberam puram, & perpetuam elemosinam de dono *Ricardi Comyn*, & habent de dono ejusdem *Ricardi* unam carrucatam terræ cum pertinentiis in Ulscheles, per suas rectas divisas, unà cum Communia pasturæ de Yethentshalgh, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam unum toftum & triginta acras terræ cum pertinentiis in Staincroft, in liberam puram, & perpetuam elemosinam, de dono prædicti *Ricardi Comyn*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria.

Tenent

Tenent etiam sex tosta & unam carrucatam terræ cum pertinentiis in Thirlewall, & communiam pasturæ ad quaterviginta averia, quaterviginta jumenta, cum secta, & ad quadraginta porcos, & ad quaterviginti capras, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, de dono *Brieti* de *Thirlewall*, & *Rogeri* filii ejus, & inde habuerunt Cartas, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam quandam pasturam, quæ vocatur Pæsedal cum suis pertinentiis, per suas rectas divisas, in liberam, puram & perpetuam elemosinam de dono *Ivonis* de *Veteri-ponte*, & inde habuerunt Cartam, & confirmationem Domini Regis *Henrici* Patris Domini Regis nunc, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam octo messuagia, & unam carucatam terræ cum pertinentiis in Aldenesson, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam de dono *Ivonis* de *Veteri-ponte*, & inde habuerunt Cartam & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Habent etiam octo solidatas redditus, cum pertinentiis in Treket, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam de dono *Laurentii* de *Teket*, & inde habuerunt Cartam & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Habent etiam tresdecem solidatas & quatuor denariatas redditus in molendino de Elrington, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, de dono *Ivonis* de *Veteri-ponte*, & inde habuerunt Cartam & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Habent etiam octo solidatas redditus in Aldechele in liberam, puram & perpetuam elemosinam de dono *Henrici* de *Graham*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria.

Tenent etiam medietatem Manerii de Ethewyke in liberam, puram & perpetuam elemosinam, de dono *Roberti* filii *Huberti Delavale*, & *Richoldæ* matris ejus, & inde habuerunt Cartam & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Et tenent in eadem villa de dono *Thomæ* de *Echewyke* decem acras terræ, cum pertinentiis, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, & septem acras terræ in eadem villa, ex dono *Petri* de *Fandon*, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, à tempore Domini Regis *Henrici* Patris Domini Regis nunc, & inde habuerunt Cartam. Tenent etiam tresdecem solidatas & octo denariatas redditus in villa de Stokefeld, de dono *Willielmi* filii *Bosonis*, reddendo inde per annum ad Wardam Castri septem solidos, & inde habuerunt Cartam & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam & habent tres solidatas redditus in villa de Stokeffeld in liberã, puram & perpetuam elemosinam de dono *Johannis* filii *Heliæ* de eadem, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore Regis *Henrici*, Patris Domini Regis nunc. Tenent etiam quinq; tosta & decem bovatas terræ & tres acras prati, cum pertinentiis in Thoxton in liberam, puram & perpetuam elemosinam de dono *Willemi* de *Insulâ*, & inde habuerunt Cartam & confirmationem Domini *Walteri* de *Bolbek*, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam unum Manerium & tres acras terræ, cum pertinentibus per suas rectas Divisas de *Hugone de la Vale* in Benewell, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, & inde habuerunt Cartam & tenuerunt à tempore Regis *Henrici* Patris Domini Regis nunc. Habent etiam in villa de Throkelagh duas acras terræ, & sexdecim solidatas redditus, cum pertinentibus in eadem, de dono *Roberti* de *Sneftanes*, & *Cristiana* de *Throkelagh* in liberam, puram & perpetuam elemosinam, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria.

Habent etiam in Est-Pathsen unum Manerium, sex messuagia, & tres carucatas terræ, cum pertinentibus in eadem, in liberam, puram & perpetuam elemosinam de dono *Thomæ* de *Fenewyke*, & inde habuerunt Cartam & confirmationem Domini *Roberti* de *Insula*, & tenuerunt à tempore Regis *Henrici* Patris Domini Regis nunc. Habent etiam in villa de Staington unum tostum & duas bovatas terræ cum suis pertinentibus in liberam, puram & perpetuam elemosinam de dono *Rogeri* de *Merley* & inde habuerunt Cartam & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Habent etiam in eadem villa decem & octo denariatas redditus de dono ejusdem *Rogeri*, & inde habuerunt Cartam & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Habent etiam in molendino de Brinkelagh unam marcatam redditus in liberam, puram & perpetuam elemosinam, de dono *Henrici* de *Ferlington*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore Regis *Henrici* Patris Domini Regis nunc. Tenent etiam in villa de Whalton unum tostum & crostum, & quadraginta & duas acras & dimidiam terræ cum pertinentiis, & communiam pasturæ ad quadringintas oves matrices, & ad agnos earundem in liberam, puram & perpetuam elemosinam, de dono *Walteri* filii *Willielmi* & *Isabellæ* uxoris ejus, & inde habuerunt Cartam & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Habent etiam in villa de Kiplengton octo solidatas redditus cum pertinentiis de dono eorundem *Walteri* & *Isabellæ* uxoris ejus in liberam, puram & perpetuam elemosinam, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria.

Habent etiam duas piscarias in aqua de Tyne, & unam placeam ad siccandum retia sua, quarum piscaria una vocatur Dripnttell, altera Foul, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, ex dono *Rogeri Bertram*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Habent etiam & tenent in villa de Stanforpham unum tostum, & duas carucatas terræ cum pertinentiis in liberam, puram & perpetuam elemosinam, de dono *Johannis* de *Normanvill*, & inde habuerunt Cartam & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam Manerium de Chesterburgh & de Nesebeth cum pertinentiis, scilicet in dominicis, serviciis, bondis & omnibus aliis suis pertinentiis, in liberam puram & perpetuam elemosinam, de dono *Johannis* de *Normanvill*, & inde habuerunt Cartam & confirma-

tionem *domini de Balliolo*, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Habent etiam quandam porcionem in Ecclesia de **Stanforde-ham**, videlicet decimas garbarum quinq; villarum, scilicet **Mathsen**, **Est-Melcuth**, **Wæterston**, **Dankwell**, & **Bechefeld**, ex concessione & ordinatione domini *Richardi Dunelmensis* Episcopi, & inde habuerunt Cartam & confirmationem Capituli *Dunelmensis*, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria; Habent etiam & tenent Manerium de **Stellings**, cum suis pertinentiis, & in villa de **Newburgings** super mare, unum toftum, & duas acras terræ, cum suis libertatibus, & omnibus aliis pertinentiis suis, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, de dono *Bernardi* de *Balliolo*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Habent etiam de dono ejusdem *Bernardi* quadraginta solidatas redditus in villa de **Seton**, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, & inde habuerunt Cartam & tenuerunt à tempore quo non extat memoria.

Tenent etiam tertiam partem villæ de **Dalton**, cum pertinentiis, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, de dono *Radulfi* de *Gonewarton*, & tenent etiam in eadem quatuor bovatas terræ, & quinq; solidatos, & sex denariatas redditus, provenientes de molendino ejusdem villæ, de dono *Willielmi* de *Dalton*, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria; Tenent etiam in villa de **Prodehou** unum toftum & octo acras terræ, cum pertinentiis, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, de dono *Richardi* de *Umfravill*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Habent etiam homagium *Johannis* de *Swineburn* **Est**, & hæredum suorum, & servicium duodecim denariorum annui redditus, pro capitali Messuagio suo de **Est-Swyneburn**, de dono *Hugonis* de *Balliolo* in liberam, puram & perpetuam elemosinam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria, & inde habuerunt Cartam. Habent etiam homagium hæredum *Nicholai* de **West-Swyneburn**, & servicium trium solidorum per annum pro Cantaria Capellæ de **West-Swyneburn** ex concessione *Johannis* de *Winceſtre*, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore regis *Henrici* patris domini regis nunc. Habent etiam homagium *Johannis* de *Combhon*, pro terris & tenementis quæ tenet in **Parva-Heton**, & **Caldestrother**, de dono *Alicæ* de *Bolom*, *Jacobi* de *Cauz* & *Aleſiæ* uxoris suæ, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, & inde habuerunt Cartas, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria.

Habent etiam homagium *Richardi* de *Thirlewall*, & tres solidatas annui redditus, pro terra quam tenet de eis in **Thirlewall**, in liberam, puram & perpetuam elemosinam de dono *Bricii* de *Thirlewall*, & *Rogeri* filii ejus; & inde habuerunt Cartas & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Habent etiam homagium *Adæ* de *Whytelagh*, & servicium quatuor solidorum annui redditus de eodem, in liberam, puram & perpetuam elemosinam de dono *Adæ* de *Tyndale*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt a tempore quo non extat memoria. Habent etiam homagium *Thomæ filii Richardi*, *filii Bricii* de *Thirlewall* pro terra quam tenet de eis in **Thirlewall**, in liberam puram & perpetuam elemosinam, de dono *Adæ* de *Tyndale*, & inde habuerunt Cartam & tenuerunt à tempore quo non extat memoria; Habent etiam homagium *Johannis* de *Normanvill* pro terra de **Stokesfeld** & **Apetreleg** per servicium tresdecim solidorum & octo denariorum, in liberam, puram & perpetuam elemosinam annuatim, de dono *Willielmi filii Bosonis*, & inde habuerunt Cartam & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Habent etiam homagium *Roberti* de *Ribill* & servitium decem solidorum annui redditus & tres sectas ad Curiam Prioris per annum, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, de dono *Theophaniæ* de *la Bataille*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Habent etiam homagium *Mathei* de *Whitefeld*, pro terra & tenementis in **Whitefeld**, cum pertinentiis, quæ de eis tenet in eadem, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, & inde habuerunt Cartam *Willielmi Regis Scotiæ* à tempore quo non extat memoria.

Habent etiam homagium *Roberti* de *Throkelagh*, pro terris & tenementis quæ de eis tenet in eadem, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, & inde habuerunt Cartam de dono *Roberti* de *Ineſtanes*, & *Criſtianæ* de *Throkelagh*, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria. Tenent etiam quandam grangiam decimalem, cum Gardino, in villa de **Est-Swyneburn**, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, de dono *Hugonis* de *Balliolo*, & inde habuerunt Cartam, & tenuerunt à tempore quo non extat memoria.

Nos autem præmissa testificari, & veritati volentes testimonium perhibere, ne prædicti Prior & Conventus, aut successores sui, vel Ecclesia sua prædicta, per defectum Cartarum & munimentorum suorum prædictorum, sic combustorum, dampnum, aut exhæreditationis periculum futuris temporibus, incurrat, Inquisitionem prædictam sub Sigillo nostro duximus exemplificandam. Hiis testibus, venerabili Patre *W. Coventriæ* & *Lychefeldiæ* Episcopo, (&c.) Datum per manum nostram apud *Novum Castrum super Tynam* vicesimo tertio die *Novembris* Anno Regni nostri vicesimo septimo.

Carta

Carta Richardi Cumin *facta Ecclesiæ de* Hertildesham, *de terra in* Stancroft.

Ex autogr. penès *Job. Fenwike* militem & Baronet.

R. *Cumin* omnibus hominibus suis Salutem, Notum sit omnibus vobis, me, consilio & assensu uxoris meæ *Hextildis*, & amicorum, & hominum meorum, concessisse, & dedisse, & præsenti Cartâ confirmâsse Ecclesiæ S. *Andreæ* de Hertildesham, & Canonicis ibidem Deo servientibus de campis villæ meæ de Stancroft, terram illam quæ jacet juxta locum qui dicitur Chartau, & tendit juxta murum *Romanorum* versùs occidentem, per divisas eis ostensas, in elemosinam perpetuam, &c. Confirmo etiam eis dimidiam carucatam terræ de feudo meo in in Hedenethalech, quam *Aguilfus* miles meus dedit eis in elemosinam. Hoc autem beneficium eis confero, quia me & uxorem meam *Hextildem*, & fratrem meum *VValterum*, & hæredes meos in plenariam fraternitatem receperunt, & in vita, & post mortem. Testes sunt *Hugo* de *Morevilla*, *Gilibertus* de *Umfranvill*, *Odonellus* de *Umfranvill*, *VVillielmus* de *Sumervill*, *VValterus* de *Ridall*, *VVillielmus* de *Lindeseia*, *VValterus Cumin*, *Anguilfus*, *Nicholaus* frater ejus, *VValterus* filius *Randulphi*, & multi alii.

PRIORATUS

De Stodely *in agro* Warwicensi.

Carta Regis Edwardi *tertij*, *donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Cart. de an. 1. E. 3. n. 3.

REx Archiepiscopis, (&c.) Inspeximus Cartam quam dominus *H.* quondam Rex *Anglia* progenitor noster fecit Canonicis de *Stodleya* in hæc verba. *H.* Dei gratia Rex *Ang.* Dux *Normannie* & Aquitanie, & Comes *Andegavia* Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis nos concessisse & confirmâsse Deo & Ecclesiæ de *Stodleya* & Canonicis ejusdem Ecclesiæ omnes donationes, quas *Petrus* de *Stodleya* & alii donatores eis fecerunt rationabiliter. Quare volo (*&c.*) quod prædicta Ecclesia & Canonici habeant & teneant omnes donationes illas in perpetuam elemosinam cum omnibus pertinentiis suis, in terris, & Ecclesiis, & Capellis, & decimis, & elemosinis, (*&c.*) liberas & quietas de Schiris & de Hundredis, & geldis & consuetudinibus secularibus; & ita benè & in pace liberè, (*&c.*) sicut Cartæ prædicti *Petri* & aliorum donatorum testantur. *T. G. Eliensi*, *I. Norwicensi*, *VVillielmo Herefordensi* Episcopis, *Walerano* Comite Warewich, *Rondulpho* de *Glanvill*, apud Gaitenton. (*&c.*)

Nos autem donationes, (*&c.*) prædictas; necnon fundationem, quam *Petrus* de *Stodleya* per Cartam suam fecit de quadam domo religionis Canonicorum regularium in Ecclesia S. *Petri* de *Wictona*; & concessionem & assignationem, quas ipse per eandem Cartam fecit prædictis Canonicis regularibus ad eorum usus & sustentationem de prædicta Ecclesia de *Wyctona*, de Ecclesia de *Stodleya*, de Ecclesia de *Coctona*, & de Ecclesia de *Salpertona*, cum omnibus earum pertinentiis, & etiam de omnibus aliis Ecclesiis quæ de advocatione prædicti *Petri*, fuerunt post mortem clericorum, quia eas per ipsius *Petri* vel per patris sui donationem prius habuerunt. Donationem etiam, quam idem *Petrus* per eandem Cartam fecit in liberam & perpetuam elemosinam præfatis Canonicis de medietate villæ de *Wictona*, cum pertinentiis; & de tribus mansuris terræ in *Wygornia*, & de decem junctis salis in *VVichio*, cum duabus salinis & fuistallo; & de dimidia decima de dominio prædicti *Petri* in Tikenapeltre; & de tota de essarto & de prato, & de chirset ejusdem villæ. Et de centum acris terræ de dominio ipsius *Petri* in *Salpertona*; & de Capellaria domus ipsius *Petri*, cum omnibus rebus ad eam pertinentibus & de quietancia tam pro præfatis Canonicis, quam pro hominibus suis de *Tol* & de *Tak*, & de cæteris omnibus consuetudinibus & exactionibus ad ipsum *Petrum* & hæredes suos pertinentibus.

Translationem etiam quam idem *Petrus* per aliam Cartam suam fecit de prædictis Canonicis à prædicto loco de *VVictona*, usque ad *Stodleyam*; & fundationem quam fecit de eisdem Canonicis, in feodo suo apud *Stodleyam*. Et Concessionem & assignationem, quas eis in puram & perpetuam elemosinam fecit ad eorum usum & sustentationem de Ecclesia de *Stodleia*, Ecclesia de *VVyctona*, Ecclesia de *Salpertona*, Ecclesia de *Coctona*, Ecclesia de *Anedeburna*; & Capella de *Dormestuna* in omnibus earum pertinentiis: Et etiam de Capellaria domus ipsius *Petri* cum omnibus ad eam de jure spectantibus; Et de una virgata terræ in *Stodleya* super ripam *Aruwe*, cum duabus cuntilagiis ad eam pertinentibus, Et de tota terra residua subtus viam quæ ducit *Bordesleyam* usque ad metas *Ippesleia*; Et de toto prato, quod vocatur Brunham; & toto alneto inter Stretton & Wasford, & de molendino cum pertinentiis, quod *Edwynus Brochard* tenuit de terra *Aschetilli* & nemore eidem terræ proximo; & de terra *Elurici Telarii*, & de nemore inter terram *Alani*, & terram *Rogeri* de *la Haye*, & terram *Roberti Meriam*. Donationem etiam quam idem *Petrus* per eandem Cartam suam fecit eisdem Canonicis, in puram & perpetuam elemosinam de centum acris terræ de dominio suo in campo orientali de *Salpertona*, & de aliis centum in campo occidentali, & de tribus mansuris terræ in *Wygornia*, & de dimidia decima de dominio ipsius *Petri* in Tikenapaltre, & de tota de essarto, & de prato & de chircsliset; & de tota decima

totius salti ipsius *Petri* in *Wichia*, cum duabus salinis & fuittallo,

Donationem etiam (*&c.*) quas *VVillielmus de Cantilupo* per cartam suam fecit præfatis Canonicis de tota terra ipsius *Willielmi* in villa de Sothewell, quam *Eustacius de Mortein* sibi dedit; & de terra ipsius *Willielmi* in villa prædicta quas *Johannes* filius *Wandardi* sibi dedit, cum domo & curtilagio. Donationem etiam & confirmationem, quas *Willielmus* filius *Willelmi de Cantilupo* senioris, fecit præfatis Canonicis in puram & perpetuam elemosinam de decem libratis terræ in manerio de Eston, ad sustinendum quandam domum Hospitalis juxta portam prædicti Prioratus de Stodleye. Concessionem etiam quam eis fecit per eandem Cartam de *xx.* sol. redditus quas *Raduljus de Charnells* sibi reddere solebat de terra quam de ipso tenuit in Southernkeston; & de pastura octo boum, duarum vaccarum & unius caballi, simul cum bobus & vaccis ipsius *Willielmi* in dominica pastura sua de Beuchine, & de *la Rene*; & de Curia ipsorum Canonicorum de hominibus suis habenda sicut idem *Willielmus* unquam melius vel plenius habuit vel habere debuit. Donationem (&c.) quam *Willielmus de Cantilupo* per Cartam suam fecit Priori & Conventui loci prædicti de Ecclesia de Benestun, cum pertinentiis, quantum ad patronum pertinuit, ad sustentationem fratrum Hospitalis, quod pater prædicti *Willelmi* construxit ante portam Prioratus prædicti & ad sustentationem ægrorum & pauperum ad idem Hospitale confluentium. Donationes (*&c.*) quas *Willelmus de Cantilupo* filius & hæres *VVillielmi de Cantilupo* fecit præfatis Canonicis, (*&c.*) de toto essarto cum suis pertinentiis extra parcum de Scelefhull, sicut includebatur per viam quæ ducebat de Spernovere versus Alton, cum advocatione Ecclesiæ de Alton cum pertinentiis. Donationes etiam, (*&c.*) quas *VVillielmus de Cantilupo* per cartam suam, (*&c.*) fecit præfatis Canonicis de tota terra, quam ipse tenuit in villa de Trente, cum omnibus libertatibus & pertinentiis suis.

Donationes, (*&c.*) quas *Willelmus Comin* Dominus de Perdeley per cartam suam fecit, (*&c.*) de triginta & tribus acris terræ cum pertinentiis in Perdeley. Donationes (*&c.*) quas *VVillielmus de Edrichesfton*, (*&c.*) fecit, (*&c.*) de tota terra quam idem *VVillelmus* habuit, (*&c.*) de novo perquisito in Perdeley & Grete, cum homagiis, (*&c.*) & aliis pertinentiis suis. Donationem, (*&c.*) quas *Thomas le Barber* (*&c.*) fecit. (*&c.*) de tota terra ipsius *Thomæ* cum pertinentiis, quæ quondam fuit *Radulfi de Audevill* in Ippesleg. Donationes, (*&c.*) quas *Petrus de Asfugge*, (*&c.*) fecit, (*&c.*) de tota terra ipsius *Petri* in Aldelwelle. Donationes, (*&c.*) quas *Johannes le Roter* filius *Huberti Balistarii* de Wicton, juxta *VVichiom*, (*&c.*) fecit, (*&c.*) de tota terra ipsius *Johannis*, (*&c.*) in villa de Wicton juxta *VVichiom* & extra cum capitali manso suo, homagiis, (*&c.*) Donationes, (*&c.*) quas *Petrus de Monteforti* Dominus de *Bellodeserto*, (*&c.*) fecit, (*&c.*) de toto dominico ipsius *Petri* de la Wynyarde in villa de Stodley, sicut includitur per certas metas, & divisas, cum omnibus libertatibus & pertinentiis suis, & de homagio & servicio *Petri* de la *Merse* & heredum suorum. Donationes, (*&c.*) quas *Constancia* filia *Willelmi* de *Parco* quondam uxor *Simonis* de Colton militis in viduitate & ligea potestate sua, (*&c.*) fecit (*&c.*) de omnibus terris (*&c.*) quas prædicta *Constancia* habuit de dono prædicti *VVillelmi* patris sui in libero maritagio in la Wike in territorio de Cocton, sicut includebantur per sepes, fossata, & certas metas & divisas. Donationes, (*&c.*) quas *Johannes* de *Stodleye*, (*&c.*) fecit, (*&c.*) de omnibus terris, (*&c.*) quæ prædictus *Johannes* habuit in villa de Hattone. Donationes, (*&c.*) quas *Robertus* de *Freynse*, (*&c.*) fecit, (*&c.*) de tota terra ipsius *Roberti* quam habuit in villa de Hattone cum capitali manso, bosco, gardinis, (*&c.*) ratas habentes & gratas, (*&c.*) confirmamus. Dat, (*&c.*) apud *Notingh. vii. Jun.*

PRIORATUS
de Landa *in agro* Leicestrensi.

Carta Regis Henrici *primi, Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Henricus Rex *Angliæ*, *VVillielmo* Archiepiscopo *Cantuariensi*, & *Alexandro* Episcopo *Lincoln.* Comitibus, Baronibus, & omnibus fidelibus suis Clericis & laicis salutem. Sciatis me concessisse & confirmâsse omnes donationes quas *Reardus Basset*, & *Matildis Ridel* uxor ejus fecerunt Deo & Canonicis Ecclesiæ *Sancti Johannis Baptistæ* de *Landa*, quam fundaverunt pro anima Regis *VVillielmi* patris mei; scilicet, villam de Lodinton, cum Ecclesia, & omnibus ejusdem villæ pertinentiis, Frisebi, cum Ecclesia ejusdem villæ & omnibus pertinentiis suis; Ecclesias, de Weledon, de Westun, de Weleham, de Pitesle, de Esebi, de Warleit, de Retleby, de Ondebi, de Colestun, de Badersege, de Stanton, de Thacheham, de Patingham, de Widerle, de Walvethull. Præterea concedo & Cartâ meâ præsenti præfatis Canonicis confirmo, quicquid eis, ab aliis datum fuerit, tam in terris, quàm in Ecclesiis, & in aliis redditibus quibuslibet, sicut Cartæ donatorum testantur. Quare volo & firmiter præcipio, quod omnia supradicta benè & in pace, liberè & quietè & honorificè teneant imperpetuum in liberam elemosinam, cum omnibus pertinentiis suis, absque omni seculari servitio, & consuetudine; in bosco, in plano,

Cart. 4. E. 3. n. 5. per Insp. Videsis plac. coram Rege term. Mich. 14. R. 2. rot. 28 Boscham pt.

in

in pratis, in pistu is, in molendinis, & stagnis, & aquis: in viis, & semitis; & in omnibus locis, & sicut *Richardus Basset* unquam melius, & liberius, vel aliquis antecessorum suorum tenuit, cum *Socka*, & *Saka*, & *Tol*, & *Theam*, & *Infangenetheof*, & cum omnibus libertatibus ad liberam & perpetuam elemosinam pertinentibus. Testibus *Rogero* Episcopo *Saleshi* *Randulpho* Cancellario, *Simone* Comite, *Gilberto* de *Aquila*; *Hugone* Vicecomite Leycestriæ; apud *Westmonasterium*.

Alia Carta ejusdem Regis Henrici.

Ibid. *Henricus* Rex *Anglie*, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Justiciaris, Vicecomitibus, ministris, & omnibus fidelibus suis, Clericis & laicis, *Francis* & *Anglis* totius *Anglie* salutem. Sciatis me concessisse & confirmâsse Deo & Sancto *Johanni Baptiste* de *Lodintona*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, omnes Ecclesias, & terras, & redditus, & tenaturas subscriptas, quas *Richardus Basset*, & *Matildis* uxor sua eis in elemosinam dederunt, & concesserunt, sicut Cartulæ prædicti *Richardi Basset* testantur; videlicet totam villam *Lodintonam*, & quinque virgatas terræ de *Nortuna*, cum hominibus, & omnibus ad easdem terras pertinentibus, sicut *Richardus Basset*, & uxor sua dederunt & concesserunt, & sicut Cartæ ejus testantur. Et præterea concedo & confirmo in perpetuam elemosinam, omnes Ecclesias, quas prædictus *Ric. Basset.* eis dedit & concessit, sicut Cartulæ suæ testantur; videlicet Eccle as de **Weledon**, & de **Weston**, & de **Weleham**, & de **Polt**, & de **Pittesleye**, & de **Esseby**, & de **Warlea**, & de **Cheteldi**, & de **Frisleby**, & de **Dndeby**, & de **Coleston**, & de **Persegia**, & de **Stantona**, & de **Tacheham**, & de **Patingeham**, & de **Wirdedelai**, & de **Bainton**, & de **Waluesbella**. Has omnes tenaturas, tam in terris quam in Ecclesiis, & aliis redditibus, & quæcunq; bona isti vel alii domini dederunt eisdem Canonicis, vel daturi sunt, eis in perpetuam elemosinam confirmo, & præsentis sigilli mei impressione corroboro. Quare volo (&c.) Testibus *H.* episcopo *Wyntonienſi*, & *G.* de *Glintona* & *Alberico* de *Veer*, & *R.* de *Sigille* apud *Windesor*.

Carta Regis Henrici *secund Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Henricus Rex *Anglie* & dux *Normannie* & *Aquitanie*, & Comes *Andegavie* omnibus Archiepiscopis (&c.) Salutem. Sciatis me dedisse & concessisse Ecclesiæ *Sancti Johannis Baptiste* de *Landa*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, Ecclesiam de *Ernehala*, cum omnibus pertinentiis suis, & insuper confirmâsse illis omnes donationes, quas *Richardus Basset* & *Matildis* uxor ipsius, & hæredes sui rationabiliter eis fecerunt, scilicet totam villam de **Lodinton**, in cujus territorio Abbatia fundata est, cum omnibus pertinentiis suis, & **Frelby** cum Ecclesia ejusdem villæ, & cum omnibus pertinentiis suis; dimidium **Crimestone**, cum Ecclesia & pertinentiis suis **Salterford**; Ecclesiam de **Coleston**; Ecclesiam de **Warleg**, cum capella de **Belton**, Ecclesiam de **Flethey**; Ecclesiam de **Petlingis**; Ecclesiam de **Wirdecle**, Ecclesiam de **Dndeby**, & in eadem villa quinq; virgatas terræ. In **Dalby** undecim bovatas terræ, in **Norton** quinq; virgatas terræ: Ecclesiam de **Chetelbi** cum capellis de **Warenodbi**, & de **Holewell**, & in *Holewella*, unam carucatam terræ; Ecclesias de **Weledon**, & de **Weston**, & de **Weleham**, & terram quæ fuit *Radulphi* de *Swyneford*, & unam carucatam in **Walecote**, & **Upetun**.

Insuper & omnes Ecclesias domini eorum videlicet Ecclesiam de **Pittelai**, & de **Asseby**, & de **Stanton**, & de **Bainton**, & de **Tacheham**, & de *Walvesella* & **Patyngham**, & de **Persege**, & omnes alias Ecclesias, terras & possessiones, quas *Richardus Basset* & hæredes sui, illis rationabiliter dederunt, sicut Cartæ eorum testantur. Præterea eisdem Canonicis concedo & confirmo, quicquid eis ab aliis rationabiliter datum est, tam in Ecclesiis, quam in terris, & in aliis redditibus, & rebus quibuscunq; liber, sicut Cartæ donatorum testantur; Ecclesiam de Tiltona, cum Capellis & omnibus pertinentiis suis & in eadem villa unam virgatam terræ, & prata de **Persmore**, de dono *Everardi* & **Walerani**, & hominum eorum, & totius parochiæ; & culturas dominii inter **Holebec**, & boscum & **Perrwardeswde**; Et Ecclesiam de **Beideli**, & duas virgatas in **Langtham**: Et Ecclesiam de **Glaesston**, Molendinum de **Panton**, & **Hotuet**, cum omnibus pertinentiis suis, & duas virgatas terræ in **Schettinton**. Quare volo & firmiter præcipio (&c.) Testibus *Thoma* Cancellario Regis; Comite *Cornubie*, *Richardo* de *Humet* Constabulario; *Gwarino* filio *Gerardi* Camerario, apud *Northamptoniam*.

PRIORATUS

De Thurgarton *in agro* Notinghamensi.

Carta Radulfi *de* Ayncourt *de fundatione ejusdem.*

Ex Registro de *Thurgarton* penes Comitem de Chesterfield. f. 57.

EGo *Radulfus* de *Ayncourt*, pro salute animæ meæ, filiorum, filiarumque mearum; & pro anima patris & matris meæ; & pro anima *Basiliæ* mulieris meæ, & omnium parentum, & antecessorum meorum, Fundavi domum religionis apud Thurgarton, & in ejusdem domus Fundatione concessi, & dedi Canonicis ibidem Deo, & beato *Petro* regulariter servientibus, consilio & prece piæ memoriæ *Thurstani Eborac.* Archiepiscopi, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, totam *Thurgartonam*, & *Fiskertonam*, & parcum juxta Thurgarton, & omnes Ecclesias de tota terra mea; scilicet Ecclesiam de Graneby; Ecclesiam de Cotes; Ecclesiam de Swaffeld; Ecclesiam de Hanewoath; Ecclesiam de Scaupewic; Ecclesiam de Birkeby; Ecclesiam de Braunceton; Ecclesiam de Tymberland, Ecclesiam de Blaunkeny; & Ecclesias de Elneton, & Langwath, cum omnibus pertinentiis, consuetudinibus, & libertatibus, ad easdem terras, & Ecclesias pertinentibus, in bosco, in plano, in pratis, in pascuis, in aquis, in piscariis, & in molendinis, exceptis decem Solidis, quos iidem Canonici reddent annuatim, de dono meo, infirmis de Stokes; Precor Universos Sanctæ Ecclesiæ filios, ut hanc meam Elemosinam, cum omnibus rebus suis pro Dei amore, & pro salute animæ suæ, manuteneant, & defendant. Si verò hæres meus illam cum libertatibus suis manutenuerit & sustentaverit, Divinam gratiam, & paternam benedictionem ei in æternum relinquo: Sin autem, Dei iram, & meam maledictionem, nisi resipuerit, incurrat. Hujus donationis sunt testes Capitulum Sanctæ *Mariæ* de Suthwell, *Robertus* filius *Huberti*, *Willielmus* de Perth. *Richardus* de *Kivill*, *Robertus* de *Sancto Andeno*, *Herveus* Clericus, & multi alii.

Carta Willielmi Sampson *de terra sua de* Cresswell.

Ib. f. 85. EGo *Willielmus Sampson* dedi Deo, & Ecclesiæ Sancti *Petri* de *Thurgartona* & Canonicis ibidem Deo servientibus totam terram meam de Cressewell, Concessu *Hugonis* filii mei, & hæredis, & aliorum filiorum meorum. Hanc donationem hujus terræ feci pro amore Dei & Sancti *Jacobi* Apostoli, in cujus honore prædicti Canonici fundaverunt Altare in Ecclesia sua apud Thurgarton; pro voto meo solvendo, quod eidem Apostolo antea voveram, pro anima patris mei & matris meæ, & pro salute mea, & omnium meorum.

Carta Huberti *filii* Radulfi *Domini* de Cruche, *de terris in* Scarthcliue.

Ib. f. 63. SCiant tam præsentes, quàm futuri, quod ego *Hubertus* filius *Radulfi*, dedi Canonicis de Thurgarton, in puram Elemosinam, cum matre mea *Matilda*, quando habitum religionis suscepit, terram quam *Willielmus* filius *Georgii* tenuit de me in territorio de Scarthcliue, (*&c.*)

Carta Matthæi *de* Vilers, *de terra sua de* Lund, *&c.*

Ib. f. 63. NOtum sit omnibus modernis, & posteris *Matheum* de *Vilers*, & fratres suos *Willielmum*, & *Alanum*, & *Thomam*, concessisse Ecclesiæ & Canonicis de Thurgarton, cum *Ricardo* fratre suo, totam terram suam de Lund, in bosco & in plano, & servicium *Radulphi* de *Sanchi*, & Ecclesiam suam de Wartington, & Ecclesiam suam de Tytheby, & Capellam de Crophill: Et *Thomas* frater meus concessit Ecclesiam de Duthorpe; & Dominus *Matheus* concessit pelles Agnorum suorum suæ domus.

Carta Williemi Pincernæ, *de Ecclesia de* Wherington, (*&c.*)

Ib. NOtum sit omnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, quod ego *Willielmus Pincerna*, (*&c.*) pro salute animæ meæ, & uxoris meæ *Dionysiæ*, & omnium antecessorum, & hæredum meorum, in puram & perpetuam elemosinam concessisse, & præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Ecclesiæ Sancti *Petri* de *Thurgart.* & Canonicis ibidem Deo servientibus, Ecclesiam de Wherington, cum omnibus pertinentiis suis, & Ecclesiam de Tytheby cum Capella de Crophill, & cum omnibus pertinentiis suis, & illam carucatam terræ in Crophill quam Dominus *Matheus* de *Vilers* avus meus eis dedit in Dominico suo in villa de Crophill, &c.

Carta Adæ Tyson *de bovata terræ in* Egrum.

Ib. f. 63. ADam *Tyson* omnibus hominibus suis, *Francis* & *Anglis*, modernis & posteris, salutem. Sciatis me dedisse Canonicis de Thurgarton, illam bovatam terræ in Egrum, quam *Levericus Hog* tenuit, liberam, & quietam, cum omnibus commoditatibus, & aiasi-

aiali nentis villæ de Cgrum, pertinentiis, (*&c.*)

Carta Henrici Hose *donationem prædicti* Adæ Tyson *confirmans.*

Ib. OMnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ fidelibus, & maximè hominibus honoris de Egrum, *Henricus* de *Hose* salutem. Notum vobis fieri volo, quod Ego concedo, & hac meâ Cartâ confirmo in perpetuam elemosinam, Deo & Ecclesiæ Sancti *Petri* de Thurgarton, & Canonicis ibidem Deo servientibus, consensu uxoris meæ *Amiciæ*, bovatam terræ, quæ fuit *Leverici Hog*, quam *Adam Tyson* eidem Ecclesiæ dedit, liberam & quietam ab omni servitio seculari, pro salute animæ Regis *Henrici* filii Imperatricis, (*&c.*)

Ibid. *HEnricus Hose*, filius dicti *Henrici*, confirmavit donationem patris.

Donatio Ecclesiæ de Athelington per *Henricum Biset.*

Ib. f. 72. HEnricus Biseth *filius* Willielmi Carpentarii, *dedit Priori de* Thurgarton *Ecclesiam de* Athelington.

Ib. *WIllelmus* de *Bouvero*, & *Albreia* uxor ejus, confirmavit donatiónem, prædictam *Henrici Biseth*, de prædicta Ecclesia.

Carta Willielmi Carpentarii *de molendino de* Cliva.

Ib. OMnibus Sanctæ *Ecclesiæ* fidelibus, Clericis, & Laicis, *Francis* & *Anglis*, *Willielmus Carpentarius* Salutem. Notum sit vobis omnibus, me dedisse Deo, & Ecclesiæ Sancti *Petri* de Thurgarton, & Canonicis ibidem Deo servientibus, cum consensu hæredum meorum, *Henrici Bisset* filii mei, & *Manaseri Biset* fratris mei, & *Ernulfi Biset* nepotis mei, molendinum meum de *Cliva*, in perpetuam Elemosinam pro salute animæ meæ, & hæredum meorum, & pro anima patris mei *Willielmi Biset*, & matris meæ *Hawisiæ*, & uxoris meæ *Susannæ*, & pro anima fratris mei *Henrici Biset*, & *Ansoldi* fratris mei, & *Henrici* nepotis mei.

Carta Hugonis *de* Chaisneto de una bovata *terræ in* Sarindale.

Ib. f. 73. EGo *Hugo* de *Caisneto* dedi, &c. Canonicis de Thurgarton, unam bovatam terræ cum tofto, &c. quæ *Willelmus* de *Adellington* de me tenuit, in villa de Sarindale, in puram elemosinam, pro salute animæ meæ, & uxoris meæ *Leuciæ*, & hæredum meorum; & pro anima *Willielmi Carpentarii* Domini mei, & uxoris ejus *Susannæ*, & pro anima Dominæ *Albreæ Biset*, *&c.*

Carta Henrici Biset *donationem* Hugonis *de Caisneto* confirmans.

Ib. f. 73. EGo *Henricus Biset* confirmavi eandem concessionem *Hugonis* de *Cayneto* pro salute animæ meæ, &c. Et pro anima *Willielmi Carpentarii* patris mei, & matris meæ *Susannæ*, & pro anima *Albreæ Biset* uxoris meæ, &c.

Carta Oliveri *de* Aincourt de *una Carucata terræ in* Braunceton.

Ib. f. 93. EGo *Oliverus* de *Aincuria* dedi Canonicis de Thurgarton dimidiam Carucatam terræ in Braunceton, cum tofto, quod fuit *Lefwini* filii *Turlac*, sicut *Walterus* de *Eyncuria* avus meus dedit *Waltero* presbytero pro anima *Oliveri* filii sui, quem idem *Walterus*, bello apud *Lincoln*. à captivitate & morte liberavit, sicut Carta prædicti *Walteri* avi mei testatur. Et si fortè dictam dimidiam carucatam terræ prædictis Canonicis Warantizare non potero, dabo eisdem Canonicis quinque solidos redditus assisi in villa de Braunceton, vel in villa de Granby, vel in Blounkney, vel in Clineton.

Carta Adæ *de* Perthill *de terra in* Derlesthorpe.

Ib. 68. *ADam* de Parthill dedi *Rogero* filio & hæredi *Rogeri* de *Ayncourt*, cum *Alicia* filia mea in liberum maritagium, totam terram meam in Derlesthorp, & Dornthorp cum omnibus pertinentiis, libertatibus & aysiamentis, ut in Escaetis, homagiis, releviis, &c. Habendam prænominato *Rogero* filio *Rogeri Dayncourt*, & hæredibus suis, quos de *Alicia* filia mea habebit imperpetuum.

Confirmatio Ricardi *de* Perthill.

Ib. 49. EGo Dominus *Richardus* de Perthill concessi Aliciæ sorori meæ, totam terram, cum nativis, & pertinentiis suis, quæ habet de dono *Adæ* patris mei in villa de Dornthorp, & Colingham, faciendo servicio duodecimæ partis unius feodi militis.

Prædicta Alicia *uxor* Rogeri *de* Dayncourt *dedit prædictam terram in* Dornthorp & Colyngham Priori de Thurgarton.

Carta

Carta Regis Edwardi *tertii donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Rex omnibus ad quos, &c. Inspeximus, (*&c.*)

Pat. 14. E. 3 P. 2. m. 30. per Inspex. Vide Par. 6 E. 3 p m. 22.

HEnr. Dei Gratia Rex *Angliæ* & dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ* Archiepiscopis (*&c.*) salutem. Scatis me concessisse & præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & beato *Petro* de **Thurgarstone**, & Canonicis ibidem Deo servientibus rationabilem subscriptam donationem sibi factam, & Cartis donatorum confirmatam; scilicet ex dono *Radulfi* de *Aincurt* totam **Turgarstone**, & **Fulcharton** & parcum juxta **Turgarstone**, & omnes Ecclesias de tota terra sua; scilicet Ecclesiam de **Granelby**; Ecclesiam de **Elmetone**; Ecclesiam de **Cotes**, Ecclesiam de **Swafelde**; Ecclesiam de **Danewortlie**; Ecclesiam de **Scapewic**; Ecclesiam de **Byrkelby**; Ecclesiam de **Brauztone**; Ecclesiam de **Tymberland**; Ecclesiam de **Blankenei**. Ex dono *Willelmi* filii *Ranulphi* Ecclesiam de **Blakewelle**. Ex dono *Mathei* de *Vilers*, Ecclesiam de **Waringtone**; Ecclesiam de **Tichibi**, Capellam de **Crophill**, & unam carucatam terræ in eadem villa de suo dominio. Ex dono *Gerardi* filii *Walteri* de *Suttone* Ecclesiam de **Suttone** & duas bovatas terræ in eadem villa. Ex dono *Willelmi Carpentarii* molendinum de *Cleva*. Ex dono *Henrici Hose* unam bovatam terræ in **Egrum**. Ex dono *Roberti* de *Cauz* molendium de **Doverbert**. Ex dono *Willielmi* de *Bella aqua* duos solidos de molendino de **Kirklingtone**. Ex dono *Willielmi Sanson* terram quæ vocatur **Crofwelle**. Ex dono *Roberti* de *Heveringham* Ecclesiam de **Heveringham**. Ex dono *Radulfi* de *Bellofago* molendinum de **Duverbert**, quod dicitur **Snellinemilne**, cum terra & prato adjacente. Ex dono *Willelmi* de *Bereville* unam bovatam terræ in **Birkebi**. Ex dono *Hugonis* de *Heveringham* septem bovatas terræ in **Tichebi**, quas *Emma* avia sua, & *Robertus* pater suus dederunt. Ex dono *Walteri* Villam *Linc*: unam bovatam terræ in campis *Lincolniæ*. Ex dono *Ricardi Patrel* dimidiam carucatam terræ de dominio suo in **Turnestone** cum una mansura in eadem villa. Ex dono *Radulfi* de *Aincurt*, filii *Rogeri*, Ecclesiam de **Wineficld**. Ex dono *Ricardi* de *Crieil* quatuor tosta in **Turgarstone**, & duas tostas in **Mortone**, quas filius ejus *Robertus* confirmavit Cartâ suâ. Ex dono *Johannis* filii *Willielmi* medietatem Ecclesiæ de **Uvetorp**, Et pro decimis *Ailwina Hicche xxvii.* sol. sicut Carta Canonicorum Hospitalis S. *Sepulchri Linc.* testatur. Quare volo, (&c.) Testibus *Hugone Dunelmensi* Episcopo, *Willielmo* Comite *Arundelli*, *Ranulpho* de *Glanvill*, *Bernardo* de S. *Vallerico*, *Rogero* de *Stutevill*, *Willelmo* de *Stutevill*, *Hugone Bardulf* dapifero, *Ranulfo* de *Gudd.* apud **Clipston**.

Nos autem concessiones, (&c.) necnon donationem & concessionem, quas *Robertus* de *Vilers* per Cartam suam fecit Deo & Ecclesiæ beati *Petri* de **Thurgarton** & Canonicis ibidem Deo servientibus, de toto dominico & capitali messuagio suo in **Uvethorp**. Donationem (&c.) quas idem *Robertus* per aliam Cartam suam fecit (&c.) de tosto quod fuit *Wolueti*, & de tosto quod fuit *Hugonis* de *Lincolnia*, & de *v.* bovatis terræ de dominico prætati *Roberti* in eadem villa de **Uvethorp**. Donationem (&c.) quas idem *Robertus* (&c.) fecit (&c.) de duabus bovatis terræ integris in eadem villa de **Uvethorpe**. Donationem (&c.) quas idem *Robertus*, (&c.) fecit (&c.) de quatuor bovatis terræ & dimidia cum pertinentiis in eadem villa de **Uvethorpe**. Donationem (&c.) quas *Willielmus* filius *Pagani* de *Vilers* (&c.) fecit (&c.) de quatuor bovatis terræ cum tostis & crostis & aliis pertinentiis in eadem villa de **Uvethorpe**.

Donationem (&c.) quas *Radulphus* de *Bellofago* per Cartam suam fecit (&c.) de Ecclesia de **Loudham**, & de molendinis de **Dourebec** cum terra eidem molendino adjacente, & de terra sua de **Wodeburg**. Donationem (&c.) quas idem *Radulfus* per aliam Cartam suam fecit, (&c.) de molendino de **Dourebec** quod dicitur **Snellingmilne**, cum terra & prato adjacente. Donationem etiam & concessionem quas *Emma* de *Bellofago* per Cartam suam fecit, (&c.) de molendino quod dicitur **Snelling**, cum una Bovata terræ & prato prædicto molendino adjacente, cum omnibus pertinentiis suis. Donationem (&c.) quas *Gerardus* de *Phancurt* per Cartam suam fecit, (&c.) de Capitali messuagio & toto dominico suo, homagiis & serviciis omnium liberè tenentium suorum, cum wardis, releviis, & escaetis, nativis & coterellis suis, & eorum catallis & sequelis, terris, & tenementis, quæ quondam quidam nativi & coterelli de ipso tenuerunt in villenagio, & de molendino ad ventum cum secta, & de prato & bosco vivariis, & toto dominio & tenemento quæ idem *Gerardus* quondam habuit in **Wikelyng**, & **Wynaltone**. Donationem etiam & concessionem quas idem *Gerardus* per aliam Cartam suam fecit, (&c.) de homagiis & serviciis omnium liberè tenentium de terra sua & de feodo suo de **Byrkeby** & **Scapwyck** cum pertinentiis, & de *iiii.* solidatis redditus, quas idem *Gerardus* percipere consuevit de Canonicis de Cathelegh, pro tribus bovatis terræ, & forinseco servicio ad illas pertinente, & de una bovatâ terræ, quam **Emelina** tenuit, & de uno tosto quod *Ricardus Crophull* quondam tenuit, & de uno tosto quod *Siricha* quondam tenuit, & de uno tosto quod *Alicia Skelle* quondam tenuit; & de uno tosto quod *Fulco* quondam tenuit, cum omnibus pertinentiis suis.

Remissiones etiam, (&c.) quas idem *Gerardus*, per dictam Cartam suam fecit eisdem Canonicis, de quinque solidatis redditus cum forinseco servicio quod iidem Canonici sibi reddere consueverant pro duabus bovatis terræ, & tosto *Ricardi Helebold*. Donationem (&c.)

quas

quas *Alicia* filia *Radulfi* de *Bereville* per Cartam suam fecit (&c.) de uno tofto & dimidia bovata terræ cum pertinentiis in Scaupewike & Birkeby. Donationem (&c.) quas *Henricus Bifet* filius *Willielmi Carpentarii* per Cartam suam fecit (&c.) de passagio de Briggefort cum tofto ad passagium prædictum pertinente, & cum *Willielmo* Molendinario. Donationem (&c.) quas idem *Henricus* per Cartam suam fecit (&c.) de Ecclesia de Adelingtone cum pertinentiis. Donationem (&c.) quas *Hugo* de *Chaisneto* per Cartam suam fecit (&c.) de una bovata terræ & tofto & eorum pertinentiis quas *Willielmus* de Adelingtone de ipso quondam tenuit in villa de Sarendale. Donationem (&c.) quas *Oliverus* de *Aencurt* & *Matildis Peche* uxor ejus, per Cartam suam fecerunt (&c.) de quatuor bovatis terræ in villa de Bollestone cum omnibus pertinentiis suis. Donationem (&c.) quas *Adam* de *Pedworth*, de assensu & voluntate *Matildis* uxoris ejus per Cartam suam fecit (&c.) de serviciis & homagiis omnium hominum & liberè tenentium suorum & hæredum dictorum hominum in villa de Hermestone, & de *xii* bovatis terræ cum pertinentiis in villa de Hermestone, & de villanis dictas *xii*. bovatas terræ tenentibus, cum tota sequela & omnibus catallis eorum. Donationem (&c.) quas *Robertus Pesun* per Cartam suam fecit (&c.) de una bovata terræ in Colingtone. Donationem (&c.) quas *Goscelinus* de S. *Paulo* per Cartam suam fecit (&c.) de Ecclesia de Bonkeswrth. Donationem (&c.) quas *Walterus filius Walteri, filii Willielmi* de Allicton per scriptum suum fecit (&c.) de *v*. bovatis terræ & dimid. cum tofto & aliis pertinentiis suis in villa de Bokeswrth & Allicton.

Donationem (&c.) quas *Philippus* de *Marton* per Cartam suam fecit (&c.) de terra sua & Manerio suo in villa de Partone, cum homagiis (&c.) Donationem (&c.) quas *Alicia* de *Aincurt*, quondam uxor *Rogeri* de *Aincurt*, per Cartam suam fecit (&c.) de terra sua in Darnethorpe & Colingham cum toftis & pertinentiis suis (&c.) Donationem (&c.) quas *Rogerus* filius *Willelmi* de Boutone per Cartam suam fecit (&c.) de septem bovatis terræ cum pertinentiis in Boutone. Donationem (&c.) quas *Matheus* de *Vilers* per Cartam suam fecit præfatis Canonicis dudum apud Fiscartone supra *Trentam* Deo & Sancto *Petro* servientibus de una carucata terræ in Crophull. Donationem (&c.) quas *Walterus* de *Stantone* per Cartam suam fecit (&c.) de uno tofto & de duabus bovatis terræ cum prato eidem terræ adjacente (&c.) in Crophill. Donationem (&c.) quas *Philippus* de *Marton* miles, per scriptum suum fecit (&c.) de una bovata & decem acris terræ, & una acra prati cum pertinentiis in Danewrth. Donationem (&c.) quas idem *Philippus* per Cartam suam fecit (&c.) de una cultura terræ in eadem villa (&c.) de una bovata terræ in eadem villa (&c.) & de una cultura terræ quæ vocatur Hillewang, cum pastura eidem terræ adjacente, & de tribus acris prati cum pertinentiis in eadem villa, (&c.) & de uno tofto cum prato & de una bovata terræ cum prato & marisco eidem terræ adjacentibus; & toto bosco ipsius *Philippi*, qui vocatur Northhagg, cum pertinentiis in eadem villa. Donationem (&c.) quas *Phillippus* de *Haneword* per Cartam suam fecit (&c.) de toto servitio & annuo redditu *Ricardi Hacon* de quatuor bovatis terræ & duobus toftis in eadem villa. Donationem (&c.) quas *Galfridus* filius *Willelmi* de *Haneword* per Cartam suam fecit (&c.) de tota terra sua quam habuit in eadem villa de Tanewrth. Donationem (&c.) quas *Philippus* de *Marton* miles per Cartam suam fecit (&c.) de sex acris terræ cum pertinentiis in eadem villa. Donationem (&c.) quas *Ricardus Hacon* de Tanewrth per Cartam suam fecit (&c.) de uno tofto, tribus bovatis terræ, & novem denariatis redditus in eadem villa. Donationem (&c.) quas idem *Ricardus* per Cartam suam fecit (&c.) de uno tofto, uno columbari, & una bovata & duabus acris terræ & dimidia cum pertinentiis in eadem villa. Donationem (&c.) quas *Hugo* filius *Alredi* de Carletone per Cartam suam fecit (&c.) de tofto & crofto quæ fuerunt *Anki*, & una bovata terræ quam *Rogerus* Clericus tenuit in Carletone.

Donationem (&c.) quas *Rogerus* de *Aincurt* per Cartam suam fecit (&c.) de serviciis & homagiis *Ricardi filii Baldewini* de *Strettone*, *Henrici* filii *Ricardi* de *Pleseye*, *Willielmi le Westreys*, & *Hugonis* filii *Hugonis* de *Suttone*, & hæredum suorum cum tenementis quæ idem *Ricardus*, *Henricus*, *Willielmus* & *Hugo* tenuerunt de præfato *Rogero* in Benovere & Pilleseve. Donationem (&c.) quas *Walterus* filius *Stephani* de *Radeclyve* per Cartam suam fecit (&c.) de duabus bovatis & uno quarterio bovatæ terræ cum tofto & prato & pertinentiis suis in Filmtham. Donationem (&c.) quas *Lisiardus* de *Musters* per Cartam suam fecit (&c.) de illa bovata terræ cum pertinentiis in Leirton, quæ fuit *Ulfkelli*. Donationem (&c.) quas *Adam Tisun* per Cartam suam fecit (&c.) de illa bovata terræ cum pertinentiis in Egrum quam tenuit *Levericus Hogge*. Donationem (&c.) quas *Philippus filius Odonis* per scriptum suum fecit (&c.) de tota terra sua de Donaldestone cum pertinentiis. Donationem (&c.) quas *Radulphus* filius *Walteri* per Cartam suam fecit (&c.) de duabus bovatis terræ cum pertinentiis in Partmeland. Donationem (&c.) quas *Simon* filius *Simonis* de Bovertingham per Cartam suam fecit (&c.) de una bovata terræ cum toto prato & omnibus pertinentiis suis in villa de Bovertingham. Donationem (&c.) quas *Benedictus* de *Roldestone* per Cartam suam fecit (&c.) de tribus toftis & una bovata terræ cum pertinentiis in Roldestone. Donationem (&c.) quas *Hubertus* filius *Radulfi* per Cartam suam fecit (&c.) de terra quam *Willielmus* filius *Gregorii* tenuit de præfato *Huberto* in Scarthelve. Donationem (&c.) quas *Willielmus* filius *Gilberti Carpentarii* de Schelford & *Mariota* uxor ejus per Cartam suam fecerunt

(&c.) de una bovata terræ cum pertinentiis in **Tunberland**. Donationem (&c.) quas *Gaufridus* de *Maugruci* per Cartam suam fecit (&c.) de *Hugone* filio *Aunfridi* cum una bovata terræ quam tenuit in villa de **Scaudebi**. Donationem (&c.) quas *Philippus* de *Paunton* miles fecit (&c.) de *xv.* solidatis redditus & redditu sex altilium de *Willielmo* filio *Reginaldi* de **Hercolston**.

Donationem (&c.) quas *Gerardus* de *Fameurs* per Cartam suam fecit (&c.) de servicio & annuo redditu *Thomæ filii Gilberti*, *Johannis filii Willielmi*, & *Willielmi filii Gilberti* de tenementis, quæ de ipso *Gerardo* tenuerunt in villis de **Skrebetone** & **Hercolstone**; & de tribus toftis in **Hercolstone**. Donationem etiam quam frater *Will.* Prior & Conventus de **Shelford** per scriptum suum fecerunt in excambium præfatis Priori & Conventui de **Thurgartone**, de duabus acris terræ in **Gunthorpe** pro duabus acris terræ in **Shelforde**. Donationem (&c.) quas *Emma* de *Bellofago* per Cartam suam fecit (&c.) de *xviii.* redditus percipiendis de *Roberto* filio *Martini* de **Gunthorpe** & de hæredibus suis. Donationem (&c.) quas *Ricardus filius Gervasii* de **Wyberetone** per scriptum suum fecit (&c.) de una bovata terræ cum pertinentiis in **Bernestone**. Donationem (&c.) quas *Ricardus* de **Wyberetone** miles per scriptum suum fecit (&c.) de uno tofto, tribus bovatis terræ, & duabus acris prati in **Bernestone** & **Wyberetone**. Donationem (&c.) quas *Willielmus* filius *Walteri Funche* per scriptum suum fecit (&c.) de uno tofto cum ædificiis in **Bernestone**, & *xx.* acris cum pertinentiis in eadem villa. Donationem (&c.) quas *Radulfus* de *Rodes* miles per scriptum suum fecit (&c.) de *ij* sol. percipiendis in perpetuum singulis annis ad *Pentecosten* de duabus bovatis terræ in **Bernestone**, ratas habentes & gratas (&c.) confirmamus (&c.) Dat. per manum nostram apud *Westm. viii.* die *Maii* anno Regni nostri *xvii.*

PRIORATUS

de Drax *in agro* Eboracensi.

Carta Willielmi Paganelli *de Fundatione ejusdem.*

Ex Cartulario ejusdem domus penès *Marmaduc. cum Constable* de **Ebberingham** arm. fol. 1. a.

OMnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, tam præsentibus quàm futuris, *Willielmus Paganellus*, salutem. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse, Deo & *S. Nicholao* & Canonicis, Deo & S. *Nicholao* servientibus in territorio de **Drax**, Insulam quæ dicitur **Valington**, & **Middelholm**, ubi fundata est Ecclesia S. Nicholai Prioratus de **Drax**; & terram **Horn**, & terram **Hadde**, cum ipsis hominibus; & à terra jam dicti **Horn**, totam terram, cum nemore, & mariseo & prato, usq; ad ulteriorem partem novæ truncatæ, simul cum tractu Sagenarum, in Usa. Et Ecclesiam parochialem de **Drax**; & Ecclesiam de **Bingelay**; & Ecclesiam de **Roreby**, & Ecclesiam de *Media Rasa*; & Ecclesiam de **Hyrnham**; & Ecclesiam de **Swinhamsteade**; & Ecclesiam de **Salteby** cum omnibus earum pertinentiis, & libertatibus, & duas carucatas terræ in *Suytertona*, & triginta escepras vivæ annonæ suæ de molendino de **Humsflet**; & dimidiam carucatam terræ in *Westona*; & unam bovatam terræ in **Faghadæ**; & unam bovatam terræ **Berlay**, & **Aldetheroft**, cum prato simul, & aqua de **Ayre**; & unam marcam argenti de *Ayrmina*; & Molendinum de **Drax**, cum sequela tota sua; & decimam omnium molendinorum de **Ledes**, &, duodecem bovatas terræ in territorio de **Korby**, partim de meo dominio, partim de terris rusticorum, cum septem toftis in eadem villa, & communiam in mariseo: & molendinum de **Korby**, cum tota sequela ejusdem villæ; & omnes sedes molendinorum ejusdem villæ & territorii.

Et duas carucatas terræ in territorio de **Salteby**, cum quinque toftis; & omnem decimam mensæ meæ de frumento, & bralio & occisione ovium, & porcorum meorum ubicunq; fuerint facta; & de omnibus, quæ ad Coquinam pertinent, in puram, & perpetuam elemosinam, solutam & quietam prorsus, ab omni seculari servitio, & exactione & consuetudine. Hæc omnia dedi Deo & Ecclesiæ Sancti *Nicolai* & Canonicis ibidem Deo servientibus, monitu, & consilio Domini *Turstini Eborum* Archiepiscopi, cum *Socha* & *Sacha*, & *Tol*, & *Them*, & *Infangthefe*, cum omnibus libertatibus, & commoditatibus, & communiis; in viis, in semitis, in pratis, in pascuis, in bosco, in plano, in mariscis, cum omnibus liberis exitibus, & introitibus, in omnibus ubiq; locis, pro salute mea, & pro animabus patris & matris, & pro animabus antecessorum & successorum meorum, sicut puram elemosinam, quam ego & hæredes mei warantizabimus, & defendemus contra omnes homines, de murdro, de *Danegeldo*, de *Themancale*, de servitio Regum, de auxilio Vicecomitum, & clientum eorum; Hiis Testibus *Radulfo Paganello*, *Petro* filio *Essolf*, *Adam* & *Thoma* filiis ejus, *Warino* de *Sancto Patricio*, *Willielmo* de *Stanegref*, *Willielmo* de *Altaripa*, *Simone* de *Stanegref*, *Willielmo* de *Balioll*, *Hugone* del *Bois*, *Roberto* de **Korby**, *Roberto* filio *Silvestri*, & *Achardo* Mareschallo.

Carta confirmationis Fulconis Paganelli

ROgero Dei gratia Archiepiscopo Ecclesiæ Sancti *Petri Eborum*, totius ejusdem Ecclesiæ Capitulo, universisque Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, tam præsentibus quàm futuris, *Fulco Paganellus* salutem. Noverit universitas vestra, me *Fulconem Paganellum* pietatis intuitu, assen- 1b.

su

assensu *Lecellinæ* uxoris meæ & hæredum meorum, & hominum, pro animabus patris & matris meæ & antecessorum meorum, dedisse, & in puram & perpetuam elemosinam concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ beati *Nicholai* de Drax, & Canonicis ibidem Deo servientibus, ipsam insulam quæ vocatur Holmholm, & Wideholm, sicuti fossatis eorum circumcinguntur: Et sedem molendini cum ipso molendino ante portam eorum: Et fossatum quod est stagnum memorati molendini, & .... cum fossato adjacente proximo versùs meridiem, cum libero exitu. Et Ecclesiam de Drax, cum duabus bovatis terræ, & uno tofto in eadem villa, & cum Capella de Stanhill, cum alneto eidem Capellæ antiquitùs pertinenti. Et unum toftum in Cameleford, cum terra illa pertinente, quæ vocatur Ælfgerrikding, & omnibus aliis libertatibus eidem Ecclesiæ de Drax pertinentibus. Et unam bovatam terræ in Birlay, de qua percipiunt memorati Canonici duodecim denarios per annum, in festo Sancti Nicholai. Et unam marcam argenti in *Ayrmyna* annuatim, per manum servientium meorum. Et de bosco meo quantum usui eorum opus fuerit ad comburendas & ad sepes suas faciendas rationabiliter, per visum, forestariorum meorum; & pannagium porcorum suorum nutritorum in Curia sua quietam, & communem pasturam. Hæc omnia dedi & concessi eis liberè & quietè & solutè ab omni seculari exactione & consuetudine. Et warantizabimus ego & hæredes mei contra omnes homines. Hiis testibus, &c.

Carta Phulconei Paganelli, de Ecclesiis de Drax & Garthorp.

Ex autog. in turri beatæ Mariæ Ebor.

Sciant præsentes & futuri, quod ego *Fulconeus Paganellus* dedi, concessi, & hac præsenti Chartâ meâ confirmavi Deo & Ecclesiæ beati *Nicholai* de Drax & Canonicis ibidem Deo servientibus, Ecclesias de Drax & de Garthorp, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis de quibus seisitæ erant præfatæ Ecclesiæ, quando hæc Carta facta fuit in puram & perpetuam elemosinam. Facta autem fuit hæc Carta ad festum Sancti *Michaelis*, proximum postquam *Richardus* Rex *Angliæ* iter suum accipuit *Jerosolymam*. Hiis testibus, (&c.)

Carta Matildis *Comitissæ* Northumbriæ, *pro obitu* Gilberti *de* Vmfraville Angusiæ *Comitis, viri sui.*

Ibid.

Ceste endenture fait parentre tresnobla dame, dame Malde *Countesse de* Northumberland, *dun parte & les Prior, & Covent de* Drax *dautre part. Tesmoigne que le dits Prior, & Covent ount grauntie, a la dit Countesse, de faire chesun ané en lour Covent, une* Obite *pour lalme* Gilbert *de* Ounfravile *Count de* Angos *sadys marie à dit dame Malde, en lendemayn del* Typhane *nostre seigneur. Ceste a savour pour dire* Placebo & Dirige *mesme la iour de* Tiphane, *& lendemayn* comendation, *& une* Messe *de* Requiem *pour lalme dit* Gilbert, *sicom pour une Chanone professe. Et a ceste Divine service a faire, & dire chescunna ane, en les iours & fourme avantdit, les dits Prior & Covent se obligeount, & a lour successours à tous jours Pour que le Divine Service, & set over de charite, la dit Countesse ad done a edit Prior & Covent vint marz, en s. de de loun mesn. En tesmoignage de quele chose, les parties avand ditz à ces En dentures entrechaunge oblement ount mis lour seles. Done à* Drax *le primer jour de* May *lan nostre Seigneur* Iesu Christ Mille CCC. Lxxxiii.

Carta Roberti *de* Gaunt *super Ecclesiam de* Swinehamsted.

Reverendis Dominis suis Abbati de *Fontibus*, & Abbati de *Valledei*, & Universis sanctæ Ecclesiæ filiis, *Robertus* de *Gant* in Domino salutem. Notum sit Universitati vestræ, quod *Willielmus Paganellus* dedit Ecclesiam de Swynamestede, Deo & sancto *Nicholao* de Drax, & Canonicis ibidem Deo servientibus, pro Salute animæ suæ, & parentum suorum, & illam Cartâ suâ corroboravit, multis annis peractis antequam terram possedi cum filia *Willielmi Paganelli*: (Et cum hoc ignotum mihi esset) rogatu *Eustachii* filii Regis *Stephani*, concessi prædictam Ecclesiam *Wydoni* Clerico, quem nec illi nec alicui dare potui, undè valde pœnitet me sic temere fecisse. Quare Sanctitati vestro provolutis supplico genibus, ut consilium, & auxilium prædictis Canonicis impendere curetis, ne Ecclesia præscripta, prodefectu vestro, ulterius injustè prematur. Valete. Ibid.

Carta Aviciæ *de* Romeilli *de advocatione Ecclesiæ de* Saltebi.

Roberto Dei gratia *Lincolniensi* Episcopo, & *Hugoni Legrecestrensi* Archidiacono, omnibusq; Sanctæ Ecclesiæ filiis, tam præsentibus quàm futuris *Avicia* de *Romeilli*. Salutem. Sciatis me concessisse & dedisse Deo & Ecclesiæ Sancti *Nicolai* de Drax & Canonicis ejusdem loci, & eorum successoribus, Deo ibidem famulantibus, plenariam advocationem Ecclesiæ de Saltebi, viventæ personæ *Achardo* ejusdem Ecclesiæ: Et post ejus decessum in liberam & perpetuam elemosinam eis concedo præfatam Ecclesiam cum omnibus ad eam pertinentibus possidendam. Hanc concessionem feci pro anima *Willielmi Paganelli* mariti mei, & pro anima mea, & pro animabus omnium prædecessorum meorum, assensu Domini *Roberti de Gaunt*, & *Adeliciæ* filiæ meæ uxoris ejusdem *Roberti*. Eapropter vestræ supplico dominationi, quatinus pro Dei amore hanc donationem ratam habeatis, & vestrâ auctoritate corroberetis. Huius donationis & concessionis testis est ipse *Robertus* de *Gaunt*, & *Adelicia Paganella* uxor ejus, & *Adelicia* soror *Roberti* de *Gaunt*, & *Radulphus* de *Cham*. *Jordanus* Capellanus, *Willielmus* Clericus, *Willielmus* de *Londoniis*, *Willelmus* Capellanus, *Willielmus* de *Laceio*, *Adam* filius *Petri Adam* de *Munbugun*; *Thomas* filius *Petri*, Ex autog. in Officio Armorum.

Ricardus Pincerna, *Willielmus*, Danenis. *Robertus* Aurifaber, *Stephanus* Citharista, *Walterus* filius *Jordani*, *Achardus* Marachallus, *Stephanus* Clericus, *Mauricius* Clericus, *Robertus* de *Juvenhi*, *Herbertus* de *Perci*.

Carta Roberti *de Gaunt, de advocatione Ecclesiæ de* Saltebi.

Ex autog. in turri beatæ Mariæ Ebor.

ROBertus de *Gaunt*, Omnibus sanctæ Ecclesiæ filiis, tam præsentibus, quàm futuris, Salutem; Sciatis me concessisse, & dedisse Deo & Ecclesiæ S. *Nicholai* de Drax, & Canonicis ibidem Deo imperpetuum famulantibus, Advocationem Ecclesiæ de Saltebi, vivente *Acardo* persona ejusdem Ecclesiæ; Et post ejus decessum, in liberam, & perpetuam elemosinam, eis concedo præfatam Ecclesiam, cum omnibus suis pertinentiis, & totam decimam domus meæ in omni blado & in omni brasio & in porcorum occisione, ubicunq; fuerit facta; Sicut *Wl. Peganellus* testatur eis dedisse Per Cartam suam, imperpetuam elemosinam: Præterea sciatis me adjecisse præfatis Canonicis, in perpetuam elemosinam, pro salute meæ, & uxoris meæ, & prædecessorum, meorum omnem Decimam domus meæ, in emptione segetis, & brasii & panis & cervisiæ, & Casei, & buturi; & in omnibus quæ ad coquinam pertinent. Hujus donationis testes sunt, *Jordanus* Capellanus de Drax. *Willielmus* de *Baliol*, *Willielmus* de *Pleiz*, *Acardus Marescallus*, *Thomas* filius *Petri*, *Willielmus* Clericus, *Regerus* præpositus; *Hugo* Camerarius; *Richardus* de *Fulgeres*, *Alanus* Forestarius, *Alwardus* Venator, *Godardus Henricus* de *Hic*.

Carta Agnetis *filiæ* Walteri *de* Scoreni, *de redditu duarum marcarum in* Rokeby.

1b. SCiant omnes præsentes & futuri, quod Ego *Agnes*, filia *Walteri* de Scoreni, intuitu pietatis, & favore religionis dedi, & concessi & hac præsenti Carta mea confirmavi Deo, & Ecclesiæ beati *Nicholai* de Drax, & Canonicis ibidem Deo servientibus reditum duarum marcarum de libero maritagio meo in Rokeby, singulis annis per manum meam, vel procuratoris mei ibidem percipiendum, ad duos terminos, unam, scilicet marcam ad *Pentecosten*, & unam marcam ad festum Sancti *Martini*, pro salute animæ meæ, & pro animabus patris & matris meæ, omnium antecessorum & successorum meorum. Has verò duas marcas warantizabimus ego, & hæredes mei, præscriptis Canonicis, contra omnes homines. His Testibus *Waltero* de *Scoteni*, *Adam Painel*; Willielmo Hanselin Domino de Wrahebi, *Adam Painel juniore*, *Radulpho* fratre ejus, *Otone* de *Barkestun*, *Henrico* de *Staingref*, *Radulpho Trinel*, *Johanne* filio ejus, *Willielmo* filio *Richardi*, *Lamberto Scrope*.

Videsis confirmationem plurimarum donationum, Pat. 4. E. 2. p. 2. m. 11.

PRIORATUS
de Marton, in agro Eboracensi.

Carta Regis Henrici *secundi donationem loci de* Moleby *confirmantes*.

REX &c. *salutem. Inspeximus Cartam quam* Henricus *quondam Rex* Angliæ *progenitor noster, fecit Canonicis, & sanctimonialibus de* Martona (*quæ quidem sanctimoniales ab eodem loco ad quendam locum qui vocatur* Moleby, *post modum translatæ fuerunt, & hodie jam inhabitant*) *in hæc verba. Henricus*, (&c.) Sciatis me concessisse (&c.) Canonicis & sanctimonialibus de *Martona* quadraginta solidatas terræ, in villa de Hebi, in puram elemosinam. Quare volo, (&c.) *Inspeximus* (&c.) *Henricus* Rex *Angliæ* & Dux *Normanniæ*, & *Aquitaniæ* & Comes *Andegaviæ*; *Rogero* Archiepiscop Eboracensi, & *Henrico* Episcopo *Dunelmensi*, & omnibus Baronibus, & Justiciariis, Vice comitibus, & ministris suis, & fidelibus de *Eboraseire*, *Francis* & *Anglis* Salutem, Sciatis me concessisse, & dedisse, & confirmâsse Deo, & Ecclesiæ Sancti *Johannis* de Moleby, & sanctimonialibus ibidem Deo servientibus, in perpetuam elemosinam, terram & locum de Moleby, ubi sita est Ecclesia illarum; & terram de *Risberga*, quæ solebat reddere triginta solidas, quietam, cum ipso reditu; Et insuper quicquid eis rationabiliter datum est à quocunque donatore, sicut Cartæ donatorum testantur, & quicquid eis in futurum dabitur in elemosinam. Quare volo (&c.) Testibus *Rogero* Archiepiscopo *Eborac*, *R.* Episcopo *Lincoln. H.* Episcopo Dunelm, &c.) Nos autem (&c.) confirmamus (&c.) Cart. 22. E. 2. n. 43.

Carta Henrici *de Nevill donationem* Bertrami *de* Bulemer, *avi sui, de situ Prioratus de* Marton *confirmans*.

Ex autog. in bibl. Hatton. an. 1640. UNniversus Sanctæ Ecclesiæ filiis, visuris vel audituris literas istas, *Henricus* de *Nevill*, Salutem in Domino: Sciatis me dedisse, concessisse, & præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ S. *Mariæ* de *Martona*, & Canonicis meis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ, & pro salute animarum Patris & matris meæ, & omnium antecessorum meorum donum, & elemosinam *Bertami* de *Bulemer* avi mei, quam ipse prædictæ Domui antedictis Canonicis donavit, & Cartâ suâ confirmavit, in puram & perpetuam elemosinam; Scilicet, locum de Marton, cum omnibus pertinentiis suis; videlicet, villa de Marton, cum Ecclesia ejusdem villæ, & cum omnibus pertinentiis, in bosco, & plano, & aquis & molendinis; in pratis

pratis & pasturis; & in omnibus aliis, sola & quieta ab omnibus secularibus, actionibus, & servitiis cuicunq; terræ pertinet, sicut Carta *Bertrami* avi mei, Fundatoris ejusdem loci testatur. Et triginta acras terræ in communi territorio de **Brunnesfale**, & de **Thorp** in *Craven*, cum omnibus pertinentiis quæ ad terram pertinent; & pasturam ad trecentas oves & ad triginta vaccas, per communiem pasturam de prænominatis **Brunnesfale** & **Thorp**; quæ scilicet sunt de feudo meo.

Tenendas, & habendas liberè, & quietè, ab omnibus consuetudinibus, & actionibus, quæ terræ pertinent, sicut Carta *Bertrami* de *Bulmer* donatoris hujus elemosinæ testatur. Et decem acras terræ in **Crakehowe**, in *Crofua*, & pasturam ad ducentas oves, in eadem villa, quæ sunt de feodo meo, quas prænominati Canonici habent ex dono *Richardi* de **Kauthecliue**, in puram & perpetuam elemosinam, solas & quietas ab omni servitio seculari sicut Carta ejusdem *Richardi* testatur. Et decem bovatis terræ cum toftis, & croftis, & omnibus pertinentiis suis in **Sutton** juxta *Tatecastra* in puram & perpetuam elemosinam, quas tenent de feudo meo, ex dono *Rogeri* de *Punchardune* filii *Eudonis* de *Punchardune*, sicut Carta ejusdem *Rogeri* testatur. Ut autem præfati Canonici prædictas terras, & pasturas, cum omnibus pertinentiis earum, liberè & quietè, & pacificè sine vexatione & perturbatione alicujus, teneant & possideant, imperpetuum, inspectis & auditis, Cartis donatorum, eas duxi confirmandas. Et ut hæc avi mei elemosina, confirmatio, & parentum, & hominum meorum donatio, firma & stabilis imperpetuum permaneat, præsens donationis & confirmationis meæ scriptum, sigilli mei appositione munivi. Hiis Testibus *Roberto* de *Barkesword*, *Ada* de *Mulethorp*, *Simone* de *Briddeshale*, *Willielmo Hagget*, *Roberto Stabello*, *Nicholao Burdino*, *Thoma* filio *Thomæ*, & multis aliis.

Carta Henrici *de* Nevill, *de manerio de* Woodhuses.

Ex autographo in turri beatæ Mariæ Ebor.

OMnibus hoc scriptum visuris vel audituris, *Henricus* de *Nevell* salutem in Domino. Sciatis me dedisse & concessisse Deo & Canonicis Ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de **Marton**, pro salute animæ meæ, antecessorum & hæredum meorum, Manerium meum de **Woodhuses**, in puram & perpetuam elemosinam, cum dominio; & sine aliquo servitio: exceptis duabus bovatis terræ in **Apeltrewic**, quas intendo dare monialibus de **Wuncheton**. Et ego & hæredes mei prænominatis Ecclesiæ & Canonicis, prædictum Manerium cum pertinentiis & dominio, contra Paganos & Christianos warantizabimus in perpetuum. Hiis testibus *Eustachio* de *Killeston*, *Ingramo* de *Cornebugh*, *Paulino* de *Lilling* militibus, *Rogero* de *Stokesworth*, & multis aliis.

Confirmatio situs Prioratus de **Marton** *per Dominum* Petrum *de* Molalacu *tertium, Dominum feodi illius.*

Ex autogr. in bibl: *Hattoniana*

OMnibus hoc scriptum visuris, vel audituris, *Petrus* de *Malolacu* tertius, Dominus de **Pulgref** salutem in domino. Noverit universitas vestra, me pro salute animæ meæ, & *Nicolaæ* uxoris meæ, & pro animabus antecessorum, fratrum & hæredum meorum, & omnium fidelium defunctorum, concessisse, & hoc præsenti scripto confirmasse Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de *Martona* & Canonicis ibidem Deo servientibus, pro me, & hæredibus meis, successoribus, vel assignatis, in liberam puram & perpetuam elemosinam, omnes terras tenementa & possessiones cum pertinentiis suis, quas habent de feodo meo; videlicet situm Prioratus sui de **Martona**, & totam villam de *Martona*, cum pertinentiis suis, Et duas carucatas terræ cum capitali messuagio, & sex toftis in villa, & terri orio de **Corneburg**; & duas bovatas terræ, cum pertinentiis suis in **Queneby**. Et quatuor bovatas terræ cum pertinentiis suis in **Tiberington**; Et duas bovatas terræ, cum pertinentiis suis in **Thirneton**; Et unum toftum cum tribus acris terræ in villa, & territorio de **Welleburne**. Et duas acras terræ in territorio de **Bulmer**; Et unam bovatam terræ cum pertinentiis suis in *Flaxetona*. Et duas bovatas terræ cum pertinentiis suis in **Lilling**; Et octo bovatas terræ cum pertinentiis suis in **Shuriboton**; & clausuram, quæ vocatur *le Frith*, una cum duabus acris prati in marisco ejusdem villæ; Tenendum & habendum dictis Canonicis, & suis successoribus, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, quietam & solutam ab omnibus sectis Curiæ, consuetudinibus, servitiis, demandis, & districtionibus imperpetuum nisi in illo casu tantummodo quando pro scutagio districtio fieri debet, & hoc cum nulla alia tenementa de feudo meo, in potestate donatorum, & hæredum eorum, successorum vel assignatorum eorum, ubi districtio fieri debeat, poterunt inveniri: pro hac autem concessione & confirmatione, dicti Canonici, & eorum successores, die Obitus prædictæ *Nicolaæ* & mei, cum acciderit, singulis annis in eorum Ecclesia solempniter, & devotè celebrabunt. In cujus rei Testimonium huic scripto Chyrographato sigilla utriusq; partis alternatim sunt apposita. Hiis Testibus, Dominis *Roberto* de *Malolacu*, *Galfrido* de *Aguylon*, *Willielmo* de *Sancto Quintino*, *Willelmo Mal.* *Radulpho* filio *Willielmi*; *Johanne* de *Stayneoref*; *Johanne* de *Bulmer*; *Johanne* de *Ferlington*; *Johanne* de *Pothon*; *Nicholao* de *Riparia*; *Waltero* de *Perceay*; *Paulino* de *Lilling* militibus & aliis.

PRIORATUS

De Bethkelert *in agro* . . . .

Carta Regis Edwardi *primi, Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Cart. 14 E. 2. n. 5.

REx Archiepiscopis, &c. salutem. Accedentes ad nos frater *Madocus* Prior Domus *Vallis beatæ Mariæ* de Bethkelert, & frater *Hugo* concanonicus suus ejusdem Domus, nobis humiliter ac devotè supplicaverunt, ut cum omnia ædificia Prioratus ipsius, & Cartæ ac alia instrumenta sua de diversis terris & tenementis eidem Prioratui facta, cum eisdem edificiis per infortunium nuper combusta fuerant, securitatem aliquam de terris & tenementis prædictis sibi ac successoribus suis Deo servientibus in eodem loco catitatis intuitu facere curaremus. Et quia venerabilis pater *Amanus Bangorensis* Episcopus, misit nobis literas suas Patentes, per quas testabatur, se vidisse Cartas diversorum Principum Priori & Conventui loci prædicti factas; videlicet Cartam *Lewelini* magni, de tota terra Bydelulunt, de Fennant; Cartam *Lewelini* filii *Griffini* de omnibus terris filiorum *Izthael* de *Pennard*; Cartam *Lewelini* filii *Griffini* de tota terra hominum de Treban, apud Benynbemo, & Lethevraur; Cartam Domini *Oweni* de tota villa quæ vocatur Trevnuero, apud Bimidmeney; Cartam *Lewelini* filii *Griffini*, de tota terra illa & loco de Bethkelert; Cartam Domini *David* de tota terra Adoer apud Cpenaint: Cartam Domini *David* de tota terra Tegwaret, Clavre, Cneyr, de Penaut; & Cartam Domini *David* de tota terra quam habuerunt *Jorverd*, *Vab*, *Trefeyrat*, & *Steyraul* apud Cpennant. Nos dampnis innumeris, quæ prædicti Prior & Conventus sustuinerunt de combustione prædicta piè compatientes; ac laudabili testimonio prædicti Episcopi de Cartarum prædictarum inspexione fidem plenam adhibentes, Donationes prædictas, ob salutem animæ nostræ, & animarum antecessorum & hæredum nostrorum per prædictos donatores terrarum prædictarum Prioratui prædicto factas, acceptamus, & eas pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, prædictis Priori & Conventui, prout ipsi donationibus illis rationabiliter hactenus usi sunt, & eorum successoribus imperpetuum concedimus & confirmamus. His testibus, venerabili patre. *R. Bathon & Wellensi* Episcopo, Cancellario nostro; *Edmundo* Comite *Lancastriæ*, fratre nostro; *Gilberto* de *Clare* Comite *Gloucestriæ* & *Herefordiæ*, *Edmundo* Comite *Cornubiæ* consanguineo nostro; *Edmundo* de *Mortuomari*, *Willielmo* de *Breus*, *Roberto* filio *Johannis*, *Willielmo* de *Leyburne*, & aliis. Data per manum nostram apud *Cantuariam* x. die *Maii*.

PRIORATUS

De Bolton *in agro* Eboracensi.

De fundatione ejusdem.

Ex vet. membrana in turri beatæ *Mariæ Ebor.* An. 1120.

MEmorandum quod in Anno Dominii millesimo centesimo vigesimo, fundatum est Monasterium Canonicorum apud Emmesey *per Dominum* Willielmum Meschines, *& Dominam* Ceciliam *uxorem suam, Dominam & hæredem Honoris de* Skipton, *in honorem beatæ Mariæ semper Virginis & Sancti* Cuthberti *Pontificis, Anno Regni Regis* Henrici 21. H. 2. *filii* Willielmi *Regis Bastardi, vicesimo primo & Anno Pontificatus Domini* Turstini Eboracensis *Archiepiscopi secundo. Et dederunt Canonicis ibidem Deo servientibus, Ecclesiam de* Skipton, *cum Capella sua de* Carlton, *& totam villam de* Emmesey, *prout patet per Cartam sequentem.*

Cartâ fundationis Prioratus de Emmesey.

Vide Cart. 33. E. 1. n. 48. & 51. Et Pat. 5. E. 2. p. 2. m. 8.

TUrstino Dei gratia *Eborum* Archiepiscopo, & omnibus Sanctæ Ecclesiæ matris filiis, *Willielmus* de *Meschines*, & *Cecilia* uxor mea, salutem. Sciatis quod nos damus & concedimus *Reginaldo* Priori, Ecclesiam Sanctæ *Trinitatis* de Skipton, cum Capella sua de Carletone, cum omnibus pertinentiis & totam villam de Emmesey, cum omnibus pertinentiis suis, & rectis divisis suis, ad faciendam inde Ecclesiam Canonicorum Regularium in puram elemosinam pro salute animarum nostrarum, & antecessorum & successorum nostrorum. His Testibus *H.* Capellano, *Reginaldo Revel*, *R. Cementario*, *Everardo Cementario*.

Carta Ceciliæ *de* Rumeli, *de* Villa *de* Bildewyke.

Ib.

SCiant omnes qui sunt & qui venturi sunt, quod ego *Cecilia* de *Romeli*, dedi, concessi, Deo & Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ*, & Sancti *Cuberti* de *Embesea*, & Canonicis ibidem Deo servientibus totam villam de Childewic, cum molendino & soca molendini, cum Haga & omnibus pertinentiis, in bosco & plano, usque ad Aspsiche, & in aquis & in pascuis, & communitate totius pasturæ, in puram & liberam elemosinam, & absolutam ab omni seculari servitio

vitio, & consuetudine; & totam terram quam *Reginaldus Revel* tenuit in *Strattona*, pro salute animæ meæ, & parentum meorum, Ita quod ego, & gener meus *Willielmus*, nepos Regis Scotiæ Dunecani, obtulimus easdem per unum cultellum villas super Altare Sanctæ *Mariæ* & Sancti *Cuberti*. Hiis Testibus *Ada Suani filio*, & *Ranulfo* de *Lyndesceia*, & *Waltero* de *Vianes*, & *Waltero Flandrensi*, *Rogero Tempest*, & *Willelmo* de *Acres*, & *Richardo* filio *Esulfi*, & *Eltone Maleverer* & *Rogero Farsinton*, & *Simone* filio *Gaspatrie*, & *Willelmo* de *Rillistun*, & *Albredo* de *Farnhill*, & *Henrico* fratre ejus, & *Edwardo Camerario*, & *Osberto Fairchild*.

Carta Willielmi *nepotis* Regis Scotiæ.

lb. *Turstino Eborum* Archiepiscopo, & *Osberto* Archidiacono, *Willielmus* filius *Dunecani*, Nepos Regis *Scotiæ*, salutem. Notum sit vobis & omnibus Sanctæ matris Ecclesiæ fidelibus, quod ego & *Aeliz* de *Rumeili* uxor mea, dedimus & concessimus, & hac præsenti Cartâ confirmavimus Deo & Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ*, & S. *Cuthberto* de *Embesceia*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, Ecclesiam omnium *Sanctorum* de Broctune, cum omnibus pertinentiis suis, tam in terris quàm in decimis, in puram & liberam & perpetuam elemosinam, pro salute animarum nostrarum. Hiis Testibus *Alexandro* Abbate de Kirkestal; *Benedicto* Abbate de Sallay, *Ulfo* Decano, *Ranulfo* Constabulario, *Willielmo Flandrensi*, *Rogero Tempest*, *Rogero Faisington*.

lb. *Memorandum quod in Anno Domini* millesimo centesimo quinquagesimo primo *Anno* regni *Regis* Henrici *secundi*, *primo*, *Translati fuernnt dicti Canonici*, *per assensum*, *voluntatem*, *& ordinationem Dominæ* Aliciæ *de* Romalli, *tunc advocatæ*, *usque* Boulton: *Qua quidem* Alicia *dedit dictis Canonicis Capitale Manerium de* Boulton *in escambium aliarum terrarum*, *ut patet per Cartam quæ sequitur*.

Notum sit omnibus tam præsentis quam futuri temporis Sanctæ Ecclesiæ filiis, Quod ego *Adeliza* de *Rumelli*, consensu & assensu *Willielmi* filii, & hæredis mei, & filiarum mearum, dedi, concessi, & hac præsenti Cartâ confirmavi Deo, & Canonicis regularibus Sanctæ *Mariæ*, & Sancti *Cuberti Embesiæ*, totum Manerium de Bolton, cum omnibus pertinentiis suis, in bosco & plano, aquis, pratis, & pascuis, per istas divisas; scilicet à *Lungila* subtas Hajam que dicitur Lobwith, sicut descendit à Mora, quæ vocatur Lobwithflet, per ipsum Lungile, usque in aquam de Wherfe, & sic per ascensionem ipsius aquæ usque ad Berdenbec; & sic per Berdenbec usque ad Crosgekelde, & ad viam quæ vadit per Perebec, quæ est divisa inter Bgelton & Halton; & sic ad Hameldune versùs occidentem, per divisas de Berewick, usque perveniatur iterum ad Lungilbeved in moram juxta Lobwith, cum omnibus libertatibus, & omnibus liberis consuetudinibus, quas ego vel aliquis antecessorum meorum habuerimus, vel habere potuerimus, in eodem Manerio sine omni retenemento, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, in escambium pro duobus Maneriis, quæ fuerunt Canonicorum; Scilicet Stretone & Skibdune. Quare volo & præcipio, ut præfati Canonici habeant & teneant prædictum Manerium de Boulton, cum omnibus pertinentiis suis, per prænominatas divisas, cum omnibus libertatibus & immunitatibus, quas homo dare potest, benè & in pace, liberè, & quietè, solutè ab omni seculari servitio, consuetudine, & exactione cuilibet mortalium pertinente, sicut liberam, puram & perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ, & prædecessorum meorum & successorum meorum. Hoc autem escambium ego & hæredes mei prænominatis Canonicis imperpetuum warrantizabimus. Hiis testibus, *Wil.* filio meo de Egremont; *Ada* filio *Suani*; *Henrico* filio *Suani*, *Osberto* Archidiacono, *Willielmo Flandrensi*, *Arturo*, *Heltone Maleleporario*; *Jordano* filio *Esulfi*: *Rogero Tempest*, *Rogero Faisington*; *Simone Muhaunt*, *Petro* de *Morton*, *He*.. de *Ebor*. *Willelmo* de *Rillestun*; *Ketello* filio *Torsini*, *Roberto Macun*; *Edwardo Camerario*; *Rogero Muncin*; *Albredo* filio *Cl.berni*, *Ada* de *Fernhil*; *Hano Fauvell*, *Galfrido Mori*, & multis aliis.

Carta Regis Henrici *secundi*.

Henricus Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ* & lb. Comes *Andegaviæ*; Justiciariis, Vicecomitibus, Baronibus & omnibus fidelibus suis de *Eborascire* salutem. Concedo quod Canonici Sancti *Cuberti* de Craven teneant bene & in pace, liberè & quietè, honorificè & juste, Escambium suum, scilicet Boelton, quod dedit eis *Adelizia* de *Rumeli*, pro Stibeton, & Stretton, sicut Carta ejusdem *Adelizie* testatur. Testibus Comite *Reginaldo* apud Nottingeham.

Carta Aeliz *de* Rumilly, *de divisis de* Emesay.

Aeliz de Rumilly omnibus Sanctæ Ecclesiæ lb. filiis salutem, Noverit Universitas vestra me concessisse & præsenti Cartâ confirmâsse pro me & hæredibus meis, Deo & Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de Boelton, & Canonicis ibidem Deo servientibus, omnes illas terras & possessiones, quas *Wil. Meschines* & *Cecilia* de *Rumely* dederunt & concesserunt dictæ Ecclesiæ beatæ *Mariæ* & Sancti *Cuberti* de Embesay, & Canonicis ejusdem Ecclesiæ tunc apud *Embesiam*, nunc apud Boelton commorantibus, de dicto loco de Embesay usque Boelton, de voluntate, assensu & ordinatione mea, translatis; scilicet villam de Embesay, cum omnibus pertinentiis suis in bosco & plano, aquis, moris, pascuis & pasturis; videlicet à divisis villarum de Skipton & Skibedon, ad usq; divisas villæ de Killeston, & Berdene in longitudinem; & à dominica *Haya* mea de Crokeris, usque in le Routandebelt in latitudine, sine ullo retenemento: Villam de Childewick, cum molendino, & soccha molendini & haya cum omnibus aliis pertinentiis suis, in bosco & plano, aquis, moris, pascuis & pasturis, videlicet à divisis de Fern-

hill

hill, usq; ad divisas de Sileseden; scilicet usque ad Aspesike; & sic sequendo Aspesike, usque in aquam de Ayre, sine omni retenemento.

Concedo etiam eisdem Canonicis & confirmo, locum qui Stede dicitur, & totam terram inter Poseford, & Spectebek, & aquam de Werfe, & Walkesburn: præterea do & concedo, & hac præsenti cartâ confirmo præfatæ Ecclesiæ de Boelton, locum ipsum & totam villam de Boelton, ad fundandum ibidem Ecclesiam Canonicorum regularium, cum omnibus pertinentiis suis, & suis rectis divisis, sicut patet in Carta mea, quam inde habent: Et in Skipton quatuor mansuras terræ; & in Malghum duodecim bovatas terræ, quas *Helt Malleserer* eis dedit. Præterea concedo præfatæ Ecclesiæ Canonicis de *Brelton*, liberam chaceam, in omnibus terris & boscis suis in feodo meo, ad omnimodas feras schaciandas, & capiendas, & omnem decimam feram capram in schacia mea in dominicis, boscis meis, & schaciis in Craven. Quare volo ut prænominata Ecclesia sanctæ *Mariæ* de Boelton, & Canonici ejusdem Ecclesiæ, habeant & teneant omnes supradictas terras, & possessiones & libertates, benè & in pace, justè & honorificè, liberè & quietè, in liberam puram & perpetuam elemosinam sine ullo retenemento in perpetuum, ita liberè, sicut aliqua elemosina liberiùs concedi potest, vel confirmari. Hiis testibus *Ada* filio *Swani*, *Henrico* filio *Swani*, *Osberto* Archidiacono, *Willelmo Flamang*, *Arturio*, *Helt Malleverer*.

Carta Henrici *de* Traches *& uxoris suæ* Ceciliæ.

Ib. SCiant omnes qui sunt & qui venturi sunt, quod ego *Henricus de Traches* & uxor mea *Cecilia* concedimus & volumus Deo & beatæ *Mariæ* & Ecclesiæ de Emsete, & Canonicis ibidem, totam Chyldewyke, cum omnibus decimis, & oblationibus & commoditatibus eidem villæ pertinentibus, cum molendino & totam fossam molendini in puram & perpetuam elemosinam, liberam ab omni re, & servicio seculari, & exactione. Hiis Testibus *Thoma* Capellano. *Heltone Maleverer*, &c. *Willelmo* de *Carlton* filio, *Rogero Tempest* Clerico de Skipton, *Johanne* de *Aduggin*, cum multis aliis.

Carta Adelizæ *de* Rumelio.

Ib. ADel'za de *Rumelio*, omnibus sanctis filiis salutem. Sciatis me concessisse, & confirmâsse Deo & sanctæ *Mariæ* & Canonicis de Bolton, totam villam de Chyldewyke cum decimis & oblationibus, & cum molendino ac totam socam molendini, atq; totam terram quam habent & tenent in villis de Fernhill, & *Conanlia*, cum omnibus aliis commoditatibus ad villam Childwike pertinentibus, in puram & perpetuam elemosinam, liberam & quietam ab omni seculari servitio & exactione; Ita verò quod aliud molendinum infra socam ab aliquo hominum, sine voluntate & consensu Canonicorum non fiat, nec habeatur. Si quis autem de prædicta soca renuerit venire, ad prædictum molendinum, & repertus fuerit veniens ab alio molendino non solito, saccus & bladus & equus & forisfactum erunt Canonicorum; quas villas antecessores mei dederunt eis. Hoc do pro salute animæ mei patris, & matris, & antecessorum meorum. Hanc utiq; concessionem testantur *Osmundus* Capellanus, & filius ejus *Simon*, *Radulfus* de *Sosela*, *Hamundus* de *Bradley*, & *Hamundus* filius ejus, *Willelmus* filius, *Ricardus* d' *Altaripa*, *Johannes* Capellanus de Skypton, & alii.

Carta Regis Edwardi *secundi Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

REx omnibus ad quos &c. salutem. Sciatis quod nos Donationem & concessionem quas *Willelmus* le *Meschyn* & *Cecilia* de *Rumelio* uxor sua fecerunt *Reginaldo* Priori de Ecclesia sanctæ *Trinitatis* de Skipton, cum capella de Carleton, & de tota villa de Emmesay cum pertinentiis, & rectis divisis suis ad fundandam inde Ecclesiam Canonicorum regularium Donationem etiam & concessionem, quam præfata *Cecilia* de *Rumely*, fecit Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* & sancti *Cuthberti* de *Embeseya*, & Canonicis ejusdem Ecclesiæ de tota villa de Chyldwyke, cum molendino & Socha molendini, cum haia, & omnibus pertinentiis suis. Donationem etiam & concessionem quas eadem *Cecilia* fecit Deo & beatæ *Mariæ* & sancto *Cuthberto* de Emmesay, & Canonicis ibidem Deo servientibus de molendino de Stigleden cum omni multura ejusdem villæ & opera molendini quod eidem *Ceciliæ* debebatur, & cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus quas prædicta *Cecilia* habuit in prædicto molendino. Concessionem etiam & confirmtionem, quas *Alicia* de *Rumely* fecit Deo & Ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de Boulton, & Canonicis ibidem Deo servientibus, postquam dicta Ecclesia de Emmesay, usq; ad locum illum de Boulton translata fuit de villa de Emmesay, cum omnibus pertinentiiis suis, de villa de Chyldewyke, cum molendno, & socha molendini, & cum omnibus aliis pertinentiis suis. Necnon concessionem & confirmationem: quas eadem *Alicia* fecit eis de loco qui Stede dicitur, & de tota terra inter Poseford & Spectesbec, & ab aqua de Werfe usq; ad Walchesburn.

Pat. 5. E. 2. p. 2. m. 8.

Donationem insuper & Concessionem & confirmationem, quas eadem *Alicia* fecit præfatæ Ecclesiæ de Boulton de loco ipso, & tota villa de Boulton, cum omnibus pertinentiis suis & de octo solidatis redditus in Walton de terra *Haldredi* filii *Cliburnii*; & de quatuor mansuris terræ in Skipton. Necnon & confirmationem, quam eadem *Alicia* fecit eisdem Ecclesiæ & Canonicis de duodecim bovatis terræ in Malgum, quam *Helto Malleserer* eis dedit: ac concessionem quam eadem *Alicia* fecit eisdem Ecclesiæ & Canonicis de liberâ in chacea in omnibus terris & boscis suis in feudo

ipsius

ipsius *Alicie*, ad omnimodas feras chaciandas & capiendas; & de omni decima fera capta in chacea ipsius *Alicie*, in dominicis, boscis suis & chaceis in **Craven**. Donationem etiam, & concessionem, quas eadem *Alicia* fecit dictis Ecclesiæ & Canonicis de **Boulton**, de una placea, in singulis villis suis & hamlettis ad grangias suas decimarum faciendas; & de communi pastura omnibus averiis suis, cum propriis averiis ipsius *Alicie*, tempore autumpnali, tam in boscis, quàm in moris, & campis, quæ decimas suas carriaverint, & de libero transitu cum plaustris, carectis & equis, ultra terras ipsius *Alicie*, & pasturas cariandi decimas suas, & alia bona sua, ubi voluerint. Concessionem etiam, & confirmationem, quas *Isabella* de *Fortibus* Comitissa *Albemarlie* & *Devonie*; ac Domina *Insule* fecit Deo & præfatis Ecclesiæ & Canonicis de **Boulton**, de villis de **Wygedone** & **Brandone** cum omnibus pertinentiis suis; & de uno messuagio, & uno toffo, & duabus carucatis terræ in **Wethetone** & **Halthault**, cum omnibus pertinentiis suis: Et de uno messagio & novem bovatis terræ cum omnibus pertinentiis in **Roudone**, & de sex burgagiis in **Harwode**, & tribus assertis quæ vocantur **Bancroft**, **Wytlaycroft** & **Augrum**, cum omnibus suis pertinentiis in eadem villa; & duabus acris terræ apud **Berebiam**, & de molendino de **Harwode**, & **Hethervis**, cum sectis totius Parochiæ prædictæ de **Harwode**, & cum attachiamento stagnorum in terris ipsius *Isabella*, quoties necesse fuerit; & de duodecim carectis bosci, annuatim percipiendis in bosco ipsius *Isabella* de **Langwode**; & de omnibus aliis terris, tenementis, & redditibus, quæ iidem Canonici habent in **Wytheton**, **Helthault**, **Harwode**, **Wynerdelay**, **Wygedon**, **Brandon**, & **Roudon**, & ubicunq; in feodo ipsius *Isabelle* de **Harwode**, ex dono & Concessione sua, vel antecessorum suorum.

Concessionem etiam quam eadem *Isabella* fecit Deo & præfatis Canonicis de **Boulton** de dictis molendinis de **Harwode**, cum tota illa placea, quæ vocatur le **Milnegrene**, sicut includitur fossato; & de licentia stagni & aquæductus dictorum molendinorum purgandi, demundandi, & etiam ampliandi de terra ipsius *Isabella*, si necesse fuerit, quotiens dictis Canonicis visum fuerit expedire. Concessionem etiam donationem & confirmationem quas *Jacobus* de *Eston* fecit Deo, & beatæ *Mariæ* & Priori & Conventui dicti loci, de toto Manerio de **Apeltrewyk** de **Boulton**, cum toto dominio ejusdem Manerii, & omnibus pertinentiis suis, libertatibus, & eysiamentis, dicto Manerio qualiterunq; pertinentibus, unà cum mineriis, weyvis, Tolloniis, & stallagiis, sine ullo retenemento; tutas habentes & gratas eas, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, eisdem Priori & Conventui de **Boulton**, & successoribus suis, concedimus & confirmamus, sicut Cartæ & scripta prædictorum donatorum, quæ inde habent, rationabiliter testantur. In cujus &c. T. Rege apud *Eboracum xviii.* die *Martii*. Per finem viginti marcarum factum coram Rege.

Appropriatio Ecclesiæ de **Skipton** *per* Thurstinum **Ebor.** *Archiepiscopum.*

UNiversis Christi fidelibus præsentes literas inspectu is, *Willelmus* permissione divina *Eboracensis* Archiepiscopus, *Anglia* Primas, Salutem in omnium Salvatore. Noveritis quod nos literas subscriptas, non rasas, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua parte earumdem viciatas, vidimus & inspeximus, tenores continentes subscriptos. *P.* Dei gratia *Eboracensis* Archiepiscopus, tam futuris quam præsentibus fratribus & filiis in Christo salutem, & Dei benedictionem. Quia novellam religionis plantacionem sub cura nostræ sollicitudinis pius pastor nuper inseruit, equidem justum est & pro officio nobis divinâ miseratione imposito, valdè nobis permecessarium; ut eandem frequenti & benigna consolatione rigare, & sollerti vigilantia non solum extollere, si plus magis propagare intendamus: Unde nos Ecclesiam sanctæ *Trinitatis* de **Skipton**, cum Capella sua de **Carleton**, & omnibus pertinentiis suis, quam dilectus filius noster *W. Meschini* & uxor sua *Cecilia* de *Rumelio* liberam *Reginaldo* Priori, ad fundandam & construendam inde Ecclesiam Canonicorum regularium contulerunt eisdem concedimus, & eos in perpetuam personam ejusdem Ecclesiæ, Episcopali auctoritate suscepimus. Ut autem libera Episcopalis mansuetudo opus Dei inceptum in melius promoveat, omnes jam dictæ Ecclesiæ fructus, præfatis Canonicis in proprios usus concedimus, & eandem Ecclesiam liberam & quietam a Synodalibus, & omnibus Episcopalibus consuetudinibus, consensu & assensu *Willelmi* Decani & totius *Eborum* Capituli esse perpetuò sancimus. Hoc verò sub sigilli nostri testimonio, ut ratum & firmum sit futuris temporibus denunciamus. Valete. Ex autog. in bibl. Hattonia-na.

Appropriatio Ecclesiæ de **Hildewyke.**

THurstinus Dei gratia *Eboracensis* Archiepiscopus omnibus Dei fidelibus salutem in eo qui est vera salus. Cum boni pastoris sit custodiæ gregis sibi commissæ devotione invigilare fideli; etiam inter vitæ pabula his qui minus abundant, opera misericordiæ multotiens impartiri tenetur, sed ad horum profecto indigentiam sublevandam, manum largitatis potissimùm extendere debet, qui cunctis pro Christo spretis ob vitæ præmium ejus se pauperes ultrò fecerunt. Hinc ergò est quod ad præsentationem dilectæ filiæ nostræ *Cecilie* de *Rumelio*, *Reginaldo* Priori, & sancto Collegio beati *Cuthberti* de **Dunelm**, Ecclesiam sancti *Andreæ* de **Hildewyk** tribuimus, & eam in proprios usus habendam eorum inopiæ commiserantes eis Episcopali munificentia, salvis Synodalibus, & Episcopalibus consuetudinibus, in perpetuum concedimus. Valete. Ib.

Appropriatio Ecclesiæ de Preston.

HEnr. Dei gratia Eborac. Archiepiscopus, omnibus Christi fidelibus ad quos præsens pagina pervenerit, salutem in Domino. Cum ex pastorali sollicitudine, quâ Deo auctore fungimur, subjectorum nobis curam paterno affectu tenemur explere; Ad eos maximè ex beneficio misericordiæ obtutum dirigere debemus, qui sua relinquentes, pauperes Christi se ultrò fecerunt: Hinc est quod ad petitionem & præsentationem dilecti filii nostri *Walteri* de *Amundevilla*, Priorem, & Collegium Sancti *Cuthberti* de Emmesey, ad Ecclesiam Sanctæ *Mariæ* de Preston suscepimus, & eam cum omnibus pertinentiis suis Episcopali autoritate dictis Canonicis perpetuò concessimus. Ut igitur hæc nostra concessio integra perpetuò perseveret, eam præsentis scripti munimine confirmamus. His testibus, *Osberto* de *Bains* Archidiacono *Eborum*; *Arkillo* Decano, *Richardo* Clerico de *Prestona*.

Carta Prioris de Huntendone *super subjectione domus de* Boelton.

Ex autographo in turri beatæ *Mariæ Eboraci.*

WIllel. dictus Prior S. *Mariæ* de Huntresum, & ejusdem loci humilis Conventus, omnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis ad quos præsens scriptum pervenerit, salutem in domino. Ad universitatis vestræ notitiam volumus pervenire nos ratam & gratam habere pacem, & concordiam inter nos, & Priorem, & Canonicos de Boelton factam, per *R.* Abbatem de *Neubus*, & *S.* Decanum *Eboraci*, & *R.* Archidiaconum *Leicestriæ*, Judices communi partium assensu, à *Celestino* Papa tertio delegatos, super subjectione domus de Boelton, quam petebamus coram eis, secundùm quod continetur in literis eorum sigillis signatis; Et ut hæc pax rata perpetuis temporibus perseveret, eam præsentis sigilli nostri appositione dignum duximus roborandam. Testibus *Stephano* Priore, & Canonicis de Wirkesop, Magistro *Gerardo* de *Hoilande*, Magistro *Gregorio*, Magistro *Michaele* de *Walering*, Magistro *Simone* de *Bertun*, *Nicholao* Persona de Micheltile, Magistro *A.* Clerico Magistri *Simonis* Decani *Eborum*; *Petro* & *Johanne* Canonicis Capellæ Archiepiscopi *Ebor.* *Alano* de *Westune*, *Ada* de *Brinsale*, *Rogero* de *Aere*, *Richardo* de *Walering*, *Galfrido* de *Rie*, *Willielmo* de *Rodeberg*, *Bartholomeo Tillemer*, *Henrico* de *Rednes*.

Carta de absolutione Prioris de Boelton *de subjectione Priori de* Huntendone.

Ib. VEnerabili domino, & patri in Christo charissimo. *G.* dei gratia Archiepiscopo *Eborum*, & *Angliæ* Primati, *R.* de Eiseburn & *W.* de Marton Priores, salutem & debitam in omnibus obedientiam. Ad vestram noticiam volumus pervenire, nos, autoritate Apostolica, in causa quæ vertitur inter Priorem, & Canonicos de Boelton & Priorem & Canonicos de Huntedone, super subjectione Domus de Boelton, & super sententia à Præcentore *Eborum*, & Priore de *Novoburgo*, & Archidiacono de Cliveland, pro jam dictis Canonicis de Boelton, solempniter & Canonicè lata, ordine judiciario processisse, & præfatis Priori, & Canonicis de Huntedon super vexatione Prioris & Canonicorum de Boelton, & ipsius Domus subjectione, imperpetuum silentium, consilio virorum discretorum, & juris peritorum, per sententiam definitivam imposuisse: Hoc autem ideo vestræ discretioni significamus, ut luce clariùs possit vobis constare, dominum *London.* & Archidiaconem *London.* & Abbatem de Waltham, quos præfati Prior, & Canonici de Huntendone judices elegerant, in ipsa causa nihil de jure posse statuere, cum literæ à domino Papa *Celestino* tertio, super eadem causâ, nobis directè sint revocatoriæ, quarum autoritate cognita ipsius causæ pleniùs veritate, præfatum Priorem & Canonicos de Boelton, à prædictorum Canonicorum de Huntendone absolvimus vexatione, unde vobis necessariò duximus intimare, ut si quid, occasione dicti mandati, domino *London.* & collegis suis directi, per aliquos in vestra diocesi constitutos, contra Canonicos de Boelton excomunicati mandatum sit; Nos illud Apostolica fretus autoritate, & nostra irritetis, & denuncietis per vestram diocesim non tenere. Si verò aliquos illorum executores pertinaces inveneritis, quominus velint ab exequtione à domino *London.* sibi injuncta desistere, vobis firmiter injungimus, ut in eis graviùs animadvertetis, valete.

Carta Prioris de Bolton *facta domino* Johanni *de* Insula *super Cantaria sex Capellanorum in Ecclesia de* Harewood.

Ex autog. in turri *Mariæ Ebor.*

NOtum sit omnibus, quod licet Prior & Conventus de Bolton in Craven concesserint *Johanni* de *Insula*, domino de *Rubeo monte*, quendam annuum redditum centum librarum percipiendum sibi, & hæredibus, suis de omnibus terris, & tenementis dictorum Prioris & Conventus in Roudon, Wigdone, Brandon, Hildewyk, Halton, Emmesey, Essby, Apeltrewik, Walghom, Penvesthorp, & Holmeton, prout in quodam scripto, sibi indè confecto pleniùs continetur; dictus tamen *Johannes* vult, & concedit, pro se & hæredibus suis, quod si prædicti Prior, & Conventus perfecerint, & manutenuerint quandam cantariam, sex Capellanorum in Ecclesia de Harewode, vel septem Capellanorum in Ecclesia sua de Bolton, & etiam servierint omnes alias conventiones juxta ordinationem, & concordiam inter eos initas, & concordatas; vel si prædictus *Johannes*, & hæredes sui non servaverint ex parte sua, dictas conventiones, prout in quadam alia Indenturâ inter eos inde factâ pleniùs continetur; quod dictus annuus redditus cesset, quousq; prædicti Prior & Conventus in faciendo dictas conventiones

tiones, seu earum aliquam, defecerint; & si fortè defecerint, & dictus *Johannes*, & hæredes sui, ex parte sua, eas plenè servaverint, in suo robore perseveret, in forma qua in dictâ Indenturâ plenius continetur. In cujus rei Testimonium sigilla partium præsentibus alternatim sunt appensa. Dat. apud Bolton, supradicto die *Mercurii* proxima post festum sancti *Leonardi*, Anno Regni Regis *Edwardi* tertii à 26. E. 3. Conquestu *Angl.* vicessimo sexto.

Irrotulatur in dorso Clausarum 26 E. 3. mense *Novemb.*

PRIORATUS

De Kirkham, *in agro* Eboracensi.

Carta Fundationis ejusdem.

Ex Registro de *Belvoir* penès Comitem *Rutlandiæ*. Cart. antiq. V. Vide Cart. 10 E. 2. n. 33, & Pat. 10 E. 3. p. 1, m. 8.

Universis Dei gratia *Ebor.* Archiepisc. & *Galfrido* eadem gratia *Dunelm.* Episcopo & successoribus eorum, *Walterus Espec*, & *Adelina* uxor ejus salutem: Sciatis nos concessisse, & dedisse Deo & Ecclesiæ S. *Trinitatis* de Kirkham, & Canonicis ibidem Deo servientibus, consensu *Henrici* Regis *Anglorum*, & consensu nostro, & auxilio; consensuq; nepotum meorum filiorum, videlicet sororum mearum; & pro animabus patrum, & matrum nostrarum, & omnium parentum, & benefactorum nostrorum, & omnium fidelium defunctorum, in liberam & perpetuam elemosinam; videlicet totum Manerium de Kirkham in bosco, & plano, in terris, & aquis; in pratis, & pascuis, in pasturis, & molendinis, & omnibus omninò eidem loco pertinentibus. Et Ecclesiam parochialem de Kirkham, cum una Carucata terræ, & omnibus eidem Ecclesiæ pertinentibus. Et Ecclesiam de Helmesley, cum una Carucata terræ, & omnibus eidem Ecclesiæ pertinentibus; & monimatim tres toftas, scilicet toftum Canonicorum, & toftum Presbiteri, & toftum *Aldredi*; & Ecclesiam de Kirkeby in *Crandala*, cum una Carucata terræ, & omnibus eidem Ecclesiæ pertinentibus; & Ecclesiam de *Gartona*, cum una Carucata terræ, & omnibus eidem Ecclesiæ pertinentibus; & nominatim campum, quem vocant *Flatum* S. *Michaelis*, & totam villam de Westhorne, cum septem Carucatis terræ, & omnibus eidem villæ pertinentibus, in bosco & plano, in terris, & pascuis, & omnibus omnino rebus.

Et totam villam de Whitewella, cum novem Carucatis terræ in bosco, & plano, in pratis, & piscuis, & omnibus eidem villæ pertinentibus: Et in *Sextendala* octo Carucatas terræ cum omnibus eidem terræ pertinentibus; & decimam denariorum de Firmis meis, & de malis Maneriorum meorum; & nominatim de villa, & molendino de Helwsom, & piscationem aquæ de Derwent, circa Helwsom & meas domos de *Eborac.*: Et decimam *Lyntonia* de meo dominio: Et idem Canonici habebunt decimas cervorum, & porcorum, & caprearum, & ferarum silvestrium, quæ vel ego, vel potteri mei capiemus; & volatilium, quæ capientur per meas riveras: Et proprii porci Canonicorum, & hominum suorum, qui nutriti sunt in his suis terris supranominatis, erunt in bosco de Helmesley, quieti de pasnagio; scil. Canonici habebunt inde pasnagium: Et animalia, & pecora eorundem Canonicorum ibunt ubiq; cum animalibus, & pecoribus meis, & hæredum meorum in eadem pastura; & ubi ego, & hæredes mei accipiemus boscum, ad nostras necessitates, ibi & Canonici accipient. Et homines Canonicorum habebunt ubiq; communem pasturam cum hominibus meis.

Præterea concessimus, & donavimus eisdem Canonicis in Northumberland, totam villam de Carram super *Twedam* fluvium, & Ecclesiam ejusdem villæ cum omnibus eidem villæ & eidem Ecclesiæ pertinentibus; in terris, & aquis, in pratis, & pascuis, in pasturis, & molendinis, in divisis & consuetudinibus: Et unam mansuram in Werch; & totam villam de *Tyselintona*, cum omnibus eidem villæ pertinentibus in bosco & plano, in pratis, & pascuis, & in divisis, & consuetudinibus, & Ecclesiam de Hilderstune, cum omnibus eidem Ecclesiæ pertinentibus; & Ecclesiam de Newton in *Glendala*, cum omnibus eidem Ecclesiæ pertinentibus: Et omnes meas dominicas decimas, & nominatim decimam denariorum de cemu terrarum mearum in Northumberland: Et duas partes decimæ de dominio de Wyndsom, & de Horstune, & de molendino de Horstune & si dedero alicui homini aliquam de terris supranominatis, semper decima remanebit Ecclesiæ S. *Trinitatis* de Kirkham.

Hæc omnia supradicta concessimus, & donavimus prædictis Canonicis in elemosinam solam, & quietam ad tenendam ita benè, & quietè, liberè, & honorificè, sicut unquam meliùs, & liberiùs habuimus, & tenuimus, cum omnibus liberis consuetudinibus; & sicut alii Canonici Regulares liberiùs, meliùs, & quietiùs tenent in tota *Anglia*; Et concedimus ea quieta esse, de omnibus terrenis servitiis, quæ nobis, & successoribus nostris pertinebant, salvâ dignitate S. *Petri Eboraci*, & Ecclesiæ *Eboracensis*, & Archiepiscopi ejusdem Ecclesiæ, & salva dignitate Ecclesiæ S. *Cuthberti Dunelmensis*, & Episcopi ejusdem Ecclesiæ. His Testibus *Willielmo* de *Buyssy*, & *Jordano* de *Buyssy*, & *Rogero* de *Buyssy*, filiis *Hawisiæ* sororis meæ primogenitæ, & *Galfrido* de *Trailli*, & *Willielmo* de *Traill*, & *Nicholao* de *Traille*, & *Gilberto* de *Traili*, filiis *Albredæ* sororis meæ secundæ, & *Everardo* de *Roos*, & *Roberto* de *Roos*, filiis *Audelinæ*, sororis meæ junioris. Et *Theodorico* Presbitero & Vicario de Helmesley; & *Waltero* Capellano, & *Huberto* Capellano, *Briano* Clerico & *Drui* de *Haram*, & *Thoma* fratre ejus, & *Roberto* de *Sproston*, & *Roberto Lenvesiz*, *Petro* de *Saundevalle*, & *Willielmo* fratre suo, *Roberto* de *Barkerthorp*; *Wal-*

tero de *Cancy*; *Willielmo* de *Barneville*; *Willielmo* de *Staingrive*, *Willielmo Lovel*, *Alano* filio *Pagani*, *Hugone Canin*, *Johanne Inglay*, *Roberto* de *Botelesdan*, *Hugone Bonefacio*, *Bertramo* de *Bulemere*, *Will.* filio *Serlonis*, *Beringar. Arbalistario*, *Osberno Puncerna*, *Goldwino* de *Husum*, & *Hugone Lenveseiz*, *Willielmo* de *Haram*, *Luc* & *Walter*, *Stephano Murdak*, & *Roberto* de *Waburg*.

Secunda Fundatio Prioratus de Kirkham.

Ex Cartulario de Kirkham in bibl. Cotton. fol. 134. b.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Walterus Espec* dedi & concessi Canonicis de Kirkham Ecclesiam de Kirkham cum una carucata terræ, & omnibus eidem Ecclesiæ, pertinentibus. Et Ecclesiam de Garton, cum una carucata terræ, & cum omnibus eidem Ecclesiæ pertinentibus, & nominatim quem *Fistum* sancti *Michaelis* vocant. Et Ecclesiam de Kirkelit Crandale cum una carucata terræ, & cum omnibus eidem Ecclesiæ pertinentibus. Et Ecclesiam de Helmesle, cum una carucata terræ, & cum omnibus eidem Ecclesiæ pertinentibus: Et tres toftas; scilicet *Toftam Canonicorum*, & *toftam Presbiteri*, & *toftam Alvredi*: Et in Kirkham *xxiv.* acras terræ, quæ sunt inter boscum & aquam de Derwent, & meum novum gardinum, & mansuram, quam *Radulfus* Presbiter ibi habuit. Et proprii porci Canonicorum ibunt in boscum meum de Kirkham, sine panagio cum suo nutrimento, & segetem suam ad molendinum meum molent sine multura, & decimum denarium habebunt de firma molendini.

Præterea concessi eis septem carucatas terræ de Winestowe, cum toto instauramento quod fierit in eadem villa post decessum meum, nisi in vita mea eis dare voluero. Et pro decima quinque carucarum de Tillesson, & pro decima *iv.* carucarum de Gaif, & pro omnibus quæ Canonicis pertinebant, quæ modo habent Abbas & Monachi *Rievallis*, donavi eis meum purprisum de Kirkham, & domos meas & molendinum, & prata mea & omnia quæ habui inter boscum & aquam, & piscationem de aqua de Kirkham & de Husum; & totam villam de Wittewille cum novem carucatis terræ, in bosco & in plano, & in omnibus quæ villæ pertinent, & in Sertendale *iv.* carucatas terræ, & post decessum meum alias *iv.* carucatas, quas habeo in manu mea de octo quæ sunt in eadem villa, nisi in vita mea eis dedero; & hoc cum toto instauramento quod ibi erit in illa die.

Et apud Helmesle ibunt animalia & pecora Canonicorum, cum animalibus & pecoribus *Walteri Espec*, in una pastura; & ubi *Walterus* accipiet boscum ad suas necessitates, ibi & Canonici accipient: Et homines Canonicorum habebunt communem pasturam cum hominibus villæ, & porci Canonicorum & hominum suorum qui nutriti sunt in his terris suis supranominatis erunt in bosco de Helmesle sine panagio; set Canonici habebunt panagium, & Canonici habebunt decimam cervorum & porcorum & caprearum & terarum silvestrium, quæ *Walterus* & posteri sui capient, & similiter volatilium, quæ capientur per suas Riverias, & decimas denariorum de firmis suis, & de mala Maneriorum; & nominatim de Husum, & de molendino de Husum, quod factum est apud Fudeston super ripam aquæ de Derwente: Et meas domos de *Eboraco*; & decimam *Lintoniæ*; & in Northumberland totum Manerium de Titlington, & Ecclesiam de Bilberton, cum omnibus eidem Ecclesiæ pertinentibus. Et Ecclesiam de Newton in Glendale, cum omnibus eidem Ecclesiæ pertinentibus & totam terram *Ulfkilli* Clerici. Et Ecclesiam de Barram super *Tweedam* fluvium, cum omnibus eidem Ecclesiæ pertinentibus, & totam villam de Barram, cum omnibus eidem villæ pertinentibus, in terris & aquis, in pratis & pascuis, piscariis, molendinis, & in divisis, & in consuetudinibus ejusdem villæ. Et totam terram *Ulfkilli* Clerici, quam de me tenebat in eadem villa, sicut alii liberi homines ejusdem villæ per easdem devisas.

Et omnes meas dominicas decimas, & nominatim decimam denariorum de censu terrarum mearum de Northumberland. Et si dedero alicui aliquam ex terris illis, semper decima remanebit Ecclesiæ S. *Trinitatis* de Kirkham. Hæc omnia supradicta concessi & donavi Priori & Canonicis S. *Trinitatis* de Kirkham, ita benè & quietè, liberè & honorificè, sicut melius & liberius unquam habui, cum omnibus liberis consuetudinibus, & sicut Canonici ejusdem ordinis liberius & quietius habent. Et concedo ea esse quieta de omnibus terrenis quæ mihi & successoribus meis pertinent, salva dignitate Ecclesiæ sancti *Petri Eboraci*, & Archiepiscopi ejusdem Ecclesiæ; & salva dignitate Ecclesiæ S. *Cuthberti Dunolmiæ*, & Episcopi ejusdem Ecclesiæ. Hiis testibus, *&c.*

E Libello Alfredi Rievallensis *Abbatis, de bello Standardico.*

ADfuit & *Walterus Espec* vir senex, & plenus dierum, acer ingenio; in consiliis prudens, in pace modestus, in bello providus, amicitiam sociis, fidem semper Regibus servans. Erat ei statura ingens, membra omnia tantæ magnitudinis, ut modum excederent; & tantæ proceritati congruerent; capilli nigri; barba prolixa; frons patens & libera; oculi grandes, & perspicaces; facies amplissima, tractitia tamen; vox tubæ similis, facundiam quæ ei facilis erat quadam soni majestate componens. Erat præterea nobilis carne, sed Christianâ pietate nobilior; nempe cum liberis careret, hæredibus, licet ei strenui nepotes non deessent; de optimis tamen quibusq; possessionibus suis Christum fecit hæredem: Nam in loco amœnissimo, Kirkham nomine, Monasterium Regularium condidit Clericorum, multis illud donariis ornans, & ditans possessionibus.

Leland. Collectanea. vol. 2. p. 312.

Com-

Concordia inter Priorem de Birkham *&* Willielmum *de* Ros *super Chaciam ejusdem Prioris in terris dominicis præfati* Willielmi *in boscis de* Hamelak.

Ex Regist. Cartarum Hospitalis S. Leonardi Eborac', in bibliotheca Cottoniana, fol. 30. b.

NOtum sit omnibus ad quos præsens scriptum pervenerit, quod cum placitum aliquando motum esset per Breve Domini Regis, inter *Hugonem* Priorem de Birkham petentem, & *W.* de *Roos* defendentem, de Chacia habenda in boscis, & moris de Hamelak; amicabiliter in hunc modum conquievit, die Sancti *Martini* anno gratiæ *MCCLxi*; videlicet quod dictus *Willielmus* de *Roos* concessit & dedit pro se & hæredibus suis, Priori & Conventui de Birkham imperpetuum, unum rostum in Pockle, liberum ab omni servitio: Concessit etiam, quod idem Prior & Conventus liberum habeant transitum, tam per boscos, quàm per moras ipsius Domini *Willielmi* de Hamelak, & hæredum suorum ubicunq; excepto parco: Dabunt etiam dictus Dominus *Willielmus* & hæredes sui imperpetuum dictis Priori & Conventui, & eorum successoribus, pro decima venationis suæ, tres feras competentes. Dedit etiam & concessit idem Dominus *Willielmus* pro se & hæredibus suis, dictis Priori & Conventui, singulis annis C. *s. Sterlingorum* pro decima de mala Maneriorum suorum; quam quidem decimam dicti Prior, & Conventus habuerunt de dono Domini *Walteri Espec*, Fundatoris Domus suæ de Birkham, prout in Carta feoffamenti sui, quam exinde habent, plenius continetur, solvendos eisdem vel attornato suo de Camera sua singulis annis apud Hamelak, ad duos anni terminos, scilicet quinquaginta solidos ad festum Sancti *Martini* in yeme, & quinquaginta ad Pentecosten. Hæredes autem dicti domini *Willielmi*, solucionem prædictorum C. *s.* supradictis Canonicis, vel eorum attornato, in modo supradicto tenebuntur facere imperpetuam.

Pro hac autem Donatione & concessione præfati Prior & Conventus relaxaverunt, & quietum clamaverunt, pro se & successoribus suis, dicto Domino *Willielmo* de *Roos* & hæredibus suis imperpetuum, totam Chaciam, quam in curia Domini Regis erga dictum Dominum *Willielmum* de *Roos* aliquando perebant; in boscis, & in moris ipsius *Willielmi* de Hamelak; ita quod nullâ ratione, de cætero aliquam Chaciam exigere vel habere poterint. Omnia autem supradicta, sicut superiùs specificantur, dictus dominus *Willielmus* de *Roos*, & hæredes sui præfatis Priori, & Conventui & eorum successoribus, warrantizabimus, adquietabimus & defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium, tam dictus Prior, quàm dictus dominus *Willielmus* de *Roos*, huic scripto, in modum Cirographi, confecto & partito sigilla sua mutuò apposuerunt (&c.)

PRIORATUS

De Launceston, *in agro* Cornubiensi.

Relatio Johannis Lelandi *de eodem.*

The Priory of Launston standith in the west southwest part of the Suburb of the Town, under the rote of the hille, by a fair wood side, and thorough this wood renneth a pirle of water cumming out of an hill thereby, and serveth at the offices of the place. *Leland. Itin. vol. 2. fol. 71.*

In the Church I markid two notable tumbs, one of Prior Horton, and another of Prior Stephane; one also told me there that one Mabilia a Countes was buried there in the Chapitre house. One William Warwist, Bishop of Excestre, erectid this Priorie, and was after buryed at Plymtoun-Priorie, that he also erectyd. Warwist for erection of Launston Priorie suppressed a Collegiat Church of S. Stephan, having Prebendaries, and gave the best part of the lands of it to Launston Priorie, and toke the residue himself. There yet standeth a Church of S. Stephen about half a myle from Launston on a hille where the Collegiate Church was. Gawen Carow hath the custody of the Priory.

Idem.

PRioratus *Launstonensis* ad Occidentem (Austro propiorem) pomærii urbis, sub montis radice, in longum nemoris amœni, fundatur, quod rivulus quidam à colle vicino erumpens percurrit, qui ad omnes loci usus aquam præbet necessariam.

In Ecclesia duas tumbas notabiles observavi, quarum una fuit cujusdam Prioris, *Hortun* dicti, altera, *Stephani* Prioris. Cujusdam etiam relatione accepi, quandam *Mabiliam* Comitissam ibi, in domo [scil.] capitulari fuisse sepultam. Quidam *Willielmus Warwist*, Episcopus *Exoestrensis*, hunc erexit Prioratum, & postea apud Prioratum *Plimptonensem*, ab eo etiam erectum, sepeliebatur. *Warwistus*, *Launstonensis* Prioratus fundandi gratiâ, Ecclesiam S. *Stephani* Collegiatam, Prebendariis repletam, abolevit, & maximam terrarum suarum partem Prioratui *Launstonensi* contulit, residuum sibi retinens. Ecclesia S. *Stephano* sacra quingentis à *Launstonia* passibus in colle [posita] ubi Ecclesia fuit Collegiata, hodieq; manet. *Gaweno Carew* Prioratus custodia commissa est.

Carta Regis Henrici *tertii Donatorum Concessiones recitans & confirmans.*

Cart. 13 H. 3. m. 10. HEnricus *Rex* Angliæ (&c.) *salutem. Inspeximus Cartam Domini* Johannis *Regis patris nostri in hæc verba,* Johannes Dei gratia Rex *Angliæ*, &c. salutem. Sciatis nos concessisse, dedisse, & hac præsenti Chartâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ S. *Stephani* de **Lanstaneton**, & Canonicis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ nostræ, & pro anima *Henrici* Regis patris nostri, & pro animabus omnium antecessorum & successorum nostrorum, viginti solidatas terræ in Manerio nostro de **Clinerston**; & præterea viginti nummatas terræ in eodem Manerio, scilicet dimidiam acram quam *Eggerus* de *Holrode* tenet. Hæ autem sunt metæ terrarum illarum, scilicet à termino terræ *Radulphi Piltenam*, sicut rivus descendit in magnam aquam de **Cnv**, & usq; ad terminum terræ prædicti *Eggeri* de *Holrode*, ex parte orientis & meridiei. Item ex parte occidentis & Septentrionis, à **Wlocstrode**, sicut rivus currit & descendit in magnam aquam de **Cnv** in terram de **Clinerston**, & terram de **Treuris**. Et præter hoc dimidiam acram terræ in **Norton**, quam *Warinus* tenet. Confirmamus etiam eisdem Canonicis omnia subscripta, sicut eis rationabiliter data sunt, scilicet ex dono *Richardi* de **Raddon** unam virgatam terræ, quæ vocatur *Trewenta*, quietam & liberam ab omni servicio, præter quindecim denarios, quos reddere debet ad **Widiaton**, de quadam consuetudine, quæ vocatur **Potiled**; & ex dono *Roberti* filii *Alkitilli*, concessu Comitis *Reginaldi* Domini sui, terram quæ vocatur **Trenchicot**, & ex dono Comitis *Reginaldi* partem *Hamelini* Presbiteri de Capella de castello, cum omnibus libertatibus, & rebus parti illi pertinentibus; & quadraginta solidos per annum de Firma de castello de **Donhevet**, & Ecclesiam Sancti *Andreæ* de **Stratton**, cum pertinentiis suis; & unam carucatam terræ de dominico Manerii de **Stratton**, juxta alteram terram ejusdem Ecclesiæ, cum quadam area *Salmarii Elfordiæ*, salvâ dignitate Capellæ nostræ de castello de **Lanstaneton**, & molendinum quod est sub Castello de **Donhevet** cum eisdem pertinentiis & consuetudinibus, quas habebat dum erat in manu Comitis *Reginaldi*; & terram de **Barnedon**, quæ est membrum de **Bidiaton**. Ita quidem quod de reliqua parte ipsius Manerii de **Bidiaton** perficiatur eis tantum; quod benè & plenariè, habeant centum solidatas terræ, sicut comes *Baldewinus* de **Redevers** eis concessit & assignavit, & Cartâ suâ confirmavit.

Et ex dono *Osberti* de *Bikeslera* viginti solidatas terræ in manerio de **Treuris**, scilicet villam quæ vocatur **Tregof**, & terram quæ fuit **Luffe**, & terram *Warnii*, juxta pontem; & unam acram in villa quæ vocatur **Carshyot**, cum hominibus, & omnibus quæ ad præfatas terras pertinent, & partem nemoris apud orientem, sicut via dividit usq; ad aquam. Et ex dono *Bernardi* Clerici duas acras terræ, quas tres homines tenent, & reddunt Deo & Ecclesiæ Sancti *Stephani* inde, quinq; solidos annuatim, quæ sunt subtus viam **Treburs**. Et ex dono *Willielmi* de **Benemerdon** totam terram de **Peth**. Hæc quidem omnia cum omnibus pertinentiis suis, concessimus eis & confirmavimus dum essemus Comes **Norton**, sicut ea rationabiliter possident, & sicut Cartæ donatorum suorum testantur (&c.) Datum per manum *H. Cantuariensis* Archiepiscopi Cancellarii nostri, vigesimo octavo die *Junii* apud *Aurivallem*, anno regni nostri primo. *Nos igitur has donationes* (&c.) *confirmamus* (&c.) *Insuper concedimus & confirmamus, eisdem Canonicis & eorum successoribus, pro nobis & hæredibus nostris donationem quam* Reginaldus *Regis filius, Consul Cornubiæ, eis fecit in incrementum Ecclesiæ suæ de* **Lanstareton**, *de Ecclesia de* **Lestcret**; *& de Ecclesia de* **Lankinhorn**, *in die translationis reliquiarum & Canonicorum ipsius Ecclesiæ de villa de* **Lanstaneton** *ad vadum, sicut Carta ipsius* Reginaldi *Regis filii, quam inde habent, rationabiliter testatur. Hiis testibus* H. *de* Burgo *Comite Kantii, Justiciario* Angliæ, Philippo, *de* Albimaco, Thoma Basset, Willielmo Basset, (&c.)

PRIORATUS

S. Dionysii *juxta* Suthamtonam.

Carta Regis Henrici *primi de donatione ejusdem.*

Enr. Rex *Angliæ W.* Episcopo *Wintoniæ* & *Willielmo de Pontearch* Vicecomiti, & *Warino de Hamtona* & burgensibus de *Hamtona* & omnibus Baronibus & fidelibus suis *Francis* & *Anglis* & de *Hantescira* salutem. Sciatis me dedisse & concessisse, pro salute animæ meæ, simul & pro redemptione animarum patris & matris meæ, nec non & *Matildis* Reginæ conjugis meæ, & *Willielmi* filii nostri; & pro salute vivorum & requie omnium defunctorum fidelium, Deo & Ecclesiæ Sancti *Dionysii*, nec non & Canonicis meis in eadem Ecclesia desuper *Hamptonam* Deo servientibus, partem terræ meæ, quæ jacet inter *Portesrodi*, & fluvium *Hirtia*, quæ solebat mihi reddere per annum *xi.* sol. & *vi.* den. Cart. 17. E. 3. n. 15. par Inspex. vide Pat. 2. H. 4. p. 3. m. 28.

Digitized by Google

den. Et volo & præcipio (*&c.*) Teste *Willielmo* Archiepiscopo *Cantuariæ*, & *Rogero* Episcopo *Saresberiæ*, (*&c.*) Concessi etiam Deo & S. *Dionysio* & *Girardo* Canonico, cæterisque fratribus in Monasterio desuper *Hamptonam*; in ordine Canonico Deo deservientibus, illam partem terræ meæ de *Portefroda*, quæ jacet juxta mare, in orientali parte de *Hamptona*, quæ solebat reddere per annum *xli.* sol. & *vi.* den. Et volo & firmiter præcipio (*&c.*)

Carta Regis Henrici *Secundi.*

Ib. HENR. Rex *Angliæ*, (*&c.*) Salutem. Sciatis me dedisse & concessisse Deo & Ecclesiæ Sancti *Dionysii* juxta *Hantonam*, Canonicis meis ibidem Deo servientibus, in liberam & perpetuam elemosinam, pro mea & meorum, tam antecessorum, quàm posterorum salute; & pro anima Regis *Henrici* avi mei, Capellas meas quas habebam infra burgum de *Hamptona*, cum omnibus pertinentiis suis; Scilicet Capellam Sancti *Michaelis*, & Capellam Sanctæ *Crucis*, & Capellam Sancti *Laurentii* & Capellam *omnium Sanctorum*. Quare volo (*&c.*)

Carta Regis Stephani.

Ib. STEPHANUS Rex *Angliæ* Episcopo *Wintoniæ* (*&c.*) salutem. Sciatis me concessisse & confirmâsse donationem illam, quam *Robertus* de *Limesseia* fecit Deo & Ecclesiæ Sancti *Dionysii* juxta *Hantoniam*, & Canonicis in ea Deo servientibus de terra *Bathesflega*, quam *Willielmo Marc* dederam, quam idem *Willielmus* dedit præfato *Roberto*, Quare volo (*&c.*) Teste *Willielmo Marc*, & *Endone Marc*, & *Ricardo* de *Lue*, apud *Winton.*

Carta Regis Ricardi. *Primi.*

RICARDUS Dei Gratia Rex *Angliæ* Archiepiscopis (*&c.*) salutem. Sciatis nos pro Dei amore (*&c.*) dedisse (*&c.*) Deo & Ecclesiæ beati *Dionysii* juxta **Suthamton**, & Canonicis ibidem Deo servientibus, in liberam & puram & perpetuam elemosinam **Lungesland** & boscum qui vocatur **Portesware**, cum omnibus ad ea pertinentibus, infra burgum & extra. Quare volumus, (*&c.*) datum apud *Warwicum xviii.* die *Septembris*, (*&c.*)

Carta Gundredæ *de* Warenna *de Ecclesia de* parva *Fagham.*

Ex autogr. in bibl. Harlei. SCIANT præsentes, & futuri, quod ego, *Gundreia* de *Warena* dedi (*&c.*) Ecclesiæ Sancti *Dionysii* juxta **Suthampton**, & Canonicis ibidem Deo servientibus, Ecclesiam de *parva* **Fagham**, quæ est de Maritagio meo, ita plenariè (&c) possidendam, sicut *Galfridus Hosatus* Dominus meus eis dedit, & ad petitionem meam & instantiam, Domino *Johanni Norwicensi* Episcopo præsentavit. Teste *Gileno Hosato*, (*&c.*)

Carta Humfridi *de* Bohun *de* Ecclesia *de* Chelewath.

EPiscopo & Archidiacono *Wintoniæ*, & Omnibus fidelibus Clericis & laicis de *Hantesira*, *Humfridus* de *Bohun* Domini Regis *Angliæ* Constabularius, Salutem. Sciatis me concessisse & hac præsenti Cartâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ beati *Dionysii*, quæ sita est juxta *Hantonam*, Canonicis ibidem Deo servientibus, donationem quam *Humfridus* de *Bohun* pater meus eis fecit de Ecclesia de **Chelewath**. Hoc autem feci pro mea meorumque salute tam posterorum, quàm antecessorum. Quare volo & præcipio, quod prædicti Canonici habeant & possideant prædictam Ecclesiam, cum terris & decimis & cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus, tam in bosco quàm in plano, eidem Ecclesiæ pertinentibus, in perpetuam Elemosinam, liberè & quietè & honorificè & integrè. Et Canonici supradicti debent invenire Capellanum qui assiduè supradictæ Ecclesiæ administret. Testibus hiis, *Milone* Capellano; *Willielmo* filio *Gaufridi Roberto* de *Vernun* tunc dapifero; *Ricardo Wac*; *Wigain* de **Chereburc**; *Humfrido Pincerna*; *Ricardo* le *Bigot*; *Reginaldo* de **Dunestop**; *Elya* Clerico; *Ricardo* de Aug. Ex autogr. in officio Armorum.

Carta Willielmi Musard, *de tribus solidatis redditus.*

SCIANT præsentes & futuri, quod ego *Willelmus Musard* concessi, dedi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi, Deo, & Ecclesiæ Sancti *Dionysii* juxta **Southhampton** & Canonicis ibidem Deo servientibus, & in perpetuum Deo servituris, pro salute animæ meæ, & *Isabellæ* uxoris meæ, & omnium antecessorum, & successorum meorum, tres solidatas quieti redditus in villa de **Elleden**, quas *Joanna* soror mea mihi annuatim reddere consuevit. Tenendas & habendas dictas tres solidatas redditus, de me, & hæredibus meis, in puram & perpetuam elemosinam, liberè, & quietè, benè, & pacificè, in perpetuum. Ita tamen quod inveniant unum cereum coram Altari beatæ *Mariæ* in prædicta Ecclesia Sancti *Dionysii*, ubi corpus dictæ *Isabellæ* defunctæ requiescit humatum. Dicti verò Canonici recipient dictum redditum, ad quatuor anni terminos, scilicet ad festum Sancti *Michaelis* novem denarios, ad *Nathale* Domini novem denarios, ad *Pascha* novem denarios, & ad festum Sancti *Johannis Baptistæ* novem denarios. Ego verò *Willelmus* & hæredes mei, dictum redditum dictæ Ecclesiæ, & Canonicis ibidem Deo servientibus, contra omnes mortales in perpetuum warantizabimus. (&c.) His testibus Domino *Waltero* de **Romesi**; Domino *Laurentio Pincerna*; *Gregorio* de **Stanham**; *Johanne* de **Welles**; *Henrico* de **Welles**; *Hugone* de **Chukehull** Ex autogr. in Curia Augmentj

Digitized by

Chukehull ; *Johanne* de Rumesey persona de Codesord ; *Augustino* Clerico, *Ricardo* de Pertsut Clerico, & multis aliis.

Carta Walteri *de* Chalke, *de duobus bisantiis annuis.*

Ib. SCiant præsentes & futuri, quod ego *Walterus* de *Chalke*, & uxor mea *Beatrix*, & hæredes nostri dedimus, & hac præsenti Cartâ confirmamus Deo & Ecclesiæ Sancti *Dionysii* juxta Southehampton, & Canonicis ibidem Deo servientibus, pro salute antecessorum & successorum nostrorum, & pro bonis quæ idem Canonici sæpe nobis misericorditer contulerunt, duos bisanzios in perpetuum habendos, & annuatim, ad festum Sancti *Michaelis*, de *Gaufrido Hule* & hæredibus suis percipiendas : quos bisantios, prædictus *Gaufridus*, & hæredes sui, nobis tenebantur reddere de annuo redditu in Eblinton. Et ut hæc mea donatio stabilis & inconcussa in perpetuum perseveret, eam & præsenti Scripto, & sigillo confirmamus. Testibus his *Matheo* de *Columbario*, *Thoma*, *Richardo*, fratribus ejus ; *Philippo* de *Columbario*, *Gillone Hosato* ; *Waltero* de Pierfith ; *Johanne* de *Wallop* ; *Johanne* de Stanham ; *Richardo* de Stanham ; *Willielmo* Anglico ; *Johanne Paston* ; *Gaufrido* Servienti ; *Iwone Hereberto*, *Fitz-Ricardo* fratre ejusdem ; *Gilberto* famulo, & multis aliis.

Carta Godefridi *Episcopi* Wintoniensis, *donationem* Willielmi Aeliz *confirmans.*

Ib. OMnibus Christi fidelibus ad quos præsens Scriptum pervenerit, *God fridus* Dei gratia *Wintoniensis* Ecclesiæ minister, Salutem in Domino. Ea quæ viris religiosis, pia fidelium largitione conferuntur, Comperens esse Scripris autentricis communire ; Ea propter attendentes honestam conversationem dilectorum in Christo filiorum Canonicorum Sancti *Dionysii* juxta Hampton, autoritate pontificali, confirmavimus concessionem, & donationem, quam *Willelmus Aliz* pro devotionis affectu, eis fecit ; & Cartâ sua, quam inspeximus, confirmavit, de decimo denario totius redditus sui annui in *Aldintona*, & de quinque solidis annuis de molendino ejusdem villæ, & de decima paunagii sui, & de triginta porcis habendis in bosco suo quietis de paunagio, Sicut in Carta ipsius *Willielmi*, quam prædicti Canonici exinde habent, plenius continentur. Datum apud *Winton* ; per manum *Philippi* Clerici nostri octavo Calendas *Septembris*. Pontificatus nostri, anno decimo quinto. Testibus his *Gregorio*, *Umfrido* Capellanis ; *Johanne* de *Lucy* ; Magistro *Willielmo* de *Turri* ; Magistro *Roberto* ; *Roberto* de *Lucy* ; *Reginaldo*, *Michaele*, *Stephano*, *Clemente*, *Clericis*, & aliis.

PRIORATUS
de Ledes, *in agro* Cantiano.

De prima Fundatione ejusdem.

10 ANno MCXIX. Monasterium de Ledes dominus *Robertus* de *Crepito-corde* (Creuto2 sive Cruchurt Anglicè, *Crevecœur* Gallicè) dictus, fundavit, ope filii *Adæmi* de *Crepito-corde* ; posuerunteq; in eo Canonicos Regulares. Ex Chron. Claustri *Roffensis.*

Carta Regis Edwardi *tertii*, *Donatorum concessiones recans & confirmans.*

REx (&c.) *Inspeximus Cartam, quam* Robertus *de* Crepito-corde *fecit Canonicis de* Ledes, *in hac verba.* Noscant præsentes & posteri quod ego *Robertus* de *Crepito-corde*, pro Dei amore, dedi Canonicis de Ledes Deo ibidem inperpetuum serviturís, situm unum ad fundandam Ecclesiam suam, in honorem beatæ *Mariæ* & beati *Nicholai*, & ad alia ædificia Religiosis oportuna, ibidem faciendâ, cum aquis & arboribus, & aliis omnibus sicut fossatis includitur : Et volo quod illum habeant libetum & absolutum ab omni terreno servicio & exactione seculari. Dediq; eis forstallum, quod est ante portam ipsorum, liberum & quietum ; & terram quæ jacet ex utraque parte ejusdem forstalli. Hiis Testibus, *Roysa* vxore mea, *Elsa* filio meo, *Daniele* filio meo, Hantone filio vitalis. Cart. 41. E. 3, m. ult. Vide etiam Cart. 3 E. 1 n. 71. & 72. Et Par. 2. E 3. p. 2. m. 25. Et Pat 9. E 3. p. 2. m. 25.

Inspeximus eitam Cartam quam prædictus Robertus *fecit eisdem Canonicis, in hac verba* ; Notum sit omnibus *Francis* & *Anglis*, tam præsentibus, quàm futuris ; quod ego *Robertus* de *Crepito-corde*, fundator Cœnobii de Ledes, pro Dei amore & pro salute animæ meæ & omnium propinquorum meorum, dedi & concessi, & hac Cartâ meâ confirmavi Canonicis apud Ledes Deo servientibus, & ibidem Deo in perpetuum serviturís ; Advocationem omnium Ecclesiarum terræ meæ ; videlicet advocationum Ecclesiæ de Ledes, cum quinquaginta acris terræ in eadem villa ; Advocationem Ecclesiæ de Gutterste, cum viginti acris terræ in eadem villa ; advocationem Ecclesiæ de Lamberhert, cum duabus acris terræ in eadem villa ; advocationem Ecclesiæ de Farlegha, cum viginti acris terræ in eadem villa : Advocationem Ecclesiæ de Terstane, cum sexdecim acris terræ in eadem villa. Advocationem Ecclesiæ de Chelham, cum triginta acris terræ in eadem villa. Advocationem Ecclesiæ de Hamham, cum octodecim acris terræ in eadem villa. Habendas & tenendas dictas advocationes & terras,

& terras, de me & hæredibus meis, & assignatis meis liberè, quietè, & pacificè, inperpetuum. Hiis testibus, *Nicholao* Capellano, *Willelmo* Senescallo, *Roberto* Marescallo, *Gujdone* Pincerna & multis aliis.

Inspeximus insuper Cartam, quam Daniel *de* Crevequer *fecit eisdem Canonicis in hæc verba.* Sciant, tam futuri quam præsentes, quod ego *Daniel* de *Crevequer* concedo & confirmo Ecclesiæ S. *Nicholai* de **Ledes**, & Canonicis ibidem Deo servientibus, quicquid pater meus *Robertus* de *Crevequer* priùs in elemosinam dederat; scilicet situm Domus eorum, cum advocationibus omnium Ecclesiarum Baroniæ de *Crevequer*, cum terris & omnibus pertinentiis ad dictas advocationis pertinentibus, & terris cum eisdem advocationibus eis datis. Præterea do & concedo iisdem terram de **Bakedene**, & advocationem medietatis Ecclesiæ de **Halghton**, cum omnibus pertinentiis suis, unà cum duabus virgatis terræ in eadem villa, in liberam elemosinam perpetuam & puram. Hiis testibus, *Henrico Dapifero*, *Normanno* Clerico, Magistro *Rogero*, *Ricardo* de *Heri*, *Galfrido Redel*, & aliis.

Inspeximus etiam Cartam, quam idem Daniel *fecit eisdem Canonicis, in hæc verba. Daniel* de *Crevequer*, omnibus hominibus & amicis suis, salutem. Sciatis quod ego dedi Ecclesiæ Sancti *Nicholai* de **Ledes**, in liberam elemosinam perpetuam & puram, Molendinum meum de **Bardscompe**, cum libera secta tenencium meorum de **Ledes**, ad eandem; & cum omnibus ejusdem pertinentiis; ad faciendum indè Anniversarium meum inperpetuum. Hiis testibus, *Gilberto* & *Radulpho* de S. *Leodogaro*, *Fulcone Penforer* & aliis.

Inspeximus etiam Cartam, quam Robertus *filius* Danielis *de* Crevequer *fecit eisdem Canonicis, in hæc verba.* Sciant tam præsentes quàm futuri, quod ego *Robertus* de *Crevequer*, pro Dei amore, & pro salute animæ meæ, & animæ patris mei *Danielis*, concessi & confirmavi præsenti Cartâ meâ dilectis Canonicis meis de **Ledes**, omnes possessiones & bona, quæcunq; ipsi habent de donis & concessionibus *Roberti* avi mei, & *Danielis* patris mei; videlicet advocationem Ecclesiarum de **Ledes** & **Bromfeld**, de **Chetham**, de **Kenham**, de **Farleigh**, de **Terstane**, de **Gutherst**, de **Lambetherst**, & medietatis Ecclesiæ de **Halghtone**, cum duabus virgatis terræ in eadem villa, cum omnibus earundem advocationum pertinentiis, unà cum Molendino de **Bardescompe** in villa de **Ledes**, cum libera secta sua; necnon & cum omnibus terris, tenementis, & redditibus, quæcunq; ipsi habent de donis & concessionibus prædecessorum meorum prædictorum: Volo insuper & concedo, pro me & hæredibus meis, & assignatis quibuscunq; quod dicti Canonici & eorum successores in perpetuum habeant liberam Communiam in totò frigitò meo de **Ledes**, ad pascenda pecora sua, in omnibus anni temporibus, pro voluntate sua: Ac etiam quod vacante eorum Conventuali Ecclesiâ, liberam habeant potestatem electi od indi, disponendi, & administrandi omnes eorum possessiones & bona inperpetuum sine impedimento mei, vel hæredum meorum vel assignatorum quorumcunq;. Do insuper eis boscum meum qui vocatur **Castpart** cum terris sibi cohærentibus in villa de **Ledes**, in perpetuam elemosinam, & puram: Et ego prædictus *Robertus* & hæredes mei warantizabimus, & defendemas, & acquietabimus omnes prædictas Ecclesiarum advocationes, cum terris, boscis, Molendinis, & libertatibus, & cum omnibus præmissorum pertinentiis, dictis Canonicis & eorum successoribus, sicut liberam puram & perpetuam elemosinam contra omnes gentes, inperpetuum. In quorum omnium testimonium sigillum meum apposui Cartæ præsenti. Hiis testibus, *Gilberto* de *S. Leodogaro*, *Roberto* de *Walton*, *Johanne Francys*, *Johanne* de *Bloen*, *Roberto* Dapifero, *Adam Pyncerna*, *Willielmo Gyon*.

Inspeximus etiam Cartam quam Robertus *de* Crevequer, filius *Hammonis* de *Crevequer junioris fecit Canonicis in hæc verba.* Sciant tam præsentes quàm futuri, quod nos *Robertus* de *Crevequer* filius *Hamonis* de *Crevequer* junioris concessimus & confirmavimus Cartâ nostrâ præsenti, pro nobis & hæredibus nostris & assignatis quibuscunque, dilectis fratribus nostris Canonicis de **Ledes**, & eorum successoribus inperpetuum, omnes donationes; libertates, emptiones, & bonas consuetudines, quas ipsi habent de donatione vel concessione antecessorum nostrorum quorumcunque, vel nostrâ, vel tenentium nostrorum infra Baroniam nostram de **Crevequer**, in terris, boscis, pratis, pasturis, redditibus, serviciis, & aliis rebus, & juribus universis; quod ea habent & teneant inperpetuum libera & quieta: Concedimus insuper & confirmamus & omnino quietas clamamus pro nobis & hæredibus nostris & assignatis, eidem Canonicis & eorum successoribus inperpetuum advocationes Ecclesiarum subscriptarum, cum omnibus juribus & pertinentiis earundem; videlicet Ecclesiæ parochialis de **Ledes**, & Capellæ de **Bromfeld**; Ecclesiæ de **Chetham**; Ecclesiæ de **Kenham**; Ecclesiæ de **Serres**; Ecclesiæ de **Farleigh**; Ecclesiæ de **Terstane**; Ecclesiæ de **Gutherst**; Ecclesiæ de **Lambetherst**; Ecclesiæ de **Halghton**; Ecclesiæ de **Wednesberghe**; Ecclesiæ de **Bergkstede**; ita quod nos nec hæredes nostri, nec assignati nostri quicquam juris vel clamii in iisdem advocationibus, cum suis pertinentiis vendicare poterimus infuturum.

Volmus insuper & concedimus, pro nobis & hæredibus nostris & assignatis nostris, quod dicti Canonici & eorum successores, cum eorum Ecclesia Conventualis vacaverit

quomodo, liberam habeant custodiam Domus suæ, & omnium bonorum suorum, ubicunq; existentium; & plenariam administrationem eorundem sine impedimento nostro vel hæredum nostrorum, vel assignatorum quorumcunque, in perpetuum: Ac etiam, quod in vacationibus hujusmodi, ipsi & eorum successores perpetuis temporibus eligere sibi valeant Priores ad suum & Ecclesiæ prædictæ regimen, nostrâ vel hæredum nostrorum, vel assignatorum licentiâ non petitâ: Salvâ nobis & hæredibus nostris & assignatis, Electorum suorum hujusmodi præsentatione, nobis post electos faciendâ, prout antiquitus antecessoribus nostris fieri consuevit. Concedimus etiam pro nobis & hæredibus nostris, & assignatis, quod dicti Canonici & sui successores possint adquirere terras, redditus, tenementa, cum suis pertinentiis ubique infra feodum nostrum, absque omni contradictione vel vexatione; adquisita hujusmodi intrare & pacificè possidere; & quod habeant plenam potestatem distringendi ubique infra feodum nostrum pro redditibus eorum detentis, & eorum arreragiis recuperandis; & etiam districtione retinendi quousq; ita de redditibus, quàm de emendis, & pro eorum detentione competenter sibi fuerit satisfactum. Concedimus insuper & confirmamus dictis Canonicis feriam de **Chetham**, cum omnibus suis juribus & libertatibus in perpetuum. Et nos & hæredes nostri & assignati warantizabimus, defendemus, & acquietabimus omnes & singulas donationes, concessiones, & confirmationes, cum omnibus libertatibus, juribus & pertinentiis, quas ipsi habent ab antecessoribus nostris, & nobis, sicut liberam, puram & perpetuam elemosinam in perpetuum. Et in omnium præmissorum robur & testimonium sigillum nostrum Cartæ præsenti est appensum tertio die *Decembris* anno Regni Regis *Edwardi* filii Regis *Henrici*, tertio. Hiis testibus, Dominis Radulpho de **Ottringden**, *Thoma Bigod*, *Radulpho Sauvage*, *Willielmo* de *Derlegge*, *Roberto* de *Champeigne* Militibus; *Henrico* & *Osberto* de **Ledes** Clericis, *Henrico* de *Chivene*, *Johanne* de *Benburge*, *Roberto* de la *Care*, *Johanne* de *Hamme*, Clerico, & multis aliis.

Inspeximus, *&c.* Noscant præsentes & posteri, quod ego *Robertus* de *Crepito corde*, pro Dei amore, dedi Canonicis Deo apud **Ledes** in perpetuum servituris situm unum ad fundandam Ecclesiam suam in honorem beatæ *Mariæ* & beati *Nicholai*; & ad alia ædificia religionis oportuna ibidem facienda, cum aquis & arboribus, & aliis omnibus, sicut fossatis includitur. Et volo, quod illum habeant liberum & absolutum ab omni terreno servicio & exactione seculari. Dedique eis forstallum, quod est ante portam ipsorum, liberum & quietum; & terram quæ jacet ex utraque parte ejusdem forstalli. Hiis testibus, *Roysia* uxore mea, *Elia* filio meo, *Daniele* filio meo, *Hamone* filio *vitalis*.

Inspeximus (*&c.*) Sciant tam futuri quàm præsentes, quod ego *Daniel* de *Crevecor* concedo & confirmo Ecclesiæ S. *Nicholai* de **Ledes**, & Canonicis ibidem servientibus quicquid pater meus & *Robertus* de *Crevecor* eis in elemosinam dederat; scilicet Ecclesiam de **Chetham**; Ecclesiam de **Kirkham**; Ecclesiam de **Farlegha**, Ecclesiam de **Lamberherst**; Ecclesiam de *Tearstana*; Ecclesiam de **Cutherste**, cum omnibus suis pertinentiis; & omnes decimas agrorum, nemorum, pratorum, mariscorum, molendinorum, pomeriorum, linorum, pullorum, vitulorum, agnorum, purcellorum, caseorum, vellerum; & omnium de quibus ratio exigit decimam dari. Præterea do & concedo Canonicis de **Ledes** decem acras terræ in liberam elemosinam, pro anima sororis meæ *Gunnore*, quas tenuit uxor *Wyse*, & *Edstanus*; quas si hæredes præscriptorum adversùs Canonicos acquietaverint, tunc hæredes illi faciant eisdem Canonicis servicium quod mihi deberent, salvâ tamen Regiâ consuetudine. Præterea do & concedo eisdem Canonicis terram de *Brokdena*, & quoddam molendinum de **Castwode**, & terram *Edrici Clampen*, quæ bosco adjacet.

Ex parte alia do eis Ecclesiam de **Halecton**, cum omnibus pertinentiis suis; & duas virgatas terræ in villa eadem pro anima *Isabellæ* uxoris meæ, in liberam elemosinam; & uno quoquo anno viginti ambras salis apud **Lepam**. Hii sunt testes, *Henricus* Dapifer; *Normannus* Clericus; Magister *Richardus* de *Kerris*; *Gaufridus Ridel*; *Willielmus* de *Heliom*, *Rogerus Nepos*, *Gaufridi Ridel*, *Rogerus* de *Croke*; *Radulphus* filius *Godefridi*; *Walterus* filius *Gudmundi*, *Gilebertus* de *Ulecumba*; *Petrus* de *Otteham*; *Gulielmus* de *Eclingham*.

Inspeximus (*&c.*) *Daniel* de *Crevecur* omnibus hominibus & amicis suis salutem. Sciatis quod ego dedi cum corpore meo Ecclesiæ S. *Nicholai* de **Ledes**, in liberam & perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ, Molendinum de **Baudesham**; & volo ut fratres ejusdem Ecclesiæ in die Obitus mei, honorificè inde pascant: Et siquid remanserit, pauperibus distribuatur. Testibus hiis, *Gileberto* de S. *Leodegare*, *Radulpho* ejus filio, *Fulcone Peforer*, *&c.*

Inspeximus (*&c.*) *Helias* de *Crevecuer* fecit eisdem Canonicis in hæc verba. *T.* Dei gratia *Cantuariensis* Ecclesiæ Archiepisco, *E. Norwicensi* Ecclesiæ eadem gratia Episcopo; omnibusque sanctis Dei Ecclesiæ ministris, *H.* de *Crevecuere* salutem; Notum sit vobis me concessisse Ecclesiam meam de **Tanet** in elemosinam, & caritativè Ecclesiæ de **Ledes**, & Canonicis ibi Deo servientibus; & hoc annuente persona Ecclesiæ prædictæ; Et Eccle-

R. de *Crevequer*, & uxore sua, & uxore mea; & *Henrico* Dapifero; & *Roberto* filio *Ricardi*.

☞ *Inspeximus* (&c.) Sciant præsentes & futuri, quod ego *Hamo* de *Crevequer* benignè concessi, & hac meâ Cartâ confirmavi dilectis fratribus meis, & Canonicis de Ledes, omnes donationes (&c.) donatione & confirmatione *Roberti* de *Crevequer* atavi mei, vel *Danielis* avi mei, vel *Roberti* patris mei, vel aliquorum Antecessorum, vel alicujus Tenentis tenementa mea in omnibus Ecclesiis, in hominibus, in terris (&c.) volo etiam & concedo quod Prior, & Conventus de Ledes, & eorum successores habeant amerciamenta sua propria, & tenenciu n suorum, cum in curiis meis inciderint; salvis mihi, & hæredibus meis rationabilibus emendis forisfacti; & siquid michi vel alicui antecessorum meorum ex sua liberalitate contulerint ad libitum suum, ne cedat in consuetudinem, retrahatur. Præterea etiam volo, quod habeat decem porcos tempore de pesson in Bosco meo de Bokingesland; & decimas Herbagii cum decimis molendini ibidem. Concedo etiam meis, pro me & hæredibus meis, & assignatis meis, terras & tenementa quæ & quas temporibus meis adquisierint; Videlicet quinque acras & dimidiam apud Herst, & duas acras & dimidiam cum messuagio & pertinentiis quæ fuerunt *Willelmi* de *Villa*; & tres acras, & tres virgatas terræ de dono *Simonis Fabri*; salvis michi & hæredibus meis redditus inde de jure pertinentibus. Hæc autem omnia præscripta, sicut prænominata & distincta sunt, volo ut habeant, cum omnibus suis pertinentiis, & teneant liberè (&c.) Et ut hæc mea concessio & confirmatio rata & stabilis permaneat, huic scripto Sigillum meum appósui: Hiis testibus, Domino *Fulcone Perforer*, domino *Nicholao* de *Lenham*, domino *Roberto* de *Crevequer*, filio meo; *Richardo Blundell*, Senescallo meo; *Henrico* de *Chevene*, *Johanne* de *Greneway*, *Dunstano* de *Madenestan*, *Johanne Dosberg*, *Waltero Janitore* de Ledes; *Andrea* Clerico; Et multis aliis.

Inspeximus (&c.) *Acelina* de *Wodercebergâ* cunctis fidelibus sanctæ Ecclesiæ, salutem. Notum facio omnibus, me dedisse Ecclesiæ S. *Nicholai* de Ledes & Canonicis ibidem Deo servientibus, & imposterum servituris, Ecclesiam de *Wandeburga*, cum omnibus quæ ad eam pertinent, pro me, & pro animabus antecessorum meorum. Testibus. *Roberto* de *Crepito-corde*; *Helia* filio ejus, & *Roberto Folet*, & *Willelmo* filio ejus, *Radulpho* de la *Flucha*, *Willelmo* de *Rippa*, & *Osburno*; & *Roberto Glauco*, & *Roberto* filio *Vitalis*, & multis aliis, (&c.) Nos autem donationes (&c.) prædictas ratas habentes & acceptas eis pro nobis, & hæredibus nostris dilectis nobis in Christo, Priori & Canonicis dictæ Ecclesiæ de Ledes, quæ jam de patronatu nostro existit & eo successoribus; acrum dictis Ecclesiis de Ledes & Chetham, concedimus & approbamus; & tenore præsentium confirmamus (&c.) Dat. (&c.)

PRIORATUS

de Haselberge *in agro* Somersetensi.

Historia Fundationis ejusdem.

BEatus *Wulfricus* natus in *Contona*, qui viculus distat à *Bristolla* octo passuum millibus. *Wulfricus* sacerdotis munere aliquanto tempore functus est, in villâ quæ Diverelle dicitur. *Lel.* Coll. vol. 1. p. 645.

Gulielmus Dominus villæ *Diverellis*.

Haselberga, villa *Gulielmi*, distans versùs orientem XXX. passibus mill. ab *Exonia*.

Wulfricus familiaris *Gulielmo*. *Wulfricus* migravit in cellulam, vicinam Ecclesiæ de Haselberge. *Wulfricus* pro indusio lineo loricâ ferreâ usus est.

Henricus primus Rex, unà cum Regina, *Wulfricum* invisunt; quo tempore *Drogo* blasphemator infirmus, ab *Wulfrico* curatus est.

Wulfricus longo tempore claruit spiritu Prophetiæ.

Sampson de *Lincolnia*, vir non parvi nominis, avunculus *Alurodi* de *Lincolniâ*, qui nunc supereſt, frater fuit uxoris *Gulielmi* domini de Haselberge. Ib. p. 646.

Gulielmus filius *Gualteri* Dominus de Haselberge.

Durandus de *Mohun* miles, frater uxoris *Gulielmi* filii *Gualteri*.

Widele villa *Gulielmi* filii *Gualteri*.

Gulielmus filius *Gualteri* instituit *Canonicos Regulares* apud Haselberge, & eos possessionibus ditavit.

Verba *Wulfrici* ad *Gulielmum* filium *Gualteri*.

Incipies sed non consummabis Collegium Canonicorum apud Haselberge; *neque enim his quos introducere disponis, prosperabuntur in loco isto.*

Wulfricus, plenus dierum obiit apud *Haselbergam*, Anno Domini *MCLIIII. x.* Kal. *Martii*, & primo anno *Henrici* secundi. Ib. p. 647.

Robertus Episcopus *Bathon* sepelivit *Wulfricum* in ejus cella apud Haselberg.

Osbernus (parochus de Haselberge) postea transtulit corpus S. *Wulfrici* in aquilonarem partem Altaris Ecclesiæ de Haselberge.

PRIROATUS

de Kenilworth *in agro* Warwicensi.

Carta Gaufridi *de* Clintona *de fundatione ejusdem.*

Ex Registro de **Kenilworth**, penès *Sim. Clarke* Baronettum. An. 1640.

Anfridus de *Clintona Henrici* regis Camerarius, Universis Sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, salutem in Domino. Notum sit omnibus vobis, tam *Francis* quam *Anglis*, tam extraneis quam parentibus, quod ego *Gaufridus* pro redemptione peccatorum meorum, & pro salute Domini mei *Henrici* regis & uxoris & filiorum & omnium parentum meorum, ipso rege concedente, fundavi Ecclesiam de *Chenilleurda* in honore S. *Mariæ*; & concessi Canonicis ibidem regulariter Deo servientibus, totam planam terram ipsius *Chenilleurda*, Et boscum & reliqua omnia prædictæ villæ pertinentia, exceptâ particulâ quæ ego inde retinui ad Castellum & ad parcum meum faciendum. Præterea concessi eis manerium de **Salfort**, & Manerium de *Itelicota*, & Manerium de **Stretham**, cum omnibus suis pertinentiis, libera & quieta ab omni servicio seculari erga Regem & erga me & erga hæredes meos. Concessi quoque eis Ecclesiam de *Wottona* cum omnibus quæ ad eam pertinent, scilicet in ipsa *Wottona* unam hidam terræ, & duas hidas in *Lilentona*; & Ecclesiam de *Clintona*, & Ecclesiam de *Bartona*, quæ est in *Norhantescira*, quas eis adquisivi.

Videsis Pat. 13. R. 2. P. 3. m. 9.

Concedo etiam & firmiter statuo, ut habeant Curiam suam & omnes consuetudines & libertates suas, ita liberè & quietè & integrè sicut ego meam Curiam & meas consuetudines, ex concessu regis, meliùs & firmiùs habeo. De pasturis etiam eis concedo, ut ubicunque, sive in parco vel extra parcum, animalia mea & porci mei fuerint, ibidem ipsi sua animalia, & suos dominicos porcos habeant; Porcos verò hominum suorum de terris suis in aliis boscis meis præter Hajam & Parcum ponant, & paunagium inde accipiant, sicut ego de meis hominibus accipio. Hæc autem omnia, & si quid aliud ad opus Ecclesiæ deinceps adquirere potero, liberè & quietè, & sine omni servitio terreno, & absque omni exactione seculari concessi servis Dei in præfata Ecclesia degentibus, tam posteris quam præsentibus. Rogo igitur Universos Sanctæ Ecclesiæ fideles, ut supra-memoratam Ecclesiam cum omnibus suis reditibus, pro Dei amore, & salute animæ suæ manuteneant & defendant.

Si autem hæres meus, ex hiis quæ præfatæ Ecclesiæ contuli, aliquid auferre aut minuere tempraverit, paternam maledictionem & Dei iram, nisi resipuerit, incurrat. Quod si ipsos Canonicos & has præfatas libertates, quas eis concessi, manuteneverit, sustentaverit, Divinam gratiam & benedictionem, quam pater potest filio conferre, ipsi & successoribus suis idipsum conservantibus in æternum relinquo. Hujus concessionis & confirmationis sunt testes, *Robertus* Episcopus *Cestriæ*; *Rogerus* Episcopus *Saresburiæ*, & *Ngellus* nepos ejus; *Rogerus* Comes de *Warwic*. *Radulfus Basset*, *Normannus* Prior *Lundoniæ*, & *Bernardus* frater ejus; *Gaufridus Luvet*, *Ricardus* de *Torneris*; *Anscherus* dapifer; *Nicholaus* Clericus; & *Nicholaus* de *Rotomago*.

Alia Carta ejusdem Gaufridi.

UNiversis Sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus *Gaufridus* de *Clintona Henrici* regis thesaurarius, in Domino salutem. Notum sit vobis me concessisse in elemosinam Canonicis Sanctæ *Mariæ* de *Chenilleurda*, plenariam decimam de omnibus quæcunque & undecunque ad castellum meum pervenerint, sive ad cellarium, sive ad coquinam, sive ad lardarium, sive ad granarium, sive ad halgardum, tam de empticiis & donatitiis, quàm de propriis redditibus; videlicet in blado & feno, in porcis & animalibus, multonibus, & baconibus, venatione, caseis, piscibus, vino & melle, in cera & sebo, pipere & cymino, quandocunque & quomodocunque ad castellum de *Chenilleurda* pervenerint, quamvis ea omnia etiam alibi decimaverim. Præterea concessi eis ad pellicias fratrum omnes pelles agnorum de omnibus maneriis meis; sive sint in meo dominico, sive ad Firmam; tam de his quæ eduntur, quam de mortitivis. Hæc etiam concessi eis, ut quoties porci ierint in pastionem, ubicunque mei fuerint, ibidem & ipsi suos dominicos porcos ponant.

Similiter post festum S. *Martini* si ego meos in Parco meo, vel in Haia, vel in aliquo alio defenso posuero, ipsi quoque suos in eisdem locis mittant. Porcos verò hominum suorum de omnibus terris suis in aliis boscis meis ponant, & paunagium inde accipiant, sicut ego de meis hominibus accipio. Volo enim & firmiter concedo, ut in his & in omnibus aliis consuetudinibus, ita liberè & quietè teneant, sicut & ego meliùs & quietiùs de ipso Rege meas consuetudines habeo. Hujus autem donationis & concessionis sunt testes *Simon* Episcopus *Wigorniæ*, *Richardus* Archidiaconus, *Radulfus* Vicecomes; *Reginaldus* Magister; & *Robertus* Magister de *Crikelada*; *Ogerus* decanus; *Willielmus* & *Paganus* Capellani *Wigornienſis* Episcopi; *Swardus* de *Ardena*; *Gaufridus* de *Petra fita*; *Engelgerus* de *Bohun*; *Willielmus* de *Bosovilla*; *Radulfus* dapifer; & *Willielmus* filius ejus; *Paganus* filius *Willielmi*.

Carta

Carta ejusdem Gaufridi *de Manerio de* Pichenden*e, & Ecclesia de* Stanes.

UNiversis Sanctæ Ecclesiæ fidelibus *G.* de *Clintona* salutem. Sciant omnes tam posteri quam præsentes, quod ego pro redemptione peccatorum meorum, & pro salute animæ Domini mei *H.* Regis dedi, & in elemosinam concessi Ecclesiæ S. *Mariæ* de *Kenildewurda*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, Manerium de Pichenden cum omnibus pertinentiis suis liberam & quietam de omni servicio & auxilio seculari, præter communia gelda Regis. Et feci hoc concessione Domini mei *H.* Regis, ex cujus dono & dominio idem Manerium teneo, assensu etiam & petitione *Gaufridi* de *Sancto Rogerio*, qui eandem terram de Pichenden de me tenebat. Præterea concedo eisdem Canonicis Ecclesiam de * Stanes, cum omnibus pertinentiis suis in perpetuam & liberam elemosinam, quam eis adquisivi ex dono *Enisani*, in cujus Dominio, & assensu *Nicholai* de *Stafford*, in cujus feodo ipsa Ecclesia fundata est. His testibus, *Hugone* de *Legrecestri*, *Gaufrido Luvel*, *Radulfo Pincerna*, & *Willielmo* filio ejus, *Ricardo* de *Torneris*, *Gudmundus*, & *Rogero Merulam* de Pichenden; *Alexandro*, & *Ernaldo*, & *Roberto* filio *Pagani*, & multis aliis. Valete.

* Stane in com. Staff.

Carta Gaufridi *de* Clintone, *donationes patris sui recitans & confirmans, &c.*

GAufridus de *Clintona* omnibus amicis & ministris & hominibus suis *Francis* & *Anglis*; & Universis Sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, salutem. Noverint omnes tam extranei quàm parentes, tam posteri quam præsentes, quod ego *Gaufridus* pro remissione peccatorum meorum, & pro salute mea & dominorum, parentum, & amicorum meorum, & præcipuè pro anima patris mei *Gaufridi Camerarii*, & animabus omnium antecessorum & successorum meorum concedo, & in perpetuam & liberam elemosinam confirmo Ecclesiæ S. *Mariæ* de *Cheningeurda* & Canonicis ibidem Deo servientibus, omnes terras & Ecclesias & alias res, cum omnibus earum pertinentiis & libertatibus, quas prædictus *G.* de *Clintona* pater meus, ipsius Ecclesiæ fundator eisdem Canonicis dedit vel adquisivit. Inprimis scilicet totam terram ipsius *Cheningaurda* in nemore & plano, & omnibus aliis prædictæ villæ pertinentiis, exceptâ particulâ quam iisdem pater meus inde retinuit ad Castellum & ad Parcum suum faciendum. Manerium quoq; de Salford, & Manerium de *Hichendena*, & Manerium de Utelicote; & Manerium de Bidham, cum omnibus suis pertinentiis, libera, soluta, & quieta de omni servicio & auxilio seculari, exceptis communibus *Denegeldis*, quæ currunt per totum Comitatum.

Præterea Ecclesia de *Wttona* cum omnibus quæ ad eam pertinent, scilicet in ipsa *Wttona* unam hidam terræ, & duas hidas in *Lilentona*, & Ecclesiam de *Clintona*; Et Ecclesiam de *Bartona* cum omnibus earum pertinentiis. Insuper plenariam decimam de omnibus quæcunq; ad Castellum de Chenileurd pervenerint, sive ad cellarium, sive ad coquinam, sive ad lardarium, sive ad granarium, sive ad halgardum, tam de empticiis & donaticiis, quàm de propriis redditibus; videlicet in blado & feno, in porcis & animalibus, multonibus, baconibus, venatione, caseis, piscibus, vino & melle, in cera & sebo, pipere & cumino, & in omnibus aliis quacunq; & quomodocunq; ad castellum de Chenuguurd pervenerint, quamvis ea omnia etiam alibi decimata sunt.

Præterea in unacunq; septimana, habeant Canonici uno die piscandi in vivario de castello quocunq; ipsi eligerint. Sed & omnes pelles agnorum ad pellicias fratrum de omnibus Maneriis meis, sive sint in dominio, sive ad firmam, tam de his quæ eduntur, quàm de mortitivis. Hæc quidem omnia, quæ pater meus eis dedit, concedo & confirmo; & pro anima ipsius, & pro salute mea & meorum prædictam Ecclesiam de Cheninguurd, ex parte mea accrevi, & Canonicis dedi, quæ subter annotantur.

Inprimis terram de *Neuntona*, quam eis dedi ad sepulturam patris mei, liberam & quietam ab omni servicio seculari. Manerium quoq; de *Pechinsonn*, cum omnibus suis pertinentiis, & libertatibus, solutum & quietum de omni servicio seculari. Præterea totam terram quam *Gilbertus Nutritius* de me tenebat in *Lemintona*, cum Ecclesia & molendino ejusdem villæ, & omnibus aliis pertinentiis, exceptâ parte illâ Manerii quam *Atsorus* & nepotes sui de eodem *Gilberto* tenebant. Molendinum etiam de *Kibbecliva*, quod idem *Gilbertus* de me tenebat, similiter quietam ab omni servicio. Insuper concedo & confirmo prædictis Canonicis terram de Wlfredefen, quæ fuit *Willielmi Palmarii*, & totam terram *Willielmi* de *Morun*; & terram de exsartis quam pater meus essartaverat de bosco *Stanleja*, & unam hidam terræ circa Wlfredefen, & terram de *Wttona*, quam *Odo* de *Turri* dedit eis.

Ad hæc concedo & confirmo eisdem Canonicis Ecclesiam de *Wilmelethona*, & Ecclesiam de *Clintona*, & Ecclesiam de Herberburie, cum omnibus earum pertinentiis. Concedo etiam & firmiter statuo, ut Canonici habeant Curiam suam, & omnes consuetudines suas & libertates, ita liberè & quietè & integrè, sicut ego Curiam meam, & meas consuetudines melius & firmiùs habeo. De pasturis etiam meis concedo, ubicunq; sive in parco vel extra parcum animalia mea & porci mei fuerint, ibidem ipsi sua animalia, & suos porcos habeant; Et ubicunq; mei homines pasturam habuerint, ibidem homines eorum sine calumpnia vel contradictione pasturam habeant. Sed & hominibus

bus eorum licentiam & libertatem dono de communi boſco capiendi quod neceſſarium domibus & focis & ſepibus fuerit, ſine emptione & venditione. Hujus rei teſtes ſunt Abbas *Warinus*, & *Gilbertus*, & *Ricardus Mon: Willielmus ſilius Odonis*, *Ernaldus* frater ejus, *Willielmus* de *Curli*, reliqui.

Carta Henrici *de* Clintona *donationes anteceſſorum necnon aliorum confirmans; & plurima de ſeipſo concedens.*

SCiant qui ſunt & qui futuri ſunt, quod ego *Henricus* de *Clintona*, pro ſalute mea & meorum concedo, & hac Cartâ meâ in puram & perpetuam elemoſinam confirmo, Eccleſiæ *S. Mariæ* de *Kenildeuurda* & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, omnes terras & Eccleſias, & omnes alias res cum omnibus eorum pertinentiis & libertatibus, quas *G.* de *Clinton*, avus meus, domini regis Camerarius, eis pro ſalute regum *Angl æ* & ſua & ſuorum dedit, adquiſivit, & conceſſit in puram & perpetuam elemoſinam. Totam videlicet terram ipſius *Kenild:* in boſco & plano (&c.) Præterea concedo eis inperpetuum & confirmo omnes terras, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, quas eis prius dederam, conceſſeram, & confirmaveram, tenendas de me & hæredibus meis imperpetuam elemoſinam; ſcilicet totam terram cum boſco à loco ubi domus *Ailmeri* fuit, uſq; ad foſſum Stotfolde, & à Stotfold uſq; ad angulum nemoris ipſorum Canonicorum de Blachwelle, cum Colurtinus-holfaſt, & iterum ad Stotfolde verſus viam de Wridefen *xvi.* acras terræ, ita ut quod deeſt in longitudine ſuperpleatur in latitudine.

Et warantizabo eis totum nemus quod *Robertus le Francois* calumpniabatur infra foſſatum Canonicorum de Blachwell, Et totam terram & boſcum à ſepe *Roberti Piſtoris*, uſq; ad caput veteris foſſati quod ibi extenditur, & à capite illius foſſati uſq; ad angulum novi foſſati, quod Canonici fecerunt circa nemus quod eis prius dederam; & ab angulo illo uſq; ad diviſas inter me & *Templarios*, & ſic per diviſas *Roberti le Francois* de Langele uſq; ad boſcum quod eis prius dederam, ſcilicet totum boſcum & totam terram, quam ibi habui inter diviſas prædictorum Canonicorum & Templariorum & *Robertum le Francois*,

Totam quoq; terram quam *Ricardus Carbonarius* de me tenuit apud Wridefen, & totam terram quam *Turgiſius* de me tenebat, juxta terram Canonicorum de Wridefen; & totam terram quæ jacet inter alnetum Canonicorum, & terram *Nigelli* de *Mundavilla*, Et totam terram quæ fuit *Thomæ* filii *Henrici* Foreſtarii, quæ eſt inter prædictam alnetam & rivulum de Wridefen. Et unam acram terræ quam *Johannes le Strange*, homo Canonicorum de me tenuit; & quicquid juris habuit in terra, quæ eſt ad dextram viæ quæ vadit de ponte ſupradicti rivuli juxta horrea Canonicorum, ad terram *Nigelli* de *Mundavilla* dedi ipſis Canonicis in perpetuam elemoſinam. Et totam terram illam quæ fuit *Willielmi* de *Coleſhull* apud Wridefen ante curtim ipſorum Canonicorum; Et buttas juxta pontem de Wridefen, quæ ſunt ex altera parte viæ contra culturam Canonicorum; & duas acras terræ ad Bernet quæ ſunt infra ſepem terræ, quæ fuit *Toli* pictoris.

Et totam moram quæ eſt inter Badefort-Broch & terram *Radulfi Carbonarii* juxta viam quâ itur ad Bareſtone. Et *x.* acras terræ, quas *Gilbertus* de Preſtewelle tenuit cum tota terra illa; quam idem *Gilbertus* exſartavit, quæ Stoograve dicitur; & pratum illum quod eſt contiguum prædictis decem acris. Et totam terram de Wridefen quam *Rogerus* & *Aildeerus* de me tenuerunt, cum ipſis hominibus & eorum ſequela. Et unam acram terræ, quam *Ranulfus* & *Reginaldus Rufus* de me tenuerunt, & nemus quod eſt inter domum prædicti *Reginaldi*, & nemus quod ad Eccleſiam de *Kenill.* ab antiquo pertinere dinoſcitur, à fonte unde rivus defluit qui Meuſiche dicitur, uſq; ad crucem quam *Robertus le Francois* erexit, ad diviſam faciendam inter nemus quod idem *Robertus* de me tenuit, & illam partem nemoris quam mihi ipſi retinui, & ab illa cruce uſq; ad angulum hai prædicti *Roberti le Francois*.

Et totam terram illam quam *Ernaldus* de *Hulla* tenuit de me in *Kenildewurtha*; ſcilicet unum meſuagium juxta barram, & duas acras retro illud meſuagium; & illud meſuagium quod eſt inter meſſuagium *Ricardi Sibille*, & meſſuagium *Girardi* Porcarii, cum toſta & croſta; & *xii* acris terræ & dimid: novem ſcilicet cum chevifcis ad ipſas pertinentibus juxta Frenchiſeſtochinge, & ſe extendit uſq; ad ſicheth de Buſhale, & duas acras & dimid: quæ jacent inter foſſatum Parci, & viam quæ vadit de *Kenill:* ad Wridefen, & deſcendunt à monte de Wridefen cum chevifceis ſuis uſq; ad ſicheth de Buſhale. Et illam acram terræ, quæ jacet inter acram *Gerardi*, & acram *Johannis* filii *Alani*.

Et totam terram quam habent ex dono *Osberti* filii *Willelmi* de *Tidalmuntona*; ſcilicet illud meſuagium in *Kenell.* quod eſt inter domum *Nicholai*, & domum *W.gani*, & domum *Ricardi* filii *Sewardi*, cum tota terra quam *Ricardus* filius *Anketell.* de *Stivele* tenuit aliquando ſuper Deſcherleſhull. Et totam moram à ponte de Wridefen juxta viam, quæ tendit verſus Bareſton uſq; ad exſarta *Ernaldi Harlſcherl.* de Wridefen; & totam moram in circuitu, per exſarta *Roberti Piſtoris* & *Ernaldi* armigeri, & *Reginaldi* hominis Canonicorum. Et totam terram quam *Thomas* filius *Henrici* tenuit apud Wridefen. Et volo ut prædicta Eccleſia & Canonici de *Kenill.* habeant & teneant omnes has prædictas terras, quas ego ipſe eis dedi liberas & quietas imperpetuum ab omni ſervicio, & exactione ſeculari, de me & de hæredibus meis, Et ego & hæredes mei omnes terras illas warantizabimus eis imperpetuum.

Concedo etiam eis & confirmo totam villam de Tacheleſbroc, cum molendino & omnibus pertinentiis

pertinentiis & libertatibus suis, quam p ius eis dederam, cum serviciis & homagiis omnium hominum qui de me in eadem villa tenuerunt; & nominatim cum servicio & homagio *Willielmi* de *Warwich*, & *Walerandi*, & *Widonis* de *Chedelesfunz*, & *Willielmi Brun*, & *Johannis* de *Creft* & hæredum ipsorum imperpetuum sine ulla retentione mihi vel hæredibus meis; liberam & quietam ab omni servicio de me & de hæredibus meis imperpetuum ab omni exactione, salvo foraneo servicio. Et ego & hæredes mei omnes prædictas terras, quas ego ipse eis dedi & confirmavi, warantizabimus eis imperpetuum contra omnes homines. Et si eas ipsas (quod absit) warantizare non poterimus, rationabilem eis escambium in nostra hæreditate faciemus.

Concedo etiam eis & confirmo imperpetuum in villa de **Stude**, servicium illius virgatæ terræ, quam *Ricardus Bever* de me tenuit; scilicet unam libram piperis, & aliam cumini ad natale Domini; & homagium ejusdem *Ricardi* & hæredum suorum imperpetuum. Et in **Berberbury** illam virgatam terræ, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis, quam *Levenath* pastor tenuit, & *Ricardus le Engineur*, & sequelam suam, cum messuagio quod pertinet ad prædictam terram; & cum augmento duarum acrarum; pro una scilicet acra illud chevesce quod est al cheise de **Withicroft**, & aliam acram inter la **Lawe** & **Puttes**. Et ego & hæredes mei omnes has prædictas terras, eis contra omnes homines warantizabimus imperpetuum. Concedo etiam eis & confirmo totam terram in **Bollinton** quam habent de dono *Juliane* de *Sancto Remigio*, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis imperpetuum, ab omni servicio & exactione seculari, salvo foraneo servicio. Et ego & hæredes mei totam terram illam warantizabimus eis imperpetuum.

Concedo etiam & confirmo eis, ex dono ejusdem *Juliana* Ecclesiam de **Pistele**, & unam virgatam terræ in **Cobele**, cum omnibus pertinentiis suis & libertatibus; & Ecclesiam de *Etha* ex dono *Lecelinæ* & concessione *Bertrami* de *Verduno* filio ejus; & pratum de **Ruggenhale** apud **Essesho**, & pratum de **Weresord** ex dono ejusdem *Bertrami*. Quare volo (&c.) Hiis testibus, *Roberto*; *Radulpho*; Magistro *Willielmo Martell*; *Willielmo* clerico de *Warewiche*; Magistro *Ricardo* de *Gnowshale*; *Roberto* de *Harecurth*; & *Willielmo* filio ejus, *Willelmo* de *Ardena*, *Radulfo* fratre ejus; *Walerand* de *Cumpton*; *Johanne* filio *Almi*; *Henrico* de *Camera*; *Johanne* de *Londonia*; *Ricardo Fincerna*; *Henrico Blundel*; *Johanne Blundel*; *Rogero Godienave*; *Willelmo* de *Norfolc.a*.

Carta Regis Henrici *primi Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Pat. 13. E. 4. part. 2. m. 17. per Inspex.

HEnricus Dei gratia Rex *Anglorum* & dux *Normannorum*, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus & ministris & omnibus fidelibus suis totius *Angliæ* salutem. Sciatis me concessisse *Gaufrido de Clintona* thesaurario meo & Camerario meo fundare Ecclesiam S. *Mariæ* in terra de *Chenildewrde*, quam ei dedi in feudum & hæreditatem de dominio meo. Et concedo Deo & beatæ *Mariæ*, & Canonicis regularibus, quos ibi ad serviendum Deo constituit, terras, Ecclesias, & decimas, & omnes res quas eis dedit & concessit vel adquisivit, sive adquisierit; seu quæ deinceps eis dabuntur in elemosinam: videlicet totam terram ipsius **Chenildewrd** in nemore & plano, quam idem *Gaufridus* liberavit *Bernardo* Priori ad opus ejusdem Ecclesiæ, præter illam duntaxat terram in qua castellum ejus situm est, & quam retinuit in suo dominio ad burgum suum faciendum, & ad vivarium suum, & ad Parcum suum.

Præterea concedo eidem Ecclesiæ Manerium de **Salford**, cum omnibus suis pertinentiis, quod fuit *Livethæ* monialis, quod ego dirationavi versùs *Rogerum* Comitem de **Warewic**. fuisse de elemosina mea; quodq; ipse *Gaufridus* de eodem Comite tenebat, ipse verò Comes illud Manerium meo concessu eidem Ecclesiæ donavit, solutum & quietum de servicio unius militis, quod ei *Gaufridus* inde faciebat, & de omnibus auxiliis & serviciis quæcunq; ad idem Manerium pertinebant.

Ad hoc etiam concedo præfatæ Ecclesiæ, terram de *Itelicota* quam *Nicholaus* de *Stafford* meo concessu ei dedit, & *Robertus* filius ejus concessit soluram & quietam & liberam de servicio unius militis, quod *Gaufridus* inde debebat, & de omni auxilio & servitio seculari. Et insuper duo prata in **Tirsho**, de quibus idem *Nicholaus* ipsi *Gaufrido*, mea concessione, unum dedit, & aliud vendidit.

Et præter hæc concedo ei Manerium de **Niwham**, quod *Gaufridus* de *Clinton* & *Hugo filius Ricard.* tenebant. Ipse verò *Hugo* illud Manerium eidem Ecclesiæ dedit, & *Rogerus* Comes de **Warwic**, de cujus feodo erat, concessit solutum & quietum de servitio unius militis, quod *Gaufridus* ei inde debebat, & de omnibus auxiliis & serviciis secularibus. In *Lilentona* dimidiam hidam terræ, quæ fuit *Fulcoldi*, ex dono ipsius *Hugonis* eadem libertate concedo.

Præterea concedo prædictæ Ecclesiæ Ecclesiam de *Wottona* de meo dominio, cum terris & decimis & cherchez & omnibus consuetudinibus eidem Ecclesiæ pertinentibus; scilicet in *Wottona* unam hidam terræ, & duas hidas in *Lilentona*, cum omnibus rebus quas eadem Ecclesia meliùs & plenariùs habuit tempore regis *Edwardi* & patris mei & meo, exceptâ particulâ nemoris, quam *Gaufridus* inde retinuit ad inforestandum.

Ecclesiam etiam de *Chintona* de meo dominio cum terris & decimis & cherchez, & omnibus rebus eidem Ecclesiæ pertinentibus. Similiter Ecclesiam de *Stanleja* de meo dominio, cum terris & decimis & cherchez & cum omnibus rebus, quæ ad eandem Ecclesiam pertinent.

Ecclesiam quoq; de **Budesord** de meo dominio quam *Bernardus* Prior dirationavit fuisse de parochia sua de **Saltford**.

Concedo

Concedo etiam supradictæ Ecclesiæ Ecclesiam de Bradley, & Ecclesiam de *Walesburna* cum omnibus quæ ad eas pertinent, cum terris & decimis & omnibus aliis rebus quæ ad eas pertinent, cum terris & decimis & omnibus aliis rebus, quas *Rogerus* Comes de Warewic eidem Ecclesiæ dedit, & postea coram me concessit.

Ecclesiam quoq; de *Cumtona* cum omnibus suis pertinentiis, quæ est de feodo *Radulfi Pincerna* de *Legrecestria*; & Ecclesiam de *Bertona* in *Northantescira* ex dono & concessu *Willelmi* de *Forrellis*, cum omnibus quæ ad ipsam Ecclesiam pertinent. Has verò terras & Ecclesias & omnes alias res, quæ ad Ecclesiam S. *Mariæ* de *Chenildewrda* pertinent, volo & firmiter præcipio, ut Canonici ejusdem Ecclesiæ teneant quietas & liberas de omnibus serviciis secularibus; videlicet de omni expeditione infra vel extra *Angliam*, & de omnibus auxiliis & exactionibus secularibus quomodocunq; & quotiescunq; venerint: Nec aliquis dominus vel vicecomes, sive aliquis de ministris meis in ipsis terris vel Ecclesiis super hoc aliquid requirat, præter mea communia gelda, quæ erunt per totum comitatum; sed habeant omnia sua integra, & quieta, & libera à modo & in perpetuum, cum *Soca* & *Saca*, *Tol* & *Team* & *Infangeneetheef*, & omnibus aliis consuetudinibus & libertatibus, & adquietationibus, in bosco & plano, terris, aquis, pratis, & pascuis, & omnibus locis, sicut aliqua Ecclesia alia totius terræ meæ de elemosina mea, melius & quietius & honorificentius teneat. Quod ego *Henricus* Dei gratia Rex pro salute animæ meæ & pro statu regni mei, & pro animabus prædecessorum & successorum meorum concedo, & signo Sanctæ Crucis manu mea confirmo, annuentibus etiam & signo Crucis annotantibus *Adeliza* Regina, & Archiepiscopis atq; Episcopis, ; cæteriſq; fidelibus annotatis.

Carta Regis Henrici *secundi Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Henricus Rex *Angliæ* & Dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis me concessisse & præsenti Cartâ in perpetuam elemosinam confirmâsse Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de *Kenning*. & Canonicis ibidem Deo servientibus, terras, Ecclesias, decimas, & omnes res, quas Rex *Henricus* avus meus eis in elemosinam concessit, & per Cartam suam confirmavit. Scilicet totam terram ipsius *Kenning*. (&c.) Ecclesiam etiam de Stanis cum Capellis, terris, decimis, & omnibus libertatibus & pertinentiis, quas tempore *Henrici* Regis avi mei unquam melius & plenius habuit; totam etiam terram quæ fuit *Brusardi* in Stanis, & medietatem totius nemoris; & terram quæ fuit *Alani* generi *Enisani* in *Walatona*, cum exsartis quæ facta sunt in bosco ipsius *Walatonæ*, & terram quæ fuit *Alduini*.

Et terram de *Niwentona* & Lodbroch, cum omnibus earum pertinentiis, & libertatibus, sicut eas tempore *Henrici* Regis avi mei unquam melius & plenius tenuerunt. Insuper concedo & in elemosinam confirmo prædictis Canonicis de *Kening*. terras de exsartis; & in *Witona* terras quas habebant per *Odonem* de *Turri*, cum prato; & molendinum de *Kibbeclive*; & Ecclesias de Wilmelechton, & de Radeford, & de *Stancleia*, & de Clinton ex feodo & dono *Gaufridi* de *Clinton*, sicut in Cartis ejusdem continetur, cum omnibus pertinentiis & libertatibus, quas prædictæ terræ & Ecclesiæ tempore Regis *Henrici* avi mei melius & plenius habuerunt.

Terram quoq; de Bartford ex dono *Seburgæ* & *Noemi* Sanctimonialium, concessione ejusdem *Gaufridi* de *Clinton*; & unam hidam terræ & dimidiam in *Ludewella* ex dono *Manasseri Arsic*. Similiter ex feodo & dono *Roberti* de *Stafford*, terram quæ fuit *Curteſii* in Tiesho, & terram quæ fuit *Ailrici* in *Branchota*; & molendinum de *Witona* proximum Ecclesiæ. Et apud *Stanford* terram *Walteri* filii *Juthæ*, & terram *Briani* filii *Cadiho* propè castellum. Et ex dono *Nicholai* de *Mulewic* terram de Frodeswelle; & ex dono *Walteri* de *Cheuresmella* medietatem Ecclesiæ de Stoches; & ex dono *Willelmi Giffard* & *Rogeri* fratris ejus, terram quam habent in Herdewic. Ecclesiam etiam de *Maldlija*; & Ecclesiam S. *Nicholai* in Castello de Stafford; Et Ecclesiam de *Wlwarda*; & Ecclesiam de Tiesho cum virgulto & molendino Ecclesiæ proximo; & incrementis quæ *Matildis* de *Stafford*, assensu *Roberti* de *Stafford*, adjecit; & cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis.

Concedo etiam & in elemosinam confirmo supradictis Canonicis terram de Broch * cum bosco & exsartis, sicut *Hugo* de *Ferrariis* eis divisit & concessit assensu *Walchelini* nepotis sui, & *Willelmi* fratris sui, sicut in eorum Cartis continetur. Præterea ex dono *Henrici* filii *Sewalli* & concensu *Roberti* Comitis de *Ferrariis*, Ecclesiam de *Estendona* cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis, sicut Cartæ eorum testantur. Ex dono *Rogeri* de *Monbray*, & concessu *Sansonis* de *Albineio* Ecclesiam de *Smita*, sicut in eorum Cartis continetur. Et Ecclesiam de *Ceastretona* ex dono *Willelmi Cree*. Et Ecclesiam de Wittenes ex dono *Lecelinæ*, cujus dote ipsum Manerium est, cum terra ad eandem Ecclesiam pertinente ex dono ipsius *Lecelinæ*: Et Ecclesiam de *Herberburia* cum duabus virgatis terræ, & omnibus aliis pertinentiis suis. Et Ecclesias de *Lemintona* & de *Cubintona*, quæ sunt de jure & tenura Ecclesiæ de *Wittona*.

* Brooke in Com. Rut.

Et ex dono *Nicholai* de *Hychendena*, Ecclesiam ejusdem villæ de *Hychendena*, sicut ipsius Carta testatur. Terras etiam & mansuras, quas habent in Warewich, cum earum libertatibus, & pratum de Bathechinton, quod habent ex dono *Henrici* de *Ardena*, sicut ejusdem Cartâ testatur.

Digitized by Google

testatur. Terram etiam quæ fuit *Milonis* in *Kintona*, & terram quæ fuit *Turgisii* in eadem *Kintona*. Et Ecclesiam de *Lecheslea*, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis. Manerium etiam de *Pachintona* cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis, ex dono *Gaufridi* de *Clinton*, & concessione *Henrici* de *Ardena*, & *Hugonis* fratris sui per servicium dimidii militis. Et *Lamintonam* totam cum pertinentiis & libertatibus suis ex dono & concessu Prioris & Conventus de **Coventre** per servicium dimidii militis.

Et ex dono *Nicholai* filii *Nigelli*; & *Margaretæ* uxoris suæ, Heremitorium de **Calewich**, cum terra & nemore, & cum Ecclesia de **Adalachestun**, & cum omnibus aliis pertinentiis & libertatibus suis, sicut eorum Carta testatur. Et sex solidatas terræ in **Bodmanton** ex dono *Willielmi* de *Alneio*, & concessu *Roberti Banaster*. Et terram de *Stallintona* quam Canonici habent ex dono *Nicholai Malvesin*, & concessu *Stephani* de *Budls* per v. sol. annuatim sicut in donatorum Cartis & scriptis continetur. Et v. virgatas terræ in *Wlwicheſtona*. Quare volo (&c.) Test. *Thoma* Archiepisc. *Cantuar.* Magistro *Gaufrido* Archidiacono *Cantuar.* *Roberto* Comite *Leicestriæ*, *Ricardo* de *Humet* Constabulario, *Manasſero Bissæ* Dapifero, *Henrico* filio *Geroldi* Camerario, *Gosſelino* de *Balolo* apud *Westmonasterium*.

Carta Nicholai *de* Greſelei; *de Ecclesia de* **Longford**.

Adhuc ex prætato Regiſtro de **Kenilworth**.

EGo *Nicholaus* de *Greſeleia*, concessu *Willielmi* fratris mei, & *Margaretæ* uxoris meæ, pro anima *Nigelli* patris mei, & assensu *Rogeri* Episcopi *Cestrensis*, concessi Ecclesiæ S. *Mariæ* de **Birmingwurd** (&c.) Ecclesiam de **Longford**, cum omnibus pertinentiis, quæ sita est in patrimonio uxoris meæ *Margaretæ*; quam elemosinam uxor mea *Margareta* donavit prætatæ Ecclesiæ de **Birmingwurd**, concensu *Gaufridi* Camerarii, fundatoris ejusdem Ecclesiæ, sub cujus cura fuit per tempus non modicum, & patrimonium ejus totum: Et hanc donationem, quam uxor mea fecit, ratam habui. Et quod hanc concessionem, & uxoris meæ donationem firmam, & stabilem imperpetuum manere, voso & firmiter constituo, ut prænominati Canonici de **Berningwurd**, & fratres de **Calwich** * habeant & teneant hanc meam elemosinam, cum terris & decimis (&c.) liberam ab omni servicio & exactione seculari. Testes *Radulfus* Prior de **Stanes**, *Johannes Propheta*, *Radulfus* de S. *Quintino*.

Calwich, in com. **Stafford**, cella de **Kenilw.**

Carta Margaretæ *uxoris* Nicholai *de* Longford, *de Ecclesia de* **Longford**.

UNiversis (&c.) *Margareta* uxor *Nicholai*, filii *Nigelli* de *Longford* salutem. Sciant (&c.) quod ego, pro animabus prædecessorum meorum, dedi Canonicis de **Birmingwurd**, Ecclesiam de **Longford**, cum pertinentiis, quæ sita est in patrimonio meo, & hanc meam donationem, dominus meus *Nicholaus* ratam habuit (&c.) Testibus *Simone* filio meo, *Reginaldo* serviente Canonicorum de **Calwich** (&c.) Ib.

PRIORATUS

de Stone, *in agro* Staffordiensi.

Historia Fundationis ejusdem.

Passio Sanctorum Wlfadi & Ruffini *filiorum* Wlferi *Regis*.

SI *Tulliana* facultatis fœcunda facundia penetrans pectinasset pectus meum, & ad liquidum limâsset linguæ plectrum, sederet propositio prædicare ac panagerico stilo beatorum *Wlfadi* & *Ruffini* fratrum, puerorum profectò illustrium illustrare martirium. Ipsorum namque triumphales titulos ab ipsa sapientia patris accipimus commendatos, credimus consecratos. Cum enim salvator noster suos athletas ad agonum armaret ac ammarer, multimoda certamina pro nomine suo toleranda; præponens & præmuniens prædixit inter cætera, *Traditimini à parentibus, cognatis & amicis, & morte afficient ex vobis.* Iterum alibi dicit expressiùs & manifestiùs quod istis congruit martiribus, *Tradet pater filium in mortem, &c.* ut tantò Sanctorum patientia probaretur propensior, ac merces in cœlo copiosior coronaque celsior, quantò fuisset sanguinis linea proximior persecutor. Ex vetusto MS. in bib. *Cottoniana* [sub effigie *Othonis* A. 16.] fol. 1.

Quis enim dignè pensare poterit quos quantosve cruciatus cordis cum corporis tormentis pertulerit proles, dum suum carissimum cruentum carnificem, & proprium patrem perpetuit sui peremptorem? Quod quidem à domino prædictum qualiter in prænominatis pueris fuerit adimpletum, aggrediatur agresti licèt relatu enodare noticiæ posterorum. Et quidem ad id agendum propria me incitavit devotio. Et ut plurimorum discretio censet, passio prætatorum antiquitùs descripta, ob stilum im-

cultum & falsam grammaticam, quibus tota scatet, potiùs contemptui quam lectioni patet. O dolorem indicibilem, ò coronam inmarcessibilem, quando non trepidat aut tardat Martiri mortem inferre, qui jure naturæ pro illius vita tuenda tenetur mortem sufferre.

Beatos adolescentulos *Wlfadum* & *Ruffinum* natura generando germanos edidit, set eos gratia regenerationis in fide atque sanguinis effusione feliciori germine germaniores reddit. Dicuntur enim fuisse filii *Wlferi* Regis *Merciorum*, & Sanctæ Reginæ *Ermenild's*, qui quarto anno post patris sui *Penda* paganissimi Principis interitionem, paternum jure successivo susceperat sceptrum. Is namque baptizatus à *Finano* Episcopo, votum vovit domino se delubra dæmonum destructurum, & omnia ydola de regno suo deleturum, & Christianæ Religionis cultum pro posse dilaturum. Hoc eciam iteravit promissum quando egregiam *Ermenildam* duxit in matrimonium. Hæc enim beatissima erat præclara genere & specie, set fide præclarior & sanctitate. Ex *Exberto* Rege *Cantuariæ* genita ex atavis *Francorum* illustrissimis Regibus descenderat, atque ex sanctissima Regum orientalium *Anglorum* stirpe originem duxerat. Et quoniam præfatus *Penda* tum dolis tum Martij campi casibus alludentibus sibi, plures Reges *Angl.e* tulit de medio, qui postremo ab *Oswio* fratre sancti *Oswaldi* cæsus cum cunctis pene Principibus, satrapis atque satellitibus suis, ob illorum vindictam interiit justo Dei judicio, formidavit cor *Wlferi* filii ejus, ne ob inimicitiam patris pari periret exitio. Prospiciens proinde sibi & suo regno, desponsavit sanctam *Ermenildam*, cunctis Regibus extinctis consanguinitate vel affinitate connexam, destricto discretoque consilio, ut in tempore iracundiæ gratia ipsa fieret reconciliatio. *Wlferus* igitur Regis nomen nactus & insigne, vota sua, quæ distinxerunt labia ejus, domino reddere distulit; Immo instigante quodam pravo atque perverso, nomine *Werebod*, qui erat ei à secretis, penè in apostasiam lapsus, à fide retrorsum abii.

Erat isdem *Werbodus* idolatra, vir *Belial*, satelles Sathanæ, Minister, immo mali artifex, quod pater ejus *Penda* perpetraverat, quem sibi auricularium & Consiliarium velud alterum *Achitophel* ac Rectorem à se secundarium in toto regno suo, sicut *Assuerus* quondam *Aman* constituerat. Extitit corde versutus, ore vafer, opere versipellis, carne lubricus, mente tumidus. Hic in tantam elationem prorupit, ut peteret à Rege dari sibi conjugem filiam ejus ætate adhuc parvulam, *Werburgam* vocabulo, quam ei Regina peperit. Æstimabat enim hujusmodi fœdere nuptiarum se in Regno Regi successurum, & in præsenti non modicam partem regni possessurum. Et quidem Rex ipsius petitioni assensum præbuit, set Regina maturiùs & consultiùs hoc omnino fieri prohibuit. Disposuit despondere illam uni viro virginem castam exhibere Christo; quod & fecit in tempore oportuno. Venerabilis enim *Werburga* spretis regii germinis procis, totius mundialis gloriæ pompaticum fastum fastigiumque fastidita, velut viola viroris inviolati vernabat decore, & quasi lilium florens ortum Domini suo virgineo venustabat candore.

Prænominati adolescentes germani virginis *Werburgæ*, insolentiam hominis pagani præsertim indignè tulerunt, & ejus præsumptuosæ petitioni, ne videlicet auditu digna judicaretur, in faciem restiterunt. Ab illo ergo die versutus ille doli artifex insidiabatur pueris, factus illis quasi lancea in latere, ac velut sudes in oculis. Illi verò proficiebant ætate & gratia sancti dilecti Deo & hominibus; & quanvis nondum regenerati per baptismum in Christo, quendam tamen sacri lavacri candidatum præferentes, placebant bonis operibus & optimis moribus. Erant autem specie clari, set morum elegantia clariores, gestibus faceti, astuti ingenio, diserti eloquio. Supra senes intelligentes, ultra sapientes, erga omnes munifici & liberales. His & aliis similibus adornando actibus in benedictionibus dulcedinis suæ prævenit eos dominus.

Prior natu *Wlfadus* exutâ pueritiâ, jam adolescentiæ limen attigerat, & ut decet genus regium, aliquotiens aucupio, venatui tamen potissimùm indulgebat. Set miro moderamine miserantis Dei dum feras venari concupiscit & consuescit ad mortem, à Domini venatoribus sagittatur, comprehenditur ad salutem. Quadam namque die, dum venatum pergeret, offendit cervum miræ magnitudinis, quem fugientem diuciùs solus solum insequebatur, sociis dispersis, ac nutu divino fatigatis: Cervus opaca silvarum irrumpens, ad habitaculum viri Dei *Cedda* infra nemoris condensa supra cujusdam fontis marginem constructum pervenit, seque in eundem fontem latitando lascitudinem requie refrigerioque recreando projecit. Famulus Christi *Cedda* misericordiæ viscenbus affluens erga creaturas Dei; frondibus & foliis arboreis cervum occultando & refrigerando contexit; quoniam ut in fine rei claruit, aliquid divinitus actitari per ejus obsequium intellexit. Nam collo ejus postmodum funem circumposuit, & requie refocillatum ad pabula carpenda in silvas abire præcepit.

Erat sanctissimus *Cedda*, teste *Beda*, Ecclesiæ *Licheefeldensis* Episcopus, virtutibus & signis præclarus. Qui profectò partem meliorem *Mariæ* sibi eligens, secretiùs & sacratiùs dulcedini contemplativæ inhians, solitariam vitam ibidem ad tempus ducebat, radicibus herbarum & fructibus arborum silvestrium se sustentabat. Venerabilis adolescens *Wlfadus* è vicino terens vestigia cervi, devenit ad Cellam hujus hominis Dei. Quem intruens & salutans, sciscitabatur ab eo, quo ideveniisset cervus, quem tota die cum tanto sudore fuerat insecutus. Cui respondit Sanctus. *Nunquid custos cervi tui sum ego? Non curo, non custodio feras silvarum seu pecora campi, vel volucres cœli, set agnovi & suscepi ductorem*

ductorem salutis tuæ ministerio cervi. Voluntas enim Domini præparantis cervos revelavit tibi condensa sacramentorum suorum, ut credas in nomine ipsius, & baptizeris in remissionem peccatorum tuorum. Perpulcro præsagio, immo indicio certi præsagii portendit & præostendit tibi cervus demersus in fontem salutaris baptismi lavacrum, quatinus ex sententia discere possis illud Davidicum, Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus, sitivit anima mea ad Deum fontem vivum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Perplura eciam peroravit Sanctus, persuadens & docens qualiter in misterio irrationalium animalium misteria sua revelare dignata sit divina sapientia in salutem fidelium. Nempe *Noe* nunciavit post suum naufragium, mundi repiratricem siccitatem, per columbam, & ore subjugalis Asinæ propheræ cohibuit insipientiam, & obsequio Corvi propheram eximium pavit *Helyam*. Jure verò dominus prophetarum tendens *Jerosolimam* ascendere dignatus est Asinam & pullum, in conversionis utriusquè populi figuram. Narravit nichilominus ei quod de beato *Eustachio* legitur, qualiter in specie Cervi ei apparere Dominus dignabatur; & multa subjunxit quæ in gestis beatorum *Martini Jeronimi* & aliorum sanctorum patrum patrata signa de brutis animalibus inveniuntur.

Venerabilis *Wilfadus* vas electionis respondisse fertur ad verba sancti sacerdotis. *Verè venerande pater à sanctitate tua prolata testimonia credibilia facta fuissent nimis; & mihi ad credendum quæ persuades conducibiliora, si Cervus quem capere conabar, quem in fonte occultasti, & fune collo ipsius circumligato in silvam abire jussisti, tuis precibus aut præcepto apparuerit continuo in nostra præsentia.* Sanctus sacerdos protinus se in orationem prostravit; Et ecce Cervus memoratus funem in collo gestans, è nemore prorumpens, eorum se conspectui exhibuit. Tunc Sanctus surgens ab oratione ait adolescenti. *Intelige vel nunc, quia omnia possibilia sunt credenti; & si quis petierit patrem quicquam in nomine filii, fiet ei. Audi ergo fili & vide; inclina aurem tuam ad obediendum Christianæ fidei, ad percipiendam gratiam baptismi; qui enim crediderit & baptizatus fuerit, juxta salvatoris promissum salvus erit.*

Confortatus & corroboratus in fide *Wilfadus*, provolvit se ante pedes viri Dei; postulavitque sibi tribui regenerationem salutaris lavacri. Videns beatus *Cedda* juvenem in fide radicatum & fundatum, exultavit in Domino, gratias agens Deo salutari nostro qui inchoavit in ejus pectore habitationis suæ locum; impositaque manu catezizavit eum. Benedicens denique fontem, in eodem baptizavit illum in nomine *Sanctæ Trinitatis*, eidem effectus patrinus & pater spiritualis. Et quoniam advesperascebat & inclinata erat jam dies, pater sanctus secum filiolum pernoctare fecit, & cibo corporalis & spiritualis alimoniæ, prout potuit, illius utrumque hominem refecit. Perpulchrum simul spectaculum ibidem apparebat; sicut sanctus *Cedda* cum sancto *Wilfado* manebat, sic Cervus cum jumento, agreste animal cum domito in omni mansuetudine stabat, accubabat, fœnum carpebat. Mane facto, sanctus sacerdos Missam celebravit, & neophitum suum dominici corporis & sanguinis participatione communicans, eum Ecclesiæ corpori tanquam proprium & penitile membrum associavit. Cervus nichilominus ad jussionem patris *Cedda* nota nemora repetiit, & animus tironis Christi magis ac magis in fide ac caritate Dei proficit.

Ingressus *Wilfidus* viam veritatis, de fratris sui salute solicitus, suppliciter sanctum *Ceddam* deprecabatur, quatinus precibus suis impetrare satageret a Domino, ut fratri suo *Rufino* perveniendi ad Christianæ fidei religionem, affectum & effectum largiretur. Cui Sanctus sævior ait. *Quid postulas à me exiguo præstari quod impetrare poteris à Domino in instanti? Fides enim tua fratrem tuum salvum faciet, & infra triduum ad agnitionem veritatis perducet; qui enim vos segregavit ex utero matris vestræ, ambos vocabit per gratiam suam ad se, justificabit in se, glorificabit ex se.* Post hæc valefaciens *Wilfadus* viro Dei sanctum osculum illi libavit, benedictioneque ab eo petitâ & perceptâ, robustus in fide ad sua remeavit. Cumque appropinquaret castro patris sui à quo discesserat quæ nunc vocatur *Wilfere-Cestria*, obviam habuit fratrem suum *Rufinum* magno mœrore affectum ex ipsius absentia. Suspicabatur illum ab aliqua discerpium bestia, sive ab aliquo adversario peremptum fuisse, vel illi aliquid aliud adversi accidisse. Hac de causa perplures suorum adunavit; & illum per concava vallium, per condensa nemorum, per lustra ferarum quærere disposuit. Illo verò viso, tristitia vertebatur in gaudium, trepidatio in trepudium, solicitudo in solacium. Scisitabatur ab eo quo demoraretur? vel si rectè omnia circa se agerentur? Respondens *Wilfadus*, prospera cuncta erga se actitari asseruit; secretiusque illum alloquens, omnia quæ gesserat indicans illi, eadem facere attentius admonuit.

Rufinus verò divina præventus gratia gratias multiplices reddebat Deo, affirmans se diu desiderâsse atque deliberâsse pervenire ad fidem quæ est in *Jesu Christo*, ex quo verbum vitæ primùm audierat à Sancto *Germano Anglorum* orientalium Episcopo. Is namque Pontifex cum venerabili *Ermenilda* superiùs memorata, ad partes illas advenerat, & aliquanto tempore ibidem degens, verbum Dei multis evangelizabat. Magnificavit igitur anima *Wilfadi* dominum, & exultavit spiritus ejus in Deo conctorum salutari, quia respexit, & lumen suæ visitationis illustravit mentem fratris sui. Ut igitur maturiùs manciparetur effectui, quod illorum divinitùs inspirabatur affectu, prudenti usi consilio progrediuntur mane cum canibus quasi venatum, ut dum certam & tritam viam non tenentes pervenirent ad Sancti *Cedda* cellam, celaretur cæteris ipsorum propositum, Nondum in silvam longiùs processerant, & ecce cervus, qui prius beato *Wilfado* apparuit, fune collum

collum circumplexum habens, illis se repræsentavit, & usque ad mansionem viri Dei previum præbuit. *Rufinus* è vestigio præcurrentem sequebatur. Set *Wlfadus* quid bruti animalis præsentia & præcursio prætenderit intelligens, clamando & cornu clangendo illum revocare nitebatur, ne fortè fera ferens ferculum salutis, ab ipso sagittaretur. Puer tamen non intelligens neque intendens clamorem aut cornicinium fratris sui præcurrit citiùs illo, & venit prior ad habitaculum hominis Dei. Cervus verò, sicut priùs, projecit se in fontem famuli Christi, ut patenter daretur intelligi, quod indicio, quo poterat, puerum perduceret ad vitalis fluenta baptismi. Referunt plures sanctissimum *Ceddam* fontem illum de terra suis precibus perduxisse, qui usque in hodiernum diem vocatur *Fons sancti Cedde*, multisq; variis incommodis laborantibus præbet salutiferæ haustum medelæ. Animadvertens homo Dei auditu & visu quæ fiebant, exivit è cella sub divo, infixis oculis ac manibus cœlo; pro utriusque hominis salvatione devotas preces profudit Deo vivo.

Cumque orationi instantissimè antistes astaret, *Rufinus* affuit, ipsumq; beatum *Ceddam* esse de quo multa & magna *Germano* narrante audierat, in ipso ictu oculi statim animo persuasum habuit. Et cum omni reverentia salutans eum, ait; *Tune es Domine pater* Cedda *dilectus Deo & hominibus, amicus* Annæ, *quondam orientalium* Anglorum *Regis Christianissimi Doctor & ductor ad salutem* Wlfadi *fratris mei*? Quo respondente, *Sum*, Procidit ad pedes ejus, obsecrans obnixè ne tardaret se Christianæ fidei regulis initiare, impartiendo salutare lavacrum. Admirans & animo amplexans almus Antistes devotionem tantam in pectore pueri, set sensu cani fervere, gravisus est gaudio magno valde; set & *Wlfadus* interim adveniens, dum agnoscit fraternum desiderium de ipsius certioratus conversione, implerum est gaudio os ejus; & lingua exultatione Sanctus *Cedda* continuò catezizavit & baptizavit eum in ipso fonte, *Wlfado* ipsum Ecclesiastico more tenente, atque de lavacro suscipiente, sic qui prima in generatione frater fuerat illius uterinus, in secunda effectus est ei patrinus. Celebravit sacerdos altissimi postea Missarum sollempina, Ipsosq; agnos novellos effectos de grege, tonsos ascendentes de lavacro, sacravit agni immaculati libatione sacrosancta; mente voceq; præsaga prævidit, prædixit eos ascensuros ad montem *Galaad*, hoc est martyrii fastigia. Deniq; docebat eos observare mandata Dei, prædicans eis præcepta & legem vitæ, & disciplinæ, quia sciebat quod corrigerent adolescentiores vias suas in custodiendo sermones legis divinæ. Declaratio itaque sermonum Dei tantum intellectum dedit parvulis suis in Christo, ut neque mors, neque vita, neque instantia, neque futura, neque aliqua creatura posset eos separare à caritate Dei quæ est in *Christo Jesu* omnium Domino.

Discessuri electi Dei à præsentia præsulis sancti, & ad sua reversuri, humili quidem & devota precum instantia virum Domini rogabant, ut propiùs castrum patris sui *Wlfereccestriam* dignaretur habitationem suam construere, quo liberiùs ad eum convenire divinis mysteriis celebrandis, horisq; canendis frequentiùs interesse; ac verbum Dei valerent crebriùs audire. Placuit petitio puerorum in oculis Pontificis; cellamq; cum oratorio competenti loco ædificans viciniorem, exibuit illic copiam sui se visituris. Ipsi cotidie ad virum Dei venientes divinis officiis assistebant, aliquando divinis morabantur, studioq; venandi simulato Christianam religionem, quam susceperant, obumbrabant, ne in eis deprehenderentur. Verumtamen quia scriptum est, *Semper diligit qui est amicus*, & è contrario *in tempore suo non absconditur inimicus*. *Werbodus*, vir Belial, longè superiùs memoratus sedebat in insidiis, quasi arcus dolosus, ut sagittaret inmaculatos, ut interficeret innocentes pueros illos. Plerumq; pedetentim proditor ille instar pavonis post illos gradiens vespere ac mane ad Cellam Sancti euntes, exploravit itinera & actus eorum. Omni autem nisi tempus & occasionem aucupabatur quo Regis animum inflammaret in odium, immo perniciem eorum. Cumque indagine certiori explorando didicisset ipsos Christianissimos effectos, divini cultus gratia Oratorium illud frequentare, hominemq; sic visitare; accedens ad Regem idipsum illi studuit intimare, verbis dilatoriis ac malignis circumlocutionibus circumscribens, eum in iræ furorem non cessavit incitare. Erat enim idem Rex *Wlferus*, sicut & *Penda* pater ejus, naturali consparsione iracundus, & tempore commotionis suæ fera ferocior ferâ furibundus. Nactus igitur tempus oportunum malitiæ ac nequitiæ suæ, inventor & incentor totius mali fertur ad Regem in hunc modum prorupisse. *Din Domine mi Rex est deliberandum quod semel est statuendum, quoniam ad puerilem levitatem spectat, immo in ignominiam Regiæ maturitatis redundat convellere plantata, ædificata destruere, decreta dissipare, sancita immutare.*

Placuit proinde prudentiæ sullimitatis vestræ propensioris providentiæ, ponderare & secreto libramine, utrum Christianorum nova secta debeat eligi, an cultura deorum à temporibus avitis approbata retineri. Sub illa enim pater tuus diu victoriosissimus vixit, feliciter diis propiciantibus regnavit, splendide de tyrannis & regibus triumphavit; si vero illam abjicere, atque de Regno vestro delere vestræ placuerit maiestati, cum consilio magnatum vestrorum illud condecet fieri. Nunc autem filii tui Christicolæ effecti, animo irreverenti & infrunito vestrum dispositum despicientes, cotidiè Christiana Legis fanum frequentare non cessant, quod infra condensa silvarum in Regiæ maiestatis vestræ contumeliam contumaciter ferri fecerant. Nisi ergo animadversione districta talis præsumptio punita fuerit, auctoritas vestra quam citius deperibit, & quilibet quamlibet sectam sibi eligat quæ oculis suis olus placuerit. Hæc & his similia Rex audiens, irâ totus incanduit, seque graviter in illos

los vindicaturum, si sic se res haberet, juravit. Malignitatis autem ministrum secum nocte illa demorari fecit, in crastino cum ipso solo volens explorando experiri rei veritatem, quam ei detulit. Iccirco illum accusatorem solum secum ducere consultiùs arbitratur. Et si quid gravius in filios irâ dictante perpetraret, ejus solius notitiâ perceptum inposterum cunctis celaretur.

Summo sequentis diei diluculo, cum adhuc tenebræ essent super terram, Rex cum filio tenebrarum, accinctus gladio iter arripuit versùs locum. Sciens autem se fore impotem impetum iræ suæ refrenandi, præmisit ante faciem satellitem illum diaboli, qui annunciaret filiis suis adventum sui, si forte, in Oratorio illo fuissent reperti, ut sic saltem perterriti se absentarent ab eo beneficio fugæ atque laribuli. Missus minister atque magister sceleris, clanculo ad oratorium accedens & per senestrellam introspiciens, illos solo tenus prostratos orationi devotissimè procumbere perpendit, & nec verbulum aliquod aut sonitum saltem in visitando emittens, set latenter cum omni silencio recessit; Et ad regem reversus ait. *Assunt filii tui contumaces & rebelles mandatis vestris, in proposito suo pertinaces & obstinati, Christum colunt & adorant. Et non solum à facie vestra non formidant, set etiam convicia & in properia ingerentes mihi multiplicia, vos non regem aut patrem, set blasphemum & Apostatam nominant.* Hæc vir Belial omnia mentiens protulit, & regem supra modum motum in sanguinem filiorum suorum ire compulit.

Ibat ergo Rex cum pestifero illo, spirans minarum & cædis in filios suos jam discipulos Christi, & non verba jactando, set potius fulminando præ furore, appropinquabat septis oratorii. Beatissimi adolescentes audientes tonitruum vocis ejus, solicitabantur pro patre suo spirituali, timentes ne nimio succensus furore mitteret manum in ipsum sanctissimum *Ceddam* Christum Domini. Nihil enim aliud patrem illaturum sibi nisi verborum injurias aut plagis virgarum poterant suspicari; cum tamen ipsi promptum paratumque cor haberent pro nomine Jesu contumelias & terrores & quælibet mortis genera pati. Beatus *Cedda* sciens quod, teste *Salomone*, sicut fremitus leonis, sic ira Regis, ipsis pueris cogentibus, dans locum iræ, à facie Regis *Wlferi*, sicut *David* à facie *Saulis* declinavit, & ad interiores ulterioresque partes procedens silvarum, se abscondit. Hoc quidem faciens mortem minimè formidavit, quam sibi lucrum deputavit, set meliorem fructum ex vita ejus adhuc conservata quam de instanti morte susceptâ multis fore proventurum intellexit.

Rex *Wlferus* (si tamen rex rectè in hoc loco debeat nominari, qui seipsum regere non potuit aut noluit) irrumpens in Capellam illam, invenit filios ante Salvatoris imaginem orationi attentiùs expositos, Et ait ad illos, *Quid facitis degeneres & contumaces novas sectas colentes & culturam Christianæ legis in regnum meum absque mei permissione palam introducentes? si secta hujus confestim non abrenunciatis, abjuro jura me totius paternitatis ulteriùs erga vos tenere, quon am ipsi vosmet privastis mei filiatione; vosque dampnabo perpetuæ carceris instrusione, aut exilii relegatione, seu membrorum mutilatione multabo vel morte.* Ad hæc *Wlfadus* respondit. *Non est in conscientia nostra suscipiendo seu custodiendo cultum Christianæ fidei genus Regum aliqua degeneri depravasse infamia, sive vobis in aliquo voluisse rebellare, præsertim cum & vos baptismum dudum suscepistis, & per totum regnum vestrum idolatriam penitùs delere, legemque Christi, prout putavimus propalare aut promulgare proposuistis. Noveritis domine Rex, reverende ac pater karissime, quod nullius carceris squalor, aut exilii terror, seu membrorum abscisio, sive supplicii cujuslibet vel mortis intentatio, vel illatio poterunt nos separare à catholica fide quam suscepimus in baptismate. S. verò immeriti ob fidem & dilectionem Christi affectu vestro paterno privamur, illius filii sumus & erimus effecti à quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur.*

Cumque in hunc modum sermones Sanctus proferret, *Wlferus* fera ferocior omni, & efferatior, naturam exuens, instigante Sathana ejusque satellite stimulante, gladio extracto *Wlfadi* athletæ Christi caput amputavit, Christoque martyrem, licet invitus vel inscius, consecravit. *Rufinus* junior hæc videns fugam initr, quem pater furibundus insequens, letiferum illi vulnus inflixit; quo accepto, in terram corruens, post modicum spacium temporis expiravit, fratri suo commartyr effectus, ad cœlestem gloriam demigravit. Sic sic quos in terra conterminos fecit natura, ipsis unitis in fide ac caritate cor unum & animam unam in Domino tribuit gratia; utrosque adunavit & univit in cœlestibus gratia: Passi sunt autem *ix.* kal. *Augusti.*

Tanto piaculo perpetrato, Rex cum sæpiùs memorato mortis ministro concito gressu diverit se à loco paricidii consicio. Ne verò nepharium opus in notitiam deveniret Reginæ vel populi, provisum est utriusque consilio totum habitaculum illud nocturno tempore a b illo filio necis debere destrui, corporaque occisorum in aliquo loco latebroso sepeliri. Set, teste *Salomone*, non est sapientia, non est prudentia, non est consilium, contra dominum, quia quod factum est in tenebris, molimine cujuslibet obstare non prævalente, in lumine fuerit revelandum. Cum enim Rex Castrum cum illo pessimo, qui ei erat à secretis, introisset, & in sua se recepisset, ante fores domus regiæ in atrio in conspectu multorum simul astantium, invasit spiritus malignus machinatorem mortis martyrum germanorum fratrum, velut mancipium & vasculum proprium. Manus enim suas & brachia propriis dentibus dilaniabat; & quicquid per sui ipsius funestam instigationem in filios pater cruentus commiserat, vociferans in auribus omnium vocibus inconditis divulgabat. Spiritus verò domini malus illum tamdiu non cessabat vexare, quoad usque compelleret eum spiritum fœtidum exhalare.

Fama facti detestandi, licèt perplures gravi cruciatu percusserit, ex quo Sanctæ Reginæ aures attigerat, tum pro Regiæ conscientiæ atq; famæ læsione, tum pro natorum suorum interfectione ipsius animum inestimabilis doloris gladius transverberabat. Quia verò quod factum est non potest non fieri, prudentissima Regina maritum, ut ad pœnitentiæ remedia recurrere deberet, sedulo studuit exhortari. Ipsa verò ad locum martyrii eorum accessit, & corpora colligens illorum, in uno saxeo sarcophago simul honorificè sepelivit. Et congruè Domino disponente, à filia lucis in pace sepulta sunt corpora eorum, quorum animas introduxit Dominus in splendoribus Sanctorum, ut vivant nomina eorum libro vitæ inscripta in sæcula sæculorum.

Processu verò temporis Regina venerabilis venustiori opere de lapidibus Ecclesiam ibidem fabricare fecit; In quo loco magnus Dominus martyrum suorum merita magnificans quando fides promeretur, miraculis multimodis glorificare consuescit. Exhinc multitudo debilium diversisq; languoribus laborantium & aliorum quærentium Dominum, & beneficia beatorum martyrum deposcentium, consuevit locum illum frequentare, & ad ædificium lapides illuc deportare. Unde & locus ille Stanes nuncupatur, quod nomen ex *Anglico* sermone in Latinum versum, *Lapides* interpretatur. Ab illo autem tempore Sancta *Ermenilda* Regina conjugis consortio carere cupiens, non solùm à maritali thoro abstinere, sed etiam à regali throno discedere proposuit, & cum beatissima Virgine *Werburga* filia sua, sanctimonialis fieri, fixum in corde constituit, sicut & postea fecit.

Rex *Wlfarus* ob necem natorum intolerabili animi angustiâ confossus, lecto languoris decubuit, ex cujus salute suos omnes desperatio depressit. Amici autem & proximi ejus ad eum appropinquaverunt & steterunt, doloremq; cordis, quo tactus erat intrinsecus, lenire gestientes, ut venationi vel aucupio insisteret, musicæ melodis instrumentis intenderet, illi suaderunt. Regina verò cum suis monuit eum ante omnia de divina misericordia numquam diffidere, sed potiùs sanctos Episcopos *Jermannum* & *Ceddam* consulere, corde contrito & humiliato, pœnitentiæ formam ab eis suscipiendo, satisfacere ad arbitrium eorum; idolatriam de regno suo funditus ejicere, vitamq; suam deinceps corrigere: Rex autem hujusmodi consiliis animum accommodavit, & sanctum *Ceddam* vitare, ac quicquid injungeret illi facere, firmiter apud se statuit. In crastinum cum suis vadens venatum, veniendi ad virum Dei tali occasione spem conceperat, sicut & filios jam martyres abiisse ante audierat. Beatus *Cedda* Pontifex ad priorem mansionem secus fontem statim post interfectionem Sanctorum adolescentium reversus fuerat, ibiq; solitariè degens secum habitabat.

Cum autem Rex processisset paululum longiùs infra condensa silvarum, omnibus suis nutu Divino per diversa dispersis, solus existens, perspexit eminùs salientem Cervum, multociens memoratum, habentem collum funè circumligatum. Qui viso lætus effectus illum sequebatur præambulum, tanquam suæ salutis nuncium ac bajulum, donec perveniret ad servi Dei Sancti *Ceddæ*, videlicet habitaculum. Pertransiens cervus & transiliens, quasi peracta legatione sua, Regem reliquit, seque ob refrigerium vel potus haustum fonti præsulis injmersit. Desilivit Rex confestim de equo, & accedens ad fenestram oratorii, vidit virum Dei sacerdotalibus indutum, Missam celebrantem, Altaribus astare. Stansq; foras obstante rata conscientia, antequam absolutus à Pontifice introduceretur non audebat intrare.

Cum autem canonem inchoans sacerdos Domini extolleret manus suas in sancta, tanta lux cœlitus emissa emicuit per parietis foramina, ut sacrifex & sacrificium & circumposita ejus texerentur fulgore perfusa: Hæc intuentis obtutus obtenebrantur, quòniam in hujusmodi deifici luminis comparatione lux meridiana quodammodo nulla vel perexigua putabatur. Et quod mirabile satis fuit, splendor ille nullatenus minuebatur donec Missæ sacrosanctæ celebratio consummaretur. Expletâ verò Missâ lumen illud celicum disparuit, & sol materialis per fenestras & foramina ingrediens, secus Altare radios porrexit. Adventus autem Regis hæc videntis, divino lumine interiùs & exteriùs se illustrante, Pontifici Sancto innotuit, & quid expectare & expeteret agnovit.

Celebratâ Missâ sacris vestibus cum festinatione se exuens, & estimans illas super reclinatorium ligneum secus Altare ponere, super radium solarem nescius projecit, Regemq; foras Oratorium existentem adiit. Solaris verò radius indumenta sacerdotalia super se posita ne in terram caderent sustentavit; manifesto miraculo satis indicans, quod filius ille lucis Soli justitiæ fide atque dilectione firmiter adhæserit. Egressus Sanctus invenit Regem ante hostium Ecclesiæ in terrâ prostratum, pro peccato suo valdè confusum, atq; nimio animi langore afflictum. Sanctus antistes elevavit eum, infundens vulneri animæ illius cum vino asperæ increpationis, exemplo boni Samaritani, consolationis oleum, ne in desperationis laberetur vicium. *Multotiens*, inquit, *rogavi clementissimum conditorem omnium, ut transferre dignaretur peccatum tuum, quod in filios commisisti mortis manè pio te instigante, qui jam effectus est inquilinus infernorum: Dominus autem, ut ostenderet in te divitias bonitatis suæ, dedit tibi precibus meis, locum pœnitentiæ, si consiliis meis volueris acquiescere.* Respondit Rex cum magna humilitate se per omnia velle illius consiliis obtemperare, & quod impiè gessit ad ejus arbitrium emendare.

In-

Injunxit sanctus *Ceddi* Regi *Wifero* sub clavi pœnitentiæ; quatinus, sub omni celeritate in toto Regno *Merciorum* facerent tota delubra demonum destrui radicitus; idolatriam evelli, Ecclesias exstrui, Monasteria fundari, Clerum ordinari, Christianæ legis instituta juberet edicto publico firmiter observari; ammonuit, ut judicium & justitiam inter virum & virum faceret; orationibus crebris intenderet, operibus misericordiæ secundùm exortationem sanctæ Scripturæ peccata redimeret, à pravis actibus omnimodis se contineret, ac conjugali thoro fidem custoditet.

Cum hæc & hiis similia vir Domini dixisset, divertens parumper à Rege, ad orationem se contulit, Ipsi etiam Regi, ut faciem domini deprecaretur, indixit. Prostravit se Rex pœnitens juxta verbum sancti sacerdotis in oratione. Levansque oculos vidit vestimenta sacerdotalia super radium solis dependere, non absque ingenti ammiratione. Surgens ergo protinus accessit ut videret visionem hanc magnam, suasque ei orthecas & baltheum posuit super radium, quæ statim ceciderunt in terram. Intellexit vir altioris ingenii, sanctum *Ceddam* consortem concivemque decretum esse supernorum civium solisque justiciæ dilectum; cui adhuc in terra degenti tale Sol solvit obsequium.

Paulò post pontifici ab oratione regresso, rex rem recolendam retulit, & nec dum animadvertendam insigne suum indignum occultatione ad oculum ostendit. Qui statim accedens vestimenta illa resumpsit, & super Altare deponens, veræ luci quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, devotas gratias actionesque exhibuit. Rex ædificatus ac valde delectatus in domino, sanctum sacerdotum secum adducens, ad sua & suos reversus est, In brevi studens opere complere, quæ Deo coram sancto viro pollicitus est.

Beato *Cedda* commonente, & cooperante sancta *Ermenilda*, rex infra temporis spacium totum regnum suum ab omni spurcitia idolatriæ purgavit, & quicquid sanæ fidei adversum agnoscere poterat eliminarè curavit. Ecclesias congruis in locis exstruxit, aut extrui fecit; Monasteria utriusque sexus plura & præclara ædificavit, ampliusque possessionibus locupletavit. Inter quæ illud nobile cœnobium in **Medeshamstede** prædiis & possessionibus ditavit, ob facinus in filios commissum expiandum specialiter fundàsse perhibetur, quod hodie **Petresburch**, id est, *Civitas Sancti Petri* nominatur. Ibi enim Ecclesia, in honore Principis Apostolorum, dedicata multos cives Sanctorum in se continet, & plures ad consorcium civium supernorum, beatissimo *Petro* conducente ac regni januam aperiente, transmittere solet. In illo autem loco, vocabulo **Stanes**, ubi sanctorum martyrum *Wifadi* & *Rufini* corpora in pace sepulta sunt, Collegium Canonicorum regularium divinis obsequiis mancipatur, ubi signis coruscantibus multa beneficia salutem postulantibus, ad laudem Domini nostri Jesu Christi, meritis Sanctorum præstantur, cui est gloria & imperium in omnia secula seculorum Amen.

Fundatio Prioratus de **Stone**.

Omnipotens Deus irritatus & iratus peccatis *Anglorum* Christianam legem prævaricantium, tradidit eos in manus gentium Christum ignorantium. Danorum dirissima & durissima barbaries multociens in multitudine gravi, & præcipuè sub ducibus *Inguar* & *Hulbi*, qui martirizaverunt sanctum *Edmundum*, totam inundavit Angliam, omni annisu elaborans ut evacuaret à Christianissimo, & ab indigenis insulam. Ecclesias namque cum ministris, monasteria cum monachis, mares cum mulieribus, senes cum junioribus, flamma, fame destruxerunt, libros in divinæ legis vitas Sanctorum atque Sanctarum cum miraculis descriptas incendio deleverunt. Duravit hæc perniciosa clades vario rotatu fortunæ, quandoque vincens, aliquando victa, usque ad excellentissimi Regis *Edgari* tempora, quibus nulla unquam felicior extitit *Anglia*. Ipso namque principante atque pontificantibus Sanctis *Dunstano Cantuariensi* archipræsule, & *Ethelwaldo Wintoniensi* episcopo, novam faciem pacis & fertilitatis omnium rerum Anglicana induit regio. Sancta etiam ecclesia in suo gradu firmiter stetit, sanctaque religio speciali profectu pullulavit, floruit, fructificavit.

Studebant plures religiosa devotione patriæ suæ Sanctos exaltare, pia solicitudine vitas illorum investigare, summique Pontificis autoritate ipsos canonizare, illaque de causa nonnulli saragebant apostolicam sedem visitare. Hujus rei gratia procurator tunc temporis Ecclesiæ beatorum martyrum *Wifadi* & *Rufini*, Romam adiit, attulitque secum contra voluntatem omnium ferè fratrum ibidem Deo servientium, caput beati *Wifadi*, cujus sanctitate facilius impetrare posset quod petere proposuit. Domini autem Papæ præsentiæ se præsentans, postulabat attentiùs ut ipse vicarius Christi dignaretur Sanctos suos, immo paternos canonizare, ac eorum nomina juberet inscribi martirilogio sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Ne quis verò de martirum diffideret seu ambigeret sanctitate, licèt miracula de illis scripta paganorum fuissent deleta rabie, ultro se optulit cum eodem capite rogum ignis pertransire velle, atque ob hanc causam asseruit se secum illud illuc apportâsse. Sanctus Papa, discretionis spiritu pollens, respondit, Illud fieri vetat dominicum dictum, *Non tentabis Dominum Deum tuum.* Non enim examinationem ignis vel aquæ sive cujuslibet generis monomachiam fieri sacri sanxerunt canones, sed illam adinvenerunt superstitiosi homines. Compatiens tamen itinere laborioso, ipsorum justis postulationibus annuit, & ecclesiæ sedis apostolicæ martyrilogio Sanctorum illorum nomina inseri, diemque martyrii eorum in terra & Ecclesia propria solemnizari statuit.

Tanto negotio ad votum expleto, in magna mentis lætitia domi revertentes apud Civitatem *Biterinum* pernoctaverunt, ibique in ecclesia Sancti *Laurencii* martyris illa sola nocte

sanctum

sanctum caput custodiendum commendaverunt. Mane facto, iter maturare attemptantes, sacrum illud resumere ac repatriare voluerunt, set nullo conamine à loco illud ammovere valuerunt. Operuit ergo confusio faciem, magnaq; mœstitia mentem illorum amisso tanto thesauro repetentium natale solum. Liquet ergo non esse bene placitum Deo & Sancto *Wlfado* martiri ob probationem sanctitatis de regno ad regnum per varia loca, quasi ad spectaculum caput ipsius deferri, & etiam, quod pejus est, gratia lucri vel honoris seu favoris adipiscendi. Caput ergo sancti martyris in illa urbe remansit, crebrisq; miraculis coruscantibus illum cum Martyribus in cœlo manere cunctis innotuit.

The Copy of the Table that was hanging in the Priorie of Stone, at the time of the suppression of the same, in the *xxix.* yeare of the Raigne of our Soveraign Lord King *Henry* the *viii.*

ALL manner of men, that lust for to here,
How this Monasterie was founded here.
Redio out this Table, that here it is written
And all this matter so may ye witten.
Saint Armenfild that good woman,
Saint Wolfald's mother, this place first began,
Who see lust to witt what wise, and why,
Read over this other Table that here is written by.
And all the whole matter there shall ye finde
In the life of Saint Wolfade and nothing left behinde;
But who that ..... Canons began here first to dwell,
In this present table here shall you here tell.

Robert, Baron of Stafford.

In the time of the Conquest was the Lord of Stafford
Baron Robert, which here was chief Lord;
And in his life time besel such a rase,
That two Nunns and one Preest lived in this place
The which were slayne by one *Enysan;
That came over with William Conquer. than.
This Enysan flue the Nuns and priest alsoe,
Because his sister should have this church thoe,
But for that offence he did to Saint Wolfade,
His sister soon died, and himself great vengeance had;
And when Enisan, this cruel déede had doon,
Then blessed Baron Robert bethaught himself soone
To Killingworth anon that he would goe,
And tell Geffry of Clinton, there of this woe,
Which was in the Castle of Killingworth then dwelling,
And was Chamberleyn to first Henry ye King,
And founder of that Castle, and Abby alsoe,
Which counseled this blessed Baron Robert tho,
To restore, and helpe S. Wolfad's house again
And make Canons there in steed of the Nuns that Enysan had slayne.
So through Baron Robert, & Councel of Geffry yn fere
Canons were first thus founded here.
And for love, and devotion that Baron Robert had
He sate here Cannons to serve in worship of Saint Wolfad,
And he sent a Cannon after to Roome alsoe,
To Cannonice this matter of Saint Wolfade tho;
And let make this shrine, that now is here
In worship of Saint Wolfade, and his broder in fere.
And from Stafford, in Pilgrimage with great devotion,
To visit the shrine, to Stone, hither he came
And loved Saint Wolfade so intirely,
That this Church he made all new to edify.
And when that he had builded this place,
Then he dyed as God's will was,
In the entry of the Cloyster he was buried sekerly,
And Avice de Clare his wife lyeth him by.

Nicholas.

After this blessed Robert, came Nicholas his sonne,
Which to this place had greate devotion;
And to this place did many benefits sekerlie,
As by his Charters appeareth apertlie.
After this blessed founder died, and whent to blisse,
And before the Chapter house door buried is,
And Maude Moolte his wife lyeth him by,
One whose soules our Lord God have mercie.

Robert.

After this Nicholas, then Robert his sonn
Was founder there, by heritane and succession,
And mainteined this place worthily, with all his might,
As a blessed founder, and Gods true knight,
And when that he died, as God's will was,
He bequethed his body into this place,
By Nicholas his Fader, in the Cloister to lye
Before the Chapter house doore, and Avice his wife him by.

Harvey.

After this blessed Baron Robert was laid on beyre,
Then was Harvey his sonne, Lord and founder here,
Which to this place did benefits many one,
And augmented the lifelode & possession anon.
And when it pleased God, he died, and went to blisse
And in the Chapter house there, buried he is,
Thidder he bequethed his body sekerly,
And Millysant his wife lyeth him by.

After this Harvey, cam Harvey his sonn,
And was founder there, by herritage and succession;
Which many blessed déeds here did, and made
For great love he had to Saint Wolfade:

And

* Enisanus de Walletona juxta Stafford, ut patet in Registro Prioratus de Stone.

Prioratus de Kenilworth.

And when time came that he should dye,
He bequethed his body here to lye,
In the Sertri he was buried tho,
And Parnel his wife by him also.

Robert. After he was buryed in this manneré,
Then was Robert his son founder here,
Which for great love he had to S. Wolfade
Election Pri. oris. This Church, and the Cannons from Killingworth free he made,
And granted to the Prior of Killingworth full power
To give licens of Election of Priors here.
Thus he discharged this place, and made it free
And bequethed his body buried here to be.
Before Saint John Baptist Auter sikerlie
And his two wifes Jone and Jone lye him bye
And eyther side one I wis,
And himselfe in the middest buried is.

Edmond son to Nicholas. After this Nicholas, Edmond his son also
And of this place was founder thoe,
And loved Saint Wolfade so intirely
That he soiurned in this place sikerlie,
And many blessed benefits he did here
As it openly by his Charters doth appear:
But after, through the councel of a Frier minor,
Which was that Lorde Confessor,
When he should be dead he bequethed his body
To Stafford in the Fryer minors, for to lye,
But Margaret his blessed wife, ywys
Before the Alter of Tyssho buried is.

After this Robert came his son Nicholas,
And after his father here founder was,
To Saint Wolfade he did great honour,
And was to this place full gratious Governour.
He bequethed, at deathe, his body
Before the high Auter heere for to lye.

Earl Rauf, After this Edmond, came Rauf his son than,
Earl of Stafford that worthy man,
And the worthiest, that ever was
And was here founder then of this place;
To this place great love he had,
And worshipped much the Martyr S. Wolfade:
He approoved the Church, and made lye co to this place,
And many a blessed deed he did, through Gods grace,
And at Tunbridge, he is buried sekerlie,
And Dame Margaret his wife lyeth him by,
And his brother Sir Edward Stafford ywys
In this Church, in S. Peeters Ile, buried he is;
And Sir Thomas of Stafford, his son also,
In the same Ile is buryed, a little his Fader fro.

Earl Hugh. After this Earl Rause, that blessed man
Came Earl Hugh his sonne, and was founder than;
He loved this place full well also,
And ober Pilgrimage to Hierusalem can goo.

In his coming homeward, at Rodes sekerly
There it happened him to die;
He bequeathed his bones to be buried here
At Stone before the high Auter here,
John Hinklay, that was Squire with him, thoe
Brought hither his hart, and bones alsoe,
In a fayre Tombe before the high Auter he doth lye,
And Dame Philippe his wife lyeth him by,
That daughter to the Earl of Warwicke was,
And by her husband lieth in the same place.

Thomas. After this Earle Hugh, came Thomas his son also
And was founder of this place tho.
He dyed at Westminster, and bequeathed his body
In the North side of this Quier by his fader to lye.

William. After this Thomas cam his brother William,
And so was founder of this place than;
Which, vnneage at Plaishe, died ywys,
And by his Grandfather Rause buried he is.

Earl Edmond. After this William came Earl Edmond his brother ywis
That was full of beauty, and blessednes,
A full gratious founder he was to this place,
And mentained it worthely, through Gods grace:
He died at the Battel of Shrewsburie
On Saint Mary Maudelens even sekerly
The year of our Lord one Thousand four hundred and three,
And is buried at Stafford as you may se,
In the Fryer Austins, in the Quier,
In a Tomb before the high Auter.
And Dame Anne his wife I wys
In Lanthonie Abby buried thes is,
And his Brother Sir Hugh the Lord Bouchier
Is buried in the South-side of this Quier,
Besides his Father Earle Hugh as you may se,
In a fayre new tombe here buryed is he.

Carta Enisani *de* Waletona & Ernaldi *filii sui facta Canonicis de* Kenilworth *de Ecclesia de* Stanes.

EGo *Enisanus* & *Ernaldus* filius meus, donavimus & concessimus in elemosinam *Bernardo* Priori & Canonicis suis Ecclesiam S. *Vlfadi* de Stanes, cum omnibus suis pertinentiis, quæ est de feodo nostro, liberam & quietam de omni servitio & consuetudine, & exactione seculari, ad nos pertinente. Præterea donavimus eidem Ecclesiæ in elemosinam, eadem libertate terram quam tenuerat *Brisardus* de nobis in *Stanis*; scilicet Waram & dimidiam cum curlanda. Et in *Waletona*, manerio nostro, concessimus Canonicis prædictæ Ecclesiæ similiter in elemosinam, & eadem

Ex Rotulo pervetusto in bibl. *Huttonia.*

dem libertate totam terram cum hominibus & ejus pertinentiis, quam vendiderunt eis *Alanus* gener meus & filia mea uxor ejus; scilicet unam Waram, & duas Cotlandas cum dominio & prato quod ei in matrimonio dederamus. Donavimus etiam mediam partem totius nemoris quod pertinet *Waletonæ*, Manerio nostro, eisdem Canonicis simili libertate.

Pro concessione verò hujus libertatis, habuit *Ernaldus* de *Gaufredo* de *Glintona* quinquaginta solidos in denariis, & unum palefridum viginti solidorum. Et ego *Enisannus* unum pallium grisum, & unum palefridum. Hanc autem concessionem in præsentia Domini *Rogerii* Episcopi nostri fecimus, & in manus ejus misimus, & eandem hæredibus & successoribus nostris conservandam statuimus. Ego *Rogerus* Dei gratia *Cestrensis* Episcopus huic donationi & concessioni interfui, & petitione *Enisani* & *Ernaldi* sigillo meo confirmavi. Hujus donationis & confirmationis sunt testes *Normannus* Prior de *Lundoniis*, *Osbertus* Prior de Bamtelo, *Rogerus* Comes de Warwic, *Robertus* frater ejus, *Hugo* de *Leecester*, *Normannus* de *Verdune*; *Willielmus* de *Groseleia*, *Ingelger* de Buhun, *Guillielmus* de *Boesavilla*, *Ricardus* de *Torneriis*, *Radulfus* dapifer, *Willielmus* filius ejus, *Richardus* Archidiaconus, *Willielmus* de *Vilers*, *Rieherius* de Sancto *Landa*, *Rogerus Turpis*, *Osbertus* de *Bailleol*, *Robertus* filius *Hugonis*, *Robertus* frater ipsius, *Guillielmus* de *Landa*, *Guillielmus* filius *Conani*.

Carta Nicholai *de* Stafford *facta Canonicis de* Kenilworth *de Ecclesia de* Stanes.

1b. EGo *Nicholaus*, filius *Roberti* de *Stafford*, & *Robertus* primogenitus & hæres meus, pro animabus nostris & parentum nostrorum; pro incolumitate Regis *Henrici*, & statu regni ipsius, concedimus in elemosinam *Bernardo* Priori de *Kinigwerda* & Canonicis suis, Ecclesiam Sancti *Ulfadi* de Stanis, quæ est in feodo nostro cum omnibus suis pertinentiis, liberam & quietam in perpetuum de omni servitio & consuetudine & exactione seculari ad nos pertinente. Præterea concedimus in elemosinam eidem Ecclesiæ, eadem libertate totam terram quam tenuerat *Brisardus* in Stanes; scilicet waram & dimidiam cum cotlandis, & insuper medietatem totius nemoris, quod pertinet *Waletonæ* Manerio, sicut *Enisannus* & *Ernaldus* filius ejus *Gaufrido* de *Glintona* ad opus prædictæ Ecclesiæ vendiderunt, scilicet unam waram & duas cotelandas, cum dominio & prato quæ *Enisannus* prædictæ filiæ suæ in matrimonium dederat. Noverint etiam, tam posteri quàm præsentes, quod *Enisannus* & *Ernaldus* filius ejus, qui de nobis *Waletonam* Manerium in feodo tenuerant, præfatam Ecclesiam cum supranominatis terris, & medietate nemoris in elemosinam priùs eisdem Canonicis concesserant, & de omni servitio & consuetudine & exactione, & omni re ad eòs pertinente, ex toto liberos & quietos clamaverant: Nos quoque ipsis præsentibus, absque omni contradictione & calumpnia, hanc ipsorum donationem confirmavimus: Præterea quicunque de nostro feodo aliquod beneficium, sive in terris, sive in decimis, sive in aliis quibuslibet rebus præfatæ Ecclesiæ per nos conferre voluerit, concedimus, & eadem libertate confirmamus. Præcipimus itaq; super forisfacturam nostram, ne aliquis ex nostris de sibi concessis, seu concedendis, sive in bosco, sive in plano, sive in pratis, sive in pascuis, seu in aquis, seu in quolibet alio, quicquam detrahat vel diminuat, vel inquietet; sed omnia sua perpetua pace habeant, & absolutè, liberè & quietè, & firmiter teneant. Hanc Cartam in Ecclesia de Stanes *xv.* Kal. *Novembris* confirmavimus, & super Altare imposuimus. Hujus concessionis sunt testes *Robertus* Archidiaconus, *Robertus* filius *Odonis*, *Ivo Famulf*, & multi alii.

Concessio de Hortone & Cretone *per* Rob. *de* Stafford.

R*Obertus* de *Statford* concessit Eccle- 1b.
siæ de Stanes & in perpetuam elemosinam Cartâ suâ confirmavit, Hortone cum *Grettona* & cæteris ejus pertinentiis; Ita quod ipse *Robertus* & hæredes ejus contra omnes homines, & contra omnem calumpniam prædictam terram præfatæ Ecclesiæ warentizabunt. Pro hac donatione & concessione dederunt Canonici triginta marcas argenti in recognitionem, & ipse *Robertus* & hæres ejus *Robertus* hanc ipsam elemosinam supra Altare de Stanes obtulerunt, & ipse *Robertus* manu sua, fide data, absq; omni malo ingenio se observaturum hoc ipsum confirmavit, & si hanc elemosinam prædictæ Ecclesiæ non warrentizaverint, statim priusquam requisiti fuerint, infra quadraginta dies, triginta marcas prædictis Canonicis reddent.

Carta Regis Henrici *secundi Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

H*Enr.* Rex *Angliæ*, Dux *Norm.* & *Aquit.* 1b.
Comes *Andeg.* Archiepiscopis, (&c.) Salutem. Sciatis me concessisse, & præsenti Cartâ in perpetuam elemosinam confirmâsse Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de *Kinildewerda* & Canonicis ibidem Deo servientibus, terras, Ecclesias, decimas, & omnes res quas Rex *Henricus* avus meus eis in elemosinam concessit,

cessit, & per Cartas suas confirmavit; Scilicet totam terram ipsius Hildewoid, in bosco & plano, præter illam terram quam *Gaufredus* de *Clintona* fundator ejusdem Ecclesiæ retinuit in suo dominio, & Ecclesiam etiam de Stanis, cum Capellis, terris, decimis, & omnibus libertatibus, & pertinentiis, quas tempore regis *Henrici* avi mei unquam meliùs & plenius habuit. Totam etiam terram quæ fuit *Brusardi* in Stanis, & medietatem totius nemoris, & terram quæ fuit *Alani* generi *Enisani* in *Walatona*, in exsartis quæ facta sunt in bosco ipsius *Walatona*; & terram quæ fuit *Aldaini*, cum omnibus earum pertinentiis & libertatibus.

Similiter ex feodo & dono *Roberti* de *Stafford* terram quæ fuit *Curtesii* in Piesho, & terram quæ fuit *Lurici* in *Brancota*, & Molendinum in *Wttonia* proximum Ecclesiæ; & apud Stafford terram *Walterii* filii *Guthe*, & terram *Briani* filii *Cadihou* propè castellum; Et ex dono *Nicholai* de *Mulewich* terram de Frodeswelle. Et ex dono *Walteri* de Benereswelle medietatem Ecclesiæ de Stokes. Et ex dono *Willelmi Giffard* & *Rogeri* fratris ejus, terram quam habent in Herdewich. Ecclesiam etiam de Madelle, & Ecclesiam Sancti *Nicholai* in castello de Stafford, & Ecclesiam de *Wulfoarda*; & Ecclesiam de Piesho, cum virgulto & molendino Ecclesiæ proximo, & incrementis quæ *Matildis* de *Stafford* assensu *Roberti* de *Stafford* adjecit, & cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis; Et Ecclesiam de Lochelle, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis; & terram de *Stallingtona*, quam habent Canonici de dono *Nicholai Malveisin*, & concessu *Stephani* de *Budlers* per quinq; solidos annuatim, sicut in donatorum Cartis & Scriptis continetur. (&c.) Quare volo (&c.)

Carta Willielmi Pantolf *de tertia parte Decimarum dominii de* Cubleshon.

Ex Registro de Stone fol. 8. Hujusmodi an. 1640.

UNiversus sanctæ matris Ecclesiæ filiis *Willelmus* filius *Yuonis Pantulf* salutem in domino. Noverit universitas vestra, me pro salute animæ meæ & uxoris meæ, & antecessorum meorum, & successorum meorum, dedisse & concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ sancti *Wlfadi* de Stanes, & Canonicis ibidem Deo servientibus, totam tertiam partem decimarum totius dominii mei de Cubleshon, tam in garbis, quàm in minutis decimis, eam scilicet, quam ab antiquis temporibus prædecessores mei ad Capellam suam de Cubleshon deserviendam penès se habuerunt. Concedo etiam eas duas partes decimarum totius feni mei & pomerhanei, & totius paunagii mei, tam de porcis hominum meorum, quàm aliorum, & molendinorum meorum toro manerio meo de Cubleshon fideliter percipiendas. Ego siquidem & hæredes mei omnia jura ecclesiastica matrici Ecclesiæ de Stanes persolvemus, & ab eadem, quæ saluti nostræ sunt debita, recipiemus. Salvâ nobis liberâ familiæ nostræ Cantariâ in Capella nostra de Cubleshon: Reservatis tamen eidem Ecclesiæ omnibus oneribus & eventibus quinq; festorum principalium per annum; videlicet diei *Pentecostes*, diei sancti *Wlfadi*, diei *Omnium Sanctorum*, diei *natalis Domini*, diei *Paschæ*, In quo ego & hæredes mei, cum familia nostra possibili matricem Ecclesiam visitabimus, quod si venire non poterimus, in Capella nostra à quodam Canonico vel Capellano de Stanes servitium nostrum audiemus. Volo etiam ut Capellanus meus Priori de Stanes fidelitatem faciat, ne in prejuditium matricis Ecclesiæ aliquid contra jus usurpare præsumat. Et ut præsens scriptum hujus concessionis & confirmationis meæ, futuris temporibus robur optineat, illud Sigilli mei appositione communivi. Hiis *T.* &c.

Carta R. *de* Suggenhill *&* Petronillæ *uxoris ejus, de terris in* Derlauston.

OMnibus ad quos præsens scriptum pervenerit *R.* de *Suggenhill* & *Petronilla* uxor sua, filia *Eugenulfi* de *Grefeleg*, salutem. Noverit universitas vestra, nos dedisse & concessisse, & hac præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ sanctæ *Mariæ* & Sancti *Wlphadi* de Stanes, & Canonicis ibidem Deo servientibus, messuagium juxta montem qui dicitur Walterecestre in territorio de Derlauston apud australem partem, & duas acras ad Scortestun; unam versùs orientalem, aliam versùs australem, & terram versùs occidentem, quæ jacet inter viam & eundem montem; Et duas acras in Wetforlot quæ consistunt super Ethwelle; Eduas acras, quæ consistunt super Cwlfselade in puram & perpetuam elemosinam. Habendum & tenendum de nobis & hæredibus nostris liberè & quietè & honorificè (&c.) Ib. fol. 6.

Carta A. *de* Bellocampo *de terris in* parva Sandona.

ADe *Bellocampo* quondam uxor *Willielmi Maubanc*, omnibus, ad quos præsens scriptum pervenerit, salutem. Noverit universitas vestra quod ego *Ada* dedi & concessi & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi, in puram & perpetuam elemosinam Deo & Ecclesiæ Sancti *Wlfadi* de Stanes & Canonicis ibidem Deo servientibus, decem acras terræ de *Parva Sandona*, jacentes inter terram de Burgeston, & tres carectatas bosci in nemore de Sandon, singulis septimanis anni, in locis commoditati Canonicorum competentibus, sine vasto. Hanc autem donationem feci eis pro salute animæ *Willelmi Maubanc* domini mei, & meæ, & *Hugonis* hæredis mei, & omnium antecessorum & successorum meorum: Omnes itaq; illi qui hanc donationem meam illæsam, & inconcussam servabunt, benedictionem Dei & sancti *Wlfadi* martyris, & nostram habeant. Hii sunt Testes, *Hervens Bagot*, *W. Pantulph*, *Robertus* filius *Pagani*, *Ivo* de *Waleton*, *Normannus Pantulphe*, *Radulfus Bret*, *Willielmus Griffyn*, *Radulfus Braal*, *Walterus* de *Salt*, *Henricus* de *Vardon*, *Thomas* de *Eccleshale*; & multi alii. Ib. f. 21.

Digitized by Google

PRIROATUS

de Broke *in* Rutlandia, *Cella de* Kenilworth.

De Concessione terræ de Broc *Canonicis de* Kenilworth.

... de *Novoburgo* & *Walchelinus* de *Ferrariis*, *Hugoni* de *Ferrariis* dilecto suo salutem. Notum sit vobis nos concessisse donum, quod fecistis Canonicis *Kinigwordæ* de terra de Broc: Et cum prædictus nepos vester Sigillum habuerit, hoc donum libenter suo confirmabit Sigillo; & nos interim cum quibuscunq; Sigillis vobis placuerit hoc donum firmabimus.

Sciatis autem quod omnia quæ nepos vester habet, vellem ut essent in manu vestra.

Confirmatio ejusdem donationis per W. de Ferrariis.

Ib. EGo *W.* de *Ferrariis* meos homines atq; meos amicos saluto. Vobis viventibus atq; venientibus notifico, quatinus ex mea parte elemosinam, quam *Hugo* frater meus Priori & Canonicis de Kiningword dedit, libenter concedo.

Carta Regis Henrici *secundi, donationes prædictas confirmans.*

Ib. b. 149. HEnricus Rex *Angliæ* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *And.* Archiep. (&c.) salutem. Sciatis me concessisse, & præsenti Cartâ in perpetuam elemosinam confirmâsse, Ecclesiæ S. *Mariæ* de Kenilworth, & Canonicis ibidem Deo servientibus, terras, Ecclesias Decimas, & omnes res, quas rex *Henricus* avus meus eis in elemosinam concessit, & per Cartas suas confirmavit; (sc.) totam terram ipsius Kinilworth in bosco & plano (&c.) Concedo etiam & in elemosinam confirmo supradictis Canonicis, terram de Broch, cum bosco & exsartis sicut *Hugo* de *Ferraris* eis divisit & concessit, assensu *Walchelini* neporis sui, & *Willelmi* fratris sui, sicut in eorum Cartis continetur. Quare volo (&c.) Test. *Tho.* Archiep. *Cant.* Magistro *Gaufrido* Archid. *Cant.* *Rob.* Co. *Leic.* *Ric.* de *Humet* Constab. *Manasser Bisset* dapifero *Henr.* fil. *Ger.* Cam. *Gosel.* de *Baiolo*, apud *Westmonasterium.*

PRIORATUS

de Lanercost *in Comitatu* Cumbriæ.

Carta Roberti *de* Vallibus *de Fundatione ejusdem.*

Pro Prior. de Lanercost. Ex Cartulario de Lanercost nuper penes Dom. Will. Howard de Naworth castro.

UNiversis sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, *Robertus* de *Vallibus* filius *Huberti* de *Vallibus* salutem. Sciatis me concessisse, assignasse & dedisse, & in liberam & perpetuam elemosinam præsenti Cartâ hac confirmâsse Deo & sanctæ *Mariæ Magdalenæ*, & Priori de Lanercostoll, & Canonicis regularibus ibidem Deo servientibus eandem laudam de Lanercostoll per has divisas; scilicet inter murum antiquum, & *Jerthinam*, & inter Burch & Poltres; Et præterea dedi eis villam de Walton, infra has divisas subscriptas; Scilicet, de muro antiquo per longum suam, quæ est contigua Copatrecleve, usq; in Irthin, & ita per Irthin usq; ad locum ubi Cambec cadit in Irthin, & sursum per Cambec, usq; ad sicam quæ descendit de nigro quercu, quæ est in via quæ ducit ad Cumgiertath; & ex alia parte nigræ quercus, usq; ad sicam Polterkebed, quæ cadit in King; & per King usq; ad murum: Et communem pasturæ, usq; ad ..... Et Ecclesiam de ipsa Walton, cum Capella de Treverman. Præterea concessi eis Ecclesiam de Erchinton, & Ecclesiam de Brampton, & Ecclesiam de Barlaton, & Ecclesiam de Farlam, cum omnibus quæ ad easdem Ecclesias pertinent. Et concessi & dedi eis laudam de Warthcolemon, & laudam de Roswrageth, & laudam de Apeltrewathwayt; & quandam terram, in mora de Brenkibec, per has divisas; scilicet, sicut Sechevent cadit in Verchingburn; & deindè versùs Tindale per has divisas, per quas *Gille* filius *Bueth*, illam meliùs, & plenius in vita sua, tenuit, & per quas Dominus *Henricus* Rex secundus, illam *Huberto* de *Vallibus* patri meo, & mihi dedit, & Cartis suis confirmavit: Et communem pasturam totius moræ, cum liberis hominibus meis, & unam scalingam thyemalem, in competenti loco ultra Verchingburn.

Et concessi eis habere triginta vaccas ubiq; in foresta mea de Walton, & viginti sues cum nutrimento duorum annorum, & pasturam boum qui prædictas laudas arabiunt & liberam panagium de porcis suis propriis, tam de putritis, quam de emptis. Dedi etiam eis omnem corticem de merremio meo proprio, & de toto illo quod dedero, cuicunq; illud dedero, in boscis meis, infra Baroniam meam, de terra, quæ fuit *Gille* filii *Bueth*: Et lignum siccum, & jacens ubiq; in foresta mea, ad sustinendam domum suam: volo etiam & concedo, ut prædicti Canonici, & servientes illarum, habeant vias suas, & semitas, sine aliquo impedimento servientium meorum ad eundum ad domos suas & Ecclesias; scilicet, versùs Brampton, & versùs Walton, versùs Treverman, versùs Warbeleman,

man, & Roſwragetth; & de lauda, ad laudam, verſus Denton, & verſus Brenkibech.

Conceſſi autem eis, & dedi quandam terram in boſco meo de Bramton, ad hortea facienda, & colligendas decimas ſuas, juxta ſepem *Laysing*, per eaſdem diviſas, quibus ego oſtendi eis & perambulavi coram pluribus: Et de cetero, ſi voluerint & neceſſe habuerint, Molendinum, vel piſcationes facere ſuper Irthing, vel King, Hertingburn, vel alibi in terra ſua propria, conceſſi eis & dedi licentiam firmare ſtagnum ſuum ſuper dominium meum, ubi locum competentem, & aptum viderint, abſq; detrimento Molendinorum meorum. Quare volo ut prædicti Canonici habeant, & teneant prædictas terras, per præfatas diviſas, & Eccleſias, & paſturas, & libertates, in liberam, & puram, & perpetuam elemoſinam de me & hæredibus meis, liberas, & quietas ab omni ſeculari ſervitio, pro domino *Henrico* Rege ſecundo, & hæredibus ſuis, qui donator & warrantizator patri meo, & mihi, terræ illius eſt, de qua elemoſina iſta ſumpſit exordium; & pro animabus anteceſſorum, & ſucceſſorum illius, & pro anima patris mei *Huberti*, & matris meæ *Greſia*, & anteceſſorum meorum; & pro me, & ſucceſſoribus meis, Hiis Teſtibus *Chriſtiano Candida Caſa* Epiſcopo; *Waltero* Priore de Barlcolo, *Roberto* Archidiacono, *Richardo Malaterra*, *Roberto* Clerico de *Leventon*, *Thoma* Clerico de *Walton*, *Roberto* Capellano, *Huberto* Dec. *Petro* de *Teilliol*, *Alexandro* de *Windeſofres*, *Willielmo* filio *Hudardi*, *Willielmo* de la *Kerſune*, *Radulpho* de *la Ferte*, *Bernardo* de *Flamang*, *Gilberto Engain*, *Radulpho Engain*, *Galtro Windeſofres*, *Hugone* de *Verbure*, *Roberto* de *Vallibus* Juniore, *Willelmo* Clerico, *Roberto* perſona de Brampton, *Iſraele* Camerario, *Johanne* Clerico de *Leventon*, *Johanne* Camerario, *Tvoma Fincerna*, *Jordano* Camerario, *Euſtachio Wall*, *Galfrido Flimang*, *Roberto* filio *Aſketilli*, *Jordano* de *Kerſ. Petro* de *Leventon*, *Rogero* de *Vallibus*, *Stephano* filio *Richardi*, *Willielmo* de *Vallibus* filio *Roberti* de *Vallibus*, *Gilberto Senzaver*, *Jocelino Aunger*, & multis aliis.

1169. 16. H. 2. Anno ab incarnatione Domini *M. C.* Sexageſſimo nono, dedicata fuit iſta Eccleſia, à domino *Bernardo* Epiſcopo *Karl.* Anno Pontificatus ejuſdem *xiii.*

Carta Regis Ricardi *primi Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 9. E. n. 58. per Inſpex. RIcardus Dei gratia Rex *Angliæ* & dux *Normanniæ* & *Aquatannæ* & Comes *Andegavæ*; Archiepiſcopis (&c) Salutem. Sciatis me conceſſiſſe & præſenti Cartâ, confirmâſſe Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ Magdalenæ* de Lanrecoſt; & Priori & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, omnia ſubſcripta, quæ eis rationabiliter data ſunt, in perpetuam elemoſinam, ſcilicet ex dono *Roberti* de *Vallibus* filii *Huberti* de *Vallibus*, laudam de Lanrecoſt, per diviſas in Carta ipſius, *Roberti* determinatas; & villam de Walton per diviſas in Carta ejuſdem *Roberti* notatas, cum communi paſtura circumquaque; Et Eccleſiam de ipſa Walton, cum Capella de Benerman; Et Eccleſiam de Hurthinton; Et Eccleſiam de Brampton, Et Eccleſiam de Barlaton; Et Eccleſiam de Farlham cum omnibus quæ ad eaſdem Eccleſias pertinent; & laudam de Werver-coleman, Et laudam de Roſ-waggatt, & laudam de Appeltremuit, & quandam terram in Mora de Brenkybech per diviſas in Carta ejuſdem *Roberti* diſtinctas. Et communem paſturam totius moræ, cum liberis hominibus ſuis, & unam terram inter Brechebent & Nentemenis; & unam *Stalinghams* ultra *Harlinghurna*, in competenti loco, cum communi paſtura de Timeleſtor.

Confirmo etiam eiſdem Canonicis conceſſionem quam prædictus *Robertus* eis fecit de xxx. vaccis habendis ubique in foreſta ſua de Walton, & de xx. ſuibus cum nutrimento duorum annorum, Et de paſtura boum, qui prædictas laudas arabunt; & de libero panagio de porcis ſuis propriis, tam de nutritis, quam de emptis, & omnem corticem de mairemio ſuo proprio, & de toto illo quod dederit cujuſcumq; illud dederit in boſcis, ſuis intra Baroniam ſuam, de terra quæ fuit *Gilla* filii *Bueth*, & lignum ſiccum & jacens, ubicumque inverint in foreſta ſua ad ſuſtentandum domum ſuam; Et ut prædicti Canonici & ſervientes illorum habeant vias ſuas, & ſemitas ſine aliquo impedimento ſervientum prædicti *Roberti* de *Vallibus* ad eundum ad Eccleſias & domos ſuas; ſcilicet verſus Branton, & verſus Walton, & Roverman & Werver-coleman, & Roſwaga t, Et de lauda ad laudam & verſus Denton & verſus Brenkibech. Confirmo etiam eis quandam terram in boſco ſuo de Branton ad hortea ſua facienda, & colligendas decimas ſuas juxta ſepem *Laiſing*, per diviſas in Carta ipſius *Roberti* diſtinctas, cum una bercheria; Et ut faciant ubi voluerint & neceſſe habuerint molendinum, vel piſcaciones ſuper *Hirchinam* vel King vel Hertlingburne vel Cambot, vel alibi in terra ſua propria, ita ut ſtagnum ſuum firment ſuper dominium prædicti *Roberti*, ubi locum competentem & apertum viderint, abſque detrimento molendinorum ſuorum; & villam de Conquetach per rectas diviſas, cum libertatibus & aiſiamentis in Cartis prædictis *Roberti* determinatis & Lauretaithm, & quoddam vaſtum inter Hertlingburne, & Blatheburne, per rectas diviſas in Cartis ipſius *Roberti* de *Vallibus* determinatis.

Et duas *Aſkertonas* cum omnibus libertatibus & pertinentiis, ſicut in Carta *Roberti* de *Vallibus* diſtinctæ & determinatæ ſunt & decimam totius venacionis prædicti *Roberti* de *Vallibus* & hæredum ſuorum, tam in carnibus, quam in coriis & pellibus vulpinis ubicumque, per totam terram ſuam in *Cumberlanda* venabuntur. Et decimam de lacis ſuis & piſcacionibus, & omnes decimaciones de vaſto ſuo in pullis ſuis, in vitulis & agnis & purcellis, in lanis, in caſeis, in butyris & ſi forte infra vaſtum ſuum

aliqua terra culta fuerit, decimas ipsius terræ. Ex dono *Adæ* filii *Willielmi Engainne* & *Eustachiæ xxx.* acras terræ lucrabiles in mariſco de **Burth**; & duas acras in cercana terra ad domos suos faciendos, & duas salinas faciendas liberas, cum aisiamentis quæ ad easdem salinas pertinent, & in eodem mariſco pasturam *CC.* Ovium, & pasturam boum ad eandem terram colendam, & ad easdem salinas sustinendas; & quoddam rete liberum medena in potestate sua, & ejusdem retis siccacionem in terra sua liberam, & duas mansuras liberas ad bothas suas faciendas in **Scaddebothes**. Et unam carucatam terræ in **Blenetreit**, & communm pasturam ejusdem villæ ad serviendum Deo Altari & sanctæ *Katerinæ* in Ecclesia de **Lanrecst**, & ad celebrandam Missam quotidie pro anima *Simonis* de *Morevilla* sponsi sui, & pro cunctis fidelibus defunctis; & tres Marcas Argenti in Ecclesia de **Burth**.

Et Ecclesiam de **Leisingby** & Ecclesiam de **Bren:soale** cum omnibus pertinentiis suis. Et parvam **Yarestun** cum communi pastura & libertatibus, & aisiamentis in Carta ipsius *Adæ* determinatis. Ex dono *Davidis* filii *Terrici* & *Roberti* filii *Asketilli*, Heremitorium quod **Leising.** tenuit cum terra quam ipsi prædictis Canonicis perambulaverunt; & communem pasturam de *Dentona* cum libertatibus quæ in ipsorum Carta continentur. Ex dono *Alexandri* de *Windesoveres* decimam partem multuræ de molendino suo de **Borkeby**. Ex dono *Willielmi* filii *Edardi* unam toftam cum terra quadam quæ fuit de Hospitali juxta molendinum de **Borkeby**; reddente annuatim duos solidos. Ex dono *Petri* de *Teillol*, unum toftum & unam acram terræ in **Scales**. Ex dono *Simonis* de *Teillol*, octo acras lucrabiles & dimidiam de prato; & in eadem villa, ex dono *Henrici Noreis* duas acras terræ.

Ex dono *Eustachii* de *Vallibus* unam carucatam terræ in Territorio de **Yetun**, cum bosco & augmento, & pasturis & aliis libertatibus, quas ipse dedit, & prædictus *Robertus* de *Vallibus* Cartâ suâ confirmavit. Ex dono *Roberti* filii *Bueth*, & *Roberti* filii *Asketini* dimidiam carucatam terræ in territorio de **Denton**, & pasturam ad unum *Milking* de ovibus, & ad *xx.* vaccas, & unum taurum, cum Nutrimento duorum annorum. Quare volo (&c.)

Progenies Fundatoris.

Hæc sunt nomina Baronum, & Dominorum de integra Baronia *Gilleſtandiæ*, & Dominorum Parliamenti à conquestu *Angliæ*, ac fundatorum istius monasterii.

Hubertus de *Vallibus* primus Dominus Parliamenti.

Robertus de *Vallibus* secundus Dominus Parliamenti, filius ejus & hæres, primus fundator istius Monasterii.

Ranulphus frater ejus, Dominus tertius Parliamenti.

Robertus filius *Ranulphi*, Dominus quartus Parliamenti.

Hubertus de *Vallibus*, filius *Roberti*, quintus Dominus Parliamenti.

Matilda de *Vallibus*, filia *Huberti* de *Vallibus*: *Thomas* de *Multon* maritus dictæ *Matildis*, sextus dominus Parliamenti. Ob. 23. E. 1. *Ob. 25. H. 3.

Thomas de *Multon*, filius dictæ *Matildis*, septimus dominus Parliamenti. Ob. 23 E. 1.

Thomas de *Multon*, filius dicti *Thomæ*, octavus dominus Parliamenti. Ob. 7. E. 2.

Margareta Multon, filia dicti *Thomæ*. *Ranulphus Dacre* maritus dictæ *Margaretæ*, dominus nonus Parliamenti. Ob. 35. E. 3. *Ob. 29. E. 3.

Ranulphus Dacre, filius dictæ *Margaretæ*, dominus decimus Parliamenti. Ob. 49. E. 3.

Hugo Dacre, filius dictæ *Margaretæ*, dominus undecimus Parliamenti. Ob. 7. R. 2.

Willielmus Dacre, filius dicti *Hugonis*, Dominus duodecimus Parliamenti. Ob. 23. R. 2.

Thomas Dacre, filius dicti *Willielmi*, dominus decimus tertius Parliamenti. Ob. 37. H. 6.

Ranulphus Dacre, filius dicti *Thomæ* decimus Dominus quartus Parliamenti. Ob. 1. E. 4.

Humfridus Dacre, frater dicti *Ranulphi*, decimus quintus dominus Parliamenti. Ob. 1. H. 7.

Thomas Dacre, filius dicti *Humfridi Dacre*, decimus sextus dominus Parliamenti. Ob. 17. H. 8.

Willielmus Dacre, filius dicti *Thomæ Dacre*, decimus septimus Parliamenti. Ob. 6. *Elizabeth.*

Thomas Dacre, filius dicti *Willielmi* decimus octavus Dominus Parliamenti. Ob. 8. *Elizabeth.*

Georgius Dacre, filius dicti *Thomæ Dacre*, decimus nonus Dominus Parliamenti.

PRIORATUS

de Dunstaple *in agro* Bedfordiensi.

Historia Fundationis.

DOminus *Henricus* Rex *Angliæ*, filius *Willielmi* Regis, villas de **Houghton** & **Leneſworth** in Dominio tenuit & habuit. Locus autem ille propè **Houghton**, ubi **Watling** & **Ickneld** duæ stratæ regiæ conveniunt, extitit undique nemerosus & latronibus sic repletus, ut vix posset ibi legalis pertransire, quin per eosdem necaretur, aut membrum vel catalla perderet: Dictus autem dominus Rex ad hujusmodi malitiam refrænandam, locum illum circumquaque jusserat assartari; & in proximo construxit Regium sibi mansum, quod **Kingsbury** nominant: Et continet platea illa novem acras. Volens præterea constituere ibi villam, per omnes Regni sui partes fecit proclamari, ut omnes ibi accedentes ad morandum, pro singulis acris darent duodecem denarios annuatim: Haberentq; omnes & singuli hæredes, libertates & acquietantias, per totum regnum Ex ver. membranis in Officio Armorum.

num suum. quas Civitas *Londini* vel aliquis Burgus *Angliæ* habuit ab antiquo. Et sic per talem gentem per quadrum & longum dictarum stratarum, ædificabatur dictus locus: Et quod Latro quidam, *Dunning* nomine, latrocinium ibi consueverat exercere, villa illa **Dunningstable** est vocata.

Rex verò villam de **Dunstable**, tanquam francum Burgum suum per septemdecem annos & dimidium, in manu sua detenebat: Burgenses dictæ villæ liberi erant & quieti per totam *Angliam* in forma supradicta toto tempore dicti Regis: Numquam coram Justiciariis itinerantibus vel aliis domini Regis ministris, extra villam **Dunningstable**, & libertatem respondebunt; sed Justiciarii & ministri Domini Regis, ad **Dunstable** divertebant, & per Sacramentum duodecem Juratorum de Burgensibus, sine associatione alicujus extranei, omnia Placita terminabant. Statuit autem & habuit idem Rex in dicto Burgo Mercatum bis singulis septimanis, & nundinas ad festum S. *Petri ad vincula*, per tres dies durantes: Et liberas furcas habuerunt ad fures suspendendos extra villam de **Dunstable** in loco qui **Coestrote** appellatur. Tandem dictus Rex, in limite dicti Burgi, in honorem S. *Petri*, Ecclesiam fabricavit, Monasterium construxit; & sicut longè in animo conceperat, Priorem & Canonicos ibidem posuit regulares. Dedit autem eis & eorum successoribus in liberam, puram & perpetuam elemosinam, Ecclesiam antedictam; dictum Burgum cum burgensibus, Foris, Nundinis, libertatibus & approvamentis quibuscunq; & omnibus rebus & proventibus quos percipere consueverat quando in manu sua tenuit idem Burgum. Dedit etiam eis & concessit quantamcunq; conferre possit potestas regia libertatem tenendi in perpetuum, & habendum, sicut ipse de Deo dictum Burgum tenuit & habebat.

Retinuit autem prædictus Rex in manu sua Mansum suum Capitale, quia infra septa Canonicorum adhuc receptaculum competens non habebat. Habent etiam dicti Prior & Canonici super hoc confirmationem Regis *Henrici* secundi & Regis *Richardi*, cum additione & donatione plurimarum libertatum. Item confirmationem Regis *Johannis*; & ex dono ejusdem Domos suas & locum de Lingsbury supradicto: Item ex dono ejusdem *Johannis* Feriam in Festo S. *Fremundi* per tres dies similiter duraturam. Item habent confirmationem *Henrici* Regis tertii super Chartam Regis *Richardi*; & aliam confirmationem super Chartam Regis *Henr.* primi, dictæ Ecclesiæ fundatoris: Et per hujusmodi confirmationes & collationes habuerunt dicti Canonici omnia Placita, & misericordiam hominum suorum. Et Justiciarii, ministri Domini Regis infra libertatem de **Dunstable**, omnia terminabant, Priore semper cum eis tanquam socio considente. Item habuit Prior Clericum suum cum Clericis Justiciariorum & Rotulum cujusliber veredicti. Et temporibus Regum omnium prædictorum, dictus Prior & Canonici & Burgenses usq; in præsens, dictis libertatibus pacificè sunt gavisi. Nunc autem in dicto Burgo de **Dunstable**, plurimi tenentes in Capite de Priore, & plurimi sunt tenentes, qui pro tenementis quæ tenent, servitia tenementis suis debita, faciunt Canonicis memoratis: Et sunt omnes liberi, sicut fuerunt tempore prædicti Regis, sub quó fuit conditus dictus Burgus: Et Ecclesia de **Dunstable**, toto tempore pro *C. s.* census Burgi pro *C. s.* proventus Mercati pro *C. s.* taxabantur: Et dicta Taxatio adhuc durat. Tres autem partes Burgi sitæ sunt super feodum de **Houghton**, pro quo dictus Dominus Rex dedit tenentibus villæ de **Houghton** ..... de bosco suo apud **Buckwood**. Quarta verò pars villæ, ex parte Australi, de feodo de *Kenesworth* reputatur.

Carta Regis Henrici *primi, de fundatione ejusdem.*

Henricus Dei gratia &c. Archiepiscopis &c. Inspeximus Cartam illustris Regis *Anglorum Henrici* primi, in hæc verba. *H.* Rex *Angliæ* &c. Archiepiscopis, Episcopis &c. salutem. Sciatis me pro Deo, & pro salute meæ & animæ *Willielmi* filii mei, & *Matildis* Reginæ uxoris meæ dedisse Ecclesiæ Sancti *Petri* de **Dunstaple**, quam ego in honore Dei & ejusdem Apostoli fundavi, & Canonicis regularibus ibidem Deo servientibus in perpetuum, in liberam elemosinam, totum Manerium de **Dunstaple**, cum terris ejeidem villæ pertinentibus; scilicet quatuor culturas circa villam de **Dunstaple**, & mercatum ejusdem villæ, & scolas ejusdem villæ, & omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus eidem villæ pertinentibus; ita benè & in pace, & liberè, & quietè, & honorificè, & integrè, sicut eam ego meliùs in dominio meo tenui. Cart. 11. H. 3. p. 1. m. 27 per Inspex. Vide Part 2 E. 4 p. 6 m. 16. Et Cart 4. E. 3. n. 79. Et Cart. 14 E. 2. n. 20. Et Pat. 2. H. 4 p. 2. m 27. Part. 2 H 6. p. 4 m. 11.

Retineo autem in dominio meo meas domos villæ, & gardinum ubi hospitari soleo; & habeant *focam, facam, & tol & theam, & infangenethef, & Grithbrith, & Hamsocne, & Cledwith, & Forstal, & Flemenesferd*, & communionem in bosco *Hocttona*, & communes pasturas *Hocttona, & Sadendona, & Kenesworthæ*, & de **Totheuho**, & quadrariam ejusdem villæ; Præcipio autem, quod homines qui venerint ad mercatum de **Dunstaple** habeant meam firmam pacem, in eundo & redeundo, & ne quis eos disturbet injustè super decem librarum torisfacturam.

Concedo etiam prædictis Canonicis quicquid rationabiliter adquirere poterunt, & quod ipsi & homines sui sint quieti de syris, & Hundredis, & murdris, & tallagiis, & placitis, & querelis, & geldis, & denegeldis, & hydagiis, & de theloneo, & passagio, & pontagio, & stallagio, & omni consuetudine & omnibus secularibus exactionibus & terrenis serviciis, per totam terram meam; & sicut Deo auctore prædictum Manerium liberè & quietè de Deo tenui, ita ipsum liberum & quietum Ecclesiæ Sancti *Petri* & Canonicis ibidem Deo servientibus Regia auctoritate inperpetuum possidendum concedo & confirmo: Ita quidem, quod in hac & in omni possessione sua habeant in perpetuum quantamcunq; conferre potest potestas Regia libertatem, Testibus *Roberto* Episcopo

Here-

Herefordiensi, & *Simone* Episcopo *Wirecestr.* & *G.* Cancellario, & *Roberto* de Sigillo, & *N.* nepote Episcopi *M.lone Gloecestr.* & *Humfrido* de *Bohun*, & *G.* filio *Pagani*, & *P.* filio *Johannis*, & *Drogone* de *Monceio*, & *Mauricio* de *Windr.* apud Cumbam. Nos igitur (&c.)

Carta Morini *de* Pinu, *de terra de* Cateby.

Abexemplari quodam, in officio Armorum.

MOrinus de *Pinu* carissimis fratribus suis *Willielmo* de *Pinu*, & *Gileberto* de *Bonesbor* genero suo, & aliis amicis suis, & omnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, salutem. Sciatis me dedisse Ecclesiæ S. *Petri* Apostoli de Dunstaple, & Canonicis regularibus ejusdem loci, qui me in consortium suum Canonicum receperunt, terram de Catebi in elemosinam perpetuam: Et volo & jubeo, ut eam habeant & teneant benè & in pace & honorificè, liberè & quietè sine omni servicio, jure perpetuo; & hoc consilio Domini mei Comitis Pellent, feci; & Cartæ meæ testimonio confirmavi (&c.) His testibus *Waleranno* Comite *Mellenti*, *Rogero* Comite de Warewic, *Hugone* de *Mellent*, fratre Comitis; *Philippo* Decano *Lincoliæ*; *Radulfo* de *Munt*, Magistro *Ricardo* de *Belmuns*, *Radulfo* Pincerna Comitis *Leicestriæ*, *Henrico* de *Harecurt* [& aliis.

PRIORATUS
de Suthwike *in* Hantonienſi.

Diploma Regis Henrici *tertii fundationis Cartam recitans & confirmans.*

Clauſ. 53 H.3.m.8.

REx Archiepisc. &c. salutem. Inspeximus Cartam, quam bonæ memoriæ *H.* quondam Rex *Angliæ* illustris abavus noster fecit dilectis nobis in Christo Priori & Conventui de *Suwrka*, in hæc verba. *H.* Rex *Anglorum* & Dux *Normannorum*, Archiepiscopis, Episcopis Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Vicecomitibus, & omnibus fidelibus Sanctæ Dei Ecclesiæ per *Angliam* constitutæ, salutem. Sciatis me concessisse Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de *Porcestra*, & Canonicis regularibus ibidem servientibus, ipsam Ecclesiam S. *Mariæ* ibidem, à me fundatam, cum terris & decimis & omnibus rebus eidem Ecclesiæ pertinentibus. Et concedo eis ut de bosco meo de Dyngefdone habeant *Herbod* & *husbot* & communam pasturam, tam in bosco, quàm in plano, & ad focum suum de foresta mea, temporibus meis, & omnium successorum meorum rationabile sustentationem, sine contradictione, & sine vexatione percipiat. Similiter concedo eis Manerium de *Cardenra*, in quo sunt quinq; hidæ terræ, & una virgata, quod Manerium *Will.* de *Penteareh* eis dedit in elemosinam de dominio suo. Et in Suwrk unam hydam terræ; & in Appelstede unam hidam terræ, quam ipse *Willielmus* emit de *Ivone Pantulpho* ad opus ejusdem Ecclesiæ, concessu meo. Hanc Ecclesiam, cum omnibus rebus quæ ad ipsam pertinent, pro animabus patris mei, & *Willielmi* fratris mei, & matris meæ & antecessorum meorum, & successorum; & pro statu & incolumitate Regni mei, sciatis me velle manutenere & defendere, & liberam & quietam esse ab omni seculari servicio & exactione & gravamine, & accepisse in manu & defensione & protectione mea contra omnes homines, sicut meam propriam elemosinam.

Quare volo & firmiter præcipio quod prædicti Canonici & eorum ministri & servientes omnes possessiones & elemosinas suas habeant & teneant, cum *soca* & *saca* & *Thol* & *Theam* & *infangenethef*, & cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus & quietanciis in bosco, in plano, in pratis, in pascuis, in aquis, & molendinis, in viis, & semitis, in mariscis & piscatiis, in grangiis & virgultis, infra Burgum & extra, in omnibus locis, in omnibus rebus solutas & liberas & quietas de Shiris & Hundredis, & de omnimodis sectis, & de placitis & querelis & pecunia pro murdris & latrocinis de *Hamsocha*, & foresta, de scutagiis, & hidagiis, geldis & danegeldis; Horngeldis, & de assartis; de assisis; de donis & auxiliis & summagiis & *warpani*, & *averpani*, & *Hundredespeni*, & de *Meskenninge* & *Blodewyte*: Et sint imperpetuum quieti tam per terram quam per aquam de theloneo, & passagio, & pontagio, & tallagio, & de omni consuetudine, & de omnibus occasionibus quæ sunt vel esse possunt, exceptâ solâ justitiâ mortis & membrorum. Prohibeo etiam ne aliquis in tota terra mea præfatis Canonicis vel eorum hominibus molestiam aliquam inferat; nec eos pro aliqua consuetudine vel servicio aut exactione vel pro aliqua causa ullo modo disturbet de rebus suis; nec de aliqua re ponantur in placitum, nisi in præsentia mea vel hæredum meorum T. *Henrico* Episcopo *Wynt.* & *Rogero* Episcopo *Sarum*, & *Bernardo* de S. *David*; & *Nigello* Elienſi electo; & *Gaufrido* Dunelmenſi electo: & *Brientio* filio Comitis & *Roberto* de *Veer*, & *Hugone Bigoto*, & *Humfrido* de *Bohun*; & *Albrico* de *Ver*; & *Ricardo Busset* apud Burnham in transfretatione mea. Nos autem prædictas donationes & concessiones ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus nostris concedimus, quantum in nobis est, & confirmamus, sicut Carta prædicta, quam iidem Canonici inde habent rationabiliter testatur. Hiis testibus venerabili *N. Wynton.* Episcopo, *Rogero* de *Mortuo Mari*, *Willielmo* de *Wynteresshull*, *Stephano* de *Edenwrth*, *Rogero* de *Wanton.* *Petro Everard*, & aliis. Dat. per manum nostram apud *Wanthamx.* die *Augusti.*

Vide Cart. 27 E.3. m. 9.n.19. Et Cart.24 H.6.n.17. & 7. Cart.25. & 26 E.3. m. 9. Communia de ter. Hill.20 E. 1. Rot. 10.

PRI-

PRIORATUS

de Merton *in Comitatu* Surregiæ:

Carta Regis Henrici *primi, de Fundatione ejusdem.*

Cart antiq: U. n. 5.

IN nomine sanctæ & individuæ *Trinitatis*, patris, & filii & spiritus Sancti. Anno ab incarnatione domini *Millesimo Centesimo vigesimo primo*, regni autem mei vigesimo secundo; Ego *Henricus* primus Dei gratia Rex *Anglorum* & Dux *Normannorum*, ad honorem Dei omnipotentis, & gloriosæ semperq; Virginis *Mariæ*, instinctu spiritus Sancti arctus, dedi in perpetuum & concessi villam de Corona mea, scilicet *Meretonam* in Comitatu *Sutheriæ* Canonicis regulariter in eodem loco viventibus & victuris, ad construendam Ecclesiam in honore præfatæ Virginis *Mariæ*, & pro salute animæ meæ, & *Adelicia* uxoris meæ; & pro animabus patris & matris meæ, *Matildisq;* Reginæ, atq; *Willelmi* filii mei. Hanc autem villam ita liberam, & ab omni terrenæ potestatis exactione, vexatione, inquietudine absolutam esse constituo, & confirmo, sicut erat cum eam ad Coronam meam, jure fisci tenerem, cum *soca & saca & Toll & Theam & infangenetheof*, & *forestal*, & *hamsocna*, & *Mundbrithe*, & cum aliis consuetudinibus quæ ad jus Coronæ meæ pertinebant.

Hanc etiam Ecclesiam & quæ ei collatæ sunt vel deinceps conferentur in Regia manu & defensione mea propria retineo, & successoribus meis Regibus ita defendenda contrado ut nulli seculari potestati liceat in eam manum manumittere, aut aliqua injuria seu turbatione irrogare; salvo Episcopali jure *Wintoniensis* Ecclesiæ, in cujus dioceſi sita esse dinoscitur. Ego *Henricus* Rex hanc præfatam donationem meam impressione hujus ✠ crucis propriâ manu meâ factâ confirmavi, & Baronibus meis, quorum nomina subscribuntur confirmandam tradidi: ✠ *Adelicia* in hoc ipsum consentiens subscripsi. ✠ Ego *Radul. Cant.* Archiep. confirmavi. ✠ Ego *Turstanus* Archiepiscopus *Eboraci* annui. ✠ Ego *Radulphus* Cancellarius. ✠ Ego *Willelmus Winton.* Episcopus idem sanxi. ✠ Ego *Willielmus Londinensis* Episcopus consensi. ✠ Ego *Rogerus* Saresb. Episcopus corroboravi. ✠ Ego *Robertus Lincolniensis* Episcopus collaudavi. ✠ Ego *Ranulphus Dunelmensis* Episcopus non renui. ✠ Ego *Willelmus Exon.* Episcopus adquievi. ✠ Ego *Ebrardus Norwicensis* Episcopus consensi. ✠ Ego *Theolduldus Wigornienſis* Episcopus conscripsi. ✠ Ego *Arnulphus Rosensis* Episcopus consignavi. ✠ Ego *Radulphus Ciceſtr.* Episcopus laudavi. ✠ Ego *Robertus Cestr.* Episcopus subnotavi. ✠ Ego *Richardus Herefordensis* Episcopus consensi. ✠ Ego *Bernardus Menevensis* Episcopus concessi. ✠ Ego *Herveus* de *Ely* non recusavi. ✠ Ego *Johannes Rodensis* Episcopus volui. ✠ Ego *Herbertus* Abbas *Westm:* ✠ Ego *Hugo* Abbas Sancti *Augustini* collaudavi. Ego *Willelmus* de *Warrena* Comes de *Sutheria* interfui & assensi. Ego *David* Comes *Laudani.* ✠ Ego *Waleranus* Comes *Mellenti.* ✠ Ego *Radulfus* Comes. ✠ Ego *Robertus* Comes de *Gloue:* ✠ Ego *Stephanus* Archidiaconus. ✠ Ego *Simon* Decanus *Leu*..... ✠ Ego *Alexander* Archidiaconus.

PRIORATUS

de Merton, *Canonicorum regularium Ordinis* St. Augustini.

GIlbertus Norman Vicecomes *Surregiæ, Cantabrigiæ & Huntingdoniæ* tempore *Guilielmorum*, aut *Henrici primi*. *Lelandi* Coll: vol. 1. p. 67.

Ecclesia de Kingeston in Surrey, cum quatuor Capellis annexis, impropriata.

Benefactores.

FAramusius de *Bolonia* dedit Ecclesiam de Harsalton in *Sussexia.*

Guilelmus de *Dammartin* dedit Ecclesiam de Effingham in *Surregia.*

Eustachius Comes *Bolonia* dedit Ecclesiam de Sutton in Hantshire.

Paganus de *Bellocampo* dedit Ecclesiam de Upton in Buckinghamshire.

Stephanus Comes *Moritonia & Bolonia* dedit Ecclesiam de Eiton in Bedfordshire.

Rogerus de *Wancy* dedit Ecclesiam de Stanstede in Hertfordshire.

Stephanus Rex dedit Ecclesiam de Cumicestre, aliàs Godmanchester in Huntingdonshire.

Radulphus de *Kaines* dedit Ecclesiam de Cumbe-Kaines in Dorsetshire. Hic *Radulphus* de *Kaines* dedit aliquot præterea Ecclesias.

Guilelmus Testarde dedit duas Ecclesias in Tilforde in *Surreia.*

Robertus filius *Brientii* dedit Ecclesiam de Podelton-Brien in Bedfordshire.

V AB-

ABBATIA

de Oseney juxta Oxonium.

Fundationis Historia.

Le: Itinerar. vol. 2. f. 17.

ROBertus de Ollejo, that cam into England with William Conqueror, had gyven to him the Baronies of Oxford and Saint Waleries. This Robert made the Castelle of Oxford, and as I conject, other made the waulls of Oxford or repaired them. This Robert made the Chappelle of Saint George in the Castelle of Oxforde, and founded a College of Prebendaries there. This Robert dyed withoute issue, and wher he was buryed it is not very certenly knowen. This Robert had one Iohn de Eiverio, that was exceeding familiar with him; and had beene in the warres as sworen Brother unto him, and had promised to be partaker of Robert's fortunes, wherapon he enriched him with possessions, and as sum think gave hym S. Waleries.

Robert Oilley had a Brother caulld Nigellus, of whom be no very famouse things written. Nigellus had a sunne caulld Robert, that was also a very noble man. This Robert the second had a wife caulld Edithe Forne, a woman of fame and highly esteem'd with King Henry the First, by whose procuration Robert wedded her.

This Robert began the Porie of blake Chanons at Oseney by Oxford emong the Ilis that Isis ryver ther maketh.

Sum write that this was the occasion of making of it. Edith usid to walke out of Oxford Castelle with her gentlewoman to solace, and that oftentymes wher yn a certen place in a tree, as often as she cam, a certen Pyes usid to gither to it, and ther to chattre, and as it were to speke on to her. Edithe much merveling at this mattier, and was sumtyme sore feriid as by a wonder, whereapon she sent for one Radulphe a Chanon of S. Frediswides, a man of a vertuous life and her Confessor, askyng him Counsell; To whom he answerid, affir that he had sene the fashion of the Pyes chattering only at her cumming: that she shuld bilde sum Chirche or Monasterie in that place. Then she entreated her husband to bulld a Priorie, and so he did, making Radulp the first Prior of it.

The cumming of Edith to Oseney and Radulph waiting on her, and the tree with the chattering Pyes be paintid in the waulle of th'arch over Edith tumbe in Oseney Priorie. Ther lyeth an image of Edith of Stone in th'abbite of a bowes, holding a hart in her right hand on the north side of the high Altare.

Robert Oilley the second founder of Oseney Priorie was buried in th'abbey of Eignesham, a three mile from Oxford.

Robert Oilley the second had faire issue by Edithe his wife, emong the which Henry was his heire. This Henry lyeth buryed yn Oseney Chirch in the very middle of the presbyteri under a flat marble stone, wherapon is a flourid crosse poxturid. This Henry had Henry the second, and from Henry the second wer other discents, but in processe the landes of the Oilleys wer disparkelyd.

Id Est.

ROBertus de *Olleio*, qui *Willielmum* Conquestorem in *Angliam* comitatus est, *Oxonienſem* & S. *Walerici* baronias dono acquisivit. *Robertus* iſte caſtellum *Oxonienſe* fundavit, & (ut ego conjicio) *Oxonienſis* urbis mœnia, ſi non erexit, ſaltem reparavit. Idem *Robertus* Capellam S. *Georgii* intra caſtellum *Oxonienſe* conſtruxit: Præbendariorum etiam collegium ibi fundavit. Hic *Robertus* improles obiit, & ubi ſepeliebatur incertum eſt. Huic *Roberto* quidam *Johannes* de *Eiverio* valde fuit familiaris, & in bello quaſi frater ejus juratus, ei promittens ſecum eſſe fortunarum ſuarum participem: unde poſſeſſionibus eum ditavit, eiq; (ut quidam putant) S. *Walerici* [baroniam] dono dedit.

Robertus Olleius fratrem habuit, *Nigellum* nomine, de quo non admodum præclara ſcripta ſunt. Filium habuit *Nigellus*, *Robertum* dictum, qui verè nobilis evaſit. *Robertus* iſte ſecundus uxorem habuit *Editham Forne*, magnæ notæ & æſtimationis fœminam apud *Henricum* regem primum, quo ſuadente, *Robertus* eam in uxorem duxit.

Robertus iſte nigrorum Canonicorum Prioratum *Oſneæ*, juxta *Oxonium*, inter inſulas ab *Iſe* fluvio interluenti factas, incepit.

Quidam ſcribunt hanc fuiſſe fundationis occaſionem: *Editha* ſolebat caſtrum *Oxonienſe*, cum ancilla, recreandi cauſâ, eò prodire, ubi ſæpenumero in quodam arbore, ipſâ adveniente, picæ quædam congregari, ibiq; garrire ſolebant, quaſi eam alloqui viderentur. *Editha* rem admirans, & quandoq; quaſi miraculo perterrita, *Radulphum* S. *Fridiſwidæ* Canonicum, piæ converſationis virum, ejuſq; Confeſſorem ſibi accerſivit, eum conſulens. Cui, poſtquam picarum ad ejus [*Edithæ*] adventum garriendi morem obſervârat, reſpondit ille, [ſuadendo] u Eccleſiam aliquam aut Cœnobium eo loci conſtrueret. Unde ipſa virum ſuum Prioratum conſtruere hortabatur, quod & fecit, *Radulphum* primum loci Priorem inſtituens.

Editha ad *Oſneiam* adventus, cum *Radulpho* ei adſtante; arbor etiam cum picis garrientibus, in pariete fornicis ſupra tumbam *Editha* in Prioratu *Oſneienſi*, depicta ſunt. Effigies *Editha* lapidea, habitu virginis Deo devotæ, cor dextrâ tenentis, jacet ad aquilonem ſummi Altaris.

Robertus Oileius ſecundus, *Oſneienſis* Prioratus fundator, in Abbatia *Eigenſhamenſi*, tertio ab *Oxonio* lapide, ſepultus fuit.

Robertus

Prospectus Ruinarum Abbatiæ

de OSNEY, juxta Oxon:

Robertus Oillius secundus, ex *Editha* ejus uxore pulchram habuit progeniem, inter quos *Henricus* heres evasit. *Henricus* iste sepultus jacet in Ecclesiæ *Osneiensis* Presbyterii medio, sub plano lapide marmoreo, crucem floridam gerente depictam. Hic *Henricus* genuit *Henricum* secundum, & ab *Henrico* secundo descenderunt alii. Tandem verò *Olleriorum* terræ distrahebantur.

Ex cod. MS. in Col. *Corp. Christi Oxon.* [B.2.] f.7.a.

Anno *MLXXII. Robertus* de *Oili* struxit Castellum *Oxonii.*

Anno *MLXXIV. Robertus* de *Oili* & *Rogerus* de *Ivere* struxerunt templum S. *Georgii* in Castello *Oxon.*

Anno *MCXXIX. Robertus* de *Oili*, filius *Nigelli* de *Oili*, & *Editha* uxor struxere Ecclesiam beatæ *Mariæ* in insula Oseneye.

Durante obsidione *Mathildis* (imperatricis) in Castello *Oxonii*, structa erat Capella S. *Thomæ* in subsidium parochianorum S. *Georgii*, qui durante obsidione templum S. *Georgii*, nequibant frequentare.

Robertus de *Oili* primus, & *Nigellus* de *Oili* fratres erant germani, cum *Willelmo Neustrio Angliam* ingressi.

Robertus absq; sobole obiit. *Nigellus* Anno *MCXXIX.* genuit *Robertum* secundum, qui cum *Editha* uxore, beatæ *Mariæ* Ecclesiam fundavit in Insula de Dusenep; *Theobaldo* Archiepiscopo *Cantuar.* & *Alexandro* Episcopo *Lincolniæ* approbantibus, regnante *Henrico* primo.

Carta Roberti *de* Oilli *Fundatoris, de principali donatione sua.*

Ex Registro de *Oseneia* in bibl. *Cotton.* f.5.a.

NOtum sit fidelibus sanctæ Ecclesiæ, tam præsentibus quàm futuris, quod ego *R. de Oileo*, volentibus & concedentibus *Editha* uxore mea & filiis meis *Henrico* & *Gilleberto*, do & concedo in perpetuam eleemosinam Ecclesiæ Dei & Sanctæ *Mariæ* genitricis ejus, & Canonicis in ea Deo servientibus, quam ego, consulente & confirmante *Alexandro* Dei gratia *Lincolniensi* Episcopo, fundavi in insula quæ dicitur *Oseneia*, pro salute Regis & incolumitate totius Regni; necnon & pro mea & uxoris atque filiorum & parentum & amicorum nostrorum salute, quicquid meum est in præfata insula, cum omnibus mansuris quas habui supra Waram, quæ est de molendinis meis, quæ sunt juxta Castellum *Oxenefordiæ*, & decimationes de ipsis molendinis, & istas Ecclesias de terra mea; De Chidelinton; de Weston; de Hochenarton; de Claindon, de Benestan, de Cestreton.

Infra burgum *Oxenefordiæ* terras quas tenuerunt *Ergerius*, *Reimundus*, *Ailmeth*, *Godwinus* filius *Edwacher*, *Ermenoldus*, *Godwinus Nicuma*, Sueting cadica, Raveng Segrim, juxta murum *Hen.* Corneiser, *Leowelaudus*, *Godwinus* monetarius, *Brichtricus* monetarius, *Godricus Willelmus*, *Radulphus* pictor, *Leofwinus Budde*, *Gaufridus* molendinarius & duas solidatas redditus quas tenebat *Fromundus* Capellanus, & decimationem *Nicholai* de *Stodeham*, quam idem *Fromundus* tenebat. Infra Hochenarton Manerium meum, dimidiam hidam, quæ fuit *Hugonis Franceis*, & unum virgatum quam tenuit *Mauricius* Canonicus, & post ipsum filius ejus *Simon*, & juxta Castellum *Oxenefordiæ* subtus murum, unam mansuram quæ fuit *Warini* Capellani.

Ethonam totam villam meam, cum omnibus quæ ad eam pertinent, præter molendinum quod alii Ecclesiæ dedi, & sperweseiam, & ita ut illa pars quam mater mea tenet, quandocunq; eam tenere destiterit, in dominium Ecclesiæ ad usus fratrum veniat. Quare volo & precor, quatinus benè & in pace plenè & honorificè res prædictas prædicta Ecclesia teneat cum omnibus consuetudinibus & libertatibus, scilicet in bosco & plano, in pratis & pascuis, in aquis, viis & semitis & omnibus aliis locis, sicuti umquam aliquis alius melius ante eas tenuit, vel ego ipse tenebam, dum eram in dominio meo. Testibus *Waltero* Archidiacono, *Raero* Priore, *Mainerio Waltero* monachis de Abbendune, *Willelmo* Capellano, *Gaufredo*, *Arturo*, *Rogero* de *Amar.* *Edwardo* Presbytero de *Tiwa*, *Simeone* Clerico, *Fulcone* de *Oilli*, *Hugone* de *Tiwa*, *Roberto* filio *Widonis*, *Rogero* de *Amar.* *Philippo* de *Hamtona*, *Radulfo* filio *Rogeri*, *Radulfo* filio *Randulfi*, *Rogero Testard*, *Gilleberto* de *Tiwa*, *Roberto* de *Amar.*

Transcriptum magnæ Cartæ Roberti *de* Olleyo *de Fundatione domus* Oseneyæ.

Ib. f.48.b. NOtum sit omnibus Christianis, quod ego *Robertus* de *Olleyo* volentibus & concedentibus *Editha* uxore mea, & filiis meis *Henrico* & *Gileberto*, do & concedo in puram & perpetuam eleemosinam Ecclesiæ Dei & Sanctæ *Mariæ* genitricis ejus, & Canonicis regularibus in ea Deo servientibus, quam ego, consulente & confirmante *Roberto* Dei gratia *Lincolniensi* Episcopo, fundavi in insula quæ dicitur *Oseneya*, pro salute Regis & incolumitate totius Regni; necnon & pro mea & uxoris ac filiorum, parentum & amicorum nostrorum salute, quicquid meum est in præfata insula, cum omnibus mansuris, quas habui supra Waram quæ est de molendinis meis. Et quicquid habui in Burgo *Oxenefordiæ*, vel in suburbio. Et Ecclesiam Sancti *Georgii* quæ sita est in castello *Oxenefordiæ*, cum omnibus Ecclesiis & Capellis, terris, redditibus, tenementis, decimis & possessionibus, & rebus aliis dictæ Ecclesiæ Sancti *Georgii* pertinentibus; videlicet, Ecclesiam Sanctæ *Mariæ Magdalenæ*, quæ sita est in suburbio *Oxoniæ*, cum tribus hidis in *Waltona*. Et terra de Dwenti acre, & decima earundem terrarum, & prato quod vocatur Bannmannes-med, cum decima ejusdem prati, & cum decima de Northam, *Wyvelega* & *Lincha*, & omnium terrarum & pratorum, & aliarum rerum decimabilium, quæ sunt inter Castellum *Oxoniæ* & *Henxteseyam*, aut *Boteleyam*; scilicet in Comitatu *Oxoniæ* & cum-

aliis rebus & decimis ad dictam Ecclesiam sanctæ *Mariæ Magdalenæ* pertinentibus.

Et Ecclesiam de *Coueleya*, cum duabus hidis terræ & pratis de **Sidenham**, & de **Froggemor** & aliis pertinentiis. Et tres hidas terræ in **Cudeslawe**, cum hominibus, decimis & aliis pertinentiis, & Capellam de **Freg**, cum manso; Et terram ex opposito Capellæ versùs occidentem, cum pascuis & pasturis & aliis suis pertinentiis; Et duas hidas in **Emicote** cum bosco & aliis pertinentiis. Et Ecclesiam de *Stowa*, cum tota villa & Capella de **Morton**, & duabus hydis de feodo sancti *Georgii* in eadem villa, similiter cum boscis & aliis rebus & libertatibus ad Ecclesiam sancti *Georgii* pertinentibus. Et terram de **Wroxton**, cum decima unius hydæ in eadem. Et unam hydam cum pertinentiis in **Santford**. Et terram de **Forcesthulle** & de *Burthonia*, & de utraque **Stonhale** cum Capellis in eisdem, boscis, villenagiis, redditibus, & decimis, & aliis rebus de feodo meo Ecclesiæ sancti *Georgii* pertinentibus.

Et dimidiam hydam & unam virgatam terræ in **Hokenorton**, cum pertinentiis, Et duas partes decimæ de omni re quæ decimari solet de omnibus dominicis utriusque * Honoris qui adjacent Castello *Oxenefordia*, videlicet de **Hokenorton**, *Swerefordia*, *Berefordia*, *Wigintona* & de una hyda & dimidia in **Edburbury**. Et de una hida & tercia parte dimidiæ hydæ in **Cornwelle**. Et de **Cudelinton**, **Thorp**, **Wythull**, **Venslinton**, & *Northleya*; Et de una hyda & dimidia in **Barton-Domis**. Et de **Rolesham** de utraque Curia. Et de *Dunnesdywa*, **Ludewelle** & *Heyfordia*. De **Hampton**, cum **Northbroc-Gaytorum**, & **Blechesdon**. De **Weston**, *Berenceestria*, cum **Wrechewych**, **Burtenbulle**, *Ardulfleya*, cum **Northbroc** juxta **Somerton**; De **Pirebury**, **Widlanesston**, **Foulewelle**, **Perdewic**, *Tynsordia*, **Westbury**, **Shalteston**, **Tunesmere**, *Strasfordia*, **Turbeston**, & **Goldewelle**.

De **Wyke**, **Thornton**, **Thornburg**, *Radeleya*, *Hasleya*, De, *Burtona*, **Bentcote**, **Norton**, **Hampton**, **Dukelinton**; de **Estkote-Dylvorum**, de **Beckel**, de tota villa **Norton**; **Porcote**. Et de dimidia hyda in *Stodleya* quæ pertinet ad *Beckeleyam*. Et de *Assha*, de **Wode Pire** & *Pyria*, *Elsefelda*, *Ocleya* & **Horsepathe**. De **Turkeden**, *Parva* **Risindon**, **Treton**, **Hampton** & **Tetteburg**, **Cherunton** & **Haseldon**. De **Watlinton**, **Garuges**, **Weston** juxta **Mylne**, de feodo quod pertinet ad Castellum *Oxoniæ* **Chere**. Et de utraque curia de **Shireburn**. De **Hetelinton**, **Betrinton**, **Barewelle**, **Ledecumbe**, & in **Clivinton** de tribus hydis & molendinum. De **Cranesford**, **Leyes**, **Tenesse**, **Pervet**, **Haurugge**, **Celeston**, **Pesselworth** & **Clopham**. Et totam decimam de dominico de **Wolvaricote**. Et in **Baldindon** de tribus hydis. Et in **Waverton** de dominico. De **Croftes**, & **Muycros** duas partes omnimodarum decimarum. Et in **Ybbestan** decimam de una hyda. Et in **Curtlinton** decimam de una hyda. Et in **Candewell** decimam de tribus virgatis.

Quare volo & firmiter præcipio quod Canonici prætatæ Ecclesiæ & eorum successores habeant & teneant benè & in pace omnia tenementa, terras, redditus, decimas, & possessiones, quas habent in omnibus præfatis maneriis, & quæ de me vel hæredibus meis aut hominibus meis perquirere poterunt temporibus futuris, cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus, quas ego unquam habui vel aliquis antecessorum meorum. Et quod habeant Curiam ipsorum liberam de suis hominibus de omnimodis transgressionibus & defaltis. Et quieti sint tam ipsi quam eorum tenentes de omnimodis Curiæ meæ sectis, & de secta molendinorum meorum, & de omnimodis demandis, excepta justitia mortis & membrorum. Et si ipsi aut eorum homines amerciati fuerint erga me vel hæredes meos seu ballivos meos pro quacunque causa, delicto vel forisfacto, omnes merciæ & merciamenta, & omnes fines, & omnia commoda, & omnes exitus placitorum quæ provenerint de ipsis aut eorum hominibus, ipsorum Canonicorum erunt sine ullo retinemento mihi vel hæredibus meis, sive sit pro defalta sive pro alia causa. Similiter volo & firmiter præcipio quod dicti Canonici & eorum successores ac eorum tenentes liberum habeant introitum & exitum & liberam communiam ad bidentes eorum & porcos, & ad omnia eorum averia in omnibus maneriis meis & ne possint imparcari nisi in dampno inventi fuerint manifesto. Quod si contigerit, per vadimonium averia sua recipient, & per visum virorum legalium dampnum quod averia fecerunt extra Curiam meam emendari facient: & ut hæc mea donatio & concessio & Cartæ confirmatio rata sit & stabilis in perpetuum, huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, *Thebaldo Cantuarien*si Archiepiscopo &c.

* D'*Oili* scil: & de *Ibreio*, id est de S. *Walerico*.

Carta Henrici *de* Oilli *secundi, de donis suis & antec. ssorum suorum.*

NOtum sit cunctis fidelibus sanctæ Ecclesiæ, quod ego *Henricus* de *Oilli* filius *Henrici* de *Oilli*, consensu & assensu *Roberti* fratris mei, & consilio liberorum hominum meorum concessi, & præsenti Cartâ confirmavi Ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Oseneia* & Canonicis ibidem Deo servientibus pro animabus prædecessorum & parentum meorum, & pro salute mea ac meorum in liberam & perpetuam elemosinam, omnes donationes quas *Robertus* avus meus, & *Editha* avia mea, & *Henricus* pater meus eidem Ecclesiæ fecerunt, scilicet de dono *Roberti* avi mei, qui præfatam Ecclesiam fundavit, totam præfatam insulam *Oseneye* cum omnibus mansuris, quæ sunt de feodo meo super Waram in eadem insula, & decimationes de molendinis quæ sunt juxta castellum *Oxeneford*ia; & subtus murum unam mansuram quæ fuit *Warini* Capellani. Et istis Ecclesias de feodo meo, Ecclesiam de **Ledelinton**, Ecclesiam de *Westona*, Ecclesiam de **Hokenarton**, Ecclesiam de **Claindon**, Ecclesiam de **Benestan**, Ecclesiam de **Cestreton**.

Infra burgum *Oxenefordia* terras quas tenuerunt

lb. fol. 6.

runt *Engelri*, *Reimund*, *Ailnod*, *Godwinus* filius *Edwaker*, *Ermenold*, *Godwinus* incuna, *Sueting* cadica. *Ravenig*, *Segrun* juxta murum, *Henricus* le Corvesir, *Leofwinus* claudus, *Godwinus* monetarius, *Brictbric* monetarius. *Godric*, *Willielmus*, *Radulphus* pictor, *Leofwinus* Budda, *Gaufridus* molendinarius, & duas solidatas reddirus quas tenebat *Fromundus* Capellanus, & decimationem *Nicholai* de Stodham, quam idem *Fromundus* tenebat, & *Ethonam* totam villam in dominio & vilenagio & libero feodo præter molendinum & Sparwesete. Infra Hokenarton dimidiam hidam, quæ fuit *Hugonis Franceis*; & unam virgatam quam tenuit *Mauricius* Canonicus. De dono *Henrici* patris mei Ecclesiam sancti *Georgii*, cum omnibus quæ ad eam pertinent de feodo meo, Ecclesiam de Wattinton. In Hokenarton unam hidam de vilenagio & Prestesfeld & Buterhull, & de prato de dominio quantum pertinet ad tres hidas, scilicet duas acras ad unamquamque virgatam. In *Ethona*, Sparwesete & *iv.* acras de *Walkona*, cum hominibus & pratis & pascuis ad easdem pertinentibus. De dono aviæ meæ *Editha* simul & patris mei; in Clavedon duas hidas & dimidiam, & de dominio ejusdem villæ Suenesham & la Headeland, & Sibertoft & Ringesbrugehale, & Stodfald, & Benetrebret, & dimidiam hidam quæ fuit *Gaufridi*, cum prato quod ad easdem terras pertinet, & unam croftam & volatam quam *Hemmingus* presbiter solebat habere, & paunagium de propriis porcis suis, & in bosco ejusdem villæ, quod necesse eis fuerit domibus & sepibus suis reficiendis & ad focum faciendum. In *Westona* hidam & dimidiam, tres virgatas de vilenagio; scilicet virgatam ubi mansio Canonicorum est, & virgatam quam *Robertus* tenet, & virgatam quam *Herbertus* tenet, & tres virgatas de dominio cum prato; & in omnibus maneriis meis pasturam propriis bobus & ovibus & porcis suis communem cum meis.

Præterea ego dedi prædictis Canonicis in augmentum pro animabus parentum meorum, & pro salute mea ac meorum totum pratum meum quod est ad occidentem Curiæ suæ de *Oseneia*, in perpetuam elemosinam, liberum & quietum ab omni servicio, & purpresturam gardini sui de Redelinton. Canonici autem quidam clamaverunt mihi duas culturas in Clavedon, scilicet Hedhelle & Pretestoft, quas clamaverunt adversum me de dono aviæ meæ & patris mei. Hanc concessionem & donationem & confirmationem feci ego, voluntate & assensu *Roberti* fratris mei & consilio liberorum hominum meorum, & super Altare beatæ *Mariæ* in prædicta Ecclesia *Oseneya* obtuli, & corpus meum in eadem sepeliendum post obitum meum devovi. Quare volo ut supradicta Ecclesia & Canonici omnia prænominata habeant & teneant in perpetuum, ita liberè & quietè ab omni servicio, quod ad me & ad hæredes meos pertinet, sicut aliquis prædecessorum meorum ea liberius & quietius tenuit, quando erant in dominio suo. His testibus, *Roberto* fratre meo, *Roberto* de Whitefeld tunc Vicecomite *Oxenefordiæ*, *Hugone* filio *Wiel-*

mi, *Stephano* de *Hamtona*, *Willielmo* de *Chaisnei*, *Roberto* filio *Radulfi*, *Rogero* fratre suo. *Willielmo* de *Mansuil-Hermer*, *Ricardo* Clerico, *Lamberto* de *Oxenefordia*, *Willielmo* fratre *Anketill*, *Thoma* filio *Ednich Willelmi* filii *Sueting*, *Gaufrido* Clerico, *Gocelino* filio *oSbar*, *Leofwino Choch*, *Philippo* Clerico, *Roberto* Coco, *Willielmo* de *Samviz*, *Gilleberto Pertir*, *Daniele Hugone* de *Pistrino*; & multis aliis.

Carta Roberti *filii* (*nothi*) *Regis* Henrici *primi, de Manerio de* Wanetinq.

NOtum sit, tam præsentibus, quàm futuris, quod ego *Robertus Henrici* Regis filius, consilio *Henrici* de *Oleio* fratris mei, & aliorum amicorum meorum, do, & concedo, in liberam & perpetuam elemosinam Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de *Oseneia*, cui meipsum devovi, sive in vita, sive in morte, pro anima præfati patris mei *Henrici* Regis, & aliorum amicorum meorum, decem libratas terræ in Manerio meo de Wanetinq, sicut melius, & comodius providere poterunt Prior & Canonici præfatæ Ecclesiæ. Testes sint *Hugo* de *Camvilla*, *Paganus* de *Westbury*, & *Hugo* de *Westbury*, & *Richardus* de *Cahaines*. Ex ipso autogr. in bibl. Cotton.

Carta Henrici *de* Oleio *de x. libratis terræ in* Hokenorton.

NOtum sit fidelibus Sanctæ Ecclesiæ, quod ego *Henricus* de *Oleio*, volente & concedente *Roberto* filio Regis, fratre meo & aliis amicis & hominibus meis, do & concedo in liberam & perpetuam Elemosinam Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de *Oseneia*, pro anima *Henrici* Regis, & pro anima patris mei *Roberti* de *Oleio*, qui eandem Ecclesiam fundavit; & pro anima fratris mei *Gilberti*, & pro animabus aliorum antecessorum meorum, & pro salute domini mei *Henrici* & mei, & omnium amicorum meorum, decem libratas terræ, scilicet, in *Hocamptona* Manerio meo, terra quæ dicitur Prestesfeld, quam olim ad Ecclesiam ejusdem villæ pertinuit, secundùm quod probabiliter valerent per juramentum proborum hominum; Et duas hidas terræ in eodem Manerio, quas præfata Ecclesia aliquando habuit ex concessu patris mei, secundùm valentiam suam; Et si quid defuerit ad perficiendas decem libratas, ego perficiam, vel in jam dicta villa de *Hocanortona*, vel in aliis terris meis, secundùm quod melius providebimus, ego & præfatæ Ecclesiæ Prior. Testibus *Hugone* de *Chanvilla*, & *Pagano* de *Westbury*, & *Hugone* de *Westbury* & *Richardo* de *Cahaines*. ibid.

Carta Philippi *Comitis* Flandriæ *de piscatura Bentunia.*

Ib. PH: *Flandriæ & Viromandiæ* Comes, *Ballivis* de *Bentunia* salutem, Elemosinam illam, piscaturam videlicet de *Bentunia*, quam frater meus *Matheus* Comes *Boloniæ* Canonicis de *Oseneia* perpetuò habendam, & liberè, ac sine omni calumpnia tenendam concessit, præsenti scripto meo eisdem confirmo; unde vobis præcipio, ut præfata piscatura Canonicos illos faciatis, & liberè & quietè eos illam cum omnibus pertinentiis suis, sicut in literis fratris mei continetur, possidere permittatis; & quicquid inde recepistis eisdem integrè restituatis; nec de cetero ipsos super hæc vexare præsumatis.

Edwardus (&c.) Inspeximus Cartam, quam dominus *Henricus* quondam Rex *Anglie*, progenitor noster fecit Ecclesiæ S. *Mariæ* de *Oseneia*, & Canonicis ibidem Deo servientibus in hæc verba.

Ex ipso autogr. penès Decan. & Canon. Ecclesiæ *Christi Oxon.* 3 Aug. An. 1644

Vide Cart. 13 E. 2. n. 10. Et Cart. 3. E. 3. n. 24.

Henricus Rex *Angl.* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis me concessisse & confirmâsse Ecclesiæ Dei & S. *Mariæ* de *Oseneia*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, pro salute meâ ac meorum, in perpetuam elemosinam; & pro anima Regis *Henrici* avi mei, & pro anima patris mei & aliorum parentum meorum, Ecclesiam S. *Georgii*, quæ sita est in Castello Oxeneford, cum omnibus pertinentiis suis; scilicet Ecclesiam S. *Mariæ Magdalenæ*, quæ est in vico extra portam de Nort, & terram de *Waltona*, ex utraq; parte viæ, per quam itur de *Waltona* ad Castellum, sicut *Walterus* Archidiaconus eam tenuit; & terram de *Cudestuna*, & de *Covelcia* cum Ecclesiâ; & terram de *Stowia* & de *Mortona*, cum Ecclesia & Capellis; & terram de *Wrtona* & de Stanford, & duas hidas de *Erideota*, cum omnibus aliis rebus ad eandem Ecclesiam pertinentibus, in decimis, in hominibus, in domibus, in terris & pratis & pascuis, in bosco & plano, sicut præfata Ecclesia tenuit à tempore eorum qui eam fundaverunt; & sicut mater mea, domina Imperatrix, illam eis concessit, & Cartâ suâ confirmavit. Quare volo (&c.)

Inspeximus (&c.) *Henricus* Rex *Arg.* (&c.) Sciatis me concessisse (&c.) Ecclesiæ Dei & S. *Mariæ* de *Oseneia* (&c.) in liberam & perpetuam elemosinam, præbendam illam de *Lx. s.* quam *Reverel* Presbyter habuit & tenuit, quæ est in hiis tribus Maneriis, scil. in Beuuinton *xxiv. s.* & in Heddon *xli. s.* & in Beuton *xxiv.* unde volo (&c.)

Inspeximus (&c.) *Henricus* (&c.) *Gaufrido* de *Ivori* salutem. Præcipio, quod Abbas de *Oseneia* (&c.) teneant terram de *Holecumbe*, quæ liberata eis fuit per homines de hallimota de Benesintune, & per probos homines de Hundredo, pro elemosyna mea de *Benesintona*, quam solebat habere in denariis de antiquis elemosynis Regum *Angl.* Et prohibeo, quod nemo de elemosinis meis quicquam capiat nec intromittat. Quare volo (&c.).

Inspeximus (&c.) *Johannes* Dei gratia Rex *Angliæ* (&c.) Sciatis me concessisse (&c.) Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de *Oseneia* (&c.) Manerium de Burburi, quod habent de dono *Thomæ* de S. *Walerico*. Quare volumus (&c.) Dat. (&c.) *xxi. Jan. xv.* Regni.

Inspeximus (&c.) *Henricus* Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ* (&c.) Noveritis nos (&c.) concessisse (&c.) Abbati & Canonicis Sanctæ *Mariæ* de Oseney, donationem (&c.) quam *Alicia* quondam Regina *Angliæ* fecit Deo & Ecclesiæ S. *Mariæ Oseneiæ* (&c.) de una hida terræ, quæ jacet apud Haneberge, juxta pontem de Bladene. Reddidimus etiam & concessimus (&c.) prædictis Abbati & Canonicis (&c.) terram de Holecumbe, quam *Galfridus* de *Ivery* eis assignavit pro *xviii. s.* quos habere debeant annuatim in Benesington, simul cum terra de Warburgh, quam idem *Galfridus* eis assignavit pro *vi.* solidis. Quare volumus (&c.) Dat. (&c.) apud *Oxoniam xiv. Julii* anno Regni nostri *xv.*

Inspeximus etiam Cartam, quam *Aelidis* filia *Godefridi* Ducis *Lotharingiæ*, quondam uxor Regis *H. Angliæ* & Duci *Norm.* fecit Ecclesiæ prædictæ in hæc verba. *A.* Dei gratia Regina Archiepiscopis (&c.) Sciatis, quod ego *Aelidis* filia *Godefridi* Ducis *Lotharingiæ*, quæ fui uxor nobilissimi Regis *H. Angliæ* & Ducis *Normanniæ*, concessi & dedi Ecclesiæ S. *Mariæ* de *Oseneia* unam hidam terræ, quæ jacet apud Haneberge, & pertinet ad *Stantonam* Manerium meum, pro remedio animæ nobilissimi Regis *Henrici Angliæ* Domini mei, & meæ salute, & parentum suorum & meorum; & pro animabus omnium fidelium defunctorum. Quapropter volo. (&c.)

Nos autem donationes (&c.) prædictas (&c.) confirmamus (&c.) Et insuper donationem (&c.) quas *Bernardus* de S. *Walerico*, per Cartam suam fecit Ecclesiæ & Canonicis prædictis de gurgite suo juxta *Thamisiam*, cum cursu aquæ quæ currit ad molendinum eorundem Canonicorum in *Oseneia* in liberam, puram & perpetuam elemosinam, ab omni servicio seculari & demanda. Concessionem etiam & traditionem, quam *Galfridus Divs* per Cartam suam fecit prædictis Canonicis de tota terra quæ incipit ad fontem de Pettesmede usq; ad alium fontem qui est dominicis terris *Gilleberti Angevin.* Ac etiam donationem (&c.) quas *Thomas* de S. *Walerico* per Cartam suam fecit Ecclesiæ & Canonicis prædictis de toto Manerio suo de Ficburi, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, cum capitali Curiâ, & cum omnibus pertinentiis (&c.) Et cum homagiis & serviciis *Roberti Purcel* & hæredum suorum, de feodo quod de ipso *Thoma* tenuit in

Newenthon

Newenthan, viz. *xx.v.* solidos per annum de reddit⁹ & servicio dimidii militis, & omni eo quod de eodem feodo habuit vel habere potuit, cum omnibus aliis pertinentiis ad prædictum Manerium de **Pireburi** pertinentibus.

Necnon donationem (*&c.*) quas *Wido* de *Arenis*, filius *Bernardi* de *Arenis*, per Cartam suam fecit Ecclesiæ & Canonicis prædictis de tota terra sua de **Pireburi**, cum pertinentiis (*&c.*) scil. sex virgatis terræ de Villenagio, cum villanis & eorum sectis (*&c.*) & servicio quatuor virgatarum terræ, cum homagiis & redditibus (*&c.*) Necnon donationem, quas *Adelelmus* de *Fulewelle* per Cartam suam fecit Ecclesiæ & Canonicis prædictis, de tota villa sua de **Fulewel**, cum advocatione Ecclesiæ ejusdem villæ (*&c.*) Ac etiam remissionem (*&c.*) quas *Adam* de *Belescoth* filius & hæres *Adæ* de *Belescoth*, per scriptum suum fecit Ecclesiæ & Canonicis prædictis de *xx. s.* qui ipsum contingunt jure hæreditario, ratione hæreditatis *Melioris* matris suæ, filiæ *Alelmi* quondam Domini de **Fulewelle**. Necnon concessionem (*&c.*) quas *Walterus Buci* de *Devonia*, filius & hæres *Radulphi Buci* filii *Agnetis* de **Fulewel** per scriptum suum fecit Ecclesiæ & Canonicis prædictis de *xx. s.* qui ipsum contingunt jure hæreditario, ratione hæreditatis *Radulphi* patris sui, filii *Agnetis* de *Fulewell*, filii *Alelmi* quondam Domini de **Fulewell**. Ac etiam concessionem (*&c.*) quas *Robertus Damari* per Cartam suam fecit Ecclesiæ & Canonicis prædictis, de donatione illa & concessione, quas *Alelmus* de *Fulewell* illis fecit de tota villa sua de **Fulewell**, cum omnibus pertinentiis.

Donationem (*&c.*) quas *Henricus Hosatus* per Cartam suam fecit (*&c.*) de tota terra sua de **Upton**, cum omnibus pertinentiis suis. Necnon donationem (*&c.*) quas *Nicholaus* de *Weston* fecit (*&c.*) de una carucata terræ cum pertinentiis in villa & in campis de **Coburburi**, cum capitali messuagio suo, & cum pratis & croftis, & cum homagio & servicio liberorum tenentium suorum, (*&c.*) Concessionem (*&c.*) quas *Johannes* de Sancto *Johanne*, dominus de magna *Bartona*, filius & hæres *Johannis* de S. *Johanne*, per scriptum suum (*&c.*) fecit (*&c.*) de Ecclesia de magna *Bartona*, cum Capellis de **Sandford** & **Ledwell**, quas habent de dono antecessorum suorum (*&c.*) Ac etiam de illa remissione (*&c.*) quas præfatus *Johannes* pater suus eisdem Ecclesiæ & Canonicis fecit de uno molendino & quinq; virgatis terræ, cum omnimodis eorum pertinentiis in villa de **Weston** extra **Burnecestre**, quæ vocatur **Simeons land**; Et de illo molendino in **Doe Barton** & *xxv.* acris in campo australi; & de illis *xv.* acris in pastura quæ dicuntur **le Croft**; ita quod dictæ *xv.* acræ cum pastura in perpetuum maneant clausæ, sicut fuerunt tempore confectionis scripti prædicti. Necnon de donatione illa & concessione, quas habent de dono *Johannis* de S. *Johanne*, avi patris prædicti *Johannis* de pastura habenda in omnibus dominicis suis ad sex boves, duas vaccas, duos afros, *Lx.* oves & *xx.* porcos ubicunq; hujusmodi animalia ipsius *Johannis* & hæredum suorum depascunt, seu depascere consueverunt (*&c.*) ratas habentes & gratas (*&c.*) confirmamus (*&c.*) Dat. (*&c.*) *xxvi.* die *Febr.* anno Regni nostri *xiii.*

Edwardus (*&c.*) Inspeximus Cartam, quam dominus *H.* dudum Rex *Angliæ* progenitor noster, fecit Ecclesiæ Dei & S. *Mariæ* de *Oseneya* (*&c.*) in hæc verba. *H.* Rex *Angl.æ* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes **Andeg.** *Roberto* Episcopo *Lincolniæ* & Baronibus de **Oxenefort** scire salutem, Sciatis me concessisse & confirmâsse Ecclesiæ Dei & S. *Mariæ* de *Oseneia*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, de insula quæ vocatur *Middeneia*, ita ut singulis annis reddant prædicti Canonici dimidiam marcam argenti pro hac tenatura, ubi ipsi cives jusserunt, sicut cirographum prædictorum civium testatur. Quare volo (*&c.*) Ibi

Inspeximus etiam Cartam, quam dominus *Henricus*, quondam Rex *Angliæ* avus noster fecit (*&c.*) *Henricus* (*&c.*) Sciatis nos (*&c.*) concessisse (*&c.*) Abbati de *Oseneya*, & Canonicis (*&c.*) donationem, quam *Henricus* de *Oili* eis fecit (*&c.*) de capitali manso suo, quod habuit in **Weston** & de bosco & quodam molendino, & quodam prato juxta idem molendinum versùs **Berlinthon**; & de tribus croftis viz. **Bencroft**, **Cassecroft** & **Hegcroft**, cum pertinentiis in eadem villa; & de omnibus quæ prædictus *Henricus* retinuit ad opus suum, quando primò dedit & concessit prædictis Abbati & Canonicis totam aliam partem ejusdem Manerii de **Weston**; ita quod prædicti Abbas & Canonici habeant & teneant bene & in pace (*&c.*)

Nos autem concessiones (*&c.*) necnon donationem quas *Will.* de *Chen.* Alderman⁹ de *Gilda* mercatorum *Oxen.* per Cartam suam, de concensu & voluntate civium *Oxenefordiæ* de communi Civitatis & de *Gildâ* prædicta, fecit Ecclesiæ & Canonicis prædictis in perpetuam elemosinam, de Insula quæ *Middeleya* vocatur, quam dicti cives præfato *Willielmo* in perpetuum fe⁹o dum concesserunt. Necnon donationem (*&c.*) quas *Bernardus* de S. *Walerico* per Cartam suam fecit de medietate *xvii.* acrarum & dimid. terræ, de dominio ejusdem *Bernardi* in *Oseneia* (&c.) Donationem (&c.) quas *Thomas* de S. *Walerico* per Cartam suam fecit (&c.) de duabus selionibus terræ ad quandam viam faciendam apud **Nord Makney** juxta fossatum terræ Canonicorum prædictorum.

Donationem (*&c.*) quas *Willielmus* de *Bracy* per Cartam suam fecit (*&c.*) de Ecclesia de **Stone**, cum una hida terræ; & cum decimis, domibus, pratis (*&c.*) ad eandem Ecclesiam pertinentibus; tenendam & habendam in proprios usus in puram & perpetuam elemosinam. Ac etiam concessionem, quam *Galfridus* Camerarius de *Glintona* per Cartam suam fecit (&c.) de tota terra sua de *Langneia* cum pratis (&c.) Necnon donationem, quam *Alanus* de *North Oseneya* per Cartam suam fecit (&c.) de tota placea sua, cum pertinentiis, quam habuit in

North

North Ofney, quæ incipit à folo aquæ *Thamisiæ*, quæ currit ad molendinum juxta Castellum *Oxonii*, & se extendit in longitudine usq; ad viam in cursum aquæ quæ ducit versus Capellam S. *Thomæ* martyris.

Concessionem insuper (&c.) quas *Willielmus Paganellus* per Cartam suam fecit (&c.) de Ecclesia de Watlingtune cum terris (&c.) & aliis pertinentiis suis. Et præter hoc de molendino de Suberord, cum libertatibus (&c.) eidem pertinentibus; & de una virgata terræ de dominio suo, scil: xx. acris. Et de una mansura juxta domum *Fabri*; & de duabus acris in quibus mansio Canonicorum est; & de terra quæ jacet inter januam eorum & viam juxta aquam; & de pannagio de nutrimento porcorum suorum in eadem villa; & de pastura suis bobus unius scilicet carucatæ communi cum bobus ipsius *Willielmi*. Ac etiam donationem (&c.) quas idem *Willelmus* per eandem Cartam suam fecit (&c) de dimidia acra terræ, ad augmentandum Curiam suam in longum ipsius Curiæ. Donationem etiam, quam *Willielmus* filius *Heliæ* per Cartam suam fecit de Ecclesia de Pery (&c.) Necnon donationem quas *Bardulphus* filius & hæres *Rogeri* filii *Bardulphi* de *Cestreton* in Henemers per Cartam suam fecit Ecclesiæ prædictæ de illo tenemento cum ædificiis, vivariis, croftis, & aliis pertinentiis, quod *Margeria* avia sua tenuit in dotem in dicta Cestreton; & de alio tenemento cum ædificiis (&c.) quod *Will: le Noreys* aliquando tenuit in eadem villa. Donationem insuper (&c.) quas idem *Bardulphus* (&c.) fecit (&c.) de duabus virgatis terræ arabilis in campis de dicta Cestreton (&c.)

Donationem (&c.) quas *Johannes* filius *Willelmi Hunteyn* de Bikthull per Cartam suam fecit (&c.) de tota medietate hithæ suæ apud Hengestesteye, ex parte australi, cum libero introitu & exitu (&c.) Necnon Donationem (&c.) quas *Robertus* de *Gay* per Cartam suam fecit præfatis Ecclesiæ & Canonicis de toto manerio suo de Hampton-Gay, cum capitali Curia & cum omnibus pertinentiis suis (&c.) Donationem (&c.) quas *Ric.* de *Canvilla* per Cartam suam fecit (&c.) de uno messuagio cum superædificio in villa sua de Crointon (&c.) Concessionem etiam, quam idem *Ricardus* per eandem Cartam suam fecit prædictis Canonicis, de eo quod liberè & sine ulla vexatione possint congregare decimas suas quas habent de dominicis suis de Crointon, & de Bermecestre. Necnon donationem (&c.) quas *Gocelinus* de *Bailol* per Cartam suam fecit (&c.) de uno messuagio in Hurewelle (&c.)

Concessionem (&c.) quas *Henricus* filius & hæres *Rogeri* de *Bottele* per Cartam suam fecit præfatis Ecclesiæ & Canonicis de illo fonte super terram suam in campo de *Hengesteseya*, qui vocatur Heve-Porefwelle, cum omnibus rivulis & aquarum cursibus ad eundem fluentibus vel defluentibus, absq; aliquo impedimento (&c.) quin prædictus fons aut rivuli ad eum fluentes, per conductum indè defluentes liberum & consuetum habeant ad Domum Ofenei cursum suum. (&c.) Necnon concessionem, quam idem *Henricus* per scriptum suum fecit (&c.) de eo quod possint super præscriptum fontem unam domum ædificare, longitudinis *xviii.* pedum & latitudinis *xiii.* pedum; & quod habeant aisiamenta super terram suam, ad dictam domum, quotiens necesse fuerit reparandam & emendandam.

Donationem (&c.) quas *Savaricus* de *Clovile* filius & hæres *Wellielmi* de *Clovile*, per Cartam suam fecit (&c.) de uno messuagio in villa de Hertwell (&c.) Donationem (&c.) quas *Willielmus* filius *Radulphi* de *Langeport* per Cartam suam fecit (&c.) de duobus messuagiis (&c.) in Dodeford (&c.) Donationem (&c.) quas *Matheus* de *Stratton* Archidiac: *Buckinghamiæ*, per Cartam suam fecit (&c.) de tota Curia sua de Boxton. (&c.) Donationem (&c.) quas *Paulinus* de *Theidene* per Cartam suam fecit (&c.) de tota terra quam *Juliana* quondam uxor *Henrici* de *Theidene* patris sui aliquando tenuit in dotem in villa de Turkedene (&c.) Donationem (&c.) quas *Johannes* dudum *Wigorn.* Episc. per scriptum suum fecit (&c.) de Ecclesia de *Begaberia*, cum omnibus pertinentiis suis; & de tota decima redditus ipsius Episcopi, de Wiche, in sale.

Necnon concessionem, quam *Philippa Basset*, quondam Comitissa *Warwici*, per scriptum suum fecit (&c.) de eo quod iidem Abbas & Conventus & successores sui habeant singulis annis imperpetuum *xx.* averia intrantia cum averiis prædictæ Comitissæ in pratis de West-Ofeney, quæ sunt de feodo dictæ Comitissæ post fena falcata & adunata. Ac etiam Concessionem, quam dicta Comitissa per idem scriptum fecit (&c.) de eo quod omnia clausa sua in bonâ pace habeant & in perpetuum teneant; scil: clausum de Hamme, de feodo d'Oily & de S. *Valerie*, retro molendinum fulerez de Ofeney (&c.)

Donationem (&c.) quas *Willielmus* de *Wigornia* per Cartam suam fecit (&c.) de tota terra * sua de Sidan (&c.) Ac etiam de libera pastura in pastura sua de Slebeden ad duo millia ovium, cum exitibus earum; & ad *CC.* Vaccas cum exitibus eorum, & ad *xl.* equas portantes (&c.) Donationem (&c.) quas *Regerus* de *Wigornia* per Cartam suam fecit (&c.) de Ecclesia de Bilstrenan, cum omnibus decimis ejusdem villæ quæ dicitur Sidan; & cum omnibus decimis villæ quæ dicitur Baldunan; & cum omnibus decimis de villa quæ dicitur Clartarlega; & cum rath quod est coram Castello suo, & cum duabus hidis terræ in villa de Sidan (&c.) ratas habentes & gratas (&c.) confirmamus. Dat. (&c.) *xxviii.* Die *Febr.* anno regni nostri *xiii.*

* in Hibernia.

PRIORATUS

PRIORATUS

de Ronton *in agro* Staffordensi.

Carta Fundationis ejusdem.

Ex autographo penes *Walterum Harcourt* de Ellenhall in Com. *Staff.* Eq. aur.

Obertus filius *Noeli* omnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, ad quos hoc præsens scriptum pervenerit, salutem. Sciant omnes tam clerici quàm laici, tam præsentes quàm futuri me dedisse locum, qui dicitur *Sancta Mersa des Essarz*, pro anima mea & uxoris meæ, & omnium parentum meorum in perpetuam elemosinam, Deo, & Sanctæ *Mariæ* & Canonicis ibidem Deo servientibus sub regula & obedientia * *Hamanensis* Ecclesiæ cum tota terra in circuitu (&c.) His testibus, *Thoma* filio *Roberti* ejusdem loci fundatoris, & *Philippo* fratre ejus, *Willielmo* Clerico, *Roberto Noell* fratre, & *Ricardo* & *Johanne* ejus fratribus, *Huberto* de *Handesacre*, & *Roberto* filio ejus, & *Willielmo* fratre ejus.

* Hagbmon in com. *Salop.*

Carta Thomæ *filii* Roberti Noeli *donationem patris sui confirmans.*

Ibid. NOtum sit omnibus, tam præsentibus quàm futuris, quod ego *Thomas* filius *Roberti* filii *Noeli* confirmo omnia, quæ *Robertus* filius *Noeli* pater meus dedit Deo & Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de *Sartis* apud *Raunton*, cum omnibus pertinentiis, in puram & perpetuam elemosinam (&c.) His Testibus, *Galfrido Salvagio*, *Willielmo* filio *Petri*, *Hugone* fratre ejus, *Willielmo* de *Brase*, *Henrico* de *Lega*, *Roberto* filio *Nicolai*, *Philippo Noell*, *Philippo* filio Episcopi, *Rogero* de *Warwico*, & aliis.

Confirmatio B. Cantuariensis Archiepiscopi.

Ibid. B Dei gratia *Cantuariensis* Archiepiscopus omnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, Salutem. Noverit universitas vestra nos tatam habuisse & gratam donationem, quam dilectus filius noster, vir nobilis *Robertus Noell*, piæ memoriæ fecit de loco qui dicitur ad *Sanctam Mariam* de *Essarz* Deo & Sanctæ *Mariæ* & Canonicis sub regula *Hagemanensis* Ecclesiæ Deo servientibus. (&c.) cum omni integritate & libertate sua, sicut eam *Willielmus Noell*, vel aliquis prædecessorum ejus unquam meliùs tenuit (&c.)

PRIORATUS

de Calceto, *sive de* Pynham, *juxta* Arundel *in* Sussexia.

Carta Adelizæ *Reginæ de terra ultra pontem de* Arundel *pro sustentatione duorum Capellanorum.*

Ex vet: Rotulo penès Thesaur: & Camerarios Scaccarii.

Deliza Dei gratia Regina ..... Episcopo *Cicestrensi* & omnibus Baronibus & hominibus suis, tam *Francis* quàm *Anglis* de Honore de Arundel, & omnibus S. Dei Ecclesiæ fidelibus salutem: Sciatis me dedisse *Willielmo*, & *Rembrono* socio suo, Capellanis, unam parcellam terræ ultra pontem de Arundell juxta viam ..... jam Pinham, pro anima Domini mei *Henrici* Regis ad sustentationem dictorum Capellanorum (&c.)

Ibid. OMnibus ad quos præsens scriptum pervenerit, *Ranulphus* divina providentia *Cicestrensis* Ecclesiæ minister humilis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos inspexisse Chartam nobilis viri *Willielmi* Comitis *Arundellie* in hæc verba; *Willielmus* Comes *Arundelie* omnibus hominibus suis & amicis, *Francis* & *Anglicis*, tam præsentibus quam futuris salutem. Notum sit vobis, quod ego concessi & hac Chartâ meâ confirmavi Deo & S. *Barthelomæo*, *Willielmo*, *Petro* & *Waltero* viris religiosis, ordinis S. *Augustini*, Capellanis de *Calceto*, sive de Pynham juxta Arundell, & eorum successoribus, locum prænominatum, ad construendum ibidem Ecclesiam in honorem Dei & S. *Barthelmæi*, cum omnibus ædificiis, quæ ad usum pertinent regularem; & etiam unum modium frumenti de molendinis meis de Swanebourne, pro animabus illustris Domini mei *Henrici* Regis, & eximiæ *Adelizæ* Reginæ & hæredum suorum; & pro salute animæ meæ & animabus hæredum & successorum meorum, quam terram & modium frumenti, quondam prædicta Domina *A.* Regina prædicto *Willielmo* & successoribus suis, & pro anima *Henrici* Regis dedit cum donationibus infrascriptis, ad Ecclesiam prædictam in ejus fundationem, ad sustentationem prædictorum religiosorum & successorum eorundem per me insuper collatis & concessis; *viz.* tresdecem carucas bosci annuatim in Foresta nostra de Arundell, ad focale; & etiam maeremium ad reparandum sive resarciandum ligni pontem, qui est in medio pontis de Arundell, quotiens & quandocunq; necesse fuerit, per visum & liberationem Forestarii nostri qui pro tempore fuerit.

Insuper do & concedo eidem *Willielmo*, & successoribus suis, Piscariam ex utraq; parte

Digitized by Google

pontis de Arundel, ad longitudinem unius torlongæ; & etiam pasturam communem cum Burgensibus meis in prato meo de Arundel, pro quatuordecim vaccis & duobus tauris; & pasnagium quietum de omnibus porcis suis dominicis, tam in parco, quàm in Foresta de Arundell, una cum communi pastura cum hominibus meis, omnibus animalibus & pecoribus suis in Udepham in liberam & puram & perpetuam elemosinam, solutam & quietam ab omni servicio & exactione seculari mihi & hæredibus meis pertinente, sicut aliqua elemosina meliùs & liberiùs dari potest. Quare volo & firmiter præcipio, quod dicti Religiosi & successores sui, habeant & teneant omnia & singula prædicta liberè & quietè, ita quod nulli homini inde de aliquo, nec in aliquo, nisi soli Deo respondeant. Testibus, &c.

Nos igitur, de Dei omnipotentis miserecordia, beatæ & gloriosæ virginis *Mariæ* & omnium sanctorum meritis confidentes, supradicto *Willielmo* Comiti, hæredibus & successoribus suis, quotiens cunq; dictas concessiones seù elemosinas per se vel per suos persolverint; necnon omnibus & singulis verè contritis & confessis, qui ad sæpedictas collationes & confirmationes, quandocunq; manus porrexerint adjutrices, quo meliùs & efficaciùs persolvantur, *xl.* dies de injuncta sibi pœnitentia miserecorditer relaxamus; & etiam præscriptam Chartam ratam habentes & gratam, cum authoritate Episcopali confirmamus, & præsentis scripti testimonium Sigilli appositione corroboravimus. Si quis autem sciens, hanc nostræ confirmationis paginam infringere, aut ei aliquatimus contraire, seu perturbare præsumpserit, sit ille Anathema Maranatha. His testibus, &c.

ABBATIA

de Lilleshull, *in agro* Salopiensi.

Historia Fundationis ejusdem.

Ex Registro de Lilleshull penès *Ric. Leveson* militem de balneo p. 100. Videsis Cart antiq. EE. n. 16. Et Pat. 21. H 6. p. 1. m 9.

Ecclesia Sancti *Alemundi*, temporibus antiquorum *Anglorum* habebatur in veneratione; *Adelfleda* etenim Regina *Merciæ*, eam dicitur fundâsse, & magnis Honoribus ditâsse. Post multum temporis, Rex *Edgarus* pacificus, concilio beati *Dunstani* eam ampliavit, & ditavit terris & possessionibus, & decem, Præbendas fecit, quia erat de genere beati *Alemundi*, descendens de nobili prosapia Regum *Northanumbrorum*: Itaq; una de decem Præbendis erat *Wilfrescota*, *Mora*, *Merssc*, *Effechota*, *Wilstanestowe*, scilicet quatuor hidæ, & Ecclesia de *Wilstanestowe*. Habuerunt itaq, ex dono Regum, Præbendam istam Canonici, successivè usq; ad tempus Regis *Edwardi*: Rex verò *Edwardus* dedit eam *Godrico Wisesune*. Iste verò *Godricus Wisesune* tenuit eam in temporibus Regis *VV. Illielmi Normanorum* ducis, & *Rogeri* Comitis Salop. Mortuo *Godrico*, successit ei in Præbenda, per Comitis *Rogeri* donum, *Nehel* Clericus, qui fuit medicus Comitis *Salopiæ*.

Mortuo *Nigello*, *Hugo* comes, filius *Rogeri* Comitis, impetravit a Canonicis Sancti *Alemundi*, quod dimitterent Præbendam illam *Gilberto* de *Cunesbr.* Laico, per tres vel quatuor annos; reddendo inde *x.* solidos Ecclesiæ S. *Alemundi* per annum: Comes *Hugo*, infra hoc terminum morte præventus est in *Anglesia*, Cui successit *Robertus* de *Belesmo*, qui bellum movit contra Regem *Henericum*, &c. Vicecomes verò *Paganus*, cujus filiam *Rogerus* Comes Pereford, vir bellicosus, duxit in uxorem, quam postea sprevit; *Helyas* verò de *Sary* Dominus de *Clune*, quia Præbenda illa erat ei vicina & utilis, petiit eam à *Rogero Hereford.* Comite, & hoc concilio *Baldwini* de *Stepeltun*, & dedit ei Triginta marcas, qui nec potuit nec debuit eam dare nec vendere; & sic concordari sunt Comes *Rogerus* & *Helyas*, qui primitùs inimici erant, & guerram habebant inter se; & hoc fuit in tempore Regis *Stephani*. *Helyas* de *Sary* dedit eam *Baldwino* de *Stepelton* pro servitio unius militis, *Baldwino* successit *Philippus* filius ejus; qui eam injustè occupavit, & *Isabell* de *Sary* filia *Helyæ* recepit servitium unius militis ad *Clunam* de *Philippo* filio *Baldwino*.

Carta Regis Henrici *primi facta* Ricardo *de* Belmeis.

Ibid. HEnricus Rex *Anglorum*, Episcopo *Cestrensi*, & omnibus Baronibus & fidelibus suis, *Francis* & *Anglis* de *Salopscire* salutem. Sciatis me dedusse & concessisse *Richardo* de *Belmeis*, nepoti *Ricardi* Episcopi *Lundonienſis*, Ecclesias & terras & omnes res, quas *Ricardus* Episcopus *Lundon.* tenuit de me, quæ fuerunt *Godebaldi* & *Roberti* filii sui. Et volo & præcipio quod ita benè & in pace & honorificè & quietè teneant, sicut *Richardus* Episcopus & *Godebaldus* & *Robertus* filius ejus, unquam meliùs & honorificentius & quietiùs tenuerunt, Testibus *G.* Cancellario, & *N.* de *Albini*, & *VV. Gloec.* & *P.* filio *Johannis*, & *VV. Peverell* apud *Portesmundam*.

Vide amplam donationum confirmationem in Pat. 18. R. 2. p. 1. m. 7.

Carta

Carta Philippi *de* Belmeis *de fundatione ejusdem domus.*

Adhuc ex eodem Registro.

DOmino suo & patri carissimo, venerabili *Rogero Cestrensi* Episcopo, cæterisq; tam Prælatis, quàm subditis Sanctæ Ecclesiæ filiis, *Philippus* de *Belmeis* in Domino salutem; Noscat paternitas vestra, cæterorumq; tam Prælatorum quàm subditorum fraterna dilectio, me dedisse & concessisse in firmam elemosinam & perpetuam possessionem, pro animabus patris & matris meorum, & uxoris meæ, cæterorumq; Antecessorum nostrorum, necnon pro salute mea, & uxoris & filiorum meorum, totam terram quæ continetur infra **Wathlingestrete** & **Werdiche**, ad fundandam Ecclesiam in honore Sanctæ Dei genitricis *Mariæ*, Canonicis de ordine *Arroasiæ*, de Ecclesia Sancti *Petri Dorcacestriæ* egressis, Deo ibidem & S. *Mariæ* regulariter servientibus, solutam, & quietam, & absolutam, ab omni sæculari servitio & exactione. Concedo etiam eis commoditates vicinorum nemorum, tam ad focum quàm ad materiem ædificiorum. Superaddidi quoq; Ecclesiam S. *Elenæ* de **Aelsebi**, cum Ecclesia de **Blacfordebi**, cui sexaginta acræ adjacent; & cum cæteris pertinentiis suis. Superaddidi etiam in eadem villa de **Aelsebi** totam terram de dominio meo, quæ vocatur **Suartecliue**, & terram *Haconis* Sutoris; & decimam molendinorum meorum ejusdem villæ; & decimam armenti mei; videlicet equarum & pullorum earum, & decimam pasnagii mei; & quietam pasnagii de porcis suis, & commoditatem nemoris mei, tam ad focum, quàm ad materiem ædificiorum suorum. Hujus ergo donationis & concessionis hii testes sunt subscripti, *Robertus* Episcopus *Herefordæ*, *Philippus* filius *Philippi* de *Belmis*, qui non tantum testis, sed etiam conditor & concessor prædictæ elemosinæ, domina *Matilda* filia *Willielmi Meschin*, uxor prædicti *Philippi* de *Belmis*, *Herebertus* de *Castello*, *Hugo* de *Cuilli*, *Hugo* de *Say*, *Philippus* filius *Odonis*, & *Rogerus* frater ejus; *Rogerus* de *Ewias*, *Robertus* Clericus, *Walterus* de **Aelsebi**, valeat sanctitas vestra in Domino, Amen.

Carta Walteri Coventrensis *Episcopi, præfatam donationem confirmans.*

Ib. p. 47. WAlterus Dei gratia *Coventrensis* Episcopus, omnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, tam posteris quàm præsentibus salutem. Fidelium oblationes quas pietatis intuitu religiosorum fratrum conventibus canonicè impenderint confirmare, eorumq; devotioni assensum præbere, ad Episcopalem maximè spectat solicitudinem: Itaq; *Richardus* de *Beumeys* Decanus Ecclesiæ sancti *Alcmundi* de *Salopia* assensu Regis *Stephani*, & sanctione Domini Papæ, eandem Ecclesiam in melius reformans, Canonicos religiosos de ordine *Arroasiæ*, sub obedientiæ jugo, Ch illo militantes, in ea constituens, Canonicis secularibus præfatæ Ecclesiæ, in eorum Præbendas & beneficia subrogavit; Dedit quoque eis Præbendam suam propriam, scilicet **Lilleshull** & **Etinghant**, cum omnibus earum pertinentiis. Qui egressi de Ecclesia Sancti *Petri* de *Dorkecestria*, Abbathiam ad honorem perpetuæ virginis *Mariæ* in bosco de **Lilleshull** ædificare ceperunt

Hanc donationem liberam & quietam, & ab omni exactione absolutam à domino Papa *Eugenio* in perpetuum eis confirmatam, & a domino Archiepiscopo corroboratam; & à prædecessore nostro bonæ memoriæ *Rogero* Episcopo præmunitam; Nos quoque tantorum patrum auctoritatem sequentes, concessimus & confirmamus. Præterea quicquid in dioceesi nostra, fidelium devotione eis legitime collatum est, vel postmodum conferetur, præsentis Cartæ confirmatione communimus, Hiis testibus *Wlielmo* Abbate de *Ridnora*; *Galfrido* Abbate de **Cumbermare**; *Ranulfo* Abbate de **Bildewas**, *Richardo* Abbate de **Roucestria**; *Radulfo* Priore de **Lentingworth**; *Richardo* Priore de *Tutelsbiria*; *Rogero* Archidiacono **Salopesberie**; & aliis.

Carta Domini Alani *la* Zuche *de Ecclesia de* **Esseby** *&c.*

UNiversis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, tam præsentibus quàm futuris, *Alanus* la *Zouche* filius *Galfridi* Vicecomitis, in domino salutem; Noverit universitas vestra, me dedisse & concessisse Canonicis de **Lilleshull**, pro salute mea, & uxoris meæ *Alicia*, & puerorum nostrorum; & pro animabus *Philippi* de *Beumeis* senioris, & *Philippi* junioris & cæterorum filiorum ejus, & omnium antecessorum nostrorum, Ecclesiam de **Essebi** cum Capella de **Blacfordeby**, & omnibus aliis pertinentiis suis; Scilicet in **Blacfordby** *lx.* acras, in **Essebi** *iij.* virgatas terræ, & quartam extra villam; quæ fuit *Willielmi Foresterii*; & terram *Haconis* Sutoris; & totam terram de **Suartecliue** quæ est inter viam de **Pakynton** ad *Bredonam* & divisas per nemus; & terram de **Overton**; & decimam molendinorum meorum (&c.) & totam terram de **Lusard** quæ est inter **Watlingestret** & **Werdich**, & Commoditates nemoris mei de **Tong-Castle**. (&c.) Ib. p. 48.

Carta Regis Stephani *facta Canonicis de* **Dunnton**, *de Prebenda in Ecclesia S.* Alcmundi Sl op æ.

STephanus Rex *Angliæ* Archiepiscopis, Episcopis Abbatibus, Comitibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Baronibus, ministris & omnibus fidelibus suis *Francis* & *Anglis* totius *Angliæ* Salutem, Sciatis quia prece *Richardi* Archidiaconi, dedi & concessi pro anima regis *Henrici* avunculi mei, & aliorum prædecessorum Ibid.

Digitized by

rum meorum Regum *Angliæ*; & pro ſalute meâ, & *Mathildis* Reginæ uxoris meæ, & *Euſtachii* filii mei, & aliorum puerorum meorum, Præbendam ipſius *Richard'*, quam habuit in Eccleſia Sancti *Alchmundi* de *Salopeſberia*; & totum dominium ſuum & omnes res ſuas Canonicis regularibus de *Dunintona* & omnes alias Præbendas prædictæ Eccleſiæ Sancti *Alchmundi* quando delib..... cum omnibus ad illas pertinentibus. Quare volo (&c.) Teſtibus *Imaro Tuſculanenſi* Epiſcopo legato, & *R. Herefordenſi* Epiſcopo, & Rotrodo *Eboracenſi* Epiſcopo, & *R.* de *Gant* Cancellario, & Comite *W.* de Warrenna, & Comite *Gilberto* de *Clarea*, & Comite *Alberico*; & *W.* de *Ipra*, & *H.* de *Eſſexia* apud *Sanctum Edmundum*.

Confirmatio Theobaldi *Archiepiſcopi* Cantuarienſis.

THeobaldus Dei gratia *Cantuarienſis* Archiepiſcopus & totius *Angliæ* Primas, cunctis Sanctæ Eccleſiæ fidelibus Salutem. Devotioni fidelium, aſſenſum præbere, earumque oblationes quas pietatis intuitu religioſorum Conventibus Canonicè impenderint confirmare, ad Epiſcopalem maximè ſpectat ſolicitudinem. Quocirca donationem & elemoſinam *Richardi* de *Belmis* Decani Sancti *Alcmundi* de *Saloppeſberia*. Scilicet Prebendam ſuam Lilleſhull & Hethugeham cum omnibus earum pertinentiis, & omnes alias Prebendas prefatæ Eccleſiæ cum vacuæ fuerint quam *Richardus* pro ſalute animæ ſuæ, & omnium ſuorum juſte & canonice fecit Canonicis *Arouaſiæ* de Eccleſia Sancti *Petri* in *Doroceſtria* egreſſis, ad Abbathiam ædificandam in honorem Sanctæ *Mariæ* ſemper virginis, in boſco de Lilleſhull, ſicut venerabilis frater noſter *Rogerus Ceſtriæ* Epiſcopus ipſis juſſu Domini Papæ *Eugenii* confirmavit; & nos concedimus, atque præſentis ſcripti munimine confirmantes in perpetuum corroboramus, valete.

Carta Domini Johannis Extranei *de Eccleſia de* Hulmo, *quam ipſe dedit Domui de* Lilleſhull.

lb. p. 54. UNiverſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſentes Literæ pervenerint, *Johannes Extraneus* filius *Johannis Extranei*, Salutem in domino. Noverit univerſitas veſtra, me pro ſalute animæ meæ, & animæ *Amiciæ* uxoris meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, dediſſe, & conceſſiſſe Deo & Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de Lilleſhull, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, in puram, liberam, & perpetuam elemoſinam, Eccleſiam de *Hulmo* cum omnibus pertinentiis & libertatibus, & aiſiamentis, in omnibus locis; ut de cætero, nihil juris, vel patronatus, vel alicujus poſſeſſionis ad Eccleſiam illam pertinentis, mihi vel cuidam hæredum noſtrorum retineatur, ſed totum integerrimè divinæ pietatis intuitu in prædictos Canonicos conferatur. Ut igitur hæc mea donatio rata, ſtabilis, & inconcuſſa permaneat, eam præſentis ſcripti munimine, & ſigilli mei appoſitione corroboravi. His teſtibus Magiſtro *Willelmo Extraneo* fratre meo & multis aliis.

Carta Dominæ Hillariæ *de* Truſſebut *de terra ſua de* Arkendene.

OMnibus Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Hillaria de Truſſebut* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, quod ego in ligia poteſtate meâ dedi, conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi, in liberam & perpetuam elemoſinam Deo, & beatæ *Mariæ* de Lilleſhull, & ejuſdem loci Conventui ibidem Deo ſervientibus, pro animabus patris & matris meæ, & pro anima *Roberti de Budlers* quondam viri mei, & pro ſalute animæ meæ, & hæredum meorum, totam terram meam de Arkendene, tam in villenagio, quàm in libero ſervitio, cum omnibus pertinentiis ſuis, infra villam & extra, ſine ullo retinemento habendum & tenendum imperpetuum liberè & quietè ab omnibus demandis, & conſuetudinibus, ad me vel ad hæredes meos pertinentibus: Conceſſi etiam eis ut illic ſibi conſtruant molendinum, cum ſecta molturæ hominum ſuorum; Et ſi forte molendinum ibi non fecerint de præfata moltura hominum ſuorum, faciant libitum ſuum. Conceſſi itaque eis, & confirmavi, ut habeant omnia aiſiamenta ſua ad uſus proprios, veluti ad domos ſuas, & molendinum ſuum faciendum & reficiendum, & cætera neceſſaria ſua, & *Vſbotam* & *Heybotam* ad ſufficientiam in boſco meo de Dicton & Indegkemanthayp. Hanc verò elemoſinam aſſignavi caritatis intuitu ad prædicti Conventus coquinariam ſuſtentationem & ad augmentum victus ſui in refectorio, ſine cibi conſuetæ appoſitionis ſubſtractione. Et ego & hæredes mei prædictam elemoſinam meam, cum omnibus pertinentiis ſuis prædicto Conventui contra omnes homines warantizabimus. His teſtibus, *Roberto Walenſi* tunc Vicecomite *Ebor.* (&c.)

lb. p. 51.

Carta ejuſdem Hillariæ *de terra de* Brandeſton

OMnibus Chriſti fidelibus domina *Hillaria* de *Truſſebut* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me confirmâſſe & dediſſe Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de Lilleſhull & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, ubi corpus meum devovi ſepeliendum, intuitu Dei & pro ſalute animæ meæ, & Domini *Roberti* de *Budlers* mariti mei (&c.) ad ſuſtentationem cujuſdem Canonici qui imperpetuum ſingulis diebus plenarium ſervitium faciat, poſt obitum meum, pro anima mea, & anima domini *Roberti* de *Budlers* & patris & matris meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, totam terram meam de Brandeſton cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, infra villam & extra

Ibid.

tra in boſco, & plano, in viis, & ſemitis & paſcuis, in aquis & molendinis & omnibus aliis aiſiamentis ad prædictam terram ſpectantibus, ſalvâ advocatione tertiæ partis Eccleſiæ præfatæ villæ mihi & hæredibus meis, & ſalvo ſervitio capitalis Domini. Quare volo, (&c.)

Carta Regis Henrici *tertii confirmationes donatorum recitans & confirmans.*

Ib. p. 101. Videſis Cart. 1 *Joh.* p. 1. n. 99. Et Pat. 18. R. 2. p. 1. m. 7. Et Pat. 21. H. 6. p. 1. m. 9.

HEnricus Dei gratia Rex *Angl'æ*, &c. Inſpeximus Cartam Domini *Johannis* Regis patris noſtri in hæc verba. *Johannes* Dei gratia, &c. ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo, & beatæ *Mariæ* de Lilleſhull, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, ipſum locum in quo Eccleſia illorum fundata eſt, cum ſeptis, & foſſatis, quæ circa eandem Eccleſiam ſunt, & Eccleſiam Sancti *Alcmundi* de *Salop.* cum omnibus pertinentiis ſuis, in terris, Eccleſiis & Capellis, & decimis, & cum terris ſubſcriptis, ad ipſam Eccleſiam pertinentibus; ſcilicet, Lilleſhull cum pertinentiis ſuis, Etuchan, Uckinton, Longeton, Preſton *Golait*, Lee, Cobaithteleg, Penecote, Dunthull, Cherleton, Preſton juxta Boneford, Wyſtanſtowe, cum omnibus pertinentiis, ſuis, & libertatibus. Ex dono *Philippi* de *Beumays*, Eccleſiam de Eſtcby (alias de Aſtheby-de la Zouch) cum Capella de Blatfordeby, cum terris, & omnibus pertinentiis ſuis; & terram de Luſghart inter Watlingſtreete & Werdiche, & duos rivulos. Ex dono *Mathæi* de *Stokes* in Percho *Grenlowe*, cum pertinentiis. Ex dono *Helewiſiæ Ducæ* de Bar-Lacton, totam terram ſuam in eadem villa, cum pertinentiis ſuis. Et V. S. de *Brocton*. Ex dono *Aliciæ* de *Belmeis* molendinum de Tonge. Ex dono *Henrici* de *Becho* unam virgatam terræ in Chanford. Ex dono *Hillariæ* de *Truſſebut*, totam terram quam habuit in Erkeneden, &c.

Hugo de *Bolinghall* dedit Eccleſiæ de Lilleſhull pro ſalute animæ ſuæ & *Fal'ciæ* uxoris ſuæ, totam terram ſuam de Bolinghall, cum omnibus pertinentiis ſuis, wardis, releviis, maritagiis, Herietis, &c. Teſtibus dominis *Johanne* de *Chetewinde*, *Johanne* de *Pichford*, *Johanne* filio *Hugonis*, militibus.

Willelmus de *Hugeford* miles obligavit ſe & Manerium ſuum de Hugeford, & homines ſuos in eodem Manerio demorantes Abbati de Lilleſhull, ad acquietandum terram Abbatis, de Bolinghall de omnibus ſervitiis forinſecis ſubſcriptis, quæ dictam terram de Bolinghall cum dicto Manerio de Hugeford facere ſolebat; videlicet hidagiis, &c. Teſtibus Dominis *Rogero Sprenchoſe*, *Hugone Burne*, *Rogero Tyrel* militibus.

Henricus de *Erdinton* Dominus de Shanbury quietum clamavit Abbatiæ de Lilleſhull, totum jus ſuum quod habuit in communi paſtura totius feodi grangiæ ipſius Abbatis de Cherleton. Teſtibus Dominis *Rogero Corbet*, *Rogero Tyrell*, *Johanne* filio *Aeri*, *Johanne* de *Erkelowe* militibus, *Hugone* de *Bolinghall*, &c.

PRIORATUS
de Giſeburne, *in agro* Eboracenſi.

Carta Fundationis.

REgi *Anglorum* & Archiepiſcopo *Eboracenſi*, omnibuſq; ſanctæ matris Eccleſiæ filiis *Robertus* de *Brus* ſalutem. Notum ſit caritati veſtræ, me conſilio & ammonitione *Calixti* Papæ ſecundi, & *Turſtini Eboracenſis* Archiepiſcopi, quoddam monaſterium Canonicæ Religionis in *Gyſeburna*, ad honorem Dei & S. *Mariæ* fundâſſe, ibiq, Canonicos regulares pro Regis *Angliæ* & mei atq; uxoris meæ liberorumq; ſalute animarum, conſtituiſſe, & eidem Eccleſiæ, atq; Deo in ea ſervituris, totam *Gyſeburnam*, cum omnibus ad eam pertinentibus dediſſe; videlicet xx. carucatas terræ, & duas bovatas, quas habeant in boſco & plano, pratis & paſcuis, & aquis, per eoſdem terminos & metas ex omni parte villæ, per quas eas tenueram, excepta haia, & *Aſadala*, quam retinui in manu mea ab orientali parte ſemitæ *Ernaldi*, quæ ducit ab *Holebec* uſq; in moram. Reliquam verò partem *Aſadalæ*, in parte occidentis, & totam terram uſq; ad introitum nemoris de Hellawath, & inde totum nemus ab occidente illius viæ, quæ ducit ad Hellawath ex utraq; parte aquæ; & totam moram à dextris uſque ad introitum de Scheldercoh; & inde totum nemus & moram a parte occidentis, ſicut aqua ducit ad Colemanergas; & inde totum, ſicut aqua ducit uſq; in Eſc ad Depthil; & exinde totum, ſicut via ducit à vado de ſub Depthil in parte dextera uſque ad hayam *Ernaldi* de *Hinderſcoh*; & inde totum à parte Aquilonis; ſicut vallis & aqua ducit ad viam quæ deſcendit verſus *Kildalam*; & inde ſicut magna via ducit ad ſemitam *Ernaldi*, quæ deſcendit in *Golſtandalam*; & inde totum in parte dextera, ſicut ſemita ducit uſq; ad aquam *Golſtandalæ*; & inde ad vallem & aquam quæ dividit territorium *Gyſeburnæ*, & *Atunæ*; & inde per virulum uſq; ad magnam viam de Henſberg, & inde totum ſicut via ducit ad ſemitam quæ eſt deſuper nemus *Hotunia* illis conceſſi.

Ex Regiſtro Cart. de *Gyſeburne* in bibl. *Cot.* [ſub effigie Cleopatræ D 2. fol. 110 a.

Videſis Cart. 10 H. 4. n. 7. Et Pat. 2 H. 5. p. 1. m. 5.

Dedi etiam præfatæ Eccleſiæ molendina mea in *Gyſeburna* cum *ſoca* & molta ſicut ea habui; & ita, ut nullus faciat molendina in parochia ejuſdem villæ abſq; Canonicorum licentia & conceſſu. De terra autem filii *Gaufridi*, & de terra *Ulfred* de *Clivelanda* liberum habeant ſervicium, quod mihi debebatur. Dedi etiam ſupradictis fratribus totam Lvum, ſcilicet novem carucatas terræ, cum illa parte de Cotum, quæ illi adjacet, & cæteris omnibus ad eam pertinentibus; & decimam dominii mei de Lvum; & Eccleſiam de Werſe, & Eccleſiam de Burnnus, & Eccleſiam de *Scheltona*, & Eccleſiam de Danchy, & Eccleſiam de Uplyum-

& Ecclesiam de *Staintona*, & Ecclesiam de *Levintona*, & Ecclesiam de Yerte, & Ecclesiam de *Strautona*, cum omnibus appendiciis & terris illarum. Et volo ut decedentibus Clericis, qui quasdam de prædictis Ecclesiis tenent, habeant eas Canonici præfati ad sustentationem suam ita liberè & quietè, sicut aliqua Abbatia liberiùs & melius tenet in toto Archiepiscopatu *Eboracensi*. Dedi etiam illis materiem in *Escadala* in perpetuum, ad ædificia sua & cætera omnia necessaria domus suæ.

Hæc omnia suprædicta dedimus & concessimus, ego videlicet *Robertus* de *Brus*, & *Agnes* uxor mea, & *Adam* filius noster & hæres, Ecclesiæ S. *Mariæ* de *Gyseburn*. & fratribus ibidem servituris, in liberam & quietam & perpetuam elemosinam, cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus & dignitatibus, quas in eis habuimus ex donatione & concessione *Henrici* Regis *Angliæ*. Quod si quis violaverit, vel in diripiendo possessiones Ecclesiæ vel minuendo dignitates, Deum inde, ejusq; matrem sentiat vindicem. Confirmamu etiam donationes hominum nostrorum factas prædictæ Ecclesiæ, videlicet Ecclesiam de Manestu, cum omnibus appendiciis suis, & molendinum de Calvecotes, cum terra sibi adjacente, ex dono *Ernaldi* de *Percy*. Et dimidiam Ecclesiæ de *Martona* cum omnibus sibi adjacentibus, ex dono *Roberti Sturmy*. Et Ecclesiam de Arlum ex dono Alueredi, & unam carucatam terræ in Arusum, ex dono *Willielmi Engelram*; Et tres bovatas in Lofthus, & dono *Theobaldi*: Et unam bovatam in Esmtun de dono *Rogeri* de *Rosel*.

Carta Radulfi *de* Clera *facta Canonicis de* Giseburne, *de loco ubi Domus eorum sita est.*

Ex ipso autograph. in Turri B. Mariæ Eboraci.

RAdulphus de *Clera* omnibus hoc scriptum audituris salutem. Notum sit omnibus vobis, me concessu & consensu uxoris meæ *Mabillæ*, pro amore Dei & S. *Mariæ*, & pro salute animæ meæ, & corporis uxoris meæ, & filii nostri dedisse, & hac meâ Cartâ confirmâsse Deo & S. *Mariæ* de Gyseburne, locum illum & terram ubi sita est domus Canonicorum de Giseburne, juxta Capellam S. *Michaelis*, versùs Austrum, in liberam, quietam, puram, & perpetuam elemosinam, per metas illas quas septa Canonicorum à nobis concessa demonstrant. Hiis testibus, *Rogero* Capellano, *R.* ..... *Ada* Capellano, *Ada* Clerico de Walton; *Willelmo* Capellano de Strelmut; *Willielmo Bainard*; *Hugone* de *Cornebarch*; *Hugone Brche* de Giseburn; *Willielmo* de *Scelton*, & multis aliis.

Fundatorum Historia.

ANno ab incarnatione Dominî *MLxvi.* intravit *Willelmus* Bastardus & Conquestor insulirum regnum illud *Anglicanum*; Cum quo quidem *Willielmo*, tunc veniebat Dominus *Robertus* de *Brusc*, nobilis miles de *Normannia*. Habuitq; idem Dominus *Robertus* per Conquestum, & alios titulos diversæ adquisitionis, dominia & terras subscripta, ita quod fuit Dominus Castri de Skelton, Werkes, Upthum, S. Westrby, & Bawone; dominus de Danby, Levington & Parum; dominus de Kendall, & dominus *Vallis Anandiæ*. Habuitq; Yert & Yertnes, Bawne & Tybthorp, Karltone in Balne, & Thorp der Arches. Ex Rotulo pergamenario, nuper in arce *Pontefracti* existente.

Evoluto extunc tempore sibi placito, dedit *Roberto* de *Brusc* filio suo juniori, *Vallem Anandiæ*, tenendam de Rege *Scotiæ*. Motâ posteà guerrâ, inter regem *Angliæ* & *Scotiæ*, captus fuit prædictus *Robertus* filius, à patre suo in bello hostili cum Rege *Scotorum*; cum quo tenebat, ratione terrarum suarum, scil. *Vallis Anandiæ* infra regnum *Scotiæ* existentium, & à patre, ut præfertur, donatorum. Qui quidem *Robertus* de *Brusc* pater, prædictum *Robertum* filium suum, sic per ipsum captum Regi *Angliæ* præsentavit. Rex autem *Angliæ*, curialiter, & ut tanto Regi decuit, prædictum, *Robertum* filium, nutrici suæ, id est Matri propriæ, custodiendum emandavit: moramq; faciente cum patre suo, intimando patri, quod in *Valle Anandiæ* panis frumenti non fuerat: undè pater precibus filii motus, dedit ei Yert & Yertnes; tenenda de se & hæredibus suis, dominis de Skelton.

Qui quidem *Robertus* de *Brus* pater, obiit anno domini *MCxl* quinto Idus *Maii*, & regni regis *Stephani*, post conquestum *Angliæ*, secundo; sepultusq; est apud Gysburghe in Cleveland, in quodam monasterio Canonicorum, quod erat ex fundatione sua. Cui successit *Adam* de *Brusc*, filius & hæres dicti *Roberti* patris sui, qui dominia paterna & hæreditatem sibi tenuit ad terminum vitæ suæ, pacificè, integraliter, & honorificè, qui obiit anno Domini *MClxvii. xiii.* Kal. *Aprilis*, & anno regni regis *Henrici* secundi post conquestum *Angliæ* octavo, sepultusq; est apud Gysburghe prædicta.

Cui successit *Adam* de *Brusc*, secundus filius, & hæres *Adæ* patris sui, tenuitq; sibi totam prædictam hæreditatem, qui obiit anno Domini *MCLxxx*, quinto Idus *Julii*, & regni regis *Henrici* secundi, post conquestum *Angliæ xxi.* sepultusq; est apud Gysburghe prædicta. Cui successit *Petrus* de *Brusc*, primus filius prædicti *Adæ* & hæres, tenuitq; ad terminum vitæ suæ totam paternam hæreditatem; qui obiit

obiit anno Domini *MCCxi.* decimo sexto Kal. *Februarii*, & regni regis *Henrici* tertii, post conquestum *Angliæ*, tertio, sepultusq; est apud Gysburghe prædicta. Cui successit *Petrus* de *Br*[illegible]

netem, *Laurettam*, *Ivetam* & *Jonettam*. *Petrus* autem primogenitus obiit puer. *VValterus* verò duxerat in uxorem filiam *Radulphi* de *Nevyll*, *Anastatiam* nomine; & quia nata fuit in nocte *Natalis Domini* &



[illegible]*um*, *Johannem*, & *VVillelmum*, & duos parvulos qui cito obierunt. Filias verò *Ag-*

& Ecclesiam de *Staintona*, & Ecclesiam de *Levintona*, & Ecclesiam de Verte, & Ecclesiam de *Strantona*, cum omnibus appendiciis & terris illarum. Et volo ut decedentibus Clericis,

Fundatorum Historia.

hab
ne
bat
cop
in
ter
mu
uxe
cle
de
tua
& l
in
He
ri
mi
tre
do
tæ
cu
de
do
de
do
ex
Ar
bo
na
R

Car

Ex ipso autograph. in Turri B. *Mariæ Eboraci.*

R
vol
M.
sal
& l
mâ
illu
rum
cha
pur
illa
den
R.
Ma
VV
H
Sce

... succesit *Petrus* de *Brase*, primus filius prædicti *Adæ* & hæres, tenuitq; ad terminum vitæ suæ totam paternam hæreditatem; qui obiit

obiit anno Domini *MCCxi.* decimo sexto Kal. *Februarii*, & regni regis *Henrici* tertii, post conquestum *Angliæ*, tertio, sepultusq; est apud Oysburghe prædicta. Cui successit *Petrus* de *Bruse* secundus, filius & hæres suus. Hic *Petrus* secundus, redeundo à terra sancta, ad quam profectus fuerat, obiit apud *Marsiliam*, anno Domini *MCCLxvii.* Id. *Septembris*, & regni regis *Henrici* tertii, post conquestum *Angliæ xxxix.* reductusque est à suis, apud Oysburgh prædicta sepultus.

Cui successit *Petrus* de *Bruse* tertius, filius & hæres suus. Hic *Petrus* de *Bruse* duxerat in uxorem, dominam *Hillariam* de *Milolacu*, ex qua non procreavit liberos, eo quod ei sterilis permansit; & sic transactis temporibus, decursusque vitæ suæ curriculo, debitoque humanæ naturæ soluto, obiit idem *Petrus* Anno Domini *MCCLxxiii. xiv.* Kal. *Octob.* & Anno Regni Regis *Edwardi* primi post conquestum *Angliæ* nono; sepultusque est cum uxore sua. Et hic cessit illud cognomen de *Bruse*, propter defectum hæredis masculi: Successeruntque ei in hæreditate quatuor sorores suæ; viz. *Agnes*, *Lucia*, *Margareta*, & *Laderina* ultima; divisaque est illa hæreditas magna, inter illas quatuor sorores, hoc modo. Prima soror, domina *Agnes* de *Bruse*, quam duxerat in uxorem dominus *Walterus Fauconberg*, dominus de Ryse in Holdyrnes; habuitque in partem suam cum uxore sua, Castrum de Skelton, Mersk, Uplythum, Westyby, & Ostburne; habuitque cum viro suo septem filios & quatuor filias; viz. *Petrum*, qui in pueritia obiit, *VValterum*, *Frankum*, *Petrum*, *Alexandrum*; (qui duo efficiebantur Fratres Prædicatores) *Johannem* & *Patricium*. Filias verò *Aviciam*, *Lorettam*, *Helwisiam* & *Agnetem*: obiitque domina *Agnes*, mater eorum, ante virum suum, Anno Domini *MCCLxxxvi.* in vigilia *Ascensionis* Domini, & Regni Regis *Edwardi* primi, post conquestum *Angliæ xix.* & sepulta est apud Oysburgh præfata. Et *VValterus* maritus suus obiit apud Ryse in Holdyrnes, Anno Domini *MCCCiv.* die scilicet *Commemorationis animarum*, & Regni Regis *Edwardi* secundi, post conquestum *Angliæ*, quinto, sepultusque est apud Bylyng in Holdyrnes, in Ecclesia sanctarum monialium, quæ erat ex fundatione antecessorum suorum.

Istis ergo Domino *VValtero*, & Dominæ *Agneti* uxori ejus, successit Dominus *VValterus Faukonberg*, secundus filius & hæres, qui Dominam *Isabellam* filiam Domini *Roberti* de *Rose* de Hamelak, duxerat in uxorem: Ex qua sex filios procreavit, & quatuor filias; viz. *Petrum*, *VValterum*, *Johannem*, & *VVillielmum*, & duos parvulos qui cito obierunt. Filias verò *Agnetem*, *Laurettam*, *Ivotam* & *Jonettam*. *Petrus* autem primogenitus obiit puer. *VValterus* verò duxerat in uxorem filiam *Radulphi* de *Nevyll*, *Anastatiam* nomine; & quia nata fuit in nocte *Natalis Domini*, & tunc memoriam fecimus beatæ *Anastasiæ*, ideo illud sibi nomen imposuerunt. *VValterus* verò maritus suus, factus adultus, suscepit arma militaria, in vigilia *Pentecostes*, cum aliis Regni proceribus; & cum *Edwardo* filio Regis in servicio permansit.

Domina *Lucia* secunda soror, quam duxerat in uxorem Dominus *Marmaducus* de *Tweng*; habuitque in partem suam cum uxore sua, Danby, Bretton, Parum, & Ryckeburne: Habuitque cum viro suo *ix.* filios & *v.* filias.

Domina *Margareta* de *Bruse*, tertia soror, quam duxerat in uxorem Dominus *Robertus* de *Rose*, Dominus Castri de Warke; habuitque in partem suam, totam Bendale.

Domina verò *Laderina*, quarta soror & ultima, quam duxerat Dominus *Johannes* de *Bellew*, id est de *Bella aqua*; habuitque in partem suam Carleton in Balne, Kamlesforth, Thorpe *des Arches*, Tybthorpe, & cæteras bovatas terræ in Sethbarne: habuitque cum viro suo tres filias, *Aliciam* quam duxerat dominus *VVillielmus Hunke*, quæ mortua est sine hærede, *Sibillam* & *Johannam*; quæ duæ tantum, post mortem patris diviserunt hæreditatem inter se æqualiter in cunctis locis.

Sibillam autem duxerat dominus *Milo* de *Stapylton*.

Johannam verò duxerat Dominus *Aucherus* filius *Henrici* de le Coped-Hall, qui erant superstites Anno Domini *MCCCvii.* & Anno Regni Regis *Edwardi* secundi, post conquestum *Angliæ* septimo.

Carta

Nomina antecessorum de Carleton *de familia de* Brus.

Ex vet. Cod: MS. penès *Thomam Metham* de Metham in agro: *Ebor*: Equit:

MEmorandum, quod primus de *Brus* de Carleton fuit *Robertus* de *Brus*; qui quidem *Robertus* cum *Willielmo* Conquestore in *Angliam* venit. Hic *Robertus* desponsavit, *Agnetam* filiam *Fulconis Paynell*; & cum ea prædictus *Fulco* dedit prædicto *Roberto*, manerium de Carleton, cum pertinentiis *Roberto*: jure successit *Adam* filius, & hæres ejus. Huic *Adæ* successit *Adam* filius & hæres ejus. Huic *Adæ* secundo, successit *Petrus* de *Brus* primus. Huic *Petro* successit *Petrus* secundus. Huic *Petro* successit *Petrus* de *Brus* tertius; Huic *Petro* tertio successerunt quatuor sorores, tanquam unicus hæres; videlicet *Agnes*, *Lucia*, *Margareta*, & *Laderina*; *Agnetem* desponsavit *Walterus* de *Fawconberg*, avus *Johannis* de *Fawconberg*. *Luciam* desponsavit *Marmaduc*us de *Thevenge*, avus *Luciæ*, quam *Willielmus Latimer* desponsavit. *Margaretam* desponsavit *Robertus* de *Roos* de Werke, avus *Thomæ* de *Roos* de Hendall. *Laderinam* desponsavit *Johannes* de *Bella aqua*, proavus *Milonis* de *Stapleton*, & avus *Henrici* filii *Ancheri*.

Ibid. De prædicto *Roberto* de *Brus* primo, venit *Robertus* filius ejus junior, cui pater dedit villam *Anandiæ* de regno Scotiæ; & similiter eidem filio suo donavit postea Hert & Hertnesse, tenendum de se & successoribus, hæredibus suis: Huic successit *Willielmus* filius ejus, & hæres. Huic *Willielmo* successit *Robertus Brus* secundus. Huic *Roberto* *Robertus* de *Brus* tertius, qui jacet apud Eisburne: Huic *Roberto* successit *Robertus* de *Brus* quartus, qui desponsavit filiam & hæredem Comitis Barrigg; & ideo Comes ejusdem appellatus erat: Hic jacet apud Holme-Coltram. Huic successit *Robertus* de *Brus* quintus, qui fuerat Rex *Scotiæ*, Et postea surrexit contra *Edwardum* filium Regis *Henrici*, avum domini Regis, quâ de causâ forisfactæ sunt terræ suæ de Hert, & Hertnesse. Quas quidem terras, idem dominus Rex dedit Domino *Clifford*, salvo tamen jure Episcopali, & Ecclesiæ *Dunelmiensi*. Huic *Roberto* de *Brus* successit *Daniel*, qui nunc est; Quiquidem *Daniel* desponsavit *Joannam* de *Turre*, sororem *Edwardi* tertii à conquestâ.

Carta Petri *filii* Petri *de* Brus, *concessiones Donatorum recitans & confirmans.*

Ex præf: Registro in bibl: *Cottoniana*. fol. 155. b.

OMnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit *Petrus* de *Brus* filius *Petri* de *Brus* salutem. Noverit universitas vestra, me concessisse & hac Cartâ meâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de Eyseburne, & Canonicis ibidem Deo servientibus, omnes donationes, quas homines de feodo meo & omnes de me tenentes eis fecerunt; videlicet Ecclesiam de Drinesby, cum omnibus appendiciis suis, & molendinum de Caldecotes, cum terra sibi adjacente, ex dono *Arnaldi* de *Percy*. Et Ecclesiam de Crathorn cum pertinentiis suis ex dono *Willielmi* de *Percy*. Et Ecclesiam de Marton, & dimidiam carucatam, terræ in Tollesby ex dono *Roberti Sturm*. Et Ecclesiam de Acclum ex dono *Alredi*. Et tres bovatas terræ in *Lofthus* ex dono *Theobaldi*. Et unam bovatam in Esington ex dono *Rogeri Rosel*. Et Ecclesiam de Esington ex dono *Rogeri Rosel*. Et ex dono *Walteri Ingelram* Ecclesiam de Erencliue, cum duabus bovatis terræ & manso eis adjacente; Et Ecclesiam de Wellebergh, cum duabus bovatis terræ, & manso eis adjacente; Et Ecclesiam de Hesserton, cum dimidia carucata terræ, & manso, & cum Capella alterius Hesserton, in puram & perpetuam elemosinam; excepto quod dimidia carucata terræ de Hesserton forinsecum facit servicium.

Et ex dono *Roberti* de *Lacels* Capellam de Yarlesay, & quinque tofta in eadem villa; & Ecclesiam de *Lofthus* ex dono *Willielmi* de *Saucey*. Et Ecclesiam de Linerton ex dono *Henrici* filii *Canani*. Et unam bovatam terræ in Danby ex dono *Willielmi* de *Camera*. Et ex dono *Ricardi Bard* duas bovatas terræ in *Lofthus* & Ulfredecroft, sine omni retentione. Et ex dono patris mei quatuor bovatas terræ in Baxton, quæ fuit *Rogeri Dispensatoris*, & cum toto essarto quod *Aldredus* tenuit. Ex dono *Roberti* de *Thyrun* duas bovatas terræ in Baxton, cum tofto & crofto. Et ex dono *Willielmi* de *Thyrun*, unum tofum in Baxton. Et ex dono *Roberti Brutonis* de Skelton totam terram quam habuit in Baxtundale, juxta culturam Domini *Petri* de *Brus*, quæ vocatur Salemuncroftflat. Et ex dono *Nicholai* filii *Galfridi* Clerici de Skelton, totam terram in Skelton, quam pater suus emit de *Ricardo Costard*, per easdem divisas, per quas pater suus eam tenuit. Et ex dono *Galfridi* filii *Willielmi* de *Morsum* duo tofta & unam bovatam terræ & quatuor acras in Morsum. Et ex dono *Hugonis* filii *Patricii* duas bovatas terræ cum tofto & crofto, quas *Thorald* tenuit, & quadraginta & septem acras terræ in Morsum, Et unum tofum & crofum in Skelton ex dono ipsius *Hugonis*, quas *Ricardus* Diaconus tenuit.

Et ex dono *Umfridi* filii *Johannis* de *Tokotis*, unam bovatam terræ in Uppelithun, & quatuor acras terræ & dimidiam in Perlt juxta grangiam Prioris. Et ex dono *Godefridi* de la *Hoge* decem acras terræ in campis de Perlt, quas habuit in escambium; & ex dono *Willielmi* filii *Alcardi* duas bovatas terræ in Bernalby. Et ex dono *Gregorii* de Neuton viginti & duas acras terræ & capitale tofum & crofum, quod fuit *Walteri* patris sui in Bernalby. Et totam culturam de Skugdale, & totam moram & boscum de Skuggedale. Et ex dono *Hugonis* Lackenby tres bovatas terræ, & quinque tofta cum prato & crofto, quod fuit ipsius *Hugonis* in Lackenby, excepta dimidia acra terræ. Et ex dono *Ricardi Loft* duas bovatas terræ in Northmanby. Et ex dono *Ricardi* filii *Roberti* de Northmanby, unam bovatam terræ cum tofto & crofto in Northmanby. Et ex dono *Roberti* de Bonington unam bovatam terræ

terræ in Tibbethorp. Et ex dono *Adæ Paul* unum toftum in Tibbethorp. Et ex dono *Iuonis* de Seton totum manerium cum omnibus pertinentiis de Castelcdun, ſicut in Carta ipſius continetur. Et ex dono *Willielmi* de *Percy* in *Ormeſby* unam bovatam terræ, quam recuperavit de *Radulfo* filio *Asæ*, & quinque tofta. Et ex dono *Walteri* de *Percy* duas dimidias bovatas terræ in Dameſby ad inveniendum duos cereos ardentes ad Miſſam de beata *Maria* in Eccleſia de Gyſeburne. Et ex dono *Walteri* filii *Rayneri* de *Ormeſby* duas bovatas terræ & duas rodas in Dameſby. Et ex dono *Rogeri* de *Bayhus* de Dameſby duas bovatas terræ & duo tofta in Dameſby. Et ex dono *Reginaldi* de *Bayhus* unam bovatam terræ cum pertinentiis in Dameſby, excepto toſto & decem & octo actis terræ & dimidia in eadem villa. Et unum toftum & croftum in Caldecotis. Et ex dono *Petri* de *Cliveland* duas bovatas terræ & quatuor acras & tres rodas in Dameſby, & totam terram ſine ullo retenemento, quam habuit ad vallem de Parton, & totam terram ſuam quæ vocatur Tunge, & totam terram ſuam quæ vocatur Halfaker, ſine ullo retenemento, & totam terram apud Sandwath, ſine aliquo retenemento, & tres rodas in Auſttultacre, & unam rodam terræ & dimidiam ad Sandpittes.

Et ex dono *Roberti* filii *Stephani* de Lackenby unam bovatam terræ in Dameſby. Et ex dono *Reginaldi* de *Tunſtale* cum corpore *Hawyſæ* uxoris ſuæ, duas bovatas terræ, cum toftis & croftis in Dameſby. Et ex dono *Roberti* de *Tunſtale* molendinum de Uppeſale, cum ſecta & molta, & unum toftum & croftum in parva Uppeſalle. Et ex dono *Willielmi* de *Acclum* dimidiam carucatam terræ in Tolleſby. Et ex dono *Willielmi* filii *Fulconis* de Manteby duas bovatas terræ in Malteby. Et ex dono *Henrici Falconarii* unam bovatam terræ cum toſto & croſto in Thormoby. Et ex dono *Willielmi Lorengis* tres bovatas terræ & tres toſtos in Caldengelby. Et ex dono *Willielmi* de *Tokotis* duas bovatas terræ in Lenington. Et ex dono *Willielmi* de *Watton* dimidiam carucatam terræ in *Lenington*. Et ex dono *Ricardi* de Lenington decem acras terræ in Kirkelenington. Et ex dono *Swani* de Stocton unum toſtum in Jarum. Et ex dono *Allus* uxoris quondam *Petri Gegge*, unum toftum in Jarum. Et ex dono *Hugonis* Capellani filii *Danielis*, unum toftum in Jarum in quo pater ſuus manſit. Et ex dono *Willielmi Engelram* dimidiam carucatam terræ in Ingelby juxta Crenchil, & quinque acras prati & decem & novem acras terræ in eadem villa. Et ex dono *Willelmi* de *Tametón* unam bovatam terræ in Lebingthorp. Et ex dono *Gregorii* de Lebingthorp quatuor acras terræ in Arſum. Et ex dono *Willielmi* filii *Ricardi* de Lebingthorp, duodecim acras & tres rodas terræ in Arſum. Et ex dono *Henrici Ruſi* de *Arſam* tredecim acras terræ cum pertinentiis in Areſum. Et ex dono *Johannis Ingelram* unam carucatam terræ in Areſum.

Ex dono *Rogeri* filii *Willielmi* de *Tokotis* unam carucatam terræ in Lyn. Et ex dono *Willielmi* de *Tokotis* unam bovatam terræ in Tokotis. Et ex dono *Johannis* filii *Umfredi* de *Tokotis* unam bovatam terræ in Tokotis. Et ex dono *Alani* de *Farco* unum toftum in Skelton. Ex dono *Roberti Eſturmi* unum toftum in Skelton. Ex dono *Marchis* de *Uppeſdale* quatuor ſeliones in Dameſby. Ex dono *Walteri* de *Morton* quoddam pratum in Porton quod vocatur Engeſlat. Et ex dono *Reginaldi* de *Tunſtale* & *Hawyſæ* uxoris ſuæ unum toftum in magna Uppeſale. Ex dono *Roberti* filii *Willielmi Longi* de Parton duodecim acras terræ in Parton, & dimidiam acram in Tolleſby. Ex dono *Rogeri Toſti* de Parton quatuor acras terræ & dimidiam in Parton. Et ex dono *Roberti* filii *Willielmi Longi* unam culturam in campis de Tolleſby, quæ jacet ſuper Bergh. Ex dono *Roberti Galeſia* unam culturam ad capud auſtrale de Tolleſby. Ex dono *Reynerii* de Colleſby unam acram terræ in Colleſby. Ex dono *Emmæ* de *Hoton* duas bovatas terræ in Hoton. Ex dono *Willielmi* de *Bernaldby* domum hoſpitale de Loucros. Omnia verò ſupradicta cum omnibus ſuis pertinentiis conceſſi & confirmavi Deo & prætatis Canonicis; Tenenda & habenda in liberam puram & perpetuam elemoſinam, prout Cartæ donatorum, quas inde habent, teſtantur. Et ut hæc mea conceſſio & confirmatio rata & inconcuſſa in æternum permaneat, præſenti ſcripto ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, Domino *Johanne* de *Laſcy* Comite *Lincolniæ*; Domino *Roberto* de Lerinton, domino *Willielmo* de *Eboraco*, tunc Juſticiario Domini Regis; Domino *Petro* de *Malo lacu*; Domino *Willielmo* de *Camilupo*; Domino *Henrico* de *Ba*; Domino *Willielmo* de *Ros*. Domino *Roberto* de *Thweng*; Domino *Ricardo* de *Hoton*; *Willielmo* de *Leyrton*, & aliis.

Carta Roberti *filii* Willielmi *de* Brus, *ſuper omnibus quæ dederunt vel confirmaverunt* Robertus *avus ſuus*, & Willielmus *pater ſuus in Eccleſiis, quàm terris, in* Scotia, *vel alibi.*

OMnibus, hoc ſcriptum, viſuris vel audituris *Robertus* de *Brus* Salutem. Sciatis me, divinæ pietatis intuitu conceſſiſſe, & hac Cartâ meâ confirmâſſe Deo, & Eccleſiæ S. *Mariæ* de Gyſeburne & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, donationem quam fecit eis *Robertus* de *Brus* avus meus; & quam eiſdem confirmavit *Willielmus* pater meus; Scilicet, de Eccleſia de Anant; & de Eccleſia Lomaban; & de Eccleſia de Birkè Patric; & de Eccleſia de Cumbertres; & de Eccleſia de Kidin Patric; & de Eccleſia de Cretenhou, cum omnibus pertinentiis ſingularum Eccleſiarum. Ad hæc etiam conceſſi, & confirmavi prædictis Canonicis, in liberam, & puram & perpetuam elemoſinam, ſex bovatas terræ, quinq; in Stranton, & unam in Hert, cum toftis eiſdem adjacentibus, & cum omnibus aliis pertinentiis, libertatibus, & aiſiamentis ſuis, intra villam, & extra; & omnes Ex autog. in turri S. *Mariæ Ebor.*

nes alias terras, quas eis dedit *Robertus* de *Brus*, avus meus, vel confirmavit; & quas *Willielmus* pater meus dedit eisdem, vel confirmavit, tam in Hiltepole, quam omnibus aliis locis. Quare volo & præcipio, quod prædicti Canonici habeant & teneant illas terras, liberè, & quietè, & honorificè, sicut aliqua Ecclesia liberiùs, & quietiùs aliquam elemosinam tenet. Hanc etiam concessionem, & confirmationem meam feci præfatæ Ecclesiæ de Oiseburn, & Canonicis prænominatis, pro amore Dei, & beatæ *Mariæ*; & pro salute animæ meæ & uxoris meæ & liberorum meorum; & pro animabus patris mei, & matris meæ, & omnium antecessorum meorum in liberam, & quietam, puram, & perpetuam elemosinam. His Testibus, *Willielmo* de *Brus*, *Johanne* de *Brus*, *Rogero Avenel*, *Ricardo* de *Bosco*; *Richardo* de *Humez*; *Hugone* de *Corri*; *Johanne* de *Arturet*, *Umfrido* de *Gardino*, *Alano Angl.* *Radulfo* de *Tametun*, *Engerano* de *Munceus*, *Hugone* filio *Hamelini*, *Thoma* Clerico, *Jordano* de *Beverel*, *Roberto* de *Mida*; & multis aliis.

Carta Willielmi *Regis* Scottorum *donationes de diversis Ecclesiis infra regnum* Scotiæ *existentibus, confirmans.*

Ibid. *Willielmus* Dei gratia Rex *Scottorum*, omnibus probis hominibus, totius terræ suæ, Clericis & laicis salutem. Sciant præsentes, & futuri, me concessisse & hac Cartâ meâ confirmâsse, Deo, & Ecclesiæ S. *Mariæ* de Oiseburne, & Canonicis ibidem Deo servientibus, donationem illam, quam *Robertus* de *Brus*, & *Willelmus* de *Brus* filius ejus fecerunt, de Ecclesia de Anant, & de Ecclesia de Lochmaban, & de Ecclesia de Ure Patric, & de Ecclesia de Cumbertres, & de Ecclesia de Rein Patric, & de Ecclesia de Cretenhou, cum omnibus pertinentiis prædictarum Ecclesiarum. Tenendam in liberam, & quietam, & perpetuam elemosinam, sicut Cartæ prædicti *Roberti* de *Bruis*, & *Willelmi* de *Bruis* filii ejus juste testantur, & confirmant. Testibus *Waltero* Capellano meo, *Johanne* de *Huntingdun*, Officiali *Glasguensis*, *Willelmo* de *Bosco*, & *Hugone*, Clericis meis; *Henrico* filio Comitis *David*; *Ada* de *Carliolo* Clerico meo, *Ada* filio *Hereberti*, *Alexandro* de *Simon*, apud Selescher.

Carta Richardi *Episcopi* Dunelmensis *Donationes & appropriationes diversarum Ecclesiarum recitans & confirmans.*

Ibid. Universis Christi fidelibus, præsentes literas inspecturis, vel audituris, *Richardus* permissione divina *Dunelmensis* Episcopus, salutem in domino sempiternam: Noverit universitas vestra, nos concessisse, & præsenti scripto confirmâsse Deo, & Ecclesiæ S. *Mariæ* de Oyseburn, & Canonicis ibidem Deo servientibus, & servituris; donationes, concessiones, & confirmationes, quas fecerunt eis venerabiles patres, ac predecessores nostri *Dunelmenses* Episcopi, accedente consensu *Dunelmensis* Capituli: Necnon & donationes, quas alii donatores infra scripti fecerunt eisdem, prout inferiùs annotantur; videlicet Ecclesiam de Yerte; & Ecclesiam de Stranton, cum omnibus appenditiis, & terris illarum, quas eis donavit *Robertus* de *Brus* Fundator suus; & quas bonæ memoriæ *Hugo Dunelm.* Episcopus prædecessor noster, de consensu Capituli sui, dictis Canonicis, ad usus proprios confirmavit, unà cum Capella de Hertilpolle, ad Ecclesiam de Herte, & Capella de Seton, ad Ecclesiam de Stranton pertinentibus. Et totas terras & redditus, quas eis dederunt *Willielmus* de *Brus*, & *Robertus* de *Brus* in villis de Hert, & Hertilpolle; de vico scilicet, qui dicitur *vicus beatæ Mariæ*; & aliis redditibus in eadem villa. Et sex bovatas terræ quas eis dedit *Robertus* de *Brus*, in villa de Stranton; & totam terram suam in Aselacheby, quam habent, ex dono Abbatis & Conventus de *Angø*; & quam eis bonæ memoriæ *Walterus Dunelm.* Episcopus confirmavit & totam terram suam in Comundebures, quam habent ex dono *Petri Brunceste*. Et totam terram suam, quam habent in Elleton, quatuor, scilicet bovatas terræ; quas habent ex dono *Matildis* cognatæ *Roberti* de *Brus*; prout confirmatio ejusdem *Roberti* de *Brus* testatur.

Et annuum redditum tresdecem denariorum, quem habent de triginta acris terræ in Estcopetun ex dono *Rogeri* de *Conyers*: Insuper Manerium de Trelindun, quod eis donavit in liberam puram, & perpetuam elemosinam, bonæ memoriæ *Richardus* secundus *Dunelm.* Episcopus, quondam Episcopus *Sarisburiensis*, accedente consensu Capituli *Dunelm* & confirmatione Domini Regis *Henrici*. Et Capellam ejusdem villæ, quam eis donavit bonæ memoriæ *Willielmus*, quondam *Dunelmensis* Episcopus, de Consensu Capituli sui *Dunelmensis*. Et Manerium de Castlerden, quod eis donavit *Ivo* de *Seton*, & quod eis confirmavit bonæ memoriæ *Nicholaus Dunelmensis* Episcopus, accedente sui Capituli confirmatione. Et medietatem decimæ bladi Capellæ ejusdem villæ, cum toto Alteragio ejusdem, & Duo messuagia juxta cimiterium, & tribus acris terræ, quas habent ex dono Prioris & Conventus *Dunelm.* Ecclesiæ.

Nos vero prædictas donationes, concessiones, & confirmationes, prout in eisdem perspeximus plenius contineri, ratas habentes & gratas, ipsos ex certa scientia, autoritate Pontificali in liberam, puram, & perpetuam elemosinam prædictæ Ecclesiæ de Oyseburn, & Canonicis prædictis confirmavimus in usus proprios perpetuò possidendas. Ad cujus rei perpetuam memoriam præsenti scripto sigillum nostrum apponi fecimus in testimonium præmissorum. Datum apud Cretcham *xii. Kal. Novembris*, Anno Domini *Millesimo trecentesimo undecimo*, & Pontificatus nostri primo.

Carta

Carta fundationis loci de Scarthe (*vulg. de* Giseburne) *non procul à Castro de* Wherlton *in* Cliveland.

Ex auto in Turri B. *Mariæ Eboraci*, An. 1640.

§. UNiversis Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, *Hugo* de *Rudby* æternam in domino salutem. Bonarum mentium est, divinum, ac religiosum ampliare cultum, Religionisq; devotiùs ac studiosiùs promoveri vota, quatinus numerositate Religiosorum domini multiplicentur talenta. Quocirca viri illi illustres, & domini, *Stephanus* videlicet, de *Manilio* senior, & *Robertus* filius ejus, & *Stephanus* ipsius *Roberti* filiius; intuitu salutis animarum suarum, & præcedentium parentum suorum, & succedentium, locum de Scarth, cum universis suis pertinentiis, sicut eorum prolocuntur Cartæ, domino Deo, cum omni liberalitate contulerunt devotè, & omnibus ibidem Deo servientibus religiosè, ut habeant quo quietiùs domino vivant, & expeditiùs ipsi deserviant. Quibus itaq; tam devotè concessis, præfatus *Stephanus* junior suæ munificentiam, & magnificentiam liberalitatis adhibuit, quoniam eum zelus Domini comedit; & Ecclesiam de Rudebi, cum omnibus pertinentiis suis, & Ecclesiam de Werbelthun, cum omnibus pertinentiis suis; & Capellaniam domus suæ totam, & integram, liberè, prænominato donavit loco de Scarth. Hujus verò donationis (ut optatum sortiretur effectum) me Capellanum suum, & prædictarum Ecclesiarum personam fidum substituit executorem; ut sicut unctio spiritus me doceret, elemosinam illam dispensarem; unde multâ & diuturnâ deliberatione circumactus, in portum tandem salubrem, pro voto sum appulsus; scilicet, domum de Giseburn præ cæteris omnibus eligens, atq; illi, de toto hujus rei, dispensationem, & dispositionem, ex parte prædictorum advocatorum plenè & perfectè, sicut ipsi disposuerunt mihi, & commiserunt, dispono, & committo; & quicquid juris in rebus prædictis, aliquo modo, & aliquo tempore habuerunt ipsi, vel etiam ego ipse noscor habuisse, simul cum Cartis prænominatorum Advocatorum propositum, & eorum ultimam voluntatem continentibus, in Priorem & Conventum prænominatæ domus de Giseburn gratanter, & gratis transfundo, & trado; quatenùs hactenus, communi consilio, in locum de Scarth, viros sub prætextu religionis inducant; ac regulæ Canonicæ disciplinis, secundùm morem Domus suæ, instituant; & res omnes quas prolocuti in procurationem sui, & sustentationem, illibatè, & sine aliqua sui mutilatione tradantur, atq; dominio suo possidendi amodò, & in seculum, & utendi supponantur. Teste Capellano de Giseburn, & *Willielmo* Persona de Welleberg, & *Roberto* ejusdem *Hugonis* filio; & *Nicholao* de *Hasel*, *Rogero* de *Brochetun*, *Willielmo* Clerico de Giseburn, *Hugone Buche*, *Waltero* Capellano de Semere, *Rogero* Presbitero, filio *Thomæ* de *Estun*, & aliis multis.

CELLA *de* SCARTHE *juxta* Wharlton, *in agro* Eboracensi.

Carta Hugonis *de* Rudebi *facta Canonicis de* Giseburne, *de loco de* Scarthe, *& Ecclesiis de* Rudebi, *&* Werbelthun.

Ex ipso autog. in bibl. *Hattoniana.*

UNiversis sanctæ matris Ecclesiæ filiis, *Hugo* de *Rudebi* æternam in domino salutem. Bonarum mentium est divinum ac religiosum ampliare cultum, religionisque devotiùs ac studiosiùs promovere vota, quatinus in numerositate religiosorum domini multiplicentur talenta. Quocirca viri illustres & domini, *Stephanus* videlicet de *Mainillo* senior, & *Robertus* filius ejus, & *Stephanus* ipsius *Roberti* filius, intuitu salutis animarum suarum, & præcedentium parentum suorum & succedentium, locum de Scarth cum universis suis pertinentiis, sicut eorum prolocuntur Cartæ, domino Deo cum omni libertate contulerunt devotè & omnibus ibidem Deo servientibus religiosè, ut habeant quo quiescius domino vivant & expeditiùs ipsi deserviant. Quibus itaq; tam devotè concessis, præfatus *Stephanus* junior suæ munificentiam & magnificentiam liberalitatis adhibuit, quoniam eum zelus Domini comedit, & Ecclesiam de Rudebi cum omnibus pertinentiis suis, & Ecclesiam de Werbelthun cum omnibus pertinentiis suis, & Capellaniam domus suæ totam, & integram, liberè prænominato donavit loco de Scarth. Hujus igitur donationis ut optatum sortiretur effectum, me Capellanum suum & prædictarum Ecclesiarum personam fidum substituit executorem; ut sicut unctio spiritus me doceret, elemosinam illam dispensarem. Unde multâ & diuturnâ deliberatione circumactus, in portum tandem salubrem pro voto sum appulsus, scilicet domum de Giseburne, præ cæteris omnibus eligens, atque illi de toto hujus rei, dispensationem & dispositionem ex parte præfatorum advocatorum plenè & perfectè, sicut ipsi disposuerunt mihi & commiserunt, dispono & committo; & quicquid juris in rebus prædictis aliquo modo & aliquo tempore habuerunt ipsi, vel etiam ego ipse noscor habuisse, simul cum Cartis prænominatorum advocatorum propositum & eorum ultimam voluntatem continentibus in Priorem & Conventum prænominatæ domus de Giseburne gratanter & gratis transfundo & trado, quatinus hactenus communi consilio in locum de Scarth viros sub prætextu religionis inducant, ac regulæ Canonicæ disciplinis secundùm morem Domus suæ instituant, & res omnes quas prælocuti sumus in procurationem sui & sustentationem, illibatè & sine aliqua sui mutilatione tradantur, atque dominio suo possidendi amodo & in seculum & utendi supponantur. Teste Capitulo de Giseburne; & *Willelmo* persona de Welleberg; & *Roberto*

ejusdem *Hugonis* filio; & *Nicholao* de Basel; *Rogero* de Wrotham. *Willelmo* Clerico de Gisebume; *Hugone Buche*; *Waltero* Capellano de Semere; *R.* .. Presbitero filio *Thomæ* de Essun, & aliis multis.

ABBATIA

de Nutley *in agro* Buckinghamiensi.

Carta Walteri Giffard *Comitis* Buckinghamiæ *de fundatione ejusdem.*

Liber collectanea Vir clarissimi *Henrici Spelmani* Eq. aur. Videlis. Part. 22. R. 2. p. 1. m. 32. Et Cart. 9. E 3 n. 62.

IN nomine patris, & filii, & spiritus Sancti Amen. *Walterus Giffarde* Comes *Buckinghamiæ* & *Ermigardis* Comitissa uxor mea, dedimus, & concessimus in perpetuam elemosinam, pro salute animarum nostrarum, antecessorum nostrorum, & propinquorum nostrorum; & pro domino nostro, Rege *Anglorum*, *Henrico*; & pro domina nostra Regina *Alienora*, & omni eorum propagine, antecessorum & successorum, Deo & sanctæ *Mariæ* de *Parcho*, & Abbati & Canonicis de *Parcho*, ibidem Deo servientibus, totum Parchum meum de Crendon, & quicquid infra ambitum *Parchi* continetur. & extra inter parchum & aquam de Theame, Pratum unum carrucatæ bovum: Et ex altera parte extra unam culturam terræ à via, quam dedi eis ad exitum & introitum illorum, inferius, usq; ad pratum; & sic ut via vadit de Crendon apud Cherteslav, & Molendinum de Crendon cum molitura tota, & omnibus pertinentiis, liberum, & absolutum ab omni servitio, & exactione; ad construendam in honore Dei & beatissimæ Virginis *Mariæ*, quandam liberam Abbatiam Canonicorum regularium, secundùm ordinem & institutionem sancti *Nicholai Arroasiæ Joreffendensis* Ecclesiæ.

Et ad sustentationem Canonicorum, ibidem Deo servientium, deputamus & donamus terram nostram de *Hainea* cum omnibus eidem terræ pertinentibus, exceptis feodis *Willielmi Chokerel*, & *Roberti* de *Longevill*, & viginti solidatis terræ Monachorum de *Longevile*; & universis Ecclesias, & decimas quæ nostræ erant donationis, necdum deputatæ erant religioni; videlicet Ecclesiam de Haveresham, cum suis pertinentiis. Ecclesiam de Risenberg, & decimam de dominio: Ecclesiam de *Hainea*, & decimam de dominio: Ecclesiam de Chilsune, & Capellam de Doxtune; Ecclesiam de Essebendone; Ecclesiam de Hilcesdon, cum decima de dominio; Ecclesiam de Chesseley cum suis pertinentiis; & decimas de Marisco. Præter hæc in villa de Crendon gardinum, quod fuit *Roberti* Capellani; & in Communi pastura de Crendon C. oves, & duodecem vaccas, & duas carrucatas bovum; & apud Risenbergam, unam partem de bosco meo, qui dicitur *Lullesfleda*. Et ne ista quæ diximus aliquo adversantium turbentur cursu, donationem nostram Sigillorum nostrorum impressione, & subiequentium testium attestatione confirmamus. Teste *Hugone* de *Bolebec*, *Galfrido Willielmi* filio, *Widone* de *Rocsfort* (&c.)

Carta Regis Henrici *secundi*, *de* Heremetorio *de Finemere.*

HEnricus Rex *Angliæ* & dux *Normaniæ* & *Aquitaniæ* & Comes *Andegaviæ*: Archiepiscopis (&c.) Sciatis me concessisse ac præsenti Cartâ confirmâsse Ecclesiæ S. *Mariæ* de *Parcho* Crendon, & Canonicis ibidem Deo servientibus Heremitorium de Finemere, quod est de feodo *Radulfi Maleth* de Muentone, totum integrè cum pratis & pasturis & omnibus aliis pertinentiis suis intra boscum & extra; Et in bosco quod opus habent prædicti Canonici ad emendationem domorum & sepium de Finemere, & quod opus est ad fualium suum, & pannagium porchorum suorum per omnia quietum. Prohibemus etiam ne quis forestariorum molestiam faciat prædictis Canonicis super præmissis, vel animalibus suis in foresta nutritis aut nutriendis, seu pascendis molestiam inferat aut gravamen seu impedimentum in Forestam de Bruhull introeundi vel exeundi, aut ab aliquo alio permittat inferri. Prohibeo autem & firmiter præcipio ne quis eis vel hominibus suis super hiis quæ concessi eis, & hac Cartâ meâ confirmavi, aliquam injuriam vel contumeliam aut gravamen facere præsumat super vita & membris. Hiis testibus, *Radulpho* de *Glanvill*, *Hugone* de *Cressy*, *Gileberto Pipard*, *Willielmo* de *Gerpounvill*, apud Bruhull. Carr. 2. E. 3 m. 16 n. 55 per inspex.

Alia Carta ejusdem Regis Donatorum concessiones recitans & confirmans.

HEnricus (&c.) Sciatis me concessisse & præsenti Cartâ confirmâsse Ecclesiæ S. *Mariæ* de *Parcho* Crendon, & Abbati & Canonicis ibidem Deo & S. *Mariæ* servientibus; quicquid venerabilis Comes *Walterus Giffard* & *Ermengard* Comitissa sponsa sua eis in puram & perpetuam elemosinam dederunt, & Cartâ suâ eis confirmaverunt; scilicet totum *Parcum* Crendon, & quicquid infra ambitum parchi continetur & extra; Et totam Wykam cum hominibus & cum illorum tenura, & omnia quæ continentur infra duos rivulos usq; ad aquam de Theame & sursum, sicut via vadit de Crendone apud *Cherdesleam* cum terris & pratis & omnibus aliis rebus; totam villam de Wrnchebone cum omnibus pertinentiis suis; molendinum de Crendone cum totâ molitura & omnibus pertinentiis suis, & cætera omnia quæ præfatus Comes & Comitissa dederunt ad præfatam Abbaciam construendam, videlicet Ecclesiam Ibid.

Digitized by Google

cleſiam de Cranbone cum decima de dominio, & cum Capella de Winchendone, & cum Capella de Cherorſe, & aliis pertinentiis ſuis; Eccleſiam de Caverethum cum Capella beatæ *Mariæ* & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis; Eccleſiam de Riſenberge, cum decima de dominio & aliis pertinentiis ſuis; Eccleſiam de Chiltone cum Capella de Doctune & aliis pertinentiis ſuis. Eccleſiam de Eſſendone cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam de Hildeſdone cum decima de dominio, & aliis pertinentiis ſuis. Eccleſiam de Stokes cum decima de dominio, & cum Capella de Herdewike, & aliis pertinentiis ſuis. Eccleſiam de Bradeleg cum Capella de Horningeham, & cum decima de dominio & aliis pertinentiis ſuis. Eccleſiam de Bodingeham cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam de Sirungeham cum decima de dominio & aliis pertinentiis ſuis. Eccleſiam de Banham cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam de Wileby cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam de Cheſelay cum pertinentiis ſuis. Decimas de mariſco de dominiis præfati Comitis: Et præter hæc terram de Wittenham, quam idem Comes dedit *Adæ* Clerico pro ſervicio ſuo, unde præfati Canonici recipiunt dimidiam marcam ſingulis annis. Et in villa de Cranbone gardinum quod fuit *Roberti* Capellani, & ſedem Coquinæ, ubi poſtea jacebant canes Comitis. Et ſedem grangiæ unde Monachi de *Longavilla* reddebant annuatim *xii.* denarios; & quicquid infra clauſum curiæ prædicti *Roberti* continetur; Et in dominica paſtura de Cranbone CC. oves & *xii.* vaccas, & duas carucatas boum, Et apud Riſenberge unam partem de boſco ſæpedicti Comitis quæ dicitur Lulleſtrete, ſicut Carta ejuſdem diſtinguit. Et in dominico boſco Comitis unam bigam aſſidè euntem & redeuntem pro boſco ad coquinam ſuam. Quare volo (&c.) Teſtes *Rand:* de *Glanvill. Hug:* de *Creſſi, Gilb: Pipard, Willielmus* de *Gerpenvill*, apud Wudeſtoke.

Carta Regis Johannis *Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 1. Joh. p. 2. n. 1 23. JOhannes Dei gratia &c. Sciatis nos conceſſiſſe & præſenti Cartâ confirmaſſe Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de *Parco* Creendon & Abbati & Canonicis ibidem Deo & S. *Mariæ* ſervientibus, quicquid Comes *Walterus Giffard* & *Ermeinard* Comitiſſa ſponſa ſua, eis in puram & perpetuam elemoſinam dederunt & Cartâ ſuâ eis confirmaverunt; ſcilicet totum *Parcum* Creendon & quicquid infra arbitum parchi continetur, & extra; cum terris & pratis, & paſturis, ſicut Carta prædicti Comitis teſtatur. Et molendinum de Creendon, cum tota molitura & omnibus pertinentiis ſuis; & cætera omnia quæ præfatus Comes & Comitiſſa dederunt ad præfatam Abbaciam conſtruendam; ſcilicet Eccleſiam de Creendon, cum decima de dominio, & cum Capella de Winchendon; & cum Capella de Cherdeſle & aliis pertinentiis ſuis. Eccleſiam de Baverethum, cum Capella beatæ *Mariæ* & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis. Eccleſiam de Riſenberge, & decimam de dominio, & aliis pertinentiis ſuis. Eccleſiam de Chiltone cum Capella de Doctone & aliis pertinentiis ſuis. Eccleſiam de Eſſendone cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam de Hileſdone cum decimis de dominio & aliis pertinentiis ſuis. Eccleſiam de Stoke, cum decimis de dominio, & cum Capella de Herdewick, & aliis pertinentiis ſuis. Eccleſiam de Bradeleg, cum Capella de Horningeham, & decimam de dominio & omnibus aliis pertinentiis ſuis. Eccleſiam de Bodingeham cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam de Firingeham cum decimis de dominio & aliis pertinentiis ſuis. Eccleſiam de Banham cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam de Wileby cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam de Cheſelay cum pertinentiis ſuis, & decimas de mariſcis, de dominiis præfati Comitis.

Et præter hæc terram de Wittcham, quam Comes dedit *Adæ* Clerico, pro ſervicio ſuo, undè præfati Canonici recipient dimidiam marcam; Et in villa de Creendon gardinum quod fuit *Roberti* Capellani; Et ſedem Coquinæ ubi poſtea jacebant canes Comitis. Et ſedem grangiæ, unde monachi de *Longavilla* reddebant annuatim duodecim denarios. Et quicquid infra clauſum Curiæ prædicti *Roberti* continetur. Et in dominicâ paſturâ de Creendon ducentas oves & duodecim vaccas & duas carucatas boum. Et apud Riſenberge unam partem de boſco ſæpedicti Comitis quæ dicitur Lulleſtrete, ſicut Carta ejuſdem diſtinguit. Et in dominico boſco Comitis unam bigam aſſidè euntem & redeuntem pro boſco ad Coquinam ſuam. Quare volumus (&c.) Et quoniam bonæ memoriæ Rex *H.* pater noſter eoſdem Canonicos & eorum res & poſſeſſiones univerſas de manu ſæpedicti Comitis in manum, protectionem & cuſtodiam ſuam ſpecialiter regendas ſuſcepit, ſicut eos dominicos Canonicos; Idcirco volumus & firmiter præcipimus, ut ipſi & terræ ſuæ, & libere tenentes eorum ſint quieti & ſoluti & liberi, de ſiris & Hundredis & de ſectis ſirarum & Hundredorum; de auxiliis, & aſſiſis, & de Geldo, & Danegeldo, de donis & ſcotis de operationibus Caſtellorum, domorum, murorum, vivariorum foſſarum, & pontium, & de omni opere & ſum magiis & caricagiis. De Wardepeni, & Averdpeni, & Hundredepeni, & Thethingpeni.

Volumus etiam & concedimus, ut ipſi ſint quieti in nundinis & mercatis per totam terram noſtram, & per aquam de theloneo & pontagio & paſſagio & de omnibus placitis & querelis, & occaſionibus, excepto murdro, & latrocinio probato. Conceſſimus etiam eiſdem Canonicis duas bigas ſingulis annis euntes & redeuntes in foreſta de Brenwud pro boſco ad focum eorum per viſum foreſtariorum a Paſcha uſque ad feſtum *Omnium Sanctorum*, excepris *xv.* diebus ante feſtum S. *Joh. Bapt.* & quindecim poſt. Prohibemus etiam ne idem Canonici ponantur in placito de terris, vel tenementis ſuis niſi coram nobis vel capitali Juſticia noſtra. Prohibemus etiam & firmiter præcipimus ne quis eis vel hominibus ſuis ſuper hiis quæ eis conceſſimus & hac Cartâ noſtrâ confirmavimus aliquam injuriam vel contumeliam vel gravamen faciat vel fieri permittat ſuper forisfactu-

tam decem librarum, sicut Carta *H.* Regis patris nostri rationabiliter testatur. Testibus *W. Lond. E. Elyen. H. Sar.* Epis. *R.* Com. *Le c. Will. Maresc.* &c. *Gaufrid* filio *Petri* &c. Dat. per manum *H. Cant.* Archiep. Canc. nostri apud *Westm. xix.* Die *Aprilis.* Anno Regni nostri primo.

Carta Regis Johannis *facta* Will. Mareschallo *Comiti* Penbrochiæ *de donatione baculi pastoralis de Abbatia de* Nutley.

Cart. 2. *Joh.* n. 18. *JOhannes* Dei gratia &c. Sciatis nos propter amorem quem erga dilectum & fidelem nostrum *Willielmum Mareschallum* Comitem de Penbroc habuimus; & propter bonum & fidele servicium, quod ipse nobis fecit, dedisse & concessisse & hac Cartâ nostrâ confirmâsse ei & hæredibus suis donationem baculi pastoralis Abbaciæ de *Nutelega*, quæ est in feodo suo. Habendam & tenendam in perpetuum cum omnibus rebus & libertatibus & liberis consuetudinibus ad donationem baculi pastoralis pertinentibus, Quare volumus (&c.) Testibus *R.* Com. *Mellent*, & *R.* Comite *Cestr. R.* Com. *Leirc.* Dat. per manum S. *Wellen* Archid. apud *Regulam xvi.* Die *Aug.* anno regni nostri secundo.

Confirmatio Jocelini *Episcopi* Sarum *super donationem Ecclesiæ de* Bradley, *Canonicis de Parco super* Thamam.

Ex vet. Rotulo penès Decan. & Canonicos *Ecclesiæ Christi Oxon.* m. 10. UNiversis (&c.) *Jocelinus* Dei gratia *Sarum* Episcopus Salutem (&c.) Noverit (&c.) nos intuitu caritatis & religionis, ad præsentationem venerabilis *Walteri Giffard* Comitis de Buckingham, concessisse (&c.) Canonicis regularibus de *Parco* super *Thamam*, Ecclesiam de Bradelete, cum decima de dominio & omnibus pertinentiis suis, tam in terris & decimis, quàm in cæteris obventionibus, sicut Carta domini Regis & Carta prædicti Comitis testantur, quas manibus contractavimus & oculis inspeximus. Statuentes, ut iidem Canonici Ecclesiam illam habeant & possideant ita integrè (&c.) sicut aliquis eam tempore aliquo meliùs & plenius possedit, & sicut personæ & domini habeant illius Ecclesiæ plenam & liberam & expeditam administrationem; ita quidem ut Canonicus Sacerdos de congregatione illorum, sicut eis à sede Apostolica constat esse indultum, in præfata Ecclesia ministret & curam habeat animarum, salvis in omnibus Episcopalibus consuetudinibus (&c.)

Litera Jocelini *Episcopi* Sarum, *declarantes, quod dedicatio Capellæ Leprosarum de* Bradley *non sit ad dampnum matricis Ecclesiæ.*

lb. m. 11. UNiversis (&c.) *Robertus* miseratione divina *Sarum* Ecclesiæ minister humilis, salutem (&c.) Literas bonæ memoriæ *Jocelini* quondam *Sarisburiensis* Episcopi, prædecessoris nostri (&c.) inspeximus, quarum tenor talis est. Omnibus (&c.) *Jocelinus* (&c.) Salutem in domino. Universitatem vestram scire volumus; quod cum ad Capellam leprosarum mulierum de *Bradeleia* dedicandum descenderimus, ne quid in injuriam vel detrimentum matricis Ecclesiæ de *Bradleia* per nos ageretur, priusquam Capellam illam dedicaremus; seu leprosas ipsas ad locum illum reciperemus; *Humfridus* de *Bradele* tunc Senescallus *Manserii Biset*, domini ejusdem villæ, & alii liberi homines de Bradley, ex parte *Manserii Biset*, qui villam memoratam Leprosis contulit; & etiam ex parte leprosarum, in præsentia nostra juraverunt, quod Ecclesia *Omnium Sanctorum* de Bradley in nullis quæ priùs habuerat, aut in posterum habere deberet, sive de assartis, sive de aliis novalibus, aut obventionibus ad illam spectantibus, per antedictam Capellam, vel leprosas, aut illarum procuratores, dampnum aliquod, sive diminutionem pateretur; quod ne in posterum possit deduci in dubium, præsenti scripto sigillo nostro roboraro testificamur. Quia verò sigillum ejusdem prædecessoris nostri ipsis literis appensum, pro nimia vetustate incipiebat in parte consumi; ex parte dilectorum filiorum religiosorum virorum Abbatis & Conventus de Nottele, fuit nobis humiliter supplicatum, quod literas ipsas innovari, & sub sigillo nostro exemplari faceremus; quorum precibus annuentes, has literas nostras sibi fieri fecimus patentes, quibus sigillum nostrum apponi fecimus ad memoriam futurorum. Nolumus tamen, quod per innovationem hujusmodi aliquid juris in hiis, quæ in dictis literis continetur ipsis accrescat, ultra quod beneficio eorundem eis adquisitum est in præsenti. Datum apud Wodefozd v. Idus *Jan.* Pontificatus nostri anno primo.

PRI-

PRIORATUS

de Bissemede *in agro* Bedfordiensi.

Carta Hugonis *de* Bellocampo *de fundatione ejusdem.*

Ex ipso autographo penès *Edw.* dominum *Vaux* de Harrowden.

OMnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsens scriptum perveneri, *Hugo* de *Bellocampo*, filius *Oliveri* de *Bellocampo* salutem; Noverit universitas vestra me pro Dei amore, & pro salute animæ meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum, dedisse, & præsenti Cartâ meâ confirmâsse, Deo & Sanctæ *Mariæ* de Bissemede, & *Will.* Capellano de *Colmerdia*, & fratribus ibidem Deo servientibus & imperpetuum servituris, locum de Bissemede, cum omnibus suis pertinentiis; & tantum bosci & terræ, quantum continetur à torrente fluente sub Bissemede de parco meo, scilicet *Hetunia*, juxta soveam *Simonis* de *Pateshull*, in longitudine usque ad.....& in latitudine à fovea *Simonis* de *Pateshull* usq; ad boscum *Willelmi Danensis*: Concessi, & confirmavi eidem domui de Bissemede, & eam inhabitantibus, ad introitum & exitum habendum, & animalia sua pascenda, unam viam duarum perticarum in latitudine, & quatuor pedum per perticam decem & octo pedum mensuraturam; à porta scilicet ejusdem Domus usq; ad terram *Reginaldi* filii *Goscberti* Decani, in qua nullus alius, nisi voluntate & consensu inhabitantium Domus de Bissemede animalia sua pascet; nec itineris causa, nisi per capud ejusdem viæ introitum faciet. Aliam etiam viam in puram & perpetuam elemosinam, eidem Domui & fratribus concessi & confirmavi in latitudine duarum perticarum, per perticam scil: decem & octo pedum mensuraturam, à bosco ejusdem domus de Bissemede in longitudine, se extendentem, usq; ad forensem boscum versùs orientem, juxta boscum *Willelmi Danensis*; & quantum terræ jacet inter Vangere & boscum *Ricardi* de *Bellocampo*, ad viam & pasturam habendam, cum fovea ex parte bosci *Richardi* de *Bellocampo*, usq; ad terram *Willelmi* de *Burate*; & a terra *Willelmi* de *Burule* & illa via; aliam viam in latitudine decem & octo pedum, se extendentem usq; ad terram, quam eis in puram & perpetuam elemosinam dedi, & concessi; scilicet viginti & octo acras per perticam quindecem pedum & dimidium mensuratas; & inter Januam quæ fuit de parco *Alcolbei* & de *Bucshall*, juxta terram *Richardi* de *Bellocampo* jacentes. Ista autem via à bosco prædictæ domus usq; ad terram ejusdem domus, sic ex pluribus viis collectis, tam eidem domui de Bissemede. Et *Willelmo* Capellano & fratribus ejusdem Domus in puram & perpetuam elemosinam concessi, & confirmavi, ut per eam eant ad terram suam & redeant, & animalia sua in eadem via pascant; & sua animalia per illam viam ad communia pascua per omne dominium meum ducant, & reducant; ita tamen quod nullus hominum in mundo sine permissu & voluntate *Willelmi* Capellani, & fratrum ejusdem Domus, ad hanc libertatem vel ad aliam quamcunq; sibi vendicandam viam prænotatam intrare possit.

Videsis Regist: de Bissemede penes *Arth. Trevor* Arms. inter. Templi socium. f. 24. b.

Concessi etiam eis in molendinis meis de Hetune primam multuram post illam quæ sursum fuit inventa. Præterea concessi eis & confirmavi, cum omnibus liberis meis hominibus, omnem libertatem, scilicet in pratis, in pascuis, in viis, in semitis, in aquis, in bosco, in plano, & in omnibus communibus & in omnibus locis. Præterea concessi & confirmavi memoratæ Domui & fratribus ejusdem, totas terras in assarto meo *Hetunia* à *Willielmo* de *Bruteville* & *Ada* de *Chantune* eis in perpetuam elemosinam collatas & eadem libertate & integritate sine aliqua subtractione diminutionis, quæ ipsi unquam melius integrè tenuerunt,

Præterea concessi & confirmavi domui de Bissemede decimationes medietatis terræ *Simonis* de *Pateshull*, quam habet in parco *Hetunia*, quas *Richardus* de *Bellocampo* in puram & perpetuam Elemosinam eidem domui dedit, & concessit; & si quas ampliores in posterum conferre voluerit cum omnibus liberatibus memoratæ Domui collatis, & concessis. Omnia autem ista, sicut in instrumento isto prænotata sunt & conscripta, sæpedicta Domus & fratres in puram & perpetuam elemosinam, de me, tanquam à Patrono & omnibus hæredibus meis liberè, quietè honorificè, & pacificè ab omni seculari exactione tenebant. Item confirmavimus eis omnes emptiones, & adquisitiones quæ ad præsens in assarto nostro *Hetunia*; scilicet aut alibi in feodo nostro justè & rationabiliter facere & adipisci potuerunt, vel in futurum, justis modis Deo volente, facere & adipisci poterint. Ut autem istæ donationes, concessiones, adquisitiones firmiores, securiores & stabiliores sint, præsenti scripto & Sigilli mei appositione confirmavimus. His testibus, *Nicholao* de *Bellocampo*; *Andrea* Capellano de *Hetune*, *Will.* Capellano de *Kaiso*, *Richardo* Capellano de *Sancto Neoto*, *Johanne* Capello de *Pertenhal*; *Radulfo* de *Weldebuf*, *Rogero* de *Bellocampo*; *Reginaldo* de *Ba*, *Will.* de *Chantune*, *Hugone* de *Wildebuf*, *Reberto* filio *Radulfi* de..... *Will.* de *Wildebuf*, *Olivero* de *Wildebuf*, *Gerardo* de *Wildebuf*, *Waltero* de *Wildebuf* de Stachedene, *Simone* de *Chann*, *Gilberto* de *Broi*, & multis aliis.

Confirmatio

Confirmatio Rogeri *de* Bellocampo.

lb. 29. b. OMnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Rogerus* de *Bellocampo*, filius *Holiveri* de *Bellocampo* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, me, intuitu caritatis, & pro ſalute animæ meæ, & pro anima patris mei & matris meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum ratam & gratam habere per confirmationem Sigilli mei, donationem & conceſſionem loci & domus Sanctæ *Mariæ* de Biſgemede; cum omnibus libertatibus & pertinentiis quam *Hugo* de *Bellocampo* filius *Holiveri* de *Bellocampo*, Priori & Canonicis & Fratribus ejuſdem loci, & ejuſdem Domus, in puram & perpetuam elemoſinam fecit, cum boſco, & cum viis omnibus, & cum paſturis omnibus per omne dominium meum; & cum terris omnibus feodi mei, eidem loco & Domui adjacentibus. Præterea memorato Priori & Canonicis de Biſgemede, in puram & perpetuam elemoſinam confirmo medietatem decimationum *Simonis* de *Pateſhull*, & primam multuram illud quod ſurſum inventum fuerit in binna in Molendinis meis de Ettune, ſicut conceſſum fuerat eis a fratre meo *Hugone* de *Bellocampo*.

Item & omnes terras in hac confirmatione inferiùs enumeratas ſæpedictæ domui de Biſgemede & Priori & Canonicis in puram & perpetuam elemoſinam, ab omni genere ſervitii, liberas & quietas confirmo; ſcil. totam terram cum omnibus ſuis libertatibus, & pertinentiis, quæ *Adam* de *Chantune* in parco *Etunie* tenuit & viginti acras terræ cum omnibus ſuis pertinentiis, & libertatibus, quas *WIll.* de *Bretevilla* in aſſarto de Ettune tenuit; & totam terram cum omnibus pertinentiis ſuis, & libertatibus, quam habent memorati Canonici pro anima *Reginaldi* de *Stachedene*; & totam terram cum omnibus ſuis pertinentiis & libertatibus quam habent antedicti Canonici de la part del Parc, uſq; ad terram *Williemi* de *Bretevilla*; & totam terram cum ſuis pertinentiis, & libertatibus, quam *Henricus* Pigun, de antedictis Canonicis in villa de Ettune tenuit. Et totam terram cum ſuis libertatibus, & pertinentiis, quam ſupradicti Canonici de Biſgemede, de *Laurentio* de *Sſort* in parochia de *Etuna* habent, cum Meſſuagio *Ricardi* Capellani de Ettune, eidem terræ adjacenti; & cum terra quam *Jordanus Auriſaber* de *Sancto Neoto*, & *Adam* de *Biſield* memoratæ terræ ſimiliter adjacentes in campis de Ettune tenuerit; & tres quarterias terræ cum omnibus ſuis pertinentiis & libertatibus, quas memoratus *Ricardus* Capellanus in villa de Ettune tenuit: Et totam terram cum meſſuagio, quam *Philippus Hutell* a præfatis Canonicis in villa de Ettune tenuit. & ſæpedictis Domui, & Canonicis conceſſi & confirmavii cum omnibus meis liberis hominibus, omnem libertatem, ſcilicet in pratis, in paſcuis, in viis. & ſemitis, in aquis, in boſco, in plano & in omnibus communibus de Ettune (&c.) ut autem illæ donationes, conceſſiones & adquiſitiones, quas ad præſens in aſſarto meo de Ettune, aut alibi in feodo meo, juſtè & rationabiliter adepti ſunt, vel in futurum juſtis modis adipiſci poterint, firmiores, ſtabiliores, & ſecuriores ſint, præſenti ſcripto & Sigilli mei appoſitione eâs in puram & perpetuam elemoſinam confirmavi. His teſtibus, *Nicholao* de *Bellocampo*, *Richardo* Capellano de Ettune, *Willielmo* Capello de Baiſo, *Johanne* Capello de *Partehall*, *Galfrido* de *Bretteville*; *Hugone* de *Veteriponte*, *Radulfo* de *Weldebuf*, (&c.)

Alia Carta præfati Hugonis *de* Bellocampo.

OMnibus Chriſti fidelibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Hugo* de *Bellocampo* filius *Oliveri* de *Bellocampo*, ſalutem; Noverit univerſitas veſtra me pro Dei amore & pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, dediſſe & conceſſiſſe & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & domui S. *Mariæ* de Biſgemede, & Priori & Canonicis ibidem Deo ſervientibus & imperpetuum ſervituris, locum de Biſgemede, cum omnibus pertinentiis ſuis; & tantum boſci & terræ quantum continetur à torrente fluente ſub Biſgemede de parco meo de Ettune juxta foveam *Simonis* de *Pateſhull*, in longitudine uſq; *Lemmareſweie*, & latitudine à fovea *Simonis* de *Pateſhull* uſq; ad boſcum *Willelmi Danenſis*. Conceſſi etiam & confirmavi eidem domui & Canonicis ejuſdem, decimationes medietatis terræ *Simonis* de *Pateſhull* quam habent in parco de Ettune. Dedi etiam & confirmavi præfatæ domui & Canonicis ad introitum & exitum habendum, & ad animalia ſua paſcenda, unam viam in latitudine duarum perticarum & quatuor pedum per perticam *xviii.* pedum menſuratam, à porta ſcil. ejuſdem domus uſq; ad terram *Reginaldi* filii *Goſiberti* Decani; in qua via nullus alius, niſi voluntate & conſenſu inhabitantium domum de Biſgemede animalia ſua paſcet; nec itineris cauſa, niſi per caput ejuſdem viæ introitum faciat.

Adhuc ex præfato Regiſtro Biſgemede.

fol. 23. b.

Præterea aliam viam in puram & perpetuam elemoſinam eidem domui & Canonicis dedi & confirmavi, in latitudine duarum perticarum, per perticam *xviii.* pedum menſuratam, à boſco illius domus in longitudine ſe extendentem uſq; ad forenſe boſcum verſùs orientem juxta boſcum *Willielmi Danenſis*; & quantum terræ jacet inter Hanger & boſcum *Ricardi* de *Bellocampo*, ad viam & ad paſturam habendam, cum fovea ex parte boſci *Ricardi* de *Bellocampo* uſq; ad terram *Willielmi* de *Bretteville*; & à terra *Willielmi* de *Bretteville* aliam viam in latitudine *xviii.* pedum, ſe extendentem uſq; ad terram, quam eis in puram & perpetuam elemoſinam dedi & conceſſi; ſcil. *xxviii.* acras per perticam *xv.* pedum & dimi. menſuratas; & inter januam quæ fuit de parco à Colurie & le Bucſtall, juxta terram *Ricardi* de *Bellocampo* jacentes. Iſtam autem totalem viam à boſco prædictæ domus, uſq; ad terram ejuſdem domus, ſic ex pluribus viis collectam eidem domui in puram & perpetuam elemoſinam dedi & confirmavi, ut per eam

eam viam eant ad terram suam & redeant animalia, & animalia sua pascant in eadem via, & per illam viam animalia sua ad communia pascua per omne dominium meum ducant & reducant; ita tamen quod nullus hominum in mundo, sine permissu & voluntate Prioris & Canonicorum ejusdem domus ad hanc libertatem, vel aliam quamcunq; sibi vendicandam, viam prænominatam intrare possit.

Item concessi & confirmavi domui & Canonicis Bisgemede, terram quam *Willielmus* de *Bruttevile* sæpedictæ domui & Canonicis in perpetuam elemosinam dedit & concessit; scil. *xx.* acras per perticam *xviii.* pedum mensuratas; reddendo annuatim pro omnibus consuetudinibus, serviciis & exactionibus *Willielmo* de *Bruteville* & hæredibus suis unam libram piperis ad Pascha. Item concessi & confirmavi præfatæ domui & præfatis Canonicis, in puram & perpetuam elemosinam, terram quam *Adam* de *Chauton* tenuit de me in assarto de Ettune; scil. *xxxvi.* acras terræ arabilis per perticam *xviii.* pedum mensuratas, & unam acram prati in prato de Ettune; tenendas & habendas liberas & quietas ab omni servicio & exactione seculari, quas præfatus *Adam* dedit prædictæ domui & Canonicis in perpetuam elemosinam.

Concessi etiam memoratæ domui in molendinis de Ettune, primam molturam post illam quæ sursum fuerit inventa. Præterea concessi & confirmavi eisdem Canonicis cum omnibus meis liberis hominibus, omnem libertatem; scil. in pratis, in pascuis, in viis, in semitis, in aquis, in bosco, in plano & in omnibus communiis, & in omnibus locis de Ettune. Ut autem istæ donationes, concessiones, adquisitiones, quæ ad præsens in assarto meo de Ettune, aut alibi in feudo meo justè & rationabiliter adepti sunt, vel in futurum justis modis Dei voluntate adipisci poterint, firmiores, securiores, stabiliores sint, præsenti scripto & Sigilli mei appositione eas confirmavi. Hiis testibus *Nicholao* de *Bellocampo*, *Ricardo* Capellano de S. *Neoto*, *Willielmo* Capellano de Hapso, *Johanne* Capellano de Partenhale, *Ricardo* de *Bellocampo*, *Reginaldo* de *Baa* (&c.)

Carta ejusdem Hugonis *de decimis parci sui de* Ettune.

Ibid. OMnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis ad quos præsentes literæ pervenerint *Hugo* de *Bellocampo*, filius *Oliveri* salutem. Noverit universitas vestra, quod ego *Hugo* de *Bellocampo*, filius *Oliveri*, dedi & concessi Deo & S. *Mariæ* & loco de Bisgemede & fratribus ibidem Deo servientibus, omnes decimas parci mei de Ettune, quæ ad meam donationem pertinent, tam de bosco, quam de essartis in puram & perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ, & pro animabus patris & matris meæ, & omnium prædecessorum meorum, liberè, quietè & pacificè possidendas. Et ut hæc donatio & concessio rata in posterum & intacta remaneat, Sigilli mei impressione confirmavi. Hiis testibus *Ricardo* Capellano de Ettune, *Andrea* Capellano de Ettune, *Willielmo* Capellano *Thorold*, *Radulpho* persona de Colmoath (&c.)

Carta Isabellæ Pauncefot *de Manerio de* Blaysmoath.

lb. f. 63. a. OMnibus Christi fidelibus hoc scriptum visuris vel audituris, *Isabella Pauncefot* salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra, me in libera viduitate & ligea potestate mea, pro salute animæ meæ, antecessorum & successorũ meorũ, & omnium fidelium, dedisse, concessisse & præsenti Cartâ meâ confirmasse, Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Bisgemede, & Canonicis ibidem Deo servientibus & imperpetuum servituris, totum Manerium meum de Blaysmoath, cum omnibus pertinentiis suis, ut in campis, pratis, pascuis, pasturis, boscis, gardinis, planis, aquis, viis, semitis, sepibus, vivariis, stanguis, tostis & crostis; warrennis, libertatibus & liberis consuetudinibus, & homagiis liberorum & libere tenentium, & eorum serviciis, redditibus, wardis, releviis, escaetis, villenagiis, villanis cum sequelis eorundem, catallis & tenementis; & cum omnibus & singulis quæ michi vel hæredibus meis aliquo modo ratione vel casu de dicto Manerio, vel ejus pertinentiis accidere possent in perpetuum, sine aliquo retenemento mihi vel hæredibus meis: Habendum & tenendum prædictis Canonicis dictum Manerium in liberam & perpetuam elemosinam, solutam & quietam ab omni seculari servicio, sectis Curiæ, consuetudinibus & demandis, quæ à me vel hæredibus meis peti seu exigi possent imperpetuum; faciendo dominis feodi servicia indè debita & consueta. Et ego prædicta *Isabella* & hæredes mei dictum Manerium, cum homagiis &c. ut prædictum est, contra Christianos & *Judæos* & universos mortales warantizabimus & acquietabimus imperpetuum (&c.)

Carta dominarum de Stoktone *prædictam donationem de Manerio de* Blaysmoath *confirmans.*

lb. f. 63. b. OMnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis ad quos præsens Scriptum pervenerit, *Nicholaa*, *Margeria*, & *Beatrix*, dominæ de magna Stoktone, & filiæ *Matildis* de *Kuriel* salutem in domino sempiternam. Noveritis, quod cum domina *Isabella Pauncefot* dederit & Cartâ suâ confirmaverit Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Bisgemede, Priori & Canonicis ibidem Deo servientibus & in perpetuum servituris, Maneriũ suũ de Blaysmoath, cum hominibus & tenentibus & omnibus aliis pertinẽtiis suis; salvis dominis feodi serviciis & consuetudinibus inde eis debitis & consuetis, sicut in Carta ipsa, quam vidimus & plenariò intelleximus plenius continetur. Nos considerantes benevolentiam & affectum dominæ quondam *Matildis* de *Kuriel* matris nostræ, in dicta Ec-

clesia tumulatæ, quæ erga dictum locum & Canonicos habuit; ac idem manerium in sectis Curiæ & relevio pro uno feodo militis nobis teneatur ad remotionem cujusq; Prioris de Bissemede, & in aliis servicius diversis; pro salute animæ ejusdem matris nostræ & animarum nostrarum; & anima *Rogeri* de *Rollinges*, & antecessorum & successorum nostrorum, pro nobis & hæredibus, seu quibuscunq; assignatis & successoribus nostris, remisimus & quietum clamavimus prædictis Canonicis relevia prædicta & sectas prædictas eidem Priori & Canonicis imperpetuum (&c.) In cujus (&c.)

Bulla *Gregorii* Papæ.

Ex ipso autographo in bibl. Cottonian. Vide sis Regist. de Bissemede f. 17. a.

GRegorius *Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Priori Monasterii de* Bissemede *ejusq; fratribus, tam præsentibus quàm futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus, apostolicum convenit adesse præsidium, ne forte cuilibet temeritatis incursus, aut eos a proposito revocet, aut robur (quod absit) Sacræ religionis infringat. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & monasterium de* Bissemede, Lincolniensis *diœcesis, in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati* Petri, *& nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo Canonicus, qui secundum Deum, & beati* Augustini *regulam in eodem loco instituitus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur.*

Præterea quascunq; possessiones, quacunq; bona idem Monasterium in præsentiarum juste ac Canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisq; successoribus, & illibata permaneant: In quibus hæc, propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo præfatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis, terras, redditus, & feudum quoddam, ac alia in de Ettune, *& de* Wiboldestun *villis, à bonæ memoriæ* Hugone de Billocampo *fundatore Monasterii vestri, & Rogeri fratris ejus vobis intuitu pietatis collata. Decimas etiam quas habetis in villa de* Ettune; *terras, redditus & molendina aquatica & ad ventum; & omnia alia quæ in de* Crante, Latebir, *de* Stachesdene, *de* Burtune, *de* Canefold *de* Talentune, *& de* Ettune, *villis ex concessione* Henrici de Brayboc *vos propriis obtinere. Terras prata, piscaria, redditus & alia bona quæ habetis in territorio & villa de* Estitone: *unam virgatam terræ in territorio de* Overtone; *terras quas habetis in* Magna Stretune, *terras, prata, boscum, & alia quæ habetis in* parva Stretune; *pratum & alia quæ habetis in territorio villæ de* Clanfeld: *Terras, prata & alia quæ habetis in territorio villæ de* Bereford. *Redditus quatuor solidorum in villa de* Caldecote. *Terras redditus, ac alia bona in villa de* Trumpetone.

Redditus duodecim denariorum, & alia quæ habetis in villa de Pimtedone: *Terras, redditus, ac alia bona quæ habetis in territorio villæ de* Cratteford: *Redditus duorum solidorum, ac alia quæ habetis in villa de* Magnigle; *& redditus duorum solidorum, & alia bona quæ habetis in villa de* Wogerharg: *Terras & redditus ac alia bona quæ habetis in villa de* Raysho: *Terras, redditus ac alia bona quæ habetis in* parva Paston *&* Moulesthunt: *terras, redditus ac alia bona quæ habetis in villa & territorio de* Boltburst, *cum pratis, vineis, terris, nemoribus, usuagiis, & pascuis, in bosco & plano, in aquis & molendinis, in viis & semitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus suis.*

Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, sive de vestrorum animalium nutrimentis, nullus à vobis Decimas exigere, vel extorquere præsumat. Liceat quoq; vobis, Clericos vel laicos, liberos & absolutos è sæculo fugientes, ad conversionem recipere, & eos absq; contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum, post factam in monasterio vestro professionem, fas sit sine Prioris sui licentia, nisi artioris religionis obtentu, de eodem loco discedere; discedentem verò absq; communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clausis januis, exclusis Excommunicatis interdictis; non pulsatis Campanis, summissa voce dummodo causam non dederitis Interdicto, divina officia celebrare. Crisma verò oleum sanctum, consecrationes Altarium, seu basilicarum; ordinationes clericorum qui fuerint promovendi ad ordines, à diœcesano suscipietis Episcopo, siquidem catholicus fuerit, & gratiam & communionem sacrosanctæ Romanæ sedis habuit, & ea vobis voluerit sine prævitate aliqua exhibere.

Prohibemus insuper, ut infra fines parochiæ vestræ, nullus sine assensu diœcesani Episcopi & vestro, Capellam seu Oratorium de novo construere audeat, salvis privilegiis Pontificum Romanorum. Ad hæc, novas & indebitas exactiones ab Archiepiscopis, Archidiaconis, seu Decanis, aliisq; omnibus Ecclesiasticis, secularibusve personis, à vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoq; ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, aut etiam publicè usurarii, nullus obsistat; Salva tamen justitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas præterea & possessiones ad jus Ecclesiarum vestrarum spectantes, quæ à laicis detinentur, redimendi & legitimè liberandi de manibus eorundem, & ad Ecclesias ad quas pertinent revocandi, libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte verò te nunc ejusdem loci Priore, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surrepitionis astutia seu violentia præponatur; nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum major pars consilii sanioris, secundùm Deum & beati Augustini

regulam

regulam providerint eligendum. Pacem quoq; & tranquillitatem vestram paternâ in posterum sollicitudine providere volentes, auctoritate Apostolica prohibemus, ut infrà clausuras locorum seu Ecclesiarum vestrarum, nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temerè capere vel interficere, seu violentiam audeat exercere.

Praterea omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris, Romanis Pontificibus, Ordini vestro concessas; necnon & libertates & exemptiones secularium exactionum à Regibus & principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergò, ut nulli omnino hominum liceat, præfatum Monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integrà conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura; Salva sedis Apostolica auctoritate, & diocesani Episcopi canonica justitia, ac in prædictis decimis moderatione Concilii generalis. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona hanc constitutionis nostra paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiòve commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisq; sui careat dignitate, reamq; se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sanctissimo corpore & sanguine Dei, & Domini redemptoris nostri Jesu Christi *aliena fiat, atq; in extremo examine, districta subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, sit Pax Domini nostri* Jesu Christi, *quatenus & hic fructum bona actionis percipiant, & apud districtum Judicem, præmia æterna pacis inveniant.* Amen Amen.

Solebant hic venerari quendam Heremitam primum Fundatorem Domus.

Lel. Coll: vol. 1. P. 68. The Chapell, where sometime the Hermitage was serveth in stede of the paroch Churche.

PRIORATUS

de Bidlington, *in agro* Eboracensi;

Carta Fundationis ejusdem.

EGo *Walterus* de *Gant* notifico omnibus Sanctæ Ecclesiæ fidelibus, quod in Ecclesia Sanctæ *Mariæ* de *Bredlintona*, Canonicos regulares stabilivi, ex præcepto & consensu Regis *Henrici*, pro anima ejus, & pro animabus patris, & matris ejus; & pro animabus patris, & matris meæ, & anima mea, & amicorum meorum; Concedo igitur eidem Ecclesiæ, & servitoribus ejus, quicquid habui in eadem villa; videlicet, tresdecem Carucatas terræ cum Molendinis, quæ eidem terræ adjacent: terras quoq; illas quas homines mei dederunt ipsi Ecclesiæ concedo; videlicet *Willielmus Constabularius*, unam Carucatam terræ in **Besyngebi**; *Ferno* in eadem villa duas bovatas, *Machernus* in **Wibertrop** duas bovatas; *Radulphus Buch*, & *Gocelinus* filius ejus, in *Estuna* duas bovatas dederunt: *Radulphus* in *Grendala* dedit quatuor bovatas; *Gozo* in *Bucetona*, concessione, *Alani* filii sui, dedit quatuor bovatas: *Malgerus* in *Richetona* quatuor bovatas. Et insuper dedi eidem Ecclesiæ, & servitoribus suis Canonicis, Ecclesiam de **Coenham**, & aliam de **Witham**, & dimidiam Ecclesiæ de **Sutferebi**, & Ecclesiam de **Fivilai**, cum Molendino uno; & Ecclesiam de **Swaledala**, Ecclesiam quoq; de **Willerdebi**, & aliam de *Galmetona*, quas *Adelarus* venator dedit, concessu *Henrici* filii sui, concedo. Has omnes terras, & Ecclesias, cum terris quæ eis adjacent, concedo eis solutas & quietas ab omni *Geldo* & omnibus consuetudinibus, præter *Geldum* Regis; videlicet *Danegeldum*. His testibus *Turstino* Archiepiscopo, *Alano* de *Perci*, *Eustachio* filio *Johannis*, *Jordano Pagnel*, *Willielmo Constabulario*; *Lamberto Constabulario*; *Willielmo* de *Mundavilla*; *Radulpho* de *Novavilla*, *Willelmo* de *Perci*, *Radulpho* de *Grendala*, & *Radulpho* filio ejus, *Gocelino Buch*; *Malgero* de *Erghom*, *Wimundo* Capellano, *Richardo Pincerna* & *Girardo* fratre ejus; *Roberto* de *Rapest*, *Waltero* de *Calce*: Et superaddo etiam eis Ecclesiam de *Elthesdona*, cum eadem libertate quam in supradictis Ecclesiis habent.

Ex Registro de **Bidlington** penes *Will. Ingleby* Eq. Aur.

Confirmatio Gilberti *Comitis, de terris de dono* Walteri *de* Gaunt *Fundatoris; & donum ejusdem de* Burton, Belyngby, Hilderthorp, Willesthorp, Barton, & Forduna.

Gilbertus de *Gaunt* Comes *Lincolnia* omnibus hominibus suis *Francis*, & *Anglis*, & omnibus Ecclesiæ filiis, salutem. Notum sit vobis me concessisse & præsentis Cartæ testimonio confirmâsse Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de *Bredlingtona*, & Canonicis meis ibidem domino servientibus, in liberam & perpetuam elemosinam, omnes donationes quas pater meus, & homines sui fecerunt eidem Ecclesiæ, in Ecclesiis & terris, & tenuris, ita liberas, & quietas ab omnibus consuetudinibus, & Geldis, præter solum Danegeldum, sicut pater meus eidem Ecclesiæ concessit, & per Cartam suam confirmavit. Præterea donavi eisdem Canonicis meis, & præsentis Cartæ testimonio confirmavi, in liberam, & perpetuam elemosinam totam villam de Belyngbi, cum omnibus eidem villæ pertinentibus in Hilderthorpe, Willesthorp, & *Forduna*. Et in *Bartona* de una Carucata terræ quam *Lambertus* filius *Willelmi* tenet; & totam villam de *Spetona*, cum omnibus eidem villæ pertinentibus; & quicquid ego habeam in dominio meo in prato de Ravensliffe; & quicquid *Walterus* filius *Bertini*, & *Audenus* de *Hundemanbi*, homines mei in eodem prato habebant; & *Burtonum* cum omnibus pertinentiis suis, tam in dominiis meis, quam in servitiis illorum, qui in eadem villa tenebant de me; & Ecclesiam de Baemburch, & in eadem villa unam Carucatam terræ, & servitium *Hugonis Etcrop*, & *Johannis Camerarii*, & *Obbonis*, & *Johelis*, & *Walteri Brand*, & omnium aliorum ministrorum meorum, qui liberè de me, terras suas, tenebant. Has omnes terras, & tenuras dedi eis, & confirmavi cum omnibus suis pertinentiis, in terra arabili, & in pascuis, in pratis, & in mariscis, in aquis, & in Molendinis, in mari, & in piscariis, in viis, & in semitis, & in omnibus locis, & in omnibus rebus, ad eas pertinentibus, solutas, quietas, & liberas ab omnibus consuetudinibus, & Geldis, præter Danegeldum. Hiis testibus *Roberto* de *Gaunt* fratre meo, *Willielmo* filio *Walteri*; *Radulpho* de *Novavilla*, *Stephano* de *Farlintona*, *Galfrido* filio *Malgeri*, *Henrico* de *VVerdebi*, *Thoma Arbalistario*, *Thoma* filio *Petri*, *Roberto* filio *Constabularii*, *VVillielmo Luvet*, *Simone Capellano*, *Johanne Camerario*.

Lib. fol. 55.

Carta Gilberti *de* Gaunt, *Comitis* Linc. *de pastura ad quinquaginta oves in Campo d.* Hundemanbi.

Omnibus ad quos præsens scriptum pervenerit, *Gilbertus* de *Gaunt* Comes *Lincolnie*, salutem. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo, & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Bridlington, & Canonicis meis ibidem Deo servientibus, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, sufficientem pasturam ad quinquagentas oves in Campo de Hundemanbi, cum situ unius Bercariæ, in una parte campi, duas acras continenti, cum libero introitu, & exitu per terram meam in eodem campo. Hanc donationem feci Canonicis meis, prò anima mea, & omnium parentum meorum & hominum meorum, qui sunt mortui vel sunt morituri. Hiis Testibus (&c.)

Carta Regis Henrici *primi, plurimas Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Cart. 15. R. 2 n 26. per Inspex. Pat. 2. H 4. p. 1. m. 21. Pat. 1 H. 5. P. 4. m. 9.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen. *Henricus* Dei gratia Rex *Anglie*, Archiepiscopis Episcopis, Principibus, Baronibus, & universis fidelibus totius *Anglie* Clericis, & laicis, *Francis* & *Anglis*, tam præsentibus quam futuris salutem. Quoniam ad hoc à superna potestate regalis cellitudinem potestatis accepimus, ut in Ecclesia Dei potentiam nostram justè pariter & misericorditer exerceamus, vilum est nobis, ut non solum sub nostra tuitione & munimine ab infestantium malicia atq; calumpnia tueatur, verùm etiam ad suarum sustentationem necessitudinum nostri muneris liberalitate foveatur. Præcipuè verò illis hæc facere debemus, qui voluntariam subeuntes paupertatem sub regulari disciplina Domino militare decreverunt, ut secundùm Apostolum *ex nostra opulentia eorum supplcatur indigentia*, & nos eorum interventu in æterna recipiamur tabernacula. Damus itaq; & sub præsentis hujus Cartæ nostræ privilegio atq; attestatione confirmamus Ecclesiæ S. *Mariæ* de *Brellintona*, & Canonicis regularibus Domino ibidem servientibus, duas Carucatas terræ ex meo dominio, quarum una & dimidia est in Estona, dimidia verò in Hilderthorp, solutas & quietas ab omni geldo, & omnibus consuetudinibus. Cætera verò quæ a *VValtero* de *Gante* & a *Jordane Paganel*, vel ab aliis Baronibus & Vavasforibus meis data sunt prædictæ Ecclesiæ, & in hujus Cartæ nostræ pagina continentur, concedimus, atq; ejusdem Cartæ auctoritate confirmamus.

VValterus de *Ganto* dedit ipsi Ecclesiæ, tredecim carucatas terræ in *Brellingtona*, *Jordanus Paganel* dedit in eadem villa unam carucatam terræ pro anima *Geretrudis* uxoris suæ, dono & concessione *Stephani* de *Mainil* privigni sui. Homines *VValteri* de *Ganto* dederunt eidem Ecclesiæ concessione ipsius *VValteri*.... *VVillielmus Constabularius*, dedit unam carucatam in Basingeby. *Forno* dedit in eadem villa duas bovatas. *Macherius* dedit duas bovatas in Hilderthorp, *Radulphus Bught*, & *Gozelmus* filius ejus dederunt duas bovatas in *Estona*. *Radulphus* dedit quatuor bovatas in *Grendala*. *Goro* dedit quatuor bovatas in *Buchetona*. *Malgerus* dedit quatuor bovatas in *Richtona*. *Morcarus* dedit unam bovatam in *Beintona*, concessione *Roberti* de *Brus* domini sui. Item *VValterus* de *Ganto* dedit Ec-

Ecclesiam de Odenham, & aliam de Wilgham, & dimidiam Ecclesiam de Suthfleetby, & etiam de Fiueley, & Ecclesiam de Sudsdala. *Adelardus* autem venator dedit, concessione *Henrici* filii sui, & concessu *VValteri* Domini sui, Ecclesias de Willardeby & de *Galmetona*. *Stephanus* Comes de *Albamara* dedit Ecclesiam de *Bovintona*, *Willelmus* filius *Ngelli* dedit Ecclesiam de Flemeburh, & *Eustachius* filius *Johannis* concessit, & in dedicatione ipsius Ecclesiæ accrevit eidem Ecclesiæ unam bovatam terræ: Ecclesiam quoq; de *Cathima* dedit idem *Eustachius*. *Esterardus* filius *Petri Dapiferi* de *Hilderneffa* dedit Ecclesiam de Attingewitt. *Radulphus* de *Gosta* dedit Ecclesiam de *Spretelai*. Has omnes Ecclesias & terras dederunt prædicti Domini solutas & quietas ab omni geldo & consuetudinibus præter geldum meum, videlicet Danegeldum. Præterea concedo & confirmo escambium torforum quod fecerunt inter se Canonici & *Jordanus Paganel*. Adhuc *VVillelmus* de *Muion* & uxor ejus *Agnes*, dederunt Ecclesiam de *VVicheforda*.

Carta Regis Stephani *de Portu de* Brillintona.

Ibid. STephanus Rex *Angliæ* Comiti *Eboracensi* & ministris suis, salutem; Mando vobis quod permittatis Priorem de *Brillintona*, benè & in pace, tenere & habere portum suum de *Brillintona* sicut *VValterus* de *Gant* & *Gilbertus* pater suus illum melius tenuerunt aliquo tempore, ne super hoc fiat ei injuria vel contumelia. Et faciatis omnes ibidem applicantes justè habere pacem meam, ne aliquis eos injustè disturber, neq; infestet. T. *Richardo de Lucy* apud Rotefwarcam.

Carta Regis Henrici *secundi*.

HEnricus Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ* & Comes *Andeg.* Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Justiciariis, Baronibus Vicecomitibus, ministris & omnibus fidelibus suis totius *Angliæ*, *Franciæ* & *Anglicis* salutem. Sciatis me concessisse & confirmâsse Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de *Brellintona*, & Canonicis ibidem Deo servientibus in liberam & perpetuam eleemosinam duas carucatas terræ de dominio meo, quarum una & dimidia est in *Estona*; dimidia verò in Wildertorp solutas & quietas ab omni geldo, & omnibus consuetudinibus, sicut Carta Regis *Henrici* avi mei eis testatur & confirmat. Præterea concedo eis, & confirmo omnes donationes quæ eis rationabiliter factæ sunt; videlicet ex dono *VValteri* de *Gant* tredecim carucatas terræ in *Brellintona*, & Ecclesiam de Fiuelai, & Ecclesiam de Odenham, & Ecclesiam de Wilgham; & dimidiam Ecclesiam de Suthfleetby; & Ecclesiam de *Elbesdona*, & Ecclesiam de *Sudsdala*. Ex dono Comitis *Gilberti* de *Gant* totam villam de Hesingeby, cum omnibus eidem villæ pertinentibus. In Wilgham & Wynelesthorp, & *Fordona*, & cum servitio [illegible] *Willelmi* de una carucata terræ in [illegible] & tres carucatas terræ in *Sretona*, quas *VV*[illegible] filius *Lamberti* de eo tenuit, & in eadem villa servitium *Feciones* de tribus carucatis terræ & quicquid idem Comes *Gilbertus* habebat in dominio suo in prato de Wabenesse; & quicquid *Walterus* filius *Bertini*, & [illegible] *Hundemanneby* homines sui in eodem [illegible] habebant; & *Bartonam* cum omnibus pertinentiis suis, tam in dominiis Comitis *Gilberti*, quam in serviciis illorum qui in eadem villa tenebant. Et Ecclesiam de *Burgo*, & in eadem villa unam carucatam terræ & servitium totum Comitis *Gilberti*, qui terras de ipso tenebant; Scilicet *Johannis Camerarii*, & *Hugonis Estrop*, & *Ebbonis* & *Joel.* & *Walteri Brandi*, & omnium aliorum ministrorum prædicti Comitis, sicut Carta sua eis testatur & confirmat. Ex dono *Rogeri de Melbra* unam carrucatam terræ in Frestingetorp, & dimidiam carrucatam terræ in *Martona*. Ex dono *Roberti de Withella* unam carrucatam terræ in *Scineborna*. Ex dono *Willelmi de Percy* unam carrucatam terræ in *Newetona*. Ex dono *Willelmi* filii *Nigel* Ecclesiam de Flaueburg. Ex dono *Eustachii* filii *Johannis* Ecclesiam de Scalleby, & Ecclesiam de *Cutona*. Ex dono *Everardi de Ros*, Ecclesiam de Attingewic. Ex dono *Gaufredi Dispensatoris* Ecclesiam de *Bointona*. Ex dono *Athelardi* Venatoris, Ecclesiam de Willardeby & Ecclesiam de *Galmetona*. Ex dono *Radulphi de Gosta* Ecclesiam de Spretelai. Ex dono *Roberti de Percy* Ecclesiam de Berrendeby. Ex dono *Jordani Paganelli* unam carrucatam terræ in *Brellintona*. Ex dono *Radulphi Buec* duas bovatas terræ in *Estona*. Ex dono *Radulphi de Grandala* quatuor bovatas terræ in Buchetorp. Ex dono *Malgeri* quatuor bovatas in *Richetona*. Ex dono *Morcari* duas bovatas in *Bentona*. Ex dono *Willelmi de Morion*, Ecclesiam de *Wicheforda*. Ex dono *Willelmi de Oteringeham* Ecclesiam de Stetingeham. Ex dono *Alani de Moncell* duas bovatas terræ in *Winchetona*. Ex dono *Ernaldi* duas bovatas terræ in *Martona*. Ex dono *Radulphi de Gosta* quatuor bovatas terræ in *Gosta*. Ex dono alterius *Radulph.* de *Gosta* quatuor bovatas terræ in *Biforda*. Ex dono *Angerini de Trismarisco* unam carrucatam terræ in *Ledbrethonia*. Ex dono *Ansfrid de Tilemeburg* quatuor bovatas terræ in *Kilmerdeby*. Ex dono *VValteri*, de *Rutha*, duas bovatas terræ in *Rutha*. Quare volo (&c.) Testibus *R. Eboracensi* Archiepiscopo, *Hilario* Cicestrensi Episcopo, *Toma* Cancellario, *Johanne* Thesaurario *Eborum*, *Willelmo* fratre Regis, *Hugone Pigod* Comite de Norfolca, *Mangero Biset* dapifero, *Warino* filio *Gerardi* Camerario, *Eustachio* filio *Johannis*, *Richardo de Campevilli*, *Roberto de Dunestanvilla* & *Simone* filio *Willelmi*, apud Waltham.

Carta Johannis *filii* Johannis *de* Harpham *de medietate Ecclesiæ de* Twenge.

Ibid. OMnibus has litteras visuris vel audituris, *Johannes* filius *Johannis* de *Harpham* Salutem æternam in Domino. Noverit universitas vestra me concessisse & dedisse & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse, Deo & Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de *Brellirgtona*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, in liberam & puram & perpetuam elemosinam, medietatem Ecclesiæ omnium Sanctorum de Twenge, cum omnibus ad eandem medietatem pertinentibus, intra villam & extra villam, sine ullo retenemento, ita liberè & integrè, sicut aliquis miles liberiùs & integriùs viris religiosis Ecclesiam concedere vel dare potest, nichil de eadem medietate Ecclesiæ michi vel hæredibus meis retinens, nisi orationum suffragia. Et ut hæc mea donatio rata sit & stabilis, præsens scriptum sigilli mei munimine roboravi; His testibus *Mumaduco* de *Twenge*; *Gilberto* de *Atong*; *Roberto* de *Maynill*; *Willelmo* de *Twenge*; *Reinero* de *Beverlaco*; *Johanne* de *Oketona*; *Richardo* & *Willelmo* Capellanis; *Magistro Roberto* de *Brellirgtona*, *Gilliberto* de *Spetona*; *Ernaldo* de *Marton*; *Ernaldo* de *Bucketona*; *Luca Silver*, & multis aliis.

Carta R. *filii* Hermitii *de Ecclesia de* Gausla.

R filius *Hermitii*, omnibus Ecclesiæ filiis Salutem. Notum sit vobis me dedisse, & præsentis Cartæ testimonio confirmâsse in liberam & perpetuam elemosinam Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de *Berlintona* & Canonicis ibidem Deo servientibus Ecclesiam de *Gausla*, cum omnibus suis pertinentiis, pro redemptione animæ fratris mei, qui eam dederat eidem Ecclesiæ, & pro salute animæ meæ & omnium consanguineorum meorum, & amicorum. His testibus *Roberto* Presbitero de Sproteley; *Walcalino* Presbitero; *Ernaldo* Presbitero; *Adam* Diacono; Magistro *Alexandro*, *Milone* equite; *Willelmo* de *Wideford*; *Willelmo Haltain*; *Radulpho* de *Sproteley*; *Hereberto Morant Waltero Moin*; *Henrico* de *Berlintona*; *Serlone Talun*; *Reinaldo Pyschewer*; *Willelmo* Coco (&c.)

Carta Walteri *de* Ver *filii* Adæ *de* Gousle *de Ecclesia de* Sprottele.

Ibid. OMnibus hoc scriptum visuris vel audituris, *Walterus* de *Ver*, filius *Adæ* de *Gousle*, Salutem in Christo. Sciatis me concessisse & dedisse, & præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de Bellington, & Canonicis ibidem Deo servientibus, in liberam & puram & perpetuam, elemosinam, Ecclesiam Sancti *Swithini* de Sprottele cum omnibus ad eam pertinentibus intra villam & extra villam, sine ullo retenemento. Ita liberè & integrè sicut aliquis miles liberiùs & integriùs viris religiosis Ecclesiam concedere vel dare potest, nichil de eadem Ecclesia michi vel hæredibus meis retinens, nisi orationum suffragia. Quare volo (&c.) His testibus *Johanne* de *Sancta Cruce* Capellano Domini regis, *Benedicto* Capellano de Sprottele; Magistro *Roberto* de *Brellingtone* (&c.)

Carta Matildis *filiæ* Stephani *Consulis* Brittaniæ, *uxoris* Walteri *de* Gaunt.

THurstino Dei gratia *Eborum* Archiepiscopo, & omnibus Baronibus de Yuhmundshire, & omnibus fidelibus Sanctæ Dei Ecclesiæ *Matildis* filia Consulis *Stephani Brittaniæ*, uxor *Walteri* de *Gaunt* Salutem. Notum sit vobis me dedisse in elemosinam Canonicis S. *Mariæ* de *Bredlintona*, Ecclesiam S. *Andreæ* de Swaloale, cum Cranton, & omnibus sibi adiacentibus; consensu Domini mei *Walteri*, de maritagio meo; solutam & quietam ab omni terreno servitio, sicut rem Ecclesiæ. His Testibus *Wimundo* Capellano, *Willelmo Geroldi* filio, *Lamberto* Consitore, *Radulpho* de *Novavilla*, *Rachmari* filio *Gilberti*, & *Willelmo*, *Waltero* de *Grendal*, *Baldwino Gilberti* filio, *Malgero* de *Erghom*, *Odone*. Adhuc ex Cartulario de Bridlingtona. fol. 188.

Carta Roberti *de* Gaunt *Donationes patris & fratris sui confirmans.*

RObertus de *Gaunt*, filius *Walteri* de *Gaunt*, omnibus visuris vel audituris has literas, salutem. Sciatis me concessisse, & meâ Cartâ confirmâsse Ecclesiæ S. *Mariæ* de *Brelintona*, & Canonicis meis ibidem Deo servientibus, in liberam & perpetuam elemosinam, omnes concessiones, & donationes quas *Walterus* de *Gaunt* Pater meus, & *Gilbertus* de *Gaunt* Comes *Lincolniæ* frater meus, fecerunt eis in Ecclesiis, & terris, & tenuris, & omnibus pertinentiis earum, cum omnibus libertatibus, & liberis Consuetudinibus, sicut Cartæ eorum illis testantur, salvo servitio meo mihi, & hæredibus, de illis & hæredibus illorum. His Testibus *Ernisio* Priore de *Martona*, *Gilberto* Canonico de *Martona*, *Galfrido* Canonico de *Kirkham*, *Henrico* de *Gaunt* Dapifero meo, Magistro *Roberto Escrop*, *Roberto Constabulario*, *Waltero* de *Bovintona*, *Willelmo* de *Trop*, *Willelmo* de *Siwardebi*, & *Roberto* filio ejus, *Milgero* de *Ricthona*, *Adam* de *Bovintona*, *Willelmo* filio *Adelardi*, *Gilberto* de *Spetona*, *Willelmo* de *Flamburch*, & *Richardo* fratre ejus, *Henrico Silver*, & *Roberto* fratre ejus, *Willelmo* de *Bucktona*, *Malgero* de *Rudestane*, *Radulpho* de *Flameburch*, *Osberto* de *Siwardebi*. Ib. f. 156.

Quod

Quod Gilbertus *de* Gaunt *nutritus in Prioratu de* Bridlinton, *locum sepulturæ ibidem elegit.*

Gilbertus Cômes *Lincolniæ* omnibus Ecclesiæ filiis salutem; Notum sit vobis, quod ego pro redemptione peccatorum meorum, & pro peculiari dilectione quam semper habui erga Ecclesiam S. *Mariæ Bretlintoniæ*, mancipâti me ipsum eidem Ecclesiæ, ea videlicet ratione, ut ubicunq; vivendi finem fecero, in Monasterio *Bredlintonensi* locum Sepulturæ accipiam. Et si aliquando Deus Cor meum tetigerit, & oportunitatem dederit, ut relictâ seculari vanitate, in paupertate Deo servire decernam, in prædicto Monasterio habitum religionis accipiam, & in illorum consortio vitæ meæ spacia compleam inter quos, ab annis infantiæ, coalueram: Conveniens quippe mihi visum est, ut ubi in hunc mundum ingressus sum de ventre matris meæ, ibi de hoc mundo egrediar in matrem omnium; & per eorum exemplum, atq; doctrinam Christo merear in bonis operibus conformis fieri, per quorum ministerium Christum Baptismate indui: Quapropter noverit quisquis qui hæc audierit, quia mihi propriè officiosus, aut injuriosus erit, quisquis eidem Ecclesiæ utilis aut noxius fuerit. His Testibus *Gaufrido* fratre meo, *Waltero* Decano &c.

Carta Roberti *de* Gaunt.

Robertus de *Gaunt*, filius *Walteri* de *Gaunt*, omnibus Sanctæ Ecclesiæ filiis, Salutem. Notum sit vobis me concessisse & dedisse, & præsentis Cartæ testimonio confirmâsse, Ecclesiæ S. *Mariæ* de *Bridlintona*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, in liberam & perpetuam elemosinam, totam pasturam, & totum herbagium in Swadole, in longitudine, versùs occidentem ab Hertay usq; ad ulteriorem torrentem, qui vocatur Hawardesdalebec, & proximior est colli, qui dicitur Blaberg; & in latitudine à flumine *Swala*, sursum versùs Austrum, quantum terra mea durat; Salvis feris bestiis meis, & arboribus meis. Concessi etiam, & præsentis Cartæ testimonio confirmavi, in liberam, & perpetuam elemosinam, ut liceat eisdem in eadem pastura facere fenum, quantumcunque voluerint; & de Bosco meo, sine arborum succisione, sufficientem materiam ad faciendos Domos, & saldas duarum vaccariarum, quot opus habuerint; Et virgas sufficientes ad domos faciendas, in eisdem vaccariis; Quarum una vaccaria est apud Whallesheved, & altera apud Fruhlot; & de prædicto Bosco meo habebunt ad ardendum in eisdem vaccariis, quantum necesse fuerit: Habebunt etiam iidem Canonici ad prædictas vaccarias, quatuor Canes cum integris pedibus; duos ad unam, & duos ad alteram, solutos noctibus, & ligatos diebus; Qui, si inventi fuerunt soluti à prima hora diei usq; ad vesperum, Custodes eorum erunt in forisfacto Domini, & Canes in misericordia ejus. Quod si forte animalia Canonicorum terminos antefatæ pasturæ transierint, rationabiliter capienter & rationabiliter dimittentur, &c. Testibus *Henrico* de *Gaunt* Dapifero meo; Magistro *Roberto* le *Escrop*, *Roberto Constabulario*, *Willelmo* de *Torpe*, *Waltero* de *Bovington*, *Willelmo* de *Bucton*, *Willielmo* de *Siwardby*, & *Roberto* filio ejus, & *Gilberto* de *Speton*, & *Petro* filio ejus.

Bulla Innocentii *tertii Papæ.*

Innocentius Episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filiis Archidiaconis, Decanis, & *Eborum* officialibus, in quorum parochiis dilecti filiis Canonici de Bridlinton Ecclesias optinent, salutem, & Apostolicam benedictionem. Gravem, nec silentio transeundam, dilectorum filiorum Prioris, & Canonicorum de Bridlinton querelam accepimus, quod cum olim Archidiaconus *Richmundiæ* parochiam suam, visitationis gratiâ circumiret cum centum equis, minus tribus, viginti canibus & uno, tribus Avibus venatoriis, ad quandam Ecclesiam prædictorum Canonicorum accedens, tantum Domum istam, sumptu immoderato, gravârit, quod hora brevi dicitur consumpsisse quod toti familiæ, longo tempore sufficisset. Nos igitur tantæ immoderantiæ volentes, sicut convenit, obviare; universitati vestræ, per Apostolica Scripta, præcipiendo mandamus, districtiùs inhibentes, ne quis vestrum, de cætero, cum parochiam suam visitet, in procurationum exactatione, seu modis aliis, præterquam *Rateranensis* Concilii Statuta permittunt, Ecclesias, seu clericos, vel servientes prædictorum Canonicorum gravare præsumat; Si quis verò sententiam in Ecclesias ipsas, vel eorum Clericos, seu laicos propter hoc temerè promulgaverit, illam decernimus, autoritate Apostolica nulla tenus observandam.

Adhuc ex præfato Registro de Bridlington.

De Petraria de Fivele.

Omnibus Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit, *Radulphus* de *Nevill*, filius *Radulphi* de *Nevill*, salutem. Noveritis me dedisse, concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse, Deo & Ecclesiæ, & Canonicis de *Bridlintona*, petram in petraria de Fivele ad fabricam Monasterii sui, & officinarum suarum omnium, ubiq; illis habendam, & ad sumptus suos fodiendam, & capiendam, ubi, quantum, & quando voluerint. Et præterea concessi quod habeant largam, liberam, & rationabilem viam, super faleisiam; Petrariæ, per totam longitudinem dicti faleisii, & ubiq; scilicet, tam in loco, qui appellatur Le Holt, quàm alibi, ubi possunt Petram invenire, cum libero ingressu, & egressu ad carrectas suas, ad prædictam Petram cariandam. Et ego & hæredes mei prædictam Petrariam, cum rationabili via & aliis pertinentiis, prædi-

Adhuc ex Cartulario de Bridlington f. 59. b.

ctis Canonicis contra omnes homines warantizabimus imperpetuum, & defendemus. In cujus rei testimonium huicscripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, &c.

Videsis Confirmationes Donationum & Cartarum Priorum de Bridington; viz. Par. 5. E. 2. p. 6. m. 14. & 12.
Et Par. 2. H. 4. p. 1. m. 21.
Et Cart. 26 H. 6. n. 15.

Carta Procuratoris nobilis viri Johannis *de* Nevile *de* Grymesthorp.

Ex ipso auto grapho in Turri B. Mariæ Eboraci.

IN Dei nomine Amen. Coram vobis venerabilibus viris Dominis Abbate de Thornton super *Hambriam*, ac Priore de Elsham, *Lincolnienſis* Dioceſis, in cauſa apellationis infraſcriptæ, Judicibus ſub certa forma à ſede Apoſtolica deputatis in jure proponit Procurator nobilis viri *Johannis* de *Neville* Domini de Grymesthorp contra religioſos viros Priorem & Conventum de Bridlingtum, ordinis S. *Auguſtini*, *Eboracenſis* Dioceſis, Eccleſiam de Edenham *Lincolnienſis* Dioceſis in proprios uſus optinentes, & pro eis quemlibet legitimè intervenientem; Quod cum ipſi religioſi, ratione ſuæ Eccleſiæ de Edenham prædictæ, ipſum ſuper quibuſdam Decimis ad eos; ut dicebant, pertinentibus, primò coram Officiali *Lincoln'e*, autoritate ordinaria cognoſcente traxiſſent in cauſam; Tandem | cauſa hujuſmodi per appellationem ipſius *Johannis* ex certo gravamine interjecto, ad *Cantuarienſem* Curiam loci Metropolitani legitimè devoluta, Decanus Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Arcubus London.* generalis Auditor cauſarum dictæ Curiæ, finito ejuſdem appellationis articulo, ac appellatione prædictâ legitimè nunciatâ, perperam in principali cauſa procedens, contra dictum *Johannem* diffinitivam ſententiam promulgavit iniquam; à qua dictus *Johannes* ad Officialem dictæ Curiæ ad quem ab eodem auditore de antiqua approbata & hactenus pacificè obſervata conſuetudine appellabatur & appellatur, appellationem emiſit. Verùm quia dictus Officialis ejuſdem Curiæ ſententiam contra juſticiam confirmavit, eandem ad ſedem apoſtolicam legitimè appellavit *Johannes* ſupradictus. Quare petit dictus Procurator, nomine quo ſupra, probatis in hac parte probandis, ſeu quavis via juris detectis vel declaratis, hiis vel eorum aliquo quæ vel quod ſufficiant vel ſufficiat in hac parte pro appellatione prædicta, ad ſedem eandem interjecta, & juriſdictione veſtra in hac parte pronunciari, ipſamque appellationem juſtam & legitimam fuiſſe & eſſe ſententialiter declarari, necnon detectis dictarum ſententiarum Officialis & Decani, ipſas ſententias diffinitivas prædictorum Officialis & Decani, & quicquid ex eis vel ob eas eſt ſubſecutum infirmari, revocari, tractari, ſeu annullari, viribusque cavere diſcerni ulterius & ſtatuere in hac parte quod eſt juſtum addendi, mutandi, & in omnibus juris beneficio ſemper ſibi ſalvo.

PRIORATUS

S. Bartholomæi *in* Smithfelde, *in ſuburbio Civitatis* London.

Quis hanc eccleſiam ædificavit, & quanto tempore ei præfuerit.

HAnc igitur Eccleſiam in honorem beatiſſimi *Bartholomæi* Apoſtoli piæ memoriæ *Raherus* fundavit, & ibidem Deo ſervituros ſecundùm regulam ſanctiſſimi patris *Auguſtini* viros religioſos aggregavit; eiſdemque per viginti duos annos Prioris dignitate & officio functus præfuit. Liberalium artium ſcientiam minimè aſſecutus, ſed quia omni ſcientiæ ſupereminet, conſcientiæ puritate præditus; erga Deum devotione, erga fratres humilitate, erga hoſtes ſuos quadam benevolentia certabat: Cujus animi probata ſinceritas, mores honeſtate conſpicui, ſpectata in divinis ſedulitas, prudens in terrenis adminiſtrandis ſolicitudo laudi fuere. In conviviis ſobrius, hoſpitalitatis ſectator præcipuus, tribulationes miſerorum & neceſſitates pauperum oportunè admittens, patienter ſupportans, competenter expediens. In proſperis nequaquam elatus, in adverſis patiens; ſi quid ſiniſtri occurreret, ſub umbra patroni ſui, quem venerabatur, quem intimis viſceribus amplectebatur, ſedebat, cujus auxilio in omnibus periculis tutus erat. Subdito gregi cum omni humilitate prævidens, cum ſummâ diligentiâ, quæ neceſſaria erant, providens, augebat ſibi indies apud Deum & homines gratiam, loco reverenciam, amicis lætitiam, lividis pœnam, poſteris gloriam. Et talis quidem ejus vita poſt converſionem extitit. Qualis verò ante fuerit, & quo ordine hujus ſacratiſſimi templi fundamenta locaverit, paucis intimemus, ſicut nobis conteſtati ſunt qui eum videre, & ejus operibus & alloquiis interfuerunt; quorum quidam dormierunt in Chriſto, quidam adhuc ſuperſunt, & horum quæ dicturi ſumus, teſtes ſunt.

Ex codd. MS. in Bibl. *Cottoniana* ſub effigie *Veſpaſiani* b. 9 fol. 1.

Quam

Quam vitam ante conversionem suam egerit.

VIr iste, humili uriundos prosapiâ, ubi adolescentiæ florem attigit, domos nobilium, ædes Principum frequentare, ibi pulvillos sub omni cubito manus consuere, ludicris & adulationibus delinitos sibi in amicitiam ascíscere morem gerebat. Nec hiis contentus, Regale palacium crebriùs adire, inter tumultus curiæ tumultuosè se ingerere & suavitate joculari, pluriumq; volebat corda facilè sibi allicere. Ibi spectaculis, epulis, jocis, cæterisq; curialibus nugis totâ die intendere negotium ducebat. Et nunc quidem Regiis, nunc actritâ fronte optimatum sequelæ se ingerens, obsequium quod placeret eis sedulò impendebat, & si quid liberet petere, faciliùs impetrabat. Eo modo Regi, Magnatibusq; aulicis notus, familiaris & socius erat. Hoc vivendi genus inprimis elegerat, & in hiis juventutem suam exercebat. Sed inspector & miserator omnium Deus, qui à *Maria Magdalena* septem dæmonia ejecit, qui piscatori claves Regni cœlorum dedit, hunc etiam misericorditer ab errore viæ suæ convertit, & converso plurima virtutum munera adjecit; quoniam quæ stulta & infirma sunt mundi elegit Deus, ut confundat fortia.

Quomodo conversus, Romam *adierit.*

HIc ergo per Dei gratiam aliquando admissorum pœnitens, diesq; suos dimidiare proponens, ut plenam atq; perfectam omnium peccatorum consequeretur indulgentiam, sanctam decrevit *Romanam* adire curiam; cupiens in tam laborioso itinere dignos facere fructus pœnitentiæ. Qui habitum cœlitùs inspirati animi nequaquam desidiosâ mente in tempora & annos differens, sed conceptum pio desiderio bonum opus constanter exequens, iter aggressus est, & domino gressus ejus dirigente, incolumis, eo quo proposuerat, pervenit. Ubi ad martyria beatissimorum Apostolorum *Petri* & *Pauli* commissa deplorans, & delicta juventutis suæ & ignorancias ad memoriam reducens, remissionem eorum sibi à Domino tribui exorabat, de cætero nichil simile se acturum polliciens, sed hiis abrenunciatis, voluntati ejus devotè pariturum. Præclara illa duo cœli luminaria, duos viros misericordiæ, mediatores inter se & dominatorem universæ terræ constituit, quod videlicet à præteritis ineptiis caveret, & polliciris operam sedulus inpenderet.

Interea dum ibi moraretur, gravi valitudine fatigari cœpit, & doloribus suis paulatim augmenta capientibus, jam ad extrema ducebatur. Qui se pro commissis Deo nondum satisfeciisse timens, & iccirco in ultionem criminum, apud exteros ultimam sibi mortis horam imminere retractans, effudit tanquam aquam cor suum in conspectu Domini, & totus in lacrimas erumpens, votum etiam vovit, quod si sanitate adeptâ, ad patriam suam sibi redire liceret, ad pauperum recreationem Hospitale construeret, & pauperibus ibidem congregatis, necessaria, quoad posset, ministraret. Nec multò post, benignus & misericors Dominus, qui *Ezechiæ* lacrimas vidit, qui *Cananeæ* importunitatem pietatis suæ beneficio remuneravit, hunc quoque lacrimantem clementer respexit, & votum ejus, optatam salutem largiendo approbavit. Qui ab infirmitate convalescens, & sanus in brevi factus, ad propria remeare cœpit, votum quod fecerat, exacturus.

De visione, quam in itinere vidit; & de præcepto Apostoli.

CUmque cœptum iter conficeret, nocte quadam visionem vidit, terrore simul & dulcedine plenam. Cum enim post diurnos sudores membra quiete foveret, visum est ei ab animali quodam quatuor pedes & geminas alas habente in sullime deferri, & ab eodem in loco eminentissimo constitui? Qui cum ex tanta altitudine oculorum aciem ad ima deflecteret, horribilem sub se puteum esse deprehendit, cujus terribilis visio timorem simul & horrorem cernenti incuteret, profunditas verò omnem humanum frustraretur intuitum. Ipse ergo suorum sibi conscius scelerum, ratus se jam casurum in tam inmane præcipicium, ut sibi videbatur, inhorruit, & validos ex ore clamores emittere cœpit. Cui sic timenti & præ timore clamanti, vir quidam regiam majestatem vultu præferens, mitræ pulchritudinis & imperialis autoritatis affuit, & fixo in eum intuitu locutus est verba bona, verba consolatoria, ferens bonum nuncium, quasi in hæc verba loqueretur.

O homo (inquit) *quid & quantum obsequii illi inpenderes, qui tibi in tanto mortis discrimine opem ferret?* Cumque ad hæc responderet, se quicquid cordis, quicquid virium sibi esset ereptoris sui gratiæ diligentissime compensaturum, subjunxit. *Ego sum* (inquit) *Bartholomæus, Apostolus Jesu Christi, qui tibi in angustiis succurrere veni, & cœlestis tibi reserare secreta mysterii, Noveris enim me totius summæ* Trinitatis *voluntate & imperio, & communi cœlestis curiæ favore & consilio, in suburbio* Lundoniarum *apud* Smethfield *locum delegisse, ubi nomine meo fundabis Ecclesiam; eritque ibi Domus Dei, tabernaculum Agni, templum Spiritus sancti. Hanc domum spiritalem omnipotens Dominus inhabitabit, sanctificabit, glorificabit, & immaculatam in æternum conservabit. Eruntque oculi ejus aperti & aures ejus intentæ super Domum istam die ac nocte, ut petens accipiat, quærens inveniat, pulsans introeat. Omnis enim qui conversus & pœnitentiam agens in hoc loco oraverit, in cœlo exaudietur, quærens perfecto corde quacumque tribulatione auxilium, procul dubio consequetur; pulsantibus pio desiderio ad ostium sponsi, assistentes Angeli operient januam regni, suscipientes & Deo offerentes preces & vota fidelis populi. Confortetur ergo manus tua, & fiduciam habens in domino viriliter age; Nec de hujus ædificii impensis solicita mente*

quicquam dubites, tantummodò diligentiam adhibe, meum erit ad dirigendam & consummandam hujus operis fabricam sumptus necessarios providere, & ipsum locum Deo & mihi acceptum evidentissimis signorum indiciis prodere, teque indesinenter sub umbra alarum mearum protegere. Hujus operis te ministrum, me noveris esse Dominum. Tu diligenti utere ministerio, ego Domini & patroni fungar officio. In hæc verba visio illa disparuit.

Quid de visione apud se tractaverit.

EXpergefactus ille, ea quæ viderat sagaci mente volvere cœpit, & dubiam interdum fluctuanti animo habere sententiam, utrum videlicet pro fantastica illusione, quæ hominibus in somnis frequentiùs accidere solet, an pro cœlesti habenda essent oraculo, quo se satis indignum judicabat. Certabant in corde fidelis viri humilitas & timor, & incertum erat, cui magis credendum esset. Humilis enim latere volebat, nec se altiora præsumere: timidus formidabat Apostoli præcepta negligere, & negligendo, non humilis sed superbus districto summi Judicis teneri examine. Dignioribus ergò sententiis, & potiori allegatione instructus, timor triumphum obtinuit, & comitante se gratia prærogati beneficii, humilem erexit, pusillanimem confortavit, nutantem, stabili gradu cum felici proposito firmavit. Eo igitur docente interiùs, sicut credimus per suam unctionem, qui antea per nocturnam instruxerat visionem, statuit jussa perficere; præsertim cum sibi tantùm præceptum esset adhibere operam, præceptoris autem esset cætera, prout vellet, ordinare.

Sane per somnia multa divinæ voluntatis secreta ad hominum noticiam perveniſſe, in veteris ac novi testamenti serie non semel legimus, undè unum ex utroque producere testimonium sufficiat. *Daniel* sanctus, somnium Regis suo somnio discit, & interpretationem ejus, Deo revelante, cognoscit. *Joseph* justus, ne timeat accipere *Mariam* conjugem suam in somnis admonetur; & nunc instante persecutionis articulo in *Ægyptum* fugere; nunc defuncto persecutionis autore, *Judæam* redire, ab Angelo jubetur. Visiones itaque nocturnis temporibus factas, non semper deceptionis causam prætendere; sed aliquando cœlestis mysterii gravidas, & fide atque admiratione dignas credere. Hiis & multis sacræ Scripturæ autoritatibus edocemur; quarum perfectam habere discretionem, non humani reor ingenii, sed muneris est divini; ideo secundùm legem relinquamus igni.

Expositio ejusdem visionis.

CEterùm si requiratur quid pennati animalis visio, quid horribilis putei, quid hominis in superioribus locacio portenderit, quid super hiis sentiam, paucis absolvam. Animal, diabolum significâsse arbitror, qui in *Ezechiele* aquila grandis mysticè appellatur, tum propter dignitatem cœlestis naturæ, tum propter magnitudinem spiritualis nequitiæ. Qui & ibi magnarum alarum, & hîc etiam alas habuisse visus dicitur, eò quòd fastu elationis tumidus ad sullimiora nitens, Deo similis esse voluerit, hominemque fallaci promissione contra creatorem suum superbè erexerit, quo delicto maximo omne hominum genus attemptare, plures involvere, multos æterno igni secum addere, nullo tempore, nullâ horâ desistit. Quatuor ejus pedes vel quatuor ventos, de quibus agitur in *Zacharia*, vel quatuor temptacionum genera, quas enumerat Psalmista; vel quatuor vicia, de quibus *Johel* Propheta loquitur, dicens, *Residuum eruca comedit locusta, & residuum locusta comedit brucus, & residuum bruci comedit rubigo*, per erucam libidinem, per locustam inanem gloriam, per brucum ingluviem, per rubiginem iram significans & furorem.

Quatuor autem ventorum meminit *Zacharias* dicens, *Et levavi oculos meos & vidi, & ecce quatuor cornua. Et dixi ad Angelum qui loquebatur in me. Quid sunt hæc? Et dixit ad me, Hæc sunt cornua quæ ventilaverunt* Judam *&* Israel *&* Jerusalem. Hiis quatuor ventis quatuor animæ passiones figurantur; scilicet timor & tristicia, amor & leticia, quæ quietam mentis omnino dissipant, &

Nubila mens est
Vinctaque frenis
Hæc ubi regnant.

De quatuor temptacionum generibus ait *David* de justo loquens, *Non timebis à timore nocturno; à sagitta volante in die, à negocio perambulante in tenebris, ab incursu & dæmonio meridiano.* Prima temptacio est levis & occulta; secunda levis & aperta; Tercia gravis & occulta. Quarta gravis & aperta. Hiis atque prædictis modis tanquam pedibus suis, ille singularis humani generis inimicus terræ nos comprimit, & sibi subtratos sævis maliciæ suæ unguibus violenter astringit. Dehinc voluntariè sibi adhærentes, de vicio in vicium, de malis ad pejora prorumpere cogit, donec completis iniquitatibus suis, quasi ad summam totius impietatis artem evecti, Deo ulciscente in ima putei recidant, id est in profundissimum infernum miseri & omnium miserorum miserimi proruant.

Hac igitur visione significatum homini puto, ut multiplices callidi hostis laqueos prudenter adverteret, salubriter caveret, ne inmani præcipicio absortus miserabiliter periret. Sed quia non est hominis via ejus, nec viri est ut dirigat gressus suos, addita est supernæ miserationis consolacio, & data est non modica optinendæ virtutis occasio, ut eò propensiùs divinum promereretur auxilium, quo solicitiùs Apostolicum compleret imperium. Hæc sapientem virum per ea quæ sibi offensa sunt æstimo intellexisse, quæ se nequaquam latuisse, tam opere prodidit quam sermone.

Quomodo

Quomodo accepto favore regio & votum & præceptum impleverit.

IGitur emenso, quod restabat itineris, *Lundonias* venit, & à notis atque amicis suis cum multo gaudio susceptus est. Cum quibus tam ergo Baronibus *Lundonia* familiariter de hiis, quæ in corde suo versabantur, colloquens, quæ circa se gesta erant in via, enarravit, quidque super hiis agendum foret consuluit. A quibus responsum accepit, Nichil de hiis quæ volebat, Rege inconsulto, per se effici posse; præsertim quia locus divinitùs sibi ostensus, infra regium contineretur forum, de quo nec ipsis Principibus aut Præpositis propriâ autoritate aliquantulum liceret imminuere, nedum tam solemnibus obsequiis deputare. Quorum usus consilio, oportuno tempore ad Regem se contulit, & Episcopo præsente *Ricardo*, quem sibi fautorem anticipaverat; negocium suum efficaciter exposuit, & ut propositum suum effectui mancipare liceat, suppliciter implorat. E vestigio, ille in cujus manu erat, ad quod voluit cor regis inclinavit; nec inefficaces potuerunt esse preces, quarum auctor Apostolus, exauditor erat Deus.

Placuit ergo sermo iste in oculis Regis, & optimam viri voluntatem, prudenti ut erat pectore perpendens, regium favorem petenti tribuit, & autoritatem proposita exequendi benignè præbuit. Qui à regia majestate titulum optatæ possessionis nactus, lætus admodum & nichil curæ aut diligenciæ omittens, geminum pietatis opus extruere cœpit; unum pro voto quod fecerat; alterum sicut ei præcepto indictum fuerat. Cum igitur res prosperè succederent, & juxta verbum Apostoli omnia necessaria ad manum cónfluerent, Ecclesiam decenti lapideo tabulatu, hospitalem verò domum paulò longius ab Ecclesia semotam instanter ædificare cœpit. Fundata est autem Ecclesia, sicut accepimus à senioribus nostris, mense *Marcio*, in nomine Domini nostri *Jesu Christi*, in memoria beatissimi *Bartholomæi* Apostoli, anno ab incarnatione ipsius domini salvatoris nostri 1123. *Millesimo centesimo vigesimo tercio*, summi pontificatus arcem regente sanctissimo Papa, *Calixto* secundo, Ecclesiæ verò Anglicanæ præsidente *Willelmo Cantuariensi* archiepiscopo, *Ricardo* quoque *Lundoniensi* Episcopo, qui debito jure locum ipsum orientalis partis prædicti campi sanctificavit, & Episcopali autoritate dedicavit, breve tunc admodum cimiterium. Regnante juniore filio *Willelmi* nothi primi Regis *Anglorum*, ex aquilonaribus, *Henrico* primo anno *xxxx.* & circiter tercium regni ejus. Ad laudem & gloriam summæ & individuæ *Trinitatis*, ipsi benedictio, & gratiarum actio, honor & imperium per omnia sæcula seculorum Amen.

Quid de hoc loco Regi Edwardo *revelatum sit.*

HIc silere nequaquam debemus, quod majorum nostrorum relatione comperimus divinitùs ostensum, hunc orationis locum longè ante id temporis glorioso regi *Edwardo Confessori*, filio *Etheldredi* Regis, fratris Sancti *Edwardi* martyris, de quo multa bona ferunt suis declaranda temporibus audisse. Hic enim Rex beatissimus, cum multiplici virtutum decore in Ecclesia Dei emineret; & sicut liber gestorum ejus tradit, cum religiosus & spiritu prophetiæ plenus clareret, remota quasi præsentia, & futura tanquam existentia, oculis suæ mentis, per Spiritum sanctum illuminatas intuebatur. Qui nocte quadam, oculis ejus somnum capientibus, corde ad Deum vigilante, divino oraculo ad se facto, de hoc loco præmonitus est, quod eum Deus elegisset ut nomen suum ibi poneret, & celebrem ac venerandum Christiano populo exhiberet. Undè idem sanctissimus Rex manè consurgens, locum, quem sibi monstraverat Deus, adiit, & astantibus visionem sibi nocte factam exposuit, quòd locus iste magnus coram Deo & omni populo esset futurus prædixit. Cujus præclara vaticinia quanto fuerint veritatis robore subnixa, rerum semper exitus approbavit, & hic luce clariùs intueri quilibet fidelis poterit.

Quid tres viri de Græcia *de hoc loco prædixerunt.*

FErebatur eciam quod tres viri de *Gracia*, nobili prosapiâ oriundi, de terrâ & cognatione suâ egressi, & sanctæ peregrinacionis laborem pro Domino aggressi, cum multa Sanctorum patrocinia multis terrarum locis circueundo devotis mentibus implorâssent, emenso mari *Arglam* intraverint, cupientes Sanctorum corpora ibi quiescentium visitare, & eorum se meritis & precibus in extremo tueri examine: Qui venientes *Lundonias* hunc locum adierunt, & ibidem terræ prostrati Deum adoraverunt, & ante eos qui simul aderant, & ipsos tanquam simplices & idiotas intuebantur, mira quædam de hoc loco vaticinari cœperunt. *Ne miremini* (dicentes) *nos hic adorare Deum, ubi gratissimum sibi templum ædificabit altissimus Creator omnium, & ejus fama pertinget à solis ortu usque ad occasum.*

De loci emundacione.

LOcus autem iste ante sui emundationem nullius boni spem præferens, inmundus nimis erat, & ad instar paludis cœno & lutulenta aqua penè omni tempore habundabat. Quod verò aquis supererat, latronum suspendio & cæterorum cruciatui, qui judiciali autoritate damnati erant, deputabatur. Cum autem *Raherus* ad purgationem hujus loci studium

& sacro ædificio manum apponere decrevisset, non ignorans astucias *Sathanæ* factus est insipiens quia coactus, & exteriùs prætendens speciem idiotæ, animi sui secretum cœpit aliquandiu occultare, & eo sapientiùs agere quo occultiùs. Denique puerorum atque servorum consorcia mirâ sibi arte lusoriâ conciliabat, & eorum usus adjutorio, lapides & alia ædificio profutura facillimè aggregabat. Ludebat & ipse, qui & vilior de die in diem fiebat in oculis suis, tantùm ut Apostolo Christi placeret, cui se probavit. Cujus gratiâ adjutus, paratis hiis quæ necessaria videbantur, immensam fabricam erexit, & jam non insipiens quod putabatur, verè sapiens quod occultabatur, palam esse & dici cœpit.

Hinc mirum in modum Spiritu sancto confortatus & scientiâ veritatis imbutus, per Ecclesias Dei fiducialiter verbum Dei loquebatur, & tam clericorum quàm laicorum multitudinem ad sectanda ea, quæ caritatis & elemosinarum sunt, constanter exhortabatur. Ubi eo modo sermonem suum circumferebat, ut nunc ingerendo læta, omnes sibi applaudere; & incontinenti tristitia, omnes penè in suspiria & lacrimas cogeret. Ipse autem eodem vultu & animo perseverans, sanam doctrinam, & eum, qui secundùm Deum est, fidelem sermonem depromebat, & in docendo irreprehensibilis erat, ea quidem docens quæ Spiritus sanctus per Apostolos & Apostolicos expositores Ecclesiæ suæ immobiliter tenenda tradiderat. Præterea concordabat vita cum lingua, actio cum sermone; & sic in sacrificio Dei os turturis ad ascellas retorquebat, ne aliis prædicans, ipse reprobus inveniretur.

Hinc vehemens stupor apprehendit omnes, & de novitate surgentis fabricæ & de novi operis fundatore. Quis enim crederet ipsum locum tam repentinâ mundatione purgandum? & ibi adorandæ Crucis erigi insignia, ubi aliquando stabant horrenda latronum suspendia? Quis non stuperet ibi unicum pietatis construi ædificium, quod tutum esset ad se confugientibus asilum, ubi quondam communis officina damnatorum & generalis indicta erat pœna miserorum? Quis non admiraretur ibi dominici corporis & sacrosancti sanguinis frequentari mysterium, ubi noxiorum ante fundebatur sanguis hominum? Cujus cor facilè susciperet hujusmodi hominem, nec superbi sanguinis generositate conspicuum, nec humanarum aut divinarum scientia litterarum satis præditum, tam egregium atque magnificum opus tam prudenter incipere, & incœptum tam fœlici progressu de die in diem proficere? Hæc est mutatio dexteræ excelsi. Tua sunt hæc, Christe, opera, qui excellenti virtute & singulari pietate de immundis munda facis, infirma mundi eligis ut confundas fortia, & vocas ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt, qui Golgotha locum publicæ abhominationis Sanctuarium fecisti orationis, & solemne signum devotionis.

De simultatibus adversariæ partis, & privilegiis Ecclesiæ.

PRocedente itaque tempore, Clerici sub regulari institutione victuri, ibidem in brevi adunati sunt, *Rahero* Prioratus officium & curam optinente, & necessaria illis non quidem ex certis redditibus, sed ex fidelium oblationibus habundanter administrante. Nec diu ecce timor quem timebat evenit ei, & quod verebatur accidit ei, factusque est aliis odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem. Quidam enim dicebant, quia seductor est. Quia ergò in sagena magni piscatoris mali pisces bonis admixti sunt ante horam ultimæ discretionis: domestici ejus facti sunt inimici ejus, & insurrexerunt contra eum viri iniqui, sed mentita est iniquitas sibi. Igitur stimulante invidiâ, plures clam multi etiam palam in virum Dei sævire, & loco ipsique loci Prælato derogare non cessabant, calumnias inferre, minis terrere, bona quæ poterant eripere, urgere nequiciis, fatigare injuriis, lacescere opprobriis, simulatis circumvenire amiciciis.

Horum quidam in tam audacem insaniam & insanam proruperunt audaciam, ut iniquæ conspirationis fœdus secum inirent, quo statuto die & loco virum dei dolo & astucia circumventum ad consilium suum ascirent, & præsentem e vestigio vitæ subducerent, sicque memoriam ejus omnino de terra delerent. Sed non est sapientia, non est sciencia, non est consilium ante Dominum, in quo ipse jactabat cogitatum suum, & ipsum cum Apostolo suo ponebat brachium suum. Qui ergo erat spes ejus, factus est fortitudo ejus, & pro eo expugnavit inimicos ejus. Interea cum dies innocentis exicio deputata expectatur, quidam eorum tantæ impietatis particeps & conscius exhorrescens inauditum facinus, ante horam imminentis periculi, servo Dei totius ex ordine patefecit summam consilii. Ille ad hæc Deo & patrono suo gratias egit, quod eum nec secreta inimicorum suorum latuerint, & beneficio pietatis suæ mortem sibi paratam evaserit.

Hiis atque hujusmodi causis emergentibus, iteratò regem adiit, quomodo fallis contumeliis deformatus sit, quidque erupcio fastidiosa temptaverit, lamentabili conquestione prosecutus est; & ut personam suam locumque regali munificencia sibi præstitum tueri dignaretur precatus est. Suggessit etiam illi, quod nullam a Deo mercedem expectet, qui bonum opus inchoaverit & cœptum debito fine non consummaverit. Undè pro viscеribus misericordiæ Christi de quibus confidebat, pro dignitate qua pollebat, proposestate qua eminebat, desolatis sinum pietatis aperiret, Deum in servis suis honoraret, oblatrantem perfidorum insaniam choerceret, sicque bonis iniciis meliores subjungens exitus, Domum sibi æternam construeret in cœlis, dum domum Dei veneraretur in terris. Rex itaque prudenciam viri constanciamque admiratus, justis & necessariis petitionibus se annuere respondit, & quod deinceps tutor ac defen-

sor

sor sui suorumque foret spopondit. Igitur Ecclesiam cum omnibus pertinentiis suis eisdem libertatibus quibus & Coronam suam vel aliquam Ecclesiam, quæ in tota *Anglia* magis libera est donavit, consuetudinesque relaxavit; & ab omni terrena servitute, potestate, subjectione immunem esse decrevit, acerrimamque in malignantes sententiam dictavit.

Hæc & multa alia libertatum insignia Priori & sub eo militantibus & præfatæ Ecclesiæ concessit, & Cartâ suâ cum sigillo confirmavit; adjurans etiam omnes hæredes & successores suos in nomine Sanctæ *Trinitatis*, ut hunc sacrum locum regia autoritate manutenerent & defenderent, & libertates à se concessas concederent & confirmarent. Tali munitus privilegio à facie Regis lætus egreditur. Et veniens ad suos quid à regia majestate consecutus sit aliis insinuat, ut sibi congratulentur, aliis ut terreantur. Proposuerat etiam idem vir venerabilis apud sedem Apostolicam, calamitatum suarum querelam deponere, & divina opitulante gratia, ab eadem scripta sibi & posteris profutura referre. Sed variis hinc & inde suborientibus impedimentis, tandemque impendente mortis articulo, quod voluit, implere non potuit, sicque solius bonæ voluntatis laudem promeruit.

Post cujus decessum tres de eadem congregacione viri, quorum memoria in benedictione sit, singuli singulos *Romanæ* sedis præsules adierunt, & tribus inde relatis trium pontificum, videlicet & Sanctorum *Anastasii*, *Adriani*, *Alexandri* privilegiis, Ecclesiam ipsum hac triplici dote insignem & tanquam inpenetrabili scuto contra omnes hostiles impetus muniram reddiderunt. Ecce beatissimi Regis & Confessoris *Edwardi* prophecia tanto ante tempore de hoc loco prædicta, jam nunc ex magna parte cernitur impleta. Ecce enim multiplici decore præfulget hæc sacrosancta & Deo dilecta Ecclesia supernо prædicta & fundata oraculo, plurimis clarissimorum virorum privilegiis sullimata, atque ad cumulum laudis & gloriæ, multis Sanctorum Reliquiis dotata & frequentissimis celestium virtutum signis decorata.

Cart. 6. R. 2. n. 7. per Inspex: Vide Pat. 11. E. 2. p. 2. m. 7. Et Pat. 5. E. 4. p. 3. m. 15. Et Pat. 2. H. 6. p. 1. m. 4. Et Pat. 7. H. 5. m. 19.

HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, Dux *Normanniæ*, *Aquitanniæ*, & Comes *Andeg.* Archiepiscopis (&c.) Salutem. Sciatis nos, pro salute animæ nostræ & animarum Antecessorum & hæredum nostrorum, concessisse, & hac Cartâ nostrâ confirmâsse dilectis nobis in Christo Priori & Canonicis Ecclesiæ S. *Bartholomæi* de **Smethefelde**, in suburbio *Londoniarum*, omnes donationes & concessiones subscriptas; videlicet ex dono *Henrici* Regis *Angliæ* primi, locum de **Smethefelde** in quo prædicta Ecclesia S. *Bartholomæi* fundata est, cum Hospitali pauperum ejusdem Ecclesiæ. Ex dono ejusdem *Henrici* Regis Ecclesiam Sancti *Nicholai* de *Parva* **Cernemuthe**, cum aliis Ecclesiis & Capellis in **Ludvngeland**. Ex dono *Rogeri* quondam *Sarum* Episcopi Ecclesiam S. *Sepulchri* de ballio *London.* cum pertinentiis suis, infra Burgum & extra.

Ex dono *Hugonis Bussell* medietatem Ecclesiæ de **Pentemor**. Ex dono *Willielmi* filii *Milonis* aliam medietatem ejusdem Ecclesiæ. Ex dono *Roberti* de *Rauns* Capellam sancti *Bartholomæi* de **Tidulvestre**. Ex dono *Rogeri* de *Rauns* Ecclesiam Sancti *Laurencii* de **Stanmere**. Ex dono *Willielmi* de *Bosco* Ecclesiam de **Tepdene**. Ex dono Comitis *Willielmi* de *Mandevill* medietatem Ecclesiæ de **Daingbere**. Ex dono *Gaufridi* filii *Ailwini* medietatem Ecclesiæ de **Wennaketton**. Ex dono *Willielmi* de *Rauns* Ecclesiam de **Bradefeld**. Ex dono *Radulphi Trihet* Ecclesiam S. *Martini* de *Pomerio*. Ex dono *G.* quondam Episcopi *London.* Ecclesiam Sancti *Michaelis*, de **Bassingeshagh**.

Præterea concedimus & hac Cartâ nostrâ confirmavimus eisdem Priori & Canonicis, quod habeant & teneant omnes donationes & concessiones subscriptas; videlicet omnes terras & redditus cum pertinentiis, quos habent in villa de **Heldone** de feodo *Radulphi* de *Berners*; & omnes terras & redditus cum pertinentiis quos habent in **Toulvestre** de feodo *Willielmi* quondam Comitis *Sarum*, & omnes terras & redditus, cum pertinentiis quos habent in parva **Stanmere** & **Bradefeud** de feodo & dono *Willielmi* de *Rauns*; & omnes terras & redditus cum pertinentiis quos habent in villa de *Shenle*, de dono & feodo *Adæ* filii & hæredis *Elæ* de *Somery*, & *Saeri* filii *Henrici*; & omnes terras & redditus cum pertinenciis, quos habent in villa de **Pentemore** de feodo *Radulphi* le *Poer*, & *Walteri* filii *Hugonis Bussell*, *Nicholai* le *Dun* & *Ricardi* de *Idebury*, & omnes terras & redditus cum pertinentiis quos habent in **Langelege** de feodo *Roberti* filii *Rogeri*, & *Johannis* filii *Roberti*, in manerio de **Clavering**.

Et omnes terras & redditus, cum pertinentiis quos habent in villa de **Tywing**, de dono *Alexandri* de *Swereford* quondam Thesaurarii S. *Pauli London.* de feodo *Godefridi* de **Tywing**, filii *Ricardi* de **Tywing**, & *Johannis* filii *Johannis*, filii *Vitalis*, cum advocatione Ecclesiæ ejusdem villæ; & omnes terras & redditus, cum pertinentiis, quos habent in villa de **Hertford**, **Amewell**, & **Lockeleg** ex dono prædicti *Alexandri* de *Swerford*; & omnes terras & redditus cum pertinentiis quos habent in villa de **Shortegrave** de feodo *Henrici* de *Merk*, & *Willielmi* de *Verdun*. Quare volumus & firmiter præcipimus pro nobis & hæredibus nostris, quod prædicti Prior & Canonici & eorum successores imperpetuum habeant & teneant omnes terras & tenementa prædicta cum Ecclesiis, & Capellis, & advocationibus earundem; & cum omnibus aliis pertinentiis suis, benè & in pace liberè & quietè cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus ad omnia prædicta pertinentibus: Et quod domus *Hospitalis* S. *Bartholomæi* de **Smethefelde** supradicti, & omnia quæ ad ipsam domum pertinent sint in dispositione, ordinatione, & subjectione prædicti Prioris & Canonicorum S. *Bartholomæi*, sicut Cartæ domini *Johannis* Regis patris nostri, & *Henrici*

Regis primi; & sicut Cartæ prædictorum donatorum & concessorum, quas super præmissis donationibus & concessionibus habent, plenius & rationabiliter testantur. Hiis testibus, venerabili patre *A. Winton.* electo, *Bertramo* de *Criol* (&c.) Dat. per manum nostram apud *Winton. xv.* die *Junii* Anno regni nostri *xxxvi.*

WART REIENSE

Cœnobium in agro Eboracensi.

De prima Fundatione ejusdem, & de successione Priorum,

Ex Registro de Wartre penès *Thomam Widdrington* Eq. aur. fol. 57. a.

MEmorandum quod domus *Wartria* fundata fuit à *Galfrido Trusbut* Anno Domini *M. C. xxxii.* tempore Regis *Henrici* filii *Wilhelmi* Conquestoris, videlicet anno regni sui *xxxii.* cui in fundatione tantummodo contulit Ecclesiam de *Wartria* cum *xi.* bovatis terræ in campo ejusdem villæ. Quam quidem Domum confirmavit *Innocentius* Papa 2.

Hujus domus fuerunt Rectores isti, *Joseph* Prior 1. *Radulphus* Prior 2. *Ricardus* Abbas 1. Yvo Abbas 2. & ultimus *Nicholaus* Prior 3. *Richardus* Prior 4. *Thomas* Prior 5. rexit *vi.* annis. & cessit. *Randulphus* Prior 6. rexit 6. annis. *Johannes Lestyngham* Prior 7. rexit dimidio Anni, & *vi.* mensibus. *Johannes* de *Dunelmia* Prior 8. rexit *xiii.* annis & cessit. *Robertus* de *Lunde* Prior 9. rexit *xv.* annis & cessit. Iste *Robertus* de *Lunde*, qui nundinas *Wartriæ* in festo sancti *Jacobi* impetraverat, relictâ suo successori magnâ habundantiâ mobilium atque pecuniæ; postquam dominus *Petrus* de *Ros* boves suos deprædaverat, in pastura jacente inter **Westbek**, & **Westres**, sponte de Prioratu relaxatus est post autumpnum; & ei successit in regimine ejusdem domus *Johannes Qweldreke* 10. Prior, qui rexit *xvi.* annis & postea cessit. Iste *Johannes Queldreke* Prior 10. & Conventus de *Wartria* eo tempore jus patronatus trium Ecclesiarum, videlicet Ecclesiæ de **Lunde**; Ecclesiæ de **Burnhom**, & Ecclesiæ de **Qweldreke**, quod longo tempore transacto optinuerant, posuerunt se in ordinatione *Walteri Gyffarde* Archiepiscopi Eboracensis. Qui cum quæsisset ab eis quam Ecclesiam de illis tribus mallent habere, & illi respondissent, quod Ecclesiam de **Lunde** libentiùs acciperent, ipse eandem Ecclesiam eis appropriavit; præcepitque eis conferre sibi & successoribus suis patronatus duarum aliarum Ecclesiarum prænominatarum; quod & fecerunt sine aliqua mora per Cartam sigillo suo communi signatam.

Iste *Johannes Qweldreke* Prior *Wartriæ*, emit campum qui vocatur **Gylfeld** à *Johanne* de *Skyryn*, cum communi pastura in tribus stagnis adjacentibus anno Domini *M. CC. lxxi.* A.D. 1271. Item tempore ejusdem *Johannis Qweldreke* facta est annexio Hospitalis Sancti *Ægidii Beverlaci*, Abbaciæ de *Wartria*, nonas *Decembris* per venerabilem patrem *Walterum Giffarde Eboracensem* Archiepiscopum, anno Domini *M. CC. lxxviii.* Tunc idem Prior *Wartriæ Johannes Qweldreke*, & ejusdem loci Conventus dederunt Manerium suum de **Langwath**, cum silva illius quod paulò ante emerant de Abbate *vallis regalis*, id est de **Dernhalle** pro quingentis marcis, eidem *Waltero Giffarde* Archiepiscopo & successoribus suis pro illa unione, sicut priùs conditum fuerat inter eundem Archiepiscopum & Priorem *Wartriæ*; verumptamen mentio doni in Carta tantummodo facta fuit ad Decanum & Capitulum Ecclesiæ *Eboracensis.* Hospitale S. Ægidii Beverlaci. Vide Cart. 14. E. 1. n. 39.

Anno Domini *M. CC. lxxxi.* absolutus est ab officio Prioratus *Johannes Qweldreke*, & ei successit in regimine *Johannes* de *Thorpe* Prior 11. qui emit Manerium cum campo de **Bagothy** ab *Hugone* de **Billiburgh**, in quo est fons cum aquæ-ductu juxta terram, quæ extenditur à **Westres** usque ad **Westbeke**, quam dedit *Asketellus Rider* Priori & Conventui de *Wartria*, anno Domini *M. CC. lxxxviii.* Iste *Johannes Thorpe* Prior 11. emit capitale Messuagium ejusdem villæ cum *xxviii.* bovatis terræ in campo illius de Domino *Willielmi* de *Ros* filio *Roberti*; & quicquid habuit in villa seu in campo *Wartriæ*, excepto dominio feodi militaris & Religiosorum; Reddendo annuatim prædicto Domino & hæredibus suis *xx. l.* prosequente negotium perpetrationis illius in Curiâ Regis, *Ricardo Welweke* Cellerario ejusdem domus.

Anno Domini *M. CCC. ix.* iste *Johannes Thorp*, qui in Prioratu *Wartriæ* per *xxxiii.* annos præfuerat, sponte cessit, Cui *Ricardus* de *Welwyk*, Canonicus ejusdem domus in eodem officio successit. Iste *Ricardus Welwyk* Prior 12. in primo anno Prioratus sui patronatus Ecclesiæ de **Bartun** in **Westmerland** collatus fuit Prioratui de *Wartria* per Dominum *Johannem* de *Lancastria*; & postea dominus *Johannes* de *Lancastria* apud *Karlsolum* appropriavit Ecclesiam prædictam domui *Wartriæ*. Hiis temporibus nundinæ, quæ apud *Wartriam* exiterant à tempore *Roberti* de *Lunde*, Prioris *Wartriæ*, prohibitæ sunt per dominum Regem *Edwardum Carnarvon* & cunctos Majores Regni in *Eboraco*, sub pœna amissionis omnium bonorum ibi inventorum, propter crebras verberationes atque occisiones hominum in eis factas. Anno Domini *M. CCC. xxvi.* Manerium de **Holthorp** emptum fuit à Domino *Johanne Bartun* per *Ricardum Wellwyk* Priorem *Wartriæ*. Iste *Ricardus Wellwyk* stetit in Prioratu suo *xl. vii.* annis & cessit præ nimia senectute. Tunc electus fuit in Priorem Domus *Wartriæ Robertus Balne*; & iste fuit Prior 13. & rexit *iii.* annis, & cessit. Tunc electus fuit in Priorem *Willielmus Ferryby* Prior 14. Iste emit dominium gillæ de **Gildhousdale** cum omnibus pertinentiis à Domino *Johanne Bentley*, Rectore Ecclesiæ de **Schefflde**

Scheffelde in Comitatu *Cancie*, & multa alia bona fecit in Prioratu suo, & cum rexisset *xvi.* annis obiit; & electus est in Priorem *Henricus Holme.* Iste fuit Prior 15. & cum rexisset tribus annis obiit. Et electus est *Johannes Hemyngburgh* in Priorem. Iste fuit Prior 16. & rexit prima vice anno & dimidio, & cessit, & iterum electus fuit, & tunc rexit *ii.* annis & dimidio & obiit.

Tunc electus fuit *Willielmus Tymyngton* Prior 17. Iste *Willielmus* fuit à Domino Archiepiscopo *Eboracensi* propter certas causas depositus, postquam rexisset *iv.* annis de domo expulsus, & electus fuit in Priorem *Robertus Tickel.* Iste *Robertus* fuit Prior 18. bonus & Religiosus, & multa bona fecit in tempore suo, & cum rexisset *xvii.* annis cessit. Et electus est *Thomas Rulande* in Priorem. Iste *Thomas* fuit Prior 19. In tempore suo alienatum fuit croftum S. *Ægidii* in *Beverlaco* pro sexaginta libris, Communitati villæ *Beverlaci*, & postquam rexit *x.* annis *vii.* mensibus & cessit, & electus est in Priorem *Willielmus Wartre.* Iste *Willielmus* fuit Prior 20. & cum rexisset *xxv.* annis obiit, & electus est in Priorem *Robertus Hedon.* Iste *Robertus* fuit Prior 21. & in tempore suo, videlicet anno *iv.* præsentavit *Willielmum Spenser* Cellarium de *Wartria*, ad vicariam de Barton in Westmorland; & postquam rexisset *viii.* annis & *ix.* mensibus, præ nimia senectute cessit. & electus est in Priorem *Willielmus York.* Iste *Willielmus* fuit Prior 22. & postquam rexisset *iv.* annis cessit, & electus est in Priorem *Willielmus Spenser.*

Confirmatio G. Trussebut *super donatione* G. *filii* Pagani.

Ib. f. 7. OMnibus, &c. *Galfridus Trussebuthe* salutem in Christo. Noscat dilectio vestra, quod ego *G.* filius *Willielmi Trussebuthe*, concedo illam donationem, quam *Galfridus* filius *Pagani* prædecessor meus fecit Canonicis regularibus de *Wartria*, & quantum ad me pertinet do & hac Cartâ meâ confirmo in elemosinam perpetuam; videlicet Ecclesiam S. *Jacobi* ejusdem villæ, cum Capellis & decimis; & *vi.* bovatis terræ, quæ antiquitùs prædictæ Ecclesiæ adjacebant, & cum aliis rebus jure eidem Ecclesiæ pertinentibus. Præterea do eis totam terram quæ est intra clausum Curtis eorum, cum dimidia acra ubi *Asketillus* miles manebat juxta curtim. Item do eis undecim bovatas terræ de Dominio meo, & quatuor bovatas de terra rusticorum, duas scilicet quas *Asketillus* tenuit priùs, & alias duas quas *Algar* & *Johannes* filius ejus tenuerunt, & croftum quod *Robertus* filius *Sigge* tenuit, & aliud quod tenuit *Aky*; & totam terram quæ est de feodo meo inter Westbec & Westbeis. Do etiam eis unum Molendum quod situm est super Westbec ad molendinum bladum eorum, & bladum hominum suorum manentium in terra Ecclesiæ, & decimam Molendinorum meorum. Item do eis unam Carucatam terræ in Howald.

Vide Cart. 4. E. 1. n. 18. Et Cart. 14 E. 1. n. 39.

In Seton concedo eis Westthwarth & partem nemoris quæ est circa locum illum per divisas quibus eis assignavi, & in prato *xxx.* acras & dimidiam acram. In turbaria tantum turbæ quantum convenit eis & hominibus eorum manentibus in elemosina. Præterea do eis & concedo pasturam mille ovibus, & quatervigînti & *x.* animalibus in communi pastura *Wartria* & *Setona.* In Lindesey quoque do eis in Ulfeby totam illam partem Ecclesiæ, quam *Galfridus* Regis Capellanus tenuit. Hæc omnia prædicta tam terras, quam Ecclesias do eis & concedo in perpetuam elemosinam liberam & quietam ab omni terreno servicio & seculari exactione de me & hæredibus meis pro salute animæ meæ & pro anima patris mei & matris meæ, & *Galfridi* filii *Pagani* & omnium prædecessorum meorum. Præterea concedo & præsenti Cartâ confirmo prædictis Canonicis omnes donationes & adquisitiones terrarum, quas habent de meis *Francis* tenentibus, liberas & quietas ab omni seculari servicio mihi & hæredibus meis pertinente, salvo Domini Regis servitio, prout Cartæ factæ inter eos testantur.

Confirmatio R. Trussebut *de Ecclesia S.* Jacobi *de* Wartria *cum aliis rebus.*

OMnibus (&c.) *Robertus Trussebuth* salutem. Noscat universitas vestra quod ego *R.* filius *W. Trussebuth* concedo & confirmo illam donationem quam *G.* filius *Pagani* & *G.* frater meus (&c.) sicut priùs cum additione unius clausulæ, videlicet do etiam eis & confirmo Ecclesiam *omnium Sanctorum* de Spelton in feodo meo fundatam.

Confirmatio H. *Regis* Angliæ.

HEnr. Dei gratia Rex *Angliæ*, Dux *Norm. Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus; &c. salutem. Sciatis me concessisse & præsenti Cartâ confirmâsse Canonicis regularibus de *Wartria* omnia subscripta, quæ eis rationabiliter data sunt in perpetuam elemosinam; scilicet ex dono *G.* filii *Pagani* Ecclesiam S. *Jacobi* de *Wartria*, cum Capellis & decimis & *vi.* bovatis terræ, & cum omnibus aliis rebus eidem Ecclesiæ pertinentibus. Ex dono autem *G. Trussebuth* terram quæ est intra clausum curtis eorum cum dimidia acra ubi *Asketillus* miles manebat, juxta curtim. Et *xi.* bovatas terræ de dominio illius; & quatuor bovatas de terra rusticorum: scilicet duas quas *Asketillus* tenuit priùs, & alias duas quas *Algar* & *Johannes* filius ejus tenuerunt; & croftum quod *Robertus* filius *Sigge* tenuit; & aliud quod tenuit *Aky*; & totam terram quæ est de feodo ejus inter Westbec & Westriis. Et unum Molendinum quod situm est super Westbec ad molendum bladum eorum, & bladum

Digitized by Google

bladum hominum suorum manentium in terra Ecclesiæ; & decimam molendinorum illius; & carucatam terræ in Dowald, & in Seton, Prestmeth & partem nemoris, quæ est circa locum illum per divisas, quas eis assignavit; & in prato *xxi.* acras & dimidiam, & in turbaria quantum convenit eis & hominibus eorum manentibus in elemosina, & pasturam mille ovibus & quater viginti & *x.* animalibus in communi pastura *Wartria* & *Setona*.

In Lincolesey etiam, in Ulseby, totam illam partem Ecclesiæ, quam *Galfridus* Regis Capellanus tenuit. Præterea concedo & confirmo eis omnes rationabiles donationes & adquisitiones quæ eis factæ sunt, sicut Cartæ donatorum testantur. Quare volo (&c.)

Confirmatio Agathæ Trussebut *de iiii.* bovatis *terræ in* Wartria.

lb. f. 8. 6. OMnibus Christi fidelibus ad quos præsentes literæ pervenerint, *Agatha Trussebuth* salutem æternam in domino. Noverit universitas vestra, me divinæ pietatis intuitu, pro salute animæ meæ & omnium antecessorum meorum, concessisse & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse in legia potestate & liberâ viduitate meâ Deo & Eccle æ sancti *Jacobi* de *Wartria*, & Canonicis ibidem servientibus in liberam puram & perpetuam elemosinam quatuor bovatas terræ in villa de *Wartria*, cum omnibus, pertinentiis, libertatibus, & aysiamentis suis intra villam & extra & cum hominibus dictas bovatas terræ tenentibus, & cum omnibus catallis & sequelis suis absque ullo retenemento; videlicet quas habent de dono *Thomæ* de *Dayvle*, prout Carta ipsius *Thomæ* plenius testatur. Quas scilicet ego *Agatha* eidem *Thomæ* pro servicio suo dedi. Et ego *Agatha Trussebuth* & hæredes mei dictas *iiii.* bovatas terræ, cum pertinentiis, libertatibus, & aysiamentis suis intra villam & extra, cum hominibus easdem bovatas terræ tenentibus, & cum catallis & sequelis suis dictis Canonicis de *Wartria* contra omnes homines warantizabimus & de omnibus rebus, exactionibus, consuetudinibus & demandis imperpetuum defendemus; ut autem hæc omnia supra memorata rata & inconcussa imperpetuum permaneant, præsentem paginam sigillo meo signatam præfatis Canonicis de *Wartria* dedi in testimonium. His testibus &c.

Confirmatio Domini R. Trussebut *de terra* Jordani *de Hornigton*.

lb. OMnibus Christi fidelibus præsens scriptum (&c.) *Ricardus* filius & hæres quondam domini *Willielmi Trussebuth* de *Wartria* salutem in Domino. Noveritis me pro salute animæ meæ & animarum patris mei & matris meæ, & omnium antecessorum meorum, concessisse & præsenti scripto confirmâsse, ac de me & hæredibus ac assignatis in perpetuum quietum clamâsse Deo & Ecclesiæ Sancti *Jacobi* de *Wartria*, & Priori & Conventui ibidem Deo servientibus & servituris, *v.* bovatas terræ & dimidiam &, *xxi* messuagia in *Wartria*, cum omnibus pertinentiis, libertatibus, & aysiamentis suis intra prædictam villam & extra; & omnes liberè tenentes cum omnibus serviciis eorundem; & omnes nativos dictas terras tenentes, cum omnibus sequelis & catallis suis sine aliquo retenemento, cum homagiis, wardis, releviis, & excaetis, quæ de dictis terris & tenementis ac tenentibus eorundem aliquo modo per me & hæredes meos, vel assignatos meos exigi vel vindicari possunt in perpetuum. Quas quidem terras & messuagia cum omnibus tenentibus eorundem habent & tenent de dono *Jordani* de *Hornigton* & *Matildis* uxoris suæ in prædicta villa de *Wartria*. Habendum & tenendum prædictis Priori & Canonicis & eorum successoribus ac assignatis in liberam, puram & perpetuam elemosinam (&c.)

Confirmatio R. *de* Ros *de terris in* Wartria Pydelton, & Seton *ultimo facta*.

lb. f. 13. 6. OMnibus &c. *Robertus* de *Ros* Dominus de Werkeworth salutem &c. Noverit universitas vestra, quod ego prædictus *Robertus*, advocatus Prioratus de *Wartria*, inspectis Cartis & munimentis de terris & tenementis, quæ Prior & Canonici mei ejusdem loci habent de feodo meo, pro salute animæ meæ & antecessorum meorum concedo, & præsenti scripto pro me & hæredibus meis confirmo Deo & Ecclesiæ sancti *Jacobi* de *Wartria* & *Johanni* Priori & Canonicis ejusdem loci, & successoribus suis ibidem Deo servientibus & servituris in perpetuum, prædictam Ecclesiam de *Wartria*, cum tota mansura sua & aliis pertinentiis suis, & quinque carucatas terræ & tres bovatas cum toftis, croftis, pasturis & omnibus aliis pertinentiis suis, quæ habent de feodo meo in villa & territorio de *Wartria*. Et totam terram cum pertinentiis quam habent de dono *Astini* filii *Humfridi*, & *Willielmi* filii ejusdem *Astini* in eadem villa. Et undecim bovatas terræ cum toftis & croftis & aliis pertinentiis suis, quæ habent de feodo meo in villa & territorio de Pydelton. Et sex bovatas terræ cum toftis & croftis, boscis, pratis, culturis, pasturis & omnibus aliis pertinentiis & libertatibus suis, quæ habent de feodo meo in villa & territorio de Seton. Et si dicti Religiosi plus habuerunt per acras de feodo meo in prædictis villis & territoriis die sancti *Michaelis* anno gratiæ *M CC. LXXIX.* totum eis concedo & confirmo absque aliquo retenemento imperpetuum. Tenenda & habenda sibi & Ecclesiæ prædictæ & successoribus ac assignatis suis in liberam, puram & perpetuam elemosinam (&c.) 1279.

Confirmatio

Confirmatio Domini W. *de* Ros *de omnibus terris de feodo suo.*

lb. fol. 17. a. OMnibus Christi fidelibus præsens scriptum visuris vel audituris, *Willielmus* de *Ros* de Hamelak, & advocatus Prioratus de Wartre salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra, quod nos prædictus *Willielmus*, pro salute animæ nostræ & antecessorum nostrorum, concedimus & præsenti scripto pro nobis & hæredibus nostris confirmamus Deo & Ecclesiæ S. *Jacobi* de *Wartria* & Canonicis ejusdem loci & successoribus suis ibidem Deo servientibus & servituris imperpetuum, prædictam Ecclesiam de Wartre, cum tota mansura sua, & aliis pertinentiis suis, & quinq; Carucatas terræ & tres bovatas cum toftis, croftis, pasturis & omnibus aliis pertinentiis suis quæ habent de feodo nostro in Wartre, & totam terram cum pertinentiis, quam habent de dono *Astini* filii *Humfridi*, & *Willielmi* filii *Astini* in eadem villa. Et undecim bovatas terræ cum pertinentiis, quas habent de feodo nostro in Bidelton. Et sex bovatas terræ cum toftis & croftis, boscis, pratis, culturis, pasturis & omnibus aliis pertinentiis & libertatibus suis quæ habent de feodo nostro in Seton. Concedimus etiam dictis Religiosis & confirmamus unam carucatam terræ cum pertinentiis in Bagotby. Et quatuor bovatas terræ cum toftis & croftis, boscis & aliis pertinentiis quæ habent de feodo nostro in Bentelay. Et clausum de Lunecroft cum pertinentiis suis. Et si prædicti Religiosi plus habuerint per acras de feodo nostro in prædictis villis, totum eis concedimus & confirmamus absq; aliquo retenemento in perpetuum. Tenenda & habenda omnia prædicta tenementa cum pertinentiis suis & libertatibus dictis Religiosis & Ecclesiæ suæ prædictæ & successoribus, ac assignatis suis in liberam & perpetuam elemosinam (&c.) Dominis *Alexandro* de *Cave*, *Galfrido* de *Hothom*, *Johanne* de *Hothom* militibus *VV. Sturmy*, *Gilberto* de *Lascels*, *Jacobo* de *Mulington*, *Willielmo* de la *Serge* & aliis.

Ultima confirmatio omnium bonorum in speciali.

lb. fol. 22. a. INnocentius *Episcopus, servus servorum Dei, Dilectis filiis Priori Monasterii S.* Jacobi *de Wartria ejusdem fratribus tam presentibus, quàm futuris regularem vitam professis. In primis religiosam vitam eligentibus Apostolicum convenit adesse præsidium, ne forte cujuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacræ religionis infringat. Ea propter dilectis in Domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, & Ecclesiam S.* Jacobi *de* Wartria Eboracensis *Diocesis, in qua Divino estis obsequio mancipati sub beati* Petri *& vestra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo Canonicus, qui secundum Dei & beati Augustini regulam, in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascunq; possessiones, quæcunq; bona eadem Ecclesia justè ac Canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisq; successoribus & illibata permaneant: In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.*

Locum ipsum in quo præfata Ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam de Baunum, *cum Capella de* Mozp, *& omnibus pertinentiis suis de* Afcum *&* de Clifton, *Ecclesias* Carleolensis *diocesis, cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam de* Setona, *cum omnibus pertinentiis suis. Partem decimarum, quam habetis in Ecclesia de* Bartona, Carliolensis *diocesis. Partem decimarum quam habetis in Ecclesia de* Ulsbi. *Quicquid habetis in Ecclesia de* Pelton, Lincolnensis *diocesis; & in Ecclesia de* Lund, *& in Ecclesia de* Nuelozic, Eboracensis *diocesis. Grangiam quam habetis in prædicto loco de* Nuelozic, *cum pratis, pascuis, piscariis cum omnibus pertinentiis suis. Grangiam de* Seton, *cum terris, pratis, nemoribus, pascuis, piscariis, & omnibus pertinentiis suis. Grangiam de* Baumeby, *cum terris, pratis, pascuis, & omnibus aliis pertinentiis suis, Ex dono* Radulfi *dicti* Bardolfiv. *bovatas terræ cum toftis & croftis, pratis, pascuis, & omnibus aliis pertinentiis suis. In villa de* Farmanby, *cum pratis, terris, nemoribus, usuag is, pascuis, in bosco & plano, in aquis & Molendinis, in viis & semitis & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus suis, Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de vestrorum animalium nutrimentis, de quibus decimas aliquis hactenus non percepit, nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præsumat.*

Liceat quoque vobis Clericos vel laycos liberos & absolutos è seculo fugientes, ad conversionem recipere, & eos absq; contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in Ecclesia vestra professionem fas sit sine Prioris sui licentia, nisi artioris religionis obtentu, de eodem loco discedere. Discedentem verò absq; communium literarum nostrarum cautione nullus audeat retinere. Crisma verò, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad ordines fuerint promovendi à diocesano suscipietis Episcopo, siquidem Catholicus fuerit & gratiam & communionem sacrosanctæ sedis habuerit, & ea vobis voluerit sine pravitate aliqua exhibere. Cum autem generale interdictum terra fuerit; liceat vobis clausis januis, excommunicatis & interdictis exclusis, non pulsatis campanis, dummodo causam non dederitis interdicto, suppressa voce divina celebrare. Prohibemus insuper ut infra fines Parochiæ vestræ nullus sine assensu diocesani Episcopi & vestro Capellam seu oratorium de novo construere audeat, salvis privilegiis Pontificum Romanorum. Ad hæc novas & indebitas

exactiones ab Archiepiscopis, Episcopis, Archidiaconis seu Decanis, aliisq; omnibus Ecclesiasticis secularibusve personis à vobis omnino fieri prohibemus; sepulturam quoq; ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui se illic sepelivi deliberaverint, nisi fortè excommunicati, vel interdicti sint, aut etiam publicè usurarii, nullus obsistat. Salva tamen justitia illarum Ecclesiarum à quibus mortuorum corpora assumantur.

Decimas præterea & possessiones ad jus Ecclesiarum vestrarum spectantes, quæ à laicis detinentur redimendi & legitimè liberandi de manibus eorum, & ad Ecclesias ad quas pertinent revocandi libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte verò te nunc ejusdem loci Priore vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel major pars consilii sanioris secundùm Deum & beati Augustini *regulam providerint eligendum, Paci quoq; & tranquillitati vestræ pariter in posterum sollicitudine providere volentes, auctoritate Apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temerè capere vel interficere, seu violentiam audeat exercere.*

Præterea omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis pontificibus ordini vestro concessas, necnon libertates & exemptiones secularium exactionum à regibus & Principibus vel aliis fidelibus inviolabiliter vobis indultas auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed ea omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura; Salva sedis Apostolicæ auctoritate & diœcesanorum Episcoporum Canonica justitia, & in supradictis decimis moderatione concilii generalis. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisq; sui careat dignitate; reamq; se divino Judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, in extremo examine districtæ subjaceat ultioni. Cunctis autem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æterna pacis inveniant Amen. Data Lugduni *per manum magistri* Marini *Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Viceancellarii* v. *idus* Junii *Indictione* iii. *Incarnationis Dominicæ anno* M. CC. quatrageſimo v. *Pontificatus verò Domini* Innocentii, *Papæ* iv. *anno* secundo.

Donatio facta Decano & Capitulo Eboraci *de* Langwath.

Omnibus, &c. Decanus & Capitulum beati Petri Eboraci, *&c. Noveritis nos habere quoddam scriptum feofamenti super haia de* Langetwath, *sigillo Prioris & Conventus de* Wartria *signatum, cujus tenor talis est.* Omnibus. &c. *I.* Prior & Conventus de *Wartria* salutem. Noverit universitas vestra, nos dedisse, concessisse & præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ beati *Petri Eboraci*, & Decano & Capitulo ejusdem loci, & eorum successoribus, totam hayam nostram de Langetwath cum solo ejusdem hayæ, bruera, mariſco, & omnibus aliis pertinentiis suis in liberam (&c.) elemosinam quietam ab omni servitio seculari, Habendam & tenendam eisdem Decano & Capitulo & eorum successoribus adeo liberam, quietam, bene & pacifice, sicut nos unquam illam hayam melius liberiùs & quieriùs habuimus vel tenuimus; ita quidem, quod si animalia nostra infra præcinctum prædictæ haye inveniantur ob defectum clausturæ ipsius haye, sine inparcatione, scapagio & omnibus aliis dampnis & exactionibus curialiter rechacientur in perpetuum (&c.) in cujus &c. lb. fol. 56. b.

Carta Abbatis & Conv. de Dernhall *de præfata haya de* Langwath.

*Omnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis hanc Cartam visuris vel audituris, frater *Johannes* dictus Abbas de Dernhall ordinis *Cysterſiensis*, & ejusdem loci Conventus *Coventrensis* & *Lychefeldensis* diocesis, æternam in Domino Salutem. Noverit universitas vestra, nos pro speciali utilitate Ecclesiæ nostræ de Dernhale, unanimi assensu & communi voluntate nostra, & ex speciali licentiâ domini nostri Domini *Edwardi* Regis *Angl.* illustris fundatoris nostri ad hoc requisitâ & optentâ, dedisse, concessisse & præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse, pro nobis & successoribus nostris inperpetuum Deo & Ecclesiæ beati *Jacobi* Apostoli de *Wartria Eboracensis* diocesis. & Priori & Canonicis ejusdem loci ordinis beati *Augustini*, & eorum successoribus imperpetuum, & eorum assignatis totam hayam nostram de Langetwath in comitatu *Eboracensi*, cum omnibus suis pertinentiis, quam dictus dominus noster Rex *Edwardus*, dum fuit Comes *Cestriæ*, tempore fundationis Ecclesiæ nostræ prædictæ de Dernhale, per Cartam suam, sine ullo retinemento, nobis dedit, cum solo ejusdem hayæ, brueria, & mariſco, & omnibus aliis pertinentiis suis in liberam puram & perpetuam elemosinam quietam ab omni servicio seculari; & quam nobis & successoribus nostris per Cartam suam deafforestavit. Habendam & tenendam eisdem Priori & Canonicis de *Wartria* & eorum successoribus in perpetuum in liberam, puram & perpetuam elemosinam (&c.) lb. fol. 58. a.

Ordinatio Walteri Giffarde *super Hospitale S.* Egidii Beverlaci, viz. *quod sit sub regimine Canonicorum de* Wartre.

EA plerumque quæ pro cultu Christi & ob zelum animarum ac ad religionis augmentum, pietatis intuitu, & salubriter sunt inventa, tendunt, proth dolor! contra pristinam & primariam intentionem devotorum, flebiliter in ruinam. Sanè cum hospitale Sancti *Ægidii Beverlaci*, dignæ devotionis optentu, fervidæ religionis prætextu, ac spe virtutum & fructuum quæ vigerent fuisset primitùs ordinatum: Nos *Walterus* permissione divina *Eboracensis* Archiepiscopus, *Angliæ* Primas, ad præsens nisi religionis ruinam, inhabitantium irreparabilem miseriam, habitus & morum amaram memoriam & alia quasi innumeranda, quæ nobis horrorem incutiunt, coram Deo nichil conspicimus nichil reperimus, nec corripientes proficimus usquequaque: In nomine igitur *Sanctæ Trinitatis* ordinamus, diffinimus, & sententialiter pronunciamus de consilio & assensu Capituli nostri *Eboracensis*, & Magistri ac fratrum dicti hospitalis, Quod memoratum Hospitale sancti *Ægidii* cum omnibus & singulis possessionibus, rebus, juribus, & liberis consuetudinibus suis, sub debitis oneribus omnino, sit de cetero sub ordinatione, regimine, cura, habitu, & regulâ regularium Canonicorum Prioris & Conventus de *Wartria* nostræ diocesis, prout sanctiùs & devotiùs disposuerint inperpetuum; Ita quod presbiteri & conversi ejusdem Hospitalis, qui nunc inibi sustinentur ibidem, vel apud *Wartriam*, secundùm ordinationem Prioris & Conventus ipsius loci, ad perpetuam sui sustentationem curialiter commorentur. Hanc autem diffinitionem & ordinationem nostram præmissis Priori & Conventui de *Wartria* ac Magistro, presbiteris & Conversis Hospitalis prædicti tenore præsentium nunciamus. Eis in virtute obedientiæ & sub pœna excommunicationis observationem ipsius ordinationis deinceps modis omnibus injungendo. Data apud Scroby *iii. Kal. Octobris* anno Domini *M. CC. lxx. Septimo*, & pontificatus nostri *undecimo*.

COENOBIUM

de Twyneham *in agro* Hantoniensi.

Historia Fundationis.

ANno ab incarnatione Domini *M. xlii. Edwardus* filius *Edelredi* suscepit regnum *Angliæ*, mansitq, in eo annis *xxiiii.* non plenis. Quod in tempore hujus existiterunt Canonici seculares in Ecclesia Christi de Twynham declarari potest per le Domesday *London*. Mortuo rege *Edwardo* tumulatus est apud *Westmonasterium*; Et *Haroldus* post *Edwardum*, regnavit aliquot mensibus.

Ex Registro de Twinham in bibliotheca *Cottoniana* [sub effigie *Tiberii* D. 6.] fol. 194. a.

Anno dominicæ incarnationis *M. lxvi. VVillielmus* Comes *Normanniæ*, cognatus Regis *Edwardi* prædicti, qui tumulatus est apud *VVestmonasterium*, venit in *Angliam*, & pugnando *Haroldum* devicit, & *Angliam* adquisivit, & regnavit *xxi.* annis. Quo mortuo successit ei *Willielmus* filius ejus, qui dicitur *Rufus*, qui regnavit *xiii.* annis; qui quidem anno regni sui septimo, transfretavit in *Normanniam*, & regnum Commisit *Walkelino* Episcopo *Wintoniæ*, & *Randulpho Flammard Dunelmensi* Episcopo; qui *Randulphus* antea fuerat Decanus in Ecclesia Christi de Twynham, cujus tempore & ante Ecclesiæ de Holre, Brokenhurst, & Nordhull pertinebant ad *Ecclesiam Christi* de Twynham, & Canonicos seculares ibidem existentes. Prædictus *Willielmus* Rex *xxx.* Ecclesias prostravit, & cimiteria redegit in pascua in *Nova Foresta*. Idem Rex anno regni sui *xiii.* in eadem *Nova Foresta* venando, interfectus est. Quo mortuo, *Henricus* frater ejus successit & regnavit *xxvi* annos. Cui successit Rex *Stephanus*, nepos ejusdem *Henrici* senioris, Quo regnante introducti sunt Canonici Regulares in hanc *Christi Ecclesiam*.

Relatu antiquorum orthodoxorum patrum, avorum, attavorum, tam Clericorum quam laicorum suis successoribus, de Ecclesia sanctæ *Trinitatis*, quæ sita est in villa quæ vocatur Twynham, & de conventu ejusdem Ecclesiæ, hujusmodi verba traduntur verissima. Tempore enim *Willielmi Rufi* in *Anglia* regnantis, præfuit quidam Clericus nomine *Godricus* præfatæ Ecclesiæ de Twynham, vitâ & honestate præclarus, cum *xxiiii.* Canonicis more suo horas noctis & totius diei cotidie summo complentibus diluculo. Hunc etenim *Godricum* sui tunc temporis clerici, non pro Decano quasi nominis ignorantes, sed pro seniore & patrono venerabantur. Horum verò Canonicorum talis ecclesiastica erat consuetudo, quatinus ejusdem

Ib. fol. 193. b.

Godrici senioris oblationes Missæ matutinalis & magnæ Missæ undecunq; allatæ propriæ absq; alicujus forent participatione; Cæteras equidem oblationes, ante Missas & infra, & usq; ad vesperas illatas, equanimiter inter se dividerent. Similiter & terris Ecclesiæ adjacentibus, scilicet *Herna*, *Buretona*, *Prestona*, sub divisione participarentur. Præterea, Canonicus Missam quilibet celebrans omnimodas ejusdem Missæ oblationes post cappæ suæ oblationem, quousq; eam indueret, sine alicujus haberet communione huc accedente fortuna. *Randulphus* Episcopus hanc Ecclesiam, cum villa, à rege *Willielmo* impetravit. Cui quoniam ibidem Deus in multis multa operebatur miracula, gazas multimodas & Sanctorum reliquias contulit prætiosas. Tandem idem cupiens & disponens Episcopus *Randulphus* præfatam sanctæ *Trinitatis* Ecclesiam de Twynham funditùs eruere, & meliorem, decentioremq, cuilibet ædificare religioni, *Godricum* ejusdem loci seniorem, & totum in hiis convenit verbis conventum, ut ei ad futuræ perfectionem Ecclesiæ oblationes tantummodo ecclesiasticas peregrinorum, & totius parochiæ, tam vivorum quam mortuorum, concederent, exceptis illis quæ cibi essent, arq; potus, & suis terris forensibus quousq; eis Ecclesiam plenam & perfectam & Deo dicatam cum oblationibus receptis redderet; Interim verò eis victum inveniret insuper sufficientem, cujus voluntati & dispensationi cuncti obsecundaverunt Canonici; *Godrico* tamen seniore obvianti protervè & tam diu contradicente quousq; ab Ecclesia defugatum, & per *Anglians* vexatum, nec Regis, nec Episcopi sui gratiam & auxilium in hoc impetrantem; Sed redeundo Pontificis *Randulphi* miserecordiam exhorantem in pristinum inter Canonicos de sub se idem ut fuit ante Antistes constituit locum. Fregit verò episcopus illius loci primitivam Ecclesiam, novemq; alias quæ infra cimiterium steterant cum quorundam domibus Canonicorum propè locum Ecclesiæ cimiterii, & officinarum compendiorem faciendum & Canonicis in villa congruum immutationem ut Dominus adaptavit locum.

Fundavit equidem hanc Ecclesiam Episcopus *Randulphus*, quæ nunc est apud Twynham, & Domos & officinas cuilibet religioni. Obeunte Canonicorum aliquo, ejus beneficium in sua retinebat potestate, nulli tribuens alii volens unamquamq; dare præbendam Religioni, si eos omnes mortis fortuna in suo tulisset tempore. Obiit ergo verò *Godricus* senior, non multo tempore post elapso simul & decem ex conventu Canonici, quorum præbendas ipsis *xiiii.* remanentibus ad sui victus supplementum vita illorum superstite concessit Episcopus. Deniq; migrante *Willielmo Anglorum* rege *Henricus* frater ejus successit in regnum, ipsumq; *Randulphum* Episcopum, graviter à multis sibi accusatum cepit; captumq; apud *Londonias* in carcerem detrusit, ejusq; Ecclesiam S. *Trinitatis* de Twynham, priùs omnibus gazis intùs ab Episcopo illatis, vi & violentia spoliavit, ipsamque ab inde cuidam Clerico, *Gilleberto* de *Donsgunels* nuncupato, solam & solitariam omnibusq; Canonicis quinq; exceptis, morte irruente deliberatam, in elemosinam dedit perpetuam. Suscepit igitur *Gilbertus* in perfectam Ecclesiam Canonicorum salva libertate & omni suo jure, tam in victu à *Randulpho* pontifice constituto, quàm in elemosinis cibi atq; potus; & terris forensibus ceptum opus imperfecte peragebat Ecclesiæ. Tandem verò quoniam situm loci cum Ecclesia jam surgente competens viderat, & idoneum religioni faciendæ, communi illorum quinq; Canonicorum assensu, *Romam* petiit, ut gratia Domini Papæ & licentia & privilegio, honoris & dignitatis Ecclesiæ accepto ibidem Canonicum poneret ordinem; sed in redeundo migravit à seculo.

Interea *Ricardus* senior de *Redvers* dominationi Ecclesiæ & totius provinciæ à Rege adeptus *Henrico*, præfatæ Ecclesiæ de Twynham quendam clericum de *Oglandres* nomine *Petrum* constituit, qui salva Canonicorum conditione & jure, secundùm *Randulphi* Episcopi & *Gilleberti* constitutionem prædecessorum, supradictam suscepit Ecclesiam regendam & perficiendam. Dedit enim illi Ecclesiæ *Ricardus* de *Redvers* ad sui augmentum & Canonicorum, quandam terram in Insula * quæ vocatur Yngweda. Dedit etiam quidam ejus baronum aliam terram, nomine Alsam. Dederunt & parochiani omnes suas decimas, prout *Gilbertus* constituit. Ipse enim *Gilbertus*, diurnum, ut nunc, & nocturnum complens servicium, ordinavit Conventum. Præscriptus igitur *Petrus*, sinistra imbutus ambitione, proh dolor, universa operi Ecclesiæ, more antiquorum & Canonicis quinque inventis pro oblationibus ad Ecclesiæ perfectionem commodatis promissa subtraxit, sibi suisque clericis secum adductis mensam curialem vita ejus concedendo superstite in suos & illorum transferendo usus, non Canonicè sed potestativè distribuit. Hujus rei gratia, obeunte eodem *Petro*, mensam prælocutam idem clerici adventicii, aliis consortio & consilio expulsis, inter se occupaverunt & oblationes operi Ecclesiæ constitutas astutè subripientes, singulis alteri testimonium quasi rei ratæ perhibentibus, & à Decano concessæ & confirmatæ.

Hactenus in alterius regnum militaverunt. Hæc ita gesta sequens *Radulphus* indiscussa, & indeterminata, & sub judicii futuri examine posita, more tamen boni prælati, quam plures regens officinas cum parte Ecclesiæ, cum vita reliquit. Successit *Hillarius Wyntonienſis* Episcopi clericus, vitæ humilitatisque honestate præclarus, qui etiam prælibatam in meliùs transferre cupiens, superna providente gratia *Romam* ductus, & Domini Papæ electione apud *Ciceſtriam* pontificali decoratus insula, in racionis discretionem omnia proposuit futura.

* scil. Wight.

Fundatoris

Fundatoris Progenies.

Ex alio cod. MS. in bibl. *Cotton.* [sub effigie *Vitell.* 4 F. 8. f. 204. b.]

HEnricus Rex, qui secundus regnavit in *Anglia* post *Willielmum* Bastardum patrem suum, fecit quendam *Ricardum* de *Redvers* comitem *Devoniæ*, & dedit ei insulam de Wight, & ei hæreditario jure hujus villæ totum contulit feudum, cum hac *Christi Ecclesia*, postea dictus *Ricardus* dedit eandem Christi Ecclesiam cuidam Clerico suo, *Petro* de *Oglandes*, cum omnibus libertatibus quas *Randulfus Flammard* fundator hujus Ecclesiæ, quæ nunc hæc, & *Gilbertus Decanus* habuerunt, cum omnibus præbendis, terris, & Ecclesiis, & eorum pertinentiis, & fecit eum Decanum hujus Ecclesiæ. Idem *Ricardus* de *Redvers* comes *Devoniæ* genuit primum *Baldewinum* Comitem *Devoniæ*, *Willielmum* & *Robertum* de *Sancta Maria Ecclesia*, & *Hadwysam* de *Rumara* Comitissam *Lincolniæ*, ex *Adeliza* Comitissa uxore sua. *Baldwinus* de *Redvers* Comes *Devoniæ* genuit secundum *Ricardum* Comitem *Devoniæ*, *Willielmum* de *Redvers* dictum *Vernon*, *Henricum*, & *Hadewisam* de *Redvers*, ex *Lucia* Comitissa uxore sua. *Ricardus* de *Redvers* secundus comes *Devoniæ* genuit secundum *Baldwinum* comitem *Devoniæ*, & *Ricardum* de *Redvers* tertium Comitem *Devoniæ*, ex *Dionisia* Comitissa uxore sua.

Qui *Baldwinus* & *Ricardus* mortui sunt sine hærede Quibus successit *Willielmus* de *Redvers* avunculus eorum. Qui *Willielmus* de *Redveriis*, dictus *Vernon* Comes *Devoniæ*, genuit tertium *Baldwinum* Comitem *Devoniæ*, Dominam *Mariam* uxorem *Roberti Courtenay*, & Dominam *Johannem* uxorem *Willelmi* de *Bruere*, ex *Mabilia* Comitissa uxore sua. *Baldwinus* de *Redvers* tertius Comes *Devoniæ* genuit quartum *Baldewinum* Comitem *Devoniæ*, ex *Margareta*, ... Comitissa uxore sua. *Baldwinus* de *Redvers* quartus Comes *Devoniæ* genuit quintum *Baldwinum* Comitem *Devoniæ*, & dominam *Isabellam* Comitissam *Albemarle* .... de *Fortibus* ex *Amicia* Comitissa uxore sua. *Baldwinus* de *Redvers* quintus genuit *Johannem* ex *Margareta* Comitissa uxore sua; qui *Johannes* obiit infans. Post quorum decessum, videlicet *Baldwini* & *Johannis* filii sui, devenit hæreditas ad dominam *Isabellam* de *Fortibus* Comitissam *Devoniæ* sororem & hæredem dicti *Baldwini*, quæ tandem decessit sine hærede. *Willielmus* de *Redvers* dictus *Vernon* proavus dominæ *Isabellæ* de *Fortibus*, ut supra diximus, habuit duas filias, videlicet *Mariam* & dominam *Johannam* de *Bruere*, quæ *Johanna* obiit sine hærede longè ante mortem venerabilis *Isabellæ*; Sed post mortem sæpedictæ *Isabellæ* devenit tota hæreditas dominii sui ad hæredes supradictæ *Mariæ* & domini *Roberti* de *Curtenay* viri sui, qui habuerunt filium nomine *Johannem*; qui *Johannes* genuit *Hugonem* de *Curtenay* primum. *Hugo* de *Curtenay* primus genuit *Hugonem* secundum, qui fuit primus Comes *Devoniæ*. *Hugo* secundus genuit *Hugonem* tertium, Comitem secundum *Devoniæ*; videlicet de illo sanguine & nomine.

Carta Ricardi *de* Redveriis *senioris Comitis* Devoniæ *de antiquis libertatibus.*

Ex præfato Registro [sub effigie *Tiberii* D. 6. fol. 13. a.

OMnibus fidelibus præsentibus & futuris, *Ricardus* de *Redveriis* salutem. Sciatis quod postquam placuit domino meo nobili Regi *Anglorum Henrico* dare michi Ecclesiam de *Christeschircheja*, dedi eam, & ista Cartâ meâ confirmavi cuidam Clerico meo *Petro* de *Oglandes* cum omnibus libertatibus quas *Ranulfus* & *Gilbertus* decani habuerunt; & cum omnibus præbendis, terris & Ecclesiis & earum, quarum hæc sunt nomina, pertinentiis; villam de Burna, terram de Gostel, terram totam de Stamputta, terram de Huburne, & terram de Strode, & *Dudecompa*; terram de Prestun, & aliam *Prestunam*.

In Insula Wiht terram de *Apsa*, terram de Hamstede in eadem insula; Ecclesiam de *Herdulle*, cum Capella de Welnesore, Ecclesiam de *Bolra*, cum capella de Brokehurst; capellam de Holcheast; Capellam de Soppele; præbendam apud *Pideletonam*. Adjeci etiam dare & præsenti scripto confirmare ei *Christi Ecclesiæ*, & *Petro* Decano & successoribus suis in liberam & perpetuam elemosinam quandam villam in Insula Wiht cum omnibus pertinentiis suis *Lingwedam*, cum quadam terra in *Suthhamtuna*, quæ pertinet ad eandem villam, tenendam eidem *Christi Ecclesiæ* de me & hæredibus meis liberè & quietè ab omni seculari servicio. Hujus meæ donationis & confirmationis testes sunt *Galfridus* de *Mandevill*, *Rogerus* frater ejus, *Radulphus Tessun*, *Rogerus* de *Lestra*, *Turold* de *Pampillum*, *Ricardus* de *Morevill*; *Rogerus* de *Nuvant*; *Robertus Foliot*; *Bernardus* & *Osmundus* Capellani; *Godwinus* & *Ailmerus* Canonici *Christi Ecclesiæ*, *Picot* de *Pideleton*.

Carta Baldewini *de* Redveriis *senioris, Comitis* Devoniæ *de antiquis libertatibus.*

BAldewinus de *Redveriis* omnibus hominibus *Francis* & *Anglis* cæteriscq; Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit universis salutem. Sciatis me pro Dei amore, & pro salute animæ meæ, & pro animabus omnium tam antecessorum quam successorum & amicorum meorum, concessisse & præsenti Cartâ meâ confirmâsse *Hyllario* Decano & cæteris omnibus in *Christi Ecclesia* de Twynham Deo servientibus & servituris, Ecclesias, decimas, Chersez, terras, redditus, homines, cum tenementis suis & eorum sequelis omnes, tam ecclesiasticas possessiones quàm seculares tenuras, & omnia quæcunq; illorum sunt & esse debent super feudum meum de quibus saisita est Ecclesia, vel quæcunq; clamant rationabiliter ac debere habere de feudo meo, sicut in terris, hominibus, pratis, pascuis, in aquis in omnibus aliis libertatibus & liberis consuetudinibus & acquitanciis, & omnia benè in pace liberè & quietè de me & de hæredibus meis teneant

Vide Part. 1. H. 4. p. 8. m. 19. Et Part. 3. H. 5. p. 2. m. 3.

neant quæ sua sunt & quæ sua esse debent, omnia integrè habeant in liberam, puram & perpetuam elemosinam perpetuò plenè possideant, sicut meliùs, plenius & liberiùs possint possideri, ut dignitatem suam plenam, & omnes suas liberas consuetudines in omnibus rebus honorificè habeant, sicut antiquitùs semper habere solebant; villæ scilicet ipsius Scolam; suam liberam curiam cum *Soce & Sace, Tol & Tem, & Infangenethef*, ita plenè, liberè & quietè sicut Rex *Henricus* patri meo *Ricardo* de *Redveriis* plenius & liberius habere concessit, quando ei primum hæreditario jure habendum, totum contulit feodum ipsam videlicet *Christescherchiam* de Twinham cum omnibus suis pertinentiis, in qua Deo serviunt; Totam terram quam habent in duobus vicis ejusdem villæ de Twinham, messuagiis, cortilagiis, cum hominibus & eorum sequelis pertingentem usq; in aquam de Stures. Terram quam habent juxta cimiterium ex dono *Alurici* de *Brochleja*; totam exinde terram usq; in aquam de Habene, quæ est inter cimiterium & fossatum castelli; Messuagium supra ipsius castelli fossatum quod habent ex dono *Gamelini*. Messuagium cum pertinentiis quod habent adversus *la berram*.

Ecclesiam de Bolra, cum capellis suis de Linneton, & de Bokenhers: Ecclesia de Hordhull, & de Mulnesord cum pertinentiis. Ecclesiam de Stoppele cum omnibus quæ ad eam spectant unam virgatam terræ cum appendiciis in eadem villa ex dono *Godwini* Comitis, quam *Orricus* de *Stanton* eidem *Christi Ecclesiæ* violenter surripuit. Capellam de Holcherst, Ecclesiam de Pideleton cum omnibus ad eam spectantibus. Præbendam quam habent ex antiquo in ipsa villa de Pideleton. Totum tenementum quod tenuit Alsy præsbiter in Gallotusleia, & quod *Arnold* in Bostell. Totam terram de Hurne. Terram de la Grave cum ipso Bostell, Bradefeld, & Richedon cum suis pertinentiis. Hedenesburiam cum omnibus quæ sibi adiacent. Terram de Stamputta, & de Huburne, & de Prestetone cum omnibus suis appendiciis.

In Insula Wiht, ex dono *Ricardi* de *Redeveriis*, manerium de Ningwode cum Hamstede, Prestetone, & cum quadam terra in Suthampton cum suis pertinentiis. Totam terram de Apsa, ex dono *Rogeri del Estre*: decimam de dominio *Aluricha* de Brochis in *Ernemua*. Decimam Thelonei de feria de Cristeschercha; Decimam de *Wrek* quicquid illud fuerit quod super feudum meum in parochia eorum evenerit præter de Grespeis, cujus sinistram noam de jure antiquo habere debent. Primum annuatim salmonem, tam decimam salmonum & omnis capturæ piscium, quam omnium novalium meorum per annum intra villam & extra. Duas cotidie carectas euntes propter brueriam super terram meam. Centum annuatim carectas turbarum ad coquinam suam de feudo meo, si super terram suam non habuerint ubiq; super terram meam liberi esse à Teloneo, sive vendant sive emant, primam omnium empionem in villa de Cristecherche, si ego vel hæredes mei absentes fuerimus, si verò præsentes fuerimus secundam habere debent. Nullum mercenarium debent baillivi mei ibidem pati emere vel vendere ad dampnum vel exhonerationem Ecclesiæ, causa lucri mihi vel hæredibus meis, nec de mercenario telonum in Ecclesia aliquando recipere per totum annum. Ubicunq; voluerint piscabunt *Christi Ecclesia* servientes; sed propter salmones meos subrus Twinham, ubi duæ aquæ conveniunt, Habene scilicet, & Sture; quia hæc omnia cum eorum pertinentiis ante me, testibus multis, habuerunt liberè & quietè de me & de hæredibus meis tenenda, & integrè habenda sibi & successoribus suis, concessi, & præsenti Cartâ meâ, & sigillo meo confirmavi; meis hæredumq; meorum Baillivis firmiter præcipiens, ut nullus eos exinde vexet, vel ad contrarium eis fieri permittat. Hiis testibus, *Huberto* de *Vaus*; *Stephano* de *Mandeville*; *Jordano del Estre*; & multis aliis.

Carta Baldewini *de* Redveriis *& Ricardi filii sui de introductione Canonicorum Regularium.*

Baldewinus de *Redveriis* Comes *Devoniæ*, & *Ricardus* filius & hæres ejus domino suo *Henrico* Episcopo *Wintoniæ*, & omnibus Baronibus & hominibus suis *Francis* & *Anglis* salutem. Vestræ dilectioni notificamus, quod quando Deus inspiravit nobis ut ordo Canonicorum Regularium ad honorem Dei & pro salute animarum nostrarum, & antecessorum nostrorum in Christi Ecclesia de Twinham institueretur; Concessimus atq; dedimus eisdem Canonicis Regularibus, & suis posteris ibidem Deo servientibus atque servituris, liberè & quietè ac inconcussè possidere quicquid tenuit præfata Ecclesia in die qua Rex *Henricus* dedit eam *Ricardo* seniori de *Redveriis* prædecessori nostro, tam in ecclesiasticis beneficiis, quàm in terris vel in aliis quibuslibet redditibus. Scilicet Ecclesiam de *Bolra* cum Capellis suis de Bokeherst, & de *Linnetona*; Ecclesiam de Hordhull, & Ecclesiam de Mulnesord; Ecclesiam de Stoppole; Ecclesiam de Pideletone; Capellam de Holcherst. Has omnes Ecclesias & capellas confirmavimus prædictis Canonicis, cum omnibus pertinentiis ac libertatibus suis. In Insula, quæ dicitur *Wella*, villam quæ vocatur *Ningweda*, cum terris & redditibus suis; terram de *Apsa* cum omnibus pertinentiis suis; terram de Prestetone, quæ est in eadem Insula; villam de *Hurna* cum pertinentiis suis omnibus; terram de Cozstell & virgatam terræ juxta pontem de *Huver*; & aliam virgatam terræ, quam *Ailmerus* præsbiter tenuit; terram de Prestetone; terram de *Huburna*; hydam terræ & virgatam de Mulnesord; unam terram in Hamptone, quæ pertinet ad manerium de Ningwede. Hiis testibus *Lucia* Comitissa, *Henrico* de *Redveriis*, & *Willielmo* fratre ejus, & multis aliis. lb. f. 13. b.

Carta

Carta Ricardi *de* Redveriis *junioris Comitis* Devoniæ *de introductione Canonicorum Regularium.*

Ibid. NOtum sit omnibus tam præsentibus & futuris, quod ego *Ricardus* de *Redveriis* Comes *Devoniæ* Anno ab incarnatione domini *Millesimo centesimo sexagessimo primo*, concessi, & hâc Cartâ meâ confirmavi Regularibus Canonicis *Christi Ecclesiæ* de Twinham, quos *Baldwinus* Comes pater meus, & ego, inspirante Deo, per exhortationem venerabilis *Henrici Wintoniensis* Episcopi Deo servituros in eandem Christi Ecclesiam primò introduximus liberam electionem Prioris faciendi, ut quem Canonicè inter se elegerint, & Episcopo *Winton.* meo meorumq; hæredum assensu, præsentaverint, ipse absq; contradictione eidem Christi Ecclesiæ præficiatur. Concessi etiam eis Ecclesias, decimas, Chersez, homines, terras, tenementa, & omnia quæcunq; sunt, & quæ una die secularium Canonicorum fuerunt, vel esse poterunt super feudum meum post mortem ipsorum, omnia integrè in suos usus convertenda, de me & de hæredibus meis sibi & successoribus suis liberè & quietè perpetuo possidenda.

Manerium scilicet de Ningwode cum appendiciis suis; Presteton; terram de Hampstede; terram in Hampton; Ecclesiam de Pideleton cum Capellis, cæterisq; pertinentiis. Præbendam quam habent in eadem villa ex antiquo; Ecclesia de Torleya cum adjacentiis. Manerium de Apsa; Debburne cum *Rogero Maskerell*; Huburne; Preston; la Grave; duas *Hurnas*; dimidiam hidam de Bostell; Totas duas virgatas terræ citra pontem de Huver circumcirca, hinc inde usq; in Stures, & cætera eorum omnia quæ habent & quæ habere poterunt super feudum meum. Decimam de *Theloneo* de feria de Christeschirche. Decimam de Wrek quicquid illud sit cum super feudum meum in parochia eorum evenerit præter de *Grespeiz*, cujus sinistram noam habere debent. Primum annuatim Salmonem; Decimam tam Salmonum quam omnium novalium rerum mearum intra villam & extra. Concessi etiam prædictis regularibus Canonicis omnes libertates & omnes bonas consuetudines de me & de hæredibus meis perpetua libertate possidendas, quas Decani Secularium Canonicorum unquam una die melius & liberius ante habuerunt; Scilicet ut per totam terram meam sine redditione Thelonei emant & vendant, & sint ipsi & homines eorum per totum feudum meum liberi & quieti ab omni exactione præter orationes, in bosco, in plano, in pratis, in pasturis, in brueria, in turberia, in viis, in semitis, in agris, in aquis, in molendinis, in piscationibus, in omnibus locis & in omnibus rebus quæ ad me & ad hæredes meos pertinent.

Præterea concessi eis ut homines eorum ad nullum Hundredum, & ad nullum placitum veniant, nisi ad Hundredum murdredi vel homicidii. Et si fortè contingat homines eorum mihi vel hominibus meis in aliquo forisfacere, justicia inde sit mea, & hæredum meorum emendacio; & catalla sint Prioris & Canonicorum ex dono patris mei & meo. Si verò homines Ecclesiæ de homicidio, vel latrocinio, vel aliquo scelere fuerint intercepti, plenariam Curiam suam habeant liberam & quietam ab omnibus Schiris, placitis quærelis & causis, sicut Decani Canonicorum secularium unquam una die melius ante habere consueverunt, ut in curia sua tractentur & judicentur secundùm rectum coram meis, meorumq; successorum baillivis. In augmentum verò supradictorum prædictis Canonicis dedi unum Salmonem annuatim in Anniversario patris mei, alterum in meo post mortem meam ad pitanciam, ut in Anniversariis nostris inde recreati devociùs & festiniùs divina pro nobis celebrent obsequia. Hanc autem meam meisq; patris donationem & concessionem præsenti Scripto & Sigillo meo illis confirmavi, ut hæredibus meis stabilè & inconcussè permaneant. Testibus *Henrico* & *Willielmo* fratribus meis; *Pagano Trenchard*, & multis aliis.

PRIORATUS

de Heryngham, *in* Sussexia,

De quatuor Capellanis in eodem sustinendis.

Edwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hibernia* & dux *Aquit.* omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint salutem. Cum dominus *E.* nuper Rex *Angliæ* pater noster, pro paupertate & inopia dilectorum nobis in Christo Prioris & Canonicorum de Heryngham, per literas suas patentes concessisse & licenciam dedisse, pro se & hæredibus suis, quantum in ipso fuit, *Willielmo Paynel*, quod ipse Manerium suum de Cokeham, & triginta & duas acras terræ cum pertinentiis in Lanncyngg, unà cum passagio ultra aquam de Nova-Shoreham in com. *Sussexiæ*, dare posset & assignare eisdem Priori & Canonicis; Habendum & tenendum sibi & successoribus suis ad inveniendum quatuor Capellanos seculares, divina in Ecclesia prædictorum Prioris & Canonicorum de Heryngham, singulis diebus, pro ipsius patris nostri, & progenitorum suorum, ac ipsius *Willielmi*, & antecessorum suorum animabus, celebraturos imperpetuum; Et eisdem Priori & Canonicis quod ipsi prædicta Manerium (&c.) recipere possent & tenere (&c.) similiter licentiam dedisset specialem; Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendo edito, non obstante, prout in literis prædictis plenius continetur.

Pat. 1. H. 4. p. 5 m. 12. per Inspex.

Ac *Matildis* filia *Johannis Paynell*, consanguinea

guinea & hæres prædicti *Willielmi*, pro eo quod diversæ rixæ & dissentiones, propter disconvenienciam conversationis Regularium & Secularium, inter ipsos Priorem & Canonicos & Capellanos prædictos indies oriuntur, per quod cultus divinus nimis devotè ibidem Deo exhibeatur, pro hujusmodi malis evitandis, per scriptum suum concesserit præfatis Priori & Canonicis, quod ipsi loco prædictorum quatuor Capellanorum secularium invenire possint quatuor Capellanos regulares, ordinis prædicti, ad divina in Ecclesia prædicta, pro animabus prædictis imperpetuum celebraturos; Et nobis per petitionem suam, coram nobis & consilio nostro in Parliamento nostro exhibitam supplicaverit, ut concessionem suam prædictam acceptare velimus & ratificare, Nos supplicationi suæ in hac parte favorabiliter annuentes, concessionem ipsius *Matildis* prædictam acceptamus, confirmamus, ratificamus, & approbamus (&c.) In cujus (&c.) T. meipso apud Langeleye *xxv.* die *Febr.* anno regni nostri sexto.

Licentia Regis Edwardi *tertii pro appropriatione Hospitalis S.* Antonii *de* Coukham *Prioratui antedicto.*

Ibid. EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ* & *Franciæ* & dominus *Hiberniæ* omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint salutem. Sciatis quod de gratia nostra speciali concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Christo Priori & Conventui de Pervnham, quod ipsi Hospitale S. *Antonii* de Coukham, quod est de advocatione sua propria, ut dicitur, Prioratui suo appropriare, & Hospitale illud sic appropriatum in proprios usus tenere possint sibi & successoribus suis imperpetuum (&c.) T. meipso apud *Westm.* octavo die *Aprilis* anno regni nostri *Angliæ xxv.* regni verò nostri *Franciæ xii.*

PRIORATUS

S. Osithæ *de* Chich, *in agro* Essexiensi.

De prima fundatione ejusdem.

W. Malmesb. fol 135. n. 10. LOcus est in dioceesi *Londoniensi* apud orientales *Saxones Cic*, gentili vocabulo, dictus; ubi est beatæ *Osgithæ* in miraculis famosæ virginis requies, hunc vir ille (scil. *Ric.* de Belmeis *Lond.* Epis.) terras aliquantis, & regularibus implevit canonicis. Erant ibi, & sunt clerici literaturâ insignes; eorumq, exemplo talis habitus hominum lera, ut ita dicam, totam patriam vestivit seges. Meditataburq; ipse (scil. *Ricardus Lond.* Episc,) depositis olim involucris mundi eo transire, præsertim longè paralysis tabe admonitus, si non egrum illecebris animum potestatis Consuetudo retraheret. Hujus loci fuit primus Prior *Willielmus* de *Corbuil*, qui defuncto *Rad.* Archiep. *Cantuar.* in illum honorem erectus est.

Lel. Itiner. vol. 4. fol. 192. St. Osith the daughter to Fredwald was borne in *Querendun* in *Alesbury* parish; and brought up with an aunte of hers at *Ellesborowe* in Chilterne hills, a three miles from Aylesburye by South. St. Osith's body was translatyd for a while for feare of Danes from Chich, (alias St. Osithe) to Aylesbyrie. There was, as I can say a Nunnery or other house of Religion, wher as the personage nes now, and Record yet remaynith that this house should be of the Maturines, alias, Fratres ordinis sanctæ Trinitatis, of like sect to the Fryers of Tykehill and Hundeslowe.

Id Est.

Sct. *Ositha*, *Fredwaldi* filia, *Querendoniæ* in parochia *Alesburiensi* nata, & ab amita apud Ellesborowe inter montes *Chilternenses*, tertio ab *Alesburia* lapide, austrum versus, educata fuit. S. *Osithæ* corpus, metu *Danorum*, à *Chicha*, alias S. *Ositha* [dicta] *Alesburiam* ad tempus translatum fuit. Velataram virginum, aut alia religiosorum domus, ut fertur, fuit, ubi hodie Rectoris mansio, & testimonium extat authenticum, domum hanc ordinis fuisse *Maturinorum*, aliàs fratrum Ordinis S. *Trinitatis*, quemadmodum & fratres de Tykehill & Hundeslowe.

Carta Ranulphi *de* Mandevile *de terris vocatis* Westfields *&* Dira.

Ex autographo penes . . . . . Paley armigerum. GIlberto Dei gratia *Lordirensi* Episcopo & universis sanctæ Ecclesiæ fidelibus, *Ranulphus* de *Mandevilla* salutem, Notum sit vobis quod ego & *Rohesia* uxor mea & hæredes mei, dedimus Ecclesiæ beatorum Apostolorum *Petri* & *Pauli*, & sanctæ *Osithæ* virginis & Martiris, & Canonicis ibidem Deo servientibus, terram illam de duabus Westfields, & terram quæ *Dira* vocatur, quæ fuit *Radulfi* filii *Leifwardi*, quas *Thurstanus* filius *Askatilli* de me tenuit, Et volo quod idem *Thurstanus* amodo de prædictis Canonicis teneat, & sicut mihi hactenus solebat, sic eis amodo statutum servicium faciat; Scilicet viginti tres denarios. Et hanc elemosinam fecimus pro redemptione peccatorum nostrorum & salute animarum nostrarum, & Domini mei Comitis *Willielmi* de *Mandevilla*, & anima patris mei *Gilberti*, & pro salute matris meæ, & fratrum meorum (&c.) Testes *Will.* de *Ver*; *Ric.* filius *Mauritii* de Chiche; & Albricus filius *Albrici* Comitis de *Ver*; & *Petrus* de *Kertlinge*; & *Hamondus* de *Asketot*; *Adam* filius *Alani*, *Thurstanus* filius

filius *Asketilli*, *Thurstanus* filius *Osberti*, *Willielmus* filius *Walteri*, *Mauritius* filius *Mauritii*, *Willelmus* filius *Johannis*, *Radulphus* Magister puerorum *Albrici*.

Carta Bartholomæi *de* Crec *de xliij^s annui redditus.*

Ibid. SCiant præsentes & futuri, quod ego *Bartholomæus* de *Crec*, filius *Roberti* de *Crec*, pro salute animæ meæ, & pro anima *Hervei* de *Glainvill*, avi matris meæ, & aliorum prædecessorum, & successorum meorum, concessi & dedi, & hâc Cartâ meâ confirmavi, ib puram & perpetuam elemosinam Deo, & Ecclesiæ Sanctæ *Ositha* de *Chich* & Canonicis ibidem Deo servientibus, quendam annuum reditum quatuordecim denariorum in villa de Hambell de quodam prato; quod *Angot* filius *Roberti* Mercatoris tenet. Quod pratum vocatur Gripe; De quo prato prædictus redditus pro anima *Hervei* de *Glainvill* dari solet (&c.) Testibus *Adam* de *Bavent*, *Ranulpho* de *Archus*, *Willelmo* de *Alneto* militibus (&c.)

Carta Alberici *de* Vere *de terris in* Dalham *&* Tunstall.

Ibid. HDei gratia *Cantuar.* Archepiscopo, Anglorum Primati, & *Norwic.* & *London.* Episcopis, omnibusq; Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, *Albericus* filius *Alberici* de *Vere* Comes *Oxonia* salutem. Sciatis me confirmâsse Deo & Ecclesiæ Sanctæ *Ositha* de *Chich*, & Canonicis ibidem Deo servientibus donationem & concessionem, quam avia mea *Alicia* de *Ver*, & *Albericus* de *Ver* pater meus eis in liberam & perpetuam elemosinam dederunt; scilicet septem libratas terræ, de maritagio prædictæ *Aliciæ* aviæ meæ, quibus centum solidatæ terræ sunt in Dalham & Tunstall, & quadraginta solidatæ de terra de Denham (&c.) Testibus *Willielmo* filio *Fulkonis* Seneschallo; *Gaufrido* filio *Ricardi* (&c.)

Carta Regis Henrici *secundi Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Cart. 11. E. 2. n. 32. per Inspex. Vide etiam Par. 10. R. 2. part 1. m. 25. Et. Cart antiq. E. n. 22. Et. Cart de ann. 3 & 4. H 5. m. 4. HDei gratia Rex *Angliæ*, dux *Normanniæ*, Comes *Andegaviæ* Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis me pro salute animæ meæ, concessisse, & præsenti Cartâ confirmâsse in perpetuam elemosinam, Deo & Ecclesiæ S. *Ositha* de Chiche, & Canonicis ibidem Deo servientibus & servituris, totum manerium de Chiche, in quo situm est monasterium Sanctæ *Ositha* virginis & martyris, liberum & quietum ab omni terreno servicio & seculari exactione; quod manerium habent ex dono & confirmatione *Ricardi Londonensis* Episcopi cum omnibus pertinentiis & libertatibus quas Episcopi *Londonensis* Ecclesiæ habuerunt in eodem manerio, dum esset in eorundem dominio; pro quo manerio quatuordecim libratæ terræ nostræ in *Lodesword*, & sex libratæ in *Sudmunstra* datæ sunt in escambio ab eodem Episcopo; succedentibus Episcopis *Londonensis* Ecclesiæ. Et ex dono ejusdem Episcopi unam hidam terræ in manerio de Chiche, quam idem Episcopus emit de *Ernulpho Coket*, liberam & quietam ab omni terreno servicio. Et Ecclesias de *Clakestona*; & Ecclesias de *Sudmunstra* & de *Meldanda*, cum duabus hidis terræ & mariscо; & Ecclesiam de Alesthorne cum omnibus terris & pertinentiis, & libertatibus quæ ad prædictas Ecclesias pertinent.

Concedo & confirmo perpetuam in eodem loco Abbatiam, & ut Abbas electione Capituli sui semper eligatur, & constituatur. Ex dono *Henrici* regis avi mei Ecclesias de Blieburc, & de Stoumarket, cum Capellis & terris & omnibus aliis pertinentiis & libertatibus suis, cum *soka*, *saka*, & *Thol*, & *Theam*, & *Infangenethef*; Et prohibeo ne de prædictis Ecclesiis aliquis eis molestiam faciat, vel gravamen, quia eas retineo in dominio & in propria manu mea, sicut meam elemosinam propriam. Confirmo & ratam habeo translationem factam inter Capitulum S. *Pauli* London, & Ecclesiam S. *Ositha* per *Gilbertum Felix* Episcopum *Londinensem* super Ecclesias de *Sudmunstra*, & de *Meldanda* & Alesthorne & earundem pertinentiis, sicut in Cartis prædicti *Gilbert.* Episcopi & Capituli S. *Pauli* continetur. Ex dono *Baldewini* Constabularii, & ex confirmatione Comitis *Stephani* & *Matildis* uxoris suæ, & *Willielmi* Comitis filii & hæredis eorum, tenementum de Chiche, quod est de feodo *Bolonia* in liberam elemosinam tenendum, & ab omni servicio terreno quietum. Ex confirmatione eorundem, & ex dono *Walteri Makerell* & *Ermegard* uxoris suæ, totam terram de Bircho cum omnibus pertinentiis suis, per servitium unius militis tenendum. Ex dono *Aliz.* de *Veer* & Comitis *Alberici* filii sui, centum solidatas terræ in Dalham & in Tunstall & quadraginta solidatas in Dalham.

Ex dono *Radulfi Travers*, & *Petronillæ* uxoris suæ dimid. hidam terræ in Brisetle. Ex dono *Huberti* de *Sancto Claro* decem solidatas terræ in *Brumlja*. Ex dono *Roberti* de *Reymes* centum acras terræ arabilis, & tres acras & unam perticatam de prato in Pefchinge. Ex dono *Willielmi* de *Wokindana* apud *Boscum arsum*, terram quæ vocatur Corstede, cum omnibus pertinentiis suis liberas & quietas ab omni terreno servicio. Terram etiam de *Toleshunta* quam habent de feodo *Roberti* filii *Hervei*, & terram de Chiche quam habent de feodo *Bernardi* de *Baillol.* Omnes has possessiones, terras, elemosinas, concedo prædictis Canonicis, & confirmo ut habeant & teneant eas benè & in pace liberè & quietè de rewardo & placitis forestæ, & de omnibus consuetudinibus & exactionibus. Et prohibeo ne aliquis Forestarius intromittat se de bosco eorum, set liceat eis liberè eo uti, & inde ad usus domus suæ sufficienter capere. Habeant etiam warennam in terris suis de Chiche, & de Bircha, & de Stoumarket, & duos leporarios & quatuor

brachetos ad capiendum leporem & vulpem, & nullus in eis fuget, nisi per licentiam eorum. Sint illi & omnes homines sui, & omnia mercata sua libera & quieta ab omni thelonio quod ad me pertinet in omni foro, & in omnibus nundinis, & in omni transitu pontium, calceārum, viarum, & maris per omnes terras meas. Et habeant mercatum de Chiche, & teneant illud benè & in pace liberè & quietè, integrè & honorificè. Et prohibeo ne aliquis super hoc vexare illos, aut aliquo modo illis molestiam facere presumat. Sint ipsi & omnes homines sui liberi & quieti de sectis comitatus & Hundredorum, & placitis & querelis, & de pecunia danda pro forisfactura de murdre, de geldis, & denegeldis, & de hidagiis de decem & novem hidis, de scutagio, salvo scutagio unius militis de Burcho, de assisis veteribus & novis, de auxiliis Vicecomitum, & præpositorum Hundr. & de eorum miserecordia de miserecordia comitatus, de invasione, & inquietudine omnium hominum, de operibus castellorum, parcorum, pontium, calcearum & clausuris, & omni carregio, & summagio, & navigio, & lestagio, & stallagio, & domuum regalium edificatione, & omnimoda operatione. Et nichil de silvis eorum ad prædicta opera, vel ad aliqua alia ullo modo capiatur. Et prohibeo ne de aliquo tenementorum suorum ponantur in placitum, nisi coram me, vel coram capitali Justicia mea. Quare volo (&c.) Dat. per manum nostram apud *Ebor. xi.* die *Septembris* anno regni nostri quinquagessimo secundo.

Carta Regis Johannis *facta* Will. *Episc.* Lond. *& successoribus suis de Advocatione præfatæ Abbathiæ.*

Cart. antiq. z. n. 32. IOhannes Dei gratia Rex *Angliæ* &c. Sciatis nos, intuitu Dei, & ob reverentiam beati *Pauli*, dedisse, concessisse & hâc Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ S. *Pauli Londoni*, & venerabili patri nostro, domino *Will. London.* Episcopo & successoribus suis Advocarionem Abbathiæ S. *Osithæ* de Chiche, & totum jus quod in ea habuimus, tam in custodia ejusdem Abbathiæ vacantis, quàm in electione ejusdem Abbatis, cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus ad hujusmodi Advocationem pertinentibus. Quare volumus (&c.) Dat. per manum *Hugonis* de *Welles* Archidiaconi *Wellensis*, apud *Eboracum xii.* die *Febr.* anno regni nostri septimo.

PRIORATUS
de Irwoxth *in agro* Suffolciensi

De fundatione ejusdem, & progenie Fundatoris.

Ex Collect. S. Le. Knivetoni Arm.

GIlbertus Blundus, veniens in Conquestu cum *Willielmo Bastardo*, fundavit domum Conventualem beatæ *Mariæ* de Irwoxth, in comitatu *Suffolciæ*, ordinis S. *Augustini*, propè Ecclesiam parochialem ejusdem villæ, quæ processu temporis destructa fuit per guerram. Habuit ille *Gilbertus* in uxorem *Aliciam* de *Colekirke*, & procreavit *Gulielmum* filium suum.

Gulielmus filius, & successor in hæreditate, duxit *Saram* de *Montecanisio*, & reædificavit & restruxit domum prædictam, in loco ubi nunc sita est Ecclesia.

Præfata *Sara* procreavit *Hubertum* filium suum. *Hubertus* succedens in paternâ hæreditate, copulavit sibi in uxorem *Agnetem* de *Insula*, & ex eâ genuit *Gulielmum* filium suum. *Gulielmus*, patri succedens, collocavit sibi in uxorem *Ceciliam* de *Vere*, & procreavit *Gulielmum* filium suum, & duas filias; *Agnetem* & *Roisiam*.

Gulielmus, patri succedens, duxit in uxorem *Aliciam* de *Capell*, & fuit verus patronus Ecclesiæ prædictæ; & occisus erat in prælio apud Lewes, sine prole, filios sororum suarum relinquens hæredes in Baroniâ suâ.

Agnes, prima sororum & hæredum, nupta fuit *Gulielmo Criketot*, qui genuit ex eâ *Gulielmum* filium suum, & in Baroniâ prædictâ materno jure cohæredem. *Gulielmus Criketot* junior duxit in uxorem *Mariam* filiam *Gilberti Peche*, & procreavit filium suum *Gulielmum*. *Gulielmus Criketot* tertius duxit uxorem *Johannam* filiam *Gulielmi* de *Watevill*, & ex eâ genuit *Gulielmum Criketot*. *Gulielmus Criketot* quartus duxit in uxorem Isabellam filiam *Johannis Bracebrigge*, & habuerant exitum *Gulielmum Criketot*. *Gulielmus Criketot* quintus desponsavit *Johannam* filiam *Thomæ Poyninges*, ex quâ duos filios, cum filiabus procreavit. *Gulielmus* hæres, mortuus sine prole. *Edmundus*, natu secundus, Canonicus apud Irwoxth. *Joanna* soror eorum Canonica apud Campes.

Roesia, alia soror & cohæres prædicti *Gulielmi* domini *Blundi*, occisi apud Lewes, ut superiùs annotatur, nupta fuit *Roberto* de *Valoniis*, & *Robertus* filius eorum fuit hæres. *Robertus Valoines* junior duxit *Evam Criketot*, procreans ex eâ duas filias; viz. *Roesiam* nuptam *Edmundo Pakenham* militi; qui procreavit *Edmundum Pakenham* militem, secundum; qui desponsavit *Mariam* filiam *Johannis Comyn* de Scotiâ; & genuit

genuit *Edmundum* & *Thomam*, qui obierunt sine exitu. *Cecilia* desponsata *Roberto Vfford*, ex quibus *Robertus* Comes *Suff.* Pater *Gulielmi* Comitis *Suff.* & *Margareta* & *Isabella* uxoribus ejus nullam suscepit prolem.

Gulielmus Pakenham miles, secundus filius *Edmundi Pakenham* militis, & *Roesiæ* prædictæ & frater *Edmundi* posterioris, ex *Cecilia* uxore suâ procreavit duos filios; scilicet *Ricardum* & *Thomam*. Iste *Ricardus* habuit in uxorem dominam de *Assfeld*, sine exitu. Et *Thomas* frater ejus, ex *Alicia* uxore suâ, genuit *Theobaldum* & *Hervеum*; fuit iste *Hervеus* Rector Ecclesiæ de Bradwell.

Theobaldus, ex *Margareta* uxore suâ, genuit *Johannam* & *Roesiam*. Iste *Johannes* copulavit sibi in uxorem *Agnetem* filiam *Thomæ Saxhom* militis, & genuit ex eâ filiam, nomine *Margaretam*, nuptam *Gulielmo Bradwell* militi; qui ex eâ genuit filios, viz. *Johannem* & *Robertum*. Iste *Johannes* nupsit *Isabellam* filiam *Thomæ Barre* militis, & procreavit *Gulielmum* filium suum.

Iste *Gulielmus* nuptit *Elizabetham* filiam *Thomæ Hethe*, de qua procreavit *Margeriam* filiam suam, nuptam *Johanni Harlestoñ*, filio & hæredi *Johannis Harlestoñ*, qui nunc petit hæreditatem jure uxoris suæ.

PRIORATUS
de Norton in comitatu Cestriæ.

Carta Rogeri *Constabularii* Cestriæ, *Donationes antecessorum & aliorum, recitans & confirmans.*

Ex autographo in bibliotheca *Cottoniana.*

ARchiepiscopis, Episcopis, Comitibus, Baronibus, universis hæredibus & hominibus suis, omnibusque sanctæ matris Ecclesiæ filiis, clericis & laicis, tam præsentibus, quàm futuris *Rogerus Constabularius Cestriæ* salutem in domino. Noverit universitas vestra, quod concessi & hac meâ præsenti Cartâ confirmavi Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de *Nortona*, & Canonicis ibidem Deo regulariter servientibus, omnes donationes, concessiones & confirmationes, quas *Willielmus* filius *Nigelli*, Constabularius *Cestriæ*, & *Willelmus* Constabularius, junior filius prædicti *Willelmi*, & *Johannes* pater meus Constabularius *Cestriæ* prænominatæ Ecclesiæ & Canonicis de *Nortona* in puram, liberam & perpetuam elemosinam fecerunt, & Cartis suis confirmaverunt; scilicet totam *Nortonam*, cum omnibus pertinentiis suis. Et Ecclesiam de *Runcona*; & Ecclesiam de *Buddewrtha*, cum omnibus pertinentiis earum. Et Ecclesiam de *Radeclivâ* super *Soram*, in Notinchamsire, cum omnibus pertinentiis suis, & quartam partem molendinorum ejusdem villæ, & decimas reliquarum trium partium. Et Ecclesiam de *Knesshala*, cum omnibus pertinentiis suis, & decimas molendinorum ejusdem villæ; & decimam molendini de *Alretona*. Et Ecclesiam de *Dunintona* in *Lejcestresira*, cum omnibus pertinentiis suis, & decimam molendini ejusdem villæ. Et unam carrucatam terræ de dominio in eadem villa, & dimidiam carrucatam terræ juxta *Dunintonam*, quæ vocatur Wavertost. Et Ecclesiam de *Burtona* in *Lyndesesa*, cum omnibus pertinentiis suis, & unam mansuram in eadem *Burtona*, quam *Rogerus* filius *Alureds* prædictis Canonicis dedit pro anima *Lecelinæ* sponsæ suæ, & aliam in *Derebi* quam idem *Rogerus* eis dedit pro anima *Matildis* sponsæ suæ.

Et Ecclesiam de *Piritona* in *Oxenfordsira*, cum omnibus pertinentiis suis, cum communitate exituum & pascuorum omnium ad *Piritonam* pertinentium. Et monasterium sancti *Michaelis* in *Cestria*, cum una mansura in eadem civitate. Et totam Capellariam totius Constabularus mei *Cestriæ*, tam ultra *Limam*, quam infra, plenariè & integrè, cum omnibus pertinentiis suis. Et dimidiam *Suttonam* juxta *Cestriam*, cum omnibus pertinentiis suis, & cum duabus partibus dominicarum decimarum ejusdem dimidiæ *Suttonæ*. Et unam carrucatam terræ inter eandem *Suttonam*, & pontem de Stanford, quæ vocatur Dunnescroft, cum prato quod vocatur Wluteker, usque ad prædictum pontem. Et duas bovatas terræ in *Stancia* cum duabus partibus dominicarum decimarum, & cum decima molendini ejusdem villæ, & duas partes dominicarum decimarum in *Rubi*, & similiter de *Barwa*, cum molendino ejusdem villæ, & cum decima alterius molendini, quod pater meus *Johannes* postea fecit in aggere ejusdem Warue. Et molendinum de *Haltona*, quod est juxta Ecclesiam de *Runcona*, cum omnibus pertinentiis suis, cum decimis aliorum molendinorum quæ prædictus pater meus postea fecit in territorio ipsius *Haltonæ*. Et duas bovatas terræ cum una mansura in eadem *Haltona*. Et dimidiam partem omnium piscariarum quæ ad *Haltonam* pertinent. Et communitatem boscorum & aquarum & pascuorum ad *Haltonam* pertinentium, tam Canonicis, quàm hominibus suis. Et dimidiam partem totius piscariæ meæ de *Thelwella*, cum una bovata terræ, & cum uno piscatore in eadem villa. Et unam bovatam terræ in *Calvedona*.

Et duas partes dominicarum decimarum in Stainsughes, ultra Kibbel. Et decimam partem redditus paſagii de Werle apud *Runconam*. Et dimidietatem dominicarum decimarum de Wilmes. Et totam terram quam *Gilbertus Fell is* tenuit, quæ est ante portam præfatorum Canonicorum, & unam culturam terræ, quæ vocatur Rogeresscroft, quæ est inter vivarium Canonicorum & nemus, quod vocatur Essmor. Concedo etiam prænominatis Canonicis singulis annis in perpetuum in assumptione beatæ *Mariæ* duos damos de parco meo de *Haltona*; & ut omnes dominici porci eorum sint cum meis dominicis porcis in omnibus nemoribus meis & alibi ubicumque possonam ad meos dominicos porcos adquirere possum. Necnon & ea quæ prædictis Canonicis antecessoribus meis concedentibus & confirmantibus milites

eorum dederunt, scilicet duas partes dominicarum decimarum de *Suttona*, ultra Werfe. Et unam bovatam terræ de dominio in Tozbot, cum omnibus pertinentiis suis. Et duas partes dominicarum decimarum de medietate villæ de *Walburtona* supra Werfe, quæ ad feudum meum pertinet. Et duas partes dominicarum decimarum de *Estona Rogeri* filii *Alured* & terciam partem decimæ piscariarum, quæ ad eandem *Estonam* pertinent in Weure.

Et molendinum de *Mulintona*, cum omnibus pertinentiis suis, cum una cultura terræ quæ vocatur Wulurcroft, cum omnibus communitatibus & eisiamentis, quæ ad eandem *Mulintonam* pertinent. Et molendinum de *Waletona*, cum omnibus pertinentiis suis; & unam culturam terræ inter *Westonam* & *Runconam*, quæ vocatur *Gorstiacra*. Volo igitur, & ex corde concedo, ut supradicti Canonici hæc omnia prædicta habeant & teneant in puram, liberam & perpetuam elemosinam in bosco & plano, cum warenna, in pratis, in agris, in aquis, in pascuis, in pasturis, ita liberè, solutè & quietè ab omni seculari servicio; & ut habeant plenariè Curiam suam, cum *soca* & *sacu* & *infangenthef*, & cum omnibus aliis libertatibus & liberis consuetudinibus, sicut ulla elemosina concedi & dari melius & liberius debet aut potest. Hiis testibus. *Stephano* de *Muschamps*, *Hugone* de *Duttona*, *Petro* de *Goincurt*, *Adam* de *Duttona*, *Ricardo* Capellano de *Haltona*, *Ricardo* Capellano de *Runcona*, *Hugone Dispensatore*, *Gaufrido Pincerna*, *Herberto* de *Waletona*, *Etropio*, *Willielmo Venatore*, & multis aliis.

Carta Regis Edwardi *tertii Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Cart. 3 E. 3. n. 27. Vide etiam Pat. 22. H. 6. m. 25.

REx *Archiepiscopis &c. salutem. Inspeximus Cartam bonæ memoriæ domini* H. *quondam Regis* Angliæ *progenitoris nostri, in hæc verba.* H. Dei gratia Rex *Angliæ* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *And.* Archiepiscopis (&c.) Salutem. Sciatis me concessisse & præsenti Cartâ confirmâsse in perpetuam elemosinam Deo & Canonicis in *Nortona*, quicquid eis rationabiliter datum est; videlicet totum Manerium de *Nortona*, cum omnibus pertinentiis suis, quod *Willielmus* Constabularius *Cestriæ* junior eis dedit in escambium pro septem carucatis terræ, quas pater ejusdem *Willielmi* antea dederat eis in elemosinam. Et Ecclesiam de *Runcona*, & Ecclesiam de *Buddesworda*, cum omnibus pertinentiis earum, & molendinum de Baron; & molendinum de *Haltona*; & duas bovatas terræ in *Haltona*, cum una mansura & dimidiam partem omnium piscariarum, quæ ad *Haltonam* pertinent; & communitatem boscorum & aquarum & pascuorum ad *Haltonam* pertinentium, tam Canonicis quàm hominibus suis, & dimidiam partem tocius piscariæ de *Thelewella*, cum una bovata terræ & cum uno piscatore; & duas bovatas terræ quæ vocantur Wltonesse, cum communitate bo cosum & pascuorum ad *Appeltonam*, & ad *Kinerdeleiam* pertinentium, tam Canonicis, quàm hominibus suis; & duas partes dominicarum decimarum de Steininges; & duas partes dominicarum decimarum de Baron; & duas partes dominicarum decimarum de dimidia parte *Suttonæ*, juxta *Cestriam*.

Et duas partes dominicarum decimarum de *Stanei*; & duas partes dominicarum decimarum de Haby; & duas partes dominicarum decimarum de *Suttona*, ultra aquam Werfe. Et Ecclesiam de *Radeliva*, cum omnibus pertinentiis suis; & in eadem villa quartam partem molendinorum; & decimas reliquarum trium partium. Et Ecclesiam de *Cneshala*, cum omnibus pertinentiis suis; & decimas molendinorum ejusdem villæ; & decimam molendini de *Aletona*. Et Ecclesiam de *Dunintona*, cum omnibus pertinentiis suis, & decimam molendini ejusdem villæ, & unam carucatam terræ de dominico in eadem villa, & dimidiam crucatam terræ juxta *Dunintonam*, quæ vocatur Wlavertost. Et Ecclesiam de *Burtona* in *Lyndesya*; cum omnibus pertinentiis suis. Et Ecclesiam de *Firintona*, cum omnibus pertinentiis suis; & unam mansuram in *Cestria*; & in eadem Civitate *Cestriæ* duas mansuras, quas ipsi emerunt; & dimidiam partem villæ quæ vocatur *Suttona*, juxta *Cestriam*, cum omnibus pertinentiis suis.

Et Monasterium Sancti *Michaelis* in *Cestria*, cum una mansura in eadem Civitate, & cum duabus bovatis terræ in *Stanei*, & cum decima molendini ejusdem villæ, & molendinum de *Waletona*; & unam culturam terræ inter *Westonam*, & *Runconam*, quæ vocatur *Gorstiacra*; & de feodo *Warini* de *Vernon* duas bovatas terræ in Burnalethe. Et de feodo *Cestrensis* Episcopi unam mansuram terræ extra portam civitatis *Cestriæ*; & de feodo *Roberti* de *Stafforda* unam bovatam terræ in *Calveduna*. Quare volo (&c.) Testibus *T. Cantuar.* Archiepiscopo, *Ric. Lond. Jocelino Sarum*, Episcopis, *R.* Comite *Cornubiæ* (&c.) apud *Warengefordam*. *Nos autem concessionem & confirmationem præditas; Necnon donationem, concessionem, & confirmationem, quas* Wronon Punterlinc *fecit per Cartam suam, Deo & præditis Canonicis, de molendino de* Mulintona, *& una cultura terræ, quæ vocatur* Wulurcroft, *ante publicationem statuti de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis editi. Ac donationem (&c.) quas* Hugo *de* Duttona, *filius* Hugonis *de* Dutton *fecit per Cartam suam prædictis Canonicis, de duobus solidis & octo denariis, de redditu de* Pulleseia, *& quatuor solidis de terra* Johannis Diggor *de* Haultona; *& de matremio de bosco de* Berwic *ad molendinum eorum de* Berwic *reparandum. Ac de terra de* Fredesham *cum pertinentiis; & de terra de* Pulleseya, *cum Capella & tota terra assartata; & pastura ad sexaginta animalia ibidem, ante publicationem statuti supradicti, ut dicitur, gratas habentes & gratas, eas (&c.) confirmamus (&c.) Dat. per manum nostram apud* Glouc. xxx. *die* Augusti.

Fundatorum

Fundatorum progenies, & historia.

Ex Cod. MS. in bibl. Cott. [sub effigie Cleopatræ C. 3.] f. 113. b.

MEmorandum quod cum *Willielmo Bastard*, quem sanctus *Edwardus* Confessor, tanquam probiorem & propinquiorem consanguineum suum, hæredem *Angliæ* assignaverat, venit quidam miles nomine *Hugo* in *Angliam*; cui idem *Willielmus* Rex postea dedit comitatum *Cestriæ*, adeo liberum ad Gladium suum, sicut ipse rex totam tenebat *Angliam* ad Coronam suam. Et cum isto Comite *Hugone* venit quidam nobilis, nomine *Nigellus*; & cum isto *Nigello* venerunt quinque fratres, videlicet, *Hudardus*, *Edwardus*, *Wolmerus*, *Horswinus* & *Wolfanus*. Dictus verò *Hugo* Comes *Cestriæ* dedit præfato *Nigello* Baroniam de **Haulton**, ad quam pertinent *ix.* feoda militum & dimidium, & quarta pars unius feodi, & quinta pars unius, nomine Constabulariæ *Cestriæ*, & fecit eum Marescallum, & Constabularium suum; ita quandocumque dictus *Hugo* Comes exercitum moveret versùs *Walliam*, dictus *Nigellus* & hæredes sui in eundo præcederent & in redeundo cum exercitu, ultimi remanerent. Et ob hanc causam dedit præfatus *Hugo* Comes prædicto *Nigello* duo feoda militum in **Englefelo**, circa **Rotherham**. Et illam terram tenuerunt præfatus *Nigellus* & hæredes sui usq; ad tempus *Rogeri Helle*.

Dedit etiam prædicto *Nigello* & hæredibus suis, de præda perquisita in *Wallia*, omnia animalia diversorum colorum, inter quatuor membra, cujuscumque generis essent. Et ita obtinuit prædictus *Nigellus*, & hæredes sui hodie. Prænominatus *Hudardus* etiam fuit Senescallus dicti *Nigelli* Constabularii, & ei dedit *Nigellus* dominus suus omnes tauros venientes de *Wallia* in parte sua, & latori vexilli sui meliorem bovem; quæ omnia adhuc usi sunt cum aliqua expeditio movetur versùs *Walliam* per partes illas. Alias libertates autem dedit prædictus *Hugo* Comes *Nigello* prædicto, Constabulario suo; videlicet quod si aliquis hominum prædicti *Nigelli* furtum fecisset vel aliquod aliud scelus perpetrasset, utpote homicidium vel hujusmodi, Senescallus dicti *Nigelli* de **Haulton**, liberè malefactorem caperet & duceret usque ad Castrum de **Haulton**, ita quod ibi staret judicio sine disturbatione prædicti Comitis vel ballivorum ejus; Etiam ita quod Senescallus vel ballivi de **Haulton**, si reum vellent dimittere, præsentarent eum ad tres Comitatus *Cestriæ*, & ad tercium cum liberum dimitterent, nisi esset aliquis vel aliqua prosequens adversùs eum. Sed ista libertas infirmata est tempore *Edwardi* Regis, filii regis *Henrici*, & *Henrici* de *Lacy* Comitis *Lincolniæ*, tunc domini de **Haulton**, & *Gunfelmi* de *Badlesmere*, tunc Justiciarii *Cestriæ*; scilicet anno gratiæ *M. CC. lxxv.*

Item hospitium prædicti *Nigelli* Constabularii, & hæredum suorum, erit proximum hospitio dicti Comitis, ita videlicet quod omnia quæ ad prædicti *Nigelli* opus erunt necessaria, emant ministri sui ante omnes alios in civitate *Cestriæ*, nisi prænominati Comitis ministri prævenerint, sine cujuscumq; contradictione. Item unam libertatem dedit prædicto *Nigello* Comes antedictus, quam nulli Baronum **Cestreschyre** concedere voluit; videlicet, quod si aliqua controversia inter aliquos de feodo Constabulariæ moveatur de divisis, de serviciis vel de tenementis, Senescallus vel ballivus de **Haulton** in illo loco, ubi esset contentio, sisteret Curiam domini sui, & per *xii.* fideles de Curia partibus consentientibus faceret secundùm legem terræ transgressionem emendari, & amerciamenta indè proveniencia ad opus Domini sui perciperet. Præterea idem Comes dedit præfato *Nigello* Constabulario suo, le *Stretward* in nundinis *Cestriæ* & *Marketzeli* in omni terra pertinente ad honorem de **Haulton**; & omnia animalia advenientia fugitiva, Gallicè *Weythe*, in toto Hundredo de **Halton**. Habebat etiam *Nigellus* idem de concessione dicti Comitis, attinctas de *xxiiii.* in Curia sua juratas, & multa alia, quæ modo in Curia non permittitur de **Haulton**. Et has omnino libertates non habet aliquis Baronum **Cestreschyre**, nisi tantum hæres prædicti *Nigelli*. Cui etiam dedit idem Comes stallagium per totum Hundredum de **Halton**, & libertatem sibi & hominibus suis de Hundredo de **Halton** liberè vendendi & emendi, tam in *Cestria*, quàm in Comitatu, & *Wyeis*, ubi tunc non fuit lex ulla, omnia *sine tol & stud*, præter sal & equos. Et valent per annum le *Stretward*, & le *Marketzeld xviii. s.* & *ob.* Et illud *ob.* percipiet dominus de villula de **Perbury**. Stallagium autem valet per annum *xxx. s.* Tales igitur libertates pertinent ad Honorem de **Haulton**.

Iste itaque *Nigellus* Constabularius, prænominato dedit *Hudardo* seneschallo suo de **Haulton**, pro homagio & servicio suo, **Weston**, & *magnam* **Aston** cum pertinentiis suis, scilicet unum feodum militis. Et de isto *Hudardo* venerunt omnes *Duttonienses*. Dicto autem *Edwardo*, *Hudardi* prænominati germano, dedit idem *Nigellus* duas bovatas terræ in **Weston**, quas modo tenent hæredes *Willielmi* filii *Ranulfi*. Aliis autem fratribus duobus *Hudardi*; scilicet *Wolmero* & *Horswino*, dedit *Nigellus* Constabularius quandam terram in villa de **Runcorne**, quam nunc possident Prior & Conventus de **Norton**, ex dono scilicet *Willielmi* filii *Nigelli*. Quintus verò frater, scilicet *Wolfanus* fuit sacerdos; & ipsi dedit Ecclesiam de **Runcorne** *Nigellus*, quam nunc habent in proprios usus Canonici domus antedictæ de dono prædicti *Willielmi* filii *Nigelli*, qui domum dictorum Canonicorum fundavit primò apud **Runcorne**, scilicet anno gratiæ *MCxxxiii.* Et iste *Willielmus* filius *Nigelli* fundator dictæ domus, obiit & sepultus est apud *Cestriam*. Cui in hæreditate successit filius ejus *Willielmus* junior, qui prædictis Canonicis dedit in excambium alias terras pro terra sua de **Runcorne**, & aliis terris suis; scilicet ad *Northonam* villam transferendo Prioratum antedictum. Et iste *Willielmus* obiit in *Normannia*, unde venerat avus suus, & non reliquit hæredem de corpore suo, sed habuit duas sorores, scilicet *Agnetem*

& *Matildem*, inter quas divisa fuit hæreditatis honoris de Haulton. *Matildem* desponsavit quidam miles *Eustachius* nomine, qui fuit postea interfectus in *Wallia*. Et *Aubertus Grelly* duxit dictam *Agnetem* uxorem.

Eustachius verò prædictus antequam interficeretur, cum dicta *Matilda* habuit filium, qui vocabatur *Ricardus*. Et iste *Ricardus* duxit sororem *Roberti* de *Lacy*, quæ vocabatur *Aubrey Lysours*, de qua genuit duos filios, scilicet *Johannem* Constabularium, Fundatorem domus de Stanlowe, & fratrem *Robertum* Hospitalarium; & duas filias, scilicet *Saram* & *Abreyam*. *Sara* fuit data *Roberto* de *Aldeford*; altera vero, scilicet *Abreya*, data fuit *Henrico Befet*. Et notandum quod *Aubreya* soror *Roberti* de *Lacy*, ex parte matris, & non ex parte patris, quia pater ejusdem *Aubreya* fuit *Robertus* de *Lysours*; successit tamen dicto *Roberto* de *Lacy* in hæreditatem, quia ipse nullum hæredem habuit de se genitum, nec alium tam propinquum undè & illa post mortem ipsius, utramque hæreditatem, scilicet de *Lacy* & de *Lysours* occupavit. Dictus verò *Johannes* Constabularius, filius prædicti *Ricardi* & *Aubrya*, duxit in uxorem *Aliciam* sororem *Willielmi* de *Maundevyl'*, de qua genuit *Rogerum* Constabularium, cognomento *Helle*, & alium filium nomine *Eustachium*, & plures alios. Iste etiam *Rogerus* habuit quendam fratrem, *Ricardum* nomine; cui dedit villam de *More*; & hic postmodum fuit leprosus, & sepultus est in capitulo Canonicorum de Norton. Sed & iste *Rogerus* Constabularius duxit uxorem *Matildem* de *Claro*, sororem Thesaurarii *Eboracensis* Ecclesiæ, de qua genuit *Johannem* Constabularium.

Tempore quoque illius *Rogeri* Constabularii, quidam Comes *Cestriæ*, *Ranulfus* nomine, exiit in *Walliam* cum exercitu suo; & contigit, quod deficiente exercitu, fugeret ad quoddam castellum, & ibi est à Wallen bus obsessus. Quod audiens idem *Rogerus* Constabularius, qui non erat illa vice cum domino suo (nam remanserat in *Cestria*) per nuncios idem Comes ei mandavit necessitate compulsus, quod quamtocius ei faceret succursum; qui accersitis sutoribus *Cestriæ* & histrionibus, festinanter cum exercitu suo venit domino suo facere succursum. Wallenses vero videntes multitudinem magnam venientem, relictâ obsidione fugerunt. Comes verò cum Constabulario suo, & exercitu suo exeuntes, pervenerunt ad *Cestriam*. Et propter hoc dedit Comes antedictus *Rogero* Constabulario dominationem & advocationem dictorum sutorum & histrionum. Constabularius verò retinuit sibi & hæredibus suis dominationem sutorum & histrionum, dedit verò Senescallo suo, scilicet ..... ex hæredibus dicti *Hudard*, quas libertates hæredes eorum tenuerunt usque in præsentem diem. Iste *Rogerus* moriebatur in festo Sancti *Remigii*, anno gratiæ *MCCxl* & cum domina *Matilda* uxore sua sepultus est in choro Monachorum de loco benedicto de Stanlowe. Post mortem autem dicti *Rogeri*, *Johannes* Constabularius, filius ejus, duxit *Aleysiam* filiam *Gilberti* de *Aquila* uxorem. Quâ defunctâ & sepultâ apud Norton, desponsavit idem *Johannes Margaretam* filiam *Roberti* de Quenci Comitissam *Lincolniæ*, de qua genuit *Edmundum* de *Lacy* Constabularium *Cestriæ*, qui post mortem patris sui *Johannis* prædicti Comitis etiam obiit ante matrem suam, postquam genuerat *Henricum* de *Lacy* Comitem *Lincolniæ* secundum, ex parte matris, de *Aleisia* filia Marchionis de *Saluces* in *Italia* cognata Reginæ *Subaudiensium*, quam in juventute sua duxerat uxorem. Mater verò ejusdem *Edmundi* sepulta est *Londoniæ*, extra chorum Hospitalariorum de Clerkenwell, juxta *Robertum* patrem suum. Mater vero dictæ *Aleisiæ* uxoris *Edmundi*, mortuo Marchione de *Saluces* viro suo, desponsata fuit *Memfredo* filio *Frederici* Imperatoris, qui genuit ex ea *Constantiam* uxorem *Petri* filii *Jacobi* Regis *Arragoniæ*.

Johannes etiam Constabularius & primus Comes *Lincolniæ* de illa progenie, & hoc per *Margaretam* uxorem suam, mortis exsolvit debitum in festo beatæ *Magdalenæ* anno gratiæ *MCCxl*. sepultaque est juxta *Rogerum Helle* patrem suum in Choro Monachorum in loco benedicto de Stanlowe. Post mortem autem dicti *Johannis* de *Lacy*, filius ejus *Edmundus* de *Lacy* Constabularius, & non Comes, vixit *xiii*. annis, & moriebatur anno gratiæ *MCCxlviii*. nonas *Junii*, & similiter jacet apud locum benedictum, juxta patrem suum.

Prædicti *Edmundi* de *Lacy* Constabularii *Cestriæ* filius fuit & hæres, *Henricus* de *Lacy* secundus Comes *Lincolniæ* ex parte patris, cui Rex *Edwardus* dedit duo cantreda in *Wallia*, scilicet de *Roos* & de Rowrignok, pro servicio; scilicet anno Domini *MCClxxxii*. Et hujus *Henrici* de *Lacy* secundi Comitis *Lincolniæ* filius fuit *Edmundus* de *Lacy* junior, qui natus est de *Margareta* filia *Willielmi* de *Longespey*, cui rex *Edwardus* isto anno dedit maritagium *Matildæ* puellæ quinquennis, filiæ & hæredis *Patricii* de *Charworth*, quam genuit de filia *Willielmi* de *Bello Campo* Comitis de Warwyk, quam postea duxit uxorem *Hugo Dispenser*. Iste itaque *Edmundus* dominus & filius *Henrici* de *Lacy* statim juvenis est defunctus, nullo post se relicto hærede de corpore suo procreato. Dictus igitur *Henricus* Comes *Lincolniæ* de prædicta *Margareta* uxore sua genuit alium filium nomine *Johannem*, & filiam unam nomine *Aleysiam*; sed *Johannes* iste priusquam annos nubiles attigisset, super turrem quandam in castro de *Pontefracto* incautè discurrens, lapsus est ultra muros & in terram collisus & confractus protinus expiravit, nullum post se sui corporis relinquens hæredem.

Prædicta igitur *Aleisia*, filia & hæres dicti *Henrici* de *Lacy*, ix. ætatis suæ anno, desponsata fuit *Thomæ* de *Lancastria*, nepoti dicti *Edwardi* domini Regis, filio & hæredi *Edmundi* Comitis *Lancastriæ*, fratris ejusdem domini Regis *Edwardi*; unde quia dictus Comes *Henricus* hæredem de corpore suo non habebat præter ipsam Aleisiam filiam suam, idem Comes ad instantiam dicti domini Regis reddidit eidem domino Regi omnia Castella & castra,

castra, dominia, terras, & tenementa cum pertinentiis, quæ habuit in comitatibus *Lancastriæ* & *Cestriæ*, & manerium de **Blaythum** in **Boutland**, cum tota foresta ejusdem; & manerium de **Snayth** cum *soka* in comitatu *Eboracensi*, manerium de **Byngeston** cum pertinentiis in comitatu **Dorset**, & omnia alia terras & tenementa quæ *Aleſia* de *Lacy* mater dicti Comitis *Hen.* tenuit in dote de hæreditate ejusdem Comitis in comitatu *Lancastriæ*. Quæ eciam omnia castra, dominia &c. idem dominus Rex statim dedit & concessit dicto Comiti *Hen.* de *Lacy* & hæredibus de suo corpore procreatis. Ita tamen quod si idem *Henricus* sine hæredibus vel hærede de suo corpore decederet, aut si hæredes illi sine hæredibus de suis corporibus genitis morerentur, tunc omnia prædicta castra, dominia &c. cum pertinentiis integrè remanerent dicto *Edmundo* Comiti *Lancastriæ*, fratri Regis, & hæredibus imperpetuum, prout in Cartis indè factis plenius continetur. Et notandum quod dicta donatio sive feoffatio fuit facta anno dicti Regis *Edwardi* regis, filii *Henrici xxii.* in festo Apostolorum *Symonis* & *Judæ* apud *Westmonasterium*. Post hæc igitur moritur dictus *Henricus* Comes *Lincolniæ* anno ætatis suæ *lx.* & anno regni Regis *Edwardi* tercio, & anno Domini *MCCCx.* in festo sanctæ *Agathæ* virginis; succesſitque ei in dominio omnium terrarum suarum dictus *Thomas* Comes *Lancastriæ*, qui desponsaverat *Aleisiam* filiam & hæredem prædicti *Henrici*, ut dictum est. Et sic idem *Thomas* hæreditatem illam unà cum hæreditate patris sui tenuit & pacificè occupavit, donec postea diabolo machinante, discordia quædam & contencio inpacabilis inter dictum dominum Regem *Edwardum* filium regis *Edwardi*, & ipsum *Thomam* suscitata, quâ dissensione indies excrescente, tandem dictus dominus Rex cum exercitu magno & vexillo erecto prætatum Comitem *Thomam* manu armatâ invasit & hostiliter comprehendit, ac tandem comprehensum decollari fecit anno gratiæ *MCCCxxi.* alios eciam dominos & magnates dicto Comiti adhærentes cum eodem deprehensos, tanquam proditoris adjudicari fecit & suspendio tradi, hæreditatesque dictorum Comitis & magnatum seisiri fecit tanquam proditorie forisfactas.

Post mortem dicti Comitis *Thomæ* prætata *Aleſia* uxor ejus, quæ multis ante diebus ab eodem fuerat repudiata, statim adhæsit cuidam *Ebuloni* le *Strange*, sibi ut dicebatur prius familiari & dilecto; eidemque matrimonialiter est conjuncta; unde Dominus Rex offensus, quia maritum acceperat absque assensu suo, cum per Statutum teneatur expressè, quod Domina quæ de domino Rege in Capite tenet, non debeat se sine Regis licentia maritare, seisiri fecit in manum suam quicquid ipsa habuit aut habere posſit de hæreditate patris sui aut aliàs, donec finem cum Rege juxta suum beneplacitum faceret pro delicto. De quo fine cum dicto domino Rege non potuit convenire; quousque sibi & hæredibus suis concessisset & reddidisset omnia terras & dominia cum pertinentiis, quæ fuerant de hæreditate dicti Comitis *Henrici* patris sui in comitatibus *Lancastriæ*, *Cestriæ* & *Eboraci*, & dominio le *Spenser Hugoni* Castrum & dominium de **Denebegh** in *Wallia*, & castrum de **Bolynbrok** cum pertinentiis, & cum omnibus aliis terris suis in comitatu *Lincolniæ*, & in regno alibi terras multas. Unde post hujusmodi donationes nimis prodigas, viz. dictæ *Aleſiæ* Comitiſſæ remanserunt terræ & redditus ad valorem trium mille marcharum, cum tamen hæreditas prædicti patris ejus quæ ad eam pertinuit ut hæredem, valuisset de bona extenta plusquam decies mille marchas.

Interim autem dictus dominus *Edwardus* Rex filius Regis *Edwardi*, propter tirannidem quam erga prætatum *Thomam* Comitem & alios ejus complices pares Regni exercuerat, ut est dictum; necnon propter persecutionem quam intulit dominæ *Isabellæ* uxori suæ Reginæ & *Edwardo* filio suo primogenito, ab honore regali deponitur, & à Regno anno ætatis suæ *xlii.* & Regni sui *xx.* & anno gratiæ *MCCCxxvi.* ac postmodum per commune Consilium & decretum totius Regni carcerali custodiæ est commissus. Unde subiequenter eodem anno apud castrum de **Barkeley**, ubi fuerat tunc detentus perfidiosè per suos æmulos est occisus, & filius ejus *Edwardus* in Regem apud *Westmonasterium* coronatur in die *Conversionis* sancti *Pauli* proximo tunc sequenti; anno scilicet gratiæ *MCCCxxvi.* Postquam quidem coronationem Parliamentum generale *Londoniis* celebrabatur, in quo Parliamento exposita crudelitate dicti Regis depositi ac tirannide quam exercuit contra dictum *Thomam* Comitem *Lancastriæ* & alios Regni magnates, ipsos tanquam proditores absque processu juridico decernendo, mortique turpissimæ condempnando, & eorum hæreditates tanquam escaetam nequiter usurpando, convictisque erroribus habitis in hac parte, consideratum fuit per Dominum Regem & totum consilium Parliamenti sui, quod hæredes dicti Comitis *Lancastriæ* & aliorum dominorum complicium suorum, hæreditates suas per dictam forisfacturam temerariam, ut præmittitur, usurpatas, recuperarent & integrè rehaberent. Inter quos dominus *Henricus* frater & hæres dicti *Thomæ* Comitis *Lancastriæ* recuperavit duos comitatus, scilicet *Lancastriam* & *Leycestriam*, & alias terras multas, quæ fuerant patris sui *Edmundi* Comitis *Lancastriæ*, & dicti *Thomæ* fratris sui; ac easdem terras habuit & tenuit usque ad diem suæ mortis, qui fuerat Sanctorum *Mauricii* sociorumque ejus anno gratiæ ... Quo defuncto, succesſit ei in hæreditatem *Henricus* filius ejus & hæres; cui dominus rex priùs donaverat comitatum de **Derbeye**. Ille quidem *Henricus* Comes de **Derbeye**, de *Lancastria* & *Leycestria*, tempore quo dictus pater ejus ab hac vita decessit, in *Vasconia* cum exercitu Domini Regis *Anglia* morabatur, *Johannemque* de *Francia* & alios invasores inimicos Regis *Anglia* domini sui viriliter expugnando, & jura Regni strenuissimè prosequendo.

Post hæc autem dum regina *Angliæ Isabella*, mater domini Regis *Edwardi*, tercii post conquestum *Angliæ* terras & dominium de

Blakburnshire,

Blakburnshire, & de Bouland, ex concessione Domini Regis filii sui teneret, prout etiam per antea multis annis; quæ quidem dominium & terras dicta *Aleisia* Comitissa *Lincolniæ*, filia & hæres *Henrici* de *Lacy* Comitis antedicti domino Regi & hæredibus suis priùs concesserat, ut superiùs est expressum. Moritur dicta *Aleisia* anno ætatis suæ 67. & anno gratiæ 1348. circa festum Sancti *Mathei* Apostoli & Evangelistæ, & sepulta est in Ecclesia Canonicorum de Berlyng, juxta corpus *Ebulonis* mariti sui; nec reliquit post se hæredem aliquem de suo corpore procreatum; sed in ejus morte sanguis & hæreditaria successio ultima progeniei de *Lacy* (pro dolor) terminatur. Unde post ejusdem *Aleisiæ* decessum dictus *Henricus* filius *Henrici* de *Lancastria* in terris de Blakburnshire, Rachdale, Totyngton, Penwortham, in comitatu *Lancastriæ*, & dominio de Halton in comitatu *Cestriæ*; ac in dominiis de Bouland, & Snathe, in comitatu *Eboracensi*, & in multis terris & locis alibi infra regnum juxta formam supradictam redditionis & concessionis factarum per dictum *Henricum* de *Lacy*, & per dominum Regem *Edwardum* filium Regis *Henrici*, ut superiùs dictum erat, seisinam accepit, videlicet *vii.* die *Novembris*. Et sic hæreditas dominorum de *Lacy* in comitatu *Eboracensi*, *Lincolnensi*, *Lancastrensi*, & *Cestrensi*, & in pluribus aliis locis regni a nomine, posteritate dominorum de *Lacy*, usque ad hæredes *Edmundi* Comitis *Lancastriæ* prædicti, est finaliter jam translata, tempore videlicet *Edwardi* Regis tercii post conquestum, & anno regni sui *vicesimo secundo*.

ABBATIA

de Novo Burgo *in agro* Eboracensi.

Carta Fundationis ejusdem.

Ex autogr. penes *Thomam* dominum *Fauconberg* 12. Aug. 1638. Videsis Pat. 18. E 3. p. 1. m. 19. Et. Pat. 13. R. 2. p. 2. m. 20. Et Pat. 18. E. 4. p. 1. m. 19.

UNiversis sanctæ matris Ecclesiæ filiis, *Rogerus* de *Molbray* salutem. Notum sit vobis, me dedisse, & concessisse Deo & Ecclesiæ S. *Mariæ* de *Novo-Burgo*, Canonicisq; ibidem Deo servientibus, ipsum locum, in quo Abbathia eorum fundata est, & totam terram quæ est ad Orientalem partem de Cukewald, ultra vivarium. Ecclesiam Sanctæ *Mariæ* de Hode, cum terra, & bosco de subproximis montibus, sicut Monachi *Bellelandenses* eam priùs habuerunt. Ecclesiam de Cukewald, cum novem bovatis terræ, & toftis, & croftis in eadem villa; & cum Capellis ad ipsam pertinentibus Ecclesiam, videlicet, de *Kburna*, cum una carucata terræ, & quibusdam sartis, quæ sartaverunt homines ipsius Ecclesiæ. Capellam de Thurkilby, cum tribus bovatis terræ cum quibusdam toftis & croftis. Capellam in *Siltona*, cum duabus bovatis terræ. Ecclesiam de Tresc, cum unâ carucata terræ in eadem villa; & toftis, & croftis in eodem Burgo, cum Capella *Sancti Jacobi*, cum duabus bovatis terræ in ipsâ villa, & duobus toftis in Burgo, unam etiam Carucatam terræ in Tresc quam *Bartholomeus Gigator* tenuit, cum toftis & croftis ad eandem pertinentibus.

Item concedo eis, & hominibus illorum, qui in Burgo de *Tresc* manent, omnes libertates & quietancias, quas Burgenses mei in ipso Burgo habent, emendi, & vendendi, in foro, & extra forum, ut nec Tollonium, nec Stallagium reddant, unam bovatam terræ in Tresc, quæ fuit *Willielmi* filii *Katelli*, quam habent in escambium pro una bovatâ terræ in *Coltona*. Et unum toftum in Tresc juxta Barram versùs *Killeventonam*, inter domum *Roberti Colus*, & domum *Humfridi*. Aliud etiam toftum inter toftum *Heliæ* filii *Elwini*, & toftum *Willielmi* filii *Roberti*. Insulam etiam de Tresc, quæ fuit *Richardi* Sacerdotis, & bovatam terræ cum tofto, & crofto, quam idem *Richardus* tenuit. Et toftum illud quod fuit *Basiliæ*. Ecclesiam de Hontingham, cum una carucata terræ, & toftis & croftis, & mansis ad ipsam Ecclesiam pertinentibus; & unâ culturâ in valle; & cum Capella de *Fritona*. Præterea etiam unam carucatam terræ in Hontingham, cum omnibus pertinentiis suis, duas etiam bovatas terræ apud *Sartum*, quas habent de donatione *Radulphi* de *Belvario*. Item quinque acras terræ de territorio de Baggeby juxta viam, quæ vadit versùs Sanctum *Fælcem*, Ecclesiam de Welleburne, cum sex bovatis terræ; & vallem ubi ipsa Ecclesia sedet, cum Capella de Wimbelton, cui duæ bovatæ terræ adjacent.

Ecclesiam de Birkby in Ridale, cum unâ carucatâ terræ, & toftis & croftis in eadem villa. Ecclesiam de Birkby juxta pontem de *Burgo*, cum unâ carucatâ terræ; & cum Capella de *Burtona*, Ecclesiam de *Cundala*, cum decem bovatis terræ in ipsa villa. Quæcunque etiam prædictis Canonicis meis, a liberis hominibus feudi mei collata sunt rationabiliter, & conferenda, præsentis scripti testimonio confirmo, & immobiliter statuo tenenda, & possidenda, à supradicta Ecclesia, jure perpetuo, quieta de Homagio, Secta Curiæ, forinseco servitio, & omnibus aliis servitiis secularibus, & demandis, benè & quietè liberè & honorificè, sicut justam & legitimam eleemosinam meam. Hiis Testibus *Roberto* de *Moubray*, patruo meo, *Philippo* de *Moubray* fratre meo; *Roberto* de *Moubray* fratre meo *Rogero* de *Daivilla* Senescallo; *Hugone Patric*, *Rogero* de Fontibus, *Willielmo* de *Buscy*, *Roberto Trihamtun*, *Hugone* filio *Willielmi*, *Samsone* Clerico de Pasham; Benedicto Clerico Decani *Ebor*.

UNiversis sanctæ matris Ecclesiæ filiis *Willielmus* de *Molbrai* salutem. Notum sit vobis me concessisse & præsentis Cartæ testimonio confirmâsse Deo, & *Sanctæ Mariæ* de Ibid.

Novo Burgo, Canonicisq; ibidem Deo servientibus, omnes donationes *Rogeri* de *Molbray*, avi mei; & *Nigelli* de *Molbray* patris mei, sicut Cartæ eorum testantur; videlicet, in Ecclesiis, & terris, cæterisq; possessionibus; ipsum locum in quo Abbatia eorum fundata est, & totam terram, quæ est ad orientalem partem Cukewald, ultra vivarium, & totum montem, qui vocatur Bzinc, cum tota circumjacente terra, sicut à circumfluentibus includitur rivulis, & totum pratum quod contiguum est rivulo, qui Polebec dicitur; & totum Wyteker, quod à prædicto monte Bzinc incipit, & per viam quæ ducit de Implilesord extenditur, usq; ad Pilethait; & inde usque ad Wlnethait; & totum Wlnethait, sicut includitur per magnum ductum, usque ad Dredalebec, & inde usque ad rivulum, qui currit per medium Turseden.

Totam etiam terram, sicut magna strata includit, quæ vadit per medium Turseden, usq; ad divisas de Yusthwait; & sic per transversum usq; Sunneclife; & ita per magnam viam, sicut descenditur versùs Cukewald. Et culturam unam quæ dicitur Sybbecroft. Ecclesiam Sanctæ *Mariæ* de Hode; cum terra, & bosco de sub proximis montibus, sicut Monachi *Bellelandenses* eam priùs habuerunt; videlicet, à quodam rivulo inter *Angoteby*, & Hode; & sic per medium montem, usque ad prominentem rupem Hautstain, Ecclesiam de Cukewald cum novem bovatis terræ in eadem villa, & cum Capella ad ipsam pertinentibus Ecclesiam, viz. Capella de *Kilburna*, cum unâ carucatâ terræ, in ipsa villâ, & quibusdam sartis, quæ sartaverunt homines ipsius Eccl. Capella in Turhillett, cum tribus bovatis terræ; Capella in *Siltona*, cum duabus bovatis terræ; Eccl. de Tresc, cum una carucatâ terræ in eadem villa, & quibusdam toftis in eodem Burgo, cum Capella *Sancti Jacobi*, cum duabus bovatis terræ in ipsa villa, & duobus toftis in *Burgo*. Ecclesiam de Birkby juxta pontem de *Burgo*, cum unâ carucatâ terræ & cum Capella de *Burtona*: Ecclesiam de *Cundala* cum decem bovatis terræ in ipsa villa.

Ecclesiam de Wonyngham, cum una carucata terræ in ipsa villa, & una cultura in valle; & cum Capella de Tirtona. Ecclesiam de Welleburne, cum sex bovatis terræ, & vallem ubi ipsa Ecclesia sedet, cum Capella de Wimbelsum, cui duæ bovatæ terræ adjacent. Ecclesiam de Birkby in Rydale, cum unâ carucatâ terræ. Ecclesiam de Watham. Ecclesiam de Palesart. Ecclesiam de Landesord. Ecclesiam de Yrai. Ecclesiam de *Anstona*. Ecclesiam de Eppelwrth. Ecclesiam de *Beltona*, cum terris, & decimis, & omnibus aliis rebus ad ipsas Ecclesias pertinentibus. Ecclesiam de *Brafertona* ex donatione *Henrici* de *Riparia*, unam bovatam terræ in *Kilvestona*, cum tofto suo: Dimidiam carucatam terræ in Cane, quam tenuit *Gregorius*, cum uno tofto prati, unam carucatam terræ in Tresc, quam *Bartholomeus Gigator* tenuit. Duas etiam bovatas terræ in Palesart, quas *Wigot* tenuit, & toftum unum? Has bovatas cum tofto dederunt Monachi *Bellelandenses* Canonicis, in escambium de Crastint. Decimas Molendinorum omnium quæcunq; adjacent Parochiis prædictarum Ecclesiarum. Decimam etiam Molendini in Tresc, ad Aquilonalem partem ipsius villæ annuatim reddendam, ab ipso qui Molendinum tenuit, Item concedo eis Decimas omnium Furnorum in *Tresc*, & de hominibus illorum qui in burgo de *Tresc* manent.

Omnes libertates & quietancias, quas Burgenses mei in ipso burgo habent, emendi, & vendendi in foro & extra forum, ut nec Tolnetum, nec stallagium reddant. Præterea etiam unam carucatam terræ in Wonyngham, cum omnibus pertinentiis suis. Duas etiam bovatas terræ apud *Sartum*, quas habent de donatione *Radulphi* de *Balverio*; Quatuor etiam bovatas terræ in Bzandesby, cum pastura, & cæteris aisiamentis in eadem villa, sicut Carta *Henrici* de *Riparia* testatur, unam etiam bovatam in *Tresc*, quæ fuit *Willelmi* filii *Ketelli*, quam habent in Escambium pro bovata terræ in *Coltona*; Item quinq; acras terræ de territorio de Baggeby, juxta viam quæ vadit versùs *Sanctum Falicem*; Et unum toftum in Tresc juxta Barram versùs *Kilvingtonam*, inter domum *Roberti Colus*, & domum *Humfridi*. Aliud etiam toftum, inter toftum *Holie* filii *Elwini*, & toftum *Willelmi Roberti* filii. Insulam etiam de Tresc, quæ fuit *Richardi* sacerdotis, & bovatam terræ cum tofto, quam idem *Richardus* tenuit, & toftum illud, quod fuit *Basilie*, cum libertate viæ, quæ de ipsa Insula vadit ad villam, ratam etiam habeo, & præsenti scripto confirmo.

Donationem illam, quam eisdem Canonicis fecit avus meus, & Pater meus Cartâ suâ confirmavit, totam scilicet, terram cum nemore, sicut Beldebec cadit in Besebec, contra obviando Beteleswoze, usq; Ranthemire, cum tota Ranthemire; Et inde ascendendo usq; Beteleswoze & in transversum usq; Rantheau, qui est super moram, & de Rantheau iterum in Besebec, salvo uno exitu viginti pertricarum de latitudine, quem homines de Palesart, & de Toxp habebunt ad averia sua usu; ad Moram. Pratum etiam illud quod Pater meus eisdem Canonicis dedit, quod fuit *Augustini Athleta* & liberum exitum hominibus, & averiis suis de mansionibus illorum ad villam de Palesart. Tres etiam acras terræ ex australi parte de Beldebec contra antiqua ædificia sua.

Hæc omnia concessi & præsenti Cartâ confirmavi prædictis Canonicis meis in liberam & perpetuam elemosinam, cum plenaria pastura animalibus suis, in territorio de Palesart commorantibus, per totam Forestam meam, tam in bosco quàm in mora; & ut quieti sint de pannagio reddendo. Quæcunq; etiam de prædictis Canonicis meis, à liberis hominibus feudi mei collata sunt rationabiliter, & conferenda, præsentis scripti testimonio confirmo. Concedo etiam eis quinq; solidos in alio Molendino de Tresc, quatuor scilicet pro acquietatione Crastint, & duodecem denarios pro acquietatione sarti *Willielmi* filii *Acce*, Hos quinq; solidos annuatim recipient ab eo qui Molendinum

tenuerit, excepta marcâ unâ, quam annuatim ab eodem, pro decimâ suâ, recipient. Concedo etiam eisdem in liberam, puram & perpetuam elemosinam viginti solidos in molendino de Malesart, annuatim eis reddendos. Hanc autem redditum sæpedictis Canonicis annuatim reddet quicunq; præfatum molendinum tenuerit: Hiis Testibus, *Roberto* de *Mubray*, patruo meo, *Philippo* de *Mubray*, fratre meo, *Roberto* de *Mubray*, fratre meo, *Rogero* de *Darvilla* Seneschaldo; *Hugone Patric*, *Rogero* de *Fontibus*, *Wilielmo* de *Busey*, *Roberto* de *Trihamten*, *Hugone* filio *Wildelmi*, *Samsone* Clerico de *Misham*, *Benedicto* Clerico Decani *Eborum*.

Carta Rogeri *de* Mowbray *de Ecclesiis de* Malsam, Malesart *&c.*

Ex autog in turri S. *Mariæ Ebor.*

UNiversis Ecclesiæ filiis, *Rogerus* de *Mowbray* salutem. Notum vobis facio, me concessisse & dedisse & præsentis Cartæ testimonio confirmâsse Deo & Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* & Canonicis de *Novo burgo* in perpetuam elemosinam, pro animabus patris mei & matris meæ, Ecclesiam de Malsam, & Ecclesiam de Malesart, & Ecclesiam de Landesord, & Ecclesiam de Parei, & Ecclesiam de *Oustona*, & Ecclesiam de *Appewrda*, & Ecclesiam de *Beltona*, cum terris & decimis & omnibus ad ipsas pertinentibus. Assentiente pariter & donante *Sampsone* de *Albeneio*, cui *Nigellus* Pater meus eas antea donaverat: Hiis testibus, *Rogero* Abbate de *Bellalanda*, *Samsone* de *Abeneio*, *Rogero* de *Condeio*, *Hugone* sacerdote, *Ricardo* Clerico de Malesart, *Rogero* de *Flamvill*, *Olivero* de *Busey*, *Roberto* de *Daivil*, *Willielmo* de *Withvill*, *Willielmo* de *Crockelaio*.

Carta Sansonis *de* Albineio, *de diversis Ecclesiis infra Insulam de* Axholme, *& alibi.*

Ibid.

OMnibus Ecclesiæ filiis S. de *Albineio* salutem. Notum sit vobis me concessisse & dedisse in elemosinam *Augustino* Priori Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de *Neuburgo*, & successoribus ejus, & fratribus in eadem Ecclesia imperpetuum substituendis, *Ecclesiam* de *Haxeia*, & Ecclesiam de *Oustuna*, & Ecclesiam de *Apewrda*; & Ecclesiam de *Beltona*, & Ecclesiam de Landesord, & Ecclesiam de Malsam, & Ecclesiam de Malesart, cum terris & decimis & omnibus eisdem adjacentibus, pro anima *Nigelli* de *Albineio* & antecessorum meorum. Hanc donationem feci in hunc modum, quod ego ipsas Ecclesias tenebo liberè & quietè dum in laicali habitu vivere voluero, & postquam ego habitum mutavero, aut ex hac vita decessero, *Rogerus* filius meus tenebit quatuor Ecclesias de Insula, & quintam de Landesord pro quinq; marcis annuatim reddendis Priori de *Neuburgo*; Ecclesiam verò de Malsam tenebit de Ecclesia de *Neuburgo* liberam & quietam ex omni exactione; Ecclesiam quoq; de Malesart tenebit ipse de Priore, & *Ricardus* de ipso sicut de me tenuit, liberam, solutam & quietam. Et post decessum *Ricardi*, vel post mutationem vitæ ejus, frater ejus *Ilchtredus* eodem modo tenebit eam. Prædictus autem *Ricardus* habebit in custodia eundem *Rogerum* puerum cum Ecclesia de Malsam, & de ipsa Ecclesia providebit puero necessaria per consilium & considerationem Prioris. Alias verò quinq; Ecclesias habebit Prior sub tutela sua, & inde providebit puero necessaria per consilium *Ricardi*, donec ad talem ætatem venerit, ut ipse sibi & suis providere noverit & prædictas Ecclesias tenere & regere. Si ante obitum meum puer obierit, post decessum meum ipsæ Ecclesiæ liberæ & quietæ remanebunt Ecclesiæ de *Neuburgo*. Hæc donatio facta est in præsentia Prioris *Berlentonæ*, & Capituli ejusdem Ecclesiæ, per consilium ejusdem *Bernardi* Prioris *Barlentonæ*, præsente *Augustino* Priore *Neuburgi*, & hanc actionem concedente.

Carta Rogeri *de* Moubray *de Ecclesia S.* Andreæ *in* Eboraco.

Ibid.

UNiversis Sanctæ Ecclesiæ filiis, *Rogerus* de *Moubray* salutem. Notum sit, tam præsentibus, quàm futuris, me concessisse & dedisse in perpetuam elemosinam, pro anima patris mei *Nigelli*, & matris meæ *Gundredæ*; & pro salute mea, & uxoris meæ *Adelæ*, Deo & Sanctæ *Mariæ* de Insula desubtus Wode, & *Augustino* Priori, & Canonicis ibidem regulariter Deo substitutis, & substituendis imperpetuum, Ecclesiam S. *Andreæ* in *Eboraco*, quæ est ultra fossam in *Fischergata*, cum omnibus ad ipsam pertinentibus, & cum mansura una quæ fuit *Turstini* de *Munfort*, & hominem in ipsa manentem, nomine *Thorbrand*. Hiis Testibus, *Willelmo* Decano & Capitulo S. *Petri Eboraci*, *Samsone* de *Albaneio*, *Helia* de *Sancto Martino*, *Roberto Maltalent*, *Radulfo* de *Withvilla*, & *Willielmo* fratre suo, *Richardo* Pincerna.

Progenies Moubraiorum, *hujus Abbatiæ Fundatorum.*

TEmpore *Willielmi* Conquestoris erat quidam magnus Dominus in *Anglia*, vocatus *Robertus* de *Mowbray*, cui idem *Willielmus* Rex dedit comitatum *Northumbriæ*, cum multis variis dotibus. Post decessum *Willielmi* Conquestoris, regnante *Willielmo Rufho* filio ejus, anno regni sui nono, & anno Domini, 1088. consurrexit contra Regem *Willielmum* ille *Robertus*, cum quibusdam aliis magnatibus *Angliæ*, pro justa querela matris nostræ Ecclesiæ, videlicet pro alienatione & exulatione beati *Anselmi Cantuariensis* Archiepiscopi, & octogesimarum domorum Religiosorum destructione, ut suam ampliaret forestam; Unde *Willelmus Rufus*, cum exercitu magno, ipsum scilicet *Robertum* de *Mollray*, & suos apud Bamburgh cepit & duxit apud Winsor, ibidem ipsum cum aliis decollari mandavit, ac Comitatum *Northumbriæ* & *Notinghamiæ* ac Domini Marcialis,

Ex MS. Cod. in bibliotheca *Cottoniana* [sub effigie *Cleopatræ* C. 1.] 301. a. Videsis etiam Registr. de *Fontibus* 152. a.

marcialis, & omnes terras & possessiones ejusdem *Roberti* de *Mowbray* in manus suas seisivit, ac omnem ejus progeniem exhæredavit; Et sic pro amore Ecclesiæ Dei innocens vitam finivit. Cujus animæ propitietur Deus.

Tempore Regis *Henrici* primi, filii Conquestoris, erat quidam juvenis de familiâ Regis, *Nigellus* de *Albeneyo* nomine, portans arcum Regis, cujus fratres fuerunt duo milites strenui viri, de curia ipsius Regis, videlicet Comes de *Clara* & Comes de *Arundell*, qui originem duxerunt de parentibus non infimis in *Normannia*. Ex parte matris de *Mowbray* erat ille *Nigellus*. Qui cum miles factus fuisset ipse *Nigellus* & armis militaribus per Regem insignitus, dedit ei Rex villam de Egmanton, cum parcis variis in foresta sua de Shirwode, quam villam post modicum tempus idem *Nigellus* dedit cuidam amico suo speciali *Roberto Davil* nomine. Cum autem Rex factum suum approbâsset & audisset victoriosissima ejus prælia, feoffavit eum Rex *Herveus* de Wavasaria Domini de *Camvile*, & de Wavasaria Domini de *Wyvil*. Cum verò commissum fuit bellum inter Regem *Henricum* & *Robertum Curtosse*, qui fuit Dux *Normanniæ* frater prædicti Regis *Henrici* apud Tenchebray in *Normannia*, quia dictus *Robertus* voluit in Regem *Angliæ* coronari, statuit secum *Robertus* præliari, & dictus *Nigellus* de *Albeneyo* dextrarium ipsius *Roberti* occidit, & ipsum *Robertum Curthosse* Regi *Henrico* duxit. Tunc autem Rex dedit eidem *Nigello* totam terram *Roberti Baronis* de *Frontebovis*, scilicet Stutfeld in *Anglia*, quod se converteret ad *Robertum Curthosse* contra suum Regem, quasi falsus proditor. Illo autem tempore per consilium Regis *Henrici* filii Conquestoris, idem *Nigellus* cepit in uxorem *Gunredam* filiam Domini *Hugonis* de *Gurnay* in *Normannia*. Dum autem obsedisset quoddam Castellum in transmarinis partibus in *Normannia*, idem Dominus *Nigellus* de *Albeneyo* primus intrans cepit, & Regi reddidit. Tunc apposuit Rex eum ditare ampliùs, & dedit ei totam terram prædicti *Roberti* de *Molbray* in *Normannia* & in *Anglia*, cum omnibus pertinentiis, qui *Robertus* fuit Comes de Northumbria, & statim feoffavit eum de omnibus castellis & de Bajocis ac cum suis omnibus pertinentiis. Habuit tunc *Nigellus* milites feoffatos in *Normannia* sexies viginti, & in *Anglia* sexies viginti: Ipse verò *Nigellus* genuit de prædicta *Gundreda* unum filium, *Rogerum* nomine, sic ipse *Nigellus* diversis laboribus & prælijs fatigatus, ac plenus dierum requievit in pace cum patribus suis, & sepultus est apud Bec Herlewin in *Normannia*.

Cum *Henricus* Rex dedisset Domino *Nigello* de *Albeneyo* prædictam terram *Roberti* de *Molbray*, præcepit ut hæres & filius ejus *Rogerus* nomine, ut dictum est, cognomen haberet de *Molbray*, & ita mutatum est cognomen de *Albeneyo* in cognomen de *Molbray*. Filius ergo *Nigelli* de *Albaneyo* & *Gundredæ* fuit *Rogerus* de *Molbray*, qui cum consilio matris suæ *Gundredæ* Abbatiam *Bellilandæ* fundavit anno Domini *millesimo centesimo tricesimo octavo*, & *Novum Burgum* anno *MCxlv.* & plura alia loca monachorum Canonicorum, & monialium usque ad numerum *xxxv.* Tunc ipse *Rogerus*, cruce signatus ivit in Terram Sanctam, & ibi in magno prælio captus à Saracenis, redemptus est per militiam Templi; & diversis prælijs fatigatus reversus est in *Angliam*, & in suo itinere invenit draconem cum leone pugnantem in valle, quæ dicitur Saranell, percussitque draconem usque ad mortem, & secutus est eum Leo in *Angliam* usque ad castellum de Hode; vixitque postea *xv.* annos, & mortuus est senectute bonâ, & sepultus in *Bellalanda* in quadam fornace in muro Capituli ex parte Australi juxta matrem suam *Gundredam*, & supra sepulchrum ejus depictus est gladius lapide insignitus, ubi nemo positus est in præsentem diem. *Bellalanda* Fundatio anno 1138. & *Novi Burgi* anno 1145.

Tunc filius *Rogeri* de *Molbray* primogenitus, fuit *Nigellus* de *Molbray*, qui ei successit, qui habuit in matrem *Aliciam* de *Gant*. Hic *Nigellus* cepit in uxorem filiam *Edmundi* Comitis de *Clara*, nomine *Mabillam*, & genuit ex ea quatuor filios, scilicet *Willihelmum* de *Molbray*, *Robertum*, *Philippum*, & *Rogerum*. Postea autem *Nigellus*, cruce signatus, ivit in terram Sanctam, obiit in mare Græco, & projectus fuit in mare; in dolio continebatur scriptum qualis vir erat. Ille verò porro *Robertus* frater ejusdem *Nigelli*, feoffatus fuit in *Scotia* nobiliter per quandam Baroniſſam, quam cepit in uxorem, cum tota terra patris sui; & post mortem uxoris ordinem sacerdotis intravit, & multas in manus suas accepit Ecclesias in *Anglia*, in *Normannia* & in *Scotia*.

Willihelmus autem primogenitus & hæres *Nigelli* de *Molbray* captus fuit apud *Lincolniam* in quodam bello, & dedit pro redemptione sua quandam villam nomine Benestede, juxta *London*..... Comitis de *Arundel*, nomine *Agnetem*, & genuit ex ea *Nigellum* & *Robertum* (sive *Rogerum*)

Nigellus autem primogenitus, duxit in uxorem, patre procurante, filiam *Rogeri* de *Camvill*, cum tota terra ipsius *Rogeri*. Qui quidem *Nigellus* obiit vivente patre apud *Nauns* in *Britannia*, absque hærede corporis sui, ibidemque sepultus. Postea obiit pater ejus *Willielmus* de *Molbray* in Insula Parisholme, & delatum est corpus ejus ac sepultum apud *Novum Burgum*.

Cui successit *Rogerus* filius ejus, qui duxit in uxorem *Matildam* filiam Domini *Willielmi* de *Bellocampo*, de qua genuit filias tres & unum filium *Rogerum* nomine. Postea obiit in insula de Parisholme, & delatus est apud Pontefract, ibidemque sepultus in Ecclesia prædictorum fratrum.

Cui successit filius ejus *Rogerus*, qui duxit in uxorem *Roseam* sororem Domini *Gilberti* Comitis *Glocestriæ*; de qua genuit filium nomine *Johannem*: Qui *Rogerus* obiit in *Gant* ultra mare, & delatus est ad Abbatiam de *Fontibus*, ibique sepultus anno 1299. 1299.

Cui successit *Johannes* filius ejus, qui duxit in uxorem *Elianoram* filiam Domini *Willelmi*

de *Ercis* in *Wallia*; de qua genuit filium *Johannem*, qui natus fuit apud Weningham anno
1321. 1321. Qui quidem *Johannes* pater decollatus fuit apud *Eboracum* turpissima morte cum aliis magnatibus *Angliæ* sub persecutione *Hugonum* le *Spenser*, sibi adhærentibus, pro justa querela *Sancti Thomæ* Comitis *Lancastriæ*, & pro defensione legum *Angliæ*, & matris nostræ Ecclesiæ. Deinde omnes terræ ejus seisitæ fuere in manus Regis *Edwardi* secundi; necnon & uxor ejus & filius ejus *Johannes* capti fuerunt & incarcerati apud Turrem, usque ad Parliamentum celebratum apud *Westmonasterium*, ubi plenariè restitutus fuit dictus *Johannes* filius dicti *Johannis* de *Mowbray* decollati, in hæreditatem. Qui quidem *Johannes* desponsavit *Johannam* sororem Domini *Henrici* primi Ducis *Lancastriæ*, fratris *Thomæ* naturalis, de qui genuit *Johannem*, qui natus fuit
1326 apud Epworth, anno 1326. Quæ quidem *Johanna* sepulta est coram magno Altare in *Bellaland*. Postea prædictus *Johannes* sepultus est in Ecclesia *fratrum Minorum* apud Pontefract.

Ille *Johannes* de *Mowbray*, filius prædicti *Johannis* & *Johannæ*, natus apud Epworth, duxit in uxorem filiam & hæredem Domini de *Segrave* ex parte patris, & ex parte matris hæredem quartæ partis Comitatus Marescalli *Angliæ*. De quâ *Elizabetha* genuit duos filios, videlicet *Johannem* & *Thomam*; qui quidem *Johannes* filius natus fuit apud Epworth anno
1365. 1365. Comptures autem *Thomæ* fuere *Robertus* & *Galfridus*, de *Fontibus* ac de *Sallay* Abbates & vovatus est *Thomas*, eo quod mater ejus puerperio vovebat ipsum, *Thomam* vocari, ob reverentiam *Sancti Thomæ Cantuariensis* Episcopi & martyris. *Johannes* autem pater eorum peregrè profectus est ad Terram Sanctam, & occisus est à Turcis juxta
1368. *Constantinopolim* anno 1368.

Johannes de *Mowbray*, primogenitus filius ipsius *Johannis* & *Elizabethæ Segrave*, factus est Comes de Nottingham per Regem *Richardum* secundum; qui obiit sine hærede de corpore suo procreato apud *Londinum*
1380. anno 1380. ac sepultus est apud *albos fratres* in *Londino*. Post cujus mortem Rex *Richardus* secundus dedit Comitatum Nottingham Domino *Thomæ Mowbray*. Vicesimo anno regni sui, fecit eum Ducem de Norfolk, Comitem de Nottingham, Dominum Marescallum *Angliæ*, seigneur de Mowbray, Dominum *Segrave* de *Gower* & *Stutvill*, *Genevell* & Dominum de *Vyvell*; & dedit eidem *Thomæ* ad portandum in sigillo & vexillo suo arma *Sancti Edwardi*. Id circo arma bipartita portavit, videlicet *Sancti Edwardi* & Domini Mare-
Ost idge calli *Angliæ*, cum duabus pennis scamonis erectis, & super cristam Leonem & duo parva scuta cum Leonibus ex utraque parte prædictorum Armorum. Qui scilicet *Thomas* duxit in uxorem filiam Comitis de *Arundell*, nomine *Elizabetham*; de qua ge-
138[illegible]. nuit filium nomine *Thomam* anno 1386. Postea verò Rex *Richardus* interdixit ei in Regnum *Angliæ* ingressum pro suo perpetuo. Qui talis exilio transmissus, moriebatur in civitate de *Venis*, ex pestilentia in guerre anno 1399. *Thomas* de *Mowbray* filius ejus 1399.
duxit in uxorem *Annam* filiam Comitis de *War*, de qua genuit duas filias *Annam* & *Katerinam* anno 1424. Qui scilicet *Thomas* 1424.
factus est miles in anno quarto regni Regis *Henrici* sexti & dux *Norfolchiæ* xiii. anno ipsius Regis; Et dedit *Annam* filiam suam majorem Domino *Thomæ Howard* in uxorem, & *Katherinam* filiam minorem Domino *Henrico* de *Barkley*. Qui quidem *Thomas* factus est dux de Norfolk anno secundo Regis *Edwardi* quarti. Et occisus est apud Bretfire in bello cum Rege *Richardo* tercio. Cui successit *Thomas* filius ejus; qui duxit in uxorem.... Sed pater hujus *Thomæ* factus est Dux de Norfolk postquam occidisset Regem *Scotorum* sexto anno Regis *Henrici* octavi, Sicque præliis fatigatus, ac plenus dierum requievit in pace, & sepultus apud Thetford in Norfolk. Cui Dominus *Thomas* qui nunc regnat, cui longa vita & vita bona.

Vicit leo de tribu *Judæ*, leo fortissimus bestiarum, ad nullius pavebit occursus. Dominus custodiat vas & semen vestrum usque in sempiternum.

PRIORATUS

de Hode *in agro* Eboracensi *Cella de* Novo burgo.

Carta Willielmi *de* Stuttevilla *de loco de* Hode.

Willielmus de *Stuttevilla* om. Ibid.
nibus visuris vel audituris literas istas salutem. Sciatis me concessisse & præsenti Cartâ confirmâsse donationem quam fecit *Adam Fossard* de loco de Hode, sicut Carta prædicti *Adæ* testatur. Concedo etiam & hac præsenti Carta confirmo, quod Capellanus, qui residens erit in Capella de Cillingemore, habeat rationabile haisiamentum in bosco & in plano & pastura, cum hominibus ejusdem villæ. His testibus, *Willielmo* Clerico de Cottingham; *Ricardo* Clerico de Bothal *Hugone* Capellano. *Bartholomeo* de *Stutevilla*, *Roberto* de *Melsa*, *Benedicto* de *Sculcotes*, *Radulfo* filio *Paulini Eboracensis*, *Ada* de *Staneleia*, *Roberto* filio *Guionis*, *Johanne Burgensium*, *Marrino* de *Rothomago*, *Ricardo Golle*, *Laurencio* de *Donecastria*.

Carta

Carta Roberti *filii* Adæ Fossard.

Ibid. ROBERTUS *Fossard*, filius *Adæ Fossard*, omnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis salutem. Sciatis me dedisse & concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse pro salute animæ meæ, & pro animabus omnium antecessorum meorum, Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de *Novo Burgo*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, in liberam & puram & perpetuam elemosinam, pasturam in toto territorio villæ de *Suttona* & pertinentiis ejus; & in omnibus pascuis & aisiamentis ejusdem villæ, tam in bosco, quàm in plano ad ducentas oves loci sui de Hode, & ad viginti vaccas ejusdem loci de Hode, cum uno tauro, & cum sequelis suis, donec sunt superannati; Et liberum ingressum & exitum per terram meam prædictis averiis numeratis loci sui de Hode, & ad prædictam pasturam. Ego autem & hæredes mei warantizabimus prædictis Canonicis prædictam communem pasturam cum libero ingressu & exitu, sicut liberam & perpetuam elemosinam contra omnes homines imperpetuum. Hiis testibus, *Willielmo* Capellano; *Philippo* de *Belingaia*, *Willielmo Wade*, *Hugone Calvo*, *Hugone* de *Sutton*..., *Hugone* de *Houbernes*, *Rogero Burdon*; *Hunfrido Coco*, & multis aliis.

Carta Rogeri *de* Mowbray *de confirmatione* &c. *Conventionum inter Abbatem de* Bellalanda *& Canonicos de* Hode.

Ibid. OMnibus (&c.) *Rogerus* de *Mowbray* salutem. Sciatis me concessisse & confirmâsse conventiones, quæ factæ sunt inter *Rogerum* Abbatem de *Bellalanda* & Canonicos de Hode, scilicet, quod pro pace *Roberti* de *Alneto* dimittit prædictis Canonicis locum de Hode; cum omnibus pertinentiis suis in bosco & plano; ea conditione, quod in eodem loco fundabitur Abbatia eorum Canonicorum, & ibi perpetuò permanebit cum plenario Conventu, qui observabit ordinem Canonicorum ibi secundùm regulam Sancti *Augustini*. *Sampson* verò de *Albineio* dedit in escambio loci illius prædicto Abbati viginti solidos annuatim de molendino de Cokewald, quos ipse ideo accipere solebat. Hujus conventionis testis & fidejussor ego (&c.)

Carta Ricardi Malebisse, *de Cella de* Hode.

Ibid. RICARDUS *Malebisse* omnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis salutem. Sciatis me quietum clamâsse de me & de hæredibus meis in perpetuum, Religionis intuitu, & pro animabus omnium antecessorum meorum Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de *Novo Burgo*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, totum clamium quod habui, & jus quod clamavi me habere in Cella eorundem Canonicorum & pertinentiis ejus, quæ appellatur Hode. Et hanc quietam clamationem feci ego *Ricardus Malebisse* pro me & pro hæredibus meis. Ut autem hæc eadem quieta clamantia ratâ permaneat, eam præsenti Cartâ confirmavi. Testibus, domino *Guarino* Abbate *Rievallis*, Domino *Laurencio* Priore de Ciseburne; *Radulfo* Camerario; *Drogone* de *Harum*; *Alano Malecake*, *Rogero* de *Sturs*, *Galfrido* de *Toringm*; *Roberto Fossard*; *Gaufrido Fossard*; *Thoma* de *Lasceles*, *Willielmo* de *Busei*; *Willielmo Darel*; *Willielmo Britone*; *Gilberto* de *Malhil*, *Stephano* de *Meinil*, *Rogero* Calvo; *Gaufrido* de *Ampleford*.

Carta de divisis inter Sutton *&* Hode.

HENRICUS Dei gratia *Dunelm.* Episcopus, omnibus literas istas visuris salutem in domino. Noverit universitas vestra controversiam illam, quæ vertebatur inter Canonicos de *Novo Burgo*, & *Adam Fossard*, super loco de Hode, & quibusdam divisis, quæ & nobis à domino Papa commissa erat in præsentia nostra, assistentibus, *Roberto* de *Stuteville*, & *Willielmo* filio ejus, allensumque præbentibus, amicabili compositione terminatam fuisse, fide utrinque datâ, ad perpetuam compositionis firmitatem; ita videlicet, quod *Adam Fossard* dimittit & concedit Ecclesiæ S. *Mariæ* de *Novo burgo*, in liberam & perpetuam elemosinam, prædictum locum de Hode, ubi Ecclesia sedet, cum terra, & nemore, per metas, & terminos, quos inter se fecerunt, ex australi videlicet parte Ecclesiæ, per rivum qui vocatur Hailhwait, ex parte occidentali ab eodem rivo versùs Aquilonem, per divisam quam fecerunt usq; ad cilium collis proximi, ubi angulo facto, divisa distincta se porrigit versùs orientem, usq; ad rivum quendam, qui veniens per transversum novæ viæ, à Monachis factæ, descendit in culturam Canonicorum, & per rivum illum ascendit divisa in novam viam, & sic ascendendo, porrigit se per eandem viam, prius versùs orientem, & postea flectens versùs Aquilonem usque locum illum ubi divisa, ab eis facta extendit se versùs orientem, usq; ad summitatem motæ. Ibid.

Istæ divisæ distinctæ sunt, & perambulatæ concorditer, ab *Ada Fossard*, & Canonicos, adjunctâ sibi multitudine probabilium virorum. Prædicti verò Canonici recognoscent *Adam Fossard* Advocatum jam dicti loci, de omni jure suo, & de omnibus quæ ad eum spectant: Canonici verò nulla communia habeant in terra *A. Fossard* ultra divisas nominatas, absq; consensu illius, vel hæredum suorum. Nec *A. Fossard*, vel hæredes sui cum Canonicis communicabunt, infra divisas præscriptas. Hiis testibus, *Willielmo* Archidiacono *Dunelm.* *Hugone* fratre ipsius; *Simone* Camerario; Magistro *Willielmo Blesensi*; Magistro *Richardo* de *Coldingham*; *Gaufrido* Magistro Monialium de *Duna*; *Willielmo Hansard*, *Willielmo* filio *Dreh. Waltero* de *Winetorp*; *Ada* de *Warrum*; *Johanne* de *Honingham*; *Simone* de *Kirkebi*; *Willielmo* de *Stutevilla* *Nicholao* de *Stutevilla*; *Joh.* de *Stutevill*, *Ric. Croera*, *Reginaldo* de *Capetot*; *Ada* de *Boltebi*, *Will. Wis*... *Michael* filio *Brien*, *Will.* filio *Ingel*, *Gilberto*

berto de *Meinil*; *Johanne* de *Herford*; *Waltero* de *Creic*; *Philipp*o *Tomæ* Nepote Prioris, *Willelmo Albo* de *Ulvestun*; *Ingelero* de *Torp*.

PRIORATUS

de Egleston *in Episcopatu* Dunelmensi.

Carta Philippi Dunelmensis *Episcopi de Maneriis de* Egleston *&* Bilvington.

Ex Registro Ric. de Kellawe, quondam Dunelm. Episcopi. f. 226.

Ricardus Episcopus *Dunelmensis* (&c.) Salutem. Sciatis quod *Philippus* Dei gratiâ *Dunelmensis* Episcopus concessit de consensu *Matillis* quondam uxoris *Gilberti* de la *Leya*, Deo & beatæ *Mariæ* & Sancto *Johanni Baptistæ*, & Canonicis de Egleston totum manerium de Egleston & totum manerium de Bilvington, cum pertinentiis, quod *Gilbertus* de *Leya* de nobis tenuit per servitium feodi unius militis, & eis dedit salvâ semper Ecclesiæ nostræ de Thornton in feodali firmâ quinq; marcis per annum. Testibus *Radulfo* de *Multon*, *Philippo* de *Colevill*, *Willielmo* de *Horseley*, *Roberto* de *Donevill*, *Henrico* de *Ferlington* (&c.)

Carta conventionis inter Johannem *de* Britanniâ *Comitem* Richmundiæ *& Abbatem & Conventum de* Egleston, *de inventione sex Capellanorum in Castro* Richmundiæ.

Ex Collect. Ric. S George Eq: aur. Clarenceux Regis Armorum.

Anno gratiæ *MCCLxxv.* ita convenit inter nobilem virum dominum *Johannem* de *Britannia* Comitem *Richmondiæ*, filium ducis *Britanniæ*, ex parte unâ, & Abbatem, & Conventum de Egleston, ex alterâ; videlicet, quod idem Abbas & Conventus concesserunt, & se, & successores suos obligaverunt dicto Domino *Johanni*, & hæredibus suis ad inveniendum sex Canonicos Capellanos, de Ecclesiâ de Egleston; divina celebrantes in Castro *Richmundiæ* imperpetuum; videlicet unum celebrantem de die, vel de festo instanti, vel de spiritu Sancto, cum Nota; secundum de beatâ Virgine, cum Notâ solempni; Tertium pro animâ dominæ *Beatricis* quondam consortis dicti Domini *Johannis* specialiter; ita quod, cum ipse dominus *Johannes* obierit, idem Capellanus pro animabus, scilicet dictorum domini *Johannis*, & Dominæ *Beatricis*, conjunctum officium defunctorum, specialiter celebrabit; Quartus, & quintus de beatâ *Maria* Virgine, sine Nota celebrabunt; Sextus pro animâ dictæ dominæ *Beatricis*, usque ad obitum dicti *Johannis*; & post obitum ejus pro animabus utriusque & omnium fidelium defunctorum celebrabit. Et prædicti Canonici erunt residentes in Castro *Richmundiæ*, Deo imperpetuam servituri. Et si forsan aliquociens aliquis prædictorum Capellanorum Missam à se debitam non celebraverit, justum super hoc impedimentum se habere prætendens, verbo ipsius Capellani impedimento credetur, & sua Conscientiæ relinquetur, nisi frequenter omiserit celebrare, quod contra eum verisimile de negligentiâ possit haberi suspitio: in quo casu, ad requisitionem Ballivi, Abbas defectum, & negligentiam hujusmodi faciet emendari; Et ratione istorum sex Canonicorum, non decrescet numerus illorum tresdecem Canonicorum, qui solebat esse in Monasterio de Egleston. Et pro illa concessione, & obligatione dictorum Abbatis, & Conventus prædictus nobilis dominus *Johannes*, Comes *Richmundiæ*, dedit, concessit, & hoc præsenti scripto, pro se & hæredibus suis seu assignatis confirmavit, eisdem Abbati, & Conventui de Egleston & eorum successoribus, pro sustentatione dictorum sex Capellanorum, Capitale Messuagium in Multon, & omnes terras suas dominicas; & totum pratum suum dominicum, in campo, & territorio ejusdem Multon, cum omnibus pertinentiis suis; & octo bovatas terræ in eodem territorio, jacentes propinquiùs juxta terram *Symonis* de *Multon*, quam emit de *Thomâ Ikkerly*, ex parte Aquilonali, cum prato, & omnibus aliis dictis bovatis terræ pertinentibus; & quatuor tofta, & unum cotagium in eadem Multon, cum omnibus pertinentiis suis, illa, scilicet, quæ jacent propinquiùs prædicto capitali Messuagio, ex utraque parte itineris, à portu prædicti *Symonis* usque ad caput villæ versùs orientem, unà cum corporibus tenentium dictas bovatas terræ, & cum omnibus sequelis ipsorum.

Dedit insuper dictis Abbati, & Conventui viginti quatuor carratas turbarum, & viginti carratas brueræ, percipiendas annuatim in morâ suâ de Bowes, ubi sibi meliùs viderint expedire, cum libero introitu, & exitu in moram, & de morâ, & cum pacificâ operatione, sine impedimento alicujus cariandas ad Abbatiam suam, vel ad grangiam suam de Stratford. Dedit insuper dictis Abbati & Conventui locum, per se inclusum, in dicto Castro suo de Richmond juxta majorem Capellam suam in eodem, dictis sex Capellanis ad inhabitandum, cum familiâ suâ & liberum introitum, & extroitum in dictum Castrum & de eodem ad omnimoda carriagia ad dictum locum suum, in dicto Castro carianda & portanda; & de loco suo transferenda, & aisiamenta fontium ipsius Castri, quotiens necesse fuerit, tempore tranquilitatis, & pacis. Tempore verò guerri prædicti Capellani ipsum Castrum non introibunt, nec in eo remanebunt, nisi de dicti domini *Johannis*, vel hæredum suorum aut Ballivi sui licentiâ speciali; Immo ad mandatum ipsorum domini *Johannis*, aut hæredum, vel Ballivi sui, tempore guerræ, iidem Capellani ad Monasterium de Egleston, cum omnibus rebus suis revertentur, & ibi Missas hujusmodi celebrabunt, donec ad dictum Castrum, per dictos dominos,

dominos, aut Ballivum suum, fuerint revocati. Concessit etiam, & dedit, & hoc præsenti scripto, pro se & hæredibus suis, vel assignatis confirmavit, dictis Abbati & Conventui, unam acram bosci in Wuttdiffe percipiendam annuatim in loco competenti, per visum Ballivi, vel forestarii, qui pro tempore fuerit, amputandam singulis annis in diversis locis in Wuttdiffe, ipsorum Abbatis, & Coventus scindendam, sumptibus; & cariandam ad dictum locum suum in Castro *Richmundiæ*.

Dedit etiam dictus Dominus *Johannes* dictis Abbati & Conventui Eschaetas suas, quas habeat in villâ de **Richmund**, de *Willielmo Whelpe* in **Beregate**; & de *Galfrido Fullone* in **Walkergrene**, cum omnibus pertinentiis dictis Eschaetis pertinentibus infra villam de **Richmund**, & extra, tenenda & habenda omnia & singula prædicta, dictis Abbati, & Conventui, & eorum successoribus, de dictis domino *Johanne*, & hæredibus suis, vel assignatis, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, sine aliquo retenimento imperpetuum adeo liberè, & quietè, sicut aliqua Elemosina liberiùs, quietiùs, & meliùs dari, concedi, vel teneri potest in *Anglia*. Dicti verò Dominus *Johannes* de *Britannia*, Comes *Richmundiæ*, & hæredes sui, vel assignati, omnia in præsenti scripto contenta, dictis Abbati, & Conventui, & eorum successoribus, in omnibus, sicut præscriptum est, contra omnes homines, & fœminas warantizabimus, acquietabimus & defendemus imperpetuum. In cujus rei Testimonium diversæ partes, diversis hujusmodi scripti Cirographati partibus, sigilla sua apposuerunt. Testibus, Dominis *Bruno* filio *Alani*, *Hugone* filio *Hen. Ranulpho* de *Dacre*, tunc Vicecomite *Eborac. Rogero* de *Laceels*, *Joh.* filio *Michaelis*, tunc Coronatore domini Regis; *Henrico Spring*, *Henrico* de *Rokby*, *Roberto* **Wicliff**; *Willielmo Scargill*, *Hugone* de *Aske* Militibus (&c.) *Drogone* de *Fere* tunc Seneschallo de *Richmondia*; *Roberto* de *Aplegarth*, tunc Ballivo ejusdem; *Harscolpho* de *Cleseby* tunc Receptore ejusdem *Richmundiæ*, omnibus Burgensibus ejusdem *Richmundiæ* & multis aliis, Data apud ..... in crastino Inventionis sanctæ Crucis Anno gratiæ *MCCLxxviii*.

ABBATIA
de Doxcheſtre *in agro* Oxonienſi.

Johannis Lelandi *narratio de eadem.*

IN the toune of *Dorchestre* I markid these notable thinges: the Abbay of Chanons, wher afore the Conquest was a Bishops seate. Remigius translatid it to *Lincolne*: Alexander Bishop of *Lincoln* erectid there an Abby of blak Chanons, yet the Chirch berith the name of the præbend Chirch. There was buryed, as it is sayd, the bodie of S. Birine Bishop there; and there yet remaynith the image of freestone that lay on the tumbe of Bishop Aschewine, as apperith by the Inscription. There be buried in the Quire, beside divers Abbates, a Knight on the southe side with an image Cross-legged whose name is there out of remembrance. There with at the foote of him one Stoner, a Juge sometime, as it apperith by his habite, in the raign of K. Edward the third. Ther with on the South side of the quier, a Knight whome the late Abbate tooke to be one of the Segraves; the Image was of Alabastre, but after the Abbate told me that he heard of late one say, that ther was one Holcum a Knight buryed in the body of the Chaunselle. Afore the quier doore lay a gentilman caullid Ways.

Ther lye in the South Ile of the quier three of the Drayton's gentlemen, one hard by another, under playne marble stones. Mr. Barentine hath part of these Draytons lands. Ther with at the head of these Draytons one Gilbert Segrave a gentilman under a flat marble. The body of the Abbay Chirch serviid a late for the Paroche Chirche. Sens the suppression one ..... a grete rich man dwelling in the towne of *Dorchestre*, bought the Est part of the Chirch for Cxl. pownds, and gave it to augment the Paroche Chirche.

Id Est:

Dorcestria agens hæc observavi notabilia: Canonicorum [scil.] Abbatiam, ubi ante Conquestum [Norman:] sedes erat Episcopalis. *Remigius* eam *Lincolniam* transtulit. *Alexander*, *Lincolniensis* Episcopus, nigrorum Canonicorum Abbatiam ibi fundavit: Ecclesia tamen præbendalis Ecclesiæ nomen gerit. Ibi, ut dicitur, S. *Birini* loci Episcopi, corpus sepultum fuit: Effigies etiam cæso lapide sepulchro *Ascewini* Episcopi imposito, ut ex inscriptione constet, hodieq; manet. In choro, præter Abbates nonnullos, quidam sepelitur Eques ex australi parte effigiem gerens pedibus decussatis, cujus nomen exolevit. Ad pedes

Leland. Itin. vol. 2. f. 10.

ejus

ejus jacet quidam *Stoner*, quondam Judex, (ut ex ejus habitu apparet) regnante [scil.] *Edwardo* tertio. Ad aquilonem chori jacet Eques quidam, quem Abbas qui nuper erat, è *Segravorum* familiâ unum esse conjecit. Effigies erat ex alabastro. Postea verò idem Abbas mihi retulit, se nuper quendam narrantem audivisse, *Holcum* equestris ordinis virum, in cancelli corpore sepultum esse. Ante chori ostium vir quidam generosus, *Ways* nomine, jacebat.

In australi chori insula viri tres generosi *Draytonorum* familiæ sub planis lapidibus marmoreis sibi proximi jacent. Dominus *Barentine* quasdam eorundem *Draytonorum* terras possidet. Adistorum *Draytonorum* caput, sub marmore plano, jacet vir quidam generosus, *Gilbertus Segrave*. Cœnobialis Ecclesiæ navis nuper parochialis Ecclesiæ usibus fuit delegata. Cœnobio suppresso, quidam ..... prædives oppidanus *Dorcestriensis*, orientalem Ecclesiæ partem *Cxl.* libris emit, quam in Ecclesiæ parochialis ampliationem ordinavit.

De translatione sedis Episcopalis à Dorcestriâ *ad* Lincolniam.

Vide Lincoln. *Eccl. cath.*

Carta Regis Johannis *donationem Ecclesiæ de* Pishull, *per* Stephanum *de* Pishull, *confirmans.*

Cart. 7. Joh. n. 113.

JOhannes Dei gratiâ (&c.) Sciatis nos concessisse & hâc Cartâ nostrâ confirmâsse Abbati de Dorkesester, & Canonicis ibidem Deo servientibus. Ex dono *Stephani* de *Pishulla* Ecclesiam ejusdem de Pishull, cum terris & decimis eidem Ecclesiæ pertinentibus; & de dominio ejusdem *Stephani* unam carucatam terræ, cum gravis & pasturis eidem terræ pertinentibus, quæ idem *Stephanus* dedit & concessit prædictis Canonicis in perpetuam elemosinam ab omni servitio seculari liberam & quietam; & ab omnibus geldis & consuetudinibus omnino solutam, utpote ab eo in omnibus & per omnia erga dominos suos seculares defendendam, sicut Carta ipsius S. & confirmatio Regis *H.* patris nostri, quas indè habent rationabiliter testantur. Quare volumus (&c.) Datum per manum *J.* de *Wellen* apud Dancastre *viii.* die *Marcii.*

ABBATIA

de Thornton *super* Humbram *in agro* Lincolniensi.

De prima Fundatione ejusdem, & obitibus Abbatum.

ANno domini *MCxxxix.* anno ab adventu Normannorum in *Angliam lxxiii.* anno autem regni Regis *Stephani* quarto, *Willielmus Grose* Comes *Albemarlia* fundavit Abbatiam sive Monasterium, de Thornton super *Humbram* in commitatu *Lincolnia*, Ordinis sancti *Augustini Lincoln.* dioc. Sabato die *Hilarii.* Et anno revoluto eodem die, scilicet S. *Hillarii*, qui erat dies dominicus, per concilium venerabilis cognati sui *Wallevi*, Prioris de Byrkam in commitatu *Eboraci*, & fratris *Simonis* Comitis *Northamptonia*, & *Henrici* Comitis & hæredis Regis *Scotia*, prædictus *Wallevus* venit Thornton, ducens secum Conventum duodecim Canonicorum de Byrkame suprædictâ; de quibus unum *Reardum* nomine, statuit in Priorem, qui postea factus erat Abbas, ut infra dicetur.

Ex Chronicis Abbatiæ de Thornton. penès *Gervasium Holles* de Grimesby in Com. *Linc.* Armigerum anno 1640.

Prædictus Comes Fundator exstitit quatuor Monasteriorum; primum monasterium S. *Martini* de *Auxio* propè *Albemarliam*, Ordinis *Cluniacensis*;

Secundum Monasterium beatæ *Mariæ* de Thornton, Ordinis S. *Augustini Linc.* diocesis.

Tertium Monasterium de *Valle-Dei* Ordinis *Cisterciensis*; Quartum Monasterium beatæ *Mariæ* de *Melsa* Ordinis *Cistercienſis* in commitatu *Eboracis* fundatur enim anno Domini *MC.* in die Circumcisionis Domini anno *xi.* post Fundationem Monasterii beatæ *Mariæ* de Thornton.

Ricardus primus Abbas Monasterii beatæ *Mariæ* de *Thorntona*, primus fuit electus in Priorem prædicti Monasterii à venerabili *Wallevo* Priore de Birkame die S. *Hillarii* anno Domini *MCxl.* Indictione tertia, *xi.* anno *Innocentis* Papæ secundi, & quinto regni Regis *Stephani*, datis à venerabili *Willielmo Grose* Comite *Eboraci* & *Albemarlia*, territoriis totius Thornton & Burnham, & Somercrost in Barow.

A. D. *MCxlii.* fundator noster dedit nobis villam de Grysby.

A. D. *MCxliii*, dedit nobis villam de Aldelsby.

A. D. *MCxlvii. Bernardus* filius *Scammi* dedit nobis cum filio suo *Hugone*, qui factus fuit Canonicus, *xxxii.* acras terræ.

A. D. *MCxlix. Herbertus* de S. *Quintino* dedit nobis totam terram suam in Staynton, & duas bovatas terræ in Barowe. Eodem anno *Radulphus* de Halton, dedit nobis unam carucatam terræ in Halton cum nonnullis terris aliis,

aliis, aquis, molendinis &c. Dedit nobis etiam Fundator noster villam de *Frothyngham* in comitatu *Eborac*, pro anima fratris sui *Ingelranni*. Confirmavit etiam omnes terras & tenementa, quas homines sui & Barones dederunt nobis.

A. D. *Mxlviii. Ricardus*, qui fuit antea Prior, factus est Abbas, ut patet per bullam *Eugenii*, Papæ tertii, tertio anno Pontificatus sui *xii. Kal. Novemb is*, Indictione *xi.*

A. D. *MCli.* obiit *Ricardus* primus Abbas Monasterii beatæ *Mariæ* de Thornton, die S. *Edmundi* Archiepiscopi.

Philippus secundus Abbas Monasterii beatæ *Mariæ* de Thornton, fuit electus in Abbatem anno D. *MCli.* Indict. *xv.*

A. D. *MClxxv.* Obiit *Philippus* secundus Abbas die sancti *Pantaleonis* martyris.

Thomas tertius Abbas fuit electus anno D. *MClxxv.* Indict. *viii.*

A. *MClxxx.* Obiit præclarus Comes & eximius Monasteriorum Fundator *Willielmus Grose, xiii.* Kal. *Septembris.*

A. *MClxxxiiii.* Obiit *Thomas* tertius Abbas in *Gallia*, iter arripiens versus Romam, propter appellationem Ecclesiæ de Barow, in die *Exaltationis* S. *Crucis.*

Johannes Benton, quartus Abbas, electus in Abbatem A. D. *MClxxxiiii.* Indictione secunda.

A. D. *MCxciii.* perquisivit privilegium ut non solvamus decimas de nutrimentis animalium in propriis usibus tenentis, à *Celestino* Papa tertio.

A. D. *MCCii.* Obiit *Johannes Benton* quartus Abbas *iii.* die *Novembris.*

Jordanus de *Villa* quintus Abbas, electus A. Domini *MCCii.* Indict. *v.*

A. Domini *MCCxvii.* perquisivit confirmationem Ecclesiarum de Humbleton, Barton & Frothyngham, & patronatus Ecclesiarum de Barton & Belstrom ab *Honorio* Papa *iii.*

A. D. *MCCxxiii.* Obiit *Jordanus* Abbas quintus, septimo die *Novembris.*

Richardus de *Villa* sextus Abbas, electus in Abbatem anno D. *MCCxxiii.* Indict. *xi.*

A. D. *MCCxxv.* perquisivit generale privilegium ab *Honorio* Papa *iii.*

A. D. *MCCxxviii.* perquisivit confirmationem de Ecclesia de Barow a *Gregorio* Papa nono, anno Pontificatus sui secundo.

A. D. *MCCxxxvii.* Obiit *Richardus* sextus Abbas, sexto die *Februarii.*

Galfridus Holme septimus Abbas, electus anno *MCCxxxvii.* Indict. *v.*

A. *MCCxlv.* Obiit *Galfridus Holme* Abbas septimus die S. *Christinæ.*

Robertus octavus Abbas electus A. *MCCxlv.* Indict. *xi.*

A. *MCClvi.* Obiit *Robertus* Abbas octavus *xv.* die mensis *Martii.*

Willielmus Lyrcolne ix. Abbas electus anno *MCClvii.* Indict. *xv.*

A. D. *MCClxii.* perquisivit confirmationem Ecclesiæ de *Gouxyll* ab *Urbano* Papa quarto, Pontificatus sui anno secundo.

A. *MCClxiii.* Hoc anno primum inveni mentionem in computis de officio Magistri fabrici, circa fundamentum corporis nostræ Ecclesiæ, In duodecim operariis circa fundamentum Eccle æ *xli*s. *viii*d. Item *lii.* Cimentariis *viii*l. *vi.*s. *x*d. Magnum expens. erat hoc tempore circa Fundamentum Ecclesiæ, Capituli, Refectorii, Claustri, Coquinæ, Dormitorii.

A. *MCClx'x.* Emptum erat Westcot de *Ada Dispensatore*, pro *CC xli*l.

A. *MCClxxiii.* Obiit *Willielmus Lyncolne* Abbas nonus, die S. *Ambrosii.*

Walterus Hotoft Abbas decimus, electus anno domini *MCClxxxii.* Indict. *I.* & anno regni Regis *Edwardi* primi, primo.

A. D. *MCCxc.* resignavit domino *Thomæ* de *Ponte* postquam rexit officium Abbatis per annos *xvii.*

Thomas de *Ponte* Abbas *xi.* electus post resignationem *Walteri* de *Hotoft* anno domini *MCCxc.* Indict. *iii.*

A. D. *MCCxcii.* emptum erat Manerium de Walton ab *Henrico Lacy* pro mille libris.

A. *MCCxciii.* emptum erat Persland ab *Henrico Lacy*, pro mille marcis.

A. *MCCci.* perquisivit bullam ut Abbates nostri possint benedicere calices, patenas, corporalia &c. à *Bonifacio* Papa octavo.

Carta Regis Ricardi *primi Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Ricardus Dei gratia Rex *Anglie*, Dux *Norm. Aquit.* Comes *Andeg.* Archiepiscopis &c. salutem. Sciatis quod nos concedimus & Cartâ nostrâ præsenti confirmamus pro salute & stabilitate regni nostri, & pro anima patris nostri Regis *H.* omnes donationes quæ rationabiliter datæ sunt Abbathiæ sanctæ *Mariæ* de Thornton & Canonicis ibidem Deo servientibus; tenendas in perpetuam elemosinam, & nominatim illam donationem, quam *Willielmus* Comes *Albe Marle* fecit Deo & Canonicis prædictæ Ecclesiæ S. *Mariæ* de Thornton; scilicet villam de Thornton & Burne, & Gaitcliam & Ecclesiam ejusdem villæ & *Aidelsbiam*, & boscum & pratum quod ad eam pertinet; & duas partes decimæ dominii ejusdem villæ, & pratum quod vocatur Carleswathe; & aliud pratum quod vocatur Belloteswath in manerio de Southeleseye; & Ecclesiam de Wiseby & villam de Frothengham; & Ecclesiam ejusdem villæ & Amotam; & Ecclesiam de Hecram; & Ecclesiam de *Randa*; & Ecclesiam de *Barewa*, cum omnibus pertinentiis; & pratum quod vocatur Somercroft, & Tosteng; decimationem omnium molendinorum suorum in *Anglia* & redecimationem omnium casiorum suorum, ubicunque fiant in *Anglia*. Transitum Dunæ apud Paglam, & Tungreyn sibi & hominibus suis, & omnibus rebus suis sine naulo; & masuram quæ fuit *Rogeri* Clerici in *Barwa*, & pratum quod vocatur Clereng; *i.* toftam in Hedon juxta Pontem, *viz.* villam de Helewell cum omnibus pertinentiis suis.

In Wapelton unam carucatam terræ cum

Cart. 19. E. 1. n. 25. per Inspex. Videsis Cart. antiq. z. n. 21. & Pat. 20. R. 2. p. 2. m. 8. Vide Plac. coram Rege term. Hill. 11. E. 2. Rot. 48. Linc.

pertinentiis; unam carucatam terræ in Bilneſe; Totum feodum *Fagani Bluſſell* in Cumingeſton; de ſancto *Luciano*, de *Belvaco*, Eccleſiam de Thornton. Ex dono *Willielmi* de *Scures* villam de Humbelton, cum omnibus pertinentiis ſuis, & Eccleſiam ejuſdem villæ, & Eccleſiam de Adum, cum omnibus pertinenciis ſuis, & treſdecim bovatas terræ, & unam particam in Flinton, & ſeptem ſolidatos redditus in eadem villa, de *Herberto* filio *Elwini*. Ex dono *Simonis* de *Mere* medietatem villæ de Warham, cum dominico maſagio. Ex dono *Hanelaci* de *Bydon* Eccleſiam de Garton, cum omnibus pertinenciis ſuis. Ex dono *Mauricij* in Garton *i.* toftam & *ii.* bovatas terræ. Ex dono *Petri* de *Falkenburga* in Wythornwyk unam carucatam, cum omnibus pertinentiis ſuis, & redditum quinque ſolidorum in Hedon, & quinque ſolidos in molendino de Baretwe. Ex dono *Ernulphi* de *Monte Geboa* in Dodinton dimidiam carucatam terræ, & Eccleſiam de Buſoat. Ex dono *Adæ* de *Brus* Eccleſias de Lebinton, & Jarum, & Scelton. Ex dono *Engell.* de *Mainers* unam bovatam terræ in Skefling. Ex dono *Roberti Conſtabularii* *i.* bovatam terræ in Halſham, & duorum ſolidorum redditus in eadem villa, & *iii.* ſolidos redditus in *Ernburgh* Burton.

Ex dono *Benedicti* Camerarii tres bovatas terræ & *i.* toftam in Paſton, cum omnibus pertinenciis ſuis. Ex dono *Adæ* Camerarii *iii.* maſuras in Hedon. Ex dono *Bernardi* de Hellewell unam toftam in Hedon. Ex dono *Willielmi Pincernæ* dimidiam tenuram ſuam in Newton. Ex dono *Amandi Pincernæ* *xii.* denariorum redditum in Anſtwic. Ex dono *Herberti* de *Sancto Quintino* *vi.* bovatas terræ ad Upwart in Stainton, cum omnibus pertinentiis ſuis, & duas partes decimæ dominii ejuſdem villæ & *ii.* bovatas terræ in Baretwe, cum omnibus pertinentiis ſuis, & unam carucatam terræ in *Linburgia*, cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Rogeri* de *Calz* in eadem villa *i.* bovatam terræ, cum omnibus pertinentiis. Ex dono *Johannis* de *Alneto* ſitum molendini in Steynton. Ex dono *Radulfi* de *Alt.* *ii.* bovatas terræ & dimidiam ad Utwart, & ſextam partem molendini in *Brunna*, & *i.* maſuram in *Lincolnia*, & *i* carucatam terræ in Killingholm, cum omnibus pertinenciis, & molendinum de *Scittra* ſuper *Humbram*, & quicquid habuit in duobus molendinis juxta Abbathiam, & molendino de Ulſeby, & omnem piſcationem aquæ de *Scittra*, quæ ad prædictum *Radulfum* pertinuit, & moltam hominum ſuorum de Walton.

Ex dono *Gilberti* filii *Gervaſii* de Walton *i.* bovatam terræ in eadem villa; & præterea pratum quod vocatur Warlotes, cum pertinenciis ſuis. Ex dono *Willielmi* filii *Berardi* *i.* bovatam terræ in Killingholm, & *i.* toftam cum pertinenciis. Terram de Farflete inter foſſarum quod ipſi Canonici fecerunt, & inter rectas diviſas vicinorum ſuorum de Farflete ab *Uſa* uſque ad nemus, ſicut Carta *Hugonis Dunelmenſis* Epiſcopi teſtatur. Ex dono *Aſketini* de *Huk* quandam turbariam in *Inkelmora*, habentem in latitudine *xx.* perticas, & in longitudine quantum ipſa mora extenditur, & *i.* toftam in Swyneflete. Ex dono *Eliæ* de *Amundevilla* in Middelton *ii.* bovatas terræ cum pertinentiis ſuis, & in *Barewa* pratum quod vocatur *Magneda*, & *Wirth* & Cleſteng, cum omnibus ayſiamentis ejuſdem villæ, & unam maſuram in *Barewa* & redditum de dimidia marca in molendino juxta Caſtellum de Baretwe. Ex dono *Warneri* de *Campania* *ii.* bovatas terræ & *vi.* toftas, cum pertinenciis, in Baretwe; præterea paſturam *CC.* ovibus in Baretwe. Ex dono *Albredæ* neptis *Warneri* de *Campania* *i.* bovatam terræ in Baretwe cum pertinenciis.

Ex dono *Jollani* de *Amundevill* *i.* maſuram ſuper portum de Baretwe. Ex dono *Simonis* filii *W.* in *Broclesbia* dimidiam bovatam terræ. Ex dono *Adeliciæ* de *Calz* in *Beverlaco* *i.* maſuram. Ex dono *Willielmi* de *Haſchelthorp* *iii.* ſolidos in Haſkelthorp. Ex dono *Godefridi* de *Harpham* redditum *xii.* denariorum. Ex dono *Walteri* filii *Wynterbard* apud Petringham in molendino Defold redditum *ii.* ſolidorum. Ex dono *Radulphi* de *Hamund* in Carleton duas bovatas terræ, cum omnibus pertinentiis. Ex dono *Godwini* Divitis *ii.* terras in *Lincolnia*. Ex dono *Alfuoth inſtitoris* in *Lincolnia* *i.* maſuram, in Eboraco *ii.* terras *v.* ſolidorum. Ex dono *Jollani* de *Evermond* in Upton. *i.* bovatam terræ, & *i.* maſuram cum omnibus pertinenciis. Ex dono *Simonis* filii *Simonis* *i.* maſuram & *ii.* acras terræ in *Wythena*. Ex dono *Mathei* de *Hamby* Eccleſiam de *Welleton*, & medietatem Eccleſiæ de Wyner, & locum de Lytheltwait, cum omnibus pertinenciis. Ex dono *Adæ* de *Munbegun* in Suthkeleſeye dimidiam carucatam terræ cum omnibus pertinenciis. Ex dono *Hugonis* de *Bayus* in *Caburnia* *i.* bovatam terræ, & communem paſturam. Ex dono *Galfridi* de *Turs* communem paſturam propriis pecoribus Canonicorum de Thornton, in campis *Cabornæ*. Ex dono *Ceciliæ* Comitiſſæ Eccleſiam de Goſeford, cum omnibus pertinentiis. Ex dono *Willelmi Truſſebut* paſturam *CCC.* ovibus in Ulſby.

Ex dono *Engelrami* de *Moncellis* in Cukewald *ii.* maſuras. Ex dono *Jordani* de *Heghebuga* *ii.* maſuras in Stalingburgh. Ex dono *Roberti* de *Praers* Eccleſiam de Ulfkirkbia, cum omnibus pertinentiis, & *v.* bovatas terræ in eadem villa, cum omnibus pertinenciis. Ex dono *Roberti* filii *Erniſii* in Witton *i.* bovatam & *j.* toftam cum omnibus pertinenciis. Ex dono *Bernardi* filii *Stanyni* terras in Witton, & Thorn, & communem paſturam in Witton, ſicut Cartæ ejuſdem *Bernardi* teſtantur. Ex dono *Godefridi* de Burum dimidiam bovatam terræ in Wytton cum pertinenciis. Ex dono *Gilberti* de *Gant* tranſitum Humbræ, apud Barton Canonicis & hominibus & omnibus rebus ſuis ſine naulo & *i.* maſuram in Barton, & communem paſturam Barton. Ex dono *Willielmi* de *Rotmara* in *Alkebarwa* *i.* maſuram. Ex dono *Sexilia* in Suthburton juxta *Beverlacum* *i.* bovatam terræ, & *i.* toftam cum omnibus pertinenciis. De Abbacia beatæ *Mariæ Eborum* in Brunn & Thorn dimidiam carucatam

tam terræ, cum pertinentiis ad **Ulvare**. Ex dono *Wlielmi* filii *Roberti* in **Andeneby** pratum, quod dicitur **Dane Add**, juxta *Warlesas*. Ex dono *Eustachii* filii *Hugonis* in **Barton** *i.* masuram. Ex dono *Haketti* de **Rydeford** in **Bernetteby** *i.* bovatam terræ cum pertinenciis suis.

Ex dono *Matthæi* de *Fonteneja i.* bovatam terræ in eadem villa. Ex dono *Mermanni Rotarii* in *Nuttele* redditum duorum solidorum. Ex dono *Dodonis* & *Alwi* Diaconi filii sui in campis **Thornton** *ix.* acras terræ. Ex dono *Rogeri Wambeys* locum de *Rupe* inter **Normaneby** & **Clateby**. Quare volumus & firmiter præcipimus quod prædicta Abbacia sanctæ *Mariæ* de **Thornton**, quæ est dominica Capella nostra, & Canonici nostri in ea Deo servientes habeant & teneant prædicta omnia, & quæ eis imposterum rationabiliter dabuntur, cum omnibus pertinentiis suis, in bosco & plano, in pratis & pasturis, in terris & aquis, in stagnis & molendinis, in viis & semitis, in vivariis & piscariis & mariscis; in Ecclesiis & Capellis, in decimis & aliis subventionibus & aliis rebus cum *soca* & *saca* & *Thol* & *Theme* & *Infangenethef*, & cum libertate Curiæ suæ, & aliis libertatibus ad terras eorum pertinentibus, sicut Carta donatorum, quas inde habent, testantur. Volumus etiam quod prædicti Canonici nostri de **Thornton** & res suæ & homines sui sint quieti de shiris & hundredis, & placitis & querelis; & geldis & Danegeldis, & *Themanatale* & concelationibus, & scottis, & auxiliis, & allisis, donis, & scutegiis, & hidagiis, & summagiis, & murdro & **Tenmges** & **Wapentakes**, & auxiliis Vicecomitum, & ministrorum suorum, & **Bodewerunge**, & operatione & fractione castellorum vel murorum, vel pontium, vel vivariorum, vel sepium, de theolonio, & passagio, & pontagio, & pedagio, & stallagio, & de omni seculari servicio & exactione, tam per terram, quàm per aquam, in omni loco potestatis nostræ, Ita quidem, quod nullus Vicecomes vel minister noster vel alius aliquis prædictos Canonicos nostros de **Thornton**, vel homines suos inde inquietet, vel disturber, vel vexet, vel in placitum mittat super forisfacturam nostram. Testibus *Waltero Rotomagensi* Archiepiscopo, *G. Eboracensi* Electo, *H. Saresbiriensi* Episcopo apud *Verzeliacum*, tercia die *Julii* anno primo regni nostri (&c.)

De advocatione ejusdem Abbatiæ.

Pat. 6 E. 3. m. 9. Vide Cart. 5. E. 2. n. 11. Et Cart. 9. E. 2. n. 25. Et Pat. 20. R. 2. p. 2. m. 8.

REx omnibus ad quos &c. salutem. Sciatis quod de gratia nostra speciali; & per hunc quem dilectus nobis in Christo Abbas de **Thornton** super **Humbr** fecit nobiscum, de assensu Prelatorum, Comitum & Baronum regni nostri in Parliamento nostro apud *Westm.* anno regni nostri sexto convocato, concessimus pro nobis & hæredibus nostris eidem Abbati & Conventui ejusdem loci, quod advocatio Abbatiæ suæ prædictæ, quæ de fundatione *Wlielmi* le *Gros* nuper Comitis *Albæ Marlie* & domini de **Holdernesse** extitit, cujus terræ & tenementa una cum dominiis, serviciis, feodis militum, advocationibus Abbaciarum, Prioratuum, Hospitalium, Ecclesiarum & Capellarum ad manus domini *E.* quondam Regis *Angliæ*, avi nostri tanquam Escaeta sua devenerunt, & sic in manu nostra existunt, extra manum nostram vel hæredum nostrorum de cætero non ponatur; sed quod dicta advocatio nobis & hæredibus nostris tanquam Coronæ nostræ annexa remaneat imperpetuum; Ita quod iidem Abbas & Conventus vel successores sui ratione cujuscumque alienationis, seu doni de advocatione vel dominio prædictis per nos vel hæredes nostros imposterum faciendi, alicui attornare seu intendere non teneantur in futuro. Insuper concessimus pro nobis & hæredibus nostris eisdem Abbati & Conventui, quod ipsi Abbaciam prædictam & omnia terras & tenementa sua quæ habent de dono & feoffamento, seu alias, de dominio prædicti Comitis in **Holdernesse**, & alibi, in diversis partibus regni nostri, habeant & teneant sibi & successoribus suis de nobis & hæredibus nostris imperpetuum, eodem modo quo ipsi & prædecessores sui prædicti Abbaciam, terras & tenementa prædicta de præfato Comite tenuerunt, & ea de nobis modo tenent. In cujus &c. T. Rege apud *Westm.* xv. die *Sept.*

PRIORATUS

de Brummore *in agro* Wiltoniensi.

Carta Regis Henrici *secundi, donationes* Baldwini *de* Riveris *& aliorum, recitans & confirmans.*

Cart. 6. E. 3. n. 43. per Inspex. Videsis Pat. 26. H. 6. p. 3. m. 17. Et Pat. 2. H. 4. p. 2. m. 34.

HENR. Rex *Angliæ* & dux *Norm.* Archiepiscopis (&c.) Sciatis me concessisse & confirmâsse in perpetuam elemosinam Canonicis regularibus de *Brumora* locum ipsum in quo Deo serviunt & omnes possessiones suas, tam Ecclesiasticas quàm mundanas, quas justè possident vel possessuri sunt futuris temporibus. In primo scilicet omnes donationes quas *Baldewinus* de *Riveris* & *Hugo* avunculus ejus in villa de *Brumora* eis in elemosinam dederunt & scriptis suis confirmaverunt; in Ecclesiis, in Capellis, in Decimis (&c.) sicut eis datæ sunt & concessæ, & terram de *Stanpetta*, scilicet tres hidas, quas *Wicius Falconarius* prædictis Canonicis, concedente *Baldewino*, in perpetuam elemosinam dedit; Et Ecclesiam de *Sappeleia*, quam *Oricus* de *Stantune* eis in elemosinam dedit, concedente ac confirmante Episcopo *Henrico Wynt* & *Baldwino* de *Riveris*. Et unam virgatam terræ in eadem villa, cum sex acris prati. Et Ecclesiam de **Wiccheberi**, cum decimis totius Manerii

prænominati & terra quæ adjacet, quam *Ingelramus* Apostolicus præscriptis Canonicis, me concedente & confirmante, perpetuò in elemosinam dedit. Et terram quæ est in *Brumera*, quam *Willelmus* de *Hela*, concedente filio suo, in elemosinam eis dedit. Et præcipio ministris meis de *Nova foresta*, quatinus centum animalia eorum sine herbagio, & centum porci absq; pasuagio in *Nova foresta* eant; Et de mortuo bosco habeant ad focum faciendum quantum eis necesse fuerit (&c.) T. *Milone* de *Gloec.* Constabulario; *Pagano* filio *Johannis*, *Ricardo Basset*, *Willielmo* de *Porth*, apud *Wintoniam.*

Carta Manasseri Biset de *xxii. acris terræ.*

Et autographo in Officio Armorum. MAnasserus *Biset*, Dapifer Regis *Angliæ*, omnibus hominibus suis *Francis* & *Anglis* salutem. Sciatis me dedisse & confirmâsse in perpetuam elemosinam *xxii.* acras terræ & dimidiam, marlatas, Ecclesiæ sancti *Michaelis* de *Bumera*, pro domino meo *Henrico* Rege, & pro me & uxore mea, & omnibus antecessoribus meis; & ista terra est inter maram de *Radebella* & domum *Ricardi* de *Pasir.* Et ego pono in Ecclesia prædicta unum Canonicum, qui serviet pro me & antecessoribus meis. Hiis testibus, *Crispino* sacerdote, *Andrea* filio *Willelmi*, *Galfrido* de *Brinchewrth*, *Roberto* filio *Aschet*, *Radulfo* de *Sancto Germano*, *Hunfredo* de *Bradeleia*, *Godefrido Cambert*, *Ricardo* de *Cumbi*, *Isenbarto* de *Wiltona* valete.

PRIORATUS
de Harewold, *in agro* Bedfordiensi.

Lel. Coll. vol. 1. p. 68. **Harwolde *Prioratus monialium S.* Augustini Sampson *de* Forte *primus Fundator.***

Carta Malcolmi *Regis Scotiæ donationes Canonicas ejusdem Domus, factas, confirmans.*

Ex vet. membrana in bibl. *Cotton.* MAlcolmus Rex *Scotiæ* Omnibus hominibus totius honoris *Huntindunensis*, clericis & laicis salutem. Sciant tam posteri quàm præsentes me concessisse, & hac meâ Cartâ confirmâsse Ecclesiæ beati *Petri* Apostoli de *Harewoldia*, & Priori & Canonicis & sororibus ibidem Deo servientibus, totam illam elemosinam quam habuerunt temporibus avi mei *Davidis* regis, & *Henrici* Comitis patris mei; & quam habuerunt antequam *Philippo* de *Colevilla* hanc præfatam terram dedi. Præterea eis concedo, & per hanc Cartam meam confirmo illas decem acras terræ, quas prædictus *Philippus* eis pro salute animæ suæ dedit infra dominium suum, & crostum *Gilleberti Barelli*, & crostum *Hereberts fulli*, sicut Carta *Philippi* eis testatur. Quare volo (&c.) Testibus *Herberto* Episcopo de Glasgu, *Ernaldo* Abbate de Melcho, *Waltero* de *Bid.* Cancellario, *Hugone* de *Morevilla*, *Roberto* de *Bruis*, *Waltero* filio *Alani*, *Waltero* de *Sumervill*, *Roberto* de *Capella*, *Eadmundo* Camerario apud *Carlolium.*

Carta Sansonis Fortis, concessiones Roberti *de* Blosseville *recitans & confirmans.*

NOtum sit omnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, tam futuris quàm præsentibus, quod ego *Sanson Fortis* concedo & sigilli mei impressione confirmo unam virgatam terræ quam *Robertus* de *Blosseville* concessit Ecclesiæ S. *Petri* de *Harewolda*, ad sustentationem fratrum & sororum inibi comorantium, in elemosinam perpetuo tenendum de dominio suo quam tenebat de me in Wauweld; scilicet culturam juxta Wardeinton & *Cokeliwanga*, & quatuor acras terræ juxta viam de *Lavendena* cum pratis prædictæ virgatæ adjacentibus; & duas acras prati juxta pontem *Torveiæ*; & dimidiam acram ad hospitandum juxta Ecclesiam de Wakefeld; & unam crostam in *Harewolda* inter duttam & fossam Canonicorum. Hujus autem concessionis nostræ testes sunt isti; *Simon* de *Wahulla*, *Huwardus* de *Lavendena*, *Walchierus* de *Timaisuii*, *Robertus Rusel*, *Nicholaus* de *Juvenci* & fratres ejus, *Nicholaius* de *Hulut*, *Amalricus Fortis*, *Walterus Disel*, & *Acardus* frater ejus, *Baldewinus Mordant*, *Stephanus* de *Longo prato*, *Hugo Ruffus*, *Rogerus* de *Halemine*, *Godardus* de *Everdun*, *Bonefacius Danekine*, *Baldewinus* Scriptor.

Carta Willielmi *Regis* Scotiæ, *donationes Sansonis Fortis & Roberti filii* Pagani *de* Bruse *confirmans.*

WIllielmus Rex *Scotiæ*, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus & omnibus aliis probis suis hominibus totius terræ suæ, tam clericis quàm laicis, tam *Francis* quàm *Anglis*, salutem. Sciant tam præsentes, quam futuri, me concessisse & hâc Cartâ meâ confirmâsse, pro salute mea, & pro salute omnium parentum meorum & antecessorum, Deo & Ecclesiæ beati *Petri* de Harewolde, & monialibus ibidem Deo servientibus, & fratribus eisdem moniales secundùm institutiones, Ecclesiæ S. *Nicholai* de *Arrowasia* tuentibus, omnes donationes, quas *Sanson Fortis*, & *Robertus* filius *Pagani* de *Brense* illis donaverunt, & Cartis suis confirmaverunt; in Ecclesiis, in decimis, in terris, in aquis, in pratis, in pascuis, in piscatione, in bosco, & in pasuagio, & in omnibus aliis rebus quas illis in elemosinam contulerunt, ut eas habeant & possideant in perpetuam elemosinam, liberas & quietas, & ab omni seculari servitio & exactione absolutas sicut, Ibid.

sicut Cartæ eorum testantur, & sicut Carta *Malculmi* fratris mei testatur. Hiis testibus *Nicholao* Cancellario, *Ricardo* Capello; Comite *Simine Galfrido Ridello, Roberto Foliot, Roberto* de *Costentin, Roberto Wilibi, Helia Foliot, Simine Essebeje, Thoma Barton.*

Carta Regis Johannis *donationem* Baldwini *de* Arda, *de Ecclesia* Stivington, *confirmans.*

Ibid. IOhannes Dei gratia &c. Sciatis nos intuitu Dei, & pro salute nostra & animabus antecessorum, & hæredum nostrorum, concessisse, & hâc Cartâ nostrâ confirmâsse Monialibus de Harwode, Ecclesiam de Stivinton, cum omnibus appenditiis sus, quam habent de donatione *Baldewini* de *Arda*, sicut Carta ejusdem *Baldewini*, quam inde habent, rationabiliter testatur, &c. Datum per manum *Hugonis* de *Welles*, Archidiaconi, apud Rumenel quinto die *Aprilis* &c.

Carta Regis Henrici *quarti, de Ecclesia de* Chakirstone.

Pat. 7. H 4 p. 2. m. 39. REx omnibus ad quos &c. salutem. Sciatis quod de gratia nostra speciali concessimus dilectis nobis in Christo Priorissæ & Monialibus beati *Petri* de Harewold in com. *Bedf.* unum messuagium cum pertinentiis in villa de Chakirstone, cum advocatione Ecclesiæ ejusdem villæ. Habendum & tenendum sibi & successoribus suis in puram & perpetuam elemosinam imperpetuum; quod quidem messuagium valorem duorum solidorum per annum non excedit, ut dicitur. Et eisdem Priorissæ & Monialibus quod ipsæ messuagium & advocationem prædicta de nobis recipere, ac Ecclesiam prædictam appropriare, & eam sic appropriatam in proprios usus tenere possint sibi & successoribus suis prædictis imperpetuum, tenore præsentium: similiter licentiam dedimus specialem (&c.) T. Rege apud *Westm. xxx.* die *Martii.*

PRIORATUS

de Brinkeburne *in Com.* Northumbriæ.

Carta Willielmi Bertram, *primi Advocati.*

Ex Registro de Brinkeburne penès dominum *Will. Howard* de Naworth castro 23. *Jan.* 2. 1638. (fol. 1.) Videsis etiam Cart. 2. *Joh.* p. 1. m. 11. & Pat 25. H. 6. p. 1. m. 7.

NOverit præsens ætas, Noverit creditura posteritas; Noverint omnes, quod ego *Willielmus Bertram* ad honorem Sanctæ, & individuæ Trinitatis, patris, filii, & spiritus Sancti, cum uxore mea *Hawys*, & hæredibus meis, *Rogero*, & *Guydone*, *Willielmo*, *Ricardo*, & cæteris, voluntate, & concilio, prece pariter, & petitione dompni *Osberti Colutarii*; pro anima mea, & parentum meorum; pro meorum remissione peccatorum; pro dominis meis vivis, & defunctis, pro uxore mea, & filiis, & pro hominibus meis fidelibus concedo locum, qui Brinkeburne, dicitur, quem idem *Osbertus* edificavit; dompno *Radulpho* Presbitero Monasterii Sanctæ *Mariæ* de *Insula*, & Fratribus suis, locum hunc prætaxatum, cum terris & omnibus, quæ mei juris sunt, quæ prædicto *Osberto* prius dederam, concedo Fratribus ibidem Deo servientibus & servitiis; superad denseriam de desertis meis, videlicet, Thornhalgh, & Forderhalgh, & Papwirthhalgh, & Heley, & Over-Heley, & omnes Saltus meos circumjacentes; & de Silva mea; quæ ab oriente est Heley, à via quæ descendit à superiori parte ejusdem, usq; ad Linchebourne, & exinde usque ibi eadem Bourne cadit in Coket. Hæc inquam omnia concedo; & dono & imperpetuum possidenda super Altare Dei & Sancti *Petri* offero & hoc mea Cruce ✠ confirmo, usibus & sustentationi Christi pauperum, inibi cohabitantium, cum omnimoda libertate, sine omni inquietudine; modis omnibus profitura. Et ego *Hawys* uxor *Willielmi Bertram*, libenter in id ipsum concensum cruce ✠ adhibeo: Et ego *Rogerus* filius *Willielmi Bertram*, hac mea cruce ✠ illud idem confirmo. Præterea omni anno dono eisdem Canonicis viginti pisces; de mea piscaria de *Coket*. Testibus *Richardo* Presbitero, & *Baldwino* filio ejus, *Bertramo* de *Pichedene*, *Carod*; & aliis.

Carta Willielmi *Comitis* Northumbriæ.

Ib. fol. 65. WIllielmus de *Gwaren* Comes *Northumbriæ* Justiciæ suæ & Baronibus, Vicecomitibus & ministris, & omnibus probis hominibus, tam laicis & clericis totius *Northumbriæ* salutem. Sciatis me dedisse & concessisse Deo & sanctæ *Mariæ*, & Ecclesiæ S. *Petri* de Brinkburne; & Canonicis ibidem Deo servientibus & servituris, pro anima *Henrici* Comitis dilectissimi patris mei, necnon & pro anima

mea, & animabus antecessorum meorum, eandem salinam quam pater meus *Henricus* Comes apud Werkworth in tempore vitæ suæ, eis in perpetuam elemosinam dedit & concessit. Concedo & confirmo dictis fratribus totam donationem *Rogeri Bertram*, scilicet locum qui dicitur Wainkburne cum omnibus pertinentiis suis. Volo etiam quatinus prædicti Canonici de Wainkburne prædictam salinam, & omnia sua habeant & teneant, ita liberè & quietè, sicut ipsi aliquam elemosinam liberiùs & quietiùs in terra mea habeant, & nullus vestrum super plenarium forisfactum meum eis injuriam vel contumeliam inde conferat, nec fieri permittat volente. Hiis testibus, *Gilberto* de *Umfravill*, *Will.* de *Vesci*, *Rogero* de *Merly*, & aliis.

Carta Henrici *Comitis* Northumbriæ.

HEnricus Comes filius Regis *Scotiæ*, Justitiariis & Baronibus, Vicecomitibus & ministris, omnibus probis hominibus suis totius *Northumbriæ* salutem. Sciatis me dedisse & concessisse Deo & Ecclesiæ S. *Petri* de Wainkburne, & Canonicis ibidem Deo servientibus, pro anima mea & animabus antecessorum meorum, salinam unam de salinis meis de Werkworth in perpetuam elemosinam. Volo itaque quatinus prædicti Canonici de Wainkburne illam salinam habeant & teneant ita liberè, quietè & honorificè, sicut ipsi aliquam elemosinam liberiùs & quietiùs in terra mea habeant; & nullus vestrum super plenarium forisfactum meum eis injuriam vel contumeliam inde conferat, nec fieri permittat. Test. *E*.... Cancellario Comitis, *Hugone Belet*, & aliis.

Cart. 43. H 3. m. 4. REx Archiepiscopis &c. Sciatis nos pro salute animæ nostræ (&c.) confirmâsse Deo & Ecclesiæ S. *Petri* de Wainkeburne & Canonicis ibidem Deo servientibus (&c.) omnes donationes & concessiones subscriptas quas *Rogerus Berteram* de Pilsoy eis fecit; *viz.* Septies viginti acras terræ in Ebenewode, de vasto suo, cum omnibus pertinentiis suis, per perticam xx. pedum, & de foresta sua omnia necessaria sua sine vasto ad ædificandum, & ad aratra sua, & herst & bigas & plaustra quantum rationabiliter sufficit ad tantam terram sustinendam per visum & liberationem ballivorum suorum, & commune focalis in turbaria sua de Clantleye quantum ad prædictam terram rationabiliter poterit sufficere cum libero introitu & exitu. Et tantam terram de vasto ejusdem *Rogeri* subtus villam de Frameltintone, quanta est ab exitu ejusdem villæ, & ex orientali parte viæ quæ ducit ad vadum *Willelmi*, descendendo per eandem viam versus Austrum usque dum veniatur rectè contra quercum quæ dicitur Wadhak, secundùm factam ibi dem divisam; & deinde versùs orientem rectè usq; ad eandem quercum, & iterum ab eadem quercu versùs orientem usque in Suinestawe; & sic ascendendo rectè per Suinedo versùs Aquilonem usque ad sepem cantæ eorundem Canonicorum. Et sufficientem clausuram ad eandem terram claudendam singulis annis, cum opus fuerit, de silvis ejusdem *Rogeri* propinquioribus eidem terræ; excepto defenso suo existente ex orientali parte ejusdem Suinedo, & unam partem silvæ suæ de Kimesside, quam dictus *Rogerus* eis fecit per has divisas; scilicet incipiendo in quodam siketto, quod venit de petario dictorum Canonicorum in silvam, & sic descendendo linialiter in moram de Framlington, & postea tendendo versùs Wainkburne extra oram dictæ silvæ de Kimesside, quoad usq; perveniatur in viam quæ ducit de Frameltintone usq; Raby; Et ab illa via descendendo extra silvam usq; in Kitchewodeburne, cum viridi & venatione, & libero introitu & exitu, & omnibus aliis libertatibus & aisiamentis prædictæ silvæ pertinentibus. Quare volumus (&c.) Dat. per manum nostram apud *Westm. xx.* die *Maii* anno regni nostri *xliii.*

PRIORATUS
de Leye *infra Insulam de Oxeleye.*

Carta Regis Johannis, *Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

EX Archiepiscopis &c, salutem. Inspeximus litteras patentes domini E. *quondam Regis* Angliæ *avi nostri, in hac verba.* Edwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ* & dux *Aquit.* Omnibus, ad quos præsentes litteræ pervenerint salutem. Cum dominus *J.* quondam Rex *Angliæ* avus noster, dudum per Cartam suam dedent & concesserit Priori & Canonicis tunc in Prioratu de Leye, *Exoniensis* diœcesis, commorantibus viginti solidatas annui redditus percipiendas in Illmggedone de quibusdam tenentibus ejusdem villæ eisdem Canonicis & eorum successoribus in puram & perpetuam elemosinam. Et jam ex mutuo assensu & voluntate nostri & Diœcesani loci, loco Canonicorum prædictorum canonicè ponantur in Prioratu supradicto. Nos eisdem Canonicabus gratiam facere volentes, concessimus eis pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, quod ipsæ Canonicæ redditum prædictum adeo liberè & plenariè habeant & percipiant sibi & successoribus suis, in puram & perpetuam elemosinam, sicut Canonici prædicti redditum illum ante transmutationem taliter de eis factam percipere, & habere consueverunt (&c.) aut earum successores occasione transmutationis prædictæ per nos vel hæredes nostros Justic. Escaetores Vic. seu alios ministros nostros quoscumque inde occasionentur, molestentur Cart 3. E. 3. n. 18.

ſtentur in aliquo ſeu graventur. In cujus rei teſtim. Teſte meipſo apud *Exon.* ſeptimo die *Jan.* anno regni noſtri quarto decimo.

Inſpeximus etiam Cartam confirmationis quam dominus H. *quondam Rex* Angliæ *progenitor noſter, ante tranſmutationem præditam fecit Deo & Eccleſiæ beatæ Mariæ & ſancti* Johannis Evangeliſtæ de *Lega* & Canonicis tunc ibidem Deo ſervientibus in hæc verba. *H.* Dei gratia Rex *Angliæ* & Dux *Normanniæ* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis (&c.) Salutem. Sciatis me conceſſiſſe & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* & ſancti *Johannis* Evangeliſtæ de *Lega*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, omnes ſubſcriptas rationabiles donationes à *Waltero* de *Clavills* eis factas, & per Cartam *Willielmi* Comitis *Glouc.* confirmatas; ſcilicet Eccleſiam de *Burewoldiſcumba*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & cum *viii.* acris terræ, quas idem *Walterus* dedit ad luminare ipſius Eccleſiæ, & cum dimidia virgata terræ Wheſtebroch; & Eccleſiam de *Dubelanda*, cum omnibus pertinenciis ſuis, & cum dimidio ferlingo terræ, quam *Walterus* in crementum ipſi Eccleſiæ dedit; & Eccleſiam de *Mordona*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & cum dimidia virgata terræ, quam *Walterus* ſuperaddidit, Et totam terram propè ipſum locum de *Lega*, ſitum ab Aquilonali parte aquæ-ductus veteris molendini à colle de *Wulflega* uſque ad calceiam vivarii; & ipſum vivarium, & duas acras terræ ab occidentali parte vivarii; & inde totam terram ſitam ab Aquilonali parte aquæ de Lino uſque ad aquam de Swalewe, videlicet totam terram ejus de *Lega*, & unum ferlingum terræ de Ruchmolle, & ſilvam de Ruchmolle, & molendinum, & totam molturam terræ de *Burewoldiſcumba*, & Wuraple, cum omnibus pertinenciis ſuis; & conductum aquæ & locum molendini ubicumque illud facere voluerint; & communia paſcua terræ ipſius; & molendinum de *Widecumba*, & totam molturam ipſius terræ, & ſex acras terræ, propinquiores ipſi molendino; & totam terram de Pitheraton, & totam terram de *Northawuda*, cum omnibus pertinenciis ſuis, & totam decimam reddituum ſuorum in omnibus terris ſuis; ſcilicet decimam reddituum de *Burwoldiſcumba*, & de Wuraple, & decimam reddituum de duabus Ecchill; & decimam reddituum de Lunene, & de *Dubelanda*, & de *Widecumba*, & de *Mordona*, cum omnibus pertinentiis prædictarum terrarum, totam ſcilicet decimam reddituum ſuorum in gablis & in redditu molendinorum, & in redditu dominii de Horthewy, & in redditu Broiheriæ de *Mordono*; & decimam *xiiii.* ſol. de terra *Roberti* filii *Gunnari* de Trebet in perpetuam elemoſinam, à præfato *Waltero* & hæredibus ſuis prædictæ Eccleſiæ reddendam. Quare volo (&c.) Teſtibus Magiſtro *Waltero* de *Conſt. Godfr.* de *Luci*, *Ranulpho* de *Glanvil.* (&c.) apud *Wintoniam*. Nos autem (&c.) confirmamus (&c.)

De Eccleſia de Dumeſford *per Petrum* Exon. *Epiſc. conceſſa.*

REx omnibus ad quos (&c.) licentiam dedimus *Petro Exon.* Epiſcopo, quod ipſe manerium ſuum de Dumeſford, & advocationem Eccleſiæ ejuſdem loci, cum pertinentiis, dare poſſit & aſſignare dilectis nobis in Chriſto Abbatiſſæ & Canoniſſis de Legh, Habendum & tenendum eiſdem Abbatiſſæ & Canoniſſis & earum ſucceſſoribus imperpetuum (&c.) T. Rege apud *Weſtm. xiii.* die *Julii.* Pat. 18 E. 1. m. 18.

PRIORATUS

de Bziweton *in agro* Somerſetenſi.

Carta Willielmi *le* Moyne *Comitis Somerſ. de fundatione ejuſdem.*

ROberto Dei gratia *Bathonienſi* Epiſcopo, & omnibus filiis Sanctæ Eccleſiæ *Willelmus* de *Moyne* Comes *Somerſetenſis* ſalutem. Notum vobis fieri volo, me prece *Willielmi* Capellani, uxoris meæ, & multorum amicorum ac hominum conſilio, hæredumque meorum conceſſu; & pro animæ meæ uxoriſq; filiorumque meorum ſalute; & pro redemptione peccatorum meorum, Deo & ſanctæ *Mariæ*, Canoniciſque regularibus, Eccleſiam de Bziweton conceſſiſſe, cum terris & decimis & conſuetudinibus & omnibus rebus ſicut prædictus *Willielmus* Capellanus melius tenuit; videlicet cum terra quæ fuit *Rogeri Cic*, & acquietationibus tam in boſco quam in plano; ſcilicet de pannagio & cæteris conſuetudinibus, & de boſco meo convenienter ad negotia ſua, ſive ad focum, ſive ad domus ſuas reficiendas, ſive ad alia in quibus boſco indigebunt; Et communem paſturam in omni manerio meo de Cambam. Teſte *Willielmo* filio meo, *Henrico*, *Juwanno*, *Petro*, & *Ricardo* Clericis; *Radulpho* Capellano, *Roberto* Capellano, Magiſtro *Willielmoque*, *Willielmo* de *Briuſtone*, *Reinaldo Rob.* de Wacheford; *Hugone* de *Puxchardun*, *Willielmo Daſtard*, *Willielmo* de *Locunnis*, cum pluribus aliis. Et qui hanc meam donationem minuere tentaverit, maledictionem Dei æterni conſequatur. Amen.' Pat. 36. E. 3. P. 2. m. 22. per Inſpex. Vide Pat. 20. E. 3. P. 2. m. 24.

Erector

Brueton *Canonici in comitatu de* Somerset.

Lel. Itin. vol. 1. p. 80.

ALmerus Comes *Cornubiæ*, fundator, instituit monachos; *Gulielmus Mohun*, post Conquestum, transtulit monachos in Canonicos regulares.

Bruton.

Leland. Itin. vol. 2. fol. 45.

The Abbaye there was afore the Conquest a place of Monks, founded by Algarus Erle of Cornewall. Moionset Chanons there sins the Conquest, and divers of the Moion's were buryed ther. One William Gilbert of late tyme being Prior of Bruton went to Rome, and there procured first that the name of the Prioris of Brutop might be chaunged vnto an Abbay. This Gilbert being Abbate did grete cost in the Abbay of Bruton in building, almost reedyfying it.

Id Est.

ABbatia quæ illic, ante Conquæstum [Normannicum] Monachorum locus erat, ab *Alvaro Cornubiæ* Comite fundatus. *Moinus* [quidam] post conquæstum Canonicos ibi collocavit: plures etiam ex *Moinorum* familiâ ibi sepeliebantur: Quidam *Willielmus Gilbert*, nuperus *Brutonensis* Prior, *Romam* ivit, ubi prithus omnium impetravit, ut Prioratus *Brutonensis* nomen in Abbatiam mutaretur, *Gilbertus* iste Abbas factus, in Abbatiæ ædificia plurimùm expendit, totam ferè reædificandò.

Carta Savarici Bathon. *Episcopi, diversorum donationes recitans & confirmans.*

Pat. 5. R. 2. p. 1. m. 4. per Inspex.

REx omnibus ad quos (&c.) salutem. Inspeximus scriptum venerabilis in Christo patris *Savarici*, quondam Episcopi *Bathoniensis & Glastoniensis*, factum in hæc verba. Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, *Savaricus* divina permissione *Bathoniensis & Glastoniensis* Episcopus, salutem in domino. Noverit universitas vestra, nos auctoritate Episcopali confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ* de Brueton, & Canonicis regularibus ibidem Deo servientibus, omnes terras & possessiones, quas *Henricus* de *Caraville* senior, & *Antigona* filia ejus & hæres, & *Alexander* de *Cantelo* eidem Ecclesiæ & Canonicis pia devotione concesserunt, & Cartis suis, quas diligenter inspeximus, confirmârunt; videlicet, ex donatione *H.* de *Caraville* unam virgatam terræ, & dimidiam, cum pertinentiis. & triginta unam denariatam terræ in eadem villa; & ortum ante portam atrii, cum bordello; Et totum jus quod habuit in foresta de Salewode. Et ex donatione prafatæ *Antigonæ* unamacram terræ ad edificandam curiam suam: Et unam perticulam terræ extra portam eorum: Et ex donatione, memorati *Alexandri* quicquid idem *Alexander* habuit in villa de Brueton; Scilicet, Hundredum, & Forum & terram de la *Cumba*, & si quid ialiud in eadem villa habuit. Ut autem hæc nostra confirmatio perpetuæ firmitatis optineat robur, eam præsenti Cartâ, & sigilli nostri munimine dignum duximus roborare. Si quis autem contra eam temerè ire attemptaverit, indignationem Dei omnipotentis & gloriosæ Virginis se noverit incursurum, valete. Nos autem scriptum prædictum, & omnia & singula in eodem contenta, rata habentes & grata, ea pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, præfatis Canonicis & successoribus suis ratificamus, approbamus, & tenore præsentium confirmamus, sicut scriptum prædictum rationabiliter testatur, prout iidem Canonici & prædecessores sui possessiones prædictas hactenus tenuerunt & habuerunt. In cujus rei &c. T. Rege apud *Westmonasterium* tertio die *Decembris*.

PRIORATUS

de Bradenstoke *in agro* Wiltoniensi.

Carta Patricii *Comitis* Sarum Walteri *patris sui concessionem in prima fundatione ejusdem Prioratus, recitans & confirmans.*

Ex Registro de Bradenstoke in bibl. *Cottoniana* [sub effigie *Vitellii* A. 11.] fol. 178. Vide etiam Rot. Cart. 9. *Joh.* n. 61.

UNiversis Sanctæ Matris Ecclesiæ fidelibus Comes *Patricius Sarum* salutem. Noverit universitas vestra me concessisse & Cartâ meâ confirmâsse in perpetuam elemosinam Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de Bradenstoke, quam pater meus *Walterus* de Sarisbiria, ad dilatandum religionis cultum construxit, ea quæ idem pater meus præfatæ Ecclesiæ & fratribus in eâ canonicè Deo servientibus, devotionis intuitu contulerat; scilicet totam villam de Bradenstoke, & quicquid ad illam pertinet, tam in bosco quàm in plano, cum omnibus libertatibus & consuetudinibus suis cum Ecclesia ejusdem villæ & omnibus pertinentibus ad illam: unam hidam terræ in Helchelhampton, & quicquid ad eam pertinet: Capellam quoq; de *Lucha* cum omnibus eidem pertinentibus, & unam virgatam terræ in eadem villa, quam *Richardus Cotel* prædictæ Ecclesiæ dedit, liberam & quietam ab omni servitio & omni seculari exactione, præter Denegheldum Regis. Præterea dedi & concessi in perpetuam elemosinam eidem Ecclesiæ, totam Wilecte, & quicquid ad ipsam pertinet, tam in bosco quàm in plano, cum omnibus libertatibus & consuetudinibus suis. Ecclesiam quoq; ejusdem villæ, cum omnibus pertinentibus ad eam; scilicet duodecim libratas in excambium pro terra de Wylbelesford,

ford, quam pater meus prædictæ Ecclesiæ dedit. Decem libratas pro animabus patris mei & matris meæ & *Matildis* Comitissæ uxoris meæ, & omnium antecessorum meorum. Residuum de Manerio de **Wilcote**, cum Ecclesia ejusdem villæ, pro calumpnia quam Canonici de **Bradenstoke** habebant in Ecclesia de **Cane-ford**, & in Capella Sancti *Andreæ* de **Cettra**.

Terram etiam quam *Will.* de *Lytlecote* supradictæ Ecclesiæ dedit, liberam ab omni servitio & omni seculari exactione, ubi viciniùs & competenciùs adjacet terræ de **Bradenstok**. Et terram quam *Will. Malcuvenant* præfatæ Ecclesiæ dedit liberè & quietè tenendam. Salinam etiam quandam in **Caneford**, quæ est apud **Waldefletam**, cum terrâ ad eam pertinente, & omnibus pertinentiis suis, liberam & quietam ab omnibus quæ ad me pertinent. Apud **Eston** Ecclesiam ejusdem villæ, cum omnibus ad ipsam pertinentibus, & quinquaginta acras quas *Willelmus* de *Estona* præfatæ Ecclesiæ de **Bradenstok** dedit de inlandâ suâ, concensu *Osberti* filii sui, cum tribus mansuris & unâ virgatâ terræ in eadem villâ, quam *Reginaldus* de *Sancto Paulo* prædictæ Ecclesiæ vendidit. Hujus donationis & confirmationis testes sunt, *Richardus* de *Berneriis*; *Elias* filius *Radulphi*; *Rogerius* filius *Gaufridi*; *Milo* de *Danteseia*, *Robertus* filius *Gaufridi*; *Walcherus* filius *Radulphi*; *Alexander* de *Cheverella*; *Richardus Cotella*, *Willielmus Malcuvenant*; *Willielmus* de *Lytlecote* *Arnaldus* de *Durleg*; *Benedictus* de *Angervill*; *Robertus* filius *Ancelmi*; *Stephanus* de *Longhef*; *Rogerus Burell*; *Robertus Blusa*; *Robertus Winemanni*; *Rogerus* de *Derneford*, filius *Warini*.

Carta Willielmi *Comitis* Sarum Walteri *avi* & Patricii *patris sui donationes confirmans.*

lb. f. 179. UNiversis sanctæ Matris Ecclesiæ fidelibus Comes *Willielmus Sarum*, salutem; Noverit universitas vestra me concessisse & Cartâ meâ confirmâsse in perpetuam elemosinam Ecclesiæ S. *Mariæ* de **Bradenstoke**, pro salute animæ meæ & *Elæ* Comitissæ matris meæ, & pro anima patris mei Comitis *Patricii*, & pro anima fratris mei *Patricii*, & pro animabus omnium antecessorum meorum, omnia quæ avus meus *Walterus* de *Sarisbiria* & Comes *Patricius* pater meus præfatæ Ecclesiæ & fratribus in ea canonicè Deo servientibus, devotionis intuitu, contulerunt; scilicet totam villam de **Bradenstoke**, & quicquid ad illam pertinet, tam in bosco quàm in plano, cum omnibus libertatibus & consuetudinibus suis, cum Ecclesia ejusdem villæ & omnibus pertinentibus ad illam. Totam etiam villam de **Wilcote**, & quicquid ad ipsam pertinet, tam in bosco quàm in plano, cum omnibus libertatibus & consuetudinibus suis, cum Ecclesia ejusdem villæ, & omnibus pertinentibus ad eam. Et unam hidam terræ in *Echeletintuna*, & quicquid ad eam pertinet. Capellam quoq; de *Lacha*, cum omnibus eidem pertinentibus. Salinam etiam quandam in **Caneford**, quæ est apud **Waldefletam**, cum terra ad eam pertinente, & omnibus pertinentiis suis, liberam & quietam ab omnibus quæ ad me pertinent.

Præterea dedi & confirmavi præfatæ Ecclesiæ in perpetuam elemosinam pro anima **Comitis** *Patricii* patris mei, & pro anima *P.* fratris mei, Ecclesiam de **Caneford**, cum omnibus ad eam pertinentibus, sicut *Philippus Clericus* & Magister *Robertus Winnam*, & *Richardus* de *Candeur*, eam meliùs, liberiùs & quietiùs tenuere. Et Capellam sancti *Andreæ* de *Cettra*, cum omnibus ad ipsam pertinentibus. Concessi & confirmavi prædictæ Ecclesiæ terram quam *Willielmus* de *Lytlecote* supradictæ Ecclesiæ dedit liberam ab omni servitio, & omni seculari exactione, ubi viciniùs & competenciùs adjacet terræ de **Bradenstoke**. Et terram quam *Willielmus Malcuvenant* præfatæ Ecclesiæ dedit liberè & quietè tenendam; & unam virgatam terræ in villa de *Lacha*, quam *Richardus Cotell* prædictæ Ecclesiæ dedit liberam & quietam ab omni servicio & omni seculari exactione præter denegeldam regis. Apud **Eston** Ecclesiam ejusdem villæ cum omnibus ad ipsam pertinentibus, & quinquaginta acras quas *Willielmus* de **Eston** præfatæ Ecclesiæ de **Bradenstoke** dedit de inlandâ suâ, concessu *Osberti* filii sui; cum tribus mansuris, & una virgata terræ in eadem villa, quam *Reginaldus* de *Sancto Paulo* prædictæ Ecclesiæ vendidit. Hujus donationis & confirmationis testes sunt *Willielmus* de *St. Martino*, *Philippus* & *Walterus* Fratres mei; *Osbertus* de *Estona*; *Milo* de *Danteseia*, *Humfridus Blund*; *Herberdus Wuler*; *Robertus Gerbert*; *Robertus* de *Ferford*; *Petrus Blund*; *Willielmus* de *Poarter*; *Godefridus* de *Sancto Martino*; Milo parvus; *Olivarius* de *Sancto Martino*, & multi alii.

Carta ejusdem Willielmi *Comitis de Ecclesia de* **Caneford**.

OMnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsens scriptum pervenerit, *Willielmus* Comes *Sarum* salutem in domino. Noverit universitas vestra me, pro Dei amore, & salute animæ meæ, & *Alienoræ* de *Viterio* Comitissæ meæ; & pro animabus *Patricii* patris mei, & *Elæ* matris meæ, & *Patricii* fratris mei, & aliorum antecessorum meorum dedisse & concessisse Ecclesiam de **Caneford**, cum omnibus pertinentiis suis, in puram & perpetuam & liberam elemosinam, Deo, & Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de **Bradenstoke**, & fratribus ibidem Deo servientibus, ad Canonicorum sustentationem, & Hospitum susceptionem. Et ut hæc donatio mea, rata, & inconcussa permaneat, sigilli mei munimine corroboravi. Hæc Carta facta fuit apud **Porters** juxta *Danfront* in *Passeis*, die Lunæ proximâ ante festum Sancti *Barnabæ* Apostoli post mortem *Ricardi* de *Candeura*. His testibus, *Radulfo* de *Sumeri*; *Willielmo* de *Novomercato*; *Petro Blando*, *Willielmo Boterell*, *Walt*ero de *Tuberville*, *Willielmo* Capellano juniore, *Wal-*

lb. f. 78. a.

tero filio meo, *Galfrido Vinlo* Camerario meo, & *Rogero* de *Calna*.

Carta Willielmi Grassi *de terra in villa de* Walen.

Ib. fol. 148. SCiant præsentes & futuri, quod ego *VVillielmus Grassus*, primogenitus *VVillielmi Grassi*, concessi Deo, & Canonicis de Bradenstoke, concessu *VVillielmi* le *Gras* junioris, & *Hamonis Gras*, & *Anselmi Gras*, Thesaurarii *Exoniensis*, fratrum meorum, & aliorum parentum meorum, pro salute *Roberti* le *Gras* fratris mei, ibidem requiescentis, totam terram illam cum pertinentiis suis, in villa de Walen, quam dedi præfato *Roberto* le *Gras* fratri meo, pro homagio & servitio suo (&c.) Testibus domino *Willielmo Mareschallo* Comite *Perbrokiæ*, *VVillielmo Mareschallo* filio suo, *VVillielmo* le *Gras* juniore, *Homone* le *Gras*, *Anselmo* le *Gras* Thesaurario *Exoniæ*, fratribus meis; *Everardo Teutonico*, *Franco Teutonico* fratre ejus, *Alano* filio *VVarini*, *VVillelmo Bluet*, (&c.)

Appropriatio Ecclesiarum de Linham, Wilcote, Ranesord, *&* Segre *Canonicis de* Bradenstoke *per* Willielmum Saresbiriensem *Episcopum.*

Ibid. fol. 123. UNiversis Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsens scriptum pervenerit, *VVillielmus*, miseratione divina *Sarum* Eccle æ minister humilis, salutem in domino sempiternam. Religionis observantiam, & hospitalitatis munificentiam dilectorum filiorum nobis in Christo Prioris, & Conventus de Bradenstoke, diligentiùs intendentes, ad ipsorum commodum, & honorem, quantum secundùm Deum possumus, & debemus, affectuosiùs assuramus. Nos igitur, eorum justis petitionibus adquiescentes, liberaliter, & benignè, de assensu, & voluntate dilectorum filiorum domini *Roberti* Decani, & Capituli *Sarisbiriensis*, Ecclesiam de Linham, & Ecclesiam de Wilcote, cum Capella de Brayecote, & Ecclesiam de Ranesord cum Capella de *Pola*, & aliis Capellis ad dictam Ecclesiam de Ranesord spectantibus; & Ecclesiam de Segres, cum omnibus ad eam pertinentibus, & Capellam sancti *Andreæ* de Cettre cum omnibus pertinentiis suis, divinæ caritatis obtutu, eisdem Canonicis in proprios usus duximus concedendas, & confirmandas; salvis vicariis ordinandis, & taxandis, tam in Ecclesiis, quam in Capellis, per nos & successores nostros. Salvis etiam nobis & successoribus nostris, jure, & authoritate Pontificali, & dignitate *Sarum* Ecclesiæ. In cujus rei testimonium hanc Cartam nostram Sigillo nostro munitam, memoratis Canonicis duximus concedendam. His testibus Domino *Roberto* de *Hereford* Decano *Sarum*; Magistro *Nicholao Eboraci* Archidiacono *Wiltes*; Domino *Nicholo* Archidiacono *Sarum*. Data *Sarum* die Dominicâ proximâ post festum S. *Michaelis* Archangeli, Anno gratiæ *M. CC.* quinquagesimo sexto. 1256.

Carta Gilberti *de* Clare *Comitis* Glouc. *de terris in* Violetone.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Gilbertus* de *Clare* Comes *Glouc.* & *Hertfordiæ*, dedi & concessi Deo & Ecclesiæ S. *Mariæ* de Bradenstoke, & Canonicis ibidem Deo servientibus, totam terram illam de dominico meo in Violetone juxta Fairesord, quam habent ex dono *Thomæ Malmains*, & quinque acras prati in prato quod vocatur Clyvemede, & illam particulam prati quæ vocatur Welteslade, & communiam pasturam de dominico meo in Violetone, cum omnibus pertinentiis suis; scilicet pasturam duodecim bovum & unius vaccæ, & duorum affrorum & trecentorum ovium. Præterea concessi & hâc Cartâ meâ confirmavi dictis Canonicis illam hidam terræ in Violeton cum omnibus pertinentiis suis quæ est de feodo meo quam habent ex dono *Hugonis* de *Cadurcis*, & *Isabellæ* Comitis *Glouc.* matris meæ. Habendum & tenendum eisdem Canonicis imperpetuum, liberè, & quietè, integrè & plenariè, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus. Pro hac autem concessione & confirmacione dederunt mihi prædicti Canonici viginti & septem marcas Argenti & dimid. & quietam clamaverunt pasturam quam clamaverunt in Fairesord, & pasturas in Violeton quæ vocantur Cuerneford, & Hulles. Et ego & hæredes mei warantizabimus. (&c.) In cujus rei Testimonium sigillum meum appposui (&c.) Hiis Testibus (&c.) Ib. fol. 147. b.

Carta Regis Henrici *tertii Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

HEnricus Rex &c. salutem. Noveritis nos intuitu Dei, & pro salute animæ nostræ, & animarum antecessorum & hæredum nostrorum, concessisse, & hâc Cartâ confirmâsse, pro nobis & hæredibus nostris, Priori & Canonicis de Bradenstoke, omnes donationes subscriptas; videlicet ex dono *Walteri* de *Sareshiria* totam villam de Bradenestoke, & quicquid ad illam pertinet, cum Ecclesia ejusdem villæ; & unam hidam terræ in Pettesetting, & Capellam de *Lacha*, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Comitis *Patricii* totam villam de Wilcote, & Ecclesiam ejusdem villæ; & salinam quandam in Canesord. Ex dono Comitis *Willielmi Sarrisberiensis* Ecclesiam de Canesord, & Capellam S. *Andreæ* de *Cettra*. Ex dono *Willelmi* de Littecot terram illam, quæ adjacet viciniùs & competenciùs terræ de Bradenestoke; & terram illam quam *Willelmus Mucevanant* præfatæ Ecclesiæ rationabiliter dedit. Ex dono *Ricardi Cotele* unam virgatam terræ in villa de *Lacha*. Ex dono *Willelmi* de *Eston L.* acras de inlandâ suâ concessu *Osberti* filii sui, cum tribus mansuris. Et unam virgatam terræ in eadem villa, quam Canonici Ibid. fol. 175. b. Et Rot. Cart. 16 H. 3. M. 6. Videsis Cart. 9. Joh. n. 61.

Canonici prædicti rationabiliter emerunt de *Reginaldo* de *Sancto Paulo*. Ex dono *Willelmi Mareſcalli* Comitis *Penbrociæ* Eccleſiam de Eſtone. Ex dono *Hugonis* de *Cadurcis* unam hidam terræ in Middeltone. Ex dono *Rogeri* de *Berkelai* quandam croftam quæ vocatur *Henleya* in Dodintone; & unam acram terræ & dimidiam juxta Widwelle; & unam acram prati ad Slepereſnoth, & aliam acram prati in Langedale; & totam culturam arabilem inter Pilebroc & vetus Lupicdd.

Ecel. de Eſton.

Ex dono *VVillelmi* filii *Everardi* duas partes decimarum de toto dominico ſuo de Oxtheſtone, tam de terra arabili quàm de paſturâ. Ex dono *Simonis* de *Tocha xxvii.* ſol. redditus in *Immenia*. Ex dono *VVillelmi Keneb.* totam terram ſuam in Beneſorde. Ex dono *VVillelmi* filii *Hugonis* de *Heſtone* duas minas frumenti annuatim ad feſtum *S. Michaelis*. Ex dono *Galfridi* Comitis *Perthei viii.* ſolidos in parochiâ de Wamburge. Ex dono *Matbei* de *Thormarethe*, dimidiam virgatam terræ in Thormarethe, quam *VValuricus* tenuit. Ex dono *Mauricii* filii *Matbei*, & confirmatione *VValteri* de *Thormarethe* dimidiam hidam terræ in Thormarethe, quam *Thurkil* tenuit, & aliam virgatam terræ quam *Scorig* tenuit. Item ex dono ejuſdem *Walt.* paſturam quingentarum ovium in communi paſtura de Thormarethe, & paſturam *viii.* boum & *iiii.* vaccarum, quietam ab omni exactione; & cætera animalia ſua & porcos in communi paſturâ. Ex dono *Nigelli* de *Moridon* unam virgatam terræ in Eddone, quam *Robertus Spret* tenuit. Ex dono *VVillelmi* Comitis *Sarreſberienſis* paſturam centum ovium in villa de *Cettra*. Ex dono *VV. Longeſpee* Comitis *Sarreſberienſis* unam virgatam terræ in *Ambreſbiria*, quam *VVillelmus* Comes *Sarreſberienſis*, filius Comitis *Patricii*, dedit *Simoni* infanti. Ex dono ejuſdem *VVillelmi Longeſpee* Comitis *Sarreſberienſis* dimidiam virgatam terræ in *Cettra*, quam *Treſmundus Culling* tenuit; & aliam dimidiam virgatam terræ in eadem villa, quam *R. Algar* tenuit. Ex dono *VValteri Croc* unam quarrariam juxta tenorem Cartæ ſuæ. Ex dono *Johannis* filii *Gileberti* medietatem villæ de Eſtone. Ex dono *VVillelmi* filii *Everardi lx.* acras terræ deſuper *la Frithe*. Ex dono *Roberti* de *Ewyas* & hæredum ſuorum homagium & totum ſervicium *Roberti* filii *Ever* in Hoxmungeſham, tam in redditu quàm in relevamine, & in omnibus aliis ſerviciis quæ ad eos pertinent.

Ex dono *Stephani* de *Langeford* dimidiam hidam terræ in *Cettra* & meſuagium in Wiltone, quod *Rogerus* de *Porta* tenuit de eo, & unam virgatam terræ apud Langeforde, cum uno meſuagio & duabus acris prati, & paſturam centum *xx.* ovium, & *xii.* animalium, & *xvi.* porcorum & unius jumenti. Ex dono *Willelmi Blundi* quinque ſolidos quolibet anno Stanleg percipiendos ab eo & hæredibus ſuis. Ex dono *VVillelmi* de *Cotes* unam virgatam terræ in villa de Cotes, quam *Rogerus Pinel* tenuit. Ex dono *Nicholai* de *Hiſpania* terram quam habuit in Winterburne ſuper montes, ſcilicet tres virgatas terræ. Ex dono *Oſberti* de *Eſton* Eccleſiam de Eſtone, & tenementum *Radulphi* de *Buchell*, quod pater ſuus ante dederat eidem Eccleſiæ; ſcilicet *L.* acras de inlanda, cum tribus manſuris & conſuetudinibus ſuis, & unam virgatam terræ quam *Reginaldus* de *Sancto Paulo* vendidit ſupradictæ Eccleſiæ. Ex dono *Ricardi Murdac viii.* ſolidatas terræ, ſcilicet de illa virgatâ terræ quam *Adam* filius *Edrici* tenuit in Altrinton, & hæredes ejus tenere debent jure hæreditario de Canonici de Bradenſtoke, reddendo eis annuatim *vii.* ſolidos. Ex dono *Willelmi Boterel* dimidiam virgatam terræ in villa de Peterop. Ex dono ejuſdem *Willelmi Boterel* unum meſuagium in villa de Lutegareſhall. Ex dono *Adæ* filii *Willelmi* unam hidam terræ in Blunteſdone, & unum meſuagium quod *Cuthel* tenuit. Ex dono ejuſdem *Adæ iiii.* hidas terræ in eadem villa. Ex dono *Berengarii* Seneſcalli *Willelmi Longeſpee* Comitis *Sarreſberienſis* dimidiam hidam terræ in Winterburne, in *Dorſeta*, & *x.* boves liberos in paſtura, cum bobus ejus, & *x.* vaccas & *xx.* porcos & treſcentas oves & duos tauros & *xx.* animalia ocioſa, & *xl.* capras. Item ex dono ejuſdem *Berengarii* paſturam centum ovium in Winterburne in *Dorſeta*, quæ fuit *Hugonis* de *Fencles*; & quod oves prædictorum Canonicorum eant in paſturâ cum propriis ovibus ejus ubique, & quod ſint levantes & cubantes in propriâ faldâ Canonicorum prædictorum, & habeant liberum iter in exitibus & in reditibus in omnibus locis.

Ex dono *Radulphi Luvel* de Clive molendinum de Criſtemeleſorde, cum filo aquæ, & cum omnibus quæ ad aquam pertinent, & cum hameletto, quod vocatur Middelcumbe, & cum terrâ quæ eſt inter portam & aquam, incluſâ foſſato, ad faciendum meſuagium. Ex dono ejuſdem *Radulphi* redditum dimidiæ virgatæ terræ & trium acrarum in Pettage, ſcilicet quinq; ſolidos, cum homagio *Rogeri* filii *Oſmundi* & hæredum ſuorum, & toto ſervicio quod ipſe vel hæredes ejus de prædictâ terrâ tenentur facere. Ex dono *Philippi* de *Ferlege* totam terram ſuam de Petherope. Ex dono ejuſdem totam terram ſuam de *Cerneya*. Ex dono *Alexandri* de *Segre* Eccleſiam de Segre, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono ejuſdem *Alexandri* locum qui dicitur Setwewell, cum omnibus pertinentiis ſuis, in quo fuit antiquitùs piſcaria, & molendinum, & ut ad placitum eorum ſit utrum velint facere ibi piſcariam, vel molendinum, vel ſimul utrumque. Ex dono *Reginaldi Bathonienſis* Epiſcopi, de aſſenſu *Alexandri* Decani, & Canonicorum *Wellenſium* Eccleſiam de Childecumton, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Aviciæ* de *Mara*, de aſſenſu *G.* filii & hæredis ſui, totum jus quod habuerunt in Eccleſiâ de *Offeleya*. Ex dono & confirmatione *Galfridi* de *Sancto Leodegario* totum jus quod habuit in eadem Eccleſia de *Offeleya*. Ex dono *Ricardi Ruffi* omnia tenementa ejus cuæ ſunt inter terram quæ fuit *Willelmi* filii *Iſabellæ*, & terram quæ fuit *Warini Tulippe* in parochia S. *Nicholai* in civitate *London*. Ex dono *Johannis* filii *Stepha-*

Ecel. de Childecumtoii.

Ecel. de Offeley.

ni unam virgatam terræ in Winterburne super montes. Ex dono *Alicia* de *Kayneto* unam virgatam terræ in Bereforde. Ex dono *Humfredi Croc iiii.* acras terræ in Draycote.

Ex dono *Thomæ* de *Fercles* unam virgatam terræ in Wintirburne, quæ fuit *Walteri Palmerii*. Ex dono *VVillelmi* de la *Warda* quatuor domos in villa de Cyrencestre. Ex dono *Alexandri Crede* terram suam quam emit à *Ricardo* milite de *Calna*, cum omnibus domibus quæ in ea sunt, & cum duabus hammis quæ sunt juxta fontem Chanic, & pertinent ad prædictam terram; & terram illam quam emit à *Willelmo* filio *Edicia* & *Waltero Vacere*, cum domibus in eâ edificatis. Ex dono *Hugonis Huse xii.* den. annuatim de redditu suo de *Bathonia*. Ex dono *Adæ Turgod* terram suam de Radeclive, quam emit de *VValtero Kebbel*. Ex dono *Johannis* filii *VVillelmi* Capellani de Radeclive, totam terram suam, quæ fuit *Ricardi* de *Mera*, quæ est contra Clocharium Ecclesiæ S. *Mariæ* de Radeclive. Ex dono *Theobaldi* de *VVinterburne* totum redditum suum de terra quam *VVillelmus* de *Amenesche* tenuit de eo in Sumerforde. Ex dono *VVillelmi Ruffi* de North-Estone duas acras terræ in North-Estone, quam *Adam* clericus tenuit. Ex dono *Roberti* de *Ewyas*, ut quæcumque Ecclesia feodi sui prima vacaverit persona, ad præsentationem ejus, vel hæredum suorum instituta in ea reddat annuatim Ecclesiæ de Bradenstoke nomine annuæ pensionis, sex marcas argenti in perpetuam elemosinam. Ex dono *VVillelmi* de *Novo-Mercato* quietanciam de quadrigis suis propriis in villa de Hentone apud *Bristollum*, & liberum transitum, sine omni passagio, & theloneo. Ex dono *Galfridi* le *Veell xii.* den. de molendino de *Ambresbiria*, ad Purificationem beatæ *Mariæ* in perpetuum percipiendos. Ex dono *Rogeri* filii *Everardi* unam crostam in vico qui dicitur *Reawa*, extra muros *Divisarum*.

Ex dono *VVillelmi Carettarii* totam terram suam de *Chipeham*. Ex dono *Willelmi* de *Cokerel* primam acram prati de tribus acris quæ pertinent parti suæ in prato suo de Segrey, Ex dono *Sewalli* de *Osevilla* unam summam frumenti, ad festum *S. Michaelis* imperpetuum, ex dono Domini I. Regis, patris nostri, pasturam *xl.* vaccarum cum vitulis suis donec habeant unum annum, & duorum taurorum per totam bersam in foresta nostra de Chipeham in *Wiltescira*; & quendam locum qui vocatur Aldebici; infra terminos ejusdem forestæ, ad faciendum ibi boverias suas, & alias domos vsibus suis necessarias. Ex, dono *Hugonis* de *Upham ii.* acras terræ in campis de Upham. Ex dono *Adæ Malherbe* molendinum de Ekkeford. Ex confirmatione *W.* Archiepiscopi *Rothomagensis*, quam eis fecit ad petitionem, & instantiam *Willelmi Lungespee* Comitis *Sarresberiensis*, Ecclesiam de *Rogervilla*, cum pertinentiis suis. Ex confirmatione *Galfridi* filii *Petri* illam hidam terræ in villa de Cotstowe, cum omnibus pertinentiis suis, quam *Matildis* mater ipsius, & *Robertus* frater ejus eis dederunt. Et præterea illud mesagium quod eadem mater ejus, & idem frater ejus eis dederunt in eadem villa de *Colstowa*.

Ex dono ejusdem *G.* filii *Petri ii.* acras terræ in *Crofta*, juxta idem mesagium. Ex confirmatione *Rogeri* de *Monteforti xii.* sol. quos, *Patricius* frater suus, eis dedit de redditu de *Westambresbiria*; ita quod ipse *Rogerus*, & hæredes sui prædictum redditum acquietabunt de regali servicio, & de servicio Comitis *Sarresberiensis*. Ex confirmatione *Huberti Maucovenant xxii.* acras quas *VVillelmus* pater ejus eis dedit. Ex confirmatione *Margaretæ* Comitissæ *Britanniæ* unam marcatam terræ in Vinelesforde, quam *Humfridus* de *Bohun* sponsus ejus, illis dedit in testamento suo. Ex concessione *VVillelmi* Comitis *Gloucestriæ* quietanciam de omnibus quæ ipsi Canonici vel servientes ipsorum vendiderint vel emerint ad dominicum opus ipsorum in *Bristollo*. Ex concessione & relaxatione *Ricardi* Abbatis & Conventus *Cirencestriæ*, simul eciam ex Concessione *Roberti* Prioris, & Conventus ejusdem loci; & ex confirmatione *Huberti*, quondam *Saresberiensis* Episcopi, & ex testimonio & confirmatione ejusdem *Huberti*, postea *Cantuariensis* Archiepiscopi, quietanciam, quantum ad nos pertinet de omni subjectione, & obedientia, & professione prædictæ Abbatiæ *Cirencestrensis* à præfatis Canonicis de Bradenstoke aliquo tempore exhibita. Omnia igitur hæc prædicta, cum omnibus pertinentiis suis, & omnia alia quæ prædictis Priori & Canonicis, vel jam rationabiliter collata sunt, vel in posterum sunt conferenda concedimus eis & confirmamus, sicut Carta donatorum vel confirmatio, & confirmatio Domini *Johannis* Regis patris nostri, quas inde habent rationabiliter testantur. Quare volumus (&c.) Data per manum venerabilis patris *Radulphi Cicestr.* Episcopi, Cancellarii nostri *xxi.* die *Junii*.

PRI-

PRIORATUS
de Nocton *in agro* Lincolniensi.

Stemma Fundatoris.

Ex Registro de Alvingham in bibl. Bodl.

MEmorandum quod *Robertus* de *Areci* dominus de Nocton fundavit Prioratum de Nocton Parke, post ipsum *Robertum* fuerunt tres domini de Nocton gradatim descendendo, quibus erat nomen *Thomas*. Post tertium *Thomam* fuit dominus *Normannus* filius ejus. Post ipsum *Normannum* fuit *Philippus* filius ejus. Post ipsum *Philippum* fuit *Normannus* filius ejus. Et post ipsum *Normannum* venit *Philippus* filius ejus. Et post ipsum *Philippum*, venit *Normannus* filius ejus & hæres, qui modo est. Et sic post fundationem domus de Nocton habuerunt tres domini vocati *Thomas*, tres Domini vocati *Normannus*. & duo domini vocati *Philippus*. Ista fuit scripta A. Domini in *MCCCxxxiiii*.

Carta Thomæ *de* Areci *de Ecclesia de* Nocton.

Ex autographo penes Ric. Towneley de Towneley in Com. Lanc. arm.

OMnibus sanctæ Ecclesiæ filiis tam præsentibus, quàm futuris, *Thomas* de *Areci* Salutem. Notum sit vobis omnibus, me cum assensu & concessu *Johannæ* uxoris meæ, & hæredum nostrorum dedisse & concessisse & hâc præsenti Cartâ confirmâsse Deo & sanctæ *Mariæ Magdalenæ* & Canonicis de parcho de Nocton Ecclesiam de *Noctona*, in liberam & quietam elemosinam cum omnibus pertinentiis, pro salute animæ meæ & omnium antecessorum meorum. Testibus Magistro *Ricardo* de *Ardres*, *Rogero Persona* de Hanewath, & multis aliis.

Darceiorum *Progenies*.

NOrmannus de *Arcy* miles, quondam dominus de Nocton habuit exitum *Philippum* de *Arcy* militem, qui habuit exitum *Normannum*, *Julianam*, & *Agnetem*. Qui *Normannus* obiit sine hærede de se. Quæ *Juliana* fuit desponsata *Johanni* de *Lymburie* militi; & habuerunt exitum *Philippum* Lymburg & *Alianoram*. Qui *Philippus* habuit exitum *Elizabetham* desponsatam primò *Thomæ Swyrburne*, postea *Thomæ Trevet* militi, qui obierunt sine hærede de se. Et præfata *Alienora* desponsata fuit *Nicholao Bernake*, & habuerunt filiam *Agnetem* quæ desponsata fuit *Willielmo Wymbish*. Et habuerunt *Hugonem*, *Nicolaum*, & *Johannam Wymbish*.

Carta Regis Henrici *tertii Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

REx Omnibus &c. Salutem. Quia accepimus per Inquisitionem, quam per Vicecomitem nostrum *Lincolniensem*, & Escaetorem nostrum ejusdem Comitatus, fieri fecimus, quod non esset ad dampnum nostrum vel exheredationem nostram vel hæredum nostrorum, si confirmaremus dilectis nobis in Christo Priori & Conventui de Noketon donationes & concessiones prædictas; videlicet de dono *Roberti* de *Arcy* situm Prioratus sui de Noketone, & unum mesuagium & unam carucatam terræ cum pertinentiis in Noketon, & Ecclesiam de Cankewell de dono *Thomæ* de *Arcy*, Ecclesiam de Dunstone, & Ecclesiam de Noketon; & totam terram in plano, & bosco, & in prato, quæ est inter viam quæ extenditur juxta sepem parci usque ad Trencarum in Mariseo, & inter exterius fossatum prati de Heyleseote apud Aquilonem, & totam daylam terræ quæ est juxta situm loci de Bergh, sicut aratro circumducta est, & inter Aldeflete in Mariseo apud Orientem, & inter exterius fossatum parci apud Occidentem; & duas sedes molendinorum in territorio de Dunston; unam sedem super aquam de le Weste, & alteram sedem molendini juxta parcum; & quoddam spacium terræ juxta illud molendinum, sicut mercatum est, cum omnibus quæ ad ipsa molendina pertinent, de dono *Roberti* filii *Radulphi* de *Arcy*. Cart. 55. H. 3. m. 6. Esc. 55. H. 3. n. 40.

Septem acras terræ & dimidiam, cum pertinentiis in Noketon, & molendinum in territorio de Dunestone, & duas seliones terræ jacentes ante portam orrei prædictorum Prioris & Conventus in Bruerio; & totam daylam mariscinam de Rossa quam de prato, de dono *Roberti* filii *Roberti* de *Arcy*: unam acram terræ cum pertinentiis in Noketone, de dono *Michaelis* de *Arcy*. Totam cultram infra fossatum juxta Finchehou, apud Austrum; & unam bovatam terræ, cum pertinentiis in Noketone de dono *Johannis* nepotis *Michaelis* de *Noketon*. Medietatem mariscinæ pertinentis ad duas bovatas terræ in Noketon; videlicet à mariseo usque ad aquam de Wythem, de dono *Radulphi* filii *Roberti* de *Arcy*, duas seliones terræ, cum pertinentiis in Noketone, de dono *Roberti* filii *Thomæ* de *Arcy* unum totum cum crofto, & unam bovatam terræ cum pertinentiis in Baltaewelle, de dono *Normanni* de *Arcy*. locum suum in mariseo de Dunston, ubi baiha sua sita est, cum trencato suo, & aliis fossatis suis, & situm loci sui, & totum boscum suum ita liberum & quietum, quod nec warennam, nec aliquod jus sibi vel hæredibus suis inde retinet.

De dono *Philippi* de *Arcy* tria tofta & duas bovatas & undecim acras & unam perticatam terræ, cum pertinentiis in Noketon, & quinque bovatas & unam perticatam terræ, & unum tofum cum pertinentiis in Dunston, & totum jus quod idem *Philippus* habuit vel unquam habere potuit in omnes tenentes prædictorum

Prioris & Conventus in villis de Noketon & Dunstone; ita scilicet, quod nec dictus *Philippus* de *Arecy*, nec hæredes sui, de cætero petere possint aliqua tallagia, nec eciam francum plegium, nec eciam aliam demandam, quæ vocatur *Nathwyte*; nec eciam illam quæ vocatur *Tolfester*; nec aliquas alias consuetudines ad mariscum vel ad campos prædictarum villarum pertinentes. De dono *Henrici Vyleyn* de Steping unum toftum & unam bovatam terræ, cum pertinentiis, in Noketon. De dono *Normanni* filii *Philippi* de *Arcy* totam bercariam suam ex opposito grangiæ suæ de Noketone. Decem acras terræ & dimidiam cum pastura ad sexaginta bidentes. De dono *Andreæ Punzun* unam bovatam & octo acras terræ & dimidiam, & unam acram prati & pasturam ad sex vaccas, & quadraginta & octo oves. De dono *Willelmi* filii *Roberti* filii *Radulphi* de *Arecy* quatuor acras & unam perticatam terræ, & dimidiam acram prati cum pertinentiis in Noketon.

De dono *Henrici* de *Arcy* septem bovatas & undecim acras & tres culturas terræ, & duas acras prati & dimidiam, & mariscum pertinens ad dimidiam carucatam terræ cum pertinenciis in Noketone. De dono *Fulconis* filii *Mauricii* de Templo, unam carucatam terræ cum pertinentiis in Dunestone. De dono *Willelmi* filii *Johannis* le *Long* de Dunestone, quindecim acras terræ & quatuor perticatas cum pertinentiis in Dunestone. De dono *Johannis* le *Long* de Dunestone unam selionem terræ cum pertinentiis in Dunestone. De dono *Willelmi* le *Surreys* de Dunestone & *Aniciæ* uxoris ejus unam daylam in mariscо de Dunstone; & duas acras terræ & duas bovatas mariscі, cum pertinentiis in Dunestone. De dono *Aniciæ*, quæ fuit uxor *Willelmi* le *Surreys* pratum, quantum pertinet ad duas bovatas terræ & tres perticatas terræ, cum pertinenciis in Dunestone. De dono *Thomæ* fil la *Personæ* de Dunestone quinque acras terræ, cum pertinenciis in Dunestone, & unam acram terræ cum pertinentiis in Bruerio.

De dono *Philippi* filii *Willelmi*, filii *Walkelini* mariscum quantum pertinet ad duas bovatas terræ cum pertinenciis in Dunestone. De dono *Ojberti* filii *Roberti* le *Clerk* de *Dunestone*, *Tacdaylam*, cum pertinenciis in mariscо de Dunestone de dono *Philippi* de Dunestone, & *Alex.* uxoris ejus, tres acras terræ cum pertinentiis in Dunestone. De dono *Johannis* le *Forester* de Hanewoth duas bovatas & decem & novem acras terræ cum pertinenciis in Hanewoth. De dono *Roberti* filii *Johannis* le *Forester* sex acras & unam perticatam terræ & dimidiam cum pertinentiis in Hanewoth. De dono *Rogeri* filii *Osberti* de Hanewoth & *Aliciæ* uxoris ejus tres seliones prati cum pertinentiis in Hanewoth. De dono *Agnetis*, quæ fuit uxor *Roberti* de *Haneworth* & *Rogeri* filii sui tres acras terræ cum pertinenciis in Hanewoth. De dono *Simonis* filii *Hervei* de *Haneworth*, unam bovatam & viginti & octo acras & medietatem unius perticatæ terræ & quatuor acras prati cum pertinentiis in Hanewoth. De dono *Alicæ* filiæ *Osberti* de *Haneworth*, & *Radulphi* filii sui unam bovatam terræ cum uno tofto & uno crofto, & quatuor acras & unam perticatam terræ cum pertinenciis in Hanewoth.

De dono *Rogeri* le *Chamberleng* duo tofta, unam placeam & tres acras terræ cum pertinentiis in Hanewoth. De dono *Willelmi* le *Chamberleng* duas bovatas & tresdecim acras terræ & octo acras prati cum pertinentiis in Hanewoth. De dono *Radulphi* de Botewell dimidiam acram terræ, cum pertinentiis in Hanewoth. De dono *Rogeri* & *Ilfonis*, filiorum *Thomæ* de Metheringham, unum toftum & sex bovatas terræ, cum pertinentiis in Metheringham. De dono *Willelmi Basset* & *Matildis* uxoris ejus, unum toftum cum pertinentiis in Metheringham; unum molendinum cum pertinentiis super aquam de Dunestone. De dono *Willelmi* filii *Willelmi Basset*, duo tofta & quatuor bovatas & dimidiam & duas seliones terræ cum pertinenciis in Metheringham. De dono *Walteri* filii *Walteri Wintrehard*, molendinum de Tathwelle, cum pertinentiis in Metheringham. De dono *Willelmi* filii *Roberti* de *Metheringham* unum molendinum, cum pertinentiis super aquam de Dunestone. De dono *Walteri* Wintrehard redditum duodecim denariorum de molendino super aquam de Dunestone. De dono *Roberti* filii *Walteri* de *Metheringham* quinque acras terræ & pasturam ad sexies viginti oves, cum pertinenciis in Metheringham. De dono *Willelmi* de *Metheringham* unam acram terræ & dimidiam cum pertinenciis in Metheringham.

De dono *Walteri* filii *Radulphi Wintrehard* sex bovatas terræ cum pertinentiis in Metheringham. De dono *Eustachii* de Ludham Clerici, unam bovatam terræ cum pertinenciis in Braunceton. De dono *Jollani* filii *Roberti* de *Engelby* octoginta unam acram & unam perticatam, triginta & duas acras prati, duo mesuagia, unum toftum & unum crofтum, & pasturam ad sexcentas oves, sexaginta animalia cum pestria, & ad centum porcos, & ad decem equas cum pullis suis, & paunagium ad decem porcos in bosco de Engelby, & communam pasturæ, per totum, cum pertinentiis in Engelby, & unum toftum cum pertinentiis in Thorp. De dono *Willelmi* de *Engelby* novem solidatas & octo denatatas redditus, cum pertinenciis in Engleby. De dono *Johannis* filii *Endonis* de *Sancto Botulfo* unam placeam terræ cum pertinentiis in villa *Sancti Botulfi*. De dono *Wynemari* de Tothefeve unum toftum & quinque acras terræ cum pertinentiis in Herdewyk. De dono *Osberti Giffard*, & *Agnetis* uxoris ejus unam carucatam terræ, cum hominibus & toftis & croftis, & omnibus aliis serviciis, & pertinentiis in Stretton. De dono *Henrici* filii *Humundi* de *Stretton* unam acram & tres seliones terræ, & quatuor perticatas prati, cum pertinentiis in *Stretton*. De dono *Pagani* filii *Edmundi* de Stretton unam selionem & unam perticatam terræ, & dimidiam

diam cum pertinenciis in Stretton.

De dono *Annudi* filii *Roberti* de *Stretton* unum toftum & duas acras, & unam felionem terræ cum pertinentiis in Stretton. De dono *Willelmi* filii *Elenæ* de *Stretton* quinque feliones terræ cum pertinentiis in Strettone. De dono *Rogeri* filii *Juliana* de *Stretton*, duas acras & unam perticatam & tres feliones terræ, cum pertinentiis in Stretton. De dono *Simonis* filii *Henrici* de *Stretton* tres feliones terræ cum pertinentiis in Stretton. De dono *Ascini filii Osberti* de *Stretton*, unum felionem terræ cum pertinentiis in Stretton. De dono *Bartholomei filii Anketini* de *Stow* duas acras terræ & quatuor folidatas & fex denaratas redditus cum pertinentiis in Stretton. De dono *Hugonis filii Ricardi Giffard* unam marcain redditus, cum pertinentiis in Stretton. De dono *Adelæ Chapeleyn* de Naveneby medietatem unius tofti & unius bovatæ terræ cum pertinentiis in Naveneby; de dono *Baldewini* le *Mercer* unam acram terræ cum pertinentiis in Naveneby. De dono *Galfridi Paris* unum toftum, cum pertinentiis in Naveneby. De dono *Willelmi Rikeman* unam acram & duas perticatas terræ & dimidiam cum pertinentiis in Naveneby. De dono *Walteri Ritun* & *Galfridi Cofby* unum toftum cum pertinentiis in Naveneby. De dono *Ivettæ* dimidiam acram & dimidiam perticatam terræ cum pertinentiis in Naveneby. De dono *Reginaldi filii Reginaldi* de *Bothe-by* dimidiam bovatam terræ cum pertinentiis in Bothcby. De dono *Reginaldi* filii *Briani* dimidiam bovatam terræ, cum pertinentiis in Bothcby. De dono *Ricardi* filii *Reginaldi le Feure* de Bothcby viginti & quatuor acras, & tres perticatas terræ & novem acras & dimidiam, & medietatem unius perticatæ terræ cum pertinentiis in Bothcby. De dono *Hugonis* le *Faukoner* de Coleby fex perticatas terræ & dimidiam, & unum molendinum cum pertinentiis in Coleby. De dono *Hamonis* filii *Rogeri* de *Fulebeck* duas partes unius tofti cum pertinentiis in Coleby, & de dono *Hugonis* filii *Gervafii Faukoner* terciam partem unius tofti cum pertinentiis in Coleby. Nos eafdem donationes & conceffiones ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus noftris, quantum in nobis eft, concedimus & confirmamus, ficut Cartæ prædictæ, quas dicti Prior & Conventus inde habent rationabiliter teftantur. In cujus &c. Teftе Rege apud *Weftm.* xxii. die *Aprilis*.

PRIORATUS
de Wigmore in agro Herefordenfi.

Fundationis ejufdem Hiftoria.

EN le temps del Roy Eftevene, *fitz al Counte de* Bloys, *qui regna en* Angleterre *per force apres le Roy* Henry *fitz a* William Baftard, *eſtoit un treſnoble Bachiler en* Angleterre, *peuz vailant et hardy Mounſieur* Hugh de Mortimer *a nome, noble de nature, de ſanc, de beale eſtature, vaillant en Armes, reneble en parler, parfond de conſail, et treſriche de teriens facultez, et le plus glorious chevaler renome et doté devant totez que adonq; furent en* Engleterre *vivantz; de quy ſi nais neſſuns en eſcrit tontz les pruefles les quels il fiſt chevaleronſement en* Engleterre, *en* Gwales *et per alors, ſi amonterent il a un graunt volume. Et outre ceo, fut il le plus franc et liberal de divers dons de tutz ceux qui ont conuſſeyens en ſon temps mile part. Le noble Conte de* Hereford Roger, *riche et vaillant, et de graunt retenance des gentz et feers, et orgoilous tant fors demena, ſovent que a force ly covient en refut demorer en ſes Chaſtels demeyne pur doute de ly. Enſement le Roy* Henry *proſchen apres le Roi* Eſtevene *ſovent ... od tout ſon hoſt travailla come eſt pleinement deſouzeſcrit.*

Ex ver. Cod. Ms. penès dominum Bruſe. f. 1. b.

Coment le treſnoble Seygnour Mounſieur *Hugh de Mortemer* fiſt *Oliver de Merlemond* ſon chief Seneſchal, et ly dona la Vile de Schobbedon pur ly lealement ſervir; et coment l'egliſe de Schobbedon fut fete.

CEſti treſnoble Seygnur et honorable, veillans entendre franchement a ſes delites, et a ſes deduitz ſantz foy carker en entremetter d'autres choſez, eluſt un ſage home, coynte et avercy, que ont nom Olyver de Merlymond, *et ly fiſt chef Seneſchal de tote ſa terre, et meſtre de tote ſa poſſeſſion. Ceſti* Olyver *avoit la terre de* Ledecote *per deſcente de heritage, et ſon Seignur Mounſieur* Hugh de Mortimer *ly dona a ceo tote la ville de* Schobbedon, *pur ly plus lealment ſervir et plus penblement; et a* Eode *fitz a dit* Olyver, *dona il la perſonage del egliſe de* Aylmondeſtreo. *Adonk n'eſtoit en* Schobbedon *nule Egliſe, mes tant ſoulement une Chapel de ſainkte* Juliane, *et cele fut de fuſt, et ſogette al Egliſe de* Aylmondeſtreo. *Dunt* Olyver *eſtoit mout penſifs de fer lever une novele egliſe en* Schobbedon, *et en honour de quel Seinct voleyt que ele fut dedye quant ele fut perfete: Au derrein ſi eluſt il ſainct* John *l'Evangeliſt, le quel* Jeſu Criſt *eluſt devant tutz les autres diſciples, pur eſtre patron de l'egliſe.*

Apres *ceo fiſt il apeler* Eode *ſon fitz, perſone de*

de Aylmondestreo, et entre conselerent coment sa eglise de Schobbedon pust estre hors de subjection del eglise de Aylmondestreo, per une empensiun annuele rendaunt, de ii^s. Quant este chose fust affirme, se entremist le dit Olyver del overayne del eglyse de Schobbedon. Deentre ceo savoyt meymes cely Olyver devocium et talent de prendre le vyage al seinct Jake en Peirmage, et baila a un chevaler Bernard tote la cure del overayne, od espenses necessaries; et empriſt le peirmage el nom deu, et vynt a seinct Jakes seyn et heyte. Quant il ont fet ileokes ceo qe fer dust, se retorna tot dis penssif del overayne de Schobbedon; et quant il aprochea a la cite de Paris un Chanoine del Abbeye de seinct Victor ly asteint, et mole devoutement le pria de sun hostel prendre en l'abbeye, et il a grant peyne ly otrea, et od ly en l'abbey entra et fut bel et corteisement recen a graunt honour.

Tant come il fut leinz si regarda il et entendrement aviſa totes choſes q'il viſt en l'Osterye, en l'encloyſtre, en le Queor, et nomement le ſervice qe ent fiſt entour l'auter; et mut ly vynt al queor de devocion la honeſte q'il viſt parentre eus en tutz lieus. Dont il priſt conge del Abbe et des autres freres de leyns, ſi returna a ſun propre pais. Et quant ſa egliſe fut tote perfete, ſi requiſt il mut humblement, ſire Robert de Betun Eveske de Hereford, de quy done nus avouns le egliſe de Lydebury-North qu'il deignaſt ſa egliſe de * Schobbedon dedyer; et il ly graunta, et jour de la ded caesium ly aſſigna. A cel jour aſſigne vynt l'Eveſge, et totes les grants ſeigneurs du pais, chivalers, clers, et autres ſans nombre pur eſtre a la ſollempnete, devant queux tutz, fut lewe la compoſicion fete perentre Olyver et Eode ſun fitz, et de l'eveske fut confirme, et de tote la people teſmonye. Et quant l'egliſe fut dedye ſi fuſt la maugerie mut ſollempnement apparile par l'evesk, et pur autres apelez, et pur ceus que vindrent de gre.

* Ib. f. 2 a.

Toſt apres ſi eyt Oliver qe la perſone del egliſe de Buyldey quont nom Wolward, per ſez deſerts fut depoſe, ſi pria l'evesk Robert, que il ly veniſt grant la doneyſon de cel egliſes; il ly granta, pur ceo que nul noſa vyer a ly choſe qu'il deſira, car il eſtoit le ſecond apres ſire Hugh de Motemer: Et quant Oliver aveit l'egliſe de Schobbedon et de Buyldey, et ſa terre de Ledecote, et de Lautone en ſa mayn, ſi ont en purpos de les doner a gents de Religion, et ſe remembra del honeſtete qu'il viſt autre frez entre les Chanoynes de ſeinct Victor de Parys, et manda per ſez lettres por un de quy il affia, q'nom a nom Roger le Blanc, al honorable Abbe et vels, qui ont nom Gilwyn de ſeinct Victor, empriaunt qu'il veniſt maunder a ly ii ou iii de ſez Chanoines: as queles quant eus veniſſent, il lor troverent tot ceo que meſtre lor ſerois, et ſoyſon.

A quel meſſage ne as Letires ne dona l'abbe foy, pur ceo que per ſa auctorite demeyne furent enſeeles, et non pas par ſeel autentik; et iſſi retorna le meſſage adonk deſeſpleite. Et quant Olyver avoit ententu per ſon meſſage ken fut ſet, ſi ala a l'avantdit Evesk de Hereford, et moſtra a ly tut ſon purpos pleinement; de quele pur pos et devocium ſi fuſt l'Eveske mut rejoy, et fiſt fere ſes lettres enſeeles de ſun Sel, et del Sel Olyver joyntement; et les manda per Roger Knoth, un de ſez prives, a meymez l'abbe de ſeinct Victor, empriant la requeſt qu'el il avoyt avaunt prie. Dont l'abbe per conſeil de tot lour Chapitre, eluſt ii, cetaſavoir Roger et Ernys; des queus, Roger fut fet apres Abbe de Dwerſe, et Ernys Abbe de ſeint Victor. Ceus ii. ſi manda l'abbe a Olyver, a queus il baila totes les choſes qu'ils aveit promis endementres pur lor ſuſtinaunce, cetaſavoir l'egliſe de Buyrle, l'egliſe de Schobbedon, ou il les fiſt habiter en un meſon aſſez honeſte pres de l'egliſe. Il lor dona enſement ſa terre de Ledecote, ovesk les granges pleines de blees et beafs, berbiz, et peres a grant plente, ovesk ii. carvez de terre.

En cel temps ſourdy un contek parentre Robert, Evesk de Hereford et Myles Conte de Hereford, en tant que l'evesk exkumega l'avantdit Conte adonc preſent, oveske tote la cite de Hereford, et fiſt eſtoper les huys de l'egliſe des eſpynes, et les Croiz abatre tot a la terre, et vynt a Schobbedon per la requeſt de Olyver et veſquit entre les Chanoines a cee coſtages demeyne, tẽſle a tant qe le Conte fut acorde a ly et as ſonz, et tote la Cite avantdite. Puys apres eſtoyent les Chanoines mut dolentz pur departure del Eveske de lor companie, et enſement trop mournes pur ceo que eus furent mut loyns de lor Abbey, ſi manderent al Abbe Gildwyn de ſeinct Victor, empriantz qu'il vouſiſt mander autres en lor luy qui ſuſſent parler et entendre langage d'Engleterre, et qui ſuſſent la maner des Englz, et ke eus puſſent reterner a lor Abbey; et enſemblement manderent que le lyn q'ils aveyent, fus bon, et avenant et aſſez des benz pur trover lor neceſſaries: et l'abbe granta lour requeſt, et manda illeoques iii. freres neez et norriz en Engleterre; et quant eus vindrent a Schobbedon, ſi furent mut honeſtement recens, et ileok plantez, et les autres ſen departirent d'ileokes a lour Abbey.

Et bien toſt apres ſourdy un deſcord trop graunt et hidous parentre Mounſieur Hugh de Mortemer et lavantdit Olyver, iſſi qe Olyver ſen departi de ly, et ala a ſire Miles Conte de Hereford, qe eſteit adunkes ſun amy enter: Et quant ſire Hugh ceo apercenſt, le fiſt apeler troiz fees en ſa Courte pur reſpondre as queveles, les queles il aveit vers ly: Et pur ceo que Olyver dota la malice et la cruelte de ſun ſeignur, noſa apparance fere enſa Courte, mes ſe tynt en pees endementres. Et quant ſire Hugh viſt ben q'il ne voleit venir, ne autre en ſon lyn maunder priſt en ſa main totes les choſes qe furent a Olyver, ovesk les beens des Chanoines; nepurquant il ne voleit fere as Chanoines; nule dureſte ſantz jugement, ſi lor dona reſpit tesk a un an enſiwant de fere demeore; et apres l'an alaſſent dileokes la ou beal lor fut, ſicome ceus qe furent entrees en ſa terre ſantz ſun conge, et amenecez ileokes per ſun adverſarie; et la Chanoines ne voloyent, ne ne poyent eſtre en la Centre, ſe apparilerent de ſey mettre en fuyte privement, car ſocours ne aveyent ne eyde de nuly.

Cete choſe viſt ſire Gilbert de Lacy, et voleit pleſire a ſire Hugh de Mortemer, vint a Lantony, et totes les choſes qe furent [illegible]

si per seinenrie, et lor blez fist aporter, qs amontaa grant somme d'argent. Et pur ceo qe per la on serien eide defant, D'eus imel socours, avient q'il y aveit une grant congregacion assemble a Leommestre *pur hautes busoynes; a quel assemble este t l'Evesk de* Herefford *od les seons, et sire* Hugh de Mortemer *od les seons, et* Robert *le Prieur de* Schobbedon, *et autres pluseurs Chivalers, Clercs et Layes, assemblez de tote partz: Et quant les besoynes furent terminez pur quels eus vindrent, fut mencion fete ileokes*

[1] Ib. f. 2. b. *de les Chanoines de* [1] Schobbedon, *por quels l'Evesk et les Chevalers, qe ileokes esteient, prierent a sire* Hugh de Mortemer, *q'il ust mercy de eus. Et quant il ont conseile od les seons, au darrain dist en haut voiz.* Si jeo usse (*dist il un Abbe*) tutz les biens qe *Olyver* lor dona, lor granteray, et plus a ceo lor dorray.

A cestes paroles prist l'Evesk le Prieur per la main et dist; veez sire! ici vous bail un Abbe? feres ceo que vous avez promis; *le quel il recust meintenant et oveske l'Evesk et autres grantes seygneurs le menerent al Auter, Chantantz en haut voyz* Te Deum laudamus, *& ileoks granta il a eus totes les choses que* Oliver *lor avoit done quitement, ensemblement od une provendre en l'eglise de* Wygemore, *qe fust adonk vacante, et totes les autres provendres en meismes l'eglise lor granta, quant eus fussent vacantz. Al seignour de* Huggeley, *qe adonk fut ileokes present, pria il qe si ly vousist doner sa eglise de* Huggeley, *et il ly granta; la quele eglise meintenaunt si dona il, devant tote le people al elit de* Schobbedon, *et a les Chanoines, la quel eglise fut adonk vacante. Ileokes promist a eus la ville de* Chelmers, *on il aveit empense, de fere a eus perpetuele habitacion tot loyns remewes de* Galeys. *Et quant le elit fut retorne a sa niesun, si aveit bone esperaunce de viure en pes et en quiete; mes en brief temps apres, sire* Hugh de Mortemer *lor tolit la ville de* Schobbedon, *et la ville de* Chelmers, *la quel il lor promist, unkes ne lor dona.*

Avient apres ceo qe l'avantdit Evesk de Herefford *passa la mere et vint en* France *a un Conesyl, et morut ileokes, et fut mene en un quyer de boef, jesk a* Herefford, *et ileokes enterre. Ceo vyt le elyt de* Schobbedon, *q'il fut privee del consail l'evesk, et de sun eyde a totes jurs, et despoile, et de la presence* Olyver, *qui lor apela en Engleterre, et ostes de lor terre de* Schobbedon, *et de* Lantone; *de quels terres eus aveyent lour sustinaunce, et qe pluis ly greva, q'nil fut sovent ledenge et amly per sire* Hugh de Mortemer *et les seons, lessa totes les choses q'nil aveit par desus ses mains, sanz gardein, come home simple et sanz malice, si retorna a sa Abbey.*

En apres vynt une Chanoine en Engleterre, *q'nut nom frere* Richard de Warrewyk, *qi fut apres Abbe de* Bristoll, *pur visiter ses amisez en temps de Ast; et vynt a* Schobbedon, *et quyly les blees, et les mist en taas et les lessa en lagarde des serganz et tantost sen departi. Apres ly, vynt une Chanoine de seint* Victor, *q'nont nom frere* Henry, *home de bon consail et de seyn, et vailant*

encoure, qu'estoit ben acoynte de Gilebert Foliyoth *adonk Evesk de* Herefford, *et parent a sire* Hugh de Mortemer, *le quel fut receu de eus mut honurablement, et prist gard des choses qe furent a* Schobbedon *lessez. Ces i quant il ont entendu de seons queles choses sire* Hugh de Mortemer *avoit done a Chanoines, et queles il ont premis, et que les il ont colet, approcha a ly, empriant qeil, pur l'amour de Dieu, et en remedye de sa alme, et des preshonourable progenitours, vousist restorer arere lez choses qu'il avoit sostres, et la promesse q'il fist a perimpler, et si le promist fere, mes tutz jurs le mist en delay per blandsantes paroles a beales promesses; mes* Henry *ly siwy per plusurs lyus, et au darrein lor granta la ville de* Schobbedon.

Quant frere Henry *ont la ville de* Schobbedon *pesiblement, avisa qe le lyu fut mut loyns del ewe, de quele eus aveyent tresgrant defaute, se purposa de remuer dileokes jeskes a* Aylmondestreo, *en un place qe ont apel* Eye, *tot pres de la ryvere de* Lugge, *le quel ly fust ayys covenable a eus pur demurer; et donke remuerent totes lor choses q'nils aveyent a* Schobdon, *jeskes la per consail et eide de sire* Hugh de Mortemer, *et mistrent le fundement de l'esglise come gentz qe aveyent empense, de fere ileokes perpetuel habitacion pur eus, et pur lor successours. Endementres morut* Pers *le* Kauf, *Chanoine de* Lantoney, *a quy l'evesk* Robert Betun *aveit done l'eglise de* Lydebury-North, *ovesk le Erecedekne de* Salopsire; *et quant le Prieur* Henry *oyt ceo, manda ileokes* iii. *de ses Chanoines, et le deen de* Penbrugge, *le quel lor mist en possessiun, meintenant de meismes l'eglise de* Lydebury.

Apres ceo si receust le Prieur Henry *a sa religiun, pluis de Chanoines, et qui dont ben de viure en grant quiete apres sun travail, mes autrement fut: car il surdy en cel temps tresgrant gere parentre sire* Hugh *de* Mortemer *et* Joce *de* Dynant, *adonk seygneur de* Loddelawe, *en tant qe meniez cely* Joce *ne poeyt franchement ne baudement entrer ne isser sun Chastel de* Loddelawe *per dute de sire* Hugh *tant fort le demena il: Et pur ceo qe* Joce *ren ne poet fere contre sire* Hugh, *per force, si mist espyes per les chemins, per ou il entendy, que sire* Hugh *passereit seugle si le prist et le tint en sun Chastel en prisone jeskes il ust fet sa ranzon de* iii. *mil marcs d'argent, forspris tote sa vessele et ses chevans et ses oysels: Et pur plus tost haster cel ranzon, si pria il eide de tote partz de ses amys; et al Prieur* Henrie *si pria il, q'nil vousist granter pur metter un agistement d'argent sur sa gent de* Schobbedon *en eyde de cel ranzon:* [1] Ib. f. 3. a. *Et le Prieur, en quant il poet, le vya, et contreestut; et dist qe chose unt feez donee a* * *Deu et a seinte eglise franchement, ne deit pas autre foes estre taile, ne mis en servage, pur nul busoygne seculer, ne la custume de sun pays ne le soffry mie: Et quant le Prieur en nule maner ne ly voleit, sa request, graunter si lessa totes les choses q'nil avoit en la garde des Chanoines, les queus il ont recen, et retorna a sa Abbey de seint Victor, dunt il vynt.*

Apres cely vynt un autre, *qu'ont nom*

frere Robert de Cheresboth, et demora ovesk les Chanoynes, nemye Priour; mes pur ceo qu'il vynt de outremer, fut en lyu de Prior, pur ceo qu'ils voleient aver un Abbe sur eus, et a cele chose fere si fut sire Hugh mut desirus et durement en talente. Tant, come eus furent en tel purpus, si oyrent parler de meistre Andrew qe fut adonk Prior de seinct Victor de Parys; Meistre de Divinite, et de nobles vertues et plusurs, et sobre si manderent a luy, emprantz qu'il deignast a eus venir et prendre la cure de Abbe et estre governour sur eus lor choses ordyner come prelat: le quel Andrew vynt a eus, et fut recen a graunt reverence, et Abbe benet de l'Evesk.

Tost apres, virent les amis sire Hugh de Mortemer, et nomeement sire Hugh de Lacy, a l'eglise la quele les Chanoynes avoyent fes fere a Aylmundestreo, si vindrent a sire Hugh de Mortemer, amonestantz ly et conseylantz, qu'il ne soffresist pas cel overaine sleokes estre perset en lentre de sa terre que ses enemies per eus ne venissent en entre de sa terre et sleokes nissent resut et recet en despit de ly et al damage de tote la pais: car il avoit adonk de tote partz mutz des enemyes et adversite graunt. Et il overy apres lor consail si fist les Chanoynes remuer jeskes a la vile de Wygemore, et porter lour choses ovesk eus, et comcer sleokes mansiuns, come dussent a tutz jurs demerer sleokes.

Dont virent l'abbe et ses Chanoines que la place ou eus hab ter devoyent fut trop estreit et hidous, pur habitacion fere pur eus; et trop grant defaute, nomement de ewe et le monter sus vers l'eglise, mut lor greva ces furent vileines paroles et deshonestes de ceus qi habiterent pres de eus, et se entreplainderent sovent et se purpenserent a quel lyw ils pussent remewer dleokes, pur ceo que ne poyent, ne ne voloyent sleokes demorer en nule maner pur l'encheisuns suisdits. Et quant sire Hugh de Mortemer ceo apercent, mut ly vint a gre, et les comanda q'ils feysent enquerer per tut sun pais plus avenate place, et plus eise, pur eus a demerir a totz jurs, et ly fese ent asaver.

Endementres sourdy un deslincparentre l'abbe Andrew et ses Chanoines per unt l'abbe sen departi de eus, et lor lessa tot a lor volunte, et returna a sa mesun de seinct Victor: Et pur ceo que eus ne voleyent my estre sanz Abbe, elustrent de eus meimes un Chanoyne, qu'ont a nom Roger, qui fust novice en l'ordre, mes sage a gouverner lors temporalites; le quel eus presenterent al evesk et fut benet de ly, et fet prelat des autres Chanoines. En ycel temps si manda le Roy Henry adonk novel Roy a sire Hugh de Mortemer de venir a ly: et il per graut orgoil et hauteste de queor, enenflee, a ly venir dedegna, et ses Chastels de totz partz contre ly garniss pur contreester le Roy a force. De quel chose le Roy fut mout corouce et durement vers ly ennewe, et ly assegy en sun Chastel de Bruemoath long temps, et ses autres chastels fist il assegir per tut per les gentz. Et quant Gilebert Folioth ceo vust, qe estreit adonk Evesk de Hereford, qe le Roy fust durement ennewe, et corouce vers sire Hugh de Mortemer; et qe sire Hugh fue di tote partz arvione de soz enemyes, ala al Roy emplaynaunt, qe sire Hugh tient a force sa vile de Lydebury, et la dedeigna rendre: le Roy ansi tost, come il avoyt ceo oy, per grant ire et rancor comanda al Eveske qu'il ulast et prist arere sa vile od tutes les apertenances: Et quant les Chanoines ceo oyrent, envelerent ileokes ii. Chanoines, cestasaver Symond le fitz Olyver Merlymond, et Richard de Blakemere, pur garder lour eglise de Lydebury, ensemblement ad autres choses qe ileokes aveyent. Et quant l'evesk ceo apercenst, manda a eus ces ministres, les queus adeprimes les amonesterent per blandesantz paroles, et den apres per manaces, an darrain mistrent mains sur eus, et les sa kerent, encomandantz qu'ils vensissent tost parler al Evesk.

Les Chanoines ia pur lours beles paroles ne furent venkuz, ne pur lors manacez abayz en nul poynt, mes se tindrent fermement dedenz l'eglise santz remewer hors de leyns pur nule violence qe lor fut fete come bonez gentz de Religiun, amantz le profit de lor mesun. Et ansi tost come l'abbe Roger ceo oy de sez freres, appela a la Courte de Roume de damages, huntages et violences qe furent fetes a ly et a sez freres et a sa eglise de Lidebury, et signa totes sez chosez desuz la protestiun" l'apostoil, et meintenant se apparala prendre le chemin vers la Courte de Roume en propre persone: Et quant se oyrent les amis de une part et d'autre, si en tremistrent de fere acord par entre eus, et refonimerent la pes enterement, issi qe l'evesk granta a eus la dite Eglise, de aver a tut temps en pes, et la confirma per sa lettre enselee de sun Seel. "Ib. f. 3. b.

Unkore esteient les Chanoines trop malement encombrez et envyez de jur en jur pur lour demeer a Wygemore, come est avantdit, si sen'alerent per le pais en chescun part pur querir et avyser place la, ou eus pussent mansiun honeste et large fere pur eus et pur antres a tutz jurs. Avient per un jour en Ast, qe une des Chanoines, frere Water Agaymeth a nom, sist sur le champ de Beodune, entre les syonrs, et regarda tot le pays aviron, et avisa ententivement; et visit la place ou l'abbeye est ore assise, et nota le lyu, et returna a mesun, et conta al Abbe et as freres ceo qu'il out veu; les quels aleyent ovesk ly et aviserent la place de tots partz et virent ben qe le lyu fus assez bon et large; et avenant pur fere ileoks lor Abbeye, si furent mut joyous, et lez ademesure, et aleyent a sire Hugh de Mortimer, et firent asave a ly ceo qu'ils aveyent trovez, et qe lor pluist ben la place pur perpetuele mansiun fere per eide de ly. Et il lor granta ausi tost benement, et a graut joye; et lor promisit qe il les eidereit, et comanda ausi tost que eus remewasent totes choses qe eus aveyent al Wygemore jeske la. Et quant eus aveyent comandement de ceo fere, ne sargerent geres del mettre en fet, et se feseyent endementres petites habetacinus de fust, per eyde et conseil de sire Hugh.

Endementres morut la persone de Meoles-Bracy, la quel eglise dona sire Hugh as Chanei-

Chanoines, ausi toſt en perpetuele almoygne; et apres ceo toſe morust l'Abbe Roger, *et fuſt religionſement enterre; et tantoſt ſe entre parlerent de une Abbe aver, et manderent pur* iii. *de lor freres qui furent les plus ſages, a Seinte* Victor, *pur prier a Meſtre* Andrew, *qui fut lor Abbe perdevant, de venir et eſtre lor ſovereyn, et lour Abbe come avant: le quele a grant peine lor granta et vint evesk eus, et fent recen a grant joye, et demorra Abbe en la maner qe il eſtoit.*

En meimes cel temps Andrew de Staunton *ſeygneur de* Bokenhull *fut accuſe vers le Roy* Henry, *grevouſement, illi qe il ne poet demorer en* Engleterre *apertement, ſi vynt en le Chapitre des Chanoines, et en la preſence de* Water Folyoth *ercedeakne de* Salopſire, *lor dona l'egliſe de* Bokenhull *en pure et perpetuel aumoygne. A qy tant come il demora iſſi en* Engleterre *en tapeiſaunz, ſi trouverent a ly totes ſes neceſſaries honeſtement; et quant il ne pont plus longes demurer, ſi paſſa il en* Eſcoce, *et demora illeokes ſeurement, ieskes a tant qe ſe pees fut fete al Roy; et donk returna il a ſa terre demeine. Et tant come il fut abſent, ſi trouverent ens a ſa feme* Mahaud *de portz ceo que meſtre ly fuſt.*

Apres ceo vynt ſire Hugh de Mortemer *de ont remere, et demorra a* Cleyburi. *Adonk morut* Achelard *perſone de* Bayham, *la quele egliſe les Chanoines receuſtrent en propres huyes del done ſire* Hugh: *Et ne mie longs temps apres, vynt ſire* Hugh *pur viſiter les Chanoines et lor lyu; et illeokes per requeſt de ſeons et nomement de* Brian de Brompton, *et de* John *ſun fitz, manda pur un moyn de* Wyrecestre, *le quel quant il ont ſigne la place del egliſe, fiſt fower et mettre le foundement: A quel foundement ſire* Hugh de Mortimer *cocha le primer pere, et lor promiſt dys marcz en eyde: mes en apres il la chevy a ſes coſtages demenie.* Brian de Brompton *cocha la ſecunde pere, et promiſt cent ſouz; mes ren ne dona d'argent; mes il lor granta totes eiſementz en ſa terre en boys et en champs per tot; lez queles eyſementz eiderent grauntment a lour ſoverayne.* John *le fitz al dit* Brian *cocha le terce peer, et ren ne dona ne promiſt, mel ceo quil ne fiſt mye adonkes en promeſſe, il le perfourmy ben apres en eovre: kar par ly fut egliſe de* Bynleth *done al Abbey.*

[b] *En apres les Chanoines ſentre miſtrent duvement et vigrouſement del overayne de lur egliſe. Endementres ſi morust Meſtre* Andrew *lor Abbe, et fut enterre a grant honeur. Apres ceo ſi elurent ens* Symond *lor Prior fiz a* Olyver de Merlymound *pur eſtre lor Abbe, le quel morust avant ceo quil fut benet del Evesk. Apres la mort* Symond, *ſi elurent ens frere* Randulph *lor Segreſteyn, home humble et Deu dotant: En temps de quel Abbe ſir* Hugh *dona al Abeye le maner de* Bayham *evesk totes les apportenances enſemblement, od ſun corps en pure et perpetuel aumoyne: mes une dame tynt unkore la vile de* Snytton *en noun dower. Apres ceo eſcheerent a eus les egliſes et chapeles de ſuzdites, per doun ſire* Hugh de Mortimer *en bref temps; ceaſaver l'egliſe de* Lyntwardyn *l'egliſe de* Aylmondeſtre, *l'egliſe de* Cheſtmers, *la Chapeles de* Dounton, Borcton, Cleton, *et* Leynthale, *et beglise de* Bynleth, *et le molyn de* Leyntwardin, *et vint ſoude de terre, la quel ſire* Hugh de Mortemer *akata de* Hereberte du Chaſtel: *Et la terre deſuz* Wigemore, *et la terre de la* Newton, *et la rente del molyn de* Boxton, *et la rente de* Cleton *et de* Brunthop.

Dentre ceſtes choſes ſi fut ſire Hugh de Mortimer *mut curious et penible entour l'overaine de lor egliſe, la quele il fiſt tote perfere a ces coſtages; et quant ale fut tote perfete, ſi la fiſt dedyer per la meyn ſire* Robert Folyoth, *adonk evesk de Hereford, en le honur de ſeint* Jake *l'apoſtle. Et quant l'egliſe fut dedye ſi fiſt ſire* Hugh de Mortimer *renoveler et confirmer toutz les dounz k'il avoit fet as Chanoines perdevant, a l'egliſe; et nomement le maner de* Bayham, *od les apertenances, le quel maner donail a les Chanoines devant tote la people que illeokes fut aſſemble, et le confirma, per ſa Chartre. Apres ceo dona il al egliſe un chaliz d'or fin, et un coupe d'or, pur mettre dedeins Eukariſte; et deux Chaundelers d'argent d'orrez; et fiſt l'evesk et l'abbe od tus le Covent, et od tutz les preſtres qe preſentes furent, excumenger tutz cens quy nul des cens iewens alloynaſſent de la meſun, for tannt ſoulement pur feyn et arſun: Et il dona adonks al evesk une Juſte d'argent plaine de pyement la quele il recenſt pur graunt doun. Et l'evesk dona ameines legliſe une chape de queor pourpre, aſſez honeſte et richement aourne des or freys.*

Et quant ceſtes choſes furent ben ordines, cheſcun a ſun avenaunt, morust ſire Hugh de Mortimer *a* Cleburi, *en bone veleſte et plaine des boues eunres, et Chanoyne profes en la preſence de l'abbe* Randulph, *le quel ly baila l'abit de Chanoine od aukuns de ſes freres devant ſa mort. Dileokes fut le corps porte ieskes a ſa Abbeie de* Wygemore *et honourablement enterre perdevant le haut Auter; l'alme de quey, ſy come nus crennis, repoſe od elitz de Dieu en joye perdurable Amen. Pur l'alms de quel* Hugh *ſy eſt chaunte cheſcun jour une Meſſe per Chanoine, et cheſcun ſymaigne l'office de mortz, cet a dire* Placebo et Dirige *une foez de neof leſſuns en Covent, evesk la* Meſſe matinale *l'endemain. Et cheſcun ſymaigne pain et cervoyſe ove altres vyaundes parties as poveres per la main del Aumoner eſtre autres partiſones qe ont fet per my l'an as poveres et a eſtranges. Et en le jour de ſun Anniverſarie ſi ſunt cent poveres puys ſoffiſonaunt, et cheſcun avera une Miche et deux harankes, et potage, pur ceo que ſun Anniverſarie cheet en* Quareme. *Les autres aumoynes, qe ont fet pur luy, cheſcun jour as eſtas et as eſtrange en le oſtelerye, et per ailours, et les bienfeez eſpirituels qe ſunt fet per Chanoynes pur ly, et ſervunt fitz a remenaunt; nombrer ne poit nul home; mes a Ihesu Chriſt ſunt pleinement conews.*

[b] lb. f. 42.

Et pur ceo qe Roger *sun fiz et heir fut tenuz en la garde le Roy pur la mort de un* Cadwalan *a noum, le quel le seons tuerent, les ministres le Roy syndrent le Chastel de* Wyggemore *od les appurtenances, en quel temps trefze homes Galeys furent pris en bataile, et furent tenuz en prison en le Chastel de* Wygemore *fermement fyrgez; les quels per une nuyt tant, come lor gardeins dormirent, eschaperent jeskes a la dit Abbeye, et furent devoutement receuz et rehetez de manger et beiure, et lour firges descheierent d'unt eus furent lyez per miracle; les queus firges furent penduz overtement en l'eglise, et les Galeys demorerent ileokes en pes jeskes a tant qe urent grace de aler a lor pais santz destourber. Plusurs autres cases semblables sunt avenuz a meime cele Abbey, les queus ne sunt my escritz en livre, mes sunt per negligence lesseez.*

Et quant Sire Roger de Mortemer *fut lesse hors de la garde du Roy, franchement, si vynt al Abbey, et fut recen de l'Abbe et del Covent a graunt joye, et mene per l'abbe et le Prieur en l'eglise jeskes devant le haut Auter; et quant il seo avoit a ore a l'auter, si beisa tote le Covent, expromettant seurte et bone pes; mes auſi tost com la Messe fut fynie a sun issir hors de l'eglise, si comensea de lor chalenger durement pur lour Maner de* Bayham, *et comanda qe eus le rendissent a ly; et dist, qe eus a tort le tendrent. Et l'abbe et le Covent mistrent lour esperance en Deu et ne soffrirent pas qe lor fut tolet un pleni pee del Manir. De ceo fut sire* Roger *mut corouce ademesure, et les porsuy tant per ly et per les seons, qe contre le jour de Nowel covendreit al abbe et le Covent d'aler jeskes a* Schobbedon *forspris* poys de Chanoines *qui demorerent pur garder l'eglise, et illeokes demorerent jeskes apres Nowel qe per comaundement le Roy* Henry *retornerent a lor Abbe: car le Roy comanda a sire* Roger, *q'uil ne seist mal ne damage as Chanoines, mes les lessast en pees desuz la protection de Deu, et la sowe pur Deu servir en quiete.* lb. f. 4. b.

Dunk desirerent les Chanoines mut d'aver amour et benvoilaunce de sire Roger *et acord, le prierent devoutement per lors amises qu'il vousist estre lor ami pur l'amour de Deu, et si aveient grant esperance de s'amistie aver. Mes tost apres morut cele dame qe avoit la vile de* Snitton *en dower; la quele vile granta sire* Roger *devant a eus de la franchement aver vers eus: mes en bref temps fut il broche per mauveys consilers pur la prendre de eus vers ly, et ensi fut fet car eus diseyent qe cel lyu fut mut prive et eise pur sun recet aver parentre* Wygemore *et* Cleybury: *Et quant les Chanoines virent ceo, si tindrent en pees come gentz qe hairent mut conteker od lur avowe, et mistrent lor droit a l'ordinaunce de Deu.*

Avient en apres qe dame Isabelle de Ferrers, *la feme a sire* Roger de Mortemer, *fut enceynte, et passa per* Snytton, *et illokes herbiga, et devint malade, et en sa maladye fut deliure de un enfant madle; le quel si tost come fut baptize, morust, et fut enterre en l'eglise de* Cleibury. *Dont la dite* Isabelle *per procurement des sagez gentz, pria a sun seignour humblement et devotement en lermant qu'il vousist rendre arere as Chanoines lor vile de* Snitton, *la quel il tynt a tort, et dist, qe per encheson de ceo, si aveit grant torment en enfantant; et aveit esperance de aver en grant solaz de la vye de sun fiz, si aveit ale grauns tristure de sa mort. A la request de quy, comanda tost rendre a eus la vile franchement, ovesk le Maner de* Bayham *de aver aremenaunt.*

Cele dame Isabelle de Ferers *fut de bon vye et de nette; la quele apres la mort de son seygneur fist fere une bone mesun de gents de religiun a* Lechelade, *pur l'alme sun seygneur et la sowe, et la fossa plent. vousement de beles terres et de rentes aremenant; et ileokes est ele enterre.* Fundatio Hospitalis de Lechelade.

L'avantdit Roger de Mortemer, *fiz al foundur, esteit solunc la demaunde de sun age, jolyf, juvencel, et muls voliges de queor, et ankes voluntrif adeprimes, et aveit pres de ly plusurs de leger consail qe ly consilerent sovent a sun pleisir, et non pas a sun profit, come le manere est de plusurs losengers qui portent oyl sus pur plere a lor seygneurs qe lor chee sovent a damage. Meimes cely* Roger de Mortemer, *en icel temps per mauveys consilers, et per sa volunte demeine, fist trop grantz durestes et grevances dsversementz al Abbe et Covent et a lor gentz contre la franchise de lur eglise. Dunk les bones gentz si sentirent de tutes partz dur demene, et nul esteit qi eider lor puist ne osast, si mistrent tote lor esperaunce en Deu tot puissant, nuyt et jour humblement et devoutement empriantz, qu'il pur sa pite deignast mettre hastif amendement al errour de lor avowe, issi qu'il ne demorast longes en peril d'alme per encheson de eus, et qe eus aver pussent en pees et en quiete les choses qe a eus furent donez et a totes jurs en aumoynez.*

En lementers tant come cete persecucion dura, avit per l'ordinance de Dieu, ke sire Roger de Mortimer *fut cheminant per un matin vers sun deduyt, ovesk sa megne, le jour del Anniversarie de sun Piere de quel ly ne sovynt pas adonkes: et come il chevauchont parentre la mesun de malades et la vile* Stanweye, *si regarda les champs d'ambepartz, les queus sun Pere ont done a l'Abbeye, et vist les bleez de une part ben creuz et veriz, et assez espes solun la sesun; si apela ankuns de seons endisant anguissusement;* Veez beals seigneurs, comment mun Pere se tresnoblia et moy de tut mist en obliance, quy fu son fitz eygne et heir, et moylere; a qui per totes resuns dust aver vouche sauf tot sun heritage sanz demembrer ces champs qe yci vous veez ovesk autres terres et tenementz en deshe-ritaunce de moy, si ad il done a ceus Vi-

leyns

leyns del Abbeye, *et cele chose regretta sovent. Et tant com il si angrissons de queor, Chevaucha, si sonerent totes les cloches del Abbey en manere de glaas: Et quant il ceo oyt, si apela un Chanoyne de meymes l'Abbeye, qu'esteyt adunk sun Chapeleyn,* * Ibid. 5. a. * *et ly demaunda pur que les cloches sonerent tant fort: Et il ly respoundy et dist;* Sire hieu a tantz des anz morut vostre pere, fundour de nostre mesun, et huy est sun Obit, pur qui ont fet grant sollempnitee pur s'alme especialment, et a tutz jurs fra et a resun.

Dune demaunda sire Roger *a ly, queuz furent les benfeez qe oni fist pur ly a la jorneye; et il ly counta, de chef en chef, totz les benfeez qe furent fetez pur s'alme en la dite Abbeye, come est perdevant escript: Et quant il avoit tot a grant leisir paroyee, fut visitee per le seincte Espirist, et dist a tote sa meygne;* Aluns nus en le nom de Dieu a l'Abbeye, et avisun nun le serviz et la solempnite qe om fra ileokes pur l'alme mun pere; *Et chevauchoyent jeskes a l'Abbeye; et quant l'abbe fut aperceu de sa venue, si amena tot le Covent ovesk ly, et aleyent contre ly en la manere de processiun; car il n'entra mye la mesun, grant pete, pardevant, en lor recustrent honorablement a grant joye ea esperance de sanure over et sa benveilance: A tant le abbe chanta la Messe, et le Covent a haute voyze et a grant devocion chanterent le office qe apent: de quele office sire* Roger *prist tresbone gard en totez pointz, et coment les centz povers furent servyez sy fut amerveyle, ben paye et mut repentant de sun errur. Et quant la Messe fut tut perchante et tote le office perfet, si apela il l'abbe et le Covent en lor Chapitre, et les pria pardon mut de humble coer de lor grevances, queus il a eus aveyt fet; et premist per beide de Dieu amendement, et fut acorde a eus, et assouz de sun trespaz, et entrebeysez ly et le Covant a grant leeste d'ambipartiez.*

Apres ceo fist il lire tutz les minumentz qe sun pere aveit fet a eus de terres, tenementz, rentes, bois, preez, pastures, communes, moret, et des autres fraunchises, et ensement des eglises, les quels il lor dona, et des autres les quels il procura estre done a eus, de ses gentz demeyne. Et quant les chartres furent toteperlewes, si agrea quant ke son pere ad fet, et confirma per sa Chartre, ensele de sun Sel, tot le fet de sun pere, ovesk plusurs eysementz et fraunchisez, les queus il lor dona adonk et apres per ses Chartres asseeles. Apres ceo prist il beneyson et conge del Abbe et du Covent, si retorna joyewsement a sun Chastel de Wygemore.

Tost fut la novele espandewe par mi le pays, coment il oust este a l'abbeye, et quel chose il ont ileokes fet: dunt les bonez gentz enaveyent grant joye, et les mauveys tresgrant envye: entre queus envyons si esteit un sun Seneschal trop coronce a demesure, si dist a sun seygneur; Sire! avez vous este al Abbeye et conferme tote la fet vostre pere a les Chanoines, et plus de vostre terre a eus avoyte, issy qe ne romeint ore endreit pres de eus, terre, pree, pasture, ne mores qe eus ne unt del dun de vostre pere, et de vostre, forspris le tresor de *MORTEMER; et dist en moskeis,* Ore est bon ke vous doignez cele terre a eus, ke ren ne remeyne a vous ne a vos heires du vostre pres de eus.

Celes paroles dist il en sa entente qu'il ne voleit mie qu'il donast cele terre a eus, mes qu'il la retenesist vers ly meimes. Et quant sire Roger *aveit escote ses paroles, demanda des autres quele fut cele place qe ont apela* le tresor de *MORTIMER. Et ly fut dist, qe ceo fut une croufte joynant a l'Abbeye, assez bone terre et large, et a merveile ben fructifiante: Et quant il aveit ceo oye des autres, si dist a l'avantdit Seneschal.* Par mun chef beals amys ben maveit dit et consile, et apres vostre conseil veil jeo overyr, et pur ceo ke cele place ad a noum *LE TRESOR DE MORTEMER,* jeo le baudrai a tel tresorer por garder a mun eops, qui le mettra en tele tresorie ou nul larun l'emblera, ne artesun le mangera, ne des bestes defole serra, mes a m'alme fructifiera. *Et ansi tost prist il ovesk ly gentz qui conusseyent la place, et la demustrerent a ly: et quant ont fet la vewe, entra en l'Abbeye, et la dona en pure et en perpetuele aumoyne a la mesun a tutz jours pur s'alme et ses auncestres, et ses successeurs; et la conferma per sa Chartre ensele de sun seel, devant tote le people.*

Fundationis & Fundatorum Historia.

Ex præfato cod. Ms penès ... dominum Bruse. Julii 1. 1656. f. 48. a.

WIllielmus conquestor regnum *Angliæ* strenuè & victoriosè optinens, in ipsius Regem gloriosè exstirit coronatus, intercessentibus ad hoc *CClx.* Militibus suæ victoriæ participibus, & à partibus *Franciæ* & *Northmanniæ* secum adductis; scilicet domino *Radulpho de Mortuomari*, milite, omnium strenuissimo, velut altero *Sampsone* leonina feritate Regis *Haraldi* excercitum invadente.

*Ib. f. 49. a.

* Demum idem *Radulphus* tanquam strenuissimus pugil in *Marchiam*, & præsertim contra *Edrichum Salopiæ* Comitem, & *Wygemoriæ* ac *Melenythiæ* cum pertinentiis dominum, conquestui adhuc non parentem, directus, post longam laboris obsidionem, ipsum in eodem Castro optentum, dictasq; terras & plures alias in *Marchia*, vi gladii & fortuna, suo quam gloriosè mancipavit dominio; quem & perpetuis carceribus mancipandum, ad dominum suum Regem adduxit vinctum, dictamque mancipationem Castri de *Dynetha* in Melenyth, per eum constructi, tuitione quam bellicosè munivit.

Demùm *Will.* Conquestore, ac *Will. Rufo* filio suo, post illum Rege, universæ carnis viam dilapsis, ac *Henrico*, tertio ejusdem Conquestoris filio, in Regem erecto; *Robertus Curthose* frater ejusdem *Henrici*, *Northmanniæ* tunc dux, regno *Jerosolimitano* neglecto, *Franciam* & *Northmanniam* contra dictum *Henricum* commovendo belli aciem dirigere pro regno laborat: contra cujus commotionem sedandam, ac *Northmanniam* pacificandam, idem *Radulfus de Mortuomari*, miles strenuissimus, & in belli negotiis providissimus, per prædictum *Henricum*, grandi cum excercitu Capitaneus, in partes dirigitur *Northmanniæ*, qui & ejusdem *Roberti* excercitum quassavit, ac ipsum dicto *Henrico* captivarun, sibi regnum stabiliendo transmisit; ac tunc post tot varia hujus mundi transitorii & militaris gloriæ blandimenta futuram & permansuram gloriam adepturus, idem dominus *Radulphus*, de licentia dicti *Henrici* regis, ultimum condens Eulogium, in quo Abbathia de Wyg. fundationem, dotationem & constructionem, divina Revelatione ad hoc instigatus, ordinavit, ac filium suum *Hugonem*, in omnibus suis citramarinis, hæredem & executorem sibi constituit universalem, *Oliveri de Merlymond* militis sui sagacis & providi viri tutelæ ac curæ, eundem committendo: Ac sic locum-tenens ejusdem Regis in *Northmannia* per eum ad vitam creatus, dies suo in dominio & officio, ac partibus propriis suæ perlaudandæ senectutis dies, quàm gloriosè suis posteris, suæ probitatis exempla relinquens, in domino finivit: Dictaq; constructione per dictum *Oliverum de Merlymound* apud Schobdon incepta, ad ejusdem loci dotationem, & demùm apud Wyggemore, ubi propriis erat sollempne secularium Canonicorum Collegium, ipsiusq; loci ad dotationem ac tertio inde propter aquæ penuriam, populiq; perversitatem ac loci strictitudinem, ad locum ubi modo situatur, translata.

Iste illustrissimus miles dominus *Radulphus de Mortuomari* post diuturnas hujus mundi fatigationes, pridie *Nonas Augusti* A. D. *MC.* ab hoc ergastulo migravit ad Dominum; sed antequam ad sidera vocatus erat, misit conjugem filio suo *Hugoni* de *Normannia* ad *Anglicam*, nomine *Matildem Longespey, filiam Willielmi Longespey*, ducis *Normanniæ*. Hic etiam Dominus *Radulphus de Mortuomari*, citò post conquestum Castri de Wygemore, Anno videlicet Domini *MC.* constituit tres Prebendas Canonicorum secularium in Eccl. villæ de Wyg. per assensum *Gerardi* Episcopi *Herefordiæ*; de quibus postea *Hugo* filius suus primogenitus dotavit Abbathiam de Wyggemore, unà cum certis aliis terris in prima creatione sive fundatione ejusdem Abbathiæ, per ipsum *Hugonem* inceptæ: Hic deniq; *Radulphus*, reliquit filium juniorem, nomine *Willielmum*, per modicum tempus Dominum de Chelmeash ex curialitate dicti Domini *Hugonis* fratris sui senioris; & postea Dominum de Nethercleve, ex singulari dono & speciali ejusdem Domini *Hugonis*.

Iste quidem *Hugo* fidelis paternæ voluntatis exequtor, Monasterium de Wyggemore, ubi jam situatur, primum etiam lapidem propriis manibus ponendo, fundavit, propriisq; expensis construxit; & in hunc modum liberando easdem terras cum suis tenementis ab omni exactione temporali, præter ipsius Monasterii, largiflue dotavit *An.* Domini *MCLxxix.* necnon de Lapham, & Schobdon Maneriis, & de medietate nemoris de Mortre, unà cum cæteris plurimis terris, moris, pratis pasturis, redditibus & serviciis, multò plenius in libris dictæ Abbathiæ specificatis; unà cum Ecclesiis de Wyggemore, Cleoburv, Leyntewardyn, Nenc, Duggeley, Burley, Lydeburie North, & Schobdone. Almondestreo, & Cheilmeash; cum omnibus Capellis earum.

Iste *Hugo* probitatis paternæ non expers, *Southwallensium* rebelliones militaliter, inclitè & sæpius domavit; eorumq; dominos, scilicet *Resum ap Howell*, *Howel ap Owen*, & *Conwen* fratrem suum, villam de Kardigan vastantes, captivavit; castra Dernerdine & Papudryth, ac Camarcon edificavit: ac sic, post varia & laudabilia probitatis sui merita, præsentem viram transitoriam, meliorem volens in frugem transmutare ordinem Monastrii de Wyggemore prædicti professus, in senectute bona ab hac luce *xxvi.* die mensis *Februarii* An. D. *MClxxxv* subtractus, filium suum *Rogerum*, ex *Matilda* filia *Willielmi Longespeye* suscitatum, universorum dimisit hæredem; pro cujus anima una specialis Missa cotidiana, cum aliis nonnullis, elemozinis, devotisq; orationibus in dicto Monasterio, prout in eodem de facto pater, ubi tumulatur, noscitur esse celebrata; relinquens alios filios, scilicet *Hugonem*, *Radulphum* & *Willielmum*.

Qui quidem *Hugo* interfectus fuit in torneamento apud *Wygorniam*; sed antequam ab

hac

hac luce migravit, suscepit dominam *Feliciam de sancto Sydonio* in uxorem, quibus *Hugo* pater ejus supradictus dedit manerium de **Cheilmersh**, una cum Manerio de **Suddebury**, quæ *Willielmus* avunculus illius *Hugonis*, prius tenuit, ex concessione *Hugonis* (primi Fundatoris præscripti) fratris sui; & quod manerium de **Cheilmarsh** cum suis pertinentiis dicta domina *Felicia*, marito suo præmortuo, in sancta viduitate perseverans, plenariè & absolutè, pro *xxiiii^or.* marcis argenti prius solutis, sursum reddidit domino *Rogero* primogenito subscripto, & pro se & omnibus posteris suis, eidem domino *Rogero* totum statum suum finaliter dedit, remisitq; ac relaxavit.

Willielmus, miles in bello partibus transmarinis, captus; ibiq; mortuus & sepultus, ac sine conjuge & prole ad sydera migratus.

Ib. f. 50. b. Ille *Rogerus* filius & hæres *Hugonis*, Fundatoris præcitati, rebelliones etiam *Wallensium* strenuissimè domavit, ac duodecem majores illorum in uno conflictu, per eum captivatos, suis carceribus mancipavit; suosq; dominii fines viriliter dilatavit; latronesq; & fures à partibus fortiter extirpavit, ac in Anniversario patris sui unâ die ad Abbathiam de **Wygemore** condescendens, de tanta & devota solempnitate, orationumq; effusione, pauperumq; refocillatione centum, cum aliis elemosinis in eâ parte factis, non modicè gavisus, omnia per patrem suum dicto Monasterio donata, ex certa scientia benignè confirmavit: & ultrà, fertilissimum campum, prope Monasterium situatum, *Thesaurum Mortemer* nuncupatum, in puram & perpetuam elemosinam donavit; de quo Seneschallus suus indignatus, quasi increpando dixit, *Credo quod vosmet & vestros exheredare nitimur, sicut & pater vester antea fecit, & præsertim de illo vestro aureo campo, propter sui nobilitatem & fertilitatem* Mortymeri Thesauro *vocato, aliis agris deficientibus indeficienti fructu insignito.* Tunc idem *Rogerus* respondit; *Illum campum Thesaurum meum ubi fures non furantur, neque fodunt, nec tinea demolitur thesaurizandum reposui.*

Temporeq; Regis *Johannis*, *Howelus* filius *Cadwalthlon*, & *Madoc* filius *Maylgon* pretendentes se in feodi firma ad **Melenyth** jus habere, cum maxima summa pecuniæ ab eo *xii.* militum in hac parte juratorum veredictum redimerunt; qui & illi *Rogero* terram de **Melenyth** liberè & hæreditariè possidendum dederunt, ut in sequentibus plenius patebit.

Radulphus de Mortuomari, abbavus *Radulphi de Mortuomari*, filii *Rogeri de Mortuomari*, venit ad conquestum *Angliæ* cum *Will.* dicto Bastard, tunc Rege *Angliæ*; qui Rex dedit dicto *Radulpho* plures terras in *Anglia*, & etiam in *Marchia*; inter quas dedit ei quandam terram quæ vocatur **Melenyth**, quam, quidam Comes, nomine *Edricus* (& Anglicus) tenuit ante conquestum, & in tempore conquestus, scilicet *Normannorum*, quo tempore idem *Edricus* cum suis complicibus, & toto pago adjacente, captus fuit manu forti per conquestum dicti *Radulphi* abbavi *Radulphi* prædicti, castro suo adtunc de **Wygemore** modo hæredum ipsius *Radulphi*, viz. *Mortuomarinorum*, Abbathiæ de **Wygemore** fundatorum. Et quia idem *Edricus* noluit conquestui parere, sicut cæteri Anglici, abstulit ei dictam terram per considerationem curiæ suæ; & ipse Rex dedit eam dicto *Radulpho* hæreditariè possidendam, & ipse firmavit in ea quoddam Castrum vocatum **Dynnevtha**. Terram verò predictam tenuit dictus *Radulphus* tota vita sua.

Mortuo eo succesit ei in hæreditate quidam filius suus, *Hugo* nomine, qui levavit quoddam Castrum in dicta terra de **Melenyth**, quod vocabatur **Cameran**: & ipse *Hugo* terram illam possedit tota vita sua. Illi vero *Hugoni* succesit quidam filius suus, nomine *Rogerus*, qui dictam terram tenuit omnibus diebus vitæ suæ. Tempore verò bonæ memoriæ *Regis Johannis*, & tempore ipsius *Rogeri*, venerunt *Howelus* filius *Cathwahtlan*, & *Madoc* filius *Maylgon*, & dederunt ipsi Regi *Johanni* maximam pecc.... per sic, quod per Sacramentum proborum & legalium militum de comitatibus *Salopiæ* & *Herefordiæ* inquisiceret, utrum ipsi *Howelus* & *Madoc* majus jus haberent tenendi terram de **Melenyth** de dicto *Rogero*, per quandam firmam sibi annuatim reddendam, quam ipse *Rogerus* tenendi illam in dominico, quod sic concessum fuit eis per Regem; & electi sunt milites *xii.* de utroq; comitatu coram Justiciariis ad hoc per Regem constitutis apud *Salopiam*, qui jurati dixerunt, quod dictus *Rogerus* majus jus habuit tenendi dictam terram in dominico suo, quam ipsi ad firmam; & sic remansit dictus *Rogerus* in seisina dictæ terræ, sicut de jure suo; scilicet de terra quam possiderat hæreditariè, & eidem adjudicata fuerat per sacramentum, ut prædictum est.

Illi *Rogero* succesit quidam filius, nomine *Hugo*, qui prædictam terram tenuit usq; ad guerram motam inter dominum Regem & Barones suos: Et quia in dicta guerra dictus *Hugo* semper se tenuit cum domino suo Rege *Johanne*, & noluit ad mandatum *Lewelini* principis, & domini *Egidii de Breuse* tunc Episcopi *Herefordiæ*, venire, scilicet contra fidem domini Regis, dicti *Levelinus* & *Egidius* cum complicibus suis, Castrum de **Hamaran** invaserunt & funditùs prostraverunt. Tunc temporis fuit dominus *Guoal* legatus in *Anglia*, & autoritate domini Papæ qua fungebatur, sententiam promulgavit in omnes qui aliquid abtulerant domino Regi vel complicibus suis, nisi venirent ad satisfactionem terpestivè; ita quod captum fuit quoddam colloquium apud **Wygemore**, ad quod dictus *Lewelin* venit, & de mera voluntate sua, & sine aliqua coactione dixit totam terram de **Melenyth** esse jus & hæreditatem dicti *Hugonis* & hæredum suorum, & illam eidem prælibto Sacramento corporaliter, coram omnibus concessit, & per literas suas patentes mandavit omnibus hominibus

nibus de Melenyth, quod in omnibus essent intendentes & respondentes dicto *Hugoni*, sicut domino suo ligeo.

In prædicto verò colloquio notatum fuit de amissionibus & dampnis dicti *Hugonis*, per occupationem hominum suorum, & Castri
Ib. f. 51. a. sui, & estimata & taxata fuerunt * dampna ad quingentas marcas; & per dominum *Stephanum* bonæ memoriæ tunc Archiep. *Cantuar*: & per alios *Angliæ* magnates provisum fuit, quod dictus *Lewelinus* debuit reddere dicto *Hugoni*, tertiam partem dictæ pecuniæ, & *Malgon* redder eidem *Hugoni* aliam tertiam partem, & *Wenhowen* aliam tertiam partem. *Hugone* postea mortuo, successit ei *Radulphus* frater ejus, qui dictam terram tenuit usq; ad mortem suam, & firmavit in ea duo Castra, scilicet Kevenlles, & Knoklas: Quo mortuo, quia *Rogerus* filius ejus, qui nunc est, non fuit plenæ ætatis, dominus Rex habuit custodiam dictorum Castrorum, & dictæ terræ, sicut aliarum terrarum suarum, quousq; dictus *Rogerus* satisfecit Regi pro terris suis; & extunc tenuit dictus *Rogerus* dictas terras & Castra per *xv.* annos, donec iminente guerra prodita fuerant dicta Castra per homines suos.

Domina *Milesaunt* filia ..... Comitis *Derbeyæ*, prima consors antedicti domini *Rogeri*, fundatoris secundi Abbathiæ de Wygemore: Qui quidem *Rogerus viii.* Kal. *Julii* A. D. *Mccxv.* dies suos sic laude plenos, posteris suis, probitatis & bonitatis exemplum relinquens, cum parentibus suis gloriosè finivit & dominabatur; relictis duobus filiis *Hugone* & *Radulpho* successivè hæredibus: *Hugonem* verò ex prima uxore sua *Milesaunt* filia Comitis *Derbeyæ*; *Radulphumq;* ex *Isabella* secunda uxore, filia domini de *Ferrers* de Lechelade, procreavit; necnon *Robertum* & *Philippum*: Quæ quidem *Isabella* fecit apud Lechelade domum Religionis, & ibi sepelitur.

Hugo iste juvenis elegantissimus, fortis
Ib. f. 51. b. viribus, moribus præclarus, verax & justus, omnes in sui amorem suarum virtutum, exigentibus meritis, aliciebat: Barones tamen regni sui pares, postea fervida gwerra diu suum Regem *Johannem* prosequentes, in istum dominum *Hugonem* postea, quia eis non faventem, *Egidium Brewes* Episcopum *Herefordensem*, necnon *Lewelinum ap Zeruorgh*, *Northwalliæ*; necnom *Wenwyn-wen Powysiæ* principes; necnon *Maylgon* alterum potentem Wallensem, ipsorum fautores & complices, in ipsum concitaverunt; qui concitati terras suas de Melenyth vastantes, infestârunt, Castrumq; suum de Camaron prostrârunt. Ipse tamen eos postea viriliter audaci sub clipeo dictos Wallenses in deditionem & emendam coegit, ipsorumq; rabies coercuit ac domavit, quingentas marcas in emendam ab eis recipiens: deniq; *Lewelinus* princeps ipsum eundem *Hugonem*, verum dominum de Melenyth etiam sub sigillo suo recognovit, seque de cætero ipsum in dictis terris nullatenus molestaturum ad sancta Dei Evangelia & juravit. Insuper & tenentibus eidem *Hugoni*, tanquam vero Domino, ut parerent suis literis & mandavit.

Iste *Hugo* dominio de Chilmersh, quo per patrem suum *Rogerum* prædictum infeodatus fuit, & *Radulphum* fratrem suum juniorem infeodavit. Demùm confractis & collisis in quodam torniamento, quarto *Idus Novembris* An. Dom. *Mccxxvii.* ab hac luce absq; prole, prout nec uxoratus legitur, transivit ad æterna, juxta patrem suum in Abbathia de Wygemore tumulatus.

Radulphus frater suus junior ex *Isabella* *Ib. 51. b.* *Ferrers*, secunda uxore, Collegii sive Hospitalis de Lechelade fundatrice, & ibi tumulata, procreatus, successit in dominium. Iste *Radulphus*, bellicosus vir & strenuus, militaliter fines suos dilatavit, & ultra omnes prædecessores rabies Wallensium redomavit; & eos, ac præsertim dicti *Lewelini* Principis terras devastando perdomavit; ac possessiones suas duobus Castris de novo per eum constructis; scilicet Kenttiles & Knokelas fortificavit; unde dictus *Lewelinus* Princeps ipsius audaciam & fortunam sufferre nequiens, sibi *Gwladusam Duy*, filiam suam, cum omnibus terris de Ery & Kedewyn, Castrisq; & fortiliciis, cum omnimodis earundem districta jurisdictione & honore, collocavit in uxorem. Et sic dilatato & pacificato quam gloriosè dominio suo ubique, *viii.* Id: *Augusti* A. D. *Mccxlvii.* ab hac luce subtractus, cum parentibus suis in Abbathia de Wygemore exstitit sepultus.

Fundatio Collegii de Lechelade

Tempore etiam istius domini *Radulphi*, Anno viz. Domini *Mccxxi.* *Hugone* fratre suo superstite, *Johannes* Rex *Angliæ* perdidit *Normanniam*, eò quòd pluries vocatus ad faciendum homagium Regi *Franciæ* pro dicta *Normannia*, renuit omnino venire: In qua quidem *Normannia* iste dominus *Radulphus* existens ad defendendum, quantum in se fuit, justiciam dicti *Johannis* Regis *Angliæ*, prout moris est progenitorum suorum, à Rege *Franciæ*, manu centupliciter fortiori, captus est: Quo facto Wallenses leti & hillares, suas sevitias audaciùs exercentes, prima die Dominica in *Quadragesimæ*, Monasterium S. *Jacobi* de Wygemore antedictum, absque miserecordiæ respectu invaserunt; & præter rerum mobilium substantiam, quam secum prædaverant, ac aliarum multitudinem tribulationum, quam eis diutiùs intulerunt, omnes domos, officinas regulares, miserabili incendio in cineres & favillas combusserunt: Quæ quidem vorax flamma per filios iniquitatum, in camera sub Dormitorio primò incensa, exierat; Dormitorium ascendit, & flamma invalescente, ventoq; contrario, omnes domos, officinas cum quamplurimis hujus mundi divitiis transitoriis, quas enumerare longum est, in favillam & cinerem redegit, excepta majore Ecclesia, quam Dominus miserecordissima pietate sua, ad ineffabile doloris sibi in eadem famulantium solamen, incolumem reservavit.

Domina *Gwladusa* filia *Lewelini* principis *Walliæ*, & *Johanna* filia *Johannis* regis *Angliæ*, sponsa

sponsa domini *Rad.* antedicti, peperit *Rogerum de Mortuomari*, primogenitum, *Petrum Johannem* Fratrem ordinis Minorum, domus sive Conventus *Salopiæ*; et *Hugonem* dominum de Cheilmersh, qui jacet in medio Capellæ beatæ *Mariæ* Virginis.

[b.f.53.b.] * *Rog.* (secundus) eorundem bonæ memoriæ *Radulphi* & *Gwladusæ* filius, successit in dominium; ac *Matildem de Brewys*, filiam domini *Willielmi de Brewys*, domini de Bæghnor, in uxorem duxit. Ille *Rogerus* tres filios suos, *Rogerum*, *Willielmum*, et *Gaufridum*, primò insigniis militaribus per dominum Regem *Edwardum* primum sublimaros; centum milites & tot Dominas ad Hastiludiam de Kenillworth, expensis suis sumptuosis, per tres dies solemniter ordinata & tenta, qualia in *Anglia* tam solempnia priùs visa non fuerant, secum adduxit, & *Rotundam Tabulam* ibi incepit, & quarta die *Leonem aureum*, triumphæ signum sibi adjudicatum, dictamq; comitivam, suisq; expensis ad Warwyk advexit; ob cujus probitatis & virtutum famam, etiam in remotis regnis divulgatam, *Navaria* regina in ejus velut & altera pantifiliæ regina in *Helloris* amorem debachata, ad dicta Hastiludia in dictis regnis præconizata, flasculas ligneas, deauratis barris & cera ligatos, vini sub specie, auro tamen plenos, in dicta Abbathia de Wygemore adhuc habitos, eidem *Rogero* fertur transmisisse. Ipseq; dominus *Rogerus*, ejusdem Reginæ ob amorem, *carbunculum* Armis suis, ad totam vitam suam addidisse noscitur.

Hastiludium de Kenillworth.

Inter alia illius *Rogeri* gloriosa facta, unum signanter duxi memorandum, quod Rege *Henrico* tertio tunc regnante, & *Edwardo* primo-genito suo post eum Rege, per *Symonem Montfort* Comitem *Legecestriæ* in bello de Lewis captivatis, idem *Edwardus* primo-genitus in castro de Hereford, sub carcerali custodiâ exstitit positus, quem et idem *Rogerus* in hunc modum liberavit; Unum dextrarium velocissimum sibi transmittendo & secretè per nuncium quod receptâ licentiâ à custodibus, ipsius velocitatem in Wydmersh probaret, et captatâ oportunitate, quando unum alium in equo albo ad ascensum montis versùs Tullinton sedentem (dominum de *Crofte* adtunc ut dicitur) & capillum suum moventem videret, omni cautelâ possibili ad eum in eodem equo fugeret, velocitati ipsius equi satis confisurus; quod & concensum est; et die ad hoc statutâ, ac per dictum Nuntium præcaptatâ, totaq; patriâ ad custodiam dicti *Edwardi*, ne fugæ se poneret, congregatâ, dum idem *Edwardus* eundem equum ascenderet, bene illum Nuncium, ut supra, capillum suum moventem conspexit, ac equum calcaribus coactum, omnibus invitis, evadendo se direxit: & licèt à multitudine illa, in equis & pedibus prosequtus fuerat; tamen in tantum omnes illius equi probitate præcessit, dictum Nuncium sequendo, quod ad parcam de Tullinton, ubi dictus dominus *Rogerus de Mortemer*, in sui succursum, cum quingentis armatis dilituerat, salvus evasit; quos & idem *Rogerus*, tanquam Leo rugiens invadendo & trucidando, usq; portus *Herefordiæ* prosecutus, eundem *Edwardum* primogenitum ad castrum suum de Wygemore adduxit, ipsumq; magno exercitu, & præcipuè *Walliensium* * stipavit multitudine, ac cum eo in liberationem patris sui, regis *Henrici* per dominum *Simonem Montfort*, ubiq; etiam displicato vexillo, pro captivo ducti transivit, & bello exinde, quarto die mensis *Augusti* An. Dom. *Mcclxv.* in valle de Evesham & prope eam, inter eos inito, cecidit dictus *Simon Montfort* cum suis complicibus & fauctoribus, in multitudine etiam procerum & nobilium glomerata; & sic industria dicti domini *Rogeri*, dictus *Henricus* Rex liberatur à dicto *Edwardo* primo-genito, stabilitur regnum. [*b.f.54.a.]

Unde & idem Rex *Henricus* dictum dominum *Rogerum de Mortemer*, dictarum terrarum de Ivery & Bedwyn confirmationi; ac castri de Delvaryn per *David ap Lewelin* avunculum suum constructi, collationi, & libertatis dominii de Wygemore innotata, roborationi, & aliis honoribus & munificentiis remuneravit; & in Vigilia Apostolorum *Simonis & Jude* apud Bungestone, An. Dom. *Mcclxxxii.* ad sidera transcendit, cum progenitoribus suis in Abbathia de Wygemore tumulatur.

Domina *Matilda de Breuse*, uxor domini *Rogeri* præscripti, filia primo-genita domini *Willielmi de Breuse*, & *Evæ*, quintæ filiæ, & quintæ hæredis *Willielmi Mareschalli* Comitis *Pembrochiæ*, qui dicebatur *Vetus Mareschallus*, filii *Ricardi Strongebowe*, filii & hæredis *Gilberti Strongebowe* Comitis *Pembrochiæ* & domini de Strughul, ac totius Nether-Wentie, *Waltero* fratre suo seniore præmortuo; primo fundatore Abbathiæ de *Tinterna* in *Wallia*, filii *Ricardi* Comitis de *O*, filii & hæredis domini *Willielmi* domini de Wolaston & de Tudenham, qui primò venit cum *Wil.* Conquestore *Angliæ*, filii *Oiberti* Comitis de *O*, Dicta etiam *Matilda de Brewys*, ex altera parte fuit filia *Evæ*, quintæ filiæ, & quintæ hæredis supradicti *Willielmi Mareschalli*, & *Isabellæ* uxoris ejusdem *Willielmi* filiæ unicæ & hæredis *Evæ* uxoris supradicti *Ricardi Strongebow*, filii & hæredis *Mecmorwy* Reguli *Lageniæ*; cui *Ricardo* prædictus *Mecmorwy* dedit in maritagium cum dicta *Eva* filia sua unica & hærede, totam *Lageniam* in *Hibernia*, videlicet quartam partem *Hiberniæ*.

Quæ quidem domina *Matilda* præfato *Rogero de Mortuomari* viro suo peperit, *Radulphum* primo-genitum, militem, qui obiit ante decessum patris sui; *Edmundum* qui successit in hæreditate; *Rogerum* dominum de *Chirke*; *Galfridum* militem, qui etiam ante patris sui decessum, obiit. & in dicta Abbathia jacet humatus; & *Willielmum* militem strenuissimum, ac propugnatorem fortissimum.

Qui quidem *Rogerus* (tertio-genitus) fuit dominus de Chirke. Hic tùm, propter illud dominium, eò quòd fuit annexum dominiis Comitis *Arundeliæ*, cùm propter sinistra ex adversariis, ibi licet minus justè imposita, nequiter & injustè detentus erat in prisona regis

Edwardi tertii, infra Turrim *Londini* per quatuor annos & dimidium, & ibidem absq; judicio & responsione obiit, *viz.* tertio die mensis *Augusti*, Anno Dom. *MCCCxxxvi.* inde deductus fuit usque Abbathiam de Wygemore, & ibidem sepultus est inter progenitores suos, per manus domini *Adæ Herefordæ* episcopi, die dominica in festo exaltationis S. *Crucis* Anno supradicto. Hic habuit uxorem nomine *Luciam*, filiam domini *Roberti de Wafre*, quæ peperit ei filium nomine *Rogerum*, cui accidit tota hæreditas dicti domini *Roberti de Wafre* avi sui. Qui quidem *Rogerus* filius *Rogeri* & *Luciæ* habuit dominam *Johannam de Turbervile* in uxorem.

lb. f. 54. b. *Edmundus de Mortuomari* prædicti *Rogeri de Mortuomari*, & *Matildæ de Breuse* secundo-genitus, fratribus suis sine prole præmortuis, eidem successit; Insignia militaria apud *Wyntoniam*, in festo Nativitatis gloriosæ Virginis *Mariæ*, à domino *Edwardo* primo rege *Angliæ* solemniter recepit; ac postea ipsius uxoris dominæ *Alienoræ* reginæ *Angliæ*, regis *Hispaniæ* filiæ, consanguineam *Margaretam* nomine, filiam domini *Willelmi de Fendles* de *Hispania*, maxima cum solemnitate dictorum Regis & Reginæ expensis celebrata, duxit uxorem; de qua *Rogerum* primum Comitem postea procreavit.

Iste *Edmundus* Regi & Reginæ carus, moribusq; præclarus, ipsorum in Curia nutritus, ingruente postea guerrâ inter eundem dominum Regem & *Lewelinum ap Griffith* Principem *Walliæ*, propter consanguinitatem patruelem inter ipsum *Edmundum* & dictum *Lewelinum* habitam, aliqualiter ipsius gwerræ tempore in *Wallia* vibratæ, suspectus, quia habebatur fortius, rabiem & rebellionem ipsius *Lewelini* ad domandum laboravit; & finaliter in congressu & conflictu belli inter eos, apud *Boelt*, habiti, idem *Lewelinus* cecidit, per eum ad mortem prostratus, ac in Castro suo de Wygemore *vii.* die *Kal. Augusti.* An. Dom. *Mccciiii.* ab hac luce ad sidera migravit, & in dicta Abbathia de Wygemore cum suis progenitoribus jacet humatus.

De ipso *Edmundo* & *Margareta* exierunt *Rogerus* primo-genitus, primus Comes *Marchiæ*; *Matilda* maritata *Teobaldo de Verdon*, domino medietatis de Lodelowe, filio *Johannis de Verdon* & *Margeriæ* filiæ *Gilberti de Lacy*, *Johanna* sanctimonialis in Prioratu de Lyngbroke; *Johannes*; *Elizabetha* sanctimonialis apud Lyngbroke; *Hugo* Rector de veteri Radnore; *Walterus* Rector de Kingslane; & *Edmundus* Rector de Hodnet, Thesaurarius Ecclesiæ Cathedralis Eborum.

Qui quidem *Johannes* (filius secundo-genitus) tertio Nonas *Januarii* An. Dom. *Mcccxviii.* in torneamento apud *Wigorniam* interfectus, in Abbathia prædicta humatus. Ipse enim & *Johannes de Leyburne* simul colludere voluerunt, qui ambo quasi coetanei videbantur, ætatis circiter *xviii.* annorum; Qui cum simul convenirent dictus *Johannes de Leyburne*, cum non posset hastam suam pro debilitate, juxta illius ludi naturam, pro voluntate rectè dirigeter, percussit eundem dominum *Johannem de Mortimer* casu fortuito, invitus, in ventre; qui in crastino perceptis Sacramentis Ecclesiasticis, mortuus est, & cum dolore plangendus. Ac Abbathiam antedictam adductus, ibidem inter progenitores suos jacet humatus.

Rogerus dictorum *Edmundi* & *Margaretæ* filius, ætatis *xvi.* annorum & trium mensium successit; cujus wardam *Petrus de Gavaston*, à rege *Edwardo* primo, anno regni sui *xxxi.* optinuit, quam & idem *Rogerus* ab eodem, pro duabus mille, & quinginti marcis, cum potestate se liberè maritandi, redemit, & sic omnes terras suas possedit; ac dominæ *Johannæ* filiæ domini *Petri de Genyville*, filii domini *Galfridi de Genyville*, domini de Trym, & de aliis multis possessionibus, de qua & *Edmundum*, cum cæteris subscriptis procreavit. lb. f. 55. b.

Iste *Rogerus*, primus postea Comes, tempore quo *Edwardus* secundus, filius Regis *Edwardi*, cingulum militæ à suo patre accepti, unà cum *Edmundo de Arundel* & aliis trecentis baccalariis, apud *Westmonasterium* in festo Pentecostes, Anno Domini *Mccxxi.* miles creatus existit. Idem *Rogerus* in auxilium domini *Johannis de Chorleton* militis, in jure uxoris suæ dominæ *Hawysiæ* dominæ de Powys, cujus maritagium Rex *Edwardus* secundus sibi contulerat, contra *Griffinum* ejusdem *Hawysiæ* patruum, in ipsam & maritum suum, cum omnibus pagensibus insurgentem, ac ipsos dominio de Powys spoliare intententem, *Powysiam* manu militari intravit; necnon eundem *Griffinum*, post diutinos hujusmodi labores, quibus & patriam depredavit, ad pacem coegit; ipsosq; *Johannem* & *Hawysiam* in dominium de Powys stabilivit, pacificavit, & optinuit: Necnon postea, *Johanni*, filio eorum & hæredi, filiam suam *Matildam* maritavit, & in remuneratione præmissorum, terras *Powysiæ*, cum foresta de Uchelbre inter rivos de Rhyw & Clegy situatus, dominio suo de Redewen adjacentes, sibi & suis hæreditariè ab eisdem *Johannes* & *Hawysia* recepit possidendas.

Iste etiam *Rogerus*, vir magnanimus & strenuus, contra *Hugonem Despenser* juniorem, in jure uxoris suæ, tertiæ filiæ Comitis *Glouceſtriæ*, tertiam partem Comitatus habentem, licet quinq; mille marcarum per annum valentem, ea tamen non contentum, sed alias duas sorores suis partibus spoliare nitendo, contra justitiam & regni jura, sibi illas duas partes, vi etiam armatâ & excercitus ducendo, commotiones & seditiones faciendo, pacem regni turbando sibi usurpare laborantem, in *Glamorganciam*, associatis sibi *Humfredo Bowne* Comite *Herefordiæ*, & domino *Rogero Mortimer*, domino de Chirke, avunculo suo, acies dirigit, & villam de Bardyf, cum pago adjacente, ditioni suæ coegit: necnon dominum *Georgium Gorges*, castri custodem, post magnos insultus labores militares captum & vulneratum, ad castrum suum de Wygmore secum captivum advexit. Deinde immediatè castrum de Clont, cum omnibus terris, foresiis, villis

villis, & juribus, districtoq; jurisdictione & honore, ea ad se jure hæreditario pertinere informatus, occupavit, ac Fidelitatem & Homagium à tenentibus recepit: Quas terras, cum omnibus aliis terris Comitis *Arundellie*, citra *Sabrinam* in *Wallia* sitas, per mortem *Edmundi Arundellie* Comitis, morti damnati & traditi apud Hereford, quia forisfactas, sibi postea Rex *Edwardus* contulit tertius.

Postea eodem Anno *Thomæ* Comiti *Lancastriæ*, & dictis *Humfredo* & *Rogero*, ac omnibus magnatibus *Marchiæ* sociatus, in viridibus tunicis, cum manibus dextris crocei coloris, versus *Londinum* in magno exercitu transiit, qui ab omnibus quasi prælatis & proceribus regni, tractantibus, & cordis cum tripudio, juramento etiam præstito, quod ad emendationem Regis & regni, & præsertim ad castigationem dicti *Hugonis Spenser*, ex viribus insisterent, exiit receptus: Verùm quia Rex *Edwardus* hujusmodi proposito non contentus, partem in contrariam fecit, ac comitivam sibi indies in ipsorum quassationem aggregavit & multiplicavit, unde dicti congregati & præsertim dicti domini *Rogerus* & *Rogerus* gratiam inde sperantes, regi se subdiderunt, quam & Rex se facere finxit, ipsos tamen sic redditos, diversis *Anglie* carceribus, dictos duos *Rogeros* turri *Londonensi* mancipavit.

Idemq; dominus *Rogerus*, dominus de Wygmore, certificato quod Rex incunctanter ipsum neci tradere proposuit, postquam ibidem per annum & dimidium in arcta stetisset custodia, domino *Rogero* avunculo suo ibi dimisso, & mortuo in Vigilia Advinculæ S. *Petri*, ejus evasit interventu carceris custodia, ad *Franciam*, ubi à Rege *Karolo*, & ab aliis regni magnatibus, consanguineis suis, honorificè est susceptus; unde & in honorem S. *Petri* Capellam in ulteriori warda Castri de Lodelawe, illam Capellam S. *Petri* vocatam, cum unius Capellani ibi perpetuo celebraturi cantaria noscitur construxisse, Reginam & *Edwardum* primogenitum, & *Edmundum* Comitem *Kancie*, fratrem suum, dictumq; dominum *Rogerum*, ac plurimos magnates in *Francia* tunc existentes, Rex *Edwardus* secundus ab *Anglia* exulavit regno, & exilium per regni Comitatus publicari & mandari fecit; Necnon postea Regem *Francie*, pecuniis corruptum, ad eosdem captivos sibi in *Angliam* transmittendos, nequiter corrupit; unde & Regina, dictiq; magnates, dicta traditione præmuniti, ad dominum *Willelmum* Comitem *Henaudie*, quàm cautè, quámq; latenter recesserunt, cujus freti auxilio. Unde & *Edwardus*, dictus primo-genitus, postea Rex, dominam *Philippam* ejus filiam duxit in uxorem, fratre suo domino *Johanne* eis in capitaneum ad hoc delegato, cum mille quingentis armatis & aliis suis expensis in *Cxl.* navibus, *viii. Kal. Octobris*, An. Dom. *Mccxxvii.* in *Angliam* direxit; quorum adventum proceres & populares laudantes, ad *xx* milia statim adunati, receperunt in dextera; dictusq; *Edwardus* hujusmodi adventu territus, cum suis adulatoribus, retortisq; consiliariis à facie Reginæ & primo-geniti sui, ut supra, inter cæteros exulatorum ad montana *Glamorgaciæ* in *Wallia* fugam arripuit. De quibus, quotquot capcis Regina & primogenitus, prout jura, regnique statuta exigebant, justiciam sunt executi.

Rogerus prædictus dominus de Wygemore à domino *Edwardo* tertio rege, Anno regni sui primo, apud *Sarum*, unà cum *Johanne de Eltham* regis fratre, & *Jacobo* le *Boteler de Hybernia*, in Comites *Cornubiæ* & *Ormandiæ* creatis, & *Marchiæ* creatur Comes. Exinde Rex *Edwardus* tertius ad *Marchiam* transiit, & in castris dicti domini *Rogeri* Comitis, de Lodelowe & de Wyggemore, Foretisq; & Parcis cum maximis expensis in communiis Hastiludiis, & aliis solaciis, munificisq; donariis sibi & suis largiter effusis, regaliter per nonnullos dies tractatus, quem tamen idem Rex, ut vulgò prædicat, debitè non remuneravit. Post hæc ad fratres Minores *Salopiæ* in honore tumulatum in vigilia S. *Andreæ* Apostoli, An. Dom. *Mccxxxi.*

Iste *Rogerus* Comes & *Johanna* uxor ejus habuerunt exitum, *Edmundum* primo-genitum, *Marchiæ* Comitem; *Rogerum* militem; *Galfridum* Comitem *Juhmensem* & dominum de Cowyth, *Johannem* interfectum in Hastiludio apud *Salopiam*; *Katherinam* nuptam domino *Thomæ de Bellocampo* Comiti *Warwykie*; *Johannam* nuptam domino *Jacobo de Audeley*; *Agnetam* nuptam domino *Johanni Hastyngs* Comiti *Pembrochiæ*; *Margaretam* nuptam *Thomæ* filio *Mauricii de Berkley*; *Matildam* nuptam *Johanni* filio & hæredi *Johannis de Charleton* domini de Powys; *Blanchiam* nuptam domino *Petro de Graunson*; & *Beatricem* nuptam *Edwardo* filio & hæredi domini *Thomæ Brotherton* Comitis Marescalli, & eo defuncto, domino *Thomæ de Brewsa*.

Edmundus juvenis, probitate, sensu, & scientiâ præclarus, quo evorum splendor in juventutis floribus posteris suis exempli gloriam relinquens; longè ante optatum finem succisâ telâ, heu, apud Staunton-Lacy labitur in fata, & apud dictam Abbathiam cum suis progenitoribus humatus. Iste *Edmundus* suis meritis exigentibus, cum duobus fratribus suis, *Rogero* & *Gaufrido*, in Coronatione Regis *Edwardi* tertii, militiæ & gloriæ cingulum ab eodem Rege recepit; uxoremq; *Elizabetham*, filiam domini *Bartholomei*, dicti domini divitis, de Badelesmere & de Leeds, solemniter duxit; ex qua & infrascripto *Rogerum* & fratrem suum subscriptum noscitur procreâsse. lb. f. 56. b.

Iste etiam *Edmundus*, inter cætera probitatis opera, memoriæ digna, nonnullas terras sibi & uxori suæ, per maritagium talliatas, per obitum patris sui injustè sibi ablatas, sensu & probitate recuperavit; & ut supradicitur, apud Staunton-Lacy *xvii* Kal. Januarii, An. Dom. *Mccxxxi.* gloriosè finivit.

Quædam Cronicæ dicunt, quod iste non fuit Comes; quibus fides non est adhibenda, quia Recorda Regalia in contrarium testificant, per sic.

Edwardus *Dei gratia Rex* Angliæ & Franciæ, *dominus* Hiberniæ, *omnibus ad quos præsentes litteræ pervenerint salutem. Sciatis quod commisimus dilecto consanguineo & fideli nostro* Will. de Bohun *Comiti* Northampton iæ, *& Elizabethæ uxori ejus, quæ fuit uxor* Edmundi de Mortuomari *nuper Comitis* Marchiæ *defuncti, qui de nobis tenuit in Capite, custodiam Castri de* Cnohlas & Pulithe *cum pertinentiis in Marchia* Walliæ, *quod fuit prædicti* Edmundi, *& quod ratione minoris ætatis* Rogeri *filii & hæredis ejusdem* Edmundi, *& in manu nostra, & in custodia dilecti nobis* Johannis Dancok *pro C^s nobis inde annuatim reddendo exist.; ut dicitur. Habendum & tenendum præfatis Comiti &* Elizabethæ *matri prædicti hæredis à festo S.* Michaelis *proximo futuro, cum omnibus ad custodiam illam spectantibus, usq; ad legitimam ætatem ejusdem hæredis, &c. T. me ipso apud* Certesey *vi. die* Septembris *An. regni nostri* Angliæ *xv. regni verò nostri* Franciæ *secundo.*

Iste *Edmundus* de prædicta *Elizabetha* uxore suâ, procreavit duos filios; scilicet *Rogerum* primogenitum, & *Johannem* qui puer obiit.

lb. f. 57. *Rogerus* filius ejus trium annorum ex præscriptâ *Elizabetha*, successit in hæreditate. Iste *Rogerus* postea fortis viribus, gloriâ belli strenuus, in consilio providus, in omni morum honestate laudabilis, summiq; regni consiliarius, regem *Edwardum* tertium prædictum, in sui belli *Franciæ* gloriâ, ejusq; regnum sensu, probitate, & industria, rexit; à quo & reversionem sententiæ in avum suum *Rogerum* (*Rogerum* primum *Marchiæ* Comitem) improvisè, & sine procerum regni assensu, injustè lato, omnium terrarum restitutione gloriosè optinuit. Comes tamen *Arundelliæ* prætendit quo ad Castrum de Chirk, cum pago adjacente, relaxationem in ea parte ab eo habere.

Iste etiam *Rogerus* ex *Philippa* uxore suâ, filia domini *Willielmi Mountagu* Comitis *Sarum*, *Edmundum* gloriosum infrascriptum filium procreatum hæredem dimisit, & in *Burgundia* expeditionis ducens exercitum, cum omni militia *Angliæ* dolore non modico, militiam suam terrestrem in cœlestem commutans, dies præmaturè apud Wonterap *xxvi.* die mensis *Februarii*. An. Dom. *Mccclx.* finivit; cujus ossa abindè ad dictam Abbathiam de Wygemore, cum suis progenitoribus transferuntur tumulanda.

Iste *Edmundus*, ipsorum *Rogeri* & *Philippæ* filius unicus & primogenitus, natus est apud Langoith in Vigilia Purificationis beatæ *Mariæ* Virginis, Anno Domini *Mcccli.* & regni regis *Edwardi* tertii in *Anglia xxv.* ac regni sui *Franciæ xij.* Hic, propter teneritatem ætatis, in custodia regis *Edwardi* adhuc existens, tamen propter ingenii perspicacitatem, virtutumq; excellentiam, & alias morum probitates, quibus Deus ipsum insignivit, decimo octavo ætatis suæ Anno, ad tractandum cum toto consilio *Franciæ*, de & super utriusq; regni pace, & tranquilitate, sollempnis per regem & regnum transmittitur Ambaciator; à quo tractatu cum laude regressus, & honorificè à rege & regno susceptus, ad regnum *Scotiæ* consimiliter ad tractandum transmittitur; in quibus, & omnibus suis exigentibus meritis, gloriam & laudem reportavit; ac Regis & regni consiliarius præficitur supremus, ac si Patricius omnibus diebus in gloria sublimatus.

Iste etiam *Edmundus* meritò dictus gloriosus, dominam *Philippam* filiam unicam & hæredem domini *Leonelli* ducis *Clarentiæ*, *Angliæ* regis *Edwardi* tertii secundo geniti, ac *Edwardo* bellicoso primogenito, *Walliæ* principi, quia sine hærede ex Rege *Ricardo* secundo, unico suo prole, decedentis immediati, uxorem habens, non solùm per eam posteros suos *Angliæ* & *Franciæ* regum, jure & sanguine illuminavit, ac decoravit, verumetiam dicti ducatus *Clarentiæ*, Walsyngham, Berdefeld, Sudebury, Pyndene, Fynchefeld, Whaddon, Cranbourne, Enolle, Pymperne, Wymmesfeld, & Styple, in *Anglia*; verumetiam Uske, Carlyon, & Trillek, regalibus dominiis in *Wallia*; Ac *Ultoniæ*, tertioque Christianitatis Comitatus in dominio *Konaciæ* in *Hibernia* possessionibus & aliis ditissimè & quàm gloriosè sublimavit, Iterum iste benignissimus *Edmundus* cum duce *Britanniæ*, rege & regno *Angliæ* confederato Britonum rebellionem ad domandum, in expeditionem grandi cum exercitu delegatur.

Interim dictâ *Philippâ* consorte suâ, cum ingenti Anglorum dolore præmortuâ, ex qua *Rogerum*, post eum Comitem, suscepit; ipsius primò patris dicti domini *Leonelli* apud *Augustinos Fratres* de *Clara* prædicta; necnon ejusdem *Philippæ* apud Abbathiam de Wygemore prædictam, exequias gloriosas, immo magisregales, & per orbem *Europæ* diffusè famosas, quam sumptuosas fecit. Ac per extunc immediatè in *Hibernia*, propter suæ strenuitatis & industriæ excellentiam, ad terram *Hiberniæ* coronæ *Angliæ* dominio subjectam regendam, & Pagencium rebellionem debellandam locum, tenens in expeditione, sed civilibus ut utar verbis, præses ac proconsul destinatur præfectus: Et in ejus ingressu Deum primitùs & justiciam coli instituit, volentibus ad sui pacem venire gratiam, fidelibus remunerationem, & rebellibus belli vindictam & ingloriam proclamari fecit. Et sic immediatè *Ulloniam* sibimet pacificavit, ac sic cum suis ultrò progressus, tum belli fortuna, tum sensus industria, tum amore, tum timore, quosq; suæ deditioni & præsertim suis daptilitate victualium, scilicet sumptuosa administratione, omnibus venientibus communi affabilitateq; & eloquentia infra duos annos à tempore ingressus, laboribus immensis coegit pariter & allexit.

"Iste etiam gloriosus *Edmundus* à silva de *Pemallt* in dicto dominio suo de Usk sita, quæ- lb. f. 58 a.

cus

cus admodum cedrorum *Libani*, quia excellentes, altas & directas, secum in *Hiberniam* sumptuosè advexit, cum quibus & pontem in amni de Banne juxta villam de Rollesoth, rebellibus tutamen & refugio, quia minùs alto & profundo, pontem solempnem ex utroque capite, & in medio castellatum, ad sui & suorum receptionem & munimen, hostiumq; invasionem, ac finalem ipsorum, ut præmittitur, effectualem confusionem, & deditionem, sumptuosè fabricavit. Sed ante ejus egressum ab *Anglia*, mundi transitoria gaudia commutans in æterna, ad fabricam novæ Ecclesiæ in dicta Abbathia construendo, quia antiqua deformis & ruinosa erat, & ob alia caritatis opera in suæ & dictæ *Philippæ* animarum relevamen, disponenda, certos amicos terris de Raddenor, Bynggestone, & Pembrugge, & aliis ad valorem annuum duarum mille marcarum, Regis cum licentia; sed perfectis hujusmodi operibus ad suos hæredes reversuris, tam sanctè, quomq; consultè infeodavit: ad cujus fabricam ipsemet vestibus sui status insignibus indutus; primæ petræ fundator & positor fuit, & ipsam propriis manibus suis posuit; ac murum ferè inde usque ad tectum exclusivè, artificiosè per se & suos construi optinuit: Sed heu mortis ejus præventio hujusmodi fabricam, prout intuentibus patet, nimis tardari causavit.

Iste *Edmundus* gloriosus suis factis, tam splendidus futuris dicti Monasterii Abbatibus, in Mitra & Baculo, Dalmatica, & aliis insignibus pastoralibus, divina celebrare; & eis futuris, & temporibus perpetuis; jure dicti Monasterii, ut a domino Papa suis expensis sumptuosis optinuit, & eisdem insignibus, ut patet in ejusdem Monasterii Mitris, Baculis, & aliis insignibus, insignivit & ditavit: Ac ea cum sanctorum, & præsertim sancti Seyriolis corporis, sanctæ Crucis magnæ partis, & aliorum reliquiis, ac vestimentis, preciosisque donariis diffusè & largiter una cum ipsius Monasterii juribus, libertatum, & privilegiorum, plenaria confirmatione erogavit quam benignè. Cui etiam Monasterio adeò affectionatus erat, ita quod ab *Hibernia* boves, & vaccas, ac pisces marinas, & alia donaria ad ejus necessaria, militari fortunâ sibi in predam cedentia, transmisisse dinoscitur: propositum suum etiam dicti Monasterii Capitulo, in recessu suo inde ad *Hiberniam*, coram Abbate & Conventu sacrimando, & se eorum orationibus humillimè
[b] f. 58. b. commendando exposuit, quod in felici regressu suo idem Monasterium Ecclesiarum de Bynggestone, de Pembrugge, & de Raddenor, ac Prioratus de Stoke appropriatione, in possessionibus plus ditaret & sublimaret: Et post fudores hujus mundi militares depositos, se eorum & dicti Monasterii professioni & religioni, licentiam, à Rege & regno ad hoc obtinere si posset, quam citò se offerret, & cum eis ad vitam talitter religiosè conversaret: Sed proh dolor! diu ante optatum à rege & regno, & præsertim à dicto Monasterio finem, sed cum ingenti eorum dolore, ac totius *Europæ* vehementi clamore, die Veneris in festo S. *Johannis* Evangelistæ in Natali domini, An. Dom. *M. CC. lxxxi.* ætatis suæ *xxix.* apud Cork in *Hibernia* vertitur in non esse; & abhinc ad dictum monesterium defertur, & cum dicta domina *Philippa* consorte sua, in dicta sua nova dicti Monasterii constructura, honorificè tumulatur, quorum tale est Epitaphium.

Vir constans, gratus, sapiens, bene nuper amatus,
Nunc nece prostratus, sub marmore patret humatus.
Hic jacet Edmundus *moriens* Cork *corpore mundus;*
Sisqs pius Christe sibi, quem Lapis opprimit iste.

Item de dicta nobili matrona, domina *Philippa* consorte sua supradicta, domini *Leonelli* ducis *Clarentiæ* filia, *Marchiæ* & *Ultoniæ* Comitissa.

Nobilis hic tumulata jacet Comitissa Philippa,
Actibus hæc nituit, larga, benigna fuit,
Regum sanguis erat, morum probitate vigebat,
Compaciens inopi, vivat in arce cæli.

Tibi & *Edmundo* & ego Orator quam totius pensito, cum lacrymis addo.

O dolor immensis, status, ars, vel gloria sensus,
Non rediment sensus, quin casus sit tibi pensus.

Quid mora, notabilia & perhennitatis laude digna hujus *Edmundi* opera, neq; auris audivit, nec in cor hominis ascendit, nec memoria mea retexere, nec calamus sufficiunt perarare;

Jam *Edmunde* præclare, cum dicti Monasterii æterna benedictione, cum sancto Rege *Edmundo*, ubi prædilecto, in præsentia æterni Regis gloriæ æternaliter conregnaturæ, vale & valeat qui tui memoriam tanta laude dignam, in memoriam dignè recommendat, *Amen.*

[b] Domina *Philippa* consors præscripti illustrissimi domini *Edmundi* nobilis fundatoris Abbathiæ de Wygemore, filia unicaq; hæres domini *Leonelli* ducis *Clarentiæ*, secundo-geniti regis *Edwardi* tertii à conquestu *Angliæ*, & *Elizabethæ* uxoris ejusdem *Leonelli* filiæ & hæredis domini *Willielmi de Bourgh*, filii & hæredis domini *Johannis de Bourgh* Comitis *Ultoniæ* et Hertford & *Elizabethæ* consortis suæ, tertiæ sororis, & tertiæ hæredis *Gilberti de Clari*, dicti Comitis rubei, & ultimi *Glaucestriæ*. Per istam *Elizabetham* uxorem domini *Leonelli*, tertia pars Comitatus *Glaucestriæ*, scilicet de Clare, Walsyngham, Sudbury, Crambourne, Pymperne, Brolles, & Berdefeld in *Anglia*; de Usk, Trillet, & Carlyon in *Wallia*; dominia Comitatus *Marchiæ* in *Wallia*; & per dictum dominum *Willielmum* filium domini Comitatus *Ultoniæ*, & domini de Connagh in *Hibernia*, & de Whadon in *Anglia*, *Marchiæ* Comitatum decoravit. [b] f. 59. a.

Memorandum quod *Gilbertus de Clare*, Comes *Glovernie* desponsavit *Isabellam* tertiam filiam & tertiam hæredem *Willielmi Ma-*

reschalli Comitis *Pembrochiæ*: de quibus *Ricardus de Clare* Comes *Gloverniæ*, maritus ..... sororis ..... Comitis *Marchiæ*. De quibus *Gilbertus de Clare* maritus *Johannæ*, filiæ regis *Edwardi* primi. De quibus *Gilbertus* maritus *Matildæ* filiæ ..... Comitis *Ultoniæ*. Et quia iste *Gilbertus* obiit sine hærede de se, hæreditas sua descendebat *Elizabethæ* tertiæ sorori suæ, & tertiæ hæredi, desponsatæ *Johanni de Burgo* Comiti *Ultoniæ* & Hertford. De quibus *Will. de Burgo* Comes *Ultoniæ* & Hertford, maritus *Matildæ* filiæ tertiæ *Henrici* Comitis *Lancastriæ*, fratris & hæredis *Thomæ* Comitis *Lancastriæ*, apud *Pontemfractum*, tempore regis *Edwardi*, filii Regis *Edwardi*, decollati, mariti *Aleſiæ* filiæ & hæredis *Henrici* quondam Comitis *Lincolniæ*. Qui quidem *Thomas* & *Henricus* frater ejus Comites *Lancastriæ* fuerunt, filii *Edmundi* Comitis *Lancastriæ*; & qui quidem *Henricus* Comes *Lancastriæ* fuit pater *Henrici* ducis *Lancastriæ*.

De quibus *Will. de Burgo* & *Matilda* uxore sua supradictis, unica filia & hæres nomine *Elizabetha*, desponsata *Rogero Damory*; quo defuncto, iterum fuit desponsata domino *Leonello de Anwerpe*, Duci *Clarenciæ*, filio regis *Edwardi* tertii. De quibus *Leonello* & *Elizabetha* consorte sua, unica filia & hæres, nomine *Philippa*, desponsata domino *Edmundo de Mortuomari* Comiti *Marchiæ*, & de jure uxoris suæ Comiti *Ultoniæ*.

De prædictis *Edmundo* Comite *Marchiæ* & *Philippa* consorte sua, exierunt *Elizabetha* primo-genita, nupta domino *Henrico Percy*, filio domini *Henrici* Comitis *Northumbriæ*; *Rogerus de Mortimer*, quartus *Marchiæ* Comes, & secundus *Ultoniæ* in *Hibernia*, in bello interfectus; *Philippa* nupta domino *Radulpho Hastynges* Comiti *Pembrochiæ*, postea *Ricardo* Comiti *Arundellie*, & ultimò ..... domino S. *John*; Ac *Edmundus de Mortimer* miles, qui captus fuit in bello per *Owenum Glendowre*.

Ista *Elizabetha*, primo-genita, nata erat apud Usk *xii.* die *Februarii*, An. Dom. *MCcclxxix* & regni regis *Edwardi* tertii *xlv.* Et baptizata *xvi. Febr.* ac confirmata eodem die, patrino, baptizatore ac confirmatore, domino *Will. Courtney* Episcopo *Herefordensi*; è Matrinis, Comitissa de Kent, & *Philippa Sergeaux* missa ex parte matris supradicti domini *Edmundi*.

Iste *Rogerus* suprascriptus, natus est *iii. Idus Aprilis*, *A* litera dominicali, *viz.* die Martis in festo S. *Guthlaci* Confessoris, An. Domini *MCcclxxiv.* & regni regis *Edwardi* tertii *xlviii.* cujus Baptismum delatum fuit usq; diem dominicam proximam sequentem, in quo baptizatus fuit à reverendo patre domino *Willielmo Herefordensi* Episcopo apud Usk, ubi fuit natus; cujus Patrini fuerunt Dominus *Rogerus* Episcopus *Landavensis*, & dominus *Thomas Herton* Abbas *Glaucestriæ*, qui de sacro fonte dictum *Rogerum* levaverunt, unà cum patrina sua, *viz.* Prioriſſa de Usk; ac die prænominata ab eodem domino Episcopo *Landavensi* idem *Rogerus* confirmatur.

Ista *Philippa*, secundo-genita, nata est apud Loddelowe *xxi. Novembris*, Anno Domini *MCcclxxv.* & regni regis *Edwardi* tertii *xlix.* baptizator ejus Prior *Wigorniæ*, patrinus Comes *Staffordiæ*, & patrinæ domina de *Powys* & domina de *Audley*, & tenetur per Comitissam *Staffordiæ* ad confirmandam de domino Episcopo *Landavensi*: quæ quidem *Philippa* postea nupta fuit domino *Ricardo* Comiti *Arundellia*; quo etiam, unà cum prole inter eos habitis defunctis, nupta fuit domino *Johanni* St. *John*.

Iste *Edmundus* natus est apud Loddelowe, quinto *Idus Novembris* die Lunæ, *D*, libera dominicali, in festo St. *Theodori* Martyris, Anno Domini *MCcclxxvi.* & regni regis *Edwardi* tertii *Li.* Cujus baptismum delatum erat contra adventum domini Episcopi *Bangoriæ* & Abbatis de Evesham, qui ejus patrini ordinabantur; & domina de *Audley* ejus patrina, usq; ad *xiv.* Kal. *Decembris*, quo die non venit Episcopus prænominatus, ideo dictus Abbas de *Evesham*, & Abbas de Wygemore fuerunt ejus patrini, quem baptizavit Abbas de Wygemore, & in crastino venit Episcopus prænominatus, & eum confirmavit, & tenetur ad confirmandum per dictum Abbatem de Wygemore.

Hic, proditione præhabitâ inter *Owenum Glendortewyth*, prætendentem se Principem *Wallie* & quosdam de Pelenyth in quodam bello inter dictum dominum *Edmundum* & dictum *Owenum*, pro jure regni *Anglie* inito, super montem vocatum Wynglase infra Pelenyth, juxta Lanpghton, captus est, unà cum præmaxima populi multitudine interfectis, paucis elapsis, die *viz. Jovis* in festo St. *Albani* Martyris, Anno regni regis *Henrici* quarti, quarto.

Rogerus ipsorum *Edmundi* & *Philippa* filius & hæres undecim annorum ætatis ei successit, sub warda & custodia Regis *Ricardi* secundi educatus, cujus maritagium idem Rex *Ricardus* primò vendidit Comiti *Arundelie* pro filia sua, postea domino de Bergevenny, ac terras sub certa firma annua sibi solvenda, pro minoris ætatis tempore taliter possidendas concessit, ac fidejussoribus hujusmodi de Arundel prædictis, scilicet ac de Warrewyke & *Northumbria* Comitibus liberavit; gubernationem tamen earum interim, ille inclitus Leo, *Hector* secundus, ut Achilles strenuus, eternitatis militaris laude dignus, dicti *Edmundi* glorioſi fratris sui, militiæ princeps & capitaneus, ex nobili matris etiam prosapia, si illustrissima & latenti Venere, ut parcam, proles magnifica habuit & recepit, commendabiliterque gubernavit; ex cujus gubernatione ad plenam ætatem idem *Rogerus* perveniens, Castra, mansiones, & alia habitationis suæ loca, benè reparata, & ornamentis & supellectili fulcita, Maneriaque & culturæ loca benè bobus, aratris, & aliis instrumentis & jumentis, aliisq; necessariis restaurata: Nenon gazofilacia quadraginta mille marcarum summis reperiit prædirata: postea tamen idem dominus Rex *Ricardus*, instantia matris suæ Principissæ

Ib. f. 59 b.

cipissæ devictus, ipsius domini *Rogeri* maritagium à dicto Comite *Arundeliæ* abstulit, & eum neptæ suæ dominæ *Elianoræ*, filiæ domini *Thomæ Holland* Comitis *Kanciæ*, ejusdem Principissæ ex diversis tamen patribus filii in maritum collocavit, ex qua dominum *Edmundum* jam Comitem procreavit.

Iste *Rogerus* juvenis, probitate illius temporis præclarus, hastiludiis strenuus, in facescia gloriosus, in epulis dapsilis, in muneribus largus, in communione affabilis & jocosus, pulcritudine & forma coætaneos excellens, in ætatis suæ vicesimo anno Locumtenens *Hiberniæ* præficitur: unde, de & super Castro & villa de Dynneburgh, cum Rosse & Rutupinnok pago adjacenti, per Comitem *Sarum*, consilio, auxilio & favore Ducis *Lancastriæ* in eventum victoriæ idem sibi dominium captantis in ultimo Parliamento dicti Regis *Ricardi*, apud *Salopiam* tento, contra eum, causa motæ ad defentionem, militibus colore suo indutis, stipatus, & ab omnibus aliis pagensibus, etiam expensis propriis, pro majori parte, in coloribus suis, scilicet rubeo & albo vestitis, magnis cum gloria & gaudio receptus, in emulorum, & adversariorum confusionem non modicam advenit, & dictum dominum summaliter & diffinitivè evicit: Necnon à domino *Despenser*, si quod jus sibi in ea parte competebat, relaxationem habuit; & sic negotiis suis in *Anglia* dispositis ad Locumtenentiæ suæ in *Hibernia*, cum honore rediit.

Iste *Rogerus*, vir licèt bellicosus & inclitus, ac negotiis fortunatus, pulcherq; & formosus, ut prædicitur, fuerit; nimis tamen lascivus, & in divnis, heu, remissus; consilioq; juvenum, antiquorum rejecto, abductus nimia animositate, immo venùs ferocitate eorum, *Leonelli* nepoti satis innata, sed (proh dolor) non regulata, irruendo, exercitum præcedens, Hibernicali vestitus & equitatus apparatu, nec suos in succursum expectans, ac hostes invadens apud Benles in *Hibernia* per homines *Obrien*; invasus, belli eventu in animas suorum hostium, in festo St. *Margaretæ* virginis, An. Dom. *MCCCxcviii.* cecidit inde, quia hostibus ignotus quam dolenter trucidatus, & inde ad dictam Abbathiam, juxta parentes suos transfertur tumulatus.

Domina *Elianora* antedicti *Rogeri* consors, domini mei illustrissima quinta filia & senior, hæresq; domus & Comitatus *Kanciæ*, domini *Thomæ Holland* & dominæ *Philippæ* consortis suæ, filiæ domini *Ricardi* Comitis *Arundeliæ*, patris secundi *Ricardi* Comitis, sub Rege *Ricardo* secundo minus justè, ut asseritur, decapitati.

Iste *Rogerus* Comes ex *Elianora* prædicta, genuit *Annam*, *Edmundum*, *Rogerum* & *Elianoram*.

Quæ quidem *Anna* nata erat in die S. *Johannis* Evangelistæ, in Natale domini, Anno regni regis *Ricardi* secundi *xii.* & desponsata domino *Ricardo de Connesburgh* Comiti de *Cambridgestæri* *Edwardi* Ducis *Eborum*.

Iste *Edmundus*, ortum *Rogeri* & *Elianoræ* primo-genitus natus est apud le New-Forest, *viii. Id. Nov.* scil. die S. *Leonardi* Abbatis, anno regni regis *Ricardi* secundi *xv.* obiit sine prole.

Rogerus, secundo-genitus, natus est apud Bethewode *ix. Kal. Aprilis, viz.* in festo S. *Georgii* martyris, anno regni regis, *Ricardi* secundi *xvi.* obiit etiam sine prole, & jacet apud Prioratum de Stoke.

Elianora uxor ..... *Courtney*, primogeni Comitis *Devoniæ*, obiit sine hærede de se.

Edmun. prædictus filius suus ex domina *Elianora* prædicta Comitis *Kanciæ* filia procreatus, ætatis suæ anno sexto sibi successit in hæredem. Interim *Hen.* Dux *Lancastriæ* ab exilio manu forti regressus, regni cum favore, dominum *Ricardum* prædictum Regem *Angliæ* apud Flint, in regressu suo de *Hibernia* captivat, custodiæque suæ mancipat, Regno & Corona privat, ac etiam de consensu Parliamenti occupat & portat; dictumq; *Edmundum*, cum *Rogero* fratre suo juniore, sub warda sua applicat, & postea *Henrico* primo-genito suo, Principi *Walliæ* ad custodiam liberat. Verùm quia in ore populorum prædicabatur, quod iste dominus *Edmundus* à Corona regni, jure dicti domini *Leonelli* secundo-geniti, *Angliæ*, proavi dicto Regi *Ricardo*, quia sine prole sublato immediati, injustè steterit exclusus, & à pluribus ad regnandum affectatus, ætate licèt juvenis existat, moribus tamen gravis, actis compositus, fabulatione circumspectus, sapiensq; & cautus tempus redimendo cum dies mali sint, reputatur fore; & per omnia benè dispositus, prout naturæ ejus convenit, per dominam *Despenser* à custodia dicti Principis, unà cum *Rogero* fratre suo, latenter & furtivè eripitur; sed per exploratores prosequentes, in silva de Chiltehant capitur, & ad dicti Principis custodiam strictiorem mancipatur. Iste etiam *Edmundus*, præ nimia benignitate sua, dictus est bonus; nam in Dei servicio erat devotus, in rebus mundalibus discretus, in dandis facetus, & profusus. Ib. f. 80. b.

Epitaphium Rogeri de Mortuo Mari *sepulti in Monasterio de* Wygmore. Ex cod. MS. in bibl. Cotton. [sub effigie Cleopatræ. C. 3.]

Hic est sepultus, qui mansit laude refultus.
Rogerus *mundus de* Morte-marina *secundus:*
Cui fuerat gratus Dominus Wygmoræ *vocatus,*
Hunc dum viveret vi Wallia *tota timebat:*
Et sibi donata permansit Wallia *tota.*
Militiam scivit, semper tormenta subivit.
Edwardus *Anglorum Dominus per regem bonorum usibus.*
Et jura tenuit sua per loca plura.

Orate pro anima.

PRI

PRIORATUS

de Thornholme *in agro* Lincolniensi.

De prima Fundatione ejusdem.

Placita de Assisis apud Linc. in crast. Trinit. 4. Joh. Rot. 1. in dorso.

UTrum Prioratus de Thurneholme est de fundatione domini Regis, vel *Johannis de Maleherbe*. Nomina militum Juratorum. *Henricus* de *Arci*, *Philippus* de *Altaripa*, *Andreas de Wotton*, *Petrus de Bekering*, *Willielmus* Pantelin, *Rogerus Arsic*, *Herebertus* de *Nevill*, *Ricardus* de *Otteringham*. Qui dicunt super Sacramentum suum, quod *Stephanus* Rex Prioratum prædictum fundavit, & ibidem posuit Canonicos, &c. *Henricus* secundus dedit manerium de Apelbi, quod est de honore *Peverelli*, Dover, in quo situs est prædictus Prioratus, *Willielmo* de *Lungespe* fratri suo; qui postea dedit Manerium illud *Johanni Maleherbe* pro servitio suo.

ABBATIA

de Derley *in agro* Derbiensi.

Carta Hugonis, *dicti Presbyteri, Decani de* Derbeia, *de fundatione ejusdem.*

Placita coram Rege de Term. Paschæ 7. R. 2. Rot. 28. Derb.

DOmino suo *Henrico* Regi Angliæ & karissimo patri suo Ricardo Episcopo *Cestriæ*, omnibusq; sanctæ matris Ecclesiæ filiis, *Hugo* Presbiter dictus Decanus de *Derbeia*, salutem. Sciatis quod ego dedi Magistro *Albino* & Canonicis suis de *sancta Helena*, propè *Derbeiam*, totam terram meam apud parvam *Derbeiam*, ad faciendum in ea Ecclesiam & habitationem, ibi & Canonicis Deo servientibus ibidem in perpetuum. Dedi insuper eidem patrimonium meum de *Derbeia*, & patronatum Ecclesiæ meæ de sancto *Petro Derbeiæ* & omnes pertinentias suas in liberam elemosynam, pro salute mea & vestra, & omnium fidelium Dei vivorum & defunctorum. Hanc autem donationem prædictam feci & confirmavi prædictis *Albino* & Canonicis qui Deo servituri sunt apud locum antedictum de *Derbeia*, assensu & voluntate *Henrici* filii mei, tam pro se quàm pro me imperpetuum, Et precor vos, pro salute animarum vestrarum, ut confirmetis eam, & nullo modo sustineatis, quod aliquis faciat eis inde molestiam aut nocumentum imperpetuum. Sciendum est autem, quod prænominatus *Albinus* & fratres sui fecerunt michi Scriptum suum & fideliter concesserunt, quod nunquam deficient in auxilio, dicto *Henrico* filio meo. Et quia volo hanc prædictam donationem meam esse perpetuam elemosinam, hanc præsentem Cartam meam sigillatam dedi eis, coram *Frogero* Archidiacono *Derbeiæ*, *Petro* de *Sandyacre*, *Roberto* de *Duyn*, *Henrico Tusebet*. His testibus, *Herewardus* de *Ponte Eulaf*, *Agemund*, *Godewynus*, *Robertus* filius *Ulfer*; & *Lenered*, & *Ingermund* le *Palmer*, & aliis Burgensibus, supra pratum juxta Derewent, (&c.)

Carta Regis Henrici *secundi.*

HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ* & dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ* & Comes *Andegaviæ*, Archiepiscopis, (&c.) salutem. Sciatis me concessisse & præsenti Cartâ confirmâsse Ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Derlega*, & Canonicis ibidem Deo servientibus omnia subscripta quæ rationabiliter eis data sunt & concessa, sicut Cartæ donatorum testantur: Ex dono & concessione *Radulfi filii Stephani*, Camerarii mei, & *Huberti filii Radulfi* terram de Penetic & de *Rippeleia*, & de Uechilltho; & terram illam de *Childwella* quæ pertinet ad Manerium de Penetic, & partem nemoris de Cruche, quam præfatus *Hubertus* concessit eis, Habendam per metas in Carta ipsius determinatas, cum quietancia paunagii porcorum de dominio Abbatiæ per totum nemus Manerii de Cruche, quos adgistare voluerint prædicti Canonici in parte illa; & jus advocationis, quod habet idem *Hubertus* in Ecclesia de Cauche, secundùm quod Cartæ *Radulfi* & ejusdem *Huberti* testantur.

Vide Cart. 57. H. 3. m. 26. Et pat. 8. R. 2. p. 2. m. 3.

Ex dono *Willielmi* de *Heriz* & *Walchellini* de *Derbeya* & *Gode* uxoris suæ, totam tenuram prædicti *Willielmi* de *Derbeia*, infra burgum & extra, in mansuris, in molendinis, in terra culta & inculta, in pratis, in pascuis, & in omnibus locis; & totam tenuram quam prænominatus *Walchelinus* emit de *Willelmo* de *Heriz*, in molendinis & terris infra burgum & extra, sicut Carta ipsius *Willielmi* testatur, & unam seldam mercatoriam, & unam bovatam terræ, quas idem *Walchelinus* emit de *Gutha*, & duas acras quas emit de *Helga*; & unam acram quam emit de *Hrdrico* Presbitero; & unam acram & dimidiam quas emit de *Ricardo Cuntrel*; & unam acram quam emit de *Eedrico*, quæ est supra foveam Judicariam; & alias acras & messuagia in Carta ipsius *Walchelini* notata, secundùm quod prædictus *Willielmus* & *Walchelinus* eis concesserunt & Cartis suis confirmaverunt. Ex dono *Petri* de *Sandiacre*, contensu *Petri* hæredis sui, & *Alivæ* uxoris suæ, totam terram suam in campis de *Derbeia* per divisas notatas in Carta ipsius, & per servicium in ea determinatum: Ex dono *Willelmi filii Andreæ* & *Albereda* uxoris suæ &, *Roberti* & *Ricardi* filiorum

filiorum suorum, totam terram suam in campis de *Derbeia*, per divisas in Carta sua notatas, & per servicium in ea determinatum. Ex dono *Sewalli filii Fulcheri*, & *Roberti* de *Piro* & *Willielmi* filii ejus, dimidiam terram de Alvrverth, sicut Cartæ eorum testantur. Ex dono *Henrici* de *Braylesford*, sicut Carta ejus testatur. Quare volo & firmiter præcipio quod supradicta Ecclesia S. *Mariæ* de *Derlega* & Canonici in eo Deo servientes, omnia prædicta habeant & teneant benè & in pace liberè (&c.) in Ecclesiis, in terris & redditibus (&c.) sicut præfati donatores eis concesserunt, & dederunt, & Cartis suis confirmaverunt. Testibus *Gaufrido* filio meo, *Willielmo* de *Humez* Constab. *Reginaldo* de *Curten*, *Ricardo* de *Aufre*, *Wydone* de *Sancto Walerico*, *Willelmo* de *Curtmorlemer* apud *Wodestochiam*. Qui quidem *Albinus* & successores sui Abbates loci prædicti statum suum continuaverunt in eadem Abbatia in liberam elemosinam toto tempore prædicti Regis; & de prædicto *Hugone* in forma prædicta illam tenuerunt, ut de Fundatore eorum; & post ejus decessum de *Henrico* filio suo, ante sacrorum ordinum receptionem in legitimo matrimonio procreato; & post ejus decessum de *Eustachia* & *Mariota* filiabus & hæredibus prædicti *Henrici* filii *Hugonis*. Quæ quidem *Eustachia* & *Mariota* obierunt tempore *Henrici* filii Regis *Johannis*. Post quarum mortem prædictus *Henricus*, filius Regis *Johannis*, supponendo prædictas *Eustachiam* & *Mariotam* obiisse sine hærede, clamavit patronatum Abbatiæ prædictæ, per ministros suos, tanquam Escaetam suam; Absque hoc quod progenitores Domini Regis nunc, ante tempus prædicti *Henrici* filii Regis *Johannis* aliquid seu alium titulum habuerint in patronatu Abbatiæ prædictæ, (&c.)

Carta Roberti *Comitis de* Ferrariis

Et Cantuariæ Abbatiæ de Derley.

Robertus Comes de *Ferrariis*, *Waltero Covemtrensi* Episcopo, & omnibus filiis sanctæ Eccl. siæ, & maximè omnibus Baronibus & omnibus hominibus sui Honoris salutem. Ego fundavi domum unam religionis in Derbey, in fisco regio, concensu, & confirmatione Regis *Stephani*, & concens Regis *Henrici*, & posui in eam Canonicos & Abbatem. Abbatem verò presentavi utique Regem; Et dedi eis de terris meis, & de redditibus. Inprimis Ecclesiam de *Ittoliskathara*, & *Cruche* cum omnibus suis appenditiis & decimam denariorum redditus mei de Derbey, & tertiam partem de prato, quæ est ex utraque parte de Ddabroc, quæ ego, & pater meus tenemus hæreditario jure, de hæredibus *Stephani* Comitis, & postea regis; & sex solidatas terræ in Dsemundeston & Oratorium cum cimiterio, & sex acras in *Hordewica* apud Alvverke; & quantum possint inperpetuum attrahere cum una Carrata de bosco de Duffeld, vel de Chaddesden. Hæc omnia quæ dedi eis, concedo & confirmo prædictæ Ecclesiæ Dei, & sanctæ *Mariæ*, pro me & meis, tam vivis quam defunctis; & suscipio ipsam Ecclesiam, cum omnibus tenuris suis in meam custodiam, & Advocationem, in bosco & in plano, & in omni loco, salva dignitate Regis in ipsa Ecclesia. Et concedo eis omnes libertates, quas habeo in prædictis tenementis; scilicet *Tol* & *Tem*, & *Sacca* & *Socca*, & *Infangethefe*, quæ omnia Rex concessit & confirmavit Cartâ suâ, &c.

Carta Huberti *filii* Radulphi *de Ecclesia de* Cruche.

R. Dei gratia *Coventrensi* Episcopo, & omnibus *filiis* sanctæ matris Ecclesiæ, *Hubertus* filius *Radulfi* salutem. Sciatis me dedisse, & concessisse, &. confirmâsse hac Chartâ meâ, Deo & sanctæ *Mariæ* de Derby, & Canonicis ibidem Deo servientibus Ecclesiam de *Cruche*, cum omnibus libertatibus, & possessionibus, quas possiderit eadem Ecclesia die *Purificationis* sanctæ *Mariæ* proxima post captionem *Willielmi* Regis *Scotiæ*, Hanè autem donationem feci in puram & perpetuam elemosinam pro salute animæ meæ, & parentum & amicorum meorum.

De Basco de Cruche.

MEmorandum quod anno regni Regis *Henrici* filii regis *Johannis xxxvii.* Dominus de *Frechevill* & homines sui in bosco de Derley, apud Cruche pessonam, scilicet, glandes, & nuces, virgis & cornis excussisset; & querelâ indè deductâ in Comitatu; tandem idem *Radulfus* eodem anno, die Lunæ proxima ante festum sancti *Vincentii*, in pleno Comitatu Notingham, recognovit se nullum jus habere ad prædicta, tali modo capiendum, nisi tantum ad communicandi de herbagio, & pessona in dicto bosco, secundùm tenorem compositionis confectæ inter antecessores suos, & Abbatem, & Conventum, & remanet in misericordia Vicecomitis. Anno gratiæ, *MCCLxiii.* in Comitatu *Derbiæ* proximo post festum sancti *Michaelis*, coram Domino *Nicolao* de *Cantilupo*, Custode de Derbiscire, & aliis, Abbas de *Derbia* conquestus est, & *Ankerus* de *Frechevill* deforciatus, de placito cujusdam chimini, & concordatum per licentiam. Et Abbas potuit se in misericordia, & *Ankerus* concessit chiminum, quem petiit, sibi & suis liberè ad cariandum quicquid voluerit in perpetuum.

Controversia inter Abbatem, & Hubertum filium Radulfi, *supra manerio de* Cruche.

PRædictus *Hubertus filius Radulfi* concessit, & sigilli sui munimine confirmavit, in perpetuum prædictis Canonicis terram de Pencric, & de Ripele & de Ulvverthay; & terram illam de Chilewall, quæ pertinet ad manerium

rium de Penrris, quam pater ejus eis dedit, & *Radul. filius Stephani* eis postmodum concessit, excepto regio servitio, quod ipsi Canonici facient, per manum *Huberti* & hæredum ejus post decessum, &c. Facta est hæc Conventio anno *MCLxxv.* mensis *Septemb.* decimo Kal. ejusdem mensis apud *Wyg.*

Videsis *Esc.* 15. E. 1. & *Ese.* 17° E. 4. pro Extenta terrarum Abbatiæ de Derley olim spectantium.

--A Burgrys of *Bristow* tho Robert Hardyng
For grete tresour and richesse so well was with the king,
That he vaft him and his heires the noble Barony,
That so rich is of *Berkly*, with all the Seignorie:
And thulk Robert Hardyng a rered suth, I wys,
An Abbey of Bristow of St. *Anstyn* that is.

-Sr. Richard le Fitz-Roy, of whom we spake before,
Gentleman he was inough, though he were last I bore:
For the Etles daughter of Warren his good moder was
And his Fader king John that begat a purchas
Sr. Morris of Barkley wedded suth by cas
His daughter, and gat on her the good knight Sr. Thomas,

PRIORATUS

S. Augustini de Bristol *in agro* Glocestrensi.

Carta Roberti filii Hardingi, *de fundatione ejusdem.*

Ex ipso autographo in armario Cartarum prænobilis Georgii domini Berkley, apud Berkley castrum

Robertus filius Hardingi, Omnibus hominibus & amicis suis, & universis Sanctæ Ecclesiæ fidelibus, ad quos hæc Carta pervenerit, salutem. Sciatis quod cum dominus Rex *Henricus* Manerium de Berchale, & totam Berchaleterneſse mihi in feudum & hæreditatem dedisset, & Cartâ suâ confirmâsset, cum omnibus libertatibus & rebus ad Berchaleterneſse pertinentibus, in Ecclesiis, in nemoribus, in pratis, & pasturis, & in omnibus aliis rebus, sicut fuerunt tempore *H.* Regis avi sui: Ego concensu & assensu ipsius domini mei Regis, Ecclesias de Berchaleterneſse; scilicet, Ecclesiam de Berchale, & Ecclesiam de Were, & Ecclesiam de Beverstan, & Ecclesiam de Esseleſwrd; & Ecclesiam de Almodesburi, singulas cum Capellis, & terris, & libertatibus ad ipsas Ecclesias pertinentibus, pro salute animæ meæ, & domini mei Regis, & antecessorum meorum, & uxoris meæ, & liberorum, dedi & concessi Ecclesiæ Sancti *Augustini* de Bristoll, & Canonicis regularibus ibidem domino servientibus, in perpetuam & liberam elemosinam, nullo jure retento, mihi vel hæredibus meis, in prædictis Ecclesiis, cum eas vacare contigerit. Similiter & omnes Ecclesias de Berchaleterneſse, ubicumq; fuerint, cum Capellis & omnibus eorum pertinentiis dedi, & concessi prædictis Canonicis in perpetuam elemosynam, & hac mea Cartâ confirmavi. Hus testibus, *Henrico* Decano *Moretonie*, & *Mauricio* fratre ejus, *Germo* persona Ecclesiæ de Witton; *Gaufrido* Capellano, *Nigello* filio *Arthuri*, *Reginaldo* persona Ecclesiæ de *Lama*, *W.* de *Salcemarsh*, & *Adamo* fratre ejus, *Helia filio Hardingi*, *Richardo* Scriptore, & *Alano* de *Bedminſtra*.

Rex Omnibus ad quos, &c. Salutem. Inspexi- Par. 11. E. mus Cartam quam *H.* quondam Dux *Nor.* fecit 2. P. 2. M. Ecclesiæ beati *Augustini* de Bristou, de Cano- 29. nicis regularibus in hæc Verba: *H.* Dei gratia dux *Norm.* & Comes *Andeg.* Archi- *Videsis* epiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Consulibus Cart. 11. E. Baronibus & omnibus fidelibus & amicis suis, 2. m. 17. *Francis* & *Anglicis* salutem & dilectionem. Et Par. 12. Notum vobis facio, tam præsentibus quàm fu- E. 4. P. 2. turis, me concessisse, & præsentis meæ Cartæ m. 16. & munimine confirmâsse Ecclesiæ beati *Augustini* de Bristou de Canonicis regularibus, quam initio juventutis meæ beneficiis & protectione cepi juvare & fovere, causa & amore Dei, omnes illas terras & redditus pertinentes ad Coronam *Angliæ*, qui præfatæ Ecclesiæ Sancti *Augustini* & Canonicis prænominatis in elemosinam à me vel ab alio dati sunt vel in futurum dabuntur; & nominatim *Almodesburiam* cum omnibus libertatibus & pertinentiis & consuetudinibus suis; & hidam terræ unam, liberam & quietam, apud *Wappelesam*. Et præterea de alienis feodis *Legum* & *Fisidam* & Blackeneſsphurd, quæ data sunt eis, & omnes alios redditus qui Ecclesiæ præfatæ in futurum dabuntur. Concedo etiam eis & Ecclesiæ confirmo *x.* libratas redditûum, quas ego ipse in præsenti ipsis Canonicis & Ecclesiæ suæ prædictæ dedi pro anima avi mei *Henrici* Regis, & mea propria salute: alias quoque *x.* libratas redditûum suppleturus, cum hæreditatem meam, Dei gratia, adquisitus fuero. Testibus hiis subscriptis, *Will.* Comite *Glouc.* *Reginaldo* Comite *Cornubiæ*; *Roberto* de *Dunstanville*, *Roberto filio Ardingi*, *Henrico* & *Mauricio* filiis ejus; Ricardo de *Humez* Constabulario, *Manasero Biset* dapifero; *Guarino filio Geroldi* Camerario; *Huberto* dapifero.

Inspeximus etiam quandam aliam Cartam quam *Robertus filius Hardingi* fecit Canonicis S. *Augustini Bristoldi*, in hæc verba. *Robertus filius Hardingi*, filius suis & amicis & omnibus hominibus suis, atque universis sanctæ Ecclesiæ

clesiæ fidelibus salutem. Sciatis quod ego ad honorem Dei & Sanctæ religionis concessi, dedi, & præsenti Cartâ confirmavi Canonicis S. *Augustini Bristoldi*, quorum per gratiam Dei & per auxilium Domini mei Regis Ecclesiam fundavi *Almodesberiam*, *Herefeldam*, *Esselmordam*, *Crombaldam*, cum dimidiis piscariis de Crungtun, *Fishidam* in *Dorseta*, & Leghan apud *Bedministram*, & sex libratas terræ apud Cernai, & terram apud sanctam *Katerinam*, de feodo *Portbiriæ*, & terram apud *Blakeneswordam* omnes & singulas, cum omnibus pertinentiis suis, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ & Domini mei Regis, necnon & uxoris meæ & omnium parentum meorum, tam vivencium quàm defunctorum: Eapropter volo, mando & præcipio quatinus Canonici prædicti & eorum successores omnia prædicta & singula cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus, cum omnibus suis pertinentiis habeant & teneant in perpetuum liberè, plenè, honorabiliter, & quietè, ab omni servicio terreno, excepto murdro, si placuerit Domino meo Regi illud ab eis accipere, & si Hidagium aut Scutagium aut Relevium, aut Tallagium, aut quæcumque alia exactio tempore futuro de terris & tenementis in Berkelesburnes requiratur, quæ ad Regem vel ad Coronam suam pertinear, vel ad me vel ad hæredes meos in aliqua nostra libertate, Hundredo, Curia Regis seu nostra Curia, vel hæredum nostrorum seu nostrorum hominum de nobis tenentium; volo, mando & præcipio, quod ita res distribuatur & ordinetur inter hæredes meos & tenentes eorum, ut Canonici prædicti & eorum successores, fratres, ministri, ac eorum homines terram tenentes, liberi & villani insuper, & terræ illæ prædictæ omnes & singulæ quæ sunt libera elemosina & pura, sint liberi & quieti ac liberæ & quietæ cum omnibus suis pertinentiis, de omni *Hidagio* scutagio, Relevio, summonitione, tallagio, guldagio, & de omnium vicecomitum seu aliorum ministrorum Domini Regis, seu nostrorum quorumcumque rationamentis, rediis, gravaminibus, calumpniis in Curiis, Hundredis & extra, & de omnibus rebus, sectis, misericordiis, assisis, fractis, vexationibus, lesionibus, terrenis serviciis quibuscumque, & de omnibus aliis exactionibus futuris quibuscumque, sicut semper liberi & quieti ac liberæ & quietæ fuerunt in vita mea, quatinus Canonicos prædictos ac eorum successores, fratres, ministros & eorum terram tenentes, tam liberos quam villanos nulli hæredum meorum, neque alicui alteri de prædictis omnibus & singulis, ut prædictum est, oporteat respondere nisi de solis Orationibus.

Et volo ac firmiter præcipio, ut quicumque sint hæredes mei post me succedentes, quod prædictos Canonicos, fratres, ministros & eorum homines terram tenentes omnes, ac terras prædictas, cum omnibus suis pertinentiis, ut prædictum est, versus quascumq; gentes in omnibus locis warantizent, acquietent, & defendant in perpetuum. Ut ista mea concessio, donatio, sive præsentis Cartæ meæ confirmatio illæsa, libera, pura, perpetua insuper & stabilis remaneat in perpetuum. Quæ quicumq; servaverit, & multiplicaverit, conservet eum in secula qui est retributor omnium bonorum Deus. Testibus *Henr.* Archid. *Exon.* *Mauricio*, *Nicholao*, *Roberto*, fratribus ejus, *Joh.* Bissop, Othone fil. *Willelmi*, *Ngello* fil. *Arturi*, *Adam* de *Saltemarsa*, *Jord. Werre*, *Dav. de*, *Arturo* fratribus ejus, *Johanne Cogan*, & *Waltero* fratre ejus, *Galfr.* Capellano, *Ricardo* Scriptore; *Roberto* de *Hann*, *Jacobi* filio *Fardeni*, *Adam* de *Cumtevile*, & *Alano* de Bedministre.

Inspeximus etiam quandam aliam Cartam quam *Johannes* quondam Comes *Moretoniæ* fecit Deo & prædictæ Ecclesiæ & præfatis Canonicis, in hæc verba: *Johannes* Comes *Morotoniæ* Justic. vic. Constabular. Forestariis, & omnibus ministris & ballivis, & fidelibus suis de *Anglia*, & de *Wallia* salutem. Sciatis me divini amoris intuitu, & pro salute animæ meæ, & pro anima *H.* bonæ memoriæ patris mei concessisse & præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ S. *Augustini* de Bristal, & Canonicis regularibus ibidem Deo servientibus, omnes donationes quæ eis rationabiliter factæ sunt, vel postmodum fient, sicut Cartæ donatorum suorum testantur, & nominatim hec omnia subscripta, scilicet ex dono Domini Regis patris mei totam terram de Alfelefwood, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis, sicut Carta ejusdem Domini Regis testatur; Et quietam eam clamo de visu Forestariorum meorum, & de regnardo Forestæ. Et præterea concedo eis, ex dono meo *xlviii.* acras terræ in Cissemore, ad essartandum & ad habendum quietas de visu Forestariorum, & de omni regnardo Forestæ, & de omnibus serviciis & exactionibus quæ ad me & meos pertineant. Concedo etiam & confirmo eis *Legam* quæ fuit membrum de Bedministre, juxta Bristol. Ex dono Comitis *Randulphi* de *Cestria*, terram de Fifhide in *Dorseta*, & intra villam de Bristol Ecclesiam S. *Leonardi*, & Ecclesiam sancti *Nicholai*, & Ecclesiam *Omnium Sanctorum*, sicut Carta confirmationis Domini Regis patris mei, quam inde habent, testatur. Concedo etiam eis & confirmo *lx.* acras terræ in marisco de Romne, quas Comitissa *Mabilia*, mater *Willelmi* Comitis *Gloucestriæ* eis dedit, inter Monasterium S. *Petri* de *Mora* & Semus versus Aquilonem, sicut Carta ejusdem Comitissæ testatur.

Concedo etiam eis & confirmo *C.* acras terræ in Kingsburgh inter Dunrleis & Benclechi, & *Rannam* & Donesfont, ex transverso in transversum, quas habent de dono Comitis *Willielmi Gloue.* sicut Carta sua testatur. Et ex dono *Osberti* de Penmard terram de Penmard, cum pertinentiis & libertatibus suis, & nominatim cum pastura inter Teach & Clay, sicut Comes *Willelmus* eam eis Confirmavit: Et de dono *Johannis* de *Gegan xx.* acras terræ & duas acras prati juxta Penmard. Et ex dono *Willielmi* filii *Gregorii xl.* solidatas terræ in Alberstone, sicut Comes *Willelmus* eas confirmavit. Et ex dono *Gregorii* de *Turre viii.* solidatas redditus in

Novo Burgo, sicut Comes *Willielmus* eas confirmavit. Et ex dono *Willielmi* de *Loud.* terram de Blakeneſwood, sicut Carta ipsius testatur. Et ex dono *Eudonis* de *Morevil* dimidiam virgatam terræ apud *Wrokeshale*, & molendinum de Radefoꝛd, sicut Carta ipsius testatur. Et ex dono *Ric.* de *Wrokeshule* fil. *Toni*, terram suam de Radefoꝛd. Ex dono *Willielmi* fil. *Roberti* filii *Martini*, unum masagium in Blakemere cum *ii.* croftis & *x.* acris terræ & communiam paſturæ in eadem villa, sicut Carta sua testatur. Et ex dono *Willielmi* filii *Aſcii* & confirmatione *Galfridi* fratris sui *i.* virgatam terræ apud Weſtone, sicut Carta ipsius Galfridi testatur. Concedo etiam & confirmo eis omnia burgagia, quæ habent intra villam de Baſtol & extra, tam inferia quàm alibi, sicut Comes *Willielmus* ea eis confirmavit, & quæ post obitum ipsius Comitis eis data sunt. Concedo etiam eis molendina quæ habent super *Trinelum*, & terram similiter, quam habent apud Blakeneſwood. Et de dono *Gilberti* de *Aldelane* dimidiam hidam terræ in Ferenberge. Ex dono *Willielmi* de *Cliſdune* Eccleſiam de Cliſdune. Ex dono *Roberti* filii *Hardingi* Eccleſias de Poꝛberi & de Were, & de Powelet. Ex dono *Nicholai* fil. *Roberti* Eccleſiam de Tikeham. Ex dono Comitis *Willielmi* Eccleſiam de Grantendene, & Eccleſiam de Walbertone, & Eccleſiam de Rome, & de *Plata-holma* cum omnibus pertinentiis earum. Et ex dono *Willielmi* fil. *Gregorii* Eccleſiam de Finemere. Hæc autem omnia eis concedo & confirmo cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus & quietanciis suis, adeo libera, & quieta, & soluta, sicut Cartæ donatorum suorum testantur. Concedo etiam eis quod ipsi Canonici, & fratres, & homines eorum, & naves & batelli ipsorum sint quieti de tolneo, & paſſagio, & de geldis, & de tailliagiis, & de omnibus conſuetudinibus & exactionibus, quæ ad me & meos pertinent per totam terram meam in portubus maris & alibi, de omnibus rebus suis propriis quas vendiderint, & de hiis qui emerint, vel quæ eis data fuerint, vel alio modo adquisita apportaverint, vel per terram vel per aquam ad proprios usus suos vel suorum. Teſtibus *Stephano Rider* Cancellario meo, *Wil.* de *Vennen*, *Rogero* de *Plane*, *Hamone* de *Valoniis*, *Rogero* de *Novo Burgo*, *Theob. Walteri*, *Alardo* fil. *Willielmi*, *Simone* de *Mariſco*, *Wil.* de *Milicris*, *Ric. Flandrenſi*, *Wil.* de la *Falyſe*, *Engelram* de *Pratellis*, *Roberto* de *Mortem*, *Wl.* de *Bukton*, *Reg.* de *Waſonvil*, *Rob.* fil. *Roberti* fil. *Hardyngi*, *Ric. Aaron* qui scripsit hæc, & multis aliis apud Briſtoll. Nos autem donationes, conceſſiones (&c. confirmamus, apud *Weſtm. vi.* die *Martii*.

PRIORATUS

de Tokesfoꝛd *juxta* Rudham *in agro* Norfolcienſi.

Carta Johannis *de* Quercero (*sive* Cheney) *de donatione ejuſdem.*

WIllielmo Dei gratia *Norwicenſi* Epiſcopo, & Domino suo *Willielmo Comiti* de *Warenna*, & omnibus sanctæ Eccleſiæ filiis, tam præsentibus, quàm futuris, *Johannes* de *Querceto* salutem. Sciatis me conceſſiſſe Deo & sanctæ *Mariæ* & Canonicis de Rudham duas Eccleſias ipsius villæ, cum omnibus pertinentiis suis, & totam præterea terram Laicam, quam *Bruno* & *Willielmus* Presbiteri tenuerunt. Scilicet quam avus meus *Radulfus* de *Querceto* & *Willielmus* filius ejus patruus meus, & ego, liberam ab omnibus conſuetudinibus & exactionibus, & Eccleſiaſtica poſſeſſione fecimus. Sciatis me dediſſe eis hortos, *Frebe*, *Godwini*, *Lamberti*, *Wilnoti*, & *Warini*, & *Almari*, & Molendinum de Tokesfoꝛd, & Vivarium, & Cadewelle-wang, & totam terram, quæ est inter Cadewelle-wang, & aquam de Tatersate & Betelesmere-wang, & totam Nozmere-wang, & *Radulfum* filium *Ulmari*, & totam terram suam, & *Burſtanum* & terram suam, & hoc in eſcambio propter terram *Almari* de *Gartuna*, quam *Moyſes* tenet, & servitium *Sumerledi* ſacerdotis, & terram suam quam patruus meus *Willielmus* de *Querceto* dedit ei, & *Godwinum* ſcriptorem & totam terram suam, & *Tocheſwda*, & totam terram de Marham quæ de feodo meo esse dinoſcitur, & Molendinum de Tozp de vivario & ipsum Vivarium, & opera quæ homines ipsius villæ facere ſolebant ad ſtagnum prædicti vivarii reficiendum; Et duos homines juxta prædictum Molendinum manentes, ſcilicet, *Godwinum* & *Ulvingum* fratrem suum, & terram illorum, & dimidium nemus de Beſeten, quod est extra parcum.

Ex autographo in bibl. *Dunelmenſi*. Videſis Carr. Fr. Ed. 1. n. 70.

Et ut ipsi Canonici pro anima avi mei *Radulfi* de *Querceto*, & uxoris ejus, & anima patris mei & matris meæ, & *Willielmi* de *Querceto* patrui mei & *Rogeri* & ſororum eorum, & *Walerani* de *Roceſforde*, & omnium parentum meorum, & pro mea & uxoris meæ & fratrum meorum, & ſororum mearum, omnia ſupradicta inconcuſſè, & honorificè & quietè jure perpetuo teneant, ea & præsentis ſcripti atteſtatione & sigilli mei appoſitione corroboro & confirmo, salvo servitio Comitis; Hujus autem donationis Teſtes *Reinaldus* de *Warenna*, *Radulfus* de *Wiburvilla*, *Radulfus* filius *Oſmundi*, & *Sibilla* uxor Domini *Johannis*, *Petrus* de *Caineto*, & *Mathæus* frater ejus, *Nebelus* Cleri-

Clericus, & *Godwinus* frater ejus; *Seul*.... & *Willielmus* frater ejus, *Radulfus* Sacerdos de Hartorpe, & Magiſter *Willielmus Maurinus*, *Willielmus* ſacerdos, *Nicholaus* de Stavelye, *Wache* diaconus, *Gaufridus* de West-Rudeham, *Radulfus Avis*, & *Nicholaus* Clericus de Barſham & *Walterus* Clericus, & *Albertus* & *Rigolf*, & *Warinus* & *Robertus* de *Croft*. Iſta conventio renovata fuit coram Domino *Willielmo Norwicenſi*, Epiſcopo apud *Tornodis* in Vigilia Aſcenſionis Domini die ſancti *Dunſtani*, præſente ipſo *Johanne* de *Caineto*; Hujus autem donationis & renovationis teſtes ſunt *Willielmus Norwicenſis* Archidiaconus, *Turoldus* Capellanus; *Radulfus* de *Snavinges*, *Ernaldus* Capellanus, *Adam* de *Calna*, *Radulfus* Clericus de Sarlingham, *Johannes* Dapifer, *Petrus* Conſtabularius, *Willielmus* de *Backetuna*, *Arthur*, *Adam* filius *Johannis* dapiferi, *Willielmus* filius *Ranulfi*.

COKFORD *Prioratus, Ord. S. Auguſtini.*

Tel. Col. Vol. 1. p. 58.

FUndatores *Gulielmus Cheny*, *Johannes Cheny*, & *Hervicus Belet*.

Benefactores, *Anna Cheny*, *Michael Belet*, *Anna Verdun*.

Carta Hervici Belet *de Manerio de* Rudham.

Cart. An. 11. n. 18.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Hervicus Beleth* dedi Deo, & ſanctæ *Mariæ*, & Canonicis de Cokesford, manerium meum de Rudham cum pertinentiis, & quicquid inde mihi accidere potuit, vel debuit accidere, in villa & extra, ſcilicet in Crytham, Markham, Sydeſterne, Beremere, & Croft, ad ſuſtentationem cujuſdam Hoſpitalis ad Boycodeſtmade, ex parte Occidentali à me conſtitutum, & ad ſuſtentationem cujuſdam Capellani in eadem domo in habitu ſæculari, perpetuò miniſtraturo, pro anima mea & Dominæ *Emmæ* de *Kayneto* matris meæ, &c.

ABBATIA

de Brunne *in agro* Lincolnienſi.

Diploma Regis Edwardi *tertii*, *Cartam Fundationis ejuſdem Abbatiæ, necnon diverſorum donationum recitans & confirmans.*

Cart. 1. E. 3. n. 41. per Inſpex. Vide etiam lb. n. 38. & 47. Et clauſ. 17. E. 2. m. 24. Clauſ. 8. E. 2. m. 10. Clauſ. 4. E. 3. m. 16.

INſpeximus Cartam quam *Baldewinus* filius *Giſleberti*, fecit in hæc verba. *Baldewinus* filius *Giſleberti* omnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, tam præſentibus quàm futuris, ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & donaſſe annuente filio meo *Rogero* & uxore mea *Adhelina*, Domino *Gervaſio* Abbati de *Arroaſia*, Eccleſiam de *Brunna*, liberam, & abſolutam ab omni exactione ſæculari, cum omnibus appendiciis ſuis, & duas carrucatas terræ in campis ejuſdem villæ; Ita videlicet, quod prædictus Abbas ſecundùm conſuetudinem & religionem ſui ordinis, Abbatem & Canonicos in eadem Eccleſia conſtituat, pro ſalute & remedio animæ Domini mei Regis *Henrici*, necnon etiam pro mea & uxoris meæ & liberorum noſtrorum ſalute. Conceſſi etiam ad ſuſtentationem fratrum in jam dicta Eccleſia de *Brunna* Deo ſervientium, Eccleſiam de Helpringham, cum appendiciis ſuis, Eccleſiam de *Mortuna* cum appendiciis ſuis, Eccleſiam de *Eſt-Depinga*, cum appendiciis ſuis, Eccleſiam de *Weſt-Depinga*, cum appendiciis ſuis, Eccleſiam de Werham, cum appendiciis ſuis, Eccleſiam de *Stona*, cum appendiciis ſuis, Eccleſiam de *Trapeſtona*, cum appendiciis ſuis, Eccleſiam de Witham cum appendiciis ſuis, Eccleſiam de Stellingthor, cum appendiciis ſuis, Eccleſiam de Caſtwic cum appendiciis ſuis, decedentibus perſonis à quibus in præſenti poſſidentur. Conceſſi quoq; & donavi eis dimidiam carucatam terræ in Spanebye, cum omnibus pertinentiis ſuis; & piſcarias meas in mariſco de *Brunna*, & vivarium Eccleſiæ ſancti *Petri* contiguum, & *Godwinum* Piſcatorem cum terra & domo ſua. Decimam quoq; denariorum meorum, tam de molendinis, quàm de redditibus de *Brunna* & *Mortuna*, & utraq; ſocia, totam etiam lanam ovium noſtrarum de domo noſtra de *Brunna* & *Mortuna* ad veſtes fratrum, & decimam coriorum venationis noſtræ. Conceſſi etiam, ut ſi qui militum vel liberorum hominum meorum, aliquas donationes eidem Eccleſiæ conculerint, ſive in terris, ſive in mobilibus, firma & illibata permaneant, ſalvo ſervicio meo. Hæc itaq; in perpetuam conceſſi eleemoſinam Canonicis ſancti *Petri* de *Brunna*, & volo ut benè & in pace, liberè & honorificè hanc eleemoſinam

mosinam teneant, ut michi & antecessoribus meis ad vitam proficiat sempiternam, Amen. Hujus concessionis testes sunt *Wluricus* Presbyter, *Radulphus* Presbyter, *Hanno* Clericus, *Robertus* Clericus, *Robertus* filius *Gunbaldi*, *Osbertus* de *Roeli*, *Richardus* de *Thaney*, *Hubertus* filius *Ernoldi* (&c.) Actum anno ab Incarnatione Domini, millesimo, centesimo, trigesimo octavo. Anno 1138.

Nos autem donationes & concessiones prædictas, necnon concessionem & donationem quas *Emma Wac* filia *Baldwini*, per Cartam suam fecit Canonicis prædictis, de Ecclesiis de Bercham & de Scouna, cum omnibus pertinentiis suis in perpetuam elemosinam. Concessionem etiam & donationem, quas *Hugo Wac*, assensu conjugis suæ *Emmæ*, annuente etiam filio suo *Baldewino* per Cartam suam fecit eisdem Canonicis de Ecclesiis præfatis, cum omnibus pertinentiis suis in perpetuam elemosinam. Donationem etiam & confirmationem, quas idem *Hugo*, assensu prædictæ conjugis suæ *Emmæ*, annuente etiam filio suo *Baldewino*, per aliam Cartam suam fecit Ecclesiæ sancti *Petri* de *Brunna*, & Canonicis in ea Deo famulantibus, de tota pastura quæ ad Dominium suum pertinuit in territorio de Alstanstorp, & mansione una juxta eandem villam, cum una virgata terræ & dimidia, ad sustentationem fratrum illhic commorantium, in puram & perpetuam elemosinam: Concessionem etiam & confirmationem quas idem *Hugo* per aliam Cartam suam fecit eisdem Canonicis de omnibus donationibus illis, quas *Balwinus* filius *Gileberti*, prædecessor suus, donavit & confirmavit Ecclesiæ sancti *Petri* de *Brunna*, & Canonicis in ea Deo servientibus, in perpetuam & puram elemosinam. Donationem etiam & concessionem quas *Robertus* filius *Gonboldi* per Cartam suam fecit Ecclesiæ & Canonicis prædictis de tota terra in Dichetes in prato & in mariseo, quam *Baldewinus* filius *Gileberti* sibi dedit pro suo servitio in perpetuam elemosinam. Donationem etiam & concessionem, quas *Hugo Wac* per Cartam suam fecit eidem Ecclesiæ de terra illa quam *Robertus* filius *Gonboldi* tenuit, scilicet *Hogas* de *Dic*.. in perpetuam elemosinam.

Donationem etiam quam idem *Hugo*, annuente uxore sua *Emma*, & filio suo *Baldewino*, per aliam Cartam suam fecit eidem Ecclesiæ per singulos annos de tredecim sextariis vini in ministerium sacramenti Altaris ejusdem Ecclesiæ: Concessionem etiam, & in puram & perpetuam elemosinam donationem, quas *Baldewynus Wac*, per Cartam suam fecit Ecclesiæ & Canonicis prædictis, de tno..... de molendinis suis in *Brunna*, molendino scilicet in parte aquilonari sito, cum stagno, & omnibus pertinentiis suis, in puram & perpetuam elemosinam. Concessionem etiam & confirmationem quas *Baldwinus Wac*, per Cartam suam fecit eisdem Ecclesiæ & Canonicis, de Capella sua de *Brunna*, cum dote sua, scilicet toto quod est vicinius partæ occidentali ballii de *Brunna*, & de Capellania sua, tam in *Anglia* quam extra, quocunq; terrarum loco fuerint ipse vel uxor ejus, in puram & perpetuam elemosinam. Donationem etiam, concessionem, & confirmationem, quas idem *Baldewinus*, per aliam Cartam suam fecit eisdem Canonicis de sex sextariis vini, scilicet tribus sextariis in die sancti *Petri*, & tribus sextariis in crastino, scilicet in anniversario Comitis *Cestriæ Hugonis*. Donationem etiam, & concessionem, in puram & perpetuam elemosinam, quas *Bald. Wac*, Domini Regis Constabularius, per Cartam suam fecit Ecclesiæ sancti *Petri* de *Brunne*, & Abbati & Conventui ejusdem loci, de decem acris prati in Stenland, adjacentibus juxta pratum *Josei* de *Brunne*. Concessionem etiam & confirmationem quas *Baldwinus Wac*, per Cartam suam fecit Canonicis prædictis in perpetuam elemosinam de omnibus donationibus & elemosinis, quas *Baldwinus* filius *Gileberti* avus suus, & *Adelina* uxor ejus avia sua, & *Hugo Wac* pater suus, concesserunt, & dederunt eisdem Ecclesiæ & Canonicis. Concessionem etiam & confirmationem, quas idem *Baldwinus* per aliam Cartam suam fecit eisdem Canonicis, scil. de Ecclesia de *Brunna*, Ecclesia de *Mortona*, Ecclesia de Helpingeham, Ecclesia de West-Depinges, Ecclesia de Wicham, Ecclesia de Stelingehou, Ecclesia de Bercham, & Ecclesia de Stowe, Ecclesia de Tapestona cum pertinentiis suis, (&c.) & ratas habentes & gratas, (&c.) confirmamus, (&c.) Datum per manum nostram apud Eborum primo die *Julii*.

Mandatum domini Regis Edwardi *secundi*, *factum Escaetori suo, super custodia Abbatiæ de* Brunne, *tempore vacationis.*

REx dilecto sibi *Matheo Brouu* Escaetori suo in Com. Linc. Northampt. & Rotelandi salutem. Cum nuper ad prosecutionem dilecti & fidelis nostri *Thomæ Wake*, nobis suggerentes, quod ipse & antecessores sui domini Manerii de Brunne, patroni Abbatiæ de Brunne, in singulis vacationibus ejusdem Abbathiæ, a tempore cujus contrarii memoria non existant, certam custodiam Abbatiæ illius habuerunt, & de eligendo Abbates futuros ibidem licentiam concesserunt; & electioni de Abbatibus ibidem factæ assensum patroni præstiterunt; & post electiones hujusmodi confirmatas fidelitates Abbatum illorum receperunt: Et quod vos asserentes quendam Abbatem loci illius adquisivisse sibi & successoribus suis in feodo quædam tenementa in Boxtone in Com. *Linc.* & tenementa illa de nobis tenere in capite, Abbatiam illam jam vacantem occasione tenementorum illorum cepistis in manum nostram; non permittentes ipsum *Tho.* custodiam inde habere sicut antecessores sui semper hactenus habere consuevernt; vobis mandaverimus, quod super præmissis diligentem faceretis Inquisitionem. Clauſ. 17. & 2. m. 24.

Ac per Inquisitionem illam factam & in Cancellaria nostra retornatam sit compertum; quod quidam *Baldewinus* filius *Gileberti*, unus antecessorum dominorum de *Wake*, centum & qua-

quadraginta & quinq; annis elapsis, fundavit Abbatiam prædictam, à tempore cujus fundationis, singuli domini de *Wake*, hæredes prædicti Fundatoris, in singulis vacationibus Abbatiæ prædictæ, habuerunt custodiam ejusdem Abbathiæ, assignando unum hominem ad conservandum simul cum Priore, & cæteris obedienciariis, bona & possessiones Abbatiæ prædictæ, usq; ad installationem Abbatis futuri, absq; aliquo proficuo ad opus dictorum dominorum inde capiendo: qui quidem Domini licentiam dederunt de Abbatibus eligendis, & electionibus de Abbatibus ibidem assensum dederunt, & de confirmatis fidelitatem ceperunt ut Patroni & Advocati, Et quod quidam *Everardus Cut* quondam Abbas de Brunne, Centum & sex annis elapsis; videlicet tempore Domini *H.* regis avi nostri perquisivit sex bovatas terræ, & duas partes unius messuagii cum pertinentiis in *Mortona* juxta Brunne, per bovatas, acras, rodas & perticas, de terris tenentibus *Radulfi* de *Mortone* per diversas Cartas; videlicet de *Agnete* filia *Willelmi* de *Mortone* & aliis in prædicta Inquisitione nominatis, tenendum omnia tenementa prædicta de prædictis feoffatoribus & eorum hæredibus in liberam, puram & perpetuam elemosinam; & quod iidem feoffatores obligaverunt se & hæredes suos ad warantiam & acquietantiam faciendum de tenementis prædictis, & Abbates loci prædicti successivè de omnibus serviciis huculq; acquietaverunt; & quod præfatus *Radulphus* de *Mortone* tenuit de prædicto avo nostro in Capite duo messuagia & triginta & duas bovatas terræ in dominico & servicio in Skampton & Boxton per servicium medietatis feodi unius militis, de quibus unum messuagium & *xviii.* bovatæ terræ sunt in Boxtone; Et quod de ipso *Radulfo*, qui obiit sine hærede de se, descendit jus hæreditatis suæ quibusdam *Agneti* & *Cecelie*, ut sororibus suis & hæredibus; inter quas hæreditas illa partita fuit; Et quod pro parti ipsius *Agnetis* assignata fuerunt servicia prædictæ *Agnetis* filiæ *Willelmi* & aliorum tenentium prædicti *Radulfi* in Inquisitione prædicta nominatorum.

Et quod de ipsa *Agnete*; sorore *Radulfi*, exivit *Joceus Russell* ut filius & hæres, qui totam propartem suam hæreditatis illius, tam in dominico, quàm in servicio, dedit *Hugoni Wake* proavo prædicti *Thomæ* & quod ipse nunc est medius inter nos & feoffatores prædicti Abbatis; & quod idem *Hugo* inde obiit seisitus, post cujus mortem intravit *Baldewinus Wake*, ut filius & hæres; cui successit *Johannes Wake* filius & hæres ejusdem *Baldwini*; & quod idem *Johannes* omnia terras & tenementa, quæ habuit in comitatu *Lincolnia* in dominico & servicio, dedit domino *E.* quondam regi *Angl.* patri nostro, tenendum in feodo; Et quod idem pater noster habitâ inde seisinâ dedit & concessit omnia terras & tenementa illa præfato *Johanni* & *Johannæ* uxori ejus tenenda sibi & hæredibus suis de corporibus suis exeuntibus: de quibus exivit prædictus *Thomas Wake* qui nunc est, ut filius & hæres; Et quod Magister *Johannes Walewayn*, nuper Executor citra *Trentam*; videlicet anno Regni nostri *xxii.* tempore *Willelmi* de *Albotelle*, nuper Abbatis loci prædicti, per cujus mortem Abbatia illa jam vacat, asserens prædictas sex bovatas terræ & duas partes unius messuagii cum pertinentiis in Boxtone adquisitas fuisse de prædicto *Radulfo* de *Mortone*, qui de dicto avo nostro tenuit in capite, tenementa illa seisivit in manum nostram, & ea hc detinuit, quousq; idem Abbas Cartam nostram de tenementis illis rehabendis, & de nobis in capite tenendis, licèt nunquam aliquid de nobis tenuisset, perquisivit in præjudicium prædicti *Thomæ Wake* & hæredum feoffatorum suorum, qui fuerunt, & sunt medii inter nos & Abbatem loci prædicti, qui pro tempore fuerit, de tenementis antedictis; Et quod idem *Willelmus* Abbas se de aliquo servicio inde nunquam nobis attornavit. Nos considerantes quod propter præmissa non debet dicto *Thomæ* super custodia Adbatiæ prædictæ præjudicium generari; vobis mandamus, quod de custodia Abbatiæ illius, seu aliquorum ad eam spectantium, si eam occasione prædictâ, & non aliâ, cepistis in manum nostram, vos ulterius non intromittatis, exitus si quos inde perceperitis illis quorum fuerint liberantes. *T.* Rege apud Irenacton *xii.* die *Februarii*.

Mandatum Domini Regis Edwardi *tertii, Escaetori suo, de diversis decimis, &c. Canonicis de* Brunna *dudum concessis, liberandis.*

REx dilecto & fideli suo *Simoni* de *Bereford* Escaetori suo citra *Trentam*, salutem. Quia accepimus per Inquisitionem per vos de mandato nostro nuper factam, & in Cancellaria nostra retornatam, quod *Baldewinus* filius *Gilberti*, qui fuit fundator Abbatiæ de Brunne per Cartam suam dedit & concessit nunc Abbati & Canonicis ejusdem loci & successoribus suis imperpetuum decimam denariorum tam de molendinis ipsius *Baldewini*, quam de redditibus suis de *Brunna* & *Mortuna*, & de utraq; soka: Et quod *Hugo Wake*, per Cartam suam dedit & concessit prædictis Abbati & Canonicis & eorum successoribus imperpetuum tresdecem sextarios vini in Ministerium Sacramenti Altaris Ecclesiæ de Brunne, percipiendos singulis annis in Manerio de Brunne. Et quod *Baldewinus Wake* per Cartam suam dedit & concessit eisdem Abbati & Canonicis & successoribus suis imperpetuum, sex sextarios vini, percipiendos tres sextarios in die S. *Petri*, & alios tres sextarios in crastino ejusdem festi singulis annis de Manerio supradicto. Et quod prædictus Abbas & prædecessores sui, pro dicta Decima denariorum, quadraginta solidos; & pro dictis tresdecem sextariis vini, *xiii.* sol.; & pro dictis sex sextariis vini, sex solidos, à tempore donationum & concessionum prædictarum singulis annis percipere consueverant. Et quod *Hugo Wake* filius *Baldwini Wake*, per Cartam suam dedit & concessit eisdem Abbati & Conventui

Clauſ. 4. E 3. m. 26.

in

in puram & perpetuam elemosinam quatuor marcas argenti percipiendas singulis annis de molendino ipsius *Hugonis* in Bzunne.

Et quod *Baldewinus Wake*, filius *Hugonis Wake* per Cartam suam dedit & concessit præfatis Abbati & Conventui & eorum successoribus, duos fassos dorsales ramorum grossorum bosci ipsius *Baldewini* in Bzunne, capiendos singulis diebus sine visu ipsius *Baldewini* vel hæredum suorum vel ballivorum eorundem; Et quod iidem Abbas & Canonici haberent porcos suos proprios sive dominicos singulis annis tempore paunagii, liberos & quietos in bosco suo de Bzunne; & etiam haberent viam competentem ad carrum & carectam ad boscum suum & alia necessaria sua, quociens necesse foret, carianda; Et quod nunc Abbas dicti loci & prædecessores sui dictam Decimam, vinum, vel precium, quatuor marcas; & fassos à tempore donationum & concessionum inde factarum perceperunt; & dictos porcos suos tempore paunagii in eodem bosco de Bzunne liberos & quietos, & etiam prædictam viam, ut est dictum, habuerunt, tam videlicet temporibus quibus Manerium prædictum, quod unà cum molendinis & bosco prædictis in manu nostra, quibusdam de causis, jam extitit in manibus progenitorum nostrorum regum *Angliæ*, ex quacunq; de causa extitit, quam dominorum Manerii illius; Quodq; prædictum Manerium de Bzunne, Molennum, Boscus, & alia terræ & tenementa, de quibus idem nunc Abbas præmissa percipere & habere deberet, tenentur de nobis in capite, dictis terris & tenementis in *Mortua* exceptis; quas quidem donationes & concessiones prædictas per Cartam nostram jam confirmavimus. Nos volentes præfato Abbati in præmissis fieri quod est justum, vobis mandamus, quod eidem Abbati decimam & vinum (*&c.*) liberari faciatis (*&c.*) *T.* Rege apud Wodestoke *xvii.* die *Julii.*

PRIORATUS

de Newenham *in agro* Bedfordiensi.

De prima Fundatione ejusdem.

Lelandi Collect. vol. 3. p. 9.

Ubi nunc est Ecclesia S. *Pauli* Bedeford olim erant Canonici seculares, quorum cum unus lanionem interfecisset, omnes necessitate sunt coacti mutare sedem: petierunt igitur locum non procul a *Bedeforda*, qui nunc Newham dicitur, à novitate ædificiorum, & ex Canonicis secularibus, tandem regulares sunt facti.

S. Paul's in Bedeford is the principal Church of the toun, and was afore the conqueste a College of Prebendaries, and aftir, until the foundation of Newenham Priorte stand a mile beneth Bedford on Use ryver. The Prebendaries had their houses about the circuit of the Church of S. Paule, of the which the names of two prebends remayn and houses longing to them, though their stauls be in Lincoln. Roisia, wife to Paganus de Bellocampo translatid the College of the Chanons irregulars onto Newenham a College of Chanons regular. Simon de Bellocampo sonne to Paganus and Rohisia, confirmed and perfourmid the acte of his mother. He lieth afore the highe Altare of S. Paul's Church in Bedeford, with this Epitaphie graven in braſs, and set on a flat marble stone. *Lel. Itin. vol. 1 fol. 126.*

De Bello-campo *jacet hic sub marmore* Simon *Fundator de* Newham.

Paganus de Bello-campo had the barony of Bedeford given onto him after the conquest of B. William. Roisia wife to Pagane made the Priory of Chiksand, and there was she buried in the chapiter house.

Id est.

S. *Pauli* Ecclesia est oppidi *Bedefordensis* primaria, & ante conquæstum [Normannicum] prædendariorum erat collegium, ut & postea, usq; Prioratus *Newenhamensis*, unum vix milliare subtus *Bedefordiam*, super *Usæ* fluvium siti, fundationem Præbendarii in ambitu Ecclesiæ S. *Pauli* habitabant, quorum duarum præbendarum & nomina, & ædes ad eas pertinentes adhuc manent, etiamsi eorum sedes (quæ *Stalla* vocant) *Lincolnia* fuerint. *Roisia*, *Pagani* de *Bello-campo* uxor, Canonicorum irregularium [i. e. secularium] collegium in regularium Canonicorum collegium, quod *Newenhamiæ* transtulit. *Simon* de *Bello-campo*, *Pagani* & *Rohisiæ* filius confirmavit, & factum matris suæ perimplevit. Jacet is ante summum Altare in Ecclesia S. *Pauli Bedefordiæ*, cum hoc epitaphio plano lapide marmoreo ære insculpto.

De Bello-campo, &c.

Pagano de *Bello-campo* Baronia *Bedefordensis* post conquæstum [Normannicum] à *Guilielmo* rege collata fuit. *Roisia*, *Pagani* uxor, Prioratum erexit *Chicksandensem*, ibiq; in domo capitulari sepulta fuit.

NEWN-

NEWNHAM *Prioratus Ord. S. Aug.*

Lel. Coll. Vol. 1. p. 69.

FUndator *Simon* de *Bello-campo*; Et translati erant ex Canonicis secularibus, de Ecclesia S. *Pauli* de Bedeford per *Simonem* de *Bello-campo*.

D. de *Northfolc*, modernus ratione *Mowbray*.

Canonici de Newnham affirmant *Roisiam* fuisse matrem *Simonis* de *Bello-campo* sui fundatoris.

One of the Lord Latymors wifes lyeth at *Newnham*.

Simon de Bello-campo sepultus sub plano marmore coram summo Altari in Ecclesia S. *Pauli Bedfordiæ*.

One Edward Clynton Esq; that marryed a Dutchess of *Northfolc* lyeth at *Newenham*, not far from the Lady Latimor.

There lyeth one Hasilden and one Launselin that had a house and land by Mr. Gascoyn; And Pigot giving in Armes the hammer, Gascoyn had part of Pygots lands.

Carta Regis Henrici *secundi*, *Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Cart. 11. E. 2. n. 87. per Inspex

H. Rex *Angl æ*, Dux *Normanniæ*, & *Aquit.* & Comes *Andegav æ*, Justiciariis, Vicecom. & omnibus ministris suis, & nominatim portuum maris *Angliæ* & *Normanniæ* salutem. Præcipio vobis quod Canonici regulares Ecclesiæ S. *Pauli* de Bedeford, & homines eorum, & res quas assecurare poterunt suas esse sint quietæ de theoloneo, & passagio, & pontagio, & de omni consuetudine. Et ideo prohibeo ne ipsi super hoc disturbentur super x. libr. forisfacturam. Præterea concedo eis omnes libertates quas habent Burgenses de Bedeford, & suscipio præfatos Canonicos, & locum in quo nunc manent, & omnes terras & possessiones eorum in manu & custodia & protectione mea, & omnia jura Ecclesiæ beati *Pauli* de Bedeford & Canonicorum ubicunq; fuerint in terra mea. Et ideo, (&c.) T. Comite *W.* de *Mandeville* apud *Chuell*.

Ibid.

H. Dei gratia Rex *Angl æ*, & Dux *Normanniæ*, (&c. Archiepiscopis (&c.) Sciatis nos concessisse & præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse Ecclesiæ S. *Pauli* de Newenham, & Canonicis regularibus ejusdem Ecclesiæ omnia hæc subscripta, quæ *Simon* de *Bello-campo* eis rationabiliter concessit & dedit in perpetuam elemosinam, & Cartâ suâ confirmavit, scilicet Ecclesiam S. *Pauli* de Bedeford in omnibus prædendis & possessionibus & libertatibus ad eandem Ecclesiam pertinentibus; & has Ecclesias, videlicet de *Ravenesdena*, de *Ranehala*, de Berefort, de *Wiletona*, de *Cherdintona*, de Goldingetone, de Dugwic, de *Hatteleja*, de *Wittuna*, de Dilewic, de Salefort, de Cravenherst, de *Aspeleja*, de *Turveja*, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis; Et has decimas; scilicet duas partes decimarum in molendinis & paunagiis, & in cæteris dominicorum de Stotfalot, de Baietho, de *Lincelada*, de Eberesholt, de *Hunesduna*, de toto feodo suo in Polewelle; Et præterea unam marcam argenti de molendino de *Lincelada* per annum; Et duas partes decimarum unius hidæ & dimidiæ in Chikesand de terra quæ fuit *Ricardi* Monachi; & decimam dimidiæ hidæ in *Hontuna* de terra *Nigelli Malerbe*; & decimam quam *Jordanus* Presbiter tenuit de territorio de Pageneg; & duas partes decimarum dominicorum de Calwarde, & de *Aspeleja*; & totum molendinum Golde; Et decimas horum molendinorum, scilicet molendinum de Castello de Bedeford, & molendini Monachorum de Bermundesie in Bedeford; & decimas molendinorum de Bidenham, de Rysingho, de *Ranehala*, de *Wiletuna*, de *Kerdintuna*.

Et in *Goldintuna* dimidiam virgatam terræ de dono *Radulfi* filii *Acelini*, & x. acras de dono *Wigeni*; & tres acras de dono *Hugonis*; & vi. virgatas terræ quæ fuerunt de prebendis *Willielmi*, *Philipp*, & *Gileberti*: Et tres hidas in *Harvenduna*, quæ fuerunt de prebendis *Ricardi* & *Radulfi*, cum pertinentiis & libertatibus suis. Et in *Kerdintona* unam virgatam terræ de dono *Pagani* de *Bello-campo* patris sui; & dimidiam virgatam terræ de dono *Johannis Pincernæ*; Et unam hidam in Fordes, & dimidiam hidam in *Ranehala*; & decimam dominici de Putenho. Terram quam prædicti Canonici habent in *Calwarda* de dono *Willielmi Druel*; & terram quam habent de *Thoma* filio *Hugonis*, & de *Pagano Campione*, & de *Johanne Pincerna*, & de *Roberto Mareschallo*, & de *Herlewino* in Dilewic. Et in bosco de *Kerdintona* xxx. porcos singulis annis quietos de paunagio, & boscul um quod *Reginaldus* clericus eis rationabiliter vendidit. Quare volo (&c.) T. *Gaufrido* & *Nicholao* Domini regis Capellanis, & *Johanne* filio *Lucæ* Canonico *Rothomagensi*; *Willielmo* filio *Audelini* dapifero; *Hugone* de *Creissi*; *Roberto Marmiun*; *Randulfo* de *Glanvill*; *Gerardo* de *Canvilla*; *Radulfo* filio *Schi* Camerario; & *Eustachio* fratre suo apud Wodestoke.

Carta Regis Henrici *tertii de Ecclesia de* Tindene.

Pat. de anno 1. H. 3. m. 13.

REx &c. Noverint &c. quod nos &c. in recompensationem dampni quod *Johannes* pater noster fecit Priori & Conventui de Newenham, quando dirui fecit Ecclesiam S. *Pauli* de Bedeford, quæ fuit dicti Prioris & Conventus de Newenham, eo tempore quo firmare fecit Castrum de Bedeford, concessisse eidem Priori de Newenham Ecclesiam de Tindene, &c. Habendum, &c. in perpetuam elemosinam. Teste rege apud Notingham *v. Februarii.*

Carta *Thomæ* Domini *Moubray*, Donatorum concessiones recitans & confirmans.

Ex autographo penes *Thomam* Ferrar. arm.

THomas *Comes* Mareschallus & *Notyngham*, *dominus de* Moubray & *de* Segrave, *Advocatus Prioratus* de Newenham *juxta* Bedford; *omnibus Christi fidelibus ad quos præsentes Literæ pervenerint, salutem. Inspeximus Cartam antecessoris nostri, Domini* Willielmi *de* Bello-campo, *quondam Advocati dicti Prioratus, factam in hæc verba.* Universis Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, præsentibus & futuris, *Willielmus de Bello-campo* salutem. Noverit universitas vestra, quod ego, pro salute animæ meæ, & omnium prædecessorum & successorum meorum, dedi, concessi & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi, Deo & Ecclesiæ S. *Pauli* de Newenham, & Canonicis meis regularibus ibidem Deo servientibus, & eorum successoribus, Ecclesiam S. *Pauli* de Bedford, cum omnibus Præbendis & possessionibus, & libertatibus eidem Ecclesiæ pertinentibus, in puram & perpetuam elemosinam, liberam & quietam ab omni seculari servicio, & consuetudine, & exactione: Istæ autem sunt possessiones; Ecclesia de Berdington; Ecclesia de Wyliton, Ecclesia de South-Opnele, Ecclesia de *Hatefeia*; Ecclesia de Wolton, Ecclesia de Stachedon, Ecclesia de *Aspeleya*, Ecclesia de *Goldyngton*, Ecclesia de *Ravenestone*, Ecclesia de Ranhale, Ecclesia de Berford, Ecclesia de *Tinwera*, cum omnibus decimationibus & aliis pertinentiis prædictarum Ecclesiarum.

Item concessi eis duas partes decimarum in molendinis & pannagiis, & in cæteris dominiorum meorum de Stotfold, de Hannes, de Bavsho, de Lynchelade, de Everesholt, de Hunestone, de Puttenho, de Calworth, de *Aspeleya*, de toto feodo meo in Holewell, & unam marcam argenti per annum de molendino de Lynchelade; & duas partes decimarum unius hidæ & dimidiæ in Chykesand, de terra quæ fuit *Ricardi* Monachi. Et decimam dimidiæ hidæ in Houton de terra *Nigelli Malerba*; Et decimam quam *Jordanus* Presbyter tenuit in territorio de *Hannes*, & decimam molendini Monachorum de Bermundesheye in Bedeforde: Et decimam molendinorum de Bidenham, de Risingho, de Ranhale, de Wyliton, de Berdyngton. Item concessi eis totum molendinum Golde & molendinum quod dicitur de *Castello* Bereford, cum novo molendino, quod pater meus ibidem construere fecit, cum locis & stagnis in quibus dicta molendina construuntur; & cum toto stagno à molendino *Castelli* Bedeford, cum salicibus & arboribus in eodem crescentibus, usq; ad stagnum *Joelis*, ad plantandum & assartandum & emendandum, quociens & quandocunq; voluerint, liberum & solutum ab omni seculari servicio.

Et concessi eis pratellum illud, quod jacet ad orientalem partem molendinorum de Castello, quod vocatur Castelham, & totam aquam cum piscatione, & cum omnibus aliis libertatibus & commoditatibus eidem aquæ pertinentibus, à molendino *Castelli* Bedford, ex parte *le Sele* & campi de Goldyngton; & totam aquam à molendino *Joelis* de Bedeford, ex parte prati de Fenlak, usq; ad caput orientale gardini dictorum Canonicorum & juxta campos de Goldyngton ex utraq; parte de Suynholm; & ipsum Suynholm cum quinq; acris terræ, quæ jacent juxta Inland à via de Fenlak, cum Insula latitudine ejusdem terræ, usq; ad stagnum dictorum Canonicorum, cum omnibus pertinentiis suis liberè & quietè ab omni seculari servitio & exactione; ita ut illam aquam ad piscandum nullus habeat ingressum, absq; eorum licentia petita & optenta. Et concessi eis liberum ingressum & regressum in dicta aqua mea cum naviculis & barellis eorum, ad cariandum quicquid voluerint de grangiis de Fenlak apud Newenham, & de Newenham apud Fenlak, pro voluntate eorum, cum necesse fuerit.

Item concessi eis ad recreationem Canonicorum infirmorum, licentiam piscandi bis vel ter in ebdomada, cum retibus vel cum aliis ingeniis, si voluerint, in tota aqua mea, à capite orientali gardini eorum, usq; ad capud orientale villæ de Fenlak. Habebunt etiam præfati Canonici cignos suos errarios, quantos voluerint, natantes & nidificantes cum pullis & cineolis eorum depascentes & errantes in omnibus aquis meis communibus & seperatis per *Ouseam*, à dominio Baroniæ de Eton, usq; ad dominium Baroniæ de Wahull, absq; calumpnia & contradictione mei vel hæredum meorum. Item concessi eis omnes terras, tenementa & possessiones, cum omnibus suis pertinentiis & libertatibus, quas habent in villa & parochia de Goldington, de feodo meo, ex dono Domini *Simonis* de *Bello-campo*, & Comitissæ *Roys*, *viz.* sex virgatas terræ, quæ fuerunt de Præbendis *Willielmi* & *Philippi* & *Gilberti* Canonicorum; & unam virgatam terræ ex dono *David Malerbe*: Et dimidiam virgatam terræ ex dono *Radulfi* filii *Ascelini*, & decem acras terræ ex dono *Wygani*, & quicquid habent ex dono *Rogeri* & *Willielmi* & *Hugonis Wygayn*, & *Hugonis* de *Goldington*, & ex dono *Willelmi* & *Nicholai* filiorum prædicti *Hugonis*, & ex dono *Michaelis* de *Goldington*, & *Willielmi* fratris ejus; & ex dono *Adæ Pippard*, & ex dono *Roberti* & *Walteri Pippard*, & ex

dono

dono *Nicholai* Vicarii de Goldington & ex dono *Henrici* & *Simonis*, & *Willelmi Trikst*; & ex dono *Rogeri Haliday* & *Radulphi Bird*, & *Galfridi* & *Radulphi Kokere*, & ex dono *Adæ* filii *Walteri*, & *Roberti Manger*, & *Ngelli Falkenarii*, & *Walteri* de *Rifle*: Et ex dono *Adæ* filii *Roberti*, & *Gilberti Finch*, filii *Hugonis Finch*: Et ex dono *Hugonis* de *Goldington*, & *Willielmi* filii ejus, & quicquid habent ex dono aliorum tenentium de feodo meo in eadem villa & parochia.

Habebunt etiam prædicti Canonici taurum & aprum liberi & vagi per totum dominium meum ex parte de **Goldington**, à ponte de **Bidenham** usq; ad dominium Baroniæ de **Eton**, absq; calumpnia & contradictione mei vel hæredum meorum imperpetuum.

Item concessi eis unam hidam terræ in *Forde*, quæ fuit de præbenda *Philippi* & *Gilberti* Canonicorum, & quicquid habent in terris, tenementis, redditibus & possessionibus ex dono omnium tenentium de feodo meo in villa & parochia de **Bidenham** & **Bumham**. Item concessi eis quicquid habent in **Calworth** in parochia de **Scharnebroke** de dono *Willelmi Druel*, & ex dono aliorum tenentium de feodo meo in villa & parochia suprædictis. Item concessi eis Ecclesiam de **Stavenhurst**, quam habent ex dono *Willielmi* filii *Roberti*; Et Ecclesiam de **Salford**, quam habent ex dono *Nigelli* de *Salford*. Item concessi eis tres hidas terræ in **Barudon** & **Stoes** in parochia de **Herdington**, quæ fuerunt de præbenda *Ricardi* & *Radulphi* Canonicorum, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis; & terram quam pater meus dedit eis in **Herdington**, in escambium illius terræ, quam *Elena* de *Bello-campo* dedit in **Stotfold**, quæ jacet juxta Ecclesiam de **Herdington**: Et unam virgatam terræ in eadem villa ex dono *Pagani* de *Bello campo*: Et dimidiam virgatam terræ in eadem villa ex dono *Johannis Pincerna*: Et totum boscum quod vocatur **Barndewode**, cum frankbordo duorum pedum & dimidium, per circuitum illius bosci, cum libero introitu & exitu cum equis & carectis eorum per boscum meum de **Herdington**, quoties & quandoq; voluerint & necesse habuerint. Habebunt etiam prædicti Canonici triginta porcos singulis annis quietos à pannagio in toto bosco meo de **Herdington**.

Et concessi eis quicquid habent ex dono *Thomæ* & *Roberti Beynoun*, & *Galfridi* filii *Gilberti* & antecessorum ejus; Et ex dono *Roberti* de *Cotes*, & *Ricardi* filii *Aylwini*, & *Johannis* de *Kerdurton*, & ex dono *Adæ* filii *Radulphi* de *Herford*, & *Willelmi* Capellani, & *Johannis Haring*, & *Roberti Coci* de **Cotes**; Et ex dono *Rogeri* & *Bartholomei* le *Josne* de **Barudon**, & *Hugonis Pavell*, & *Willelmi* filii *Walteri* de *Pages*, & quicquid habent in terris, tenementis, redditibus & possessionibus, & in omnibus aliis rebus ex dono aliorum tenentium de feodo meo, in parochia & villis prædictis. Habebunt etiam prædicti Canonici taurum & aprum liberi & vagi, per totum dominium meum, ex parte de **Stotfold** à villa de **Bedeford** usq; ad pontem de **Stotfold**, absq; calumpnia & contradictione mei, vel hæredum meorum imperpetuum. Item concessi eis terram quam *Jordanus* Camerarius dedit eis in *Lordeniis*, quæ vocatur *Achisbiria*. Item concessi eis omnes terras, enementa & possessiones, cum omnibus pertinentiis suis, quas habent de feodo meo in villa & parochia de **Wotton**, in puram & perpetuam elemosinam: Et quicquid habent ex dono *Davidis* & *Ricardi* le *Loring*, & ex dono *Willelmi* & *Hugonis* de *S. Edwardo*, & *Johannis* fratris *Simonis* Capellani, & *Willielmi* Sacerdotis de **Herdington**, & ex dono *Cecil'æ* relictæ *Hugonis Engayne* & *Claricie* filiæ *Hugonis Engayne*, & ex dono *Johannis* filii *Fulconis* & *Willielmi* filii *Simonis*, & *Johannis Venatoris*, & quicquid habent ex dono aliorum tenentium de feodo meo, in terris, tenementis, redditibus, & possessionibus, & in omnibus aliis rebus in villa & parochia prædictis. Item concessi eis omnes terras, tenementa, & possessiones cum omnibus pertinentiis suis, quas habent in parochia & villa de **Wylliton**, viz. decem acras terræ quæ sunt de gleba Ecclesiæ ejusdem villæ, & quatuor virgatas terræ quas habent de dono meo per concordiam factam in Curia Domini Regis inter me & prædictos Canonicos: Et quicquid habent ex dono *Walteri* filii *Mauricii*, & *Simonis Balle* de **Wylliton**, & ex dono *Simonis Pikot* & *Roberti Merchaunt*, & *Simonis* le *Rotour* de eadem, & quicquid habent ex dono aliorum tenentium de feodo meo in eadem villa & parochia, liberè & quietè ab omni seculari servicio; Salvo mihi & hæredibus meis reddicum trium caponum per annum, ad festum *Natalis* Domini, quem dicti Canonici & eorum successores solvere debent, & salvo mihi & hæredibus meis sonnseco servicio, pro duabus virgatis terræ tantum in eadem villa quod similiter prædicti Canonici facere debent in perpetuum absq; omni alio servicio seculari.

Item concessi eis quicquid habent de feodo meo in villa & parochia de **Cogepol**, ex dono *Roberti Lismorensis* Episcopi, & *Willielmi* Capellani; & ex dono *Simonis Anglici* & *Henrici* filii *Henrici* le *Heyr*, & quicquid habent ex dono aliorum tenentium de feodo meo in eadem villa & parochia, liberè & quietè ab omni servicio seculari. Item concessi eis omnes terras, tenementa & possessiones, cum omnibus pertinentiis suis quas habent de feodo meo in villa & parochia de **South Cinele**, & quicquid habent ex dono omnium tenentium de feodo meo in eadem villa & parochia, liberè & quietè ab omni seculari servitio. Item concessiones omnes, terras, tenementa, & possessiones, cum omnibus pertinentiis suis, quas habent de feodo meo in villa & parochia de **Stacheden** & **Dilewate**, in puram & perpetuam elemosinam, viz. quicquid habent ex dono *Roberti* de *Broy* & *Anselmi* hæredis ejus, & ex dono *Adæ* filii *Dru*, & *Nicholai* & *Willielmi Golston*, & *Roberti* filii *Nicholai* de *Stacheden*, & *Nicholai* de *Boeles*, & *Thomæ* filii *Hugonis*, & *Ricardi* hæredis ejus, & ex dono *Thomæ* de *Stacheden* & *Henrici Blundi* &

Mathei filii ejus, & *Pagani Campionis*, & *Stephani* filii ejus, & *Ricardi* filii *Roberti* de *Brunnia*, & *Stephani* le *Bel*, & ex dono *Johannis Pincerna* & *Roberti Marescalli*, & *Harlewini*, in *Dilewik*; & bosculum quod *Rogerus* Clericus vendidit eis, quod vocatur *le Hoo*; & boscum quod vocatur Esthey cum tota terra subjacente; & boscul um quod vocatur *le Frith*, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis, cum sepibus & fossatis & cum omnibus aliis pertinentiis, tam in viis, quam in semitis, cum libero introitu & exitu cum equis & carectis eorum, sive ad assartandum, sive ad crescendum, quotiens & quandocumq; voluerint.

Et sciendum est, quod ratum & gratum habeo escambium quod *Henricus* de *Boeles* fecit cum prætatis Canonicis, super tota terra sua in territorio de Stacheden de feodo meo; & totum tenementum quod fuit *Ricardi Parent* filii *Avenel*, cum messuagio & crofta, cum omnibus pertinentiis suis juxta Ecclesiam de Stacheden. Et ratam & gratam habeo donationem & venditionem, quam *Willielmus* filius *Ricardi* de Stacheden fecit prædictis Canonicis de tota cultura terræ suæ, cum toto prato quod vocatur Hokeseth in territorio de Stacheden, cum toto fossato quod vocatur Gatenedich, & quicquid habent ex dono aliorum tenentium de feodo meo in eadem villa & parochia, liberè & quietè ab omni seculari servicio; Salvo mihi & hæredibus meis tantum, redditum unius denarii & oboli per annum, quæ prædicti Canonici & eorum successores solvere debent ad duos anni terminos imperpetuum. Item concessi eis dimidiam hidam terræ in Ronhale, quæ fuit de præbenda *Nicholai* Archidiaconi, cum omnibus pertinentiis suis, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, ab omni servicio seculari & exactione; & omnes terras, tenementa & possessiones cum omnibus suis pertinentiis, quas habent de feodo meo in villa & parochia de Ronhale, Ravenesden, & Saluho; & quicquid habent ex dono *Nicholai* Clerici de Ravenesden, & *Wilhelmi* & *Odonis* Engayne; & ex dono *Willielmi* & *Ricardi Thuand*, & *Simonis* & *Roberti* de *Broc*; & ex dono *Roberti* & *Johannis Sauvage*; & *Johannis* filii *Willielmi* de *Eton* per confirmationem *Willielmi Engayne*. Et ex dono *Hugonis Cementarii* & *Nicholai* de *Boeles*, filii *Simonis* de *Boeles*; & ex dono *Galfridi* filii *Radulphi* de Ronhale, & *Willielmi Rufi*, de eadem; & *Simonis* filii *Galfridi*, de eadem; & ex dono *Galfridi* filii *Simonis* filii *Galfridi*, de eadem, & *Alexandri* fratris ejus. Et ex dono *Simonis* filii *Ernaldi* de *Cogepol*, & *Walteri* filii *Willelmi Carpentarii*; & ex dono *Agnetis* de *Wilden*, per confirmationem *Willielmi* de *Ronhale*, & ex dono *Willielmi* & *Simonis Rufi*, de eadem. Et quicquid habent ex dono & venditione *Galfridi Rufi* de Cogepol per assensum & confirmationem hæredis sui, de omnibus, terris, tenementis & possessionibus suis, cum manso suo in Saluho; & cum omnibus aliis pertinentiis suis, quæ habent in villa & parochia de Ronhal & Ravenesden, & Saluho. Et unam acram & dimidiam prati in Coldungton de dono ejusdem *Galfridi*. Et totum tenementum *Simonis* Heremitæ, & quicquid habent ex dono ejusdem *Simonis*, & boscolum de Saluho, & de Maidengrove, cum haiis, sepibus & fossatis, pratis & pasturis circumjacentibus, cum libero introitu & exitu, sive ad tristendum sive ad assartandum: Et quicquid habent ex dono *Walteri* & *Gilberti* & *Rogeri Avenel*; & ex dono *Cecilæ*, relictæ *Abel*, per confirmationem hæredum ejus.

Et ex dono *Simonis* de *Cogepol*, & *Willelmi Wanbaken*, & *Huberti* filii *Ewaym*, & *David Mercenarii* & *Willielmi* filii *Gervasii*, & ex dono *Willielmi* & *Roberti* le *Fulukelern* de Ronhale; & quicquid habent ex dono aliorum tenentium de feodo meo, in terris, tenementis, redditibus & possessionibus, cum omnibus pertinentiis suis in villis & parochiis prædictis, liberè & quietè ab omni seculari servicio; salvo mihi & hæredibus meis tantum, redditum *xii.d.* per annum, quem prædicti Canonici & eorum successores solvere debent imperpetuum.

Item concessi eis quicquid habent de feodo meo in villis & parochiis de Berford, & de Hokesden, ex dono *Willelmi Longespere*, & *Henrici* & *Humfridi* de *Berford*, & *Walteri* Vicarii de eadem; & ex dono *Radulphi* & *Roberti* de *Broy*, & *Willelmi* de *Bruttevile*, & quicquid habent ex dono aliorum tenentium de feodo meo in villis & parochiis prædictis, liberè & quietè ab omni seculari servicio.

Item concessi eis omnes terras, tenementa & possessiones, cum omnibus pertinentiis suis, quas habent in villis & parochia de Stotfold, ex dono *Hugonis* filii *Nigelli* de *Salford*, & *Roberti Rufi* de Stotfold, & *Matildis* uxoris ejus, per confirmationem *Nigelli* de *Salford*. Et quatuor solidos & sex denarios annui redditus de molendino ad fordam de Stotfold percipiendos, quos habent ex dono *Simonis* de *Litlington*; & quicquid habent ex dono ejusdem *Simonis* & *Roberti* filii *Radulphi*, & *Ricardi* filii *Petri*, & *Amiciæ* filiæ *Petri*. Et quicquid habent ex dono *Willielmi* de *Estwyke*, & *Willielmi Orenge*; Et quicquid habent ex dono *Johannis Malerbe* de Houton, & antecessorum ejus. Et quicquid habent ex dono aliorum tenentium de feodo meo in villis & parochiis prædictis, in terris, tenementis & possessionibus, cum omnibus possessionibus suis, liberè & quietè ab omni seculari servitio, salvo mihi & hæredibus meis annuo redditu quadraginta solidorum, quem præfati Canonici & eorum successores solvere debent imperpetuum, ad quatuor anni terminos, per equales portiones, pro terris & tenementis quæ habent de dono *Johannis Malerbe*, & hoc per assignationem ipsius *Johannis Malerbe*, sicut ipse & antecessores sui per annum mihi facere consueverunt, & salvo mihi & hæredibus meis forinseco servicio, quantum pertinet ad feodum unius militis in eadem villa, quod similiter prædicti Canonici solvere debent imperpetuum pro omni seculari servicio.

Habebunt etiam præfati Canonici duode-

ce n

cem boves depascentes cum bobus meis quolibet anno per totum tempus, cum ad herbam fuerint, in omnibus dominicis, pratis, pascuis, & pasturis communibus & seperatis ubiq; ubi boves mei depascuntur in eadem villa. Si autem habeant boves ultra duodecem, dabunt mihi & hæredibus meis prædicti Canonici, pro quolibet bove quem habent ultra duodecem, duodecem denarios pro pastura, per totum tempus prædictum. Item concessi eis liberum introitum & exitum in omnibus dominicis meis in eadem villa, in quibus terras vel pratum habent, ac dictas terras excolendas & compostandas, sive per carectam, sive per ovile; & ad dictas terras seminandas, & blada sua metenda, colligenda & carriandа: Similiter & in pratis suis falcandis, colligendis, & collectis carriandis, quotiens & quandocumque melius & commodius dicti Canonici & eorum ballivi viderint expedire, & absq; calumpnia mea vel hæredum meorum imperpetuum.

Concessi etiam sæpedictis Canonicis meis, omnes decimas novalium meorum & exsartorum quæcunq; pater meus fecit, vel ego, sive hæredes mei facturi sumus de nemoribus nostris; quas decimas pater meus, pietatis intuitu, ad ædificationem officinarum suarum, imperpetuum assignavit. Salvis decimis, quæcunq; pertinent ad Ecclesiam de Chiltesand. Et si forte aliquis aliquam partem alicujus nemorum meorum vel pratorum, vel emptione, vel donatione, vel permutatione, vel quocunq; alio contractu, vel à me vel à successoribus meis adeptus fuerit, ego nihilominus, decimas partis nemorum meorum, quæ sic alienatæ fuerint ad prædicti operis confirmationem & sustentationem illibitas retineo. Item concessi sæpedictis Canonicis, & eorum successoribus liberam habere & facere electionem, cum Prior præfatæ domus obierit, vel cesserit, vel alio quovismodo à regimine dicti Prioratus amotus fuerit, aliumq; Priorem loci ipsius eligendi, sine impedimento mei vel hæredum meorum imperpetuum; Salva michi & heredibus meis, tempore vacationis, custodia januæ exterioris ipsius Prioratus, per aliquem de meis, vel hæredum meorum, cui prædicti Canonici & eorum successores, pro prædicto custode & equo suo victualia per totum tempus vacationis ministrabunt; & salvo michi & hæredibus meis, quod Conventus ejusdem Prioratus cum vacaverit, petere debent licentiam eligendi sibi Priorem à me vel ab hæredibus meis, si in comitatu *Bedefordiæ*, vel in partibus propinquis illius Comitatus, præsentes fuerimus, & personaliter inventi. Et cum elegerint sibi Priorem, debent eundem electum mihi & hæredibus meis præsentare, ut electo prædicto nostrum habeant assensum. Si autem extra Comitatum *Bedefordiæ*, in partibus remotis tempore vacationis, ego vel hæredes mei fuerimus, tunc licentiam eligendi à me vel ab hæredibus meis petere, nec electum suum præsentare minimè teneantur, sed libere faciant quod incumbit.

Item concessi eis, quod maneria, & forinsecæ terræ, necnon & Ecclesiæ dictorum Canonicorum, tempore vacationis custodiantur per ministros & ballivos Conventus, qui eidem Conventui & non aliis, de redditibus & exitibus dictorum maneriorum, Ecclesiarum & terrarum respondeant & ministrent tempore oportuno. Item concessi eis, pro me & hæredibus meis, quod si Ecclesia vel Vicaria pertinens ad eorum collationem, tempore vacationis vacare contigerit, liberam habere collationem, & liberè conferre cuicunq; voluerint, absq; calumpnia & impedimento mei, vel hæredum meorum imperpetuum. Item concessi sæpedictis Canonicis, ut quicquid ipsi modo habent, vel adipisci, vel habere poterunt in futurum, dono, emptione, vel legato, in terris, tenementis & possessionibus, in boscis & planis, in semitis & viis, in haiis, sepibus & fossatis, in pratis & pascuis & pasturis, in paludis & mariscis, in liberis hominibus & redditibus, in nativis & cultumariis, & in omnibus aliis rebus ad dictas terras, possessiones, & tenementa pertinentibus in toto feodo meo in parochiis & villis supradictis habeant & possideant, pacificè, liberè & quietè ab omni seculari servicio, consuetudine, exactione, & demanda, ad me vel ad hæredes meos pertinente: Salvis michi & hæredibus meis annuis serviciis & redditibus infrascriptis; & salvis michi & hæredibus meis, annuis redditibus de terris in posterum adquirendis de feodo meo, si quid debeant.

Præterea remisi & quietum clamavi, de me & hæredibus meis præfatis Canonicis & eorum successoribus, totum jus & clamium quod habui, vel habere potui in wardis, relevis, sectagiis, homagiis, feodicatibus, & sectis Curiarum mearum, & hæredum meorum imperpetuum, de omnibus terris, tenementis, & possessionibus, cum omnibus pertinentiis suis, quæ modo habent vel habituri sunt de feodo meo in villis & parochiis supradictis, modo quo superius prænotatur. Et ut hæc mea donatio, concessio, & confirmatio ratum, firmum & perpetuum robur optineat præsentem Cartam sigilli mei patrocinio confirmavi; His testibus, *Radulfo Morin, Galfrido Rufo, Johanne de Pabenham, Johanne Malerbe, Henrico Bocles, Ada filio Dru, Rogero Perceval*, Magistro *Roberto Medico, Milone de Bellocampo, Willielmo de Eswyk, Milone* Camerario, *Roberto Rufo de* Stotfold, *Ricardo de Aula, Andrea* Clerico, *Abel, Ricardo* Clerico, qui scripsit hæc & multis aliis. Nos autem Cartam prædictam (&c.) confirmamus (&c. Hiis testibus *Reginaldo Braybrock* milite, *Rogero Walden*, Clerico Thesaurario villæ *Calesiæ, Willielmo Rys*, & multis aliis. Data *Londini*, die Martis proxima post festum conceptionis beatæ *Mariæ*, Anno regni Regis *Ricardi* secundi post Conquestum *Quintodecimo*.

PRIORATUS

S. Radegundis de Bradsole in Cantio.

Carta Regis Henrici *tertii donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Cart. 8. E. 2. m. 17. n. 33. per Inspex.

Vide etiam Cart. 11. H 3. p. 1. m. 18.

HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ* dominus *Hiberniæ* (&c.) Sciatis nos intuitu Dei & pro salute animæ nostræ (&c.) confirmâsse Deo & Ecclesiæ beatæ *Radegundis* de Bradsole, & Abbati & Canonicis ibidem Deo servientibus, & servituris imperpetuum locum ipsum de Bradsole, omnesq; terras & tenementa, eis collata, sicut Cartæ Donatorum suorum rationabiliter testantur, Concedimus etiam & præsenti Carta nostra confirmavimus in puram & perpetuam elemosinam prædictis Canonicis centum acras terræ ex dono Domini *Ricardi* illustris regis *Angliæ* avunculi nostri in Wastina supra montem quæ terræ eorum de Bradsole contiguatur; videlicet inter terram Prioris & Monachorum de *Dovoria*, & terram prædictorum Canonicorum de Bradsole, & crucem in via quæ protenditur à *Dovore* usq; Bradsole, quantum ad nos pertinet. Concessimus etiam eis & præsenti Cartâ nostrâ confirmavimus centum acras, tam de terra quàm de bruscia, de manerio de *Riveria*, quæ jacent inter terram quæ vocatur Wantsa & aquam de *Riveria*, de dono piæ memoriæ *J.* patris nostri Regis *Angliæ*. Concessimus etiam eis & præsenti Cartâ nostrâ confirmavimus totam terram illam de dominico nostro in villa quæ dicitur *Riveria* juxta *Dovoriam*, quæ jacet in occidentali latere montis qui vocatur Spiltrudone, inter terram Prioris *Dovoria* & terram *Fulberti* de *Dovoria*, inter easdem terras claudens suam latitudinem; & quæ protenditur in longum à boscho de Poltone usq; ad viam quæ dicitur latinè *Alba-via* Anglicè Whiteweye, & ibi terminatur. Concessimus etiam eis & præsenti Cartâ nostrâ confirmavimus Ecclesiam S. *Petri* de *Riveria*, quæ fuit de donatione antecessorum nostrorum, cum omnibus pertinentiis suis, ut eis cedat in proprios usus, ad sustentationem suam & pauperum peregrinorum ibidem confluentium; Et quod præfati Canonici eandem Ecclesiam habeant & teneant in puram & perpetuam elemosinam. (&c.) Concessimus etiam eis (&c.) Ecclesiam S. *Nicholai* de Portesiave, quam habent de dono *Huberti* de *Burgo* Comitis *Kanc.* Justiciarii *Angliæ*.

Concessimus etiam eis & præsenti Cartâ nostrâ confirmavimus Ecclesiam S. *Clementis* de Leisdone in *Seapeya*, cum omnibus pertinentiis suis, de donatione *Roberti Arsiche*, & concessione & confirmatione *Stephani* Archiepiscopi *Cantuar.* Concessimus etiam (&c.) molendinum suum propè curiam Manerii de *Riveria* cum omnibus pertinentiis suis, & alias terras, quas habent ex venditione *Alani Corbet.* Concessimus etiam (&c.) terram quam habent ex donatione *Steph.* de *Peiton* in villa de Poltone, cum capella ejusdem villæ; & duas acras terræ & dimid. quæ aliquando fuerunt *Brittuna* & *Maleta* mulierum; & unam acram terræ juxta illos proximò jacentem; & totam terram quæ jacet sub gardino eorum; & novem acras terræ & unam virgatam terræ jacentes in occidentali parte nemoris de Poltone, & unam acram terræ jacentem sub eodem nemore in parte boriali; Et tenementa & homagia quæ *Walterus Parmetarius* & *Osbertus Swyfth* tenuerunt, & campum qui dicitur Delteyæ & Burholefeld, & Mozholefeld & Clæmede, & in Wemede, & Crenesale; & duas acras terræ jacentes in longum fossati de Aldemede. De dono ejusdem *Stephani* de *Poltone* tres acras quæ jacent ante portam prædictorum Canonicorum. Quare volumus (&c.)

Inspeximus etiam Cartam, quam *Philippus* filius *Philippi* de *Columbariis* fecit præfatis Canonicis in hæc verba. Omnibus (&c.) *Philippus* de *Columbariis* filius *Philippi* de *Columbariis* æternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra me intuitu Dei, & pro salute animæ meæ (&c.) concessisse & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse, quantum ad me dominum fundi pertinet, Ecclesiam de Postlinges, cum omnibus suis pertinentiis Deo & Canonicis Ecclesiæ S. *Radegundis* de Bradsole, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, ad sustentationem fratrum ibidem Deo famulantium, & pauperum & peregrinorum ad eos confluentium. (&c.) His testibus *Willelmo* de *Columbariis*, *Simone* Sacerdote de Stanford (&c.)

Inspeximus insuper Cartam quam *Henricus* de *Wengham* quondam Decanus S. *Martini London.* fecit Abb. & Conventui loci prædicti in hæc verba. Omnibus (&c.) *Henricus* de Wengham decanus S. *Martini London.* salutem in salutis auctore. Noverit universitas vestra quod ego Ecclesiam S. *Radegundis* à meis parentibus pro parte fundatam & dotatam, & ejusdem loci Abbatem & Conventum toto cordis affectu promovere desiderans; necnon & eorundem redditûum & possessionum ampliationem affectans, Ecclesiam de Siberteswaud, ad meam donationem spectantem, divinæ pietatis intuitu, & pro salute animæ meæ, & animarum Domini mei *Henrici* regis *Angliæ* illustris, & dominæ *Alienoræ* consortis suæ, liberorumq; eorum, necnon parentum & benefactorum meorum dictis Abbati & Conventui ad sustentationem unius Canonici de beata Virgine in dicta Abbatia ad totam vitam meam, & post obitum meum pro anima mea & dictorum Domini Regis, Reginæ, & liberorum suorum, ac parentum & benefactorum meorum imperpetuum in divina celebrandis; & ad prandium Conventus die anniversarii

mei

mei singulis annis in omnibus ibidem solempniter celebrandi; Ac etiam ad sustentationem pauperum & hospitum ibidem confluentium dedi & concessi cum omnibus pertinentiis suis, quantum ad me pertinet, in propios usus, quietè & pacificè imperpetuum possidendum, (&c.) Dat. apud Wodestoke in Vigil. S. *Mildredæ* virginis, A. gratiæ *MCC Lvii.*

Inspeximus etiam Scriptum quitæ clamanciæ, quas *Hamo* de *Crevequer* fecit (&c.) Sciant (&c.) quod ego *Hamo* de *Crevequer* intuitu religionis, & pro salute animæ meæ, & animæ *Matildis* de *Aubrincis* uxoris meæ, & *Alicia* de *Crevequer*, & *Roberti* de *Crevequer* (&c.) quietum-clamavi pro me & hæredibus meis, Abb. & Conventui S. *Radegundis* totum gardinum meum de Alkam, cum advocatione Ecclesiæ ejusdem villæ de Alkam, & Capellæ de Mauriggc ad dictam Ecclesiam de Alkam spectantis; Tenendum (&c.) in liberam (&c.) elemosinam (&c.) His testibus, dominis *Nicholao* de *Lenham*, domino *Henrico* de *Everinge*. (&c.) Nos autem (&c.) confirmamus. (&c.) Dat. per manum nostram apud *Westm.* secundo die *Febr.*

PRIORATUS

de Kime in agro Lincolniensi.

Kyme Prioratus Ord. S. Augustini.

Lel. Col. Vol. 1. p. 86.

PHilippus de *Kyme* miles, primus Fundator, Simon de *Kyme* filius *Philippi*. Modernus Fundator dominus *Taleboise*.

Ex Rot. Hundr. de anno 3. E. 1. Linc.

—— Item Prior de *Kyma* tenet duas carucatas terræ in Thorpe, quæ valent per annum *viii l.* Et tenet eas de *Philippo* de *Kyme* per servicium *xl.* denariorum per annum ad auxilium Vicecomitis. Et prædictus Prior venit & dicit, quod ipse feoffatur de antecessoribus *Philippi* de *Kyme* in puram & perpetuam elemosinam, per Cartam & Cyrographum, quæ ostendit in Curia, quæ hæc testantur.

Item dicunt, quod Prior de *Kyma* tenet duas bovatas terræ cum pertinentiis, in Billingeie, quæ valent per annum *xii s.* de quibus elemosinantur *xxx.* annis elapsis, de dono *Petri* de *Billingeia* [illegible]

PRIORATUS

de Butley in Suffolcia.

Carta Ranulphi *de* Glanvilla *de diversis Ecclesiis & terris Canonicis de* Butley *facta.*

SCiant, tam præsentes quàm posteri, quod Ego *Ranulphus de Glanvilla* dedi & concessi & præsenti Cartâ confirmavi Deo & Sanctæ *Mariæ* de *Buteleia*, & Canonicis regularibus, quos ibidem constitui, quiq; in perpetuum substituendi sunt regulariter Deo servituri Ecclesiam de *Buteleiâ*, & Ecclesiam de *Capella*, & Ecclesiam de *Bandresheia*; & Ecclesiam de *Benhalleia*; & Ecclesiam de Farcham; & Ecclesiam de *Wantesdenia*; & quartam partem Ecclesiæ de Clemham, quam *Robertus* Præsbyter tenuit, cum universis ad easdem Ecclesias pertinentibus, quantum est meum concedere, & hæredum & successorum meorum, Et totam terram de *Reileia*; & totam terram quæ fuit *Rogeri Filcoli* in *Buteleia*, & terram quæ fuit *Ernaldi* Presbyteri in *Buteleia*, tenendas in liberam & puram & perpetuam elemosynam, ad sustentandos eosdem Canonicos imperpetuum, pro salute mea, & uxoris meæ & natorum meorum; & pro animabus patrum & matrum nostrorum, & Dominorum & amicorum meorum, hæredum & successorum parentum & trinorum, & omnium fidelium viventium seu defunctorum. Hanc autem donationem feci in præsentia Domini *Willielmi Norwicensis* Episcopi, & sub ejus testimonio; præsente uxore mea & consentiente & confirmante; & subscriptis hiis testibus, *Willielmo* Archi-Diacono, Magistro *Stephano*, Magistro *Rogero*, Scriptore Episcopi, *Hamidio*, Magistro *Stangrimo*, Magistro *Nicolao*, Magistro *Roberto* de *Wacstunesham*, *Osberto* Clerico de *Baldresele*, *Roberto* de *Walmues*, *Radulpho* de *Valmues*, *Osberto* de *Glanvil*, *Gilberto* de *Coleville*, *Gerardo* de *Glanvile*, *Rem.* de *Wacst.* *Willielmo* de *Sternefeld*, *Willielmo* de *Hereford*, *Roberto* filio *Rocelni*, *Ranulfo* filio *Nigelli*, *Ermeg.* fil. *Osberti*, *Roberto* fil. *Willielmi*, *Willielmo* fil. *Gileberti*, *Galfrido* de *Muriels*, *Ricardo* de *Rebos*, *Ranulfo* de *Baudreseie*, *Herveo* de *Glanvile*, *Savari* de *Valeines*, & plures multi.

Ex cod. Ms. in bibl. Collegii *Corp. Christi Cantabr.* [Miscel. G.] p. 261.

Carta Ranulfi *de* Glanvil *de terris in* Wingfeld *& Sikebroc.*

HErvæus *Walterus*, omnibus amicis & hominibus suis, *Francis* & *Anglis*, tam præsentibus quàm futuris, salutem. Sciatis me dedisse & concessisse & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de

Ex autographo in bibl. *Denvesiana.*

de *Buthele*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ & *Matildis* sponsæ meæ, & filiorum nostrorum; & pro salute animæ *Ranulfi* de *Glanvill*, & *Bertæ* sponsæ suæ & filiorum suorum, & pro salute omnium Antecessorum & parentum & amicorum nostrorum, in liberam & puram & perpetuam elemosinam, totum feodum meum in Wyngfeild, in hummagiis & redditibus & in omnibus aliis rebus, & totum feodum in Sikebroc, quod *Oudin* tenuit de me. Et totum feodum meum in Iffede, quod *Godefridus* tenuit de me. Quare volo & concedo, quod prædicti Canonici habeant & teneant prænominata feoda benè & in pace integrè & quietè & absolutè ab omni seculari servicio, sicut puram & perpetuam elemosinam. Hiis testibus, *Willelmo* de *Albervilla*, *Willelmo* de *Valoniis*, *Stephano* de *Glanvill*; *Teobaldo* de *Valoniis*, *Roberto* de *Valoniis*, *Willelmo* de *Chamvilla*, *Petro*, *Waltero*, *Roberto* filio *Rocelini*. *Rannulfo* de *Baldr*. *Galfrido* de *Ikeling*, *Roberto* de *Blanchevilla*, *Willelmo* de *Glanvilla* Clerico, & filiis meis *Huberto*, *Waltero*, & *Rogero* & *Hamone*.

De advocatione Ecclesiæ de Uppetona *data per Ranulphum de Glanville, Canonicis de* Butley.

Cart. Antiq. P. n. 32. HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ*, *Aquitaniæ*, Comes *Andegaviæ*, Archiepiscopis, (&c.) salutem. Sciatis me ad petitionem *Ranulfi* de *Glanvill* concessisse, & præsenti Cartâ confirmâsse *Reinero* de *Wirtonesham*, & hæredibus suis, Manerium de *Uppetona*, cum omnibus pertinentiis suis, quod ego dedi prædicto *Ranulfo*, & hæredibus suis, pro servitio suo, & idem *Ranulfus* dedit & Cartâ suâ confirmavit prædicto *Reynero*, tenendum sibi, & hæredibus suis, de eodem *Ranulfo*, & hæredibus suis, per servitium feodi dimidii militis, cum omnibus pertinentiis suis, exceptâ Ecclesiâ ejusdem villæ, & ejus præsentatione, quam prædictus *Ranulfus*, dedit Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de *Buttelia*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, in perpetuam elemosinam. Quare volo, (&c.)

Testibus *Hugone Murdach*, *Johanne Cumin*, *Bertramo* de *Verdune*, *Michaele Belet*, *Willelmo* de *Bend*. *Hugone* de *Cresecy*, *Roberto* filio *Bernardi*, apud *Pontemfractum*.

Progenies Ranulphi *de* Glanville, *domus de* Buttele *fundatoris*.

Ex Collectaneis *Rob. Glover*, quondam Somerset Heraldi. MEmorandum quod *Ranulphus* de *Glanville*, quondam Justiciarius *Angliæ*, & Fundator domus de Buttele (quæ fundata erat anno Regni Regis *Henrici*, filii Imperatricis, *xvii*. & anno Domini *MCLxxi*. quo anno *Thomas Cantuariensis* erat occisus) nascebatur in villa de Stratford, & habuit Manerium de Benhall, cum toto dominio, ex dono dicti Regis *Henrici*; & duxit in uxorem quandam *Bertam* filiam Domini *Theobaldi* de *Valoniis* senioris, Domini de Perham: Qui *Theobaldus* dedit dicto *Ranulpho* & *Bertæ* uxori suæ, totam terram de Barchous cum pertinentiis, in qua domus de Buttele sita est, cum aliis terris & tenementis, ut patet in Charta dicti *Ranulphi*, in libero maritagio.

Prædictus verò *Ranulphus* procreavit de dicta *Berta*, tres filias, *viz*. *Matildem*, *Amabillam*, & *Helwisiam*, quibus dedit terram suam ante progressum suum versùs terram sanctam. *Matildis* prima soror, habuit ex dono patris sui, totam villam de Benhal integraliter, unà cum advocatione Ecclesiæ sive Monasterii beatæ *Mariæ* de Buttele, & nupsit cuidam militi nomine *Gulielmo* de *Aubervil*, de quibus etiam processit *Hugo* de *Aubervil*: De ipso *Hugone Willielmus* de *Aubervil*, qui filius & hæres vendicavit advocationem domus de Buttele, & Conventus restitit ei ad portas. Prædictus verò *Willielmus*, postea per concordiam, quietum clamavit liberè & pacificè, ab omni servicio, dictam Advocationem Priori & Conventui imperpetuum; ita quod vacante Ecclesia de Buttele, nullus custos ibidem apponeretur, ut patet per factum suum.

De ipso *Willielmo*, processit quædam *Johanna*, filia unica & hæres, quæ nupsit cuidam militi de *Cancia*, nomine *Nicholao Kyriel*; qui procreavit ex ea filium, nomine Dominum *Nicholaum Kyriel*, qui duxit in uxorem *Margaretam* filiam Domini *Galfridi Pecche*: Et ille *Nicholaus* vendidit Domino *Guidoni Ferr*. dictum manerium de Benhall. Et tamen ille *Nicholaus* de uxore sua, genuit alium Dominum *Nicholaum*, militem in *Cancia*, qui vixit ante primam pestilentiam. Ipse autem *Guido* talliavit dictum Manerium, in curia Regis apud *Westmonasterium*, in crastino *Ascensionis* Domini, anno Regni Regis *Edwardi*, filii *Edwardi*, primo, sibi & *Alianore* uxori suæ, & hæredibus de se exeuntibus, quod, si sine hærede decederent, remaneret *Simoni* de la *Borde* & hæredibus de se exeuntibus: Et si ipse *Simon*, sine hæredibus decederet, remaneret *Willelmo* de S. *Quintino* & hæredibus suis: Ipso tamen *Guidone*, sine hæredibus mortuo, Dominus Rex concessit dictum Manerium Domino *Roberto* de *Ufford* Comiti *Suffolciæ*.

Amabilla, secunda soror, habuit ex dono patris sui, medietatem villæ de Baudesey & medietatem villæ de Finbergh. *Amabilla* prædicta habuit virum, nomine *Radulphum* de *Ardern*, de quo processit *Thomas* de *Ardern* filius & hæres. De *Thoma Radulphus* filius & hæres, qui feoffavit Priorem & Conventum de Buttele de medietate villæ de Baudesey. De prædicto *Radulpho* processit quidam *Thomas* de *Ardern*, filius & hæres, qui feoffavit quendam *Hugonem* de *Culesworth* de medietate villæ de Finbergh prædicta: Qui quidem *Hugo* dictos Priorem & Conventum de dicta medietate villæ de Finbergh feoffavit; quam medietatem prædictus *Thomas*, dicti *Hugonis* feoffator, prædictis Priori & Conventui quietum clamavit.

Hel-

Helwisa tertia sororum, habuit ex dono patris sui, aliam medietatem villæ de Baudesfeye prædictæ, & aliam medietatem villæ de Finbergh prædictæ. *Helwisa* prædicta habuit virum, nomine *Robertum* filium *Roberti*; de quo processit *Radulphus* filius & hæres, qui feoffavit *Warinum* de *Insula* de medietate prædictæ villæ de Finbergh. De *Radulpho* processit *Robertus* filius & hæres, qui feoffavit *Randulphum* fratrem suum de medietate villæ de Baudesfeye, quam nunc Comes *Suffolciæ* tenet in Baudesfeye.

PRIORATUS

de Novo-loco juxta Guildeford in agro Surregiensi.

Carta Regis *Edwardi* secundi, Donatorum concessiones recitans & confirmans.

Cart. 14. Ed. 2. n. 26

Ex Archiepiscopis &c. Salutem. Inspeximus Cartam confirmationis quam celebris memoriæ Dominus Henricus *quondam Rex* Angliæ *avus noster fecit Priori & Canonicis de* Novoloco *in hac verba.* Henricus *Dei gratia Rex* Angliæ, *Dominus* Hiberniæ (&c.) *Inspeximus Cartam quam* Rualdus *de* Calva *&* Beatrix *uxor ejus fecerunt Priori & Canonicis de* Novo-loco *in hac verba.* Sciant præsentes & futuri, quod ego *Rualdus de Calva & Beatrix* uxor mea, de assensu & volunate *Willielmi Malbanc* hæredis nostri, pro salute animarum nostrarum & omnium Antecessorum & successorum nostrorum dedimus & concessimus Deo & beatæ *Mariæ* & beato Martiri *Thomæ*, & Canonicis ibidem Deo servientibus & servituris, in liberam & perpetuam elemosinam, terram quæ dicitur *Hamma* de Pappewath, cum omnibus ad eam pertinentibus quæ in nostro habuimus dominio, in terris *viz.* boscis, aquis, & molendinis, piscariis, moris ad construendum ibidem Ecclesiam in honore beatæ *Mariæ* Virginis & gloriosi Martiris *Thomæ* in loco qui dicitur Aldebury; & dimidiam hidam terræ, quæ est extra *Hammam* quæ dicitur Forde, cum omnibus suis pertinentiis, & parvam croftam, quæ est inter terram *Hugonis Foliatoris*, & *Hagenildæ* viduæ, & terram quæ fuit *Roberti* de *Kenom*, cum omnibus suis pertinentiis, Et ad incrementum tantum terræ ab austro collateraliter adjacentis, quantum sufficit ad unam carucatam terræ. Has itaq; terras prænominatas dedimus & concessimus prædictæ Ecclesiæ ab omni servicio seculari liberas & quietas.

Præterea dedimus & concessimus eidem Ecclesiæ & ej idem Ecclesiæ Canonicis Ecclesiam de Sandes, cum oratorio de *Ropelia*, cum omnibus aliis ad eandem Ecclesiam pertinentibus; & Ecclesiam de *Sestona*, cum Capella de Snodinton, & cum omnibus suis pertinentiis. Hoc autem volumus & statuimus ne prædicta Ecclesia ullo unquam tempore alicui domui subjaceat religiosæ; set propriâ semper gaudeat libertate. Et ut hæc nostra pia donatio & concessio firma & stabilis permaneat, eam præsenti Cartâ nostrâ confirmavimus & sigillo nostro comminivimus, Hiis testibus, *Odone* de *Dammartyn*, *Johanne* Chap. *Matheo* de *Beyvill*; *Hereberto* de *Haldham*.

Inspeximus etiam Cartam quam Beatrix *quæ fuit uxor* Rualdi *de* Calva *fecit eisdem Priori & Canonicis in hac verba.* Sciant præsentes & futuri, quod ego *Beatrix* quæ fui uxor *Rualdi de Calva* post mortem ejus in ligia potestate mea, de voluntate & assensu *Willelmi Malbanc* hæredis nostri, pro salute animarum nostrarum & omnium antecessorum & successorum meorum dedi & concessi Deo & beatæ *Mariæ* & beato Martiri *Thomæ* & Canonicis in loco, qui dicitur Aldeburi Deo servientibus & servituris in liberam & perpetuam elemosinam, terram quæ dicitur *Hamma* de Pappewood, &c. sicut in Carta *Rualdi* de *Calva*.

Inspeximus etiam Cartam quam Robertus *de* Tregoz *fecit eisdem Priori & Canonicis in hac verba.* Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, *Robertus* de *Tregoz* salutem in Domino. Noverit universitas vestra me gratam & ratam habere & confirmare fundationem & constructionem religiosæ domus Canonicorum regularium factam in honore beatæ *Mariæ* Virginis & S. *Thomæ* Martiris in loco quæ dicitur Aldeburi in Manerio de Sandes; gratas etiam & ratas habeo & confirmo donationes & concessiones quas *Beatrix* de *Sandes* in ligia potestate sua & in viduitate sua dedit & concessit Canonicis in prædicto loco servientibus & imperpetuum servituris; *viz.* de Ecclesia de Sandes, cum oratorio de Rippelle, & cum omnibus aliis ad eandem Ecclesiam pertinentibus, & de Ecclesia de Sepron cum Capella de Snodington, & cum omnibus aliis pertinentiis suis; & de terra quæ dicitur *Hamma* de Pappewath, cum pertinentiis suis; & de dimidia hida terræ, quæ est extra *Hammam*, quæ dicitur Forde, cum suis pertinentiis, & parvam croftam quæ est inter terram *Hugonis Foliatoris* & *Hagenildæ* viduæ, & de terra quæ fuit *Roberti Kenemon* cum suis pertinentiis; & de incremento tanto terræ quantum sufficit ad unam carucatam terræ, sicut in Cartâ prædictæ *Beatricis*, quam prædicti Canonici inde habent, pleniùs continetur. Confirmo etiam præno minatis Canonicis terram quæ fuit *Ingulfi*, quam *Will. Maubank* eis dedit & concessit, sicut in Carta sua continetur. Quare volo (&c.)

Inspeximus etiam Cartam quam Godefr. *quondam* Wynton *Episc. fecit eisdem Priori & Canonicis in hac verba.* *Godefr.* Dei gratia *Wynton. Episc.* universis (&c.) Ad universita-

cis vestræ notitiam volumus pervenire, nos pio caritatis intuitu concessisse & dedisse *Johanni* Priori de **Aldebtri** in **Sandes**, & Canonicis regularibus ibidem Deo & gloriosæ Virgini *Mariæ* & beato Martiri *Thomæ* servientibus & servituris pro salute animæ nostræ, & animarum prædecessorum nostrorum Episcoporum *Wynton.* & pro salute animarum Regum *Angliæ*, in liberam puram & perpetuam elemosinam, (&c.) totam terram de **Redecumbe**, quæ pertinebat ad manerium nostrum de **Pienes**, quæ reddere solebat centum solidos, cum bosco & plano, pratis & pascuis (&c.) Hiis testibus, *Rogero Wint.* & Amico Sur. Archidiaconis (&c.)

Inspeximus etiam Cartam quam Andreas Bukerel *filius* Andreæ Bukerel, *quondam Civis* London. *fecit eisdem Priori & Canonicis in hæc verba.* Sciant præsentes & futuri, quod ego *Andreas Bukerel* filius *Andreæ Bukerel*, Civis *London.* pro salute animæ meæ, & antecessorum & successorum meorum, dedi, concessi & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* & S. *Thomæ* martiris de *Novo loco* & Canonicis ibidem Deo servientibus & imperpetuum servituris, in puram & perpetuam elemosinam, totum Manerium meum de **Westbedefunte**, in Com. *Mid.* cum tota nova adquisitione mea in parochia de **Stanetwell**, cum omnibus ad ea pertinentibus in homagiis & hominum serviciis, in domibus & redditibus, in bosco & plano (&c.) in terris & in aquis, in pratis & pasturis & viis & semitis & omnibus aliis libertatibus & liberis consuetudinibus & rebus cunctis nominatis & non nominatis ad dictas terras pertinentibus, & cum dominii jure, quod ego vel hæredes mei habuimus vel habere poterimus in dictis terris de **Westbedefunte** & de **Stanetwell** & earum. Habenda & tenenda (&c.) liberè (&c.) imperpetuum (&c.) Hiis testibus, *Ricardo Rengers*, *Stephano Bukerel* fratre meo (&c.)

Inspeximus etiam Cartam, quam Thomas *de* Hertimere *fecit eisdem Priori & Canonicis in hæc verba.* Sciant (&c.) quod ego *Thomas de Hertmere* in ligia potestate mea pro salute animæ meæ (&c.) dedi, concessi & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* & S. *Thomæ* Martiris de *Novo loco*, & Canonicis ibidem Deo servientibus & imperpetuum servituris, in liberam & perpetuam elemosinam, totum Manerium meum de **Hertemere**, cum toto redditu quem habui apud **Haghurst**, in parochia de **Wudye**; & etiam cum toto redditu quem habui sub **Guldedune** ex parte aquilonari, apud **Putlonde** in parochia de **Tumpton**, sine aliquo retenemento mei vel hæredum meorum imperpetuum, *viz.* in terris, boscis & planis (&c.) Vivariis in mariscis & piscariis, in gardinis & virgultis, in haiis, viis & semitis, in homagiis & serviciis liberorum hominum & villanorum, in releviis & herietis, in advocationibus Ecclesiarum & Capellarum cum omnibus libertatibus & pertinentiis suis nominatis, & non nominatis & cum omni jure & clamio quod ad me vel hæredes aliquo modo vel aliquo tempore accidere vel evenire poterit, Habenda & tenenda dictis Canonicis & Ecclesiæ suæ de *Novo loco* totum prædictum Manerium de **Hertmere** (&c.) ut liberam & perpetuam elemosinam solutam & quietam ab omni seculari servicio ad me vel ad hæredes meos imperpetuum pertinente; faciendo inde Domino *Willielmo* de *Windesore*, & hæredibus suis servicium debitum & consuetum, scilicet quantum pertinet ad feodum unius militis: Et faciendo inde eidem Domino *Will.* & hæredibus suis wardam ad Castrum de **Windesore**; *viz.* semper per viginti quatuor septimanas dimidiam marcam, pro omnibus serviciis (&c.) Hiis testibus, Domino *Hug.* de *Windesore*, Domino *Johanne Abertum* (&c.)

Inspeximus etiam Cartam quam Radulphus *de* Treyere, *&* Alicia *uxor ejus fecerunt eisdem Priori & Conventui in hac verba.* Sciant præsentes & futuri quod ego *Rad.* de *Treyere* Civis *London.* & *Alicia* uxor mea dedimus (&c.) Deo & Ecclesiæ S. *Mariæ* & S. *Thomæ* Martiris de *Novo loco* in *Surreia* & Canonicis ibidem Deo servientibus (&c.) totam terram nostram, (&c.) quæ habuimus in Manerio de **Burnham**, & **Birkesheye**, cum libero introitu & exitu integre (&c.) ut liberam puram & perpetuam elemosinam imperpetuum. Reddendo inde annuatim hæredibus *Walteri* filii *Roberti* unum calcar sinistrum, vel tres denarios ad Pascha, & unum denarium per annum qui vocatur *Wardepni*, & *Will.* de *Weckingdun* & hæredibus suis per annum duos solidos; & *Galfrido* de *Bosco* & hæredibus suis annuatim unum clavum gariofili, & *Roberto* de *Clantilupo* & hæredibus suis annuatim octo denarios, & *Thomæ* de *Audevill* & hæredibus suis annuatim duos denarios, & *Waltero* filio *Bernardi* & hæredibus suis annuatim quatuor denarios pro omnibus secularibus serviciis (&c.) Dat. *Londin.* die *Veneris* prox. post festum S. *Laur.* anno Regni Regis *Henr.* filii Regis *Joh.* quadragesimo quarto. Nos autem prædictas donationes & concessiones ratas habentes & gratas eas (&c.) confirmamus (&c.) Dat. per manum nostram apud *Westm.* xii. *Nov.* 44. H. 3.

PRI-

PRIORATUS

de Berliz *in agro* Sumersetensi.

Carta Regis Edwardi *tertii, Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Cart. 13. E. 3. m. 3. n. 7.

REx Archiepisc. (&c.) Salutem. Inspeximus Cartam claræ memoriæ Domini *H.* dudum Regis *Angliæ* progenitoris nostri, in hæc verba. *Henr.* Dei gratia Rex *Angl.* Dominus *Hiberniæ*, & Dux. *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis nos pro salute animæ nostræ, & animabus antecessorum & hæredum nostrorum concessisse & hâc Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ Sancti *Nicholai* de Berliz, & Priori & Canonicis ibidem Deo servientibus & imperpetuum servituris, omnes donationes & concessiones subscriptas, eis rationabiliter factas; videlicet ex dono *Matildis* de *Say* molendinum suum molarem de Hertford, cum tota secta & cum omnibus consuetudinibus, quas homines sui de Brunlond solent facere prædicto molendino, & eciam in tali statu in quo fuit quando eis dedit molendinum prædictum: Et totum cursum aquarum a vado, quod dicitur Aldeford, usque ad pontem qui est inter duos molendinos. Et totam terram quæ est inter illas aquas & extra, à via quæ vocatur Wodeway usque in viam quæ dicitur Mulneway, ad emendationem & sustentacionem stagni. Ex dono ejusdem *Matildis* Ecclesiam de Brunecton, cum omnibus pertinentiis suis; Et decimam expensæ suæ in pane & Coquina; & decimam coreorum omnium animalium silvestrium; & quicquid *Will.* de *Say* pater suus eis rationabiliter dedit & Cartâ suâ confirmavit in terris & Ecclesiis, & decimis, & in omnibus aliis rebus, sicut Carta prædicti *Willielmi* de *Say* patris sui eis testatur. Ex dono ejusdem *Matildis* communem pasturam per totam terram suam, de Brunlond, ad omnia genera pecorum; & liberum introitum, & liberum exitum in nemore suo de *Berlico*, & pasturam in eodem nemore prædictis Canonicis & hominibus suis omnibus ad omnia genera pecorum. Ex dono ejusdem *Matildis* totam terram quam *Will. Norman* tenuit de eadem in Manerio suo de Brunton per Cartam & omnes nativos ejusdem terræ, cum sequela sua; scilicet terram de Durham, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono ejusdem *Matildis* totam terram quam *Will. Scot* tenuit de ea in Manerio suo de Brunton per Cartam; & totum servicium quod prædictus *Willelmus Scot* & hæredes sui debuerunt sibi facere & hæredibus suis de prædicta terra; & quicquid idem *Willielmus Scot* prædictis Canonicis dedit & rationabiliter dare potuit & eis Cartâ suâ confirmavit, in terris & omnibus aliis rebus. Ex dono *Johannæ* de *Ferrariis* totam terram quam *Joh. Forestarius* eis dedit in Wilfletecot, & Cartâ suâ confirmavit, salvis decem solidis sibi & hæredibus suis annuatim solvendis, & regali servicio quantum pertinet ad tantundem terræ in eadem villa. Ex dono ejusdem *Johannæ* talem ac tantam libertatem, quod si contingat homines sive tenentes memoratæ Ecclesiæ sancti *Nicholai*, in Curia sua seu hæredum suorum implacitari pro assisa cervisæ, vel pro aliqua quacumq; causa, ita quod cadant in misericordias, quod supradicti Canonici & eorum successores imperpetuum capiant & habeant omnes fines & miserecordias omnium hominum suorum quos habuerint infra Manerium de Brunlond. Ex dono ejusdem *Johannæ* totam montanam de Upton, cum pertinentiis, quæ fuit dominicum suum, prout metæ divisæ dividunt, circumdant, & proportant. Ex dono ejudem *Johannæ* totam terram de Broford, & de Bydeham; videlicet duos ferlingos terræ in Broford, & unum ferlingum terræ in Bydeham, cum omnibus suis pertinentiis: Et unam clawam terræ, quæ jacet inter terram de la Wytherewe & magnam stratam quæ se extendit de la Wlfcros versus Chalmebrigg. Ex dono ejusdem *Johannæ* totam terram montanæ de Blakedone, quæ jacet in occidente viæ, quæ venit de Wilfletecote, & extendit usq; Blakedonesgate. Ex dono ejusdem *Johannæ* omnes terras, redditus, libertates, & possessiones, quas antecessores sui dictis Canonicis in Manerio de Brunlond dederunt, & omnes terras, redditus, libertates, & possessiones, habitas & habendas, quas iidem Canonici habent vel habebunt in dicto manerio de dono aliorum liberorum de dicto Manerio tenentium. Ex dono ejusdem *Johannæ* redditum novem solidorum, quem *Walterus Cridel* & hæredes sui sibi & hæredibus suis annuatim reddere debuerunt pro terra quam tenent in Wilfletecote, & Blakedone, & Poxeslad, & redditum quinq; solidorum, quem *Rogerus Cridel* & hæredes sui sibi & hæredibus suis annuatim reddere debuerunt pro terris quas idem *Rogerus Cridel* tenet in Wilfletecote & Blakedone. Et quatuor solidatas redditus de tenementis quod *Will.* de la *Fenne* de ea tenuit in la Fenne. Et duas solidatas annui redditus de terra quæ fuit *Wil.* de *Burton* in Upperton, & totum jus & clamium quod ipsa vel aliquis hæredum suorum habere potuerunt in dictis tenementis, & totum servicium hominum prædictorum, & hæredum suorum. Ex dono ejusdem *Joh.* totum nemus cum tota gleba quod est in plano subtus montem alti nemoris de Berlic ex parte occidentis. Ex dono ejusdem *Joh.* totum servicium & redditum quod *Will.* quondam Vicarius de Brunton sibi debuit pro uno ferlingo terræ cum suis pertinentiis in Radeshangre, & unum pratum quod jacet inter terram de Radeshangre & Blakedone, quod dictus *Willielmus* de ea tenuit, & unam clawam terræ cum pertinentiis, quam *Robertus* de *Radeshangre* de ea tenuit, & totam

tam terram quam *Robertus* de *Greneſtad* & *Henr.* de *Langeſdon* de ea tenuerunt in monte de **Uppetone**; & totam terram cum ſuis pertinentiis quam *Joh. Foreſtarius* de ea tenuit in **Pirham** & extra. Ex dono ejuſdem *Johanna* decem ſolidatas annui redditus de tenementis quæ de ea tenuit quondam *Robertus* de *Wiſletecote* in **Wiſletecote**; & totum ſervicium cum pertinentiis, quod idem *Robertus* ſibi facere conſuevit pro memoratis tenementis, pro quibus ſolvit dictos decem ſol. per annum. Ex dono ejuſdem *Johanna* duas ſerlingatas terræ cum pertinentiis in **Bamlond**, quas *Will.* de *Liddon* quondam tenuit in **Sylwyll**. Ex dono ejuſdem *Johanna* totam terram ſimul cum redditu, quam *Robertus* de *Radeſhangre* tenuit de ea in **Radeſhangre**, per Cartam; & totam terram, quam *Jordanus* de *Wiſletecote* tenuit de ea, ſcilicet dimidium ſerlingum in **Wiſletecote**; & alium dimidium ſerlingum in **Blakedon**, & totam terram quam *Ric. Kchenech* de ea tenuit in **Wiſletecote**, ſimul cum redditu ſuo. Ex dono *Johannis* de *Averenges* totum ſervicium *Will.* de *Uppetone* & hæredum ſuorum, quod ſibi & hæredibus ſuis facere debuerunt; videlicet quinq; ſolidos annuos, & totum aliud ſervicium, tam in Wardis quàm releviis, & omnibus aliis eſcaetis, quæ ſibi vel hæredibus ſuis de ipſo *Willielmo* vel hæredum ſuorum accidere poterunt. Ex dono ejuſdem *Johanna* totam terram quam *Will.* le *Draper* & *Chriſtina* vidua, & *Robertus Bulewrot* de eo tenuerunt in le **Fenne** cum omnibus pertinentiis. Et totam terram de *Hinddiſſe*, cum omnibus pertinentiis. Ex dono ejuſdem *Johannis* totam terram de **Cubeſheved** cum omnibus ſuis pertinentiis, & totam terram cum omnibus ſuis pertinentiis, quam habuit in **Hertford**, excepto molendino Fullonico cum hominibus ibidem manentibus, tam liberis quam villanis; & totum ſervicium *Nicholai* de *Wiſletecote* & hæredum ſuorum, quod ſibi facere debuerunt pro terra de **Hurcheneſcumbe**; & unam clawam terræ cum omnibus ſuis pertinentiis, quam *Malina* aliquando tenuit, quæ videlicet jacet ſubtus gardinum Eccleſiæ de **Bamton**. Ex dono ejuſdem *Johanna* totam terram de **Shortecumbe**, cum omnibus ſuis pertinentiis, & totam terram de **Swetelwyll**, cum omnibus ſuis pertinentiis; & totam terram de la **Hille**, cum omnibus ſuis pertinentiis; & totam terram quam *Petrus* de *Chymmeworth* aliquando tenuit in *Chymmeworth*, cum omnibus ſuis pertinentiis; & totam terram de *L.* **Eldelond** cum ſuis pertinentiis; & totum ſervicium, quod *Johannes* de *Smalemora* ſibi debuit pro terra quam de eo tenuit in **Cumbeſhened**. Ex dono ejuſdem *Johanna* totam terram quam *Henr.* de *Stoford*, de eo tenuit in **Stoford**, cum ſuis pertinentiis; Et totam terram quam *Tho.* de *Stoford* de eo tenuit in **Stoford** cum ſuis pertinentiis. Et totam terram quam *Galfridus Cridel* & *Walterus* de *Chuteworth* de eo tenuerunt in **Chumeworth**, cum ſuis pertinentiis. Et totam terram de **Sucre-Chumeworth** cum ſuis pertinentiis. Et totam terram de **Berlichford** cum ſuis pertinentiis: Et totam terram quam *Rob.* de *Hycumbe* de eo tenuit in **Hytumbe** cum ſuis pertinentiis: Et totam terram quam *Rob.* de *Bremdon* de eo tenuit in **Bremdon** cum ſuis pertinentiis. Ex dono ejuſdem *Johanna* totam terram de **Kinesburi**, & totam terram de la **Heg.** & totam terram de la **Pile**, & totam terram de **Suthgreneſlade**, & totam terram de **Blenchelade**; & totam terram de **Northgreneſlade**. Ex dono ejuſdem *Johanne* totam terram ſuam de **Suthlangedone**, cum omnibus ſuis pertinentiis; & totam terram, quam *Adam Chapman* tenuit in *la Fenne*. Et totam terram quam *Johannes* de *la Fenne* tenuit in eadem villa, & totam terram quam *Henricus* tenuit in eadem villa, cum omnibus ſuis pertinentiis. Ex conceſſione ejuſdem *Johannis* omnes donationes, rationabiles conceſſiones, & libertates, quas *Johanna* de *Ferrariis* mater ſua dedit & conceſſit ſive confirmavit eiſdem, ſcilicet in terris, aquis, boſcis, pratis, & molendinis, & exitibus ac quibuſcumq; rebus aliis, & libertatibus, ſicut in inſtrumentis ſuis plenius continetur. Ex dono *Galfridi* de *Buveneye* totam terram de **Cathangre**, quæ eſt in Manerio de **Stokes**, cum omnibus ſuis pertinentiis; quam ſcilicet *Alicia* de *Curcy* in ſua viduitate & legali poteſtate dedit & conceſſit, & ſuâ Cartâ confirmavit *Ricardo* fil. *Hugonis* de *Buveneye*, fratri ſuo, pro homagio & ſervicio ſuo, ſcilicet totam terram illam quam *Godefridus Præpoſitus* tenuit; & terram quam *Galfridus Dunning* tenuit, & terram de **Wech**. & terram quam *Reg.*...*Rogeri* tenuit, & terram quam *Matildis* vidua tenuit; & boſcum qui appellatur **Swynhangre**, cum ſuis pertinentiis. Ex dono *Luce* de *Feskeford* totam terram ſuam de **Feskeford**, cum omnibus ſuis pertinentiis. Ex dono *Ricardi* de *Turbervill* totam planam terram quæ jacet ſubtus pedem montis de **Credive**, & extendit ſe in longitudinem à nemore *Roberti* de *Stockham* uſq; ad nemus quod fuit *Roberti* de *Hel.* Quare volumus (&) Dat. per manum noſtram apud *Weſtm.* viceſimo die *Octobris* anno Regni noſtri quadrageſimo. Inſpeximus etiam quandam aliam Cartam ejuſdem progenitoris noſtri in hæc verba; *Henr.* Dei gratia Rex Angl. (&c.) Omnes donationes, conceſſiones, & confirmationes, quas *Matildis* de *Say*, *Johanna* de *Ferrariis*, *Johannes* de *Averenches*, *Reginaldus* de *Mojun*, *Lucas* de *Felkeford*, & *Galfridus* de *Boveneye* fecerunt Priori & Conventui de **Berdy** de terris, redditibus, tenementis, & libertatibus in Com. **Somerſet**, & *Devon.* ratas habentes & gratas eas prædictis Priori & Conventui pro nobis & hæredibus noſtris in perpetuum concedimus & confirmamus, ſicut Cartæ prædictorum donatorum & patronorum, quas dicti Prior & Conventus inde habent, rationabiliter teſtantur. Hiis teſtibus *R.* de *Clare* Comite *Gloue.* & **Hertford** (&c.) Dat. per manum noſtram apud *Weſtm.* viceſimo die *Octobris* Anno Regni noſtri quadrageſimo. Nos autem donationes, conceſſiones, & confirmationes prædictas; necnon

necnon donationem, concessionem, & confirmationem quas *Isolda* nuper Abbatissa de **Codestowe**, & ejusdem loci Conventus, per scriptum suum fecerunt prædictis Priori & Conventui, de tota terra quam prædicti Abbatissa & Conventus habuerunt in **Suwrigg** & **Cymeshegh**, in manerio de *Morba*, cum omnibus villanis & eorum sequelis, redditibus, serviciis, escaetis, & omnibus aliis pertinentiis quibuscumq;. Donationem etiam concessionem, & confirmationem, quas *Reginaldus* de *Mohun* per scriptum suum fecit prædictis Canonicis de **Parnueleke**, cum advocatione Ecclesiæ ipsius manerii, & cum molendinis & omnibus aliis pertinentiis suis & acquietatione relevii de eodem manerio. Donationem insuper, concessionem, & confirmationem quas *Gilbertus* de *Wyppelesden*, per Cartam suam fecit prædictis Canonicis de tota terra quam idem *Gilbertus* habuit in **Chogelog**, & in **Westcote**, cum omnibus pertinentiis suis, & de *Johanne Albo* cum tota sequela sua. Donationem (&c.) quas *Adam* de *Withiwille* per Cartam suam fecit prædictis Priori & Conventui de tota terra sua de la **Pen**, cum pertinentiis. Donationem, (&c.) quas *Robertus Fermy* per Cartam suam fecit prædictis Canonicis de decem & octo denariis, de quodam tenemento quod *Rogerus* la *Ware* tenuit in *Melvertona*. Donationem, (&c.) quas *Robertus* de la *Were* per Cartam suam fecit prædictis Canonicis, de quinq; solidatis annui redditus de terra de *Lacumba*, quam *Adam* de *Lacumba*, & de duabus solidatis annui redditus de quadam terra in *Weremora*, quam *Alanus* le *Frankeys*, & de octo denariis annui redditus de quadam terra in *Weremora*, quam *Petronilla Textrix* aliquando tenuerunt. Donationem insuper (&c.) quas *Hugo* fil. *Bernardi* per scriptum suum fecit prædictis Canonicis de tota motura hominum suorum de **Brunel**, & de uno ferdlingo terræ in **Fugeshangre**, quem *Radulphus* filius *Bernardi* eis incartavit. Donationem, (&c.) quam *Will.* la *Scythicha*, per Cartam suam fecit prædictis Canonicis, de toto mariseo de **Brunemerys**, cum pertinentiis. Donationem, (&c.) quas *Will.* de *Regny* Dominus de **Asholt** per Cartam suam fecit prædictis Canonicis de uno ferlingo terræ cum pertinentiis in manerio de **Northmuresford**, quem *Walterus* de *Northecote* aliquando tenuit, unà cum advocatione Ecclesiæ ejusdem villæ. Confirmationem etiam quam *Will.* de *Wittenor* per scriptum suum fecit prædictis Canonicis de tota terra cum pertinentiis quam *Gilbertus* de *Wyppelesde* *Marchus*, & *Ric.* de *Ouschrwys*, *Amicia* filia *Hugonis* de *Holeford* eisdem Canonicis vendiderunt; & de toto servicio, quod *Robertus Treneth* eis vendidit, necnon de servicio omnium hominum de **Cokesleigh**, tam liberorum quam villanorum, cum wardis, reliefis, escaetis, & omnibus aliis pertinentiis suis. Concessionem insuper quam *Radulphus* fil. *Ricardi* filii *Bernardi* per Cartam suam fecit prædictis Canonicis de tota terra quam iidem Canonici habuerunt in feodo prædicti *Radulphi* de *Bruneland*, videlicet de uno ferlingo terræ in **Fugeshangre**, quem tenuerunt de dono *Radulphi* fil. *Bernardi*, & de quodam alio ferlingo terræ in eodem hamello, quem *Will. Scot* vendidit prædictis Canonicis, & de uno ferlingo terræ in **Liddune**, quem *Joh.* Clericus tenuit, & de tota motura hominum prædicti *Radulphi* de *Brunneland*. Donationem etiam, (&c.) quas *Johannes Moryn* per Cartam suam fecit prædictis Canonicis de una acra terræ cum pertinentiis in **Villeforun**, cum advocatione Ecclesiæ ejusdem villæ. Donationem insuper, (&c.) quas *Radulfus Moryn* per scriptum suum fecit prædictis Canonicis de uno messuagio & una carucata terræ cum pertinentiis in **Villeforun**, ac advocationem Ecclesiæ ejusdem villæ. Donationem etiam (&c.) quas *Joh. Comyn* per Cartam suam fecit prædictis Priori & Canonicis de tota terra sua in manerio de *Morba*, quæ appellatur **Tilbeham**, cum omnibus suis pertinentiis. Donationem insuper (&c.) quas *Matildis Kaye* filia *Willelmi* le *Scot*. per scriptum suum fecit prædictis Priori & Canonicis de sex solidatis annui redditus qui per mortem *Margeriæ* sororis prædictæ *Matildis* sibi hæreditariè descendebant. Donationem etiam (&c.) quas *Robertus Burnell* per Cartam suam fecit prædictis Canonicis de manerio de **Morbath**, cum terris, homagiis, reliefis, redditibus, serviciis, escaetis, villanis & eorum sequelis, & omnibus aliis pertinentiis ad dictum manerium spectantibus. Donationem etiam (&c.) quas *Robertus* de la *Were*, per Cartam suam fecit prædictis Canonicis de una placea terræ in **Wetham** ad faciendum unum stagnum ibidem; & de libero ingressu & egressu ubiq; super terram ipsius *Roberti* ad dictum stagnum emendandum & reparandum. Donationem insuper (&c.) quas *Will. Scot* per scriptum suum fecit prædictis Canonicis de tota terra sua de **Fugeshangre**, quam habuit ex donatione *Hugonis* filii *Bernardi*. Concessionem etiam (&c.) quas *Hugo* filius *Bernardi* per Cartam suam fecit prædictis Canonicis de uno ferdlingo terræ in **Fugeshangere**, quam *Will. Scot* prius tenuit. Donationem insuper (&c.) quas *Radulfus* filius *Bernardi*, & *Letycia* uxor ejus per Cartam suam fecerunt prædictis Canonicis de uno ferlingo terræ in **Fugeshangere**. Donationem etiam (&c.) quas *Marchus* filius *Sibille* de *Wetun* per Cartam suam fecit prædictis Canonicis de tota terra cum pertinentiis quam idem *Marchus* habuit in **Withunges**, & una libra ceræ in **Chobahangre**. Donationem insuper & concessionem quas *Leticia* de *Sey* & *Hugo* filius suus per Cartam suam fecerunt prædictis Canonicis de uno ferlingo terræ cum pertinentiis in **Liddune**. Donationem etiam (&c.) quas *Ada Rufus* per Cartam suam fecit prædictis Canonicis de omnibus terris & dominicis quæ idem *Rufus* habuit de *Willelmo Mannery* in la **Withegeg**, una cum servicio *Joseph* de la *Wytheges*, & hæredum suorum; necnon de tota terra quam habuit in **Hokesleigh** de *Roberto Trevet*. Donationem etiam (&c.) quas *Avicia* filia *Hugonis* de *Holeford* per Cartam suam fecit prædictis Canonicis de tota terra sua de **Westcote**, & de toto

Domunico suo de Chokeleg, cum pertinentiis. Donationem insuper (&c.) quas *Warinus* de *Bassingburn* per Cartam suam fecit præfatis Priori & Canonicis de centum solidatis annui redditus cum pertinentiis in Wombath, & de advocatione Ecclesiæ ejusdem manerii. Donationem etiam (&c.) quas *Will. Wyttenor* per Cartam suam fecit prætatis Canonicis de tota terra sua de Boketlege, & de omni eo quod eidem *Willielmo* vel hæredibus suis accidere posset in Boketlege, tam in hominibus liberis & nativis, quàm eorum serviciis, wardis, releviis, escaetis, & omnibus aliis pertinentiis suis. Donationem insuper (&c.) quas *Will. Maltuny* per Cartam suam fecit præfatis Canonicis de servicio & homagio *Hugonis Cok* cum pertinentiis, quæ præfato *Will.* de uno ferlingo terræ in Wytheges facere tenebatur. Donationem eciam (&c.) quas *Robertus Tryvet*, per Cartam suam fecit præfatis Canonicis de homagio & servicio quæ *Ada Ruffus* & hæredes sui præfato *Roberto* & hæredibus suis de terra de Boketeg facere tenebatur; necnon de toto commodo quod eidem *Roberto* & hæredibus suis de eadem terra cum pertinentiis accidere posset. Donationem insuper (&c.) quas *Hugo Cocus* per Cartam suam fecit præfatis Canonicis de uno ferlingo terræ cum pertinentiis, quem *Hugo* de *Holeford* sibi dedit pro homagio & servicio suo. Donationem etiam (&c.) quas *Robertus* de *Pyvariston* per scriptum suum fecit præfatis Canonicis de quodam stagno ad terram & super terram præfati *Roberti* pro voluntate ipsorum Canonicorum firmando. Donationem insuper (&c.) quas *Will.* de *Grenwyll* per Cartam suam fecit præfatis Canonicis de toto jure quod idem *Willielmus* habuit in Bavekwill, ut in redditu unius marchæ, homagiis *Johannis* de Bavekwill, & hæredum suorum, custodiis, maritagiis, releviis, escaetis, & aliis rebus quibuscumq;. Donationem etiam (&c.) quas *Ric.* de *Cusehiwys* per Cartam suam fecit præfatis Canonicis de tota terra sua cum pertinentiis & hominibus quos habuit in Boketleg, de dono *Henrici* de *Stawill*, ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est dilectis nobis in Christo nunc Priori & Canonicis loci prædicti, & eorum successoribus concedimus & confirmamus, sicut Cartæ (&c.) prædicta rationabiliter testantur; & prout iidem Prior & Canonici & eorum prædecessores terras (&c.) prædicta, cum pertinentiis hactenus tenuerunt, & libertatibus & quietanciis prædictis rationabiliter usi sunt & gavisi. Hiis testibus (&c.) Dat. per manum *Edwardi* Ducis *Cornubiæ*, & Comitis *Cestriæ* filii nostri carissimi, Custodis *Angliæ*, apud *Westm. xxvi.* Die *Octobris.*

PRIORATUS
de Wombrigge *in Comitatu* Salopiæ.

Carta Regis Edwardi *secundi, Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

REx omnibus ad quos &c. salutem. Concessionem & confirmationem, quas *Willielmus* filius *Alani* fecit Canonicis de *Wambrugga* de loco illo in silva de *Hedlega*, qui ex uno latere rivulo illo terminatur, qui silvam de *Hedlega*, & silvam Regis discriminat; secundo verò latere alio rivulo finitur, qui dicitur *Sprungwella* Broc; tercioq; latere sui terminum facit Werlingestret. Et de dimidia fordel. quod *Moisan* quidam Iherosolimitanus tenuit in *Hectona*; & de nona parte omnium possessionum suarum, quæ decimari debent; Habenda in perpetuam elemosinam. Donationem etiam, concessionem, & confirmationem, quas *Hamo Extraneus* fecit Deo & sanctæ *Mariæ* & Ecclesiæ sancti *Leonardi* de Wombrugge, & dictis Canonicis in liberam puram & perpetuam elemosinam de tota parte sua communis nemoris de Wombrugge. Donationem eciam (&c.) quas *Johannes Extraneus* fecit Deo & prædictis Canonicis in liberam & perpetuam elemosinam de omnibus assartis & boscis, quæ iidem Canonici habuerunt ex concessione *Johannis* patris sui. Donationem insuper (&c.) quas *Thomas Tuschet* fecit Deo & Canonicis prædictis in liberam, puram & perpetuam elemosinam, de tota parte sua communis nemoris de Wombrugge. Donationem eciam (&c.) quas *Thomas Tuschet* filius & hæres *Roberti Tuschet* fecit (&c.) de tota parte sua bosci, qui fuit in calengio inter ipsum & *Walterum* de *Donstanevill*.

Pat. 12. E. 2. p. 2. m. 20.

Vide Cart. 12. E. 2. n. 24.

Concessionem insuper, quam idem *Thomas* fecit Priori de Wombrugge & dictis Canonicis de libero ingressu & egressu in boscum suum de Ketteleg cum carectis & carris suis & eorum operariis, ad petram frangendam & capiendam in quareria sua in nemore memorato. Donationem (&c.) quas *Henricus* de *Wodehous* fecit Deo & luminari beatæ *Mariæ* & beati *Leonardi* de Wombrugg de sex denariis redditus & terra quam emit de *Ricardo* de *Stapunhull*. Donationem (&c.) quas *Alex.* dominus de *Lopinton* fecit Deo & Canonicis prædictis (&c.) de Ecclesia de Lopinton. Concessionem eciam (&c.) quas *Ric.* de *Lopinton* fecit (&c.) quod ipsi habeant & percipiant omne genus bosci in singulis boscis & moris suis ad dictam villam de Lopinton spectantibus, ad omnia ædificia sua facienda, & ad omnia necessaria sua habenda, sine visu & licentia

cencia sui vel Forestariorum suorum: & liberam communam pasturam ad omnimoda averia sua & hominum suorum infra feodum de **Lopinton**, & warectis in brueriis, in boscis, in mariscis, in defensis, & in ompibus terris & tenementis & pratis; & etiam in omnibus pasturis ad ipsum vel hæredes suos pertinentibus ubicumq; averia sua dominica pascunt, & omnes porcos suos & hominum suorum de feodo de **Lopinton** quietos de pasnagio in omnibus boscis & moris ad feodum prædictum pertinentibus.

Concessionem, (&c.) quas idem *Ricardus* fecit, (&c.) de Ecclesia de **Lopinton** & jure advocationis ejusdem. Donationem, (&c.) quas *Walterus* de *Dunstanvil* fecit Deo & Canonicis prædictis de *Lelis Aymulfi*, cum pertinentiis in puram & perpetuam elemosinam. Donationem, (&c.) quas idem *Walterus* fecit, (&c.) de duobus molendinis quæ habuit in Manerio suo de **Joethale**, cum tota sequela hominum suorum de dicto manerio, & cum libero cursu aquæ ex quacunq; parte manantis; & cum reparatione stagnorum, quotiens opus fuerit. Donationem, (&c.) quas *Walterus* de *Dunstanvil* tertius fecit, (&c.) de molendinis de **Grenhull**, cum sita loci, & tota sequela ejusdem villæ de **Grenhull**, & viis undiq; ad idem molendinum ducentibus, ad quoscumq; homines illuc accedere volentes, cum stagno & cursu aquæ, & piscaria in eadem aquâ à vado de **Lyngford** usq; ad prædictum molendinum, tam ad exchisas, quàm quocumq; alio loco infra prædictas metas; & etiam quod possint terram fodere & capere ex utraq; parte aquæ ad reparationem stagni & molendini prædictorum, quotiens sibi placuerit, & si necesse fuerit distringere homines de **Grenhull**, sequelam ad idem molendinum debentes, si de sequela in aliquo deliquerint, quousq; inde sibi fuerit satisfactum. Donationem, (&c.) quas idem *Walterus* fecit, (&c.) de uno assarto cum pertinentiis quod *Gilbertus Blues* de ipso tenuit; & de una acra bosci juxta illud assartum, cum *Housebote* & *Haibote* & acquietancia pasnagii in omnibus boscis forinsecis ad manerium de **Joethale** pertinentibus.

Donationem, &c. quas idem *Walterus* fecit, &c. de una placea terræ & bosci, in nemore suo juxta assartum *Johannis* de *Stivinton*. Donationem, &c. quas idem *Walterus* fecit, &c. de tota parte sua illius nemoris, quod fuit in *Calengia* inter ipsum & *Thomam Tuscher*. Donationem, &c. quas idem *Walterus* fecit, &c. de tota ripa sua cujusdam rivuli currentis inter boscum eorundem Canonicorum & boscum suum de **Snellesshull**; & de licentia stagnum faciendi, & ipsius stagni atrachiamentis, & agistamentis aquæ super terram suam de **Stamford** & *Walingestrete*, & terram capiendi super terram suam ad dictum stagnum faciendum & reparandum, quoties opus fuerit. Donationem, &c. quas *Robertus* de *Monteforti* fecit, &c. de illa terra quam incluserunt in bosco de **Wyk**, in loco qui vocatur **Crunlphurste**, & de una placea terræ in eodem bosco. Donationem, &c. quas *Thomas* fil. *Rogeri Gehst* de Legh, fecit, &c. de una nocha terræ in Legh. Donationem, &c. quas *Hugo* de *Halghton* fecit (&c.) de uno molendino in Halghton. Donationem (&c.) quas *Osbertus* filius *Willielmi* dominus de **Surchelege** fecit (&c.) de una placea terræ cum pertinentiis in feodo de **Surchelog**.

Donationem (&c.) quas *Thomas* de **Bra-ton** fecit (&c.) de quinq; solidatis & sex denariatis annui redditus, & de dimidia virgata terræ cum pertinentiis in Legh Prioris. Donationem (&c.) quas *Rogerus Mussun* fecit (&c.) de Capella de *Hupton*. Donationem (&c.) quas *Alianora* filia *Rogeri Mussun* de **Hopitone** fecit de tota terra sua quam habuit in **Dpinton** cum omnibus suis pertinentiis in boscis & planis, in praris & pascuis, in viis & semitis, in aquis & molendinis, & in omnibus aliis locis infra Manerium de **Dpinton** quoquo jure spectantibus. Donationem (&c.) quas *Dueta* antiquior filia *Alanore* de *Uppton* fecit (&c.) de tota parte terræ suæ, quam *Alanus* de *Suggedon* tenuit in **Dppiton**; & de toto jure hæreditario, quod sibi vel hæredibus suis accidere poterit infra eandem villam & extra. Donationem (&c.) quas *Amicia* filia *Alianora*, quondam uxor *Rogeri Moyson* fecit (&c.) de tota parte terræ suæ, quam *Alanus* de *Suggedon* tenuit in *Uppiton*, & de duobus denariis reditus quos *Will. Sibern* eidem *Amicia* reddere solebat; & de toto jure suo hæreditario, quod sibi aliquo modo pertinuit seu pertinere poterit in eadem villa. Donationem (&c.) quas *Dionisia* filia *Alianora* de *Uppton* fecit (&c.) de tota parte sua terrarum, quas *Alanus* de *Suggedon*, *Robertus* le *Bule*, *Robertus* filius *Reineri* & *Will. Forestarius* tenuerunt in **Dpiton** cum redditibus & cæteris pertinentiis suis; ac toto jure suo, quod sibi accidere poterit infra prædictam villam & extra.

Donationem (&c.) quas *Meydons* filius *Rogeri Mossun* de **Hopinton** fecit (&c.) de tota parte sua in **Dpchele**, cum omnibus pertinentiis suis; & cum tota parte sua bosci vasti, & molendini de **Dpinton**. Donationem (&c.) quas *Sibilla* filia *Rogeri Mussun* quondam Domini de **Dpinton**, fecit (&c.) de tota parte terræ suæ cum pertinentiis in **Dpchele**; & de tota parte sua bosci de **Dpinton**, & molendini ejusdem Villæ; & tota parte sua de **Bra-medue** & orte **Blnesmedue**. Donationem (&c.) & quas *Yseode Mussun* uxor *Willielmi Mareschalli* fecit (&c.) de tota parte terræ suæ in **Dpchele** cum omnibus pertinentiis (&c.) in pratis & pascuis (&c.) quæ pertinent ad terram de **Dpinton**. Donationem, &c. quas *Dionisia* filia *Rogeri Mussun*, uxor quondam *Willielmi de Longenalre* fecit, &c. de tota parte terræ suæ cum pertinentiis suis in **Dpchele**. Donationem, &c. quas *Isabel* filia *Rogeri Mussun* fecit, &c. de tota parte terræ suæ in **Dpchele** cum omnibus pertinentiis & libertatibus, quæ pertinent ad terram de **Dpinton**. Donationem, &c. quas *Alicia* filia *Rogeri Mussun*, uxor *Ade de Cherleton* fecit, &c. de tota parte terræ suæ cum pertinentiis in **Dpchele**. Donationem,

&c.

&c. quas *Adam* de *Cherleton* fecit, &c. de tota illa parte terræ in Wichele, quam emit *Ameidus* fil. *Rogeri Muisun*. Donationem, &c. quas *Petronilla* filia *Rogeri Mussun* fecit, &c. de tota parte terræ suæ cum pertinentiis in Wichele. Donationem, &c. quam *Juliana* filia *Rogeri Muisun* fecit, &c. de tota parte terræ suæ cum pertinentiis in Wichele. Donationem, &c. quas eadem *Juliana* fecit, &c. de tota parte sua de Berthelewellemedwe.

Donationem, &c. quas *Hugo* de *Buckeburi* fecit, &c. de dimidia virgata terræ cum pertinentiis in Uppiton. Donationem, &c. quas *Hugo* Dominus de *Beckeburi* fecit, &c. de tota parte sua cum pertinentiis in Wichele. Donationem, &c. quas *Alex.* filius *Rasneri* de *Novo Burgo* fecit, &c. de tota parte terræ suæ cum pertinentiis in Wichele. Donationem, &c. quas *Will. Dod* fecit Deo & dictis Canonicis, &c. de tota parte sua vivarii & molendini de Hopiton, & de quinq; solidis ann i redditus quos recipere consuevit de *Howel* de *Hopyton*, & de duobus solidatis annui redditus, quos similiter recipere consuevit de *Hamundo* de *Hopiton*. Donationem, &c. quas *Cecilia* filia *Rogeri Muisun* fecit, &c. de tota crofta quam *Wil. Mareschallus* sponsus ejus & ipsa tenuerunt. Donationem, &c. quas *Henricus Panton* & *Alicia* uxor ejus fecerunt, &c. de dimidia virgata & dimidia noca cum pertinentiis in Uppinton, & de duodecim denariis annui redditus in eadem villa. Donationem, &c. quas *Felicia* de *Opiton* fecit, &c. de tota parte sua prati quam habuit in dominico prato de Opinton, videlicet in Berthelamesmedwe, & Holemaresmedwe. & de illo redditu duodecim denariorum, quem *Wil. Sibarn* aliquando de se tenuit in Opinton. Donationem, &c. quas *Alanus* filius *Nicholai* de *Oppinton* fecit, &c. de tota parte sua, quam habuit in quodam prato quod vocatur le *Mose*, & de una acra terræ & dimidia in Oppinton. Donationem, &c. quas *Johannes Coli*, unus de liberis tenentibus de Opinton fecit, &c. de tota parte quam habuit in quodam prato in Opinton quod vocatur la *Mose*, & de tota parte sua in Holemere & Bradenmedwe.

Donationem, &c. quas *Will. Sibern* fecit, &c. de tota terra sua, cum pratis & pertinentiis, quam habuit infra villam de Hopiton, & extra, & cum tota parte sua molendini de Hopiton. Donationem, &c. quas *Ric.* de *Bruges* fecit, &c. de tribus acris terræ cum pertinentiis in Hopinton. Donationem, &c. quas idem *Ric.* fecit, &c. de tota parte sua, quam habuit in quodam prato, quod vocatur la *Mose*. Donationem, &c. quas idem *Ric.* fecit, &c. de tota parte sua de prato de Bartholomewellesmedwe, & de tota parte sua de prato inter vadia juxta viam quà vadit de Capella de Opiton, usq; ad grangiam de Pitcholche. Donationem, &c. quas idem *Ric.* fecit, &c. de tota parte prati, quam habuit in quodam prato, quod vocatur Holemere, & de duabus acris terræ in Hopiton. Donationem, &c. quas idem *Ric.* & *Sibilla* uxor ejus fecerunt de duabus selionibus terræ cum pertinentiis in Uppiton. Donationem, &c. quas idem *Ric.* fecit, &c. de tota parte prati, quam habuit in Bradenmedwe. Donationem, &c. quas *Sibilla* filia *Rogeri Morssun*, quondam uxor *Ricardi* de *Bruges* fecit, &c. de tota parte sua in Bartholemeowe. & de pratello suo, quod jacet inter duo vadia super ripam inter Uppiton & Wichelee, & de uno selione apud Gatchelle. Donationem, &c. quas *Ricardus* de *Bruges* fecit, &c. de tota parte terræ suæ, cum pertinentiis in Wichele.

Donationem, &c. quas *Adam* de Opinton fil. quondam *Willielmi Porcionarii* in Ecclesia de Wigorn, fecit, &c. de parte duorum dimidiorum frendellorum in quodam prato, quod vocatur la *Mose*. Donationem, &c. quas *Robertus* Dominus de *Wodecota* fecit, &c. de toto nemore suo quod emit de Domino *Thoma* de *Constentin*. Relaxationem, &c. quas *Henr.* filius *Alicia* de *Bourton* fecit fratri *B.* tunc Priori de Wombrugg & ejusdem loci Conventui, de toto jure suo & clameo, quod habuit vel habere potuit in dimidia virgata terræ, quam *emit* de *Alicia* matre sua in Opinton. Donationem, &c. quas *Hamundus* de *Alderesfeete* fecit, &c. de tota terra sua, cum omnibus ædificiis suis & gardino, quam quidem terram habuit infra villam de Hopiton & extra, & de novem acris terræ cum pertinentiis quas idem *Hamundus* emit de *Alianora Mussun*, *Ricardo Corebrond*, *Ricardo* de *Bruges* & *Will. Sibern*. Donationem, &c. quas *Ric. Corbron* de Opinton fecit, &c. de tota parte sua de prato de la *Longemare*, & de tota parte sua de Holemare in Opintone. Donationem, &c. quas *Howel* fil. *Griffini* de *Sutton* fecit, &c. de illa dimidia virgata terræ, quam tenuit de *Will. Dod* in Hupiton. Donationem, &c. quas *Will.* fil. *Willielmi* de *Hagemon* fecit, &c. de una dimidia virgata terræ cum pertinentiis in Hopiton. Concessionem, &c. quas *Engelardus* fil. *Roberti* de *Pichford* fecit, &c. de tribus nocis terræ cum pertinentiis in *Oppitona*.

Donationem, &c. quas Philippus filius *Ricardi* de *Huntinton*, & *Isabella* filia *Alianora* uxor ejus fecerunt, &c. de duabus acris terræ cum pertinentiis in Uppiton. Donationem, &c. quas *Philippus* de *Hundindon*, & *Isabella* uxor ejus fecerunt, &c. de uno messuagio super le *Colder* in Upinton, cum uno selione. Donationem, &c. quas *Ric.* de *Chesthul* fecit, &c. de tota parte terræ suæ, cum pertinentiis in Wichele. Concessionem etiam, quam *Rogerus* de la *Sale*, *Ric.* del *Bury*, & *Ric. Corbrond* de *Opinton* fecerunt, &c. de quinq; particulis bosci in Opinton. Donationem, &c. quas *Galfridus Griffin* fecit, &c. de tota terra sua cum omnibus ædificiis suis & redditibus & hominibus, quam habuit infra villam & extra, in toto tenemento de Cherinton, & cum prato quod habuit de *Will.* de *Eton*, & cum prato & cultura & pastura quæ habuit de feudo de Erchalewe, & cum piscaria desuper pontem, & cum prato & cultura in Goslles, & cum prato de Benemedwe, & cum cultura de Sidenhale, & cultura de Wetebuttes, & cultura de Pinendich, cum

cum omnibus pertinentiis suis infra villam de Cherinton & extra. Remissionem (&c.) quas *Beneranus Griffin* fecit (&c.) de toto jure & clameo quod habuit in villa de Cherinton & de omnibus terris & tenementis quæ *Galfridus Griffin* frater ejus dedit prædictis Priori & Canonicis infra eandem villam & extra. Donationem (&c.) quas *Will.* fil. & hæres *Ade* de *Cherinton* fecit (&c.) de duabus virgatis terræ, cum pertinentiis in Cherinton, cum toto jure quod habuit vel habere potuit in feodo prædictæ villæ de Cherinton. Donationem &c. quas *Johannes* le *Bret*, fil. *Radulphi* le *Bret* fecit &c. de una virgata terræ cum pertinentiis in Cherinton, una cum incremento trium acrarum terræ in eadem villa. Donationem &c. quas *Rogerus Extraneus* fecit &c. de quatuor acris terræ de vasto suo de Crchelewe. Donationem &c. quam *Paganus* de *Cherinton* fecit &c. de una dimidia virgata terræ cum pertinentiis in Cherinton.

Donationem &c. quas *Thomas* dominus de *Cherinton* fil. *Ricardi* domini ejusdem villæ fecit &c. de tota piscaria sua, cum pertinentiis de Cherinton, quæ est super aquam de Mere, cum pratello suo ibidem. Donationem &c. quas *Thomas* de *Cherinton* fecit &c. de una dimidia virgata terræ cum pertinentiis in Cherinton. Donationem &c. quas *Walterus* de *Hupiton* fecit &c. de prato suo de dominio suo, cum pertinentiis quod vocatur *Eilmersheta*. Concessionem eciam &c. quas *Radulfus Extraneus* fecit &c. de quodam prato & mora, à piscaria *Ricardi* domini de Cherinton usq; ad vadum. Dimissionem &c. quas *Thomas Corbet* dominus de Aoelewe fecit &c. de homagiis, serviciis, & de uno obolo argenti, vel uno pari albarum cirotecarum de precio unius oboli annui redditus pro prato de Eton. Concessionem eciam &c. quas *Alanus Pamulf* fecit &c. de sex acris terræ cum pertinentiis in Tibriton. Donationem &c. quas *Jacobus* filius *Wilielmi* de *Morton* fecit &c. de una virgata terræ cum pertinentiis in Tibriton. Donationem &c. quas *Alanus* de *Hedleya* fecit &c. de una hida terræ cum pertinentiis in *Cherintona*. Concessionem &c. quas *Will.* de *Hedlega* fecit &c. de tota terra de *Shurlawa*, quam tunc temporis *Turstanus* de *Schurlawa*, & *Will.* filius ejus, & *Romerus* nepos *Odonis* de Crcalwe tenuerunt per divisas in Carta sua contentas; & de communa pastura totius manerii de Crcalwe ad propria averia eorundem Canonicorum, & hominum suorum, quos habent in eodem manerio. Ac eciam de pessun in bosco de Crcalwe ad proprios porcos suos qui nutriti sunt in eodem manerio, & ad porcos hominum suorum de eodem manerio; ita scilicet quod eorum porci proprii quieti sint de pannagio, & de porcis hominum suorum recipiant prædicti Canonici pannagium, sicut idem *Willelmus* & antecessores sui recipere consueverunt, necnon & de nona parte omnium rerum suarum quæ innovantur per annum, unde decima solet dari & debet.

Donationem (&c.) quas prædictus *Will.* fecit (&c.) de tota terra de Podesord, cum omnibus pertinentiis suis, in bosco & plano, in pratis & pascuis, & omnibus locis infra villam & extra. Concessionem (&c.) quam *Will.* Dominus de Crcalwe filius & hæres domini *Johannis* de *Ercalwe* fecit (&c.) prædictis Priori & Conventui, ut possint se approviare de vasto suo apud Shurlowe, in manerio de Crcalwe. Donationem (&c.) quas *Johannes* dominus de Crcalwe fecit (&c.) de illa cultura terræ, quæ extendit se ab alba petra usque ad viridem viam, quæ via extendit se versus Crcalwe. Concessionem (&c.) quas idem *Johannes* fecit prædictis Canonicis, videlicet, quod ipsi percipiant nonam partem totius bladi & feni sui omnium terrarum & tenementorum suorum infra dictum manerium de Crcalwe provenientem, præterquam de terra de la *More*, quam emit de *Hamone Pichard*. Donationem (&c.) quas *Will. Wiscart*, fil. *Baldewini Wiscart* fecit (&c.) de una virgata terræ, cum pertinentiis in Willsloelond, cum pratis, & cum communa pastura ad omnia averia sua de Shurlowe in toto tenemento de Willsloelond, & cum libera pastura pro omnibus bobus suis de Shurlowe in omnibus defensionibus suis, tam in pratis, quam in aliis pasturis quibuscumq; per totum tenementum suum de Willsloelond. Donationem (&c.) quas *Will. Wiscart* fecit (&c.) de tribus acris terræ cum pertinentiis in Willsloelond. Concessionem (&c.) quas *Will.* de *Hedleg* fecit (&c.) de tota mora sua sub vivario de Willsloelond, sicut fossato includitur. Donationem (&c.) quas *Adam* de *Bere* de Soltedon fecit (&c.) de quodam prato quod habuit desuper molendinum de Longedon, quod vocatur le Beremedone. Concessionem (&c.) quas *Thomas* de *Mere* fecit (&c.) de tota parte terræ quæ ipsum contingebat in communi pastura sua de Cherington, quam *Galfridus Griffin* occupavit; & similiter de tota terra sua quam prædictus *Galfridus* occupavit in communi pastura sua infra dictam villam de Cherinton & extra, ubicumq; fuerit occupata. Donationem (&c.) quas *Griffinus* filius *Jarefort Goh* fecit (&c.) de tota terra sua cum pertinentiis & bosco de *Berdelea* in manerio suo de *Suttona*.

Donationem (&c.) quas *Madocus* dominus de Sutton fecit (&c.) de una placea terræ cum pertinentiis in Sutton, juxta cimiterium de Sutton. Donationem (&c.) quas *Madocus* filius *Griffini* de Sutton fecit (&c.) de quatuor solidis percipiendis de una dimidia virgata terræ de le *Heamme*, & de sex denariis percipiendis de prato de Bubenere. Donationem (&c.) quas *Madocus* dominus de Sutton fecit (&c.) de duobus solidatis redditus cum pertinentiis in Broctun, quas *Elias Cocus* solvere consuevit. Donationem (&c.) quas *Will. Cocus* de Broctun fecit (&c.) de una dimidia virgata terræ & uno mesuagio, & uno crofto cum pertinentiis in Broctun, cum una acra terræ, & cum sex denariatis redditus percipiendis de hæredibus *Radulfi* de Santfort pro una dimidia virgata terræ in eadem villa. Donationem (&c.) quas *Madocus* de *Sutton* fecit (&c.) de duobus solidis redditus cum pertinentiis in Broctun, quos *Adam* atte *Tunehend* reddere consuevit. Donationem (&c.) quas *Johannes*

de *Broctun* Clericus fecit (&c.) de tota terra sua, quam habuit vel aliquo jure habere potuit in villa de Broctun & extra. Donationem (&c.) quas *Rogerus Bruschon* de monte *Gomeri* fecit (&c.) de quatuordecim acris terræ & dimidia cum pertinentiis in Broctun. Donationem (&c.) quas *Rogerus* filius *Nicholai Bruschon* de *Monte Gomeri* fecit (&c.) de octo acris terræ cum pertinentiis in Broctun. Donationem (&c.) quas idem *Rogerus* fecit (&c.) de tota parte prati sui & tribus nocatis terræ in la Brodemedewe de Broctun. Concessionem (&c.) quas idem *Rogerus* fecit (&c.) de quodam mesuagio & crofto adjacente in dicta villa de Broctun. Donationem (&c.) quas *Ric.* fil. *Editha* de Broctun fecit (&c.) de quinque acris terræ cum pertinentiis in Broctun. Donationem (&c.) quas *Rogerus Beg* de Broctun fecit (&c.) de medietate tocius crofti sui & de tota illa terra, quam *Ric.* fil. *Editha* de Broctun tenuit infra villam & extra cum ædificiis, & curtilagio, & crofto incluso; & cum tribus acris terræ, cum pertinentiis in eadem villa.

Donationem (&c.) quas *Fulco Extraneus* fecit (&c.) de uno mesuagio, cum orto & crofto, & cum medietate crofti palmerii, cum dimidia virgata terræ, & cum dimidia noca terræ & pratis & omnibus pertinentiis suis infra villam de Broctun & extra. Donationem (&c.) quas *Will.* fil. & hæres *Rogeri* de Broctun fecit (&c.) de duabus acris terræ cum pertinentiis in Dabynhull. Donationem (&c.) quas *Will. Russel* fecit (&c.) de quatuor acris terræ cum pertinentiis in Broctun. Donationem (&c. quas *Rich.* le *Veyelare* de Broctun fecit (&c.) de tota parte prati sui in Brodemedewe, cum una acra terræ, cum pertinentiis in Dabenhull. Donationem (&c.) quas *Will. Beg* de Broctun fecit (&c.) de quinque acris terræ cum pertinentiis in Broctun. Donationem (&c.) quas *Elias Cocus* de Broctun fecit (&c.) de tribus acris terræ, cum pertinentiis in Broctun. Donationem (&c.) quas idem *Elias* fecit (&c.) de una acra terræ cum pertinentiis in Broctun. Donationem, &c. quas *Elias* filius *Roberti* de *Feckenham* fecit, &c. de tribus acris terræ cum pertinentiis in Broctun. Donationem, &c. quas *Nich.* fil. *Walteri* de Grenhull, & *Alicia* uxor ejus, fecerunt, &c. de una acra terræ cum pertinentiis in Broctun. Donationem, &c. quas *Johannes Idchel* fecit, &c. de una acra terræ cum pertinentiis in Broctun. Donationem, &c. quas *Philippus Burnel* fecit, &c. de quinde.im solidis annui redditus cum pertinentiis in Broctun. Concessionem, &c. quas *Matild's* filia *Henrici Carpentarii*, fecit, &c. de una acra terræ cum pertinentiis in Broctun.

Donationem, &c. quas *Robertus* de *Hengelond* fecit, &c. de uno selione terræ cum pertinentiis in Broctun. Donationem, &c. quas *Henr. Tw* fecit, &c. de una acra terræ cum pertinentiis in Broctun. Concessionem, &c. quas *Will. Cude*, & *Isabella* uxor ejus fecerunt, &c. de octo acris terræ & dimidia cum pertinentiis in Broctun, in escambium pro decem acris in eadem villa. Donationem, &c. quas *Nich. Pym* fecit, &c. de septem acris terræ cum pertinentiis in Broctun, in escambium pro aliis terris in eadem villa. Donationem, &c. quas *Rogerus Donniger* fecit, &c. de uno mesuagio cum crofto & curtilagio, & quatuordecim acris terræ & dimidia cum pertinentiis in Broctun. Donationem, &c. quas *Henr.* de *Idesbale* Capellanus fecit, &c. de tota terra cum pertinentiis, quam habuit in Broctun de dono *Rogeri Donwig*. Donationem, &c. quas *Galiena* uxor *Rogeri Mussun* fecit, &c. de una dimidia virgata terræ cum pertinentiis in *Hardington*. Donationem, &c. quas *Johanna* quondam uxor *Hugonis* de *Beckebury* fecit, &c. de una dimidia virgata terræ cum pertinentiis in Hadington. Donationem, &c. quas *Ric.* Dominus de Grenhull fecit, &c. de duabus dimidiis virgatis terræ, cum pertinentiis, cum uno prato, quod appellatur pratum *Alani*, & cum una cultura terræ, cum pertinentiis quæ propinquior est campo de Broctun.

Concessionem, &c. quam idem *Ric.* fecit prædictis Canonicis; videlicet quod ipsi averia sua & assignatorum suorum pascant in pratis suis cum fena fuerint levata, & in omnibus culturis suis; una cum averiis suis, cum fructus fuerint ablati, & in ceteris communibus pasturis, ubicumq; sua propria averia pascunt vel pascere consueverunt, & quod iidem Prior & Canonici capiant petram in omnibus quarreris suis, ubi melius fuerit super tenementum suum ad omnia sua agenda; & quod earn cum bigis & carris, & ceteris falleris super tenementum suum de Grenhull. Et etiam quod prædicti Canonici & successores & assignati sui, liberi sint & quieti à sequela Curiæ suæ, quod ibidem non accedant, nisi eis placuerit & commodum suum fuerit; & quod si prædicti Canonici & successores vel assignati sui erga ipsum *Ricardum* vel hæredes suos in aliquibus delinquant, vel perservientes suos vel per averia sua injuriosè pascentia, vel alio quocumq; modo fuerint, non libebit dicto *Ricardo* vel hæredibus suis namium sumere vel vadimonium, nec averia sua imparchiare, set in Curia dictorum Canonicorum, & successorum eorundem super tenementum suum, justicià mediante, illud delictum emendabunt. Donationem, &c. quas *Will.* de *Reccon* fecit, &c. de duabus acris terræ cum pertinentiis, jacentibus inter terram prædictorum Canonicorum, quam habent de dono *Ricardi* de *Grenhull*. Donationem, &c. quas *Ric.* filius *Editha* de Broctun fecit, &c. de duabus acris terræ & dimidia cum pertinentiis in Broctun, & de tercia parte omnium pratorum suorum pertinentium ad unam dimidiam virgatam terræ in eadem villa. Donationem, &c. quas *Philippa Maubanch* fecit, &c. de tota terra sua in *Wichio*, quam *Thomas Basset* maritus suus ante obitum suum emit de *Ragenaldo* Capellano. Donationem, &c. quas *Ric. Knolin* clericus fecit, &c. de quatuor summis salis continentibus quadraginta bullones pro dimidia salina sua. Donationem, &c. quas *Ric.* del *Bury* de Dpinton fecit, &c. de una dimidia virgata terræ, & novem acris terræ cum pertinentiis in Dpinton, cum prato suo de *la Mose*, ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus nostris, &c. confirmamus

mus, sicut Cartæ & scripta donatorum prædictorum rationabiliter testantur, &c. In cujus, &c. T. Rege apud *Ebor.* xv. die *Martii.*

PRIORATUS

de Caldewell *in agro* Bedfordiensi.

CALDEWELL, *prope* Bedeford, *Prioratus Ordinis* S. Aug.

Ld. Col. Vol. 1. p. 61.

Simon Basket, Aldermannus de Bedford, primus fundator; Dominus *Latimer* modernus.

Litera Clausa Regis Edwardi *tertii Escaetori suo directa, de Fundatione & Advocatione Prioratus de* Caldwell *mentionem facientes.*

Claus. 13. E. 3. p. 1. m. 38.

REX dilecto, & fideli suo *Willielmo Trussel* Escaetori suo citra *Trentam*, salutem. Cum nos nuper certiorari volentes super causa captionis terrarum & tenementorum Prioris de Caldewell in Bedeford, Bromham, Middelton, Colledene, Rockesdene, Chalvestern, Saundey, Sutton, Potton, la Leye, Holwell, Felmersham & Shelton, per vos, ut dicebatur, in manum nostram, vobis mandaverimus, quod nos, super causa captionis prædictæ in Cancellaria nostra, sub sigillo vestro redderetis certiores; ac vos nobis significaveritis, quod cepistis in manum nostram, terras & tenementa ipsius Prioris in villis prædictis, ratione vacationis Prioratus prædicti, per cessionem Fratris *Rogeri* de *Wellington*; ultimi Prioris ejusdem; pro eo quod duæ carucatæ terræ & centum solidatæ redditus, quæ sunt de pertinentiis Prioratus prædicti, sunt infra libertatem villæ de Bedeford, quæ de nobis tenentur ad feodi firmam, reddendo annuatim ad Scaccarium prædictum viginti & duas libras: Ad quam firmam prædictus Prior reddit per annum, triginti & novem solidos & sex denarios: Ac etiam pro eo, quod tempore Domini *H.* quondam Regis *Angliæ*, proavi nostri, coram quodam Inquisitore, ad inquirendum de hujusmodi assignato, Advocatio ejusdem Prioratus capta fuit in manu ejusdem proavi nostri, & sic remansit, ut creditur: Et nos postmodum, pro eo quod, ex parte dilecti nobis in Christo, nunc Prioris loci prædicti accepimus, quod dictus Prioratus de fundatione antecessorum *Simonis Barsecote* de Bedeford nuper extitit; & quod prædictus *Simon* Advocationem Prioratus illius postmodum dedit, & concessit *Rogero* le *Mareschall*, qui Advocationem illam *Willelmo* le *Latymer* defuncto; & *Elizabethæ* tum uxori ejus, & hæredibus suis post modum concessit; & sic Prioratus ille de Advocatione, & patronatu dilecti, & fidelis nostri, *Rober.* de *Ufford* junioris, & præfatæ *Elizabethæ*, jam uxoris ejus nunc existit: Et quod progenitores nostri, seu nos vacationem Prioratus prædicti aliquibus temporibus retroactis, non habuimus; nec aliquos exitus indè percepimus. Volentes certiorari, si temporalia Prioratus prædicti, temporibus vacationum ejusdem in manibus progenitorum nostrorum, seu nostris temporibus retroactis capta fuerunt; & si nobis seu progenitoribus nostris prædictis, de exitibus eorundem temporalium in hujusmodi vacationibus, responsum fuerit, necne: Et si sic, tunc de quantis, & quibus exitibus, & de quibus temporalibus, & de quibus annis, & per quorum, vel cujus manus, & qualiter, & quo modo, mandaverimus Thesaurario & Baronibus nostris de Scaccario, quod scrutatis Rotulis & Memorandis scaccarii prædicti, compota Escaetorum, & aliorum ministrorum nostrorum, & progenitorum nostrorum contingentibus; nos de eo quod inde invenirent in Cancellaria nostra sub sigillo scaccarii nostri, redderent certiores. Ac jam per certificationem, coram nobis in dicta Cancellaria nostra, per prædictos, Thesaurarium & Barones, virtute mandati nostri prædicti, inde missam, sit compertum, quod scrutatis Rotulis, & Memorandis scaccarii nostri prædicti, tam de tempore nostro, quam progenitorum nostrorum non est compertum, quod temporalia Prioratus prædicti, temporibus vacationum ejusdem, in manibus dictorum progenitorum nostrorum, seu manibus nostris temporibus retroactis, capta fuerunt; nec quod respondeatur nobis; seu progenitoribus nostris de exitibus eorundem temporalium in hujusmodi vacationibus; vobis mandamus quod manum nostram de terris & tenementis prædictis, cum pertinentiis sine dilatione amoveris, vos de eisdem seu de Prioratu prædicto, occasione præmissâ in aliquo non intromittatis, exitus inde per vos, medio tempore, perceptos, eidem nunc Priori restituentes, salvo semper jure nostro. Teste Custode, &c. apud Bysset, quarto die *Martii.*

Carta Regis Henrici *tertii donationem loci de* Caldwell, *per* Robertum *filium* Willielmi *de* Houton, *confirmans.*

Cart. 57. H. 3. n. 9.

REX Archiepiscopis, &c. salutem. Donationem & concessionem, quam *Robertus* filius *Willelmi* de *Houton* fecit Deo, & beatæ *Mariæ*, & ordini Fratrum *Sanctæ Crucis* in puram & perpetuam elemosinam, de loco de Caldewell, cum omnibus pertinentiis suis, & duodecim acras terræ, quæ sunt super eundem locum, quæ se extendunt in longitudine, ab eodem loco, usq; ad viam quæ venit ad Houton usq; ad Newbrok, ratam habentes & gratam, eam pro nobis, & hæredibus nostris, concedimus

cedimus & confirmamus, sicut Carta prædicti *Roberti*, quam prædicti Fratres inde habent, rationabiliter testatur. Testibus *Humfrido* de *Bohun* Comite *Essexie* & *Hertfordie* (&c.) datum per manum nostram apud **Clarendon** *septimo* die *Julii*.

PRIORATUS
de Tonebrigge *in agro* Cantiano.

De Fundatione ejusdem.

Clauſ. 19. E. 2. m. 20.

REx dilecto & fideli suo *Henrico* de *Cobeham*, custodi quorundam terrarum & tenementorum, quæ fuerunt inimicorum & rebellium nostrorum in comitatu *Kancii*, in manu nostrâ existentium, salutem. Quia accepimus per inquisitionem per dilectos & fideles nostros *Thomam* de *Faveresham*, & *Willielmum* de *Cotes*, de mandato nostro factam & in Cancellariâ nostrâ retornatam, quod *Ricardus* de *Clare*, quondam Comes *Hertfordiæ*, fundavit quoddam Prioratum in Manerio de Tonebrigge ante tempus memoriæ, & per Cartas suas dedit & concessit Canonicis regularibus ibidem institutis & instituendis, decem marcas percipiendas singulis annis, de Manerio ipsius Comitis de Tonebrigge, & quinquaginta & unum solidos & quinq; denarios, percipiendos singulis annis, de omnibus assartis veteris & novæ terræ ipsius Comitis de Denemannesbrok. Et similiter, quod idem Comes concessit per Cartas suas præfatis Canonicis, quod ipsi haberent singulis annis *Cxx.* porcos in Forestâ ipsius Comitis de Tonebrigge, quietos de paunagio: Et similiter, quod iidem Canonici haberent duos summarios singulis diebus, liberè & quietè, ad portandum sibi ligna de nemore ipsius Comitis, Canonicis illis proximo & magis oportuno; scilicet de mortuo bosco: Et similiter, quod haberent unum Cervum singulis annis, ad festum S. *Mariæ Magdalenæ*, per homines dicti Comitis capiendum imperpetuum. Et quod Prior de Tonebrigge, qui tunc fuit, & omnes successores sui, prædictas decem marcas de dicto Manerio de Tonebrigge, & prædictos *Li. s. v. d.* de assartis prædictis, & digna de mortuo bosco, ad duos summarios, singulis diebus in nemore prædicto; & unum Cervum, singulis annis, in prædicto festo S. *Mariæ Magdalenæ*, & proficuum paunagii pro prædictis *Cxx.* porcis, in Forestâ prædictâ perceperunt & habuerunt, & de eisdem pacificè toto tempore prædicto, ut de jure Ecclesiæ suæ de Tonebrigge, seisiti fuerunt, absq; aliquâ quietâ clamanciâ indè faciendâ; & absq; eo quod statum suum in aliquo inde mutârunt, quousq; prædicta Manerium, assarta, nemora & foresta ad manum nostram; per forisfactum *Hugonis* de *Audele* junioris devenerunt (&c.) vobis mandamus, quod Priori & Conventui dicti loci de Tonebrigge, id quod eis a retro est de prædictis decem marcis (&c.) ad terminos consuetos solvatis. (&c.) T. Rege apud **Clippenham** *xii* die *Novembris*.

PRIORATUS
de Anglesey *in agro* Cantabrigiensi.

De jure Patronatus ejusdem.

Ex autographo in officio Armorum.

NOs *Elizabetha* de *Burgo* Domina de *Clara*, soror & una heredum Domini *Gilberti* de *Clare*, nuper Comitis *Glocestriæ*, & *Hertfordiæ*, ad dilucidationem juris patronatus, quod habemus in Monasterio Prioratus de Anglesey, cum ipsum vacare contigerit, concessimus dictis Monachis licentiam eligendi Priorem (&c.) Datum die 1333. 1 E. 2. proxima post festum Sancti *Mathei* Apostoli, anno Domini 1333. (1. E. 2.)

1333. 1. E. 2.

De viginti libris annuis in villa de Lakenheth *Priori de* Anglesey *concessis ad inveniendum duos Capellanos, divina imperpetuum celebrantes in dicto Prioratu.*

Ex autographo in Curia Augmentationum.

HÆc Indentura testatur, quod cum excellentissimus Princeps & Dominus noster, Dominus *Edwardus* Rex *Angliæ* illustris, à Conquestu tertius, per literas suas patentes, concessisset, & licentiam dedisset dilectæ consanguineæ suæ *Elizabethæ* de *Burgh*, quod ipsa viginti libratas redditus, exeuntes de Manerio, messuagio, & viginti quatuor acris terræ quæ quondam fuerunt ipsius *Elizabethæ*, in villa de Lakingheth, ac etiam de Manerio Prioris de Ely, in eadem villa, dare possit, & assignare dilectis sibi in Christo Priori, & Conventui de Anglesey, percipiendas per manus Prioris de Ely, & successorum suorum imperpetuum, Habendum & tenendum sibi, & successoribus suis, de præfata *Elizabetha* & hæredibus suis in liberam, puram, & perpetuam elemosinam. Et eisdem Priori & Conventui de Anglesey, quod ipsi viginti libratas prædictas redditus à præfata *Elizabetha* recipere possint & tenere sibi & successoribus suis de præfata *Elizabetha* & hæredibus suis in liberam puram & perpetuam elemosinam, prout in literis ipsius Domini Regis prædictis continetur. Nos verò dicti Prior, & Conventus de Anglesey, seisiti de

Vide Brevia Regis 15. E. 3. p. 2.

de prædicto redditu, per licentiam ipsius Domini Regis, & per donationem, & assignationem ipsius *Elizabetha*, in forma prædicta, concedimus pro nobis, & successoribus nostris teneri ad inveniendum in domo nostra prædicta duos Capellanos seculares idoneos, per nos Priorem, & Conventum de **Angleseye**, & successores nostros eligendos, ad divina, singulis diebus, celebranda, ad Altare Sanctæ *Crucis* in Ecclesia nostra de **Angleseye** imperpetuum, pro salubri statu ipsius *Elizabetha*, quoad vixerit, & pro anima sua, cum ab hac luce migraverit, necnon pro animabus antecessorum suorum, & hæredum suorum, & omnium fidelium defunctorum. Ac etiam nos dicti Prior, & Conventus de **Angleseye** concedimus pro nobis, & successoribus nostris, invenire prædictis Capellanis competens mansum, infra clausum Prioratus nostri, & ad inveniendum eis sufficientem, & competentem victum, in mensa nostra, & faciendo cuilibet eorum de prædicto redditu viginti librarum, viginti solidos argenti, pro robis suis, & aliis necessariis, ad festa Sancti *Michaelis*, & *Paschæ*, per equales portiones annuatim, vel si nobis viderit melius expedire, concedimus, pro nobis & successoribus nostris, annuatim, reddere prædictis Capellanis, qui pro tempore fuerint, duodecem Marcas, de prædicto redditu imperpetuum recipiendas, per manus nostras, & successorum nostrorum ad duos anni terminos per equales portiones, scilicet annuatim ad festa sancti *Michaelis*, & *Paschæ* nisi de minori summa, cum prædictis Capellanis idoneis convenire possimus pro prædicta cantaria imperpetuum facienda. Et si contingat dictos Capellanos, aut alterum eorum infirmari, quominus divina possint vel possit celebrare, obligamus nos, & successores nostros ad faciendum prædictas Cantarias per fratres nostros Religiosos, de domo nostra prædicta, donec convaluerit, vel convaluerint: Aut si contingat prædictos Capellanos, vel eorum alterum, in fata decedere, vel infirmari, quod absit, quominus possimus Capellanos seculares conducere ante festum sancti *Michaelis*, tunc proximè sequente n, obligamus nos, & successores nostros ad faciendum prædictas Cantarias, vel Cantariam, per fratres nostros, in forma prædicta, usq; festum Sancti *Michaelis* tunc proximè sequentem, quo tempore obligamus nos Capellanos seculares, vel Capellanum secularem, pro eorum defectu, cum acciderit, providere. Et si contingat nos, seu successores nostros, in sustentatione dictorum Capellanorum, sicut prædictum est, deficere, vel per tres septimanas, vel per mensem de prædicta Cantaria contra formam prædictam cessare; extunc obligamus nos, & successores nostros, & obligatos esse concedimus, præfatæ *Elizabetha*, hæredibus, seu assignatis suis in viginti libris annuis annuatim percipiendis per equales porciones ad præfatos duos anni terminos scil. *Paschæ*, & *Mich.* de omnibus terris, & tenementis nostris in **Bodkisham** quæ sunt de feodo ipsius *Elizabetha*; Et quod prædicta *Eliz.* & hæredes sui, seu assignati, in omnibus terris, & tenementis nostris prædictis pro dicto redditu a retro existente, in forma prædicta, possint distringere. Et nos prædicta *Elizabetha*, volumus & concedimus, pro nobis, & hæredibus nostris, quod residuum totius redditus, dictarum viginti librarum, ad officium coquinarii dicti domus, in augmentum stipendiorum dictorum Prioris, & Conventus, & prædictis Priori, & Conventui, & eorum successoribus pro aliis oneribus, & necessariis domus faciendum & supportandum per equalem portionem remaneat imperpetuum, secundum dispositionem Prioris & Conventus qui pro tempore fuerint. Et nos dicta *Elizabetha* de *Burgh* concedimus pro nobis, & hæredibus nostris, quod si prædictum Manerium, Mesuagium, & terra, undè redditus dictarum viginti librarum pervenit, vel pars eorundem Manerii, Mesuagii, & terræ versus Priorem & Conventum de **Ely** vel successores suos, per nos, vel hæredes nostros, seu alios quoscumq; per defectum nostrum, seu hæredum nostrorum ratione prioris juris, seu actionis recuperentur, quominus prædictus Prior de **Angleseye**, seu successores sui, possint prædictum redditum, vel partem ejusdem redditus per manus dicti Prioris de **Ely**, seu successorum suorum consequi, seu optinere, extunc iidem Prior & Conventus de **Angleseye**, & successores sui imperpetuum, pro tota portione redditus, sic adnullati, de prædicta cantaria, & de portione prædictorum viginti librarum, in quibus dicti Prior, & Conventus de **Angleseye** nobis, & hæredibus nostris obligati sunt, ut supradictum est, de tenementis, quæ de nobis tenent in **Bodkisham** sint quieti. In cujus rei Testimonium huic Indenturæ tam dicta *Elizabetha* quàm prædicti Prior & Conventus de **Angleseye**, alternatim sigilla sua apposuerunt, Hiis Testibus. Domino *Henrico* de *Fereis*, Domino *Johanne* de *Cantebrigia*, Domino *Alexandro* de *Walesham*, Domino *Johanne* de *Wautone*, Domino *Thoma* de *Chedworth*, *Roberto* de *Penkeriche*, & aliis. Datum apud **Angleseye**, die Sabbati proxima post festum Sancti *Mathiæ* Apostoli, Anno Regni Regis *Edwardi* tertii post Conquestum, Sexto.

Alia Indentura præfatam Cantariam tangens.

Ceste endenture faite perentre la treshonourable Dame, Dame Elizabethe *de* Bourg *Dame de* Clare *d'une part, et le Priour et Convent de la Meson de* Angleseye *d'autre part; Tesmoigne, que come les avanditz Priour & Covent soient chargez perpetuelment a trover deux chapeleyns divines servicez sesantz en lour eglise de* Angleseye, *pour la dite Dame* Elisabethe *et ces auncestres pour certeine rente a ce fere a Eux, por la dite Dame* Elizabethe *perpetuelment done, a prendre du Priour et Covent de* Ely *pour certeines terres et tenementz en* Lakynheth *en le Countee de* Cantebrigge, *queux les dits Priour et Covent de* Ely *tiegnent du done la dite Dame* Elizabethe *a tonz iours. Et ore a la requeste la dite Dame* Elizabeth *de novel, les avanditz* Ax autographo in officio Armorum.

Priour et Covent de Angleseie, *per lour fait ont graunte a meistre* Robert *de* Spaldyng *une annuele Pension de centz soudz a prendre d'an en an, a les festes de seint* Michel *l'archangel, et la* Pasq; *par ouels porcions, a terme de sa vie; la dite* Elizabeth, *voet et graunte pour lay et pour sez heirs, que les ditz Priour et Covent de* Angleseie *soient desthargé du trouer de l'un Chapelein pour le temps qu'ils demorent chargez devers le dit Meistre* Robert *de la dite pension de cent soudz en la fourme auandite. Et au pleyn satisfaction de la dit pension de cent soudz fere, la dite dame* Elizabeth *voet et graunte, pour lui et pour sez heirs, as ditz Priour et Covent de* Angleseye *oyt soudz un denier de rente par an queux elle soleit prendre par les meyns* Agnois Geffrei, *sa tenant en la ville de* Bodelesham. *Et que le ditz Priour et Covent de* Angleseie *eient et tegnoient lours terres discharges, de unze soudz unze deniers de rente par an, q'ils tiegnent de la dite dame* Elizabeth *en la ville de* Bodelesham, *pour le temps q'ilz demorent chargez devers la dit Meistre* Robert *de la pension de cent souds sysuente, an la fourme susdite: Sauue tote voje a la dite dame* Elizabeth *et ses heirs, totes autres services per les ditz Priour et Covent de* Angleseye, *et* Agnes Geffrei *ses tenantz, pour lez terres, et tenementz q'ils teignent de la dite dame* Elizabeth *en la ville de* Bodelesham *dues. En tesmoignance de quele chose, a cestes Endentures lez avandutz Dame* Elizabeth *d'une parte et les Priour et Covent de* Angleseye *d'autre parte, entrechangeablement ont mys lour seals. Done a* Berdefeld *le vintisme quart jour D'Aprill L'an du Regne le Roi* Edward *tiers, puis le conquest, vintasme noefisme.*

de Trenteham, & de omnibus, pertinentiis, unde Rex *Henricus* habuit centum solidos: Volo itaq; & firmiter præcipio, quod prænominata Ecclesia, supradictam villam cum omnibus libertatibus, & dignitatibus in bosco, & plano, in aquis & molendinis, & omnibus consuetudinibus teneat, sicut unquam ea meliùs tenui. Testibus *Willielmo* Abbate *Radmera*; *Roberto* Abbate ····; *Roberto* Priore de Calc; *Eustachio* filio *Johannis*; *Simone* filio *Willielmi*; *Willielmo* de *Gresele*; *Roberto* filio *Hugonis*; *Simone* filio *Osberti*, *Richardo Fuscerna*. Apud Greseleg.

Carta Regis Henrici *secundi Donationem prædictam recitans & confirmans.*

HEnricus Rex *Angliæ* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiscopis, Episcopis, (&c.) salutem, Sciatis me concessisse & in perpetuam elemosinam confirmâsse Deo & Ecclesiæ omnium Sanctorum de Trenteham, & Canonicis ibidem Deo servientibus, donationem quam Comes *Cestrensis Ranulfus* secundus eis in Ecclesiam fecit; videlicet, centum solidatas terræ de laico feodo in eadem villa de Trenteham & in pertinentiis suis; videlicet Blozton & Cochenache, sicut fuerunt & reddiderunt tempore Regis *Henrici* avi mei. Quare volo & firmiter præcipio, quod prædicta Ecclesia & Canonici ejusdem, centum solidatas terræ habeant, & teneant ad unum Conventum Canonicorum sustinendum in perpetuam elemosinam, cum *Soca*, & *Saca*, & *Tol* & *Theam* & *Infangenetheof*, & cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus & quietantiis & pertinentiis suis, in bosco & plano, in pratis, & pascuis, in aquis & molendinis, in vivariis, & piscariis, in viis & semitis, & in omnibus locis, & in omnibus rebus eisdem centum solidatis terræ pertinentibus. Testibus *Philippo Bayocensi* Episcopo; & *Arnulpho Lexoviensi* Episcopo; & *Roberto* Comite *Legrecestriæ*, & *Raginaldo* Comite *Cornubiæ*; & *Willielmo* filio *Hammonis* & Magistro *Alveredo* apud *Oxenefordam*. Ibid. Vide etiam Par. 3. H. 2. m. 25.

PRIORATUS

de Trentham *in agro* Staffordiensi.

Carta Fundationis ejusdem.

Ex autogr. penès *Ric. Leveson* militem de Balneo.

RAnulfus Comes *Cestriæ*, Episcopo *Cestriæ*, Archidiacono, omnibusq; Prælatis & Sanctæ Dei Ecclesiæ filiis; necnon, & omnibus Constabulis, Dapiferis, Justiciariis, Baronibus, Vicecomitibus, ministris & ballivis & omnibus hominibus & amicis suis, salutem. Scitis me donâsse centum solidatas terræ meæ Staffordiesire Deo, & Sanctæ *Mariæ*, & omnibus Sanctis, ad restaurandam quandam Abbathiam Canonicorum in Ecclesia de Trentham in elemosinam, ad serviendum Deo ibidem perpetualiter, pro salute animæ meæ, & antecessorum meorum. Et eas assigno

Vide Cart. 6. E. 2. n. 4.

Carta Ranulphi *Comitis* Cestriæ, *Donationem* Philippi *de* Orreby, *de uno batello in aqua de* De, *confirmans.*

RAnulphus Comes *Cestriæ* omnibus tam futuris, quàm præsentibus, ad quos præsens pagina pervenerit, salutem. Notum sit vobis me concessisse & præsenti Cartâ confirmâsse donationem quam *Philippus* de *Orreby* fecit Deo, & Ecclesiæ beatæ *Mariæ*, & *omnium Sanctorum* de Trentham & Canonicis ibidem Deo servientibus; scilicet, unum Batellum in aqua de *De* apud *Cestriam*, quod ibi dedi prædicto *Philippo*, & ipse illud dedit Deo & prædictæ Ecclesiæ, & Canonicis de Trentham. Et ut hæc donatio rata, & inviolabilis permaneat, præsentis scripti testimonio, & sigilli mei munimine illam corroboravi. Hiis testibus, *Roberto*

Ex autogr. in officio Armorum.

Roberto de *Praeriis*; *Rogero* de *Gomz*; *Willielmo Bacun*; *Luca* de Sancto *Leodegario*; Magistro *Radulfo*..... Camerario, *Thoma Pincerna*; *Willielmo Locardo*; Et multis aliis apud *Marvill.*

Carta Elæ *de* Aldithlegh *donationem* Henrici *filis sui, de bosco de* Threpwode *confirmans.*

Ibid. OMnibus hoc scriptum visuris vel audituris *Ælæ* de *Aldithlegh* quondam uxor domini *Jacobi* de *Aldithlegh* salutem in Domino. Cum dilectus filius meus *Henricus* de *Aldithlegh*, Divinæ caritatis intuitu, & pro salute animæ suæ & animarum antecessorum suorum dederit dilectis in Christo fratribus Priori & Conventui Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de Trentham boscum qui vocatur Threpwode juxta le *Wal*, cum solo & tenemento, quæ tam ego quam prædictus *Henricus* habuimus ibidem, cum pertinentiis. Ego prædictum donum ratifico, concedo & hoc præsenti scripto meo confirmo; & totum Jus meum quod inde nomine dotis habui vel habere potui eisdem quietum clamavi. Tenendum in perpetuum prædictis Priori & Conventui, prout Carta feofamenti, quam habent de prædicto *Henrico* filio meo, plenius testatur. In cujus rei testimonium præsenti scripto sigillum meum appposui. Hiis testibus, Domino *Roberto* de *Henneth*; *Radulfo* de *Burg*; *Rogero* de *Touk*; *Nicholao* de *Berkeswell*; *Willielmo* de *Bagenold*; *Roberto* de *Chetilton*; *Johanne Coigne*, & aliis.

PRIORATUS de Wormley *in agro* Herefordensi.

Carta Stephani *de* Ebroicis *de molendinis de* Lenhale, *& diversis terris.*

Ex MS. quodam in bibl. *Cottoniana* [sub effigie *Vitellii* F. 1.] SCiant præsentes & futuri, quod ego *Stephanus* de *Ebroicis* dedi & concessi pro salute animæ meæ, & uxoris meæ *Isabellæ*, & patris & matris & liberorum & omnium antecessorum & successorum nostrorum, Deo & Ecclesiæ sancti *Leonardi* de *Pyonia* & Canonicis ibidem Deo servientibus, in puram & perpetuam elemosinam, ad sustentationem trium Capellanorum divina pro fidelibus celebraturorum imperpetuum, qui nec à me nec ab hæredibus meis, sed tantummodo à prædictis Canonicis eligentur & constituentur, molendina mea quæ sita sunt super Hareve in Lenhales, cum stangnis & moltis & sequelis, & cum omnibus aliis pertinentiis & libertatibus & liberis consuetudinibus. Hæc sunt pertinentia & consuetudines ad prædicta molendina; scilicet quod omnes homines de manerio meo de Lenhales, scilicet in villa & extra villam, debent sequi prædicta molendina cum omni blado & avena & fabis. Et si quis deprehensus vel convictus fuerit sequens aliud molendinum, prædicti Canonici habeant equitaturam & bladum & farinam & saccum, & ipse maneat in misericordia mei vel hæredum meorum. Prædicti verò homines de manerio de Lenhales debent præparare stangna prædictorum molendinorum ad cursum suum omni tempore, cum opus fuerit, & carriare molas ad molendinum ubicumque emptæ fuerint, in comitatu *Herefordiæ*. Et si fortè prædicti homines in hiis faciendis negligentes fuerint, & prædicti Canonici prædictorum defectu dampnum incurrerint, ego & hæredes mei cogemus eos ad stagna præparanda & ad molas ducendas & ad dampna Canonicorum restauranda.

Præterea concessi dictis Canonicis parvam insulam, quæ est juxta molendinum orientale quæ circumcluditur aquâ, & ut fodiant terram & lapides, & ut capiant ad sufficientiam in totis terris nostris ubicumque magis aptum eis fuerit, ad prædicta stagna præparanda. Concessi eciam omnibus sequentibus prædicta molendina notis & extraneis, quod liberum sit per vias & semitas ubicumque esse solebat eundi ad molendina & redeundi à molendinis. Præterea concessi prædictis Canonicis quod nec ego nec aliquis hæredum meorum aliquid faciemus molendinis in toto manerio de Lenhale ad eorum nocumentum. Et si placet prædictis Canonicis, concessi eis ut faciant alia molendina & in terrâ & in aquâ ubicumque eis magis aptum fuerit in manerio de Lenhale. Et concessi prædictis Canonicis competens maeremium in boscis meis de Lenhale, ad prædicta molendina præparanda ad ea quæ sunt, vel quæ prædicti Canonici facturi sunt similiter ad prædicta stagna præparanda omni tempore cum opus fuerit.

Præterea dedi eis tres virgatas terræ in manerio meo de Lenhale. In Hope scilicet unam, quam *Rogerus* de *Flimesham* tenuit, cum omnibus pertinentiis. Et dimidiam virgatam terræ, quam *Osbertus* filius *Simonis* tenuit, excepto messuagio. Et aliam dimidiam virgatam terræ quam *Osbertus Yberneysis* tenuit, excepto messuagio. Et unam dimidiam virgatam terræ quam *Walterus* de *Broca* tenuit, excepto messuagio; Et aliam dimidiam virgatam terræ quam *Cecilia* vidua tenuit cum messuagio. Et unam crostam juxta idem messuagium. In pratis, in pascuis, in boscis, in planis, in semitis, in viis, exceptis dictis tribus messuagiis. Dedi eciam eis unam acram terræ quæ dicitur Elmesaker, & unam culturam de dominico meo continentem quinque acras & dimidiam jacentem juxta Hope. Et aliam culturam juxta Bodeslioiet continentem novem acras. Et concessi eis communiam pasturæ ad averia sua in omnibus terris meis de Lenhale. Et concessi eis ligna ad ignem eorum, & husbote

&

& heybote de boscis meis de Lenhale cum necesse fuerit, per visum forestariorum meorum. Præterea concessi eis quinquaginta porcos ituros cum porcis meis in boscis meis de Lenhale, quietos à paunagio, & alios quinquaginta porcos ituros cum porcis hominum meorum similiter quietos à paunagio. Et dedi eis decimas paunagii omnium boscorum meorum in totis terris meis & in porcis & denariis. Dedi & eis sex solidos ad cereos emendos in dicta Ecclesia *S. Leonardi*, quos *Johannes* . . . vel qui terram dicti *Johannis* tenebunt reddent eis annuatim ad duos terminos, scilicet ad *Annunciationem* beatæ *Mariæ* tres solidos, & ad festum Sancti *Michaelis* tres solidos. Dicti verò Canonici invenient unum Capellanum in perpetuum in Capella mea de Lenhale divina pro fidelibus celebraturum. Ego quidem & hæredes mei dicto Capellano victum suum in perpetuum in Castello meo de Lenhale honorificè inveniemus. Et dicti Canonici diem Anniversarii depositionis meæ & uxoris meæ quolibet anno imperpetuum facient.

Præterea dedi eis unam Gravam quæ dicitur Birhcombe, & licentiam circumclaudendi. Et similiter concessi eis partem quæ pertinet ad terram eorum in Wetenoze, & partem quam excambiaverunt cum *Waltero Constabulario*, & partem quam dedi eis in eadem mora, ut circumcludant. Et dedi eis duas acras terræ & dimidiam in Bruschfurlonge, quas dictus *Osbertus* tenuit. Et dedi eis in excambium pro quinque acris terræ quibus aumentavi dominicum meum, quasdam buttas terræ, quas *Husith* tenuit. Et in Bauschfurlonge unam acram terræ, quam *Adi* tenuit,, & unam acram & dimidiam quam *Henricus* tenuit; Et duas acras & dimidiam de dominico juxta gravam prædictam, & messuagium quod *Walterus Druwery* aliquando tenuit in Hope. Et præterea dedi eis in manerio meo de *Froma* unam acram, & dimidiam scitam inter aquas juxta molendina dictorum Canonicorum. Præterea dedi eis manerio de Lenhale quadraginta solidos percipiendos annuatim ad duos terminos, scilicet ad *Annunciationem* beatæ *Mariæ* viginti solidos, & ad festum sancti *Michaelis* viginti solidos, scilicet de redditu terræ quam *Thomas* de *Hama* tenuit tres solidos; Et de redditu terræ quam *Willielmus Treichevaul* tenuit quatuor solidos; Et de redditu quem *Ricardus Haveyer* tenuit quatuor solidos; Et de redditu quem *Rogerus Kenaht* tenuit tres solidos; Et de redditu terræ, quam *Rogerus* filius *Willielmi* tenuit tres solidos; Et de redditu terræ quam *Johannes Galinge* tenuit quinque solidos; Et de redditu terræ, quam *Walterus* filius *Pedrich* tenuit, scilicet terræ quæ fuit *Kedyt* quinque solidos; Et de redditu terræ quam *Howell* tenuit decem solidos; Et de terra quam *Willielmus* le *Venur* tenuit tres solidos. Et si prædicti homines vel eorum successores, qui dictas terras tenebunt, prædictum redditum prædictis Canonicis ad prædictos terminos solvere renuerint, concessi prædictis Canonicis, ut distringant eos per averia & catalla eorum ad dictum redditum persolvendum prædictis terminis, & ipsi detentores remaneant in misericordia mea vel hæredum meorum.

Præterea dedi eis in Manerio meo de Stokes redditus viginti solidorum & exitus proficua terrarum quæ *Arnaldus Frenum*, *Rogerus* de *Ludelawe*, *Emma* . . . . . tenuerunt, & eorum homagia & successorum eorum sine aliquo retenemento; salvo regali servicio. Concessi & eis molendina mea in Hereford, quæ scita sunt super *Waya*, quæ *Willielmus* de la *Pype* & *Willielmus* filius *Stephani* tenuerunt. Præterea concessi eis in manerio de Croule septem mittas salis quolibet anno percipiendas apud Wit; scilicet infra festum sancti *Petri* ad *Vincula* & sancti *Andreæ* Apostoli, ab eis qui tenebunt salinam pertinentem ad Croule. Et decimam paunagii de omnibus porcis & denariis, quos ego vel hæredes mei ibi capiemus. Dedi etiam eis & concessi decimam de lardario meo apud Lenhale, & in omnibus aliis terris meis quas possideo vel perquirere potero. Et de porcis & de omnibus animalibus, scilicet de bobus, de vaccis, de ovibus, de capris, & de omnibus coriis animalium occisorum infra festum sancti *Michaelis* & diem Cinerum. Et si mihi vel hæredibus meis placuerit, poterimus prædictis Canonicis prædictos quadraginta solidos de Lenhale in terris paris & loco competenti excambire. Ego quidem & hæredes prædicta molendina de Lenhale cum omnibus pertinentiis cum totis terris prænominatis de Lenhale cum omnibus pertinentiis suis, & gravam & partem, quam habent in Wetenoze circumclausam, & redditus denariorum de Lenhale, & terras & redditus de Stokes, & molendina de Hereford, & septem mittas salis apud Wit, & decimam paunagii de Croule, & omnium boscorum meorum, & decimam lardarii mei & eorum, Tenendum & habendum prædictis Canonicis in puram & perpetuam elemosinam liberè & quietè absque omni exactione & demanda, contra omnes homines & fœminas warrantizabimus, & ab omni seculari servicio acquietabimus, quod terris prædictis pertinet, vel pertinere possit, excepto regali servicio quod pertinet ad terram de Stokes.

Ego verò dedi dictis Canonicis dicta molendina de Lenhale, & unam virgatam terræ in Hope, & redditus viginti solidorum apud Stokes, & septem mittas salis ad Wit in excambium pro Croule cum pertinentiis. Et dicti Canonici quietum clamaverunt in perpetuum mihi & hæredibus meis dictum manerium de Croule cum omnibus pertinentiis, exceptis septem mittis salis. Et notum sit omnibus quod excommunicari feci in Ecclesia sancti *Leonardi* de *Pyonia* & in Ecclesia sancti *Michaelis* de Lenhale, omnes qui dictis Canonicis de *Pyonia*, de prædictis Elemosinis molestiam intulerint, vel eis aliquam vexationem facere præsumpserint. Et quia volo quod hæc mea donatio & concessio firma sit & stabilis in perpetuum, hoc præsens scriptum sigilli mei attestatione confirmavi. His testibus, *Radulfo* de *Sancto Audoeno*, *Roberto* de *Sancto Audoeno*,

Andoeno, *Ricardo* de *Hageen*, *Willielmo* de *Pertevin*, *Johanne* de *Ebroicis*, *Ricardo* de *Chandos*, *Hugone* de *Lautune*, *Gerardo* de *Hussemayn*, *Stephano* de *Bradeworthin*, & multis aliis.

Carta Gilberti *de* Lacy *donationes* Stephani de Ebroicis *confirmans.*

Ibid. OMnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsens scriptum pervenerit, *Gilbertus* de *Lasey* salutem in Domino. Noverit universitas, nos inspexisse Cartam Canonicorum Sancti *Leonardi* de *Pionay*, quam habent ex dono *Stephani* de *Ebroicis* de feodo meo in hæc verba, Sciant præsentes & futuri, quod ego *Stephanus* de *Ebroicis* dedi & concessi pro salute animæ meæ & uxoris meæ *Ysabell*, & Patris & Matris & liberorum & omnium antecessorum & successorum nostrorum, Deo & Ecclesiæ Sancti *Leonardi* de *Pyonya* (&c.) ad sustentationem trium Capellanorum divina pro fidelibus celebraturorum imperpetuum, qui nec à me nec hæredibus meis, sed tantumodo à prædictis Canonicis eligentur & constituentur, molendina mea quæ scita sunt super Aceye in Lenhale, cum stagnis & moltis & sequelis & cum omnibus aliis pertinentiis & libertatibus & liberis consuetudinibus (&c. ut supra, in priori Carta.) Hiis testibus *Radulfo* de Sancto *Andoeno* (&c.) ut supra. Nos verò donationem & concessionem prædicti *Stephani* de *Ebroicis* ratas & gratas habentes, eas secundùm tenorem Cartæ prædicti *Stephani* confirmare curavimus, ita ut prædicti Canonici de *Pyonya* de cetero omnes terras, redditus, & possessiones, & omnes libertates quas prædictus *Stephanus* de *Ebroicis* eis dedit & concessit, habeant & in pace possideant sine aliqua vexatione vel contradictione mei vel hæredum meorum. Pro hac autem concessione & confirmatione dederunt nobis prædicti Canonici centum solidos. Et quia volumus quod hæc nostra concessio & confirmatio rata & stabilis imperpetuum permaneat, præsens scriptum sigilli mei impressione confirmavimus. Hiis testibus *Thoma* Decano *Herefordiæ*, *Willielmo* de *Furches*, *Ricardo Pancephot*, *Ricardo* de *Haunton*, *Nicholao* de ....., *Waltero Candechok* & aliis.

Carta Willielmi *de* Ebroicis, Stephani *patris sui donationes confirmans.*

Ib. NOverint (&c.) quod nos *Willielmus* de *Ebroicis* ab hac hora in antea pro nobis & hæredibus nostris servabimus & tenebimus Priori & Conventui de *Wrmeleya* omnes donationes, concessiones & elemosinas quas pater noster *Stephanus* de *Ebroicis* dedit dictis Priori & Conventui, legavit vel concessit in Testamento vel extra, in terris, possessionibus, decimis, elemosinis, pasturis, pannagiis (&c.) prout meliùs & saniùs ad utilitatem dictorum Prioris & Conventus potest intelligi, & prout plenius continetur in Carta vel Cartis, una vel pluribus sigillata vel sigillatis patris nostri *Stephani* memorati (&c.) data apud Wike juxta *Wygorniam*, anno Domini *M.CC.xl.*

Carta Edmundi *filii Regis* Henrici, *de advocatione Ecclesiæ de* Dylun.

ONnibus Christi fidelibus præsens scriptum visuris vel audituris. *Edmundus* illustris *H.* Regis *Angliæ* filius salutem in Domino sempiternam. Pia Sanctorum loca, in quibus cultus augetur divinus, ac in eisdem Deo devotus obsequentes favore benevolo, & amplioris beneficii plenitudine tota devotione prosequi cupientes, Deo & Ecclesiæ beati *Leonardi* de *Wormleya*, & religiosis viris Priori & ejusdem loci Conventui Ordinis S. *Augustini*, eorumq; successoribus imperpetuum ibidem Deo servientibus, unam acram terræ, quæ quondam fuit *Walteri* de *Maunton*, quæ quidem jacet in Manerio de Dilun in campo qui vocatur Hemmesfeld, cum advocatione & jure patronatus Ecclesiæ de Dylun *Herefordens. dioc.* cum omnibus pertinentiis suis in puram & perpetuam elemosinam, tenore præsentium concedimus ac donamus perpetuò possidendam, absq; aliqua reclamatione vel calumpnia nostri seu hæredum nostrorum imperpetuum. In cujus rei testimonium, prædictis Priori & Conventui, hanc Cartam nostram fieri fecimus Sigilli nostri impressione roboratam. Dat. *Londini xi.* die mensis ..... A. *MCCLxxiiii.* Testibus & ibidem præsentibus dominis *Roberto* de *Ufford*, *Ricardo Fokeram*, *Rogero* de *Burghull*, *Waltero* de *Eylesford* (&c. Cart. 9. E. 1. n. 60. per Inspex.

PRIORATUS

de Royston *in agro* Cantabrigiensi.

Carta Regis Ricardi *primi*, *Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Cart. antiq. R. n. 6. Vide. Cart. 18 E 3. m. 2. n. 7. Et Pat. 1. H. 4. p. 5. m. 8. Et Pat. 1. H. 5. p. 4. m. 16. Et Pat. 6. H. 6. p. 1. m. 31.

Ricardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dux *Norm.* & *Aquit.* Comes *Andegaviæ*, Archiepiscopis, &c. salutem. Sciatis nos, pro amore Dei, & pro salute nostra, omnium Antecessorum, & successorum nostrorum, concessisse, & præsenti Cartâ nostrâ confirmasse Monasterio Sancti *Thomæ* Martiris, apud *Crucem Rhosiæ* & Canonicis ibidem Deo servientibus, locum ipsum in quo idem Monasterium fundatum est, cum omnibus pertinentiis suis, quæ *Eustachius* de *Merc*, fundator ipsius Monasterii, & *Radulfus* de *Rovecester*, & alii fideles rationabiliter dederunt eis; Concessimus etiam eis, & confirmamus Ecclesias, quas idem *Eustachius* eis dedit, cum omnibus pertinentiis suis; scilicet, Ecclesiam de Codenham, & Ecclesiam de *Aurisbeia*; & Ecclesiam de Cestreton, & terram quæ vocatur *Hida* in Lagefare; & in Haclinges ex dono ipsius *Eustachii*: Et ex dono *Wisechardi* de *Halsewich*, unam virgatam terræ in Halsewit: Et ex dono *Radulfi Walensis xx.* solidos redditus in Berton; Et dono *Warini* de *Basingeburne* tres acras terræ proximas *Cruci Rhoesiæ*; Ex dono *Rogeri Argentine* tres acras in Medelburn; Ex dono *Margaretæ* Comitissæ duas acras terræ in Basingeburne; Ex dono *Julianæ* sex acras terræ in Wanlinton; Ex dono *Adæ*, de *Ruyt* duas acras terræ in Ruyt; Ex dono *Roberti* de *Buron* duas acras terræ, & dimidiam in *Burleia*; Ex dono *Osberti* Episcopi, unam acram, & dimidiam in Meldeburn. Ex dono *Henrici* filii *Symonis* duas acras in Meldeburn; Ex dono *Symonis* de *Senzeliz* unum messuagium in *Cuesword*, cum una virgata terræ; Ex dono præfati *Eustachii* de *Merc* sex bovatas terræ, & dimidiam in *Auresbeia*, & in Torenton.

Concessimus etiam & confirmamus eis nundinas per totam septimanam *Pentecostes*, & in unaquaq; hebdomada, feria quarta, forum venale apud prædictam *Crucem Roesiæ*, secundùm consuetudines, & libertates fori, & nundinarum Canonicorum de Dunstable: Et prohibemus ne aliquis præsumat emere, vel vendere in villa prædicta, absq; Canonicorum licentia; Quare volumus & firmiter præcipimus, quod præfati Canonici habeant, & teneant omnia prædicta benè, & in pace, liberè, & quietè, & integrè, & honorificè, in bosco, & plano, in viis, & semitis, in pratis, & pascuis, in aquis, & molendinis, in piscariis, & vivariis, & stagnis, in mariscis, & turbariis, infrà burgum, & extra; cum *Soch*, & *Sac*, & *Thol*, & *Theam*, & Infangethef, & Utfanethef, & Hamsach, & Gridbrach, & Clodwite, Murdro, Forestall, Flemanisslit, Ordell, Orset, infra tempus & extra, & in omnibus locis, & omnibus causis quæ sunt, vel esse possunt. Præcipimus etiam, quod ipsi, & homines sui, & tenentes sui, sint liberi; & quieti, ab omni Scotto, & Geldo, & omnibus auxiliis Regum, & Vicecomitum Ministralium eorum, & hidagiis, & Danegeldis, & excercitu, & Scyris, & Hundredis, & placitis, & querelis, & wardis, & de Wardpeni, & de Bourhalpeni; & Lastagio, & Wrech; & de operibus Castellorum, parcorum, pontium, & de clausuris, & Carreio, & Sumagio, & Hanig, & Regalium Domorum ædificatione, & omnimoda operatione; & silvæ eorum ad prædicta opera, aut ad aliqua alia nullo modo capiantur.

Præcipimus etiam quod præfatum Monasterium sit quietum, liberum, & securum ab omni donatione Comitum, & Baronum; Et ipsi Canonici, & homines terrarum earum, sint quieti ab omni Telloneo in omni foro, & in omnibus nundinis, & in omni transitu pontium, viarum, & maris, per totum Regnum nostrum; & per omnes terras nostras; & omnia mercata sua & hominum suorum sint similiter in prædictis locis, ab omni Tolneto quieti. & hoc super forisfacturam nostram præcipimus. Item Catalla furum & merciæ, quæ ex murdro, & aliis forisfacturis contingunt, & contingere possunt, quantum ad terras suas, & hominum suorum, sua sint. Confirmamus etiam eis omnia quæ de Baronibus, & hominibus nostris, in posterum collatæ fuerint in elemosinam, cum prædictis libertatibus. Prohibemus etiam ne ponantur in placitum de aliqua possessione, vel tenemento suo quod habeant, & teneant, nisi coram nobis, vel capitali Justiciario nostro. Testibus *Hugone* Episcopo *Dunelmiensi*, *Johanne Norwicensi*, *Roberto Sarisbiriensi* Episcopis; Comite *Albrico*; Comite *Hamelino* de *Warrena*; Comite *Richardo* de *Clare*; *Waltero* filio *Roberti*; *Galfrido* filio *Petri*; Datum apud *Sanctum Edmundum* nono die *Novembris*, per manum *Willielmi* Electi *Eliensis* Cancellarii nostri, Regni nostri anno primo.

PRI-

PRIORATUS
de Erdbury in agro Warwicensi.

Carta Radulfi *de* Sudle *de Ecclesiis de* Dercet *& Chilverdescote &c.*

Ex ipso autographo in Curia Augmentat.

OMnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, tam præsentibus quàm futuris *Radulphus* de *Sudle* salutem. Notum sit vobis, me dedisse & concessisse Ecclesiæ de Erdburi & Canonicis ibidem Deo servientibus, Ecclesiam de Chilverdescote, cum duabus virgatis terræ, quarum una de omni seculari servicio est libera, & altera de regalibus serviciis se defendit, & cum omnibus adjacentibus suis. Et Ecclesiam de Dercet cum omnibus pertinentiis suis, post decessum *Osemundi* Clerici eorum, qui eam per eos possidet. Et prædictus *Osemundus* præfatæ Ecclesiæ de Erdburi annuatim unam marcam argenti reddet; & post discessum ipsius *Osmundi* Clerici eorum, ipsa Ecclesia de Dercet, prænominatæ Ecclesiæ de Erdburi, quieta & soluta, de me & hæredibus meis perpetuum remanebit; & Ecclesiam de Chelverdescote similiter, & omnem terram, quam ipsi Canonici de Erdburi priùs in Chelverdescote tenuerunt; scil. sex virgatas terræ & dimidiam; & boscum quod tenent pro servitio regali de dimidia hida. Et in brademeude *x.* acras prati, & duas de decima; Et la Wrecche apud Wittemore, & messuagias, quas ipsi Canonici ibi tenent; Et dimidium boscum unum, scil. le Hudells.

Et super addidi Ecclesiæ de Erdburi, apud Sulington terram & pratum, quantum die illa tenuerunt quâ eis Cartam meam feci. Et apud Dercet C. acras terræ de dominio meo, in uno campo; & C. in altero campo; & decem acras prati similiter de dominio meo; & dimidiam virgatam terræ in villa de Dercet, quam *Fulco* tenuit; & unum messuagium ad orea sua facienda. Et apud *Radeweians* unam hidam terræ cum pertinentiis suis. Omnes enim has donationes prædictas dedi & concessi Ecclesiæ de Erdburi, & Canonicis ibi Deo servientibus in perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ & patris mei, & omnium antecessorum meorum, & *Emmæ* uxoris meæ, & *Hervei* filii mei, & omnium filiorum & filiarum mearum.

Hanc verò donationem & concessionem feci Ecclesiæ de Erdburi, & Canonicis ibi manentibus, pro Dei amore, & petitione *Emmæ* uxoris meæ. Quare volo, & firmiter præcipio, quatinus Ecclesia de Erdburi, & Canonici ibi Deo servientes has prædictas donationes habeant & teneant benè & in pace, liberè & quietè & honorificè ab omnibus secularibus serviciis mihi pertinentibus, salvo regali servicio. Et ut ex bosco meo facultatem, tam ad ignem, quàm ad propria ædificia sua sumendi ubiq; habeant, & porcis terrarum suarum pasnagium nequaquam reddant. His testibus, *Emma* uxore mea, *Hervelo* hærede meo, *Will.* de *Traci*, *Ricardo* de *Sudle*, *Osemundo* de *Campendene*, *Roberto* filio *Haraldi*, *Ricardo* Clerico de Chutone, *Jordano* Clerico de Chelverdescote, *Roberto* Presbytero de *Græva*, *Luca* de *Dieleslaune*, *Stephano Venatore*, *Hugone Mussun*, *Ricardo* de *Setreford*, *Helia Condel*, *Baldvino* Coco, *Galfrido Russell*, *Hug.* de *Buservill* & multis aliis.

Carta Andrai *de* Estley *militis de bosco de* Pereswardeshay.

Ex ipso autographo penès *Ric. Neudigate*, Serv. ad Legem.

OMnibus (&c.) *Andreas* de *Estleya* miles salutem in Domino. Noverit universitas vestra, me pro salute animæ meæ, antecessorum, successorumq; meorum, dedisse (&c.) Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de *Erdburia*, & Canonicis ibidem Deo servientibus in liberam puram & perpetuam elemosinam, totum boscum meum, qui vocatur Pereswardeshay, & solum dicti bosci, sicut metis & fossato circumcingitur; qui quidem quondam fuit *Saeri* de *Stokes* (&c.) Præterea omnes venditiones, donationes, concessiones (&c.) dictis Canonicis, à Domino *Thoma* de *Estleya* patre meo factas, ratas habens &c. confirmo. Pro hac autem donatione (&c.) dederunt mihi dicti Canonici sexaginta marcas sterlingorum, præ manibus (&c.) His testibus, Domino *Bartholomeo* de *Sudleya*, Domino *Will.* de *Wavere*, Domino *Roberto* de *Handesacre* militibus; *Johanne* de *Wilmecote*, *Hugone* de *Lilleburn*, *Willielmo Mareschallo* de *Sonleya*, *Guidone* de *Estleia*, & aliis.

Ordinatio vicariæ de Dercet, *cujus Ecclesia Prioratui de* Erdbury *prædicta spectabat.*

OMnibus Christi fidelibus præsens scriptum inspecturis vel audituris, *Alexander* Dei gratia *Coventrensis* & *Lichfeldensis* Episcopus salutem in Domino. Ex injuncto nobis curæ pastoralis officio, universis quos officii nostri cura contingit, paternâ tenemur solicitudine providere; præcipuè tamen illos fovere tenemur caritatis amplexu, quos & paupertas premit, & religionis honestas Deo reddit acceptos: Hinc est, quod nos ad præsentationem dilectorum in Christo, filiorum *Hugonis* dicti Prioris de Erdbury, & *Radulfi* de *Suleya* militis, admisimus dilectum filium nostrum *Enec* sacerdotem ad vicariam Ecclesiæ *omnium Sanctorum* de Dercet *Majori*; quam vicariam communi assensu prædictorum, *Hugonis* dicti Prioris de Erdbury, & *Radulfi* de *Suleia* militis, sic taxavimus & ordinavimus; videlicet quod dictus *Enec*, & Vicarius qui pro tempore fuerit, habeant totum alteragium præfatæ Ecclesiæ, cum pertinentiis suis, insuper & decimas garbarum octo virgatarum terræ in villa de *Radeweya*, & decimas garbarum duarum carucatarum terræ in villa de Dercet, de Dominico

Prioris antedicti; & decimam dimidiæ virgatæ terræ, quam *Aluredus* homo dicti Prioris, tempore confectionis præsentis instrumenti; & Decimam octo acrarum, quas cotarii dicti Prioris eo tempore tenebant, & medietatem decimarum feni magni prati de dominio dicti *Radulfi*, & omnes alias decimas feni sine diminutione.

Habeat etiam Vicarius domos quæ sitæ sunt in dominico Ecclesiæ præter horreum & bovariam, secundùm divisionem muri, quem præcipimus ibidem fieri ad divisionem arearum Prioris & Vicarii. Erit autem idem Vicarius sacerdos, & non minoris ordinis, & præsentabitur nobis vel successoribus nostris de communi assensu Prioris & dicti *Radulfi* vel successorum suorum, qui pro tempore fuerint, Prioris, scilicet, tamquam Rectoris Ecclesiæ, & *Radulfi* vel hæredum suorum tamquam Patroni; quod si fortè præsentaverint alium quàm sacerdotem idoneum, eò ipso sint ea vice præsentandi jure privati in posterum, tamen ipsis priore jure servato, salvo etiam nobis & successoribus nostris per omnia jure Pontificali & parochiali.

Habebit autem idem Vicarius alium socium Capellanum honestum perpetuò, & Diaconum, qui cum ipso deserviat Ecclesiæ memoratæ. Sustinebit etiam idem Vicarius omnia onera Ecclesiæ debita & consueta, præterquam si fortè Cancellum fuerit reparandum, vel libri ex toto defuerint, ad hæc conferant Prior, & Vicarius, pro portionibus ipsos contingentibus. Ut autem hæc nostra taxatio & Ordinatio stabiles perpetuò, & inconcussæ perseverint, eas sigilli nostri munimine duximus roborandas. Acta anno gratiæ *Millesimo, ducentesimo trigesimo secundo*, mense *Maio*. Hiis Testibus, Magistro *Willelmo* de *Monemuta*, Decano *Lichfeldensi*, Magistro *Richardo* de *Gloucestria* Thesaurario *Lichfeldensi*, *Willielmo* quondam Abbate de *Stanlega*, *Radulfo* de *Sulega* Patrono dictæ Ecclesiæ, *Johanne Basset* milite, *Hugone* Rectore Ecclesiæ de Avenederced, *Richardo* sacerdote de *Cobintona*, *Henrico* fratre suo, Magistro *Simone Perdriz*, Magistro *Alexandro Blundo*, *Nigello* filio *Mabiliæ*, *Philippo Blundo*, & multis aliis. 1232.

Licentia Canonicis de Croburg *perquirendi terras ad valentiam* C. *marcarum per annum.*

Pat. 23. H. 6. p. 2. m. 21. REx, (&c.) Sciatis quod cum Monasterium de Croburg in Com. *Warwici*, quod de fundatione antecessorum carissimi & fidelis militis nostri *Radulfi Botiller*, Baronis & Domini de Sudeley, & suo patronatu existit, à sua primæva fundatione exiliter dotatum, indies adversantibus sibi fortunæ varietatibus, adeo in ædificiis & facultatibus sit ruinosum & depauperatum, ac ære alieno, per minus providam gubernationem nuper Priorum loci prædicti prægravatum & oneratum, quod divinus cultus ac numerus Canonicorum Deo in eodem famulantium multipliciter diminuitur, ac verisimiliter ad extremam dissolutionem in brevi, quod absit, discontinuari formidatur, nisi aliundè à Christi fidelibus & Deo devotis celeriùs & uberiùs succurratur eidem. Et quia nos in relevationem & consolationem status Monasterii prædicti, & specialiter ad divini cultus augmentum oculos compassionis piè dirigentes, de gratia nostra speciali concessimus & licentiam dedimus, (&c.) Priori & Conventui loci prædicti, quod ipsi & successores sui, absq; feodo seu fine ad opus nostrum vel hæredum nostrorum solvendo, terras, tenementa, (&c.) ad valentiam C. marcarum per annum, (&c.) adquirere possint. Habendum & tenendum sibi & successoribus suis prædictis imperpetuum, (&c.) T. Rege apud *Westm.* xxiv. *Aprilis.*

PRIORATUS
de Poghele *in agro* Berrocensi.

Carta Regis Henrici *tertii Donationes quarumdam possessiones recitans & confirmans.*

HEnr. Dei gratia Rex *Angl.*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Norm. Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiscopis, (&c.) Sciatis nos concessisse & hac Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & beatæ *Margaretæ* & Priori & Canonicis de Poghele omnes donationes subscriptas; videlicet de dono *Radulphi* de Chadelewurth Heremitorium de Cleuf[a]redemere cum pertinentiis ubi nunc situs est ejusdem Prioratus, & de nemore ipsius *Radulphi*, quicquid est inter viam quæ à porta ipsorum Canonicorum dirigitur versus occidentem usq; ad Littledunteweye. De dono ejusdem Ecclesiam de Chadelewurth cum Capella de Walneley & omnibus aliis pertinentiis suis. De dono *Thomæ* de *Mauley* totam terram quam tenuit in Westbatterton sine ullo retenemento. De dono *Rogeri* filii *Rogeri* de *Cuserugg*, omnes terras, homagia, redditus, & servicia quæ tenuit in Cuserugg, cum omnibus pertinentiis suis, & quicquid in eadem villa el vel hæredibus suis aliquo modo unquam accidere poterat sine ullo retenemento. De dono *Nicholai* de *Hedinton* omnes terras cum pertinentiis quas habuit in Peremere sine aliquo retenemento. De dono *Lamberti* filii *Bernardi* de *Ferendone*, totam terram cum pertinentiis quam tenuit in *Ferendone*. De dono *Hugonis* de *Rathonia* totam terram suam de Uderdeham, cum pertinentiis sine aliquo retenemento; & totum pratum suum de Colethrop & homagium & servicium *Ricardi* fratris *Gilberti* de Colethrop. Carr. 3. E. 3. n. 26. per Inspex.

De dono *Willielmi* de *Haddele* omnes terras suas & mesuagium cum omnibus pertinentiis suis apud Legh, & totam terram cum pertinentiis, quam *Godefridus* de *Gorstone* tenuit, &

& totam terram cum pertinentiis quam *Lucas de la Dene* & *Willielmus* filius *Osmundi* tenuerunt, cum tribus acris terræ, quas *Hugo Albus* ei dederat, & cum tota terra sua in Inhoc, cum omnibus pertinentiis suis. De dono *Nicholai* filii *Hugonis* totam terram suam cum pertinentiis in Blatgrave, quam tenuit de *Willelmo* filio *Humfridi* de Bochamptone, & totam partem suam Assani in Swanecroft; & totam terram illam cum pertinentiis, quam tenuit de *Radulpho* Anglico in Haddele. De dono *Willielmi* filii *Ricardi* de Westhenred unam virgatam terræ cum pertinentiis in Westhenred. De dono *Johannis* de *Bakepuz* unam virgatam terræ cum pertinentiis in Cysdene, quam *Walterus Aky* tenuit. De dono ejusdem dimidiam virgatam terræ, cum pertinentiis in eadem villa, quam *Lewredus* tenuit. De dono ejusdem unam virgatam terræ cum pertinentiis in eadem villa, quam *Edrich Bully* tenuit. De dono *Thomæ* filii *Ricardi* de *Boclaund* messuagia illa & omnes terras illas cum pertinentiis quæ *Thomas* le *Boltere* & *Robertus* le *Hert* aliquando tenuerunt in West-Cumpton, sine aliquo retenemento; & homagia redditus & servicia, cum pertinentiis quæ *Nicholaus* Vicarius de Cumptone & *Robertus* le *Mey* ei solebant & debebant facere de tenementis, quæ de eo tenuerunt in eadem villa, cum toto jure quod ei inde aliquando ullo modo accidere poterat sine ullo retenemento.

De dono *Henrici* de *Bernevall* totam terram in Fernham quam *Reginaldus* de *Thurnemere* tenuit, & pasturam duodecim boum & duorum equorum & quindecim porcorum, & centum ovium in Wodehull versus Cutemere. De dono Magistri *Thomæ* de *Hulieburne*, totam terram suam de Biggeham, cum omnibus pertinentiis suis, quam emit à *Ricardo* filio *Henrici*. De dono *Roberti* de *Pinkeny* quatuor solidatas redditus cum pertinentiis, quas *Ricardus* de *Waretwyck* & hæredes sui ei reddere tenebantur, & duas acras terræ & unam moram quæ jacent infra croftam ipsorum Canonicorum, & totum pratum suum in Biggeham, quod jacet in prato, quod dicitur Wygemore. De dono *Ricardi* de *Puntchardonne* dimidiam marcatam redditus, cum pertinentiis in Farcumbe. De dono *Oliveri* de *Puntchardon* terram quam *Galfridus Artifex* de eo tenuit in Farcumbe. De dono *Walteri Wallensis* dimidiam virgatam terræ cum pertinentiis in *Esthenneya*, quam *Walterus Niger* tenuit. De dono *Galfridi* de *Turbevill* totam croftam in Esthenred, quam *Ailwardus Sune* & *Walterus Sutor* tenuerunt, & trèsdecim acras terræ in eadem villa, quas *Hugo* de *Fonte* tenuit, & viginti & septem acras de dominico suo cum pertinentiis in eadem villa. Habenda & tenenda prædictis Priori & Canonicis de Poghele & successoribus suis benè & in pace in liberam & perpetuam elemosinam, sicut Cartæ prædictorum donatorum, quas inde habent, rationabiliter testantur. Hiis testibus, *Johanne* de *Plessetis* Comite *Warewyki*, *Roberto Passelewe* Archidiacono Lewensi (&c.) Dat. per manum nostram apud Clarendon 16. die *Junii* anno Regni nostri *xxxi.*

PRIORATUS
de Rouceſtre in agro Staffordienſi.

Carta Ricardi Bacun de fundatione & dotatione ejusdem.

Ex vetusto Rotulo MS. penès *Franc. Treasham* de *Roue.* in Com. *Staff.* arm. an. 1615.

Will. Dei gratia *Eboracensi* Archiepiscopo, & *R.* eadem gratia *Cestriæ* Episcopo, & *R.* Comiti *Cestriæ*, & omnibus fidelibus Sanctæ Dei Ecclesiæ, tam laicis quàm Clericis, *Ric. Bacun* salutem in Domino. Noverit universitas vestra, me pro salute animæ meæ, pro salute etiam *Ranulphi* Comitis *Cestriæ* avunculi mei, & antecessorum & successorum meorum, dedisse & concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse, Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ*, & Canonicis regularibus *Rouceſtriæ*, ordinis beati *Augustini*, totam villam *Rouceſtriæ*, & de Combrigg, cum omnibus villanis meis, & eorum sequelis, & omnibus eorundem Catallis, cum omnibus dominicis meis in Rouceſtre, Combrigg, & Wotton, cum omnibus pertinentiis & libertatibus in Northulle, Denstone, Quickefulle, Hosintone; & cum una bovata terra in Bradley, cum suis pertinentiis; & cum quatuor bovatis terræ in Waterfale, cum suis pertinentiis, una cum advocatione Ecclesiæ S. *Michaelis* in Rouceſtre, & Capellarum suarum in Bradley & Waterfal; & cum omnibus & omnimodis pertinentiis suis in Rouceſtre, Combrigge, Northulle, Wotton, Denston, Quickefull, Hosintone, Bradley, Waterfull, Calton; simul etiam octo caruçaras & duas bovatas terræ, & tertiam partem duorum molendinorum in Rouggeford, cum omnibus pertinentiis suis. Habendum & tenendum sibi & successoribus suis, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam imperpetuum, sicut unquam ulla elemosyna melius & liberiùs dari possit vel concedi.

Dono etiam & concedo dictis Canonicis, & eorum successoribus, ut omnes homines de *Rouceſtria*, & de Combrigge, & de Northull, & Wottone, & de Quickefhulle, & de Denstone, & de Hosintone, & de Waterfall, & de Bradley, & omnes qui tenent de secta de Rouceſtre, faciant apud Rouceſtre omnes illas consuetudines, sectas & operationes, quas fecerunt mihi in tempore meo, & etiam *Ranulpho* Comiti *Cestriæ* in tempore suo, qui dictas terras de Rouceſtre & de Combrigg, & de Wotton, cum omnibus pertinentiis sus, simul

cum consuetudinibus, sectis, & operationibus prædictarum aliarum villarum, pro servitio meo mihi dedit; *viz.* quod sequantur placita sua, & *Halimot*, de omnibus & omnimodis querelis, & placitis & molendinis, & Rada & Lada, cum *Socca*, & *Sacca*, & *Tol*, & *Them*, & Infangenthef, & UWeyf, & UWreck, & cum cunctis aliis libertatibus, & liberalibus consuetudinibus. Ut autem hæc mea donatio & confirmatio meæ puræ & perpetuæ elemosinæ perpetuitatis robur optineat, præsens Scriptum Sigilli mei impressione roboravi; & confirmationem hujusmodi donationis, cùm warantizatione, à *Ranulpho* Comite *Cestriæ* avunculo meo, dictis Canonicis & eorum successoribus, impetravi. Hiis testibus, *Hugone Wac*, *Willielmo* Constabulario de **Donington**, *Thurstano Banastre*, *Wilhelmo Bacoun*, *Roberto Bacoun*, *Willielmo* de *Colevile*, *Ricardo Pincerna*, *Willielmo* de *Binulle*, *Galfrido Dispensario*, *Willielmo* Capellano, *Johanne* Capellano; & aliis.

Carta Ranulphi *Comitis* Cestriæ, *donationem præfati* Ricardi Bacoun *recitans & confirmans.*

UNiversis Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsens pagina pervenerit, *Ranulphus* Comes *Cestriæ* salutem in domino. Noverit universitas vestra me concessisse, & hac Cartâ meâ confirmâsse donationem quam *Ricardus Bacoun* fecit Deo & beatæ *Mariæ*, & Canonicis S. *Mariæ* de **Rouceſtre**, de tota villa de **Rouceſtre**, & de **Combrigge**, cum omnibus dominicis suis in **Rouceſtre**, **Combrigge** & **UWottone**, & de omnibus villanis suis, & eorum sequelis, & suis Catallis, & cum omnibus & omnimodis suis pertinentiis; & de una bovata terræ in **Bredley**, & quatuor bovatis terræ in **UWaterfall**; & de omnibus libertatibus, & liberalibus consuetudinibus in **Rouceſtre**, **Combrigge**: **Northulle**, **UWottone**, **Denstone**, **Quickshulle**, **Rosintone**, **Waterfalle**, & **Bredley**; unà cum advocatione ejusdem villæ de **Rouceſtre**, & Capellarum suarum, **Bredley** & **UWaterfall**: Et de octo carucatis, & duabus bovatis terræ, & de tertia parte duorum molendinorum in **Bruggeford**, unde ego *Ranulphus* Comes *Cestriæ*, & hæredes mei dictam villam de **Rouceſtre**, **Combrigge**, cum omnibus dominicis suis in **Rouceſtre**, **Combrigge**, & **UWatton**, cum omnibus villanis suis, sequelis, & catallis, cum omnibus libertatibus, & liberalibus consuetudinibus, in **Rouceſtre**, **Combrigge**, **UWottone**, **Northulle**, **Denstone**, **Quickshulle**, **UWaterfalle**, **Caltone** & **Bredley**; unà cum advocatione Ecclesiæ ejusdem villæ de **Rouceſtre** & Capellarum suarum de **Bredley**, & **UWaterfall**, cum omnibus pertinentiis suis in **Rouceſtre**, **Combrigge**, **UWotton**, **Northulle**, **Denstone**, **Quickesull**, **Rosintone**, **Waterfall**, **Caltone**, & **Bredley**; & octo carucatas, & duas bovatas terræ & tertiam partem duorum molendinorum in **Bruggeford**, dictis Canonicis, & eorum successoribus, sicut nostram liberam, puram, & perpetuam elemosinam, contra omnes gentes warantizabimus, acquietabimus, & defendemus imperpetuum. Quare volo & firmiter præcipio, ut ipsi ita benè & in pace, ita liberè & quietè prædicta teneant sicut unquam ullam elemosinam meliùs & liberiùs tenuit: & habeant omnes consuetudines, libertates suas, & rectitudines, & quietancias in omnibus, in civitate & extra, in burgo & extra, in villa & extra, in foro & extra, in agris & pasturis, & pratis, in viis; & placeis, & chiminis, in bosco & plano, in aquis & molendinis, in stangnis & piscaturis, in *Socca* & *Sacca*, in *Tol* & *Them*, & *Infangenethef*, & *Weyf* & *Wreck*, & aliis consuetudinibus & libertatibus. Hiis testibus, *Rogero* Constabulario *Cestriæ*, *Rogero* de *Montealto* Seneschallo *Cestriæ*, *Simone* de *Kyma*, *Thoma Despensario*, *Simone* de *Thechet*, *Willielmo* de *Hardreshulle*, *Hugone* de *Nevills*, *Henrico* de *Longocampo*, *Philippo* de *Horreby*, *Sampsone* Priore de **Trentham**, *Thoma* Clerico, præsentium Scriptore, & aliis multis apud **Notingham**.

Carta Fulcheri *filii* Fulcheri, *de Ecclesia de* **Edneshoure**.

OMnibus Sanctæ Dei Ecclesiæ filiis, tam Clericis quàm laicis, tam præsentibus, quàm futuris *Fulcherus* filius *Fulcheri* salutem in Domino. Noscat universitas vestra, me dedisse & concessisse, & præsenti Cartâ confirmâsse, Deo & S. *Mariæ*, & S. *Michaeli* Archangelo, & Abbati *Rouceſtriæ*, & Canonicis de **Leyes**, prædictæ Ecclesiæ *Rouceſtriæ* obedientibus, & Deo servientibus, pro anima *Jordani* fratris mei, & pro animabus patris mei & matris meæ; & pro anima sponsæ meæ *Margaretæ*; & pro me & uxore mea, & filiis & fratribus meis, Ecclesiam S. *Petri* de **Edneshoure**, cum omnibus pertinentiis suis, in perpetuam elemosinam: Quare volo, & quibus possum præcipio, quatinus prædicti Canonici, salvo jure Episcopali, istam Ecclesiam habeant, & teneant benè & in pace, & liberè & quietè ob omni consuetudine seculari; habeantq; libertatem, in bosco, in plano, in campo, in villa, in pratis, in pasturis, in molendinis, & in omnibus locis, sicut & ego, & meliùs, si fieri potest, propter amorem Dei nostri Jesu Christi. Et ne fortè aliquis in futurum, sive astutiâ, sive molestiâ, vel qualibet fraude istam donationem in aliquo perturbare tentaverit sub ditione *Lichfeldensis* Episcopi, & Archidiaconi *Derbiæ* curam illam committo; suppliciter exorans, ne ullo modo patiantur istam elemosinam ab aliquo malè vexari, neq; aliquod injustè ab eis auferri valet. Hiis testibus, *Willielmo*, *Avenel*, *Gervasio Avenel*, *Roberto* de *Catesworth*, *Radulpho* de *Birches*, *Ada* de *Calton*, *Rogero* del *Hospital*, *Ranulpho* de *Edenesover*, *Sivardo* de *Pulleſley*, & pluribus aliis.

Carta

Carta Willielmi Basset, *de Ecclesia de* Wollesord.

Willielmus Basset, omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, salutem. Noverint omnes, tam posteri, quam præsentes, quod ego pro salute animæ meæ & uxoris meæ, & pro anima *Willielmi Basset* patris mei; & pro animabus omnium antecessorum & successorum meorum, dedi & concessi, & præsenti Chartâ meâ confirmavi, in puram & perpetuam elemosinam, Ecclesiæ S. *Mariæ* de Rouecestre, & Canonicis regularibus ibidem Deo servientibus, Ecclesiam de Wlodesord, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis, sicut pater meus *Willielmus Basset*, & *Osmundus Basset*, eandem Ecclesiam de Wlodesord prædictæ Ecclesiæ de Rouecestre, dederunt & Chartis suis confirmaverunt. His testibus, *Thoma* Abbate de Croiesdene, *Henrico* Capellano de Chedle, *Roberto* de *Ses*, *Willielmo Columbe*, *Osberto* de *Fotesbroc*, *Johanne* fratre ejus, *Waltero* fratre ejus, *Willielmo* de *Sapecote*, *Alano* filio *Johannis*, *Willielmo* de *Mongomeri*, *Philippo* de *Draicote*, *Ivone* de *Seggesale*, *Sampsone* de *Rouecestre*, &c.

Carta Willielmi *de* Grefeleie, *de quibusdam terris in* Langeston, *& advocatione Ecclesiæ ejusdem villæ.*

OMnibus Christi fidelibus *Wil.* de *Gresselee* fil. *Galf.* de *Gresselei* salutem in Domino. Noveritis me pro salute animæ meæ, & antecessorum meorum, dedisse & concessisse, & hac præsenti Chârta meâ confirmâsse, Deo & Ecclesiæ S. *Mariæ* de *Roueestre*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, in liberam puram & perpetuam elemosinam, totam terram quam *Ricardus Forestarius* tenuit aliquando de me, in villa de Langeston, cum advocatione Ecclesiæ de Langeston, cum omnibus pertinentiis suis, communiis & aisiamentis prædictæ villæ pertinentibus, tenendam & habendam sibi & successoribus suis imperpetuum, liberè, quietè & solutè ab omni servicio seculari & exactione, vel demandâ, sicut aliqua elemosina liberiùs & quietiùs dari potest, vel concedi, vel commodius possideri. Hanc autem donationem & concessionem, ego & hæredes mei, prædictis Canonicis, & eorum successoribus, contra omnes homines imperpetuum warantizabimus & defendemus. In cujus rei testimonium huic præsenti scripto Sigillum meum apposui. His testibus, Magistro *Roberto* tunc *Archidiacono Staffordiæ*, Magistro *Radulpho* de *Lacog*, *Ricardo* Rectore Ecclesiæ de Bingefelt, *Henrico* del *Lee*, *Roberto* de *Waterfall*, *Petro* de *Durantesthorpe*, *Rogero* de *Vernay*, *Galfrido Godeberti*, *Henrico* de *Lees*, *Roberto* de *Combrugg*, & aliis.

Carta Patricii *de* Modberley, *de medietate Ecclesiæ de* Modberley, *&c.*

UNiversis Sanctæ matris Ecclesiæ fidelibus, *Patricius* de *Modberleya*, salutem. Noverit universitas vestra, quod ego *Patricius*, pro salute animæ meæ, & patris mei & matris meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum, dedi & concessi, & hac Chartâ meâ, in puram & perpetuam elemosinam, confirmavi, Deo & S. *Mariæ* & S. *Wilfrido*, & Canonicis regularibus in *Modberleya* Ecclesia perpetuo mansuris, totam illam medietatem Ecclesiæ de *Modberleya*, cum omnibus pertinentiis suis, & eisiamentis, & libertatibus, & liberas consuetudines suas, quæ ad donationem meam pertinent. Et præterea dedi in incremento eidem medietati prædictæ Ecclesiæ, & eisdem Canonicis in puram & perpetuam elemosinam, de dominio meo in eadem villa, sex selliones in Churchecroft, & totam culturam, quæ est inter parvum rivulum & pratum de *Farneleia*, & inter Wallischae & viam quæ vadit ad *Farneleiam*; & totam *Duningecroftam*, & totam culturam meam in Bakestaneshull, & unam salinam liberam in *Norwico*, quam tenui de *Astrope* de *Midelton* & uxore ejus *Christiana*, salvâ etenim dimidiâ marcâ, quam ei annuatim reddidi.

Hæc omnia dedi, & in puram & perpetuam elemosinam confirmavi prædictis Canonicis, & eorum successoribus sine ullo retenemento mihi vel hæredibus meis, libera & quieta ab omni servicio & exactione, de me & hæredibus meis, & de omnibus hominibus, ita quod Personæ alterius medietatis Ecclesiæ de Modberleie, quæ non est de donatione mea, nihil juris poterint exigere in prædictis tenementis. Et sciatis, quod concessi & assignavi prædictam elemosinam *Waltero* Canonico, & Canonicis ibidem Deo servientibus imperpetuum, & hunc *Walterum* elegi & constitui primum Priorem in prænominata elemosina assensu & auctoritate Domini *G. Coventrensis* Episcopi. Volo autem, & eadem Chartâ confirmo, quod Prior & Canonici prædicti loci, faciant molendinum & Vivarium ad opus suum proprium ubicunq; benè viderint super terram suam in eadem elemosina.

Quare volo quod Prior & Canonici ejusdem loci, teneant hæc omnia prædicta benè & in pace, liberè & quietè in bosco & plano, in pratis & pasturis, in viis & semitis, in moris & in aquis, & in omnibus locis: Ubicunq; verò tempore pastionis, mei dominici porci & hæredum meorum in boscis nostris fuerint, concedo quod prædicti Canonici & eorum homines, porcos suos liberè, sine paunagio habeant, & ad omnia averia sua libertatem cum omnibus communionibus easiamentis prædictæ villæ, in boscis, & ubiq; ita quod homines Canonicorum, ex toto sint Canonicis intendentes. Et volo ut prædicti Canonici habeant curiam suam, & omnes libertates suas tam liberè, sicut

cut ego meliùs unquam habui. Et concedo Canonicis ejusdem loci, ut decedentibus Prioribus ejusdem loci, habeant liberam potestatem elegendi per se, quemcunq; voluerint Priorem. Et ego & hæredes mei warantizabimus eisdem Canonicis, omnia prædicta contra omnes homines.

Hiis Testibus, domino *G. Coventriæ* Episcopo, *Waltero* de *Salford* Capellano, & *Matheo* Capellano, Magistro *Roberto* de *Insula*, Magistro *Simone* da *Derby*, Magistro *Elia* de *Chivele*, *Radulpho* de *Mainwaryn*, *Roberto Patric*, *Willielmo* de *Venables*, *Petro* Clerico, *Roberto* filio *Fichoti*, *Liulfo* Vicecomite, *Herberto* de *Pulford*, *Willielmo* de *Tabeley*, *Roberto* fratre suo, *Gilberto* Decano, *Bertramo* Decano, *Clemente* de *Wix*, Magistro *Hugone* & *Randulpho* del *Frocheshamme*, & multis aliis.

Carta Regis Henrici *tertii donationem* Ricardi Bacun *de Ecclesia* de Rouecestre *& de tota terra sua ibidem; necnon in* Hanbury *&* Burgeford, *confirmans.*

Cart. 30. H. 3. m. 10. REx Archiepiscopis &c. salutem. Sciatis nos concessisse & hâc Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Rouecestre, & Abbati & Canonicis ibidem Deo servientibus & imperpetuum servituris, donationem quam *Ricardus Bacun* eis fecit de Ecclesia & tota terra sua cum pertinentiis in Rouecestre, & de tota terra sua cum pertinentiis in Hanbury, & de tota terra sua & tenura cum pertinentiis in Burgeford. Concedimus etiam eis & confirmamus omnes libertates & liberas consuetudines quas eis dedit per Cartam suam *Randulfus* quondam Comes *Cestriæ*. Quare volumus (&c.) Dat. per manum nostram apud *Westm.* primo Die *Aprilis*.

PRIORATUS
de Cumbwell *in agro* Cantiano.

Diploma Regis Henrici *tertii, Cartam Fundationis & dotationis ejusdem domus, recitans & confirmans.*

Cart. 11. H. 3. p. 2. m. 9. Videsis etiam Pat. 4. R. 2. p. 2. m. 30. H *Enricus* Rex &c. salutem. Inspeximus Cartam *Stephani* de *Turneham* in hæc verba; *Stephanus* de *Turneham* omnibus hominibus, tam *Francis*, quam *Anglicis*, ad quos præsens scriptum pervenerit, salutem. Sciatis, me concessisse, & hac præsenti Cartâ confirmâsse, donationem *Roberti* de *Turneham* patris mei, quam Deo, & Ecclesiæ beatæ *Mariæ Magdalenæ* de Cumbwell, & fratribus ibidem Deo servientibus, in perpetuam Elemosinam; Scilicet, Henle, quæ est sedes Abbatiæ, cum omnibus pertinentiis suis, & Cumbwell cum pertinentiis suis, & Ecclesiam S. *Mariæ* de Turnham, cum omnibus pertinentiis suis, & Ecclesiam S. *Mariæ* de Bichel, cum omnibus pertinentiis suis; & in Thurnham quasdam terras quæ vocantur Hoch, & Castreye cum earum pertinentiis; & super montes de Hornham *xx.* acras terræ. Præterea ego *Stephanus* de Turneham, ex donatione mea propria, dedi & concessi & præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo, & prædictæ Ecclesiæ de Cumbwell, & fratribus ibidem Deo servientibus intuitu Dei, & pro anima *Henrici* regis, & pro anima *Ricardi* Regis, & pro animabus dominorum meorum; & pro animabus patris mei, & matris meæ, & antecessorum meorum, & pro salute animæ meæ, & *Edelinæ* uxoris meæ, & hæredum meorum, sex acras terræ, & tres perticatas, in *Moriene*, juxta terram prædictorum Canonicorum; Et duas acras terræ super montes in Hornham; & *xiii.* acras terræ in Bichull, de proprio dominio meo, cum pertinentiis suis; & totam terram meam de Losherste, cum omnibus pertinentiis suis, & totam Elherste cum omnibus pertinentiis suis, & totam terram meam de Hertesdune, cum omnibus pertinentiis suis, & totum tenementum meum, quod teneo de domino meo Rege in Hamwolde, cum omnibus pertinentiis suis; & totam terram meam de Herindere cum omnibus pertinentiis suis; & totam terram meam & decimam de Lincheshele, cum omnibus pertinentiis suis; & situm & locum molendini apud Turnham super montes.

Hæc omnia supradicta, habenda & tenenda de me, & hæredibus meis, in liberam, puram & perpetuam elemosinam liberè, quietè, integrè, & plenariè, honorificè, & pacificè in terris, in boscis, in pratis, in pascuis, in viis, in semitis, in aquis, in stagnis, in vivariis, in piscariis, in molendinis, in domibus, & redditibus, in homagiis, in serviciis, in consuetudinibus, cum omnibus quæ ad eam pertinent, vel pertinere possunt imperpetuum, sicut ego *Stephanus* de *Turnham*, vel alii antecessorum meorum, illa meliùs & plenius & liberiùs unquam tenuimus, & ita sanè, quod ego in supradictis nihil juris mihi vel hæredibus meis imposterum reservavi. Et ego *Steph.* de *Turnham* & hæredes mei warantizabimus prædictas terras, & prædictos redditus, sicut supradictum est, prædictis Canonicis contra omnes homines, & fœminas. Et ut hæc donatio, concessio, & warantizatia perpetuâ gaudeant stabilitate, hanc paginam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus, *Roberto* de *Turnham* fratre meo, *Ricardo Malherbe*; *Willielmo Haunsard*, Magistro *Willielmo* de *Batonia*, Magistro *Will.* de *Bristoll*, *Willielmo* de *Sotindon*, *Willielmo* de *Theokesbiri*, *Jordano* de *Bristollo*, *Ricardo* de *Cumwell*, *Willielmo Potin*, *Eilwardo* de *Herindon*, *Willielmo* de *Losherste*, *Orgaro* de *Parch*, & multis aliis. Nos igitur hanc concessionem, & confirmationem præfati *Stephani* de *Turnham* præfatæ Ecclesiæ S. *Mariæ Magdalenæ* de Cumwell, & fratribus ejusdem loci factas,

pro

pro nobis & hæredibus nostris concedimus, & confirmamus, sicut Carta præfati *Stephani* de *Turnham* rationabiliter testatur, Dat. apud *Westm.* 6. Die *Julii* Anno &c. xi.

PRIORATUS
de Wolspyng *in agro* Somersetensi.

Carta Regis Edwardi *secundi, Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Par. 18. E. 2. p. 2. m. 33.

REx omnibus ad quos &c. salutem. Donationem (&c.) quas *Will.* de *Courteneye* fecit per scriptum suum Deo & beatæ *Mariæ* & beato *Thomæ* Martiri & Capellæ de Wolspyng, & viris honestis ibidem Deo servientibus, & eorum successoribus, de tota terra de Wolspyng, præter terram *Roberti* de *Neweton* in homagiis, serviciis, redditibus; in bosco & plano, & in omnibus locis & omnibus aliis rebus, & de uno ferdello terræ in Northammes, sine ullo retenemento; & de decimis dominici ipsius *Willielmi* de *Norton*, & de decem solidis de redditu suo de Blanesord, & de quatuor solidis de redditu suo de Chilton. Donationem (&c.) quas *Galfridus Gilbewyn* fecit per Cartam suam Deo & beatæ *Mariæ* & beato *Thomæ* Martyri & Canonicis regularibus de ordine Sancti *Victoris* in Dodelyng, Deo servientibus & eorum successoribus de toto Manerio suo de Lokkyng, cum omnibus pertinentiis suis; exceptis quatuor liberis hominibus cum tenementis suis, quos prædictus *Will.* de Courteneye sibi retinuit. Donationem (&c.) quas *Hugo* de *Nyweton* fecit per Cartam suam Deo & Canonicis dicti loci de Wolspyng, de duobus mesuagiis, quater viginti & novem actis terræ, & novem acris prati cum pertinentiis in Norton, & de tota communia sua de Wolspyng, in omnibus locis, inter terras & tenementa sua sine ullo retenemento, & de licencia habendi liberum & largum iter in longitudine terrarum ipsius *Hugonis* versus Wlampulleſſer, & alibi ubique ultra terras & prata ipsius *Hugonis* pedes & eques, cum plaustris, caretis & animalibus suis in estate, autumpno, & hieme, & omni tempore cum voluerint, & necesse habuerint, nullâ ab ipso *Hugone* seu à suis licentiâ requisitâ, nec requirendâ imperpetuum.

Donationem (&c.) quas *Henr. Engayne* advocatus Prioratus prædicti fecit per Cartam suam *Johanni* Priori & Canonicis loci prædicti, & eorum successoribus, de toto dimidio Manerio, dominio, dominico, terris, pratis, pascuis, pasturis, villanis & villenagiis, cum tota sequela sua, & omnibus catallis suis, cum omnibus libertatibus, liberis consuetudinibus, & omnibus aliis rebus ad capitalem Curiam suam de Wolspyng pertinentibus; & de regali servicio dictorum Prioris & Canonicorum, & omnium successorum suorum, de medietate Manerii de Lokkyng; & de homagiis, & serviciis cum pertinentiis *Will.* de *Chandesfeld*, & hæredum suorum de feodo unius militis cum pertinentiis apud Chandesfeld, in Com. *Wiltes*, & *Willielmi Beyvin* & hæredum suorum de feodo dimidii militis cum pertinentiis apud Candel-Beyton, in Com. *Dorset.* & de toto jure & clamio quæ idem *Henr.* vel hæredes sui habuerunt vel habere potuerunt de *Adam Michel* & *Ricardo* de *Hales*, & hæredibus eorum, nomine seu ratione tenementorum de Clopecote, & Duynleg, cum pertinentiis, & de homagiis & serviciis cum pertinentiis omnium liberè tenentium, & hæredum suorum vel assignatorum de Wolle, Wolspyng, Bywestok, Milton, Ebedon, & Lokkyng, & omnium eorum, qui in dicto, vel de dicto dimidio Manerio de Wolle quæcumq; feoda, terras, vel tenementa, vel quæcumque alia tempore confectionis ejusdem Cartæ tenuerunt, vel tenere debuerunt; *viz.* in Comitatibus *Somerset. Dorset.* & *Wyltes*, cum omnibus seisinis, homagiis, fidelitatibus, redditibus, maritagiis, releviis, estaetis, wardis, auxiliis, sectis, serviciis, quærelis, amerciamentis, rallagiis, & omnibus aliis demandis, & rebus, quæ de omnibus prænotatis dominis capitalibus dicti dimidii Manerii de Wolle quocumque modo & quocumque jure descendere vel accidere potuerunt imperpetuum.

Concessionem eciam (&c.) quas præfatus *Henr.* fecit per scriptum suum prædictis Priori & Canonicis & eorum successoribus, de novem libris argenti, de viginti libris annuis, in quibus eidem *Henr.* & hæredibus suis tenebantur pro dicto dimidio Manerio de Wolle. Concessionem (&c. quas *Johannes Engayne* fecit (&c.) de decem libris argenti, de undecim libris annuis in quibus eidem *Johanni* tenebantur pro dicto dimidio Manerio de Wolle. Concessionem (&c.) quas præfatus *Johannes Engayne* fecit (&c.) de viginti solidis argenti annui redditus, in quibus eidem *Johanni* tenebantur pro dimidio Manerii de Wolle. Et de relevio centum solidorum eidem *Johanni* & hæredibus suis, cum Prioratus de Wolspyng, morte Priorum naturali vacaverit debito; & de omnibus aliis serviciis eciam regalibus antea & dictis Priore & Canonicis debitis & factis; & quæ idem *Johanni* & hæredibus suis de dicto Prioratu accidere possent vel deberent. Salvis tamen eidem *Johanni* & hæredibus suis, advocatis dicti Prioratus, uno pari Calcarium deauratorum annuatim solvendorum eidem *Johanni* & hæredibus suis, vel suo certo attornato in Prioratu prædicto in festo sancti *Michaelis*; & homagio dictorum Priorum in qualibet mutatione eidem *Johanni* & hæredibus suis infra dictum Comitatum *Somerset* faciendo; Ita quod Prior, qui pro tempore fuerit per quindecim dies apud Wolspyng præmuniatur, ubi infra dictum Comitatum *Somerset* homagium suum facere debeat; & quod dicti Canonici suum Priorem eidem *Johanni* vel hæredibus post eorum electionem, & ante in-

stallationem nullatenus præsentare; nec dictus Prior, qui pro tempore fuerit, post suam electionem, pro suo homagio faciendo dictum Comitatum *Somerset* exire teneantur.

Donationem etiam (&c.) quas *Robertus Offe* fecit (&c.) de sex acris terræ, & una acra prati de terra ipsius *Roberti de Mariseo*. Donationem (&c.) quas *Johannes de Eston* fil. *Roberti de Eston* fecit (&c.) *Johanni* Priori & Canonicis dicti loci & eorum successoribus, de homagio & toto servicio *Martini de la Cume* de Milton, & hæredum suorum, quod eidem *Johanni* debuit, de tercia parte feodi unius militis, cum omnibus pertinentiis suis in Milton. Donationem (&c.) quas *Alicia Ofre* filia *Roberti Ofre* fecit (&c.) de quatuor acris terræ cum pertinentiis in Sulfsmath, & una acra terræ cum pertinentiis quæ vocatur Sulfsbaodarra, & tribus acris terræ, cum pertinentiis in la Heve & dimidia acra prati in Estredolmore; & dimidia acra prati in Westredolmore cum pertinentiis; & de uno denario annui redditus percipiendo de *Agnete* filia ejusdem *Alicia* & hæredibus suis de sex acris terræ cum pertinentiis, quas prædicta *Alicia* dedit præfatæ *Agneti*. Et relaxationem (&c. quas præfata *Alicia* fecit (&c.) de toto jure & clamio, quæ præfata *Alicia*, vel hæredes sui habuerunt vel habere potuerunt, de toto tenemento quondam *Roberti Ofre* imperpetuum. Donationem (&c.) quas *Henr.* de *Pendeney* filius *Henrici* de *Pendeney* fecit (&c. de omnibus messuagiis & curtilagiis suis apud Pendeney, & una virgata terræ & prati in villa de Locking; & sex acris & dimidia prati jacentibus in Dockyngcroft, & de homagio & toto servicio *Walteri* filii *Alicia* de quinq; perticatis terræ & prati in Locking; & de tota terra ipsius *Henr.* in mora de Locking. Donationem (&c.) quas *Hen. Limesheft* fil. *Henr. Limesheft* fecit (&c.) de toto servicio *Roberti Wreeh* & hæredum suorum de toto tenemento quod de eodem *Henrico* aliquando tenuit in villis de Sandforv, & de Wodebergh, simul cum viginti & quinq; denariis de redditu assiso annuatim percipiendo de prædicto *Roberto Wreeh*, & hæredibus suis imperpetuum. Donationem (&c. quas *Ric.* de *Hordwell* fecit (&c.) de duodecim acris & una perticata terræ, duabus acris & dimidia, & dimidia perticata prati in villa de Locking, easdem habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, fratri *Henrico* nunc Priori & Canonicis loci prædicti & successoribus suis concedimus & confirmamus, prout Cartæ & scripta prædicta rationabiliter testantur (&c.) In cujus, &c. T. Rege apud *Westm. vii.* die *Febr.*

PRIORATUS
de Marleburgh in agro Wiltoniensi.

De certis terris in Monton, Burbach & West-Grafton *perquisitis absq; regia licentia, & pardonatione inde.*

REx omnibus ad quos, &c. Salutem. Sciatis quod cum, ut accepimus, dilectus, & fidelis noster *Johannes Lovel* chivaler nuper dedisset & concessisset dilectis nobis in Christo Priori & Conventui domus Sanctæ *Margaretæ* juxta Marlebergh, quæ de Fundatione progenitorum nostrorum, & nostro Patronatu existit, tria messuagia, unum tostum, tres carucatas & quadraginta acras terræ, unam acram prati & dimidiam, & viginti solidatas redditus cum pertinentiis in Monton, Burbach & West-Grafton. Habendum & tenendum eisdem Priori & Conventui & successoribus suis in augmentationem sustentationis suæ in puram & perpetuam elemosinam imperpetuum; licentiâ Regis super hoc non optentâ. Nos ob reverentiam Dei & diei *Parasceves* proximè præteriti, de gratiâ nostrâ speciali, pardonavimus præfatis Priori & Conventui & successoribus suis omnimodas transgressiones (&c.) quas iidem Prior & Conventus fecerunt & perpetraverunt, tam in acceptatione terrarum (&c.) licentiâ nostrâ super hoc, ut premittitur, non obtentâ. Et ulteriùs de uberiori gratiâ nostrâ concedimus, ratificamus, & confirmamus præfatis Priori & Conventui statum & possessionem quos habent in terris (&c.) prædictis. Habendum (&c.) in puram & perpetuam elemosinam (&c.) Ita semper quod iidem Prior & Conventus & successores sui teneantur ad exorandum pro salvo statu nostro, carissimæ consortis nostræ Reginæ quamdiù vixerimus, & pro anima nostra & animâ ipsius consortis nostræ, cum ab hac luce migraverimus imperpetuum. In cujus (&c.) Teste Rege apud *Westmonasterium xii.* die *Aprilis*.

Pat. 21 R. 2. p. 3. m. 18

PRI-

PRIORATUS

de Ivichurch in agro VViltonienſi.

Carta Regis Henrici *tertii pro* xx. *porcis, cum ſequela unius anni quietis de pannagio in Foreſta de* Clarendone.

Cart. 4. E. 3. n. 102. per inſpex.

Vide eiam Cart. 1. H. 6. n. 39.

Henricus Dei gratia Rex *Anglie*, Dominus *Hibernie*, Dux *Normannie*, *Aquitanie*, & Comes *Andagavie* Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe dilectis nobis in Chriſto, Priori & Canonicis de *Monaſterio Ederoſo*, quod ipſi & eorum ſucceſsores, in perpetuum habeant ſingulis annis, quibus Foreſta noſtra de Clarendon agiſtata fuerit, viginti porcos cum ſequela ſua unius anni ad peſsonam quietos de paunagio in eadem Foreſta, dum tamen porci illi annulati ſint, ita quod fodere non valeant. Nolumus tamen quod iidem Prior & Conventus, vel eorum ſucceſsores aliquot hãbeant porcos in prædicta Foreſta, annis quibus eadem Foreſta agiſtata non fuerit. Quare volumus (&c.) Datum per manum noſtram apud Noteſſunt decimo ſeptimo die *Decembris*; anno regni noſtri triceſimo ſeptimo.

Carta eiuſdem Regis de tota placea vocato Filitticrofts, *infra Foreſtam de* Clarendon.

Henricus Dei gratia, Rex *Anglie*, dominus *Hibernie* (&c.) Sciatis nos caritatis intuitu, & pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſsorum & hæredum noſtrorum, dediſſe, (&c.) Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Monaſterio Ederoſo*, & Priori & Canonicis ibidem Deo ſervientibus in perpetuum ſervituris, totam placeam illam cum pertinentiis, infra Foreſtam noſtram de Clarendon, extra coopertum ejuſdem Foreſtæ, quæ vocatur Filithicrofts, quæ jacet infra has diverſas; videlicet in longitudine per foſſatum quod ſe extendit à croſto ipſorum Canonicorum, quod contiguum eſt Domui ſuæ, verſus orientem uſq; ad locum illum qui vocatur Benekeſtaple, ex una parte; & in latitudine a loco illo de Benekeſtaple verſus aquilonem uſq; ad viam quæ vocatur Lichewaye; & in longitudine ex alia parte, à via illa, uſq; ad viam per quam itur de Romeſey verſus *Sarrum*. Habendum (&c.) in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam. Concedimus etiam pro nobis & hæredibus noſtris, eiſdem Priori & Canonicis, quod totam dictam placeam cum pertinentiis infra diviſas prædictas aſſartare in culturam, redigere & includere poſſint foſſato & haga, ſecundum aſſiſam Foreſtæ; ita quod dama cum ſuo fetu eam poſſit intrare & exire: Et quod iidem Canonici & eorum ſucceſsores, placeam illam eodem modo incluſam teneant in perpetuum, ſolutam & quietam de ſectis Foreſtæ & omnibus aliis conſuetudinibus & ſerviciis terrenis. Quare volumus (&c.) Datum per manum noſtram apud Clarendon ſeptimo Die *Decembris*, anno Regni noſtri quadrageſimo primo.

Carta Regis Edwardi *ſecundi de* Cxii. *acris terræ, infrà precinctum ejuſdem Foreſtæ.*

Edwardus Dei gratia, Rex *Anglie*, dominus *Hibernie* & Dux *Aquitanie*, omnibus (&c.) Sciatis quod de vaſtis noſtris in Foreſta noſtra de Clarendon in Comitatu *Wiltes*, juxta *Monaſterium Ederoſum*, dedimus & conceſſimus dilectis nobis in Chriſto Priori, & Conventui ejuſdem *Monaſterii Ederoſi*, *Cxxii.* acras per perticam viginti pedum; Habendas & tenendas de nobis & hæredibus noſtris eiſdem Priori & Conventui & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum. Reddendo inde nobis & hæredibus noſtris, per annum ad ſcaccarium noſtrum, ad feſtum Sancti *Michaelis*, per manus Vicecomitis *Wiltes*, qui pro tempore fuerit, quinquaginta & ſex ſolidos, ad quos prædictæ centum & duodecim acræ per *Johannem* de *Crockeſley* & ſocios ſuos dudum per dominum *Edwardum* quondam Regem *Anglie* patrem noſtrum, ad vaſta & aſſarta ſua in diverſis Foreſtis in comitatu *Wiltes* prædicto, arentanda aſſignatos arentabantur, pro omni ſervicio, conſuetudine & demanda. Ita quod prædicti Prior & Conventus, & ſucceſſores ſui dictas centum & duodecim acras pro voluntate ſua, parvo foſſato & baſſa haya, ſecundum aſſiſam foreſtæ includere, & in culturam redigere (&c.) poſſint (&c.) Teſte meipſo apud *Ebor.* quinto decimo die *Auguſti* anno Regni noſtri octavo.

Carta prefati Regis Edwardi *de paſtura ad* xl. *boves & vaccas juxta pratum de* Clarendone.

Edwardus Dei gratia, Rex *Anglie*, dominus *Hibernie*, & Dux *Aquitanie* (&c.) Omnibus (&c.) Salutem, Sciatis quod de gratia noſtra ſpeciali, conceſſimus pro nobis & hæredibus noſtris, dilectis nobis in Chriſto Priori & Canonicis de *Monaſterio Ederoſo*, paſturam ad quadraginta boves & vaccas infra pratum noſtrum de Clarindon. Habendam eiſdem Priori & Canonicis, & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, abſq; aliquo nobis ſeu hæredibus noſtris reddendo pro paſtura antedicta. In cujus (&c.) Teſte meipſo apud Broghton, ſexto decimo die *Marcii*, anno Regni noſtri decimo.

Carta ejusdem Regis de C. solid. annui redditus exeuntibus de Manerio de Clarendon.

EDwardus, (&c.) Sciatis quod ob honorem Dei, & pro salute animæ nostræ, concessimus, pro nobis & hæredibus nostris dilectis nobis in Christo Priori & Canonicis de Monasterio *Edwoso* centum solidos per annum de elemosina nostra percipiendos sibi & successoribus suis de Manerio nostro de **Clarendon**, per manus ballivi nostri, & hæredum nostrorum, de prædicto Manerio qui pro tempore fuerit, in auxilium luminaris in eodem Monasterio inveniendi in perpetuum. In cujus, &c. Teste meipso apud **Clarendon**, vicesimo die *Marcii*, anno Regni nostri decimo.

IXWORTH *Prioratus*

Canon: Ord. S. Aug. in Dioc. Sarum 4. Canonici.

Lel. Col. vol. 1. p. 65.

Enricus secundus fundator: *Robertus Blunteſdon* Canonicus Sarum, Dominus *Robertus Hungerford milites,* } Benefactores.

PRIORATUS

de Buckenham *in agro* Norfolciensi.

Diploma Regis Edwardi *secundi Cartam* Wil. *Comitis* Cicestriæ *de fundatione ejusdem Prioratus, aliasq; donationes recitans & confirmans.*

Cart. 11. E. 2. n. 49. m. 10. per Inspex.

REx Archiepiscopis, &c. salutem. Inspeximus Cartam, quam *Willielmus* dudum Comes *Cicestriæ*, fecit Deo & Sanctæ *Mariæ*, & Sancto *Jacobo* Apostolo, & omnibus Sanctis; necnon Ecclesiæ ipsius Sancti *Jacobi* de **Buchebam**, & Canonicis ibidem Deo servientibus, in hæc verba. Archiepiscopis, Episcopis, Archidiaconis, Abbatibus, & omnibus hominibus suis, *Francis*, & *Anglicis*, Clericis & Laicis, & omnibus Sanctæ Dei Ecclesiæ filiis, tam præsentibus, quàm futuris, *Willielmus* Comes *Cicestriæ* salutem: Sciatis me fundâsse Ecclesiam quandam in Manerio meo de **Buchebam**, in honore Dei, & Sanctæ *Mariæ*, & Sancti *Jacobi* Apostoli, & omnium Sanctorum Dei, consilio *Willielmi* Dei gratia *Norwycensis* Episcopi, primi, successoris *Abrardi* Episcopi, ad Abbaciam faciendam omnino liberam ab omni seculari exactione, consuetudine, & servitio, sicut Sanctam decet Ecclesiam secundùm ordinem beati *Augustini*, & institutionem Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de **Bretune**, pro salute *Stephani* Regis *Angliæ*, & *Matildis* Reginæ uxoris suæ, & filiorum suorum, & pro salute mea; & pro anima *Athelizæ* Reginæ, uxoris meæ, & pro salute filiorum nostrorum, & pro animabus patris, & matris meæ, & parentum & amicorum meorum.

Et quod concesserim huic Ecclesiæ & Canonicis ibidem Deo servientibus, Ecclesias de eodem Manerio, cum omnibus decimis, & pertinentiis suis; & etiam decimam de feno, & quando Deus dederit, de pannagio meo; Et infra parcum cum bosco, & plano, cum fossa Castelli, *lxxx.* acras, & Castellum diruendum. Et boscum de **Little-hage**, & **Wdecrofts**, cum prato subjacente, & **Newcroft** ante Portam Castelli, & *Alfuredum Fabrum*; cum terra quam tenet; & terram quæ fuit *Sparhavee*; Scilicet quinq; acras: Quod ut, imposterum ratum, & stabile permaneat, sigilli nostri impressione signamus, & ut Regiâ & Ecclesiasticâ, auctoritate firmetur, benignè concedimus, & rogamus. Hujus concessionis & donationis Testes sunt, Comes *Hugo Bigott*, *Hubertus* de *Monte Canesi*, *Adam* filius *Aluredi*, *Reginald.* de *Brun*, *Radulph.* de *Bucheam*, *Richardus* filius *Hacun*, *Godefridus* filius *Alberti*, *Hervens* de *Ingelose*, *Willielmus* filius *Radulphi*, *Walterus* de *Maisi*, *Robertus* de *Ramis*, *Willielmus* de *Framei*, *Warinus* de *Monte-Canesi*, *Rogerus Gollafre*, *Henricus* de *Nofuell*, *Robertus* de *Vuedale*, *Radulphus Capellanus*, *Thurstinus* Presbiter de *Bucheam*, & multi alii.

Carta Willielmi *Comitis* Sussexiæ.

WIllielmus Comes *Sussexiæ*, omnibus sanctæ Matris Ecclesiæ filiis ad quos præsens scriptum pervenerit, salutem in Domino. Sciatis quod ego pro amore Dei, & pro animabus patris & matris meæ, & pro salute mea, & omnium meorum dedi, (&c.) Deo & Ecclesiæ S. *Jacobi* de *Bukeham* & Canonicis ejusdem loci Ecclesiam de **Beninghaule**, tenendam in perpetuam elemosinam, liberam & quietam cum omnibus ad eandem Ecclesiam pertinentibus. *T. Godefrido Albeneio*, fratre meo *Willielmo* de *Millieres*, *Willielmo* filio ejus, *Rogero Rusteng* Senescallo nostro, *Helya* Camerario, & multis aliis.

Nos autem donationes, (&c.) prædictas necnon concessionem, (&c.) quas *Ricardus* filius *Roberti* de *Scenges* fecit Ecclesiæ & Canonicis prædictis de advocatione Ecclesiæ S. *Mariæ* in **Bretwitte**, & de toto jure quod habuit, vel habere potuit ratione patronatus ejusdem Ecclesiæ. Donationem, (&c.) quas *Petrus*

trus de *Claie* fecit, (&c.) de jure patronatus Ecclesiæ S. *Petri* de Clethorp. Concessionem, (&c.) quas dictus *Ricardus* filius *Roberti* de *Sengles* fecit, (&c.) de toto tenemento suo quod tenuit in villis de Rinesthale & Lincrofts. De *Milone* filio *Alani*, & de *Milone* filio ejus; scilicet *lxx.* acris terræ; scilicet toto assarto cum via versùs Orientem cum omni pastura de eadem via; scilicet de Heveddig usq; ad portam *Willielmi Rocis*; & tota terra quæ jacet inter croftam quæ fuit *Alfld.* & antrum Curiæ prædicti *Milonis* cum via versùs Occidentem; scilicet tota Allecrofts, & toto prato quod jacet inter Wultwelle & pratum Canonicorum de *Langele*; & una acra quæ vocatur Herobiesakker; & una acra terræ quæ abuttat super Herclufakke, & *xviii.* acras quæ abuttant super le Rudinge versùs Austrum; & duabus acris quæ abuttant super crustam *Elwyni Hare*, versùs Austrum; & homagio & servicio *Walteri* de *Lincroft*, cum tenemento suo quod de eo tenuit in Lincrofte absq; ullo retenemento. Et toto tenemento quod idem *Ricardus* tenuit in prædicta villa de Rinesthale de Priore & Conventu *Norwici*; Et decem acris terræ, quas tenuit de *Henrico Parcario*; sc. *vii.* acris in Horsmicrofts, & tribus acris in Thuerestofts, & una dimidia acra prati quam tenuit de *Willelmo* filio *Roeis*, quæ jacet propinquior le *Innome* versùs Occidentem; & dimidiam acram prati quam tenuit de *Galfrido* nepote Decani, quæ jacet juxta pratum *Knlkredi* filii *Egge* versùs Orientem; & tribus acris & dimidia acra terræ arabilis, quas tenuit de *Thoma* de *Stutteftone* & *Amicia* uxore ejus, quæ jacent in Sudfued, & abuttant super terram Abbatis de Langele versùs Meridiem; & una acra quam tenuit de *Waltero* filio *Rogeri* de Lincrofte, quæ vocatur Cillund; Et homagio & servicio *Fulcredi* le *Fenrer*; Et homagio & servicio *Wulwane* le *Bule*, cum totis sequelis suis, & cum totis tenementis suis, & toto perquisito quod idem *Ricardus* fecit in prædictis villis in terra arabili & non arabili, in boscis & planis, in dominicis, (&c.) Et una acra *turbarh* in mariseo de Bissingham, & *v.* codis prati in villa de Semere in Estmedwe. Et tota illa pecia terræ super Wrogeland, quam tenuit de *Alano* filio *David* in eadem villa.

Concessionem, &c. quas *Robertus* filius *Roberti* de Tateshale fecit, &c. ad pitanciam annuam de una dimidia acra terræ in territorio de Gunneby, quæ vocatur Munkewelle, cum omnibus pertinentiis suis, cum advocatione Ecclesiæ de Guneby. Concessionem insuper quam *Robertus* de *Tateshale* tertius fecit, &c. de Faldagio habendo ad ducentos bidentes, ad plus, in villa de Atheburgh, cum liberis pascuis & aisiamentis in viis planis, &c. prout decet. Concessionem, &c. quas idem *Robertus* fecit, &c. de quinquaginta & tribus acris & dimidia terræ arabilis cum pertinentiis in Bukeham. Concessionem, &c. quas *Johannes* de *Verdune* fecit, &c. de tota adquisitione, quam idem Canonici adquisiverunt de feodo ipsius *Johannis* in villa de Bisingham; videlicet in terris, redditibus, &c. Concessionem &c. quas *Benedictus* de *Brehull* fecit, &c. de homagio & servicio *Rogeri* le *Leche* & hæredum suorum, cum omnibus pertinentiis; scilicet wardis, &c. Et de *Johanne Heltune* nativo suo, cum toto tenemento & tota sequela, &c. Concessionem, &c. quas *Thomas* de S. *Egidio*, Capellanus fecit, &c. de toto messuagio suo quod habuit in parochia S. *Benedicti* in Westmo, cum advocatione ejusdem Eccle æ, & cum duabus acris terræ arabilis, & cum omnibus redditibus & libertatibus ad prædictum messuagium pertinentibus, &c. Concessionem insuper, &c. quas *Petrus* de *Claia* filius *Radulfi* militis de *Claia* fecit, &c. de quinquaginta & una acris & dimidia terræ lucrabilis in Campis de *Claia*, & homagio *Willelmi* filii *Alani*, & homagio *Rogeri* filii ejus; & homagio *Alicæ* filiæ ejus, & tosto & crofto prædicti *Willelmi* cum tota alia terra sua & toto servicio suo, & cum libertate faldæ, & pasturæ & suarii in Suthlingis & in Berch, & in omnibus locis quæ ad prædictum *Petrum* pertinuerunt. Donationem, &c. quas *Rogerus* de *Montealto* Senescallus *Cestriæ* fecit Ecclesiæ & Canonicis prædictis de toto jure suo & clamio quod habuit, &c. in advocatione Ecclesiæ de Runinghale *Norwic.* diocesi. & de omnimodis amerciamentis hominum dictorum religiosorum tam pistorum, braciatorum, quam cæterorum eorundem tenentium in dicta villa de Reninghale, quæ eidem *Rogero* vel hæredibus suis qualitercunq;, quocunq; defectu in Leta sua ejusdem villæ de Reninghale de eisdem per manus Ballivorum suorum competere seu pervenire potuerunt; Et de comunia totius pasturæ de Suthache dictis religiosis & eorum hominibus & tenentibus de Reninghale, absq; molestatione & destrictione eisdem facienda, dum sit pastura & inculta remaneat, ratas habentes & gratas, &c. confirmamus. Dat. apud *Westm.* *xxviii.* die *Octobris.*

PRIORATUS

de Colde-Norton *in agro* . . . . .

Carta Regis Henrici *tertii donatorum concessiones recitans & confirmans.*

REx Archiepiscopis Episcopis &c. salutem. Noveritis nos intuitu Dei, & pro salute animæ nostræ, & animarum antecessorum, & hæredum nostrorum, concessimus, & hac Cartâ nostrâ confirmavimus Priori, & Canonicis Sancti *Johannis* Evangelistæ de Chalde-Northon, omnes, donationes & concessiones subscriptas; videlicet ex dono *Reginaldi* quondam Comitis *Bolonie*, & *Idæ* uxoris ejus, quondam Comitissæ *Bolonie* trescentas & *xlviii.* acras terræ & dimidiam, & Cart. 13. H. 3. m. 16. Et Cart 22. E. 3 m. 16. n. 18.

Manerium domus ſuæ, ſicut ſedet. Et ſimiliter omnes terras, quas poſſident, ex dono *Willielmi* filii *Alani* circa domos ſuas: Et de *Hida* & de **Retcumb**. Et omnes terras, quas poſſident ex dono ejuſdem *Willielmi*, ubicunq; jacent in dominico ſuo, Domuſ eorum pertinentes cum prædicto Manerio. Ex dono *Galfridi* filii *Alani*, dimidiam hidam terræ, cum pertinentiis ſuis in **Dunetrope**. Ex dono *Juliana* filiæ *Fulconis Tyrel*, quindecem acras terræ, & duas acras prati in *Rolendrift*, cum paſtura ducentarum ovium & ſex boum, & duarum vaccarum, & viginti porcorum; & quoddam meſuagium in *Rollendrift*, cum curtilagio. Ex dono *Johannis* filii *Reginaldi*, filii *Arhor*, & *Mabiliæ* ſororis ſuæ, unam virgatam terræ in **Lideneſton**. Ex dono *Willielmi* filii *Walteri* de *Chadelington*, duodecem acras terræ ſuper *Aldedune*; Ex dono *Roberti Belet* dimidiam virgatam terræ in villa de **Chadelington**; Ex dono *Galfridi* filii *Alani* de *Rolendrift*, unam acram terræ, juxta **Trembergh**. Ex dono *Richardi* filii *Simonis* de *Norton*, quatuor acras terræ arabilis in territorio de **Norton**; Ex dono *Willielmi* de *Duntrope* quandam partem de terra ſua de **Duntrope**,, in campo de **Redcumb**; ſcilicet illam quam recuperavit de Comite *Bolonia* quæ collateralis eſt ſemitæ, quæ ducit apud *Rolendrift*, ubi per partes duorum camporum facta eſt diviſio. Ex dono *Alexandri* filii *Richæ*, Domum quam habuit in **Cheping-Norton**. Quare volumus &c. Dat. apud **Wudeſtoke** per manum *R. Ciceſtrenſis* Epiſcopi. *iiii.* Die *Januarii* Anno Regni noſtri *xiii.*

servicio & reddita & exactione ſeculari. Ego verò & hæredes mei prædictam elemoſinam meam; ſcilicet villam & Eccleſiam de **Oſulveſtone** verſùs omnes homines ab omni exactione warantizabimus & adquietabimus. Nequis autem hæredum meorum prædictis Canonicis ſuper donatione mea prædicta & libertatibus karitativè conceſſis, perturbationem aliquam ſive moleſtiam injuſtè poſſit ingerere, eam ſigilli mei impreſſione & fidelium virorum teſtimonio roborare curavi. Hiis teſtibus, *Simone* Comite, *Hugone*, & *Willielmo Grimbold* fratribus meis; *Radulfo* filio *Wimundi*, *Simone* Camerario, *Willielmo Burdet*, *Simone* filio *Petri*, *Ricardo* de *Oxenden*. *Fulcone* de *Liſurs*, *Roberto* filio *Hugonis*, *Willielmo* de *Ewelme*, & multis aliis.

In dorſo ejuſdem Cartæ.

Carta *Roberti Grimbald* advocati noſtri de fundatione noſtrâ optima & pura.

Carta Roberti *Epiſcopi* Linc. *donationes* Roberti Grimbald *confirmans.*

Ex ver. Rotulo in bibl. *Harleiana.*

UNiverſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis ad quos præſens Charta pervenerit. *R.* Dei gratia *Lincolnienſis*, Epiſcopus Salutem in Domino. Ad communem omnium volumus pervenire notitiam, nos interventu bonorum virorum, conceſſiſſe Domino *R. Grimbaud* & Eccleſiæ de **Oſolveſton**, Canonicisq; ibidem ſecundùm regulam Sancti *Auguſtini* Deo ſervientibus, quod ſint liberi, quieti & abſoluti in perpetuum ſine alicujus reclamatione, à ſinodalibus & ab omni Epiſcopali conſuetudine, excepto denario beati *Petri*, ſicut venerabilis vir *R. Grimbaud* petiit à nobis & impetravit. Confirmamus etiam authoritate epiſcopali domui de **Oſolveſton** & fratribus ejuſdem loci canonicam vitam profeſſis, & ſucceſſoribus eorum regulariter victuris, ipſam Eccleſiam de **Oſolveſton** cum omnibus pertinentiis, & cum Capellis de **Pardeſud** & de **Pybothle** Eccleſiam de *Wyma* cum Capella; Eccleſiam de **Hikencote**; Eccleſiam de **Erdeburch**; Eccleſiam de **Ouiges-Norton**; Eccleſiam de **Slauſton**, cum omnibus pertinentiis ſuis; & quod nulli de Eccleſiis vel penſionibus Eccleſiarum liceat perturbationem, vexationem, vel moleſtiam, dictis fratribus inferre; quod ſi quis paginam noſtram infringere vel noſtræ diſpenſationi reſiſtere voluerit, maledictionem Dei & beatæ *Mariæ*, & *omnium Sanctorum*, ſe noverit incurſurum. Ut autem illud apud poſteros perpetuum robur obtineat, præſens ſcriptum ſigilli noſtri fecimus atteſtatione roborari. Hiis teſtibus, Magiſtro *Radulfo* de *Richeſ*, *Ricardo* & *Rogero* Capellanis, *Willielmo* de *Bruch*, *Alexandro* de *Lue*. . . . & aliis.

PRIORATUS
de Oſulveſton *in agro* Leiceſtrenſi.

Carta Fundationis per Robertum Grimbold.

Ex ipſo autogr. penes *Will. Pierpoint* Arm.

NOtum ſit omnibus Sanctæ matris Eccleſiæ fidelibus, clericis & laicis, tam futuris quàm præſentibus, quod ego *Robertus Grimbold*, in nomine S. *Trinitatis*, pro ſalute animæ meæ, patris mei & matris meæ, uxoris meæ & filiorum atq; parentum omnium, do & concedo & præſentis Cartæ meæ teſtimonio confirmo in puram & perpetuam elemoſinam, ad honorem domini noſtri *Jeſu Chriſti* & S. *Mariæ*, & S. *Andreæ* Apoſtoli, & omnium Sanctorum, Eccleſiam de **Oſolveſtone**, & ipſam villam totam ſine ullo retenemento, cum omnibus pertinentiis ſuis, in campis, in ſilvis, in aquis, in pratis, in paſcuis & in omnibus rebus & libertatibus prædictæ Eccleſiæ & villæ adjacentibus, Canonicis ibidem Deo & Sancto *Andreæ* ſervientibus, & ſecundùm ordinem *Haemanenſis* Eccleſiæ viventibus, adſuſtentationem ſuam, liberam & quietam ab omni ſer-

Alia Carta ejusdem Episcopi.

Ibid. R. Dei gratia *Lincolniensis* Episcopus, Universis Sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, salutem. Sicut, fratres Dilectissimi, mater nostra Ecclesia, quasi viris abundans cotidiè sponso suo filios parturire non desinet, donec eidem conjungenda cum populo adquisitionis in Die retributionis occurrat; ita ex injuncto nobis incumbit officio, cultum Sanctæ religionis ad honorem Dei fovendo, protegendo summopere sullimare, populo nobis commisso curam paternæ Dilectionis impendere. Eapropter fratri dilecto & filio nostro *Odoni* Abbati Osolveston, & fratribus suis Canonicam vitam professis, & successoribus eorum regulariter victuris, in perpetuum autoritate Episcopali confirmamus, & præsentis Cartulæ testimonio communimus ipsam Ecclesiam Sancti *Andreæ* de Osolveston, cum terris & pratis & decimis & omnibus aliis pertinentiis suis; necnon & ipsam villam Osolveston totam, in planis & in silvis & in aquis, & in omnibus pertinentiis cum omnibus libertatibus suis. Ecclesiam quoque de Nordwidham, cum terris & pratis & decimis, & omnibus aliis pertinentiis suis; & octo virgatas terræ in *Cnossintona* ex dono *Walteri* de *Cheurechort* & concessu *Roberti Grimbald*, cum pratis & silvis liberè & quietè. Has igitur terras & omnes alias possessiones, quæ in nostra Diocesi continentur, ad præfatam Ecclesiam pertinentes, sub Dei & Domini nostri Jesu Christi & nostra protectione suscipimus; Episcopali authoritate præcipientes, ut quæcunque bona prædicti Canonici in præsentiarum justè possident, vel in futurum adipisci poterint, rata & inconcussa permaneant, Valete.

Carta Matildis *filiæ* (*& hæredis*) Pagani *de* Hocton, *uxoris* Roberti Grimbald *de Ecclesia de* Norwime *&c.*

Ibid. OMnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, tam futuris, quam præsentibus, *Matilda* filia *Pagani* de *Hoctun* salutem. Notum sit vobis omnibus me concessisse, & hâc meâ Cartâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ S. *Andreæ* Apostoli de Osolveston, & Canonicis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ & antecessorum meorum & hæredum meorum; scilicet Ecclesiam de Norwime, cum omnibus pertinentiis suis, & tres bovatas terræ in Holmdor; scilicet in Dunttun, & in Bikir, cum salinis quas pater meus *Paganus* habuit & tenuit. Quare volo (&c.) Hiis testibus, *Willielmo* de *Grendun* Presbitero, *Philippo* de *Dove*, *Mauritio* de *Andeb*, *Helia* de *Cughanhotg*, *Edwardo* de *Wieme*, *Galfrido* Clerico, *Willielmo* de *Mentemor*, *Rogero* filio *Heliæ*, & multis aliis.

Charta Roberti Grimbaldi *de Ecclesia de* Nordwiemâ.

R. *Grimbaldus* (&c.) salutem. Sciatis me dedisse & concessisse, & præsenti Cartâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ S. *Andreæ* de Osolveston, & Canonicis ibidem Deo servientibus, Ecclesiam de *Nordwiema*, cum omnibus pertinentiis suis, in puram & liberam & perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ & uxoris meæ, & hæredum & omnium antecessorum nostrorum. Hiis testibus (&c.) Ibid.

Carta Ernaldi *de* Bosco *de eadem Ecclesia.*

E*Rnaldus* de *Bosco* (&c.) salutem. Notum sit vobis omnibus me dedisse & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ S. *Andreæ* de *Osolveston* & Canonicis ibidem Deo servientibus, petitione & assensu *Emmæ* uxoris meæ, medietatem Ecclesiæ de *Nordwiema*, quæ ad jus meum pertinet, cum omnibus pertinentiis suis in puram & liberam & perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ & uxoris meæ & hæredum & omnium antecessorum meorum. Hiis testibus (&c.)

Carta Roberti Grimbald *de quibusdam terris & salinis in* Duninton.

R*Obertus Grimbald*, omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, tam Clericis quam laicis, præsentibus quam futuris salutem. Notum sit vobis me concessisse, & in perpetuam elemosinam dedisse Deo & Canonicis *Osolvestuniæ*, pro salute animæ meæ & uxoris, & pro animabus omnium parentum nostrorum terram illam in *Dunintunia*, quam *Willielmus* de *Hoctune* habuit & tenuit, & salinas, liberam & ab omni servitio quietam, sicut præfatus *Willielmus* eandem terram & salinas unquam quietiùs & liberiùs tenuit, Hoc concedente *Matilda* uxore ejus. Hiis testibus, *Will. Grimbald*, *Hug. Grimbald*, *Radulfo* filio *Wim.* *Petro Med.* *Johanne* Capell. *Rad* Cam. *Gerardo* de *Cnosintone*. Ex autogr. penès S. *Roper* de hosp. *Linc.* Arm.

Roberti Grimbaldi (quondam Regis *Angl. Henrici* secundi, unius Justiciariorum) Sigilli exemplar accuratum; Justiciam per Ensem districtum, & Misericordiam per Gladium desciso cuspide, repræsentans.

Carta Willielmi *de* Ros, *Domini de* Beauver, *donationem* Petri *de* Lincolnia *militis de quibusdam terris in* Hungirtone *&* Thorpe *confirmans.*

Ex autogr. in officio Armorum.

OMnibus Christi fidelibus ad quos præsens scripium pervenerit, *Willielmus* de *Ros* dominus de Beauver, salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra, me pro salute animæ meæ, & *Matildis* uxoris meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum, concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse, pro me & hæredibus meis, Deo & Ecclesiæ S. *Andreæ* Apostoli de Dsolvesson, & Canonicis ibidem Deo servientibus in liberam, puram & perpetuam elemosinam, totas tetras, tenementa & redditus, cum omnibus pertinentiis suis, sine aliquo retenemento, quæ dicti Canonici habent de feodo meo ex dono *Petri* de *Lincolnia* militis in Hungirtone & Thorpe juxta Barkeby. Habendum & tenendum dictis Ecclesiæ Canonicis & eorum successoribus in liberam, puram & perpetuam elemosinam, sicut aliqua elemosina puriùs, liberiùs & quieriùs viris religiosis dari vel concedi poterit. Incujus rei testimonium præsenti scripto Sigillum meum apposui. Hiis testibus, Domino *Rogero Brabazoun* Justiciario Domini Regis, Domino *Johanne* de *Bray*, Domino *Johanne* de *Digeby* militibus, Magistro *Nicholao* de *Ros*, *Roberto* de *Stokton*, *Johanne* de *Stokton* in *Erdburgo*, *Ricardo* de *Keythorp* in Dutford, & aliis.

PRIORATUS

de Thorkesey *in agro* Lincolniensi.

Carta Regis Henrici *tertii situm loci Prioratus ejusdem confirmans.*

HEnr. Dei gratia Rex *Anglia*, &c. Archiepiscopis, Episcopis, &c. salutem. Sciatis nos intuitu Dei, & pro salute nostra & animarum antecessorum & hæredum nostrorum, dedisse, concessisse, & hac Cartâ nostrâ confirmâsse Priori de Thorkesey, & Canonicis ibidem Deo servientibus, & imperpetuum servituris, situm loci cum pertinentiis, in quo domus sua sita est in puram & perpetuam elemosinam. Et præterea illas quadringentas & quaterviginti & decem & octo acras terræ & quinquaginta tosta, cum omnibus pertinentiis suis in Torkesey, de quibus prædicti Prior & Canonici nobis reddere consueverunt per annum quatuor libras & novem solidos. Habenda & tenenda de nobis & hæredibus nostris imperpetuum. Reddendo nobis & hæredibus nostris de cætero pro prædicta terra & tostis, decem libras per annum, per manum Custodis dominicorum nostrorum, qui pro tempore fuerit; videlicet Centum solidos ad Pascha, & centum solidos ad festum Sancti *Michaelis* pro omni servicio, consuetudine & demanda; salvo nobis tallagio hominum prædictorum, Prioris & Canonicorum de Thorkesey, quociens nos vel hæredes nostri homines nostros proprios de eodem Manerio tailliaverimus. Quare volumus (&c.) Dat. per manum Venerabilis patris *Radulphi Cicestrensis* Episcopi Cancellarii nostri apud Westmonasterium *xxx.* die *Sept.* anno regni nostri *xxi.*

Cart. 21. H. 3. m. 2. Vide Par. 7. R. 2. p. 1. m. 10. Et Rot. Assis. in Com. Nor. 4. H. 4. Rot 89. Et Pat. 1. H. 4. p. 2. m. 19.

De CCCClxxxxvii. *acris terræ Canonicis de* Torkesey *per Regem* Henricum *concessis.*

EGo *Walterus* de *Kelby* Escaetor Domini Regis in Com. *Linc.* virtute Brevis Domini Regis mihi directi, certificio, quod compertum est per Inquisitionem, coram me ex officio meo captam, quod Dominus *H.* quondam Rex *Angliæ*, dedit Priori & Conventui de Torkesey CCCClxxx. & xviii. acras terræ & prati, & quinquaginta tosta cum pertinentiis in Torkesey, pro *x.l.* annui redditus domino Regi & hæredibus suis ad Scaccarium suum ad festa *Paschæ* & S. *Michaelis* inde annuatim per æquales portiones solvendum: Et Priorissæ & Conventui de Fossa, juxta Torkesey, situm Prioratus de *Fossa Cxx.* acras ter-

Inter Brevia & Recorda de temp. R. Edw. tertii (an. sc. 32) bund. a. n. 3.

rx

ræ & prati & septem tofta cum pertinentiis in Torkesey, pro *xlvi. s.* annui redditus Domino regi & hæredibus suis ad Scaccarium suum ad festa *Paschæ* & S. *Michaelis* inde annuatim equales per portiones solvendum, &c.

PRIORATUS

de Chaucumbe *in agro* Northamptonensi.

Carta Regis Edwardi *tertii concessiones donatorum recitans & confirmans.*

Pat. 1. E. 3. p. 2. m. 36.

REx omnibus ad quos, &c. Salutem. Donationem, concessionem, & confirmationem quas *Hugo* de *Chaucumb* per Chartam suam fecit Priori & Canonicis de Chaucumb, de tota tofta illa quæ vocatur Wineland, & Ecclesia parochiali ejusdem villæ de Chaucumbe, & molendino subtus gardinum de Chaucumbe & communi pastura, ad viginti & quatuor animalia; & duodecies viginti oves, & uno Hevedlond, quod est ultra Fulewell & Stevenesord, & duabus acris terræ de dominico ipsius *Hugonis*, juxta Stevenesord: & de insula quæ vocatur *parva Hamma*, juxta Radecliue; & de octo parcatis prati juxta Longare; & de uno cotagio quod est subtus Ecclesiam de Chaucumbe; & de toto prato quod vocatur Flet; & de herbagio ad tres equos, cum dominicis equis ipsius *Hugonis*; & de illa virgata terræ quam *Robertus Pelliparius* tenuit; & de Ecclesia de Bereford; & de Ecclesia de magna Dauby; & de communi pastura ad viginta animalia & duodecies viginti oves in eadem villa; & de illa virgata terræ quæ fuit *Roberti Vergunzarii*; & de tota illa tofta, quæ jacet inter terram *Richardi* de *Lokynton*, & terram fratrum Sancti *Lazari*; & de illa virgata terræ, quæ fuit *Hugonis* Præpositi, & *Willelmi Frone*; & de quatuor selionibus terræ de Foxland, quæ jacent juxta divisam de Melton; & de tribus selionibus terræ, de dominico ipsius *Hugonis*, quod vocatur Hevedlond; & de medietate Ecclesiæ de Retherk: Et de uno cotagio ibidem, quod *Galfridus* tenuit: & de Ecclesia de *Peseia*; & de libera electione cum assensu ejusdem *Hugonis* & hæredum suorum, in liberam, puram & perpetuam elemosinam.

Donationem etiam, concessionem, & confirmationem, quas *Hugo* de *Chaucumbe* per Chartam suam fecit præfatis Priori & Canonicis de tofta quæ dicitur Benelande, & de dominico suo forarium, quod jacet juxta viam apud Northampton; & octo buttis quæ sunt ad Stonisord, & de duabus acris ad Edwineswell; & de prato quod vocatur Fleot, & de una virgata terræ, quæ fuit *Roberti* filii *Brunyng*, & de molendino, quod est subtus gardinum ejusdem villæ, & de communia pasturæ, ad viginti animalia & de *C.* ovibus, & de Eccl. de Dalby, & de communia pasturæ in eadem villa, ad triginti animalia & trecentas oves; & de illa virgata terræ quæ fuit *Roberti Vergunzai*, cum tofta & crofta, & de Ecclesia de *Peseia*, & duabus hidis terræ in eadem villa, & in *Boclanda*, & de medietate Ecclesiæ de *Rederbia*, & de tota terra quam idem *Hugo* habuit in eadem villa, & de una hida terræ in *Foresthilla*, & totius terræ ipsius *Hugonis* in Wineseu, & de uno burgagio in *Banebiria*, & de libera electione cum assensu ipsius *Hugonis* & hæredum suorum, in liberam & perpetuam elemosinam.

Donationem insuper, concessionem & confirmationem quas *Hugo* de *Chaucumbe*, per Cartam suam fecit præfatis Priori & Canonicis de tota terra sua de Perton, & de duabus virgatis terræ in villa de Cubynton, & tertia parte de Swineseu, & de duabus hidis terræ in *Peseia* & Boclande, & de una virgata terræ in Bereford, quam *Robertus* de *Newehusbande* tenuit; & de una virgata terræ in Newenton, quam *Richardus Litloer* tenuit, & de duabus hidis terræ cum bosco in Forsthull, & de una virgata terræ in Redreby, & de duabus virgatis & decem & octo acris in Thorp; & de octo virgatis terræ in Sevelby, & de quatuor virgatis & quindecim acris terræ in Apeltre; & de tribus cotagiis quæ idem *Hugo* habuit in excambium pro terra sua de Redreby, de *Willelmo* fratre suo, in puram & perpetuam elemosinam. Concessionem etiam & confirmationem, quas *Robertus* de *Chaucumbe* per Cartam suam fecit præfatis Priori & Canonicis de duabus virgatis terræ, cum pertinentiis in Cubynton, & duodecim denariis in Swineseu; & de duabus hidis terræ in *Peseia*, & Boclande; & de una virgata terræ in Bureford, & de una virgata terræ in Newenton; & de duabus hidis terræ cum bosco in Forsthull; & de duabus virgatis, & decem & octo acris terræ in Thorpe; & de octo virgatis terræ in Sevelby, in puram & perpetuam elemosinam. Concessionem insuper, remissionem, quietam clamanciam, & confirmationem, quas *Amabilia* de *Segrave* Domina de *Chaucumbe*, per Cartam suam fecit præfatis Priori & Canonicis, de omnibus redditibus & terris, quos habuerunt in Chaucumbe, Rutherby, Dauby, & alibi de feodo ejusdem *Amabiliæ*, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, & de libera administratione de omnibus mobilibus & immobilibus ipsorum Prioris & Canonicorum in vacatione Prioratus prædicti, per mortem vel cessionem cujuslibet Prioris; salvo eidem *Amabiliæ* & hæredibus suis uno serviente in dicto Prioratu, dum vacaverit, manente, ad defensionem dicti Prioratus, & ad bonorum suorum tuitionem; sine vasto. Concessionem etiam & confirmationem, quam *Robertus* de *Chaucumbe* per Cartam suam fecit præfatis Priori & Canonicis de medietate unius acræ terræ in Chaucumbe, in campo versus Fanbiry; & de alia medietate unius acræ terræ in campo versus Troy, quam *Hugo* de *Anesy* dedit præfatis Priori & Canonicis. Donationem insuper, concessionem

& confirmationem, quas *Amabilia* de *Segrave* Domina de **Chaucumbe** per Cartam suam fecit præfatis Priori & Canonicis, de duobus solidis annui redditus percipiendis annuatim de Messuagio, quod *Thomas* le *Maston* tenuit in **Chaucumbe**, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam. Donationem etiam, concessionem, & confirmationem, quas *Amabilia* de *Segrave* per Cartam suam fecit præfatis Priori & Canonicis, de tota terra illa murata, cum bercariis extra portam dictorum Prioris & Canonicorum; & de una placea terræ foris bercarias, in liberam, puram & perpetuam elemosinam. Donationem insuper, concessionem, & confirmationem quas *Johannes* de *Segrave* dominus de **Segrave**, per Cartam suam fecit præfatis Priori & Canonicis, de tribus placeis terræ in augmentum situs Prioratus ejusdem, in liberam, puram & perpetuam elemosinam. Donationem etiam & concessionem, quas *Robertus* de **Chaucumbe**, per scriptum suum fecit præfatis Priori & Canonicis de sufficientibus placeis ad hajas faciendas, pro stagno molendini ipsorum Prioris & Canonicorum illeso seruando, in liberam, puram & perpetuam elemosinam. Donationem insuper, concessionem & confirmationem, quas *Nicholaus* de *Segrave* per Cartam suam fecit præfatis Priori & Canonicis, de una placea extra portam Prioratus prædicti, ad construendam quandam domum elemosinariam, in puram, liberam, & perpetuam elemosinam. Donationem etiam, concessionem, & confirmationem, quas *Robertus Densy* per Cartam suam fecit præfatis Priori & Canonicis de duabus burtis terræ in **Chaucumbe**, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam (&c.)

Donationem etiam & confirmationem, quas *Petronilla* filia *Hodierna*, dominæ de **Wilmelecton** per Cartam suam fecit præfatis Priori & Canonicis, de dimidia virgata terræ cum pertinentiis in **Wilmelecton**, quæ fuit *Hugonis* le *Filamang* in perpetuam elemosinam. Concessionem insuper & confirmationem, quas *Richardus Peche* filius & hæres *Petronillæ*, filiæ *Hodiernæ*, dominæ de **Wilmelecton** * per Cartam suam fecit præfatis Priori & Canonicis de dimidia virgata terræ cum pertinentiis in **Wilmelecton** in perpetuam elemosinam. Donationem etiam, concessionem & confirmationem quas *Johannes Passelewe*, per Cartam suam fecit præfatis Priori & Canonicis de quatuor acris terræ cum pertinentiis in **Wilmelecton**, in liberam, puram & perpetuam elemosinam. Donationem insuper & confirmationem, quas *Hodierna* uxor *Richardi* le *Waleys* de **Wilmelecton** per Cartam suam fecit præfatis Priori & Canonicis de una virgata terræ cum pertinentiis in **Wilmelecton**, in perpetuam elemosinam. (&c.) Donationem insuper, concessionem, & confirmationem, quas *Amabilia* de *Segrave*, quondam uxor *Gilberti* de *Segrave*, per Cartam suam fecit præfatis Priori & Canonicis, de centum solidatis annui redditus, percipiendis annuatim de Manerio suo de **Chaucumbe**, & **Daubv**, in puram, liberam, & perpetuam elemosinam (&c.) ratas habentes & gratas (&c.). Teste Rege apud **Northampton** decimo octavo Die *Maii*.

Per ipsum Regem nunc Episcopo *Elien.* ob affectionem quam Rex habuit ad personam *Willielmi* de *Bereford*, cujus corpus jacet humatum in Ecclesia dictorum Prioris & Conventus.

* Vulgò **Wolurlet gbton** in agro *Warw.*

PRIORATUS
de Repindon *in agro* Derbiensi.

De fundatione ejusdem.

Radulphus dictus *Gernons*, Comes *Cestriæ*, obiit *xvii.* Kal. *Januarii*, Anno *MCLvii.* & regis *Stephani xviii.* Qui *Radulphus* cepit *Mathildem* filiam *Roberti* Comitis *Glovernia*; quæ quidem *Mathildis* fundavit Prioratum de **Repindon** S. *Trinitatis* Anno *MCLxxii.* decimo octavo *Henrici* secundi, quæ *Matildis* obiit quarto *Kal. Augusti* Anno *MCLxxxix.* Ex Collect. *Hear. Ferrers* arm.

De Meruualæ *Regis* Merciorum *sepultura.*

Corpore pausans (ut fertur *Repedunæ*, Monasterium olim satis nobile, conversationibus virorum insignium & sanctimonialium fœminarum; Qui locus secundùm ejus etymologiam non tacere videtur regis excellentiam; Sonat enim *manipulus montis*. Leland. Col. vol. 2. p. 157.

Carta Regis Henrici *tertii*, *Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

REx Archiepiscopis, &c. salutem. Sciatis nos intuitu Dei, & pro salute animæ nostræ & animarum antecessorum & hæredum nostrorum concessisse, & hac Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ* & Ecclesiæ S. *Trinitatis* de **Rependone** & Ecclesiæ S. *Egidii* de **Calc**, & Canonicis in eisdem Ecclesiis Deo servientibus, & successoribus suis imperpetuum omnes donationes & concessiones subscriptas; videlicet ex dono *Ranulfi* Comitis *Cestriæ* & *Lincolniæ* Ecclesiam S. *Wistani* de **Rependone** cum omnibus capellis suis, & omnibus aliis pertinentiis & libertatibus suis; & sedem molendini & stagni sui, cum curia eorum in **Rependone** usq; ad aquam descendentem de domo *Willielmi Erebred* in **Trente**, cum attachiamento ejusdem stagni, ad terram quam *Reginaldus* piscator aliquando tenuit, cum tota aqua ibidem descendente. Et totam terram quæ dicitur **Harlandes**, jacentem inter viam & aquæ-ductum armulo descendente de **Schepesmore**, usq; ad terram *Willielmi* de *W*....; Et totam Cart. 17. H. 3 m. 2. Vide par. 18. E. 2. m. 26.

totam culturam quarrerie de **Rependone** juxta **Trente**, & communiam bruscæ de **Rependone** secundùm quantitatem omnium terrarum suarum in **Rependone**, & terram in qua sedet orreum dictorum Canonicorum in **Tikenhal**; & totam terram & boscum jacentes inter **Segewarebrace** & **Alrebroch**, præter magnam *Gelbergam*, cum omnibus pertinentiis suis, libertatibus, & aisiamentis; & sedes & ..... amenta stagnorum suorum de **Calch** & **Tham**. Et alnetum inter duo inferiora molendina sua, & inter bolhagium & aquæ-ductum. Et quatuor bovatas terræ cum omnibus pertinentiis suis in **Tikenhale**, quas *Willielmus* filius *Suani* aliquando tenuit. Et duas bovatas terræ, cum pertinentiis suis in eadem villa, quas *Aliva* vidua aliquando tenuit. Et terram de **Loftsco**, sicut .... extendit se inter terram cultam & **Ruchedives**, à veteri fovea usq; ad viam descendentem ad fontem de **Newbehage**, & sicut idem fons descendit usq; ad metas de ..... & ex altera parte sicut terminus **Weltone** est usq; ad caput de **Loftsco**. Et ex altera parte rivuli dicti fontis culturam quæ vocatur **Hungerhull** & athachiamentum ..... sui de **Loftsco**. Et terram & servicium *Nicholai* quondam armigeri, avi sui, in **Weltone** cum pertinentiis suis; Et novem solidos annuos de molendino suo de **Rependone**. Et unum mesuagium in **Waomtone** cum pertinentiis suis. Et curiam suam plenariam, præterquam de furtis & de propriis hominibus ipsius Comitis, & tres carectatas de bosco suo de **Sudmon** .... in septimana.

Et jus advocationis Ecclesiæ de **Badewetune** cum omnibus pertinentiis suis. Et totam terram, quam habent de dono *Matildis* Comitissæ, aviæ suæ, in **Gaumtendene**, cum omnibus pertinentiis suis in villa & extra. Et totam terram *Edwini Osgar* in **Strengestone** cum omnibus pertinentiis suis in villa & extra. Et duas bovatas terræ in **Rependone** cum omnibus pertinentiis suis in villa & extra; illas scilicet quas *Reginaldus* filius *Edwini* aliquando tenuit. Et unum batum in piscaria *Cestriæ*, in aqua quæ vocatur **De**. Et unum mesuagium in *Cestria*, quod fuit ..... Citharistæ; Et quinq; bovatas terræ in **Werbe** cum omnibus pertinentiis suis, in villa & extra; illas scilicet quas *Ricardus Poillene* aliquando tenuit. Et unam bigam cum unico equo semel in die in bosco suo de **Tikenhal** errantem ad focale, ad usus suos proprios portandum, per visum forestarii sui de **Tikenhal**. Et licentiam piscandi in aqua de **Trente** subtus domum suam, quantum terræ suæ extendunt versùs **Potlar**; salvâ sibi & hæredibus suis piscatione suâ ibidem, quando necesse habuerint. Et fontem qui dicitur **Pukewell**, & liberum accessum & redditum ad eundem fontem, ad aquam deducendam ad officinas suas de eodem fonte per terram suam ubicunq; viderint expedire. Et sicut eisdem Canonicis liberè accedere ad canales emendendos ubicunq; & quandocunq; necesse fuerit, ita tamen quod nullus hominum suorum inde dampnum incurrat.

Ex dono *Nicholai* de *Wilmont* unum toftum in **Wilmtone** cum omnibus pertinentiis suis; illud scilicet quod *Nicholaus Tod* aliquando tenuit; & quatuor culturas de terra sua in **Wilmtone**; Et unam acram terræ juxta **Lethbane**, & unam dimidiam acram quæ jacet inter terram quam habent de dono *Hugonis* de *Finderne*, & viam quæ ducit ad brueram de **Etewell**. Et unam acram terræ in **Witeslat**. Et unam acram prati in magno prato juxta pratum eorundem Canonicorum. Et unam acram subtus **Pehald**. Et octo acras terræ suæ in insula inter **Repindone** & **Wilmtone**. Et unam acram terræ in **Tonestall**. Et unam acram in **Huberefern**. Et unam acram in **Hitherfern**; Et unam acram in **Barth**, & unam acram in *Wynnes*. Et duos seliones super quos protendit cultura ipsorum Canonicorum: Et dimidiam acram in præfata Insula juxta prædictas octo acras: Et unam acram ad gressi .... Et decem averia in pastura sua cum propriis averiis suis & hæredum suorum, quocunq; pascant. Ex dono *Nicholai* filii *Nicholai* de *Wilmton*, molendina & situm molendinorum de **Wilmton**, cum omnibus pertinentiis suis, cum secta ejusdem villæ, & omnium aliorum hominum quicunq; voluerint ibi molere; Salvâ tamen sibi & hæredibus suis multurâ propriæ domus suæ; Et totam terram à superiori parte stagni præfatis molendinis pertinentis usq; ad vadum de **Potlac** in longum & in latum ab aqua molendinorum prætatorum usq; ad aquam currentem sub *Sche* ..... ita quod illa aqua infra metas terrarum dictis Canonicis concessarum includatur, & quod ipsi Canonici faciant quicquid voluerint infra dictas metas; ita quod euntes & redeuntes ad .... molendina liberè eant & redeant sine impedimento ipsius *Nicholai* vel hæredum suorum.

Et unam juncariam, inter locum qui vocatur **Suanesnest**, & crostum quod fuit *Roberti* ... *bra* & super aquam ad reparationem stagni prædictorum molendinorum; Ita quod nec ipse nec hæredes sui in prædicta aqua piscabuntur à superiore parte stagni usq; ad molendina, neq; ad exclusas ipsius stagni, sine licentia dictorum Canonicorum; Salvâ tamen sibi & hæredibus suis piscariâ in eadem aqua de **Potlac** à superiore & remotiore parte stagni præfati usq; versùs **Egenton**; Et quod ipsi Canonici possint exaltare stagnum præfatum competenter, prout necesse fuerit; ita scilicet, quod nec ipse nec hæredes sui divertent aliquatinus aquam currere debentem ad prædicta molendina; nec aliquid aliud faciant de prædicta aqua, nec fieri procurabunt aut permittent ad detrimentum prædictorum molendinorum & nocumentum memoratorum Canonicorum; Et quandam particulam terræ ad reparationem stagni prædictorum molendinorum suorum de **Wilmton**, illam scilicet quæ se extendit in longum juxta aquam quæ vocatur **Potlac** a superiore parte stagni prædictorum molendinorum usq; ex opposito aquæ currentis inter dictas insulas cum tota minore insula quæ propinquior est stagno suo, & in latum à prædicta aqua de **Potlac** usq; ad quoddam vetus fossarum, quod est inter prædictam particulam terræ & cam-

pum de **Wilinton** versus partes australes, & quatuor tosta juxta molendina prædicta. Et tostum quod *Johannes* le *Cupere* tenuit in villa de **Wilintone**: Et tostum quod *Willielmus Muffell* tenuit in eadem villa: Et quinq; acras terræ suæ cum pertinentiis in territorio de **Wilintone**, videlicet duas sub le **Yelo**; & unam acram in **Bedthem**; & unam acram in **Schertetimestalleslade**; & unam acram in **Pilardescroft**, una cum pastura ad unum caballum, & ad tres vaccas ad vitulos earum, donec vituli sint de duobus annis, qui tunc amoveantur vituli insimul cum focagio in brueria sua de **Wilintone**, quantum pertinet ad duas bovatas terræ in eadem villa. Et *Hugonem* piscatorem & ..... le *Cupere* de **Wilintone** cum tota sequela sua & catallis eorum; ita quod nec ipse nec hæredes sui aliquod jus vel clamium in eisdem vel in eorum sequela, vel in catallis eorum possint eis in posterum vendicare; Et totam aquam suam cum tota piscaria & aliis pertinentiis in **Trente**, à divisis aquæ de **Newentone** usq; sub **Wilintone**. Quare volumus, (&c.) Dat. per manum nostram apud *Westm. xv.* die *Oct.* anno *xxxvi.*

Carta Regis Edwardi *secundi, alias Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Pat. 18. E. 2 p. 2. m. 26.

REx omnibus ad quos, &c. salutem. Donationem, concessionem, & confirmationem quas *Haraldus* de *Leke* dudum per Cartam suam fecit Ecclesiæ de **Balc**, & Canonicis tunc ibidem Deo servientibus, qui nunc apud **Repyndon** morantur, de una carucata terræ in **Leke**. Donationem, (&c,) quas idem *Haraldus* per eandem Cartam suam fecit dictæ Ecclesiæ & præfatis Canonicis de tribus acris prati in eadem villa. Quietam etiam clamantiam quas idem *Haraldus* per eandem Cartam suam fecit prædictis Canonicis, de quadam consuetudine, scilicet operatione *Lx.* hominum ipsorum Canonicorum de **Huntebothe**, una die per annum, quam ipsi homines solebant eidem *Heraldo* facere pro pastura sua de **Staunton**. Donationem, &c. quas *Robertus* de *Notingham*, quondam Canonicus *Sarum*, per Cartam suam fecit Deo & beatæ *Mariæ* & Ecclesiæ S. *Trinit.* dicti loci de **Repyndon**, & Canonicis ibidem Deo servientibus, de tota terrâ suâ in **Sutton**, & **Bouvntone** super *Soram*, cum omnibus pertinentiis infra villam & extra, sine aliquo retinemento; simul cum tota terra quam habuit in **Sutton** de dictis Canonicis, dum sic apud **Balc** moram fecerunt per escambium duarum virgatarum & unius bovatæ terræ cum pertinentiis in **Westerleke**; quam quidem totam terram pro duabus carucatis terræ idem *Robertus* computavit. Habenda & tenenda prædictis Canonicis imperpetuum, ratas habentes & gratas confirmamus. T. Rege apud Turrim *Lond.* secundo die *Marcii.*

PRIORATUS

de Kaermerdin, infra burgum de Kaermerdyn in VVallia.

Carta Regis Henrici *secundi; de veteri civitate de* **Kaermerdyn**, *& Ecclesia S.* Petri *ibidem.*

Henr. Rex *Angliæ*, (&c.) Archiepiscopis, (&c.) salutem. Sciatis me pro salute animæ meæ & antecessorum meorum & hæredum meorum, concessisse, dedisse, hac Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ sancti *Joh.* Evangelistæ de **Kayrmerdyn**, & Canonicis ibidem Deo servientibus, in perpetuam elemosinam, veterem civitatem de **Kayrmerdyn** cum omnibus pertinentiis suis, sicut fines & termini perambulati sunt coram Ballivis meis de **Kayrmerdyn**. Dedi etiam præfatis Canonicis Ecclesiam sancti *Petri* quæ sita est in eadem civitate, cum Capella de Castello meo de **Kayrmerdyn**, & omnibus aliis Capellis ad eandem Ecclesiam pertinentibus. Præterea dedi eis & concessi quatuor carrucatas terræ in **Eglwysnewith**, quas habent ex dono *Blederici Lacimeri*, & duas carrucatas terræ in *Comma*, quas habent ex dono *Bernardi Menevensis* Episcopi. Dedi etiam & concessi unam carrucatam terræ in **Egleuiskeyn**, cum Capella infra terminos ejusdem terræ sita, quam dedit eisdem Canonicis *Alfredus Drine*, & unam carrucatam terræ quæ dicitur *Pentewy*. Quare volo, (&c.) Data, (&c.)

Cart. 11. E. 2 n. 45. Videsis Pat. 1 H. 6. p. 2. m. 7. Et pat. 1. H. 4 p. 6. m. 7.

PRIORATUS

de Wikes in Comitatu Essexiæ.

Carta Regis Henrici *secundi, Donatorum concessiones confirmans.*

Henricus Rex *Angliæ*, &c. Sciatis me concessisse Deo & sanctimonialibus sanctæ *Mariæ* de **Wikes**, pro salute mea, & meorum, Ecclesiam ipsam de **Wikes** ad tenendum in ea ordinem sanctimonialium, & duas carucatas terræ in Dominio, & septem villanos in eadem villa de **Wikes** cum gardino, & omni mansione, quæ sunt

Cart. antiq. C. n. 10

sunt circa ipsam Ecclesiam, quæ fuerunt *Walteri Muscherell*, & *Alexandri* fratris ejus, & *Editha* sororis suæ, & *Walteri* Decani patris eorum; & tertiam partem villæ de **Wirkes** cum omnibus pertinentiis suis, unde *Aelia*, uxor *Alexandri* de *Wahum*, dotata fuit, sicut Carta prædicti *Alexandri*, & Domini sui *Willelmi* filii *R.* testantur; Et in villa de **Statmores** x sol. terræ, quas *Alwinus Wereword*, & *Godhugo* tenuerunt sicut prædictus *Walterus Muscherell*, & *Alexander* frater ejus pensionem *Editha* sororis suæ dederunt & concesserunt: Et Ecclesiam de **Chatesham** cum omnibus pertinentiis suis, sicut Carta *Ade* Clerici, & *Richardi*, & *Matilda* uxoris ejus, filiæ ejusdem *Ada*, testantur, & quinq; acras de assartis de **Tollesbunte**, & ut assartent usq; ad centum acras in *Essexia*, ubi Deus eis præstiterit, & si quis eis de bosco suo vendere, vel elemosinam dare voluerit, nullus ex Ballivis nostris contraire præsumat.

Præterea concedo eis duos leporarios & quatuor bracatos ad leporem capiendum in nostra foresta de *Essexia*: Et quieti sint de watto bosco, & de rewardo Forestariorum. Concedo etiam, & confirmo omnes donationes, quæ eis in tota terra nostra collatæ sunt vel in futuro conferentur, in terris, in villis, in Ecclesiis, in redditibus, & in omnibus rebus, in burgo & extra burgum, & in omnibus locis, & omnia tenementa sua, & villæ & homines sui quieti sint de omnibus quærelis, & placitis, & de Sira, de Hundredo, de Danegeldis, de **Blodwite**, & *Garwite* de *Ferdwite*, de *Letewite*, de *Tedingpens*, de **Flemenewarre**, & Telonio, de hidagio, de pontagio, de lestagio, de passagio, de stallagio, de soka, & saka, de *Toll*, & *Theam*, & *Infangenethef*, de murdro, & latrocinio, & omni alia consuetudine, sicut aliquæ terræ, sive homines virorum religiosorum liberiores, & quietiores sunt in tota terra nostra. Et concedo eis quod habeant omnes exitus qui ex omnibus præscriptis concessionibus pervenire poterunt. Præcipio etiam vobis, quod plenariam justiciam supra nominatis Monialibus sine dilatione faciatis de omnibus illis in tota terra mea, quæ eis, sive rebus, aut hominibus suis injuriam faciant, & de omnibus clamoribus quos vobis ostendit, ita quod non oporteat eas ad vos conqueri pro defectu justitiæ, Testibus *Rich.* Episcopo *Londoniensi* & pluribus aliis.

PRIORATUS
de Burncester (*vulgo* Bisseter) *in agro* Oxoniensi.

Carta Regis Edwardi *secundi, Donationes quamplurimas Canonicis de* Burncestre *factas, recitans & confirmans.*

REx omnibus ad quos, &c. salutem. Inspeximus Chartam quam *Gilebertus Basset* fecit *Johanni* quondam Priori *de Burecestria* & Canonicis ibidem Deo servientibus, in hæc verba: Omnibus sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, præsentibus & futuris, *Gilebertus Basset* salutem in Domino Notum sit Universitati vestræ, quod ego dedi & concessi *Johanni* Priori de *Burecestria* & Canonicis ibidem Deo servientibus, pro salute Domini mei Regis *Henrici*, & pro salute animæ meæ, & uxoris meæ *Egelina*, & Heredum nostrorum, & pro animabus antecessorum nostrorum, Ecclesiam de *Burcestria*, cum omnibus pertinentiis suis, & de incremento totam terram, quæ est inter crostam *Gilleberti* Molendinarii & Messuagium, quod fuit *Adæ*, & ipsum Messuagium usq; ad calceiam vivarii mei, cum quinq; acris quas prædictus *Adam* tenuit, & Messuagium quod fuit *Osmundi Fewell*, cum crofta, & Messuagium *Will. Karetarii*, & Messuagium *Ailwardi*, cum crofta in qua ipsa duo prædicta Messuagia fuerunt, & quadraginta acras de dominio meo; scilicet viginti in uno Campo, ex quibus quinq; acræ sunt in furlungia, quæ descendit in rivolum, ultra spinam, & quinq; in furlungia ultra vallem quæ vertitur apud *Rugweyam*, & tres acræ in *Gapeshlerefurlunga*, & quatuor acræ & dimidium in *Ruxfurlunga*, & duæ acræ & dimidium quæ vertuntur in **Parroc**; & in altero Campo viginti acras, scilicet in *Helefurlunga* & *Buttes* apud **Pinbehlowesmeere**, ad complendum numerum viginti acrarum. Et præterea unam virgatam terræ in **Stretton** ad Luminare prædictæ Ecclesiæ; scilicet illam, quam *Walterus* & uxor *Gilberti* militis tenuerunt, cum omnibus pertinentiis suis præter unam Croftam ejusdem virgatæ terræ, pro qua dedi sæpedictis Canonicis alteram Croftam, quæ vocatur **Gerstroft**, in escambium prædictæ Croftæ.

Et præterea concessi convencionem factam inter prædictos Canonicos sæpedictæ Ecclesiæ & homines meos de **Wrecheswelle**; videlicet quod sæpedicti Canonici concesserunt prædictis hominibus, duas acras prati, pro capitalibus suarum croftarum, secùs rivulum versùs molendinum fluentem, ad faciendum flagnum, & viam ad Molendinum & si forte contigerit quod in futuro molendinum non sit prædictis Canonicis necessarium, prædictæ acræ prati ad-

Par. 9 E. 2, p. 1 m. 19.

supedictos Canonicos redeant, ita quod Canonici viam in pristinam planiciem repararent, & hominibus meis prædictis, terræ illorum remaneant. Et præterea concessi supedictis Canonicis liberam Capellam Curiæ meæ, & de curiis hæredum meorum, cum oblacionibus & omnibus obventionibus ad liberam Capellam pertinentibus, & decimam Caretam ligni mei; ut sicut venitur de Bosco, ita attrahatur in Curiam Canonicorum, sicut in meam. Et quoddam prætuxculum quod vocatur *Hamma*, quod extenditur de crofta de Herich, de Ultrechewyke secùs stagnum molendini usq; ubi novus rivulus descendit in veterem rivulum, & ipsam mulne-dam ad faciendum ibi molendinum, ubi fuit antiquitùs: vos si alicubi in confinio per ipsam mulne-dam melius fieri poterit, fiat; & pasturam infra dominium meum ad tres carucatas animalium; scilicet cum propriis animalibus meis carucas meas trahentibus. Et in omnibus Maneriis meis ubicunq; supedicti Canonici agriculturam habebunt, concedo eis, ut trahencia animalia ad carucas illorum cum meis animalibus trahentibus pasturam habeant; & ad quatuor centum oves pasturam ad supedictam Ecclesiam pertinentem, tam in dominio meo, quàm in communi pastura, & quitanciam de pasnagio & homines suos de eis tenentes liberos & quietos ab omni servicio quod ad me & hæredes meos pertinebit.

Et præterea ego *Gilbertus Basset* dedi & concessi prædictis Canonicis Ecclesiam de *Ardintona*, cum omnibus pertinentiis suis, & Ecclesiam de *Comtona*, cum omnibus pertinentiis suis, & Ecclesiam de Pussendene, cum omnibus pertinentiis suis, & omnes Capellas infra Curias meas existentes, cum omnibus pertinentiis suis, in puram & perpetuam elemosinam, liberam & quietam ex omnibus consuetudinibus, & ab omni exactione & ab omni seculari servicio, in pratis & pasturis, in marisis & in molendinis, in viis, in semitis & in omnibus locis. Et ego *Gilbertus Basset* & hæredes mei supradictas Ecclesias & possessiones prædictas, Canonicis prædictis ab omni seculari servicio warantizabimus. Et prædicti Canonici supradictas Ecclesias vel possessiones dictas non debent ad firmam dare, vel pro alia Ecclesia, vel pro aliis possessionibus commutare. Et ut donacio mea rata & inconcussa in perpetuum permaneat, hanc præsentem Cartam Sigilli mei attestacione confirmavi & legalium virorum testimonio roboravi. Hiis testibus, *Roberto* de *Whitefeld* tunc Vicecomite, *Thoma* de *Drunall*, uxore mea *Egelina*, *Aliz. Basset*, *Henrico* de *Curtenay*, *Roberto Damary*, *Hugone Drunald*, *Thoma Basset*, *Fulcone Basset*, *Jacobo Grasmuln*; *Walerando* de *Crykelade*, *Roberto Waleys*, *Bartholomeo* Capellano, *Roberto* filio *Radulphi*, *Willielmo* de *Covele*, *Willielmo* filio *Richardi*, *Warino Pincerna*, *Hasculfo* de *Bixa*, *Thoma Britone*, *Adam* Clerico, *Richardo* Clerico de Calvertone, & multis aliis.

Inspeximus etiam Chartam, quam *Willelmus Longespeye* fecit Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* & sanctæ *Edburgæ Berencestriæ*, & Canonicis prædictis, in hæc verba; Sciant præsentes & futuri, quod ego *Willielmus Longspeye* dedi, concessi & hàc Chartâ meâ confirmavi Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* & sanctæ *Edburgæ* de *Berencestria*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, pro animabus domini patris mei, & matris meæ, & pro salute animæ meæ & antecessorum meorum, totam terram quam habui in Ultrecheroych, cum omnibus pertinenciis, cum villanis, & eorum sequelis & catallis & cum bosco de Gravenhull, cum pertinenciis, & quadam cultura quæ vocatur Coubrygge, cum pertinenciis, & pasturam ad quinquaginta bidentes apud Ertintone, cum dominicis bidentibus meis ibidem pascendis habendam & tenendam de me & hæredibus meis, dictis Canonicis & eorum successoribus in liberam puram & perpetuam elemosinam, liberè, quietè, integrè, & pacificè, in bosco & plano, viis & semitis, pratis, pascuis, & pasturis, cum omnibus dominicis terris & bosco pertinentibus, quieta de me & hæredibus meis ab omnibus serviciis, sectis, consuetudinibus, & demandis, michi & hæredibus meis pertinentibus. Et ego *Willielmus Longespeye* & hæredes mei prædictas terras & boscum cum villanis & eorum sequelis, unà cum prædicta pastura de Ertintone, dictis Canonicis & eorum successoribus, contra omnes homines & fœminas inperpetuum warantizabimus. Ut autem hæc mea donacio, concessio, & Chartæ meæ confirmacio perpetuæ firmitatis robur optineant, præsentem Chartam sigilli mei impressione, & virorum fide dignorum testimonio, roboravi. Hiis testibus, Dominis *Stephano Longespeye*, *Jacobo* de *Aldedeleghe*, *Philippo Basset*, *Radulpho* de *Cesterton*, *Willielmo* de *Meauling*, *Richardo* de *Mundevill* Militibus; *Philippo* de *Wappelle*, *Roberto* de *Hoult*, *Roberto* de Monasterio de Buckhull, *Johanne Foucher*, & aliis.

Inspeximus etiam Chartam, quam *Phil. Basset* miles fecit Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* & Sanctæ *Edburgæ* virginis de *Bercencestria*, & Canonicis prædictis, in hæc verba. Sciant præsentes & futuri, quod ego *Philippus Basset* miles, pro salute animæ meæ, & animarum patris & matris meæ, & animæ *Fulconis Basset*, quondam *Londonensis* Episcopi, Fratris mei; & animarum omnium antecessorum meorum, dedi concessi & hac præsenti Chartâ mea confirmavi Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* & S. *Edburgæ* virginis de *Berencestria*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, & in perpetuum servituris, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, omnes terras & tenementa cum pertinentiis, quæ habui in Cliftone, & Hecntone, & Dadyngtone in Comitatu *Oxoniæ*, de dono domini *Rogeri* de *Stampford*; & omnes terras & tenementa, cum pertinentiis, quæ habui in Grymesbury in parochia de Bannebyri, in Comitatu *Northamptoniæ*, de dono prædicti domini *Rogeri* habendas & tenendas de me & hæredibus meis, prædictis Canonicis & eorum successoribus ibidem Deo servientibus, & in perpetuum servituris, in liberam puram & perpetuam elemosinam, omnes

prædictas

prædictas terras & tenementa, cum homagiis, redditibus, serviciis, Releviis, escaetis, Messuagiis, terris, pratis, pasturis, boscis, Molendinis, stagnis, vivariis, aquis, haiis, fossatis; liberis introitibus & exitibus; & cum omnibus aliis ad easdem terras & tenementa pertinentibus, vel quoquo modo pertinere valentibus, liberè, quietè, benè, in pace, & omnino integrè absq; ullo retenemento. Et ego dictus *Philippus* & hæredes mei warantizabimus, defendemus, & acquietabimus omnes prædictas terras & tenementa, cum omnibus suis pertinentiis, prædictis Canonicis & eorum successoribus ibidem Deo servientibus, & in perpetuam servituris, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, contra omnes gentes. Et ut hæc mea donacio, concessio & præsentis Chartæ mea confirmatio & warantizatio mea firmum robur optineant imperpetuum, præsenti Scripto sigillum meum apposui; Hiis testibus, Dominis *Nicholao* de *Tatingden*, *Thoma* de *Hederne*, *Richardo* de *Rulg*, *Rogero* de *Avmari*, *Radulpho* de *Cestertone*, *Rogero* de *Lenne*, *Alano* de *Rumalii*, Militibus; *Simone* de *Sampford*, *Waltero Wyt*, *Henrico* de *Soyntpoll*, *Philippo Tercops*, & aliis. Nos autem donationes, & concessiones prædictas, ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, concedimus & confirmamus, sicut Chartæ prædictæ rationabiliter testantur. In cujus, &c. T. Rege apud Walsingham *vi.* die *Octobris*.

ABBATIA
de Pertland *in Devonia.*

Carta Regis Henrici *secundi concessionem Ecclesiæ S.* Nectani, Ricardo Pictavienſi *Archidiacono confirmans.*

Cart. 38. E. 3. n. 1. per Inspex.

HEnricus Rex *Angliæ* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepisc. (&c.) salutem. Sciatis quod *Gaufridus* filius *Oliveri* de *Dynam*, in præsentia mea, pro Dei amore, & mea petitione, concessit, & quantum ad eum spectabat, donavit *Ricardo Pictavensi* Archidiacono, Ecclesiam S. *Nectani* de *Hertilanda*, cum Capellis & terris & decimis, & omnibus pertinentiis suis, nominatim cum *Bechetona*, ut ibi ordo Canonicorum regularium, in voluntate prædicti Archidiaconi instituatur. Et *lx. s.* annuos quos de Clericis ejusdem Ecclesiæ solebat habere, & relevamina & omnia alia servicia secularia, Deo & Ecclesiæ & Archidiacono imperpetuum remisit, & quietum clamavit; & nihil penitùs sibi in eadem Ecclesia retinuit præter orationes. T *Gaufrido* Archidiacono *Cantuar.* *Gaufrido* Capellano Regis, & Magistro *Stephano* de *Fulgeriis*, & *Nicholao* Capellano, Magistro *Johanne Cumin*, & Magistro Presbitero Comitis *Hugonis* de *Norf.* *Manass.* *Biset* dapifero, *Willelmo Malet*, *Goscelino* de *Baliolo*, *Alano* filio *Jordani*, *Ricardo Pincerna*, apud *Wintoniam*.

Carta Regis Ricardi *primi, donatorum concessiones recitans & confirmans.*

REx omnibus ad quos, &c. salutem. (&c.) *Ricardus* Dei gratia Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ*, & *Aquitanniæ* & Comes *Andegaviæ* Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis nos pro salute animæ Regis *Henrici* patris nostri & nostra, & omnium antecessorum & successorum, & hæredum nostrorum, concessisse & præsenti Cartâ confirmâsse permurationem quam fecit *Ricardus Pictavensis* Archidiaconus, assensu & voluntate illustris Regis *Henrici* patris nostri, de Canonicis secularibus qui fuerunt olim in Ecclesia *S. Nectani* de *Hertilanda* in Canonicos regulares, auctoritate *Barth. Exoniensis* Episcopi, in cujus Episcopatu Ecclesia ipsa sita est, & assensu & voluntate *Gaufridi* de *Dinam* senioris & *Oliveri* fratris sui, & *Gaufridi* filii *Oliveri*; in quorum feudo & dominio eadem Ecclesia est fundata, ita quidem quod amotis de præfata Ecclesia *Nectani* de *Hertilanda* imperpetuum Canonicis secularibus, Abbas ibi & Canonici regulares substituantur, qui secundùm regulam *Augustini* & & rationabilia instituta fratrum S. *Nicholai* de *Arroasia* ibi Deo serviant; & pro statu & tranquilitate & pace nostra, & regni nostri; simul & pro salute animæ Regis *Henrici* patris nostri & nostra, & præfati *Ricardi Pictavensis* Archidiaconi, & omnium antecessorum & successorum nostrorum, sedulè Deum interpellent.

Pat. 5 E. 4 p. 3 m. 13. Vide Cart. 38. E. 3. n. 1.

Et concedimus & præsenti Carta confirmamus prædictis Canonicis regularibus prænominatam Ecclesiam S. *Nectani* de *Hertilanda*, cum omnibus præbendis & terris, & decimis, & omnimodis aliis pertinentiis suis; & quod liberam habeant potestatem excolendi omnes terras suas ad usus proprios, aut ad censum locare, sicut eis viderint magis expedire, quas præfati Canonici seculares tenebant antiquiùs de præbendis Ecclesiæ S. *Nectani* de *Hertilanda*. Et quod nullus de posteris prædictorum Canonicorum secularium, vel qui se fecerint hæredes, clamare possit sibi juris aliquid de terris, quæ præfatis Canonicis regularibus sunt, à prænominatis dominis datæ vel concessæ; scilicet ex dono *Gaufridi* de *Dynam* senioris, Fundatoris eorum, duas hidas terræ apud Pertanestoke; & terram de *Bechmona*, cum Ecclesia de *Bechatona*.

Concedimus etiam & confirmamus prædictis Canonicis regularibus relaxationem & quietanciam sexaginta solidorum, quos præfatus *Gaufridus* de *Dynam* solebat habere annuatim de Canonicis secularibus, qui prius ibi fuerunt,

fuerunt, & de relevaminibus & omnibus secularibus serviciis, quæ idem *Gaufridus* de eisdem habere consuevit. Et ex dono ejusdem *Gaufridi*, Capellam de *Welcuma*, cum omnibus pertinentiis suis, & Capellam de *Hertitona*, cum tresdecim acris terræ ad eam pertinentibus; & Capellam sanctæ *Wenne* de Thirstowe, cum terra quæ antiquitùs appellata est *Acra* sanctæ *Wenne*, & cum duodecim aliis acris. Et omnes Capellas infra parochiam ejusdem Ecclesiæ S. *Neotani* constructas, cum omnibus pertinentiis & libertatibus, & liberis consuetudinibus suis. Ex dono ejusdem *Gaufridi* de *Dynam* unam virgatam terræ, scilicet Gallecusham. Ex dono *Oliveri* fratris prædicti *Gaufridi*, assensu & voluntate *Gaufridi* filii sui & hæredis, terras de Parcadene, & Scepelwelle, quas prædictus *Ricardus Pictavensis* Archidiaconus, ad opus prædictorum Canonicorum regularium à præfato *Olivero* acquisivit, cum hominibus & omnibus aliis rebus ad eas pertinentibus, ad ædificandum ibi prædictis Canonicis regularibus Ecclesiam & officinas suas.

Ex dono *Oliveri* de *Traci* Ecclesiam de *Fremintonâ*, cum omnibus pertinentiis suis, & communi pastura, & octo solidatas terræ, quas idem *Oliverus* prædictis Canonicis in puram & perpetuam elemosinam dedit. Ex dono *Willelmi* de *Boterell* Ecclesiam de Cumstane, & Ecclesiam de *Molanda*; & Ecclesiam de Frozburi, cum terris & decimis, & piscariis, & omnibus aliis pertinentiis suis. Concedimus & confirmamus prædictis Canonicis domum quandam in magno Vico *Exoniæ*, quam prædictus *Ricardus Pictavensis* Archidiaconus, à præfato *Willelmo* de *Boterell* emit, & eis dedit. Ex dono *Hugonis Peverell* Ecclesiam de Wilfarestowe, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Ricardi Peverell*, & *Margaretæ* uxoris suæ, assensu *Roberti* de *Spet* hæredis ejusdem *Margaretæ*, Ecclesiam de Briggeford, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Hawisiæ* de *Ridvers* unum ferlingum terræ apud Beanford, cum quadam parte nemoris sui, quod vocatur Warham. Ex dono *Henrici* de *Parco*, terram illam quæ vocatur *Mons Gocelini*.

Concedimus etiam & confirmamus prædictis Abbati & Canonicis regularibus Ecclesiæ S. *Neotani* de *Hertilanda*, omnes terras, & decimas, & possessiones, & omnia beneficia, quæ eis data sunt, sicut Cartæ donatorum rationabiliter factæ testantur, vel in futuro sunt rationabiliter acquisituri. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod Abbas præfati loci de *Hertilanda*, & Canonici regulares ibidem Deo servientes habeant & teneant omnes prædictas Ecclesias sive terras, (&c.) adeo libere & integrè, (&c.) sicut aliqua Abbacia, vel domus religiosa de terra nostra liberiùs & meliùs tenent, cum *soca* & *saca* & *tol* & *tem*, & *infangenethef*, & *utfangenethef*, & cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus suis & quietanciis, in Ecclesiis & Capellis, in bosco & plano, in pratis & pasturis, in aquis & molendinis, in stagnis & vivariis, in mariscis & piscariis, in vineis & virgultis, in viis & semitis, in granagiis & in portubus, in civitatibus, & villis, infra Burgum & extra, & in omnibus aliis locis, & omnibus aliis rebus, liberos & solutos, & quietos de sectis sirarum & hundredorum, & de *Lethe*, & *Wapentache*, & de placitis & querelis de murdro, & pecunia quæ ad murdrum pertinet, sive ad latrocinium; & de scuragio, & hidagio, & de assisis, & de *geldis*, & *danegeldis* & *horngeldis*, & *forgeldis*, & de *blodwita*, & *sitwita* & *flitwita*, & *leirwita*, & *heingwita*, & *frementfonda*, & *Werdpeni*, & *Averpeni*, & *Hundredpeni*, & *Tolingpeni*, & de operationibus Castellorum, poncium, & parcorum, & vivariorum, & stagnorum, & murorum, & de clausuris omnimodis, & fumagio, & mareimo cariando, de armis portandis, & excercitibus & summonitionibus; & de thesauro ducendo, & warda tenenda de auxiliis seu donis Vicecomitum & bailliorum suorum; & de omnibus aliis auxiliis, & de misericordia Comitatus: Et quietus ab omni theoloneo, & passagio, & pontagio, & stallagio, & lestagio, & de omni servicio & exactione seculari, & opere servili, & de omnibus occasionibus aliis & consuetudinibus secularibus; & quod, exceptâ justiciâ mortis & membrorum, habeant Curiam suam de omnibus querelis, quæ exortæ fuerint in terris & possessionibus suis, & justiciam de eis. Ita quod witas suas inde capere possint.

Prohibemus etiam ne ipsi Canonici ponantur in placitum de aliquo tenemento suo, nisi coram nobis ipsis, vel coram capitali Justicia nostra. Hæc omnia concessimus prædictis Canonicis nostris de *Hertilanda* in liberam & perpetuam elemosinam pro amore Dei & beati martiris *Neotani*, cui jugiter & intentè famulantur, pro anima Regis *Henrici* patris nostri. Testibus Hiis, *H. Dunhelm. G. Wymonienſ.* Episcopis Data primo anno regni nostri per manum *W.* de *Longo Campo* Cancellarii nostri, *Elienſis* Electi, apud *Westm.* octavo die *Novembris* (&c.)

Priora-

PRIORATUS
de Parco Pelagh in agro Eboracensi.

Carta Fundationis ejusdem.

Et Cartulario de Parco Pelagh, in bibl. Cottoniana, f. 8. a.

SCiant omnes ad quorum audientiam hæ literæ pervenerint, quod ego *Bertramus Haget*, *Gilberto* Monacho *Majoris Monasterii*, ejusq; successoribus, terram *Heremi* quod est in nemore de Pelagh in elemosina dedi & concessi, perpetuo possidendam; scilicet terram illam versùs Orientem, ut aqua currere solita est, & transmeare à ponte qui *Lairbrugg* vocatur, ad transitum usque qui Sangwat antiquitùs nominatur. Præterea dedi & concessi ad opus loci prædicti, terram extirpatam, & de nemore extractam, quæ est extra fossam quæ Hordebrest nuncupatur, quam etiam homines mei de *Wicaela* extirpaverant; & in longitudine ejusdem terræ extirpatæ, ad divisionem meam usque ad Hagandaby, quantum nemus meum durat; Et de terra prædicta, & prænominata à rusticis de *Wicaela* extirpata ad triginta acras usq; in elemosinam dedi ei & concessi. Testes sunt *Gladvinus* de *Colixchean*, *Lefstanus* de *Eborace*, *Thomas* vicarius de *Wichaela*, & *Miliner* ejusdem villæ. *Johannes* Capellanus de Torp, *Oppidi* presbiter, *Willielmus* de *Aech*, *Ilbertus* de *Morvill*, *Willielmus* de *Stangraven*, *Willielmus* de *Rufor*, *Gauter* de *Larmera*, *Rollan Haghet*, *Willielmus* filius *Willardi*, *Alanus* de *Folif*, *Pharice Haghet*, *Willielmus Haghet*, & *David* frater ejus, & *Bertramus* milites.

Videsis Cart. 4. E. 2. n. 39. 47. 50. & 51.

Quieta clamatio Henrici *Prioris de* Marton, *& ejusdem loci Conventus ad Heremitagium in parco de* Pelagh.

Ib. fol. 9. a.

UNiversis sanctæ matris Ecclesiæ filiis *Henricus* Prior de Marton & Conventus ejusdem loci salutem in domino. Ad universitatis vestræ notitiam volumus pervenire, nos nichil juris habere in Eremitagio illo, quod est in *Parco* de Pelagh. Et nos locum illum cum omnibus pertinentiis suis quietum clamavimus coram officialibus domini ..... *Eboracensis* Archiepiscopi die Lunæ proxima post *Epiphaniam* domini, Anno ab incarnatione Domini *M.CC.iii.* Et ne in posterum aliquando nobis licitum sit contra hanc resignationem & quietam clamationem venire, huic scripto Sigilli nostri munimen apposuimus. Hiis testibus, Magistro *Rogero* de *Melsamby*, tunc officiali, Magistro *Nicholao* le *Simple*, *Jeremia*, de *Thorhill*, *Willielmo Cok*, Magistro *Thoma* de *Wat*, *Bertholomeo Thuret*, *Thoma* de *Witton*, *Rogero* de *Punchardun*, *R. Haget*, *W. Haget*, *Johanne* Clerico, & aliis.

A. 1203.

Carta Galfridi Haget, *donationem patris sui confirmans.*

GAlfridus *Haget* omnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, tam futuris quàm præsentibus salutem. Notum sit vobis omnibus me concessisse & præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & sanctæ *Mariæ* & Ecclesiæ Sancti *Johannis* de *Parco*, & *Gilberto* monacho & successoribus ibidem Deo famulantibus, terras & silvas eidem loco pertinentes, in puram & perpetuam elemosinam, liberam, & quietam ab omni servicio, consuetudine, & exactione, sicut Carta patris mei testatur. Hiis testibus, Domino meo *Clemente* Abbate, *Galfrido* Priore, *Roberto* Decano de *Sancto Petro*, *Willielmo* de *Hedlere*, *Radulfo Haget*, fratre meo, *Alano* de *Folifet*, *Benedicto Haget*, *Elia* filio *Radulfi*, *Simone Sacce pee*, *Willielmo* filio *Wielardi*, *Gerardo* de *T...* *Johanne* Clerico, *Willielmo* de *Mandevile*.

Ib. fol. 7. a.

Stemma Fundatoris

MEmorandum quod quatuor fuerunt sorores *Galfridi Haget*. Et una scilicet *Lucia*, maritata fuit patri *Bartholomei Turet*, cum qua habuit Wighall & Stoke, & alias pertinentias quæ contingebant ad illam partem.

Ib. fol. 1. a.

Item alia maritata fuit Domino *Alano* filio *Briani*, atavo Domini *Briani* qui nunc est; cum qua habuit terram de Baynton, cum aliis pertinentiis contingentibus illam partem.

Item alia, scilicet *Alicia*, maritata fuit domino *Johanni* de *Friston*, cum qua habuit Pelagh & alias pertinentias contingentes illam partem; qui *Johannes* habuit quandam filiam *Aleiam* nomine, quæ nupta fuit Domino *Jordano* de *Sancta Maria*, qui fuerunt feoffatores nostri.

Item quarta vocabatur *Gundreda Haget*, quæ habuit quartam partem hæreditatis, scilicet quandam terram in Baynton, & in aliis locis hæreditatis *Galfridi Haget*, quæ non fuit nupta, set obiit sine hærede. Et post mortem suam partita fuit pars sua inter cæteras sorores superstites.

Carta secunda Fundationis de Pelagh.

OMnibus Christi fidelibus *Jordanus* de *Sancta Maria* & *Alicia* uxor ejus, salutem in domino. Noverit universitas vestra nos concessisse, & hac præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & S. *Johanni Evangelistæ* de *Parco* de Pelagh, & *Willielmo* Priori & Canonicis

Ib. fol. 7. a.

nicis ibidem Deo servientibus, & successoribus eorum, ipsum monasterium suum & situm loci sui in puram & perpetuam elemosinam, solutam & liberam ab omnibus serviciis & ab omni re ad terram pertinente, cum toto nemore quod vocatur Hoxsparcke; & cum saltibus & assartis, & cum omnibus quæ continentur infra fossata; & certas divisas ipsorum Canonicorum factas per nos & *Willielmum* ipsius loci Priorem ad includendum & fossandum & faciendum inde quicquid voluerint, sicut de libera & pura & perpetua possessione sua, ita quod forestarium nullum ibi habebimus.

Concessimus etiam ipsis *Willielmo* Priori, & Canonicis & eorum successoribus in puram & perpetuam elemosinam, totum nemus quod continetur inter fossatum ipsorum Canonicorum versùs Wykale & Lawbriggesic. Et sciendum quod prædicti Prior & Canonici, & eorum successores capient rationabiliter, sine visu forestariorum nostrorum, clausuram de bosco nostro & hæredum nostrorum, ubi competentiùs fuerit, ad claudendum hayam suam inter ipsos Canonicos & boscum nostrum versùs orientem. Et si feræ prædictorum *Jordani* & *Aliciæ* fortè transierint in boscum ipsorum Canonicorum, licebit nobis & hæredibus nostris, eas capere; & similiter esperveros ibi nidificantes; ita tamen ut intremus & exeamus per portam ipsorum Canonicorum sine dampno fossatorum & hayarum ipsorum Canonicorum & omnium intra contentorum.

Concessimus quoque prædictis Priori & Canonicis, & successoribus eorum, liberum ingressum & egressum à domo sua usque ad portam de Wykale; Et prædicti Prior & Canonici remiserunt & quietum clamaverunt de se & successoribus suis nobis & hæredibus nostris totum jus & clamium quod habuerunt in villa de Helaghe, & in parco ejusdem villæ, extra clausuram & divisas ipsorum Canonicorum. Hiis testibus, Dominis *Waltero* Archiepiscopo *Eboracensi*, & *Ricardo* Episcopo *Dunelmensi*, *Martino* de *Pateshill*, & *Willielmo* filio *Ricardi*, & *Rogero Huscarle* Justiciariiis itinerantibus, *Hamone* Decano, & Capitulo *Eboraci*, *Johanne* de *Fontibus* & *Ricardo* de *Wellebec* Abbatibus; *Laurencio* de *Wilton* & *Hamone* de *Eboraco* Clericis, *Johanne* de *Birkhin*, *Simone* de *Hale* Vicecomite *Eboracensi*, *Bartholomeo Thuret*, *Hugone* de le *Lay*, & *Roberto* fratre ejus, *Alano* de *Kaderton*, *Adam* de *Folisait*, *Thoma* de *Crigleston* *Roberto* de *Hoton*, & aliis.

Carta Aliciæ Haget *fundationem præfatam confirmans.*

Ibid. fol. 7. b. OMnibus has literas visuris vel audituris *Alicia Haget*, quondam uxor *Jordani* de *Sancta Maria*, salutem æternam in domino. Noveritis me in ligia potestate & libera viduitate mea, pro salute animæ meæ & *Jordani* de *Sancta Maria* quondam viri mei, & antecessorum meorum, dedisse, concessisse & hac præsenti Cartâ meâ confirmasse Deo & beatæ *Mariæ* & Sancto *Johanni* Evangelistæ de *parcke* de Helaghe, & Canonicis ibidem Deo servientibus in liberam, puram & perpetuam elemosinam, situm loci sui infra parcum, cum toto nemore, quod dicitur Hoxsparke; & cum omnibus saltibus & assartis, & bosco quæ continentur infra clausuras & cæteras divisas factas inter parcum meum & terras dictorum Canonicorum, cum omnibus infra contentis sine ullo retenemento mihi & hæredibus meis; & cum omnibus liberratibus suis & aisiamentis, tam in longitudine quàm in latitudine.

Præterea dedi & concessi eisdem Canonicis & eorum successoribus, liberam electionem Prioris sui sine omni contradictione, molestia, appellatione, & dilatione mei, & hæredum meorum. Et concessi ut dicti Canonici & eorum successores ibidem vivant secundùm regulam sancti patris *Augustini*. Dedi etiam & concessi eisdem Canonicis liberum iter à loco suo usque ad villam de Helaghe per viam quæ ducit ad molendinum, quod vocatur Bellecli; Et iterum à situ loci sui usque ad portam de Wigthall. Tenendum & habendum omnia prædicta dictis Canonicis & eorum successoribus imperpetuum adeo purè & liberè, sicut ulla elemosina puriùs & liberiùs possit teneri. Ego verò *Alicia Haget* & hæredes mei omnia prædicta dictis Canonicis & eorum successoribus warantizabimus, adquietabimus & defendemus contra omnes homines imperpetuum. Hæc omnia prædicta testatur præsens sigilli mei impressio. Hiis testibus, Dominis *Brieno* filio *Alani*, *Alano* de *Cathertona*, *Alano* de *Folisait*, *Roberto* de *Schegnesse*, *Ricardo Walens*, *Ricardo* de *Lindlay*, *Ægidio* de *Cathertona*, *Radulfo* de *Newark*, *Ricardo* de *Wombwell*, & aliis.

Catalogus Priorum hujus Domus.

MEmorandum quod die S. *Luciæ* virginis Anno ab incarnatione Domini *MCCxviii.* installatus fuit *Willielmus* de *Hamelecis* primus Prior domus de *Parco*; & stetit in Prioratu per *xiiii.* annos & dimidium; & mortuus est die S. *Paxedis* virginis anno ab incarnatione Domini *MCCxxxiii.* Ibid. fol. 1. b.

Item Memorandum quod quarto Kal. *Augusti*; scilicet die S. *Felicis* sociorumq; ejus, installatus fuit *Elias* secundus Prior de *Parco*, anno ab incarnatione Domini *MCCxxxiii.* & stetit in Prioratu per *xxiii.* annos & duos menses; & peciit cessionem & optinuit die S. *Mathei* Apostoli & Evangilistæ, anno ab incarnatione Domini *MCClvi.*

Item Memorandum quod die S. *Dionisii* sociorumq; ejus, installatus fuit *Johannes Nocus* tertius Prior de *Parco*, anno ab incarnatione Domini *MCClvii.* & stetit in Prioratu per quatuor annos & tres menses, & fecit cessionem quarto Idus *Januarii*, scil. die S. *Pauli* primi heremitæ, anno ab incarnatione Domini *MCClx.*

Item

Item Memorandum quod .... Kalend. *Aprilis*, anno ab incarnatione Domini *MCCIx.* installatus fuit *Hamo* de *Eboraco*, quartus Prior de *Parco*, & stetit in Prioratu per tres annos & unum mensem, & fecit cessionem *xiii.* Kalend. *Junii*, anno ab incarnatione Domini *MCCIxiiii.*

Item Memorandum quod quarto Nonas *Julii*, Anno Domini *MCCIxiiii.* electus fuit *Henricus* de *Quetelay* in Priorem; & pridie Nonas *Junii* ejusdem anni, ab Archiepiscopo *Godfrido* confirmatus; & octavo Idus ejusdem mensis, ab Archidiacono *Eboracensi Reynero* de *Seppona* fuit installatus, scilicet die *Veneris* proxima ante *Pentecosten*, Anno Domini *MCCIxviii.* & fuit quintus Prior de *Parco*, & stetit in Prioratu suo *xviii.* annis, excepcis *xv.* diebus, & mortuus est Prior.

Item Memorandum, quod quinto Kal. *Julii*, Anno Domini *MCCIxxxi.* electus fuit frater *Adam* de *Blide* in Priorem, & quinto Nonas ejusdem mensis confirmatus fuit à Magistro *Thoma Aberbrr* Canonico Ecclesiæ *Eboracensis*, tunc Officiali Curiæ ejusdem; cui dominus *Willielmus*, *Wykewan* tunc Archiepiscopus *Eboracensis* commiserat vices suas ad dictam confirmationem faciendam; & pridie Nonas mensis ejusdem installatus fuit idem frater *Adam* per magistrum *Thomam* de *Donyngton*, tunc Officialem Magistri *Thoma* de *Wythen* Archiepiscopi *Eboracensis*, & fuit sextus Prior hujus domus, & stetit in Prioratu suo per *xix.* annos & *xv.* septimanas, hoc est à die octavarum beatorum Apostolorum *Petri* & *Pauli* in anno Domini quo supra, usq; in crastinum Sancti *Lucæ* Evangelistæ, Anno Domini *MCCC.* & fecit cessionem *xiii.* Kal. *Novembris*, id est in crastino Sancti *Lucæ* Evangelistæ, ut proximo supra dicitur, in manibus venerabilis patris Domini *Thomæ* de *Corbrig* Archiepiscopi *Eboracensis*, Anno Domini *MCCIxxxx.*

Item Memorandum quod *xiiii.* Kal. *Novembris*, electus fuit frater *Willielmus* de *Grimstone* in Priorem per viam compromissi, quia totus Conventus compromisit in venerabilem virum dominum *Thomam* de *Corbrig* Archiepiscopum *Eboracensem*, tunc in Capitulo præsentem; qui pronunciavit pro eodem fratre *Willielmo*, & ipsum eodem die confirmavit, & mandavit per literas suas fratri *Adæ* de *Blide* Canonico ejusdem domus, & prædecessori suo, ut ipse vice & nomine suo installaret eundem, & installatus fuit *xii.* Kal. *Novembris* Anno incarnationis dominicæ *MCCC*, & fuit *vii.* Prior hujus domus; & stetit in Prioratu suo per *xix.* annos, & *vi.* menses, & decem dies; & fecit cessionem *vi* Idus *Aprilis* Anno Domini *MCCCxx.* in manibus venerabilis patris Domini *Willielmi* de *Melton Eboracensis* Archiepiscopi.

Item Memorandum *v.* Idus *Aprilis*, Anno Domini *MCCCxx.* electus fuit frater *Robertus* de *Sposford* in Priorem de *Parco* de *Melagh*, per communem assensum totius Conventus, coram venerabili patre domino *Willielmo* de *Melton Eboracensi* Archiepiscopo, tunc in Capitulo præsente; & votis totius Conventus concorditer fratri *Ric.* de *Bilton* concessis; qui pronunciavit publicè pro eodem fratre *Roberto*. Et ipse dictus *Robertus* eodem die ab eodem domino *Willielmo* de *Melton Eboracensi* Archiepiscopo confirmatus fuit & installatus, & fuit *viii.* Prior ejusdem domus per *xiii.* Annos.

Item *xix.* Kal. *Augusti*, Anno Domini *M.CCC.xxxiii.* installatus est frater *Stephanus Levyngton* Nonus Prior hujus domus.

Item decimo nono Kal. *Sept.* Anno Domini *M.CCCxvi.* installatus est *Ricardus* x. Prior hujus domus.

Item *xvi* die *Marcii*, Anno Domini *M.CCC.lviii.* installatus frater *Thomas* de *Yarum*, *xi.* Prior hujus domus.

Item ultimo die *Aprilis* Anno gratiæ *MCCCLxxviii.* installatus est frater *Stephanus Clarell* & *xii.* Prior hujus domus; Et fuit Prior per *xlv.* annos, novem menses, & tres dies.

Item Anno Domini *M.CCCCxxlii.* installatus fuit frater *Johannes Birkyn xii.* Prior hujus loci, & stetit in Prioratu per sex annos, & resignavit.

Item Anno Domini *MCCCCxxix.* Installatus fuit frater *Thomas York xiiii.* Prior hujus loci, & stetit in Prioratu per sex annos; & postea depositus fuit.

Item Anno Domini *MCCCCxxxv.* installatus fuit frater *Ricardus Areton xv.* Prior hujus loci, & stetit in Prioratu per annum & tres menses, & translatus est ad Gisburn.

Item Anno Domini *MCCCC. xxxvii.* Installatus fuit frater *Thomas Botson xvi.* Prior hujus loci, & stetit in Prioratu quasi per duos annos, & translatus est ad Bolton.

Item Anno Domini *MCCCCxl.* Installatus fuit frater *Thomas Colyngham xvii* Prior hujus loci, & stetit in Prioratu per *xxi.* annos, & resignavit.

Item vicesimo secundo die *Maii* Anno Domini *MCCCCLx.* Installatus fuit frater *Christoferus Lofthous xviii* Prior hujus loci, & stetit in Prioratu per tredecim annos & ultra, & furatus est bona hujus domus.

Vicesimo octavo die mensis *Novembris* Anno Domini *MCCCC. LXXi.* Installatus & confirmatus fuit *Willielmus Berwyck xix.* Prior hujus loci, qui fuit Vicarius de Ulverhall, & Canonicus, de nostra propria donor verus; cujus animæ propicietur Deus.

XXiiii. die mensis *Maii* Anno Domini *M. CCCC. lxxv.* installatus & confirmatus fuit *Willielmus Brammam xx.* Prior hujus loci, qui fuit Vicarius de Helagh *xlv.* annis & ultra, & erat Canonicus proprius in hac domo rasus. Et hii duo *Willielmi* Priores, fecerunt totam Ecclesiam, exceptis muris, & regnavit per v. annos, & à festo *Pentecostes* usq; ad Nativitatem beatæ *Mariæ* virginis, & resignavit spontaneè.

Item *vii.* Kal. *Septembris* Anno Domini *M. CCCC. LXXX.* confirmatus & installatus fuit *Willielmus Ellyngton xxi.* Prior hujus domus, & regnavit annis *xviii.* & *iii.* mensibus, & resignavit in manus Domini *Thirma* Archiepiscopi.

Item *vi.* Kal. *Junii* electus est frater *Petrus Kendayll* in Priorem hujus domus, quasi per inspirationem spiritus sancti, & confirmatus est eodem die à Magistro *Colens* Doctore & Officiali, & *iiii.* Kal. *Junii* Installatus erat à Magistro *Brownfleete*, tunc Vicario de *Scherburn*, Officiali Magistri *Carvebull*, tunc *Eboracensis* Archidiaconi, & fuit *xxii* Prior hujus domus & Canonicus in eadem rasus & professus.

Carta Confirmationis Walteri Eboracensis *Episcopi, super concessionibus Donatorum.*

Ib. Fol. 44. B. WAlterus Dei gratia, *Eboracensis* Archiepiscopus & *Angliæ* Primas, karissimis filiis in Christo *Willielmo* Priori de *Parco* de Helagh, & fratribus ibidem Deo servientibus, salutem, gratiam, & benedictionem. In *Danielis* visione legitur, quod antiquo dierum milia milium ministrabant, & decies milies centena milia assistebant ei. Et quia ad instar illius cœlestis *Jerusalem*, ubi tot sunt spiritus administratorii, constituta est Ecclesia in terris, licèt non possit à pari respondere: Credimus tamen altissimo placere, ut sicut in Ecclesia triumphante innumera assistit multitudo ministrantium, ita in Ecclesia militante, de die in diem augeatur numerus & devotio Deum in terra laudantium.

Cum igitur potissimum spectet ad officium pastorale, cui divina miseratione, licèt inmeriti astricti sumus, cultum Christianæ religionis ad honorem Dei ampliare, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, dilecte fili *Willielme*, Prior de *Parco* de Helagh, tibi fratribusq; tuis tecum regulariter commorantibus, consensum nostrum auctoritate diocesanâ impartimur; confirmantes vobis successoribusq; vestris monasterium de *Parco*; Ecclesiam videlicet sancti *Johannis* Evangelistæ, & locum in quo siti estis cum omnibus pertinentiis suis. Et statuimus, ut deinceps, tam vos quàm successores vestri, secundùm regulam sancti patris *Augustini* ibidem Canonicè vivatis. Sub speciali itaq; protectione nostra suscipientes vos & omnia vestra, cum Monasterio vestro, confirmamus vobis terras, silvas & pasturas cum pertinentiis, in nemore de Helagh, quæ habetis de dono antiquorum fundatorum *Bertrami Haget*, & *Galfridi Haget* filii ejus.

Terras, prata & pasturas cum pertinentiis, quæ habetis in Wytehale de dono *Radulfi Hagot* & *Bertholomei Thuret*. Terras & pasturas cum pertinentiis, quæ habetis in Thorp & Thaletum de dono *Iveta* de *Archez*, & *Petri* de *Brus*. Terras, prata & pasturas cum pertinentiis, quæ habetis in Cleuiae de dono *Bartholomei Turet*. Terras, prata & boscum & pasturas, cum pertinentiis, quæ habetis in Hagathwey de dono *Roberti* de *Lelay*. Terras & pasturas cum pertinentiis, quæ habetis in Plompton de dono *Petri* de *Plompton*. Terras & pasturas, cum pertinentiis, quæ habetis in Berton ex dono *Johannis* de *Horton*. Terras & pasturas cum pertinentiis quæ habetis in Aykton de dono *Roberti* de *Plompton*. Item redditus quos habetis in denariis in *Eboraco*, in Eilton, in Pestayn, ex dono *Petri* de *Plompton*, *Walteri* filii *Widonis*, *Henrici Walens*, *Galfridi* filii *Gilleberti*, prout in autenticis ipsorum patronorum vestrorum continetur.

Omnia igitur quæ rationabiliter inpræsenciarum habetis, aut in futurum justis modis, præstante domino, poteritis adipisci, sub Dei & beati *Petri* & nostra protectione suscipimus; & ut vobis integra & illibata permaneant, confirmamus; Auctoritate Dei omnipotentis, & sancti *Petri* & nostra prohibentes, nequis personas vestras perturbare, possessiones seu bona vestra auferre, vel minuere, aut temerariis vexationibus audeat infestare. Quod si quis ausu temerario præsumpserit, nisi citò commonitus resipuerit, noverit se iram Dei omnipotentis, & sancti *Petri* & nostram incursurum.

Ad hæc, filii dilecti, liberam electionem Prioris domus vestræ vobis & successoribus vestris confirmamus, ita ut si contigerit te, fili karissime, in fata concidere, liceat fratribus ibidem commorantibus, quem magis idoneum viderint, in patrem & pastorem animarum suarum Canonicè eligere, & electum nobis vel successoribus nostris præsentare, ut idem electus auctoritate Pontificali, secundùm morem debitum, vobis Prior præficiatur: Et sic deinceps à successoribus vestris imperpetuum observetur. Cunctis autem ejusdem domus vestræ jura servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum benedictionis Dei omnipotentis & beati *Petri* & nostræ accipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen.

Carta Willielmi de *Percey*, de Capella de Hildale.

OMnibus Christi fidelibus hoc scriptum visuris vel audituris, *Willielmus* de *Percey*, Dominus de Hildale, æternam in Domino salutem. Noveritis me, pro salute animæ meæ & uxorum, mearum filiorum, hæredum, parentum, & omnium antecessorum meorum, concessisse, dedisse & hoc præsenti scripto meo cirographato confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ* & domui sancti *Johannis* Evangelistæ de *Parco* de Helagh, & Canonicis ibidem Deo servientibus, in

Adhæret Ex Regist. de Helagh fol. 112. b.

in liberam, puram & perpetuam elemosinam, Capellam sanctæ *Hilde* de **Hildale**, integram & liberam cum oblationibus, & aliis obventionibus ibidem advenientibus; & situm loci illius sicut certæ divisæ se extendunt, circa ejusdem situm fossatis inclusæ, cum omnibus pertinentiis suis, & cum libera via de latitudine decem pedum ab eodem situ usq; ad Regiam viam quæ vadit de **Hildale** usq'; **Ffrokysslay**; & octo acras & unam rodam terræ in cultura juxta Capellam prædictam versùs Orientem & Aquilonem: Duas acras prati juxta eandem Capellam versùs partem Australem, *viz* acras terræ in quadam cultura, quæ appellatur **Symondcroft**, fossatis undiq; inclusas, ab exitu *Wallie* de **Hyldale** versùs orientem sub **Symondcliff**, & annuum redditum duarum marcarum de molendino aquatico de **Hildale**, percipiendum ad duos Anni terminos, scilicet medietatem ad *Pentecosten*, & aliam medietatem ad festum sancti *Martini* in hieme, & communam pasturæ ubiq; in pasturis de **Hildale**, exceptis *Parco* meo **Hehenting**, & **Golsingdale** ad ducentas oves cum sequelis duorum annorum; ad decem vaccas & unum taurum, & tria jumenta, cum sequela trium annorum; ad decem & octo porcos & duas sues, cum sequelâ duorum annorum, quietæ à paunagiis in boscis de **Hildale**, excepto parco meo **Hehenting**, & **Golsingdale**, ad decem boves & duos affros in prædictis pasturis, & bladum eorum cum brasio qui in loco prædicto S. *Hilde* moram facient ad molendinum liberè & quietè sine multura ad molendinum meum de **Hildale**, & *housebote*, & *haybote*, cum focali ad ardendum & meremio ad ædificandum, de **Hindescogh** & **Wasedale**, per visum forestarii, sine liberatione. Decem carucatas turbariæ de Turbaria de **Hindescogh**, de propria turbaria mea, cum libero ingressu & egressu.

Præterea dedi concessi & confirmavi prædictis Canonicis & eorum successoribus, ad promotionem dictæ Capellæ & loci illius, octo bovatas terræ cum uno tofto & crofto, & omnibus pertinentiis suis in **Crathorn**, quas Magister *Michael* Rector Ecclesiæ de **Wallington** de me tenuit ad terminum vitæ, & quas *Fr. Hervi* similiter tenuit nomine ejusdem Capellæ. Habendum & tenendum omnia prædicta dictis Canonicis & eorum successoribus, cum omnibus pertinentiis suis, libertatibus, & aisiamentis infra prædictas villas de **Hildale**, & **Crathorn** & extra, liberè quietè, pacificè, integrè & solutè ab omni servicio seculari, secta Curiæ, exactione, & demanda, sicut aliqua elemosina liberiùs & puriùs potest dari vel concedi. Et ego prædictus *Willielmus* & hæredes mei omnia prædicta dictis Canonicis & eorum successoribus, in omnibus, & per omnia, sicut supradictum est, contra omnes gentes warantizabimus, acquietabimus & defendemus imperpetuum.

Pro hac autem mea concessione, donatione, & præsentis scripti confirmatione, invenient dicti Canonici & eorum successores, duos presbiteros de Canonicis suis propriis, vel seculares pro voluntate sua, in dicta Capella constituendos, & divina in eadem Capella sanctæ *Hilde* de **Hildale** imperpetuum celebrantes; Ita scilicet, quod si iidem Religiosi vel seculares, qui pro tempore ibidem per dictos Canonicos & eorum successores fuerint constituti, à celebratione divinorum in prædicta Capella, sub formâ præscripta, cessaverint, obligando supposuerunt se & omnes successores suos cohercioni domini Archiepiscopi *Eboracensis*, vel Decani & Capituli ejusdem loci, qui pro tempore fuerint, ut possint ipsos, per censuram ecclesiasticam compellere ad prædicti officii ministerium, prout prædictum est, debitè exequendum, & plenariè faciendum. Similiter obligo me & suppono me & hæredes meos prædictæ cohercioni, ut simili censura, me & hæredes meos possint compellere, si aliquid de prædictis terris, redditibus, libertatibus, communis, aisiamentis, vel aliquibus aliis superiùs notatis dictis Canonicis, prout supradictum est concessis, subtraximus, vel in aliquo eisdem Canonicis injuriati fuerimus. Et in hujus rei testimonium uni parti istius scripti cirographati sigillum meum apposui, & prædicti Canonici alteri parti sigillum Capituli sui apponi fecerunt. Hiis testibus, *Radulfo* tunc Priore de **Gisburgh**, *Marmaduco Thwyng*, *Ada* de *Stokslay*, & aliis.

PRIORATUS

de Esseby *Canonicorum* (*vulgariter nuncupatus* Canons-Asshby) *in agro* Northamptonensi.

Carta Henrici *de* Pinkney *de libero paunagio in bosco de* Wappeham.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Henricus* de *Pynkeney*, filius *Henrici* de *Pynkeney* dedi (&c.) Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Esseby & Canonicis ibidem Deo servientibus, ut habeant in bosco meo de **Wapham** quater viginti porcos liberos & quietos à paunagio, de dono meo; Ita scilicet, quod cum *xl.* porcis, quos priùs habuerunt de dono & concessione *Henrici* de *Pynkeneye* tritavi mei, habeant imposterum sexies viginti porcos liberos & quietos à paunagio. Pat 29 E 1. m. 26 p. Inspex. Pat. 2. E. 3. p. 1. m. 4.

Præterea concessi & hoc præsenti scripto confirmavi, ut prædicti Canonici recipiant liberationem suam de bosco meo, prout patet in confirmatione quam eis fecit *Henricus* de *Pynkeneye* pater meus; Et si prædicti Canonici impediti unâ septimanâ, secundâ, vel tertiâ pro liberatione sua de bosco meo mittere prætermiserint, licebit eis per visum Forestarii vel alius Ballivi mei, in quartâ septimanâ, quatuor

carectatas bosci, absq; omni impedimento Ballivorum meorum recuperare; Et ut prædictam liberationem habeant cum duobus equis omni tempore anni, & inde disponant, prout sibi viderit melius expedire. Præterea concessi eisdem omnes libertates quas *Henricus* tritavus meus eis dedit; & quas *Henricus* pater meus illis confirmavit; scilicet quod habeant in bosco & pasturo de Ulapham C. oves, octo boves, quinq; vaccas, quinq; equas mansuetas, cum sequela earum, & housbote & harbote, & communiam, quantum rationabiliter pertinet ad duas virgatas terræ in eadem villa. Has autem donationes (&c.) warantizabimus (&c.) Hiis testibus, *Will.* de *Pynkeney*, in Boxtone; *Rob.* de *Wancy*, *Willielmo* de *Sancto Johanne*, *Gilberto* de *Plumtone*, in Uwestone; *Johanne* de *Braddene* Clerico, & aliis.

Carta Roberti de Pynkeneye *donationem avi sui & aliorum de terris in* Uwestone & Uwedone, *confirmans.*

Ibid. UNiversis (&c.) *Robertus* de *Pynkeneye*, filius & hæres Domini *Henrici* de *Pynkeneye*, dominus de Wedone, salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra, me pro salute animæ meæ, antecessorum & hæredum meorum concessisse (&c.) Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Essby, & Canonicis ibidem Deo servientibus pro me & hæredibus meis imperpetuum, omnes terras & tenementa cum suis pertinentiis in Westone & Wedone, tam de feoffamentis antecessorum meorum, quam de feoffamentis tenentium quondam eorum ibidem; videlicet duas virgatas & duas culturas terræ cum suis pertinentiis in Westone; quæ quidem culturæ simul jacent, ex parte boriali, jungentes se villæ de Westone, quas habuerunt de dono domini *Henrici* avi mei; Et unam virgatam terræ cum pertinentiis in eadem villa, quam habuerunt de dono *Roberti Russell*, per concessionem & voluntatem domini *Hugonis* de *Colewortb*; Et unam virgatam terræ cum pertinentiis, quam habuerunt de dono domini *Willielmi* de *Colewortb*. Et omnes terras, & tenementa omnia cum eorum pertinentiis, quæ habuerunt ex dono domini *Roberti* del *Ho* in prædictis villis de Wedone & Westone. Et unam virgatam terræ cum pertinentiis in Westone, quam habuerunt de dono *Willielmi* de *Burcote*; & quatuor acras terræ & dimidiam cum pertinentiis in Westone, quas habuerunt de feodo *Thomæ Barefot*, in liberam, puram & perpetuam elemosinam; in quibus omnibus terris & tenementis prædictis, cum eorum pertinentiis, dicti Canonici ingressum habuerunt tempore dominorum *Henrici* avi mei, & tempore *Henrici* patris mei. Habenda & tenenda omnia prædicta in liberam (&c.) elemosinam (&c.) Hiis testibus, domino *Thoma* de *Arderne*, domino *Roberto* de *Waney* militibus, *Thoma Wale* domino de Eydone, *Willielmo* de *Sancto Johanne* in *Plumptone*, *Johanne* le *Mareschall*, in Essby; & aliis.

Carta Henrici *de* Pinkneye, *donationem* Roberti *de* Ho *militis, de terra in campis de* Wedone & Westone, *confirmans &c.*

SCiant (&c.) quod ego *Henricus* de *Pynkeneye* dominus de Wedon-*Pynkeneye* frater & hæres quondam *Roberti* de *Pynkeneye*, pro salute animæ meæ & prædicti *Roberti* fratris mei, & pro salute antecessorum meorum dedi (&c.) Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Essby, & Canonicis ibidem Deo servientibus, totam pasturam illam quæ vocatur le Hulles, cum duobus holmis in campis de Wedone & Westone, quam priùs habuerunt & domini tenuerunt de dono & antiquo feoffamento *Roberti* del *Ho* militis, & etiam de confirmatione domini *Henrici* patris mei & cæterorum prædecessorum meorum; quam quidem pasturam prædictus *Robertus* frater meus, cum adhuc viveret, ad magnum dampnum dictorum Canonicorum sibi usurpaverat. Præterea concessi eisdem & præsenti scripto meo confirmavi omnes terras & tenementa in villis & campis de Uwedon-*Pinkeneye*, Uwestone, & Ulappeham; & in eadem, consueti bosci distributionem, in quas & in quæ habuerunt ingressum per donationes & specialia feoffamenta prædictorum antecessorum meorum, diu ante & post decessum prædicti *Roberti* fratris mei. Et etiam quod à festo S. *Michaelis* usq; ad purificationem beatæ *Mariæ* proximò sequentem, quolibet anno in omnibus terris & pratis meis dominicis cum averiis suis absq; calumpnia vel impedimento mei vel hæredum, seu quorumcumq; assignatorum meorum licitè possint communicare. Habendum & tenendum dictam pasturam in Hullis & Holmis in seperabilitate, cum competenti via, ad minus latitudinis triginta pedum, ad chaciam quorumcunq; animalium suorum, fugando ea per terras meas & refugando, sine dispendio in pratis meis faciendo; ac etiam omnes prædictas terras & tenementa & libertates & consuetudines liberas ab omni genere servicii secularis, quietas & absolutas, dictis Deo, Ecclesiæ, Canonicis & eorum successoribus benè & pacificè imperpetuum (&c.) Dat. apud Uwedon-*Pynkeneye* in festo *Annunciationis* beatæ *Mariæ*, anno regni regis *Edwardi xxvi.*

Adhuc. Pat. 29. E. 1. m. 17. per Inspex.

Quieta clamatio Emelinæ *de* Lacy, *facta Canonicis de* Essby, *de secta ad Hundredum de* Sutton.

SCiant præsentes & futuri, quod nos *Emelina* de *Lacy* Comitissa *Ultoniæ*; in libera viduitate, & legitima potestate nostra, pro salute animæ nostræ, & pro anima Domini *Stephani Longespeie* Domini nostri, & pro animabus patris, & matris nostræ, & pro animabus omnium antecessorum & successorum nostrorum; remisimus, & hac præsenti Cartâ nostrâ caritativè pro nobis, & hæredibus nostris confirmavimus, & quietum clamavimus, Deo & Eccle-

Ex autographo in bibl. Hatoniane.

sia

siæ beatæ *Mariæ* de Elsebie, & Priori & Canonicis ibidem Deo servientibus, totam sectam, quam aliquando facere consueverunt ad Hundredum nostrum de Sutton propè Bannebiri, pro terris actenementis suis, infra prædictum Hundredum optentis, ad festum *Purificationis*
1274. beatæ *Mariæ* anno gratiæ milesimo ducentesimo septuagesimo quarto; videlicet in Wapenham pro duabus virgatis terræ cum pertinentiis, de feodo Domini *Henrici* de *Pinkeneye*; Et pro octo acris terræ in eadem villa de feodo *Willelmi* filii *Hamondi*; Et pro una acra de feodo *Gilberti Coci*; Et pro tribus acris, & una roda de Priore de Luffeld, de feodo *Otberberti* filii *Martini*; Et pro molendino de Cotes, & dimidia virgata terræ, & cultura quæ vocatur Stælinge; Et duabus acris & dimidia sub Sythmarcway, & septem rodis in Blaholande, & pertinentibus rodis in Hydenthale, de feodo *Roberti* de *Cotes*, in parochia de Culewurth: Et pro duabus virgatis terræ cum pertinentiis in *Crymmesbiria*: Et pro uno Cotagio cum crofto, de dono *Davidis* de *Haselinton* in eadem villa; Salvo tamen nobis & hæredibus nostris, quod Prior de Elsebye veniat annuatim bis ad dictum Hundredum, pro terris & tenementis suis prædictis; videlicet ad proximum Hundredum post *Pascha*, & ad proximum Hundredum post festum Sancti *Michaelis* Archangeli; & tunc habebit summonitionem rationabilem, sicut serratores ejusdem Hundredi; Et si forte idem Prior morbo, vel placito fuerit gravatus, quod ad Hundredum prædictum venire non poterit, licitum est ei mittere loco suo aliquem de Canonicis suis, per literas suas patentes, ad eandem sectam, pro eo faciendo, ad illud Hundredum, dum morbo vel placito ita fuerit gravatus.

Et dictus Prior, & ejusdem loci Canonici, & eorum successores, ac eorum tenentes, in omnibus servitiis, tam regalibus, quàm aliis, ut de Hutheslo levato, sanguine fuso, Assisis fractis, & omnibus aliis transgressionibus, quæ quocunq; modo emergere poterint, per ipsos autem eorum tenentes respondeant, & faciant in Hundredo nostro prædicto, sicut & geldabiles faciunt in eodem Hundredo; Salvâ tamen sectâ prædictâ, quæ perpetuâ fruatur libertate, in forma prænominatâ.

Et prædictus Prior, & ejusdem loci Canonici concesserunt pro se, & successoribus suis, quod nomina dominorum *Hugonis* de *Lacy* & *Stephani* de *Longespeye* dominorum nostrorum, ac nomen nostrum, cum dominus de nobis ordinaverit, & Domini *Walteri* de *Rideslesford* patris nostri, & *Annoræ* matris nostræ, Et *Elæ*, & *Emelinæ*, filiarum nostrarum, in suo ponantur Martilogio; & annuatim eorum Anniversaria in Capitulo suo recitari, & in servitio celebrari die obituum nostrorum; & quod faciant pro nobis, in singulis beneficiis, quæ fient in Ecclesia sua prædicta in perpetuum, sicuti pro fratribus ejus professis.

Ut autem præsentis elemosinæ nostræ caritativa remissio, confirmatio, & prædictæ sectæ quieta clamantia, & beneficiorum supradictorum, per prædictos Priorem & Canonicos concessio robur firmitatis obtineant, in perpetuum, sicut prædictum est, tam nos *Emelina* prædicta, quàm *Elias* Prior Ecclesiæ prædictæ, præsenti scripto ad modum Cirographi confecto, Sigillum nostrum, unà cum sigillo Capituli Ecclesiæ prædictæ alternatim apposuimus; Hiis testibus, *Richardo* de *Culewethe*, *Hugone* de *Messendene* militibus; *Roberto Wancy*, *Herevico* de *Culewarth*, *Tedbaldo* de *Evenle*, *Jacobo Russel* & aliis, Dat. apud Deneford in crastino Sancti *Vincentii*, anno Regni Regis *Edwardi*, 3. Etertio.

PRIORATUS
de Haverford *in* VVallia.

Carta Regis Edwardi *tertii concessiones donatorum recitans & confirmans.*

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ* & Dux *Aquitan.* Omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem. Donationes, concessiones, & confirmationes, quas *Robertus* filius *Ricardi* filii *Thancardi* de *Haverford*, per Cartam suam fecit Deo & Sanctæ *Mariæ* & Sancto *Thomæ* Martiri de Haverford & Canonicis Deo ibidem servientibus, & in posterum servituris, de Ecclesiis Sancti *Thomæ* de *Haverford*, Sanctæ *Mariæ*, & Sancti *Martini*, cum omnibus decimis & obventionibus, & cum omnibus libertatibus & pertinentiis suis, & cum omni jure quod Sanctæ Ecclesiæ justè pertinet conferendo, ad honestam sustentationem Canonicorum ibidem Deo servientium; Et de Capella sua propria de *Gastello*, ut iidem Canonici in eâ, vel per Capellanum vel per Canonicum suum, divina celebrari faciant, & qui ibi ministraverit in mensa ipsius *Roberti* comedat, & etiam de decimis lanæ suæ, & caseorum suorum & piscariæ suæ; necnon libertate multuræ suæ in molendino ipsius *Roberti*; scilicet quod sint *Stemmefreech*, & *Cholfreech*; & etiam de decimis omnium molendinorum ipsius *Roberti* de terris suis dominicis, quæ pertinent ad Baroniam suam de Haverford plenariè eis persolvendis; & etiam de tota terra à porta occidentali cimiterii Sancti *Thomæ*; sicut magna via ducit à foro usq; ad terram Leprosorum; & ita usq; ad ampnem parvæ Haverford; & sic in decensum usq; ad Cledy; & à porta aquilonari cimiterii Sancti *Thomæ* indirectè usq; ad Cledy, versùs orientem: Item à porta orientali usq; ad domum *Ricardi Cornledere*, quæ contigua est Domini *Walteri Wadelak*; & sic totam placeam illam in parte proximori Cimiterio usq; ad portam

Pat. 5. E. 3. p. a. m. 33.

Et Pat. 1. R. 2. p. 5. m. 36. per Inspex.

Vide Par. 2. H 5. p. 2. m. 14.

portam occidentalem ejusdem cimiterii, cum omnibus libertatibus & pertinentiis suis, & de molendinis & burgagiis tunc in dicta terra faciendis, cum omnibus libertatibus & communitatibus Burgensium *Haverfordiæ*; & de eo quod dicti Canonici habeant & teneant omnes possessiones suas cum omni libertate & libera consuetudine, quas præfatus *Robertus* eis dare potuit, ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, præfatis Canonicis & eorum successoribus concedimus & confirmamus (&c.) In cujus (&c.) Teste meipso apud *Norwicum* octavo die *Junii* anno Regni nostri quinto.

PRIORATUS
de Wodham *in agro* Essexiano.

Carta Regis Henrici *secundi de immunitate Heremitagii de* Wodeham.

Par. 27. H. 6. p. 1. m. 12. Per. Inspex. Vide Cart. antiq. Z. n. 71.

H*Enricus* Rex *Angliæ*, & Dux *Norm.* & *Aquit.* & comes *Andeg.* Episcopo *Londinensi*, & Justiciariis & Vicecomitibus, & forestariis, & omnibus ministris suis de *Essexa*, Salutem. Sciatis me concessisse pro Dei amore Heremitagium de Wodeham fratri *Jordano* Canonico & heremitæ, & omnibus successoribus ejus, Deo & Sancto *Johanni Baptistæ* ibidem servientibus, liberum & quietum in perpetuam elemosinam ab omni forisfacto, de omnibus essartis quæ facta fuerunt antequam *Hugo* Monachus Ecclesiæ *Westmonasterii* fuit factus Abbas Ecclesiæ Sancti *Edmundi*; & sicut tunc inde seisitus fuit; & sicut *Robertus* Comes de *Ferrariis* & *Willielmus* filius suus, & *Mauricius* filius *Gaufridi* ei concesserunt. Quare prohibeo omnibus Ministris meis, tam futuris quam præsentibus, ne prædictum Heremitagium cum essartis imbrevietur, nec inter essarta computetur. Testibus, *Thoma* Cancellario, & Comite *Hugone*, *H.* de *Essex* Constabulario, *Richardo* de *Lucy*, *Warino* filio *Ger.* Camerario, & *Humfrido* de *Barenton* apud Writelam.

Carta eiusdem Regis, donatorum concessiones recitans & confirmans.

Ibid. H*Enricus* Dei gratia Rex *Angliæ*, & Dux *Normaniæ* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiscopis, Episcopis (&c.) salutem. Sciatis me concessisse petitione & prece *Mauricii* filii *Gaufridi* de *Tireteia*, & præsenti Cartâ confirmâsse, terras & redditus quos idem *Mauricius* concessit & dedit Ecclesiæ Sancti *Johannis Baptistæ* de Wodeham, & Canonicis ibidem Deo servientibus, pro pecunia quam michi debebat; scilicet in Waningefelo, & in *Ginga* quatuor hidas terræ de feodo Comitis de *Warenna*; & in Lellinges de feodo *Walteri* filii *Roberti* unam hidam, & unam virgatam; & de eodem feodo in *Nortona* dimidiam hidam, & in eadem villa de feodo *Hamonis Coci* dimidiam hidam; & in Wodeham de feodo Comitis de *Ferrariis* totum essertum *Anulphi* quod idem Comes *W.* dedit petitione ipsius *Mauricii* præfatæ Ecclesiæ sancti *Johannis*, & in *Hailesiea* de feodo *Warini* quadraginta acras terræ; & in *Stodlega* de feodo *Gileberti* de *Munfichet* unam carucatam terræ, simul cum molendino de *Twiferda*, & quadraginta solidatas redditus de terra *Wlwardi Cuthert*, quam *Robertus Blundus* tenuit in Wodeham; & totum tenementum de *Elteneja*, quod *Fulco* de *Blender* eis dedit in perpetuam elemosinam, quod *Mauricius* prædictus tenuit de eo, quod & ipse *Mauricius* eis dedit; Et totum boscum quod idem *Mauricius* habuit in *Stodlega*, & in Fildenesse wode, & nominatim boscum quod *Johannes* de *Dona* dedit præfatæ Ecclesiæ, & totum boscum de Fildenisse wode, quod pertinet ad *Stepla*. Et præter hoc tantum de bosco de Wodeham, quantum *Mauricius* habebat in dominico suo, sicut via vadit de Birchhache versùs orientem totum ultra rivulum versùs aquilonem, qui currit sub Abbatia, usq; ad Fulebroc; & de bosco *Mauricii* de Wodeham quicquid est inter clausum Abbatiæ & boscum Comitis in australi parte usq; ad viam quæ ducit ad Birchhache; & usq; ad corneram clausi Abbatiæ, quæ est in oriende. Quare volo & firmiter præcipio (&c.) Testibus *G.* Episcopo *Lundinensi*, *Richardo* Thesaurario, *Richardo* de *Lucy*, *Reginaldo* de *Curtenay*, *Willielmo* de *Laval*, *Thoma Basset*, *Willielmo* de *Humet*, *Rogero* filio *Reinfridi*, *Roberto Mantello* apud *Westmonasterium*.

Alia Carta ejusdem Regis Henrici.

Ibid. H*Enricus* Dei gratia Rex *Angliæ*, & Dux *Norm.* (&c.) Archiepiscopis, (&c.) salutem. Sciatis me pro amore Dei, & salute meâ, & antecessorum & successorum meorum; necnon & pro petitione *Mauricii* de *Tiretia* & adquietatione pecuniæ quam michi debebat, concessisse, & præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ sancti *Johannis Baptistæ* de Wodeham, & Canonicis ibidem Deo servientibus omnes terras & redditus, quos idem *Mauricius* eidem Ecclesiæ dedit & confirmavit. Confirmo etiam ipsum locum, in quo Ecclesia eorum fundata est, cum bosco toto, per divisas & metas, quæ in Carta ipsius *Mauricii* distinguuntur; & in Wodeham Ecclesiam sanctæ *Mariæ*, cum omnibus pertinentiis suis, sicut Carta *Roberti* Comitis de *Ferrariis* eis testatur: Et in eadem villa de dono *Aviciæ* & *Rogeri Britonis* hæredis sui, omnes redditus suos, cum bosco suo, & in Steple dimidiam Ecclesiam sanctæ *Mariæ*, & in eadem villa maci-

manicum, quem *Edricus* tenuit. Et in Chetham de dono *Ranulphi* de *Mund*, tres solidatas terræ. Quare volo, (&c.) Test. *G.* Episcopo *Londonensi*; *Richardo* Thesaurario, *Richardo* de *Lucy*, (&c.) apud *Westmonasterium*.

PRIORATUS
de Gipeswich in Suffolcia.

Carta Regis Johannis *Donationum Concessiones recitans & confirmans.*

Cart. 5. *Joh* m. 16. n 125

Johannes Dei gratia, &c. Sciatis nos concessisse & præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse Ecclesiæ Sanctæ *Trinitatis* de Gypewic, & Canonicis in eadem Ecclesia Deo servientibus, quicquid rationabiliter eis datum est, sicut Cartæ donatorum testantur; *viz.* ex dono *Normanni* filii *Eadnothi* Ecclesiam sancti *Laurentii*. Ex dono *Hervei* de *Dodeneis* Ecclesiam sanctæ *Mariæ* de *Benetleia*, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Comitis *Hugonis Bigot* terram quandam in Hundredo de Colnes, reddentem annuatim unam marcam argenti eisdem Canonicis; Et terram quam dedit eis *R.* de *Ver* in Paketune; Et terram quam dedit eis *Fulco* Canonicus eorum, in Helmingeham, & Pemingestre; scilicet terram patris sui: Et terram *Balchi*. Et terram, quam dedit eis *Ernoldus* Canonicus eorum in Bencham. Et terram quam dedit eis *Normannus* Canonicus eorum, fil. *Eadnothi* infra *Gypewicum* & extra. Et terram *Blachere*. Et terram *Osberti* filii *Godevæ* in Branford. Et terram, quam dedit eis idem *Normannus* de feudo Regis & Comitis *Britanniæ*, de *Wika*. Et Delf, quod idem *Normannus* eis dedit. Et terram ex dono ejusdem in Clerdune-Hundred; & terram quam dedit eis in Brokes de feudo *Roberti* filii *Galfridi*.

Videsis Cart. 5. E, 3. n. 74. m. 29.

Et Pat. 5. H. 4 p. 2. m. 35.

Et Pat. 6. H. 6 p. 1. m 3.

Et terram quæ fuit *Ormari* & *Cheteberti* fratrum, in Neubum. Et terram quam *W. L. Lenveise* eis donavit in Codeham, Scilicet tredecim acras; & redditum annuatim duodecim nummorum. Et terram quam *Osbertus* de *Rennes* eis donavit in *Benetleia*; scilicet terram *Siveni*; & terram *Roberti* de *Ponte* in Branford; & terram *Turquilli* de Hundred. Et duas partes decimæ cujusdam, quas *Will.* Sacerdos, & *Adam* Clericus eis dederunt in Tunstall. Et terram quam dedit eis *Alanus* de Pendham.

Ex dono *H.* patris nostri nundinas per tres dies duraturas ad festum sanctæ *Crucis* in *Septembri*; Et terram quam dedit eis *Herveus* de *Dodeneis* in *Benetleia*, sicut Carta *H.* Regis patris nostri & Cartæ donatorum, quas inde habent rationabiliter testantur. Et præterea concessimus eis & confirmavimus ipsam Ecclesiam S. *Trinitatis*, cum omnibus pertinentiis suis, ex dono *Simonis* filii Osberni. Infra *Gypewicum* etiam Ecclesiam S. *Mariæ* ad Turrim, ex dono *Normanni* filii *Ednoti*. Ecclesiam S. *Mariæ* ad *Hulmos*, ex dono *Alani* filii *Edgari Aleto*, & *Ricardi* filii *Alani*. Omnes etiam terras & redditus olim pertinentes ad Ecclesias S. *Michaelis* & S. *Salvatoris*, ex dono prædictorum *Alani* & *Ricardi*. Ecclesiam S. *Mariæ* de Wilagesh, ex dono *Alberti Grell'*. Ecclesiam S. *Mariæ* de Lecham, ex dono *Huberti* de *Munchensi* & Matildis matris ejus. Ex dono ejusdem *Huberti* redditum xv. sol. in Ecclesia S. *Johannis* de Wenham, & redditum trium sol. in Turlestune, ex dono ejusdem.

Medietatem Ecclesiæ S. *Mariæ* de Tudeham, de dono *Anketilli* de *Mesange*. Portionem in Ecclesia *Omnium Sanctorum* de Pendham, de dono *Roberti* filii *Angot*. Ecclesiam de Forhole ex dono *Hugonis* de Dernetorp. Ecclesiam sanctæ *Mariæ* de Prestune, de dono *Thomæ* de *Miendham*. Terras in Stalketun, ex dono *Helyæ* filii *Bernard*. Terras in Brakes, ex dono *Roberti* filii *Galfridi* & *Galfridi* filii ejus. Molendinum de Hagenestorp ex dono ejusdem *Galfridi*. Terras in Tudeham ex dono *Anketilli* de *Mesang*. Terras in Casenel ex dono *Stephani* de *Bello Campo*, & *Rogeri Estarmi*, & *Walteri* de *Risbef*, & *Alexandri* de Dreiton & *Adæ* de Dernetorp, & *Hugonis* filii ejus, & *Radulfi* filii *Alexandri*, & monachorum de Lunbiler. Terras in Dresford ex dono *Will.* de Chiselford, & *Radulfi* filii *Ostaci*, & *Stephani* filii *Brithr c*. Terras in *Benetleia*, & Dodenes ex dono *Willelmi Talemasche* & *Osberti* de *Reimes*, & *Hervei*, & *Thiedæ* uxoris ejus, & *Willelmi* filii eorum, & *Godwini* Mercatoris. Quinque acras terræ in Netlested de dono *Galfridi* filii *Humonis*. Terras in Branteham & Kessemere de dono *Godefridi* filii *Gilberti*. Totam decimam de terra *Calli* in Prestune, de dono *Alani* de *Arches*.

Terras in Prestune de dono *Willelmi* de *Prestune*. Ex dono *Hugonis* de *Tunstalle* duas partes garbarum de decima dominici sui in Tunstalle. Ex dono *Stephani* filii *Adrici* decem acras terræ in Tudeham. Ex dono *Johannis* de *Tudeham* duas partes garbarum de decima dominici sui in Tudeham. Ex dono *Rogeri* de *Braham* totum inclusum de Elsfield. Ex dono *Pagani Monetarii* Duggelland in *Benetleia*. Ex dono *Willelmi* de *Peselhale* quinq; acras terræ in Coledun. Ex dono *Radulfi* de *Peselhale* terram quæ vocatur Redinge, & tres rodas in Wesferfelde. Ex dono *Adæ* filii *Osberni* terras in *Gypewico*, & extra. Ex dono *Ernulfi Russi* redditum duodecim denariorum, in essarto de Drefhage. Quare volumus, (&c.) Dat. per manum S. Præpositi *Beverlaci*, &c. Archid. *Wellens.* apud Bradenestoke xi. die *Januarii* anno Regni nostri quinto.

Carta Matildis *de* Munchensi *de Ecclesia de* Beghani.

Ex cod. Ms. in bibl. *Cotton* [sub effigie *Neronis* C. 3.]

JOhanni Norwicensis Ecclesiæ Episcopo, omnibusq; Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, præsentibus & futuris, *Matildis* de *Munchensi*; salutem; Sciatis me concessisse & dedisse Deo & Ecclesiæ Sanctæ *Trinitatis* de *Gibeswico*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, Ecclesiam Sanctæ *Mariæ* de **Beghan** in perpetuam elemosinam, cum pertinentiis præfatæ Ecclesiæ; pro salute animæ meæ, & patris & matris meæ, & *Rogeri* Domini mei de *Munchenesi*, & filiorum & omnium prædecessorum meorum. Hiis testibus, *Walterino* Archidiacono, *Hugone* Decano, *Willielmo* Decano, *Nigello* Decano, *Alano* de *Bellofago*, *Hugone* filio *Garini*, *Osberto* de *Gladsen*, (&c.) Hoc factum est coram Capitulo de hundredo de **Sandford**

PRIORATUS

de Finnesheved *in agro* Northamtonensi.

Carta Fundationis ejusdem.

Ex ipso autogr. in bibl. *Dunelmensi* A. 1647.

Videsis Cart. 3. E. 3. n. 31.

Et Cart. 17. E. 2 n. 12.

Universis Sanctæ matris Ecclesiæ fidelibus, Clericis & laicis, tam præsentibus, quàm futuris, *Ricardus Engayne* salutes in Christo. Noverit universitas vestra, me, assensu hæredum meorum, pro Dei amore, & salute animæ meæ & uxoris meæ *Sarræ*, atq; omnium consanguineorum meorum, tam antecessorum quam successorum, dedisse & concessisse Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de **Castro-Pinnel**, & fratribus ibidem Deo, & Sanctæ *Mariæ* servientibus, & in perpetuum servituris, totum locum, qui dicitur **Castrum-Pinnel**, cum omnibus pertinentiis suis; scilicet, in terris, & in aquis, in pratis, & in pascuis, in viis & in semitis, in vivariis, & in sevaris, in domibus, & in messuagiis, in virgultis, & in hortis, in molendinis, & in redditibus; & nominatim totam vallem subtus locum de Ferrariis, juxta **Stubbeswelle**, plenariè usq; in doitum de **Perewelle**, cum prato & pasturâ, cum terrâ, & aquâ; ad facienda inde voluntatem illorum in emendationem Ecclesiæ prædictæ.

Et præterea totum campum, & culturam, quæ vocabatur **Benewde**, cum **Lambe-cotes**; scilicet, de **Hyleis** usq; ultra *Stoni* ....; & ad **Alve hegge**, & **Bernardesslade** unam acram, & juxta quarreram unam acram, quam *Raunaldus* tenuit; & ad **Benlarde** duas acras, & juxta divisam de **Wlakerbe** duas acras, & totum ruffleium de **Finnesheved**, de magno chemino usq; ad essartum *Willelmi* de *Lamalei*; & totum essartum de **Sethelle**, & juxta, apud occidentem, totum curtum boscum, usq; in altum boscum de quercu: Et juxta **Hayleis** unam acam, quam *Godefridus* tenuit, & juxta **Aswelle** tres acras & dimidiam. Et ad **Catteshpeth** unam acram & dimidiam; & totam culturam quæ vocatur **Sfoote-bzache**; scilicet, de bosco *Pagani*, & *Willielmi Lovet*, usq; in doitum in valle versùs Aquilonem. Et quoddam Messuagium in **Blarewike**, in capite pontis, versùs Aquilonem, quod vocatur solarium, cum tribus acris terræ juxta **Esmelne**; & aliis tribus acris juxta **Barewde**, eidem messuagio pertinentibus, ad luminaria in prædicta Ecclesia invenienda.

Et quandam partem de bosco meo de **Larton**; scilicet, totam illam partem apud Orientem, usq; **Lambecotes**, de via quæ jacet de **Petre** versùs **Wlakerle**, absq; ullo retenemento, & liberum introitum, & exitum, & communiam pasturam liberam, & quietam omnibus averiis suis; tam in juvencis, quam in aliis bestiis, in bosco & in plano, & in omnibus locis, mihi & hæredibus meis pertinentibus; Et totum Escambium, quod fecerunt de terris suis, cum hominibus meis, de **Blarewike**, & de **Larton**, ratum esse, atq; in plano & in bosco. In bosco meo habeant quæ necessaria sunt domibus, & ædificiis, & sepibus eorum, & siccum ad comburendum, absq; ullius contradictione, sicut ..... de elemosina mea & patris mei, & in quibus apud dominum multum confido, & salutem animæ meæ, patrisq; mei, per misericordiam Dei, spero. Confessi verò, & vovi, pro me & hæredibus meis, prædictam Ecclesiam in perpetuam sui juris esse, & nunquam alteri Ecclesiæ in subjectionem ponendam; & fratres prænominati habeant libertatem & potestatem, idoneum prælatum eligendum sibi, & habendum, & fratres liberos & absolutos ad recipiendum, & in suo Collegio retinendum. Quare volo, & firmiter præcipio, quod prædicta Ecclesia, & fratres, in ea, Deo & gloriosæ Virgini servientes, & in perpetuum servituri, habeant & possideant, finabiliter hæc omnia præscripta in puram & perpetuam elemosinam, absq; omnibus secularibus servitiis, & exactionibus, bene, & in pace, liberè & quietè, sicut aliqua Elemosina meliùs, & liberiùs ab aliquo possideri potest.

Hæc omnia verò prædicta, & Cartam atq; donationem *Richardi* patris mei ego *Ricardus Engaine*, & hæredes mei, warantizabimus Ecclesiæ prædictæ & fratribus prænominatis, contra omnes, sicut liberam, & puram elemosinam nostram. Et ut hec mea donatio, & confirmatio perpetuæ firmitatis robur obtineant, eas præsenti Cartâ meâ confirmavi, & Sigilli mei appositione corroboravi; Hiis testibus, *Simone* Decano de *Laxtona*, *Willelmo* persona de **Wakerle**, *Richardo*, & *Radulfo* Capellanis de **Blarewike**, *Reginaldo* Capellano de

Larton

stab. *Rogero Wtheng*; *Sim.* de *Sancto Lando*; *Rogero* de *Berkas*, *Helia* filio *Roberti*; *Willielmo* de *Caril*, & *Simone* fratre ejus; *Gisleberto D'Aumarie*; *Willielmo* filio *Gregoris*; *Roberto* fratre ejus, *Bartholomæo* de Sancto *Mauro*, & aliis pluribus.

Carta Regis Edwardi *secundi Donatorem confessiones recitans & confirmans.*

Pat. 3. E. 3. p. 1. m. 30. per Inspex.

EDwardus Dei gracia Rex *Anglie*, Dominus *Hibernie* & Dux *Aquitannie*, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem. Inspeximus Cartam confirmacionis quam *Gilbertus* de *Clare*, quondam Comes *Glocestrie* & *Hertfordie* fecit Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Bynesham, & Canonicis regularibus ibidem Deo servientibus in hæc verba.

Vide etiam Pat. 11 E. 2. p. 1. m. 9.

Gilbertus de *Clare* Comes *Glocestrie* & *Hertfordie* omnibus hominibus suis *Anglicis* & *Walensibus* salutem in Domino. Noverit universitas vestra, me pro salute animæ meæ & *Isabelle* uxoris meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum concessisse, & hac præsenti Chartâ meâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Beynesham & Canonicis regularibus ibidem Deo servientibus, omnes donaciones & concessiones, & confirmaciones factas à Domino avo meo *Willielmo* Comite *Glocestrie* & *Almarico* Comite Lociejusdem; & ab *Isabella* Comitissæ, materterâ mea; ita scilicet, quod prædicti Canonici habeant & teneant & possideant liberè, quietè, & pacificè, plenariè, & integrè totum Manerium de Beynesham, cum Ecclesia & Capellis & omnibus ad eandem Ecclesiam pertinentibus, & cum servicio *Roberti* de *Aumari*, & omnibus aliis rebus ad prædictum Manerium pertinentibus, in bosco, in plano, in pratis, & pasturis, in aquis & stagnis, in vivariis, & piscariis, in Molendinis, viis & semitis, & omnibus aliis locis, cum omnibus aliis rebus & libertatibus & liberis consuetudinibus ad idem Manerium pertinentibus; scilicet, cum in Hundredo & ut Hundredo, villam de *Chinetona*, cum omnibus pertinenciis suis; villam de Cherlton cum omnibus pertinenciis suis, Stokwode, & Stokton, cum omnibus pertinenciis suis; & villam de Fitton, cum toto bosco & omnibus pertinenciis suis, quæ sunt membra Manerii de Beynesham. Et in Buthestoke septem libratas terræ & decem solidatas.

Concessi eciam & confirmavi præfatis Canonicis totum Manerium de Mareffeld; cum Hundredo, & omnibus pertinenciis & libertatibus & liberis consuetudinibus ad idem manerium pertinentibus, in bosco & plano, pratis & pasturis, aquis & stagnis, vivariis & piscariis, Molendinis, viis & semitis, & omnibus aliis locis, cum omnibus rebus ad idem Manerium pertinentibus, præter servicium *Gileberti* de *Thurbervile*, & *Guarini* de *Mareffeld*; & præter advocacionem Ecclesiæ. Præterea concessi & confirmavi eisdem Canonicis ortum de *Bersona Bristollie* simul cum ortolano & tenemento quod tenuit; & septem solidatas & sex numatas terræ in Berchall extra fossatum scilicet, inter gardinum quod fuit avi mei & aquam *Avenæ*; & totum redditum de Pipere & Cumino, quam avus meus habuit apud *Bristollum*, intra villam & extra; & illam partem terræ, quæ fuit de feodo meo ultra pontem *Avenæ*, ad capud ipsius pontis, supra viam qua descenditur ad *Avenam*, & sex solidatas terræ in Monneburg ex dono *Richardi Swift*; & quatuor solidatas terræ ex dono *Thomæ* de *Bains* in Bachwell.

Præterea concessi & confirmavi dictis Canonicis totam terram quam avus meus habuit apud *Wyntoniam*, extra portam del *North*, inter murum & Abbathiam de *Hida*, & inter portam Civitatis, totam terram illam, quam *Galfridus Burgensis* tenuit de Domino *W.* Comite avo meo, in magno vico, juxta domum *Thomæ Orson*, ex parte australi ipsius vici, viginti solidatas annuatim indè reddendas. Et apud Petresfeld, novum molendinum quod *Will.* de *Aunuri* tenuit; & unam Burgagium in Petresfeld, quod similiter idem *W.* tenuit. Concessi eciam & confirmavi eisdem Canonicis totam terram quam habuit in Papuldurham ex dono *Richardi* de *Kaerdif*; & totum tenementum *Hugonis* de *Dicham*, quod habuit ex dono *Almarici* Comitis; & unum Burgagium & dimidium in Petresfeld. Concessi eciam & confirmavi dictis Canonicis quatuor virgatas terræ, & sex acras in Papuldurham; scilicet de novo assarto de Putstede; Et præterea decem & novem acras in assartis de Papuldurham; scilicet septem acras in assartis de Putstede juxta terram Abbatis de Dureford, versus Austrum; & duodecem acras in assartis de Wacle, juxta tenorem Cartarum dominæ *Isuofre* Comitissæ aviæ meæ, quas iidem Canonici habent de prædictis quatuor virgatis terræ & sex acris, & de prædictis decem & novem acris. Concessi eciam eis ut habeant in pastura mea de Papeldurham centum oves cum meis dominicis omnibus & duodecem boves cum meis, & viginti porcos quietos de paunagio in bosco meo. Præterea concessi & confirmavi dictis Canonicis totam terram, quam habent in Papeldurham ex dono Magistri *Stanpsonis*; & totum servicium *Theoldi*, sicut continetur in Charta Magistri *Samsonis*, Canonicis confecta.

Concessi eciam & confirmavi eisdem Canonicis, unam mercatam redditus apud Bradested, ad luminare Ecclesiæ de Beynesham; scilicet novem solidatas de decima fori de Bradestede, & de alio redditu ejusdem villæ quod sufficiat ad ipsam marcam perficiendam.

Concessi eciam & confirmavi eisdem Canonicis, in puram & perpetuam & liberam elemosynam apud *Novum Burgum* in *Wallia*, piscariam meam & totam piscationem meam de *Uscha*, & valisonem anguillarum de vivariis meis de *Novo Burgo*; & gardinum quod est subtus Molendinum Castelli, ad Aquilonem, cum uno messuagio ibidem; & una acra ad idem messuagium pertinente; & terram quæ fuit *Gaelini Prenut*, cum pertinenciis

cis, suis. Et in Baerdf unum Burgagium, quod fuit *Goye*; & aliud quod fuit *Johannis* filii *Baldewini*; & totum Parcum de *Rumeya*; & totam piscariam & piscacionem fluminis de *Rumeya*; & utrumque vivarium de Baz, cum Molendino; & magnum vivarium subtus Ribur, ad occidentem; & omnes landas de Baz; & totam forestam de Rybur, sicut eam liberiùs & quieciùs avus meus Dominus *W.* Comes *Gloecestriæ* unquam tenuit, exceptis donacionibus priùs ab eo exindè factis.

Concessi eciam & confirmavi dictis Canonicis, ad sustentacionem suam, quantum ad Advocatum & Dominum fundi pertinet, omnes Ecclesias, quas *W.* Comes avus meus eisdem Canonicis concessit; scilicet in Bristoll Ecclesiam S. *Mariæ* & S. *Werburgæ*; & Ecclesiam S. *Sepulcri*, & Ecclesiam S. *Johannis* Baptistæ in Burefozd, cum Capella de Fulebroch, & omnibus aliis pertinenciis suis; & Ecclesiam de Eltham, & Ecclesiam de Litlington, & Capellam S. *Petri* de *Sulbury*, & Ecclesiam de Bradestede, & Ecclesiam de Pimpæ; & Ecclesiam de Hardington de dono *Wilhelmi* filii *Henrici*, omnes & singulas cum pertinenciis suis.

Præter hæc concessi & confirmavi dictis Canonicis, ut ubicunque in feodo meo persona fuerit, in Honore scilicet *Gloecestriæ* habeant ducentos porcos quietos de paunagio.

Concessi eciam & confirmavi simul cum libertatibus, quas iidem Canonici habent in Reynesham, & in Marefeld, quod ubicunque terras & possessiones de feodo Honoris *Gloecestriæ* habent vel habebunt, de omni placito & forisfacto, quod in terris ipsorum invenerit, suam habeant Curiam; & si aliquis de tenentibus ipsorum per felonem, vitam forisfecerit, placitum extra Curiam ipsorum fuerit, terra & Caralla ipsorum sine contradictione Canonicis remaneant, quantum ad me & hæredes meos pertinet; & omnes emendaciones & melioraciones, quas in feodo prædicto ad me pertinente facere possint, tam in terris quàm in aquis, Molendinis, piscariis sive vivariis, sive in aliis rebus, concessi ut liberè & sine vexacione faciant. Concessi eciam & confirmavi, ut Capellani & Clerici, & omnis eorum familia, quietè & sine consuetudine & sine talnei exactione, emant & vendant in omnibus Burgiis, mercatis, & Nundinis, & in omnibus terris Honoris *Gloecestriæ*, quæcunque voluerint.

Insuper eciam concessi & confirmavi dictis Canonicis totam salinam, cum terris & redditibus & aliis rebus ad eam pertinentibus, quam habent ex donacione dicti *W.* Comitis in *Wichio*. Hæc autem omnia prædicta, in Ecclesiis, in terris, redditibus, libertatibus, & liberis consuetudinibus, & omnibus aliis rebus prædictis concessi & confirmavi prædictis Canonicis, ut ea habeant & teneant, & possideant in puram & perpetuam, & liberam elemosinam, sicut unquam liberiùs & quieciùs possint aliqua à viris religiosis possideri, & liberiùs & quieciùs potest ab homine dici vel excogitari, vel intelligi; ita ut nulli homines de aliquo seculari servicio debeant respondere. Concessi eciam & confirmavi dictis Canonicis, omnes donaciones & confirmaciones in terris & redditibus, & in omnibus aliis rebus, factas & faciendas, tam à militibus, quàm ab aliis de feodo Honoris *Gloecestriæ*, ita ut iidem Canonici omnia sibi collata & conferenda, liberè teneant in puram & perpetuam elemosinam, & quietè possideant.

Omnes eciam possessiones & libertates Ecclesiæ de Reynesham, sicut eas purè pro amore Dei concessi & confirmavi, hæredibus & successoribus meis omnibus conservandas & manutenendas, causa Dei commendo. Ut autem hæc mea concessio & confirmacio perpetuam firmitatem optineat, eam præsenti scripto; cum sigilli mei appositione confirmavi. Hiis testibus, *Nicholai Poinz*, Senescallo; *Thoma Malemeyns*; *Willielmo* de *Hobrugge*; *Jacobo* de *Waladam*; *Rogero* de *Clare*; *Thoma* de *Gravenell*, *Michaele* de *Fossa*, *Roberto* de *Petraponte*; *Rollando* de *Gencuray*; *Roberto Sorell*, *Nicholao* Capellano, de Spineule; *Guidone* Camerario, *Willielmo* filio *Walteri Bureford*, & multis aliis.

Nos autem donaciones, concessiones (&c.) confirmamus (&c.) Teste meipso apud *Westmonasterium* quinto die *Januarii* anno regni nostri undecimo.

PRIORATUS
de Bertmele *in agro* Lancastriensi.

Diploma Regis Edwardi *secundi*, *Cartam fundationis recitans aliasq; concessiones, & confirmans.*

Rex &c. *Inspeximus Cartam* &c. Willielmi Mareschalli *&c. in hac verba.* Omnibus sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsens scriptum pervenerit, *Gulielmus Mareschallus*, salutem. Noverit universitas vestra, quod ego, ad dilatandum sacræ Religionis cultum, dedi, & concessi totam terram meam de Bertmel, cum omnibus pertinentiis suis, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, Deo & sanctissimæ ejus genetrici *Mariæ* & Canonicis ibidem Deo servientibus, pro anima Domini Regis *H.* secundi, & pro anima Regis *H.* junioris, domini mei, & pro anima Regis *Richardi*; & pro anima mea, & anima uxoris meæ *Isabellæ*; & pro animabus antecessorum, & successorum & hæredum meorum. Dedi etiam eis, & pari devotionis affectu concessi, ejusdem terræ Ecclesiam, cum universis Capellis suis, & cum omnibus advocationibus suis, & in omnibus rebus, ad eas pertinentibus. Quare volo, & firmiter præcipio, quod præfati Canonici habeant,

Cart. 17. E. 2. n. 28. Videsis Pat. 2 H. 4. p. 2. m. 44.

Larton, *Willielmo* de *Larvaleia*, *Roberto* de *Courtenay*, *Rogero Moon*, *Phil.* Monacho, *Ivone* filio ejus; *Vitale Engaine*[illegible] *Engaine*, *Rob.* Clerico, *Ranulfo* Clerico, *Hugone* de sancta *Cruce*, *Willielmo* de ····· *Galfrido Engaine*, *Roberto Engaine*, *Laurentio*, *Johanne Coco*, *Ricardo Coco*, *Roberto* de *Woburne*, *Avenell Daniel*, *Normanno Mercenario*, & multis aliis.

In dorso istius Cartæ, sic scribitur;

Carta Ricardi *secundi*, *de fundatione Ecclesiæ*, *tertia Carta.*

Fundationis & Fundatorum Historia.

Ex Reculo quodam penes *Edwardum Vaux*, Baronem de Harrowden a. 1610.

REgnante Rege *Johanne* vixit Dominus *Ricardus Engaine* senior, qui fuit Dominus de Blatherwick, & primus fundator domus beatæ *Mariæ* de Castra-Wynell, qui nunc vocatur Finesheved; & habuit in uxorem *Saram*, filiam Comitis Orenford; de qua genuit duos filios, *Ricardum* videlicet, & *Vitalem*. Qui prædictus Dominus *Ricardus* senior, obiit nono *Kalend. Maii*, A. Domini *MCCviii*. Et A. Regni Regis *Johannis* decimo.

Post cujus decessum successit Dominus *Ricardus Engayne*, filius ejus. Hic *Ricardus* non habuit uxorem neq; filium, per modicum rempus vixit, & obiit tempore Regis *Johannis*; sed quo anno, non invenio aliquid memorabile, quia sepultus est apud Huntingdon.

Post cujus decessum devolvitur hæreditas ad Dominum *Vitalem Engayne* fratrem ejus, qui duxit in uxorem quandam *Roesiam*, quæ fuit una trium sororum, quæ dividebant hæreditarem feodi Honoris de Montgomery in *Wallia*; cujus hæreditatis causa mutavit ipse Arma sua partim de Armis Comitis *Warrenne*, qui fuit capitalis Dominus feodi illius, & partim de Armis antecessorum suorum. De qua etiam *Roesia* prædicta genuit ipse quatuor filios; videlicet, *Vitalem*, *Henricum*, *Willielmum* & *Johannem*; sed *Vitalis* obiit in juventute sua, superstite fratre suo, qui etiam Dominus *Vitalis* pater obiit *xi.* Kalend. *Novembris* A. Domini *MCCxLiii.* & anno Regni Regis *Henrici* filii *Johannis* vicesimo quarto.

Post cujus *Vitalis* decessum successit Dominus *Henr. Engayne* filius ejus, qui non habuit uxorem neq; filios; qui obiit 5. Kal. *Feb.* An. Domini 1261. & An. Regni Regis *Henrici* 51. post cujus decessum, quia moritur Dominus *Willielmus Engaine* frater ejus, devolvitur hæreditas ad Dominum *Johannem Engaine* fratrem suum juniorem; qui habuit in uxorem quandam *Joh.* filiam & hæredem Domini *Henrici Gray*···· de qua genuit *Johannem Engayne*, qui temporibus Domini *Johannis* fratris sui, moriebatur, & *Nicolaum Engaine*. Qui Dominus *Johannes Engaine* obiit nonas *Januarii* A. Domini 1297. & anno Regni Regis *Edw.* filii Regis *Henrici* 25.

Post cujus decessum successit Dominus *Johannes Engaine* filius ejus, qui duxit in uxorem Dominam *Elenam* filiam Domino *Roberti le Fitz-Roger*, qui omnino erat sterilis. Qui *Johannes* habuit dominium, per 24. annos & plus, & obiit tertio Kalend. *Octobris*, anno Domini 1322. anno Regni Regis *Edwardi* filii Regis *Edwardi* sexto decimo.

Post hunc Dominum *Johanneni Engaine* juniorem, devolvitur hæreditas ad Dominum *Nicolaum* fratrem ejus, qui habuit in uxorem Dominam *Amiciam*, filiam Domini *Walteri Fawcomberg*, de qua genuit ipse *Johannem Engaine*, & *Henricum Engaine*; Sed ille Dominus *Nicolaus Engaine* non vixit ultra duos menses, & duos dies post Dominum *Johannem Engaine* fratrem suum & prædecessorem suum. Idem verò obiit pridie nonas *Decembris* anno Domini 1322. Et anno Regni Regis *Edwardi* sexto decimo.

Post prædictum Dominum *Nicolaum* Dominus *Johannes Engaine* filius ejus successit; qui duxit in uxorem suam, Dominam *Joannam*, filiam Domini *Roberti Peverell*; de qua genuit duos filios, & tres filias, videlicet, *Johannem Engaine*, *Thomam Engaine*, *Jocosam Engaine*, *Elizabetham* & *Mariam*. Qui *Johannes*, pater prædictorum *Johannis*, & Domini *Thomæ*, obiit Anno Domini 1357.

Post decessum Domini *Johannis Engaine* filii Domini *Nicolai Engaine* devolvitur hæreditas ad dictum *Thomam Engaine*, filium & hæredem Domini *Johannis Engaine*, qui duxit in uxorem Dominam *Katerinam* filiam Comitis *Devoniæ*: Qui Dominus *Thomas* obiit Anno Domini 1367. sine hærede de corpore exeunte.

Et post ejus decessum devolvitur hæreditas ad tres sorores, videlicet, *Jocosam*, *Elizabetham* & *Mariam*, ut sorores & hæredes prædicti *Thomæ*; Quæ verò *Jocosa*, prima filia, cepit in virum *Johannem Goldington*, qui habuerunt exitum inter eos, quandam filiam, nomine *Katerinam*. Quæ verò *Elizabetha*, secunda filia, cepit in virum *Laurentium Pabenham* militem, & habuerunt exitum inter eos quandam filiam, nomine *Katerinam*, quæ verò *Katerina* cepit in virum *Willielmum Cheney* militem, & habuerunt exitum inter eos *Laurentium* & *Armam*. Quæ verò *Maria* tertia filia cepit in virum *Willielmum Bernake* militem, & habuerunt exitum inter eos *Johannem* & *Mariam*. Qui verò *Johannes* cepit in uxorem *Armam* filiam *Edmundi None*.

Hæredes *Thomæ Engaine* chivaler *Jocosa*, *Eliz. Maria*, *Jocosa*, uxor *Johannis Goldinton* militis, de cujus progenie & recta linea venit *Johannes Henxteworth*,

Elizabetha uxor *Laurencii Pabenham* militis, de cujus progenie venit *Johannes Cheney* miles.

Maria uxor *Willielmi Bernake* militis, de cujus progenie venit *Johannes Broughton*.

Et omnia Maneria cum Advocatione Ecclesiarum, terrarum, & tenementorum, cum suis

pertinentiis, dicti *Thomæ Engaine* Chivaler partita fuerunt inter sorores prædictas, & pro defectu hæredum cujuscunq; earundem, ad aliam sororem remanebit, prout patet per quendam finem factam in Curia Domini Regis apud *Westmonasterium* in *xv. Paschæ*, Anno Regni Regis *Edwardi* Regis *Angliæ* tertii, à Conquestu *xl.x.* & Regni ejusdem Regis *Franciæ xxxvi.*

Carta Johannis *filii* Johannis Engayne *de Manerio de* Wode-Newton, *& aliis terris.*

Ex autographo in bibl. *Dunelmensi.*

OMnibus Christi fidelibus ad quos præsens Scriptum pervenerit, *Johannes* filius *Johannis Engayne*, salutem in Domino. Noverit universitas vestra, me pro salute animæ meæ & animarum omnium antecessorum meorum & successorum concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Finnesheved & Priori & Canonicis ibidem Deo servientibus & imperpetuum servituris, omnes terras & possessiones quas Dominus *Henricus Engayne* avunculus meus, dictis Priori & Canonicis dedit & concessit; videlicet totum Manerium de Wode-Newton cum omnibus suis juribus & pertinentiis, in villa & extra villam; Exhibendo tresdecim pauperibus, die Obitus dicti Domini *Henrici*, apud Finnesheved, & singulis diebus sequentibus imperpetuum cuilibet eorum, per octodecim septimanas, in uno quarterio bladi, cum tresdecim tunicis & totidem paribus sotularium die Obitus prædicti Domini *Henrici*; & sic deinceps singulis annis imperpetuum eisdem liberandis.

Et totam partem Aquilonarem nemoris de Lyndewode, in latitudine se extendentem usq; ad viam quæ vocatur *Nova roda*, & in longitudine ab angulo clausturæ Domini *Johannis* de *Breton* occidentali versùs Austrum, ducentem dictam viam usq; ad boscum *Johannis* de *Bernak*. Et totum pratum, quod vocatur Peretwellemaar; & jus patronatus Ecclesiæ *omnium Sanctorum* de Larton, cum decem actis terræ arabilis in campo de Larton, jacentibus juxta quandam divitam, quæ vocatur Peretregate ex parte orientali, Inveniendo & sustinendo inde annuatim duos Canonicos, duas Missas celebrantes & imperpetuum celebraturos in quadam Capella apud Finnesheved, de voluntate dicti Domini *Henrici*, erecta & ordinata; unam scilicet Missam de beata Virgine *Maria*, & aliam pro defunctis celebrandam. Ille verò qui de beata Virgine celebrabit divina officia, bis in septimana de Spiritu Sancto celebrabit.

Et illud messuagium in villa de Blatherwyk, quod fuit *Willelmi Cœci* cum sexaginta actis terræ arabilis in campis de Blatherwyke, & Larton jacentibus inveniendo & sustinendo inde annuatim duos Capellanos duas Missas celebrantes in Capella de Blatherwyke; unam scilicet de beata Virgine *Maria*, & aliam pro anima *Vitalis Engayne*, & *Roesiæ* uxoris ejus, & pro animabus omnium antecessorum & successorum meorum: Volo & finaliter concedo quod habeant omnia dona terrarum & reddituum & aliorum bonorum quorumlibet antecessorum meorum, sicut Cartæ, quas inde habent, plenius testantur. In cujus rei testimonium præsenti Scripto sigillum meum opposui. Hiis testibus, Domino *Johanne* de *Dene*, Domino *Petro* de *Wakerle*, Domino *Willielmo* de *Tyndale*, Domino *Johanne Duly* militibus. *Henrico* de *Wakerle*, *Roberto* de *Pottone*, *Johanne* le *Hont*, *Nicholao* de *Sancto Medardo*, *Willielmo* de *Lyndin*, & aliis.

PRIORATUS

de Reinsham *in agro* Glocestrensi.

Carta Willielmi *Comitis* Glocestriæ *de fundatione ejusdem.*

Ex Collect. v. cl. *Henrici Spelmanni* Eq. aur.

Willielmus Comes *Glocestriæ* omnibus Baronibus & hominibus suis *Francis* & *Anglis*, atq; *Walensibus*, & universis Christi fidelibus, tam præsentibus quàm futuris salutem. Sciatis quod *Robertus* filius & hæres meus positus infirmitate, qua Deo ita volente ex hac vita subtractus est, Deo sibi inspirante coram viris religiosis postulavit ut pro salute animæ ipsius, domum religionis construerem. Quam petitionem & desiderium filii mei, cum Domino meo Regi *H.* filio *Matildis* Imperatricis significâssem, & ipse me de hac re suâ gratiâ benignè audisset, consilio Domini *Rogeri Wigornensis* Episcopi fratris mei, & aliorum Religiosorum & fidelium meorum, pro salute Domini mei Regis, & pro salute animæ meæ, & *Hawisiæ* Comitissæ uxoris meæ & prædicti filii nostri *Roberti*, & aliorum liberorum nostrorum & antecessorum, ad honorem Dei & beatæ *Mariæ* & S. Apostolarum *Petri* & *Pauli*, Abbatiam Canonicorum regularium in Manerio meo de Cheuesham fundavi (&c.) Hiis testibus, *Rogero Wigornensi* Episcopo, *Barth. Exon.* Episc. *Hamel.* Abbate *Gloec. A.* Abbate de Evesham, *Roberto* Abbate Persorensi, Bald. Abbate *Ford. C.* Abbate de Margan, *R.* Abbate de Nethe, *R.* Abbate Sancti *Augustini* de Bristoll. *Ardr.* Abbate de *Wigornia S.* Priore de Tantone; *Philippo* Priore de Bathetone; *Simone* Archidiacono *Wigorn.* *Matheo* Archidiacono *Gloec. S.* & *Sitara* Clericis Domini *Wigorn.* Episcopi, *Hawisia* Comitissa *Gloecestriæ*, *Ric.* de *Card.* tunc dapifero, *Ham.* de *Valoniis* Constab.

beant, & teneant prædictam tetram totam de Bertmel, imperpetuum, liberam & quietam, cum omnibus pertinentiis suis in Ecclesiis, & Capellis, in bosco, & plano, in silvis & venationibus, in viis, & semitis, in pratis, & pascuis, in Mari, & in omnibus aquis, & molendinis; in Herbagiis, & piscariis, in salinis, & fabricis; in Minariis ferreis, & in omnibus aliis rebus & locis, cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus suis, liberè & quietè, integrè, & honorificè.

Præterea volo & constituo, quod prædicta domus, & Canonici ibidem Deo servientes, liberi sint, & immunes ab omni subjectione alterius Domus, & quod nulli Domui in aliquo, nomine subjectionis, respondeant. Obeunte verò Priore prædicti loci de Bertmel, Canonici duos Canonicos eligant, & mihi *Willielmo Mareschallo*, eorum patrono, vel hæredibus meis repræsentent, ut ille, quem communis assensus noster eligerit, Prior efficiatur; Ita quod quicunq; ibi Prior statuatur, nomen & officium tantum Prioris habeat imperpetuum; ita quod de Prioratu illo nunquam fiat Abbatia.

Hanc autem Domum prædictam fundavi, ad sacræ Religionis augmentum; donans ei, & concedens quicquid libertatis os loqui potest, & Cor hominis cogitare; Quicunq; igitur jam dictæ domui, sive rebus suis decrementum aut detrimentum intulerit, Dei maledictionem, & beatissimæ virginis *Mariæ*, & omnium Sanctorum Dei, & meam incurrat; Ut autem hæc donatio mea à præsentibus rata, & à posteris inconcussa permaneat; Sigilli mei impressione præsens Scriptum communivi. Hiis Testibus. Comite *Willielmo Sarisbirienſi*, *Johanne* Domini Regis *Mareschallo*, fratre meo; *Galfrido* filio *Petri*, *Roberto* de *Berkelay*, *Galfrido* filio *Roberti*, *Richardo* de *Mucegros*, *Radulpho Bloet*, *Philippo* de *Prendelegast*, *Johanne* de *Erleg*, *Willelmo* de *Sancto Leodgario*, *Nicholao* de *Avenell*, *Richardo* de *Stutecombe*, *Willielmo Waleran*, *Philippo* de *Sarum*, *Rogero* Capellano, *Jocelino* Clerico, *Michaele* Clerico, *Pentecosto* Clerico, & multis aliis.

Nos autem concessiones (&c.) *necnon concessionem & quietam clamanciam, quas* Adam *filius* Adæ *de* Winterthwaites *per scriptum suum fecit* Willielmo *Priori & Conventui loci prædicti, de tota terra cum pertinentiis, & toto jure & clamio quod idem* Adam *habuit vel habere potuit, in eadem terra, quam tenuit de prædictis Priore & Conventu in* Winterthwaites. *Remissionem etiam & redditionem, ac quietam clamanciam, quas* Thomas *filius* Radulphi *de* VVinderh *per scriptum suum fecit fratri* W. *Priori, & Conventui loci prædicti, de tota terra ipsius* Thomæ *de* Ketilstal, *& toto jure & clamio quæ idem* Thomas *habuit vel habere potuit aliquo modo in tota terra de* Ketilstal, *& in tota terra de* Ramsvvinderby, *sine ullo retenemento. Redditionem etiam & concessionem* (&c.) *quas* Elias *filius* Godithæ *de* Stavelay, *per scriptum suum fecit* Willielmo *de* Waltone, *Priori & Conventui loci prædicti, de tota terra ipsius* Eliæ, *quam habuit ex dono prædictæ* Godithæ *matris suæ in* Ramsdales, *in villa de* Brothone, *in* Bertmele; *& de toto jure & clamio quæ idem* Elias *habuit, vel habere potuit in eadem terra sine aliquo retenemento, ratas habentes & gratas* (&c.) *confirmamus* (&c.) *Dat. per manum nostram apud* Nottingham xii. *die* Novembris.

Carta Willielmi Mareschalli *Comitis* Pembrochiæ, *de Ecclesia de* Walfar (&c.) *& villa de* Bilros, *&c.*

UNiversis Sanctæ matris Ecclesiæ filiis ad quos præsens Carta pervenerit *Willelmus Mareschallus* Comes *Pembrochiæ* salutem. Noverit universitas vestra me concessisse, &, quantum ad patronum pertinet, dedisse & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse, Deo & beatæ *Mariæ* de Bartmele & Canonicis regularibus ibidem Deo servientibus, Ecclesiam de Walfar cum Capella de Baluna dan, & cum omnibus aliis pertinentiis suis. Habendam & possidendam in liberam, puram & perpetuam elemosinam, in usus proprios. Concessi etiam & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & beatæ *Mariæ* & Canonicis prædicti loci villam de Bilros, cum advocatione Ecclesiæ ejusdem villæ, & omnibus ad eas pertinentibus, in liberam, puram & perpetuam elemosinam; in usus proprios, secundùm quod Cartæ Comitis *Ricardi* & Monachorum de *Jugo dei* testantur. Quare volo (&c.) *Jordano* de *Saukevill*, *Waltero* de *Ely*, *Johanno* de *Erleg*, *Henrico Hose*, *Radulpho* filio *Pagani*, *Radulfo* & *Willielmo* de *Suineheved*, *Mich.* de *Kendale*, *Waltero* & *Nicholao* Capellanis, *Philippo* Clerico, & multis aliis. Pat. 18 E. 3. p. 1. m. 45. per Inspex.

PRIORATUS
de Lesnes *in agro* Cantiano.

De fundatione ejusdem.

ANno *MCLxxviii.* Hoc Anno *Ricardus* de *Luci* præfectus *Angliæ*, mente revolvens sedulâ, quia quod antiquatur & senescit propè interitum est, in villâ suâ, quæ Lhesnes dicitur, novam ædificavit Ecclesiam, & Canonicos ibidem posuit regulares. Ex hist. Anglic. script. antiq. edit. Lond. 1653 Col. 1445 l. 46.

Anno *MCLxxix.* Hoc eodem Anno benedixit *Walterus Roffensis* Episcopus primum Abbatem *Lesnensis* Ecclesiæ apud *Rosam*, acceptâ ab eo professione de Canonicâ subjectione. Ib. Col. 1456. l. 42.

Mense

Ib. l. 52. Mense *Julio*, *Ricardus* de *Luci*, Præfectus *Angliæ*, in Ecclesia de **Lesnes**, quam ipse fundaverat, veste mutatâ, vitam finivit, & in Capitulo sepultus est.

R. Hoved. f. 237. a. n. 20. *A. MClxxix.*

Post Pascha *Richardus* de *Luci* Justiciarius *Angliæ*, relictâ Justiciariâ potestate, factus est Canonicus regularis in Abbatia sua de **Lesnes**, quam ipse in fundo suo fecerat, & bonis multis ditaverat, & paulò post ibidem obiit.

Cart. 10. E. 2. n. 13. Vide etiam Cart. 7. *Joh.* n. 12.

REx Archiepiscopis, &c. salutem Inspeximus quandam Cartam, quam celebris memoriæ Dominus *H.* quondam Rex *Angliæ*, progenitor noster, fecit Ecclesiæ beati *Thomæ* Martiris de *Westwuda* in **Lesnes**, & Canonicis ibidem Deo servientibus, in hæc verba. *H.* Dei gratia Rex *Anglia* & Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ* & Comes *Andeg.* Archiepiscopis, (&c.) salutem. Sciatis me, pro amore Dei, & pro anima Regis *H.* avi mei, & salute mea & antecessorum & successorum meorum; necnon & pro petitione *Ricardi* de *Luci*, fundatoris Ecclesiæ beati *Thomæ* Martiris de *Westwuda* in **Lesnes**, concessisse & præsenti Cartâ meâ confirmâsse eidem Ecclesiæ & Canonicis ibidem Deo servientibus, locum ipsum in quo eadem Ecclesia fundata est, cum tota terra & bosco & mariseo, quæ idem *Ricardus* ei in elemosinam dedit, & Cartâ suâ confirmavit, per divisas & metas, quæ in eadem Carta distinguuntur. Concessi etiam eidem Ecclesiæ & Canonicis, & confirmavi Ecclesiam de **Rennetham**, quam habent de dono meo; & Ecclesias de **Newenton**, & de **Werden**, de dono prædicti *Ricardi* de *Luci*. Et de dono *Roberti Luci* Ecclesiam de *Easmendona*. Et de dono *Rogeri* filii *Reinfrei* Ecclesiam de *Rameſdena*. Et de dono *Jordani* Camerarii Ecclesiam de *Keldreia*, sicut Cartæ eorum testantur. Quare volo, (&c.) Testibus Comite *Willielmo* de *Mannevill*, *Willielmo* de *Albini* Comite *Suthſexiæ*, *Rannulpho* de *Glanvill*, *Willielmo* de *Braosa* juniore, *Gilberto* de *Munemua*, *Gaufrido*, *Thoma Bardulf*, *Ger.* de *Canvill*. *Ricardo* de *Canvill* fratre suo. *Rogero* de *Porte*, *Willielmo* filio *Stephani*, apud *Glocestriam*.

Cart. 5. E. 3. n. 61. per Inspex. JOhannes Dei gratia Rex *Angliæ* &c. Archiepiscopis, (&c.) Sciatis nos pro amore Dei, & pro salute nostra, & pro animabus omnium antecessorum & hæredum nostrorum, concessisse & præsenti Chartâ nostrâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ beati *Thomæ* Martiris de *Westwuda*, in **Lesnes**, & Canonicis ibidem Deo servientibus, locum ipsum in quo eadem Ecclesia fundata est, cum tota terra & bosco, & mariseo quæ *Richardus* de *Lucy*, qui Ecclesiam illam fundavit eis dedit in elemosinam, & Cartâ suâ confirmavit, per divisas & metas, quæ in eadem Carta distinguuntur. Concessimus etiam eidem Ecclesiæ & Canonicis, & confirmavimus Ecclesiam de **Renham**, quam habent ex dono patris nostri Regis *Henrici*, & Ecclesias de **Newton** & de **Werden**, quas habent ex dono prædicti *Richardi* de *Lucy*, & ex dono *Roberti* de *Lucy* Ecclesiam de **Elmedon**; Ex dono *Rogeri* filii *Reynoldfridi* Ecclesiam de **Rameſden**; Ex dono *Jordani Camerarii* Ecclesiam de *Coldreia*, sicut Cartæ eorum testantur. Quare volumus, (&c.)

Præterea concedimus eisdem Canonicis, & hac Cartâ nostrâ confirmamus, ex dono *Nicholai Duket*, filii *Ranulphi Duket* de *Lond.* quadraginta solidatas quieti redditus in *Lond.* Ex dono *H. Campdaneyne* Comitis sancti *Pauli*, totum assartum de *Acolte* propinquius juxta **Tarenteſord**: Ex dono *Roberti* de *Dovera* totum mariscum de *Ores* integre: Ex dono magistri *Hugonis* de *Lond.* totam terram de *Mukewell* in *Lond.* quæ fuit ejusdem *Hugonis*, cum domibus suis, & cum tota soca ad eum pertinente.

Ex dono *Radulphi* Clerici de **Lesnes**, filii *Oliveri* totam teram quam idem *Radulphus* tenuit de feodo Abbatiæ de **Lesnes**, & de hominibus ipsius Abbatiæ in villa de **Lesnes**, tam in mariseo, quàm in terra *Susana*; & etiam apud **Achelton**; Ex concessione & confirmatione *Hugonis Fulcon-Paynell*, illam donationem Ecclesiæ de **Renham**, quam Rex *Henricus* pater noster dedit prædictæ Abbatiæ de **Lesnes**, dum terra prædicti *Fulconis* de *Renham* fuit in manu prædicti Regis; Ex dono *Roberti* de *Rokenla* totam terram de **Clopton**, quæ fuit ejusdem *Roberti*, cum omnibus pertinentiis suis; Ex dono *Nicholai* le *Burſier*, totum managium, quod fuit ipsius *Nicholai* in parochia sancti *Michaelis* de **Pater-noſter-churche**: Ex dono *Henrici* de *Norweya* messuagium, quod idem *Henricus* emit a *Fulcredo Drinkepin* avunculo suo & hæredibus suis: Ex dono *Willielmi Manſell* dimidiam virgatam terræ, quam *Philippus* de *Northebron* tenuit, & totam terram quam *Andreas Blanchard* tenuit; scilicet dimidiam virgatam terræ cum augmento duarum acrarum. Ex dono *Parisei* filii *Radulphi* Clerici, quinq; acras terræ in **Terenteſord**, de Worland, quæ fuerunt *Algari* de *Terenteford*, cum pertinentiis suis; ex dono *Thomæ* filii *Scotlandi*, redditum septem solidorum in **Cumbis**. Ex dono *Reginaldi* de *Lucy*, medietatem Ecclesiæ de **Wærheſtede** plenarie, cum omnibus ad eandem medietatem pertinentibus. Ex dono *Roesiæ* de *Dovera*, terram quæ vocatur **Churcheland** in **Lesnes**. Ex dono *Gileberti* de **Fulcharmunt**, & *Isabellæ* hæredis ejus, redditum viginti solidorum, de reddiru centum solidorum quos *Willielmus Longeſpee* dedit prædicto *Gileberto*, & hæredibus suis in **Suthton**, de tenemento & soka de **Terenteſord**, & præterea totum residuum prænominati redditus centum solidorum, quod præfati *Gilebertus* & *Isabella* eis concesserunt, tenendum in perpetuam firmam. Ex dono *Willielmi Fugentis* terram & omnes redditus terræ ejus in *Weſtmariſco*, quam *Richardus* de *Lucy* ei dedit. Ex concessione & confirmatione *Radulfi Morel*, terram illam in *Argria*, quam

quam pater ejusdem *Radulphi* eisdem Canonicis dedit. Ex dono *Galfridi* filii *Joscelini* novem acras terræ de dominico suo in Banton; Ex dono *Thomæ* aurifabri, filii *Roberti Walensis*, duas solidatas, & sex denarios quieti redditus in *London*. Ex dono *Oliveri Merel*, duo messuagia apud *Angriam*, sicut Cartæ prædictorum donatorum, quas inde habent, rationabiliter testantur. Testibus, Domino *J. Norwicensi* Episcopo, & Cancellario, Electo, *P. Wintonienſi* Episcopo. Domino *Joscelino Bathonienſi* Electo, *G.* filio *Petri* Comite *Essexiæ*, *W.* Comite *Sarum* (&c.) Datum per manus *Hugonis* de *Well.* Archidiaconi de *Well.* apud Dovere, quarto die *Aprilis*, anno Regni nostri septimo.

PRIORATUS

de Burscough *in agro* Lancastriensi.

Carta Regis Edwardi *secundi*, *donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Ex Cartulario de Burscough in officio Ducatus Lancastriæ. f. 56. a.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ* & Dux *Aquitaniæ*, Archiepiscopis (&c.) Inspeximus Cartam quam celebris memoriæ dominus *Edwardus*, quondam Rex *Angliæ*, pater noster fecit dilectis nobis in Christo Priori & Conventui de Burscough, in hæc verba. *Edwardus* Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ* & Dux *Aquitaniæ*, Archiepiscopis (&c.) Sciatis nos concessisse & hac Cartâ nostrâ confirmâsse dilectis nobis in Christo Priori & Conventui de Burscough, quod ipsi & successores sui imperpetuum habeant unum mercatum singulis septimanis per diem Jovis apud Manerium suum de Dameschirche in Comitatu *Lancastriæ*; & unam feriam ibidem singulis annis per quinq; dies duraturam, videlicet in vigilia & in die & in crastino decollationis Sancti *Johannis Baptistæ*, & per duos dies sequentes, nisi mercatum illud & feria illa sint ad nocumentum vicinorum mercatorum, & vicinarum feriarum. Quare volumus (&c.) Hiis testibus, venerabilibus patribus *Roberto Bathonienſi* & *Wellensi*, *Willielmo Norwycensi*, *Godefrido Wygornensi* Episcopis; *Edmundo* fratre nostro, *Willielmo* de *Valencia* avunculo nostro, (&c.) Data per manum nostram apud *Westmonasterium* vicesimo octavo die *Aprilis*, anno Regni nostri quarto decimo.

Inspeximus etiam quoddam Scriptum indentatum in hæc verba, Anno Regni Regis *Edwardi* quartodecimo, in festo Sancti *Michaelis* apud *Lancastriam*, ita convenit inter dominum *Edmundum* filium inclitæ recordationis *Henrici* Regis *Angliæ*, ex parte una, & Priorem & Canonicos de Burscough ex altera; videlicet quod dictus dominus *Edmundus* pro se & hæredibus suis concessit dictis Priori & Canonicis, quod habeant liberum mercatum in villa de Dameskirk singulis septimanis per diem Jovis, & nundinas secundùm quod continetur in Carta Domini Regis, quam ipsi habent de prædictis mercato & nundinis. Habendum & tenendum prædictis Priori & Canonicis & eorum successoribus, sine contradictione vel impedimento prædicti Domini *Edmundi*, seu hæredum vel ballivorum suorum imperpetuum: Et pro hac concessione prædicti Prior & Canonici reddent prædicto Domino *Edmundo* & hæredibus suis per manum ballivorum suorum de Liverpull annuatim, unam marcam argenti in festo *Nativitatis* beatæ Virginis, loco & nomine *Stallagii* & *Tolneti*, quæ in dicta villa idem dominus *Edmundus* capere solebat; & pro omnibus quæ ad dictum dominum *Edmundum* vel hæredes suos de prædictis mercato & nundinis poterunt pertinere. Et si casu contigerit, quod prædictum Mercatum aliquo tempore defecerit, ita quod nullum sit, tunc prædicti Prior & Canonici & eorum successores à prædictione dictæ marcæ annuæ sint quieti. In cujus rei testimonium prædictus Dominus *Edmundus* uni parti illius scripti sigillum suum; & dicti Prior & Canonici alteri parti sigillum suum commune apponi fecerunt. Hiis testibus, dominis *Willielmo* le *Botiller*, *Roberto Banastre*, *Roberto* de *Holand*, *Johanne Bironne*, *Petro* de *Wyndehull*, *Roberto* de *Lathum*, militibus, *Johanne Wallensi*, *Gilberto* de *Halsale* *Alano* le *Norreys* & aliis.

Inspeximus etiam Cartam quam *Robertus* filius *Henrici* fecit Deo & Ecclesiæ Sancti *Nicholai* de Burscough & Canonicis ibidem Deo servientibus, in hæc verba. Notum sit omnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, tam præsentibus quàm futuris, quod ego *Robertus* Dominus de Lathom, filius *Henrici*, concessu hæredis mei, dedi & concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Ecclesiæ beati *Nicholai* de Burscough & Canonicis ibidem Deo regulariter servientibus, in puram & perpetuam eleemosinam, terram illam quæ est in capite de Burscough per divisum terræ *Stephani Calvi*, usq; ad Cgeatres; inter magnam viam de Wirpilmasse & rivulum de Cgeatres; & sic per rivulum de Cgeatres, usq; ad divisum inter Dameskirk & Bakenthwait; & sic usq; ad Scarth; & de Scarth usq; ad Wlesthed; & de Wlesthed usq; in rivulum de Scatherdalehewed; & sic per rivulum usq; ad radium qui radit de *Altona* usq; *Ulstonam*; & de vado illo in transverso usq; ad divisum inter *Gaufridum Travers* & *Stephanum Calvum*; & totum nemus de Gattelby cum extartis circumjacentibus, scilicet terram *Roberti Carpentarii*, cum Bakenthwaite, & terram *Ricardi*, junioris filii *Roberti* & *Amabiliæ* sponsæ

Carta Fundationis Prioratus de Burscough.

ſur, cum terra *Mathei* filii *Baldewyni*.

Dedi eciam eis totam villam de *Mertona* cum omnibus pertinentiis ſuis, in boſco, in plano, in pratis, in paſcuis, cum Therlefcogh, & omnibus aliis aſiamentis. Et conceſſi eis, ut habeant Curiam ſuam plenariè, cum omnibus libertatibus, quas ego ipſe habeo. Et dedi eis Eccleſiam de Ormeſkirk, cum omnibus pertinentiis ſuis; Et Eccleſiam de *Hutona*, cum omnibus pertinentiis ſuis; Et Eccleſiam de Flixton, cum omnibus pertinentiis ſuis. Conceſſi etiam ad neceſſaria prædictorum Canonicorum, molendinum de Lathum & omnia molendina de meo dominico, tam ea quæ facienda ſunt, quàm ea quæ jam facta ſunt. Communitatem quoque exituum paſcuorum & peſſun omnium nemorum meorum Canonicis & hominibus eorum concedo. Dedi eciam eis locum ſancti *Leonardi* in Knouſeley, cum pertinentiis ſuis, & materiem lignorum omnium nemorum meorum Canonicis & hominibus eorum, præter Burſcogh concedo. Totam iſtam dictam elemoſinam ab omnibus conſuetudinibus, placitis & querelis & inquietudinibus ita ſolutam & quietam, & liberam eſſe concedo, ſicut ulla elemoſina liberior & ſolutior dari debet vel poteſt. Hanc itaque elemoſinam ego & hæredes mei defendemus de forinſeco ſervicio apud dominos noſtros. Hanc verò elemoſinam feci pro anima *Henrici* Regis junioris, & pro anima *Johannis* Comitis de Moretune, & pro anima mea, & uxoris meæ; & pro animabus patris mei & matris meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum. Quicumque verò hanc elemoſinam adauxerit vel manutenuerit, per participationem illius Eccleſiæ beneficiorum, conſequatur regna cœlorum. Qui verò in aliquo violaverit vel infringere temptaverit, cum Diabolo & angelis ejus æternis ſubjaceat pœnis, niſi ad emendationem & ſatisfactionem venerit. Hiis teſtibus, *Roberto* archidiacono *Ceſtriæ*, *Henrico* Priore de Norton, *Petro* Capellano de Bury, *Willielmo* Capellano de *Sancto Leonardo*, *Patricio* de *Preſtecote*, *Ricardo* filio *Henrici*, *Ricardo Wallenſi*, *Henrico Travers*, *Rob.* filio *Ric.* & *Ric.* fratre ejus, *Hen.* de *Radeclive*, *Gilberto* filio *Walthef*, & multis aliis.

Nos autem donationes, conceſſiones, & confirmationes prædictas; necnon & donationem, conceſſionem, & confirmationem quas *Robertus* dominus de Lathum per Cartam ſuam fecit Deo & beato *Nicholao*, & Priori & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, de quarta parte totius villæ de Dalton, illa ſcilicet parte, quam *Ada* filius *Rierici* de Acton eidem *Roberto* vendidit, cum omnibus pertinentiis ſuis. Tenendum & habendum in feodo & hæreditate liberè, pacificè, & honorificè, & integrè, cum omnibus libertatibus & aſiamentis villæ de Dalton pertinentibus. Donationem etiam, conceſſionem, & confirmationem, quas *Robertus* dominus de Lathum, per Cartam ſuam fecit operi Eccleſiæ prædictæ in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, de tota terra *Ricardi* de *Ryding* ſine aliquo retenemento, quam de ipſo *Roberto* & patre ſuo tenuit cum communi paſtura in boſco & plano, & cum aliis aſiamentis omnibus villæ de Lathum pertinentibus. Donationem etiam (&c.) quas idem *Robertus* per aliam Cartam ſuam fecit (&c.) de tota terra *Adæ* de *Byrkes* ſine aliquo retenemento, quam de ipſo *Roberto* & patre ſuo tenuit, & quam eciam *Ricardus* frater prædicti *Roberti* eiſdem cum corpore ſuo legavit, cum communi paſtura, & cum omnibus aſiamentis villæ de Lathum pertinentibus, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam.

Donationem etiam (&c.) quas *Robertus* de *Lathum* in puram & perpetuam elemoſinam per Cartam ſuam fecit (&c.) de tota terra quam *Stephanus* filius *Ricardi* de *Alton* quondam de ipſo *Roberto* tenuit in villa de Lathum, ſalvo exitu *Ricardi* de *Ryding*, à magno lacu juxta Pilatecroft uſque ad parvum lacum, quæ ſe extendit uſque ad vadum *Ricardi* de *Ryding*, cum communi paſtura & omnibus aliis aſiamentis villæ de Lathum pertinentibus in boſco, in plano, in aquis, in viis, exceptis parco de Burſcogh. Donationem etiam (&c.) quas *Henricus* filius *Swani* per Cartam ſuam fecit præfatis Priori & Canonicis de tribus largis & bonis acris terræ ſuæ cum libertatibus & aſiamentis villæ de Lathum pertinentibus, in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem etiam (&c.) quas *Rob.* filius *Ricardi* dominus de Lathum per Cartam ſuam fecit præfatis Priori & Canonicis de quadam parte terræ ſuæ in Anleſhargh in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, illa ſcilicet terra quæ vocatur Swynleyhurſt, cum omnibus libertatibus & aſiamentis villæ de Anleſhargh pertinentibus. Donationem etiam, quam præfatus *Robertus* fecit per eandem Cartam ſuam præfatis Priori & Canonicis, de locis in paſtura de Anleſhargh, ut ipſi poſſint ſibi & animalibus ſuis cunctis nutriendis domos & boſcaria ſatis competencia ædificare, cum ipſo *Roberto*, cum voluerint, ubi ipſe ædificaret per ſe cum voluerint, ubi ſibi magis elegerint expedire, ſine aliquo impedimento, moleſtia, & gravamine de peſſonio in nemoribus de Anleſhargh & lignis ad ignem & ad ædificia ſua. Donationem etiam (&c.) quas *Ricardus* filius *Thomæ* dominus de Coppull, per Cartam ſuam fecit (&c.) de quadam parte terræ ſuæ abſque ullo retenemento; & de tota parte ſua de aqua de *Perburna*, quæ pertinet ad quatuor bovatas terræ; & de paunagio ad omnes porcos ſancti *Nicholai* in nemoribus de Coppull, cum communi paſtura & materie, & aſiamentis, & libertatibus omnibus villæ de Coppull pertinentibus.

Donationem eciam (&c.) quas idem *Ricardus* per aliam Cartam ſuam fecit (&c.) de quadam parte terræ ſuæ abſque ullo retenemento cum communi paſtura & materie & omnibus aſiamentis & libertatibus villæ de Coppull pertinentibus, & de viginti quatuor porcis quietis de paunagio in omnibus nemoribus ſuis, exceptis haiis. Donationem etiam (&c.) quas *Walterus* de Scareſbrek per Cartam ſuam fecit (&c.) de quadam parte terræ ſuæ in territorio de Scareſbrek, & de duabus acris prati menſuratis per perticam viginti duorum pedum, inter

ter assartum suum & domum, quæ fuit *Adæ de Hokynhed* fratris sui, & de quodam exitu juxta terram prædicti *Adæ*, habente in latitudine quadraginta & quatuor pedes, & in longitudine à dictis duabus acris prati, usque ad viam quæ ducit ad **Snapæ**, & de tota terra quam *Rogerus* filius *Alani Prentus* de se & de *Rogero* de *Hurleton* tenuit sub **Aykescogh**. Donationem etiam (&c.) quas *Walterus* dominus de **Scaresbæk** per Cartam suam fecit (&c.) de quadam parte terræ absq; ullo retenemento in villa de **Hurleton**, cum omnibus pertinentiis & cum communi pastura & libertatibus & asiamentis villæ de **Hurleton** pertinentibus. Donationem (&c.) quas *Rog.* dominus de **Hurleton** per Cartam suam fecit (&c.) de quadam parte terræ suæ in villa de **Hurletone**, videlicet de tota terra propinquiùs jacente infra fossas ex parte orientali terræ beatæ *Mariæ* de **Cokesond**, cum communi pastura & cum omnibus libertatibus & asiamentis & villæ de **Hurleton** pertinentibus. Donationem (&c.) quas *Walt.* dominus de **Scaresbæk** fecit Deo & Ecclesiæ prædictæ & Priori & Canonicis prædictis in liberam, puram & perpetuam elemosinam, de quadam parte terræ suæ in **Hauksheved**, cum communi pastura & cum omnibus communibus libertatibus & asiamentis villis de **Hurleton** & **Scaresbæk** pertinentibus. Donationem (&c.) quas *Rogerus* de *Hurleton* filius *Roberti* de *Hurleton* per Cartam suam fecit (&c.) de quadam parte terræ suæ in territorio de **Hurleton** cum communi pastura, & cum omnibus communibus asiamentis villæ de **Hurleton** pertinentibus.

Donationem (&c.) quas *Rog.* de *Hurleton* per Cartam suam fecit (&c.) de una acra terræ & dimidia & tresdecim perticatis terræ in longitudine & decem in latitudine in orientali parte de **Natherhall**, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, cum communi pastura & aliis asiamentis terræ suæ pertinentibus. Donationem (&c.) quas *Rogerus* de *Hurleton* per Cartam suam fecit (&c.) de quadam portione terræ suæ de **Hurleton**, videlicet in capite de **Aykescogh**, cum communi pastura & cum communibus asiamentis villæ de **Hurleton**. Donationem (&c.) quas *Ricardus* de *Rynaeri* per Cartam suam &c. de dimidia acra terræ in **Longspeyfeld**, jacente versùs occidentem juxta viam in territorio de **Wykirstath**. Donationem (&c.) quas *Henricus* filius *Ricardi* filii *Ricardi* per Cartam suam fecit (&c.) de una acra terræ super **Ferryhurst**, inter **Launlade**, & parvam **Lighthurst**; Tenendum & habendum de præfato *Henrico* & hæredibus suis in liberam, puram & perpetuam elemosinam. Donationem (&c.) quas *Henricus* de *Perbalt* per Cartam suam fecit (&c.) de quadam parte terræ suæ in territorio de **Perbalt**; Tenendum & habendum in liberam, puram & perpetuam elemosinam, cum communi pastura & communibus asiamentis villæ de **Perbalt** pertinentibus; & cum pessona in nemore de **Perbalt** ad porcos hominis, qui terram illam tenuerit, proprios. Donationem (&c.) quas *Ricardus* filius *Thomæ*, dominus de **Coppull** per Cartam suam fecit (&c.) de tota terra *Johannis Capellani*, & de redditu duodecim denariorum de eadem, & homagiis & serviciis & relevio; & de omni quod ad ipsum *Ricardum* & hæredes suos de prædicta terra & de præfato *Johanne* & assignatis suis pertinuit. Donationem (&c.) quas *Willielmus* de *Mitton* per Cartam suam fecit (&c.) de quadam parte terræ in **Wryghtinton** in puram & perpetuam elemosinam, cum communi pastura, & cum omnibus asiamentis villæ de **Wryghtynton** pertinentibus.

Donationem eciam (&c.) quas *Ricardus* de *Wolmore* per Cartam suam fecit (&c.) de quadam placea terræ suæ in villa de **Lathum**, quam habuit ex emptione de *Ricardo* del *Stanyhurst*. Donationem eciam (&c.) quas *Elyas* de *Hoton*, & *Sapiencia* uxor ejus per Cartam suam fecerunt (&c.) de una acra terræ in *Hetona* in puram & perpetuam elemosinam, cum omnibus asiamentis & libertatibus & liberis consuetudinibus ad eandem villam pertinentibus. Donationem eciam (&c.) quas *Johannes* de *Mara* dominus de **Croston** per Cartam suam fecit (&c.) de duabus acris terræ & una percata & uno tosto, quem *Johannes* Capellanus suus ædificavit. Concessionem &c. quas *Ricardus* de *Wolmore* filius *Roberti* de *Wolmore* per scriptum suum fecit (&c.) de toto jure & clameo quod habuit, vel habere potuit in homagiis & serviciis *Alexandri* de *Lathum* & hæredum suorum, cum sex denariis annui redditus, quos sibi prædictus *Alexander* solvere solebat ad festum sancti *Nicholai* in yeme, in liberam, puram & perpetuam elemosinam. Donationem (&c.) quas *Henricus* de *Perpalt* filius *Bernardi* de *Perpalt* per suam Cartam fecit (&c.) de tota terra sua de **Lyghthurst**, cum communi pastura & omnibus asiamentis prædictæ villæ de **Perpalt** pertinentibus; & de eo quod porci hominum ipsorum Prioris & Canonicorum liberi sint de paunagio.

Donationem eciam (&c.) quas *Henricus* dominus de **Perbalt** per Cartam suam fecit præfatis Priori & Canonicis in liberam, puram & perpetuam elemosinam, de quadam parte terræ suæ in **Perbalt** cum communi pastura & omnibus libertatibus & asiamentis villæ de **Perpalt** pertinentibus. Donationem etiam (&c.) quas *Robertus Bussellus* per Cartam suam fecit (&c.) de quadam parte terræ suæ in villa de **Longton**, scilicet de tribus acris terræ in campo de **Turmireacres**, in liberam, puram & perpetuam elemosinam. Donationem etiam (&c.) quas *Radulfus* dominus de **Wykyrstath**, per Cartam suam fecit (&c.) de tota terra in territorio de **Wykyrstath**, cum omnibus asiamentis & libertatibus villæ de **Wykirstath** pertinentibus. Donationem eciam &c. quas *Henricus* dominus de **Perbalt** per Cartam suam fecit &c. de quadam parte terræ suæ in territorio de **Perbalt**, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, cum omnibus pertinentiis suis, communis pasturis & asiamentis, & cum libero paunagio ad hominem, qui terram prædictam tenuerit, ad suos proprios porcos. Donationem etiam &c. quas *Rogerus* filius *Henrici* per Cartam suam fecit &c. de una sarta in

Perpalt. Donationem eciam &c. quas *Galfridus Busſell* filius *Roberti Buſſell* per Cartam ſuam fecit &c. de quadam parte terræ ſuæ in villa de **Longton** ſuper **Stanfurlong**.

Donationem etiam, (&c.) quas *Galfridus Buſſchell* filius *Roberti Buſſel* de *Leylond* per Cartam ſuam fecit Deo & ſancto *Nicholao* & Canonicis prædictis de una parte terræ ſuæ in villa de **Longton**, in Campo qui vocatur **Roskelde** cum communi paſtura & cum omnibus communibus aſiamentis & libertatibus in puram & perpetuam & liberam elemoſinam. Donationem, etiam, &c. quas *Ricardus* filius *Spratlyng* de **Schevynton** per Cartam ſuam fecit (&c.) de quadam parte terræ ſuæ in **Schevynton** cum communi paſtura & aliis aſiamentis terræ ſuæ de **Schevynton** pertinentibus; & cum acquietancia hominis ſuper dictam terram manentis de paunagio in boſco de **Schevynton**. Donationem etiam, &c. quas *Hugo* filius *Adæ* de **Schevyngton** per Cartam ſuam fecit, &c. de tota terra quam *Johannes* filius *Johannis* priùs tenuit in villa de **Schevynton**, cum ſuis diviſis, & cum communi paſtura & cum acquietancia paunagii. Venditionem etiam, &c. quas *Adam Simplex* per Cartam ſuam fecit, &c. de burgagio ſuo, cum omnibus pertinentiis, &c. villæ de **Præſton** pertinentibus. Donationem etiam, &c. quas *Willielmus* filius *Beatricis* de *Miſton* per Cartam ſuam fecit, &c. de quadam parte terræ ſuæ in villa de **Wryghtynton**, cum omnibus communibus libertatibus & aſiamentis; & cum communi paſtura prædictæ villæ pertinentibus, & cum acquietancia paunagii hominum ſuorum ſine paunagio in omnibus boſcis de **Wryghtynton**, in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem, etiam &c. quas *Walt.* de *Hole* per Cartam ſuam fecit, &c. de quatuor acris terræ in territorio de **Bretherton**, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam. Donationem, &c. quas *Ricardus* filius *Roberti* per Cartam ſuam fecit, &c. de una cultura terræ cum communi paſtura & cum omnibus aſiamentis ad villam de **Chiloetwall** pertinentibus, in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem, &c. quas *Willielmus* de *Mellyng* per Cartam ſuam fecit, &c. de uno meſuagio cum curtilagio in villa de **Mellyng**. Donationem, &c. quas *Ricardus* filius *Roberti* de *Allerton* per Cartam ſuam fecit, &c. de medietate unius culturæ terræ in **Allerton** cum communi paſtura & omnibus aſiamentis villæ prænominatæ. Donationem etiam, &c. quas *Radulfus* filius *Adæ*, Dominus de **Bykyrſtath**, per Cartam ſuam fecit, &c. de quadam parte terræ ſuæ in territorio de **Bykyrſtath**, cum communi paſtura, & omnibus aliis aſiamentis villæ de **Bykyrſtath** pertinentibus. Donationem etiam, &c. quas *Johannes* de *Thorp* per Cartam ſuam fecit, &c. de dimidia ſalione terræ ſuæ in territorio de **Thorp**, in puram & perpetuam elemoſinam, &c. Donationem etiam, &c. quas *Ricardus* de *Chernok* per Cartam ſuam fecit, &c. de quadam parte terræ ſuæ in villa de **Chorley**, in puram & perpetuam elemoſinam, cum communi paſtura triginta averiis cum ſequela ſua unius anni, & triginta ovibus cum ſequela ſua unius anni, decem equabus cum ſequela ſua unius anni, & duodecim Capris cum ſequela ſua unius anni, & cum omnibus communibus &c. dictæ villæ de **Chorley** pertinentibus, cum acquietancia paunagii triginta porcorum in boſcis de **Chorley**.

Conceſſionem etiam, &c. quas *Robertus* de *Lathum* per ſcriptum ſuum indentatum fecit, &c. de quadam placea motæ muſſæ & vaſti in villa de **Lathum**, in puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem, &c. quas *Henricus* de *Perbalt*, Clericus de **Perbalt**, per ſcriptum ſuum fecit, &c. de omnibus meſuagiis, terris & tenementis ſuis & **Ellale**, videlicet quæ habuit ex dono & feofamento *Alani* de **Chaterton**, & *Willielmi* de *Routhemell* in villa de **Ellale** prædicta, Ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, prædictis Priori & Conventui, & eorum ſucceſſoribus concedimus & confirmamus, &c. Data per manum noſtram apud **Wolaton** decimo nono die *Octobris* anno Regni noſtri *decimo ſeptimo* per breve de privato ſigillo.

PRIORATUS

de Staverdale *in agro* Somerſetenſi.

Pro diverſis terris, &c. in **Præſtelev** *Canonicis de* **Staverdale** *per* Ricardum Lovel *chivalier concedendis.*

INquiſitio capta apud **Bruton** in Com. **Somerſet**, coram *Thoma Cary* Eſcaetore Domini Regis in eodem Com. *xii.* die *Octob.* Anno Regni Regis *Edwardi* tertii, poſt conqueſtum *Angliæ*, viceſimo quarto. Virtute Brevis Domini Regis huic Inquiſitioni conſuti per Sacramentum *Willielmi VVelde*, (&c.) Qui dicunt ſuper Sacramentum ſuum, quod non eſt ad dampnum, vel præjuditium Domini Regis, aut aliorum, licèt idem Rex concedat *Ricardo Lovel* Chivaler; quod ipſe unum meſſuagium, unum molendinum, duas carucatas terræ, duodecim acras prati, & duodecim acras paſturæ, decem acras boſci, & redditum unius libræ piperis, cum pertinentiis in **Præſteleve** dare poſſit, & aſſignare dilecto Regi in Chriſto, Prioti, & Conventui de **Staverdale**. Habendum, & tenendum eiſdem Priori, & Conventui, & ſucceſſoribus ſuis, ad inveniendum quendam Capellanum, divina pro ſalubri ſtatu ipſius *Ricardi*, quoad vixerit, & anima ſua cum ab hac luce migraverit; Et animabus patris & matris, ac omnium anteceſſorum ſuorum; necnon omnium fidelium defunctorum, in Eccleſia Priora-

Eſc. (de Ad quod dampn.) de anno 24. E. 3. n. 10.

tus

tus prædicti, singulis diebus, celebraturo; in partem satisfactionis decem librataram terræ, & redditus, quas Dominus *Edwardus*, nuper Rex *Angliæ*, patet Regis nunc. per literas suas Patentes eidem Priori concessit adquirendas. Et quod prædicta tenementa tenentur de *Johanne* de *Pâlton* milite, per servitium reddendi eidem *iii.d.* per annum, & idem *Johannes* tenet eadem de Rege per servitium faciendi Regi fidelitatem; & non sunt plures medii inter Regem & dictum *Ricardum* de messuagio, molendino, terra, prato, pastura, bosco, & redditu prædictis. Et quod prædicta tenementa valent per annum in omnibus exitibus, juxta verum valorem eorundem *xl. s.*

Quod Canonici de Staverdale *Vicariam de* Wynkalton *in proprios usus habeant.*

Pat. 17. R. 2. p. 2. m. 5. REx omnibus ad quos (&c.) salutem. Sciatis, quod cum dilecti nobis in Christo Prior & Conventus Prioratus de Staverdale, qui è patronatu *Ricardi* de *Sancto mauro* Chivaler, & de Fundatione Antecessorum suorum existit, ut dicitur, diù, ante statutum de terris, & tenementis ad manum mortuam non ponendis editum, Ecclesiam de Wynkalton in proprios usus habuissent, & tenuissent; Ipsiq; personæ ejusdem Ecclesiæ extitissent: In qua quidem Ecclesia Vicaria ibidem, ab antiquo haberi consuevit; Ac postmodum Vicaria illa, mediante licentia Ordinarii loci, & ejusdem Ecclesiæ patroni, tempore Domini *E.* nuper Regis *Angliæ* avi nostri, eidem Ecclesiæ, ratione paupertatis ipsorum Prioris, & Conventus, unita fuisset, & incorporata. Habendum eisdem Priori, & Conventui, & successoribus suis imperpetuum licentiâ ejusdem avi nostri, super hoc non optentâ. Nos de gratia nostra speciali pardonavimus forisfacturam nobis in hac parte incursam. Et ulterius, ex habundanti gratiâ nostrâ, statum, & possessionem, quos idem Prior & Conventus habent in dicta Vicaria, prætextu unionis prædictæ, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, tenore præsentium acceptamus, approbamus, ratificamus & confirmamus. Concessimus etiam pro nobis & dictis hæredibus nostris, quantum in nobis est, eisdem Priori & Conventui, quod ipsi habeant; & teneant Vicariam prædictam, eidem Ecclesiæ sic unitam, in proprios usus, sibi & successoribus suis imperpetuum (&c.) In cujus (&c.) T. Rege apud *Westm. xviii.* die *Junii.*

Pro unione hujus Prioratus Monasterio de Taunton, vide Pat. 24. H. 8. p. 2.

Carta Henrici *de* Lascy *Comitis* Lincolniæ *Priori de* Burschow, *de quibusdam terris falta; pro uno Leproso sustentando.*

Adhuc ex eodem Cartulario, in Officio Ducatus Lanc.

OMnibus Christi fidelibus hoc Scriptum visuris vel audituris; *Henricus* de *Lasci*, Comes *Lincolniæ*, Constabularius *Cestriæ*, salutem in Domino sempiternam: Noveritis nos concessisse & præsenti scripto, quatenus in nobis est, confirmâsse Priori & Canonicis de Burschow, & eorum successoribus, locum qui dicitur Ruddegate, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, prout in Carta, quam *Henricus* de *Torboc*, & *Elena* uxor ejus dictis Priori, & Canonicis, inde fecit, plenariè continetur; Ita videlicet, quod unus Leprosus de feodo nostro de Ulonis, Vulgò Wilones, si inveniatur, in dicto loco admittatur, & prout unus Leprosorum retroactis temporibus in dicto loco existentis consueverat sustentari, ibidem rationabiliter sustentetur: Et post decessum unius, alter loco ipsius subrogetur: Et quod una Missa, singulis annis, in festo *Paschæ* ibidem celebretur; & quod nomen nostrum, & nomen *Margaretæ* uxoris nostræ in Martirologio, & in Canone conscribantur, in memoriam æternam. Et ut hæc nostra concessio & confirmatio perpetuæ firmitatis robur obtineat, præsentem paginam sigilli nostri impressione roboravimus. Data apud Baltone die Sancto *Geronomi* Confessoris, Anno gratiæ *M. CC. octogesimo quinto.* 1285.

PRIORATUS
de Dodford *in agro* Vigornensi.

Carta Regis Henrici *secundi possessiones ejusdem confirmans.*

Carta. 16. H. 3. m. 8. HEn. Dei gratia Rex (&c.) salutem. Inspeximus Cartam *H.* Regis avi nostri in hæc verba. *Henr.* Dei gratia Rex *Angliæ*, & Dux *Normaniæ* & *Aquit.* Comes *Andegaviæ*, Archiepiscopis, Episcopis, &c. salutem. Sciatis me consilio & petitione Domini *Baldewini Cantuariensis* Archiepiscopi, concessisse Deo & S. *Mariæ*, & *Osberto* Priori de Doddeforde, & fratribus ibidem Deo famulantibus, locum de Doddeforde; & omnes donationes terrarum & hominum & elemosinas, quæ eis factæ sunt vel fient, tam in Ecclesiis, quàm in aliis rebus & possessionibus mundanis. Quare volo (&c.) Hæc omnia prædicto *Osberto* Priori, & fratribus suis concessi in perpetuam elemosinam, pro amore Dei, & S. *Mariæ*, pro anima *Henrici* avi mei, & pro anima patris mei *Galfridi*, & matris meæ *Matildis* Imperatricis, pro salute animæ meæ & *Alienoræ* Reginæ meæ, & puerorum, hæredum nostrorum. His testibus, Domino *Baldewino Cantuariensi* Archiepisc. *Hereberto Cantuariæ* Archidiacono, *Radulpho Herefordensi* Archidiacono, Magistro *Silvestro*, *Thoma* filio *Bernardi*, *Willielmo* Comite de *Mandevilla*, *Radulpho* filio *Stephani*, & multis aliis apud Perleberg.

Nos igitur prædictam concessionem ratam & gratam habentes pro nobis & hæredibus nostris, eam prædicto Priori & prædictis fratribus, concedimus & confirmamus (&c.) Dat' &c. apud. *Wygorn.* 5. die *Junii* anno, &c *xvi.*

Carta Regis Edwardi *quarti de unione & consolidatione ejusdem Domus, Abbatiæ de* Wales-Owen.

Pat. 4. E. 4. p. 1. m. 21. REx omnibus ad quos (&c.) salutem. Sciatis, quod cum domus sive Prioratus de Doddesord in Com. *Wigorn.* Ordinis S. *Augustini*, fundationis inclitorum progenitorum nostrorum, nostriq; patronatus pleno jure existens; incuria, negligentia, & remissione diversorum Priorum ejusdem, aliisq; infortunii casibus, in religione & cultu divino, ibidem antiquitùs habitis & observatis, penè ad sui dissolutionem devenit; in tantum, quod unus Canonicus à diu solus remansit in eodem; Quodq; Monasterii beatæ *Mariæ* de Wales-Owen in Com. *Salop.* fructus reddit⁹ & proventus eidem, in ipsius primæva fundatione concessi, & temporum subsecutorum detrimenta in tantum decreverunt, quod ad sustentationem congruam numeri Canonicorum, ex fundatione ejusdem limitati, hospitalitatemq; debitam, & alia pietatis opera ibidem usitata, & cætera onera eis necessaria incumbencia, subeunda non sufficiunt; neq; verisimiliter sufficere poterunt in futuro, nisi alio subventionis auxilio succurratur eisdem. Nos præmissa intimè ponderantes de gratia nostra speciali, ex certa nostra scientia & mero motu, ad individuæ *Trinitatis*, & beatæ *Mariæ* Virginis honorem, cultusq; divini in Ecclesia Conventuali Monasterii de Walesowen prædicti honorificè constructa ampliationem, dedimus & concessimus, pro nobis & hæredibus nostris, *Johanni* Abbati, & Conventui dicti Monasterii de Walesowen, & successoribus suis jus patronatus & advocationem domus sive Prioratus de Dodesord prædicta, in puram & perpetuam elemosinam; ea intentione ut ipsi Abbas & Conventus dictum Prioratum cum suis juribus & pertinentiis universis ipsis Abbati & Conventui & eorum Monasterio consolidari, uniri, annecti, appropriari & transferri procurare & facere valeant. Ac *Wigorn.* Episcopo, ut ipse auctoritate suâ ordinariâ prædictum Prioratum, cum omnibus suis pertinentiis, præfatis Abbati & Conventui de Walesowen consolidare, unire, annectere, appropriare, transferre; & in ipsorum Abbatis & Conventus proprios usus perpetuo possidendum concedere poterit. (&c.) In cujus (&c.) T. Rege apud *Westm.* *xxii.* die *Martii.*

ABBATIA

de Pratis *juxta burgum* Leicestriæ * *fundata Anno Domini* M. Cxliii.

* Ex Registro Abbatiæ S. *Mariæ* Pratis *Leycestriæ*, in bibl. Bodlejana fol. 1 b.

Historia de terrarum donationibus.

HAbemus ex dono fundatoris nostri, in prima fundatione hujus Monasterii, omnes præbendas & possessiones, quæ fuerunt Canonicorum secularium Ecclesiæ S. *Mariæ* infra Castellum; scilicet Ecclesiam Sanctæ *Mariæ*, cum tota possessione in parochia sua, cum terris & pascuis & pratis, & omnibus aliis pertinentiis suis, cum omnibus libertatibus, quas *Robertus* Comes *Melenti*, pater suus, prædictæ Ecclesiæ ante concesserat. Item quinq; virgatas terræ extra portam de North, & octo mansiones hominum: Et in alia parte civitatis tres virgatas terræ, & tres bovatas terræ; & de redditibus *Leycestriæ* sex libras per annum. Ecclesias quoq; omnes *Leicestriæ*, tam infra muros quàm extra, quæ sunt suæ dicionis, cum domibus & mansuris, cum terris & pratis & omnibus pertinentiis suis. Item Ecclesiam de *Lilburna*, cum terris & decimis & omnibus pertinentiis suis; & *lx. s.* per annum de redditibus ejusdem villæ. Item in *Thurmodestona* tres carucatas terræ & unam virgatam terræ. Item unam virgatam terræ ex dono *Isabel* matris suæ, in *Burtona*. Item in *Segrave* sex carucatas & tres bovatas terræ, & Manerium de Asfordeby totum & integrum, cum molendinis (&c.) Hæc omnia prædicta fuerunt possessiones Canonicorum prædictorum Ecclesiæ S. *Mariæ* infra Castellum, sicut patet in prima, secunda, & tertia Carta *Roberti* Comitis *Melenti*. Ibid. fol. 2. a.

Et præter hoc dedit nobis Fundator noster, apud pontem de North, carucatam terræ, quæ jacebat olim ad Cuneos monetæ, & censum, & domos quos *Gilbertus* Decanus tenebat de eo ad portam de Suth; & decimam pullorum de sua equaria; & molendinum quod fuit Episcopi; & quicquid ad ipsum molendinum pertinet, & quicquid *Osbertus* Capellanus de ipso tenebat in soca de Schepished, & in soca de Halfo; omnes scilicet Ecclesias de utraq; soca cum Ecclesia de Sygresham, quæ de parochia de *Brachaleia* esse cognoscitur, cum terris & decimis & omnibus pertinentiis suis; & decimam denariorum suorum de utraq; soca & de paunagio.

Item Ecclesiam de Indesley; quæ est in *Berchesira*, cum terris & decimis (&c.)

Item

Item concessit nobis, quod ubicunq; in forestis suis, ad proprios usus ligna sumpserit, ibi & nos, cum tribus carectis cotidie ad ignem nostrum liberè ligna sumamus. Et ubicunq; tempore pastionis sui dominici porci fuerint, ibi & nos dominicos porcos nostros liberè & sine pannagio habeamus.

Hæ sunt Ecclesiæ & possessiones omnes, quas fundator noster dedit nobis in Carta originali fundationis illius Abbathiæ. Item in eadem Carta confirmat omnes donationes, quas homines totius terræ suæ nobis fecerunt. Scilicet Ecclesiam de **Thurnby** ex dono *Radulphi Pincerna*, cum terris, decimis &c. Et ex dono *Roberti Pincerna* filii sui, Ecclesiam de **Theddingworth**. Et ex dono *Ernaldi* de *Bosco* Ecclesiam de *Clestona*; & Ecclesiam de **Thorp** juxta **Welton**, cum terris, decimis &c. & unam marcatam redditus in *Leicestria*. Et ex dono *Rogeri* de *Watevill* Ecclesiam de *Bulkyntona*, cum terris, decimis & omnibus pertinentiis suis; & dimidiam hidam terræ in *Brankota*; & pratum quod fuit de *Westona* de dominio. Et ex dono *Sewardi Pusefridi* terram quam de ipso tenebat in **Bauntingsthorp**. Has terras & Ecclesias, possessiones, & redditus voluit & firmiter constituit, ut nos liberè, quietè & honorificè teneamus ab omni servicio & exactione seculari erga ipsum & hæredes suos &c. ut in eadem Carta data circa annum domini *MCxxxvii.*

Item habemus ex dono Fundatoris nostri Ecclesiam de **Coshy**, quæ pertinet ad Ecclesiam S. *Augustini* de **Leycester**. Item Ecclesiam de **Aloeby**, & sic Ecclesiam de **Wheston**. Item totam *Stoltonam*, præter feodum *Radulphi Friday*, cum molendino de **Belgrave**. Item duas virgatas terræ apud portam de **West**. Item manerium de **Pynlad**, cum quatuor virgatis terræ ibidem. Item totum manerium de **Anyton**, cum molendino & pertinentiis suis. Item tria millia anguillarum & *xxx.* ſtreyling. apud **Nun-Eyton**. Item unam virgatam terræ in **Whatton** &c. ut in Carta; In qua Carta sic scribitur, Ego *Robertus* Comes *Leyc.* remisi & quietum clamavi Abbati & Conventui *Leycestriæ*, omnem actionem & demandam, quam habui versùs eosdem & eorum homines, liberos & villanos, ac terras suas super visum franci plegii ubiq; in dominio nostro; & quod Carris suis de libertatibus per Reges *Angliæ* eisdem concessis, liberè ac pacificè possint uti &c. ut in Carta. Item habemus *v. s. vi. d.* liberi redditus in **Bauntingsthorp** de uno crosto & una bovata terræ de terris *Thomæ Walche.*

Carta Amiciæ *Comitissæ.*

Ib. fol. 2. b. HAbemus ex dono *Amiciæ* Comitissæ, uxoris Fundatoris nostri, quatuor libratas terræ in **Everlas** &c. ut in Carta.

Carta Roberti *filii Fundatoris nostri.*

HAbemus confirmationem *Roberti* filii Fundatoris nostri, per Cartam suam, de omnibus donationibus, quas pater suus & homines sui nobis dederunt in Carta originali Fundationis; Et de omnibus donationibus, quas ipsi dederunt nobis per alias Cartas suas; ut ex dono fundatoris nostri manerium de *Knytona* cum molendino & pertinentiis suis &c. Ex dono *Amiciæ* Comitissæ, quatuor libras in **Everley**. Item ex dono *Ernaldi* de *Bosco* Ecclesias de **Thorp**, *Evyntona*, & **Humberstona** &c. Item locum de **Stokingsoath**, & *xl. s.* in **Welton**, ex dono & confirmatione Fundatoris; & censum domorum, quas tenuit *Godewinus Bena*, scilicet *iv. s.* in *Leycestria*; & terram quam *Jocelinus Mareschallus* dedit prædictæ Ecclesiæ, scilicet *v.* essarta de *North*, nemoris sui, & septum ante Capellam. Et ex dono *Gaufridi* de *Turvilla* illam terram, quæ dicitur **Nedebetle**; Et ex dono *Willielmi* de *Alnejo* unam carucatam terræ, scilicet *Anastanesloja*, cum omnibus exsartis quæ in circuitu ejus sunt; & cum parte nemoris &c. Et ex dono Fundatoris Ecclesiam de **Aloeby**, totam *Stoltonam*, & molendinum de **Belgrave** &c. ut in Carta.

Item habemus ex dono ejusdem *Roberti*, filii Fundatoris nostri, singulis annis unum cervum die *Assumptionis* beatæ *Mariæ*; & alium cervum in *Nativitate* dei genitricis *Mariæ*; & licentiam piscandi in magno vivario suo de **Groby** quatuor diebus per annum; scilicet vigilia *Purificationis* beatæ *Mariæ*, *Annunciationis* beatæ *Mariæ*, *Assumptionis* beatæ *Mariæ*, & *Nativitatis* ejusdem.

Item habemus ex dono ejusdem *Roberti* pasturam de **Dessoath** ad decem vaccas, cum exitu earum de duobus annis, cum duabus acris terræ in *Alneta*, & desuper inter viam & terram quam Magister *Radulphus* de *Wolscroft* tenuit; ut in Carta.

Carta Roberti *filii* Petronillæ.

HAbemus confirmationem *Roberti* filii *Petronillæ*, per Cartam suam, de omnibus donationibus; nominatim, quas avus suus, & pater suus, & homines sui nobis dederunt, ut in Carta sua prima.

Item habemus ex dono ejusdem *Roberti* filii *Petronillæ*, pasturam inter duas vias in defenso *Leicestriæ*; scilicet inter viam de **Groby**, & inter viam de **Anstey** ad averia nostra pascenda, & unam carectam ligni cotidie in foresta *Leicestriæ*, ut in Carta.

Item habemus ex dono ejusdem *Roberti*, viginti quatuor virgatas terræ in villa de **Anstey**, & quatuor cotarios cum toftis suis, ut in Carta.

Item habemus ex dono ejusdem *Roberti*, terras de *Farnigo*, & **Sygresham**; scilicet **Westrot**, cum omnibus pertinentiis suis, quas *Robertus* Comes avus suus dedit Ecclesiæ *Lincolniæ*, in escambium pro manerio de **Anyton**

&c.

&c. Has autem terras dedit nobis pro terris nostris de **Affozby** & **Segrave**, quas assensu nostro dedit Ecclesiæ *Lincolnensi*, pro pace reservanda imperpetuum inter ipsam Ecclesiam *Linc.* &c. ut in Carta.

Item habemus ex dono *Simonis* de *Monteforti* quandam placeam bosci vocatam **Donelond**, in escambium pro quieta clamatione prædictæ pasturæ in defenso *Leyc.* & unius culturæ in eodem defenso vocato **Pikeldal**, & unius carectæ cotidie in foresta de duabus carectis, &c. Item habemus ex dono ejusdem *Simonis* quandam placeam terræ & bosci versùs **Anstey**, vocatam **Dfulvelhawe**, &c. cum omnibus angulis bosci & terræ, &c. Item ex dono ejusdem *Simonis* unam placeam terræ quam *Willielmus* de *Belgrave* quondam tenuit, &c. ut in Carta.

Carta Petronillæ *Comitissæ.*

HAbemus confirmationem *Petronillæ* Comitissæ, de omnibus donationibus, quas dedit nobis *Robertus* Comes filius ejus. Item habemus ex dono ejus totum pratum suum de **Thurmodeston**, vocatum **Belloholm**; & domos suas in *Leycestria*, cum terra & gardino ultra pontem de **West**, quæ fuerunt *Hugonis* Clerici, &c. ut in Carta prima.

Habemus ex dono *Saeri* de *Quincy*, cum assensu & consensu *Margaretæ* Comitissæ suæ, omnia quæ sunt in Carta sequente, usq; ad concessionem unius cervi, ut in Carta in **Schepshed** tertia.

Carta Margaretæ *de* Quincy.

HAbemus confirmationem *Margaretæ Quincy*, de omnibus donationibus quas antecessores sui, Comites *Leycestriæ*, nobis fecerunt; ut patet in Cartâ suâ; Et per illam Cartam dedit nobis unam virgatam terræ in **Schepished**, cum tofto & crofto & molendino de **Schepished**, cum omnibus pertinentiis suis, &c. & cum alneta adjacente, & cum tota multura de **Schepished** & **Hathern**, &c. & cum multura propriæ domus suæ de **Schepished**; & cum omni commodo, &c. ita quod nec illa, nec hæredes sui aliquod molendinum infra territorium de **Schepished** seu **Hathern** unquam facerent in posterum. Item per eandem Cartam concessit nobis *Housebote* & *Haybote* ad domos nostras in **Schepished**, & meremium ad earum sustentationem & molendini nostri, in Foresta sua de **Charnwod**, & bosco suo de **Schepished**, ubicunq;, quoties opus fuerit, &c. Ista prædicta dedit nobis specialiter in recompensationem *lx* sol. pro decimis *Leicestriæ* ad ipsam pertinentibus, & in recompensatione denariorum decimarum, reddituum de utraq; foca, &c. quos antiquitùs percipere solebamus ad Scaccarium de *Leycestria*, quos remisimus ei & hæredibus, sub tali conditione; salva nobis tota decima de pannagio, & venditione nemoris utriusq; sochæ. Item concessit nobis unum cervum in die *Nativitatis* beatæ *Mariæ* in **Charnwood**. Item concessit nobis ut homines & tenentes nostri de **Brakley**, **Sygresham**, **Westcote**, **Palso**, **Farnigo**, **Weston**, **Cliston**, **Bulkinton**, **Brankot**, **Bernangul**, **Sow**, **Werston**, **Stocton**, **Lokyngton**, **Schepished**, **Hemyngton**, **Whatton**, **Ansty**, **Thurnaston**, **Clenfeld**, & **Burton**; & in omnibus locis, terris & possessionibus in feodo suo constitutis liberi sint & quieti ab omni servitio seculari, exactione & demanda, secta Curiæ, visu Franci plegii, & forinseco servitio, &c. ut in Carta.

Carta Rogeri *de* Quyncy.

HAbemus Cartam *Rogeri* de *Quincy* de quieta clamatione omnium Ecclesiarum nostrarum & sectæ curiarum pro nobis & hominibus nostris in feodo suo constitutis. Habemus Cartam prædicti *Rogeri* super quieta clamatione de visu Franci plegii & secta curiæ pro nobis & hominibus nostris, & tenentibus suis; scilicet de **Brakley**, **Sygresham**, &c. ut in Carta prædictæ *Margaretæ Quincy*. Item concessit nobis per eandem Cartam *Housebote* & *Haybote*, &c. ut in Carta *Margaretæ Quincy*, &c. lb. fol. 3. a.

Rogerius de *Quency* Comes *Winton.*, &c. dilecto & fideli suo Domino *R. Chamburleyn* Seneschallo suo, salutem. Mandamus vobis firmiter præcipientes, quatinus ponatis Abbatem & Conventum *Leycestriæ* in seysinam plenam de *Housebote* & *Haybote* in **Schepished**, & de meremio ad emendationem & sustentationem molendini sui de **Shepished**, & de visu Franci plegii, &c. ut in Carta.

Habemus Cartam ejusdem de duabus carectis, & in qualibet carecta duos equos ad tractandum ligna ad ignem in foresta, &c. ut in Carta.

Habemus Cartam ejusdem de quatuor carectatis bosci, à festo *Annunciationis* usq; ad festum sancti *Michaelis*, &c. ut in Carta.

Habemus quietam clamationem ejusdem de stabila quam exigebat à nobis & tenentibus nostris de **Ansty**, ut in Carta. Habemus confirmationem ejusdem *Rogeri* Comitis de omnibus donationibus quæ sunt in Carta *Margaretæ* Comitissæ matris sur, ut in Carta.

Habemus ex dono ejusdem, totam decimam omnium venditionum boscorum suorum de **Ade**, & de **Wykeley**, &c. per manus venditorum & receptorum earundem venditionum, quicunq; pro tempore fuerint. percipiendum, &c. ut in Carta.

Habemus ex dono ejusdem dexterum humerum cujuslibet feræ captæ in parco suo de **Ade**, ut in Carta. Habemus ex dono ejusdem licentiam ad edificandum & construendum boveriam & bercariam in territorio nostro de **Stanton**, & licentiam habendi liberum introitum & exitum cum averiis nostris ad pasturam communem forestæ sur, &c. ut in Carta. Habemus

bemus ex dono ejusdem unam virgatam terræ in Wheston, quam *Ricardus Kyrke* tenuit, & communiam liberam ad animalia nostra propria pascenda omnimoda, per totam forestam *Leycestriæ*, in proparte sua ejusdem forestæ in bosco, plano, &c. ut in Carta. Habemus ex dono, ejusdem *x. s.* per annum apud Schevisby à Priore de Chakombe, & *iii. s. iiii. d.* apud Pennyngton, de hæredibs *Hugonis* de *Derby*, & participibus suis, pro quieta clamatione piscationis in vivario de Groby quater per annum, &c. ut in Carta. Habemus ex dono ejusdem homagium & servicium *Heliæ* de Lynsey, & *Aliciæ* uxoris ejus, de quatuor virgatis terræ in Shurmaston, ut in Carta.

Habemus certas terras in Thurmaston ex dono ejusdem, cum sequela eas tenentium; & aliquorum libere tenentium, cum visu Franciplegii quatuor hominum Prioris de Caldwell, &c. ut in Carta.

Carta Saery *de* Quyncy.

HAbemus ex dono *Saery* de *Quincy* sex libratas redditus in Wanley, & Halso, pro seisina facta sibi de octo libratis redditus in suburbio *Leycestriæ*, quas habuimus de feudo *Lincolniensis* Episcopi (&c.) ut in Carta.

Carta Symonis *de* Monteforti.

HAbemus confirmationem *Symonis* de *Monteforti*, de omnibus rebus quas dederunt nobis prædecessores sui, ut in Carta. Habemus ex dono ejusdem *Symonis* in defenso *Leycestriæ*, juxta Abbarhiam, pasturam sufficientem ad Centum & viginti averia in escambium pasturæ in prædicto defenso, inter viam quæ vadit à *Leycestria* usq; Groby, & viam quæ vadit à *Leycestria* usq; Anstey, &c. Habemus Cartam ejusdem in escambio de Whitewalde, & pasturis prædictis, & una carucata ligni pro Donelond & Oselvesthaw, & aliis; ut sequitur in Carta *Roberti* filii *Petronilla*.

Habemus ex perquisito Abbatis & Conventus, ut dicitur, & ex dono & feoffamento *Simonis* de *Monteforti*, trecentas acras terræ & bosci, similiter cum pertinentiis contiguas trescentis acris prædictis in Foresta nostra, quæ appellatur defensa, juxta *Leycestriam*, &c. quæ videlicet acræ omnes jacent à via de Anstey usq; ad Dalsyke in transverso; & à Dalsyke ultra Stoukyshull, &c. usq; ad Oldfeld in transverso super sectam à Cropston, &c. & ab Oldfeld per campum de Belgrave, &c. Item dedit nobis totum Clepheges, cum vestitura, &c. ut in Carta.

Carta Alani *la* Zouche.

HAbemus confirmationem *Alani* la *Zouche* de omnibus donationibus, quas antecessores ejus Comites *Leicestriæ*, & *Winoniæ* nobis fecerunt, sicut patet in Carta octava, & nonâ in Schepished. 1b. fol. 3. b.

Carta Ernoldi *primi de* Bosco.

HAbemus ex dono *Ernoldi* primi de *Bosco*, Ecclesiam de Cliftona, cum Capellis de *Wavera*, & de Rokelby; Ecclesiam de Thorpe juxta Pelton; Ecclesias quoq; de Humburstone & de Eyngtone, ut in Carta. Habemus ex dono *Ernaldi* secundi de *Bosco*, confirmationem de prædictis Ecclesiis. Et præterea concedit & confirmat nobis Ecclesiam de *Bulkyngtona*, cum duabus virgatis terræ, & omnibus pertinentiis suis, &c. Item confirmationem duarum virgatarum terræ in *Brankstona* & sex virgatarum terræ in eadem, pratum de dominio de Weston, molendinum de Brankot, cum terra & prato & vivario de Craswell & omnibus pertinentiis suis. Item concessit ut homines Canonicorum habeant communem pasturam cum hominibus suis, sicuti unquam melius habuerunt tempore *Henrici* Regis senioris, &c.

Carta Ernaldi *tertii de* Bosco.

HAbemus ex dono *Ernaldi* tertii de *Bosco*, confirmationem de omnibus quæ *Ernaldus* de *Bosco* avus suus, & *Ernaldus* de *Bosco* pater suus nobis dederunt.

Præterea habemus ex dono ejus unam bovatam terræ in Thorp-*Ernald*, cum tosto & crosto, & communem pasturam ad sexies viginti oves, & decem acras prati in loco qui vocatur Ricolnwalde.

Carta Ernaldi *quarti de* Bosco.

HAbemus ex dono *Ernaldi* quarti de *Bosco*, confirmationem de omnibus quæ *Ernaldus* de *Bosco*, atavus suus & *Ernaldus* de *Bosco* avus suus, & *Ernaldus* de *Bosco* pater suus nobis contulerunt. Præterea concessit nobis ut habeamus, decem averia, scilicet octo boves & duas vaccas, cum propriis averiis suis ubicunq; pascantur, in propria pastura sua, &c.

Carta Stephani *Regis*.

STephanus Rex *Angliæ*, &c. Sciatis me concessisse *Roberto* Comiti *Leycestriæ* fundare Ecclesiam Sanctæ *Mariæ*, &c. & ibi constituere Abbatem, &c. Et concedo Deo & beatæ *Mariæ*, & *Ricardo* Abbati & Canonicis regularibus, &c. omnes donationes quas *Robertus* Comes *Leycestriæ* dedit concessit vel adquisi-

vit, sive adquisierit, seu quæ deinceps eis dabuntur in elemosinam. Inprimis concedo, &c. ut in Carta originali Fundatoris nostri, usq; huc; Item ex dono *Walleranni* Comitis de *Mellent xx.* miras salis in *Wiche* de *Wirecestresira.* Ex dono *Ranulfi* Comitis *Cestriæ* duas carucatas terræ in *Roleja*, quæ vocatur Hanechestoft, cum prato adjacente, &c. Has donationes terras &c. quæ eisdem Canonicis pertinent, liberas & quietas concedo ab omni expeditione infra *Angliam*, &c. & omni servicio seculari, &c. Et volo & firmiter præcipio, ut prædicta Ecclesia & Canonici benè & pacificè, liberè & quietè teneant, & libertatem curiæ suæ habeant, cum *suca* & *soca*, *tol* & *team*, & *Infangenetheof*, & omnibus aliis consuetudinibus. &c. in nemore & plano, &c. sicut aliqua Ecclesia totius terræ meæ de elemosina mea meliùs, & quietiùs & honorificentiùs tenet, &c. ut in Carta.

Carta Henrici *secundi Regis.*

HEnricus Rex *Angliæ*, &c. Sciatis me concessisse & confirmâsse Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Prato, & Canonicis ibidem Deo servientibus, &c. quicquid *Robertus* Comes *Leycestriæ* eis dedit, vel daturus est, &c. & quicquid alii eis rationabiliter dederunt, vel daturi sunt. Ex dono prædicti Comitis *Leycestriæ* ipsum locum in quo Abbathia fundata est, &c. ut in Carta originali fundatoris, usq; huc; Et Ecclesias de Chaptoft; & Croxby & Stanton locum de Stokyngforth, cum nemore & terra adjacente, ex *xl. s.* de Welton, & *iiii. s.* in *Leicestria* de domibus *Godewyni*, &c. ut in Carta *Roberti* filii fundatoris nostri. Ecclesiam de *Langtona* cum Capellis de Thorp & Tirlington; ex dono *W.* de *Novo-mercato* & *Reg.* de *Berdeni*. Ex dono *Ranulphi* Comitis *Cestriæ* Ecclesiam de Baro, cum Capella de *Querndena*, cum terris, decimis; & una carucatâ terræ de suo dominio in Baro, & Quernedon. Ex dono *Rogeri* Comitis de Warwyke Ecclesiam de Norwod, cum Capella de Puncote. Ex dono *Gaufridi* de *Dalby* unum pratum in Seggiswold. Ex dono *Rogeri* de *Wativilla* Ecclesiam de Bulkyngton, cum Capellis & *vi.* virgatis terræ, & unum molendinum in Bramkote. Ex dono *W. Avenel* villam de Cankysbery, cum molendino; & *Clivam*, & *xx.* acris terræ in *Haddona*; & Ecclesiam de Noestok. Ex dono *H. Tuchet* unam virgatam terræ in Elsewel. Ex dono *Hugonis* de *Diva* duas partes garbarum de dominio de Cavam. Ex dono *Roberti* Comitis *Leicestriæ* molendinum de Belgrave, & villam de Stoton. Ex dono *Roberti* de *S. Frewast* medietatem Ecclesiæ de Chesham, & Ecclesiam de Wilsdon, cum Capellis de Rolston & Godeby. Ex dono *W. Triket* Ecclesiam de Scharnbrok. Ex dono *Ricardi* filii *Walonis* Ecclesiam de *Evindona*. Ex dono *W. Barre* Ecclesiam de Belling. Ex dono *T. Sorell* Ecclesias de Thoanton & Sygresham. Ex dono *Roberti* Comitis *Leicestriæ* Ecclesiam de Alteby, cum Capella de Wheston, & locum de Pynslat. Ex dono *W.* de *Lodbrok* Ecclesiam de Claby cum Capella de Thorp. Ex dono *Roberti Rabaz* Ecclesiam de Benetworth. Ex dono *Roberti* de *Bosworth*, &c. Ecclesiam de Boswoth, & unam carucatam terræ in eadem villa; Et ex dono *Rogeri Samson* unam virgatam terræ in eadem. Ex dono *Reginaldi* de *Musele* duas virgatas terræ in Musele. Ex dono *Radulphi* de *Martiwast* unam virgatam terræ in Humberston. Ex dono *Roberti* de *Burtona i.* virgatam terræ in Noxton. Ex dono *Walteri* de *Power* Ecclesias de Barkby & de Hungerton, cum Capellis. Ex dono *W.* de *Everemo* Ecclesiam de *Eytona*. Ex dono *Roberti* de *Araby* Ecclesiam de Estwell & Ecclesiam de Lyttelwel. Ex dono *Hugonis* de *Ardena* Ecclesiam de Crudworth, & Heremitagium, & nemus de Berwod, cum molendino. Ex dono *Gaufridi* de *Crafi* unam carucatam in *Suttona*. Ex dono *Roberti* de *Crafte i.* carucatam terræ in Stoke. Ex dono *Radulfi* de *Turvilla* Ecclesiam de Crafte. Ex dono *Osberti* de *Lemintona* unam bovatam terræ in *Shuebergia*. Ex dono *Ricardi l' Abbe* Ecclesiam de Anlep, & *vi.* virgatas terræ in eadem villa; & ex dono ejusdem unam carucatam terræ in Empynghs. Ex dono *W.* de Eylby tres virgatas terræ in Eylby. Ex dono *Godef di Patrok* quinq; virgatas terræ in Bitlwell. Ex dono *W.* de *Kereby* unam carucatam terræ in Thevyngworth. Ex dono *W.* de *Lancaster* totum Manerium de Cokeram, cum Ecclesia ejusdem villæ, cum Capella de Elhale, &c. Ex dono *Radulfi* de Quenburgh Ecclesiam ejusdem villæ, cum terris & decimis. Ex dono *Ricardi l' Abbe* unam virgatam terræ in *Lilburna*. Ex dono *Gaufridi* de *Dalby* tres virgatas terræ in eadem villa. Ex dono *Roberti* de *Cotes* unam virgatam terræ in *Foxtona*. Quare volo & firmiter præcipio, quod præfati Canonici has terras prædictas teneant & habeant liberè, quietè, &c. cum omnibus libertatibus & consuetudinibus, sicut Cartæ donatorum testantur.

Historia Fundationis, & progenies Fundatoris.

MEmorandum quod *Robertus* Comes *Mellenti*, veniens in *Angliam* cum *Willelmo* Duce *Normanniæ*, adeptus Consularum *Leycestriæ* ex dono dicti Ducis & Conquestoris *Angliæ* destructâ prius Civitate *Leicestria* cum castello & Ecclesia infra castellum, tempore prædicti Conquestoris, rædificavit ipsam Ecclesiam sanctæ *Mariæ* infra castellum, statuens ibidem *xii.* Canonicos seculares, & unum Decanum, conferens eisdem & approprians omnes Ecclesias *Leicestriæ* præter Ecclesiam S. *Margaretæ*, quæ non erat suæ ditionis, eo quod fuit & est præbenda Ecclesiæ *Lincolniensis*, cum quinq; carucatis terræ, ex parte boreali civitatis, & aliis possessionibus in ipsa civitate, & cum omnibus Ecclesiis de soca de Schepsheved, & Walso, & pluribus aliis Ecclesiis, redditibus, & possessionibus. fo. 181. a.

Ipso

Ipso quoq; *Roberto* defuncto, successit ei *Robertus* le Gotzon, filius & hæres ejusdem; & de consilio domini *Alexandri*, tunc Episcopi *Lincolniæ*, & aliorum discretorum, fundavit Abbathiam istam de *Pratis Leicestriæ*; transferens possessiones & prebendas dictæ Ecclesiæ S. *Mariæ* de Castro, cum omnibus aliis redditibus & possessionibus suis, in usum Canonicorum istius Abbathiæ; largiens & approprians eisdem, tam per se, quàm per suos, plures alias Ecclesias, redditus & possessiones, cum una carucata terræ in *Leicestria* jacente ad cuneos monetæ, cum prato adjacente, usq; Marstike, & aliis pertinentiis suis. Qui quidem *Robertus*, de consensu *Amiciæ* uxoris suæ, sumpsit in Abbathia ista habitum nostræ religionis; vivens justè & sanctè quindecim annis & amplius. Ipsa quoq; *Amicia* uxor sua Sanctimonialis apud Eton est effecta.

Isto *Roberto* Fundatore nostro defuncto, successit ei in hæreditarem *Robertus* filius ejus, & vocabatur *Robertus as Blanches meyns*; qui *Robertus* accepit in uxorem *Petronillam* filiam *Hugonis* de *Grantmenyl*, cum Honore de Hunkelee, & aliis possessionibus ipsius *Hugonis*, quas habuit in *Anglia*; Et extunc primò Honor de Hunkelee est conjunctus comitatu *Leycestriæ*; Et ex dicta *Petronilla* genuit tres filios, & duas filias; scilicet *Robertum*, qui vocabatur *Robertus* filius *Petronillæ*, ad differentiam prædictorum; & qui successit patri suo in hæreditatem; sed nullum habuit hæredem de se genitum; & *Willielmum* leprosum, secundum filium; Et *Galfridum* Episcopum *Sancti Andreæ* in *Scotia*, tertium filium; Et *Amiciam* primogenitam filiam, & *Margaretam* juniorem.

Illo quoq; *Roberto as Blanche meyns* in redeundo de terra sancta defuncto, & apud *Duras* in partibus transmarinis sepulto, successit ei prædictus *Robertus* filius suus & hæres, vocatus filius *Petronillæ*, in hæreditatem. Ipso quoq; sine hærede defuncto, divisa est hæreditas inter prædictas sorores, *Amiciam* & *Margaretam*, eo quod dicti duo fratres sui fuerant jam defuncti; & *Amicia* desponsata fuit domino *Symoni* de *Montefortis*, patri illius *Symonis*, qui moriebatur apud Evesham. Et *Margareta* desponsata fuit *Sayero* de *Quincy*; & facti sunt duo comitatus, scilicet de Leicester & Wyncester, de Comitatu *Leycestriæ* priùs integrè existente.

Adhuc de fundatione ejusdem, & progenie Fundatoris.

ExChron. M. S. Hen Knyghton in bibl. Cotton. Lib. 2. cap. 2.

Robertus Comes *Mellenti* venit cum *Willielmo* (conquestore) in *Angliam*; cui *Roberto* datus est Comitatus *Leicestrensis*. Iste *Robertus* reædificavit Ecclesiam S. *Mariæ* de castro *Leycestrensi*, & posuit in eadem Canonicos seculares, & restituit eis terras, possessiones & Ecclesias.

Robertus Bossu, filius ejusdem *Roberti* de *Mellent*, de consensu *Alexandri* Episcopi *Lincolniensis*, Anno gratiæ *MC. lii.* fundavit Monasterium beatæ *Mariæ* de *Pratis Leycestriæ*, in honorem *Assumptionis* ejusdem gloriosæ Virginis; & de Ecclesiis, terris, & possessionibus antedictorum Canonicorum secularium, cum multis aliis supererogatis, tam Ecclesiis, aliisq; possessionibus & redditibus luculenter dotavit, & eas in usum Canonicorum regularium transformavit; qui etiam in eodem Monasterio, de consensu *Amiciæ* uxoris suæ, Canonicus regularis factus est, & annis *xv.* in habitu regulari ibidem Christo militans, Canonicus vitam finiens, obdormivit in pace, in latere ibidem Chori dextro sepultus, scilicet anno gratiæ *MC Lxvii.*

Iste *Robertus* fundavit Abbathiam de *Gerendonâ*, Monachorum; & Monasterium Sanctimonialium de *Etonâ*, in quo *Amicia* uxor ejusdem *Roberti*, ex mutuo assensu viri sui, facta est Sanctimonialis, de residuo vitæ suæ Deo serviens; undè ipse factus est Canonicus regularis, & illa Sanctimonialis.

De fundatione & dotatione ejusdem.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis; Notum sit omnibus Sanctæ Dei Ecclesiæ filiis, præsentibus & futuris, quatinus ab Incarnatione Dominini, anno *M.C. vii.* regnante *Henrico* rege *Anglorum*, *Robertus* Comes *Mellenti* Consulatum *Leicestriæ* adeptus, ibi in honore Sanctæ Dei genitricis *Mariæ*, & omnium Sanctorum veneratione pro anima *Willielmi* Regis *Angliæ*, expugnatoris *Anglorum*, ejusq; uxoris *Matildis* Reginæ, & eorum filii *Willielmi* secundi Regis; atq; in futura memoria animæ *H.* Regis & ejus uxoris Reginæ *Matildis* secundæ, & pro eorum liberis; & pro anima *Rogeri* de *Bellomonte*, & ejus uxoris *Adelinæ*, & pro seipso & sua uxore *Elizabetha*, & eorum filiis; & pro anima fratris sui *Henrici* Comitis; & pro anima *Albredæ* sororis suæ, Abbatissæ; & pro animabus omnium, *Henrici* Regis & aliorum prædecessorum, & fidelium defunctorum, Ecclesiam reædificavit, in qua Canonicos, & Decanum, & eorum Capitulum, concessu Regis *H.* & *Roberti* Episcopi *Lincolniensis* Ecclesiæ Canonicè disposuit: Ad quorum victum statuit omnia, quæ eadem Ecclesia antiquitùs habuerat, in terris, & decimis, & omnibus suis consuetudinibus, re-conformatis eisdem in dedicatione ipsius Ecclesiæ per *Robertum* Episcopum *Lincolniensem*. Præter hæc donavit eidem Ecclesiæ ad pontem de Nath quinq; carucatas terræ, & octo mansiones hominum; & in alia parte Civitatis tres virgatas terræ, & tres bovatas terræ: Et idem de suo proprio redditu Civitatis *Legreceestriæ* sex libratas per annum, & extra civitatem *Legeceestriæ* Ecclesiam *omnium Sanctorum*, & Ecclesiam beati *Petri*; & Ecclesiam Sancti *Martini*, quæ *Radulfus Pincerna* dedit prædictæ Ecclesiæ in augmentum Prebendæ; & Ecclesiam de *Lileburna*, cum terris, & decimis omnibus eidem Ecclesiæ pertinentibus, & sexaginta solidos per annum de redditibus *Lilleburnæ*: & *Radulfus Pincerna* dedit prædictæ Ecclesiæ S. *Mariæ* triginta solidos per annum in Bingesset, & in *Tormodestuna*.

Car. antiq. CC. n. 23. 1107.

Vide etiam Cart. Antiq. CC. n. 21.

Robertus Comes *Mellenti* donavit sanctæ *Mariæ* tres carucatas terræ, & unam virgatam terræ, & molendinum de ponte **Noath**, ad vestitum infirmorum in custodia Canonicorum commendavit, & in **Burtona**, *Isabella*, Comitissa. [*Ab hinc Recordum laceratur.*]

Carta Regis Henrici *secundi, Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Cart. 10. E. 3. m. 2. n. 1. per Inspex.

Vide etiam Cart. 11. E. 2. n. 10.

H Rex *Angliæ* Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiscopis, (&c.) salutem. Sciatis me concessisse & in perpetuam elemosinam confirmâsse Deo & Ecclesiæ S. *Mariæ* de prato *Leircestriæ*, & Canonicis regularibus ibidem Deo servientibus, quicquid *Robertus* Comes *Leircestriæ* eis dedit vel daturus est in terris & Ecclesiis, & decimis, & omnibus aliis rebus; & quicquid alii eis rationabiliter dederunt vel daturi sunt. Ex dono videlicet prædicti Comitis *Roberti Leyrc.* ipsum locum in quo Abbatia fundata est; & Ecclesiam S. *Mariæ* de Castello *Leirc.* cum omnibus præbendis & possessionibus ejusdem Ecclesiæ; & cum omnibus pertinentiis suis, sicut *Robertus* Comes *Mellend* prædictæ Ecclesiæ olim concesserat; & cæteras omnes Ecclesias *Leircestriæ* & Ecclesiam de **Cossebi**, quæ pertinet ad Ecclesiam S. *Augustini* de *Leircester*, cum omnibus rebus prædictæ Ecclesiæ pertinentibus: Et extra portam de **Noat** de **Leircestre**, sex carucatas terræ & dimidiam, cum illa quæ olim jacebat ad cuneos monetæ, & octo mansiones: Extra portam de **West** septem virgatas terræ & unam bovatam. De redditibus *Leircestriæ* sex libras per annum, & omnes domos quas *Gubertus* Decanus tenebat ad portam de **Suth**. Et decimam pullorum de equaria Comitis, & totum molendinum juxta Abbaciam, cum soca & prato adjacente; Et Ecclesiam de *Lilleburna* & quadraginta solidos de redditibus ejusdem villæ; Et Ecclesiam de *Segenheva*; & omnes Ecclesias de eadem soca; & decimam denariorum de redditibus; & decimam de pasnagio in eadem soca; & Ecclesiam de **Brackele**, cum Capellis de **Alson** & de **Sigresham**, cum omnibus pertinentiis suis, & cum decimis denariorum de redditibus de **Brackele**, & de soca de **Alson**; & Ecclesiam de **Farningehou**, cum pertinentiis suis; & in **Turnodestone** tres carucatas terræ & tres virgatas terræ.

In **Burtone** unam virgatam terræ, & totum manerium de **Assoudeby**, cum Ecclesia & cum molendinis, & cum omnibus pertinentiis suis. In **Sedgrave** sex carucatas & tres bovatas terræ, & Ecclesias de **Knapetoft**, & **Croxsby**, & de **Turneby**, & de **Tainguath**, & de **Stantona**, & de **Alnesdon**, & de **Wildestai** in *Berkeshir.*, cum omnibus pertinentiis suis; Et locum de **Stokkisord**, cum nemore & terra adjacente, sicut Comes *Leyrc.* eam escambiavit *Willelmo* de *Novomercato* pro **Witewich**. Et de *Ricardo Mallori* & de hæredibus suis quadraginta solidos pro terra de **Weltone**, & de **Trop**, & quatuor solidos in *Leircestria* de domibus *Godwini Bena*; Et sex exsarta de dono *Jocelini Marscaldi*. Ex dono *Willelmi* de *Aurcia* unam carucatam terræ, quæ vocatur *Anestaneslege*. Ex dono *Gaufridi* de *Turvilla* terram quæ vocatur **Pellebeu**. Ex dono *Aviciæ* Comitissæ, quatuor libratas terræ in **Overlaus**; scilicet nonam partem ejusdem villæ, cum pertinentiis suis. Ex dono *Ernaldi* de *Bosco* Ecclesiam de *Clistona*, cum Capellis de **Rokeby** & de **Watere**; & Ecclesiam de **Trop**, cum Capella de **Brantingby**, & Ecclesias de *Evintona*, & de *Humberstan*. Ex dono *Willelmi* de *Novomercato* & *Rogeri* de *Bordeni* Ecclesiam de **Langeton**, cum Capellis de **Trop** de **Tirlintone**. Ex dono *Ranulfi* Comitis *Cestriæ* Ecclesiam de *Barwa*, cum Capella de **Querendone**, cum terris, decimis, & omnibus pertinentiis suis, & cum illa carucata terræ, quam idem Comes de suo dominio in *Barewa*, & in *Querendona* accrevit eidem Ecclesiæ.

Ex dono *Rogeri* Comitis de *Warewich* Ecclesiam de **Norburch**, cum Capella de **Wountecote**, & cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Gaufridi* de *Dalby*, unam pratum in **Segeswold**. Ex dono *Rogeri* de *Watevilla* Ecclesiam de **Bultuntone**, cum Capellis & omnibus pertinentiis suis; & sex virgatas terræ in *Brancestra*. Et ex dono *Roberti* fratris ejusdem *Rogeri*, molendinum ejusdem villæ, cum terra & prato adjacente. Ex dono *Willelmi Avenel* villam **Cauketsbertam** totam, cum molendinis; & clivam ex altera parte aquæ, & viginti acras terræ in Campo de *Haddona*, & Ecclesiam de **Adestoke**, cum una carucata terræ in eadem villa. Ex dono *Henrici Tuschet* unam virgatam terræ in *Assevella*. Ex dono *Hugonis* de *Diva* & *Helewisiæ* uxoris ejus, duas partes decimæ garbarum de dominio de **Caham**. Item ex dono *Roberti* Comitis *Leyrc.* molendinum de *Belegrava*, & villam de *Stoltona* totam, præter terram *Radulphi Fridai*. Ex dono *Roberti* de *Syfrewast* medietatem Ecclesiæ de **Cestresham**. Ex dono *Willielmi Trikot* Ecclesiam de **Sharnebrok**; Ex dono *Ricardi* filii *Walonis* Ecclesiam de **Cinona**. Ex dono *Wil. Barre* Eccl. de **Billinges**. Ex dono *Willielmi* de *Sifrewast* Ecclesiam de **Billesdone**, cum Capellis de **Rolvestone**, & de **Gouteby**; & omnibus aliis pertinentiis suis. Ex dono *Thomæ Sorell* Ecclesias de *Thoreuona*, & de **Sigresham**. Ex dono *Roberti* Comitis *Leire.* Ecclesiam de **Aldeby** cum Capella de **Whetstan**, & omnibus aliis pertinentiis suis.

Ex dono *Willielmi* de *Lodbrok* Ecclesiam de **Blaby**, cum Capella de **Trop**, & omnibus aliis pertinentiis suis. Ex dono *Roberti Rabbaz* Ecclesiam de **Bivelingwaithe**: Ex dono *Roberti* de *Baresworth* & *Rogeri Cute* filii ejus Ecclesiam de **Bareswaith**, cum pertinentiis suis, & unam carucatam terræ in eadem villa. Ex dono *Rogeri Sampson* unam virgatam terræ in **Bareswaithe**. Ex dono *Reginaldi* de *Muslei* duas virgatas terræ in **Muslei**. Ex dono *Radulfi* de *Martivall*, filii *Ricardi* de *Martivall*, unam virgatam terræ in **Humberstan**. Ex dono *Roberti* de *Burtona* unam virgatam terræ in *Norona*. Ex dono *Walteri* le *Poher* Ecclesias de **Barkeby**, de *Hungertona* cum Capellis & omnibus aliis pertinentiis suis. Ex

dono

dono *Willielmi* de *Evermou* Ecclesiam de *Eitona*. Ex dono *Roberti Arabi* Ecclesiam de *Estwella*. Ex dono *Rob.* filii *Rad.* Eccl. de Hareſtan, & de *Knipstona*. Ex dono *Rob.* filii *Rob.* filii *Col*, Ecclesiam de Wolgrave, cum Capellis, terris, decimis & omnibus aliis pertinentiis suis. Item ex dono ipsius *Roberti* Ecclesiam de *Bitmeswella*. Ex dono *Hugonis* de *Hardena* Ecclesiam de Croddewurth, & Ermitagium & nemus de Berewode, cum molendinis & omnibus aliis pertinentiis suis. Ex dono *Gaufridi* de *Creft* unam carucatam terræ in Sutton. Ex dono *Roberti* de *Creft* unam carucatam terræ in Stoke. Ex dono *Radulphi* de *Turvilla* Ecclesiam de Creft. Ex dono *Osberti* de *Lementona* unam bovatam terræ in *Sugkeberga*.

Ex dono *Ricardi L'Abbe* Ecclesiam de Anlep & sex virgatas terræ in eadem villa. Item ex dono ejusdem *Ricardi*, & *Ricardi* filii *Philippi* unam carucatam terræ in Cumpyngham. Ex dono *Roberti* Comitis locum de Pinelade. Ex dono *Willielmi* de *Kileby* tres virgatas terræ in Kileby. Ex dono *Godefridi Patroc* quinq; virgatas terræ in Bitmeswella. Ex dono *Willielmi* de *Kereby* unam carucatam terræ in Theingworth. Ex dono *Radulfi Pincerna* Ecclesiam de Theingworth, cum pertinentiis suis. Ex dono *Willielmi* de *Loncastre* totum Manerium de Cokerham, cum Ecclesia ejusdem villæ cum Capella de Ellale, & cum omnibus aliis pertinentiis & libertatibus suis, sicut Cartæ prædicti *Willielmi* testantur: Ex dono *Radulfi* de *Quenebureh* Ecclesiam ejusdem villæ, cum terris, decimis, & omnibus aliis pertinentiis suis. Ex dono *Ricardi L'Abbe* unam virgatam terræ in *Lilleburna*. Ex dono *Galfridi* de *Dalby* tres virgatas terræ in eadem villa. Ex dono *Roberti* de *Cotis* unam virgatam terræ in *Fontona*. Quare volumus (&c.) His testibus, *Rogerio* Archiep. *Ebor.* *Roberto Lincoln.* Episc. Nigello *Heliensi* Episc. *Thoma* Cancellario, *Roberto* Comite *Leircestriæ*; *Regin.* Comite *Cornubiæ*. *Ricardo* de *Humez* Constab. *Henrico* de *Essex* Constab. *Ricardo* de *Lucy*, *Warino* filio *Geroldi* apud *Doveram*.

Carta Regis Johannis *Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Cart. 6. John. n. 44. J. Dei gratia (&c.) Sciatis nos concessisse & præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse in liberam, quietam & perpetuam elemosinam Deo & Ecclesiæ S. *Mariæ* de prato *Leirc.* & Canonicis regulariter ibidem Deo servientibus; ex dono *Roberti* Comitis *Leirc.* Fundatoris ejusdem Ecclesiæ, totum Manerium de Cnihtintone, quod eis dedit cum molendino & aliis pertinentiis & omnibus libertatibus suis, exceptis burgensibus infra muros *Leirc.* & citra ad idem feodum pertinentibus; & exceptis terris servientum suorum; scilicet *Roberti Bachelor*, & *Willielmi Oggeri*, & *Willielmi* filii *Godefridi*, in perpetuam elemosinam, liberam & quietam ab omni exactione & servicio seculari; ita quod hæredes sui acquietabunt hanc elemosinam erga dominum Episcopum *Linc.* de servitio unius militis, quod ei debent pro x. libratis terræ, quas tenuerunt in prædicto Manerio; scilicet Wlestrote, cum omnibus pertinentiis suis, quas *Robertus* Comes avus ejusdem Comitis dederat Ecclesiæ *Linc.* in escambium pro prædicto Manerio de Cnihtintone & suburbio *Leirc.* cum pertinentiis suis: Quas etiam terras præfatus Comes filius *Petronillæ* assensu prædicti Episcopi & Capituli *Linc.* dedit prædictæ Ecclesiæ & Canonicis *Leirc.* pro terris suis de Esgarby & de Segrave cum pertinentiis suis, quas assensu eorundem Canonicorum dedit Ecclesiæ *Linc.* pro pace reformanda inter ipsum & Ecclesiam *Linc.* super prædicto Manerio de Cnihtinton & suburbio *Leirc.* cum pertinentiis suis. In quo Manerio & suburbio concessit prædictæ Ecclesiæ & Canonicis *Leirc.* quicquid in eis habent. Præterea concessimus & confirmavimus eisdem Canonicis *Leirc.* in liberam, quietam & perpetuam elemosinam, ex dono prædicti Comitis filii *Petronillæ* cum corpore suo xxxiij. virgatas terræ in Anesty cum hominibus & aliis pertinentiis suis, & quatuor cottarios cum toftis suis in eadem villa, & pasturam inter duas vias in defenso *Leirc.*; scilicet inter viam de Groby, & viam de Anesty ad averia sua pascenda, & i. carectatam ligni cotidie in foresta *Leirc.* in perpetuum ad focum domus Infirmariæ Canonicorum *Leirc.* cum aliis tribus carectatis suis, quas ex donatione avi sui prius habuit, sicut Cartæ prædictorum donatorum, quas inde habent, rationabiliter testantur. Quare volumus (&c.) Dat. per manum *J.* de *Well.* apud *Wigorn.* xxiiij. die *Marcii* anno (&c.) vj.

Carta Roberti *filii* Radulphi *de Ecclesiis de* Cnipeton & Arestone.

UNiversis Sancti Dei Ecclesiæ fidelibus, *Robertus* filius *Radulfi* salutem. Notum sit universitati vestræ, quod ego *Robertus*, pro anima patris mei & matris meæ, & pro anima *Avelinæ* conjugis meæ, & *Willielmi* fratris mei, & pro animabus parentum & amicorum meorum, in perpetuum, concessi, & dedi Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de *Legreceſtria*, & Canonicis regulariter ibidem Deo servientibus Ecclesiam de Cnipeton, & Ecclesiam de *Arestona*, cum terris & decimis & mansuris, & omnibus pertinentiis, & hoc concessu *Willelmi* filii & hæredis mei, & *Roberti* filii mei, & *Gervasii* filii mei; ita tamen quod idem *Gervasius* teneat de prædicta Ecclesia Sanctæ *Mariæ* de *Legreceſtria* prænominatas Ecclesias liberè & quietè quamdiu vixerit. Volò autem & firmiter constituo, ut prædicta Ecclesia S. *Mariæ* & Canonici has prænominatas Ecclesias benè & in pace, liberè & quietè & honorificè teneant, cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus, quæ ad easdem Ecclesias pertinent, & cum omni libertate & communitate pasturæ utriusq; villæ. Hiis testibus, *Roberto Lincolniæ* Episcopo. *Roberto* Comite *Legreceſtriæ*, *Roberto* de *Creft*, *Juone* de *Harcurt*, *Willielmo Basset*; Magistro *Edmundo*. Magistro *Bernardo*, *Willielmo* Capellano,

Ex autographo in officio Armorum.

llano, *Hugone* de *Blibi*; *Gunifredo* Presbitero. *Gervasio* filio *Turgis*, *Roberto* filio *Suani*, *Walcelino*, *Johanne* & *Willielmo* scriptoribus, *Hugone* de *Bedeford*, *Abei* filio ejus, *Willielmo* Dispensatore, *Rogero*, *Johanne*, *Petro* famulis Abbatis.

PRIORATUS

Canonicorum de Grimesby, in agro Lincolniensi.

Carta Regis Henrici *secundi donationem Regis* Henrici *avi sui confirmans, &c.*

Carta E. Symon. 26. per inspex.

Willelmus Parvus R. 2. parum. tus Ecclesiæ 4. S. p. 2. m. 4.

Vide obligatoriam. Feb. 18.

Ex Pat. 3. Hen. p. 2. m. 4.

Ex Pat. 29 Hen. 6. p. unicam. m. 20.

HEnricus Rex *Angliæ* & Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ* & Comes *Andegaviæ*, Archiepiscopis, &c. salutem. Sciatis me dedisse & concessisse & confirmâsse Deo & Ecclesiæ sancti *Augustini* de Grymesby & Canonicis ibidem Deo servientibus, locum ubi sita est Abbatia qui dicitur Wellhowe. cum omnibus pertinentiis & appendentiis suis, cum fontibus, & aquis, & stagnis, & vivariis, virgultis, & ortis, & pratis, & pasturis, & molendinis, & mariscis adjacentibus; & Ecclesiam sancti *Jacobi* in Grymesby, cum omnibus pertinentiis suis; & totam terram quam ipsi ædificaverunt in villa de Grymesby de waste: Et Ecclesiam de Clee, cum omnibus pertinentiis suis. Et concedo & confirmo prædictis Canonicis decimum denarium decoctæ firmæ Maneriorum meorum de Laisby, Grymesby, & totam decimam piscium de portu meo de Hanflet, in puram & perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ & omnium antecessorum meorum, & stabilitate Regni mei, sicut *Henricus* avus meus eis dedit & concessit, & Cartis suis confirmavit.

Concedo etiam & confirmo prædictis Canonicis Ecclesiam de Tetenay, cum omnibus pertinentiis suis; & decem libratas terræ in Tetenay, & Humberston; & Ecclesiam de Utteft, cum omnibus pertinentiis suis, quæ Comes *Ranulfus* eis dedit & concessit & Cartis suis confirmavit. Et Ecclesiam de *Riebi*, cum omnibus pertinentiis suis, ex donatione *Galfridi Traffebut*. Et Ecclesiam de Catebi, cum omnibus pertinentiis suis, & omnes alias donationes quæ eis factæ fuerunt tempore Regis *Henrici* avi mei & postea in burgo meo de Grymesby, & extra; in Ecclesiis, & in decimis, & in terris, & in toftis, & in pratis, & in mariscis, & in omnibus rebus. Et volo & firmiter præcipio, quod prædicti Canonici & omnes successores eorum habeant & teneant omnes terras & redditus & possessiones; & homines sui omnimodas res suas liberè & honorificè, cum *sacu* & *socu*, & *tol*, & *them*, & *infangthef*, & omnibus libertatibus, consuetudinibus & quietanciis, in bosco & plano, in pratis & pasturis, in viis & semitis, & aquis & molendinis, in burgo & extra burgum, & in omnibus locis solutas, liberas & quietas de sectis & de sires & de murdre & wapentace, & placitis, & querelis, & summonitionibus, & faciendis ..... & pecunia danda pro forisfacto de murdro, & libero plegio & scutagio, & geldis & ..... & tailagiis & de operationibus Castellorum & Parcorum & pomariorum fossatorum & ..... de omni theolonio, pagagio, & pontagio, & stallagio, ... & de omni seculari servitio & exactione, & omnibus occasionibus & consuetudinibus secularibus, excepta solâ Justitiâ mortis & membrorum. Et volo & firmiter præcipio quatenus protegatis & defendatis, & custodiatis eis & omnes res suas tanquam meas, quæ sunt de mea propria & speciali elemosina. Et prohibeo ne ponatis, ne poni permittatis eos vel homines eorum in novam consuetudinem, neq; in placitum nisi coram me. Et si quis eis vel hominibus eorum aliquam injuriam vel molestationem intulerit, vos sine dilatione eis rectum faciatis. Teste *Thoma* Cancellario Regis & aliis, &c.

PRIORATUS

S. Thomæ Martyris juxta Stafford.

De prima Fundatione ejusdem.

Ex pervetusto Rotulo MS. in bibl. Hattoniana 1640.

——VIdic *W.* (scilicet *Waltero Durdent*) apud *Coventriam* sepultus est. Ricardus *Peche*, ad quem successit electionem L. Prioris & Monachorum *Coventriæ*, & apud *Coventriam* intronizatus, sed non sepultus; Sepultus est enim apud Stafford in Ecclesia quam ipse struxerat in honore beati *Thomæ Martiris*, ubi habitum Canonicorum regularium susceperat, in quo habitu sepultus est; Nam allata sunt pontificalia ejus per *G. Peche* consanguineum suum Monachum apud *Coventriam*, sicut ipse Episcopus disposuerat.

Carta

Carta Gerardi *de* Stafford, *filii* Brienni, *de terra de* Akenesford.

Ex cod. MS. Collectaneorum *Sampsoni Erdswike*, nuper de Sandon in Com. *Staff.* arm. in bibl. Dunelm. p. 66.

SCiant, tam præsentes, quàm futuri, quod ego *Gerardus* de *Stafford*, filius *Brieni*, dedi & concessi in puram & perpetuam elemosinam Deo & St. *Mariæ* & beato *Thomæ* Martyri, & Canonicis Deo & S. *Thomæ* regulariter servientibus, totam terram meam, quam tenui de Episcopo *Cestrensi*, quæ est ultra aquam de Berkeswiche, scil. Akenesford, usq; ad Wythedenesslade in longitudine; & in latitudine à viâ de Mirale usq; aquam de Dowe; & de aqua quantum spectat ad illam terram. Hanc autem terram, pro salute animæ meæ, & uxoris meæ, & parentum nostrorum, dedi & concessi Canonicis, quæ *Albinus* Abbas de Derby tradidit mihi, ad serviendum ibi Deo & S. *Mariæ*, & S. *Thomæ*, liberè & sine subjectione alterius domus; illis nominatim, & omnibus illis, qui cum illis & post illos ibidem Deo servient Canonicè, concessi prænominatam terram debitam, & liberam & gratam: Ego autem ero advocatus eorum, & protector memorati loci ..... ad nocentiam domus contra consilium fratrum.

Carta Roberti *de* Ferrariis *Comitis* Derbiæ *de duobus messuagiis in* Terteleye, *& advocatione Ecclesiæ de* Stone.

Pars E. 2. p. m. 2 super Inspex.

OMnibus has literas visuris vel audituris, *Robertus* de *Ferrariis* Comes *Derbiæ* æternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse, fratri *Nicholao* Priori S. *Thomæ* martyris juxta Stafford, & ejusdem loci Conventui, in liberam puram & perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ, & animabus *Mariæ* & *Alianoræ* uxorum mearum; & pro animabus antecessorum & successorum meorum omnium, unà cum corpore meo, cum de me humanitus contigerit, apud S. *Thomam* sepeliendo, duo messuagia in villa de Terteleye in Com. *Staff.* cum *xvii.* acris terræ; & advocatione Ecclesiæ de la Stone extra Terteleye, cum omnibus pertinentiis suis; videlicet unum messuagium quod *Nicholaus* messor aliquando tenuit, juxta messuagium quod *Rogerus* filius *Liue* aliquando tenuit, & aliud quod *Willielmus Gardinarius* aliquando tenuit, ex opposito ulmi, cum ædificiis, gardinis & & ortis ad dicta messuagia spectantibus; & *xvii.* acris terræ, quarum una se extendit à gardino dicti messuagii quod *Nicholaus Messor* aliquando tenuit. (&c.) Tenenda & habenda dictis Priori & Conventui & successoribus suis in liberam, puram & perpetuam elemosinam, liberè, quietè (&c.) His testibus, dominis *Johanne* de *Chetewind*, & *Philippo* de *Chetewind* militibus; Domino *Reginaldo* Rectore Ecclesiæ de *Leyg. Thoma Meverel* de Gaveton; *Radulpho* de *Moneye*, *Rogero* de *Mercintone*, *Ricardo Parcario* de Tertele, (&c.) & aliis.

PRIORATUS

de Novo-loco *infra Forestam de* Shirewood, *in agro* Notinghamensi.

Carta Regis Henrici *secundi, de Fundatione ejusdem domus.*

Ex cartulario de Newstede penes *Joh. Biron* de balneo militem a 1640.

Vide etiam Pat. 24. E. 3. p. 3. m. 20.

Henricus Rex *Angl.* & Dux *Normaniæ*, & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiscopis, Episcopis Comitibus, Baronibus Justiciariis, Vicecomitibus, & aliis Ministris, & fidelibus suis totius *Angliæ* salutem. Sciatis me concessisse & dedisse Deo & S. *Mariæ*, locum quem fundavi in *Scirwode*; & præsenti Cartâ confirmâsse eundem locum Canonicis ibidem Deo servientibus; & Paplewic, cum Ecclesia ejusdem villæ, & molendinum quod ipsi Canonici fecerunt, & cum omnibus ad eandem villam pertinentibus, in bosco & plano, cum prato de *Besewode* de longo in longum aquæ. In Screpewic & Waltrughaut Centum solidatas terræ. In Nottingham, ex dono *Roberti Cauz* & *Johannis Coci* terras quas dederunt præfatæ elemosinæ meæ, sicut Chartæ eorum testantur, cum cæteris omnibus, tam in tertis, quàm in aliis rebus, quæ rationabiliter datæ sunt eis vel dabuntur. Quare volo & firmiter præcipio, quod præfati Canonici mei omnia tenementa sua teneant benè & in pace, liberè & quietè, integrè & honorificè, in bosco, & plano, in pratis, & pascuis; in aquis & molendinis, in viis & semitis, & in omnibus locis, tam in burgo, quàm extra burgum, liberam, & quietam de Geldo, & Danegeldo, & auxiliis, & Wapentachiis, & Sciris, & Murdris, & Scuagiis, sumonicionibus, & occasionibus, & omni terreno servicio & seculari exactione. Et volo, ut præfati Canonici sint quieti & liberi à Theoloneo, & omni consuetudine per totam terram meam *Angliæ*: Et prohibeo ne quis super hoc eos disturbet, aut aliquam injuriam vel contumeliam eis faciat. Hæc omnia concessi & dedi pro anima *H.* Regis avi mei, & pro anima patris mei, & pro meipso, & pro omnibus fidelibus meis, tam vivis quàm defunctis. Teste *Gaufrido* Archidiacono *Cantuariensi*; *Henrico* Camerario filio *Gerardi*, *Manasseto Biset*, *Reginaldo* de *Curtney*; *Jocelino* de *Bailliolo*, *Willielmo* de *Ostill* apud *Clarendon*.

Carta

De Vastis de Bygell & Ravenshede.

Adhuc ex præfato Cartulario.

MEmorandum quod Rex *Henricus* secundus, filius Imperatricis fundavit Monasterium *Novi-loci* in Shirewode Canonicorum Regularium; & dedit eis villam de Papilwyke & Ecclesiam ejusdem, cum longis & largis vastis circa dictum Monasterium infra Forestam suam. Quæ vastæ, in antiquis Cartis vocantur Bygell & Ravenshede. Concessit etiam præfatis Canonicis plenum visum Franci plegii, cum multis aliis privilegiis, ut patet per Cartas ejusdem. Dedit etiam eisdem pratum prout jacet inter Balkwod & Leene, de longo, in longum; & illud tenere clausum fossis & sepibus & haia, secundùm assisum Forestæ. Dedit etiam eis unum parcum decem acrarum, secundùm mensuram pedis Forestæ juxta situm Monasterii prædicti. Habendum & tenendum clausum, prout meliùs ei placuerit extra visum viridariorum, Regardarorum, Forestariorum, & omnium aliorum officiariorum dictæ Forestæ, prout patet per Cartas ejusdem. Dedit etiam dictus Dominus Rex præfatis Canonicis in prima fundatione, campum terrarum arabilium vocatum Abbay felde, jacentem inter villam de Papilwyke, & Monasterium prædictum, & illum tenere clausum cum fossis, sepibus, & haia secundùm assisam Forestæ. Super cujus caput juxta villam de Papilwyke, Canonici dicti Monasterii fecerunt Grangiam, & illum Campum semper tenuerunt sibi separabilem, & in Monasterii propriâ agricultura, & adhuc tenent ad voluntatem usq; ad præsens tempus; qui est de propriis dominicis terris, & extra coopertum Forestæ.

Item bundæ dictorum vastorum de Bygbell & Ravenshede istæ sunt, videlicet. Bygbell incipit subtùs Byrkebydykes, ex parte occidentali, citra grangiam Monasterii, & ascendit ad Bygate versùs boream, quæ transit ad Ure pytes de Byrkeby; & tunc versùs orientem ad Chapman Crosse, & ad caput de le Swyncotedale; dimittendo Hegh-welles, & Whil. Huntshills ex parte boreali, & sic descendendo usq; Newstede-crosse, quæ situatur inter Newsted & Blythworthe, & sic descendendo per Thefe-styghe, usq; Papilwykegate, quæ est alta via à Paplewyke usq; Blythworth; & sic finit Bygell. In quo continentur diversa loca hiis nominibus nuncupata; videlicet, Incipiendo à Byrbeldykes primò, est unus boscus vocatus Dapplwendales, usq; Chapman Crosse, deinde alius boscus vocatus Swincotedale. Item alius boscus, qui vocatur Knightcrosse. Item alius boscus vocatus Candelstykcoke. Item alius boscus vocatus Cybpittes. Item alius boscus vocatus Robynhill. Item alius boscus vocatus Stonyhill & Bukhill. Omnes isti bosci, cum aliis magnis vastis continentur in præfata bunda, vocata Bygell.

Ravenshede incipit ad viam prædictam quæ jacet à Papilwyke ad Blythworthe, per concavam viam versùs orientem, quæ vocatur Thefestyghe, quæ tendit ad viam regiam, quæ vocatur Nottinghamgate; per quam transiendum est, dirittendo Sampsonwode à sinistris, usq; ad clyvum montis de Arnale, sic transiendo per Longedale usq; haiam de Beskwode; & sic procedendum est per dictam haiam usq; Walterfall; & usq; Leene bounde ultra viam regiam, quæ jacet inter Papilwyke & Notingham, & sic à Leene bounde per fossam usq; Conyngesthedefoath, & per aquam de Leene usq; villam de Papilwyke.

In quo continentur hæc diversa loca hiis nominibus nuncupata; videlicet incipiendo à via prædicta, quæ jacet à Papilwike ad Blythworthe ibidem est unus locus vasti, qui vocatur Shytermerpole. Alius locus magni vasti, qui vocatur Calvedyke. Item alius locus magni vasti qui vocatur Papilwyk bromes cum Hoxmerepole & Bromehagge. Item alius locus vocatus Lowse grese, cum Stankerhill versùs Beskwode; Item alius locus vocatus Wellsprynges juxta Cornettum de Haydale, qui jacet cum Papilwykemore, & quodam loco vocato Conyngesthede. Omnia hæc loca continentur in præfata bunda, vocata Ravenshede, & pertinent Monasterio *Novi loci* prædicto ex donatione præfati Regis *Henrici* secundi, & de antiqua fundatione Monasterii prædicti, ut satis patet omnibus vicinis dictæ Forestæ, & per Cartas dicti Regis.

Johannes Dei gratia, &c, Sciatis nos concessisse, & præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de *Novoloco* in Schirewde, quam Rex *Henricus* pater noster, & nos fundavimus, & Canonicis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ nostræ & animarum antecessorum & hæredum nostrorum in perpetuam elemosinam, ex dono prædicti Regis *H.* patris nostri, eundem locum quo prædictam Eccl. fundavit, cum Papelwic & Eccl. ejusdem villæ, & molendino quod ipsi Canonici fecerunt, & cum omnibus ad eandem villam pertinentibus, in bosco, & plano, cum Rigel, & Ravenesheved, & prato de Beschwde, de longo in longum aquæ. Et Ecclesiam de Pokenehale, cum pertinentiis suis, & centum solidatas terræ in Sepewic, & in Walcringeham. Præterea ex dono nostro, dum essemus Comes Norton, septem libratas terræ & sex denariatas terræ, cum omnibus pertinentiis suis in Walcringeham, & in Bisterton, & in Sepewic, & in Walcret, in puram & perpetuam elemosinam, præter prædictas centum solidatas terræ, quas præfatus Rex pater noster, eis antea dederat in præfatis villis, sicut Carta ejusdem Regis, & Carta nostra, quàm eis inde fecimus, cum essemus Comes Norton, quas habent, rationabiliter testantur. Quare volumus, (&c.) Datum per manum *Joselini* de *Welles* apud Wludestoke *xxvi.* die *Martii* anno Regni nostri sexto.

Cart. 6. Joh. n. 42.

Licen-

Licentia Regis Edwardi *secundi pro appropriatione Ecclesiæ de* Egmanton.

Pat 9. E. 2. p. 1. m. 2.

REx omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis quod de gratia nostra speciali concessimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Christo Priori de *Novo-loco* in Shirewod, & Conventui ejusdem loci, quod ipsi Ecclesiam de Egmanton, in diocesi *Eboracensi*, quæ est de Advocatione sua propria, appropriare, & eam appropriatam in usus proprios tenere possint, sibi & successoribus suis imperpetuum, sine occasione vel impedimento nostri, vel hæredum nostrorum (&c.) T. Rege apud Clypeston *xxxi.* die *Febr.*

PRIORATUS

de Hickling *in agro* Norfolciensi.

Carta Regis Johannis *Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Cart. 5. Joh. m. 15. n. 117.

JOhannes Dei gratia (&c.) Sciatis nos concessisse & præsenti Cartâ confirmâsse rationabilem donationem, quam *Theobaldus* de *Valeines* fecit Ecclesiæ Dei & S. *Mariæ* & S. *Augustini*, & *omnium Sanctorum* de Hikeling, & Canonicis ibidem Deo servientibus, de terra sua de Arlum; & de reliqua parte terræ, quam ibidem habuit. Et de Ecclesia de Hikeling, & de Ecclesia de Perham & de Ecclesia de Haketon, cum omnibus pertinentiis suis: Concedimus etiam eis & confirmamus rationabilem donationem quam *Will.* de *Muntchanesy* eis fecit de tota terra sua de Crneslund, & de *iiii.* acris communæ pasturæ in eadem villa; & de via habenda super eandem pasturam. Præterea concedimus eis & confirmamus rationabilem donationem quam Magister *Robertus* de *Waxtunesham* eis fecit de advocatione medietatis Ecclesiæ S. *Johannis* de *Waxtunesham.* Concedimus etiam eisdem & confirmamus rationabilem donationem, quam *Henricus* de *Flet* eis fecit super advocatione medietatis ejusdem Ecclesiæ de Waxtunesham. Quare volumus (&c.) Dat. per manum S. *Beverl.* (&c.) apud *Westm. xxvi.* die *Jann.* anno (&c.) quinto.

Carta Theobaldi *de* Valoines, *&* Aviciæ *uxoris ejus, de Ecclesia de* Dittona.

JOhanni Dei gratia Episcopo *Norwicensi*, *Theobaldus* de *Valoines* & *Avicia* uxor ejus salutem. Sciatis nos concessisse & ha præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & S. *Mariæ* & Ecclesiæ Sancti *Augustini* & *omnium Sanctorum* de Hikeling & Canonicis ibidem Deo servientibus, Ecclesiam *omnium Sanctorum* de *Dittona* cum pertinentiis, in puram & perpetuam elemosinam, pro salute nostra & hæredum & parentum nostrorum; & pro animabus patrum & matrum nostrorum (&c.) Et ut hæc nostra donatio & concessio firma & stabilis permaneat, ego *Avicia* de *Valoines* ad quantum similem donationem Domini mei *Theobaldi* de *Valoines* pertinet, illi donationi sigillum meum, cum sigillo Domini mei *Theobaldi* de *Valoines*, omni occasione postpositâ, apponi curavi. Test. (&c.)

Ex cod. MS. in bibl. *Cotton.* [sub effigie *Vitellii.* F. 4.]

STONELEY *Prioratus*

in agro Huntendonensi.

STONELEY *Prioratus* D. Mariæ *Ord. S.* Augustini

GUlielmus *Mandevils*, Comes de Essex, primus Fundator. Rectoria de Kimmolton appropriata.

Lel. Collectan. vol. 1 p. 68.

THe Priorye of Chanons not farr out of Kimolton was, as I learnid, of the foundation of the Sigrame's. It was a house of seaven Channons.

Lel. Itin. vol. 1. fol. 2.

There lay in the Priorye few men of name buryed but of the Bigrame's and the Coniers. The name of the mannour place of the Bigrame's, being the name of them, yet remainith therabouts.

Id est.

CAnonicorum Prioratus haud procul à *Kimoltona*, à familia *Bigramorum*, ut dicitur fundabatur. Canonicorum septem numero domus erat. Ex viris eminentioribus pauci præter *Bigramenses* & *Conierenses* hic speliebantur. *Bigramorum* sedis seu Manerii nomen, ab eis acceptum, adhuc alicubi circa illa loca remanet.

PRIORATUS
de Modberley *in agro* Cestrensi.

Charta Fundationis ejusdem.

Ex Vet. Rotulo penès *Franciscum Trentham* de *Rowcest.* in Com. *Staff.* Ann. A. 1615.

UNiversis Sanctæ matris Ecclesiæ fidelibus, *Patricius* de *Modberleya* salutem: Noverit Universitas vestra, quod ego *Patricius*, pro salute animæ meæ & patris mei & matris meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum, dedi & concessi, & hâc Chartâ meâ, in puram & perpetuam elemosinam confirmavi, Deo & S. *Mariæ* & S. *Wilfredo*, & Canonicis regularibus in *Modberleya* Ecclesia perpetuo mansuris, totam illam medietatem Ecclesiæ de *Modberleya*, cum omnibus pertinentiis suis & aisiamentis & libertatibus & liberis consuetudinibus suis, quæ ad donationem meam pertinent. Et præterea dedi in incremento eidem medietati prædictæ Ecclesiæ & eisdem Canonicis; in puram & perpetuam elemosinam, de dominio meo in eadem villa, sex scilluns in Chirchecroft, & totam culturam, quæ est inter parvum rivulum & pratum de *Farneleia*, & inter Wallefchae, & viam quæ vadit ad *Farneleiam*; & totam *Duningcrofiham*; & totam culturam meam in Walefranefhull; & unam Salinam liberam in *Norwyco*, quam tenui de *Aytrope* de *Mulintone* & uxore ejus *Christiana*; salvâ & dimidiâ marcâ quam ei annuatim reddidi. Hæc omnia dedi, & in puram & perpetuam elemosinam confirmavi prædictis Canonicis & eorum successoribus sine ullo retinemento mihi vel hæredibus meis, libera & quieta ab omni servicio & exactione de me & hæredibus meis, & de omnibus hominibus; ita quod personæ alterius medietatis Ecclesiæ de Modberle, quæ non est de donatione mea, nihil juris poterint exigere in prædictis tenementis.

Et sciatis, quod concessi & assignavi prædictam elemosynam *Waltero* Canonico, & Canonicis ibidem Deo servientibus imperpetuum, hunc *Walterum* elegi & constitui primum Priorem in prænominata elemosina, assensu & auctoritate Domini G. *Coventrensis* Episcopi. Volo autem, & eadem Charta confirmo, quod Prior & Canonici prædicti loci faciant molendinum & vivarium ad opus suum proprium, ubicunq; benè viderint super terram suam in eadem elemosina. Quare volo, quod Prior & Canonici ejusdem loci, teneant hæc omnia prædicta, benè & in pace, liberè & quietè, in bosco & plano; in pratis & pasturis; in viis & semitis; in maris & in aquis, & in omnibus locis ubicunq; verò tempore pastionis mei dominici porci & hæredum meorum in boscis meis fuerint, concedo quod prædicti Canonici & eorum homines, porcos suos liberè sine pannagio, habeant, & ad omnia averia sua libertatem cum omnibus communionibus & eisiamentis prædictæ villæ, in boscis & ubique; ita quod homines Canonicorum ex toto sint Canonicis intendentes. Et volo, ut prædicti Canonici habeant curiam suam & omnes libertates suas, tam liberè, sicut ego meliùs unquam habui. Et concedo Canonicis ejusdem loci, ut decedentibus Prioribus ejusdem loci, habeant liberam potestatem eligendi, per se, quemcunq; voluerint, Priorem. Et ego & hæredes mei warantizabimus eisdem Canonicis omnia prædicta contra omnes homines. His testibus, Domino G. *Coventria* Episcopo, *Waltero* de *Salford* Capellano, & *Mathæo* Capellano; Magistro *Roberto* de *Insula*; Magistro *Simone* de *Derby*; Magistro *Elya* de *Chinele*; *Radulfo* de *Mainwaryn*, *Roberto Patric*, *Willielmo* de *Venables*; *Petro Clerico*, *Roberto* filio *Picoti*, *Lnulfo* Vicecomite; *Herberto* de *Pulford*; *Will.* de *Tabeley*, *Roberto* fratre suo; *Gilberto* Decano, *Bertramo* Decano; *Clemente* del *Wic*; Magistro *Hugone* & *Ranulpho* de *Frechesham*, & multis aliis.

PRIORATUS
de Spiney *in agro* Cantabrigiensi.

Carta Ricardi Aithilwald & Matildis *uxoris suæ, de fundatione & dotatione ejusdem mentionem faciens, & plurima dictum Prioratum tangentia ordinans.*

Clauſ. 7. H 5. in dorſo m. 17.

OMnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit indentatum, *Ric. Aithelwald* de *South*Creyk & Matilda uxor ejus, consanguinea & hæres dominarum de Wykes, *Beatricis Malebisse*, & *Mariæ* de *Bassyngburne*, fundatricium Prioratus de *Spineto*, salutem in domino sempiternam. Cum dicta domina *Beatrix* in prima sua fundatione dederit Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ*, & Sanctæ *Crucis*, quendam locum in territorio de Wykys, qui vocatur Spiney, & certa terras, prata, mariscum vocatum Frythen, jus patronatus Ecclesiæ parochialis de Wykys antedicta, cum communis & aliis libertatibus in puram & perpetuam elemosinam, ad sustentationem trium Canonicorum regularium. Ac etiam cum prædicta domina *Maria*, postea per finem in Curia Domini Regis tunc levatum, dederit Priori & Canonicis ejusdem loci certa terras, prata, gurgites aquarum, & redditus, in augmentationem prædicti numeri Canonicorum; *viz.*

ad

ad sustentationem quatuor Canonicorum divina celebrantium in Ecclesia dicti Prioratus; Ita quod post decessum vel cessionem alicujus prædictorum quatuor Canonicorum, Prior & successores sui qui pro tempore fuerint, habeant annum integrum ad supplendum numerum dictorum quatuor Canonicorum; Et cum postea prædicti Prior & Conventus concesserunt dictæ Dominæ *Mariæ* per factum suum, quod duo de Canonicis suis venirent singulis diebus ad Ecclesiam de Wykys divina ibidem celebraturi.

Insuper cum prædicta Domina *Maria*, pro salute animæ, & pro salute virorum suorum & parentum, antecessorum, hæredum & liberorum suorum postea per factum suum dedit eisdem Priori & Canonicis unum messuagium, *Lxii.* acras terræ arabilis, viginti quatuor acras prati, & quendam marisc'um vocatum *Frythsen in Upwer*, cum pertinentiis suis, & redditum tresdecim solidorum & quatuor denariorum ad inveniendum per annum septem hominibus debilibus & pauperibus in messuagio prædicto, domicilium competens, in quo possunt benè morari, & cuilibet eorum per diem unum panem precii unius quadrantis, & unum allec, & unum denariatum cervisiæ, inter ipsos septem pauperes participandum, & illis omnibus, prout decet, distribuendum, & cuilibet eorum per annum tres ulnas lineæ telæ, precii ulnæ duorum denariorum, & unum garmamentum laneum quolibet altero anno, precii duorum solidorum & sex denariorum, & quolibet Anno cuilibet eorum unum par sotularium, precii quinq; denariorum; & ad faciendum pro prædictis animabus tres participationes per annum, trium millium pauperum imperperuum computandas, per majus centum sexies vigint, cuilibet eorum unum panem, precii unius quadrantis, & unum allec participationem unius milliaris in purificatione beatæ *Mariæ*, aliam in die *Parasceve*, terciam in die *Anniversarii* ejusdem *Mariæ* fieri ordinavit.

Et quia onera prædicta & reprisæ eorundem terrarum & tenementorum temporibus modernis in multo excedunt valorem eorundem per estimationem, & extentam per probos & legales viros ejusdem villæ & vicinarum illarum, secundùm verum valorem factam, & fideliter probatum atq; declaratum est, nec dignum nec justum est, neq; meritorium esse discernitur, ipsos Priorem & Conventum onerari ultra verum valorem eorundem terrarum & tenementorum. Noveritis nos prædictos *Ricardum* & *Matildem*, caritatis intuitu, & in relevatione animarum prædictarum *Beatricis* & *Mariæ*, & omnium antedictorum; & etiam pro salute animarum nostrarum, remisisse & relaxâsse de nobis & hæredibus nostris imperpetuum quietum clamâsse, fratri *Thomæ* nunc Priori domus prædictæ & ejusdem loci Conventui, & eorum successoribus imperpetuum dictum iter & adventum duorum Canonicorum singulis diebus, ut præfertur, ad Ecclesiam de Wykys prædicta euntium, Concedentes pro nobis & hæredibus nostris, quod iidem Prior & Conventus & eorum successores de dictis itinere & adventu duorum Canonicorum ad Ecclesiam præfatam de Wykys, de cætero omnino sint quieti, & pro perpetuo exonerati absq; calumpniâ seu inquietatione nostri sive hæredum nostrorum, ac etiam omnia onera, impositiones & servicia supradicta per ipsas Dominas eis imposita, seu per Priores & Conventum ejusdem loci eisdem dominabus separatim & conjunctim ante diem confectionis præsentium concessa; Salvo semper nobis, & hæredibus meis dictæ *Matildis* jure patronatus ejusdem Prioratus. Et salvis semper quinq; Canonicis regularibus pro animabus dictarum dominarum *Beatricis* & *Mariæ*, & omnium prædictorum, & pro statu nostro dum vixerimus, & pro animabus nostris & hæredum nostrorum, dum ab hac luce migraverimus in Ecclesia dicti Prioratus divina celebrantibus; ita quod post decessum vel cessionem alicujus prædictorum quinq; Canonicorum Prior & Conventus & eorum successores habeant annum integrum ad supplendum numerum dictorum Canonicorum: Salvis semper etiam dictis septem pauperibus corrodiis suis; videlicet cuilibet eorum qualibet septimanâ imperpetuum septem panes precii cujuslibet panis unius quadrantis, & unam lagenam cervisiæ; precii unius denarii.

Et concedimus eisdem Priori & Conventui & eorum successoribus imperpetuum, meram & liberam electionem eorundem septem pauperum; ita quod post mortem vel cessionem alicujus dictorum pauperum, liceat eisdem Priori & Conventui & eorum successoribus alterum eligere, & ponere in locum suum, sine aliquorum contradictione. Remittimus etiam & relaxamus, per præsentes, eisdem Priori & Conventui & eorum successoribus prædicta onera, gravia & importabilia dictarum trium participationum de pane & allece, tribus vicibus per annum faciendarum; ita quod nunquam de cætero eas erogare teneantur. Et volumus quod pro eisdem participationibus faciant distributionem tresdecim solidorum & *iiii.* denariorum annuatim, quos percipient de Manerio de Wykys de auxilio bondorum; videlicet unam medietatem in die *Parasceve*; alteram medietatem, feria sexta ebdomade *Pentecostes*, maximè indigentibus de villis de Wykys, Saham, & Fordham; & quilibet, in quantum se extendit talis summa, habebit unum denarium imperpetuum, in cujus rei testimonium huic præsenti scripto indentato penès prædictos Priorem & Conventum prædicti *Ricardus* & *Matildis* sigilla sua apposuerunt, alteri vero parti penès præfatos *Ricardum* & *Matildem*, dicti Prior & Conventus sigillum suum commune apposuerunt. His testibus, *Johanne Ingelesthorp*, *Waltero Pool* militibus, *Johanne Wodhous*, *Will. Alyngtone*, *Rad. Bateman*, *Henr. Notyngham*, *Johanne Grace*, *Johanne Borle*, *Johanne Kyrkeby*, *Johanne Benet*, *Will. Pytevyn*; *Johanne Wylkyn*, & aliis. Dat. apud *Spinetum*, vicesimo sexto die mensis *Maii*, *viz.* in festo S. *Augustini*, Anglorum Apostoli, anno Regni Regis *Henrici* quinti, post Conq. sexto.

Licentia Priori & Conventui de Spinney, *dandi Prioratum suum, cum Ecclesiis, terris, &c. & omnibus pertinentiis, Prioratus de* Ely.

Pat. 27. H. 6. p. 2. m. 22.

REx omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis quod de gratia nostra speciali, concessimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Christo *Roberto* Priori Ecclesiæ sanctæ *Mariæ* & sanctæ *Crucis* de Spynney & ejusdem loci Conventui, quod ipsi Ecclesiam & Prioratum sanctæ *Mariæ* & sanctæ *Crucis* de Spynney, ac Manerium de Wyken, & Ecclesiam parochialem villæ de Wyken quæ prædicti Prior & Conventus, in proprios usus suos tenent; ac quatuor messuagia, quatuor decim tenementa, quatuor toftas, nongentas acras terræ, quadraginta acras prati, ducentas acras pasturæ, & unum mariscum vocatum Seggefen, & aliud mariscum vocatum Tankynsfreth, ac octo solidatas ac octo denariatas redditus, & redditum duorum quaternorum salis, cum pertinentiis in Spynney, Wyken, Caumbrigge, Snelyswell, Maschele, Gyherne, Neuton juxta Ledverington, & Elm: in Com. *Cantab.* necnon redditus quatuor modiorum salis in Thervngten in Comitatu *Norf.* unum Messuagium, viginti & duas acras terræ, & viginti acras pasturæ, cum pertinentiis in Irenvng in Comitatu *Suff.* ac medietatem unius seldæ vocatæ le *Vnicorne* in *Lond.* cum omnibus pertinentiis suis quæ de nobis non tenentur, & quæ iidem Prior & Conventus de Spynney in proprios usus tenent, ut in jure Ecclesiæ suæ sanctæ *Mariæ* & sanctæ *Crucis* prædictæ, dare possint dilectis nobis in Christo *W. Ruelmo* nunc Priori & Conventui de Ely, Habendum & tenendum sibi & successoribus suis in perpetuum, (&c.)

Teste Rege apud *Westmonasterium xxxi.* die *Martii.*

PRIORATUS
de Motesfont in agro Suthamptoniensi.

De prima fundatione & dotatione ejusdem domus.

Ex cod. MS. in Scac. penès Remem. Regis.

MEmorandum, quod octavo Kalendas *Decembris*, obiit Dominus *Willelmus Brewer*, Fundator Ecclesiæ de Mottesfount, & præter donationem multorum Maneriorum, & aliorum bonorum mobilium, ut patet particulariter in Martilagio loci supradicti, dedit totam terram suam de Hulle, & vivarium ejusdem, ad faciendum annuatim *Anniversarium* suum in Ecclesia supradicta.

Item supradictus Dominus *Willielmus* dedit totum Manerium suum de Merton, ad sustentationem quatuor pauperum, in victu & vestitu, & ad augmentationem elemosinæ Hospitalitatis supradictæ.

Item supradictus Dominus *Willielmus* dedit totas terras suas in Muchelmares, & quinq; Marcas annui redditus in villa de Burbache, pro Anniversario *Beatricis* uxoris suæ, quæ obiit nono Kalendas *Aprilis*, præter alia bona collata per eandem.

Item Dominus *Petrus* de *Rivallis*, frater Fundatoris, qui his diebus vulgariter dicitur, The holyman in the wall, per quem multa miracula facta sunt, dedit magnam summam pecuniæ & multa Jocalia ad emendum annuam redditum pro Anniversario suo faciendo; qui obiit nono Kalendas *Decembris.*

Item *Willielmus Brewer* filius, & hæres Fundatoris, confirmavit omnia dona patris sui. Et insuper dedit Advocationem Ecclesiæ de magna Sombourne, & molendinum de Storkbatch, cum pertinentiis, & quadraginta acras terræ in eadem villa, & duos solidos annui redditus apud Mottesfonte, & multa alia bona pro Anniversario suo faciendo; qui obiit *xvi.* Kalendas *Martii.*

Item *Alienora* Regina, uxor Regis *Edwardi*, contulit multas possessiones, & bona pro Anniversario suo imperpetuum celebrando; volentes insuper, quod pro salute memoratæ Dominæ *Alienoræ* septem viduæ pauperes, in domo de Mottesfonte, si venerint, quotidiè reficiantur:

Et

Et in celebratione, Anniversarii, quinq; pauperes ad mensam illo die suscipiantur; Et singuli sacerdotes de domo prædicta Missas celebrabunt.

Item *Laurentius* de *Colshull* dedit magnam summam pecuniæ, multa Jocalia, multaque bona mobilia, pro Anniversario suo faciendo, & pro quotidiana celebratione unius Canonici in sua Missa, cum Collecta *Dominus qui justificas impertum*, &c. quamdiu vixerit: Et cum ab hac vita migraverit, *Fidelium Deus*, &c. pro anima *Alienoræ*, & pro animabus illustrium virorum Domini *Henrici* Comitis *Lancastriæ*, & Domini *Henrici* Ducis *Lancastriæ*, & pro animabus *Willielmi*, *Matildæ*, *Isabellæ*, *Johannis*, & omnium aliorum; pro quibus præfatus *Laurentius* est obligatus ad orandum, & quod inscribatur nomen suum in Martilagio.

Item *Johannes Forsbury*, & *Joanna* uxor ejus dederunt omnia terra, & tenementa in Westeterleghe pro Anniversario suo; Et habebit qualibet hebdomada, duos Canonicos celebrantes ad Altaria Sanctæ *Trinitatis*, & beatæ *Mariæ* Virginis, & ad omnia ista facienda prædictus Prior, & Conventus obligabunt se, & omnia bona sua districtioni, & cohercioni cujuscunq; judicis Ecclesiastici, vel secularis.

Item *Agnes Retunan* relicta, dedit omnia terras, & tenementa in Dubbene, & Benthleghe, pro Anniversario faciendo, die *Mercurii* in prima septimana *Quadragesima*; & prædicti Prior, & Conventus obligaverunt omnia bona sua mobilia, & immobilia, ubicunq; fuerint inventa districtioni, & cohertioni reverendi patris Episcopi *Wintoniensis*, qui pro tempore fuerit.

Carta Willielmi Briwer, *de decimis de essartis suis de* Cadeber.

Ibid. SCiant præsentes & futuri, quod ego *Willielmus Brewer* pro salute mea & meorum, & pro animabus Regis *Henrici* & Regis *Richardi*; & pro animabus antecessorum & amicorum meorum, dedi & concessi in puram & perpetuam elemosinam Deo & Ecclesiæ S. *Trinitatis* de Motesfunt, & Canonicis ibidem Deo servientibus, omnes decimas de essartis meis de Cadeber: Et ut hæc mea donatio & concessio firma sit & perpetua, præsentem Cartam sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus, *Wdone* Priore de Sutwike; *Willielmo* Decano in Berkton, *Nicholao* Capellano de *parva* Sumburne, *Alano* de *Bockeland*. *Waltero* Senescallo de Rumelei, *Walkelino* filio *Rogeri*; *Radulfo* de *Sumburn*, *Ivone* de *Essele*, *Johanne* de Wolhoppe; cum multis aliis.

Carta Willielmi Briwere *de terra in Manerio suo de* Buchelmare, pro Anniversario suo celebrando.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Willielmus Brewer*, pro salute animæ meæ, & *Beatricis* uxoris meæ, & *Willielmi* filii mei; necnon & pro animabus regum *Henrici*, *Richardi* & *Johannis*, dedi, concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Ecclesiæ Sanctæ *Trinitatis* de Motesfunt, & Canonicis regularibus ibidem Deo servientibus, in puram & perpetuam elemosinam, totam terram meam quam habui & tenui in Manerio de Buchelmare, soluram, & quietam à sequela Hundredi mei de Sumburn, & placitis Forestæ, quantum ad me & ad hæredes meos pertinet; & ab omni alio servitio, & seculari exactione, salvo servitio Domini Regis, cum omnibus pertinentiis ejusdem terræ; scilicet, in bosco; & plano, & pascuis, in redditibus & servitiis tenentium prædictæ terræ; & in omnibus aliis libertatibus, & liberis consuetudinibus, ad prædictam terram pertinentibus, ad faciendum annuatim Anniversarium *Beatricis* uxoris meæ, in vigilia *Annunciationis* Dominicæ. Dedi etiam & concessi prædictis Canonicis, & eorum hominibus de Trimbezbart, Cumston, Cledene, & Hulle, quantum ad me & ad hæredes meos pertinet; quod quieti sint & immunes de expeditione canum suorum in perpetuum: Et ego quidem prænominatus *Willielmus Brewer* & hæredes mei warantizabimus prædictis Canonicis & eorum successoribus omnia prædicta contra omnes mortales in perpetuum; Et ut hæc mea donatio, & concessio, rata sit, & stabilis & firma permaneat, præsentem Cartam sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus *Willielmo* de *Sconevelle* tunc Vicecomite de Suhampteshire; *Wimundo* de *Rale*, *Roberto* de *Blakeforde*, *Philippo* de *Furneaux*; *Galfrido Cephin*; *Waltero* Senescallo de Rumesie, *Galfrido* de *Sumburn*, Magistro *Rogero* de *Bargetor*, *Adamo* Clerico, *Rogero* filio *Edwardi* Clerico; Magistro *Simone* persona de *Feresfit*, *Adamo* de *Bruge*, *Waltero Poit*; *Galfrido* Clerico, & multis aliis.

Carta Willielmi Briwere *de tota terra sua de* Hulle.

1b.f.1.n.3. SCiant præsentes & futuri, quod ego *Willielmus Brewer* pro salute animæ meæ, & *Beatricis* uxoris meæ, & *Willielmi Brewer* filii mei; necnon & pro animabus regum *Henrici*, *Richardi*, & *Johannis*, dedi, concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Ecclesiæ S. *Trinitatis* de Motesfunt, & Canonicis regularibus ibidem Deo servientibus, in puram & perpetuam elemosinam, totam terram meam de *Hulle*, quam habui & tenui de *Roberto* de *Mandeville*, salvo servitio ad eundem *Robertum*, & ad hæredes suos pertinente; cum

o unibus pertinentiis ejusdem terræ, in redditibus, terris, & servitiis tenentium prædictæ terræ; in boscis, etiam in planis (&c.) Salvo etiam servitio Domini Regis, quantum pertinet ad tantum terræ. Et præterea dedi & concessi prædictis Canonicis vivarium, quod est in eodem tenemento; scilicet illud quod proximum est de **Waltefild**, ad faciendum annuatim Anniversarium meum, & etiam ad augmentum eleemosinæ & hospitalitatis prædictæ Ecclesiæ de **Motesfunt**. Et præterea remisi & quietam clamavi à me, & hæredibus meis, prædictis Canonicis & hominibus eorum de prædicta terra de **Hulle** tenentibus, sequelam Hundredi mei de **Sumburne**; & placitam Forestæ, quantum ad me & hæredes meos pertinent; Et ego quidem prænominatus *Willelmus Brewer*, & hæredes mei warantizabimus prædictis Canonicis prædictam terram cum pertinentiis suis (&c.) Hiis testibus, Domino *Willielmo* de *Scorwell* tunc Vicecomite de **Sudhamptonsire** (&c.)

Carta Margeriæ *de la* Ferte *donationes antecessorum suorum recitans & confirmans.*

Ib. f. 2. n. 4. SCiant præsentes & futuri, quod ego *Margeria de la Ferte* pro salute animæ meæ & animarum Domini *Willelmi Briwerre* patris mei, & *Beatricis* matris meæ, & pro animabus omnium antecessorum & successorum nostrorum, concessi & præsenti Cartâ meâ confirmavi, in legia potestate & viduitate mea, Deo & Ecclesiæ S. *Trinitatis* de **Potesfunt**, & Canonicis ejusdem loci, omnes donationes (&c.) quas prænominatus *Willielmus* pater meus, & & *Willelmus Briwer* frater meus eis fecerunt de Ecclesiis, terris, pratis, & pascuis, boscis, aquis & molendinis, & omnibus aliis possessionibus: Inter quas istas duxi specificandas; scilicet totam terram, quam *Johannes Briwerre* patruus meus tenuit in **Potesfunt**, in qua Ecclesia prædictorum Canonicorum fundata est. Et totam terram de **Radeburi**. Et totam decimam de essartis de **Sumburne**, de **Hachalz** & de **Cfseleg**; & decimam acram de prædictis essartis. Et Ecclesiam de *magna* **Sumburn**. Ecclesiam de **Cfseleg**. Ecclesiam de **Langestoke**, & Ecclesiam de *parva* **Sumburne**, cum omnibus libertatibus & pertinentiis suis.

Item totam terram, quam dominus pater meus habuit in **Perton**, & quinq; mercatas terræ in **Burbach**; & quoddam pratum in **Rugnere**, quod fuit prædicti *Johannis Briwerr*; Et quoddam messuagium in **Stokebrigge**, cum quodam prato septem acrarum in marisco in **Stokebrigge**, quæ fuerunt *Radulfi* de *Bray*. Et totum Burgagium in **Stokebrigg**, quod fuit *Ade le Taillur*, quieta ab omni servitio, secta Curiæ, tallagio, & omni seculari exactione, in liberam, puram & perpetuam eleemosinam. Et totam terram de **Hulle** cum pertinentiis, quæ fuit *Roberti de Mandevill*. Item totam terram quam pater meus habuit in Manerio de **Nuclelmarris**; & totam terram quam idem pater meus habuit in **Timbzebiri**, & in **Cumpton**, exceptis magno vivario & prato de **Fisflete**. Item totam terram de *Colemanesleya*, quæ fuit Abbatissæ de *Rumesia*. Item totam terram de **Fareburn**, & pratum de **Cobbemers**, quæ fuerunt *Philippi de Huckesford*. Item totam terram quæ fuit prædicti *Johannis Briwerr* patrui mei versus Aquilonem, à via quæ vadit de **Rumesie** ad **Neubrigg**, scilicet à capite fossati, quod vocatur **Cobbhey**, usq; ad prænominatam viam. Item omnes terras cum ædificiis, quæ fuerunt patris mei apud *Wintoniam*, tam intra muros quam extra. Item viginti quinq; acras terræ cum pertinentiis per perticam de dominio de **Langestok**. Item totum tenementum quod prædictus pater & frater meus tenuerunt in **Langestoke**, de Abbatissa & sanctimonialibus *Wintoniensibus*, cum duobus molendinis, quæ sita sunt sub uno cumulo propè villam de **Stokbrigg**, cum sectis suis & cum omnibus libertatibus & pertinentiis prædictorum tenementium & molendinorum.

Habenda & tenenda omnia supradicta, prædictis Ecclesiæ & Canonicis de **Motesfunt**, cum omnibus eorum libertatibus & pertinentiis, sine omni impedimento mei vel hæredum meorum, in liberam, puram & perpetuam eleemosinam. Salvis tamen servitiis, si quæ debentur Capitalibus dominis prædictorum feudorum. Præterea concessi & præsenti Cartâ meâ confirmavi prædictis Canonicis de **Motesfunt** quod ipsi & homines sui de **Tymbzebiri** & **Hulle** quieti sint in perpetuum de secta Hundredi de **Sumburn**, & de placitis Forestæ, quantum ad me & ad hæredes meos pertinet. Ego vero *Margeria* & heredes mei omnes prænominatas terras & possessiones, cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus & aliis pertinentiis suis prædictis Ecclesiæ & Canonicis de **Potesfunt** in perpetuum warantizabimus; videlicet secundum quod spectat ad rationabilem partem hæreditatis, quæ ad me de patre & fratre meo descendit, & sicut Cartæ prædictorum patris & fratris mei pleniùs & meliùs testantur. Et ut hæc mea concessio & confirmatio firmæ & stabiles sint in perpetuum, huic scripto Sigillum meum appositum. Hiis Testibus, *Richardo* de *Kardevill*; *Willielmo* de *Dammartin*, *Rogero* de *Villers*; *Thoma* de *Holton*, *Wimundo* de *Raleg*, *Radulfo* de *Dune*, *Waltero Pois*; *Waltero Oildeboef*, *Richardo Dunebrigg*, *Richardo* de *Perseth*, *Galfrido Percevent*, & multis aliis.

Prædictas Donationes *Patritius* de *Chaurcis* filius dictæ *Margeriæ* de *la Ferte*, confirmavit. Ib. f. 3. n. 9.

Carta

Carta Hugonis de *Colunciis*.

lib. f. 36. n. 35. SCiant præsentes & futuri, quod ego *Hugo* de *Colunciis*, concessi & præsenti Cartâ meâ confirmavi, pro salute meâ & meorum, & pro animabus antecessorum & parentum meorum Deo & beatæ *Mariæ* Virgini, & Canonicis beatæ *Trinitati* servientibus, apud **Potesfunt**, domum quod *Willielmus Briwere* eis dedit & concessit de terra de **Potesfunt**. Et in augmentum terræ illius totam terram de **Cadebiri**; scilicet ab angulo terræ de la *Le* usq; ad locum ubi viæ de **Radeweye**, & de **Wulwiney** convenerunt: Et ab eodem loco usq; ad angulum terræ *Mathei* de *Columbariis*, & exinde ab eodem angulo per terram *Rogeri Rubot*, & terram *Richardi* de *Denebrige*, usq; ad *Heccam*, scilicet totam Landam; & Dravam sub molendino de *Hacle* versùs **Potesfunt**. Et quietum clamavi prædictis Canonicis octavam partem servitii unius militis, quod *Willielmus Briwer* mihi debuit de terra de **Potesfunt**. Et concessi, quod prædicti Canonici habeant & teneant omnes prædictas terras benè & in pace, liberè & quietè & honorificè, cum omnibus ad eas pertinentibus, per servitium duodecim denariorum mihi & hæredibus meis annuatim reddendum; scilicet ad festum S. *Michaelis* pro omni servitio & seculari exactione. His testibus, *Hereberto* Clerico de **Burhton**; *Roberto* de *Vandre*, *Richardo* de *Vendure*; *Roberto* filio *Nigell*, *Roberto Cotele*; *Ada* de *Galrug*; *Richardo* de *Bosintur*; *Edwardo* de *Pancer*, *Radulfo* de *Sumburn*, & multis aliis.

Carta Pagani *de* Chavorciis, *de protectione Canonicis de* **Potesfont**.

Ex autographo penes Sam. Rper arm. PAganus de *Chavorciis* baillivis & servientibus suis salutem. Noveritis quod nos in nostram suscepimus protectionem dilectos fratres nostros Priorem & Canonicos de **Potesfunt**, unde vobis mandamus atq; præcipimus, quatinus ipsos & res eorum manuteneatis, protegatis & defendatis, nullum eis gravamen vel molestiam in aliquo inferentes, vel inferri pro posse vestro permittentes. Volumus enim eos manutenere & promovere in negotiis suis, pro animabus dilectorum nostrorum Domini *Willielmi Briwere* Fundatoris eorum, & Domini *Willielmi* de *Feritate* patris uxoris nostræ. Et in hujus rei testimonium has literas nostras Patentes eis fieri fecimus. Valete.

Ad calcem cod. MS. vulg. dicti **Domesday book**, in Scacc. penès Remem. Regis. *De hæredibus* Willielmi *de* Breuse *Baronis de* **Brecnocke**.

WIllielmus de *Breus*, avus *Johannis* de *Breus*, habuit tres filios. *Willielmum*, qui obiit dimisso *Johanne* hærede infra ætatem, *Egidium* Episcopum *Herefordensem*, custodem terrarum dicti hæredis: Post cujus mortem custodia prædictarum terrarum, *Reginaldo* tertio fratri, qui habuit unum filium nomine *Willielmum*. Qui *Willielmus Gracam* primogenitam & unam hæredum *Willielmi Briwere* duxit in uxorem; de qua procreavit quatuor filias, quarum una nupta fuit Comiti *Herefordiæ*, & datus fuit cum ea Honor *Bereconiæ*, & de la **Haye**.

Secunda nupta fuit *Willielmo* de *Cantelow*, cum qua data fuit terra de **Bergevenni**.

Tertia *Petro* filio *Herberti* cum quâ data fuit terra de **Blaynthelevenny**, & de **Thalegard**.

Quarta nupta fuit *Rogero* de *Mortimari*, cum quâ data fuit terra de **Radenor**; & de S. *Clere*, de **Angoyt**, de **Pelyneeg**, & **Nerbod**, & **Lyngestone**, & **Bugewater**, & **Wythfray**; pro quibus terris, videlicet, de S. *Clere* & aliis postnominatis debebatur secta ad Comitatum de **Herrerdin**.

Et sciendum est, quod cum *Johannes* de *Breus* pervenit ad ætatem, quidam finis levatus fuit in Curia Regis, inter ipsum, & Reginaldum avunculum suum, per quem omnes terræ hic nominatæ remansere Domino *Reginaldo* & hæredibus, &c.

Carta Regis Johannis *donatorum concessiones recitans & confirmans*.

JOhannes Dei gratia, &c. Sciatis nos intuitu Dei & pro salute animæ nostræ & animarum antecessorum & hæredum nostrorum, concessisse & præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse Canonicis regularibus de **Potesfunt** ibidem Deo servientibus, ipsum locum in quo fundati sunt de dono *Willielmi Briwer*, & totam terram quam habuit in **Potesfunt**; & terram de **Radebiri**, cum duabus virgatis terræ in **Clendene**, & Ecclesiam de **Stoke**, & Ecclesiam de *Esselcia*. De donatione *Johannis Briwerr* Ecclesiam de parva *Sumburna*, cum omnibus pertinentiis suis. Concessimus etiam eisdem Canonicis & confirmavimus omnes alias rationabiles donationes eis factas, & quæ eis faciendæ sunt, tam de Ecclesiis, quàm de terris, sicut Cartæ donatorum rationabiliter testantur. Præterea dedimus, concessimus, & confirmavimus eisdem Canonicis, ex dono nostro Ecclesiam de **Clungs**, cum omnibus pertinentiis suis in puram & perpetuam elemosinam. Quare volo, (&c.) Dat. per manum *H.* de *Well.* Archid. *Well.* apud **Wudestoke** *xxiii.* die *Octob.* anno, &c. *vi o.* Carr. 6. *Job.* n. 85.

Priora-

PRIORATUS

de Frithelstoke *in agro* Devoniensi.

Breve Regis Edwardi *tertii Vic.* Devon. *ad inquirendum de Fundatione ejusdem.*

Esc. 15. E. 1. EDwardus Dei gratia Rex *Anglie* (&c.) Vic. *Devon.* salutem. Cum custodia Prioratus de **Frithelestoke** nunc vacantis, ad nos pertineat ratione custodiæ terræ & heredis *Johannis* de *Bello-Campo*, quondam ejusdem Prioratus advocati, in manu nostra existentis; Ac quibusdam certis de causis velimus certiorari qualiter & quo modo Prioratus ille in aliis vacationibus per patronos ejusdem temporibus retractis custodiri consuevit & cujusmodi exitus inde percipere consueverant; & super tenore Cartæ de feoffamento Fundatoris ejusdem Prioratus, per quam ipsi Fundatores & nos ratione custodiæ custodiam habere debeamus in in eodem; tibi præcipimus, quod in propria persona tua ad Prioratum illum accedens, præmissorum omnium diligenter inquiras plenius veritatem. Et Inquisitionem inde distinctè & apertè factam, sub sigillo tuo & sigillis eorum per quos facta fuerit nobis, sine dilatione mittas & hoc Breve: Teste *Edm.* Com. *Cornubia* consanguineo nostro apud *Westm. v.* die *Sept.* anno Regni nostri *xv.*

Inquisitio super Brevi prædicto capta.

Ibid. INquisitio apud **Frithelestoke**, capta coram *Matheo* filia *Johannis* Vic. *Devon.* secundum tenorem Brevis annexi, die dominica in festo beati *Mathæi* Apostoli, anno regni Regis *Edwardi* quinto decimo, per Sacramentum *Petri* de *Halesbury* (&c.) Qui dicunt super Sacramentum suum, quod *Robertus* filius *Roberti* de *Bello-Campo*, contulit situm Prioratus de **Frithelestoke**, cum toto Manerio pertinente, Deo & beatæ *Mariæ*, & Sancto *Gregorio*, & Canonicis Deo ibidem servientibus, pro anima sua, uxoris suæ, puerorum & antecessorum suorum, in puram & perpetuam elemosinam, faciendo orationes & suffragia tantum; Ita quod tempore vacationum, mittebant ipsi Patroni prædicti, aliquem qui custodiebat portam & curam capiebat, ne bona Prioratus devastarentur; nec aliquid capiebat ipse ad opus patroni, nisi tantum sustentationem suam. Et cum ipse Prior confirmaretur, recedebat ipse custos. In cujus rei testimonium præsenti Inquisitioni sigilla sua sunt appensa.

PRIORATUS

de Wroxton *in agro* Oxoniensi.

Ex Carta Fundationis per Michaelem Belet.

Communia de term. Hill. 19 E 2. Rot. 7 in dorso. HOc Magister *Michael Belet*, pro salute animæ meæ, & pro salute animarum *Michaelis* patris mei, & *Emmæ* matris meæ, & fratrum meorum *Johannis Belet*, *Willielmi Bogeni*, *Roberti* & *Adæ*, *Hervæi*, *Eustacii*; Et sororum mearum *Emmæ*, *Annoræ* & *Roysiæ* & aliarum priùs defunctarum; & dominæ *Sibillæ* de *Scheyne*, at omnium aliorum prædecessorum meorum, & parentum; & pro animabus etiam Regis *Ricardi*, & Regis *Johannis*; & pro animabus etiam familiarium meorum; *Reginaldi Roberti*, *Willielmi*, *Andreæ*, *Ricardi*, *Radulphi*, *Johannis*, *Juliana*, & omnium aliorum, quorum cura temporalis vel spiritualis mihi commissa fuerit, &c. dedi & hac Chartâ meâ confirmavi Deo & beatæ *Mariæ*, & Priori & Canonicis regularibus Deo servientibus in Ecclesia, quam ego, approbante & confirmante *Hugone* Episcopo *Lincolnia*, & totius Capituli sui assensu, fundavi in Manerio meo de **Wroxton**, in liberam, puram & perpetuam elemosinam Manerium meum de **Wroxton**, & quicquid meum fuit vel esse debet in eo, & in villa de **Balscote**, cum omnibus pertinentiis, &c.

Dedi etiam totum Manerium de **Thorpe**, juxta **Rowell** in Com. *Northampt.* cum capitali Curia & virgulto &c. Tenendum prædicta, cum Ecclesia de **Wroxton** & Capella de **Balescote**; & cum advocationibus Ecclesiarum de **Sybthesson** & **Dunesby** &c.

Carta Regis Henrici *tertii terras & libertates Canonicis de* Wroxton *concessas, ratificans.*

Cart. 22. E 2. n. 43. HEnr. dei gratia Rex *Angl'* dominus *Hibernie*, Dux *Norm. Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiscopis, Episcopis (&c.) salutem. Inspeximus Cartam quam dominus *Johannes* Rex pater noster fecit Magistro *Michaeli Belet*, per quam idem Rex concessit & confirmavit eidem magistro *Michaeli* & hæredibus suis omnes terras cum omnibus pertinenciis suis, quæ fuerunt *Hervei Belet* avi ejus de cujuscumque feodo fuerint, cum *Sok* & *Sak*, *Thol* & *Theam* & *Infangenethef*, & cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus & quietanciis, quæ ad dictas terras pertinent; & cum quietancia de shiris & hundredis, wapentachiis, placitis,

Vide Communia de term. Hill. 19. E 2. Rot. 7. in dorso.

placitis, querelis, & occasionibus, excepto murdro & turno Vicecomitis, apud Wartan. Et quia accepimus per Inquisitionem, quam fieri fecimus, quod Prior & Canonici de Wartan, quorum Domum præfatus Magister *Michael* fundavit, & quos idem Magister de prædictis terris & eisdem libertatibus feoffavit semper post ipsum magistrum, liberè usi sunt omnibus consuetudinibus, libertatibus, & quietanciis prædictis; Nos eas ratas habentes & gratas, omnes consuetudines, libertates & quietancias prædictas eisdem Priori & Canonicis, pro nobis & hæredibus nostris concedimus & confirmamus, cum omnibus terris & tenementis & advocationibus Ecclesiarum de Wartan, Sythistun, & Dunesby, & aliis pertinentiis suis, quæ præfatus *Michael* eis concessit in liberam, puram & perpetuam elemosinam, sicut Cartæ ejusdem Magistri *Michaelis*, quas iidem Prior & Canonici inde habent, rationabiliter testantur. Hiis testibus, *Radulfo* filio *Nicholai*, Magistro *Willelmo* de *Kilkenny* Archidiacono *Coventrensi* (&c.) Dat. per manum nostram apud Wallingford tricesimo die *Januarii*, anno regni nostri tricesimo sexto.

Quieta clamatio Baldwini Pigot *super advocationem Ecclesiæ de* Dunesby.

Exautogr. in offic. armorum. PAteat universis per præsentes, quod ego *Baldewynus Pygot*, dominus de Dunesby, concessi, relaxavi, & omnino pro me & hæredibus meis imperpetuum quietum clamavi Priori & Canonicis loci Sanctæ *Mariæ* de Wartorton, totum jus & clameum quod habeo, vel aliquo modo habere potero ad advocationem Ecclesiæ de Dunesby; Ita quod nec ego prædictus *Baldewynus Pigot*, nec hæredes mei, nec aliquis pro nobis aliquid juris vel clamei in prædicta advocatione Ecclesiæ de Dunesby de cætero exigere seu clamare poterimus imperpetuum. In cujus rei testimonium præsenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, Domino *Johanne* de *Bracebrygge*, *Willelmo* filio *Alani*, Domino *Hugone* Rectore Ecclesiæ de Dowington, Domino *Simone* de *Lunderthorp*, *Henrico* de *Lekeburn*, *Hugone* de *Stowe* de Lunderthorp, *Thoma* Domino de Barkeston, *Johanne Pacy* de eadem, *Waltero Est* de Dunesby, *Thoma* de *Subford*; *Thoma* de *Schutteford*, *Johanne* de *Broughton*, & aliis. Data apud Dowington die dominica proxima post festum Sancti *Hillarii*, Anno regni Regis *Edwardi* filii Regis *Henrici* xxxiiii.

ABBATIA

de Prato *inter* North-Creyke & Burnham *in agro* Norfolciensi.

Fundationis Historia.

Ex Cartulario dictæ Domus penes *Nat. Derham* gen. a. 1632.

ANno Incarnationis Dominicæ nostri Jesu Christi *M.CCvi.* in honore gloriosæ Virginis *Mariæ*, fundata fuit Ecclesiola in situ, seu fundo de Lingerescroft, a re nominato; continente quadraginta acras terræ fruscæ; pasturæ, & pratis separalibus, jacentibus in Burnham juxta Creyke, ex utraq; parte viæ regalis, undè nomen sortita est, Sancta *Maria* de *Pratis* juxta Creyke & Burnham, per quendam nobilem virum Dominum *Robertum* de *Nerford*, cui desponsata fuerit nobilis mulier Domina *Alicia*, filia *Johannis Pouchard*, filius *Willielmi Pouchard* militis: ad quam quidem *Aliciam*, mortuo viro suo, fundatio jure hæreditario pertinebat; Quas quidem quadraginta acras prædictas *Philippus* de *Candous* de Burnham, Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ*, & Priori & Monachis, & eorum successoribus de Estacre in puram & perpetuam elemosinam donavit, tempore Regis *Stephani*, longo tempore ante Concilium *Lataranense*, sine aliquo seculari servitio, & sine Decimis alicui Ecclesiæ solvendis seu subjectione, quia inanes erant, & vacuæ; & quicquid ante illud tempus conferebatur religiosis, sive alicui Ecclesiæ, sive de terris, redditibus, vel Decimis, ratum, & firmum haberetur imposterum. Postea *Rogerus* Prior, & Monachi de Estacre, dictum dominum *Willielmum* feofaverunt de dictis *xl.* acris in Brunham jacentibus, & hæredes, & assignatos suos imperpetuum pro decem solidis annuis, ut patet in Carta inde confecta.

Anno Regni illustris Regis *Henrici* filii Regis *Johannis* primo, celebrata est in dicta Ecclesiola, Missa, per Magistrum *Adam* de *Walsingham*, tunc Decanum de Burnham, anno videlicet primo, quo *Pandulphus*, Apostolicæ sedis legatus, factus fuerat *Norwicensis* Episcopus. Deinde idem Dominus *Robertus*, principalis custos Castri *Davoriæ*, per dominum *Hubertum* de *Burgo*, tunc temporis principalem Justiciarium *Angliæ*, & Regni costodem optinuit victoriam in Mari, die scilicet *Bartholomæi* Apostoli (*Francorum* venientium *Anglorum* debellare) per voluntatem, & consensum devotæ mulieris, Dominæ *Aliciæ* prædictæ, uxoris suæ, quandam Capellam construi fecit, in honore Sancti *Bartholomæi* Apostoli, cum quadam domo Hospitali tresdecem

cem pauperum ibidem refugientium, suscipiendo; omnibus & singulis diebus, providentes sibi Capellanum ydoneum, Dominum *Willielmum* de *Geyste*, qui aliis fratribus quatuor Capellanis, dicti loci præesset Magister; & Elemosinæ dictæ Hospitalis, & Ecclesiæ curam impenderet. Et ipse *Robertus* prædictus, statim postea in pace quievit.

Postea, multo tempore elapso, præfatus *Willielmus*, Ecclesiæ, & Hospitali dictus Magister, per voluntatem dictæ *Aliciæ* Fundatricis, & assensum concilii sui, suscepit habitum Canonicalem, à Domino *Thoma* de *Blundevilla* tunc *Norwicensis* Episcopo, quem dedit fratribus suis; & extunc vocatus est Prior Canonicorum dicti loci sanctæ *Mariæ* de *Pratis* juxta Crevk, per quos primò quadraginta acras prædictæ pro parte, ex parte scil. orientali, occidentali & australi, manibus & sumptibus propriis; sunt de novo cultæ. Et dicta Capella, cum toto loco prædicto circumjacente, dedicata fuit Anno Domini *M. CC. xxi.* per Dominum *Galfridum Elienſem* Episcopum, neporem dictæ *Aliciæ*, & fratrem *Huberti* de *Burgo* prædicti, suffraganeum Episcopi *Randulfi* prædicti; Videns prædicta Domina *Alicia*, quod hæredes sui minùs essent providi, & timens ne fortè gravamina, aut dilapidationem domui prædictæ inferrent; & hujus dispendium præcavere volens in futurum, concilio vocato tunc magnatum & sapientum, ab eis consolebatur, quod ipsa redderet jus suum Advocationis, & Dominii, Domino Regi *Henrico* prænominato, & hæredibus, & successoribus suis, Regibus, de se & hæredibus suis imperpetuum, etiam & patronatum præfatæ domus, quod factum est: Nam illustris Rex *Henricus* patronatum domus prædictæ, hoc modo suscepit, quod si Cartam suam de libertatibus, & protectionibus, & hujusmodi dictæ domus Canonicis concederet prælatus suus, nomen Abbatis haberet; & sic eadem domus Elemosynaria, cum situ quadraginta acrarum circumjacentium cum pertinentiis, ex dono prædictæ Fundatricis, & per confirmationem, & libertatum concessionem, & protectionem venerabilium Regis *Henrici* tertii, & aliorum, per literas & privilegia concessa, stabilita & confirmata in habitatoribus eisdem loci à Domino Papa *Gregorio* novo, nominata Abbatia.

1221.

Carta Aliciæ *de* Nerford *de fundatione & ordinatione ejusdem Domus.*

Ibid. Omnibus Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit, *Alicia* de *Nerford* filia *Johannis Pouchard*, salutem in Domino sempiternam: Noverit universitas vestra, me in honorem beatæ Dei genetricis *Mariæ*, domum Hospitalem, super terram meam de Ltr. gereſcroft fundâsse; quæ nomen sortita est domus beatæ *Mariæ* de *Prato*, inter Crette, & Baunham, & in eadem domo tresdecem lectos sufficienter ornatos, ad refugium & susceptionem pauperum Christi, constituisse; Communicato etiam concilio virorum religiosorum, & Domino credentium, constitui in domo prænominata, quinq; sacerdotes, imperpetuum, divina celebraturos, & prædictis pauperibus ministraturos; quorum qui præest, Magistri nomen habeat: Cæteri verò Sacerdotes & Confratres ejus nominentur. Constitui etiam in eadem domo fratres laycos, qui ad expedienda prædictæ domus negotia, & ad ministerium prædictorum pauperum Christi poterunt sufficere. Omnes verò tam Sacerdotes, quàm Fratres in prædicta domo admissi habitu decente, & honesto, prout decet viris Hospitalitatis utantur. Prænominatus verò Magister refectionem, & indumenta prædictis Fratribus, de bonis prædictæ domus, Deo ex pietate sua & fidelium largitione collata secundùm possibilitatem, & facultatem ejusdem domus providebit; ita quod nullus frater sive laicus aliquid proprium habebit: Prædictus etiam pauperibus in tresdecem lectis prænominatis quiescentibus, sicut decet, & sicut prædictum est, secundùm ejus loci possibilitatem, & facultatem, & secundùm talium Domorum consuetudinem, idem Magister refectionem ministrabit. Si verò domus prænominata per propriam curam, & diligentiam, vel fidelium largitionem habundaverit uberiùs, secundùm communem prænominatorum Fratrum providentiam, & hæredum meorum, numerus lectorum, & numerus Fratrum, & Sacerdotum augeatur.

Volo autem, quod memoratæ domus Magister, omnium possessionem terrarum, & reddituum, & omnium rerum prædictæ domui pertinentium, liberam habeat administrationem, & potestatem, ita quod nullus hæredum meorum in bona prædictæ Domus, vel possessiones, manus exrendat, vel de eis deprehendat, vel in suos usus convertat, nisi quæ prædicti Magister & Fratres, de communi consilio, . . . de rebus suis propria voluntate providerint idoneum & necessarium. Obeunte verò prædictæ domus Magistro, alius à Fratribus prædictæ Domus liberè eligatur, & per assensum hæredum meorum, Episcopo Diocesano ibidem instituendus, præsentetur. Quicquid enim idem Magister in suscipiendis Fratribus, per commune consilium Fratrum suorum fecerit, ego & hæredes mei ratum habebimus; ita quod nullus Clericus, vel laicus per me vel hæredes meos, ad dispendium prædictæ domus, & contra prænominatorum Magistri & Fratrum voluntatem, intrudatur. Ego autem & hæredes mei imperpetuum prædictam memoratæ Domus ordinationem, perpetuis temporibus observandam procurabimus, & si memoratæ domus Magister aliquo tempore de bonis ejusdem domus manifestam fraudem fecerit, vel eandem in consanguineis suis, vel alienis, propria voluntate, manifeste alienaverit; vel crimen manifestum commiserit, & si per hoc convictus fuerit, si à Confratribus ejusdem domus, & ab hæredibus meis, sicut decet, monitus, incorrigibilis extiterit, & dispersa non revocaverit, Communicato Episcopi diocesani & hæredum meorum, & Fratrum memoratæ domus consilio, juste deponatur. Et alius, secundùm formam memoratam, ibidem instituendus, liberè eligatur. Præterea quicunq; in societatem fratrum præfatæ Domus

Domus venire voluerit · · · · inprimis pro nitret; scilicet castitatem, & obedientiam; hoc est, quod faciat quod a Magistro Domus ei præcipitur; & quod nullam habebit proprietatem: Volo etiam, quod *Lumen* die noctuq; sit in Ecclesia. Hiis Testibus (&c.)

Alia Carta ejusdem Aliciæ *de tota terra sua in* Creke & Bumhamthorp.

Ibid. UNiversis Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsens scriptum pervenerit, *Alicia* filia *Johannis Pounzard*, quondam uxor *Roberti Nereford*, salutem æternam in Domino: Noveritis me ob amorem & honorem gloriosæ Virginis *Mariæ*, & pro salute animæ meæ, & animarum antecessorum & successorum meorum, in viduitate & legia potestate mea, dedisse, concessisse, & præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo, & Domui beatæ *Mariæ* de *Prato* juxta Creke; & Canonicis ibidem Deo servientibus, & imperpetuum servituris; quam, videlicet, Domum ego *Alicia* in honorem beatæ Virginis *Mariæ* fundavi, inter Creke & Bumhamthorp, totam terram quam habui in Creke & Bumhamthorp, in homagiis, servitiis, libertatibus, villenagiis, redditibus, pratis, pascuis, pasturis, & in aquis, viis, semitis, & in omnibus rebus & locis ad prædictam terram pertinentibus, sinè aliquo retinemento: habendum & tenendum Domui & Canonicis ejusdem Domus liberè, quietè, integrè, & pacificè, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, sine aliquo seculari servicio. Hanc autem terram integrè, cum omnibus pertinentiis suis, ego præfata *Alicia* & hæredes mei dictis Canonicis imperpetuum, contra omnes homines & fœminas warrantizabimus, & de omnibus servitiis, & exactionibus finaliter adquietabimus; nec aliquid indè habere, clamare, vendicare, nec exigere poterimus. Hiis Testibus, *Johanne* de *Burgo*, *Reimundo* de *Burgo*, &c.

Carta Regis Henrici *tertii, per quam constituit Cœnobium de* Prato, *Abbatiam.*

Cart. 13. E. 1 n. 32. per Inspex. HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiscopis (&c.) salutem. Noveritis nos, pro salute animæ nostræ, & antecessorum, & hæredum nostrorum, constituisse & fecisse Abbaciam Canonicorum regularium beatæ *Mariæ* de *Prato*, sitam inter Crevke & Bumham in *Norfolcia*, quæ est de Advocatione nostra. Quam advocationem *Alicia* de *Nereford* contulit nobis & hæredibus nostris, pro se & hæredibus suis; & constitutionem Canonicorum regularium, in eadem Ecclesia factam, per prædictam *Aliciam* de *Nereford*; & donationes, quæ à nobis, & ab eadem *Alicia*, & à quibuscunque; prædictis Canonicis, pro Deo factæ sunt, & in futurum fuerint faciendæ, & prædictum locum beatæ *Mariæ* de *Prato* & omnes terras, hominum, & possessiones, & libertates prædictæ Ecclesiæ collatas, vel in futurum a Regibus, vel ab aliis conferendas, Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de *Prato*, & Canonicis nostris in præfata Ecclesia constitutis, regia potestate concedimus, & præsenti Cartâ nostrâ confirmamus. Et præcipuè ex nostra liberalitate præfatæ Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de *Prato*, hanc libertatem, pro nobis & hæredibus nostris perpetuò concedimus & donamus, ut cum Abbas ejusdem Ecclesiæ decesserit, Canonici nostri ejusdem loci, liberam habeant electionem; & interim donec Abbatem habeant, ipsa Abbatia, & omnes possessiones ejus, cum omnibus pertinentiis in manu & custodia Canonicorum ejusdem loci sint; & omnes redditus, & exitus, & omnia bona præfatæ domus in usus pauperum & profectum Ecclesiæ liberè per ipsos Canonicos expendantur. Hoc autem eis concessimus, cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus, quas regia potestas liberiores alicui Ecclesiæ dari potest, in bosco & plano (&c.) datum apud *Westmonasterium xxvi.* die *Octobr.* anno Regni nostri *quinto decimo.*

Ibid. SCiant præsentes & futuri, quod ego *Radulphus* de *Gatel* miles, filius *Radulphi* de *Gatel* militis, concessi, dedi & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de *Pratis* de Creke, & Canonicis ibidem Deo servientibus & servituris, pro salute animæ meæ, & pro animabus patris mei & matris meæ & uxoris meæ & antecessorum meorum, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, duas pecias terræ meæ cum pertinentiis in campis de Gatel; quarum una jacet apud Ingeland, inter capud terræ meæ & terram *Roberti* de *Ingeland*, & alia pecia, quæ vocatur Smyth Rode, jacet similiter apud Ingeland, cum advocatione Ecclesiæ S. *Elenæ* de Gatel, illis & successoribus eorum: habendum & tenendum de me & hæredibus meis, liberè & quietè & hæreditariè & in pace, in perpetuum, sine aliquo servitio seculari mihi vel hæredibus meis retento, & sine secta alicujus Curiæ. Et ego & hæredes mei warantizabimus, acquietabimus & defendemus dictis Canonicis & eorum successoribus, dictas pecias terræ, cum pertinentiis, cum Advocatione Ecclesiæ de Gatel, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, contra omnes homines Christianos & Judeos. Et in hujus rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, Domino *Roberto* de *Creyke*, *Galfrido* fratre ejus; Domino *Hamone* de *Burdun*, *Ricardo* de *Sancto Dionysio*, *Gilberto* filio ejus, *Gilberto* de *Fransham*, Domino *Rogero* de *Mortuomari*, Domino *Johanne* de *Nereford*, *Ricardo* de *Snyterton*, *Hamone* de *Pateshe*, *Rogero* de *Langetot*, *Thoma* de *Glouz*, *Warino* de *Bruera*, *Willielmo Ladde*, *Reginaldo* de *Seyton*, *Jordano* de *Bynetre*, *Gerardo* de *Folesham*, *Roberto Page*, & aliis.

Vide Cart. 7. E. 2. n. 25.

Et Pat 20. E 4 p. 1. m. 12.

PRIORATUS

de Acornbury *in agro* Herefordensi.

De prima fundatione ejusdem.

Esc. 49. H. 3. n. 20.

NOmina Juratorum de inquisitione facta pro monialibus de Acornebirie, per præceptum Domini Regis; *Galfridus* de *Morton*, *Henr.* de *Munemue*, *Rogerus Tirel*, *Will.* de *Bray*, *Rogerus Walerfis*, *Johannes* de *Sudelegh*, (&c.) Qui dicunt per sacramentum suum, quod domina *Margeria* de *Lacy* fuit in plena seisina per donum Domini Regis *Johannis*, patris Regis Domini *Henrici* de tota foresta de Acornebury præter Adhelstanestwude; Et fundavit ibi unam domum monialium, quæ quidem moniales fuerunt in plena seisina ejusdem forestæ ex dono ejusdem *Margeriæ*, præter prædictum boscum *Adhelstani*, & in tempore Domini Regis *Johannis*. Item dicunt quod à manibus dictæ *Margeriæ* & dictarum monialium, decidit tota illa pars forestæ de Acornebirie, quam dictæ moniales nunc tenent, ad firmam, præter dictum boscum *Adhelstani*, per quisitionem Domini *Willielmi* de *Cantilupo*, & Domini *Hugonis* de *Kilpec*, qui fuit forestarius de feodo: Et postea *Hubertus* de *Burc*, tunc Justiciarius *Angliæ*, habuit dictam partem ex voluntate Domini Regis qui nunc est. Et postquam dictus *Hubertus* amotus fuit à Domino Rege, & demisit ejus gratiam, decidit dicta terra in manum Domini Regis; Et ex voluntate Domini Regis tenuerunt dictam terram ad firmam dictæ moniales usq; nunc, & valet annuatim sex marcas & quinq; solidos in omnibus exitibus.

Vide Communia de term. Pasc. 49 H. 3. rot. 8 in dorso.

Hæc inquisitio facta fuit die Mercurii in vigilia sancti *Gregorii* apud *Ledebury*, anno Regni Regis *Henrici* xlx. coram Domino *G.* de Leukenoure & aliis Domini Regis fidelibus ad istam inquisitionem capiendam assignatis.

Carta Regis Henrici *tertii fundationem dicti Prioratus ostendens & confirmans.*

Ex registro Abbatiæ de Acornebirie in Curia Augmentationis apud Westmonast. f. 1.

HEnricus Dei gratia, Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitaniæ*; Archiepiscopis, (&c.) salutem. Quia accepimus per inquisitionem, quam per dilectos & fideles nostros, *Willelmum* de *Englefend*, & *Galfridum* de *Leukenore*, fieri fecimus, quod quondam Dominus *Johannes* Rex *Angliæ*, pater noster, dudum dedit, & concessit, *Margeriæ* de *Lacy* totam Forestam de Acornebury, ad fundandum indè quandam domum Monialium, & ad sustentationem earundem, salvo tibi & hæredibus suis bosco de Adelstanwod, & quod dictæ moniales dudum fuerunt in plena & pacifica seisina totius Forestæ prædictæ, ratione donationis & concessionis prædicti Regis patris nostri; Et quod quædam pars ejusdem Forestæ, quam moniales prædictæ nunc tenent de nobis ad firmam, postmodum ex quibusdam causis, capta fuit in manum nostram; & quod prædicta pars quæ capta fuit in manum nostram, valet per annum sex marcas, & quinq; solidos in omnibus exitibus: Nos eisdem monialibus, pro salute animæ prædicti patris nostri, & nostræ, gratiam facere volentes in hac parte; concedimus eis, & successoribus suis, pro nobis & hæredibus nostris, quod partem Forestæ prædictæ, quam nunc tenent, habeant, & teneant, in puram, & liberam, elemosinam in perpetuum. Dedimus etiam & concedimus eisdem monialibus, de gratia nostra speciali, prædictum boscum de Adelstanwod, habendum & tenendum eis, & successoribus suis in puram, & perpetuam elemosinam, quietum de visu Forestariorum, Viridariorum, omniumq; ministrorum forestæ nostræ, & vasto, & regardo. Ita quod nullus eorum, de prædicto bosco, de cætero, se intromittat. Quare volumus, (&c.) Datum per manum nostram apud Northamton 29. die *Maii* Anno Regni nostri quinquagesimo.

Carta Walteri *de* Lacy.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Walterus* de *Lacy*, pro salute animæ meæ, & antecessorum meorum concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & sororibus domus de Acornebury, regulam beati *Augustini* observantibus, omnes terras cum pertinentiis suis, quas *Margeria* uxor mea contulit dictis sororibus; quas quidem terras Dominus *Johannes* Rex *Angliæ*, dictæ *Margeriæ* uxori meæ donavit ad faciendam domum religionis apud Acornebirie. Ut hæc autem concessio, & confirmatio stabilis, & rata permaneat, præsentem Cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus, Domino *Willielmo* de *Lasey*; Domino *Simone* de *Clifford* Priore de Carestwall; *Egidio* de *Clifford*; *Waltero* le *Petit*; *Simone* de *Tidleshop*; *Henrico* le *Blount*; Magistro *Laurentio*; *Willielmo Tregoz*; *Waltero Candecote*, & multis aliis. Ibid. fol. 241.

Carta

Carta Catherinæ *de* Lacy *de terris in* Coxham.

Ex autog. in officio Armorum.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Katerina* de *Lacy* filia *Walteri* de *Lacy*, dedi, concessi & hâc præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Ecclesiæ Sanctæ *Crucis* de *Acornebiria*, ac Prioriſſæ & monialibus ibidem Deo servientibus, totum tenementum quod tenui de Domino *Waltero* de *Clifford* in Manerio de **Coxhaut**, tam in bosco, quàm in plano, cum omnibus aliis pertinentiis; scilicet, **Boxlete**, & boscum qui vocatur **Heruhales**, & unam virgatam terræ, quam tenuit *Eystrop* de *Sibetone*; & tres nocas terræ quas tenuit *Willielmus Gloyn*, cum pertinentiis; ita videlicet, quod dictæ moniales omnia prædicta habeant & teneant in perpetuum, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, ad sustentandum unum Capellanum idoneum in præfata Ecclesia de *Acornebiria*, celebrantem Missam cotidianam beatæ Virginis *Mariæ*, pro animabus patris mei & matris meæ & fratris mei, & meæ, & antecessorum & successorum meorum; & pro salute dicti *Walteri* de *Clifford* & *Margareta* uxoris suæ, ac dominæ *Mathildis* de *Longespe* filiæ suæ, & *Margareta* filiæ ipsius, in perpetuum: Ita quod si prædictum servitium, aliquo tempore, fuerit fraudulenter subtractum, volo & concedo, quod dominus *Herefordensis* Episcopus, qui pro tempore fuerit, possit prædictam Prioriſſam & moniales compellere, per prædictam, & alio quocunq; modo, sibi videbitur, secundùm Deum, ut dicta Missa, in dicto loco de *Acornebiria* honorificè, honestè & plenariè perpetuò, ut dictum est, celebretur. Et hæc omnia universæ moniales & singulæ de prædicta domo de *Acornebiria*, pro se, & pro sibi successuris ibidem libera ac legitima promissione concesserunt. Volo igitur & concedo ut dicta Prioriſſa & dicta moniales omnia suprædicta teneant & possideant quietè, & soluta ab omnibus servitiis & exactionibus secularibus, consuetudinibus, sectis curiæ, & universis aliis demandis, quæ ad terram pertinent vel pertinere poterint, sine aliquo retenemento, sicut libera, pura & perpetua elemosina unquam meliùs & quietiùs potuit, aut poterit optineri. Ego autem *Katerina* de *Lacy* eandem warantizationem, quam de prædictis & eorum pertinentiis & libertatibus, per Cartam dicti Domini *Walteri* de *Clifford* aliquando habui, dictis monialibus quietam clamavi; & ad majorem securitatem, eandem Cartam ipsis sursum liberavi, ad retinendum penès se, ut idem dominus *Walterus*, & hæredes sui juxta tenorem ejusdem Cartæ, præfatæ Ecclesiæ & monialibus prædictis, sicut meis assignatis, totam prædictam, & tenementa, cum universis ad eadem spectantibus, warantizent, defendant, & in omnibus adquietent. Ut igitur hæc mea donatio & concessio, & confirmatio, rata, & stabilis imperpetuum perseveret, præsens scriptum sigilli mei impressione corroboravi. Hiis testibus, Domino *Willelmo* de *Evereus*, Domino *Rogero* de *Clifford*, Domino *Ricardo Tirel*, Domino *Roberto* de *Lacy*, Domino *Willielmo* de *Rachesford*, Vicario de *Themedebiria*, *Hugone* de *Chennei*, *Warino* de *Grendon*, *Willielmo* de *Wodeton*, & multis aliis.

Carta Walteri *de* Clifford *de dictis terris in* Coxham.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Walterus* de *Clifford* filius *Walteri* de *Clifford* & *Agnetis* de *Cundy*, concessi & confirmavi Deo & beatæ *Mariæ* & Prioriſſæ & Monialibus de **Cozneburv** pro salute animæ meæ, & *Margareta* uxoris meæ, & Dominæ *Matildis* filiæ meæ (scil. *Matildis Longespe*) necnon & pro salute omnium animarum prædecessorum meorum & successorum, totam terram cum omnibus pertinentiis & libertatibus; quam videlicet terram aliquando dedi *Katherinæ* filiæ *Walteri* de *Lacy* in feodo meo de **Coxham**, in liberam, puram & perpetuam elemosinam ipsis & omnibus in dicta domo de **Cozneburv** eis succedentibus, in perpetuum; tenendam liberè, integrè, benè & quietè, secundùm tenorem Cartæ, quam indè feci prædictæ *Katherinæ* de *Lacy*, & prout pleniùs, meliùs & liberiùs in ipso continetur ex dono meo. Et ego *Walterus* de *Clifford* & hæredes mei omnes, totam prædictam terram cum pertinentiis ipsis omnibus & libertatibus ad dictam terram spectantibus, dictæ Prioriſſæ & Monialibus de **Cozneburv** & omnibus in dicta domo eis succedentibus, vel earum assignatis, sicut liberam, puram & perpetuam elemosinam warantizabimus, defendemus & in omnibus adquietabimus. In cujus rei testimonium pro me & hæredibus meis omnibus, præsenti confirmationi sigillum meum apposui. Hiis testibus, Domino *Henrico* tunc Abbate de *Dor*; Domino *Willielmo* de *Brawose*, Domino *Rogero* de *Clifford*, Domino *Hugone* de *Clifford* fratre ipsius, Domino *Roberto* le *Bret*, Domino *willielmo* de *Rogford* tunc Vicario de *Themedbury*, *Richardo* le *Bret*, *Griffino Wenbow*, & multis aliis. Ibid.

Cartâ Margaretæ *quondam uxoris Domini* Walteri *de* Clifford.

NOrum sit omnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, quod ego *Margareta* quondam uxor Domini *Walteri* de *Clifford*, in libera viduitate mea, delego Cor meum Deo & beatæ *Mariæ* & omnibus Sanctis, ad sepeliendum in Ecclesia Prioratus Sanctimonialium de *Acornebiria*, propè **Hereford**; & cum dicto Corde meo, in elemosinam, quindecim marcas sterlingorum eidem domui celeriùs persolvendas, unâ cum aliis expensis, de bonis quæ me contingunt, honorabiliter ad exequias circa prædictum Cor meum sepeliendum, perficiendas, Ibid.

secundùm discretam providentiam executorum meorum in ultima voluntate mea constituendorum: Ita quod, si forte per oblivionem vel quocunq; alio casu, per Testamentum, vel aliquam ordinationem, contra præsentem donationem contravenerim, nullum optineat robur firmitatis. In hujus rei testimonium præsenti scripto Sigillum meum, una cum sigillis Domini *Sampsonis* Abbatis Bingesiwod, & Domini *Henrici* Abbatis de *Dora*, ad petitionem meam hic in solempnius testimonium appositis, apposui. Datum apud Ros Anno Domini *M. CC. Lx.* tertia die dominica proxima ante festum sancti *Thomæ* Apostoli. Hiis testibus, frate *Henrico* de *Mariſco*; Domino *Bernardo* Subpriore de Binkeslwod; Domino *Johanne* Succentore de *Dora*; Domino *Thoma* Rectore Ecclesiæ de Bunnesfeld; Domino *Willielmo* tunc Vicario de Temeoburie; Magistro *Johanne* Phisico; *Henrico* de *Clifford*; *Paulino* Capellano de Bentles, & multis aliis.

Carta Domina Sibillæ *de* Ewias *filia* Roberti *de* Ewyas.

Ibid. OMnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Domina *Sibilla* de *Ewyas* filia *Roberti* de *Ewyas*, salutem. Noveritis me divinæ pietatis intuitu, & pro salute animæ meæ, & anteceſſorum & succeſſorum meorum, dediſſe & conceſſiſſe, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Domui beati *Johannis* de *Acornbiry* & fratribus & sororibus ibidem Deo servientibus, in puram & perpetuam elemosinam, decimam theolonii molendini mei Blacarii de Ethon. Tenendas & habendas de me & hæredibus meis, liberè, quietè, integrè, & plenariè. Nec quia aliquis super hac donatione & conceſſione in dubium poſſit venire, eam præsenti scripto & sigilli mei impreſſione roborare curavi. Hiis testibus, Domino *Waltero* de *Lacy*; Domino *Rogero* de *Clifford*, *Willielmo* de *Ewias*; *Nicolao* filio *Fulconis*; *Hugone* de *Kydeſlega*, *Roberto Tregoz*, & fratribus suis, & multis aliis.

Carta Willielmi *de* Breuſe *militis, de decem burgagiis in villa de* Tettebiri.

Ex autogr. in bibliotheca *Hattoniana.* OMnibus Christi fidelibus præsens scriptum visuris, vel audituris, *Willielmus* de *Breuſe* miles, salutem in Domino sempiternam; Noveritis nos Cartam, quam Dominus *Johannes* de *Breus* pater meus fecit Deo & Ecclesiæ sanctæ *Crucis* de *Cornebiria*, & sororibus Hospitalis ibidem servientibus, non cancelatam, non rasam, nec in aliqua sui parte viciatam, inspexiſſe in hæc verba. Sciant præsentes, & futuri, quod ego *Johannes* de *Breuſa*, filius *Willielmi* de *Breuſa* dedi, & conceſſi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi, Deo & Ecclesiæ sanctæ *Crucis* de *Cornebiria*, & sororibus Hospitalis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ, & anteceſſorum meorum, & succeſſorum, in puram & perpetuam elemosinam, decem burgagia cum pertinentiis suis in villa mea de *Tettebiria*, unde solitus fui annuatim recipere duodecim solidos, & quatuor denarios & obolum. In vico illo qui jacet versus Horſpole, scilicet de burgagio *Reginaldi Palmeri* decem & octo denarios, & obolum. De burgagio *Richardi Hiredmon* duodecim denarios, De burgagio *Willielmi Venatoris* decem & octo denarios: De burgagio *Johannis Cooperatoris* duodecim denarios: De burgagio *Willielmi Ruſi* duodecim denarios: De relicta *Johannis Godini* duodecim denarios: De burgagio *Richardi* de *Themeld* sexdecim denarios: De burgagio *Thomæ* sexdecim denarios: De burgagio relictæ *Rad.* sexdecim denarios: De burgagio *Joh.* de *Machim* sexdecim denarios: Et de duabus forlandis sexdecim denarios; scilicet de furlondo *Johannis Wanker*, quod jacet ante terram Ecclesiæ, octo denarios; & furlando *Rogeri Brumijr*, quod jacet retro burgagium suum, octo denarios; recipiendos de manibus prædictorum, & hæredum suorum in die beati *Andreæ* Apostoli; Ita quod omnes hi prædicti Burgenses, & hæredes eorum, sint omnino intendentes, & respondentes prædictæ domui Hospitali de *Cornebire*, ratione prædictorum burgagiorum, & liberi redditus in villa mea de *Tetteberia*, à *tacco* & *tollo* & omni servitio seculari, & exactione, & demanda; & habeant libertates plenas in villa mea de *Tetteberia*, & in pasturis communibus, secundùm tenorem privilegiorum domus Hospitalis sancti *Johannis* terræ *Hieroſolomitanæ*. Ego verò *Johannes* & hæredes mei warantizabimus predictas donationes prædictæ domui religiosæ de *Corneberia*, contra omnes mortales. Et quia volo quod hæ donationes meæ, ratæ & stabiles permaneant, præsenti Cartâ meâ confirmavi, & sigilli mei impreſſione corroboravi; Hiis testibus, *Johanne* de *Wynfranvil* tunc temporis seneſcallo; Magistro *Richardo* de *Burleia*; *Galfrido* Capellano, tunc procuratore domus de *Corneberia*, *Stephano* Capellano ejusdem loci; *Alano* Capellano de *Tettebiria*; *Rogero* de *Wathsiam*; *Philippo* de *Tettibiria*, *Willielmo* de *Redmerton*; *Waltero* de *Upton*; *Johanne* diacono, qui hanc Cartam scripsit, & multis aliis. Ego verò prædictus *Willielmus* eandem donationem, & conceſſionem ratam habeo, & firmam, & eas præsenti scripto meo ratifico, approbo, & confirmo, pro me & hæredibus meis in perpetuum; Et ut omnia præmiſſa robur perpetuæ firmitatis obtineant, præsentem Cartam sigilli mei impreſſione roboravi. Data apud London die sancti *Vincentii* Martiris, anno Regni Regis *Edwardi* decimo octavo.

Prio-

BILSINGTON *Prioratus in agro* Cantiano.

De Fundatione ejusdem.

Mat. Paris. p. 968. n. 4.

ANno Domini *MCCLvii.* Dominus *Johannes Mansel Beverlaci* Præpositus, Domini Regis Clericus & consiliarius specialis; vir quidem prudens & circumspectus, ac dives; prudenter considerans, quoniam Regis gratia non est hæreditaria, vel prosperitas mundi semper duratura, unam domum Religiosorum, scil. *Canonicorum regularium* fundavit, & gratanter locupletavit, juxta **Romeniam**, ad duo milliaria supra mare, & illam Canonicis instauravit; exemplo *Petri Chaceport*, qui quondam domum ejusdem ordinis paucis retroactis diebus, piè ac fæliciter fundaverat informatas; ut sic per bona temporalia transeuntes non amitterent sempiterna.

Carta Fundationis.

Pat. 5. E. 4. p. 3. m. 23. per Inspex.

UNiversis Christi fidelibus literas præsentes visuris vel audituris, *Johannes Mansel* Præpositus *Beverlacensis* æternam in Domino salutem. Inter varias mundi solicitudines, quibus genus humanum premitur & arctatur, quatenus permittit humana fragilitas, illud semper in mente gerendum est, quod recepturi sumus omnes, Apostolo attestante, secundùm quod in corpore gessimus, sive bonum, sive malum; ut qui parcè seminat parcè recolligat; & qui in benedictionibus seminat æternæ vitæ premium assequatur: Summo igitur desiderio cupientes, extremo messionis die, in aliquo pietatis opere pervenire, in nomine Dei patris omnipotentis, & salvatoris nostri Jhesu Christi, Spiritus sancti gratiâ invocatâ, karissimi Domini nostri *Henrici* illustris regis *Anglie* ad hæc accedente consensu, ita duximus ordinandum, ut de bonis nobis à Deo collatis domus una religiosa fundetur, in qua Collegium Canonicorum regularium, beati *Augustini* regulam professorum instituatur; in qua divinum officium perpetuò celebretur pro vivis & defunctis, ad laudem & gloriam Creatoris; & in qua ad honorem beatæ Dei genitricis & gloriosæ Virginis *Mariæ*, incensum orationum jugiter incendatur, & sacrificium Matutinum, obsequiumq; Vespertinum Deo omnipotenti perpetuis temporibus impendatur: Venerabili igitur patre *Bonefacio Cantuar.* Archiepiscopo, loci dyocesano, ad hæc, auctoritate patrante; & quod ad ipsius spectat officium in hac parte pleniùs exequente, illam partem Manerii nostri de **Bilsingtone**, quam habuimus de dono & concessione hæredum *Hugonis* Comitis *Arundellie*; & totam terram nostram de **Polre**, de **Cotehale**, & de **Ecche**, cum omnibus pertinentiis suis, ad prædictam domum fundandam & dotandam concessimus & assignavimus in liberam, puram & perpetuam elemosinam; tenenda & habenda Deo & beatæ *Mariæ* Virgini, & *Willielmo* Priori ejusdem loci, & Canonicis apud **Bilsingtone** Deo servientibus, ac eorum successoribus ibidem Deo famulantibus imperpetuum, pro salute karissimi Domini nostri *Henrici* illustris Regis *Anglie*, & *Alienore* ejusdem Reginæ & liberorum suorum, & nostrâ æternâ & temporali, ac omnium parentum & benefactorum nostrorum, præcedentium & subsequentium, liberè & quietè ab omni servicio & exactione seculari, de quorum fructibus & exitibus Canonicos ibidem Deo servientes, ac pro futuris temporibus deservituros volumus sustentari, secundùm numerum Canonicorum in eodem loco taxandis, juxta loci facultates. Quam quidem domum ita liberam esse volumus, quod nulli alteri domui sit subjecta, nec in temporalibus, nec in spiritualibus; salvis tamen loci patronis in omnibus aliis reverentiâ debitâ & honore.

Vide Pat. 14. E. 2. p. 1. m. 13.

Volumus etiam & ordinamus, ut cum Prior de **Bilsingtone**, qui pro tempore fuerit, Prioratui cesserit, vel in fata decesserit, Supprior & Conventus custodiam Domus suæ, & omnium rerum & possessionum suarum habeant. Et statim, cum præfatus Prior ..... officio suo renunciaverit; vel defunctus, sepulturæ traditus fuerit; Supprior & Conventus, à nemine licentiâ eligendi postulatâ, Capitulum intrent, & quem sibi dominus inspiraverit sibi in patrem & Priorem eligant, & electum patrono præsentent confirmandum.

Ut autem hæc nostra donatio & concessio rata & stabilis imperpetuum permaneat, eandem Sigilli nostri munimine roboravimus. Hiis testibus, Domino *Bonefacio Cantuariensi* Archiepiscopo; *Willielmo* Episcopo *Sarum*; Domino *Petro* Episcopo *Herefordensi*; Domino *Ricardo* Comite *Glovernia*; Domino *Petro* de *Sabaudia*; Domino *Petro Chaceport* Archidiacono *Wellensi*; Magistro *Willielmo* de *Kilkenne* Archidiacono *Coventria*; *Radulpho* filio *Nicholai*; *Johanne Grey*; *Bertramo* de *Cricel*; *Johanne* de *Lexintone*; *Roberto Walerand*; *Willielmo* de *Lichefeld* Canonico *Lond.* Magistro *Johanne Clarel*; Domino *Galfrido* de *Childwic*, Domino *Ricardo* de *Tilebery*, *Alardo Flemeng*, *Thomâ* de *Colcestre*, & *Simone* de *Huntingdone* Capellanis, & multis aliis. Actum Anno Domini *MCCLiii.* mense *Junio.*

Licentia

Licentia Regis Edwardi *tertii facta Canonicis de* Bilsington, *pro quodam marisco, mari submerso, assewiando.*

Pat. 1 E. 3. p. 1. m 32. Vide etiam Pat. 14. E. 2. p. 1. m. 13.

REx omnibus ad quos, &c. salutem. Quia compertum est per inquisitionem per dilectum nobis *Will.* de *Weston* nuper Escaetorem Domini *Edw.* tunc Regis *Angl.* patris nostri, in commitatibus *Kanc*, *Sussexia*, *Surria Midd.* & civitate *Lond.* de mandato ipsius patris nostri factam, & in Cancellaria sua retornatam; quod quidam salsus mariscus in Lyde, juxta Romenale, continens in se sexaginta acras terræ, qui a tempore quo *Johannes Maunsell* fundator Prioratus de Bilsington, dedit & concessit Priori loci illius & Canonicis ibidem Deo servientibus & eorum successoribus, in liberam & perpetuam elemosinam Manerium de Ure Bilsyngton, cum pertinentiis, huc usq; fuit & adhuc est per mare submersus, pertinet & pertinuit ab antiquo ad Manerium prædictum; & quod non fuit ad dampnum seu præjudicium dicti patris nostri aut aliorum, si ipse concessisset Priori & Conventui de Bilsyngton, quod ipsi mariscum prædictum cum pertinentiis assewiare, & secundùm legem marisci walliis includere, & in culturam redigere, & aliàs commodum suum inde facere; Ac mariscum illum sic assewiatum, inclusum, & in culturam redactum tenere possent sibi & successoribus suis imperpetuum: Et quod prædictus mariscus tenebatur de dicto patre nostro in liberam & perpetuam elemosinam. Nos per finem, quem præfatus Prior fecit nobiscum, concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, eidem Priori & Conventui ejusdem loci, quod ipsi mariscum prædictum cum pertinentiis, assewiare, & secundùm legem marisci, walliis includere, & in culturam redigere, ac alias commodum suum inde facere; & mariscum illum sic assewiatum, inclusum, & in culturam redactum tenere possint sibi & successoribus suis de nobis & hæredibus nostris, unà cum prædicto Manerio imperpetuum, sine occasione vel impedimento nostri vel hæredum nostrorum, (&c.) In cujus, &c. T. Rege apud *Westm.* xxiii. die *Febr.*

PRIORATUS

de Bradley *in agro* Leicestrensi.

BRADLEY *Prioratus, Ordinis S.* Augustini.

DUo Canonici in domo; *Robertus Bundy* primus Fundator, Dominus *Scrope* Fundator modernus. Lel. Col. vol. 1. p. 70.

JUratores dicunt, &c. quod *Willielmus* filius *Henrici* le *Scrope* chivalier, tenuit die quo obiit, (&c.) advocationem Ecclesiæ de Medeburne in Comitatu *Leicestriæ*, ac patronatum Prioratus de Bradley in eodem Comitatu, &c. Esc. 19. E. 3. n. 61.

PRIORATUS

de Michelham *in agro* Sussexiano.

Carta Gilberti *de* Aquila, *de dotatione ejusdem Domus.*

SCiant præsentes, & futuri, quod ego *Gilebertus*, Dominus *Aquila*, de assensu & voluntate Domini Regis *Angliæ*, *Henrici* tertii, pro salute animæ meæ, & *Isabellæ* uxoris meæ, & liberorum meorum; fratrum & sororum mearum; antecessorum, & hæredum meorum, dedi, concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Ecclesiæ in honore S. *Trinitatis* apud Michelcham constructæ, & Priori & Conventui Canonicorum ibidem Deo servientibus, totum dominicum meum de Michelcham, & parcum meum de Peverse, cum hominibus, & redditibus, & Escaetis, & cæteris pertinentiis suis, & quatuor viginti acras marisci, cum pertinentiis in Haylesham; & viginti acras prati in Wilendune; & pasturam in *Dikera*, & broleo de Legton & aliis boscis in *Sussexia*, ad sexaginta animalia; & passuagium ad centum porcos in prædictis boscis meis, & maremium ad dictam Ecclesiam, & ædificia ibidem construenda, & reparanda; & ligna ad ignen, & clausturam ad dicta ædificia, & sepes sufficiens, per visum Forestariorum meorum. Et Advocationes Ecclesiarum de Haylesham, & Legton: Hæc omnia si pra- Cart. 14. E. 2. n. 18. per Inspex. Pat. 13 H. 4 p. 2 m. 5.

supradicta, prædictis Priori & Conventui dedi, & concessi. Habenda & possidenda sibi & successoribus suis, de me, & hæredibus meis, in puram, & perpetuam elemosinam. Et quoniam labilis est hominum memoria, ut hæc mea donatio, & concessio firma, & stabilis imperpetuum perseveret, præsenti Cartæ Sigillum meum apposui. Hiis Testibus, *Simone* de *Echingham*, *Willielmo* de *Munceux*, *Jordano* de *Saukevill*, *Roberto* de *Albervill*, *Willielmo Botevilayn*, *Helia* de *Gangi*, *Walrando Mause*, *Johanne Gulafre*, *Roberto* de *Horstede*, *Roberto* de *Manekesye*, *Thoma* de *Bistenober*, *Richardo* de *la Gare*, *Remiaio* de *Bosco*, *Simone Burgedse*, & multis aliis.

Carta Regis Edwardi *secundi Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Cart. 14i E. 2. n. 18. R*Ex Archiepiscopis*, &c. *salutem. Inspeximus Cartam quam celebris memoriæ Domi-*

Vide Pat. 13. H. 4 p. 2. m. 5 H. *quondam Rex* Angliæ, *avus noster fecit Deo & Ecclesiæ S.* Trinitatis *de* Michelham *& Canonicis ibidem Deo servientibus in hæc verba. Henricus* Dei gratia, Rex *Angliæ*, Dominus *Hibernie*, Dux *Norm. Aquit.* & Comes *And.* Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis nos intuitu Dei, & pro salute animæ nostræ & animarum antecessorum & hæredum nostrorum concessisse, & hac Cartâ nostrâ confirmâsse, pro nobis & hæredibus nostris Deo & Ecclesiæ S. *Trinitatis* de Michelham & Priori & Canonicis ibidem Deo servientibus & successoribus suis imperpetuum, Maherium de Chintinges, cum omnibus pertinentiis suis, quod habent de donatione *Gilleberti* de *Aquila* patroni ejusdem Ecclesiæ de Michelham; habendum & tenendum in liberam & perpetuam elemosinam (&c.) Quare volumus (&c.) Dat. per manum venerabilis patris *Radulphi Ciceestr.* Episcopi Cancellarii nostri apud Windlesore, octavo die *Jan.* anno Regni nostri sexto decimo.

Carta Fundationis hujus Domus. *Inspeximus Cartam* Gilleberti *de* Aquila, *in hac verba.* Sciant præsentes & futuri, quod ego *Gilebertus* Dominus *Aquila*, de assensu & voluntate Domini Regis *Angliæ Henrici* tertii, pro salute animæ meæ, & *Isabella* uxoris meæ, & liberorum meorum, fratrum & sororum meorum, antecessorum & hæredum meorum, dedi, concessi & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Ecclesiæ in honore S. *Trinitatis* apud Michelham constructæ, & Priori & Conventui Canonicorum ibidem Deo servientibus, totum dominicum meum de Michelham, & parcum meum de Pererse, cum hominibus & redditibus & escaetis, & ceteris pertinentiis suis, & quater viginti acras Mariscі cum pertinentiis in Hayleshām, & viginti acras prati in Wlfendune, & pasturam in Dikera, & broleo de Legton, & aliis boscis in Sussex, ad sexaginta animalia; & passuagium ad centum porcos in prædictis boscis meis & maremium ad dictam Ecclesiam & ædificia ibidem construenda & reparanda; & ligna ad ignem, & clausturam ad dicta ædificia, & sepes sufficientem, per visum Forestariorum meorum; & Advocationes Ecclesiarum de Hayleshām & Legton. Hæc omnia supradicta prædicto Priori & Conventui dedi & concessi, habenda & possidenda sibi & successoribus suis, de me & hæredibus meis, in puram & perpetuam elemosinam. Et quoniam labilis est hominum memoria, ut hæc mea donatio & concessio firma & stabilis imperpetuum perseveret, præsenti Cartæ Sigillum meum appósui. Hiis testibus, *Simone* de *Echingham*, *Will.* de *Munceux*, *Jordano* de *Saukevill*, *Roberto* de *Albervill*; *Will. Botevilayn*, *Helia* de *Gargi*, *Walrando Mause*, *Johanne Gulafre*, *Roberto* de *Horstede*, *Roberto* de *Manekesye*, *Thoma* de *Bistenover*, *Ric.* de *la Gare*, *Remigio* de *Bosco*, *Sm. Burgense*, & multis aliis. Nos igitur prædictam donationem (&c.) confirmamus (&c.) Dat. per manum venerabilis patris *Radulphi Ciceestr.* Episcopi Cancellarii nostri apud Lameth, vicesimo die *Januarii*, anno Regni nostri *xvi.*

Inspeximus etiam quandam aliam Cartam, quam idem avus noster fecit prædictis Priori & Canonicis in hæc verba. Henricus (&c.) Sciatis nos intuitu Dei, & pro salute animæ nostræ, & animarum antecessorum & hæredum nostrorum, concessisse & hac Cartâ nostrâ confirmâsse, pro nobis & hæredibus nostris Priori & Canonicis S. *Trinitatis* de Michelham, quod ipsi & successores sui & homines sui de Maneriis suis de Michelham, & de Chiltinges, quæ habent de dono *Gilberti* de *Aquila* sint imperpetuum quieti de Shiris & Hundredis, & sectis Shirarum & Hundredorum & de auxilio Vicecomitis. Quare volumus (&c.) Dat. per manum venerabilis patris *Radulphi Ciceestren.* Episc. Cancellarii nostri apud Lambeth, vicesimo tercio die *Jan.* anno Regni nostri *xvi.*

Nos autem donationes, concessiones, & confirmationes prædictas; necnon donationem, concessionem, & confirmationem, quas *Johannes* de *Haia* miles, per Cartam suam fecit eisdem Priori & Canonicis, de toto tenemento suo de *la* Hnocke, unà cum terris, boscis, pratis, pasturis, escaetis, & omnibus aliis ad dictum tenementum pertinentibus. Et donationem (&c.) quas *Robertus* de *Flechirgton* Clericus, per Cartam suam fecit eisdem Priori & Conventui, de toto tenemento suo in Belle, quod habuit de dono *Willielmi* de *Wrotham*, & *Johanne* de *Kelle* uxoris suæ, ut in dominicis, terris, boscis, pratis (&c.) Et concessionem (&c. quas *Will.* de *Brakelesham* Decanus *Ciceestriæ* per Cartam suam fecit eisdem Priori & Conventui de tota terra sua in Swelterche, quam habuit de dono concessione *Johannis* de *Spelterche* in parochia de Erlington; & de tota terra sua, quam habuit de dono *Ric. Caperun* in eadem parochia, cum pratis & aliis pertinentiis suis; & de prato quod habuit in eadem parochia, de dono *Thomæ* de *Bodingto*; & de toto jure & clameo quod habuit vel habere potuit in eisdem. Et donationem (&c.) quas *Will.* de *Monte Acuto* per Cartam suam fecit eisdem Priori & Conventui de Capellaria de Jetington,

cum terris, redditibus, (&c.) ad prædictam Cantariam pertinentibus. Et donationem, (&c.) quas *Hugo Baudefar* per Cartam suam fecit eisdem Priori & Conventui de tota terra sua cum pertinentiis, quam habuit in Baithelmesfun, quam de *Johanne* de *Berners* emit. Et donationem, (&c.) quas *Will.* fil. *Galfridi* de *Ditton* per Cartam suam fecit eisdem Priori & Conventui de tota terra sua de Ditton in parochia de Westhame, cum pertinentiis.

Et concessionem quietam clamantiam, (&c.) quas *Radulphus* de *Manekesie* per Cartam suam fecit eisdem Priori & Conventui de viginti acris terræ & dimidia, & medietate unius acræ prati cum pertinentiis jacentibus in australi parte viæ quæ tendit de Pevesse versùs Lewes, extendentibus usq; ad Brocum de Wilendon; Et de medietate unius acræ prati, cum pertinentiis jacente juxta pratum Domini de Willindon. Et donationem, (&c.) quas *Thomas* de *Burton* miles & *Johanna* uxor ejus per Cartam suam fecerunt eisdem Priori & Conventui de toto tenemento suo in Henherst in Wachfeld, cum capitali mesuagio, boscis, molendinis, (&c.) Et donationem, (&c.) quas *Robertus* de *Manekesie* miles, per Cartam suam fecit eisdem Priori & Conventui de tota terra sua in Windebeche in Foresta de Weselden, quam habuit de dono *Gilberti* de *Aquila*; & quod ipsi & eorum successores habeant per totum annum, quotiens necesse fuerit, clausturam in foresta prædicta ad dictam terram includendam per visum Forestariorum dictæ forestæ. Et donationem, (&c.) quas idem *Robertus* per eandem Cartam suam fecit eisdem, de pastura ad animalia sua in communi pastura juxta forestam prædictam, cum aliis hominibus de Bardherst. Et donationem, (&c.) quas *Agnes* de *Monte Acuto* per Cartam suam fecit eisdem Priori & Conventui de toto dominico suo quod habuit in Hertfeld & Cuden, cum capitali mesuagio suo, redditibus, & omnibus aliis pertinentiis suis. Et donationem, (&c.) quas *Walterus* de *Letton* miles, & *Gunnora* uxor ejus per Cartam suam fecerunt eisdem Priori & Conventui de tota terra vocata Greggestond in Cuden, & pratis & boscis, & omnibus aliis pertinentiis suis; & de tota terra illa quæ est de feodo suo in Cuden, cum pertinentiis quam idem Prior & Conventus habuerunt de dono *Agnetis* de *Monte Acuto*; & quod imperpetuum sint quieti de secta Curiæ, quam eadem terra ad Curiam ipsorum *Walteri* & *Gunnoræ*, de Tiches aliquando facere consuevit.

Et donationem, (&c.) quas *Will. Russel* & *Lucia* uxor ejus per Cartam suam fecerunt eisdem Priori & Conventui, de toto tenemento suo in Holewiche in Hertfeld, cum capitali mesuagio suo, terris, boscis, redditibus, pratis, & omnibus aliis ad dictum tenementum pertinentibus. Et insuper donationem, (&c.) quas *Thomas* de *Wibenden* per Cartam suam fecit eisdem Priori & Conventui de uno campo terræ cum pertinentiis vocato Warefeld, in parochia de Cuden, sicut sepibus, fossis & aqua includitur, ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, prædictis Priori & Conventui & eorum successoribus concedimus & confirmamus, (&c.) Dat. per manum nostram apud *Westm.* xx. die *Nov.*

PRIORATUS

de Ratlingcope *in agro* Salopiensi.

Litera Lewelini *Principis* Walliæ, *de protectione ejusdem.*

LEwelinus filius *Gervasii* Dei gratia princeps *Norwallæ*; dilectis sibi, & cognatis & amicis, *Madoco* filio *Malgwn*, & fratribus ejus; & *Howelo* filio *Cadewathlon*, & *Meredith* filio *Roberti*, & *Gervasio Goch*, & *Meuric* filio ejus, & aliis filiis ipsius; & *Gervasio* & *Meredith*, filiis *Heinoun Clut*, & *Gervasio* filio *Meirioun*, & omnibus aliis per *Walliam* constitutis, tam notis sibi quàm extraneis, salutem, & in omnibus necessitatibus & justis petitionibus suis, pro posse suo, non minus auxilii quam consilii solacium. Quia tam vobis quàm nobis expedit, omnia loca Deo consecrata, & maximè ea quæ sanctæ religioni sunt deputata, pio charitatis affectu fovere, & eorum indemnitati providere, & omnes in sacris ordinibus constitutos, & maximè viros religiosos piâ devotione colere & venerari, & nulla molestiâ infestare vel inequi, ut pacificè & quietè pro nostrâ omniumq; salute Dominum, cujus servicio se penitùs mancipârunt, jugiter possint interpellare: Precor vos obnoxius & expostulo; & illis omnibus de vobis, quibus possim præcipere, firmiter præcipio, quatinus sicut me diligitis, & honorem meum; & sicut ad me liberum accessum vultis habere, & reditum; & pro loco & tempore consilium meum & subsidium, fratrem *Walterum Corbet* Canonicum diligatis; & in negotiis suis, pro Dei amore & meo promoveatis; & terram quam ipse ad honorem Dei & obsequium, & sanctæ Religionis incrementum adquisivit; scilicet Ratlincope & Cotes; quæ terra, sicut mihi relatum est, proxima & vicina est terræ de Bert, manuteneatis & protegatis, & defendatis: Et tam homines & servientes præfati loci, quàm animalia & cætera omnia, quæ illic sunt & futura sunt, ad usum fratrum & pauperum Christi necessaria, à furto & rapinâ, & à depredatione, & ab omnibus aliis molestiis & gravaminibus & damnis: Noverit enim universi-

Et ipso autogr. penès *Owenum* ap *Gwedir*, Baronettum.

veritas vestra, quod ipse *Walterus* cognatus noster est & familiarissimus; & pro religione suâ & honestate, mihi multum dilectus, & frater *Willielmi Corbet* avunculi mei: Qua propter iteratis precibus rogo vos omnes accuratiùs, quatinus erga jam sæpedictum locum & fratres ibidem Deo servituros, & homines illorum, & omnes terras suas fidem & pacem habeatis & teneatis. Si quis enim, ex vobis, post hanc petitionem meam, ipsis damnum aliquod vel injuriam intulerit, pro certo sciat se deinceps familiaritem meam amissurum & amicitiam: Et præcipuè hoc vobis dico, *Madoce* filii *Madgwn*, quem nutrivi & exaltavi, ut non reddas mihi malum pro bono, sed intendatis honori meo, ut ego vobis amodo, sicut priùs consulam & succurram ex animo; Valete.

PRIORATUS

de Ravenston *in agro* Lincolniensi.

Carta Fundationis ejusdem Domus.

Cart. 39. H. 3 m. 44

Vide Claus. 55. H. 3 m. 3.

REX Archiepiscopis, &c. salutem. Sciatis quod cum bonæ memoriæ *Petrus Chaceport* quondam Custos Garderobæ nostræ emisset à *Saero* de *Walville* totam terram, quam idem *Saerus* habuit vel habere potuit in Ravenestun, cum capitali mesuagio & advocatione Ecclesiæ ejusdem villæ, & omnibus aliis suis pertinentiis; & eadem terra cum omnibus prædictis post decessum ipsius *Petri* ad *Huganem Chaceport* fratrem & hæredem ejusdem *Petri*, jure hæreditario devoluta esset: Ac idem *Hugo* prædictam terram cum omnibus prædictis ad ipsam pertinentibus de assensu & voluntate *Walteri* de *Wahul* filii & hæredis prædicti *Saeri*, qui eandem terram immediatè tenuit de nobis in Capite, nobis reddidisset. Nos laudabilis & divini obsequii ejusdem *Petri* nobis impensi, & laboris sui continui non immemores; & quod in servicio nostro diem clausit extremum attendentes; pro salute animæ nostræ & animarum antecessorum & hæredum nostrorum, necnon pro salute animarum prædicti *Petri Chaceport* & *Hugonis* de *Vynon* avunculi sui, qui similiter diu grata nobis præstitit obsequia; & animarum antecessorum & hæredum ipsorum *Petri* & *Hugonis*, dedimus, concessimus, & hac Cartâ nostrâ confirmavimus Priori & Canonicis regularibus ordinis Sancti *Augustini* apud Ravenestun moraturis, & ibidem Deo imperpetuum servituris, totam prædictam terram, cum capitali mesuagio & advocatione Ecclesiæ, & omnibus aliis suis pertinentiis sine ullo retinemento. Habendum & tenendum eisdem Priori & Canonicis, & eorum successoribus de nobis & hæredibus nostris in liberam, puram & perpetuam eleemosinam; ita scilicet, quod unus ipsorum de beata Virgine *Maria* singulis diebus, & duo pro animabus antecessorum nostrorum & prædictorum *Petri* & *Hugonis* & aliorum fidelium defunctorum divina celebrent in Prioratu prædicto.

Volumus etiam, quod cum creverint eorum possessiones, ipsorum numerus, juxta quod possessiones eorum videbuntur sufficere, augeatur; & loci Diocesano solum & non alicui religiosæ Domui in spiritualibus, ratione subjectionis intendant. Volumus etiam & concedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quod cum per cessionem vel decessum Priorum de Ravestun ipsius Prioratus vacare contigerit, nos vel hæredes nostri, seu aliqui ballivi nostri, vel hæredum nostrorum, licèt ejusdem Prioratus fundatores simus & Patroni, nullam administrationem de aliquibus bonis ejusdem Prioratus in posterum habeamus, nec ad custodiam ejusdem manus extendemus, sed singulis vacationum temporibus ejusdem Prioratus, habeant Canonici ejusdem Domus curam & custodiam & liberam administrationem de omnibus bonis & possessionibus ad eandem domum pertinentibus, ut de eisdem bonis & possessionibus vacationum temporibus liberè & sine contradictione, reclamatione, vel impedimento nostri & hæredum nostrorum & omnium Ballivorum nostrorum disponere possint & ordinare, prout eis & Domui suæ & Priori futuro magis viderint expedire: Ita quidem, quod nos, vel hæredes, vel Ballivi nostri, vel hæredum nostrorum nichil juris vel dominii nobis vendicare poterimus, nec debemus in dicto Prioratu, vel terris ipsius aut possessionibus ratione juris patronatus ejusdem Prioratus; nisi solummodo, quod vacante dicto Prioratu, ejusdem domus Canonici à nobis seu hæredibus nostris, vel ab ipsis, quibus regni nostri *Angliæ* custodiam commiserimus, nobis seu hæredibus nostris extra idem regnum existentibus, licentiam petant eligendi; & facta electione, nostet vel hæredum nostrorum seu ipsorum, quibus dicti Regni custodiam commiserimus, requiratur assensus: Ita quod dicti Canonici vel eorum successores, pro licentia eligendi petenda, vel assensu regio de electione sua optinendo, non exeant regnum prædictum, sed de seipsis Priorem sibi liberè eligant, ipsamq; electionem examinandam loci diocesano, more aliarum Ecclesiarum Conventualium, representent, qui de ea statuet vel etiam ordinabit prout Canonicè fuerit faciendum.

Et quia de terris, possessionibus, & bonis prædicti *Petri* supradictum Prioratum fundavimus, nos intuitu Dei, & propter merita prædictorum *Petri* & *Hugonis* prædicto Prioratui hanc liberratem, pro nobis & hæredibus nostris, de gratia speciali concedimus imperpetuum, quod Priores prædicti Prioratus, vel eorum successores, qui pro tempore fuerint, ratione fundationis nostræ vel juris patronatus nostri;

more Abbaciarum seu aliorum Prioratuum, à nobis seu prædecessoribus nostris fundatorum, non teneantur providere ad instantiam seu mandatum nostrum vel hæredum nostrorum, alicui Clerico nostro vel alieno in camerali seu quavis alia pensione vel beneficio Ecclesiastico; nec etiam teneantur ad sustentationem vel exhibitionem alicujus Clerici, servientis, ballivi, nuncii, vel alicujus alterius ministri seu etiam conversi; vel alicujus equi nostri vel aliorum, set ipsos Priorem & Canonicos & suos successores de omnibus exhibitionibus nostrorum & aliorum pro nobis & hæredibus nostris quietos esse volumus & absolutos imperpetuum. Hiis testibus, venerabilibus patribus, *Waltero Wigornensi* & *Willielmo Sarresberiensi* Episcopis, *Ricardo* de *Clare* Comite *Glocestriæ* & *Herteford'æ*, *Ademaro Wintonienſi* Electo, *Johanne* Comite *Warenna*; *Galfrido* de *Lezignan*, *Willielmo* de *Valencia* fratribus nostris, *Johanne Mansell* Præposito *Beverlaci*, *Johanne* Priore de *Novo-burgo*, *Johanne* de *Grey*, *Willielmo* de *Grey*, *Petro* de *Rivallis*, & aliis. Data per manum nostram apud Clarendon xx. die *Maii*.

Et mandatum est Vicecomiti *Buk*. quod Magistris *Hugoni* de *Mortuo Mari*; *Johanni* de *Chishull*, & *Johanni* de sancta *Maria*, Executoribus testamenti prædicti *Petri*, vel uni eorum has literas Regis deferenti, de omnibus prædictis terris & possessionibus cum capitali messuagio & advocatione prædictæ Ecclesiæ, & omnibus aliis pertinentiis suis, plenam seisinam ad opus Canonicorum ibidem moraturorum, habere faciat. Teste, ut supra.

PRIORATUS
de Glamauch in VVallia.

Carta Regis Edwardi *primi*, *Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Cart. 23. E. 1. n. 17.

Rex Archiepiscopis, &c. salutem. Inspeximus Cartam, quam L. *quondam Princeps* Northwalliæ *fecit Canonicis de Insula* Glannauch, *in hac verba.* Universis Christi fidelibus hoc scriptum visuris vel audituris, *L.* Princeps *Northwalliæ*, salutem in Domino. Quod pietatis contuitu condigna debet firmitate stabiliri, ne perversorum malitiâ vel per temporis processum lapsu memoriæ possit perturbari, quatinus firma radice stare possit imperpetuum. Hinc est quod vestræ duximus notificare universitati, nos pietatis intuitu, & pro animæ nostræ, & animarum parentum nostrorum salute, concessisse & in puram & perpetuam elemosinam contulisse totam villam de Bagenig liberè & quietè, sine omni servicio & exactione, cum omnibus pertinentiis suis, in bosco, in plano, in pratis, in pascuis, in aquis, in rivis, in molendinis, cum omnibus asiamentis ad eandem villam pertinentibus, intra & extra dilectis fratribus nostris Canonicis de Insula Glannauch. Et ut hæc donatio & concessio rata & inconcussa, tam à nobis, quàm à nostris hæredibus usq; in perpetuum permaneat, eam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Hiis testibus, Patre *Abraham* de *Aberthoni*, (&c.) datum apud Bacrnarbon anno gratiæ *M. CC. xxi.* Idus *Octobris*. 1221.

Inspeximus etiam Cartam confirmationis, quam David *filius prædicti Principis fecit Priori & Canonicis de Insula prædicta, in hac verba.* Universis Christi fidelibus has literas visuris vel audituris, *David* filius Domini *L.* Principis salutem in Domino. Noverit universitas vestra, nos divinæ pietatis intuitu, donationem Domini *L.* patris nostri super tota villa de Bagenig, cum omnibus pertinentiis suis, dilectis nobis Priori & Canonicis de Insula Glannaut concessisse & præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse, prout meliùs & liberiùs Dominus *L.* pater noster eisdem contulit & concessit: In hujus rei testimonium has litteras nostras patentes sigilli nostri munimine fecimus roborari. Hiis testibus *Mared.* filio *Richardi* (&c.) Actum apud Insulam Glanaut anno gratiæ *M. CC. XXIX.* in die Cathedræ S. *Petri*, valeat universitas vestra semper in Domino. 1229.

Inspeximus etiam Cartam quam Lewelinus *Princeps de* Abertrau, *& Dominus* Snaudon *fecit prædictis Priori & Canonicis in hac verba.* Omnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, has literas visuris vel audituris, *Lewelinus* Princeps de Abertrau, Dominus *Snaudoniæ*, salutem in Domino. Noverit universitas vestra, nos pro salute animæ nostræ, & antecessorum nostrorum, dedisse & concessisse, & hac præsenti Carta nostrâ confirmâsse Priori & Canonicis de Insula Glamaur, Deo & beatæ *Mariæ* ibidem servientibus, totam Abbadaeth de Penmon, cum omnibus pertinentiis suis, in bosco, in plano, in pascuis, in pasturis, in viis, in semitis, & in omnibus aliis asiamentis suis, & cum omnibus terminis & finibus suis usq; ad villam quæ vocatur Trefecastell, à nobis & hæredibus nostris eisdem Priori & Canonicis & eorum successoribus liberè & quietè ab omni servicio seculari perpetuo possidendam, ut igitur hæc nostra donatio in posterum robur optineat firmitatis, eam præsenti scripto & sigilli nostri munimine fecimus roborari. Hiis testibus, *Anniano* & *Ada* fratribus de ordine Prædicatorum, (&c.) Dat. apud Rosner quarto Idus *Aprilis* anno gratiæ *millesimo ducentesimo tricesimo septimo*. Valeat universitas vestra semper in Domino. 1237.

Inspeximus etiam Cartam confirmationis, quam David *filius prædicti* Lewelini *fecit prædictis Canonicis in hac verba.* Omnibus has literas visuris vel audituris, *David* filius Domini-

mini *Lewelini*, salutem in Domino. Noverit universitas vestra, nos hac præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse Canonicis de Insula Glannauc, donationem Domini *L.* patris nostri super terra de Penmon secundùm tenorem Cartæ, quam dominus *L.* fieri fecit eisdem super terra prædicta. In cujus (&c.) Dat. apud Bentey, die dominica prima *Quadragesimæ* 1238. anno Incarnationis dominicæ *M CC xxxviii.*

Inspeximus etiam Cartam confirmationis, quam Lewelinus *filius* Griffini *fecit prædictis Priori & Canonicis, in hac verba.* Universis Christi fidelibus has litteras visuris vel audituris, *Lewelinus* filius *Griffini* salutem in Domino. Noverit universitas vestra, nos divinæ pietatis intuitu donationem & confirmationem dominorum *L.* Principis, & *David*, antecessorum nostrorum, super totam Pabdaet de Penmon, cum omnibus pertinentiis suis, & tota villa de Tremlin similiter, prout meliùs & liberiùs Domini *L.* & *David* concesserunt & contulerunt Priori & Canonicis de Insula Glanauc, dedisse & præsenti Cartâ confirmâsse. Et ut hæc nostra donatio rata & inconcussa inposterum permaneat, hanc Cartam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Hiis testibus, *David* (&c.) Actum apud Lanmaes anno gratiæ 1247. *MCCxlvii*, die *Epiphaniæ.*

Inspeximus etiam Cartam confirmationis, quam Owenus *filius* Griffini *fecit prædictis Priori & Canonicis in hac verba.* Universis Christi fidelibus has litteras visuris vel audituris *Owenus* filius *Griffini* salutem in Domino. Noverit universitas vestra, nos divinæ pietatis intuitu, donationem & confirmationem Domino *L.* Principis & *David* & *L.* fratris nostri, antecessorum nostrorum, super totam Pabadaed de Penmon, Bagingt, & Tremlyn, cum omnibus pertinentiis suis, Priori & Canonicis de Insula Glannauc dedisse, & præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse, prout meliùs & liberiùs Domini *L. David*, & *L.* frater noster concesserunt & contulerunt. Et ut hæc nostra donatio rata & inconcussa permaneat in posterum, hanc Cartam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Hiis testibus, *Lewelino* (&c.) Dat apud Bagingt *xv.* Kal. *Octobris* anno Domi- 1247. ni *MCCxlvii.* Nos autem donationes concessiones (&c.) confirmamus, sicut Cartæ prædictæ rationabiliter testantur. Hiis testibus, *Edmundo* fratre nostro (&c.) Dat. per manum nostram apud Lanmays quarto die *Maii* anno Regni nostri *xxiii.*

PRIORATUS

de Chetwode *in agro* Buckinghamensi.

Licentia Roberti Grosteste *quondam* Linc. *Episcopi de fundatione ejusdem.*

OMnibus (&c.) Cupientes religionem & cultum divinum tam locis & corporibus, quàm incremento devotionis & fidei ampliari; auctoritate pontificali concedimus, quod apud Chetwode, in fundo Domini *Radulfi* de *Norwico*, construatur & ædificetur Ecclesia Canonicorum regularium, ordinis beati *Augustini*, qui nobis & successoribus nostris pleno jure subjiciantur, ita quod Priores, qui pro tempore fuerint instituendi, per nos & successores nostros instituantur, nobis & successoribus nostris canonicam obedientiam facientes (&c.) Ex Registro *Roberti Grosteſt*, quondam *Lincolnienſis* Episcopi, apud *Linc.* existente A. D. 1640. Ann. x. Episc. sui.

De Heremitagio apud Chetwode.

DOminus *Radulphus* de *Chetwode* miles præsentat ad Heremitorium & Capellam Sanctorum Martyrum *Stephani* & *Laurentii*. Dictum Heremitagium fundatum est per dominum *Robertum* militem, quondam dominum de Chetwode, ad celebrandum ibidem divina pro anima ejus, & pro animabus antecessorum & successorum suorum, qui dictum locum postmodum optinuit dedicari. Vulgariter autem locus ille à laicis *Heremitagium* nuncupatur, propter solitudinem; non quod Heremita aliquis aliquo tempore ibidem solebat conversari. Capellanus verò ibidem deserviens in seculari habitu, cum honesta familia sua ibidem vivere debet. Habet etiam annuatim *xxiiis.* acras terræ ad seminandum, & duas marcas annuas, & oblationes & obventiones, quæ proveniunt ibidem die Sancti *Laurentii* quæ æstimantur ad *x. s.* Ibid. Ann. xii.

Licentia Regis Henrici *tertii Canonicis de* Chetwode *concessa, pro includendâ una carucata terræ in* Bathull.

REX omnibus (&c.) salutem. Cum dudum dederimus Priori & Canonicis de Chettewode unam carucatam terræ cum pertinentiis in Manerio nostro de Bathull, ad inveniendum unum Capellanum sui Ordinis, ad deserviendum Capellæ Sanctæ *Wereburgæ* apud Heremitorium Pat. 40. H. 3. m. 15.

Vide Par. 36. H. 3 m. 16.

mitorium de Brehull; & quinquaginta solidos annuos, ad inveniendum alium Capellanum ejusdem ordinis, ad deserviendum Capellæ Curiæ nostræ de Brehull; & iidem Prior & Canonici plenum commodum de dicta terra reportare nequeant propter feras nostras, per quarum ingressum in eandem terram gravantur & graviter dampnificantur; per quod onus dicti servicii commodè sustinere non possunt, ut intelleximus; Nos paupertati eorum compatientes, & sustentationi prædicti servicii prædictarum Capellarum providere volentes, eis caritativè duximus concedendum, quod totam terram arabilem de prædicta carucata terræ includere possint; ita quod feræ nostræ non possint eam intrare: Et quod iidem Prior & Canonici & eorum successores eam sic inclusam teneant imperpetuum, sine impedimento & contradictione nostri & hæredum nostrorum (&c.) Concedimus etiam eisdem Priori & Canonicis, pro salute animæ nostræ, & animarum antecessorum & hæredum nostrorum, quod ipsi & eorum successores imperpetuum habeant singulis annis in Foresta nostra de Brehull per visum Forestariorum nostrorum ejusdem Forestæ, in loco sibi competenti, quinq; carectatas clausturæ, ad prædictæ terræ clausturam sustinendam; & unum robur ad focum suum. In cujus (&c.) T. Rege apud *Sanctum Albanum xxvi.* die *Februarii.*

Carta Regis Henrici *tertii donationem* Thomæ Buffyn *de terra de* Nethercotes *confirmans.*

Par. 41. H. 3. m 3. REx Archiepiscopis (&c.) sciatis quod cum *Thomas Buffyn*, per Cartam suam dederit, concesserit, & quieram clamaverit Priori & Canonicis de Chetwode, & successoribus suis totam terram suam cum pertinentiis in parochia de Stepel Aston, quæ vocatur Nethercotes; & quam idem *Thomas* tenuit de nobis in capite; Tenendam eisdem Priori & Canonicis & eorum successoribus in liberam elemosinam imperpetuum; faciendo inde nobis & hæredibus nostris servicia inde debita & consueta: Nos prædictam donationem, concessionem, & quieram clamationem ratam habentes & gratam eam pro nobis & hæredibus nostris in forma prædicta concedimus & confirmamus, sicut Carta prædicti *Thomæ*, quam inde habent, rationabiliter testatur (&c.) Data per manum nostram apud *Cestriam xviii.* die *Augusti.*

Confirmatio Regis Edwardi *quarti facta Canonicis de* Notteley, *de Prioratu de* Chetwode.

REx omnibus ad quos (&c.) salutem. Sciatis quod cum *Willielmus* Abbas de Notteley, in Com. *Bucks.* & ejusdem loci Conventus, seisiti existant in dominico suo, ut de feodo, in jure Abbatiæ suæ prædictæ, de situ Prioratus, & de Prioratu de Chetwode in Comitatu prædicto; & de omnibus Maneriis, dominiis, terris, tenementis, redditibus, serviciis, pratis, pascuis, pasturis, boscis, mariscis, Parcis, warennis, Chaceis & piscariis, tam in dicto Comimitatu *Bucks.* quam in Com. *Oxon.* nuper parcellam Prioratus prædicti, aut eidem Prioratui spectantibus sive pertinentibus; cum feodis militum, advocationibus Ecclesiarum & Capellarum, Wardis, Maritagiis, Releviis, heriettis, Escaetis, reversionibus, Vic. Franciplegii, Curiis, Letis, Hundredis, Wapentachiis, Decimis, Oblacionibus, Obvencionibus, annuitatibus, pensionibus, porcionibus, proficuis, emolumentis & commoditatibus, libertatibus, Franchesiis, & quibuscumq; eidem Prioratui & cæteris præmissis vel alicui parcellis, eorundem spectantibus sive pertinentibus. Nos de gratia nostra speciali & ad effectum, quod prædicti Abbas & Conventus & successores sui divinis serviciis in Abbatia prædicta eo quieriùs intendere valeant; & pro salubri statu nostro, dum vixerimus; & pro anima nostra & animabus Progenitorum & Antecessorum nostrorum, cum ab hac luce migraverimus, specialiùs deprecentur, quo ipsi in possessionibus suis prædictis per nos firmiores & stabiliores efficiantur; jus, titulum, statum, & possessionem eorundem Abbatis & & Conventus, de & in situ Prioratus, Prioratu, Maneriis, dominiis, terris, tenementis, redditibus, & serviciis prædictis, & cæteris præmissis, eisdem Abbati & Conventui & successoribus suis approbamus, & ratificamus, & confirmamus. Par. 1 E. 4. p. 5. m. 23.

Et ulterius, de uberiori gratia nostra concedimus eisdem Abbati & Conventui situm Prioratus & Prioratum prædictum, ac omnia Maneria, dominia, terras, tenementa, redditus, reversiones, & servicia prædicta, & cætera præmissa cum pertinentiis. Habenda & tenenda eisdem Abbati & Conventui & successoribus suis in liberam, puram & perpetuam elemosinam imperpetuuum, unà cum feodis militum, advocationibus Ecclesiarum, & Capellarum; parcis, warrennis, Chaceis, piscariis, wardis, maritagiis, releviis, heriettis, Escaetis, Vic. Francipleg. Cur. Letis, Hundredis, Wapentachiis, Decimis, Oblationibus, Obventionibus, annuitatibus, pensionibus, porcionibus, proficuis, emolumentis & commoditatibus ac libertatibus, & Franchesiis quibuscumq;, eidem Prioratui & tenementis præmissis, vel alicui parcellæ eorundem spectantibus sive pertinentibus, vel ab antiquo pertinere seu spectare debentibus; eo quod aliqua inquisitio de aliquo

quo titulo in le ad nos co mpetenter capto, seu in Cancellaria nostra aut in Scaccario n nostrum retornato, existit, vel non existit; eo quod expressa mencio de certitudine & quantitate Maneriorum, dominiorum, terrarum, (&c.) nec de vero valore eorundem, aut alicujus parcelli eorum; nec de aliis donis & concessionibus per nos vel Progenitores nostros præfatis Abbati & Conventui seu prædecessoribus suis, ante hæc tempora factis, in præsentibus minimè factis existit, juxta formam statutorum in hujusmodi casu editorum, aut alia aliqua ordinatione, re, causa, vel materia quacumq; in aliquo non obstante. In cujus, (&c.) Teste meipso apud *Westmonasterium* decimo die *Julii*.

PRIORATUS
de Lacock *in agro* VViltonienſi.

De prima Fundatione ejusdem.

Ex chronico incerti autoris quod est Oxonii *in biblioth.* Lindenſis *Collegii.*

Lelandi Coll. vol. 2. p. 341.

ANno *D. M. CC. xxii.* in festo S. *Mariæ Magdalenæ, Willielmus Longespata* Comes *Sarum*, Deo & ordini *Cartusiæ* dedit Monasterium suum de Bethop; Sed quia hi qui ad locum illum ordini suo competentem, non innuebant, *Ela* nobilis mulier, relicta prædicti Comitis, transtulit eos ad Manerium de *Henton*, & in parte ejusdem Manerii fundavit Ecclesiam eorum, Anno Domini *M. CC. xxvii. viii.* Idus *Novemb.* Quæ postea Monasterium sanctimonialium construxit in Manerio suo de Lacok, & earum habitum sumpsit A. D. *M. CC. xxxvi.* & postea Abbatissa earum facta est, & commissam sibi Domum multis annis feliciter rexit.

Fundatorum Historia.

Ex Regiſtro de Lacock in bibl. Cotton.

ERat quidam miles strenuus Normannus, *Walterus* le *Ewrus* Comes de *Rosmar*; cui propter probitatem suam Rex *Guillelmus* dedit totum dominium de *Saresburia*, & *Ambresburia*. Antequam ille *Walterus* le *Ewrus* in *Angliam* venit, genuit *Geroldum* Comitem de *Rosmar* le *Gros*; qui genuit *Gulielmum* de *Rosmar* le *Meschyn* secundum; qui genuit *Gulielmum* tertium de *Rosmar*, qui obiit sine liberis. Postquam *Walterus* le *Ewrus* genuit *Edwardum*, natione Anglicum natum, postea Vicecomitem *Wilteſs*, qui habuit uxorem, de qua genuit quandam fillam nomine *Matildem*, quam postea *Humphridus* de *Bohun* duxit in uxorem, & quendam filium nomine *Walterum* de *Saresburia*. Ille *Walterus* duxit uxorem nomine *Sibillam* de *Cadurcis*; de qua genuit *Patricium*, primum Comitem *Sarum*. Idem *Walterus* verò fundavit Prioratum de Bradenestok, & constituit in eodem, Deo perpetuo deservientes, Canonicos regulares; qui post mortem uxoris induit tonsuram, & habitum Canonicorum, & ibidem corpora eorum in uno tumulo collocantur, juxta Presbiterium, quorum animæ requiescunt in cælo.

Patricius vero ejus filius genuit ex uxore sua *Ela*, *Gulielmum* Comitem *Sarum*, *Gulielmus* verò duxit in uxorem *Alianoram* de *Viteri*; de qua genuit filiam unicam, nomine *Elam*, A. D. 1188. quæ data est Domino *Gulielmo Longespee* filio Regis *Henrici* secundi; cui Dominus Rex *Ricardus* reddidit Comitatum de *Rosmar*, sicut hæreditatem & jus hæreditarium suum & ipsius *Ela*, quod sibi accessit, & accidit de jure hæreditario *Edwards* de *Saresburia* filii *Walteri* de *Ewrous*.

Guilielmus Longespe, ex prædicta *Ela* liberos genuit, quorum nomina sunt hæc; *Gulielmus Longespe* secundus, qui viriliter contra hostes Christi in terra sancta dimicans ibidem pro nomine Jesu contumeliam patiens, vitam temporalem finiens, in Christo sine fine victurus, ut fertur, athleta Dei ad cœli palatium Anno Domini 1249. ascendit, cujus animam Domina *Ela* mater ipsius tunc existens Abbatissa de Lacock, vidit cælos penetrans in stallo suo, & horam cæteris sororibus denuncians: Genuit etiam *Ricardum*, qui fuit Canonicus *Sarum*, cujus corpus apud Lacock tumulatur, *Stephanum* Comitem *Illtoniæ* cujus corpus apud Lacock humatum est; cor verò ejus apud Bradenestok optinet sepulturam, & *Nicolaum*, qui fuit Episcopus *Sarum*, cujus corpus apud *Sarum* tumulatur: Cor itaq; ejus apud Lacock, viscera verò apud *Ramsberiam*; *Isabellam* de *Vesey*; *Elam* quam, duxit Comes Warwik, & postea *Philippus Basset*, quæ remansit sterilis; *Idam* de *Camyle*, quam duxit in uxorem *Walterus* fil. *Roberti*, de qua genuit *Catherinam* & *Loricam*, quæ velatæ erant apud Lacok; *Elam* quam duxit primò *Guillelmus* de *Dodingeseles*, de qua genuit *Robertum* qui, ... *Ela* ergo uxore *Guil. Longespee* primi, nata fuit apud *Ambresbiriam*, patre & matre *Norman.* novem ..... pater itaq; ejus defectus senio, migravit ad Christum Anno Domini *MCXCVI.* mater ejus ante per biennium obiit, quorum corpora apud Bradenestok sunt tumulata, juxta vestibulum ibidem sub lapide marmorea. Interea Domina carissima *Ela*, patre & matre orbatâ ..... *Dani* per cognatos & notos adducta fuit in *Normanniam*, & ibidem sub tuta & arcta custodia nutrita.

Eodem tempore in *Anglia* fuit quidam miles, nomine *Gulielmus Talbot*, qui induit se habitum peregrini, in *Normanniam* transfretavit; & ibi moratus per duos annos; huc atq; illuc vagans, ad explorandum Dominam *Elam Sarum*, & illa inventa exuit habitum peregrini, & induit se quasi Cytharisator, & Curiam, ubi morabatur, intravit; & ut erat homo jocosus,

in

ingeniis antiquorum valde peritus, ibidem gratanter fuit acceptus, quasi familiaris: Et quando tempus aptum invenit, in *Angliam* reparavit, habens secum istam venerabilem dominam *Elan*, & hæredem Comitatus *Sarum*, & eam Regi *Ricardo* præsentavit: At ille lectissimè eam suscepit, & fratri suo *Gulielmo Longespe* maritavit, per quem liberos subscriptos habuit; *viz. Gulielmum Longespe* secundum, *Stephanum*, *Ricardum*, *Nicholaum*, *Isabellam Vesey*, *Petronillam*, quæ obiit in virginitate, & apud **Bradenestok**, juxta latus aviæ suæ dextrum, ibidem sepultum, sub lapide marmoreo, *Elan*, & *idam* A. D. *MCCxxvi.*

Dominus *Guillelmus Longespe* primus, nonas *Martii* obiit; cujus corpus apud *Sarum* est humatum. *Ela* verò uxor ejus septem annis supervixit in viduitate, & proposuit autem sæpius ut fundaret Monasteria Deo placentia, pro salute animæ suæ, & mariti sui, & omnium antecessorum suorum, quæ per revelationes habuit, ut in prato testudinum, Anglicè *Snayles mede* propè **Lacok** Monasterium ædificaret in honore S. *Mariæ*, sanctiq; *Bernardi*, & usq; ad finem complevit sumptibus suis propriis, id est de Comitatu *Sarum*, quæ fuit hæreditas sua.

Fundavit etiam Prioratum de **Venton**, Ordinis *Cartusiæ*, unà die duo Monasteria fundavit; primò mane *xvi.* Cal. *Maii* A. D. *MCCxxxii.* apud **Lacok**, in quo sanctæ degunt Canonissæ continuo Deo famulantes & devotissimè; & **Venton** post nonam.

A. verò ætatis suæ *xlv. Alicia Garinges* apud **Lacok** prima Canonissa velata, A. septimo post fundationem domus de **Lacok**, hoc est A. D. *MCCxxxviii.* Domina *Ela* de *Longespe* nobilis matrona, assumpsit habitum religionis apud **Lacok**, A. ætatis suæ 51. *viii.* Kal. *Januarii*, in suis & actibus & præpositis omnibus perpetratis, secundùm consilium & auxilium S. *Edmundi Cantuar.* Archiepiscopi & aliorum virorum discretorum semper seipsam indulgens.

Anno Domini 1240. 18. Kal. *Sept.* confecta est domina *Ela Longespe* fundatrix, in Abbatissam primam de **Lacok**, A. verò ætatis suæ 53. ubi Monasterium suum & gregem sibi commissum, multis annis, strenuè gubernavit, & Deo devotissimè servivit, arctam vitam ducens, in jejuniis, in vigiliis sanctis, meditationibus & disciplinis assiduè rigidis, ac aliis operibus bonis caritativis decem & octo annis; Demùm verò cernens se senio & nimia debilitate affectam, cum non potuit, ut voluit, religioni suæ prodesse, renunciavit, & recusavit præesse; & dum vixit Abbatissam præfecit nomine *Beatricem* de *Cantia*, pridiè Kal. *Januarii* A. 1257. ac A. ætatis suæ *lxx.* Sicq; ferè quinq; annis post vixit sine omni cura libera; A. ætatis suæ *lxxiiii. ix.* Kal. *Sept.* animam suam in pace optinens, recuievit in domino anno 1261. & in choro dicti Monasterii decentissimè tumulata.

ANno *MCCxxii.* Hoc anno velantur primò moniales de **Lakot**. Ex MS. *Codice* in bibl. *Cotton.* [sub effigie *Vitellii* A. 8.]

A. *MCCxxiii.* Ito anno primitùs fundatur cœnobium de **Lacok**.

A. *MCCxxxviii.* Hoc anno nobilis matrona, Domina *Ela* Comitissa *Sarum*, assumpsit habitum religionis.

A. *MCCxl.* Eodem anno *Ela* Comitissa *Sarum* eligitur in Abbatissam.

A. *MCCIvii.* Nonas *Aprilis*, deposuit se Domina *Ela* Abbatissa de **Lacok**.

A. *MCCIxi.* decimo quarto Kal. *Maii*, obiit Domina *Ela* Comitissa *Sarum* fundatrix cœnobiorum de **Lacok** & *Hentona*.

Carta Fundationis.

REx, &c. inspeximus Cartam *Elæ* Comitissæ *Sarum*, in hæc verba. Sciant præsentes, & futuri, quod ego *Ela* Comitissa *Sarum*, pro Deo & pro anima Comitis *Willielmi Longespee*, & animarum antecessorum suorum, & meorum; & pro salute mea, & *Willielmi Longespee* filii mei primogeniti, & omnium aliorum hæredum & liberorum meorum, tempore viduitatis meæ, dedi, & concessi, & præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & beatæ *Mariæ*, totum Manerium meum de **Lacok**, cum omnibus pertinentiis suis & libertatibus, & liberis consuetudinibus in omnibus locis, & in omnibus rebus, sine omni retenemento, ad faciendam ibidem Abbaciam Monialium, quam volo nominari locum beatæ *Mariæ*: Quare volo, quod Abbatissa & Moniales liberè Deo, & imperpetuum servituræ, habeant & teneant totum prædictum Manerium, cum pertinentiis, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, solutum penitùs & quietum ab omni seculari servitio pertinente ad Dominum Regem, & Ballivos suos, & ad me, & ad hæredes meos, & ab omnimodo servitio, & exactione quocunq; casu possit exigi de terra illa. Et ego *Ela* & hæredes mei Warantizabimus, defendemus, & acquietabimus præfatis monialibus totum prædictum Manerium, cum pertinentiis, ita liberum, ut prædictum est, versùs omnes homines & fœminas imperpetuum. His testibus, *H.* de *Burgo*, *W.* Comite *Marescallo*, *W.* Comite *Warennæ*, *Petro* filio *Herberti*, *H.* de *Nevill*, *Radulpho* filio *Nicholai*, *Johanne* le *Daneis*, *Henrico* de *Abenet*, & multis aliis. Nos igitur hanc donationem, (&c.) confirmamus, (&c.) Carr. 14. H. 3 m. 13.

Carta

Carta Regis Henrici *tertii de immunitate* Chiminagii *per Forestas suas; necnon diversorum Donationes recitans & confirmans.*

Rex (&c.) Edwardus (&c.) *Inspeximus* (&c.)

Pat. 22. R. 2. p. 2. m. 14. per Inspex.

HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ* (&c.) Sciatis nos, ad instantiam dilectæ consanguineæ nostræ *Elæ* Comitissæ **Warwyk**; & pro salute animæ nostræ (&c.) concessisse (&c.) Abbatissæ & monialibus de **Lacock**, quod ipsæ & earum successores imperpetuum sint quietæ de Chiminagio per omnes Forestas nostras in Com. *Wiltes.* & *Glouc.* (&c.)

Nos autem concessionem & confirmationem prædictas; ac etiam donationem & concessionem, quas *Amicia* quondam Comitissa *Devon.* & Domina *Insulæ* fecit præfatis Abbatissæ & monialibus, de toto Manerio suo de **Shorewelle**, cum omnibus pertinentiis suis (&c.) Et donationem & concessionem, quas *Katerina Luvel* fecit præfatis Abbatissæ & monialibus, de tota terra sua in **Wyldescote**, quam emit de *Rogero Loef*, cum omnibus ubiq; pertinentibus suis (&c.) Et donationem (&c.) quas *Willielmus Longespeye* fecit præfatis Abbatissæ (&c.) de tota terra cum pertinentiis, quæ quondam fuit *Nicholai* de *Hampton* in **Dupham**, in liberam, puram & perpetuam elemosinam. Et donationem & concessionem, quas *Constancia* de *Lega* fecit præfatis Abbatissæ & monialibus de toto Manerio suo de **Wodesmonescote**, cum omnibus pertinentiis suis, (&c.) ratas habentes (&c.) confirmamus (&c.) Dat. per manum nostram apud *Westm.* 1. die *Maii* A. Regni nostri octavo.

PRIORATUS
de Seleburne *in agro* Hantoniensi.

A. 1233.

Carta Petri *de* Rupibus Wintoniensis *Episcopi de Fundatione ejusdem.*

Ex ipso autogr. in archivis Collegii *Magdalenensis Oxoniis.*

Vide Cart. 10. E. 3. n. 24.

Et Pat. 12. E. 3. P. 3 m 3.

OMnibus Christi fidelibus ad quos præsens Scriptum pervenerit, *P.* divinâ miseratione **Winton** Ecclesiæ minister humilis, salutem in Domino. Ex officio pastorali tenemur viros religiosos, qui pauperes spiritu esse pro Christo, neglectis lucris temporalibus, elegerunt, speciali affectu diligere, fovere pariter & creare, eorumq; quieti sollicitè providere; ut tanto uberiores fructus de continua in lege Dei Meditatione percipiant, quanto à conturbationibus malignorum ampliùs fuerint ex patroni provisione & Ecclesiastica defensione securi. Hinc est quòd Universitati vestræ notificamus, nos divinæ caritatis instinctu, de assensu Conventûs Ecclesiæ nostræ *Winton.* fundâsse Domum Religiosam Ordinis magni Patris *Augustini*, in honore Dei & gloriosæ semper Virginis ejusdem Dei Genitricis *Mariæ*, apud **Seleburne**, ibidemq; *Canonicos Regulares* instituisse. Ad quorum sustentationem, & hospitum & pauperum susceptionem, dedimus, concessimus; & præsenti Cartâ nostrâ confirmavimus eisdem Canonicis, totam terram quam habuimus de dono *Jacobi* de *Acangre*; & totam terram, cursum aquæ, boscum, & pratum, quæ habuimus de dono *Jacobi* de *Nortone*. Et totam terram, boscum, & redditum quæ habuimus de dono Domini *H.* Regis *Angliæ*, cum omnibus prædictarum possessionum pertinentiis.

Dedimus etiam & concessimus in proprios usus eisdem Canonicis Ecclesiam prædictæ villæ de **Seleburne**, & Ecclesias de **Basing**, & de **Basingestock**; cum omnibus earundem Ecclesiarum Capellis, libertatibus, & aliis pertinentiis; salvâ honestâ & sufficienti sustentatione Vicariorum in prædictis Ecclesiis ministrantium; quorum præsentatio ad Priorem prædictæ Domûs Religiosæ de **Seleburne**, & Canonicos ejusdem loci in perpetuum pertinebit. Præterea possessiones & redditus, Ecclesias, sive decimas quas in Episcopatu nostro adepti sunt, vel in posterum, Deo dante, juste modis poterunt adipisci, sub nostra & *Winton.* Ecclesiæ protectione suscepimus, & Episcopali auctoritate officii confirmavimus; Eadem auctoritate firmiter inhibentes ne quis locum in quo divino sunt officio mancipati, seu alias, eorum possessiones, providere vi, vel fraude vel ingenio malò occupare audeat, vel etiam retinere, aut fratres conversos, servientes, vel homines eorum aliqua violentiâ perturbare; sive fugientes ad eos, causâ salutis suæ conservandæ, à septis Domûs suæ violenter præsumat extraere.

Præcipimus autem ut in eadem Domo Religiosa de **Seleburne** Ordo Canonicus & Regularis Conversatio secundùm Regulam Magni Patris *Augustini*, quam primi inhabitatores professi sunt, in perpetuum observetur; & ipsa Domus Religiosa à cujusliber alterius Domus Religiosæ subjectione libera permaneat, & in omnibus absoluta; Salvâ in omnibus Episcopali auctoritate & *Winton.* Ecclesiæ dignitate. Quod ut in posterum ratum permaneat & inconcussum, præsenti scripto & sigilli nostri patrocinio duximus confirmandum. His testibus, Domino *Waltero* Abbate de *Hyda*. Domino *Waltero* Priore de Sancto *Swithuno*. Domino *Stephano* Priore de *Motesfonte*, Magistro *Alano* de *Stoke*, Magistro *Will.* de Sanctæ *Mariæ* Ecclesia, tunc Officiali nostro. *Lucâ* Archidiacono de *Surreyâ*, Magistro *Hugolino* de *Millers*, *Henrico* & *Hugone* Capellanis, *Roberto* de *Dinchamp*, & *Petro Rassiol*, Clericis: & multis

multis aliis. Dat. apud *Wlues* per manum *P.* de *Cancellis*, in die Sanctorum Martirum *Fabiani* & *Sebastiani*, Anno Domini *Millesimo ducentesimo tricesimo tertio.*

PRIORATUS

de Kirkeby Beler *in agro* Leicestrensi.

De prima Fundatione & dotatione ejusdem.

Ex Registro *Johannis Dalderby* Episc. *Lincol.* 346.

ROgerus *Beler* de Kirkeby fundabat quandam domum de uno Custode, & duodecim Capellanis, in Capella S. *Petri* de *Kirkby* supra Wrethek; & dedit eis quasdam parcellas terræ in Kirkeby prædicta per divisas ibidem expressas, per unam Cartam; in qua instituit nisi unum Capellanum & alium ministrum; Et per secundam Cartam addidit in incrementum Advocationem Ecclesiæ ejusdem villæ de Kirkby, & Manerium de Buckminster, ad inveniendum unum Custodem, & duodecim Capellanos in Capella prædicta, ut supra mencionatur, divina imperpetuum celebraturos, pro anima sua, & animabus *Alicia* uxoris suæ & *Willelmi Beler* patris sui; & *Amicia Beler* matris suæ, & *Rogeri Beler* avi sui, & *Amicia* uxoris suæ; *Roberti* de *Dalbi* & *Amicia* uxoris ejus, *Radulfi Beler* de Retelby, *Thomæ Wake*, *Matildis* de *Houby*, *Johannis* de *Houby*, &c. Dat. apud Kirkeby super wretheck, die dominica proxima post festum S. 13 E. 2. *Bartholomæi* Apostoli, anno Regis *Edwardi*, filii Regis *Edwardi* decimo tertio. Hiis Testibus, Fratre *Willielmo* de *Brakeley*, Abbate de Croxton; Dominis *Johanne Hamelin*, *Symone* de *Bereford*, *Willielmo Brabazoun* militibus; *Radulfo Beler*, *Roberto Turney*, *Roberto Paynel*, *Roberto Orgar* de Pelton, *Symone Hauberk*, *Thoma* de *Arreby*, *Willielmo* le *Buttiler*, *Willielmo* de *Swierby*, &c.

PRIORATUS

de Asherugge *in agro* Buckinghamensi.

Diploma Regis Edwardi *primi*, *Cartam Fundationis*, *per* Eadmundum *Comitem* Cornubiæ, *recitans & confirmans:*

REX Archiepiscopis, &c. salutem. Inspeximus Cartam quam dilectus consanguineus & fidelis noster *Edmundus* Comes *Cornubia* fecit Deo & beatæ *Mariæ* ac Rectori *bonorum virorum* fratrum Ecclesiæ, in honore precioſi sanguinis *Jhesu Christi* apud Elsrugge fundatæ, & *bonis viris* ejusdem loci fratribus ibidem Deo servientibus, in hæc verba. Sciant præsentes & futuri quod nos *Edmundus* claræ memoriæ *Ricardi* Regis *Alemanniæ* filius & Comes *Cornubiæ*, dedimus, concessimus, & hac præsenti Cartâ nostrâ confirmavimus, pro nobis & hæredibus nostris Deo & beatæ *Mariæ* ac Rectori *bonorum virorum* fratrum Ecclesiæ, in honore pretioſi sanguinis *Jhesu Christi* apud Elsrugge fundatæ, & bonis viris ejusdem loci fratribus Deo ibidem servientibus, & imperpetuum servituris, ad sustentationem viginti fratrum clericorum, de quibus tresdecim sint Presbiteri ad minus, Manerium nostrum de Elsrugge, cum Pichelesthorne, & omnibus aliis pertinentiis suis, quæ habuimus ex dono & concessione quondam *Iliani Chaundut*, cum clauso parci ejusdem Manerii de Elsrugge, tam infra parochiam Ecclesiæ beati *Petri* de *Berchamsted* quam infra parochiam Ecclesiæ de Pichelesthorne.

Cart. 14 E. 1 n 15. Vide Par. 2. H 5 p. 1. m. 6.

Dedimus etiam & concessimus pro nobis & hæredibus nostris dictis Rectori & fratribus in dicta Ecclesia Deo servientibus & imperpetuum servituris, Manerium nostrum de parva Gatesdene, cum omnibus & singulis pertinentiis suis, tam ad terras & tenementa, quæ quondam dominus *Galfridus* de *Lucy* de nobis tenuit in eodem Manerio, quàm ad terras & tenementa quæ habuimus ex dono & concessione quondam *Thomæ* de *Vyeneſion* in eodem Manerio spectantibus. Dedimus insuper & concessimus pro nobis & hæredibus nostris dictis Rectori & fratribus in dicta Ecclesia Deo servientibus & imperpetuum servituris, Manerium nostrum de Hamelhamsted, cum omnibus & singulis pertinentiis suis, excepta advocatione Ecclesiæ ejusdem Manerii & warenna nostra in eadem; Habendum & tenendum omnia prædicta Maneria, videlicet de Elsrugge, Pichelesthorne, Hamelhamsted, & Gatesden, tam ex illa parte quam quondam dictus dominus *Galfridus* de *Lucy* de nobis tenuit, quam ex parte illa quam habuimus

mus ex dono & concessione quondam *Thomæ* de *Vyleſtone* ibidem, cum Returno brevium Domini Regis, Placito vetiti namii, Placitis coronæ Regis, catallis felonum & fugitivorum, cum visu Francii plegii, & omnibus quæ ad visum pertinent, cum emendis assisæ Panis & cervisiæ fractæ, Hutelio levato, & placito de sanguine effuso; & etiam cum homagio & servicio hæredum quondam prædicti Domini *Galfridi* de *Luey* de toto tenemento quod de nobis tenuit, vel tenere debent in villa de parva **Gatesden** & cum homagio & servicio hæredum quondam *Thomæ* de *Flaundene*, de toto tenemento quod de nobis tenent, vel tenere debent in villa de **Hamilhamstede**, cum homagio & servitio hæredum quondam *Lucæ Lovel*, de toto tenemento quod de nobis tenent vel tenere debent in eadem villa, & cum homagio & servitio *Willielmi Torgis* & hæredum suorum, de toto tenemento quod de nobis tenent vel tenere debent in eadem villa; & cum omnibus juribus & libertatibus ac liberis consuetudinibus, quæ nos vel antecessores nostri in prædictis Maneriis in **Esserugge**, **Pichelesthorn** & **Hamilhamsted**; ac etiam in Manerio de parva **Gatisdene**, tam ex parte illa quam quondam præfatus Dominus *Galfridus* de *Lucy* de nobis tenuit, quàm ex parte illa quam habuimus ex dono & concessione quondam *Thomæ* de *Vyleſtone* ibidem, ratione libertatis honoris de **Berkhamsted** utebamur, vel uti consueveramus; ac etiam cum omnibus rebus ad prædicta Maneria qualitercunq; spectantibus, ut in domibus, ædificiis, homagiis, fidelitatibus, wardis releviis, herietis, scuragiis, & omnibus aliis forinsecis serviciis, escaetis, redditibus & serviciis tam liberorum hominum quàm villanorum, villanis cum suis villenagiis, catallis & sequelis eorum, sectis curiarum, cotagiis, ortis, gardinis, boscis, planis, pratis, pascuis, & pasturis, viis, semitis, fossatis, & haiis, aquis, vivariis, piscariis, stagnis, molendinis, videlicet **Picotesmilne**, **Burmulne**, **Tuewattmelne**, **Fellingmelne**, & **Welpesburnemilne**, cum prato eidem molendino adjacente, in omnibus locis & rebus cunctis, tam non nominatis quàm nominatis, quæ ad prædicta Maneria pertinent vel pertinere debent vel solent infra villam & extra adeo benè & liberè, sicut nos vel antecessores nostri eadem Maneria cum pertinentiis unquam meliùs vel liberiùs tenuimus prædictis Rectori & fratribus Ecclesiæ prædictæ & eorum successoribus de nobis & hæredibus nostris in liberam, puram & perpetuam elemosinam sine ullo retenemento; salvis tamen nobis & hæredibus nostris advocatione Ecclesiæ Manerii de **Hamilhampstede** & warenna nostra in eodem; Ita tamen quod si contingat quod prædicti fratres vel eorum successores in dicta warenna lepores vel cuniculos capiant proinde nullatenùs occasionentur, attachientur seu amercientur. Quod si eorum servientes seu tenentes attachiati fuerint per ballivos nostros vel hæredum nostrorum ratione forisfacturæ in warenna prædicta, & in misericordia inciderint, volumus & concedimus pro nobis & hæredibus nostris, quod prædicti Rector & fratres & eorum successores omnimodas emendas & amerciamenta ex hujusmodi forisfacturis provenientia percipiant & habeant sine calumpnia nostra vel hæredum nostrorum, seu ministrorum nostrorum quorumcunq;.

Volumus etiam & concedimus pro nobis & hæredibus nostris, quod prædicti Rector & fratres & eorum successores habeant & teneant imperpetuum communiam pasturæ in bosco nostro de **Berkhamstede**, qui vocatur le **Frithe** ad omnia animalia sua, & quod habeant omnes porcos suos in eodem bosco nostro tempore pannagii quietos de pannagio, sine calumpnia vel impedimento nostri vel hæredum nostrorum, seu ministrorum nostrorum; Et quod habeant in eodem bosco nostro *Husbot*, & *Haybot*, & ad clausturam parci sui de **Esserugge** sine calumpnia vel impedimento nostri vel hæredum nostrorum, & sine visu vel impedimento ministrorum nostrorum vel hæredum nostrorum.

Volumus insuper & concedimus pro nobis & hæredibus nostris, quod prædicti Rector & fratres dictæ Ecclesiæ & eorum successores, ac homines & tenentes sui de **Esserugge**, **Pichelesthorn**, **Hamelhampstede** & **Gatesdene**, quieti sint de nobis & hæredibus nostris de omnimodis sectis quarumcunq; curiarum, Hundredorum, & de visu Franci plegii & de omnimodis aliis exactionibus & demandis, quæ nobis & hæredibus nostris aliquo casu accidere possint in futurum; Ita tamen quod prædicti homines & tenentes de **Esserugge**, **Pichelesthorn**, **Hamelhampstede**, & **Gatesdene**, tam ex parte illa quam dictus Dominus *Galfridus* de *Lucy* de nobis tenuit, quàm ex parte illa quam *Thomas* de *Vyleſtone* aliquando tenuit in eodem, omnes sectas quas nobis facere consueverunt tam de visubus Franciplegii, quam de aliis, plenariè faciant Rectori & fratribus Ecclesiæ prædictæ & eorum successoribus imperpetuum. Præterea volumus & concedimus pro nobis & hæredibus nostris, quod prædicti Rector & fratres prædictæ Ecclesiæ & eorum successores liberè possint emere & vendere in burgo nostro de **Berchamsted** & alibi tàm infra honorem nostrum de **Walingford**, quàm de **Berchamstede** imperpetuum, absq; theoloneo præstando; & etiam quod ipsi Rector & fratres & successores sui, ac eorum homines & tenentes de **Esserugge**, **Pichelesthorn**, **Hamelhampstede** & **Gatesdene** ubiq; liberi sint ab omni exactione seu præstatione *theolonei*, *pontagii*, *stallagii*, *passagii*, *leirstagii*, & ab omnibus exactionibus & consuetudinibus, sicut homines & tenentes nostri de **Berchamstede** & **Walingeforde** ubiq; existunt.

Volumus insuper & concedimus pro nobis & hæredibus nostris, quod præfati Rector & fratres dictæ Ecclesiæ ac eorum successores imperpetuum sint quieti de scutagio quociens acciderit. Præterea volumus & concedimus pro nobis & hæredibus nostris, quod cedente vel decedente Rectore prædictæ Ecclesiæ, nos vel hæredes seu ministri nostri vel hæredum nostrorum nullatenus habeamus ingressum in terris, tenementis vel redditibus ipsorum fratrum, nec quicquam nos intromittemus de

hiis, nec de aliis rebus quæ ad ipsos fratres pertinent, vel pertinere debent tempore vacationis, quo carebunt Rectore; sed volumus, quod terræ & tenementa ac redditus ipsorum fratrum, necnon & alia quæ ad ipsos pertinent, in manibus suis semper remaneant, tam tempore vacationis quàm aliis temporibus; nec statum suum in aliquo mutent. Et cum prædicti fratres aliquem in Rectorem suum Canonicè elegerint, liceat Episcopo loci illius ipsum confirmare, etiam si Patrono prius non fuerit præsentatus. Et nos prædictus *Edmundus* & hæredes nostri, omnia supradicta in forma superius expressa, prædictis Rectori & fratribus, ac eorum successoribus, contra omnes homines, Christianos & Judæos, sicut nostram liberam, puram & perpetuam elemosinam Warantizabimus, acquietabimus, & imperpetuum defendemus. Et ut hæc nostra donatio, concessio, & præsentis Cartæ nostræ confirmatio perpetuæ firmitatis robur optineant, præsentem Cartam sigilli nostri impressione duximus roborandam. Hiis testibus, venerabilibus patribus domino *Olivero Lincolnienſi*, & Domino *Petro Exonienſi* Episcopis (&c.) Nos autem donationes (&c.) confirmamus (&c.) Dat. per manum nostram apud **Langeleye** *xvii.* die *Aprilis*.

Adhuc de Fundatione ejusdem.

Exhib. Anglic. script. antiq. edit. Lond. 1653 col. 2544. l. 54.

ANno *MCCCxxvi.* quarto Kal. *Febr*, occisus est dominus *Rogerus Beler* in Comitatu *Leicestriæ*. Iste *Rogerus* fundavit Cantariam secularium sacerdotum apud **Byrkeby** *Beler*, in Comitatu *Leycestriæ*, quam post multos annos uxor ejusdem *Rog.* cum concessu *Rog.* filii eorum, transtulit in usus Canonicorum regularium instituens ibidem primum Priorem loci, de Abbathiâ de **Dustone**.

KIRKEBY Belers *Prioratus* *Ord. S.* Augustini.

Lel. Coll. Vol. 1. p. 68.

ROgerus *Beler* primus Fundator. Nunc, quia nullus est ejus successionis, Episcopum *Lincolniæ* accipiunt pro Fundatore.

De sepultura præfati Fundatoris in isto Prioratu.

Ad calcem libri MS. de vita trium Magorum in bibl. *Bodleiana*.

DOminus *Edmundus Cornubiæ* Comes fundavit domum Religiosam de **Asherugge**, in eaq; viros Religiosos, vulgariter nuncupatos *Bonos homines* constituit, ubi etiam dominici sanguinis particulam, quam maximâ curâ in *Teutonia* comparavit, posuit. Sepultus est ille *Edmundus* Comes in Ecclesia illius domus; ac ipsius Cor Fundatoris, cum cæteris sui corporis particulis, una cum beato corde *Thomæ* de *Cantilupo* nuper *Herfordenſis* Episcopi & Sanctissimi Confessoris, in quadam tumbâ, ex parte Chori, præsentis Ecclesiæ boreali, per ipsum *Edmundum*, ob ipsius confessoris eximii cordis venerationem, miro tabulatu fabricatâ, laudabili committitur sepulturæ: jamq; præfati confessoris Cor Sanctissimum, à prænominata tumbâ mandatis Apostolicis est translatum, & in tabernaculo quodam deaurato, sibi competenti, honorificè collocatum, simul cum prænominatis reliquiis Dominici sanguinis pretiosi, ac multis aliis reliquiis variis & devotis in hac Ecclesia per sæpedictum Fundatorem reverentiæ perpetuæ deputatis.

PRIORATUS *de* Reygate *in agro* Surregiensi.

Quieta clamatio Canonicis de Reygate, *facta per* Johannem *de* Warenna *Comitem* Surriæ, *de quodam redditu, ad Cantariam in castro de* Reygat *pro anima dicti Comitis faciendam.*

Pat. 10. E. 2. p. 2. m. 12.

REx omnibus ad quos, &c. Salutem. Inspeximus Cartam quam *Johannes* de *Warenna* Comes *Surriæ* fecit Deo & beatæ *Mariæ* & Domui Sanctæ *Crucis* de **Reygate**; ac Priori & Canonicis ejusdem Domus, in hæc verba. Sciant præsentes, & futuri, quod nos *Johannes* de *Warenna* Comes *Surriæ*, remisimus & quietum clamavimus pro nobis & hæredibus nostris Deo & beatæ *Mariæ* & domui nostræ Sanct *Crucis* de **Reygate**, Priori etiam & Canonicis ejusdem domus ibidem Deo servientibus & imperpetuum Deo servituris in perpetuam elemosinam, totum jus & clameum quod habuimus vel habere potuimus in decem & novem solidis & quatuor denariis annui redditus & in uno vomere quatuor, ferris equorum cum clavis, de redditu, quem dicti Prior & Canonici & eorum prædecessores nobis & antecessoribus nostris annuatim reddere consueverunt pro diversis tenementis in **Reygate**; ita quod nos nec hæredes nostri, nec aliquis nomine nostro aliquod jus vel clameum in prædictis decem & novem solidis, & quatuor denariis, dicto vomere, quatuor ferris equorum, cum clavis, seu in aliquibus suis pertinentiis exigere seu vendicare poterimus in futuro.

turo. Concessimus etiam (&c.) Deo & beata *Maria* & prædictæ domui nostræ (&c.) quadraginta sex solidos & undecim denarios annui redditus, cum pertinentiis in Reygate, annuatim ad tres terminos anni percipiendos, de tenentibus infra scriptis; videlicet de *N.ch.* de *Lynkefeld* viginti solidos; de *Will.* de *Cumbe* filio *Roberti* de *Cumbe* viginti & duos solidos & tres denarios, & de *Gilberto* le *Parmenter* quatuor solidos & octo denar. cum omnibus pertinentiis suis habendos & tenendos dictis Priori & Canonicis & eorum successoribus (&c.) pro una Cantaria, quam iidem Prior & Canonici dictæ Domus & eorum successores imperpetuum facere debent & tenentur in Castro nostro de Reygate pro salute animæ nostræ, necnon animarum antecessorum & hæredum nostrorum; ita quod una Missa cotidie celebretur per eosdem in Castro nostro antedicto imperpetuum (&c.) In cujus rei testimonium, præsenti Cartæ apponi fecimus sigillum nostrum, data in Castro nostro vicesimo quarto die mensis *Aprilis*, anno Regni Regis filii Regis *Edwardi* octavo. Nos autem remissionem (&c.) ratas habentes & gratas (&c.) concedimus & confirmamus (&c.) Teste Rege apud *West. xx.* die *Maii.*

PRIORATUS

de Haltemprise *in agro* Eboracensi.

Literæ Patentes Regis Edwardi *secundi pro Domo Religiosa in villa de* Neuton *fundanda.*

Pat. 15. E. 2. p. 2 m. 4.

REX omnibus ad quos &c. Salutem. Sciatis quod de gratia nostra speciali concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilecto consanguineo & fideli nostro *Thomæ Wake*, quod ipse unum mesuagium cum pertinentiis in villa de Neuton, ad quandam domum religiosam, cujuscumque ordinis voluerit, ibidem de novo fundandam, & construendam; necnon & unum mesuagium & unam carucatam terræ, cum pertinentiis in eadem villa de Neuton & Cotyngham, & advocationem Ecclesiæ ejusdem villæ de Cotyngham: quæ quidem mesuagia, terram, & advocationem idem *Thomas* de nobis tenet in Capite, ut dicitur, dare possit & assignare Religiosis in dicta Domo constituendis, habenda & tenenda eisdem Religiosis & successoribus suis in puram & perpetuam elemosinam. Ita quod iidem Religiosi dictam Ecclesiam appropriare & eam appropriatam in proprios usus tenere possint sibi & successoribus suis prædictis imperpetuum. Et præfatis Religiosis cujuscunq; ordinis fuerint, quod ipsi prædicta mesuagia & terram cum pertinentiis, ad advocationem prædictam de præfato *Thoma* recipere & tenere sibi & successoribus suis prædictis in puram & perpetuam elemosinam, & Ecclesiam prædictam appropriare, & eam appropriatam in proprios usus tenere possint sibi & successoribus sui prædictis imperpetum, sicut prædictum est, tenere præsentium similiter licentiam dedimus specialem (&c.) In cujus, &c. T. Rege apud *Eboracum xxvi.* die *Junii.*

Bulla *Johannis* Papæ *xxii.* pro translatione Monasterii de Cotyngham usq; ad Haltemprise.

Ex autographo in bibl. Hatton.

JOhannes *Episcopus servus servorum Dei, Venerabili fratri Archiepiscopo* Eboracensi, *salutem & Apostolicam Benedictionem, Pia desideria devotorum benevolo libenter favore prosequimur, & eorum justis precibus assensum favorabiliter impertimur. Peticio siquidem dilecti filii nobilis viri* Thomæ Wake *Domini de* Lydel *tuæ diocesis nobis exhibita continebat; Quod eo dudum significante nobis, quod in villa sua de* Cotingham, *dictæ diocesis, proponebat unum Monasterium, Ordinis S.* Augustini, *ædificare, & de bonis suis propriis illud dotare: Nos tibi per nostras, certi tenoris literas commisimus, ut eidem nobili, faciendi prædicta autoritate nostra, licentiam largireris; & deinde Monasterio prædicto fundato, & sufficienter dotato, tu in eo, juxta facultates ipsius, certum Canonicorum numerum, necnon personam idoneam, quem ipse nobilis nominaret, eâ vice in Abbatem instituteres, vel Priorem; Et quod ex tunc, ipso Monasterio vacante, Abbatis vel Prioris Electio, penès Conventum dicti Monasterii remaneret; Quodq; perochialem Ecclesiam dictæ villæ de* Cotingham, *in qua idem nobilis jus obtinet patronatus eidem Monasterio, certo modo annecteres, & unires.*

Tuq; postmodum, memorato nobili, licentiam tribuisti antedictam, prout hæc, tam in prædictis nostris, quàm tuis literis plenius continentur. Postq; idem nobilis prælibatum Monasterium, imbi ædificare cepit, Ecclesiamq;, Oratoria, & domos plures construxit; & plures Canonici Monasterii de Baumne, *dicti Ordinis* Lincolniensis *diocesis; de licentia tamen Abbatis ipsorum, ad ipsius nobilis instantiam, ad ipsum Monasterium inceptum accesserunt, & inibi commorantes Missarum solempnia, & alia celebrarunt divina. Verùm, Comperto postmodum, quod, propter nonnulla statuta, constitutiones, & consuetudines Regni* Angliæ *hæredes, sive successores ipsius nobilis, in loco, ubi dictum Monasterium est Fundatum, Monasterium ipsum possint diruere, ac etiam demoliri; propter quod, Monasterium ipsum verisimiliter instabile fieret; idem nobilis*

nobis humiliter supplicavit, ut providere super hoc de opportuno remedio dignaremur: Nos itaq; ipsius nobilis supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ, per Apostolica scripta, committimus, & mandamus, quatinus prædicto nobili transferendi prædictum Monasterium, ad alium locum sunm proprium, ydoneum, & honestum dictæ tuæ diocesis, illudq; ibidem fundandi, & ædificandi in eo Ecclesiam & domos congruentes, cum aliis necessariis officinis, dote priùs sufficienti pro Canonicorum numero ibidem Canonicè instituendo, & servitorum aliorum, per ipsum nobilem constituta; & etiam assignata, auctoritate nostra licentiam largiaris. Et postquam hujusmodi Monasterium, ut prædicitur, fundatum fuerit, pariter & dotatum, tu ibidem certum Canonicorum numerum instituas; necnon, & præfatam parochialem Ecclesiam eidem Monasterio unias, ac cætera prædicta plena executioni demandare procures, juxta prædictarum Prioris, tibi, ut prædicitur, directarum, contentiam literarum, ipsis literis quoad alia in suo robore permansuris. Datum Avinioni *Kal. Januar. Pontificatus nostri Anno nono.*

Carta Thomæ Wake *Domini de* Lydell, *de Fundatione Prioratus de* Alta Prisa.

Ex autog. in turri S. *Mariæ Ebor.*

PRæsentes & futuri noscant universi, quod nos *Thomas Wake* Dominus de *Lydell*, concessimus & dedimus, & hac præsenti Cartâ nostrâ confirmavimus Deo & beatæ *Mariæ*, & omnibus Sanctis, in honore Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, *Annunciationis* beatæ *Mariæ* virginis, & *Exaltationis* Sanctæ *Crucis*, pro anima nostra, & pro animabus *Blanchiæ* legitimæ Consortis nostræ, *Johannis Wake* patris nostri, & *Johannæ* uxoris ejus, ac liberorum suorum, & omnium parentum, antecessorum, & hæredum nostrorum, serenissimi in Christo patris Domini *Johannis* Dei gracia Papæ vicesimi secundi, illustris Regis *Angliæ* Domini *Edwardi* filii Regis *Henrici*; ac Domini *Edwardi* Dei gracia filii ejus, ac *Isabellæ* Reginæ *Angliæ* consortis sui, ac liberorum suorum; Domini *Hugonis Sandell*, *Rogeri* de *Wingfeld* Clerici; Domini *Johannis* Dei gratia Abbatis de **Burne**, ac omnium familiarium nostrorum nobis fideliter servientium, viris religiosis, Canonicis, Regularibus domus de *Alta Prisa* Deo servientibus; villas nostras maneriales de **Newton**, **Willerby**, & **Wolfoxton**, cum redditibus, serviciis, & consuetudinibus, tam liberorum quam nativorum in villis de **Catyngham**, **Newton**, **Willerby**, & **Wolfoxton**, cum boscis, tetris arrabilibus, pratis, pascuis, fossatis, pasturis, moris, marisci, piscariis, viis, semitis, sepibus, & omnibus aliis commodaritibus, & pertinentiis ad prædictas villas qualitercunq; spectantibus, in liberam puram & perpetuam elemosinam.

Ac etiam omnes & singulas libertates, & Frangesias, quas mihi, parentibus, & prædecessoribus, illustres Reges *Angliæ* concesserunt, & à singulis successoribus eorundem confirmatas, pro fideli servitio in his & partibus transmarinis eis fideliter exhibito. Quapropter ex hoc usq; in futurum volumus prædictæ villæ de **Newton** (quæ nunc **Newtenpryce** vocatur) **Willerby**, & **Wolfoxton** sint libertates per se; & habeant suas Curias ad visum *Franci Plegii*, & omnia illis spectantia; Et de futuro de dominio meo de **Cottingham** sint distinctæ in omnibus penitùs & exemptæ imperpetuum, per extremitatem fundorum, finium, & limitatum suorum; videlicet, ab Orientali parte cujusdam silvæ vocatæ **Southwood**, tendens ad Austrum per quandam ripam, & ipsam ripam vocatam **Carcawse**, usq; ad **Leesse**, vel **Sittingdyke**; & sic per medium seueri inter **Leesse** & campum de **Wolfoxton**, tendens ad Austrum usq; ad **Daringham-Wells**, ex Occidentali parte; & a **Daringham-Wells**, per selionem capitalem, inter campum de **Wolfoxton**, & campum de **Anlaughby**, tendens ad Occidentem usq; ad Orientalem partem **Birkella**, transiens per regiam viam usq; ad **Wellerbydaille**, relinquens villam de **Wellerby** à dextra, & per medium **Wellerbydaple** ad Occidentem, inter campum de **Elley** & **Willerby**, usq; ad campum de **Cottingham**. Et tunc vertens ad Orientem usq; ad silvam prædictam de **Southwood**; Et sic transiens inter illam & silvam de **Willerby** usq; ad orientalem partem silvæ ubi primùm incepit, erit terminum, limitatio, ac circulus omnium & singularum libertatum, loca prædicta circumjacentia, ex me hæredibus meis omnino excluſi, quamvis de Manerio meo de **Cottingham** tenentur in Capite; tamen habeant & habebunt tantam ac talem potestatem, jurisdictionem, auctoritatem, libertatem adeo plenè, integrè, liberè, & quietè; ac quæcunq; alia, quantam & qualem nunc habeo, occupo, aut exerceo, vel patentes vel prædecessores mei; videlicet *Robertus Estutevill*, *Nicholaus* senior, & *Nicholaus* junior *Estutivell*, *Hugo Wake*, qui primo duxit in uxorem *Johannam* filiam & hæredem *Nicholai* de *Estuttivell*, *Baldwinus Wake*, *Johannes Wake* pater meus, qui omnes fuerunt Domini de **Cottingham**, habuerunt, exercuerunt, & occupaverunt temporibus suis infra dictum præcinctum.

Insuper concedo, ut prædicti Prior & Conventus, & eorum successores prædictis gaudeant privilegiis sine ullo comporo cujuscunq; solutione, occasione, vel impedimento nostri, hæredum aut successorum nostrorum, vel Justiciariorum *Eboracensium*. Volumus etiam, quod nullus Justiciarius, Vicecomes, sive Ballivi, vel servientes cujuscunq; Comitatus, Monasterii prædicti, præcinctum ingrediantur, nec ingredi præsumant ad eorum officia ibidem aliqualiter facienda vel exercenda: Similiter quæcunq; Catalla aut bona Fellonum, vel aliter quovismodo delinquentium capiuntur, distringenda sunt per Priorem, vel suum Ballivum, & servanda sunt apud Monasterium prædictum, donec corpora vel membra carriantur Carceri *Eboracensi*, ibidem judicia sua accipienda per judices Regios, Senescallos Monasterii, vel ejus deputatos, aspicientur & eos perse-

persequentur. Et si opus vel officium coronatoris exercendum sit infra circuitum prædictum, Regius Coronator vicinorum vel propinquiorum Comitatus mittendus sit, qui ibidem officium suum exerceat & occuper secundùm suum officium, propter mercedem laboris dotandum à quibus invitatur. Verum etiam volumus, ut prædicti Prior & Conventus habeant vel habebant correctionem & executionem Assisæ panis & servisiæ, & aliorum victualium; ac scrutinium Ponderum & mensurarum; necnon Cippos, & Conclusoria in singulis villis, ad correctionem delinquentium. Possunt etiam eligere Constabularios, & habere nominationem Constabulariorum, & aliorum officiariorum & Ministrorum, & eos jurare, & juramentum eis præstare in sua Curia, sicut eis magis expediens videtur ad suam propriam commoditatem, quietem, proficuum, & amicitiam inter proximos atq; tenentes fideliter observandum, de hiis & omnibus aliis, & singulis tenentibus suis in **Cotingham** cum suis Summonicionibus, Attachiamentis, & amerciamentis per suos Ballivos faciendum & levandum, & omnibus libertatibus, & commoditatibus ad liberam Curiam qualitercunq; spectantibus. Et quotiens contigerit aliquem de Tenentibus Canonicorum in Curia nostra implacitare vel implacitari Ballivis, vel Attornatis dictorum Canonicorum Curiæ ipsorum de hujusmodi implacitante, vel implacitato petenti, sine dilatatione concedatur, & de Curiâ nostrâ quietè dimittatur.

Insuper volumus, quod si contigerit aliquem de Tenentibus ipsorum Canonicorum in Curiâ nostrâ qualitercunq; de causâ amerciari, ipsi Canonici hiis amerciamentis habebunt & levari faciant per Ballivos suos ad opus suum, prout meliùs viderit expedire, sine impedimento nostri vel Ballivorum nostrorum. Item dedimus & concessimus dictis Canonicis, & suis successoribus medietatem Tolneti Marcati nostri, & Nundinarum nostrarum de **Cotyngham**, cum omnibus commoditatibus, & aisiamentis, & pertinentiis imperpetuum. Item dedimus & concessimus eisdem Canonicis advocationes istarum Ecclesiarum; **Cottingham**, **Ellen**, **Quarrom-Percy**, & **Welton**, cum omnibus suis commoditatibus, proficuis, & aisiamentis. Etiam dedimus & concessimus eisdem Canonicis in dominico meo de **Cottingham** unum messuagium juxta Cimiterium ex Australi; duo Messuagia in le **Quayt** juxta torrentem, ac diversa alia in diversis locis, viginti bovatas terræ, quadraginta acras prati, tresdecim acras scituatas in le **Oggelmyre**, & tresdecim scitas in le **Salt-ynge**, quinq; scitas in **Salt-ynge**, & alias divisas bene cognitas; unam clausuram juxta **Belbanke**, aliam clausuram juxta **Southwaulle**, nomine **Coltcroft**; Ac etiam unam turbariam in le **Foath**, quam sibi possunt tenere inseverali; & habet in longitudine, sicut & in latitudine quinquaginta quatuor cordas secundùm mensuram Manerii de **Cottingham**, vel saltem pasturam ad viginti boves vel equos, aut alias bestias. Aliam quoque clausuram decem acratum, unà cum **Cottgarth**, dedi, & concessi eisdem Canonicis in **Bulbanke-feild**, buttans ad orientem super **Howll**.

Item dedi & concessi eisdem Canonicis duas clausuras in le **Oggelmyre**, quæ abbuttant super **Navenpike**, vel **Coott-Hawe**, ex parte Boreali; & super le **Oggelmyre** ex parte Australi, orientali, & occidentali; nomen unius **Tenakers**, nomen verò alterius **Crayscroft**, ad orientalem partem **Jggelesmyre**. Item dedimus & concessimus eisdem Canonicis duo messuagia in **Newland**, & duas clausuras in **Newland-Feilds**, unam nomine **Tilkary**; aliam viginti acrarum nomine **Pigot-Close**. Item concessimus & dedimus eisdem Canonicis, quod per totum dictum dominium nostrum de **Cotyngham**, tam in pratis, silvis, pasturis, agris, ac aliis locis, quam extra, liberè possunt currere & fugare ad cervos, damas, bauceum, Citras, lepores, & cerviculos, quodlibet genus venandum; & ipsos capere quoquo modo, quociens sibi placuerit. Possunt etiam aucupare, & piscare infra dominium meum prædictum, ad placitum, sine occasione vel molestatione nostri vel hæredum nostrorum imperpetuum.

Ac etiam dedi & concessi eisdem Canonicis pasturam ad octogima & octo boves, in una pastura nomine *le Wilthes*, pertinentes ad quadraginta quatuor bovatas terræ in prædictis villis de **Newton**, **Willerby**, & **Wolferton**, unaquæq; bovata terræ habens duas vias quarumcunq; bestiarum, secundùm consuetudinem Manerii nostri de **Cottyngham**. Habendum & tenendum prædictas villas, de **Newton**, **Willerby**, & **Wolferton**, cum omnibus suis pertinentiis, prædictas Advocationes Ecclesiarum, servicia prædicta, cum omnibus suis pertinentiis, ipsis Canonicis de *Alta Prisa*, & eorum successoribus imperpetuum, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, adeo liberiùs, puriùs, & quietiùs, sicut aliqua elemosina liberior & purior unquam fuerit, aut esse poterit, aut sicut lingua hominis poterit fari, aut Cor præmeditari, solutè, & quietè imperpetuum, ab omni servicio mihi aut hæredibus meis, aut alio alteri faciendum.

Et nos *Thomas Wake*, & hæredes nostri, Deo & beatæ *Mariæ*, & Canonicis de *Alta Prisa* prædictis, & suis successoribus, imperpetuum, dictas villas de **Newton**, **Willerby**, & **Wolferton**, cum suis pertinentiis; advocationes Ecclesiarum, reversiones cetrarum, & tenementorum prædictorum; terras, tenementa, redditus, & servicia, & vias in pasturis, cum juribus, libertatibus, piscationibus, venationibus, decimationibus, & omnibus commoditatibus, ac aisiamentis, & cæteris pertinentiis, ut præmittitur, contra omnes homines warantizabimus, & de quibuscunq; serviriis secularibus, tanquam puram & perpetuam elemosinam nostram defendemus & quietabimus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic præsenti Cartæ nostræ sigillum nostrum appositimus. His testibus, venerabilibus patribus in Christo, Dominis *Willielmo* Archiepiscopo *Eboracensi*, *Hen-*

Henrico Episcopo *Lincolniensi* & Abbate de *Melsa*; Dominis *Henrico* Comite *Lancastriæ*, *Edmundo* Comite *Kanciæ*, *Willielmo* de *Roose*, Domino de **Hamelake**, *Henrico* de *Percy*, *Henrico* de *Bellomonte*, *Johanne* de *Sutton*, *Alexandro* de *Cave*, *Johanne* de *Heselarton*, Baronibus & militibus; *Rob.* de *Scorbrough*, *Roberto* de *Stotevil*, & aliis. Datum apud **Newton** die dominica Proxima post festum *Conversionis* Sancti *Pauli* Apostoli, Anno gratiæ *millesimo tricentesimo vicesimo quinto*, & Regni Regis *Edwardi* filii Regis *Edwardi*, decimo nono.

Carta Johannis *de* Meaux *de* **Bewike**, *de Manerio de* **Willardby**, *pro sex Canonicis divina celebraturis in Monasterio prædicto.*

UNiversis ad quos præsens Carta indentata pervenerit, *Johannes* de *Meaux* de **Bewike** salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra, me dedisse, concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ indentatâ confirmâsse religiosis viris Priori & Conventui de **Pantempise** & successoribus suis Manerium meum de **Willardby**, cum pertinentiis, & sex acras terræ cum pertinentiis in prædicta villa de **Willardby**. Habendum & tenendum prædictum Manerium & terram cum pertinentiis, præfatis Priori & Conventui & successoribus suis imperpetuum, de capitalibus Dominis feodi illius per servicia inde debita & de jure consueta. Reddendo inde annuatim mihi in tota vita mea, triginta duas libras argenti ad duos anni terminos; videlicet ad festa sancti *Martini* in hyeme & *Pentecostes*, per portiones equales; sub tali tamen condicione, quod Prior & Conventus dictæ domus de **Paltempise**, qui pro tempore fuerint, mihi hæredibus vel executoribus meis talem faciant securitatem ad divina quolibet die in Monasterio suo de **Paltempise**, pro anima mea & anima *Matildis* nuper uxoris meæ, & animabus Domini *Godefridi* de *Meaux* patris mei; Dominæ *Scolasticæ* matris meæ, & antecessorum, parentum, amicorum, & omnium benefactorum meorum: Necnon pro anima Dominæ *Johannæ* Comitissæ *Kantiæ* & animabus omnium fidelium defunctorum, per tres Canonicos Regulares ejusdem domus ibidem in vita mea; & per sex Canonicos Regulares ejusdem domus post mortem meam in eadem domo similiter celebraturos, qualiter mihi hæredibus, vel executoribus meis, consilio meo, hæredum vel executorum meorum rationabiliter videatur inde fore faciendum; videlicet *matutinas*, cum omnibus horis diei, unà cum missa secundùm dispositionem meam, hæredum vel executorum consilii mei, hæredum vel executorum meorum; Necnon cum *Vesperis* & *Completorio*, unà cum *Placebo* & *Dirige*, cum tempus postulaverit.

Et si Prior & Conventus dictæ domus de **Pantempise**, qui pro tempore fuerint securitatem prædictam, modo & forma supradictis facere recusaverint, cum per me, hæredes, vel executores meos, vel aliquem nomine meo hæredum vel executorum meorum rationabiliter ad hæc facere requisiti fuerint; Vel si Prior & Conventus dictæ domus de **Paltempise**, qui pro tempore fuerint, prædictum redditum triginta duarum librarum mihi in tota vita mea, ad terminos prænotatos, ut prædictum est, vel infra quadraginta dies eosdem terminos proximè sequentes non persolverint; quod extunc benè liceat mihi & hæredibus meis in prædictis Manerio & terra, ingredi & sine contradictione aliquali, imperpetuum hæreditare. Et ego verò prædictus *Johannes* de *Meaux* & hæredes mei prædicta Manerium & terram cum pertinentiis, præfato Priori & Conventui & successoribus suis, viis & modis supradictis, contra omnes homines warantizabimus, adquietabimus, ac in perpetuum defendemus. In cujus rei testimonium uni parti præsentis Cartæ indentatæ, penès prædictos Priorem & Conventum remanenti, ego dictus *Johannes* sigillum meum appposui: Alteri verò parti hujus Cartæ indentatæ, penès me residenti sigillum commune dictorum Prioris & Conventus est appensum. His testibus, Domino *Thoma* de *Bentele*, *Simone* de *Hesterton*, & *Willielmo* de la *Pole*, militibus, *Johanne* de *Bentele*, *Roberto* de *Coupland* de **Wolferton**, *Ricardo* de *Sauton*, *Rad.* de *Steele*, de **Willardby**, & aliis. Data apud **Willerby** die Sabbati & proxima post festum sancti *Dionisii* Martyris, videlicet decimo sexto die mensis *Octobris*, anno domini *M. CCC.* sexagesimo primo, & Regni Regis *Edwardi* tertii post Conquestum tricesimo quinto.

Ex ipso autogr. in turri B. Mariæ Eborac.

De Manerio de **Wharrum** *Priori & Conventui de* **Pantempise** *concedendo.*

REx omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis, quod cum nuper de gracia nostra speciali per literas nostras Patentes concesserimus & licenciam dederimus pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis fuit, *Johanni* personæ Ecclesiæ de **Stokes-bruere**, quod ipse de viginti libratis terrarum, & reddituum, cum pertinentiis, in magna **Parwedon**, & parva **Parwedon**, quæ de nobis tenentur in capite, ut dicitur, feoffare posset dilectum consanguineum & fidelem nostrum *Thomam Wake* de *Lydell*; habendum & tenendum sibi & hæredibus suis imperpetuum; ita quod ipse quandam domum Religiosorum de quocunq; ordine vellet in prædicta villa de *Magna* **Parwedon**, de novo fundare, & terras & redditus prædictos cum pertinentiis eisdem religiosis dare posset & assignare; habendas & tenendas sibi & successoribus suis in liberam, puram & perpetuam elemosinam de præfato *Thoma* & hæredibus suis in perpetuum: Ac idem *Thomas* effectum concessionis nostræ prædictæ nondum sit assecutus, ut accepimus, idemq; *Thomas* literas illas in Cancellaria nostra restituerit cancellandas: Nos ad requisitionem ejusdem *Thomæ*, volentes ei hujusmodi graciam continuare, Concessimus & licentiam dedimus, de hujusmodi

Pat. 10. E. 3. p. 1. m. 3.

modi gracia nostra, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilecto & fideli nostro *Waltero* de *Heselarton*, & *Eustachiæ* uxori ejus; quod ipsi de Manerio suo de Wharrum, cum pertinentiis, quod de nobis tenetur in Capite, ut dicitur, feoffare possint præfatum *Thomam*, habendum & tenendum sibi & hæredibus suis de nobis & hæredibus nostris per servicia inde debita & consueta imperpetuum. Et præfato *Thomæ*, quod ipse Manerium prædictum cum pertinentiis, à præfatis *Waltero* & *Eustachia* recipere; & habitâ indè plenâ & pacificâ sesein, Manerium prædictum cum pertinentiis dare possit & assignare dilectis nobis in Christo Priori & Conventui de Hautempraise; habendum & tenendum sibi & successoribus suis in liberam, puram, & perpetuam elemosinam de prædicto *Thoma* & hæredibus suis in perpetuum, in cujus &c. *T.* Rege apud Rokesburghe 20. *Junii.*

PRIORATUS

de Badelesmere *in agro* Cantiano.

Licentia Regis Edwardi *secundi pro fundatione ejusdem.*

Pat. 4. E. 3. p. 2. m. 41. per Inspex.

Vide Pat. 13. E. 2. m. 6.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ* & Dux *Aquit.* Omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint salutem. Sciatis quod de gratia nostra speciali, concessimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilecto & fideli nostro *Barth.* de *Badelesmere*, quod ipse in Manerio suo de Badelesmere in Com. *Kanc.* quod de nobis tenet in capite, ut dicitur, fundare possit quandam domum Canonicorum regularium, & quod de dominicis terris suis ejusdem Manerii dare possit & concedere prædictis Canonicis viginti & quatuor acras terræ, habendas & tenendas eisdem Canonicis & successoribus suis de præfato *Bartholomeo* & hæredibus suis, in liberam & puram elemosinam imperpetuum, ad inhabitandum & ad ædificandum ibidem Ecclesiam & alias domos pro eorum voluntate; Et eisdem Canonicis, quod ipsi prædictas viginti & quatuor acras terræ à præfato *Bartholomeo* possint recipere, & sibi & successoribus suis de præfato *Barth.* & hæredibus suis in liberam & puram elemosinam imperpetuum tenere, & Ecclesiam ac alias domos pro eorum voluntate ibidem ædificare, sicut prædictum est, tenore præsentium similiter dedimus specialem; statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, non obstante. Nolentes, quod prædictus *Barth.* vel hæredes sui aut præfati Canonici, seu successores sui, ratione præmissorum, per nos vel hæredes nostros, Justiciarios, Escaetores, Vicecomites, aut alios ballivos seu ministros nostros quoscumq; occasionentur, molestentur, in aliquo, seu graventur. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud Redyngges *xviii.* die *Maii* Anno Regni nostri tercio decimo.

PRIORATUS

de Maxstoke *in agro* VVarwicensi.

Charta Fundationis ejusdem.

Pat. 12. E. 3 p. 1 m. 22. per Inspex.

UNiversis (&c.) *Willielmus* de *Clinton*, Comes *Huntingdoniæ*, salutem, (&c.) Unigenitus Dei filius de sinu patris ad yma descendens, natus de Virgine, factus homo in sua humilitate, jacentem mundum erexit, & peccata nostra pertulit in suo Corpore super lignum, in quo servitutis nostræ Girographium suo sanguine cancellavit; in memoriam suæ mortis, summum & magnificum instituens sui Corporis & Sanguinis Sacramentum, in quo humani generis grata redemptionis memoria recensetur; ut qui peccatis mortui fuerant, pro memoriale tam dignissimum, & præcipuis excolendum laudibus, veniam delictorum & perennis vitæ gloriam consequantur: Sperans igitur per institutionem & provisionem religiosorum virorum, qui placidis servitiis Deo, ac Missarum solennis dignè recolant & frequenter ipsum memoriale salvificum, & tam excellens ac mirandum Sacramentum præconiis dignis exaltent, & devotis obsequiis prosequantur; ac per elemosinarum largitionem perpetuò faciendam, de bonis mihi à Deo collatis, qui illa & majora de suo proprio mihi dedit, remissionem miserecorditer meorum consequi peccatorum; & ex miseratione ejus, cujus miserecordiæ non est numerus, & cujus miserationes sunt super omnia opera ejus ad cœlestem gloriam pervenire.

Dedicatio Ecclesiæ.

In honore Sanctæ & individuæ *Trinitatis*, Patris, & Filii & Spiritus Sancti, ac beatæ *Mariæ* Virginis gloriosæ, Sancti *Michaelis* Archangeli, & omnium Sanctorum, quoddam Mo-

nasterium, seu Prioratum Canonicorum regularium ordinis *Augustini*, in quadam placea mea in **Parstoke**, juxta Manerium ejusdem villæ, *Coventrien*si & *Litchfeildens*i dioceſi, de concensu & assensu expresso sereniſſimi principis Domini *Edwardi* Dei gratiâ Regis *Angliæ*, illustrissimi, ac venerabilis patris Domini *Rogeri*, permissione divina *Coventrens*is & *Litchfeld*. Episcopi; & fratris *Henrici* Prioris de *Coventria*, Magistri *Ricardi* Decani *Litchfeldiæ* & Capituli dictarum Ecclesiarum, & omnium singulorum aliorum, quorum consensus requiritur in hac parte, de novo fundavi, construxi, ac dotavi de propriis bonis meis, pro statu meo salubri, & *Juliana* uxoris meæ, Domini nostri Do nini *Edwardi*, Dei gratia, nunc Regis *Angliæ* illustrissimi, *Laurentii* de *Hastynges*, Do nini *Rogeri* Episcopi antedicti, fratris *Henr ci* Prioris prædicti, *Richardi* Decani præfati, Monachorum de Coventria, Canonicorum *Litchfeldiæ* existentium, dum vixerimus. Et pro animæ meæ salute, & *Juliana* uxoris meæ, prædicti Domini nostri Regis, *Laurentii*, *Rogeri*, *Henrici*, *Richardi*, Monachorum, & Canonicorum, cum ab hac luce substracti fueri nus: Necnon pro anima *Johannis* de *Clinton* patris mei, *Idæ* matris meæ, *Johannis* fratris mei germani; & pro eorum liberis, vivis & defunctis; & pro animabus regum *Angliæ*, quorumcunq; dominorum de *Hastynges*, Episcoporum *Coventriæ* & *Litchfeldiæ* Ecclesiarum, dictorum Prioris & Decani, Monachorum & Canonicorum prædictorum, parentum, & aliorum benefactorum nostrorum, & omnium fidelium defunctorum, volens, statuens & ordinans ut inferiùs continetur.

De numero & regula Canonicorum.

Videlicet, quod in ipso Prioratu de cætero sit unus Prior electivus, & unus Conventus duodecim Canonicorum præter Priorem, qui secundùm regulam, & ordinem beati *Augustini* religiosam, honestam, regularem, & Deo ac hominibus placidam vitam ducant, & die ac nocte jugiter illum colant, illum glorificent, illum laudent, ac dignè & laudabiliter serviant, illi soli, qui me & illos fecit ex nihilo, sicut & omnem aliam creaturam, & sinceris affectibus, & mentibus puris, tractent illud venerabile Sacramentum pretiosi Corporis, & Sanguinis Jhesu Christi, humani generis redemptoris, qui suum Corpus in cibum, & sanguinem in poculum suis reliquit fidelibus tribuendum.

De habitu.

Item volo & ordino, quod Prior & Canonici supradicti, & successores eorum, pro superiori indumento, tam in Yeme, quàm in Estate, utentur nigra Cappa & nigro capucio regulari, & sub Cappa, indumento lineo, ac aliis vestibus, tam de die quàm de nocte, sicut utuntur alii Canonici regulares ordinis antedicti. Et quod de bonis ipsorum Prior distinctam non habeat portionem à Conventu, nec Conventus à Priore; sed sicut sunt (volente Deo) unum corpus, & habere debent Cor unum, & animam unam in caritate non ficta, ita sint eorum bona omnia in communi distribuenda, secundùm statum & gradum cujuslibet, servatis ordine & regulâ memoratis.

Item volo, statuo, & ordino, quod quoties dicto Priorau quomodolibet notoriè vacante, Prioris dicti Monasterii fuerit electio facienda, statim infra quinq; dies vel sex post publicè notam vacationem hujusmodi in ipso Prioratu, celebratâ Missâ Sancto Spiritu solemniter in Choro, Subprior & Conventus ejusdem, ad futuri Prioris Electionem, prout sacris convenit institutis faciendum, procedant liberè, nullâ licentiâ eligendi à me hæredibus vel successoribus meis requisitâ. De Electione Prioris.

Item volo, statuo, & ordino, quod quandocunq; & quotescunq; dictum Prioratum vacare contigerit, nullus ejusdem Prioratus vel bonorum ipsorum custodiam habeat, vel administrationem ipsam, vacatione durante, nisi duntaxat Subprior & Conventus voluerint deputare, qui de administratione hujusmodi fidele ratocinium seu compotum reddere teneantur futuro Priori, & ejusdem loci Conventui, vel aliis, quos ad id duxerint administrandos, cum fuerint legitimè præmuniti. De vacatione.

Item, quod nullus in Canonicum admittatur in ipso Prioratu, nisi tempore ingressus sui fuerit liber, & pro libero habitus, & publicè reputatus bonæ conversationis & honestæ, competenter pro statu regularis Canonici literatus, & ad cantandum divina, vocem habeat competentem, vel saltem adeo fuerit aliunde præcellens, quod pro melioratione status Monasterii in admissione ipsius ad statum regularem cæteris præscriptæ conditionis hominibus meritò debeat anteferri; & decimum octavum annum suæ ætatis attigerit: Et ad susciendum Sacramentum Presbyteratus ordinis cum legitimam ætatem pervenerit habilis; & idoneus verisimiliter debeat reputari; Qui etiam in fine primi anni, cum debeat profiteri, ante professionem suam legat vel coram se legi faciat palam & publicè in Communi, omnia & singula contenta in hujusmodi Fundationis meæ literis; & deindè statim bona fide promittat, quod ea omnia & singula, quatenùs eum concernunt, vel concernere poterunt, & in eo fuerint observanda, & faciet observari. De Canonicorum admissione.

Item cum dictis Priori & Conventui jam sit per me provisum ducentarum librarum annui redditus in Ecclesiis, terris, & redditibus in villis de **Parstoke** & longa **Itchinton** pro numero duodecim Canonicorum & Priorem, ut præmittitur, volo & ordino, quod cum per me, vel per alium, aut ex industria propria, de decem marcis annui redditus sint adaucti in terris, vel aliis redditibus, numerum suum statim infra mensem sequentem, per unum idoneum admittendum in fraternitatem & Canonicum, si infra mensis spacium inveniri valeat idoneus admittendus; alioquin, quamprimò poterit idoneum invenire, augere teneantur. Et dum tresdecim Canonici fuerint cum Priore, noven De numero Canonicorum.

vem semper, sicut quatenus possibile, fuerint sacerdotes. Et si contingat augeri bona Prioratus per decem marcas annuas, sic crescat numerus Canonicorum, & proportionaliter juxta numerum adauctum Canonicorum, adaugeatur absq; more dispendio numerus sacerdotum.

De Pensionibus & Corrodiis. Item quod dictis Priori & Conventui nullum corrodium, nullam annuam pensionem quibuscunq; personis liceat vendere, sive concedere, dare, aut alias ipsum Monasterium quavis occasione perpetuò onerare, nec aliqualiter obligare, nisi propter utilitatem evidentem, vel inevitabilem necessitatem aliquoties contingentem; quæ utilitas & necessitas, ab ejusdem loci Episcopo, qui pro tempore fuerit, sufficiente examinatione præhabitâ, primitùs approbentur.

De Compoto. Item quod omnes & singuli officiarii, obedientiarii, & alii administrationem bonorum dicti Prioratus seu Ecclesiæ optinentes super receptis suis & expensis, ac administrationem bonorum dicti Prioratus quater singulis annis coram dictis Priore & Conventu, vel tribus personis idoneis & discretis ab ejusdem Priore & Conventu electis, fidele ratiocinium seu compotum reddere teneantur; & super hoc fiat Indentura evidens, quæ coram Conventu legatur, ut super hoc totus Conventus statum Monasterii scire possint: Et deinde dicta indentura in thesaurario Monasterii prædicti ponatur & fideliter observetur.

De Anniversario fundatoris. Item ordino, quod cum fuero viam universæ carnis ingressus, quolibet anno imperpetuum, die Obitus mei, dicti Prior & Conventus, ac Subprior & Conventus dicto Prioratu vacante *Placebo*, & *Dirige*, Missam solennem in Choro, & totum officium mortuorum in Conventu solemniter dicere teneantur pro anima mea, animabus prædictis, & omnium fidelium defunctorum: Et quod ipso die Obitus mei, fiat distributio centum pauperibus, cuilibet videlicet unus panis ponderantis quinquaginta solidos, de parochia de Marstoke: & pauperibus ab aliis locis venientibus quolibet die imperpetuum, deferatur hora prandii coram Priore vel ipsius locum in Refectorio tenente, ultra panem consuetum, unus panis albus Conventualis, & unum ferculum de Coquina, qui assignentur & dentur pauperiori de Marstoke, vel alia, quotidiè per discretionem Prioris, vel Elemosinarii, cum una lagena cervisiæ Conventualis pro anima mea & pro animabus superiùs nominatorum, & omnium fidelium defunctorum.

De Missis. Item quod Missa beatæ *Mariæ* Virginis, Missa Capitularis & de die, communiter celebrentur, horis & locis debitis, ut in aliis Prioratibus ejusdem ordinis consuevit; ita quod in omnibus Missis præterquam in festis majoribus in Choro solemniter celebrandis una memoria pro me & *Juliana* uxore mea, Domino nostro Rege & aliis superiùs nominatis, dum in præsenti vita fuerimus; Et cum ab hac vitâ subtracti fuerimus, fiat memoria de nobis sicuti pro Mortuis est consuetum, & pro omnibus mortuis superiùs nominatis.

De observancia fundationis ex parte Prioris. Item volo & ordino, quod quilibet Prior confirmatus, seu professus antequam in spiritualibus vel temporalibus administret coram Conventu, & illum qui ipsum installabit, cum fuerit installandus, omnia & singula contenta in his literis fundationis meæ Monasterii antedicti, palam & publicè faciat recitari & statim postea, bona fide promittat, quod ea quatenùs eum contingat, & in ipso fuerit, observabit, & faciet adimpleri & observari.

De Excommunicatione malefactorum hujus Cœnobii. Item volo & ordino, quod nullo tempore, nec ex aliqua causa, ego hæredes mei vel successores, quin aliquid aliud, quàm ut superiùs ordinavi, ratione patronatus vel superioritatis aut juris alterius cujuscunq;, à prædictis Priore & Conventu, aut Subpriore & Conventu, Prioratu vacante vel pleno, petere, exigere, vel habere potero, aut poterunt ullo modo; nec in commodum aliquod per me vel hæredes meos, aut successores meos; nec per familiam meam, vel suam, Monasterium prædictum incurrat, nec meo vel ipsorum nomine de bonis dicti Monasterii aliquid ex aliqua causa, seu aliquo colore questo capiatur. Et quicunq; aliud vel aliter fecerit, maledictionem Dei patris omnipotentis & beatæ *Mariæ* virginis gloriosæ, beati *Michaelis* Archangeli, & omnium sanctorum cœlestis Curiæ ipso facto incurrat, donec congruè satisfecerit de præmissis, Amen.

De salutatione Angelica. Item zelo piæ devotionis, sicut cæteri Christi fideles erga matrem gratiæ, gloriosam virginem *Mariam* accensus, & ipsius virginis intuitu, erga beatissimam *Annam* ejusdem virginis genetricem; volo, ordino & statuo, ut post officium *Matutinarum* beatæ *Mariæ* virginis in Choro completum; & post Missam ejusdem; & post singulas horas, dicat Sacerdos qui Missam celebravit, & executor officii, eadem voce quâ officium compleverit, salutationem Angelicam, & recommendationem genetricis ejusdem, temporibus imperpetuum futuris, hoc modo; *Ave* Maria, *gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus ventris tui, Jhesus, Amen. Et benedicta sit venerabilis mater tua* Anna, *ex qua tua caro virginea & immaculata processit, & respondeat Chorus, Amen.*

De pœna transgressoris. Item volo, ordino, & statuo, si Prior prædictus ea quæ, ut præmittuntur, statui & ordinavi, quatenus eum contingunt, vel contingere poterunt, ex malicia vel malo ingenio non servaverit; vel non fecerit per malitiam seu notandam negligentiam adimpleri: Aut si per eum aliquid contra præmissa vel eorum aliquod fuerit damnabiliter attentatum, teneantur quilibet

libet dicti Prioratus Canonicus, & confrater tam in virtute obedientiæ quàm in sua professione regulari dinoscitur pro viii̇sse, quamprimo sibi placuerit libera facultas ad præsentiam Episcopi *Litchfeldensis* personabiliter accedendi, excessum ipsius Prioris hujusmodi, ejusvè negligentiam, seu injuriam, ipsi Episcopo (cessantibus favore & odio) fideliter intimare; super quorum correctionem celebrè faciendam, dicti Domini Episcopi (qui pro tempore fuerit) conscientiam, quatenus eum onerare ausus sum & possum, coram summo Judice onero & requiro. Si autem aliquis de prædictis Canonicis Monasterii antedicti non servaverit per malitiam supradictam, quatenus eum contingere dinoscuntur; vel si contra ea vel eorum aliquod per aliquem dictorum Canonicorum aliquid malicioſè fuerit attemptatum; & de hoc fuerit evidenter convictus coram suo Priore, seu aliquo Judice competenti, Canonicus delinquens realiter in præmiſsis eo ipso per quinquennium sit inhabilis ad statum Prioris & ad omnia alia officia in ipso Monasterio optinenda, nisi Prior de concilio sanioris partis Conventus, de triennio vel aliqua parte triennii, stante triennio propter evidentem utilitatem Monasterii duxerit, cum eo fore mitiùs agendum, & rationabiliter dispensandum.

Subscriptas autem ordinationes meas volo & præcipio futuris temporibus imperpetuum inviolabiliter observari: Et ad futuram præmissorum memoriam, eorumq; perpetuam firmitatem, præsentes literas meas per modum Indenturæ triplicari mandavimus, ut una pars remaneat penès dictos Priorem & Conventum de Parstoke imperpetuum, alia penès Decanum & Capitulum Ecclesiæ de Litchfeild in Thesaurario ejusdem Ecclesiæ perpetuò conservanda, tertia penès me *Willielmum* Fundatorem, hæredes meos & successores, per quam voluntatis meæ in hac fundatione perpetuam habeant noticiam, Sigilli mei appensione munivi. Et ut præscripta omnia, & singula perpetuis temporibus robur obtineant firmitatis, præfatam Ordinationem meam, Sigillis venerabilis patris Domini *Rogeri* Dei gracia *Coventria* & *Litchfeildia* Episcopi supradicti; necnon Prioris, & Decani, & Capituli prædictorum procuravi munimine roborari: Datum apud Parstoke decimo die ..... Anno Domini *millesimo trecentesimo trigesimo sexto.*

Nos igitur *Rogerus* Episcopus supradictus, considerantes quanto nostræ devotionis affectu præfatus Dominus Comes cupiat suum in hac parte laudabile propositum adimpleri; quodq; per præmissa gratum & acceptum impenditur altissimo famulatum, prædictam Ordinationem auctoritate nostra Pontificali ratificamus, approbamus, & etiam confirmamus. Et in Testimonium præmissorum Sigillum nostrum singulis partibus Indenturæ prædictæ duximus apponendum. Datum Heytrode quarto nonas *Aprilis*, Anno Domini *millesimo trecentesimo trigesimo septimo*, consecrationis nostræ decimo quinto.

Licentia Regis Edw. *tertii de escambio Manerii* de Shustoke *pro Manerio de* Parstoke *faciendo.*

REx, (&c.) Sciatis quod cum nuper de gratia nostra speciali concesserimus & licentiam dederimus, pro nobis & hæredibus nostris, dilectis nobis in Christo Priori & Conventui de Parstoke, quod ipsi dare possint & concedere Manerium de Shustoke cum pertinentiis in Comitatu *Warwici*, exceptis homagiis & serviciis *Thomæ* de *Astley* & *Willielmi* de *Curson* & hæredum suorum, ac advocationibus Ecclesiæ de Shustoke, & Capellæ sive Cantariæ de Bentley, quod quidem Manerium tenetur de nobis in Capite *Johannis* filiò *Johannis* de *Clinton*; Habendum & tenendum sibi & hæredibus suis de nobis & hæredibus nostris, per servicia inde debita & consueta in perpetuum, in escambium pro viginti libratis terræ & redditus cum pertinentiis in Manerio de Parstoke, eisdem Priori & Conventui per præfatum *Johannem* dandis & assignandis: Habendas & tenendas eisdem Priori & Conventui & successoribus suis in puram & perpetuam elemosinam, in escambium prædictum imperpetuum, prout in literis * nostris Patentibus indè confectis plenius continetur. Pat. 18. E. 3. p. 2. m. 10. * Pat. 17. E. 3 p. 1. m. 24.

Ac prædictus *Johannes* capitale messuagium dicti Manerii de Parstoke, infra parcum ibidem, & duo alia messuagia & unum cotagium, unam virgatam *Lix.* acras, tres rodas & *xxxv.* perticatas terræ, *xx.* acras prati, *Cxlv.* acras & dimidiam bosci, quinquaginta & duas solidatas, duas denariatas & unam quadrantem redditus, cum pertinentiis, percipiendas de certis liberè tenentibus ibidem, quæ de dilecto & fideli nostro *Johanne* de *Odingsles* tenentur, & quæ valent per annum, simul cum redditu prædicto *xiiil. vi d.* & unam quadrantem, sicut, (&c.) est compertum, jam dederit & assignaverit prædictis Priori & Conventui; Habendas sibi & successoribus suis in perpetuam elemosinam, in escambium prædictum imperpetuum, ut est dictum, in partem satisfactionis *xx.* libratarum terræ & redditus prædictorum. Nos ad requisitionem dilecti & fidelis nostri *Willielmi* de *Clinton* Comitis *Huntingdoniæ*, Prioratus ejusdem Fundatoris, pro majori securitate & quiete dicti Prioris & Conventus & successorum suorum, dictas donationem & assignacionem præfati *Johannis*, eisdem Priori & Conventui sic indè factas acceptantes, eas pro nobis & hæredibus nostris, (&c.) ratificamus, (&c.) *T.* Rege apud *Westm. xxi. Oct.*

Prio-

PRIORATUS

de Bustlesham (*vulg.*) Bisham) *in agro* Berocensi.

Diploma Regis Edwardi *tertii, Fundationem & dotationem Prioratus de* Bustlesham, *recitans & confirmans.*

Pat. 12. E. 3. p. 2. m. 15.

Vide Rot. Assis. in Com. Nott. 8. H 4. Rot. 95.

Pat. 11. E. 3 p. 1 m 4. Et Cart. 11. E. 3. m. 15. n. 35.

Pat. 1. H. 4. p 6 m. 24.

Rex omnibus ad quos, &c. Inspeximus quandam Chartam chirographatam, quam dilectus & fidelis noster Willielmus *de* Montacuto, *Comes Sarrum, fecit dilectis nobis in Christo Priori & Canonicis de* Bustlesham *in hac verba*; Sciant præsentes & futuri, quod cum nos *Will.* de *Montacuto* Comes Sarrum & Dominus de Man & de Dunbeghe, quoddam Monasterium Canonicorum Regularium ordinis S. *Augustini* in honorem Domini nostri Jesu Christi & S. *Mariæ* gloriosæ Virginis matris suæ, & in divini cultus augmentum, in Manerio nostro de Bustlesham de licencia excellentissimi Principis, & Domini nostri Domini *Edwardi* Regis *Angliæ* illustris, & ejusdem loci Diocesani, fundaverimus, Domino disponente: Nos Monasterium illud, ad sustentationem Prioris & Canonicorum ibidem Deo serviencium ac famulancium, possessionibus dotari competentibus affectantes ad laudem & honorem ipsius Domini nostri Jesu Christi & dictæ matris suæ, de licentia dicta Domini nostri Regis, dedimus, concessimus, & hac præsenti Chartâ nostra cirographata confirmavimus, pro nobis & hæredibus nostris, dilectis nobis in Christo Priori & Canonicis loci ac Monasterii prædicti de Bustlesham, dictum Manerium nostrum de Bustlesham, cum pertinentiis in Com. Berks. Manerium de Bulstrode cum pertinentiis in Com. *Buckinghamiæ*, Manerium de Drapelfold cum pertinentiis in Com. Wiltes, & advocationem Ecclesiæ ejusdem villæ; Maneria de Purvetote & Loterford cum pertinentiis in Com. Summerset; necnon unam acram terræ, cum pertinentiis in Hugesclere in Com. *Southamptoniæ*, & advocationem Ecclesiæ ejusdem villæ; & decem Marcas ejusdam annuæ firmæ decem Librarum, quas religiosi Viri Prior & Conventus de Taunton pro se & successoribus suis pro Manerio & Hundredo de Dulverton in eodem Comitatu *Summersetensi* eisdem Priori & Conventui de Taunton ad feodi firmam, per nos dimissis nobis & hæredibus nostris reddere tenentur annuatim, unà cum messuagiis, domibus, Gardinis, Curtilagiis, terris, arabilibus, pratis, pascuis, pasturis, boscis, gravis, communiis, viis, semitis, aquis, molendinis, stagnis, vivariis, ripariis, piscariis, piscationibus, huetreatibus, homagiis, wardis, maritagiis, Harietis, Releviis, Escaetis, sectis Curiarum, redditibus, serviciis, consuetudinibus, finibus, redemptionibus, amerciamentis, tam liberorum tenencium quàm nativorum, ac advocationibus Ecclesiarum & Capellarum & omnibus aliis libertatibus & liberis consuetudinibus, proficuis, & commoditatibus quibuscunq; ad Maneria, terram, & annuam firmam prædicta, qualitercunq; & ubicunq; spectantibus sive pertinentibus, adeo plenè, liberè, & integrè, sicut nos ea tenuimus absq; ullo retenemento vel clameo.

Habenda & tenenda Maneria, terram & annuam firmam prædictarum decem marcarum prædicta, cum pertinentiis, & omnibus aliis proficuis & commoditatibus quibuscunq;, ut præmittitur, & dictas advocationes eisdem Priori & Canonicis de Bustlesham, & successoribus suis Canonicis, qui pro tempore fuerint ibidem, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, absq; omni servicio seculari, consuetudine, exactione, & demanda ad nos & hæredes nostros pertinentibus imperpetuum. Et nos prætatus Comes & hæredes nostri Maneria, terram & annuam firmam prædictarum decem marcarum prædicta, cum pertinentiis, & omnibus aliis proficuis & commoditatibus quibuscunq; ut prædictum est, & dictas advocationes prætatis Priori & Canonicis de Bustlesham & successoribus suis antedictis contra omnes gentes warantizabimus, acquietabimus, & defendemus imperpetuum.

Et præterea volumus & concedimus eisdem Priori & Canonicis de Bustlesham, & successoribus suis, ut præmittitur, pro nobis & hæredibus nostris, quod quocienscunq; dictum Monasterium, per mortem vel cessionem Prioris loci prædicti vacare contigerit, nos vel hæredes aut ministri nostri vel hæredum nostrorum quicunq; de custodia Monasterii illius, Maneriorum, terræ, vel annuæ firmæ prædictorum, seu advocationum prædictarum, sive de aliis terris & tenementis, advocationibus, vel possessionibus quibuscunq; eidem Monasterio, per nos vel hæredes nostros, aut quoscunq; alios jam collatos, & exnunc conferendos, dandos, & assignandos, aut de aliquibus pertinentiis eorundem racione dominicæ fundationis nostræ antedictæ, seu prærogativæ, aut alterius clamei cujuscunq;, nullatenus intromittemus, aut illa quovismodo ingredi valeamus.

In cujus rei testimonium huic præsenti Chartæ chirographatæ, tam Sigillum nostrum quàm Sigillum commune prædictorum Prioris & Canonicorum alternatim sunt appensa. His testibus venerabili Patre *Joh.* Archiepiscopo *Cantuariensi*, totius *Angliæ* Primate, *Rob. Cicestriense* Episcopo; Dominis *Galf.* le *Scrope*, *Joh.* de *Stoner*, *Johanne Ingge*, *Thoma West*, *Nicholao* de la *Beche*, *Johanne Molyns*, *Johanne* de *Mere*, *Roberto Achard* militibus; *Michaele* de *Wath*, *Johanne* de sancto *Paulo*, *Will.* de *Langlegh*, *Jacobo* de *Wodestoke*, *Johanne* de *Denham*, *Joh.* de *Leddrede*, *Henrico* de *Pinkeny* & aliis. Datum apud Bustlesham *xxi.* die *Junii*, Anno Domini *millesimo trecentesimo tricesimo octavo*, 1338.

vo, Regni verò dicti Domini nostri Regis
12. E. 3. *Edwardi* tertii post coquestum, *duodecimo*. Nos autem donationes, &c. confirmamus. T. Rege apud **Waltm** *ix.* die *Julii*.

Licentia regia pro concessione Manerii de **Bulstrode** *Canonicis de* **Bustlesham.**

Pat. 11. E. 3. p. 3. m. 5. REX omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis, quod de gratia nostra speciali, necnon contemplacione personæ dilecti & fidelis nostri *W. Illielmi* de *Monteacuto* Comitis *Sarum*, ad quem sinceram, suis meritis exigentibus, gerimus affectionem; & etiam divinorum obsequiorum optentum, quæ præfatus Comes, tam pro nostra & progenitorum ac hæredum nostrorum, quàm pro sua suorumque antecessorum & hæredum animabus in Monasterio de **Bustlesham** in Com. *Berks*. per ipsum Comitem, charitatis devotione, succensus, jam de novo in honore Domini nostri Jesu Christi & beatæ *Mariæ* gloriosæ virginis, matris suæ, fundato, stabiliri & fieri ordinavit perpetuis temporibus duraturo; concessimus, & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, eidem Comiti, quod ipse Manerium de **Bolstrode** in Comitatu *Buckinghamiæ*, quod de nobis tenetur in capite, ut dicitur, dare possit & assignare dilectis nobis in Christo Priori & Conventui de **Bustlesham**; habendum & tenendum eisdem Priori & Conventui & successoribus suis, unà cum reversione terrarum & tenementorum, quæ tenentur in dotem ad terminum vitæ vel annorum, seu alio modo ut parsella Manerii prædicti, de nobis & hæredibus nostris in liberam, puram & perpetuam elemosinam, in cujus (&c.) T. Rege apud **Guldeford** *tricesimo* die *Decembris*.

De translatione ossium Johannis *de* Monteacuto *Comitis* Sarum *à* **Cirencestre** *usque ad* **Bustlesham.**

Pat. 8. H. 5. m. 4. REX omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis quod concessimus & licentiam dedimus *Matildi*, quæ fuit uxor *Johannis* nuper Comitis *Sarum*, quod ipsa ossa dicti nuper Comitis, infra Abbathiam de **Circestre** humati, sursum capere, & ea abinde usq; Prioratum de **Bustelam-Montagu** in Comitatu *Berks*. (cujus quidem Prioratus dictus nuper Comes extitit fundator) cariare, & eadem ossa infra Priorat um illum sepelire possit, absq; impedimento nostro vel hæredum nostrorum, aut ministrorum quorumcunq;. In cujus, &c. Teste Rege apud *Westmonasterium*, *duodecimo* die *Novembris*.

PRIORATUS
de Flanesford *in agro* Herefordiensi.

Litera patentes Regis Edwardi *tertii, licentiam fundandi eundem, concedentes.*

REX omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis quod cum dilectus & fidelis noster *Ricardus Talebot*, caritatis & devotionis fervore succensus, quendam Prioratum Canonicorum regularium, ordinis Sancti *Augustini*, in quadam placea vocata **Flanesford**, infra dominium ipsius *Ricardi* de *Castro Goderici*, in honore Dei & Sanctæ *Mariæ* Virginis, ac præcipuè beati *Johannis Bapt.* fundare disposuerit, domino suffragante. Nos piam intencionem ipsius *Ricardi* in hac parte plurimum commendantes, ac volentes ipsum *Ricardum*, contemplacione personæ suæ, ad quam propter ipsius probitatem & impensa nobis fructuosa obsequia, sincero merito gerimus affectionem; & ut secum in tanto negocio participemus in præmiis, favore prosequi gratioso, de gratia nostra speciali, concessimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, eidem *Ricardo*, quod ipse hujusmodi Prioratum Canonicorum regularium ordinis prædicti, in placea prædicta fundare, ac placeam illam cum gardino ejusdem. ac novem mesuagia, tria molendina quinque virgatas, ducentas quinquaginta & quatuor acras terræ, viginti & tres acras prati, & dimidium, & sexaginta & tres acras bosci cum pertinentiis infra dominium Castri prædicti, & **Wallesford**, **Hopmaloysel**, **Pavnelwyk**, & **Westbury**; ac advocationem Ecclesiæ ejusdem villæ de **Westbury**, quæ de nobis tenentur in Capite, ut dicitur, dare possit & assignare Priori & Canonicis, Deo in Prioratu prædicto, juxta ordinationem prædicti *Ricardi* inde faciendam, servituris: Habenda & tenenda sibi & successoribus suis, de nobis & hæredibus nostris, in liberam, puram & perpetuam elemosinam imperpetuum. Et eisdem Priori & Canonicis, quod ipsi placeam, gardinum, mesuagia, (&c.) à præfato *Ricardo* recipere possint & tenere sibi & successoribus suis prædictis imperpetuum (&c.) In cujus, &c. Teste Custode apud **Eltham** *xviii.* die *Decemb.* Pat. 10 E. 3. p. 3. m. 6.

PRI-

PRIORATUS
de Edindon in agro Wiltonienſi.

Carta Fundationis ejuſdem.

Ex cod. MS. in bibl. Collegii S. Benedicti Cantabr. [Miſcel. G. p. 271.

UNiverſis præſentes literas inſpecturis, *Rob.* permiſſione divina *Sarisbirienſis* Epiſcopus, ſalutem in omnium Salvatore. Sacra legalis Sanctio pariter & Canonica nonnunquam ea quæ ab initio tam providè quam ſalubriter ſtatuta noſcuntur, licèt multis excogitata vigiliis & propenſo digeſta conſilio, ex cauſis hoc ſuadentibus, dignum duxit in meliùs commutanda; Olim ſiquidem reverendus in Chriſto pater dominus *Willielmus* Dei gratia *Winton.* Epiſcopus, de propria ſalute cogitans, cupienſq; terrena in cœleſtia, & tranſitoria in æterna fœlicè tranſferre commercio; quandam Cantariam perpetuam certorum Capellanorum ſecularium, in Eccleſia parochiali villæ de Edyndon *Sar.* Dioc. de qua villa idem pater traxit originem, ad divini nominis laudem & cultus augmentum, in honorem beatiſſimæ Virginis *Mariæ*, Sanctæ *Katherinæ*, & *omnium Sanctorum*, ſub quorum vocabulo dicta parochialis Eccleſia dedicata dinoſcitur; ac pro ſuæ ſuorumq; parentum & aliorum fidelium animarum ſalute fundaverat, ipſamq; pro hujuſmodi Capellanorum ſuſtentatione & aliis ad eandem Cantariam neceſſariis ſufficienter dotârat: Poſtmodum verò ſollicitâ meditatione conſiderans, quod & ſi vitam ducentes ſecularem, debitum & Deo placitum obſequium, divinâ illis cooperante gratiâ impendere, maculas tergere & de commiſſo hiis divina diſpenſatione talento reddere valeant, cum lucro multiplici rationem; illi tamen quietiùs ac ſecuriùs hiis exequendis vacare poſſunt, qui contemptis honoribus, ſpretiſq; deliciis ac mundi ſollicitudinibus & fructibus procelloſis, quibus homo preſſus mentis intuitu à contemplatione pleruna; divertit, pro cœleſtis patriæ vita proprium arbitrium alterius ditioni ſubjugant, & ſub ſanctæ religionis obſervantiis regularibus eligunt, virtutum Domino jugiter famulari jam diu affectaverat, ſicut adhuc & pro viribus affectat, ut hujuſmodi Cantaria & Eccleſia ſecularis, dictæ Cantariæ unita in religionem erigatur, & ponantur ibidem Fratres de ordine ſancti *Auguſtini*, *Boni homines* vulgariter nuncupati, Deo & beatiſſimæ Virgini *Mariæ* genetrici ſuæ perpetuò ſerviturí, ut ſperatur, tanquam pervigiles agricolas ortus ſalutarium plantationum præcliſis vepribus auxiliante Domino aſſiduè rigabitur, & germinans in domo Dei fructus producit uberes & maturos. Nos igitur intentionem dicti patris in hac parte rationabilem, & piam arbitrantes, ac conſonam Canonicis inſtitutis; de conſenſu ſuo & Capituli noſtri *Sariſbiriæ*; necnon aliorum, quorum intereſt, prætatam Cantariam & Eccleſiam ſecularem in religionem duximus erigendam: Statuentes & decernentes Fratres hujuſmodi inibi ponendos fore, qui regulam beati *Auguſtini* profitebuntur, & ſubſcriptas etiam ordinationes, quas de conſenſu, &c. ejuſdem Patris fundatoris, & dicti Capituli noſtri fecimus, obſervabunt, &c.

Videſis Cart. 2. H. 4 n. 18. Et Pat. 2. H. 6. p. 1. m. 24.

Et Pat. 3. E. 4. p. 3. m. 4.

Ex libro quodam Edindonenſis *Monaſterii.*

QUinto nonas *Julii* primò jactatum fuit fundamentum domus ſive Monaſterii de Edindone, Anno Dom. 1352. *Lel. Itin. vol. 6. fol. 51.*

Decimo ſexto Cal. *Octobr.* fuit prima tonſura Fratrum Monaſterii prædicti Anno Dom. 1358. A. D. 1352.

Eccleſia Conventualis de Edyndon dedicata fuit à *Roberto Weyvile* Epiſcopo *Sarum*, in honore S. *Jacobi* Apoſtoli, S. *Katherinæ* & *Omnium Sanctorum*, Anno Dom. 1361.

Octavo Id: *Octobris*, *Gulielmus de Edyndon*, *Wintonienſis* Epiſcopus, Fundator Monaſterii prædicti obiit Anno Domini 1366.

PRIORATUS
de Dertford in Cantio.

Carta Regis Edwardi *tertii de Fundatione ejuſdem.*

Cart. 2. H. 5. p. 2. m. 8, per Inſpex.

Edwardus Dei gratia Rex *Angliæ* & *Franciæ*, & Dominus *Hyberniæ*, omnibus, ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem; Sciatis quod de gracia noſtra ſpeciali dedimus, conceſſimus, & aſſignavimus, pro nobis & hæredibus noſtris dilectis nobis in Chriſto *Matild.* Prioriſſæ Monaſterii S. *Mariæ* & S. *Margaretæ* Virginum de Dertford, per nos fundati, & ejuſdem loci Conventui ſororibus ordinis S. *Auguſtini*, ſecundùm inſtitutæ & ſub cura Fratrum Ordinis Prædicatorum viventibus, Monaſterium prædictum; necnon manſionem & ſitum ejuſdem, cum pertinentiis, in qua manſione ipſæ Prioriſſa & Conventus jam inhabitant, Maneria de Shipbourn & Portebrugge, cum pertinentiis, in Com. *Kanta* unà cum feodis militum, & omni-

Videſis Cart. 7. E. 4. m. 5.

Et Pat. 4. R. 2. p. 2. m. 29.

Et Pat. 46. E. 3. p. 2. m. 28.

Pat. 1. E. 4. p. 7. m. 16.

omnibus aliis ad eadem Maneria spectantibus sive pertinentibus; advocatione Capellæ S. *Edmundi* Regis & Martiris in Dertford, ac omnia terras & tenementa, cum suis pertinentiis, quæ dictæ Priorissa & Conventus nuper habuerunt ex concessione *Johannis Bronde* Capellani, & quæ fuerunt *Willelmi Claptes*, & *Johanna* uxoris ejus in villis de Dertford, Stone, Wilmington & Suthfleote: unum messuagium cum pertinentiis, quod fuit *Johannis* de *Chertesey*, in dicta villa de Dertford; tria messuagia, cum pertinentiis in eadem villa, & quæ fuerunt *Reg. Folk*; duas acras terræ cum pertinentiis in eadem villa quæ fuerunt *Simonis Kayworth*.

Unum messuagium, unum columbare, triginta acras terræ, tres acras prati, quindecim acras pasturæ, & viginti solidatas redditus cum pertinentiis in eadem villa, quæ fuerunt *Rob. Mount*. Triginta & quatuor acras terræ; quinq; acras prati, & sex solidatas redditus cum pertinentiis in Dertford, & Wilmynton, quæ fuerunt *Willielmi* de *Wilmynton*: septem messuagia, duo tosta, quatuor gardina, centum & viginti & octo acras terræ & dimidium, quatuor acras prati, triginta acras pasturæ, duodecim acras marisci, & viginti solidatas redditus, cum pertinentiis; ac reversionem unius messuagii, octo acrarum terræ, & dimidia cum pertinentiis in dicta villa de Dertford, ad nos spectantem; quæ quidem messuagium & terram *Margareta Michel* tenet ad vitam suam, & quæ quondam fuerunt *Willielmi* de *Newport* civis & Piscenarii *Londor*. unum messuagium & septem solidatas redditus cum pertinentiis in eadem villa de Dertford, quæ fuerunt *Nicholai* de *Croston*; duo messuagia, & unum gardinum cum pertinentiis in eadem villa de Dertford, quæ fuerunt *Alexandri Folke*. Unum messuagium cum pertinentiis in eadem villa, quod fuit *Johannis Lumbyn*. Tres rodas prati & pasturam ad duos boves, cum pertinentiis in eadem villa, quæ fuerunt *Joh. Michel*; Sexdecem acras terræ in eadem villa, quæ fuerunt *Joh. Cherstede*, & *Johannis Wallworth* Civium *Lond*. Triginta acras terræ, cum pertinentiis, in dicta villa de Wilmynton, quæ fuerunt *Johannis Pikeman*. Duo messuagia ac omnia terras & tenementa, redditus, & servicia cum pertinentiis, quæ fuerunt *Aliciæ Perers* in villis de Dertford, Wilmynton, Stone, Suthfleote, & Bersh in Comitatu prædicto: & quondam placeam terræ, cum pertinentiis, in dicta villa de Dertford, vocatam le Castelplace; nec non quinq; solidatas & tres denaratas redditus, cum pertinentiis, in eadem villa, quæ fuerunt *Willelmi Morgaunt*. Unum messuagium sive tenementum, cum suis pertinentiis, in Civitate nostra *London*. quod fuit *Roberti* de *Burton*, & *Johannis* de *Letton*, executorum testamenti *Roberti* de *Hanwoode* nuper Civis & Mercatoris *London*. & omnia tenementa, cum pertinentiis in eadem civitate, in parochia S. *Martini* extra Ludgate, in Flertstreet, in parochia S. *Martini* de *Orgar* juxta Esgate; & in parochia S. *Katharina* infra Cimiterium de S. *Trinitate magna* juxta Aldate, quæ fuerunt *Augustini Waleyes*.

Omnia redditus & servicia cum pertinentiis exeuncia de duobus messuagiis & tribus Shopis in Cordwanerstreet, in eadem civitate, quæ *Jacobus Andrew* de ipsis Priorissa & Conventu tenuit ad terminum vitæ ipsius *Jacobi*, una cum reversione eorundem messuagiorum & Shoparum, cum acciderit; & sexaginta & sex solidatas & octo denaratas redditus, cum pertinentiis in Tamworthe; & in *London*. in Westchep; qui quidem redditus pertinet ad Manerium de Portbrigge, quod quondam fuit *Roberti Bikmore*. Manerium de Belstede *magna* cum pertinentiis, una cum Ecclesiis de Washebrooke, & Welechurch tenendas in propriis usibus, & advocacionibus Ecclesiarum earundem; necnon advocationibus Ecclesiæ de Alverton & vicariarum dictarum Ecclesiarum de Washebrooke & Welechurch, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis in Comitatu *Suffolc a*.

Manerium de Brandiston, cum redditibus & serviciis & omnibus aliis ad prædictum Manerium spectantibus in Herdestede, in eodem Comitatu; & cum redditibus & serviciis & omnibus aliis ad prædictum Manerium spectantibus in villa de Goffeld in Comitatu Eser, & Manerium de Combes, cum situ cujusdam Capellæ ibidem & omnibus redditibus, serviciis, ac quibuscunq; aliis ad prædicta Manerium & situm Capellæ spectantibus in dicto Com. *Suffolcia*, Manerium de Hercheham, cum pertinentiis; in Comitatibus *Surria* & *Kantia*; ac omnia terras ac tenementa nostra cum pertinentiis in Putfould in dicto Comitatu *Surria*, cum Ecclesia de Witteleg & Capella de Thorslee; tenendas in propriis usibus & advocationibus earundem Ecclesiarum & Capellæ, cum omnibus libertatibus ad easdem Ecclesiam & Capellam pertinentibus: Manerium de Norton cum pertinentiis, una cum advocacionibus Ecclesiæ ejusdem Manerii, & cujusdam *Cantariæ* in eadem Ecclesia, ac certis membris ad idem Manerium spectantibus; videlicet Silleigh, Emewell, Lowe, & Westwithhill; necnon omnibus redditibus & serviciis cum pertinentiis omnium tenentium nostrorum in villis de Weremenetre, Holveston & Madyngton cum pertinentiis in Com. Wiltes; & omnia redditus & servicia quæ habemus in Buxton atte Nasshe, & atte Noze, una cum omnibus aliis pertinentiis ejusdem Manerii de Norton in Com. Dorset. Manerium de Fifhide cum pertinentiis, una cum omnibus terris, tenementis, redditibus, serviciis, escaetis, reversionibus, ac omnibus aliis ad idem Manerium de Fifhide pertinentibus, quæ nuper fuerunt ipsarum Priorissæ & Conventus in Cerardeston, Wilton, Digehampton, Fouleston, & *parva* Dermesord, in perpetuum in dicto Comitatu Wiltes; & omnia terras, tenementa, prata, redditus & servicia, cum pertinentiis, quæ habemus in Purbik in Com. *Dorset*. pertinentia ad idem Manerium de Fifhide, una cum omnibus aliis Maneriis ejusdem Manerii ac advocationibus Ecclesiarum de Fifhide & S. *Michaelis* in Weststreet in *Wilton*. necnon feodis militum,

tum, & omibus aliis ad eadem Manena, terras, & tenementa spectantibus.

Et Manerium de **Colwenston** cum pertinentiis in Comitatu **Glamorgan** in *Wallia*, necnon omnia terræ & tenementa, cum pertinentiis in **Woldeston** in Marchia *Wallia*, in Comitatu *Herefordiæ*, unà cum feodis militum & omnibus aliis ad idem Manerium de **Colwenston** spectantibus, sive pertinentibus, habenda & tenenda omnia prædicta Manetia, terras, tenementa, redditus, & servicia, feoda, reversiones, & libertates, ut prædictum est, cum pertinentiis; & advocationibus, dictis Priorissæ & Conventui & earum successoribus in dotem & fundationem Monasterii prædicti; ea videlicet quæ de nobis, antequam ad manus nostras devenerunt, tenebantur de nobis & hæredibus nostris, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, & ea quæ de aliis quam de nobis, antequam ad manus nostras devenerunt, tenebantur de iisdem Dominis, de quibus per eadem servicia, per quæ ipsa tenta fuerunt antequam ad manus nostras devenerunt, in perpetuum. Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, non obstante. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes; Teste, meipso apud *Westm.* vicesimo die *Julii* anno Regni nostri *Angliæ quadragesimo sexto*, Regni verò nostri *Franciæ tricesimo tertio*.

Carta præfati Regis Edwardi *de advocatione Ecclesiæ de* Whittelegh.

Ibid. EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ* & *Franciæ* & Domins *Hybernia*, omnibus (&c.) salutem. Sciatis quod de gratia nostra speciali, dedimus & concessimus dilectis nobis in Christo Priorissæ & Sororibus domus prædicatorum de **Dertford**, per nos de novo fundatæ, advocationem Ecclesiæ de **Whittelve** in Com. *Surriæ* habendam & tenendam sibi & successoribus, suis imperpetuum. Concessimus etiam & licentiam dedimus eisdem Priorissæ & Sororibus quod ipsæ Ecclesiam prædictam appropriare, & eam sic appropriatam in proprios usus tenere possint, sibi & successoribus suis in perpetuum (&c.) In cujus (&c.) Teste meipso apud *Westmonasterium* sexto decimo die *Julii*, anno Regni nostri *Angliæ tricessimo*, regni verò nostri *Franciæ*, *decimo octavo*.

Ibid. *Ricardus* Dei gratia Rex *Angliæ* & *Franciæ* & Dominus *Hybernia*, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem: Sciatis, quod nuper *Johannes Daventre* Persona Ecclesiæ de **Bromi**, *Walterus Berkly* Vicarius Ecclesiæ de **Bymberle**, *Johannes Cranhouse*, *Edmundus Lakyngheth*, & *Richardus Nooth*, nos de Manerio de **Walsyngham**, cum pertinentiis in Com. **Norfolke**, unà cum feriis, mercatis, *Wayfs*, *Strayes*, & omnibus aliis libertatibus ad Manerium prædictum spectantibus feoffarunt. Habendum & Tenendum nobis & hæredibus nostris imperpetuum: Ac etiam *Johannes Bacon*, *Henricus Boghay*, *Thomas Godelake*, & *Johannes Appulton* nobis concesserunt, & confirmarunt reversionem Manerii de **Westwrotham** cum pertinentiis, & omnium aliarum terrarum & tenementorum cum pertinentiis in **Westwrotham**, & **Eastwrotham**, & **Elyngton** in Comitatu prædicto; quæ iidem *Johannes Daventre*, *Walterus* & *Richardus*, & *Johannes Snereing*, & *Stephanus Langham* tenent ad terminum vitæ *Katharinæ Breouse*, & per unum annum post decessum ipsius *Katharinæ*; habenda & tenenda post dictum annum completum, nobis & hæredibus nostris: Nos de gratia nostra speciali, ad honorem Dei ob devotionem quam ad Monasterium Sororum Prædicatissarum de **Dertford**, per charissimum Dominum & avum nostrum Regem defunctum, fundatum optinemus; dedimus, concessimus, & assignavimus, pro nobis & hæredibus nostris, dilectis nobis in Christo Priorissæ & Conventui Monasterii prædicti dictum Manerium de **Walsingham**, cum pertinentiis, unà cum feriis, mercatis, *Wayfs*, & *Strayes*, & omnibus aliis libertatibus ad Manerium illud spectantibus.

Habendum & tenendum sibi & successoribus suis in perpetuum. Concessimus etiam eisdem Priorissæ & Conventui, quod idem Manerium de **Westwrotham**, cum pertinentiis, ac prædicta alia terra & tenementa cum pertinentiis in **Westwrotham**, **Eastwrotham**, & **Elyngton**, quæ præfati *Johannes Daventre*, *Walterus*, *Richardus* (&c.) sic tenent ad terminum vitæ præfatæ *Katharinæ*, & per unum annum post decessum ejusdem *Katharinæ*, quod quidem Manerium de **Westwrotham**, & dicta alia terra & tenementa cum pertinentiis, post dictum annum completum, nobis & hæredibus nostris remanere deberent, post dictum annum completum præfatis Priorissæ & Conventui remaneant. Habenda & tenenda, simul cum dicto Manerio de **Walsyngham**, cum pertinentiis, ac feriis, mercatis, *Wayfes*, *Strayes*, & omnibus aliis libertatibus, ad eadem Maneria spectantibus, dictis Priorissæ & Conventui & successoribus suis, ad inveniendum quendam Capellanum divina singulis diebus in quadam Capella in Infirmitorio Monasterii prædicti, de novo edificata, celebraturum; & relevationem & sustentationem Sororum & Fratrum infirmorum, qui ibidem sunt & erunt commorantes; necnon ulteriùs ad exorandum continuè pro bono statu & salute nostra dum vixerimus, & pro anima nostra cum ab hac luce migraverimus, & pro animabus Fundatorum & Benefactorum Monasterii, Priorissæ & Conventus prædictorum & earum successorum, & omnium fidelium defunctorum imperpetuum (&c.) In cujus rei testimonium (&c.) Teste meipso apud *Westm.* 3. die *Septembris* anno Regni nostri *octavo*.

MONASTERIUM
de Syon *in agro* Middlesexiano.

Carta Fundationis ejusdem per Regem Henricum *quintum.*

Cart. 2. H. 5. p. 2. m. 28.

Vide Rot. Parl. 6. H. 6. n. 26. & n. 33. Et de a. 10. n. 22.

Vide Inq. 4. H 5. n. 16.

Vide amplam donationum confirmationem Pat. 22. H 6. p. 1. m. 21. & Pat. 4. E. 4. p. 4. m. 20.

REX Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Ballivis, Vicecomitibus, Præpositis, Ministris, & aliis fidelibus suis salutem. Cœlicæ jerarchiæ quam celebris ordinatio multiplicium spiritualium ordinum celeberrima celeumata continuè concanentium, varietate venusta, cunctis veraciter Christicolis honoremq;, ut convenit, zelantibus Ecclesiæ militantis luculenter exemplaritate designat, quam sit suppremo patri placitum, sanctissimæq; Dei genitrici & omnibus Sanctis gratum pariter & jocundum, ac triumphantis Ecclesiæ ordinabilitati consonum, nunc sanctarum basilicarum constructione, nunc devotarum religionum varietate, nunc Ministrorum Ecclesiasticorum multiplicatione decus extollere militantis Ecclesiæ, ad assiduum Dei cultum & accumulationem Deo deservientium devotorum. Exhinc etenim & nobis ac progenitoribus nostris, singulisq; succedentibus, ac toti regno nostro, & subditis universis firmè confidimus, pro animarum salute salubriter consuli, nosq; & regnum nostrum feliciter ad Dei placitum in prosperis dirigi, ac ab adversantibus piè protegi, meritorumq; prædictorum participatione, quasi per inchomata indubitata ad æternam felicitatem provehi finaliter & perduci. Hæc omnia ad sedulæ considerationis examen, inspirante supernâ gratiâ, in cujus manu sunt Regum corda, & testante Scriptura, *ubi voluerit inclinabit*, illa solicitè reducentes, ac memorialiter recolentes, quomodo Reges & Principes, ac nostri præclari progenitores in prædictis meritoriis insigniis claruerunt; quorum, favente divinâ clementiâ, pronis præcordiis satagimus imitari vestigia benedicta: Ad laudem igitur, gloriam, & honorem summæ Trinitatis, & gloriosæ Virginis *Mariæ*; necnon Apostolorum & Discipulorum Dei, ac omnium Sanctorum; & specialiter in honore sanctissimæ *Brigittæ*, quæ, ut satis evidenter agnoscitur, inspiratione cœlicâ, unam religionem sub suo nomine divinitùs inspiratâ fundavit, cœlitùsq; optinuit, ut in quocumq; regno Monasterium ipsius Religionis fundarum fuerit, ibi pax & tranquillitas ipsius mediationibus continuè firma erit.

Nos, ut verus filius Dei pacis, qui pacem dedit, pacem docuit, & suis carissimis discipulis, ut summè appetibile novissimè reliquit, ad finalem & effectualem fructificationem omnium prædictorum, de consensu & auctoritate omnium quorum de jure requiritur in hac parte, quoddam Monasterium ordinis *Sancti Augustini*, *Sancti Salvatoris* nuncupati, de sexaginta Monialibus sive Sororibus, quarum una in hujusmodi sexagenario numero computata sit Abbatissa; ac deviginti & quinq; viris religiosis, quorum tresdecim sacerdotes, quatuor diaconi, & octo laici existant: De quibus quidem sacerdotibus unus in eodem numero vigintiquinario computatus, sit Confessor, qui eisdem viris in spiritualibus præsit, per quos etiam Sacerdotes, Abbatissa, & Moniales, sive Sorores Monasterii prædicti, quæ pro tempore fuerint, divinorum auditionis, ac salutiferæ prædicationis & eruditionis pabulo refici, & in spiritualium necessitatum suarum casibus & articulis adjuvari valeant in separatis habitationibus; videlicet dictis Abbatissa & Sororibus infra unum clausum per se; & dicti Confessor & Fratres in Curia separata per se, infra idem Monasterium moraturi, & magestati divinæ, sub habitu regulari, prout secundùm sexuum distinctionem suis statibus competit, sinceris ac puris mentibus, castisq; corporibus, juxta regularia instituta religionis, per præfatam *Brigittam* cœlitùs inspiratam fundatæ & institutæ, ac per sedem Apostolicam approbatæ servituri; ac divina pro salubri statu nostro, dum vixerimus, & anima nostra cum ab hac luce migraverimus, & animabus carissimi Domini & patris nostri *Henrici* nuper Regis *Angliæ*, & *Mariæ* nuper uxoris ejus, matris nostræ carissimæ; necnon animabus *Johannis* nuper Ducis *Lancastriæ*, avi nostri, & *Blanchea* nuper uxoris ejus, aviæ nostræ, & aliorum progenitorum nostrorum ac omnium fidelium defunctorum; singulis diebus celebraturi juxta ordinationem nostram in hac parte faciendam imperpetuum, in quadam parcella terræ de dominico nostro Manerii nostri de **Isteliworth**, infra parochiam de **Tunkenham**, in Com. *Middlesexia*; continente videlicet in longitudine juxta campum versùs **Tunkenham**, ab una petra, ex parte boriali posita, usq; ad aliam petram ex parte australi positam, mille nongentos & triginta & octo pedes; & in latitudine versùs austrum, ab illa petra in parte australi posita, usq; in aquam *Thamisiæ*, nongentos & sexaginta pedes; & in longitudine per ripam *Thamisiæ*, ab una petra similiter juxta ripam prædictam, ex parte boriali posita, usq; ad aliam petram consimilem ex parte australi juxta ripam prædictam positam, duo milia octingentos & viginti pedes; & in latitudine, ex parte boriali, à prædicta petra ex parte boriali posita, usq; ad aquam *Thamisiæ*, nongentos & quater viginti pedes, prout per metas & bundas includitur, sub vocabulo Monasterii *Sancti Salvatoris*, & *Sanctæ Brigittæ* de **Syon**, ordinis S. *Augustini*, fundamus, ordinamus, & pro perpetuo stabilimus; & Monasterium S. *Salvatoris*, & *Sanctæ Brigittæ* de **Syon**, ordinis Sancti *Augustini* nuncupari volumus & decernimus perpetuis temporibus successivis.

Volumus etiam, ordinamus, & concedimus pro nobis, hæredibus & successoribus nostris, quod Abbatissa & Moniales, sive Sorores prædictæ

dictæ; ac dictus Confessor & cæteri viri religiosi prædicti sint unus Conventus distinctus per se, ut præfertur, & Abbatissa & Conventus Monasterii *Sancti Salvatoris, & Sanctæ Brigittæ* de Syon, ordinis S. *Augustini* vulgariter nuncupati; & quod ipsi & eorum successores Abbatissæ & Conventus loci prædicti habeant unicum sigillum pro negociis & agendis loci prædicti serviturum in perpetuum; & quod sint personæ habiles & capaces, sicut unum Monasterium incorporatum de quadam Abbatissa & uno Conventu distinctè per se, ut prædictum est, ad impetrandum, recipiendum & perquirendum, nomine Abbatissæ & Conventus Monasterii *Sancti Salvatoris*, & *Sanctæ Brigittæ* de Syon, ordinis S. *Augustini*, de quibuscumque viris & personis, tam Ecclesiasticis quàm laicis, terras, tenementa, res, redditus, advocationes, & possessiones quæcumq; cujuscumq; generis fuerint vel naturæ, sive de nobis, seu de aliis in Capite, sive in liberum burgagium, seu per aliud quodcumq; servicium, qualitercumq; teneantur, seu de nobis, hæredibus vel successoribus nostris, aut aliis quibuscumq; ea teneri contigerit in futurum, eisdem Abbatissæ & Conventui, & successoribus suis Abbatissis & Conventui loci prædicti in proprietate possidendas, licentiâ regiâ super hoc optentâ imperpetuum.

Ac etiam, quod Abbatissa loci prædicti, & successores suæ sint personæ habiles ad prosequendum omnimodas causas & actiones reales, personales, & mixtas, cujuscumq; generis fuerint vel naturæ, & ad respondendum & defendendum in eisdem, tam in Curiis spiritualibus, quam temporalibus, coram Judicibus Ecclesiasticis & secularibus quibuscumq;. Et ut hæc præsens fundatio nostra debitum sortiatur effectum, sororem *Matildem Newton*, monialem professam ordinis prædicti, in Abbatissam Monasterii prædicti; & fratrem *Willielmum Alnewyk*, in ordine sacerdotali constitutum, ordinis prædicti similiter professum, in Confessorem loci prædicti, hac vice præficimus, creamus, & ordinamus. Volentes quod ipse & successores sui, viris prædictis in spiritualibus, ut præmittitur, præsint; & quod eadem *Matildis* Abbatissa loci prædicti existat, ac eadem Abbatissa & successores suæ monialibus sive sororibus prædictis præsint, ac regimen universale Monasterii prædicti, tam in spiritualibus quam in temporalibus super se assumant, & ea faciant & exequantur, quæ ad Abbatissam ejusdem loci pertinent vel pertinere poterunt quovis modo, eo quod hujusmodi Confessor prædictis viris religiosis in spiritualibus præsit, ut prædictum est dumtaxat excepto; Ita quod cedente vel decedente, eadem Abbatissa, Conventus loci prædicti, plenam & liberam habeat potestatem eligendi loco ipsius Abbatissæ, aliam Abbatissam; & sic de tempore in tempus, quociens Monasterium illud vacare contigerit in futurum & quod moniales loci prædicti, pro tempore existentes in singulis vacationibus Monasterii prædicti, habeant custodiam & administrationem omnium terrarum, tenementorum, reddituum, proficuorum, & emolumentorum ejusdem Monasterii quorumcumq; ad opus ejusdem Conventus absq; impetitione nostri, hæredum seu successorum nostrorum, & absq; compoto aliquo aliis seu nobis, hæredibus vel successoribus nostris inde reddendo.

Concessimus insuper eisdem Abbatissæ & Conventui, quod ipsi & eorum successores, Abbatissæ & Conventus loci prædicti imperpetuum habeant & teneant, tam omnia terras, tenementa, & possessiones, cum pertinentiis eisdem Abbatissæ & Conventui in dotatione, fundatione & ordinatione Monasterii prædicti, per nos seu deputatos nostros data, concessa, vel assignata, quam alia terras, tenementa, & possessiones eisdem Abbatissæ & Conventui seu successoribus suis Abbatissis & Conventui loci prædicti per nos, hæredes seu successores nostros, aut alias quoscumq; dandas, concedendas seu assignandas in futuro, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam imperpetuum. Volentes quod ipsi vel eorum successores, Abbatissæ & Conventus loci prædicti, ratione novæ creationis Abbatissæ ejusdem loci, quæ pro tempore fuerit, seu alia de causa vel occasione quacumq;, ad aliquam pensionem, portionem, seu sustentationem aliquibus personis, seu alicui personæ, ad rogatum seu requisitionem nostri, hæredum vel successorum nostrorum dandam, concedendam, seu assignandam, seu aliud onus quodcumq; nobis hæredibus seu successoribus nostris, aut alicui ministrorum nostrorum, hæredum vel successorum nostrorum quorumcumq; supportandam vel solvendam, non onerentur in futuro; set quod iidem Abbatissæ & Conventus, & eorum successores Abbatissæ & Conventus loci prædicti inde sint quieti & exonerati imperpetuum, eo quod Monasterium prædictum de fundatione nostra existit non obstante.

Et ulteriùs, de uberiori gratia nostra concessimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, præfatis Abbatissæ & Conventui & successoribus suis, mille marcas percipiendas singulis annis ad scaccarium nostrum, & hæredum nostrorum ad terminos *Paschæ* & S. *Michaelis* per equales portiones, quousq; eis de proventibus spiritualibus & temporalibus, usq; ad prædictam summam mille marcarum per annum per nos, hæredes, vel executores nostros fuerit satisfactum. Proviso semper, quod quandocumq; eisdem Abbatissæ & Conventui vel successoribus suis, de proventibus spiritualibus vel temporalibus per nos, hæredes vel executores nostros provisum fuerit; tunc tantum de prædicta summa mille marcarum, quantum proventus illi valeant per annum, deducatur imperpetuum. Et ne eadem Abbatissa & Conventus, ob defectum solutionis debitæ dictarum mille marcarum annuarum ad terminos prædictis dampnum impotterum patiantur quomodolibet, seu gravamen; volumus & firmiter præcipimus, quod nichil omnino de cætero libereture seu solvatur ad Receptam scaccarii prædicti ad opus vel ad usum nostrum aut hæredum seu successorum nostrorum prædictorum, aut aliorum quorumcumq;, quousq; prædictis Abbatissæ & Conventui de dicta

summa mille marcarum, modo quo præfertur, singulis annis plenariè fuerit persolutum. Et nemini liceat eàsdem Abbatissam & Conventum, seu successores suos, de solutione sua hujusmodi, contra formam præsentis Cartæ nostræ, quovis quæsito colore, impedire, seu turbare, set ipse eàsdem mille marcas exnunc annuatim habeant & percipiant in forma supradicta; & eis tanquam bonis suis spiritualibus & Ecclesiasticis gaudeant & utantur, aliquo præferramento nobis perantea facto, aut aliquibus statutis sive ordinationibus in contrarium editis; seu aliqua aliâ causâ re vel materiâ quacumq; non obstante. Hiis testibus, venerabilibus patribus *H. Wynton* Canc. nostro, avunculo nostro carissimo, *R. London.* & *R. Norwicen.* Episcopis præcarissimis fratribus nostris, *Thoma Clarencia*, *Johanne Bedfordiæ*, & *Humfrido Gloue.* ac *Edwardo Ebor.* consanguineo nostro, Ducibus; *Edmundo Marchiæ*, *Thoma Arundelliæ*, Thesaurario *Angliæ*, & *Ricardo Warwici*, consanguineis nostris carissimis, Comitibus: *Ricardo Gray*, *Gilberto Talbot*, *Henrico Fitzhugh* Camerario nostro: & *Thoma Erpyngham* Senescallo hospicii nostri, Militibus; & Magistro *Johanne Prophete* Custode privati sigilli nostri; & aliis. Dat. per manum nostram apud *Westm.* tertio die *Marcii*.

Suff. **Flixton** *Prioratus Monialium Ordinis S.* Augustini.

Lel. Coll. Vol. 1. p. 34. MArgeria uxor *Bartholomæi* de *Creke*, Fundatrix.

Nott. **Hempton**, *alias* **Fakenhindam** *Prioratus, Canon. regularium Ord. S.* Augustini.

Ibid. ROgerus de *Sancto Martino* primus Fundator, nunc Comes *Oxonii*.

Suff. **Wodebrigge** *Prioratus Ord. S.* Aug.

Ib. p. 60. ..... *Rufford:* Fundator, postea *Hanserde.*

Essex. **Lyes** *Prioratus Ord. S.* Aug.

Ibid. R *Adulfus Gernoun* miles, Fundator; nunc *Wormeworth.*

Ulvescrofte *Prioratus Ord. S.* Aug. *Leic.*

ROgerus *Quyney*, Comes *Wintoniæ*. Fundator primus: modernus, Marchio *Dorsetæ*. *Ib. p. 72.*

Prioratus sive Hospitale S. Joh. Bapt. in Cr- cestre, *Ord. S.* Aug. *Devon.*

GIlbertus & *Joannes*, Mercatores de Cr- cestre, & filii *Johannis Longe*, Fundatores: Modernus, Episcopus *Exon.* *Ib. p. 78.*

Quinq; Presbyteri, novem pueri, *xii.* paupere.

Canonleghe *Abbatia Monialium Ord. S.* Augustini. *Devon.*

GUalterus *Clavelle* primùm fundavit Monasterium Canonicorum regularium: Postea domina *Matildis* de *Clarâ*, Comitissa de *Clarâ* & **Herford**, induxit moniales: Deinde Comites de **Warwike** Fundatores. *Ib. p. 77.*

Shelbrede *Prioratus Canonicorum Ord. S.* Augustini. *Suff.*

R *Adulphus Ardent* miles Fundator. *Ib. p. 82.*

Tozpington *Prioratus Ord. S.* Aug. *Suff.*

DOmina *Hadwisa Corbet* prima Fundatrix. *Ibid.*

Derkeby *Prioratus Canon. Ord. S.* Aug. *Linc.*

R *Adulphus* filius *Gilberti* primus Fundator. *Ib. p. 85.*

ANno *MC Lxviii.* *Ricardus* de *Luci* Justiciarius tertio Idus *Junii* Fundamenta jecit ad construendam Ecclesiam Conventualem, in honore beati *Thomæ* Martyris, in loco qui vocatur **Westune**, in territorio *Rossensi*. *Canc. Annal. Mail. Westm.*

Northampton *Hospitale S.* Johannis Bapt. *de advocatione Episcopi* Lincolniensis. *Northampt.*

FUndatum *CLxxxix.* annis elapsis, per *Walterum* tunc Archidiaconum *Northampt.* pro receptione & recreatione infirmorum. *Esc. 1. E. 3. n. 142.*

Hospitalia Anglicana pro infirmis, Ordinis S. Augustini.

Holpinalis Anglorum
proiectum, Ordinis
S. Augustini

Ex Decretis in Concilio *Lateranenſi* ſub *Alexandro* Papa ejus nominis tertio, A. *MCLxxix.*

Canon. xi. De Leproſis.

CVm dicat Apoſtolus, habundantiorem honorem membris infirmioribus deferendum, *e contra quidem, quæ ſua ſunt, non quæ* Jeſu Chriſti *quærentes, Leproſis, qui ſanis cohabitare non poſſunt, vel ad Eccleſiam cum aliis convenire, Eccleſias vel cimiteria non permittunt habere, nec proprii juvari Miniſterio Sacerdotis; quod quia procul a Chriſtiana pietate eſſe dinoſcitur, de benignitate Apoſtolica conſtituimus, ut ubicumq; tot ſimul ſub communi vita fuerint congregati, qui Eccleſiam cum cimiterio ſibi conſtruere, & proprio valeant gaudere Presbytero, ſine contradictione aliqua permittantur habere. Caveant tamen, ut injurioſi veteribus Eccleſiis, de jure parochiali nequaquam exiſtant, quod enim eis pro pietate conceditur, ad aliorum injuriam nolumus redundare. Statuimus etiam, ut de ortis, & de nutrimentis animalium ſuorum Decimas tribuere non cogantur.*

Ex hiſt. Angl. Scriptt. x. die. Lond. A. 1652. Col. 1450. l. 4.

MO-

Canonicus Hospitalis S.ᵗ IOHANNIS BAPTISTÆ
Coventriæ. 367

MONASTICON ANGLICANUM.

Hospitale S. Leonardi *infra Civitatem* EBORACENSEM.

Historia Fundationis ejusdem.

Ex Registro S. Leonardi Ebor. in bibliotheca Cottoniana fol. 5. a.

MEmorandum, quod Anno Domini *DCCC. Egbertus* Rex totius *Britanniæ*, in Parliamento apud *Wintoniam*, mutavit nomem Regni, de concensu populi sui, & jussit illud de cætero vocari *Angliam:* Post quem *Egbertum*, Anno *DCCCxxxiii. Ethelstanus*, post *Edwardum* Seniorem patrem suum, in Regem apud *Kingeston* in *Suthereya* coronatus, citò post coronationem suam subegit *Howelum* Regem *Cambriæ* & *Constantinum* Regem *Scottorum*; quem, *Constantinum* dictus *Ethelstanus* Regem *Scotorum* fecerat; dicens *gloriosius est Regem facere, quàm Regem esse* Ipse tamen *Constantinus* more *Scottorum* perjurium non timens, citò rebellavit, ac partes *Northabumbranas* cede & incendio vastavit: Ad cujus rebellionem castigandum, Rex *Ethelstanus*, se disponens per *Humbriam* (quia via erat compendiosior) præmisso exercitu per *Eboracum*, versùs *Scotiam* cum omni festinantiâ se divertit, & equitando per stratam Regiam, citra & ultra *Lincolniam*, obviavit quampluribus peregrinis, magnam letitiam more suo monstrantibus, à quibus Rex suscitans, & inquirens undè venirent, & quæ esset causa tantæ lætitiæ eorundem, responderunt, *Honorifice Rex, de villa* Beverlacen' *venimus, ubi quidam gloriosus Confessor*, Johannes *nomine, requiescit*; *Et quia aliqui nostrûm, illuc cæci, aliqui claudi, & aliis infirmitatibus percussi, accessimus, & ejus meritis, & precibus, ut credimus, sumus restituti sanitati, Deo & sibi reddentes gratias, cum gaudio, ad propria revertimur.*

Rex igitur *Ethelstanus* peregrinorum verba cordi suo devotè imprimens, ad *Beverlacum*, in brevi, pervenit, & Sepulchrum Sancti *Johannis*, cum devotione maxima, visitavit, ubi diu precibus insistens, tandem posuit Cultellum suum super tumbam S. *Johannis*; dicens, *si tuis Sanctis precibus, almæ Christi Confessor, Domino concedente, sospes rediero, Ecclesiam tuam honorabo, & cultellum istum, quem pono pro pignore, honestè redimam.* Deinde ad *Eboracum* declinans, in Ecclesiâ beati *Petri*, ibidem diu & devotè precibus insistens, se & viagium Deo & beatæ *Mariæ*, ac beato *Petro* & Sanctis omnibus, humiliter commendabat. Supplicans Ministris dictæ Ecclesiæ, adtunc dicti *Coludei*, quatinus pro eo, & expeditione suâ devotè precarentur; promittens, quod si prosperè rediret, Ecclesiam illam *Eboraci*, & Ministros ejus dignè honoraret. Ulteriùs verò progrediens, *Dunholmum* ibidem coram Deo ad tumbam Sancti *Cuthberti*, multis fusis precibus, & se ac viagium suum Deo & Sancto *Cuthberto*, ac precibus Monachorum ibidem Deo servientium commendans, *Scotiam* ingressus est, ubi prædictum *Constantinum* perjurum gloriosè devicit; Quo devicto, *Ethelstanus* rogavit Dominum, ut precibus Sanctorum prædictorum, aliquod signum ostenderet, quo præsentes & futuri cognoscere possent, Scottos debere de jure regibus *Angliæ* subjacere, ac cum gladio suo idem *Ethelstanus* percussit scopulum quoddam lapideum, juxta Castrum de *Dunbarr*; cujus lapidis rigor adeo cessit ictui, quod usq; hodie ad mensuram ulnæ ex ictu cavatur, usq; in præsentem diem.

In redeundo verò Rex *Ethelstanus* post peractam victoriam, declinavit per *Ebor.* versùs *Beverlacum* ac nonnullas possessiones redimendo, Cultellum per eum ibi depositum, dedit Deo, & glorioso Confessori *Johanni* prædicto, ac beato *Joh. Evangelistæ*, in cujus honore Ecclesia *Beverlaci* dedicata existit: Dedit insuper Deo, & Sanctis prædictis, ac septem Presbiteris, ibidem Deo servientibus, & eorum successoribus imperpetuum, quasdem avenas, vulgaliter dictas **Destrone**, percipiendas de dominiis & Ecclesiis in illis partibus, quas Ministri dictæ Ecclesiæ, usque in præsens percipiunt pacificè & quietè. Idemq; Rex *Athelstanus* deinde redeundo de *Scotia*, ut præfertur, dum in Civitate *Eboraci* fuerat, & in Ecclesia beati *Petri* ibidem Deo & beato *Petro* gratias reddiderat, quod sanus & incolumis victor ad propria rediisset; videns in dicta Ecclesiâ *Eboraci* viros sanctæ vitæ, & conversationis honestæ, dictos adtunc *Colidei*, qui multos sustentabant pauperes, & modicum habeant undè viverent, concessit Deo & beato *Petro*, & *Colideis* prædictis, & eorum

 suc-

successoribus imperpetuum, ut meliùs possent sustinere pauperes confluentes, hospitalitatem tenere, & exercere alia opera pietatis; de qualibet carucâ arante in Episcopatu *Eboraci* unam travam bladi Anno Domini *DCCCC. xxxvi.* A.D. 936. quæ usq; in præsentem diem, dicitur **Petercorne**; cujusmodi & Travas, Reges tunc temporis potuerunt sacris locis, ex sua regalitate concedere & assignare; Et nihilominus, ex concensu incolarum Episcoparus *Eboraci*, Rex habuit: Travas prædictas sibi & successoribus suis; sic quod exterminaret lupos patriam devastantes; Erat siquidem in Diocesi *Eboracensi* tanta, adtunc, multitudo luporum, quod omnes fere villanorum bestias devorârunt. Quibus lupis per prædictum *Ethelstanum* devastatis, ac processu temporis, dictis *Colidei* possessionatis, largitione fidelium, & maximè per *Thomam* seniorem, cui Rex *Willielmus* conquestor Episcoparum prædictum contulit, in festo *Pentecostes* Anno Domini 1069. Qui ... *Thomas* Ecclesiam *Eboracensem* construxit, & Clericos ejusdem multipliciter ditavit.

Ipsi *Colidei* erexerunt seu fundârunt in Civitate *Eboraci*, in quodam vasto loco ad Regem pertinente, (& quam ad erectionem idem Rex dedit eis, unà cum supradictis travis,) quoddam Hospitale sive Manseolum pauperibus ad ipsam Civitatem confluentibus; quibus & pauperibus ibidem accedentibus, assignârunt imperpetuum travas prædictas; ipsisque pauperibus, pro ipsorum meliori gubernatione & jurium suorum, in dictis travis salvatione dicti *Colidei*, sive Clerici, unum ex seipsis præfecerunt. Ipsequè *Willielmus Conquestor* ad preces *Thomæ* Archiepiscopi prædicti, nedum donationem factam dictarum travarum Hospitali prædicto, per ipsos *Colideos*, sive Clericos, confirmavit; sed etiam ex prærogativâ ipsius, qui Conquestor fuerat, pro majori securitate ipsius, dedit ex habundanti; dictas Travas prædictò Hospitali.

Willielmusq; *Rufus* filius *Conquestoris* prædicti, Rex immediatè succedens, fundavit seu mutavit situm dicti Hospitalis in locum Regium, ubi nunc situatur, ut patet per multas domos adhuc stantes in dicto Hospitali, quæ olim erant Regiis usibus deputatæ; & dedit & confirmavit dictas Travas Hospitali prædicto, sicut fecit pater ejus *Conquestor*. Ipsum verò Hospitale, à tempore primæ erectionis sive fundationis suæ, usq; ad tempus Regis *Stephani*, dicebatur Hospitale Sancti *Petri*; & usq; in præsens Sigillum commune ipsius, continet in circumferentia *Sigillum Hospitalis Sancti Petri Eboraci*. Ipse verò *Stephanus* construxit in dicto Hospitali quandam Ecclesiam in honore Sancti *Leonardi*, & extunc, in antea, dictum est *Hospitale Sancti Leonardi*; Ipsiq; *Colidei* à dicto Anno Domini *DCCCCxxxvi*, ferè per centum annos, tenuerunt, & pacificè possiderunt travas prædictas, usq; quo illas concesserunt dicto Hospitali, prout superiùs narratur: Ipsumq; Hospitale & pauperes omni tempore, & citra, percepit, & habuit, ut fundationem suam primariam; & adhuc habet & percipit in præsenti travas prædictas: Quas travas multi Reges successores Regum prædictorum non solum confirmârunt, sed etiam, ex habundanti, dederunt Hospitali, ut patet per eorum Cartas indè factas.

Romani etiam Pontifices quamplures donationem travarum prædictarum dicto Hospitali, per suas literas Apostolicas, de concensu suorum Cardinalium confirmârunt; gravissimas censuras fulminantes in omnes dictas detinentes, seu subtrahentes, ab ipso Hospitali, aut ipsas non solventes; necnon in omnes, & singulos ipsum Hospitale supradictis travis, quomodolibet molestantes, ut patet in literis Apostolicis *Adriani* quarti, qui fuit Papa Anno Domini *MCDxx*, & confirmavit dictas travas prædicto Hospitali, sub hiis verbis. *Item confirmamus dicto Hospitali illam antiquam elemosinam, super quâ ipsum Hospitale fundatum existit, viz. de qualibet carucâ ariante in diocesi* Eboracensi, *Unam travam bladi.* Patet enim per dicta verba Papæ, quod tempore suæ confirmationis, illæ travæ fuerunt antiqua elemosina, super quâ ipsum Hospitale fundatur. Et sequitur in literis Apostolicis supradictis; *Paci quoq; & tranquillitati vestræ paterna solicitudine providentes; Omnibusq; Christi fidelibus bene solventibus dictas travas ipsi Hospitali, & ejus jura servantibus, pacem Apostolicam concedimus.* Ac in & contra omnes dictas travas, à prætato Hospitali subtrahentes, detinentes, & non solventes eidem, seu ipsum Hospitale super ipsis quomodolibet molestantes, aut ipsius jura quomodolibet impugnantes, terribiles sententias fulminavit cuilibet Christiano non immeritò, formidandas, sub hiis verbis. *Paci quoq; & tranquillitati vestræ, paterna solicitudine providentes, auctoritate Apostolica prohibemus, ut infra clausas locorum, vel grangiarum prædicti Hospitalis, nullus violentiam, vel rapinam, seu furtum facere, vel hominem capere audeat; & si quis hoc temerario ausu præsumpserit, tanquam sacrilegus judicetur, & Excommunicationis ultione plectetur.*

Decernimus ergò, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Hospitale temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salva sedis Apostolicæ auctoritate, & diocesani Episcopi Canonica justitia, & salvo jure Capituli beati Petri. *Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam, sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò, tertiove commonita, nisi reatum suum condigna satisfactione correxerit, potestatis, honorisq; dignitate careat, reamq; se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, ac sanguine Dei, ac Domini redemptoris nostri* Jesu Christi *aliena fiat, atq; in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, sit pax Domini nostri* Jesu Christi, *quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum*

distributus judicem præmia æterna pacis inveniant. Amen, *Datum Anno Domini millesimo centesimo septuagesimo tertio.*

A. 29 H. 2.

Adhuc de Fundatione ejusdem.

Lel. Col. Vol. 2. p. 43. GUillielmus junior, Rex *Anglia*, Fundator Hospitalis, qui etiam Ecclesiolam ibidem construxit & S. *Petro* dedicavit. Postea *Stephanus* Rex ampliorem ædificavit Ecclesiam, & illam S. *Leonardi* dicavit, unde Hospitale S. *Leonardi* nomen assumpsit.

Carta Regis Willielmi *de una trava bladi de qualibet caruca arante infra Episcopatum Ebor.*

Ibid fol. 5. n. 8. WIllielmus Rex *Anglia* omnibus hominibus, & ligiis nostris, tam *Francis*, quàm *Anglis*, salutem. Sciatis me dedisse, & confirmâsse Hospitali beati *Petri Eboraci*, illam anticuam elemosinam supra quâ dictum Hospitale fundatum existit; videlicet, de qualibet caruca arante in Episcopio *Eboraci* travam unam bladi. Testibus. *T.* Archiepiscopo, *Galfrido Baynard*, *Radulpho Paganello*, & aliis.

Carta Regis Henrici *primi, de diversis terris.*

Cart. 4 E. 2. n. 17. n. 39. per Inspex. NOtum sit omnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, præsentibus & futuris, quod ego *Henricus* filius *Willielmi*, & hæredes mei, dedimus & concessimus Deo & pauperibus S. *Petri Ebor.* terras, & prata, quæ pater meus, & ego eis ante dederamus, & toftum ubi Domus Fratrum positæ sunt: Et præter hæc eis damus, *xxii.* acras juxta aliam terram suam in Littelumb, & prædictum toftum dilarum usq; ad quercus, per quas ivimus; & de extrema quercu usq; in *Ilsam*, cum illam partem recuperavero de Monachis de S. *Maria*, qui vim & medietatem molendini mei, & si alia facere voluerint michi inde faciunt, medietatem eorum habebunt: & communem pasturam, & exitum, & introitum, cum quadrigâ ad silvam, & ad aquam, sibi & hominibus suis. Hæc autem eis concessimus pro salute animarum nostrarum, & pro animabus patris, & matris meæ & omnium antecessorum nostrorum, in puram, & perpetuam elemosinam, libera, quieta ab omni humano servitio & omnibus geldis, & consuetudinibus; & ut simus participes omnium bonorum quæ fiunt in illa Sanctâ domo, in vitâ & in morte. Testibus, *Willielmo* de *Normanby*.

Carta Regis Henrici *secundi, de iisdem travis bladi.*

HEnricus Rex *Anglia* & Dux *Normannia* & *Aquitania* & Comes *Andegavia*, Archiepiscopo *Eboracensi*, & Decano, & toto Capitulo Sancti *Petri Eboracensi* salutem. Præcipio, quod faciatis pauperes Hospitalis Sancti *Petri* habere plenariè travas omnium terrarum de quibus eas habuerunt, tempore *Henrici* Regis avi mei, & tempore *Turstini* Archiepiscopi, quicunq; easdem terras tenuerunt, sivè sint Monachi, sivè Canonici, sivè Moniales; Nolo enim quod domus illa in aliquo injustè decrescat. Teste *Richardo* de *Camvilla* apud Danstront. Ib. fol. 2. n.

Carta Rogeri *de* Cundi, *de nona garba per dominica Domini* Rogeri *de* Moubray.

ROgerus de *Cundi*, Dapifer *Rogeri* de *Molbray*, omnibus Ministris domini mei Regis salutem: Vobis mando, atq; præcipio, quatinus habere faciatis, Fratribus Hospitalis de *Eboraco* nonam garbam de dominico Domini mei *Rogeri* per totam *Angliam*, sibi hominibusq; suis prædictum bladum ante hostium grangiæ liberare faciatis, Valete. Ib. fol. 66. b.

Carta domina Gundredæ, *uxoris* Nigelli *de* Albini, *de quatuor bovatis terræ in* Baggabi.

ARchiepiscopo *Eboracensi*, totiq; Capitulo Sancti *Petri Eboraci*, & *Rogero* de *Molbray* filio suo, cunctisq; Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, tam futuris, quàm præsentibus, domina *Gundredâ*, uxor *Nigelli* de *Albini*, salutem: notum sit vobis me Deo, & S. *Leonardo*, & pauperibus Hospitalis Sancti *Petri Ebor.* dedisse quatuor bovatas terræ in Baggabi, plenariè in campo, & bosco, & prato, & pasturâ, liberas & quietas, & immunes ab omnibus geldis, & consuetudinibus, & auxiliis, & ab omni humano servitio, sicut liberam & perpetuam elemosinam, & hoc pro animâ Domini mei, & pro filio meo *Rogero*, & pro salute animæ meæ; & pro animabus omnium antecessorum meorum. Isti sunt Testes, *Nicholaus* Capellanus, *Hugo* Capellanus, *Alix* de *Gant*, *Radulphus* de *Bellum*, *Arnaldus* de *Vilers*, *Paulinus* medicus de *Eboraco*, *Ezegn* Præpositus, *Rogerus* Clericus, *Willielmus* Camerarius, *Walterus* famulus Dominæ, *Unspacus* de *Hosingham*, *Hugo* filius *Æthioni*, & multi alii, & *Walterus* de la *Rivera*. Ex autog. in turri beatæ *Mariæ Eboraci*.

Carta Warnerii, *Dapiferi, Comitis* Richmundiæ, *de nona garba bladi sui in* Elretuna.

Ibid. NOtum sit omnibus S. matris Ecclesiæ filiis, quod ego *Warnerius* Dapifer, filius *Guimarii*, concessisse & dedi Deo & pauperibus Hospitalis Sancti *Petri Eboraci*, nonam garbam bladi mei omni anno in *Elretuna*, in puram, & perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ, & uxoris meæ, & pro animabus omnium antecessorum meorum; & pro hæredibus meis, ut participi essemus omnium bonorum, quæ fiunt in illa Sancta domo, in vita, & in morte. Testes, *Robertus* Camerarius, *Rogerus* de *Asc. Willielmus* de *Stangrena*, *Willielmus* de *Holtebi*, *Alanus* de *Ridala*, *Thomas* filius *Suani*, *Richardus* filius *Fulcheri*, *Laurentius* filius *Rogeri*, *Rogerus* Clericus de Caterit, *Gaufridus* filius *Romundi*, & *Gervasius* frater ejus, *Johannes* Clericus.

Carta Wineri *filii* Warnerii, *patris sui donationem confirmans.*

Ibid. SCiant omnes, tam præsentes, quàm futuri, quod ego *Wimerius* filius *Warnerii*, dedi, & concessi, & hac Cartâ meâ confirmavi elemosinam, quam pater meus *Warnerius* concesserat Fratribus & infirmis pauperibus in Infirmitorio Hospitalis Sancti *Leonardi Ebor.* scilicet, unum toftum quod propriùs in orreo meo apud occidentem, quod *Bernulfus Pedd* ante tenuit, & nonam garbam totius dominici mei de Elletune. Concedo eis istam elemosinam puram, & perpetuam, liberam, & ex omni seculari exactione quietam, pro precibus & beneficiis prædictæ Sanctæ domus, & pro animâ patris mei *Warnerii*, & matris meæ; & pro animâ meâ, & sponsæ meæ, & pro animabus hæredum meorum, & pro animabus omnium prædecessorum meorum. Testibus hiis, *Hamone* Cantore S. *Petri Ebor. Geroldo* Canonico, (&c.)

Provisiones & præcepta Domini Walteri *de* Langton, *Magistri Hospitalis S.* Leonardi Ebor. *Fratribus & Sororibus ejusdem Hospitalis, tradita & liberata* x. *Kal.* Augusti, *anno regni Regis* Edwardi xxii.

Ex vet. membrana in bibl. Hattoniana

IMprimis provisum est & præceptum, quod in Claustro habeat quilibet Frater Capellanus & literatus, certam sedem & distinctam, & barelum vel descam. Omnes etiam Fratres, Capellani & literati simul ad *Matutinas* surgant, & eisdem ac omnibus aliis horis Canonicis intersint: Post horas verò matutinales singulis diebus, quatuor Fratres, ad minus, præter Capellanum, Missam celebrantem, intersint Missæ Virginis gloriosæ, a principio usq; in finem; & illa Missâ celebratâ, singuli celebrent Missas suas, prout per custodem & Celerarium fuerit ordinatum: cæteris verò temporis, & *Matutinis* finitis, usq; ad *Primam*, celebratis Missis suis, adeant sedes suas in claustro, & vacent contemplationi & devotioni, dicendo Psalteria sua, Psalmos pœnitentiales, & alias orationes pro animabus Regum & aliorum benefactorum domus.

Pulsatâ verò *Prima*, ingrediantur omnes Chorum; & dictâ *Prima* ingrediantur Capitulum, puero turibulario cum tabula præeunte; qui ibidem legat lectionem *Martilogii*; quâ lectâ, legat tabulam: postea ebdomadarius dicat *Pretiosa est in Conspectu Domini*, &c. & audita clamationibus delictorum, & correctionibus factis, postmodum ingrediatur Chorum, & dicant *Commendationem animarum*: & postea expletis horis, & Missâ dicti, & cimbalo pulsato, conveniant omnes ad ostium Refectorii, & ibidem sedeant, quousq; omnes simul venerint, & tunc intrent in Refectorio, more solito.

Et legat unus Frater, tam in prandio quàm in cœna & collatione. Et caveant à longa sessione post prandium & post cœnam seu collationem, & tam post prandium quàm post cœnam seu collationem, adeant Ecclesiam, gratias reddendo.

Tempore æstivali, post prandium, dictis gratiis, dormiant more aliorum religiosorum: Post dormitionem verò tempore æstivali & post prandium, aliis temporibus anni, adeant loca sua in Claustro, & respiciant libros usq; ad primam pulsationem *Vesperarum*; & tunc durante primâ pulsatione *Vesperarum*, & secundâ, dicant *Placebo* & *Dirige*: Classico pulsato, incipiant *Vesperas*, quibus dictis, tam de die, quàm de Domina, ingrediantur Claustrum, & ibidem morentur ad libros suos; usq; ad horam cœnæ; & tunc cimbalo pulsato, conveniant ad ostium Refectorii, & intrent ad cœnam vel collationem, & legant, ut supra.

Post cœnam verò, seu collationem, adeant Ecclesiam, reddendo gratias, & dicant *Completorium* diei, & beatæ Virginis. Post *Completorium* verò decantent solempniter & devotè, *Salve Regina*, vel aliquam aliam *Antiphonam* Virginis gloriosæ solempnem, coram Altari ejusdem Virginis. Postmodum verò quilibet dicat Orationes suas privatas; in Choro vel claustro, usq; ad horam cubandi: & dormiant omnes Fratres simul in uno Dormitorio, ita quod nullus Frater habeat Cameram seperatam, nec curam alicujus Cameræ, excepto Celerario. Et omnes simul, mane surgant ad *Matutinas*, ut supradictum est, nisi aliquis legitimâ causâ fuerit præpeditus, sicut docere poterit coram Custode legitimè requisitus: Nec comedant seu bibant post *Completorium*, neq; Refectorium ingrediantur.

Item Provisum est, quod ostia Ecclesiæ omnia claudantur omni hora diei, præter ostium versùs Portam, & ostium porticus coram Altari beatæ Virginis: Et quod à magna Missa finita, usque ad pulsationem *Vesperarum*; & à *Vesperis* dictis, usque ad secundam pulsationem

nem ad *Matutinas*, tam illa duo ostia, quam alia simul, claudantur: & unus Frater, per Custodem assignatus habeat claves ostiorum Claustri, & Sacristæ claves Ecclesiæ. Et Capellani seculares & pueri Chori simul conveniant ad Ecclesiam ad horas decantandas, & ingrediantur ad ostium versùs porticum beatæ Virginis, quod statim post ingressum & egressum eorundem claudantur. Fratres verò conversi transeant per Claustrum, & ingrediantur ad stalla sua per ostium juxta Altare Sanctæ *Crucis*.

Item provisum est, quod in Claustro, Refectorio, & Dormitorio silentium teneant: Nullum jurgium, nec strepitus, nec murmur in mensa sit inter Fratres, sed de his quæ apponuntur sint contenti. Præterea, si quis Fratrum ægrotaverit, adeo quod officium Chori sequi non poterit, in quadam Camera, infra Dormitorium, ad hoc specialiter deputata, honestè juxta arbitrium Custodis custodiatur. Eadem etiam camera, cum minui tenuadi debeant, eisdem assignetur; ita tamen, quod post minutionem, in Refectorio comedant inter confratres. Et quod nullus extra domum communem, in Curia vel in villa comedat vel bibat, sine licentia petita & optenta ab illo qui præest.

Item provisum est, quod omnes Fratres uno tempore radantur, & ab uno Barbitonsore, & hoc de Quindena in Quindenam, & ab eodem cum indiguerint minuantur.

Item si aliquis fuerit incontinens, vel inobediens, vel proprietarius, quod nullus possit eum absolvere nisi solus Magister, nisi tantum in periculo mortis; ita tamen, quod si convaluerit, redeat ad Magistrum, absolutionis beneficium ab eo recepturus.

Item si aliquis in morte inventus fuerit proprietarius, Ecclesiastica careat sepultura.

Item provisum est, quod custodia Cartarum & Monumentorum ejusdem Hospitalis, in Thesauraria ejusdem Hospitalis observetur, & quod omnes Cartæ ejusdem, ibidem uniantur & custodiantur; & quod custos Hospitalis & Clericus de Scaccario ejusdem habeant, de cætero custodiam eorundem, sub duabus vel tribus seuris certis, per visum & consensum Decani Ecclesiæ *Ebor.* Nec habeat de cætero aliquis Frater ejusdem Hospitalis notitiam seu scientiam cognoscendi aliquid de statu ejusdem Hospitalis; vel potestatem aliquid faciendi, vel aliquem vocandi; vel aliquam personam extraneam vel notam recipiendi, præter speciale præceptum & licentiam Custodis ejusdem, excepto tamen Celerario, cum super hoc fuerit requisitus. Et quod nulli Fratrum egrediantur Claustrum ad vagandum in Curia aliqua hora diei; nec ingrediantur Coquinam, Braciniam, Pistrinam, seu aliquam aliam domum officii, aliqua hora diei; nec transeant ostium navis Ecclesiæ, præterquam in processionibus. Et quod ordinetur locus honestus, in inferiori parte Ecclesiæ, ab uno latere usq; ad aliud latus ejusdem, ubi Sorores conveniant & sedeant; & quod simul egrediantur & ingrediantur, versùs Ecclesiam & Pistrinam, ita quod tres vel quatuor ad minus, simul incedant; quocunq; pertexerint infra Curiam Hospitalis; nec alicubi vadant extra curiam Hospitalis sine speciali licentiâ Custodis; sicut nec Fratres.

Ista omnia Præcepta à Fratribus & Sororibus, ut prædictum est, firmiter teneantur, & obediant firmiter in his illi qui præest loco Magistri: Et nullus muret sive aliquid minuat de his, sine auctoritate Magistri: Et hoc præceptum est Fratribus & Sororibus in virtute obedientiæ, & Sacramenti præstiti: Et si quis contra fecerit graviter puniatur: Et si manifestè fuerit rebellis, pro pœnitentia recipienda Magistro statim mittatur.

Carta Willielmi *de* Mubray *de nona garba.*

NObili viro Domino *Willielmo* de *Mubray* & *R.* Clerico fratri suo, *Hamo* Decanus & Capitulum beati *Petri Eboracensis* Ecclesiæ, æternam in Domino salutem. Noveritis nos inspexisse Cartam Hospitalis Sancti *Petri Eboracensis* in hæc verba. Notum sit omnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis tam præsentibus quàm futuris, quod ego *Rogerus* de *Mubray* & hæredes mei concessimus & in perpetuam elemosinam dedimus Deo & Sancto *Leonardo* & pauperibus Hospitalis Sancti *Petri* nonam garbam bladi de omni dominio nostro quod habemus in *Anglia*. Quare volumus & firmiter præcipimus, quatinus prædictorum pauperum Ministri à Præpositis nostris prænominatam elemosinam sine aliqua contradictione ad sustentationem dilectorum amicorum Christi suscipiant & honorificè possideant, ut æternæ felicitatis participes existere mereamur. Et si fortè contigerit, ut nos aliquibus hominibus ad tenendum de nobis dominia nostra, sive ad tempus, sive in perpetuum, concedamus elemosinam prædictam, possessores dominiorum pauperibus Hospitalis reddent. His Testibus, *Nigello* & *Roberto* filiis meis, *Roberto* de *Daivil*, *Rogero* de *Cordeio* & aliis. In hujus autem rei testimonium sigillum nostrum apposuimus huic scripto; Excellentiam vestram exortantes, quatinus caritatis intuitu elemosinam prædecessorum vestrorum & vestram, quam pauperes memorati Hospitalis multis retroactis temporibus sine contradictione perceperunt, vestris temporibus eis subtrahi non permittatis. Valete.

Ex ipso autographo in Turri B. M. de Eboraci.

Carta Aliciæ *de* Gant *uxoris* Rogeri de *Molbrai.*

Ibid. OMnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, *Alicia* de *Gant* salutem. Notum sit omnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, tam præsentibus, quàm futuris, quod ego *Alicia*, uxor *Rogeri* de *Molbrai*, pro absolutione Domini mei, & ut in fraternitatem Ecclesiæ beati *Petri*, Dei & Fratrum miseratione suscipiamur: pro salute animarum nostrarum & antecessorum nostrorum dedi & concessi Deo & Sancto *Petro* & propria manu super ipsius Altare optuli decem libratas terræ in *Cava*, quas dominus meus *Rogerus* de *Molbrai* dedit & concessit præfatæ Ecclesiæ Sancti *Petri*, videlicet quatuor libratas terræ in pratis, id est, in **Northcave-croft**, & **Briggercroft**, & **Walkinton-croft**, & de aliis pratis hiis commodè adjacentibus, si in præfatis tribus pratis *vi.* libratæ perfici non possunt. Ad tenendum in puram & perpetuam elemosinam sine omni temporali servicio & consuetudine, tam liberè, tam quietè, tam honorificè, sicut eadem Ecclesia aliquam possessionem tenet liberiùs, quietiùs & honorificentiùs. Hanc donationem feci publicè in Ecclesiâ beati *Petri*, & præsentis Cartæ attestatione confirmavi, anno Incarnationis Domini *MCLiiii. v.* idus *Junii*, regnante Rege *Stephano*, vacante Ecclesiâ, post obitum Archiepiscopi *Willielmi*, eodem etiam nondum sepulto. Hiis testibus, *Willielmo* de *Widevilla*, *Rogero* de *Flamavilla*, *Bertramo Haget*, *Hugone* de *Malabissa*, *Radulpho* de *Beauner*, *Radulpho Rugemund*, *David Lardinario*, *Waltero* de *Karltuna*, præsente *Roberto* filio *Rogeri*.

HOSPITALE

de Carman's Spitell *in Com:* Ebor.

Carta Regis Henrici *sexti primam Fundationem & dotationem ejusdem recitans & confirmans.*

Pat. 25. H. H. 6. p. 2. m. 17. REx omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis, quod cum quidam miles nobilis & devotus, nomine *Acehorne*, quondam dominus de **Flixtone**, in parochiâ de **Folketone** in **Hertforthlithe**, in Com. *Ebor.* piâ accensus devotione, transacto tempore non modico, videlicet tempore Christianissimi Regis *Athelstani* quondam Regis *Angliæ*, progenitoris nostri, auctoritate & licentiâ ipsius quondam Regis, quoddam Hospitale unius Aldermanni & quatuordecem, Fratrum & Sororum, infra **Flixton** prædictam, pro conservatione populi indè transeuntis, ne populus ille per lupos & alias bestias voraces & silvestres, tunc inibi existentes, devoretur, fecisset, fundâsset & stabilisset, & eisdem Aldermanno, Fratribus, & Sororibus quoddam toftum, unum croftum, duos seliones moræ & pasturæ cum pertinentiis in **Flixton** prædictâ; ac communiam pasturæ sufficientem ad viginti & quatuor vaccas & unum taurum ibidem, per quendam locum vocatum le **Forthside** usque **Lingholme**, circa quendam locum vocatum **Staxton mære**, usq; metam de **Muston**, vocatam **Muston mære**, & ad omnimoda alia averia sua ibidem; quolibet anni tempore communabili, dedisset & concessisset; habenda eis & successoribus suis imperpetuum.

Ac cum idem Aldermannus, Fratres & Sorores, & omnes prædecessores sui, à tempore quo non extat memoria, triginta acras terræ arabilis, cum suis pertinentiis in **Flixton** prædictâ, ex dono & concessione diversarum aliarum personarum, in augmentationem sustentationis Hospitalis illius, auctoritate & licentiâ prædictis, in perpetuam elemosinam habuissent & tenuissent: dictusq; quondam Rex tantas libertatem & franchesiam, quantæ ad villam de **Beverley** quovismodo pertinent, in omnibus & singulis eidem Hospitali infra procinctum ejusdem excercendas contulisset. Cumq; Vicarius Ecclesiæ de **Folketon** prædicta, & omnes prædecessores sui Vicarii ibidem à tempore prædicto, ad quandam Capellam, infra Hospitale prædictum situatum, & in honore omnipotentis Dei, intemeratæ Virginis *Mariæ*, matris Christi, & S. *Andrai* Apostoli dedicatam, singulis annis in festo S. *Andreæ* qualitercunq; festum illud evenerit accedere, & Missam hanc ibidem solempniter, cum benedictione Calicis celebrare; ac post Missam illam panem & aquam sanctificare, & inter populum Missam illam audientem dividere & spergere hucusq; usitati fuissent: Diversi quoq; Sancti patres, Romani Pontifices, cuilibet Missam prædictam audienti, & prædictos panem & aquam sanctificatos recipienti; necnon singulis ejusdem Hospitalis benefactoribus magnas indulgentias & peccatorum remissiones concessissent; quæ omnia & singula, ut prædicitur, iidem Aldermannus, Fratres, & Sorores, & omnes prædecessores sui, à temporibus prædictis hucusq; habuissent, tenuissent, occupassent, & excercissent: ac evidentiæ eidem Hospitali super præmissis antiquitùs factæ, à diu destructæ fuissent & combustæ: jamq; diversi ligei nostri, juxta prædictum Hospitale tempore yemali & noctanter transeuntes, si ipsi ibidem Hospitalitatem non haberent, in aquis, labinis, & mariscis sæpissimè periclitarentur.

Ac nichilominus Escaetores, Vicecomites, Ballivi, & alii Ministri nostri, eorundem Aldermanni, Fratrum & Sororum catalla, eo quod iidem Aldermannus, Fratres, & Sorores eviden-

evidencias non habentes, quem jam in suum fundatorem & adjutorem invocare nesciunt hiis diebus fugant, & ipsos à possessione suâ prædictorum messuagii, tofti, crofti, selionum, moræ, & pasturæ, communiarum, trigintaq; acrarum terræ arabilis cum suis pertinentiis; necnon prædictorum libertatis & franchesiæ, ac quorumcunq; præmissorum expellere comminantur, ut accepimus manifestè: Super quo *Ricardus Perron*, modo Aldermannus Hospitalis prædicti, ac Fratres & Sorores ejusdem nobis supplicârunt eis in hac parte de remedio provideri: Nos piam prædictorum quondam Regis, & *Acekorne* militis; aliarumq; personarum prædictarum in hac parte devotionem; necnon singula præmissa intimè contemplantes; ad laudem & honorem Dei, intemeratæq; Virginis *Mariæ*, & Sancti *Andreæ* Apostoli; ac ut prædicti Aldermannus, Fratres & Sorores, & successores sui pro salubri statu nostro, & præcharissimæ consortis nostræ *Margaretæ* Reginæ *Angliæ*, dum vixerimus; necnon pro animabus nostris & progenitorum nostrorum, cum ab hac luce migraverimus, ferventiùs exorarent, prædictum Hospitale de uno Aldermanno & *xiiii.* Fratribus & Sororibus, ut prædicitur factum, fundatum & stabilitum, acceptamus, ratificamus & approbamus; ac per præsentes pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, acceptamus, ratificamus, approbamus & concedimus eisdem nunc Aldermanno, Fratribus & Sororibus, & successoribus suis, quod ipsi unum corpus unitum, capax & corporatum sint, & habeant successionem perpetuam, ac per nomen Aldermanni, Fratrum & Sororum de **Carman-spitell**, de cætero, nuncupetur imperpetuum; & quod ipsi & successores sui per nomen, & sub nomine Aldermanni, Fratrum & Sororum de **Carmans-spitell** placitare possint & implacitari in quibuscunq; Curiis nostris & quorumcunq; ligeorum nostrorum imperpetuum.

Concedimus insuper, approbamus, ratificamus & confirmamus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, eisdem Aldermanno, Fratribus & Sororibus, prædicta tofta, crofta, duos seliones moræ & pasturæ, xxx. acras terræ arabilis & communias, cum suis pertinentiis; necnon prædictas libertatem & franchesiam, singulaq; præmissa, & eorundem Aldermanni, Fratrum & Sororum possessiones quascunq; in eisdem: Habenda & tenenda, occupanda & excercenda eisdem Aldermanno, Fratribus & Sororibus, & successoribus suis imperpetuum.

Et etiam, de uberiori gratiâ nostrâ, & ut iidem Aldermannus, Fratres & Sorores & successores sui onus suum Hospitalitatis prædictæ tolerabilius custodiant & perimpleant, concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, eisdem Aldermanno, Fratribus & Sororibus & successoribus suis, quod ipsi terras, tenementa & redditus, ad valorem annuum *xl. sol.* ultra omnimoda reprisas & onera, quæ de nobis per servicium militare immediatè non tenentur, de cuibuscunq; ligeis nostris adquirire possint & recipere. Habenda & tenenda sibi & successoribus suis imperpetuum (&c.)

In cujus (&c.) T. Rege apud *Westm.* xxiiii. die *Junii.*

HOSPITALE

S. Gregorii *in Civitate* Cantuariensi.

De Fundatione ejusdem per Lanfrancum *Archiepiscopum.*

EXtra aquilonalem denique portam urbis illius [*Cantuariæ*] lapideam domum decentem & amplam construxit, & ei pro diversis necessitudinibus hominum & Commoditatibus habitacula plura cum spatiosâ curte adjecit. Hoc palatium in duo divisit; viros videlicet variis infirmitatum qualitatibus pressas uni; parti verò alteri fœminas sic malè habentes instituens. Ordinavit etiam eis de suo vestitum, & victum quotidianum: Ministros quoq; atq; custodes qui modis omnibus observarent ne aliquid eis deesset, neq; viris ad fœminas, vel fœminis ad viros accedendi facultas ulla adesset. Ex alterâ verò parte viæ Ecclesiam in honorem beati *Gregorii* Papæ composuit, in qua Canonicos posuit, qui regulariter viverent, & præfatis infirmis, quæ saluti animarum suarum congruerent cum sepultura ministrarent. Quibus etiam in Terris, in Decimis, & in aliis redditibus tanta largitus est, ut ad sustentationem eorum sufficientia esse viderentur. *Eadmer. Histor. Novor. l. 1. p. 9.*

Cartæ Lanfranci *Archiepiscopi, de Fundatione hujus Prioratus, pars.*

PRæterea dedimus eidem Ecclesiæ [S. *Gregorii*] decimas de dominiis militum nostrorum quos in Cantia feodavimus, scilicet, totas decimas dominii de **Tanningtun**, quam villulam *Godfrido* contulimus: & dominii de **Gosshall** & **Golston**, quas villulas *Arnoldo* contulimus: Et dominii de **Fleet**, quod feodum dedimus *Osberno*: & dominii de **Verham**, quam villulam *Rogero* dedimus: & dominii de **Wolton**, quod *Radulpho* dedimus: & dominii de **Whetacre**, **Wadenhall** & **Langden** & **Denstede**, quod in feodum duobus militibus Ex schedis *Thomæ Denne* armig. urbi *Cantuar.* nuper à memoria.

militibus contulimus, *Nigello* & *Roberto*: & decimas totius dominii de **Lenham**, quam *Godfrido* dedimus; & dominii de **Leveland** & **Godnton**, quas *Ricardo* contulimus: & dominii de **Pluckley**, quod *Willielmo* dedimus. Has decimas totas & integras præfatæ Ecclesiæ beati *Gregorii* liberè & quietè percipiendas, & in perpetuum possidendas, contulimus. Hujus verò statuti nostri & confirmationis nostræ testes esse volumus Episcopum *Roffensem*, Abbatem S. *Augustini*, prædictos *Godfridum*, *Arnoldum*, *Rogerum*, *Nigellum*, *Robertum*, milites, cum multis aliis, &c.

Charta Huberti Cantuar. *Archiepiscopi conservatoria possessionum Canonicor. Prioratus S.* Gregorii Cantuar.

Ex Archivis Archiepiscopi *Cantuar.*

Hubertus Dei gratia *Cantuar.* Archiepiscopus, totius *Angliæ* Primas, Universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsentes literæ pervenerint, æternam in Domino salutem. Paci & quieti religiosorum virorum, qui sub arctioris censuræ vitæ Domino noscuntur militare, ex injuncto nobis curæ pastoralis officio, tenemur propensius invigilare, & ne vel ipsi vel eorum possessiones aliquâ malignantium temeritate perturbentur, solicitè providere. Eapropter ad universitatis vestræ noticiam volumus pervenire, quod Ecclesiam beati *Gregorii Cantuariæ*, quæ ad nostrum specialiter pertinet dominium, & Canonicos ibidem divino manciparos servitio, cum omnibus eorum possessionibus in protectionem Dei & nostram suscepisse, & eisdem Canonicis universas possessiones, quas in præsentiarum ex donatione prædecessorum nostrorum & nostrâ, seu quorumcunq; fidelium largitione justè possident, aut imposterum justis modis poterint adipisci, concessisse, & hac Chartâ nostra imperpetuum confirmâsse. Quarum possessionum his propriis duximus designare vocabulis. Duodecim * quotidianas Præbendas de Hospitali ante Ecclesiam: Ecclesiam S. *Mariæ* de **Northgate** cum oratorio subtus portam: Ecclesiam S. *Crucis* de **Westgate** cum oratorio subtus portam: Ecclesiam S. *Dunstani* extra civitatem: Ecclesiam S. *Nicolai* de **Tanynton** cum omnibus decimis tam in terris quàm in molendinis: Ecclesiam S. *Bartholomæi* de **Waltham** cum terra quæ vocatur **Jordet** & decimis militum & rusticorum, cum quatuor Capellis, scilicet **Elmestede**, cum decem acris, quinq; de terra, & quinq; de bosco, & Capella de **Elmereselde**, & Capella de **Wrenhale**, & Capella de **Dene**: Ecclesiam S. *Margaretæ* de **Beatrichesdenne** cum bosco & decimis, & cum Capella de **Herchisdenne**: Ecclesiam S. *Petri* de **Lympnesbourne**: Ecclesiam S. *Mariæ* de **Patyndon**: Ecclesiam S. *Mariæ* de **Stallesfeld**, cum Capella S. *Petri* de **Oxes**, salvâ pensione decem solidorum, quæ ad Ecclesiam *Roffensem* dicitur pertinere: **Paghefeld** cum molendino de **Tonisord**: terram de **Jerchenges**: terram de **Retherle**: terram de **Bromhamme**: terram de **Byer**: terram quæ fuit *Humphredi* de *Clopham*: terram quæ vocatur, **Punkestreghelle**, duas acras terræ in marisco de **Gosehale**, & duas acras terræ de **Folkenham**: octo acras succisæ messis annuatim apud **Northfleete**, quatuor de tritico & quatuor de ordeo de dominio Archiepiscopi: Item de tribus dimidiis acris succisæ messis de **Dene** apud **Waltham**, dimidiam acram de frumento, & dimidiam acram de ordeo, & dimidiam acram de avena: Duo molendina de **Fordwich**: molendinum quod vocatur **Crienemelne** cum aliis redditibus intra Civitatem & extra: molendinum apud *Doveriam* quod vocatur **Godmelne** cum messagio *Eufemiæ* in illa villa: decimam vini de **Lenham**: decimam de **Lenhem** de dominio, decimam de **Plukele** de dominio: decimam de **Wadenhale** & **Denstede** de dominio: decimam de **Watekre** de dominio: decimam de **Berhem** de dominio: decimam de **Wedetone** de dominio: decimam de **Colstanstone** & **Gosehale** de dominio: decimam de **Flete** de dominio: decimam de **Bertesland**: decimam de **Kisthebourne**, decimas in **Herbaldown** de ducentis acris totidem garbas: in **Sulisord** de quingentis acris totidem garbas; summarium ex munere Regis *Henrici* in Foresta de **Blen** bis in die. Nolumus igitur & authoritate quâ fungimur præcipimus, ut præfata Ecclesia S. *Gregorii* & Canonici ibidem habitum religionis professi, præscriptas possessiones, sicut eis rationabiliter concessæ sunt, habeant & imperpetuum possideant. Statuimus autem, & sub interminatione anathematis inhibemus, ne quis hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei aliquatenus temerè contraire præsumat. Testibus *Gilberto Roffensi* Episcopo, *Hugone* Abbate de **Reading**, *Johanne* Abbate de *la* **Hyde**, *Ailgaro* Abbate de **Faveresham**, *Rogero* & *Alexandro* Monachis, *Richardo* Cancellario, *Simone* de *Eschales*, *Ranulfo* thesaurario, Magistro *Simone* de *Sudwell*, Magistro *Feramino*, *Eustachio* Decano, *Godardo* Decano, *Willielmo* de *Chyriton*, *Rogero* de *Northbourne*, & multis aliis.

* Verisimile est tot fuisse loci Canonicos.

Taxatio spiritualium & temporalium Prioris Sancti Gregorii *Anno Dom.* 1384.

Hist. Anglicanæ Scriptores antiqui. col. 2166.

Ecclesia de **Tanenton** in decanatu *Cantuariæ* *xi.* l. *vi.* s. *viii.* d. Ecclesia de **Northgate** in eadem decanatu *Lxvi.* s. *viii.* d. Ecclesia de **Westgate** in eodem decanatu *C.* s. Ecclesia S. *Dunstani* in eodem decanatu *Lix.* s: *iiii.* d. Ecclesia de **Patmgdone** in eodem decanatu *iiii.* l. Decimæ de **Kysshbourne** in decanatu de **Westbere** *xx.* s. Ecclesia de **Lybingesbourn** in decanatu de **Bregge** *x.* l. Decimæ apud **Colstanston**, **Gosehale**, & in campo de **Bertesland**, **Holdam** juxta **Wingham** *x.* l. Decimæ in **Elsoppesbourne** in eodem decanatu *xl.* s. Ecclesia de **Waltham** in eodem decanatu *xv.* l. *vi.* s. *viii.* d. Ecclesia de **Elmestede** in eodem decanatu *xvi.* l. Ecclesia de **Beatrichesdenne** in decanatu de **Cherring** *xii.* l. Decimæ eorum in **Plakele** in eodem

Decanatu

Decanatu *xxvi.* s. *viii.* d. Portio eorum in Northflete in Decanatu de Shoreham *xl.* s. Ecclesia de Stalesfeld in Decanatu de Mepzenge *xii* l. Ecclesia de Otes in eodem Decanatu *iv.* l. Temporalia eorundem in diœcesi *Cantuariensi xxv.* l. *xv.* s. Summa taxæ *Cxxxiii.* l. *xv.* s. Inde medietas decimæ *vi.* l. *xiii.* s. *ix.* d.

Cantuar. *Prioratus* D. Gregorii *Canon. S.* Aug.

Lel. Col. Vol. 1. p. 84.

LAnfrancus Archiepiscopus, primus Fundator, instituit Canonicos seculares, *Gulielmus* Archiepiscopus Canonicos Regulares induxit.

HOSPITALE

de Brackley, *in agro* Northamtoniensi.

De prima Fundatione ejusdem.

Ex Chron. MS. Henr. Knyghton in bibl. Cotton. lib. 2. cap. 2.

RObertus Comes *Mellenti* venit cum *Wllielmo* (scil. Conquestore) in *Angliam* (&c.) Iste *Robertus* Hospitale de Brackley fundavit & dotavit, ubi cor ejusdem, adhuc integrum in plumbo, sale servatum habetur.

Carta Matildis *domina* Lovel, *pro transmutatione ejusdem in domum Fratrum Prædicatorum.*

Claus. 8. H. 5. m. 7. in dorso.

OMnibus Christi fidelibus ad quos præsens Scriptum indentatum pervenerit, *Matilda* quæ fuit uxor *Johannis* nuper Domini *Lovell* & de *Holand*, salutem in omnium Salvatore. Licet nuper per quandam Cartam meam; Sigillo meo signatam, & in Cancellaria Domini Regis irrotulatam, cujus data est primo die *Martii* anno Regni Regis *Henrici* quinti post conquestum sexto, dederim, concesserim & prædictâ Cartâ meâ confirmaverim venerabili in Christo patri & Domino, Domino *Thomæ* permissione divinâ *Dunelmensi* Episcopo, *Johanni Wilcotes* armigero, *Johanni Cottesmore*, *Johanni Juyn*, *Johanni Barton* juniori, *Johanni Catesby*, *Willielmo Palmer*, *Roberto Evington*, *Henrico Braddesmere*, & *Edwardo Rede* Clerico, totum Manerium meum de Bagworth & Thoarntone in Com. *Le.* Necnon omnia terras, tenementa, redditus, reversiones & servicia, cum pertinentiis, quæ habui in Bagworth & Thoarntone; habenda sibi & hæredibus suis imperpetuum. Ac postmodum ad instanciam & requisitionem meam, prænati Episcopus, *Johannes Wylcotes* (&c.) per scripta sua concesserunt Magistro *Thomæ Coltone* L. s. *Johanna Densell* C. s. *Thomæ Compworth* v. marc. *Thomæ Newton* C. s. *Johanni Guyn* x. marc. argenti, *Agneti Sutton* quatuor marcas, *Margeriæ Sutton xl.* s. *Johanni Harlebat xl.* s. *Henrico Lambkin xl.* s. *Johanni Whyte xl.* s. *Thomæ Trumpet xl.* s. *Johanni Porter* (Boteler,) *xxvi.* s. *viii.* d. *Ricardo Wyse* (Cook) *xxvi.* s. *viii.* d. *Nicholao Boteler xx.* s. & *Nich. Charetter xiii.* s. *iiii.* d. percipiendos annuatim, separatim, quilibet, *viz.* pro termino vitæ suæ, de Manerio, terris & tenementis prædictis, ad festa *Paschæ* & S. *Michaelis* per equal portiones, prout in Carta & Scripto prædictis plenius continetur. Noverit tamen universitas vestra, quod intentio & voluntas mea extrema existit, quod Hospitale Sanctorum Apostolorum *Jacobi* & *Johannis* de Brackele, quod de advocatione mea existit, habitâ priùs licentiâ regiâ & aliorum quorum interest, per me prætatam *Matildem* vel hæredes meos, infra decem annos proximò futuros, in quandam domum Ordinis *Fratrum Prædicatorum*, de tresdecim Ordinis prædicti, quorum *x.* sint Capellani, & unus eorundem Capellanorum sit Prior; divina pro salubri statu meo, dum vixero, & pro anima mea, cum ab hac luce migravero, ac animabus dicti *Johannis* nuper viri mei, & antecessorum & hæredum nostrorum, ac omnium fidelium defunctorum, celebraturis imperpetuum transmittetur, erigatur & transferatur.

Et quod domus prædicta sic transmutata, erecta & translata, *Domus Ordinis Fratrum Prædicatorum* de Brackele, nuncupetur: Et quod omnes possessiones Hospitalis prædicti, cum juribus & pertinentiis suis quibuscunque, eisdem Priori & Fratribus & successoribus suis, ac domui suæ prædictæ remaneant, uniantur, incorporentur, annectentur & transferantur, perpetuis temporibus remansuræ: Ac quod iidem Prior & Fratres, & successores sui prædicti, virtute licentiarum prædictarum, personæ capaces & habiles efficiantur, tam ad possessiones prædictas, cum juribus & pertinentiis suis, quàm ad omnes alias possessiones adquirendas, admittendas, habendas, recipiendas & tenendas sibi & successoribus suis imperpetuum. Ac prædictis transmutatione, erectione & translatione Hospitalis prædicti, in forma prædicta factis; volo quod iidem Episcopus, *Johannes Wylcotes* (&c.) de Manerio terris & tenementis prædictis, feoffent me vel hæredes meos; Habenda & tenenda in feodo simplici, de capitalibus dominis per servicia indè debita & consueta imperpetuum; solvendo annuitates prædictas, si tunc terminatæ non existant. Et si Hospitale prædictum, cum suis juribus & possessionibus quibuscunq; in forma

prædicta, in domum prædictam transmutari, erigi & transferri non posset; tunc volo quod post dictos decem annos prædicti Episcopus, *Johannes Wylcotes* (&c.) invenient de annuitatibus prædictis, cum acciderint, quatuor Capellanos idoneos, si annuitates prædictæ sic accedentes ad hoc sufficere valeant, sin autem tres vel duos Capellanos, aut unum Capellanum, si amplius sufficere non valeant in Hospitali prædicto, divina pro salubri statu meo, dum vixero, ac pro anima mea, cum ab hac luce migravero, ac animabus dicti *Johannis* nuper viri mei, & antecessorum & hæredum nostrorum, ac omnium fidelium defunctorum, singulis diebus celebraturis, quousq; Magistro Hospitalis prædicti de possessionibus spiritualibus vel temporalibus usq; ad verum valorem xx. l. per annum; habenda eidem Magistro & successoribus suis ad sustentationem dictorum quatuor Capellanorum per me vel hæredes meos fuerit provisum: Proviso semper, quod post amortizationem dictorum possessionum eidem Hospitali in forma prædicta factam, iidem Episcopus, *Johannes Wylcotes* (&c.) hæredes vel assignati sui, de Manerio terris & tenementis prædictis, feoffent me vel hæredes meos; habendis & tenendis in feodo simplici de capitalibus dominis feodi illius per servicia indè debita & consueta imperpetuum; solvendo annuitates prædictas, si adtunc terminatæ non existant, ac supportando omnia alia onera eisdem Manerio, terris, & tenementis incumbentia. In cujus (&c.) Data primo die mensis *Septembris* Anno Regni Regis *Henrici* quinti, post conquestum octavo.

HOSPITALE

S. Juliani *juxta S.* Albanum, *in agro* Hertfordiensi.

De Fundatione domus Sancti Juliani, *juxta* Eywade.

Ex Additamentis Historiæ de S. *Albano* per *Matth. Paris.* in bibliotheca *Cottoniana* [sub effigie *Neronis.* D. 1.] fol. 200. a.

Ausridus Abbas *Sancti Albani* consilio & communi voluntate Conventus ejusdem loci, fundata, constructa, & in honorem Dei & Sancti *Juliani* dedicata Ecclesia secus viam Atte-hebed, congregavit illic pauperes Christi, videlicet *Lazaros*, providens necessitatibus eorum, hæc quæ subscripta sunt. Decimam redditus villæ S. *Albani*, id est lx. solidorum. Item xxx. solidorum, quos *Petrus de le Saret* reddit de Retinges del *Saret*. Item totam decimam bladi dominii de Hamestede, & totam dominii de Bingesberia; Et duas partes decimarum tantumodo bladi parochianorum Sancti *Michaelis*, & Sancti *Stephani*; exceptis illis quas Capellanus eorum scilicet *Lazarorum* habet, sicut Carta ejus testatur. Item duas partes decimæ bladi dominii de Aston. Item duas partes bladi dominii Sancti *Albani* de Bradeweya, & similiter duas partes decimæ bladi dominii *Rogeri* de *Limesia* in Bradewia. Item duas partes decimæ bladi dominii *Ricardi* del *Hoo*. Item duas partes decimæ dominii *Willielmi* de *Codicote*. Item dimidium decimæ bladi dominii de Stratle. Item dimidium decimæ *Stephani* de *la Leger*, de suo dominio de Benelawe. Item duas partes decimæ *Rogeri* de *Candos* de suo dominio de Smeletho. Item duas partes decimæ *Simonis Belcamp* de suo dominio de Stanford. Item duas partes decimæ bladi *Radulphi Peros* de suo dominio de Lindesele & de Pakewell. Item duas partes decimæ bladi de una hida, quam *Robertus* filius de Wineling habuit in Estwyk. Hæc prædictus Abbas, unà cum consilio & voluntate Capituli S. *Albani*, sic donavit & confirmavit, ut suprædictorum Infirmorum sint perpetuo jure condempnas Anathematis sententia, si quis deinceps aliquid horum auferret eis injustè. Elemosina illa taliter est data, & stabilita pro animabus *Offæ* Regis, *Henrici* Regis, *Pauli* Abbatis, *Ricardi* Abbatis; & auctoris hujus donationis *Gafridi* Abbatis, atq; suorum prædecessorum ejusdem Ecclesiæ fidelium Abbatum; necnon pro statu, & tutela ipsius Ecclesiæ, atq; servientium ibi Monachorum, & maximè pro levamine debitorum quæ ipsi debent suis benefactoribus, & quibus promiserunt.

Carta Regis Henrici *secundi confirmatoria.*

HEnricus Rex *Angliæ* & Dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ* Comes *Andegaviæ*, Archiepiscopis, Episcopis (&c.) salutem. Sciatis me concessisse & præsenti Cartâ confirmâsse leprosis Sancti *Juliani* de Hebed quicquid *Gaufridus* Abbas Sancti *Albani* consilio & communi assensu totius Conventus sui, & alii eis rationabiliter concesserunt & dederunt. Quare volo (&c.) Test. *Ricardo* de *Humet* Constabulario, *Ricardo* de *Lucy*, *Henrico* filio *Geraldi* Camerario, & *Ricardo* de *Camvilla*, apud Wyndesores.

Isti sunt articuli observandi inter Fratres professos domus Sancti Juliani *juxta Sanctum* Albanum.

Ex Registro Cœnobii S. *Albani* in bibl. *Cottoniana* [sub effigie Neronis D. 1.] fol. 189. b.

Cum inter omnes infirmitates, morbus lepræ contemptibilior habeatur; hii, qui tali morbo sunt percussi, singulis locis & temporibus, tam gestu quam habitu cunctis hominibus contemptibiliores & magis humiles se debent repræsentare, dicente Domino in *Levitico*; *Quicunq; maculatus fuerit lepra, habebit vestimenta dissuta, caput nudum, os veste contectum, contaminatum ac sordidum se clamabit, & omni tempore quo leprosus est & immundus solus habitabit extra castra.* Nec propter hoc desperare debent, ac contra Deum murmurare; sed potius eum laudare & glorificare, qui cum ductus fuerit ad mortem, voluit leprosis comparari, teste *Ysaia* Propheta (qui ait) *Et nos putavimus eum leprosum percussum à Deo & humiliatum*, revocantes ad memoriam beati *Job*, qui cum percussus esset leprâ, ità quòd à plantâ pedis usq; ad verticem capitis, non fuit in eo sanitas, vel stultum contra Deum locutus est.

De situ Hospitalis Sancti Juliani.

Cum igitur Hospitale Sancti *Juliani*, juxta boscum de Cpwod, ab Abbate & Conventu Sancti *Albani* propter leprosos specialiter sit fundatum; & ex piâ collatione elemosinarum eorundem est sustentatum, cujus dispositio, tam in spiritualibus quàm in temporalibus ad eundem Abbatem, loci ejusdem patronum, & ordinarium, pertinere dinoscitur; nos paternâ sollicitudine honestatem dicti Hospitalis; necnon & utilitatem, secundùm Deum, considerantes, volumus quod Fratres ibidem commorantes, habeant habitum qualemcunq; eorum infirmitati convenientem.

De habitu Fratrum.

Fratres videlicet habeant tunicam & super-tunicam de russeto, cum capucio de eadem sectâ, ita quod manubria tunicæ clausa usq; ad manum, non nodulis vel filo ad modum secularium laqueata. Super-tunicam verò habeant clausam usq; ad talos, & capam clausam de nigro panno, similis longitudinis cum capucio, sicut ab antiquo habere consueverunt.

De calciamentis Fratrum.

Calciamenta pedum sint caligæ, & æstivalia sint sotulares erectæ cum tribus vel quatuor nodulis circa tibias, quibus uti consueverunt. Sotulares verò bassos cum uno nodulo & laqueatos omnino interdicimus & dampnamus: Et si quis Frater de cætero utatur hujusmodi bassis sotularibus, contra istud statutum, eat nudis pedibus singulis diebus, donec Magister domus, ejus humilitatem considerans, dicat ei, sufficit: Ista sufficiant quoad habitum.

De ingressu Fratrum, & de voto faciendo.

Qui de licentiâ Domini Abbatis dictum Hospitale ingrediuntur (sine cujus licentiâ nullus debet ingredi) sint soluti; & si conjugatus ingredi debeat, tam ipse quam uxor sua coram Domino Archidiacono, tanquam loci ordinario, & Fratribus domus faciat solempne votum castitatis. Et si post ingressum contra dictum votum per incontinentiam venerit, secundùm consuetudinem domus expellatur, & uxori suæ (si superstes fuerit) remittatur, & ei debitum conjugale persolvat. Similiter si uxor contra votum suum veniat, simili modo puniatur. Si autem uxor inflata decesserit, tunc vir sicut convictus de incontinentiâ, puniatur.

De modo ingrediendi Hospitale.

Fratres verò qui ingrediuntur dictum Hospitale, sint per aliquod tempus in probatione antequam faciant suam professionem: Infra quod tempus, de eorum moribus & conversatione per gestum eorum & opera poterit manifestiùs apparere. Nec tempore probationis, ad consilia Fratrum in capitulis suis aliqualiter admittantur.

De dilectione Fratrum.

Fratres supra omnia diligant Deum, deindè proximum fraternæ dilectionis, mutuam inter se habentes charitatem, quia ista præcepta sunt principaliter observanda, in quibus tota Lex pendet & Prophetæ.

De horis temperandis.

MAnè, campanâ pulsatâ, ad horas Canonicas audiendas omnes surgant; & indutis capis clausis, eant ad Ecclesiam divina obsequia audituri, quam cum ingressi fuerint, omnes sedeant per ordinem secundùm tempus quo ingressi sunt dictum Hospitale; ita quod nullus per superbiam locum alterius sibi vendicare præsumat, nisi fortè Magister aliquem propter reverentiam, vel dignitatem personæ vel ordinis, aliis voluerit præferre, justitiâ exigente. Illud mane sic temperetur, ut nulli sit onerosum; sed ad affluentum omnium Infirmorum, ut nullus possit se excusare nisi graviori infirmitate fuerit detentus. Omnibus ergo pariter in Ecclesia, ut dictum est, congregatis, silentium teneant donec servicium compleatur.

De Stationibus.

NUllus autem Fratrum præsumat exire metas Hospitii sui, scilicet versùs regiam viam nec capâ clausâ, eundo ad Ecclesiam vel redeundo; nec faciant stationes vel deambulationes in dictâ stratâ ante servicium vel post: immo nullâ horâ diei ante prandium vel post; sed expleto officio divino, cum omni maturitate ingrediantur Hospitia sua, nisi fortè aliquis voluerit facere moram in Ecclesia, ut orationibus vacet & contemplationi.

Item de Stationibus.

SImiliter inhibemus ne stationes fiant in pentricio, quod se extendit in longitudine ante domos Fratrum versùs regiam viam; nec quisquam Fratrum teneat ibi parliamentum cum alio fratre: Sed si quis Fratrum voluerit habere colloquium cum aliquo fratre, transeat ordinatè per dictum penticium unusquisq; alter ad alterum pro libito suo sine statione, nisi fortè aliquis extraneus ei obviaverit, cum quo breviter loquatur & transeat. Sed si probus homo & honestus venerit ibi, causâ infirmum Fratrem visitandi, ingrediatur ad eum, & quod bonum est adinvicem loquantur.

De metis.

METas verò ab antiquo statutas, quarum una sita est ex parte australi, altera ex parte boriali, sicut adhuc manifestè patent, nullus transgredi præsumat præter Custodem grangearum & granariorum, cui cura per Magistrum committitur.

De custode sub Magistro.

NEc quisquam Fratrum pistrinam vel bracinam aliquo ingredi modo præsumat, nisi Frater, cui cura committitur, qui cum ingressus fuerit, pani & cerevisiæ non appropinquat, tangendo vel aliquo modo tractando; cum non deceat viros talis infirmitatis ea tractare quæ ad usum communem hominum ordinantur.

De Clausura.

POrtæ verò versùs gardinum benè claudantur, & custodiantur propter scandala, & alia mala quæ ex libero ingressu earum possent oriri; nec quisquam Fratrum egrediatur portas illas nisi tempore minutionis, vel quando aliquis indigeat solatio, ratione alicujus specialis infirmitatis, quod fiat de licentia superioris. Portas verò versùs campum ex una parte, & regiam stratam ex altera, nullus omnino egrediatur, nisi ille tantum cui agricultura commendatur: expedit enim aliquando supervidere carucas, & seminatores, si fideliter operentur & diligenter.

De licentia Archidiaconi euntibus extra metas.

NUllus ergo Frater omnino transgredi præsumat metas consuetas & debitas, causâ vagandi per patriam, vel peregrinandi: quod qui aliter fecerit per subtractionem liberationis suæ castigetur. Qui verò absentaverit se extra domum suam per totum diem & noctem, sine speciali licentia Domini Abbatis vel ejus Archidiaconi, tanquam fugitivus habeatur, nec concedatur ei ingressus sine gratia & licentia Domini Abbatis.

De accessu mulierum.

ET quia per accessum mulierum frequenter oriuntur scandala ac mala non modica, super omnia prohibemus, ne aliqua mulier ingrediatur hospitia Fratrum, præter communem lotricem domus, quæ sit maturæ ætatis & bonæ conversationis, de qua nulla possit esse sinistra suspicio. Nec illa præsumat intrare domus illorum temporibus suspectis, sed horis debitis, ut ejus ingressus & recessus possit ab omnibus videri. Verumtamen si mater, vel soror, vel alia honesta matrona venerit ibi causa visitandi infirmos, habeat ingressum ad illum cum quo loqui voluerit, & hoc fiat de licentia Custodis domus; aliter autem non ingrediatur, cujuscunq; sit condicionis. Mulieres verò levis famæ & malæ opinionis, Hospitia nullo modo ingrediantur.

De

De commestione mulierum.

NUlli ergò Fratrum liceat invitare mulieres ut secum comedant in domibus suis, propter causam jam dictam, præter personas prænotatas, & hoc de Magistri licentia speciali fiat. Proviso tamen, quod nulla mulier ultra horam debitam moram faciat cum eis, sed congruo tempore recedant. Qui & aliter fecerit, tanquam convictus de incontinentia punietur.

De discordia Fratrum.

FRatres sibi invicem obediant, & reverentiam exhibeant, dicente Apostolo, *honore invicem prævenientes*. Si quis verò inventus fuerit contentiosus, & seminans discordias inter fratres, corripiatur semel & iterum: quod si sic se non emendaverit, per substractionem liberationis suæ usq; ad condignam satisfactionem castigetur.

De bonis habendis.

ET quia portio Fratrum non sufficit eis ad omnia necessaria, liceat eis habere bona mobilia, & quæ honestè possunt adquirere ad suppletionem defectus eorum, & infirmitatis suæ mitigationem. Ita tamen quod ipsis decedentibus, vel discedentibus, non alienentur bona sua, sive sint infra limites Hospitalis, sive extra; sed in usus communes domus convertantur, & de consilio & voluntate Magistri ordinentur & disponantur.

De testamentis.

NUllus Fratrum de cætero faciat testamentum, nisi de licentia Magistri: Quod si aliter fecerit, pro nullo habeatur.

De punitione culpæ.

ISTos articulos superscriptos præcipimus inviolabiliter servari, & si quis in aliquo contravenerit, & observare contempserit, per substractionem liberationis suæ castigetur, vel aliâ pœnâ, quæ magis timetur, & infligatur, ut pro qualitate & quantitate culpæ correspondeat acerbitas pœnæ.

De capitulis faciendis.

SI Fratres aliquando propter communem utilitatem de statu domus velint tractare, ingrediantur Ecclesiam, & exclusis secularibus & Fratribus non professis, cum ipsic ommuni consilio interesse non debeant, provideant inter se quod bonum est; ita quod nichil fiat sine Magistri consilio & voluntate. Privata verò capitula & adulterina, quæ magis dici possint conspirationes, seu machinationes, totaliter interdicimus & annullamus.

De professione Fratrum Sancti Juliani.

EGo Frater N. promitto & Sacramento corporali tactis Sacrosanctis Evangeliis præstito, affirmo coram Deo & omnibus Sanctis in hac Ecclesia, quæ onstructa est in honorem Sancti *Juliani* Confessoris, in præsentia Domini *N.* Archidiaconi, quod omnibus diebus vitæ mæ, præceptis Domini Abbatis de Sancto *Albano*, qui pro tempore fuerit, & ejus Archidiacono obnixiùs ero & obediens, & in nullo protervè contradicens, nisi forte aliqua præcipiantur quæ divinæ displiceant voluntati. Nunquam furtum faciam, nec alicui Fratrum falsum crimen imponam; nec manus violentas in aliquem Fratrem mittam; nec votum castitatis infringam; nec de aliquibus rebus appropriandis, vel aliis testamentariè relinquendis, sine dispensatione à fratribus concessâ, me intromittam. Omnem speciem usuræ, tanquam monstruosam & Deo odibilem studebo pleniùs evitare. Nec ero in consilio vel auxilio, vel opere per sermonem aut voluntatem per me, vel per alium, quod aliquis aliquando Custos seu Magister præficiatur leprosis de Sancto *Juliano*, nisi quem dominus Abbas de Sancto *Albano* præficere voluerit. Cibis & potibus & aliis rebus michi per Magistrum porrectis & exhibibitis, secundùm usum & consuetudinem domus contentus ero sine lite & murmuratione. Metas michi constitutas non egrediar, absq; licentia speciali superiorum meorum, & eorum consensu & voluntate. Et si inventus fuero transgressor contra aliquem articulum superiùs prænominatum, volo & concedo, quod dominus Abbas, vel ab eo substitutus, possit me punire secundùm qualitatem & quantitatem delicti: prout sibi viderit meliùs expedire, & etiam tanquam apostatam à congregatione Fratrum projicere, sine aliqua spe reversionis, exceptâ Domini Abbatis gratiâ speciali.

HOSPITALE

de Rippon, *in agro* Eboracensi.

De prima Fundatione ejusdem.

Placita coram Rege term Mich 19 E 3. Rot 45. *Ebo.*

DOminus Rex misit Breve suum quibusdam Commissariis, ad inquirendum de defectu custodiæ Hospitalis *Riponensis*: qui per Juratores returnaverunt, quod quidam *Thurstanus*, quondam Archiepiscopus *Ebor.* Fundavit dictum Hospitale, ad sublevamentum tam pauperum, quàm leprosorum (&c.) Et quod custos ejusdem dispendit proficua ejusdem, nesciunt (&c.)

Inquisitio super statu ejusdem.

Esc 15. E. 3. n. 73. IUratores dicunt, quod quidam Archiepiscopus *Ebor.* fundavit dictum Hospitale, cujus nomen ignorant; & Archiepiscopi *Ebor.* qui pro tempore fuerunt, & dominus Rex *Angliæ*, sede Archiepiscopali *Ebor.* vacante, sunt veri patroni dicti Hospitalis: Et dictus Archiepiscopus prædicti Hospitalis fundator, dedit dicto Hospitali unam placeam terræ & boscum in Ripon, qui vocatur Dunscroith, circa includitur fossatis, super qua fundatur Hospitale prædictum, & valet per annum C. s. Item dedit dicto Hospitali unam carectatam vel duas carectatas bosci de Northscogh, pro focali, qualibet septimanâ operiendâ, & pasturam in parco de Northscogh ad octo boves, decem vaccas, unum taurum, quinq; sues, cum sequelâ suâ triu n annorum; de precio tamen pasturæ nihil sciunt dicere. Item dictum Hospitale dotatum fuit per eundem Archiepiscopum, ad percipiendum de qualibet carucata terræ arabilis in Ripschire, unam travam de quolibet genere bladorum, & valet per annum *xx.* s. quæ omnia collata fuerunt primò Sororibus in dicto Hospitali, quasi religiosè viventes, ad inveniendum quendam Capellanum, divina in eodem Hospitali celebrantem, & ad sustentandum omnes leprosos in Ripschire procreatos & genitos, ad dictum Hospitale venientes, & ad ministrandum cuilibet Leprosorum unum indumentum, quod dicitur *Bak*, & duo paria soularium per annum; & quolibet die unum panem, pro sustentatione unius hominis sufficientem, dimidiam lagenam cervisiæ, unam nocium carnis, die carnium, & tria allecia quolibet die piscium. Et postea ad augmentationem dictæ elemosinæ, datæ fuerunt per diversos homines, dicto Hospitali *xxiiij.* acræ terræ in campis de Ripon, quæ valent per annum *xxxv.* s. argenti, & annuus redditus sex marcarum in villis Ripon & Newby: Item tertia pars villæ de Ilketone, cum pertinentiis data fuit dicto Hospitali, ad inveniendum quendam Capellanum celebrantem ibidem pro anima *Willelmi* de *Homelyn*, quæ pars valet per annum quatuor libras.

Item Manerium de Mullewathe, cum pertinentiis suis, est adquisitum dicto Hospitali, quod valet per annum *xii.* marcas. Item dicunt, quod ante Capella dicti Hospitalis dedicata fuerit, nesciunt; sed sepultura hominum decedentium in dicto Hospitali habetur ibidem, ex licentia tamen Capituli *Riponensis*. Item dicunt, quod *Johannes* le *Waryner*, dedit eidem Hospitali, tempore Domini Regis, qui nunc est, Manerium de Stodley *Roger*, ad inveniendum duos Capellanos in eodem Hospitali celebrantes, ipso vivente; & post obitum suum tres Capellanos perpetuo celebraturos; sed dictum Hospitale oneratur eidem *Johanni* in *xii.* marcis annuis, ad totam vitam suam. Item dicunt, quod Magister dicti Hospitalis, qui pro tempore fuerit, non solvit decimas de placea, nec de bosco de Dunscrowith, neq; de duabus acris terræ prædictis, eo quod Magister dicti Hospitalis & servientes sui in eodem, molunt liberè aliqua multura ad molendum, quod dicitur Northmylne Archiepiscopi.

Dicunt insuper, quod defunctis dictis Sororibus Hospitalis prædicti, Archiepiscopus *Ebor.* qui tunc fuit, contulit dictum Hospitale cuidam *Roberto* de *Sulkestone* Capellano, ad inveniendum & sustentandum elemosinam prædictam, videlicet Cantarias & Leprosos. Item dicunt, quod *Johannes* de *Brideſing* Clericus, & in ordine accolicatus constituitur, est Magister dicti Hospitalis, ex collatione Domini *Willelmi* de *Melton*, nuper *Ebor.* Archiepiscopi; & fuit per unum annum & dimidium proximum præterium Magister ibidem. Item requisiti an elemosina prædicta alia onera dicto Hospitali incumbentia sustentantur & supportantur, ut deberent; dicunt quod quidam Capellanus est subtractus toto tempore Magistri, qui nunc est, & nullus Leprosus est ibidem, & per Magistrum non stat, quia nulli venerunt, nec veniunt ibidem, non fuerunt ibi Fratres nec Sorores. Item quod elemosina datur pauperibus quolibet festo beatæ *Mariæ Magdalenæ*. Item dicunt quod staurum domus, agricultura, & divina officia ejusdem Hospitalis, exceptis dicto Capellano subtracto, & quadam domo in qua solebant Leprosi manere, quæ prostrata fuit tempore *Henrici* de *Shirebake*, quondam Magistri dicti Hospitalis; & sic est adhuc, benè custodiuntur. Item requisiti an facta sit alienatio, seu dilapidatio bonorum, possessionum & jurium dicti Hospitalis; dicunt, quod Dominus *Willelmus* de *Melton*, nuper *Eborum* Archiepiscopus spoliavit dictum Hospitale, tempore dicti *Henrici* de *Shirebakes*, de tribus acris terræ, duabus acris prati, tota pastura pro animalibus prædictis, & focali prædicto in dicto parco de Northscogh; & jam sunt ista subtracta in manu Domini Regis, qui nunc est. Item requisiti an Magister, qui nunc est, prosecutus fuit jura prædicta; dicunt quod

non

non potuit, propter brevitatem temporis sui & mortis ultimi Archiepiscopi. Item dictum Hospitale non oneratur nisi in duodecim marcis, dicto *Johanni* le *Waryner* & duobus Capellanis prædictis, solvendis ex causâ prænominatâ. Dicunt etiam, quod Magister & Capellani sui prædicti sunt bonæ famæ, & conversationis honestæ, & sic reputantur in villa Ripon; & quod dictum Hospitale fundatur de possessionibus temporalium tantum.

[*Videsis* Esc. 26. E. 3. n. 61. *de statu similiter ejusdem Hospitalis.*]

HOSPITALE

S. Ægidii *in suburbio Civitatis* London.

Lel. Col. Vol. 1. p. 600.

Matildis uxor *Henrici* primi, versùs occidentalem plagam *Londoniarum*, unam domum ad Leprosorum sustentationem, cum Oratorio & officinis ædificavit, & vocatur *Hospitale* S. *Ægidii*.

*Carta Reg*is Henrici *secundi donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Pat. 4. E. 3. n. 26 per Inspex.

Videsis Pat. 1. R. 2. p. 3. m. 17 & Pat. 2. H. 5. p. 2. m. 17.

Henricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis me, pro amore Dei, & pro animabus Regis *H.* avi mei, & *Matildis* reginæ, aviæ meæ, & pro salute meâ & antecessorum & successorum meorum, concessisse & præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & Hospitali S. *Egidii* extra *London.* ubi *Johannes* bonæ memoriæ fuit Capellanus, & infirmis Leprosis ibidem degentibus, locum ipsum in quo fundatum est ibidem Hospitale, cum *Lx. sol.* redditus, quos prædicta Regina eidem Hospitali assignavit ad victum infirmorum, quando fundavit idem Hospitale; habendos annuatim de ripa Reginæ, quæ appellatur Aldereshethe, & cum *Lx.* solidis, quos ego concessi eidem Hospitali, habendos singulis annis ad festum S. *Michaelis* de Scaccario meo ad emenda vestimenta Leprosis ejusdem Hospitalis, & cum *xxx.* solidis & *v. d.* de redditu meo de *Surreia* in perpetuam elemosinam, ad emenda sibi luminaria. Præterea concedo eis & confirmo omnes subscriptas donationes & emptiones, quæ rationabiliter eis factæ sunt, & Cartæ donatorum & sibi vendentium confirmatæ; scil. ex dono *Hawisiæ* Comitissæ de *Rumare* Ecclesiam de Feltham, & terram quam habent in eadem villa; & omnem elemosynam, quam habent in Hundredo de Isleworth, de donatione *Bernardi* de S. *Walerico*; & terram de la Barre, quam tenent de *Ricardo* juniore, Canonico S. *Pauli* Ecclesiæ *Lond.* sicut Cartæ eorum testantur; & quatuor acras terræ quas ipsi emerunt de *Willielmo Pincerna*; & duas acras, quas emerunt de *Gaufrido* filio *Fredefeud*: & *x.* sol. redditus quæ habent in parochia S. *Clementis* Ecclesiæ *Dacorum*, de donatione *Petri* filii *Merleine*, sicut in scriptis eorum continetur: & totam terram quam habent in *London.* de dono *Roberti* filii *Radulphi*, cum omnibus aliis tenementis suis rationabiliter sibi concessis, quæ in prædicta civitate habent. Quare volo (&c.) T. *Ricardo* ····· *G. Elienſi. J. Norwicenſi* Episcopis; Comite *Will.* de *Mandevill*, *Rann.* de *Glanvilla* (&c.) apud *Weſtm.*

HOSPITALE

S. Mariæ *de* Bethlem, *extra* Bishopsgate, *in suburbio Civitatis* Lond.

De prima Fundatione & dotatione ejusdem.

Rot. Claus de a. 4. H. 4.

Videsis bundell. de beneficii Alienig de anno 48. E. 3. Et Pat. 11. E. 2. p. 2. m. 24.

VIsitatio facta in Capella beatæ *Mariæ* de *Bethleem*, extra Bishopesgate *London.* per *Johannem Chitterne*, & *Johannem Knigton* Clericos excellentissimi Principis, & Domini nostri, Domini *Henrici* Dei gratia Regis *Angliæ*, & *Franciæ* & Domini *Hiberniæ* illustris, ad visitandum Hospitale beatæ *Mariæ* de *Bethleem* antedictum Commissarios specialiter deputatos, sexto die mensis *Marcii*, Anno Domini *MCCCii.* & Anno Regni præfati Domini nostri Regis *Henrici* quarti, quarto: Quo quidem die præfatis Commissariis in Capellâ prædicta, ad Hospitale prædictum visitandum sedentibus, &c. inquisitum fuit per nos Commissarios antedictos, de finibus, bundis, & limitibus dicti Hospitalis, qui extendunt se in longitudine, & latitudine; ex donatione Fundatoris dicti Hospitalis, prout continetur in quadam litera Fundationis primæva dicti Hospitalis in se continente, sigillo Fundatoris ejusdem Hospitalis ut apparuit, sigillato; cujus tenor talis est.

Carta Fundationis.

UNiversis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsens Scriptum pervenerit, Simon filius Mariæ, *Civis* Lond. *salutem in Domino*, *cum inter cetera, immo pra ceteris, quæ in terris mirabiliter operata est, Cœlestis altitudo consilii, ea pro majori devotione venerari debeat mortalis infirmitas à quibus post lapsum prothoplausti sua*

suæ reparationis sumpsit exordium, dignum profecto videtur, ut locus ille, in quo verbum caro factum, virginali processit ex utero, quodq; redemptionis humanæ auctor extitit & principium, præcipua debeat reverentia revereri, & beneficiis potioribus augmentari. Hinc est, quod ego dictus Simon *filius* Mariæ *specialem & singularem devotionem habens ad Ecclesiam gloriosæ Virginis* Mariæ Bethlemitanæ, *ubi eadem virgo primogenitum suum Jesum Christum salvatorem nostrum ex se genuit incarnatum, & jacentem in præsepio, proprio lacte pavit; ubi quoque puero nobis ibidem nato, militia cœlestis exercitus novum decantantes Impnum; scilicet;* Gloria in excelsis Deo, *idem nostræ salutis auctor, & Rex Regum, à Regibus, nova eos præcedente stella, voluit adorari.*

Ob reverenciam ipsius & ejusdem matris piissimæ, ad honorem quoq; & exaltationem Domini mei Henrici *Regis* Anglorum *illustris, cujus uxorem & prolem sub cura & protectione, prædicta Dei genitrix, & unigenitus ejus habeant, & Civitatis* London. *in qua sumus oriundus, multiplex incrementum; Necnon pro salute animæ meæ, prædecessorum & successorum, parentum & amicorum meorum; & specialiter pro animabus* Guydonis *de* Merlawe, Johannis Durant, Radulphi Aswy, Matildis, Margeriæ, *& Dionysiæ mulierum; dedi & concessi & præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Ecclesiæ S.* Mariæ *de* Bethleem, *totam terram meam, quam habui in parochia Sancti* Botulphi *extra* Bishopsgate London. *scilicet quicquid ibidem habui, vel habere potui, in domibus, gardins, ortis, vivariis, fossatis, paludibus, & omnibus aliis pertinentiis, sicut suis finibus concluduntur; quæ se extendunt in longitudine, à vico regio orientali, usq; ad fossatum in parte occidentali, quod vocatur* Depedyche, *& in latitudine versùs terram quæ fuit* Radulphi Dunnyngs, *versùs Aquilonem, & terram Ecclesiæ S.* Botulphi *versùs Austrum. Habenda & tenenda prædictæ Ecclesiæ* Bethlem, *in liberam, puram, & perpetuam elemosinam; Et specialiter ad faciendum ibidem Prioratum; & instituendos ibidem Priorem, Canonicos, Fratres, ac etiam Sorores, cum* Jesus Christus *suam gratiam, super hoc fuerit elargitus; qui in dicto loco regulam & ordinem dictæ Ecclesiæ* Bethlem *solempniter profitentes ibidem, signum stellæ deferant publicè in Capis, & Mantellis; & ad divina ibidem celebranda, pro animabus prædictis, & omnium fidelium defunctorum; & specialiter ad recipiendum ibidem Episcopum* Bethlemitanum, *Canonicos, Fratres, & nuncios Ecclesiæ* Bethlemitanæ *imperpetuum, quociens venerint ibidem: Et ut ibidem Eccl. sia, seu Oratorium construatur, quam cito Dominus suam gratiam fuerit elargitus, sub tali forma; quod ordinatio, institutio & destitutio Prioris, Canonicorum, Fratrum, & Sororum dicti loci visitatio & correctio & reformacio, ad Episcopum* Bethlemitanum, *& successores suos & Capitulum Ecclesiæ suæ, & nunciorum suorum, quociens venerint ibidem, as voluerint, & viderint expedire, nullius contradictione obstante, pertineant in æternum: Salvis serviciis capitalium Dominorum quantum ad dictam terram pertinent.*

Et ad majorem hujus rei securitatem, de tota dicta terra foris mè misi & meos, & dominum Godefridum *de præfectis* Romanæ *urbis, tunc electum* Bethleemitanum, *à Domino Papa confirmatum tunc in* Anglia *existentem, nomine suo, & successorum suorum & Capituli Ecclesiæ* Bethleemitani, *in corporalem possessionem induxi, & tradidi sib: possessionem omnium prædictorum, qui dictam possessionem recepit & intravit sub forma prædicta. In signum autem subjectionis, & reverenciæ, dictus locus de* Lond. *extra* Bishopesgate, *solvet annuatim in dicta Civitate, unam marcam sterlingorum in* Pascha *resurrectionis dominicæ, Episcopo* Bethleemitano, *vel ejus nuncio, nomine census. Et sicut facultates dicti loci, dante Domino, plus crescent, ita plus dictus locus, pro censu, exsolvet in dicto termino Ecclesiæ* Bethleemitanæ, *suæ matri. Hanc autem donationem & præsentis Cartæ meæ confirmationem, Sigilli mei appositione, pro me & hæredibus meis, firmiter roboravi. Anno Domini* MCCxlvii. *die* Mercurii *post festum Sanctæ* Lucæ *Evangelistæ. His Testibus,* Petro *filio* Alwini *tunc Majore* London. Nicholaio Bat. *tunc Vicecomite Civitatis, & Aldermanno Civitatis, scilicet ejusdem Wardæ;* Radulpho Sperlynges *Aldermanno,* Godefrido *de* Campes, Simone *le* Cunreour, Simone Loroimare, Roberto *de* Wodeford, Thoma *de* Wodeforde, Waltero Puintel, Waltero Wodeford, Jacobo *filio* Petri, Johanne Juscior, Alexandro *de* Schoredych, Thoma *de* Berecweia, & Stephano *Marescallo fratre suo, tunc Bedello Wardæ,* Johannæ Durant, Gregorio *filio* Gregorii Roberto *Pistore,* Rogero *de* Epping, *& multis aliis.*

Compertum est etiam per nos Commissarios antedictos ultimò nominatos, quod certa tenementa, Domus, & ædificia, ac possessiones infra limites, & bundas, ad Hospitale prædictum, ab antiquo spectantes, edificatæ sic sunt, & situatæ: Quæ quidem tenementa, Domus, & ædificia, ac possessiones ad dictum Hospitale, ut dicebatur, ab antiquo spectantes, sunt subtractæ, & alienatæ; de quibus Inquisitionem per viros probos, & legales Civitatis *London.* prout nobis committitur & demandatur, fecissemus diligentem; scilicet quamplures viri dictæ Civitatis coram nobis comparuerunt, & expressè allegârunt, libertatem eorundem & dictæ Civitatis, quod non tenentur comparere coram aliquo Judice infra Franchesiam ejusdem Civitatis, nisi tantum coram Majore ejusdem Civitatis, aut coram Justiciariis Domini nostri Regis sedentibus infra clausum, sive septa Capellæ Sancti *Martini Magni London.* per Breve de *Nisi prius,* vel coram eisdem Justiciariis Domini nostri Regis sedentibus apud Newgate, pro liberatione hominum; aut coram Justiciariis hæredum: Et istis sic allegatis, coram nobis comparere in Inquisitione hujusmodi expressè recusârunt.

Et ulterius de domibus, ædificiis, & possessionibus,

omnes hujusmodi inquirere non potuimus. Consueverunt autem, ut accepimus, esse in dicto Hospitali unus Magister, Fratres, & Sorores habitum cum stellis gerentes; & modo non reperiuntur aliqui illorum, nisi tantum Magister, qui habitum hujusmodi non gerit, ut ab antiquo fieri consuevit; & hoc in defectu ejusdem Magistri, ut dicitur. Quæ omnia & singula Regiæ Majestati in suam Cancellariam per præsentes literas nostras clausas transmittimus sigillis nostrorum *Johannis Kyngstone*, & & *Johannis Caryke* Commissariorum prædictorum sigillatas. Datum quoad consignationem præsentium, duodecimo die mensis *Maii* Anno Domini *MCCCCxii.* & Anno Regni Regis *Henrici* Domini nostri prædicti, quarto.

Walterus Brunus, *Civis* Londini & Roisia *uxor ejus Fundatores.*

Lel. Col. Vol. 1. p. 42.

UBi nuper porta ipsa occidentalis novæ Ecclesiæ, in prima Fundatione, fuit orientalis pars veteris Ecclesiæ; ante aram cujus partis, *Brunus* cum uxore sepultus est.

Carta Walteri Bruni & Roisiæ *uxoris ejus, de Fundatione novi Hospitalis beatæ* Mariæ *extra* Bishopsgate London, *una cum dotatione ejusdem.*

Ex MS. quodam in bibliotheca Collegii corp. Christi Cantab.

UNiversis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsens Scriptum pervenerit, *Walterus Brunus* Civis *London.* & *Roisia* uxor ejus salutem. Ad universitatis vestræ notitiam volumus pervenire, nos charitatis intuitu, & ex spirituali devotione, quam erga Dei genetricem & perpetuam Virginem *Mariam* habemus; pro salute etiam animarum Patrum & Matrum nostrarum & omnium antecessorum nostrorum, & omnium fidelium defunctorum, in puram & perpetuam Elemosinam Deo & Hospitali beatæ *Mariæ* Virginis, quæ in suburbio Civitatis *London.* extra portum Episcopi in honorem Dei & ipsius genetricis fundavimus; dedisse, concessisse, & hac præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse totam terram illam, quam *Walterus* filius *Eildredi* Aldermannus, mihi *Waltero Bruno* & sociis meis dimisit, ad fundandum desuper prædictum Hospitale: Quæ continet in fronte secùs vicum regium Occidentalem in latitudine *xliiii.* ulnas de ulnis ferreis Regis *Joh. Angliæ*; & in capite Orientali versùs campum qui vocatur Lollesworth *Cxvii.* ulnas de eisdem ulnis: Et quandam aliam terram quam idem *Walterus* filius *Eildredi* mihi *Waltero* & sociis meis dimisit extra eandem portam, ex alia parte vici versùs occidentem, quæ continet secùs vicum regium in latitudine *xiii.* ulnas, & in capite occidentali *xv.* ulnas, & in profunditate *lxviii.* ulnas de prædictis ulnis. Et duas acras & dimidiam terræ lucrabilis.

Item totam terram illam quam *Syward's Carpenter* mihi *Waltero* & hæredibus meis dimisit, extra eandem portam *Episcopi*, quæ continet in fronte secùs eundem vicum Regium occidentalem *lviii.* ulnas. Et in capite orientali *lx.* ulnas. Et in profunditate *xliii.* ulnas, de prædictis ulnis. Item totum crofum quod *Galfridus* Aldermannus de Cornehull mihi *Waltero* & hæredibus meis dimisit extra eandem portam, quæ continet in longitudine à Gardino, quod fuit *Willielmi* de *Salesbury*, usq; ad prædictum campum, qui vocatur Lollesworth *Cxviii.* ulnas; Et in latitudine *xxviii.* ulnas de prædictis ulnis. Reddendo inde annuatim eidem *Galfrido* & hæredibus suis *xii.* denarios ad quatuor terminos anni. Item totam terram illam quam *Robertus* filius *Ricoldi* mihi *Waltero* & hæredibus meis dimisit extra eandem portam, versùs Austrum Gardini sui, quæ continet in fronte secùs eundem vicum regium occidentalem *v.* ulnas & unum quarterium ex utraq; parte *xlvi.* ulnas & in medio *vi.* ulnas & dimid. & in capite Orientali *iiii.* ulnas, & in longitudine de prædictis ulnis. Et totam terram illam, quam idem *Robertus* mihi *Waltero* & hæredibus meis versùs Orientem Gardini sui prædicti, quæ continet in longitudine à prædicto Gardino usq; ad prædictum campum, qui vocatur Lollesworth *Cxvi.* ulnas. Et in latitudine *xv.* ulnas. Reddendo inde annuatim eidem *Roberto* vel hæredibus suis duos solid. ad *iiii.* terminos anni.

Item totam terram illam, quam *Jacobus Herbar* mihi *Waltero* & hæredibus meis dimisit extra eandem portam *Episcopi*; quæ continet in longitudine à prædicto Gardino præfati *Roberti* filii *Ricoldi* usq; ad campum qui vocatur Lollesworth *Cxiiii.* ulnas; & in latitudine *Lxxxxv.* ulnas de prædictis ulnis. Item totam terram illam, quam *Salomon* de *Stebenheth* mihi *Waltero* & hæredibus meis dimisit extra eandem portam *Episcopi*, quæ jacet inter terram quam *Jacobus Herbarius* tenuit de prædicto *Salomone* versùs Aquilonem, & quam *Ailwinus Hunne* Tanner tenuit versus Austrum. Quæ continet in longitudine à terrâ, quæ fuit *Henrici* Majoris *London.* usq; ad prædictum campum qui vocatur Lollesworth *Cxvii.* ulnas. Et in latitudine *xi.* ulnas de prædictis ulnis. Et *xii.* denar. reddit. quos idem *Salomon* de *Stebenheth* mihi *Waltero* & hæredibus meis dimisit, quos *Godardus* filius *Ailredi* & hæredes sui reddere debent de Crofto quod tenent de prædicto *Salomone* inter terram quam *Ailwinus Hunne* Tanner tenuit, & terram quam idem *Godardus* tenuit de *Ada Ver.*

Et quinq; solidatas redditus, quos idem *Salomon* mihi *Waltero* & hæredibus meis dimisit, quos *Syward Carpenter* eidem *Salomoni* reddere solebat, cum toto redditu & servitio quod debet de dictâ terrâ quam tenet. Item totam terram illam, quam *Henricus* Major *London.* mihi *Waltero* & hæredibus meis dimisit, quæ jacet intra terram quæ fuit *Godardi* filii *Eilredi*,

di, versùs aquilonem, & terram quæ fuit *Reginaldi Herbaris* versùs austrum. Et continet secùs vicum Regium in latitudine *xxv.* ulnas & 3. quart. Et in capite Orientali *xxiii.* ulnas & unum quart. & in profunditate *xlii.* ulnas de prædictis ulnis. Reddendo inde annuatim eidem *Henrico* vel hæredibus suis unam libram Cinnamomi infra *viii.* dies festi Sancti *Michaelis*. Item totam terram illam quam *Radulphus Clericus* de Stibenheth mihi *Waltero* & hæredibus meis dimisit extra eandem portam *Episcopi*, quæ continet in fronte secùs vicum Regium Occidentalem *xii.* ulnas. Et in capite orientali *x.* ulnas. Et in profunditate *xlvii.* ulnas de prædictis ulnis. Reddendo inde annuatim eidem *Radulpho* vel hæredibus suis *iii.* d. infra *viii.* dies festi Sancti *Michaelis*. Et reddendo annuatim pro prædictis terris, quæ sunt de Feodo *Salomonis* de *Stebenheth* dimid. marcam argenti eidem *Salomoni* vel hæredibus suis ad quatuor terminos anni.

Item centum solidatas Redditus infra civitatem *Lond.* scilicet *v.* solid. quieti redditus de terrâ quæ jacet versùs Orientem terræ meæ, secùs cimiterium Ecclesiæ S. *Helenæ*, de feodo ejusdem Ecclesiæ; quæ continet secùs cimiterium *xi.* ulnas & tres quart. & in capite australi *xi.* ulnas & dimidiam, & in profunditate *xvi.* ulnas & dimid. de prædictis ulnis.

Item *xxiiii.* solidatas Redditus de terrâ in Blankelapelton Hospitalis lapidei de feodo de Stroder in parochiâ in Stanyngcherch, inter terram quæ fuit *Roberti* Tinctoris, versùs Orientem, & terram quæ fuit *Ernaldi Permenter* versùs Occidentem, quæ continet secùs vicum Regium Aquilonarem *xxiiii.* ulnas, & in capite Australi *xx.* ulnas; Et in profunditate *xxv.* ulnas de prædictis ulnis. Reddendo inde annuatim capitalibus Dominis ejusdem feodi *iiii. s.* & unam libram piperis; scilicet *Radulpho* de *Marey* vel hæredibus suis unam libram piperis ad festum, *S. Maria Magdalena*. Et ad Stroder *iiii s.* ad quatuor terminos anni. Item *viii.* solidat. Redditus de terrâ quæ fuit *Willelmi Bruni* patris mei, in parochiâ de Fancherch, inter terram quæ fuit *Rich. Fener* versùs orientem, & terram quæ fuit *Rosia* de Fancherch versùs occidentem; quæ continet secùs vicum Regium Aquilonalem *xvii.* ulnas, & in capite australi *xiiii.* ulnas & dimidiam; & in profunditate *xxxviii.* ulnas de prædictis ulnis. Reddendo inde annuatim capitalibus Dominis ejusdem Feodi *vi. s.* duobus terminis anni.

Item *xvi.* solidat. redditus de terrâ hospitatâ lapid. juxta ipsam terram, quæ est de socâ de Waremanshaker, inter terram quæ fuit *Will. Bruni* patris mei versùs orientem, & terram quæ fuit prædictæ *Rosiæ* de Fancherch versùs occidentem; quæ continet secùs vicum Regium aquilonalem *xviii.* ulnas & dimid. & in capite australi *xiii.* ulnas; & in profunditate *xxxvii.* ulnas de prædictis ulnis. Reddendo inde annuatim Ecclesiæ Sancti *Petri* de *Gant* *iiii.* denarios ad festum S. *Mich.* Item ... solidat. de terrâ, quam *Thomas Tapiner*, & *Walterus* de *Chigwell Carpenter* tenuerunt in parochia S. *Margaretæ Patyn.*, inter terram quæ fuit *Rob. Wesans*, versùs Austrum, & terram quæ fuit *Walteri* sacerdotis versùs aquilonem; quæ continet secùs vicum Regium occidentalem *xi.* ulnas, & interius *xix.* ulnas & unum quarter. & dimidium; & interius *xli.* ulnas, & in capite orientali *xlv.* ulnas; & in profunditate *lxxi.* ulnas de eisdem ulnis. Reddendo inde annuatim capitalibus Dominis feodi ejusdem *iiii. s.* scilicet Hæredi *Will.* de *Blanter* *iiii. s.* duobus terminis anni. Et hæredibus Dominæ *Agnetis* sororis S. *Thomæ v.* denar. infra *xv.* dies S. *Michaelis*.

Item unam marcatam quieti redditus de terra quadam in parochia Sancti *Petri Parvi*, inter terram quam *Folemarius* Pictor tenuit de me, de feodo Ecclesiæ de *Cerenestre*, & terram quam *Walterus Rufus Hareng* tenuit de Ecclesia S. *Bartholomei*; quæ continet secùs vicum Regium Australem *viii.* ulnas, & dimidiam; & in capite Aquilonari *ii.* ulnas & dimid. & in profunditate *xxv.* ulnas, & dim. de prædictis ulnis. Item *xvi.* solidat. & *ix.* denar. quieti redditus in parochia S. *Martini* de Ludgate, de quadam terra, quæ jacet inter fossatum Castelli *Munfichet* de feodo *Ric. Munfichet*, & terram quæ fuit *Martini Permentarii* de *Fleta*, quæ continet secùs vicum Regium Aquilonarem *xxvii.* ulnas & dimidiam, & in capite australi *xix.* ulnas & dimidiam, & in profunditate, versùs occidentem, *xlii.* ulnas, & versùs orientem *xxvii.* ulnas de prædictis ulnis; pro servicio rotandi unam loricam semel in anno pro toto Feodo, quando Dominus ipsius Feodi super ipsum Feodum illam miserit.

Item *xx.* solidatas redditus de terra illa, quæ jacet inter terram quæ fuit *Alani Cuner*, versùs orientem, de feodo Hospitalis S. *Bartholomei*, & terram quæ fuit *Radulphi* de *Warre* sutoris, versùs occidentem, de feodo Hospitalis Sancti *Jacobi*; quæ terra est de feodo ejusdem Hospitalis S. *Jacobi* in parochia S. *Sepulchri* versùs Holeburne, & continet secùs vicum Regium Aquilonarem *xxxv.* ulnas; & in capite australi *xlv.* ulnas; & in profunditate, versùs orientem, *xxviii.* ulnas; & versùs occidentem *xxxvii.* ulnas de prædictis ulnis. Reddendo inde annuatim capitalibus Dominis ipsius feodi *x. s.* ad quatuor terminos anni. Item duas solidatas quieti redditus de terra quam *Rogerus Perchaminarius* tenuit in parochia S. *Martini* de *Oteswich*, quæ continet secùs vicum Regium Australem *v.* ulnas, & in capite Aquilonari *iii.* ulnas; & dimidiam: Et in profunditate *x.* ulnas de prædictis ulnis.

Quare volumus & concedimus firmiter & fideliter, quod hæc omnia prædicta integrè & finaliter remaneant prædicto Hospitali & Fratribus & Sororibus ibidem Deo servientibus, in puram & perpetuam elemosinam, faciendo inde servicium annuatim Capitalibus Dominis

feodorum, sicut prædictum est. Ut autem hæc nostra donatio & concessio & confirmatio perpetuâ firmitate consistat, eam in honorem *Jesu Christi* & ipsius genetricis & perpetuæ Virginis *Mariæ* præsenti scripto nostro consignamus, & sigillis nostris roboramus. Hiis testibus, &c.

Compositio inter Priorem & Conventum Hospitalis beatæ Mariæ *extra* Bishopsgate, *& Rectorem Ecclesiæ S.* Botolphi.

B. OMnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsens Scriptum pervenerit, Magister *Johannes Witing*, Rector Ecclesiæ S. *Botolphi* extra Bishopsgate *Lond.* æternam in Domino salutem: Noverit universitas vestra, quod hæc est compositio facta inter Ecclesiam dicti S. *Botolphi* & me ex una parte, & Domum Dei & beatæ *Mariæ* extra Bishopsgate, & *Godefridum* Priorem & Canonicos & Fratres ejusdem loci ex altera parte, super jure parochiali quod Ecclesiæ præfatæ S. *Botolphi* debebatur, de territorio & Curia præfatæ Domus Dei & beatæ *Mariæ*, præsente Domino *W. Lond.* Episcopo & assensum præbente, cum Capitulo S. *Pauli*; videlicet, quod dicti Prior & Canonici & Fratres & eorum successores jura & libertates præfatæ Ecclesiæ S. *Botolphi*, quantum ad eos pertinet, servabunt illæsas; Et singulis annis eidem Ecclesiæ, pro Jure parochiali, & pro omnibus decimis & obventionibus territorii præfati & Curiæ præfatæ, quæ incipit de Berewardestam, versùs austrum, & extendit se in latitudinem usque ad parochiam Sancti *Leonardi* de Shoreditch versùs Aquilonem; Et in latitudine à vico regio versus occidentem, usque ad campum Domini *London.* qui vocatur Lollesworth, versùs orientem, Decem solidos sterlingorum persolvent ad quatuor terminos anni; scil. ad *Pascha* duos solidos, & sex denar. Et ad Nativitatem S. *Johannis Baptistæ* duos solidos & sex denar. Et ad festum S. *Michaelis* duos solidos & sex denar. & ad *Natale Domini* duos solidos & sex denar.

Sciendum quod de omnibus terris aliis suis in prædicta parochia extra prænominatas fines decimas persolvent. Veruntatem servientes eorum, qui non sunt conversi, vel qui voto Domini eorum non sunt astricti, quater in anno, & in festo S. *Botolphi*, venient ad dictam Ecclesiam, & omnia Sacramenta Ecclesiastica, quæ dictis diebus fient ibidem, recipient. Et omnes alii à jure parochiali erunt immunes. Præfati verò Prior & Canonici & Fratres, eorum successores, nullum de parochianis dictæ Ecclesiæ vivis vel defunctis ad oblationem seu aliquod officium Ecclesiasticum; Nec aliquid ab eisdem parochianis eidem Ecclesiæ debitum malicioſè in ipsius Ecclesiæ vel personæ præjudicium, vel damnum admittent: Nec etiam ad sepulturam, nisi prius præfatæ Ecclesiæ satisfecerit competenter. Ut autem omnia prædicta sine dolo & fraude fideliter à prædictis Priore & Canonicis & Fratribus observentur, *Godefridus* Prior præfatæ Domus coram Domino *W. London.* Episcopo, cautionem præstitit juratoriam, & omnes successores ejus, coram Domino *Lond.* qui pro tempore fuerit, vel ejus officialibus ad hoc destinatis, consimilem præstabunt cautionem. Et ut hæc compositio sicut præsenti scripto cirographato continetur notata, perpetuæ firmitatis robur obtineat, præsens scriptum sigilli mei appositione corroboravi. Hiis testibus, *Roberto* Decano Ecclesiæ Sancti *Pauli*, & aliis.

Nomina Fundatorum novæ Hospitalis Beatæ Mariæ.

ANno gratiæ *MCXCvii.* 18. Kal. *Julii*, Magister *Walterus* Archidiaconus *Lond.* jecit primum lapidem novi Hospitalis extra Bishopsgate *Lond.* tempore *Willielmi* de S. *Mariæ* Ecclesia, *Lond.* Episcopi; cujus domus Fundatores sunt *Walterus* Alderman, *Walterus Brounus*, *Willielmus* de *Elie*, *Johannes Blondie*, & *Wymarke* de *Elbegate*. Ibid.

Carta Regis Edwardi *primi*, *de advocationibus Ecclesiarum de* Shaldeford, Woghenersh, Puttenham *&* Duntesfeld, *&c.*

REx Archiepiscopis, &c. salutem. Sciatis nos pro salute animæ nostræ, & animarum progenitorum nostrorum quondam Regum *Angliæ*; necnon ad augmentationem cultus divini in Hospitali beatæ *Mariæ* extra Bishopsgate *Lond.* sustentandi; ac etiam in subventionem sustentationis pauperum ibidem venientium, & in eodem Hospitali degentium, dedisse & concessisse, pro nobis & hæredibus nostris, dilectis nobis in Christo Priori & Conventui ejusdem Hospitalis, duo messuagia, quinquaginta & duas acras terræ, tres acras prati & duas acras bosci cum serviciis liberè tenentium, & omnibus aliis pertinentiis suis in Shaldeford: Et advocationes Ecclesiarum de Shaldeford, Woghenersh, Puttenham, & Duntesfeld, *Wyntonienſis* diocesis, & nostri patronatus. Habendas & tenendas eisdem Priori & Conventui & eorum successoribus de nobis & hæredibus nostris, Regibus *Angliæ*, cum advocatione Capellæ de Bromlegh dictæ Ecclesiæ de Shaldeford annexæ; necnon cum mercato & feriâ & omnibus aliis ad prædicta messuagia, terram, pratum, boscum & advocationes qualitercumque spectantibus, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam. Carte 33. E. 1. n. 49.

Et insuper concessimus eisdem Priori & Conventui pro nobis & hæredibus nostris, quod ipsi prædictas Ecclesias de Shaldeford, & Woghenersh, cum prædictâ Capellâ de Bromlegh, dictæ Ecclesiæ de Shaldeford annexa, sibi & Hospitali prædicto appropriare & eas sic appropriatas tenere possint sibi & successoribus suis, in liberam, puram & perpetuam elemosinam (&c.) Data per manum nostram apud *Westm. viii.* die *Aprilis*.

HOSPITALE

S. Bartholomæi *in suburbia Civitatis* Londoniarum.

Carta Regis Henrici *tertii donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Cart. antiq. L. n. 14.

HEnricus Dei gratiâ, Rex *Angl.* dominus *Hibern.* (&c.) Archiepiscopis, &c. salutem. Sciatis nos, pro salute animæ nostræ, & animarum antecessorum & hæredum nostrorum concessisse, & hac Cartâ nostrâ confirmâsse dilectis nobis in Christo Priori & Canonicis Ecclesiæ S. *Bartholomæi* de *Smethefeld*, in suburbio *London.* omnes donationes & concessiones subscriptas; *viz.* ex dono *Henrici* Regis *Angliæ* primi, locum de Smethefeud, in quo prædicta Ecclesia S. *Bartholomæi* fundata est; cum Hospitali pauperum ejusdem Ecclesiæ, ex dono ejusdem *Henrici* Regis. Ecclesiam S. *Nicholai* de parva Cernemuthe, cum aliis Ecclesiis & Capellis in Luddingland. Ex dono *Rogeri* quondam *Saresbirien sis* Episcopi, Ecclesiam S. *Sepulchri* de Ballio, *London.* cum pertinentiis suis infra burgum & extra. Ex dono *Hugonis Bussel* medietatem Ecclesiæ de Pentemoxe. Ex dono *Willielmi* filii *Milonis* aliam medietatem ejusdem Ecclesiæ. Ex dono *Roberti* de *Ramis* Capellam S. *Bartholomæi* de Tydulvestre. Ex dono *Rogeri* de *Ramis* Ecclesiam S. *Laurentii* de Stanmere. Ex dono *Willielmi* de *Bosco* Ecclesiam de Tapdene. Ex dono Comitis *Willielmi* de *Mandevill* medietatem Ecclesiæ de Damerbiri. Ex dono *Gaufridi* filii *Aylwini* medietatem Ecclesiæ de Wennakeston. Ex dono *Willielmi* de *Ramis* Ecclesiam de Wadefelde. Ex dono *Radulphi Trikat* Ecclesiam S. *Martini* de *Pomerio*. Ex dono *G.* quondam Episcopi *London.* Ecclesiam S. *Michaelis* de Basingeshage.

Præterea concedimus, & hac Cartâ nostrâ confirmavimus eisdem Priori & Canonicis, quod habeant & teneant omnes donationes & concessiones subscriptas; *viz.* omnes terras & redditus cum pertinentiis, quos habent in villa de Iselonne, de feodo *Radulfi* de *Berneriis*; & omnes terras & redditus, cum pertinentiis, quos habent in Idulvestre, de feodo *Willielmi* quondam Comitis *Sarum*: & omnes terras & redditus, cum pertinentiis, quos habent in *parva* Stanmere, & Wadefeud, de feodo & dono *Willielmi* de *Ramis*: & omnes terras & redditus, cum pertinentiis, quos habent in villa de Stenle, de dono & feodo *Adæ* filii & hæredis *Elyæ* de *Sumeri*, & *Saeri* filii *Henrici*: & omnes terras & redditus, cum pertinentiis, quos habent in villa de Pentemoxe; de feodo *Radulfi* le *Poer*, & *Walteri* filii *Hugonis Bussel*, *Nicholai* le *Dune* & *Ricardi* de *Idebiri*: & omnes terras & redditus, cum pertinentiis, quos habent in Langelege, de feodo *Roberti* filii *Rogeri*, & *Johannis* filii *Roberti* in Manerio de Claveringe: & omnes terras & redditus cum pertinentiis, quos habent in villa de Tywinge, de dono *Alexandri* de *Swereford*, quondam Thesaurarii S. *Pauli London.* de feodo *Godefridi* de *Tywinge*, filii *Ricardi* de *Tywinge*, & *Johannis* filii *Johannis*, filii *Vitalis*, cum advocatione Ecclesiæ ejusdem villæ: Et omnes terras & redditus cum pertinentiis quos habent in villa de Hertford, Amwelle, Lockelege, ex dono prædicti *Alexandri* de *Swereford*: Et omnes terras & redditus, cum pertinentiis, quos habent in villa de Shostegrave, de feodo *Henrici* de *Merke* & *Willielmi* de *Verdune*. Quare volumus (&c.) Data per manum nostram apud *Winton iam xv.* die *Junii* Anno Regni nostri *xxxvii.*

Carta Regis Henrici *primi, de diversis libertatibus & privilegiis dicto Hospitali per ipsum concessis.*

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, patris & filii & spiritus Sancti, ego *Henricus* Rex *Anglorum W. Cantuariæ* Archiepiscopo, & *G. Londonien si* Episcopo, & omnibus Episcopis & Abbatibus & Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Ministris, & omnibus hominibus & fidelibus suis, & civibus *Londoniæ* salutem. Sciatis me concessisse & hac Cartâ meâ confirmâsse Ecclesiæ beati *Bartholomæi* de *Londoniis*, & *Raherio* Priori & Canonicis regularibus in eadem Ecclesiâ Deo servientibus, & pauperibus Hospitalis ejusdem Ecclesiæ, quod sint liberi ab omni terrenâ servitute, & terrenâ potestate & subjectione, præter Episcopiles consuetudines; videlicet tantùm consecrationem Ecclesiæ, Baptismum, & ordinationem Clericorum; ut sicut aliqua Ecclesia in tota *Anglia* magis est libera, sic & hæc Ecclesia libera, & omnes terræ ad eam pertinentes quas nunc habet, vel quas rationabiliter adquirire poterit *Raherus* Prior vel Canonici, sive emptione sive dono: & habeat *soccam* & *sacam*, & *thol*, & *theam* & *infoghenetheof*, & omnes libertates & liberas consuetudines & quietudines in omnibus, quæ ad eandem Ecclesiam pertinent, in bosco & plano, in pratis & pasturis, in aquis & molendinis, in viis & semitis, in stagnis & vivariis, & mariscis & piscariis, & grangiis & virgultis, infra burgum & extra, & in omnibus locis nunc & in perpetuum. Cart. antiq. L. n. 1.

Hanc autem Ecclesiam, cum omnibus quæ ad eam pertinent, sciatis me velle manutenere & defendere, & liberam esse sicut Coronam meam, & accepisse in manu mea in defensione contra omnes homines, quamobrem concedo *Raherio* Priori & eidem Ecclesiæ in omni jure suo & possessione sua, pacis fracturam, & pugnam in domo factam, & domus vel Curiæ invasionem

vationem, & omnes assultus, & omnia foresfacta, in suo jure facta; & *foreſtal*, & *flemeneſfermdeth*, in via & extra, in festo & extra, in urbe & extra. Causarum etiam discussiones habeat, & jura causarum de omni placito quod in terra sua evenerit; & omnes consuetudines, sive in Ecclesiasticis, sive in secularibus, tam plenè & liberè sicut ego haberem si essent de meo dominio & mensa. Relaxo etiam & quietos clamo *Raherum* Priorem & præfatam Ecclesiam, & omnes pertinentes ad eam, de Syra & Hundredo, de placitis & querelis & murdris, & scutagio, & geldis & danegeldis, & hydagiis, & sartis, & assisis; & operationibus & fractionibus Castellorum, vel restructione Castrorum seu pontium, de parcis claudendis, de lignis, vel aliis rebus transvehendis, de *ferdwita* & *hengwita*, de *Wardpani*, & *Averpani*; de *blodwite*, & *fiftwite*, & *childwite*, & *Hundredespani*, & *thethinepani*, & de *murthbryche*, & *miſchennige*, & *ſchewinge*, & de *fridſocne*, & *weſtgeiltheof*, & de *wardwithe*, & de *utlewe*, & *forwenge*, & *withfange*. Et sint quieti in omni terra mea de omni theloneo, passagio, & pontagio, & lestagio, & stallagio, & omni seculari servicio in terra & in aqua, & in portubus maris, ita ut nullis graventur oneribus expeditionum, vel occasionibus, vel auxiliis Vicecomitum, vel præpositorum Hundredi, vel pontificalium Ministrorum.

Prohibeo etiam, regiâ authoritate, ne aliquis hominum, sive minister meus, sive alius, in tota terra mea sit molestus *Rahero* Priori, aut præfatæ Ecclesiæ de aliquibus quæ illius sint, neq; se intromittat absq; consensu Prioris vel Fratrum. Clericorum vel laicorum nemo illius loci dominium usurpare præsumat. Confirmo etiam omnia privilegia & donationes & Cartas vel quas habet, vel quas habitura est à Regibus, à Pontificibus, vel à quibuscunq; fidelibus, & quæcunq; scriptis vel testimoniis bonorum rememorari & probari poterunt eidem Ecclesiæ justè concessa vel adquisita, nullus ex his subtrahere aut disperdere qualibet occasione, calumpnia, judicio, aut potestate præsumat.

Post obitum verò *Raheri* Prioris, ex eadem congregatione eligatur Prior, qui dignus sit: aliorsum autem nullus eligatur exactione, sive Pontificum, sive Principum, nisi manifestis criminibus accusantibus, inibi aliquis qui tali officio dignus sit fungi nequiverit inveniri: quod si evenerit, quod absit, potestatem habeant de alio loco & familiari loco Priorem eligendi. Possessiones verò, quæ ibi à quibuscunq; donatæ fuerint vel emptæ, sine consensu Capituli ab Ecclesia seperatæ, vel ad parvum servicium redactæ, nostro regali privilegio & auctoritate revocentur, & Regum munimine locus ille perpetuò tueatur. Ipseq; Prior soli Regi serviens, commissum sibi gregem, spirituali & temporali pastu habundanter foveat. Do etiam meam firmam pacem advenientibus ad Feriam quæ solet ad festum beati *Bartholomæi* in loco illo frequentari, & indè redeuntibus; & præcipio ne aliquis regalium ministrorum eos in placitum mittat, vel sine consensu Canonicorum, in illo triduo; scil. in vigilia ipsius festi, & ipso die & sequenti, ab adventantibus consuetudines exigat. Hanc autem Ecclesiam sciat omnis populus tocius regni mei, ita me manutenere & defendere, quemadmodum Coronam meam: Quod si quis huic nostro regali privilegio in aliquo contraire præsumpserit; vel Priorem, Canonicos, Clericos, Laicosve ipsius loci offenderit, ipse & omnes sui, & omnia quæ habet in jus regale deveniant.

Hæc autem omnia præfatæ Ecclesiæ imperpetuum concessi, pro amore Dei & salute meâ & hæredum meorum, & pro animabus antecessorum meorum: adjuro igitur omnes hæredes & successores meos, in nomine S. *Trinitatis*, ut hunc sacrum locum Regia auctoritate manuteneant & defendant, & libertates à me sibi concessas concedant & confirment. Hujus autem meæ concessionis testes sunt *Henricus* Episcopus *Wintoniæ*; *Rogerius* Episcopus *Saleſburiæ*, *Bernardus* Episcopus de S. *Davide*; *Galfridus* Cancellarius, *Stephanus* Comes *Moritoniæ*, *Willielmus* de *Albini*, Brito, *Albericus* de *Vere*, *Ricardus* de *Belfar*, *Milo* de *Gloeceſtria*, *Paganus* filius *Johannis*, *Robertus* de *Curci*, *Hugo Bigot*, & alii plures Barones Regni mei. Hanc autem Cartam feci, & confirmari præcepi apud *Weſtmonaſterium* anno dominicæ incarnationis *MCxxxiii*. Regni autem mei anno *xxxiii*.

Breve Regis Edwardi *tertii pro exoneratione ejuſdem de* Decimis & Quintisdecimis.

REX Thesaurario & Baronibus suis de Scaccario, salutem. Monstraverunt nobis dilecti nobis in Christo Magister, Fratres & Sorores Hospitalis S. *Bartholomæi* in Smythefeld *London.* per petitionem suam coram nobis & consilio nostro in Parliamento nostro apud *Weſtm.* ultimo tento exhibitam; ut cum Hospitale prædictum ad omnes pauperes infirmos ad idem Hospitale confluentes, quousq; de infirmitatibus suis convaluerint; ac mulieres pregnantes quousq; de puerperio surrexerint: necnon ad omnes pueros de eisdem mulieribus genitos, usq; septennium, si dictæ mulieres infra Hospitale prædictum decesserint: Ac etiam ad diversas Cantarias & alias elemosinas sustentandas & inveniendas fundatum existat: quod quidem Hospitale de terris, redditibus & aliis possessionibus, ita exile dotatum existit, quod bona ejusdem ad sustentationem dictorum Magistri, Fratrum & Sororum, & aliorum onerum prædictorum supportandorum retroactis temporibus minimè sufficiebant; sicq; dicti Magister, Fratres & Sorores, de *Decimis*, *Quintisdecimis*, *Novis Levis*, *Auxiliis* & aliis oneribus Domino *E.* quondam Regi *Angliæ* avo; & Domino *E.* nuper *Angliæ* patri, Regi, nostris, ac nobis per Communitatem Regni *Angliæ* concessis, ad Scaccarium prædictum quieti fuerint & exonerati; sicut per certificationem per vos de mandato nostro factam, & in Cancellaria nostra retornatam est compertum. Et Clauſ. 26. E. 3. m. 28.

licet nuper per Breve nostrum mandaverimus taxatoribus & Collectoribus *Decima* & *Quintadecima* hujusmodi de bonis Hospitalis illius in Com. prædictis faciendis, supersederent omnino; vos tamen mandatum nostrum prædictum minimè ponderantes, dictos taxatores & Collectores super Compotum suum ad idem Scaccarium redditum, de summa dictum Hospitale de *Decima* & *Quintadecima* prædictis contingente, hucusqs exonerare distulistis & ipsos Magistrum & Fratres & Sorores pro eadem summa, nobis ea occasione solvenda, per summonitionem Scaccarii prædicti graviter distringi & inquietari fecistis (&c.) Vobis mandamus quod exactionem eisdem Magistro, Fratribus & Sororibus, pro *Decima* & *Quintadecima* prædictis, ab eis ad opus nostrum per vos factæ, supersederi, & tam ipsos quam præfatos taxatores & Collectores, indè ex causa prædicta exonerari & quietos esse faciatis. T. Rege apud *West.* xiii. die *Martii.*

HOSPITALE

S. Innocentium *juxta Civitatem* Lincoln.

De Fundatione & dotatione ejusdem.

Inter Brevia R. & Records de temp. Regis Edw. tertii (bund 2. n. 6.)

JUratores dicunt super Sacramentum suum, quod Hospitale Sanctorum *Innocentium* extra *Lincolniam*, fuit fundatum per dominum *Henricum* regem quondam primum *Angliæ*, post conquestum, ut patet per Cartam dicti Domini Regis & per Cartas aliorum Regum. Et dicunt, quod dominus Rex fundavit dictum Hospitale super decem leprosis, cum uno Custode & duobus Capellanis celebrantibus pro animabus Regum & Reginarum, filiis & filiarum, & animabus omnium fidelium defunctorum. Et fundavit in dicto Hospitali unum Clericum ad ministrandum in Ecclesia ejusdem Hospitalis. Et dicunt quod dicti leprosi erunt de ejectibus Civitatis *Lincolniæ*, ex donatione Domini Regis *Angliæ*, vel ex præsentatione Majoris & aliorum bonorum hominum dictæ Civitatis. Et idem dominus *H.* Rex dedit in puram & perpetuam elemosinam ad prædictum Hospitale, & ad sustentationem dictorum leprosorum, Custodum, Capellanorum, & Clerici, tresdecem libras annui redditus exeuntes de Manerio de Nettelham, & *xx.* s. redditus exeuntes de diversis tenementis in *Lincolnia*. Dicunt etiam, quod Comes *Ranulphus* dedit idem Hospitali *xxxiii.* s. & *iiii.* d. redditus, percipiendas de molendino de Bracebrig, juxta *Lincolniam*.

Dicunt etiam, quod Hospitale prædictum habet in villa & campis de Braunstone, duas bovatas terræ, duas acras prati, & duas solidatas annui redditus, cum pertinentiis, quæ valent per annum *xx.* s. Dicunt etiam quod dictum Hospitale sayitum est de decem acris terræ cum pertinentiis in Canewyk, quæ valent per annum *x.* s. Et habent de Coragiis diversis adjacentibus circa Hospitale prædictum, quæ valent per annum *xx.* s. Habent etiam in Campis *Lincolniæ* quandam portionem decimarum, quam vendunt per annum pro *Lx.* solidis. Item habent in Asketby juxta Horncastre, & in Folcthby unam carucatam terræ, & *xx.* solidos annui redditus; quæ terra valet per annum *Lx.* solid.; & septemdecem solidos redditus in Folcthby: Et habent in Holme in parochia de Botenesford duas solidatas redditus. Item habent in diversis partibus de Lindesey octodecem solidos & duas denariatas annui redditus. Item habent in Newark *xx.* d. redditus; Et consueverunt habere in Algerkyrke, in Holand *x.* s. redditus, quæ eis injustè detinentur. Item percipiunt annuatim de Magistro de Walteby *vi.* s. *viii.* d. pro sepultura suspensorum apud Canewyke, quorum nomina scripta sunt in libro fraternitatis S. *Johannis Baptistæ*. Item percipiunt annuatim pro Indulgentiis suis, & aliis diversis oblationibus *xxx.* s.

Et dicunt dicti Juratores, quod nunc sunt in dicto Hospitali novem Fratres & Sorores; quorum unus est leprosus, & non intuitu caritatis fuit receptus, sed pro quadam summa pecuniæ *C.* sol. quam dedit Custodi pro introitu suo, tempore *Simonis* de *Barlinges*, contra primam fundationem dicti Domini *H.* Regis. Item sunt ibidem septem mulieres, se habentes tanquam Sorores, contra primam Fundationem Domini Regis *H.* prædicti, quæ non intraverunt per viam rectam, sed per viam pecuniæ, tempore dicti *Simonis* Custodis (&c.)

Carta Regis Henrici *secundi, Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

H. Dei gratia Rex *Angliæ* & Dux *Norm.* *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis me concessisse & præsenti Cartâ confirmâsse Leprosis Hospitalis *Linc.* unam carucatam terræ in *Norcota* in soca de Horncastre, ex dono meo; & *xiii.* libras argenti, ex dono Regis *Henrici* avi mei, de redditu Ecclesiæ *Linc.*; & omnia subsequentia quæ eis rationabiliter donantur; scilicet ex dono *Willielmi* filii *Fulconis* furnum unum, cum pertinentiis suis, & terram *Everardi* de *Hundegata* in Civitate *Linc.* Et ex dono Comitis *Randulphi Cestr.* duas marcas argenti, & dimid. de molendinis de Bracebrig, & redditus quos habent de terra *Ricardi* filii *Outi*; & redditum quem habent ex dono *Willielmi* de *Fulnetebi*; & ex dono fratris *Alani* filii *Elfi* quinq; solidos per annum de mansione sua in parochia S. *Cuthberti* in *Linc.* Et ex dono Ma-

Pat. 8 H. 4. p. 1. m. 23. per Inspex.

Magistri *Malgeri* de *Neuarch* duas mansiones in *Neuarch*, extra portam orientalem; & omnia alia, quæ eis rationabiliter data fuerunt, cum omnibus pertinentiis suis, in pratis & pasturis, in aquis & molendinis (&c.) benè & in pace (&c.) sicut Cartæ donatorum testantur. T. R. Archiepisc. *Eborac.* (&c.) apud Nottingham.

Carta Regis Henrici *sexti pro tribus Leprosis ex nominatione sua & successorum suorum in eodem Hospitali recipiendis.*

Pat. 35. H 6 p. 2. m 9.

Et Pat 1. E 4. p. 4. m. 8.

REX (&c.) Monstraverunt nobis dilecti servientes, familiares Hospicii nostri, qualiter plures de servientibus familiaribus ejusdem Hospicii, ante hæc tempora multotiens lepra percussi fuerint; & jam aliqui de eodem Hospicio leprâ percussi existunt, & in futurum aliquos existere formidant, quod absit, & nullum locum certum pro eorum relevamine & succursu habuerunt, nec habent de præsenti, ut accepimus, in ipsorum servientum familiarium ploracionem & detrimentum manifestâ, nisi per nos in hac parte succurretur eisdem: Ac qualiter *Johannes London*, unus Clericorum Capellæ nostræ, habeat & teneat pro termino vitæ suæ, ex concessione nostra, per literas nostras patentes, Hospitale Sanctorum *Innocentium*, vocatum Mallartry, extra suburbia Civitatis *Lincolniæ* in Comitatu *Lincolniæ*, unà cum omnibus & singulis suis juribus & pertinentiis quibuscunq; prout in eisdem literis nostris Patentibus, inde confectis plenius continetur. Jamq; præfati servientes familiares nobis supplicaverunt, ut dictum Hospitale Sanctorum *Innocentium*, dilecto nobis in Christo *Willielmo Sutton*, Magistro Ordinis de Burton S. *Lazari Jerusalem* in *Anglia*, Custodi Hospitalis S. *Egidii* Leprosorum extra *London*. & Fratribus suis Ordinis prædicti, & successoribus suis, pro relevamine & succursu hujusmodi servientium familiariorum nostrorum, qui imposterum leprâ percussi contigerint in dicto Hospitali S. *Egidii*, sive in dicto Hospitali Sanctorum *Innocentium*, habendum in forma subsequenti, concedere dignaremur: Nos supplicationi suæ prædictæ favorabiliter inclinati, pro relevamine & succursu hujusmodi Leprosorum servientium familiarium nostrorum, jam existentium, & imposterum contingentium in Hospitalibus prædictis, seu eorum altero habendo; ac ad exorandum pro bono statu nostro & præcarissimæ consortis nostræ *Margaretæ* Reginæ *Angliæ*, dum vixerimus; & pro animabus nostris cum ab hac luce migraverimus; & pro animabus nobilium progenitorum nostrorum, quondam Regum *Angl.* necnon ad internam affectionem, quam ad S. *Lazarum* gerimus & habemus, de gratia nostra speciali concessimus præfato Magistro & Fratribus & successoribus suis prædictis, quod dictum Hospitale S. *Innocentium*, cum omnibus terris, tenementis, redditibus & serviciis eidem Hospitale *Sanctorum Innocentium* aliquo modo spectantibus, simul cum omnibus & singulis suis juribus, proficuis, commoditatibus, libertatibus, Franchesiis & aliis pertinentiis quibuscunq; quod immediatè post mortem, sive decessum prædicti *Johannis*, vel quocunq; alio modo seu modo, ad nos reverti seu remanere deberent, eisdem Magistro & Fratribus & successoribus suis integrè remanerent; habendum & tenendum idem Hospitale S. *Innocentium* cum omnibus terris, tenementis, redditibus, & serviciis prædictis, simul cum suis juribus, proficuis (&c.) quibuscunq; præfatis Magistro & Fratribus & successoribus suis in perpetuum; ad inde inveniendum & sustentandum annuatim imperpetuum, tres Leprosos de servientibus familiaribus nostris, hæredum & successorum nostrorum, per nos hæredes & successores nostros prædictos præfatis Magistro & successoribus suis, per literas nostras, hæredum & successorum nostrorum prædictorum patentes, sub magno sigillo nostro, hæredum & successorum nostrorum conficiendas, simul vel separatim, quociens opus fuerit nominandos, si tot vel pauciores Leprosos de hujusmodi servientibus familiaribus infra hospicium nostrum prædictum inveniri possunt.

Et si contingat in futurum; quod tres vel duo Leprosi, aut unus Leprosus de servientibus familiaribus nostris, hæredum & successorum nostrorum prædictorum, infra Hospicium nostrum, seu de Hospicio nostro inveniri non poterit; tunc nos hæredes & successores nostri tres Leprosos de tenentibus nostris, hæredum & successorum nostrorum, aut tot Leprosos de tenentibus illis, quot de numero illorum trium Leprosorum de servientibus familiaribus nostris, hæredum & successorum nostrorum prædictorum de Hospicio nostro pro tempore defecerint, præfato Magistro & successoribus suis, prout casus exiget, in forma prædicta nominabimus; ita semper, quod prædicti Magister & Fratres & successores sui, nisi cum tribus Leprosis hujusmodi tantum simul & semel aliquo modo onerentur, ac sustentando & supportando omnia alia onera in dicto Hospitali *Sanctorum Innocentium* ab antiquo debita & consueta: Ac etiam reddendo nobis, post decessum prædicti *Johannis Lond. xx. s.* inde annuatim ad Scaccarium nostrum, pro omnibus serviciis, exactionibus & demandis, Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, non obstante (&c.) In cujus (&c.) T. Rege apud *West. xxviii.* die *Januarii.*

HOSI

HOSPITALE
de Illeford *in agro* Essexiensi.

Ordinatio regiminis ejusdem per Radulphum *de* Baldok Londonien sem *Episcopum.*

Ex ipso autogr. in bibl. *Harleiana.*

UNiversis Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, præsentes literas visuris, *Radulphus* permissione divina Episcopus *Londoniensis*, salutem in omnium salvatore. Licèt ex debito nostri officii pastoralis, cunctis quos ordinaria potestas nobis facit esse subjectos, quociens ipsos nostra provisione conspicimus indigere, cupiamus paternâ promtitudine, de remediis oportunis, prout nobis est possibile, providere: Ad providendum tamen illis nostris subditis, qui propter suorum corporum imbecillitatem nequeant se juvare, & quos collabi in rebus cernimus & personis, animo assurgimus promptiori: Comperto igitur in visitatione, quam in Hospitali de Illeford nostræ diocesis excercuimus, ordinario nostro jure, quod nedum numerus tresdecem Fratrum Leprosorum, duorum Capellanorum & unius Clerici, pia largitione fidelium deputatâ, in usus alios, absq; auctoritate in ea parte de jure requisita, dampnabiliter sunt conversa, ac quædam contra dicti Hospitalis Fundationem, circa res & personas temerè immutata; ad honorem Domini nostri *Jesu Christi*, & gloriosissimæ *Mariæ* matris suæ, & Sancti *Erkenewaldi*, omniumq; Sanctorum, ut dictum Hospitale reducatur ad suum statum debitum & primævum; sicq; reductum perpetuis futuris temporibus utiliùs gubernetur, hæc omnia quæ sequuntur, de consensu & assensu dilectorum nobis in Christo *Matildis* de *Montacuto* Abbatissæ, & Conventus de Berkyng, dictæ nostræ diocæsis, de quorum Fundatione dictum Hospitale exitit, ac Magistri & Fratrum Hospitalis prædicti, ad subscripta primitùs, juxta juris exigentiam vocatorum, duximus statuenda.

Inprimis statuimus, decernimus, ac etiam ordinamus, ut dictus statutus numerus tresdecem Fratrum Leprosorum, quam diu bona dicti Hospitalis pro tot Fratribus sufficere poterint, inviolabiliter observetur; & ut hoc effectui citiùs demandetur, statuimus & decernimus, ut decedente vel cedente Fratre non Leproso, aut corrodario dicti Hospitalis, loco ipsius Fratris vel Corrodarii decedentis vel cedentis, quam citiùs fieri poterit. Leprosus de Berkyng prædicta, si talis inibi idoneus existat, aliàs in de loco alio dominii seu dominici dictorum Abbatissæ & Conventus, aut ibidem nullo tali existente, aliundè undecunque fuerit subrogetur, & in forma inferiùs declaranda recipiatur in Fratrem Hospitalis prædicti, donec dictus numerus fuerit adimpletus. Idemq; Fratribus Leprosis dicti Hospitalis decedentibus vel cedentibus, volumus & præcipimus observari. Ad hæc statuimus, ut decedente vel cedente Fratre Leproso, aut alio Fratre seu Corrodario dicti Hospitalis, à die decessus vel cessionis hujusmodi, quicquid hujusmodi decedens, vel cedens, si viveret, seu Frater aut corrodarius permaneret, de dicto Hospitali perciperet, usq; ad receptionem novi Fratris Leprosi, pauperibus, per Magistros Hospitalis prædicti integraliter erogetur, & in usus alios nullatenus convertendum.

Circa receptionem verò & admissionem hujusmodi Fratrum Leprosorum, modum usitatum ab antiquo; viz. ut unus Leprosus per Abbatissam dicti Monasterii, quæ pro tempore fuerit: alius verò per Magistrum & Fratres dicti Hospitalis, ad voluntatem tamen dictæ Abbatissæ, alternis vicibus substituatur in Hospitali prædicto quicquam nolumus innovare. Item, cum ea quæ ad certum usum largitione sunt destinata fidelium, ad illum debeant & non ad alium, salvâ sedis Apostolicæ auctoritate, converti; hac constitutione perpetuò inhibemus, ne unquam ab hac horâ in antea de bonis dicti Hospitalis alicui pensio census, aut corrodium ad vitam vel ad tempus, ob meritum, seu propter obsequium, aut quocunq; alio colore directè vel indirectè aliqualiter concedatur, seu alienetur res immobilis ad Hospitale pertinens memoratum, absq; causa & auctoritate in hac parte requisitis de jure; & ut hæc præmissa nostra prohibitio imperpetuum firmiter observetur, statuimus, & decernimus ut singuli Fratres Leprosi, in admissione sua jurent ad Sancta Dei Evangelia, quod nunquam directè vel indirectè facient, procurabunt aut consentient, quod alicui de bonis dicti Hospitalis ex causa quacunq;, seu colore quocunq;, census, corrodium aut pensio concedatur, aut alienentur dicti Hospitalis res immobiles quoquo modo, absq; causa & auctoritate in hac parte requisitis de jure; sed quociens inter eos de hujusmodi concessione vel alienatione locutum fuerit aut tractatum, constanter, pro totis viribus contradicent. Et nichilominus volumus & statuimus, quod omnes, qui hujusmodi concessioni vel alienationi consensum auxilium præbuerint, vel favorem, ex hoc majoris Excommunicationis sententiæ subjaceant ipso facto.

Cum vir & uxor, una caro per conjugalem copulam sint efferti; nec una pars converti possit ad dominum & altera in seculo remanere, imitantes sacros Canones prohibemus, ne Leprosus uxoratus, nisi uxor sua ad religionem transierit, aut ejus ætatis fuerit, ut sine suspitione incontinentiæ valeat in seculo remanere, & tunc perpetuam voverit castitatem, unquam in dicto Hospitali recipiatur in Fratrem, præsertim cum & si virum sive uxorem Leprosum fieri contingat; & infirmus à sano carnale debitum exigat, juxta generale præceptum Apostoli *quod exigitur est solvendum.*

Item statuimus, quod dicti Leprosi ad Ecclesiam

clesiam eorum pro divino officio ibi audiendo, nisi gravi Corporis infirmitate fuerint impediti, accedere non omittant; silentium ibidem teneant, *Matutinas* horas & Missam audiant complete; si poterint; & dum ibidem existunt orationi & devotioni, in quantum eorum infirmitas patitur, sint intenti. Volumus etiam & statuimus, quod sicut fuit in dicto Hospitali antiquitus ordinatum, quilibet Frater Leprosus dicat singulis diebus, loco Matutinalis officii, tredecem vicibus *Pater noster* & *Ave Maria*, & pro singulis aliis horis dicti, *v. z. Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, Vesperarum* & *Completorii* septies *Pater noster* & *Ave Maria*: Et nichilominus quilibet eorum dicat singulis diebus, pro fundatoribus suis & Episcopo loci ac cunctis benefactoribus suis & omnibus aliis fidelibus, vivis & defunctis, præter præmissas orationes, triginta vicibus *Pater noster* & *Ave Maria*. Dicat insuper quilibet Frater Leprosus in die quo aliquis eorum migraverit ab hac luce, pro anima hujusmodi defuncti, & animabus omnium fidelium defunctorum, ter quinquagintа *Pater noster* & *Ave Maria*. Si quis verò in præmissis, vel eorum aliquo transgressus fuerit manifestus, pro hujusmodi transgressione per Magistrum dicti Hospitalis, qui alias Prior nuncupatus, juxta facti qualitatem debitè puniatur. Si verò frater Leprosus occultè deliquerit in præmissis, in foro pœnitentiali proprium dicti Hospitalis consulat sacerdotem.

Item cum in dicto Hospitali debeant esse duo Sacerdotes & unus Clericus, qui eis deservire debeat in divinis, quibus providebitur de bonis communibus Hospitalis prædicti, prout in quadam Indentura inter *Mabiliam*, dudum Abbatissam, & Conventum Monasterii supradicti, & Fratres infirmos dicti Hospitalis, auctoritate bonæ memoriæ *Willielmi* nostri prædecessoris confecta, & aliis instrumentis vidimus plenius contineri, dicta Indenturam & instrumenta, quoad dictos Capellanos & Clericum & eorum admissionem & amotionem, & cætera contenta in eisdem Indentura & instrumentis, volumus per omnia in suo robore permanere; adjicientes, ne Fratres Leprosi habeant materiam evagandi, cùm ipsorum conversatio sanis periculosa existat, & etiam scandalosa, ut Capellanus eorum confessiones ipsorum audiendi, & eosdem absolvendi etiam in casibus nobis de jure specialiter reservatis, & eisdem de suis peccatis confessis & contritis, pro suis excessibus imponendi pœnitentias salutares; necnon ministrandi Sacramentum Eukaristiæ & unctionis extremæ, ex hac nostra constitutione plenam habeat potestatem. Habeant etiam ipsi Fratres Leprosi, de se ipsis duntaxat apud se liberam Sepulturam.

Item ordinamus, quod dicti Leprosi seorsim à Capellanis & Clerico supradictis, in quantum eorundem Leprosorum infirmitas patitur, dormiant & comedant in communi, quod in dictis Capellanis statim cum ad hoc domus competens fuerit ordinata, præcipimus firmiter observari. Quia ex accessu multitudinum nascuntur scandala, & sed etiam animarum pericula possunt probabiliter formidari, inhibemus ne dictum Hospitale, præter Ecclesiam ejusdem, quovis modo intret præter Abbatissam Monasterii suprædicti, & Moniales secum venientes, necnon matrem, amicam, consanguineam, vel sororem aliorum ejus Fratrum vel Capellanorum prædictorum; vel lotricem communem Fratrum vel Capellanorum prædictorum, aut aliam mulierem, de quâ propter ipsius status honestatem bona præsumptio habeatur, aliqualiter ingredi permittatur: nec ingressum habeat hujusmodi mater, amica, consanguinea, vel soror, nisi causa videndi infirmum; vel si lotrix fuerit, ad suum officium exequendum: In præmissis verò casibus prædictæ mulieres, de clarâ horâ dicti ingrediantur, morentur, & egrediantur, ut de earum accessu, morâ & regressu, nullum sinistrum valeat verisimiliter suspicari.

Cum detractio pacificorum animos inquietet, Fratres Leprosi dicti Hospitalis, Capellanis ejusdem, vel iidem Capellani dictis Leprosis detractare non præsumant; linguas suas in susurrum non relaxent; sed se mutuò fraternâ dilectione in verâ caritate studeant pertractare.

Item, cum hi qui lepræ maculâ sunt respersi, debeant de consuetudine à communione hominum segregari; inhibendo statuimus, quod Fratres Leprosi clausurum interiorem vel portas exteriores absq; licentiâ Magistri dicti Hospitalis, qui Prior dicitur, vel alterius Magistri supervisoris, non exeant quo modo; quam licentiam non concedat aliquis Magistrorum prædictorum, nisi causa talis exprimatur eidem, quæ ipsum ad hujusmodi licentiam concedendam meritò inducere debeat & movere.

Item ordinamus & statuimus, quod in singulis septimanis fiat Capitulum per Magistrum Leprosum & suos Fratres, in quo ipsorum Capellanus, ut more solito, preces dicat, volumus interesse: qui quidem Capellanus, precibus finitis recedat, ut in ipsius absentiâ dictus Magister Leprosus, Fratrum suorum excessus puniat & corrigat competenter.

Item, cum in dictâ Indenturâ, cui non intendimus derogare, inter alia caveatur, quod Abbatissa dicti Monasterii, quæ pro tempore fuerit, constituet in prædicto Hospitali unum Clericum vel laicum pro negotiis ipsius Hospitalis utiliter ordinandis dictis Fratribus in Magistrum, statuimus & decernimus, ut Abbatissa dicti Monasterii, quæ pro tempore fuerit, Magistrum secularem dicto Hospitali præficere teneatur, virum utique providum & discretum, ac boni testimonii, qui sciat, velit & valeat dictum Hospitale & ipsius jura & bona utiliter regere; quodq; velit redditus & proventus dicti Hospitalis in usus debitos dispensare verisimiliter præsumatur. Statuimus etiam, quod dictus Magister secularis, ac etiam Magister Leprosus, dicti Hospitalis, statim post suam

præfectionem, antequam ceperint bona dicti Hospitalis aliqualiter ministrare, juramentum faciant corporale, quod de cunctis bonis dicti Hospitalis, Inventarium fidele conficient, bona prædicta ad usum dictorum Fratrum Leprosorum, & commodum dicti Hospitalis fideliter ministrabunt Abbatissæ dicti Monasterii, quæ est & erit, seu vacante dicto Monasterio ipsius Priorissæ & Conventui; aut si dicto Monasterio vacante Priorissa non fuerit, dicto Conventui, vel alicui alii, quem ad hoc Abbatissa dicti Monasterii, vel ipso Monasterio vacante, ejusdem Priorissa & Conventus, aut tunc Priorissâ non existente, dictus Conventus voluerit vel voluerint deputare, de administratione suâ plenam reddent annis singulis rationem: per præmissam tamen annationem juri nostro ordinario nullum volumus præjudicium generari: Si quis verò de dictis Magistris de bonis dicti Hospitalis, postquam præfecti fuerint, ut præfertur, antedicti Juramenti præstationem, se intromittere præsumpserit quoquomodo, ipsum pro tantæ temeritatis excessu, majoris Excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto.

Item ut præmissa omnia prompciùs observentur, ordinamus & statuimus, ut quilibet Frater Leprosus, in limine receptionis suæ in Fratrem, professionem faciat subsequentem. *Ego* N. *Frater Leprosus Hospitalis de* Illeford, *promitto Deo & beatissimæ Mariæ matri suæ, & omnibus Sanctis, & nihilominus juro ad hæc Sancta Evangelia, quod castus ero; necnon Abbatissæ* N. *Monasterii de* Berkyng, *& ejusdem loci Conventui obediens & fidelis, nichil proprium possidebo, nunquam consentiam aut præstabo consilium vel favorem, ut aliquis alius quam Leprosus in Fratrem dicti Hospitalis de cætero admittatur, aut quod res immobiles dicti Hospitalis alienetur, vel quod alicui ob meritum, seu propter obsequium de bonis dicti Hospitalis census corrodium vel pensio, ad tempus vel ad vitam aliqualiter concedatur, aut quod minuatur Leprosorum seu Capellanorum numerus antedictus, dum bona dicti Hospitalis ad eorum sustentationem sufficere poterunt; sed quotiens de præmissis, vel eorum aliquo locutum mihi fuerit, pro totis viribus reclamabo præmissa, & subscripta Ordinationes & Statuta, & alias antiquas observantias, præmissis & subsequentibus non contrarias, quatenus in me est, firmiter observabo; & sic faciam, prout ad me pertinet ab aliis observari, sic Deus me adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.*

Si Magister Leprosus, vel Magister secularis dicti Hospitalis, aut aliquis de fratribus Leprosis prædictis, notam perjurii, aut Excommunicationis sententiam incurrerit, occasione non præstiti juramenti, de inventario faciendo, ac fideli administratione & ratiocinio exindè reddendo, aut occasione minus fidelis administrationis; seu pro eo quod alienationi rei immobilis, aut concessioni census, corrodii, vel pensionis consenserit, aut consilium præstiterit, vel favorem administrationivè bonorum dicti Hospitalis ante præstationem dicti juramenti, quæ superiùs prohibentur, se ingesserit quoquo modo, ipsius absolutionem in foro pœnitentiali & dicti perjurii punitionem in foro judiciali, nobis & successoribus nostris specialiter reservamus, potestate Capellano dictorum leprosorum in foro pœnitentiali in suis casibus superiùs attributâ, in suo robore nichilominus duraturâ.

Et ne se Fratres Leprosi, vel Sacerdotes dicti Hospitalis, ab observatione præmissorum, sub colore ignorantiæ valeant impositerum excusare, statuimus & etiam ordinamus, ut præmissa nostra Statuta omnia & singula, quater annis singulis coram Magistris, Fratribus & Capellanis dicti Hospitalis, distinctè & apertè legantur, & exponantur etiam in vulgari, ut ipsorum quilibet scire valeat manifestè, quæ & qualia debeat observare. Et nichilominus, ad perpetuam memoriam præmissorum, volumus & præcipimus, quod præmissa omnia, in formâ subscriptâ, in tribus orginalibus conscribantur; quorum unum penès dictam Abbatissam & Conventum; secundum penès dictos Magistrum & Fratres in dicto Hospitali; & tertium in Thesaurariâ Ecclesiæ nostræ cathedralis perpetuò maneant custodita. In quorum omnium testimonium præsentes literas Sigilli nostri appensione fecimus communiri. Datum in Capellâ Hospitalis prædicti, quarto die *Decembris*. Anno Domini *MCCC xlvi*, & consecrationis nostræ, septimo.

HOSPITALE
S. Petri, *in Civitate* Eboraci.

Carta Regis Edwardi *primi donatorum concessiones recitans & confirmans.*

REx (&c.) Inspeximus Cartam, quam Dominus *H.* quondam Rex *Angliæ*, progenitor noster, fecit Hospitali S. *Petri, Ebor.* in hæc verba. *H.* Rex *Anglia*, Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis me concessisse & dedisse, pro salute animæ meæ, & pro animabus omnium antecessorum meorum, Hospitali S. *Petri Ebor.* terras quas ego, & *Eustachius* filius *Johannis*, & *Lambertus* de *Fossigate*, & alii homines mei & Burgenses, eidem Hospitali dederunt, sive daturi sunt, infra Burgum & extra, quicunque eas eis dederit, liberas & quietas ab omnibus geldis & consuetudinibus, cum *soca*, & *soca*, & *thol*, & *them* & *Infangenetheof*; & eisdem terris & omnibus hominibus & rebus ejusdem domus Dei, do & confirmo easdem libertates & consuetudines, per omnia, quas habent Cart. 11. E. 1. n. 20. per Inspex

habent terræ de præbendis Ecclesiæ S. *Petri Ebor.* quæ meliores & liberiores quietancias habent, excepto meo **husganal**, tanto videlicet, quantum eidem mansuræ dederunt, antequam Fratres ejusdem Hospitalis eas habuerunt, ne propter numerum domorum vel hostiorum plus reddant: Et nominatim concedo & do terram in *Usgata*, quam *Johannes Lardenarius* eis dedit, quietam & solutam ab omnibus consuetudinibus & geldis; & etiam **husganet**: Et volo & firmiter præcipio, ut ipsi bene & in pace & honorificè teneant; & prohibeo ne aliquis Ministrorum meorum, invasionem in domos vel terras eorum faciat, ad Nam capiendam, & ad contumeliam faciendam; nec eis quis injustè calumpniet vel implacitet, super decem librarum forisfacturâ: Frater enim & Custos ejusdem Domus Dei sum. Testibus *Thurstino* Archiepiscopo, *Eustachio* filio *Johannis*, & *Gaufrido* filio *Pagani* apud **Nottingham**.

Inspeximus etiam Cartam, quam dominus *Johannes*, quondam Rex *Angliæ*, avus noster, fecit eidem Hospitali, in hæc verba, *Johannes* Dei gratiâ Rex *Angliæ* (&c.) Sciatis me concessisse & confirmâsse Hospitali S. *Petri Ebor.* omnes terras, quas Rex *Henricus*, avus patris nostri, & *Eustachius* filius *Johannis*, & *Lambertus* de *Fossegata*, & alii homines Regis *Henrici*, avi patris nostri, & Burgenses eidem Hospitali dederunt (&c.) Et nominatim concedimus ei terram in *Usgata*, quam *Johannes Lardenarius* ei dedit, quietam & solutam ab omnibus consuetudinibus & geldis, & etiam **Usganel**. Et materiem ad domos suas, & ædificia sua præparanda, & ligna ad ignem suum, & herbam & pasturam pecoribus suis per totam forestam nostram de *Eboraschire*; & quicquid eis necesse fuerit, & ailiamenta sua sine vasto. Quare volumus (&c.) Præterea concedimus ei & confirmamus quicquid ei post mortem Regis *Henrici* avi patris nostri, rationabiliter datum est, *viz.* ex dono *Rogeri* de *Moulbray* totam terram de *Broungarefleota*, cum omnibus pertinentiis suis, in terris & aquis & piscariis, & in omnibus rebus. Ex dono *Roberti Pictavensis* tantum terræ in campis de **Sartone**, quantum est in **Wodehuse**, sicut Carta sua testatur. Ex dono *Wymari* de *Eskelby* unam carucatam terræ, sicut Cartæ donatorum testantur; & prohibemus ne quis forisfaciat Fratribus ejusdem Hospitali, neq; rebus, vel terris, sive hominibus suis; quia nos custodes ejusdem domus Dei sumus, sicut fuerunt *H.* Rex avus patris nostri, & *Henricus* Rex pater noster, sicut Carta ejusdem Regis patris rationabiliter testatur. Testibus, *Turstano Eborum* Archiepiscopo, *G.* filio *Petri* Comite *Essexiæ* (&c.) Data per manus Archidiaconi *Wellensis*, & *Johannis* de *Grey* apud **Woleſoure** *xxx.* die *Martii* Anno Regni nostri primo.

Inspeximus etiam Cartam, quam Dominus *H.* quondam Rex *Angliæ* pater noster fecit eidem Hospitali, in hæc verba. *Henricus* Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hibernia* (&c.) Sciatis, quod suscepimus in specialem protectionem & defensionem nostram Hospitale S. *Leonardi Ebor.* quod est de Fundatione antecessorum nostrorum Regum *Angliæ* (&c.) Præterea concessimus, pro nobis & hæredibus, eisdem Magistro & Fratribus, quod ipsi & successores sui imperpetuum habeant unam travam bladi singulis annis de qualibet carucâ in Comitatibus *Ebor. Cumberlandiæ* & *Lancastriæ*, sine impedimento nostri, vel aliquorum aliorum, sicut eam habere debent, & eam meliùs, pleniùs & liberiùs optinuerunt, & habere consueverunt in eisdem Comitatibus temporibus antecessorum nostrorum Regum *Angliæ*, & nostro, ad sustentationem pauperum in eodem Hospitali degentium. Et prohibemus ne quis eis aliquid indè subtrahat, aut eos super hoc injustè molestet, aut disturbet. In cujus (&c.) Teste meipso apud **Radinges** *viii.* die *Maii*, Anno Regni nostri *xxxix.*

Nos autem, intuitu Dei (&c.) donationes, concessiones, & confirmationem prædictas, ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, eidem Magistro & Fratribus concedimus, & confirmamus (&c.) Data per manum nostram apud **Rotheland** *xxvii.* die *Junii*.

Alia Carta ejusdem Regis Edwardi *primi, donatorum concessiones recitans & confirmans.*

REx (&c.) Inspeximus Cartam, quam celebris memoriæ Dominus *H.* quondam Rex *Angliæ*, progenitor noster fecit Fratribus Hospitalis S. *Petri Ebor.* in hæc verba. *Henricus* Rex *Angliæ* Archiepiscopo, Justiciariis, *Vic.* Baronibus, & omnibus fidelibus suis, *Francis* & *Anglis* de *Eboracscira*, salutem. Sciatis me concessisse, pro Dei amore, & pro animabus patris & matris meæ & aliorum antecessorum meorum, Hospitali S. *Petri* de *Eboraco*, duas carucatas terræ de feodo meo in **Acum**, quietas & solutas ab omnibus geldis, & consuetudinibus. Et præter hoc concedo eidem domui unum toftum in **Dontastre**, de dono *R. Fossard*; Et terras quas *Heremannus Gator* ei dedit; & duas carucatas in *Homelesey*a, de dono *Nigelli* de *Albini*; & unam carucatam in **Hopertone** de dono *Willielmi* de *Arches*; & unam carucatam in **Usebaunne** de dono *Ricardi Mali-Leporarii*. Præterea concedo eidem Hospitali, & Fratribus ibi degentibus, quicquid homines mei eis dare voluerint in elemosinam de feodo suo, intra *Eboracum* & extra. Quare volo (&c.) Testibus, *Turstino* Archiepiscopo, *Alexandro* Episcopo *Lincolniæ*, *Reb.* de *Oili*, apud *Ebor.* Cart. 22. E. 1. n. 18.

Inspeximus etiam Cartam confirmationis, quam *Henricus* Rex, proavus noster, fecit Fratribus Hospitalis prædicti, in hæc verba. *Henricus* Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Justiciariis & Vicecomitibus & Ministris, & omnibus fidelibus suis *Francis* & *Anglis* de *Eboracshira*, salutem. Volo & firmiter præcipio, quod Fratres

de Hospitali S. *Petri* de *Eboraco* habeant & teneant in pace & liberè & quietè, & honorificè & justè, omnes terras quas Barones Regis *Henrici* avi mei, & mei eis in elemosinam dederunt; *viz.* ex dono meo in Wluetuelt quatuor bovatas terræ, & unam de Bagaley; & unam quæ fuit *Colsi*. Et ex dono *Endonis* Vicecomitis totam terram, quæ vocatur Nes, in campis de *Pichals*. Ex dono *Roberti* de *Monastertis* quadraginta acras in campis *Textona*. Ex dono *Roberti* de *Scalteby* dimidiam carucatam terræ in campis ejusdem villæ. Ex dono *Rogeri* de *Monbray* dimidiam carucatam in Baggaby, & duas carucatas in *Heneleseyam*; & Ecclesiæ ejusdem villæ, & terram quam habent apud Wrelebroc, & molendinum de Hunnemannebi, & molendinum de Bulesord. & terras suas quas habent in Donacastre; & omnes alias terras, quæ eis rationabiliter datæ sunt, sive in futurum eis datæ erunt. Et præterea confirmo prædictis Fratribus omnes terras quas habent in Barkol, & duas bovatas terræ in *Steynwenga*; & terram quam habent in Cambor; & terram quam habent in Sheltone; & terram, quam *Alanus* de *Lascelis* dedit eis in Aschaby: Et terram quam habent in Crosebyraveneswart; & terram quam habent in Neuby, quam *Chetellus* filius *Altredi* eis dedit: & duas carucatas terræ in Fartumahebed; & dimidiam carucatam terræ in Pebam; & in Wof duas bovatas terræ, & terram quam habent in *Hotuna*; & ita benè & in pace & liberè (&c.) quod nullus eis indè injuriam vel contumeliam faciat; quia ipsi Fratres & omnes terræ & res & possessiones suæ sunt in meâ propriâ manu & custodiâ. Testibus *Willielmo* filio *Johannis*; & *Henrico* filio *Geroldi* apud *Eborcum*.

Inspeximus etiam Cartam confirmationis, quam idem *Henricus* proavus noster fecit prædicto Hospitali in hæc verba. *Henricus* (&c.) Sciatis me concessisse, & præsenti Cartâ meâ confirmâsse Hospitali S. *Petri Ebor.* subscriptas rationabiles donationes sibi factas, & Cartis donatorum confirmatas; ex dono *Walteri Fagemulf* Ecclesiam S. *Mariæ*, & Ecclesiam S. *Margaretæ* de Walmegate, in *Eboraco*, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Willielmi Fossard* molendina de Warhum. Ex dono *Willielmi* filii *Willielmi*, filii *Gilberti* de *Lancastre*, grangiam de Dothhere, cum pertinentiis suis; Quare volo (&c.) Testibus *H. Dunelm. J. Norwicensi, W. Wigorn.* Episcopis (&c.) apud *Wyntoniam*.

Inspeximus etiam Cartam, quam *Willielmus* filius *Willielmi* de *Fortibus* Comes *Albemarliæ*, fecit Deo & pauperibus Hospitalis prædicti, in hæc verba. Universis Christi fidelibus hoc scriptum visuris vel audituris, *Willielmus* filius *Willielmi* de *Fortibus*, Comes *Albemarliæ*, salutem. Noveritis nos concessisse, & caritativè confirmâsse Deo & pauperibus Hospitalis S. *Petri Eboraci* unum toftum unius acræ terræ in villâ de Bedone, quod habent ex donatione Domini *Willielmi* le *Gros*, Comitis *Albemarliæ*, antecessoris nostri, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, sicut Carta ejusdem *Willielmi*, quam indè habent, testatur. Concessimus etiam & confirmavimus, pro nobis & hæredibus nostris, eisdem pauperibus & hominibus suis, ut quinq; tenentibus eorundem & eorum successoribus in illâ acrâ terræ manentibus, licèt quinq; fuerunt mercatores, mercaturam, seu quodcunq; opus artificiale, per se vel per servientes suos, infra dictam acram terræ, vel extra, excercentes, dummodo ipsa Catalla sint propria dictorum quinq; tenentium; ut liberi sint & quieti, ac immunes ab omnibus & omnimodis geldis, auxiliis, theoloneis (&c.) ad dictam villam de *Bedona* pertinentibus (&c.) Hiis testibus, Domino *Gilberto* de *Halteclo*, Domino *Willielmo* de *Thorne*, Domino *Ada* de S. *Martino* (&c.)

Inspeximus Cartam, quam *Conanus* filius *Elvæ* fecit Deo & pauperibus Hospitalis prædicti, in hæc verba. *Conanus* filius *Elyæ*, omnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis salutem. Notum sit vobis me dedisse (&c.) Deo & pauperibus Hospitalis S. *Petri Ebor.* in puram & perpetuam elemosinam, omnem nonam garbam de toto dominio meo de Cutune & de Wozneby: Dictam autem nonam garbam dabimus ego & hæredes mei in perpetuum, tam in frussuris, quæ de novo fiunt, & in frussuris, quæ de cætero fiunt, quam in aliis terris dominii mei priùs cultis, de villis dictis, scilicet Cutune & Wozneby. Et præterea dedi unum toftum in Cutune, ubi elemosina mea congregari possit ad opus pauperum prædictorum. Concessi etiam & dedi imperpetuum eisdem pauperibus, omnem nonum caseum de illis caseis, quæ fient in domo meâ in Cutune & Wozneby: Et si fortè contigerit, quod ego vel hæredes mei dominium meum ad firmam dederimus, usq; ad certum terminum, vel imperpetuum tenendum, e jusdem dominii possessores, omnes præfatas elemosinas reddent præfatis pauperibus absq; omni retenemento. (&c.) Hiis Testibus, *Roaldo Constabulario*, *Henrico* de *Nova villa*, *Rogero* de *Lacelis*, *Philippo* filio *Johannis*, *Willielmo* de *Lacelis*, *Alano* filio *Briani*, *Hamone* de *Stodhawe* (&c.)

Inspeximus etiam Cartam, quam *Alanus* de *Perceyo* fecit pauperibus Hospitalis prædicti in hæc verba. *Alanus* de *Perceyo*, omnibus hominibus suis & amicis, & omnibus fidelibus Christi salutem. Sciatis, quod concessi & dedi imperpetuum pauperibus Hospitalis S. *Petri Ebor.* molere totum bladum suum sine omni multurâ ad mea molendina, quæ sunt ad *pontem Belli*, pro salute animæ meæ (&c.) Quare volo (&c.) Testibus *Roberto* filio *Fulconis*, & *Johanne Arundell*, & *Baynardo* dapifero, & *Gilberto* de *Arches*, & *Goselino* filio *Odonis*, & *Galtero* de *Perceio*, & *Raven* de *Cattuna*, valete.

Inspeximus Cartam, quam *Willielmus* de *Perceyo* (filius *Alani* de *Perceyo*) fecit pauperibus dicti Hospitalis in hæc verba. Omnibus filiis

filiis Sanctæ matris Ecclesiæ, videntibus & audientibus has literas, *Willelmus* de *Percy* salutem. Sciatis me concessisse & dedisse (&c.) pauperibus Hospitalis beati *Petri Eboraci* libertatem molendini annonam suam absq; multurâ ad molendina mea de *Pomeibelli*; & duas bovatas terræ de propriâ donatione meâ in Littune, cum omni pasturâ ejusdem villæ, in puram & perpetuam elemosinam (&c.) Hiis testibus, *Alano* Canonico *Ebor.* (&c.) *Johanne Landrario*, *Baldwino* filio *Radulph*, *Marmaduco* de *Arel*, *Rogero* filio *Radulphi*, *Johanne* de *Percy*, *Galtero* de *Bentune* Senescallo, *Willelmo* filio *Ernaldi* (&c.)

Inspeximus etiam Cartam, quam *Rogerus* de *Moubray* fecit Deo & S. *Petro*, & S. *Leonardo* & pauperibus prædictis, in hæc verba. *Rogerus* de *Molbray*, Archiepiscopo *Ebor.* (&c.) Sciatis me concessisse (&c.) Deo & S. *Petro* & S. *Leonardo*, & pauperibus Hospitalis S. *Petri*, Ecclesiam de *Brighala*, & unam bovatam terræ, cum duabus bovatis terræ, antiquitùs legitimè datis eidem Ecclesiæ, liberas & quietas ab omnibus geldis (&c.) & hoc pro salute animæ meæ & omnium antecessorum meorum. Quare volo (&c.) Testibus *Guillelmo* Capellano (&c.)

Inspeximus (&c.) *Rogerus* de *Moubray*, universis (&c.) Notum sit vobis me & hæredes meos concessisse & dedisse, &c. Deo & pauperibus Hospitalis S. *Petri Ebor.* meditatem Ecclesiæ de Aketorpe, cum omnibus pertinentiis suis, in puram & perpetuam elemosinam, &c. Hiis testibus, *Roberto* Capellano, *Roberto* de *Daivilla*, *Willelmo* fratre suo, *Ricardo* de *Anvers*, *Roberto* de *Busci*, *Radulpho* de *Beauver*, *Petro* de *Bilinghesa*, *Gilberto* de *Rompan*, *Hugone Malebisse*, *Alano* de *Lymesey*, *Willelmo* Camerario, *Hugone* fratre suo, & *Roberto* de *Bellocampo*.

Inspeximus, &c. Notum sit omnibus, &c. quod ego *Rogerus* de *Molbray* & hæredes mei concessimus, &c. Deo & S. *Leonardo* & pauperibus Hospitalis S. *Petri*, nonam garbam bladi, de omni dominio nostro, quod habemus in *Anglia*. Quare volumus, &c. Hiis testibus, *Nigello* & *Roberto* filiis meis, *Roberto* de *Daivill*, *Rogero* de *Cundeyo*, *Waltero Buhery*, *Hugone Malebisse*, &c.

Inspeximus etiam Cartam, quam *Willielmus* filius *Willielmi* de *Lancastre* fecit Deo & pauperibus prædictis, in hæc verba. Notum sit, &c. quod ego *Willielmus* filius *Willelmi* de *Lancastre* concessi, &c. Deo & pauperibus Hospitalis beati *Petri Ebor.* totam terram quæ dicitur **Docherga**, cum omnibus pertinentiis suis; *viz.* per rivulum qui est inter **Docherga** & **Grang**, & **Docherga** & **Lambrig**, & **Docherga** & **Wenfel**, & **Docherga** & **Pactun**; & sicut idem rivulus descendit per medium boscum, qui **Blachet** descendit in **Warlagashevhe**; & extra hos terminos communem pasturam usq; ad **Lon**. Hanc præfatam terram ego & hæredes mei dedimus & concessimus prædictis pauperibus in escambium, pro terrâ de **Kirkeby**, quam *Ketellus* filius *Eltredi* eis dederat in elemosinam; & pro terrâ de **Bartonhebed**, quam *Willelmus* pater meus eis dederat. Hanc præfatam *Docherga*, cum omnibus prædictis terminis, prædictis pauperibus, ego & hæredes mei contra omnes homines guarantizabimus, &c. Testibus dominâ *Helewisâ* sponsâ meâ, *Gilberto* de *Lancastre*, *Patricio* filio *Bernardi*, &c.

Inspeximus, &c. Notum sit omnibus has literas visuris vel audituris, quod ego *Gilbertus* filius *Rogeri*, filii *Ranfridi*, caritatis & pietatis intuitu, in puram & perpetuam elemosinam concessi, &c. Deo & pauperibus Hospitalis S. *Petri Ebor.* donationem, quam *Willelmus* de *Lancastre* eis dedit in **Lindal**; scilicet terram quæ dicitur **Dotarhe**, cum omnibus pertinentiis suis, per has divisas; *viz.* per rivulum, qui est inter **Dotarhe** & **Grang**, & **Dotarhe** & **Lamberig**, & **Dotarhe**, & **Durmunfel**, & **Dotarhe** & **Dactune**; & sicut idem rivulus descendit in **Wined**, & inter **Dotarhe** & **Falbek**, usq; ad descensum ejusdem rivuli in **Wined**; & a descensu ejus i cut ascendit usq; subter wardas, & à wardis usq; ad **Linoterlinild** & à **Linoterlinild** ex transverso usq; ad **Wanethou** in aquilonari parte à **Lickegile**, ubi Crux posita est: & exinde, ex transverso versùs orientem usq; ad aliud **Wanethou**, juxta *Sadis*, ubi altera Crux posita est: Et deinde directè ex transverso, ultra **Lickegile**, versùs orientem, usq; ultra magnam Fraxinum, versùs supercilium montis ubi tertia Crux posita est: & deindè ex transverso, versùs orientem usq; **Klaber**, qui descendit in **Warlahelhapth** & cadit in mussam ad **Battingstid**; & extra hos terminos communem pasturam usq; ad **Lon**. Præterea concessi eisdem, quod habeant equos & porcos suos infra Forestam meam, & habeant duas saldas in Forestâ meâ; unam scilicet in **Capelthwait**, & aliam in **Roakerdale**, ad capiendum equos & pullos suos semel in anno, & agnandum. Concessi etiam eisdem Fratribus, quod habeant unum fratrem, & unum seculatem ad equos & porcos suos custodiendos infra Forestam meam, sine arcu & sagittis, & sine cane. Si verò animalia eorum extra terminos prænominatos, in Forestâ meâ reperta fuerint, cum omni mansuetudine & sine lesione & dampno fratrum ejicientur. Testibus Domino *H.* Decano & Capitulo S. *Petri Ebor.* &c.

Inspeximus: &c. Notum sit, &c. quod ego *Willielmus* de *Vesey* & hæredes mei, concedimus & confirmamus Deo & pauperibus Hospitalis S. *Petri Ebor.* pro nissionem *Eustachii* patris mei de Ecclesiâ de *Briggenhale*, & de omnibus pertinentiis ejus, in puram & perpetuam elemosinam, &c. Testibus *Willielmo* filio *Osberti*, *Ricardo* Fratre ejus, &c.

[*Vide plura in* Cart. *de eodem anno*. n. 15.]

HOSPITALE

S. Mariæ Magdalenæ *de* Colcester *in agro* Essexiano.

De Fundatione ejusdem per Eudonem *Senescallum Regis* Henrici *primi.*

Pat. 1. H. 4. p. 6 m. 13. per Inspx

HEn. Dei gratia, Rex *Angliæ* & Dux *Normaniæ*, & *Aquitaniæ* & Comes *Andeg.* Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis quod infirmi S. *Mariæ Magdalenæ* de Colcestre, qui in Hospitali ibidem serviunt Deo, & omnia sua, quæcunq; habent, sunt in meâ protectione, sicut illi qui sunt de elemosinâ *Henrici* Regis avi mei: & *Eudo* Senescallus suus prædictam domum fundaverit per præceptum *Henrici* Regis, avi mei: Quare sciatis me concessisse & confirmâsse Deo & prædictæ Ecclesiæ, & infirmis ibidem degentibus & Deo servientibus, sex libras de *Brytlingesey*, sicut *Henricus* avus meus eis dedit in perpetuam elemosinam, & liber Regis testatur: Quare, &c. Hiis Testibus, *Gileberto Lond.* Episcopo, &c. apud Wudestokr.

Carta Regis Ricardi *primi de una feria in vigilia & die S.* Mariæ Magd.

1b. RIcardus Dei gratia Rex *Angl.* Dux. *Norm.* & *Aquit.* Comes *Andeg.* Archiepiscopis, &c. Sciatis nos pro salute animæ nostræ, &c. concessisse, &c. leprosis beatæ *Mariæ Magdalenæ* de Colcestre, quod habeant feriam duorum dierum per annum; scil. in vigiliâ & in die beatæ *Mariæ Magdalenæ.* Quare volumus, &c. Dat. per manum *Willielmi* de *Longocampo* Cancellarii nostri, *Elyensis* electi, apud Doure, octavo die *Dec.* anno primo Regni nostri.

HOSPITALE

S. Johannis & S. Leonardi *de* Alesburie *in agro* Buckinghamensi.

De prima Fundatione eorundem.

JUratores dicunt, quod Hospitalia S. *Leonardi* & S. *Johannis*, de Alesbury, una cum omnibus & singulis possessionibus suis, dudum fundata fuerunt per *Robertum Ilhale*, *Robertum atte Hide*, *Willielmum* filium *Roberti*, & *Johannem Falkok*, per considerationem & confirmationem *Henrici* Regis primi, & *Henrici* Regis secundi, de terris & tenementis infra dominium ipsorum Regum constitutis, ad sustentationem infirmorum Leprosorum, & aliorum depauperatorum de Aillesbury supradictâ: Et quod supradicti homines de Aillesbury & hæredes sui, per assensum & confirmationem Regum prædictorum, eligere debent & præsentare Magistros idoneos pro suâ dispositione pro hospitalibus supradictis custodiendis, & omnia opera caritatis supradicta facienda: Quæ quidem Hospitalia per *xi.* annos elapsos non sustentantur; immo prosternuntur & devastantur, & supradicta opera Caritatis penitùs adnullantur, & possessiones eorundem in manus & usus laicorum convertuntur. Et quod supradictæ terræ & tenementa, supradicto Hospitali S. *Johannis* concessa, valent per annum in omnibus exitibus *xxxiii.* s. *iiii.* Et supradicta terræ & tenementa supradicto Hospitali S. *Leonardi* concessa, valent per annum in omnibus exitibus *xx.* s. In cujus, &c. Esc. 34 E. 3. n. 56.

Juratores dicunt, quod Hospitale S. *Johannis* de *Ailesburi* fundatum fuit per *Robertum Hale*, *Willielmum* filium *Ricardi*, *Willielmum* atte *Hide*, *Johannem Palkok* & alios inhabitantes de villa de Ailesburi, & hoc diu ante tempus memoriæ, de uno messuagio. *xx.* acris terræ, quatuor acris prati, & .... per annum, juxta verum valorem *xxxiiii.* s. Et non fuit fundatum per dominum Regem, nec progenitores suos. Et dicunt, quod idem Hospitale fundatum fuit ad sustentandum infirmos & degentes ejusdem villæ. Esc. 35 E. 3. p. 2. n. 57.

Item dicunt, quod Hospitale S. *Leonardi* de *Ailesburi*, fundatum fuit de uno messuagio *xiiii.* acris terræ & duabus acris prati in dictâ villâ & in Bertwelle per *Sampsonem* filium *Willielmi*, *Reg. Wauney*, *Willielmum* filium *Alduy*, & alios de prædictâ villâ de Aylesbury .... ad sustentandum Leprosos & degentes de eadem villâ. Et dicunt, quod non fuit fundatum per dominum Regem vel progenitores suos;

&

& dictum Hospitale valet per annum xx. s. Et dicunt, quod domina *Alianora* Comitissa *Dormund*, domina dictæ villæ, præsentavit dicto Hospitali *Johannem* de *Adyngrave*, *Johannem Synekere*, & *Johannem* de ..... (&c.)

Et dicunt quod xvi. acræ prati in Stoke & Westone dicto Hospitali S. *Johannis*; & tres acræ terræ & duæ acræ prati in Hertwelle dicto Hospitali S. *Leonardi*, datæ fuerunt eisdem in primâ fundatione, & non post publicationem Statuti de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis editi. In cujus, &c.

HOSPITALE

de Burton Lazers, *in agro* Leicestrensi.

Carta Rogeri *de* Moubrai, *de terris in* Burton.

Ex Registro de Burton Lazers, in bibl. Hattonianæ A. 1640. p. 1.

IN nomine patris & filii & spiritus Sancti *Amen. Rogerus* de *Moubrei* omnibus hominibus suis & amicis *Francis* & *Anglis*, tam futuris quam præsentibus salutem. Sciatis me dedisse & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & S. *Mariæ*, & Leprosis Sancti *Lazari Jerusalem*, duas carugatas terræ in Burton; & super aquam ejusdem villæ masagium unum, & sedem cujusdam molendini, pro salute animæ meæ, & pro animâ patris mei & matris meæ, & pro animabus antecessorum meorum. Tenendum de me & de hæredibus meis in perpetuam elemosinam, liberè & quietè ab omni seculari actione. Præterea sciatis me concessisse & hac Cartâ meâ, bono animo, & bonâ voluntate confirmâsse Deo & Sanctæ *Mariæ* & Leprosis Sancti *Lazari* de *Jerusalem*, quicquid homines mei eis dederunt vel daturi sunt, in terris, in aquis, in pratis, in pascuis, in nemoribus, in planis, in pecuniis, tenendum de eis in perpetuam elemosinam liberè & quietè ab omni seculari servicio. Testibus *Nigello* filio meo, *Roberto* filio meo, *Rodberto* de *Auvill*, *Hugone Malbissa*, *Radulfo* de *Belverico*, *Thoma* de *Colevill*, *Olivero* de *Busci*, *Roberto* fratre suo, *Roberto* Capellano meo.

Carta Nigelli *de* Moubray *de Decima potus & cibi Domus sua.*

OMnibus visuris & audituris has literas *Nigellus* de *Moubray* Dei gratia salutem. Sciatis me dedisse, & hac meâ Cartâ confirmâsse domui Sanctæ infirmorum de Sancto *Lazaro* de *Jerusalem*, totam Decimam potus & cibi domus meæ, quocunq; loco affuero, pro animâ patris mei & matris meæ, & pro animâ meâ & meorum hæredum in perpetuâ elemosinâ. Et volo & præcipio, quod hæredes mei diligenter pro me teneant. Hiis testibus, *Willielmo* Capellano meo de Neubad; *Radulfo* Clerico; *Roberto* de *Otteby*, *Galfrido* de *Welle*, *Willielmo Astmel*, *Ricardo L'englais*, *Ricardo* de *Richemund*, *Radulfo Chimin*, *Willielmo Waver*, *Johanne* de *Hal*, *Johanne* de *Palerna*.

Carta Rogeri *filii* Rogeri *de* Moubray, *donationes antecessorum suorum confirmans.*

IN nomine patris & filii & spiritus Sancti *Amen. Rogerus* de *Moubray* filius Domini *Rogeri* de *Moubray*, Omnibus hominibus suis *Francis* & *Anglicis* & amicis tam futuris quàm præsentibus salutem. Sciatis me concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ* & Fratribus Leprosis Sancti *Lazari Jerosolomitani*, & eorum Fratribus sanis in *Anglia*, apud Burton commorantibus, omnes donationes & concessiones quas habent ex donatione & concessione antecessorum meorum, & suorum tenentium & meorum; videlicet in terris, pratis, pascuis, pasturis, molendinis, sectis, viis, semitis, nemoribus, aquis, & omnibus aliis locis, tam nominatis quàm non nominatis, cum omnibus pertinentiis suis. Tenendum & habendum de me & hæredibus meis dictis Fratribus & eorum successoribus, liberè, quietè, benè, & in pacè, in liberam puram & perpetuam elemosinam, sicut Cartæ donatorum testantur & proportant; Salvo mihi & hæredibus meis forinsecum servicium de terris & tenementis, quas *Willielmus Burdel* eisdem Fratribus dedit in Neuton juxta Louseby. Ut hæc mea concessio, & præsentis Cartæ meæ confirmatio inviolata permaneat, Sigilli mei impressione eam roboravi. Hiis testibus, *Johanne* de *Creppings*, *Thoma* de *Colevile*, *Rogero* de *Belt* militibus, *Thoma* de *Brunham*, *Johanne* de *Blaby*, *Alexandro* de *Insula*, *Willielmo* de *Kirk*, & multis aliis.

Ib. p. 3.

Carta

Carta Regis Johannis *diversorum donationes recitans & confirmans.*

Ib. p. 205. J. Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ* Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis nos concessisse, & præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse, Deo & S. *Mariæ* & Ecclesiæ S. *Lazari* extra muros *Jerusalem*, & Fratribus Leprosis ejusdem loci, Ecclesiam de *Hal.* & Ecclesiam de Yekinton, & Ecclesiam de Trikingham cum omnibus pertinentiis suis, quas Comes *Simon* & *Adelicia* de *Gaunt* Comitissa, eis in præsentiâ Regis *Henrici* patris nostri dederunt & Cartis suis confirmaverunt. Concedimus etiam eis & confirmamus Ecclesiam de Vaselbethe, & Ecclesiam de Louseby; Et Ecclesiam de *Ganbia*, cum omnibus pertinentiis suis, quas *Willielmus Burdet*, in præsentia patris nostri eis dedit & Cartâ suâ confirmavit. Et præterea concedimus eis & confirmamus omnes rationabiles donationes & concessiones Ecclesiarum, quæ eis factæ sunt; scilicet ex dono *Willielmi* Comitis de *Ferrariis* Ecclesiam de Spondene, cum omnibus pertinentiis suis; Ex dono *Henrici* de *Lasci* Ecclesiam de Cassetford, cum omnibus pertinentiis suis. Quare volumus (&c.) Dat. per manum *H. Cantuar.* Archiepiscopi Cancellarii nostri apud *Westmonasterium xvii.* die *Aprilis* Regni nostri anno primo.

Carta Willielmi Burdet *militis, donationes antecessorum suorum recitans, & confirmans.*

Ib. p 207. OMnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, Dominus *Willielmus Burdet* miles salutem. Noveritis me inspexisse Cartas antecessorum meorum factas Magistro Hospitalis de Burton S. *Lazari*, & Fratribus Leprosis de Jerusalem, & eorum Fratribus sanis in *Anglia* commorantibus, in hæc verba.

Willielmus Burdet *universis S. Matris Ecclesiæ filiis, tam præsentibus quàm futuris, salutem. Notum sit vobis me dedisse & hac meâ Cartâ confirmasse Hospitale de* Tiltonâ *Fratribus infirmis S.* Lazari *de* Jerusalem, *cum una carucata terræ in territorio de* Neuton, *in puram & perpetuam eleemosinam, pro anima patris mei, & pro animabus antecessorum meorum, liberam & quietam ab omni seculari servicio; & Ecclesiam de* Louseby, *& Ecclesiam de* Cauby, *cum omnibus earum pertinentiis; & post obitum* Roberti Burdet *filii mei, Ecclesiam de* Vaselbech, *cum omnibus Ecclesiæ pertinentiis. Ac etiam donationem ejusdam* Willielmi Burdet *militis, in hac verba.*

Omnibus Christi fidelibus præsens Scriptum *visuris vel audituris, Dominus* Willielmus Burdet *miles, filius* Hugonis Burdet, *salutem in Domino: Noverit universitas vestra, me dedisse, concessisse, & hac præsenti Carta mea confirmasse, pro salute animæ meæ, & Aliciæ uxoris meæ, antecessorum & successorum meorum, Deo & Ecclesiæ beatæ Mariæ, & Fratribus Leprosis Sanctæ Civitatis* Jerusalem, *& eorum Fratribus sanis in* Anglia, *apud* Burton *commorantibus, totam terram quam habui, vel habere potui; vel quæ ad me, vel ad hæredes meos de jure possit de cætero descendere, in villa & in territorio de* Neuton *juxta* Louseby, *cum omnibus pertinentiis suis; scilicet capitale mansum meum in eadem villa cum quatuor virgatis terræ de dominico meo cum pertinentiis suis; & totum boscum meum quod vocatur* Swinelond, *& Robertum Præpositum, Ricardum de la* Lane, Willielmum *de* Barkeby, *& Agnetem relictam* Galfridi Hert *custumarios meos, cum totis eorum sequelis, & omnibus catallis eorum, cum quatuor virgatis terræ, quas dicti Custumarii, cum toftis suis de me tenuerunt in villenagio; cum omnibus redditibus, homagiis, servitiis & sectis Curiæ libere tenentium meorum in dicta villa de* Neuton, *wardis, releviis, maritagiis, escaetis, pratis, pascuis, pasturis, viis, semitis, aquis, ripis, & omnibus aliis libertatibus & aisiamentis infrà dictam villam, & extra, cum omnibus aliis pertinentiis mihi & hæredibus meis pertinentibus, vel alicui vel aliquo modo de cætero pertinere poterunt.* Ac etiam Sciatis me inspexisse aliam Cartam confirmationis ejusdem *Willielmi Burdet*, in hæc verba.

Sciant præsentes & futuri quod ego Willielmus Burdet, *filius* Hugonis Burdet *pro salute animæ meæ & antecessorum meorum, concessi & hac præsenti Carta mea confirmavi Fratribus Hospitalis S.* Lazari *de* Burton *omnes donationes quas* Willielmus Burdet *avus meus eis caritativè contulit; salvo mihi & hæredibus meis jure patronatus in Ecclesia de* Vaselbech, *S. Hospital. de* Tiltonâ. *Et unam carucatam terræ in territorio de* Neuton *cum omnibus pertinentiis; & Ecclesiam de* Louseby, *& Ecclesiam de* Cauby, *cum omnibus earum pertinentiis*, Noveritis me Cartas prædictas ratificâsse (&c.) Dat. apud Louseby, die Lunæ proxima ante festum S. *Margaretæ* Virginis, Anno Regni Regis *Edwardi xxxi.*

Carta Thurberti *de* Rochebi *de quodam crofto in* Kirkeby-Beler.

Ib. p. 113.

UNiversis S. matris Ecclesiæ filiis ad quos præsens scriptum pervenerit, *Turbertus de Rocheby* salutem. Noverit (&c.) me assensu & bonâ voluntate *Aliciæ* uxoris meæ, & hæredum meorum, dedisse Fratribus Leprosis de Jerusalem & eorum Fratribus sanis in *Anglia* commorantibus, unum Crofum in villa de Kirkeby quod buttat super virgultum meum (&c.) Hiis testibus, *Radulfo Beler, Will. de Piro, Hug.* filio ejus, &c.

Carta

Carta Johannis *de* Diggeby *militis de dimidia acra terræ in* Billesdon.

Ib. p. 172. SCiant (&c.) quod ego *Johannes* de *Diggeby* miles, dedi (&c.) fratri *Roberto* de *Danby*, Magistro de Burton S. *Lazari*, & Fratribus ibidem Deo & S. *Lazaro* servientibus, unam dimid. acram terræ arabilis in territorio de Billesdon, in puram & perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ, & antecessorum meorum (&c.) His testibus, *Henrico* filio *Henrici Eneker* de Billesdon (&c.)

Carta Regis Henrici *secundi, diversas donationes Fratribus de* Burton-Lazers *recitans & confirmans.*

Pat. 3 H. 6. p. 3. m. 7. per Inspex. *H.* Dei gratiâ Rex *Angliæ* & Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ* & Comes *Andegaviæ*, Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis me concessisse & præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & Sanctæ *Mariæ* & Ecclesiæ Sancti *Lazari* extra muros *Jerusalem* & Fratribus Leprosis ejusdem loci, Ecclesiam de Hal; & Ecclesiam de *Hekintona*, & Ecclesiam de Thrikingham, cum omnibus pertinentiis suis, quas Comes *Simon* & *Adelizia* de *Gant* Comitissa, eis in præsentiâ meâ dederunt, & Cartis suis confirmaverunt. Concedo etiam eis & confirmo Ecclesiam de Haselbech, & Ecclesiam de Lesebeta, & Ecclesiam de Ganbia, cum omnibus pertinentiis suis, quas *Willielmus Burdet* in præsentiâ nostrâ eis dedit, & Cartâ suâ confirmavit. Et præterea concedo eis & confirmo omnes rationabiles donationes & concessiones Ecclesiarum, quæ eis factæ sunt; scilicet, ex dono Comitis *Willielmi* de *Ferrariis* Ecclesiam de *Spondona*, cum omnibus pertinentiis suis; Et ex dono *Henrici* de *Lacy* Ecclesiam de Castelford, cum omnibus pertinentiis suis. Quare volo, &c.

Vide Cart. 2. E. 3. n. 81.

Et Pat. 2. H. 4. p. 2. m. 26.

Et pat. 3. H. 6. p. 1. m. 5.

Et Pat. 2. R. 2. p. 1. m. 15.

Carta Regis Edwardi *tertii de exemptione decimarum, Tallagiorum, aliorumq; contributionum Fratribus Ordinis S.* Lazari *facta.*

15. *Edwardus* Dei gratia Rex *Angliæ* & *Franciæ*, Dominus *Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem. Sciatis, quod cum celebris memoriæ Dominus *Edwardus* nuper Rex *Angliæ* pater noster de gratiâ sua speciali, & pro eo quod ordo Sancti *Lazari* de *Jerusalem* in *Anglia* fundatus extitit super Leprosis & militia ad propugnandum hostes Crucis; per Breve suum, sub Magno Sigillo suo mandâsset tunc Thesaurario & Baronibus suis de Scaccario, quod Magistrum & Fratres Ordinis prædicti, & successores suos de decimis, & tallagiis, & aliis contributionibus quibuscumq; , tam pro tempore tunc præterito, quàm futuro, erga dictum patrem nostrum exonerari & quietos esse facerent: Nosq; dictam gratiam eisdem Magistro, & Fratribus, per dictum patrem nostrum sic concessam, volentes continuare; per diversa Brevia nostra, sub magno Sigillo nostro mandâssemus Thesaurario & Baronibus nostris de Scaccario supradicto, quod ipsos Magistrum & Fratres de hujusmodi decimis, tallagiis, & contributionibus tunc concessis & extunc concedendis, exonerari & quietos esse facerent, juxta tenorem dicti Brevis ipsius patris nostri, cut per inspexionem Rotulorum Cancellariæ nostræ nobis constat. Qui quidem Magister & Fratres virtute mandatorum prædictorum de omnimodis hujusmodi decimis, quintisdecimis, tallagiis & aliis contributionibus quibuscunq;, tam tempore dicti patris nostri, quàm nostro ad Scaccarium prædictum fuerint quieti & exonerati, sicut per certificationem Thesaurarii & Baronum nostrorum de Scaccario nostro supradicto in Cancellariam nostram de mandato nostro est compertum: nihilomnius Thesaurarius ac Barones prædicti, ipsos Magistrum & Fratres pro Nona, Lanis, Decimis, & Quintisdecimis nobis per Communitatem & Clerum Regni nostri anno dicti Regni nostri duodecimo, & postmodum concessis, de quibus prætextu gratiæ & mandatorum prædictorum quieti esse deberent ad opus nostrum solvendum, graviter distringi faciunt contra formam eorundem mandatorum: super quo nobis supplicârunt, ut eis subvenire curemus de remedio opportuno. Nos præmissis debitè consideratis, volentes eorum securitati prospicere, gratiosè concessimus pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, præfatis Magistro & Fratribus, quod ipsi & eorum successores de omnimodis Decimis, Quintisdecimis, Tallagiis, & aliis auxiliis & contributionibus quibuscunq; nobis & hæredibus nostris per Communitatem & Clerum dicti Regni nostri concessis sive concedendis, imperpetuum quieti sint, & exonerati, juxtâ vim & effectum mandatorum & gratiæ prædictorum, & prout iidem magister & Fratres & prædecessores sui de hujusmodi decimis, tallagiis, & auxiliis, ante dictum annum duodecimum quieti esse consueverunt. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud *Westmonasterium* decimo die *Martii*, anno Regni nostri *Angliæ* decimo octavo, Regni verò nostri *Franciæ* quinto.

HOSPITALE

S. Egidii *extra* Londoniam.

Carta Regis Henrici *secundi Fundationem ejusdem, plurimasq; donationes recitans & confirmans.*

Ib. HEn. Dei gratia Rex *Angliæ* & Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegavensis*, Archiepiscopis, &c. salutem. Sciatis me, pro amore Dei, & pro animabus Regis *H.* avi mei, & *Matildis* Reginæ aviæ meæ, & pro salute mea & antecessorum & successorum meorum, concessisse, ac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & Hospitali Sancti *Egidii* extra *Londoniam*, ubi *Johannes* bonæ memoriæ fuit Capellanus; & infirmis Leprosis ibidem degentibus, locum ipsum in quo fundatum est idem Hospitale, cum *Lx.* solidatis redditus, quos prædicta Regina eidem Hospitali assignavit, ad victum infirmorum, quando fundavit idem Hospitale. Habendos annuatim de *Ripa Regina* quæ appellatur **Atherethethe**; & cum *Lx.* solidis quos ego concessi eidem Hospitali. Habendos singulis annis ad festum Sancti *Michaelis* de Scaccario meo, ad emenda vestimenta Leprosis ejusdem Hospitalis; & cum *xxx.* solid. & *v.* denariis de redditu meo de *Surreia*, in perpetuam elemosinam, ad emenda sibi Luminaria. Præterea concedo eis & confirmo omnes subscriptas donationes & emptiones, quæ rationabiliter eis factæ sunt & Cartis Donatorum & sibi vendentium confirmatæ; Scilicet, ex dono *Hawisiæ* Comitissæ de····· Ecclesiam de **Feltham**, & terram quam habent in eadem villa; & omnem elemosinam quam habent in hundredo de **Isleworthe**, de donatione *Bernardi* de Sancto *Valerico*; & terram de *la Barre*, quam tenent de *Ricardo* Juniore, Canonico S. *Pauli* Ecclesiæ *Londonensis*, sicut Cartæ eorum testantur: & quatuor acras terræ, quas ipsi emerunt de *Willielmo Pinserna*; & duas acras quas emerunt de *Gaufrido* filio *Fredefendi*, & decem solidatos redditus, quæ habent in parochiâ Sancti *Clementis* Ecclesiæ *Dacorum* de donatione *Petri* filii *Mileme*, sicut in scripris eorum continetur. Et totam terram quam habent in **London** de dono *Roberti* filii *Radulphi*, cum omnibus aliis tenementis suis rationabiliter sibi concessis, quæ in prædicta Civitate habent. Quare volumus, &c.

Carta Regis Edwardi *tertii de custodia ejusdem Hospitalis.*

EDwardus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ* & Dux *Aquitaniæ*. Omnibus, ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem. Sciatis quod requisitionem dilecti & nobis in Christo Magistri, Ordinis de **Burton** Sancti *Lazari* in *Anglia*, & pro remissione quadraginta marcarum annuarum, quas idem Magister & fratres ejusdem Ordinis, ex concessione progenitorum nostrorum, quondam regum *Angliæ* ad Scaccarium nostrum percipere consueverunt; necnon & pro remissione arreragiorum eorundem *xl.* marcarum annuarum, concessimus eisdem fratribus pro nobis & hæredibus nostris custodiam Hospitalis Sancti *Egidii* extra **London** cum pertinentiis. Habendum eisdem fratribus & successoribus suis; fratribus ejusdem Ordinis, in perpetuum; salvo jure cujuslibet; ita quod pauperibus necessaria de bonis dicti Hospitalis inveniant, & alias elemosinas in eodem Hospitali institutas, & hactenus usitatas sustentent in omnibus, ut tenentur. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud *Westmonasterium* quarto die *Aprilis*, anno Regni nostri *vicesimo septimo.*

HOSPITALE

de Parum *in agro* Eboracensi.

Carta Alani *de* Wilton *de* xii. *bovatis terræ in* Hootonâ.

OMnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, *Alanus* de *Wilton* salutem in Domino. Noveritis me, pro salute animæ meæ & *Mariæ* uxoris meæ, & *Rad.* patris mei, & *Cecilie* matris meæ, & fratrum & sororum meorum, & antecessorum, & successorum, & parentum meorum; & pro salute animæ Domini *Walteri* de *Gray*, Dei gratiâ Archiepiscopi *Eboracensis*; & pro salute Domini *Petri* de *Brus* & *Johannæ* uxoris ejus; & pro salute animæ *Willielmi* filii *Petri*, & uxoris ejus; dedisse & concessisse & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ*, & beato *Nicholao* Hospitale de **Parum**, & fratribus ibidem Deo servientibus, duodecim bovatas terræ: Habendum in dominico in *Hootona*, juxta **Rudby**, cum toftis, & croftis & cum Capitali messuagio & dominicis, & toftum & croftum quæ fuerunt *Petri* filii *Thomæ*, & cum omnibus

Ex Registro de *Parco Eboracensi penes Philippum* Baronem *Wharton.*

omnibus libertatibus & aisamentis eidem terræ pertinentibus, infra villam & extra, in liberam puram & perpetuam elemosinam. Reddendo indè annuatim mihi & hæredibus meis duas marcas argenti, prò omni servicio & consuetudine, præter *Danegeldum*, cum evenerit; per totam terram, quantum pertinet ad duodecim bovatas terræ; scilicet unam marcam ad *Pentecosten*, & unam marcam ad festum Sancti *Martini*. Concessi etiam eisdem unam carucatam terræ in *Huplum*, cum toftis & croftis, & cum omnibus pertinentiis, libertatibus & aisamentis eidem terræ pertinentibus infra villam & extra, prout illam plenariùs tenui, in puram & perpetuam elemosinam. Concessi iterum eisdem sex bovatas terræ in *Mydelton* juxta **Levent**; illas scilicet quas de *Jordano Aswardvill* & de *Waltero Surdevallo* in eadem villa tenui, cum toftis & croftis, & cum omnibus pertinentiis, infra villam & extra, in puram & perpetuam elemosinam, ad sustentandum tres Capellanos in eodem Hospitali missam celebrantes, & tresdecim pauperes in victu, & vestitu, ad inveniendum illis lectum imperpetuum. Ego verò & hæredes mei has prædictas terras prædicto Hospitali & Fratribus ibidem Deo servientibus, contra omnes homines imperpetuum warrantizabimus. Hiis testibus, *Willielmo* de *Tampton*, *Roberto* de *Acclum*; *Gregorio* de *Levinsharpe*, *Ada Buch*, & multis aliis.

Carta Alani *de* Wilton, *Canonicis de* Parco Pelagh *facta de Hospitale S.* Nicholai *juxta* Iarum.

OMnibus Christi fidelibus *Alanus* de *Wilton* salutem. Noveritis me dedisse & concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & Sanctæ *Mariæ* & Sancto *Johanni Evangelistæ* de *Parco* de Pelagh, & Canonicis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ & *Amiciæ* sponsæ meæ, & *Mariæ* quondam sponsæ meæ, & patris & matris meæ, & fratrum & sororum & antecessorum & successorum meorum; & animæ *Petri* de *Brus*, & *Johannæ* uxoris ejus, & animæ *Willielmi* filii *Petri*; & pro salute animæ Domini *Walteri* Archiepiscopi *Eboracensis*; & magistri *Mathei*, Archidiaconi *Clevellandiæ*, & *Thomæ* fratris mei; & *Petri* de *Brus* & uxoris ejus, & *Willielmi* de *Tamton* & uxoris ejus, in puram & perpetuam elemosinam, Hospitale *Sancti Nicholai* juxta Iarum, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis, propè & procul. Et ego & hæredes mei prædictis Canonicis prædictam elemosinam contra omnes homines warantizabimus & defendemus. Hiis testibus, Domino *Waltero* Archiepiscopo *Eboracensi*, *Rogero* Decano, & Capitulo *Eboracensi*; *Willielmo* de *Tanetas*, & pluribus aliis.

Carta Petri *de* Brus *facta Canonicis de* Parco Pelagh *de Hospitali de* Parum, *cum omnibus terris eidem pertinentibus.*

OMnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit *Petrus* de *Brus* salutem æternam in Domino. Noveritis me divinæ pietatis intuitu, & pro salute animæ meæ, & animarum patris mei & matris meæ, dedisse concessisse & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ* & Sancto *Johanni Evangelistæ* de *Parco* de Pelagh, & Canonicis ibidem Deo servientibus in liberam puram & perpetuam elemosinam, totum servicium quod ad me pertinet, vel ad hæredes meos se pertinere potest, de una carucata terræ in Parum, cum pertinentiis suis, & cum homagio & toto servicio *Petri* de *Monceaux*, & hæredum suorum, quæ mihi facere consuevit idem *Petrus* pro prædicta carucata terræ; quam videlicet carucatam terræ, *Robertus* de *Monceaux* dedit in maritagio cum filia sua de Lutton. Præterea concessi & confirmavi eisdem Canonicis, Hospitale de Parum, cum omnibus pertinentiis suis & omnes terras & tenementa quæ ipsi habent in feodo meo, tam infra Clefland, quam alibi, cum omnibus pertinentiis suis, in puram & perpetuam elemosinam; scilicet sex bovatos terræ in villa de Pilton, quas habent de dono *Willelmi* de *Tampton*; & unum toftum & unum croftum in *Martona*, & tres bovatas in Toulesby, de dono *Roberti Acclum*; & decem acras cum uno crofto & tofto in villa de Scalyng; & duas bovatas in Barnardbie de dono *Walteri* de *Hoton*: & unam bovatam in Walton de dono *Rogeri* de *Bruce*; & sexdecim bovatas in Bilton de dono *Bartholomæi Thures*; & sex bovatas in Toulestun, quas habent de *Willielmo Catton*: & decem & octo acras terræ & unum toftum, cum pertinentiis, in Wirkeshall de dono *Julianæ Franckelum*: Tenendum & habendum omnia prædicta in liberam puram & perpetuam elemosinam, sibi & successoribus suis, quieta ab omni servicio & exactione, secta Curiæ & demanda, adeo liberè quietè & purè, sicut puriùs, liberiùs, & quietiùs dari potest elemosina, aut confirmari. Et ego prædictus *Petrus* de *Brus* & hæredes mei prædictam donationem meam & confirmationem dictis Canonicis factam, contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus & defendemus imperpetuum. Si quis verò eisdem Canonicis aliquam terram vel redditum, vel pasturam divinæ pietatis intuitu, infra feodum meum donare voluerit, concedo eisdem illud recipere & pacificè possidere, absq; impedimento mei & hæredum meorum, vel alicujus alterius ex parte nostri. Et ut omnia prædicta rata permaneant, præsens scriptum sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus, Domino *Nicholao* de *Stuteville*, Domino *Rogero* de *Brus*, Domino *Symone* de *Brus*, Domino *Rogero* de *Toscotes* militibus, *Willielmo Levington*, & aliis.

Carta Petri de Brus, facta eidem Hospitali de libera multura per omnes molendinos suos, & de libera pastura, &c.

Ex autogr. in turri S. Mariæ Eboraci.

UNiversis has literas visuris vel auditoris, *Petrus* de *Brus* salutem. Noveritis me concessisse & hac Carta mea confirmasse Deo & beatæ *Mariæ* & Hospitali Sancti *Nicholai* de *Jarum*, & Fratribus ibidem Deo servientibus, Multuram suam liberam per omnes molendinos meos; & pasturam ad bestias suas proprias in terra mea, sicut Carta testatur quam habent de dono *Roberti* de *Brus*. Etiam concessi eisdem dimidiam carucatam terræ in Wirbeshael, & decem, & octo acras in Standalrig. scilicet in Spitelflat, & Bulleflatte, quas *Ailwinus* dedit eis; & tres acras, & tres rodas, ex dono Domini *Adæ* de *Brus* patris me. Et duas acras terræ in Kirkelevintune, quas *Willielmus* de *Wiltona* dedit eis, & unam rodam ex dono *Marmaduci* de *Thenenga* in Jarum; Concessi etiam eisdem Fratribus octo toftas, & dimidiam in Villa de Jarum; scilicet, tres quas *Petrus* Clericus, & unum toftum propinquiorem tofto *Simonis Fullonis*. Versùs Aquilonem; toftum quem *Hugo* filius *Ranulphi* dedit eis; & duos toftos quos *Rogerus* filius *Johannis* filius *Ailwini* dedit eis in ..... vico; & unum toftum quum *Richardus* filius *Raven* dedit eis juxta Castellarium; & dimidiam toftam, quam *Reginaldus Gupille* dedit is. Etiam concessi eisdem locum Hospitalis, cum omnibus pertinentiis suis. Ego autem *Petrus* de *Brus* omnes has terras, & libertates prædictas & toftos prædictos concessi, & confirmavi Deo, & beatæ *Mariæ* & Sancto *Nicholao*, & Fratribus prædictis; Tenendum & habendum de me & hæredibus meis, & de aliis donatoribus prædictis, in liberam, & puram, & perpetuam elemosinam. Præterea concessi eisdem omnes alias terras, & possessiones, quas, de cætero rationabiliter adipisci poterunt in feodo meo, salvo servitio mei, & hæredum meorum, pro salute animæ meæ, & uxoris meæ *Johannæ*, & puerorum meorum; & pro anima patris mei Domini *Adæ* de *Brus*, & omnium antecessorum meorum. Et ego *Petrus* de *Brus*, & hæredes mei, has libertates prædictas, & terras, contra omnes homines imperpetuum warantizabimus, ut prædictum est. Hiis testibus, Domino *Willielmo* de *Yametune*, *Henrico* filio *Simonis*, *Hudone* de *Aumese* *Willielmo* de *Hamertun*, *Willielmo* de *Reddeburne* tunc seneschallo; *Berardo* de *Fontibus*; Domino *Alano* de *Wiletun*; *Richardo* de *Hoton*, *Gregorio* de *Levinthorpe*, *Richardo* de *Levintone*, *Roberto* de *Ketthou*, *Galfrido* filio *Hugonis* de Jarum, *Thoma* filio *Johannis*, filii *Helwini*, *Waltero* de *Mortune*, *Thoma* de *Mortune*, *Waltero Gallicien*, *Hugone* de *Newham*, *Waltero* de *Hotone*, *Rogero* de *Strantune*, *Roberto* de *Rosse*, & multis aliis.

HOSPITALE

S. Jacobi *juxta* Westmonasterium.

De terris & libertatibus eidem per Regem Henricum tertium concessis.

Plac. de Juratis & Assisis in Com. *Mid.* 22. E. 1. Rot. 38. in dorso.

MAgister Hospitalis S. *Jacobi* juxta *Westm.* summonitus fuit ad respondendum Domino Regi, de placito quo waranto clamat habere *sok* & *sak*, *Thol*, & *them*, in omnibus terris suis, & etiam unam feriam per septem dies duraturam in eodem Hospitali, &c.

Et Magister per Attornatum suum venit, & dicit, quod Dominus *H.* Rex pater Domini Regis nunc, concessit Leprosis puellis de S. *Jacobo* extra *Lond.* juxta *Westmonasterium*, omnes terras & tenuras suas, quas habent vel habituræ sunt, ut illas teneant cum *sok* & *sak*, *Thol* & *Them* per Cartam suam. Dicit etiam, quod Dominus Rex nunc prædictam concessionem concessit & confirmavit, & profert confirmationem Domini Regis, quæ prædictam Cartam Domini *H.* Regis, & similiter prædictam confirmationem testatur: Ideo prædictus Magister, quoad hoc sine die, &c.

Et quoad prædictam feriam dicit, quod Dominus Rex nunc, concessit eidem Hospitali uniam feriam singulis annis, *viz.* in vigiliâ & in die & in crastino S. *Jacobi*; & per quatuor dies sequentes duraturam, per Cartam quam profert, & quæ hoc idem testatur. Ideo prædictus Magister quoad hoc inde sine die. Salvo (&c.)

HOS

HOSPITALE

de Tanregge in agro Suffegiensi.

Carta de Odoni Dammartin *de donatione ejusdem.*

Ex ipso autogr. penes Will. Howard. eq. aur.

UNiversis Sanctæ matris Ecclesiæ filiis ad quos præsens Scriptum pervenerit, *Odo* de *Dammartin*, filius *Willelmi* de *Dammartin*, salutem. Noverit universitas vestra me dedisse & concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse, pro salute animæ meæ & uxoris meæ, & puerorum meorum; & pro animabus patris & matris meæ, & antecessorum & successorum meorum Deo & Hospitali S. *Jacob* in villâ meâ de *Tanregge*, & tribus presbyteris in perpetuum ibidem Deo servituris & confratribus ejusdem Hospitalis, totam terram meam de Watlinggeham ad suscipiendum & sustentandum Infirmos & pauperes & peregrinos hospitio indigentes in liberam & puram elemosinam; cum molendino ad ventum, & cum omnibus pertinentiis suis, sine aliquo retenemento, in croftis, in pictlakes, in bosco, in gravis, in plano, in pratis, in pascuis, in semitis, in viis, in aquis, in maris, in sepibus, in clausturis, in communibus, pasturis, & in omnibus libertatibus: Habendam & tenendam liberè & quietè finaliter ab omni servicio & exactione seculari quod debeo hæredibus *Willielmi* de *Hamues*; scilicet *xx. s.* sterlingorum & duo Calcaria deaurata de precio sex denariorum, vel sex denarios annuatim ad duos terminos; scilicet ad *Pascha* decem solidos & Calcaria; & ad festum S. *Michaelis* decem solidos sine Calumpnia; & salvo servitio quantum pertinet ad quartam partem feodi unius militis pro omnibus servitiis & demanda. Et ego & hæredes mei debemus defendere & warantizare præfatam terram & donationem, atq; confirmationem contra omnes homines & & omnes fœminas. His Testibus. *Radulfo* Capellano de *Rigate*, *Henrico* Capellano, *Hamone* de *Turbeville Radulfo Pimpe*, *Luca* de *Lanuodecote*, *Petro* de *Perefricht*, *Willielmo* de *Dammartin*, *Gvalando* & *Baldrico* fratribus, *Petro* de *Thalenurthe*, *Radulfo* de *Turneham*, *Radulfo Parcario*, *Johanne Bolle*, *Nicholao* de la *Dene*, & pluribus aliis.

Alia Carta ejusdem Odonis *de omnibus Reliquiis*, &c.

B. SCiant præsentes & futuri, quod ego *Odo* de *Dammartin* filius *Willielmi* de *Dammartin*, dedi pro salute animæ meæ, Deo & Hospitali S. *Jacobi* de Tanregge, omnes Reliquias meas, & duos cifos argenteos ad calicem faciendam. Et vestimenta & omnes libros, ceteraque omnia Capellæ meæ. Insuper dedi præfato Hospitali *ix.* boves, & unum taurum & suem cum porcellis, que sunt ad Summ in computatione *xii.* boum, quos divisi eidem Hospitali, habendos de melioribus bovibus terræ meæ. Et ut hæc donatio mea rata sit & stabilis, eam præsenti Cartâ meâ atq; Sigillo confirmavi. Hiis Testibus, *Rob.* Capellano, *Will.* Capellano, *Thoma* de *Wilst.* Priore de Peretun, *Radulfo* Decano, & pluribus aliis.

HOSPITALE

S. Johannis Bapt. de Stanford in agro Lincolniensi.

Carta Regis Ricardi *primi*, *Fundationem & dotationem ejusdem confirmans.*

Car. 34. H. 3. m. 2. per Inspex

RIchardus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dux *Norm.* (&c.) Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis nos concessisse & præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & Hospitali Sancti *Johannis Baptistæ*, & beati *Thomæ* Martyris de Stanford, & Magistro fratribusq; ibidem Deo servientibus, locum in quo ipsum Hospitale fundatum est, cum pertinentiis suis, & domum quam *Sywardus* fundavit cum Capellâ & pertinentiis suis, & omnes terras & possessiones & omnia achata, quæ *Brand* de Fossato vel aliquis alius eidem Hospitali dedit; & illam partem prati, quod est juxta portem versus Aquilonem, quam Dominus *Richardus* de *Humez* Constabularius, & *Bertrannus* de *Verdano* prædicto Hospitali dederunt, ad faciendam in eâ Ecclesiam & cimiterium. Et ideo volumus (&c.) Datum apud *Sanmurum* vicesimo die *Aprilis* anno regni nostri primo.

Bulla Alexandri *Papæ Fundationem dicti Hospitalis confirmans.*

Ex Registro quodam ad C nob. de *Hetherington* olim spectante, nunc penès *Christoph.* dominium *Hatton.* fol. 41.

ALexander Episcopus servus servorum Dei dilecto filio *Brandoni* salutem, & apostolicam benedictionem. Dignum est & consentaneum rationi, ut eorum justis desideriis annuamus, qui relictis pompis secularibus, caritatis operibus intendunt, & omnipotenti Domino elegerunt jugi devotione servire. Intellexi-mus autem, ex transmissâ nobis insinuatione tuâ, quod tu divina inspiratione ductus, venundatis omnibus, quæ possidebas, Hospitale quoddam & Capellam ad Honorem Dei & beati *Johannis* & gloriosi Martyris *Thomæ*, quondam *Cantuariensis* Archipiscopi, in Capite

pite pontis de Stanford, ex Australi parte, ad receptionem peregrinorum & pauperum, per locum illum frequenter transeuntium ædificasti, ubi elegisti creatori tuo perpetuum famulatum exhibere: Indè est, quod nos ob reverentiam Dei, & prædictorum Sanctorum, & devotione, quam erga ipsos te habere ostendis, rationali postulationi tuæ libentiùs annuentes, præscriptum Hospitale, Capellam, cum omnibus quæ idem Hospitale, impræsentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum largitione Pontificum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, sub beati *Petri* & nostrâ protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio communimus: Statuentes ut prædicta Capella propriùm Capellanum, Cantariam, Cemiterium, & in eodem Cemiterio liberam sepulturam, sine contradictione qualibet optinere. Decernimus ergo ut nulli homini liceat prædictum Hospitale temerè perturbare, vel quibuslibet indebitis vexationibus fatigare, seu hanc paginam nostræ protectionis & constitutionis infringere, aut ei aliquatenùs contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum ejus se noverit incursurum Dat. *Anagniæ*, Nonas *Febr.* Anno .....

HOSPITALE

de Sautingefelde, *juxta* Wytsande.

Carta Regis Henrici *secundi, de diversis terris Fratribus ejusdem concessis.*

Rot. Franc. 1. H. 4. m. 12. per Inspex.

Et pat. 1. H 5. p. 1. m. 11.

Vide Pat. 13. E. 4. P. 1.

HEnricus Rex *Angliæ* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andegaviæ*, Episcopo *Linc.* & Justiciariis & Vicecomitibus, & Baronibus & Ministris, & omnibus fidelibus suis de Bedefordscire & Bukinghamscyre salutem. Sciatis me dedisse & concessisse in perpetuam elemosinam Hospitali de *Sautingefelda*, juxta Wytsand, & Fratribus ibidem Deo servientibus, terram de *Perleya*, juxta *Lellonam*, usq; ad terram Ecclesiæ de *Lellona*; & usq; ad terram *Ric.* filii *Wulwardi*; & usq; ad terram *Gaufridi* mercatoris: Et totam terram de *Wyperleya* usq; ad viam de *Prestleya*, & sicut via dividit usq; ad *Harpendenam*. Et in Manerio de *Lutegershala* tres hidas terræ, & decem acras Foreſtæ, ad ædificia sua facienda. Et volo & firmiter præcipio, quod hæc omnia prædicta habeant & teneant in pace & liberè & quietè, in boſco & in plano, in pratis & pascuis, & in omnibus locis, cum omnibus libertatibus & consuetudinibus suis. T. *Thoma* Cancellario, & *Willielmo* fratre Regis, & *Ricardo* de *Humet* Constabulario, & *Warino* filio *Geroldi*, Camerario; & *Manasſero Byſet* dapifero, apud S. *Audomarum*.

HOSPITALE

de Scardeburgh *in agro* Eboracensi.

De Fundatione ejusdem.

JUratores dicunt per Sacramentum suum, quod tam Hospitale S. *Nicholai*, quàm Hospitale S. *Thomæ* Martyris, fundati sunt de antiquo per Burgenses de Scardeburgh; & quod bona & catalla Hospitalis S. *Nicholai*, cedunt in usus Fratrum & sororum ejusdem Hospitalis: & quod nullus villæ de Scardeburgh, dictum Hospitale consumpsit, dilapidavit, vel destruxit: & quod nullas terras & tenementa sibi, sine waranto, appropriaverunt; & quod bona & catalla, terræ & tenementa nunc existunt in manibus Fratrum & Sororum ejusdem Hospitalis. Dicunt tamen, quod Ballivi de Scardeburgh, qui pro tempore fuerint, cum quatuor hominibus ejusdem villæ, audiunt Compotum dictæ domus singulis annis. Dicunt etiam, quod habent octo boves precii quatuor marcarum, septem vaccas pretii cujuslibet v. s. sex juvencas pretii cujuslibet duorum solidorum; *viii.* oves pretii cujuslibet *xii.* d. *viii.* vellerios pretii cujuslibet ....; quatuor afros pretii cujuslibet v. s. Habent etiam quinq; bovatas terræ, quarum quælibet valet per annum decem.... Dicunt etiam, quod Hospitale S. *Thomæ* Martyris, fundatum per Burgenses de Scardeburgh fuit, & quod iidem Burgenses habuerunt custodiam ejusdem domus, & pro voluntate suâ Magistrum ibidem posuerunt & .... à tempore *Hugonis* de *Bulemere*, qui primò dedit terram suam ad Fundationem dicti Hospitalis, usque ad tempus *Willielmi* le *Champeneys*, qui fuit Magister dictæ domus, quem *Rogerus Wastyse* ejecit cum Fratribus & Sororibus ejusdem, eo quod dedit falsum intelligi Domino Regi, quod *H.* avus suus dedit unam carucatam terræ & dimidium dicto Hospitali in puram & liberam elemosinam; per quam quidem falsam suggestionem dominus.....

HO-

HOSPITALE

S. Ægidii extra Salopiam.

Carta Regis Henrici *secundi de* xxx. *sol. singulis annis de firma sua de* Salopescira.

Pat. 1. R. 2. p. 3. m. 33. per Inspex.

HEn. Rex *Angliæ* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg. W.* Episcopo *Cestriæ* & Justiciariis & Vicecom. & Ministris suis, & omnibus fidelibus suis de *Salopscire* salutem. Sciatis me dedisse & concessisse in perpetuam elemosinam, infirmis de *Salopesberia*, de firmâ meâ de *Salopescira* singulis annis *xxx.* sol. Et volo & præcipio quod eos habeant quietè & integrè per manum Vicecomitis mei. T. *M. Byset* dapifero, & *Warino* filio *Geroldi* Camerario, apud *Wudestocam.*

Et Pat. 2. H. 5. p. 1. m. 38.

Carta Regis Johannis *de palmatis bladi, & farini de quolibet sacco.*

Ib.

JOhannes Dei gratiâ Rex *Angliæ* (&c.) Sciatis nos pro amore Dei concessisse & præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse Leprosis S. *Egidii* de *Salopesbiria*, quod habeant palmatas bladi & farinæ de omnibus saccis qui cum bladio & farinâ exponuntur ad vendendum in mercato *Salopesbiriæ*, tam diebus mercati quam aliis, sicut eas habuerunt tempore *H.* Regis, patris nostri, de dono & elemosynâ ejusdem Regis; scilicet de unoquoq; sacco bladi palmatam duarum manuum, & de sacco farinæ palmatam unius manus, sicut eas habuerunt de dono & elemosynâ prædicti Regis, diebus suis, & sicut eas modo habent & habere debent. Quare volumus (&c.) Data per manum *S.* Præpositi *Beverlaci* & Archid. *Wellensis* apud **Wudestoke** *xx.* die *Marcii* anno regni nostri quinto.

Carta Regis Henrici *tertii de mortuo boscо in* Lynewode.

Ib.

HEnricus (&c.) Sciatis nos intuitu Dei; & pro salute animæ nostræ, & pro animabus antecessorum & hæredum nostrorum, concessisse, & hac Cartâ nostrâ confirmâsse, pro nobis & hæredibus nostris imperpetuum, Leprosis Hospitalis S. *Egidii* extra *Salopiam*, quod habeant imperpetuum unum equum singulis diebus itinerantem, semel in die, ad mortuum boscum & siccum boscum in bosco nostro in **Lynewode** ad focum suum. Quare volumus (&c.) Data per manum venerabilis patris *R. Ciceſtriæ* Episcopi Cancellarii nostri apud **Wenloc** *xi.* die *Augusti*, Anno Regni, *xv.*

HOSPITALE

de Romenale *in agro* Cantiano.

Restauratio & nova ordinatio ejusdem per Johannem Fraunceys, *anno* xxxvii. *Regis* Edwardi *tertii.*

Pat. 38 E. 3. p. 1. m. 30. per Inspex.

OMnibus Christi fidelibus præsentes literas inspecturis, visuris et audituris, *Johannes* filius *Roberti Fraunceys* de **Romenale**, *Cantuar.* dioc. salutem in omnium salvatore. Noverit universitas vestra, quod olim recolendæ memoriæ *Adam* de *Cherryngs* quoddam Hospitale Leprosorum in honore beatorum Martyrum *Stephani* & *Thomæ*, quondam *Cantuar.* Archiepiscopi, in dictâ villâ de **Romenale** dudum fundarum, terris, redditibus, & possessionibus variis dotavit & promovit; ac pro sustentatione perpetuâ quorundam Leprosorum in eodem degentium, & unius Capellani in ipso Hospitali divina imperpetuum celebrantis, pro salute animæ suæ, animarumq; antecessorum suorum, in puram & perpetuam elemosinam, terras, redditus & possessiones hujusmodi eidem Hospitali dedit & concessit, ac etiam assignavit prout per Cartas ipsius *Adæ*, & literas Romanorum Pontificum, ac Archiepiscoporum *Cantuariæ*, qui pro tempore fuerunt; & præcipuè per literas bonæ memoriæ Domini *Baldwini* dudum *Cantuariensis* Archiepiscopi indè confectas plenius poterit apparere. Sed temporum malicià succedente, & eo maximè, quod nulli Leprosi reperiebantur, nec longis temporibus retroactis potuerunt reperiri, qui in dicto Hospitali voluerunt aliqualiter commorari, stetit dictum Hospitale penitùs derelictum, & hominibus totaliter desolatum, sicq; prout elemosina antiquitùs fieri consueta, & divinus cultus in eodem Hospitali diu extiterat & existit, omnino diminutus & sopitus, ædificiaq; Hospitalis prædicti, quæ sumptuosa manus construxerat, funditùs sunt collapsa. Unde ego *Johannes Fraunceys* supradictus, verus dicti Hospitalis nunc patronus, motus pietate; volens & intendens ipsum Hospitale, ut præmittitur, totaliter desolatum, de bonis michi à Deo collatis, saltim & prout michi possibile fuerit, per Dei gratiam relevare, & divinum cultum ibidem diminutum & sopitum, ut præfertur, suscitare, ordino, volo & dispono, quatinus in me est, & de jure possum in hac parte; & præcipuè propter causam suprascriptam, quod de cætero in loco virorum Leprosorum, qui in eodem Hospitali morari consueverant, sint ibidem duo sacerdotes idonei, divina in ipso Hospitali pro animabus fundatorum, patronorum,

&

& benefactorum ejusdem perpetuis temporibus celebrantes; quorum unus erit dicti Hospitalis Magister, sive custos: qui quidem Magister sive Custos ibidem sumendus, sive eligendus, quociens ipsum Hospitale vacare contigerit, ad præsentationem patroni ejusdem Hospitalis cujuscunq; qui pro tempore fuerit, per dictum Archiepiscopum *Cantuariæ*, & ejus auctoritate, sede Ecclesiæ *Cantuar.* plenâ, & ipsa vacante per Priorem & Capitulum dictæ Ecclesiæ instituetur & inducetur in eodem.

Et etiam, quod in dicto Hospitali residenciam faciat corporalem, nisi pro negotiis ipsius Hospitalis, vel aliàs ex causâ rationabili ipsum oporteat aliquociens absentari. Qui etiam Capellanus in Magistrum sive Custodem prædicti Hospitalis admissus, in institutione sive admissione sua hujusmodi; seu saltim in sua inductione, in possessionem corporalem Hospitalis supradicti, corporale ad sancta Dei Evangelia præster juramentum, quod domos, terras, redditus, possessiones & jura ipsius Hospitalis, tam nova quàm antiqua, juxta posse suum viriliter conservabit & defendet, & sine vasto salvo custodiet, ordinationemq; præsentem in omnibus fideliter observabit.

Ordino insuper & volo, quod quilibet Magister sive Custos hujusmodi, qui pro tempore fuerit, unum ad se capiet Capellanum idoneum, quem in socium suum duxerit eligendum, ad morandum cum eo in Hospitali prædicto, qui suus erit commensalis; cui quidem Capellano, ultra victum suum *xl.* sol. sterlingorum de bonis ipsius Hospitalis in moneta currenti idem Magister ministrabit annuatim. Totum verò residuum bonorum & emolumentorum dicti Hospitalis, habebit & percipiet Magister supradictus pro sustentatione sua & suorum, ac jurium Hospitalis antedicti, & aliorum onerum sibi incumbentium occasione Hospitalis antedicti; ita tamen quod ibidem non fiet vastum, vel destructio, ut præfertur.

Liceat insuper Magistro dicti Hospitalis suum socium Capellanum, quociens opus fuerit, & causa rationabilis exposcat, à dicto Hospitali penitùs amovere, & alium idoneum loco suo ibidem subrogare & præficere; ita tamen quod semper sint ibidem duo Capellani commorantes, videlicet Magister & socius suus commensalis, ut est dictum, qui pro animabus Fundatorum, patronorum, & omnium ipsius Hospitalis, cessante impedimento legitimo, cotidiè celebrabunt, & simul in Capella ipsius Hospitalis *Matutinas* & alias horas Canonicas, *Placebo* & *Dirige*, cum commendatione animarum dicent, nisi rationabiliter fuerint excusati.

Præterea ordino & volo, quod quilibet Magister sive Custos Hospitalis prædicti, infra decem dies proximos postquam inductus fuerit in possessionem ejusdem, tam de visu & scientia patroni ipsius Hospitalis, vel alicujus per ipsum ad hoc deputati; quàm de visu & scientia alterius Capellani sui, *viz.* socii commensalis, fidele faciat & plenum inventarium indentatum, de omnibus & singulis bonis, rebus, & catallis ipsius Hospitalis inibi existentibus & reperiis, seu ad illud pertinentibus qualitercunq; cujus una pars penès dictum Magistrum & Custodem, & alia pars ejusdem penès ipsum patronum remanebit: Qui quidem Magister singulis bienniis de omnibus bonis & rebus ac catallis supradictis; ac etiam de administratione suâ ibidem factâ, loci Ordinario, *viz.* Domino Archiep. *Cantuar.* qui erit pro tempore, vel alicui ad hoc deputato per eundem juxta juris exigentiam, compotum reddet sive rationem.

Item volo & ordino, quod cum Magister dicti Hospitalis in fata decesserit, vel per permutationem; seu aliàs ab ipso Hospitali se transtulerit, aut amotus fuerit, bona & Catalla omnia Hospitalis, seu ad illud qualitercunq; pertinentia, penès ipsum Hospitale integrè remaneant, ad usum & utilitatem ejusdem, futuro Magistro sive Custodi Hospitalis antedicti ... venturo pleniùs liberanda. De aliis verò bonis & Catallis ipsius Magistri sive Custodis, sibi aliundè obvenientibus, seu per ipsum adquisitis, disponat idem Magister, tam in vitâ suâ, quàm in morte juxta suæ libitum voluntatis.

Insuper volo & ordino, quod quilibet patronus Hospitalis antedicti, qui pro tempore fuerit, unum Capellanum idoneum, quociens ipsum Hospitale vacare contigerit, infra duos menses à tempore notæ vacationis ejusdem, Domino Archiepiscopo *Cantuariensi*, qui pro tempore fuerit, sede *Cantuariensis* Eccle[illegible] plenâ; ipsâ vero sede vacante, Dominis Priori & Capitulo dictæ Ecclesiæ ad dictum Hospitale præsentabit, per ipsum seu ipsos in Magistrum & Custodem dicti Hospitalis admittendum; alioquin si patronus prædictus Capellanum hujusmodi infra dictum tempus non præsentaverit, ut præfertur, volo & concedo ego *Johannes* filius *Roberti Fraunceys* supradictus, pro me, hæredibus & assignatis meis, quod Jurati villæ de **Romenale** supradictæ; vel major pars eorum, potestatem præsentandi personam idoneam ad dictum Hospitale habeant ea vice; ita tamen quod infra mensem proximam tunc sequentem Capellanum hujusmodi præsentent modo supradicto. Et si contingat, quod Magister sive Custos prædictus non ceperit sibi alium socium Capellanum, ut est dictum, tunc idem Magister distribuet inter pauperes villæ supradictæ pro quolibet quarterio anni, quo Capellanum socium hujusmodi non habuerit, *xxiii. s.* & *iiii. d.* per visum Juratorum villæ antedictæ.

In quorum omnium & singulorum testimonium, ego *Johannes* filius *Roberti Fraunceys*, prædictus, Sigillum meum præsentibus apposui; & nichilominus Sigillum commune Baronum villæ de **Romenale** prædictæ, hiis apponi procuravi. Data apud **Romenale**, quoad confignationem præsentium *xx.* die *Junii*, Anno Domini *MCCCLxii.* & anno regni Regis *Edwardi* tertii post conquestum *Angliæ xxxvi.*

HOS-

HOSPITALE

S. Bartholomæi *extra muros Civitatis* Oxonii.

Ordinationes pro meliori gubernatione ejusdem.

Pat. 35. E. 3. p. 2. m. 25.

REX (*&c.*) *Inspeximus quandam ordinationem de Hospitali S.* Bartholomæi *extra* Oxon. *factam, & in Rotulis Cancellariæ Domini* Edwardi *nuper regis* Angliæ, *patris nostri, irrotulatam in hæc verba.* Memorandum, quod cum ex querentibus querimoniis fratrum Hospitalis S. *Bartholomæi*, extra *Oxonium*, de advocatione *Margaretæ* Reginæ *Angliæ* ad vitam suam, ex concessione celebris memoriæ Domini *E.* Regis, patris Regis nunc existentis, coram Domino Rege & ejus consilio monstratum fuisset, quod status Hospitalis prædicti per defectum & incuriam Magistrorum ejusdem Hospitalis, qui pro tempore fuerunt, multipliciter depressus est, & bona ad sustentationem Infirmorum fratrum ejusdem Hospitalis, per progenitores dicti Domini Regis abolim assignata, in usus alios miserabiliter fuerunt conversa, idem Dominus Rex per Inquisitionem coram Magistro *Henrico* de *Harcla*, Cancellario Universitatis *Oxonii*, & Magistro Hospitalis S. *Johannis* extra portam orientalem *Oxonii*, per Breve ipsius Regis captam & coram ipso retornatam; ac etiam per Cartas & munimenta eorundem fratrum coram ipso ostensa, de ipsorum primariâ Fundatione, per progenitores suos plenius certioratus, ad honorem Dei & pro relevatione & honestate status Hospitalis prædicti, de consilio suo in Parliamento apud *Lincolniam* anno regni sui nono, tento; ac de assensu præfatæ Reginæ, in modo qui sequitur, ordinavit.

Inprimis, cum Hospitale prædictum per progenitores suos, quondam Reges *Angliæ*, ad sustentationem Infirmorum antiquitùs fundatum fuerat; & jam de fratribus sanis & validis, contra ipsam Fundationem occupatum existat, ordinavit, quod fratres sani in eodem Hospitali nunc existentes, morentur suis temporibus, & percipiant sicut percipere consueverunt; & quod aliquo fratrum prædictorum decedente, seu ex aliquâ causâ rationabili amoto, loco suo ibidem unus frater infirmus admittatur, & sic fiat subsequenter quousque numerus sex fratrum Infirmorum impleatur: Et postmodum idem numerus fratrum Infirmorum ibidem imperpetuum habeatur, quorum quilibet percipiat per septimanam, de bonis Hospitalis prædicti, novem denarios: numero verò eorundem Infirmorum completo & habito, penultimoq; sanorum fratrum prædictorum mortuo, vel ex causâ rationabili amoto, loco ipsius unus frater sanus & potens ad laborandum, ac sciens de waynagio admittatur, qui waynagium terræ Hospitalis prædicti, & ea quæ ad hæc pertinent custodiat & sequatur.

Cumq; ultimus sanorum fratrum eorundem decesserit, vel ex causâ rationabili amotus fuerit, loco ejusdem alius frater sanus, & ad laborandum potens, sciensq; facere cartilagium & cooperire domos recipiatur, qui ea & alia facere quæ cedere poterunt in profectum Hospitalis prædicti; quorum quidem duorum fratrum sanorum, quilibet per septimanam similiter percipiat novem denarios, & postmodum quandocunq; aliquis Infirmorum prædictorum decesserit, alius infirmus ei succedat: & etiam quando aliquis duorum fratrum sanorum prædictorum decesserit, alius sanus ejusdem conditionis eidem similiter succedat. Ordinavit insuper, quod sit ibidem Magister Sacerdos comptiens, & bonæ vitæ, ac conversationis honestæ, qui personaliter residеat & Missam singulis diebus, nisi ex causâ legitimâ fuerit præpeditus, in Capellâ ejusdem Hospitalis celebret humiliter & devotè, & fratres infirmos bis ad minus in septimanâ visiter, & quantum sibi à Domino concessum fuerit, humiliter consoletur, & eis conferat Ecclesiastica Sacramenta, sicut decet; & percipiat per annum sex marcas. Si verò ex causâ legitimâ, qualibet fictione cessante, impeditus fuerit, quo minus præmissa poterit ad tempus aliquod perimplere, ea per alium sacerdotem idoneum facere perimplere, ne eadem Capella & fratres ejusdem Hospitalis debitis obsequiis defraudentur.

Item ordinant, quod sit ibi unus Clericus, qui Capellæ prædictæ deservier, & Procurator Hospitalis prædicti, unà cum altero fratrum sanorum prædictorum ad hoc magis idoneo, pro elemosynis & redditibus suis colligendis existat, qui similiter percipiat per septimanam novem denarios. Item ordinant, quod semper in fine anni, inter prædictos Magistrum & fratres ac Clericum, computetur quantum & quid residuum fuerit de bonis Hospitalis prædicti, de eodem anno, ultra portiones prædictas; & illud in emendationem status ejusdem Hospitalis magis necessariam de avisamento ipsorum omnia ponantur.

Ordinatum est etiam, quod si quæ eidem Hospitali legata vel oblata, seu quovis alio modo ab aliquibus caritativè collata fuerint, ea per ipsos distribuantur, vel in augmentationem status ejusdem Hospitalis, & numerum Capellanorum seu fratrum ibidem, juxta dispositionem eorundem futuris temporibus apponantur: reservatâ verò potestate dictæ dominæ Reginæ visitandi & conferendi Hospitale prædictum, tempore suo cum viderit faciendum; & post tempus suum Domino Regi vel ejus Cancellario pro tempore existenti. In cujus rei testimonium Sigilla prædicti Regis & præfatæ Reginæ huic ordinationi sunt appensa; & ipsa ordinatio in Rotulis ipsius Regis de Cancellariâ suâ est irrotulata, *viz.* apud *Lincolniam* x. die mensis *Februarii*, anno supradicto.

Nos autem irrotulamentum ordinationis prædictæ, ad requisitionem dilectorum nobis in Christo Præpositi & scolarium Domus nostræ beatæ *Mariæ Oxon.* tenore præsentium duximus exemplificandum. In cujus, &c. T. Rege apud *Westm. vii.* die *Maii.*

Carta Regis Edwardi *tertii pro receptione unius fratris in eodem Hospitali.*

Pat. 14 E. 2. p. 2. m. 10. REx dilectis sibi in Christo Magistro & fratribus Hospitalis S. *Bartholomæi* juxta *Oxon.* salutem. Licèt inter cætera, quæ pro relevatione & honestate status Hospitalis prædicti, de consilio nostro in Parliamento nostro *Lincolniæ*, Anno Regni nostri nono ordinavimus; ordinaverimus, quod cum idem Hospitale per progenitores nostros quondam Reges *Angliæ*, ad sustentationem infirmorum antiquitùs fundatum fuisset, & tunc de fratribus sanis & validis contra ipsam Fundationem occupatum existebat, quod fratres sani in eodem Hospitali nunc existentes suis temporibus morarentur, & quod aliquo fratrum eorundem decedente, seu ex aliquâ causâ rationabili amoto, loco suo ibidem, unus frater infirmus admitteretur, & sic fieret subsequenter, quousq; numerus sex fratrum infirmorum implereretur; pro eo tamen quod maheremium Capellæ dicti Hospitalis putri'um est & debile, ac ruinam minatur; & quod Capellam illam de bonis ejusdem Hospitalis reparare non valetis quoquo modo; quodq; *Johannes* filius *Laurentii Serthe* sanus, de bonis & catallis suis *xvii.* marcas ad Capellam illam reparandam conferre vult Hospitali prædicto, per sic quod in eodem Hospitali post mortem proximi fratris in eodem decedentis, frater admittatur suo perpetuo, tanquam alius frater ibidem percepturus, sicut plenius informamur: nos ad insufficientiam vestram in hac parte respectum habentes, de gratiâ nostrâ speciali concessimus, quod post mortem proximi fratris in dicto Hospitali decedentis, præfatus *Johannes* frater, in eodem Hospitali in formâ prædictâ, sine occasione aliquâ admittatur, suo perpetuo tanquam alius frater ibidem percepturus ordinatione nostrâ prædictâ, quam extunc in omnibus & singulis inviolabiliter observari volumus, non obstante. In cujus, &c. T. Rege apud *Westm. xviii.* die *Maii.*

Maiden-Bradley PRIORATUS,

Canonicorum regularium S. Augustini *Dioc.* Sarum, *in agro* Wiltoniensi.

Lel. Coll. i Vol. 2. p. 80. MAnserus Byset, Baro, primus Fundator, instituit domum pro Leprosis mulieribus; & seculares presbiteros ibidem instituit, quos appellabat *Procuratores mulierum.*

Hubertus Episcopus *Sarum* transtulit presbiteros in Canonicos regulares. Ecclesia de Bidermister appropriata.

Carta Regis Henrici *secundi, donationem* Manasseri Biset *de Manerio de* Bradleia *confirmans.*

Ex autog. in officio Armorum. Esc. 4 R. 2. n. 22. H. Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ*, & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Ministris, & omnibus fidelibus suis *Francis*, & *Anglis* totius *Angliæ* salutem. Sciatis me concessisse & præsenti Cartâ confirmasse Leprosis de *Bradelaia*, Manerium de *Bradeleia*, cum omnibus pertinentiis suis, quod *Manesserus Biset*, pro *Alicia* uxore suâ, de cujus hæreditate Manerium illud est, eis dederat in perpetuam elemosinam, & concesserat. Quare volo (&c.) T. *Fulcone Paenello*, *Willielmo Malet* dapifero, *Reginaldo* filio *Urfi*, *Radulfo* filio *Stephani*, Camerario apud Edwardestone.

Carta Johannis *de* Ryperiis, *de terris in* Bedeministre, *& advocatione Ecclesiæ ejusdem villæ.*

Ib. OMnibus Christi fidelibus præsentem Cartam visuris vel audituris, *Johannes* de *Ryperiis* Dominus de Burgate æternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra, nos pro Deo, & salute animæ nostræ, & etiam pro salute antecessorum & successorum & hæredum nostrorum, karitatis intuitu, dedisse, concessisse, & hac præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse Fratri *Johanni* Priori de *Maydene-Bradelega*, & sororibus Leprosis ejusdem loci, & Fratribus ibidem Deo servientibus, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, totam terram, tam arabilem, quàm non arabilem, cum omnibus domibus & pertinentiis suis, quam *Hugo* in la *Grava*, quondam tenuit in Manerio de Bidemministre, & prædictum *Hugonem* cum tota sequelâ suâ, & cum omnibus Catallis suis mobilibus, & immobilibus; & cum omnibus

bus aliis rebus ad prædictam terram, & prædictum *Hugonem* pertinentibus; unà cum advocatione Ecclesiæ de Lydeministre, cum omnibus libertatibus, juribus, & liberis consuetudinibus, in omnibus locis, & omnibus aliis rebus ad prædictam Ecclesiam pertinentibus. Habendum & tenendum, de nobis & hæredibus nostris, prædictis Priori de *Maydenebradelega*, & sororibus infirmis & ejusdem loci Fratribus & eorum successoribus (&c.) liberè, quietè, integrè (&c.) imperpetuum (&c.) Hiis Testibus, Dominis *Nicolao* de *Meules*, *Hugone* de *Plessetis*, *Rogero* de *Meules*, *Johanne* de *Kernet* militibus: Magistro *Waltero Scammel* Archidiacono *Barchsirie*, *Johanne* de *Wutton*; Magistro *Hugone* de *Cancia*, *Ricardo* de *Muleford*, *Hugone* de *Bosco*, *Henrico* de *Caldewelle*, *Willielmo* de *Heymore*, *Roberto* de *Vernun*, *Johanne* de *Angyens*, & aliis.

Carta Henrici Biset, *conventionem inter Domos de* Brummore *&* Mayden-Bradley, *de Ecclesia de* Rocheburne *confirmant.*

Ibid. SCiant præsentes & futuri, quod ego *Henricus Biset* concessi & hac præsenti Cartâ confirmavi Conventionem, quæ facta fuit inter domum de Brumore & Canonicos ejusdem loci, & mulieres Leprosas, & fratres de *Bradelega*, de Ecclesia de *Rocheburna*, quam *Manasserus Biset* pater meus eis in elemosinam dedit. Ut autem hæc mea concessio rata & firma in perpetuum permaneat, Sigilli mei impressione eam communivi. Hiis Testibus, *Herberto* sacerdote, *Willielmo* sacerdote de Brummore, *Radulfo* & *Willielmo* fratre ejus de *Auxevill*; *Gaufrido* & *Radulfo* de Brinkewurth; *Roberto* de *Brumare* (&c.)

Carta Rogeri *Episcopi* Wigornienſis *de appropriatione Ecclesiæ de* Redemineſtre.

UNiversis Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, *Rogerus* Dei gratiâ *Wigornienſis* Episcopus, æternam salutem in Domino. Cum ad omnes sollicitudini nostræ commissos, ex susceptο officio bonum operari teneamur, specialiùs quodam modo ad eorum promotionem & provectionem teneri nos credimus, qui ex occulto Dei judicio, continuis cruciatibus affliguntur, & quos arctioris vitæ propositum & religio immaculata, Deo efficit acceptos, & in facie omnium commendat acceptos laudabiles. Attendentes itaq; & diligenter perpendentes honestam conversationem mulierum Leprosarum de *Bradleia*, & Ministrorum suorum ibidem Deo servientium, & curam eorum; inspectâ Cartâ *Manasseri Biset* dapiferi *Henrici* Regis *Anglia*, per quam idem *Manaserus Biset* prædictis mulieribus Leprosis Ecclesiam de Redeminiſtre, tanquam Advocatus concessit, & nobilis Rex *Henricus* secundus eis Cartâ suâ confirmavit eandem Ecclesiam ad petitionem prædicti *Henrici* Regis, & *Manasseri Biset* ejus Dapiferi, superdictis mulieribus & earum ministris, pietatis intuitu concedimus, & præsentis scripti patrocinio communimus, & confirmamus. Statuentes, ut ipsam Ecclesiam de Redeminſtre & omnibus pertinentiis suis, post decessum *Roberti* personæ possidentis, in usus suos proprios, sine aliqua contradictione, salvis consuetudinibus Episcopalibus, convertant. Hiis Testibus, *Simone* Archidiacono *Wigornia*, Magistris *Moyse*, & *Silvestro*, Magistro de *Leche*, *Ricardo Lumple*, *Ernaldo* Decano de *Sumerford*, *Radulfo* filio *Stephani*, *Bartholomeo Biset*, *Ricardo Talebot*, *Radulfo* de *Sancto Germanno*, & multis aliis.

Carta Regis Henrici *tertii Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

HEnricus Dei gratia, Rex *Anglia* (&c.) Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis nos, pro salute animæ nostræ & animarum antecessorum, & hæredum nostrorum, concessisse, & hac Cartâ nostrâ confirmâsse Deo, & beatæ *Mariæ*, & Sororibus Leprosis de Mayden-Bradelegh, & Priori & fratribus ibidem Deo servientibus, omnes terras & tenementa subscripta; videlicet, Ex dono *Manasseri Biset*, Manerium de Mayden-Bradelegh, & Jernefeld, cum omnibus libertatibus & pertinentiis suis; Et Ecclesias de Lideminſtre, & de Rokeburn; Ex dono *Roberti Maudut* unam virgatam terræ, cum pertinentiis suis, in Bissopestre. Ex dono *Johannis* de *Ripariis* totum tenementum, & totam terram, quam quondam de nobis in Capite tenuit in Manerio de Lydeminſtre, cum domibus, hominibus, redditibus, serviciis, libertatibus, & omnibus aliis escaetis & pertinentiis suis. Ex dono *Agnetis* de *Mara*, quæ fuit uxor *Roberti Maudute*, unam virgatam terræ, cum mesuagio, & curtilagio in *Tarenta*. Ex dono *Galfridi*, & *Johannis* de *Nevill* totum tenementum & totam terram, quam quondam tenuerunt in Honington, cum domibus, hominibus, redditibus, serviciis, libertatibus, Escaetis, & cum omnibus aliis pertinentiis suis. Ex dono *Margaretæ Biset* totum servitium, & redditum, quæ *Johannes Forrestarius* de Wykeford eidem *Margaretæ* debebat, de tenemento quod de ea tenuit in Wykeford; & sex solidos, & sex denarios annui redditus in Lideminſter, & totum servicium & redditum *Andreæ le Chaunceler*, apud Burton; & quandam partem terræ in villa de Bradleghe, quæ vocatur *Wulfgecrofta*.

Cart. 2. E. 3. n. 24. per Inspex.

Ex dono *Rogeri* & *Alani* de la *Suche* tenementum quod quondam habuerunt in Tudeworth, cum domibus, hominibus, redditibus, serviciis, Escaetis, & omnibus aliis pertinentiis suis: Ex dono *Radulfi* de *Auxevill* octo virgatas terræ in Aldington, & quinq; virgatas & dimidiam terræ in Cumberton, cum homini-

bus, & eorum redditibus, serviciis; Escaetis, & omnibus aliis pertinentiis suis. Ex dono *Halenaldi* de *Syfrawaste* unam virgatam terræ cum pertinentiis suis in Hamsted: Ex dono *Jordani Bolebek* totum tenementum quod quondam tenuit in Barlechve, cum pertinentiis suis. Ex dono *Petri* de *Northon*, & *Isoldæ* uxoris suæ, totum tenementum, quod quondam tenuerunt in Bekenton, cum hominibus, & eorum redditibus, serviciis, Escaetis, & cum omnibus aliis pertinentiis suis. Ex dono *Cecilie* filiæ *Willielmi Sewale*, duas virgatas terræ cum pertinentiis suis in Dacheston; & unam acram in Foxthcumbe, & unam acram in Grenefurlang, & unam acram super Rygge, & unam acram in Grafton, & pasturam sexaginta ovium; Ex dono *Richardi* de *la Feleye* dimidiam virgatam terræ in Chusengburg, cum mesuagio, & curtilagio & crofta & prato, & pastura, cum omnibus pertinentiis suis: Et octo acras terræ, & dimidiam in eadem villa, & pasturam ad quatuor boves, & ad viginti oves, & ad sex porcos, & ad unum equum in pastura.

Ex dono *Roberti* de *Mereland* tenementum, & redditum quod habuit in Dacharolegh, cum pertinentiis suis. Ex dono *Willielmi* de *Ruden* totum tenementum cum pertinentiis suis, quod *Robertus* le *Sauser*, & *Petrus Mowurte* quondam tenuerunt in Grendon. Ex dono *Willielmi* de *Stanton*, & *Willielmi* de *Corslegh* totum tenementum, cum pertinentiis suis, quod quondam tenuerunt in villa de Witteburn, infra Manerium de Corslegh. Ex dono *Galfridi Hoyse* totum tenementum cum pertinentiis suis, quod quondam tenuit in Northmerdon in Com. *Sussexiæ*. Ex dono *Henrici Biset*, & ex confirmatione *Johannis* de *Riperiis* centum solidos annui redditus in Manerio de Burghate. Ex dono *Galfridi Tragyn*, & *Galfridi* le *Chamberlein*, & *Margeriæ* de *Lymesy* quatuor virgatas terræ & dimidiam in Manerio de Fanel-Dicton, cum pertinentiis suis; Et redditum quadraginta sex Solidorum, quem habuit in villa Bastoll, & redditum novemdecem solidorum, quem habuit in Manerio de Berlebert, cum pertinentiis suis; Et redditum triginta solidorum, cum pertinentiis suis, quem habuit in Manerio de Frome; & redditum quadraginta Solidorum, quem habuit in Manerio de Werminstre; videlicet, Ex dono *Willielmi* de *Corslegh*, & *Rogeri Pygaz*, & *Willielmi Thursteyr*. Quare volumus (&c.) Data per manus venerabilis patris *Radulphi Ciestrensis* Episcopi, Cancellarii nostri, apud *Westm.* quintodecimo die *Maii* anno Regni nostri *undecimo*.

Consimilis Carta ejusdem Regis.

Cart. 54. H 3. m. 2. Videsis Cart. 13. E. 1. n. 21. Et Cart. 2. E 3. n. 24. Et Pat. 3. H. 4. p. 1. m. 31. Et Pat. 11. H 6. p. 1. m. 18.

HEnricus Dei gratiâ (&c.) Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis nos, pro salute animæ nostræ, & animarum antecessorum & hæredum nostrorum concessisse & hac Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ* & mulieribus Leprosis de Braddelege, & fratribus ibidem Deo servientibus, omnes terras & tenementa subscripta; videlicet ex dono *Manasseri Bysset* Manerium de Bradeleghe, cum omnibus pertinentiis suis; & Ecclesias de Bydminstre, & de Roteburne. Ex dono *Roberti Maudut* unam virgatam terræ in Bystopestrewe. Ex dono *Johannis* de *Rypariis* totam terram, quam quondam tenuit in Manerio de Bydminstre, cum domibus, hominibus, redditibus, serviciis, libertatibus, & omnibus aliis pertinentiis suis. Ex dono *Ricardi* Capellani unam ydam terræ cum omnibus pertinentiis suis in Cumton. Ex dono *Agnetis* de *Mara* quæ fuit uxor *Roberti Maudut*; unam virgatam terræ cum mesagio & curtilagio in *Taranta*. Ex dono *Willielmi Cryspini* unam virgatam terræ cum omnibus pertinentiis suis in Roteburne. Ex dono *Galfridi* de *Nevill* totam terram quam *Silwardus* filius *Segrve* tenuit apud Sorleghe, cum pertinentiis suis & ipsum *Eslwardum* cum tota secta suâ.

Ex dono *Margaretæ Bysset* totum servicium & redditum quæ *Johannes Forestarius* de Wytheford eidem *Margaretæ* debebat de tenemento quod de ea tenuit in Wytheford; & sex solidos & sex denarios annui redditus in Bedrminstre; & totum servicium & redditum *Andreæ* le *Chaunceler* apud Burtone; Et quandam partem terræ in villâ de Braddelege, quæ vocatur Wulfscroft. Ex dono *Rogeri* la *Zuche* dimidiam virgatam terræ in Tudeworthe, & *Hugonem* . . . enge cum totâ sectâ suâ. Ex dono *Radulphi* de *Auxivill* quatuor virgatas terræ & dimidiam in Aldington, & duas virgatas terræ in Combrington, & quatuordecim solidos annuatim suscipiendos de magno molendino de Bydrminstre; & totum molendinum de Sutton, cum pertinentiis suis. Ex dono ejusdem *Radulphi* duas virgatas terræ & dimidiam in Cumbrington, & tres virgatas terræ & dimidiam in Aldingtone. Ex dono *Alenaldi* de *Siffrewast* unam virgatam terræ cum pertinentiis suis in Hamstede. Ex dono *Ceciliæ* filiæ *Willielmi Sewal* duas virgatas terræ cum pertinentiis suis in Dacheston, & unam acram in Foxcumbe, & unam acram in Grenefurlang; & unam acram super Rygge; & unam acram in Gerston; & pasturam sexaginta ovium.

Ex dono *Ricardi* de *Folia* dimidiam virgatam terræ in Chisingbiry, cum mesagio & curtilagio, & crofta, & prato, & pastura cum omnibus pertinentiis suis; & octo acras terræ & dimidiam in eadem villa; & pasturam ad *iiii.* boves, & ad viginti oves, & ad sex porcos, & ad unum equum in pastura de Chesingbiry. Quare volumus (&c.) His Testibus, *Edmundo* filio nostro, *Gilberto* de *Clare* Com. *Glouc.* & Hertefordo (&c.) Dat. per manum nostram apud Marleberg *iii.* die *Sept.* anno regni nostri *Liiii.*

HOS-

HOSPITALE

S. Thomæ *Martyris de* Acon *in Civitate* London.

Carta Regis Edwardi *tertii, donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Pat. 14. E. 3. p. 3 m. 51.

REx omnibus ad quos, &c. salutem. Donationem, concessionem & confirmationem, quas *Thomas* filius *Theobaldi* de *Helles*, per Cartam suam fecit Magistro & fratribus militiæ Hospitalis S. *Thomæ* Martyris *Cantuarienſis* de Acon, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, de totâ illâ terrâ, cum omnibus pertinentiis, quæ quondam fuit *Gilberti Beket*, patris beati *Thomæ* Martyris *Cantuarienſis* Archiepiscopi, in qua beatus *Thomas* Martyr prædictus duxit originem, ad construendam basilicam in honorem Dei omnipotentis & beatæ Virginis *Mariæ*, & ejusdem gloriosissimi Martyris; quæ terra est in parochia Sanctæ *Mariæ* de Colechurch. Donationem etiam, concessionem, & confirmationem quas *Vincentius* filius *Milæ* per Cartam suam fecit Deo & Hospitali prædicto, ac fratribus ibidem Deo servientibus, in puram & perpetuam elemosinam de totâ terrâ suâ integrè & plenariè, quæ jacet inter terram *Osberti Fuket*, ex una parte, & terram *Johannis Ouneſtchere* ex altera. Donationem insuper, concessionem, quietam clamanciam, & confirmationem, quas *Philippus Marmyun* per Cartam suam fecit Deo & Magistro, & Fratribus Hospitalis prædicti, in *Anglia* commorantibus, in liberam & puram & perpetuam elemosinam, de quinq; solidatis annui & quieti redditus, quas sibi per annum reddere solebant de viginti solidis annuis, quos habuit in *London.* in tenementis, ubi beatus *Thomas* natus fuit. Concessionem etiam, dimissionem & confirmationem, quas *Philippus Marmyun* miles per Cartam suam fecit Deo & Magistro & Fratribus prædictis, de quindecim solidatis annui & quieti redditus quas habuit in *London.* in viginti solidatis redditus de tenementis cum pertinentiis, ubi beatus *Thomas* natus fuit. Donationem insuper, concessionem, & confirmationem quas *Richardus* de *Ewelle* civis *London.* per Cartam suam fecit Deo & beatæ *Mariæ* & domui Sancti *Thomæ* Martyris de Acon, apud conductum *London.* Ac Magistro & Fratribus prædictis de toto tenemento suo apud Wapping propè civitatem *London.* Unà cum molendinis, & cæteris omnibus pertinentiis suis, ad dictum tenementum seu molendina qualitercunq; spectantibus (&c.)

Legatum insuper quod *Richardus* de *Walbrock*, in Testamento suo fecit Domui & Fratribus prædictis de tota domo quam habuit in parochia Sancti *Stephani* super Walleybrok, cum redditibus, shopis, & aliis pertinentiis suis. Donationem etiam, concessionem, dimissionem, & confirmationem, quas *Hervæus* le *Ferron* per Cartam suam fecit Magistro & Fratribus prædictis, de quadam domo quam habuit in *London.* in parochia Sanctæ *Mariæ* de Colechurch. Concessionem insuper, dimissionem, & confirmationem, quas *Agnes* Prioriſſa Ecclesiæ Sancti *Johannis Baptiſtæ* de Walliwelle, & ejusdem loci Conventus, communi consilio totius Capituli sui, per Cartam suam fecerunt Magistro & Fratribus prædictis de viginti solidatis quieti redditus in parochia S. *Mariæ* de Colechurch, percipiendis annuatim de terra cum pertinentiis quæ quondam fuit *Willelmi Colmas.* (&c.) Donationem insuper, concessionem, dimissionem & confirmationem, quas *Johannes Richeman* per Cartam suam fecit Deo, & beatæ *Mariæ*, & glorioso Martyri *Thomæ*, & Magistro & Fratribus prædictis, in liberam & perpetuam elemosinam, de toto illo molendino & toto prato, cum omnibus pertinentiis suis, quæ habuit in Westhame, & omnibus terris & redditibus, & ædificiis quæ habuit in Stradford & Wambeleye, & in Stebbenhethe (&c.)

Concessionem etiam & confirmationem, quas *Robertus* de *Scotheus*, & *Margareta* uxor ejus, per scriptum suum fecerunt Magistro & Fratribus prædictis, de toto Manerio integro, & tota terra cum pertinentiis de Cumeldon; quod Manerium, & quam terram, prædicti Magistri & Fratres habuerunt, ex dono quondam antecessorum prædictæ *Margaretæ* (&c.) ratas habentes & gratas (&c.) confirmamus. Teste Custode apud Kenyngton vicesimo die *Julii.*

Donationem (&c.) quas *Johannes Haunſard* miles, de consensu *Gondredæ* uxoris suæ, per scriptum suum fecit Deo & Fratribus prædictis, in puram, liberam & perpetuam elemosinam, de tota terra illa, unà cum sex solidis annui redditus, quos tenuerunt de feodo suo in parochia de Catherham; quæ scilicet terra vocatur Pozkele, cum omnibus suis pertinentiis. (&c.) Rata habentes & grata, ea pro nobis & hæredibus nostris (&c.) confirmamus. (&c.) T. Custode apud Kenyngton *xx. Julii.*

Carta Galfridi *filii* Petri *Comitis* Essexiæ *Fratribus Hosp. S.* Thomæ *Mart. de* Acon *facta, de custodia Hospitalis S.* Johannis *Evang. in* Berchamstede.

Pat. 18. E. 2. p. 2. m. 5. per inſpex.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Galfridus* filius *Petri*, Comes *Essexiæ*, concessi & præsenti Cartâ meâ confirmavi fratribus S. *Thomæ* Martyris de *Aconia*, quibus commisi custodiam Hospitalis S. *Johannis Baptiſtæ* in Berchamstede, quod similiter custodiant Hospitale S. *Johannis* Evangelistæ Leprosorum in eadem villa; ita quod bona & elemosinæ quæ ad Hospitale S. *Johannis Evangeliſtæ* pertinent, per ipsos & per visum eorum, in usus pauperum & infirmorum ejusdem Hospitalis

S. *Johannis Evangelistæ*, secundùm Deum & rationem in eadem domo expendantur, & alibi non asponentur vel amoveantur: Et ut hæc concessio & confirmatio nostra perpetuæ firmitatis robur optineant, præsentem Cartam Sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus, *Galfrido* de *Bocland* Decano S. *Martini*, *Ric.* de *Stapeford*, *Johanne* de *Calc*, *Radulfo* de *Cheindedut* (&c.)

Carta Regis Edwardi *primi, per quam concessit Fratribus Hospitalis de* Acon, *advocationem Ecclesiæ de* Rotheleg *in Com.* Leic. *cum Capellis eidem spectantibus.*

Pat. 2. E. 3. p. 2. m. 7. per Inspex.

Vide etiam Pat. 5. R. 2. p. 2. m. 31.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hibern.* & Dux *Aquit.* omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint salutem. Sciatis quod cum celebris memoriæ Dominus *H.* Rex *Angliæ*, pater noster, dudum per Cartam suam dedisset & concessisset dilectis nobis in Christo Magistro & Fratribus Militiæ Templi in *Anglia* Manerium de Rotheleg, cum advocatione Ecclesiæ ejusdem Manerii & Capellarum ad eam spectantium: Habendum & tenendum de ipso Rege patre nostro & hæredibus suis dictis Magistro & fratribus & successoribus suis in puram & perpetuam elemosinam, sicut in dicta Carta plenius continetur: Nos licet diversis rationibus jus habeamus in advocatione Ecclesiæ Manerii prædicti, & Capellarum prædictarum; volumus tamen & concedimus, pro nobis & hæredibus nostris; quantum in nobis est, quod iidem Magister & fratres & eorum successores eandem Ecclesiam cum Capellis de Gaddesby, Bayham, Gaymestone, Warnoteby, Caudewell; & Wykeham ad dictam Ecclesiam spectantibus habeant & teneant ad piranciam fratrum Conventus sui de Acon, sine reclamatione nostri vel hæredum nostrorum imperpetuum. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud Selebourn sexto decimo die *Augusti* anno regni nostri quarto. Nos autem tenorem literarum prædictarum ad requisitionem dilectorum nobis in Christo Prioris & fratrum Hospitalis Sancti *Johannis Jerusalem* in *Anglia* duximus exemplificandam. In cujus (&c.) T. Rege apud *Westm. xxviii.* die *Novembris.*

Actus in Parliamento anno xxiii. *H. 6. pro incorporatione istius Hospitalis*, &c.

Rot. Parl. 23. H. 6. n. 20.

ITem quædam alia Petitio exhibita fuit eidem Domino Regi in præsenti Parliamento per præfatos Communes pro Magistro & fratribus Domus Hospitalis S. *Thomæ* Martyris de Acres, in Civitate *London.* in hæc verba. To the full wise and discrete Comons of this present Parliament, meekely shewen John Neel Maister, and his Brethren of the House or Hospitall of Saint Thomas the Martir of *Acres* in the Citee of *London*; that where on Thomas the son of Thebald of Helles, and Agnes his wife, sister of the said Saint Thomas, gaue and graunted to the Maister and Brethren at that tyme being of the Hospital of Saint Thomas the Martyr of *Canterbury* of *Acres*, alle the londe with th'appurtenances, that some tyme was Gilbert Bekkitis, fader of the said S. Thomas the Martyr, Archebishop of *Canterbury*, yn the whiche londe the said Martir was borne; to make there a Chirche in the worshipp of God almighty, no of the blissed Virgin Mary and of the seid glorius Martyr, whiche londes be yn the paryshe of Saint Mary of Colchirche yn London; to have and to holde to thayme and thaire successours yn free, pure, and perpetuell Almes for ever more. And afterward the noble Prince Kyng Henry the third, progenitour of our soveraigne lord; that now is, the fifty second yere of his regne, by his Lettres Patentes graunted to the maister and Brethren of the said Hous or Hospitalle, at that tyme being, and to their successours, by name of Maister and Brethern of the Hospitall of S. Thomas the Martyr of *Acres* yn the Citee of London, yn largeing of thair said grounde the mesis and the place, with th' appurtenances yn the Citee aforesaid, lieng betwene the Chirche of Saint Olave and the place where S. Thomas was borne; to have and to holde, to thayme and their successours for evermore, in pure and perpetuell almes; and how that there hath ben yn the saide Hous or Hospital alway sithyn a Maister and Brethern professid yn the rule of Seint Austyn, after the Statutes and ordenaunce of the said house or Hospitall, and prestis and Clerkys there doyng divine service yn the worthip and pleasir of God and of oure Lady, and of the seid glorius Martir: and at this tyme bien to the noumbre of xii. or mo; and howe that by infortune and misgovernaunce the said house or Hospitall hath be yn old tyme despoiled, and gret part of their evidences lost and destroied, to the full gret hurt of the said house or Hospital, and like to be disheritaunce thereof hereafter, withoute gracious remedie hadde yn this behalfe.

Please hit youre full wise and worthi discrecions, at the reverence of God, to pray the Kyng oure soveraigne Lord, that hit please his noble grace, to the worship of God, his blissid moder our Lady Saint Marie, and of the said glorius Martir Seint Thomas, yn supportacion and sustenance of divine service yn the said hous or Hospitalle, by th' assent of his Lordes spirituell and temporell, and by the auctorite of this present Parliament, to ordeigne, stablisshe and approve; and that the Maister and Brethern thereof; the Maister and Brethern of the hous or Hospitall of Saint Thomas the Martyr of *Acres* in the Citee of London be called and repute; and by that name may enpleet and be empleted, answere and be answered in all manner of Courtes aswell spirituell as temporell, and they by that same name mowe be persones able to purchase londes and tenementz of all maners persones, and take hem of the gifte, aswele of

our

oure soveraigne Lord and his heires, as of any other persone, to have to theyme and their successours for evermore: and that they have thaire commyn Sealle: and whensumevere hit happen the said house or Hospitalle hereafter to voide by dethe, cession, resignacione, privacione, or any otherwyse, that the Brethern of the said house or Hospitall profesid for the tyme beyng, without delay, and without any suyt of any licens of oure Lorde King, or of his heires mowe chese one of theyme self or an other to be Maister of the said House or Hospitalle, and him to the ordinarie of the same house or Hospitalle, or to any other persone, havyng the ordinarie jurisdiction, present; as hit hathe ben used aforetyme; and he the said persone soe presentid yn due forme to admitte.

And also to do write to the Archedecon of London, for the tyme beyng, to induct the seid persone so chosen, yn corporell possession of the seid house or Hospitalle; and also without any charge of any pension or corrodie at the prayer of the kyng our soveraigne Lord, oute of the said house or Hospitalle yn any wise to be graunted, considerying that ther was never none graunted therein aforetyme; bot that the said Maister and Brethern of the said house or Hospitall, and there successours, avenst the kynge oure soverayn Lord and his heires and successours of alle manere pensions and corrodyes be quyte and discharged for evermore by th'auctorite abovesaid: And also to graunte, ratifie confirme and approve the estate and possession of the said now Maister & Brethern, yn the londes, places, tenements, and possessions above rehersed, and all other possessions by what name so evere hit be afore this tyme by oure soveraigne Lord or his progenitours, or any other persone yeven, graunted, or devysed to the saide nowe Maister and his successours, or to any of his predecessours and successours, or by the seid Maister or any of his predecessours yn any wyse recovered: and alle this to graunt to the seid now Maister and Brethern, to have to theyme and their successours for evermore: Savyng to everych of the Lynges lieges, other then to theime and thaire heires which any londes or tenements of fee simple to the seid house or Hospitalle or the Maister and Brethern of the same, by whatsumever name the seid house or Hospitall, or the Maister and Brethern of the same have ben called afore this time, have yeven, devysed, assigned, or graunted their title, right and interesse, if they any have yn the londes and tenements abovesaide: and they shall pray God for the prosperitee of the kyng our soverayne Lord, and of alle his liege people; and this for the love of God, and in the way of Charitee.

Quæ quidem petitione in Parliamento prædicto lectâ, auditâ, & plenius intellectâ, de avisamento & assensu prædictis respondebatur eidem in forma subsequenti. The Kyng, by th'advyse and assent of the Lordes spirituell and temporell, and the Comunens of this his noble roialme of Ingelonde, beyng in this present Parliament, and be auctorite of the same Parlement, hath graunted this Petition, and alle thyng conteyned in the same Petition; and wille and grauntethe be the advyse, assent and auctorite abovesaid, that it be doone in alle poyntz as it is desired by the same Petition.

HOSPITALE

S. Johannis Baptistæ, *infra villam de* Lenne *in agro* Norfolciensi.

Fait a remember de la Chartre L'Evesq; John *le* Grey, *& de la confirmacioun de le Cha····· de Norwiz, q'ils soyent conferme de Roy &c.* Ex vetusta membrana penès Majorem & Burgenses de Lenne.

Item de la Hospital sent John *en* Lenne; *coment un* Nichol *de* Bricham *Burgeys de meſme la ville, & altres, tenerent terres & tenementz a le dit Hospital, pur la sustenance de poverez gentz en la noun de Dieu; & le Maire & les Burgiys de la dite ville presenterent & establerent Meistre & Gardeyn de la dit Hospital jeks al temps* John *de* Ely Evesq; *de Norwiz; quel* John *tolast la presentement.*

Carta Ulfketheli *filii Sanctimonialis de tota terra suam in* Linna.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Ulfketel* filius Sanctimonialis de Scerninges, concessi & dedi, & hac meâ Cartâ confirmavi Deo & beatæ *Mariæ* & Hospitali S. *Johannis Baptistæ* de *Linna*, & fratribus ibidem Deo servientibus, totam terram meam in *Linna* super calcetam ··· *Wdie*, quæ jacet inter terram, quam *Robertus* de *Jernemunt* tenuit de *Willielmo* de *Jernemunt*, & terram *Rogeri Pistorit*, scilicet quadraginta pedes terræ in latitudine, & in longitudine quantum vicinæ terræ durant, pro anima mea & pro animabus patris & matris meæ, & pro animabus omnium antecessorum meorum & omnium fidelium defunctorum, in puram & liberam & perpetuam elemosinam; & quietam ab omni seculari servicio mei & hæredum meorum, salvo servicio Domini *Norwicensis* Episcopi, scilicet octo denarios annuatim, pro omnibus serviciis, consuetudinibus & exactionibus. Hiis testibus, *Radulfo Kelloc*, *Willielmo* filio *Ricardi* (&c.)

HO-

HOSPITALE

S. Mariæ Magdalenæ *infra eandem villam de* Lenne.

Ibid. ISti sunt *Articuli, quibus Fratres Hospitalis beatæ* Mariæ Magdalenæ Lennæ *uti debent; ordinati per Archiepiscopos* Cantuarienses; *viz.* Thomam *de* Cant. & Robertum *de* Winchelse, *in Visitationibus suis, & per dominum* Petrum *Capellanum, Fundatorem nostrum.*

Inprimis ingressi Fraternitatem, linteum susscipientes vestimentum, & calciamentorum formam decenter incissum, & colore secundùm morem fratrum antecessorum domus, in omnibus honestè custodiant pacem; unitatem & fraternam caritatem inter se mutuam, diligenter observantes: Sobrii, casti, modesti, pacifici, & mansueti omnibus existentes, Deo in omnibus servire studeant; & demptâ totius arrogantiæ secularis superbiâ, in omnibus humiles se exhibeant & amabiles.

Item, si aliquis Fratrum detractor fuerit, seu rixator, aut discordiæ seminator inter confratres, secundùm qualitatem delicti, coram Priore & Fratribus modo congruo castigetur; & si obstinatus fuerit, portio sua subtrahatur: verò omnino incorrigibilis à Fraternitate impellatur.

Statutum est per dominum *Robertum* de *Winchelse* Archiepiscopum *Cantuariensem*, & per dominum *Petrum* Capellanum, Fundatorem nostrum, domum in honore beatæ *Mariæ Magdalenæ* Lenne, cum Ecclesia & sepultura, ad sustentationem duodecim Fratrum & Sororum; scilicet decem sanos & infirmos, cum Capellano fratre sano, & manere in domo ista, in domo communi, & per occidentalem partem hujus mesuagii. Item infirmi in Cancello, cellario, Coquina, Curtilagio non veniant, nisi rationabilis causa subsit, & alia loca quàm eis specialiter assignata; scilicet in Ecclesia, aula; in Curia occupare non præsumant. Contra dominum non murmurent; confratres suos ad iracundiam non provocent: contentiones & jurgia penitùs evitent. Infra cepta Hospitalis honestè vivant: non sint vagabundi per patriam: negotia publica non exerceant, officiis sanorum non se immisceant: Sanis deferant & morem gerant in via cum eis obviam dent, prout justum fuerit & honestum: Non manducent nec bibant extra præcinctum Hospitalis per spacium unius leucæ, per circuitum, ne scandalum incurrant.

Item Sigillum commune dictæ domus, libri, calices, vestimenta, reliquiæ, cera, & cætera omnia Ecclesiæ ornamenta, ac Cista cum thesauro Domus, penès infirmos fratres remaneant custodienda, & pecunia communis in una pixide, sub triplici clave custodiatur; quarum una penès Priorem, & alia penès duos sanos fratres resideant, qui fidelem compotum confratribus reddere teneantur, cum fuerint interpellati; & elemosinæ dicto Hospitali infra domum vel extra datæ, ponantur in dicta pixide ad commodum commune.

Quotiens voluerit uxorem suam, vel amicos visitare, bis aut ter in anno, si necessitas urgeat, aut exposcat utilitas, tunc clam & latenter hoc faciat, à Priore licentiatus, moram trahens non longam propter oblocutionem populi, & detractionem ac scandalum fraternitatis. Et si quis Fratrum aut Sororum dicti Hospitalis, infirmus aut sanus, illos articulos, seu aliquem illorum contradicat, vel in contrarium facere præsumat, amittet commodum dicti Hospitalis per unum annum, & nisi velit castigari secundùm qualitatem delicti, infra unum annum à fraternitate repellatur imperpetuum, ut statutum est.

Item præcipimus & statuimus in statuto nostro, quod omnes confratres, sorores infirmi, & ····· hujus, ac in quolibet die primò ingrediat Ecclesiam ad audiendum septem horas Canonicas, & Missam, & ad orandum pro omnibus benefactoribus ejusdem loci. Item, quod omnes confratres & Sorores, si sint domi, vel extra, habeant equales portiones de terris, tenementis & redditibus nostris, sicut Prior hujus domus. Et si contingat quod aliquis infirmus se extrahat per unum mensem, extrahatur portio dicti Hospitalis per unum annum; & si per unum annum, imperpetuum expellatur. Item quod omnes confratres & sorores prædictæ Domus conveniant ad generale Capitulum die proxima post festum S. *Mariæ Magdalenæ*; & post Capitulum tentum faciant Missam celebrari pro ibidem jacentibus, & omnibus benefactoribus ejusdem loci. Et quod unusquisq; nostrùm, scilicet infirmus & sanus offerat obolum argenti ad Missam pro ornamentis nostri Altaris sustentandis: & quod eadem die omnia ornamenta Ecclesiæ & thesauri Domus nostræ coram confratribus & & Sororibus ponantur ad aspiciendum. Et si contingat quod aliquis adveniat confrater vel soror hujus Domus, recipiatur, & Sigillum apponatur à septem melioribus & sapientioribus vel ad minus hujus Domus, sub pœna portionis aliter agentis unius anni.

Et si contingat, quod aliquis nostrum confratrum, vel sororum, infra vel extra obierit, quod prædicta domus habeat de illo mortuo optimum pannum cum capucio, quod habet, & lectum in quo moritur, ato; cistam si aliquam habeat, si non habeat octo denarios, & sex denarios ad lumen ceræ, & sex denarios ad potum inter Fratres & Sorores in dicta domo existentes: Et domus faciat celebrare *Trigintale* pro anima ejus, & pro animabus omnium benefactorum illius domus in Ecclesia propria.

Et

Et prædictus *Petrus* ordinavit & præcepit, quod tres solidi distribuerentur Fratribus ad eorundem collationem, causa orandi pro anima ejusdem *Petri*, & animabus omnium fidelium defunctorum, ad sex anni terminos; ad festum *Omnium Sanctorum* sex denarios, ad festum *Natalis Domini* sex denarios, ad *Epiphaniam* Domini sex denarios, ad *Pascha* sex denarios; ad *Pentecosten* sex denarios, & ad festum S. *Mariæ Magdalenæ* sex denarios. Item præcepit, sub pœna Excommunicationis, ut dies ejus *Anniversarius* annuatim teneatur in Ecclesiâ prædictâ, & eodem die Capellanus sit accepturus de domo *vi.* d. Fratres & Sorores aliorum *vi.* d. ad potandum. Item in die cœnæ præcepit distribuere cuilibet Fratri & Sorori prædictæ domus & cæteris Leprosis mendicantibus libellum & allec; & quod Leprosi extranei illa nocte in domo hospitarentur. Et si quis confratrum vel sororum istos articulos contradicat præscriptos, volumus & ordinamus quod portio ejus imperpetuum subtrahatur.

Et nos *Willielmus* de *Turbus* permissione divinâ *Norwicensis* Episcopus, prædictam domum & cætera subscripta ratificamus & confirmamus. In cujus rei testimonium præsentibus literis Sigillum domus est appensum: Et quia Sigillum nostrum est incognitum, Sigillum Decani *Lenne* præsentibus apponi procuravimus, Anno Domini *MCLxxiiii.*

HOSPITALE
de Kynewaldgraves *in agro* Eboracensi.

Carta Regis Edwardi *tertii Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Pat. 1. E. 3. p. 2. m. 9.

REx (&c.) Inspeximus quasdam literas Patentes, quas bonæ memoriæ *Thomas* quondam Archiep. *Ebor.* fecit sororibus Hospitalis S. *Mariæ Magdalenæ* de Kynewaldgraves, & quas Decanus & Capitulum Ecclesiæ *Ebor.* confirmaverunt eisdem sororibus in hæc verba. Noverint (&c.) quod nos *Thomas* Dei gratia *Ebor.* Archiep. (&c.) Cartas Hospitale nostrum de Kynewaldgraves, in quo nulla persona debet aut consuevit nisi per *Ebor.* Archiepiscopos, seu per suos recipi, contingentes, inspeximus in hæc verba. *R. Dei gratia* Ebor. *Archiep. Apostolicæ sedis legatus, omnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis salutem. Ad universitatis vestræ notitiam pervenire volumus; quod nos, Considerata pauperum sororum de* Kynewaldgrave *calamitate & miseria; earum inopiæ, pietatis intuitu, & caritatis affectu, ex parte subvenire cupientes, pro salute animæ nostræ & prædecessorum nostrorum, concessimus & donavimus eisdem sororibus in perpetuam & puram & quietam elemosinam, omnes decimas totius assarti nostri de* Elmanesc[ong]

*ne*sc[ong]: *& ne hæc nostra concessio & donatio in posterum alicujus malitia perturbari, aut prædictas super eisdem decimationibus sorores in aliquo vexare possit, eadem eisdem præsentis Scripti munimine, & Sigilli nostri testimonio confirmamus* (&c.) *His testibus*, Gaufrido *Præposito* Beverlacensi (&c.) *Data* Beverlaci *per manum* Walteri *Clerici Domini Archiepiscopi in Natale beatorum Apostolorum* Petri & Pauli, *anno ab incarnatione Domini* MCLxix. *regni verò* Henrici *regis secundi* xv. *Archiepiscopatus autem* Rogeri Ebor. *Archiepiscopi* xv.

Gaufridus *Dei gratia* Ebor. *Archiep.* & Angliæ *primas, omnibus has literas visurus vel auditurus, salutem in domino: Noverit universitas vestra, nos divinæ pietatis intuitu, concessisse & dedisse sororibus Hospitalis S.* Mariæ Magdalenæ *de* Kynewaldegraves, *ad earum vestitum*, xxx. *sol. annuatim de redditu nostro de* Beverlaco, *recipiendos ad* Pentecosten (&c.) *His testibus*, Jordano *Capellano*, (&c.)

Walterus *Dei gratia* Ebor. *Archiep.* (&c.) *Noverit nos* (&c.) *concessisse pauperibus sororibus Hospitalis S.* Mariæ Magdalenæ *de* Kenewoldgraves, *ad sua sustentationis incrementum, omnes decimas garbarum culturæ nostræ, quæ vocatur* Gibetesflat *imperpetuum possidendas. Et ne super eisdem decimis ab aliquo futuris temporibus molestiam sustineant, vel calumpniam paciantur, easdem dictæ Hospitalis sororibus, una cum* xxx. *solidis de redditu nostro* Beverlaci *annuatim recipiendis in termino* Pentecostes, *quos ad earum vestitum felicis memoriæ* Galfridus Ebor. *Archiep. prædecessor noster eis misericorditer contulit, tenere præsentium confirmamus; donationes prædictas Sigilli nostri munimine roborantes. Decimas etiam totius assarti nostri de* Elmanesc[ong], *quam eadem sorores ex dono venerabilis prædecessoris nostri* Rogeri *quondam* Ebor. *Archiepiscopi sunt adeptæ; eisdem auctoritate pontificali similiter confirmamus. His testibus, dominis* Alano *de* Warsand *Justiciario Domini Regis*, Willielmo *de* Wychendune & Ricardo *de* Bevill *Senescallis* nostris (&c.)

Quas quidem Cartas (&c.) confirmamus (&c.) In cujus (&c.) Data per nos *Thomam* Archiep. apud Cawod *ix.* Kal. *Maii* A. gratiæ *MCCCi.* & Pontificatus nostri, secundo.

Nos autem præmissa omnia & singula contenta in literis prædictis: necnon donationem & concessionem, quas *Rogerus* de *Molescroft*, filius *Hervei* de *Molescroft* per Cartam suam fecit Deo & Fratribus & Sororibus ejusdem Hospitalis de Kynewaldgraves; de una cultura terræ, cum pertinentiis in territorio de *Suburtona*, quæ vocatur Balkendale, in liberam puram & perpetuam elemosinam. Concessionem etiam (&c.) quas *Willielmus* filius *Yvonis* per Cartam suam fecit (&c.) de duobus selionibus terræ, cum pertinentiis in prædicto territorio de Sudburton, apud Lundenpit, & de duabus selionibus terræ, cum pertinentiis in eodem territorio, super Hoddesipe; & de unâ acrâ terræ cum pertinentiis apud Marwra, in puram & perpetuam elemosinam. Donationem, &c. quas

Thomas de *Kirkeston* per Cartam suam fecit, &c. de quadam portione cujusdam selionis in campo dictæ villæ de Suthburton, in puram & perpetuam elemosynam. Donationem, &c. quas *Walterus Furmage* de Suthburton, per Cartam suam fecit, &c. de toto jure & clamio quod habuit, &c. in duabus culturis terræ ipsorum Fratrum & Sororum, jacentibus ex orientali parte prædictæ domus de Kynewaldgraves.

Donationem, &c. quas *Walterus* filius *Hervei* de *Molescroft*, per Cartam suam fecit, &c. de quodam toto cum pertinentiis in Molescroft, quod fuit *Turkilli* ad collem. Donationem, &c. quas *Thomas* filius *Thomæ* filii *Lete* per Cartam suam fecit, &c. de totâ terrâ, cum pertinentiis, quæ fuit prædicti *Thomæ* filii *Thomæ* in Ghinardcroft, in puram & perpetuam elemosinam. Donationem, &c. quas *Thomas* filius *Thomæ* de *Molescroft* per Cartam suam fecit, &c. de totâ terrâ cum pertinentiis, quam habuit in Ghinardcroft in territorio de Molescroft, in liberam & perpetuam elemosynam. Donationem etiam, &c. quas idem *Thomas*, &c. fecit, &c. de totâ terrâ suâ, cum pertinentiis in dicto territorio de Molescroft in liberam & perpetuam elemosinam. Donationem, &c. quas idem *Thomas* per Cartam suam fecit, &c. de totâ terrâ suâ, cum pertinentiis in Molescroft, quæ vocatur le Park in puram & perpetuam elemosinam.

Confirmationem etiam, quam *Petrus* nepos Magistri *Albini*, per scriptum suum fecit Hospitali prædicto de septem acris terræ in *Ridingis* de Molescroft in puram & perpetuam elemosinam. Concessionem, &c. quas *Willelmus* filius *Gileberti* de *Ragniltorpe* per Cartam suam fecit, &c. de unâ culturâ sexmenarum & ampliùs, cum pertinentiis in campo de Ragniltorpe, quæ vocatur Hilwrithflat, in puram & perpetuam elemosinam; & de communi pastura in territorio de Ranaltorp. Donationem, &c. quas *Elenardus* filius *Ricard Godchepe* per Cartam suam fecit, &c. de quadam terrâ suâ cum pertinentiis in territorio de Walkynton, in liberam, puram & perpetuam elemosinam. Concessionem, &c. quas *Thomas Benderer* de Walkynton per Scriptum suum fecit, &c. de toto jure, &c. in quatuor selionibus in dicto territorio de Walkyngton. Concessionem, &c. quas *Johannes* de *Hundesle* per Cartam suam fecit, &c. de unâ acrâ terræ in Osmundwra in puram & perpetuam elemosinam. Donationem, &c. quas *Will. Hardy* de Walkenton per scriptum suum fecit, &c. de tribus perticatis terræ arabilis in solo de Walkenton, apud Shortwod, in Osmundwra, in puram & perpetuam elemosinam. Donationem, &c. quas *Emma* filia *Ricardi* Clerici de Walkenton, per scriptum suum fecit, &c. de tribus perticatis terræ arabilis in territorio de Walkenton apud Shortwod in Osmundwra, in puram & perpetuam elemosinam. Donationem, &c. quas *Johannes* de *Ingham* per Cartam suam fecit, & de tribus acris & una roda terræ in campo de Frydaythorpe. Donationem, &c. quas *Agnes* filia *Galfridi Tonsoris Beverlaci*, in Walkergate per Cartam suam fecit, &c. de quodam annuo redditu xx. s. & vi. d. in *Beverlaco*; scil. unam medietatem ad Pentecosten; & aliam medietatem ad festum S. *Martini* in hyeme; percipiendo, viz. de tenemento cum pertinentiis quod quondam fuit *Johannis* de *Wasebeche* in alto vico, propè forum Piscis, versus Monasterium S. *Johannis*, octo solidos, de tenemento quod quandoq; fuit *Johannis* de *Bolton*, priori tenemento collateali, octo solidos: de tenemento *Willielmi* dicti de *Brackele* Tonsoris, in Lathegate, &c. xxviii. denarios: Et de tenemento quod aliquando fuit *Willielmi Murdak* in Osmalegate xx. d. in liberam, &c. elemosinam.

Donationem, &c. quas *Agnes* filia *Gedæ*, quondam uxoris *Galfridi Tonsoris Beverlaci* in Walkergate per Cartam suam fecit, &c. de quadam terrâ in *Beverlaco*, cum ædificiis suprapositis, & aliis pertinentiis, in alto vico versus Monasterium S. *Johannis*, quæ quondam fuit *Johannis* de *Wasebeche* in puram & perpetuam elemosinam; & quædam pars terræ prædictæ jacet super feodum Domini Archiepiscopi, & quædam pars jacet super feodum Præpositi *Beverlaci*, in longitudine ab alto vico usq; ad commune fossatum. Donationem, &c. quas *Margareta* filia *Ricardi* de *Anglo*, per scriptum suum fecit, &c. de quatuor solidis annui redditus in *Beverlaco*, quem prænarus *Ric.* pater suus dedit prædictæ *Margaretæ* in vitâ, & post obitum suum eundem redditum contulit fratribus & sororibus prædictis in liberam, &c. elemosinam, de quadam terra juxta pontem animalium, quam *Will. Guthredi* de eo tenuit. Donationem, &c. quas *Avicia Skyn*; quæ fuit uxor *Johannis Baach*, per Cartam suam fecit, &c. de annuo redditu i. sol. vi. d. de quadam terra cum pertinentiis in *Beverlaco*, quam *Robertus Specularius* tenuit, &c. Donationem, &c. quas *Will.* filius *Alani Lambe* per scriptum suum fecit, &c. de annuo redditu xvi. d. de domo ubi *Andreas Super* manere solet in majori vico *Beverlaci*. Concessionem, &c. quas *Johannes Pellipurius* de *Beverlaco*, per scriptum suum fecit, &c. de toto jure & clamio, quod habuit vel habere potuit in illâ terrâ cum ædificiis suprapositis, & pertinentiis in *Beverlaco*, jacente in Aldefold, &c. Donationem, &c. quas *Robertus Carpentarius* de *Beverlaco*, per scriptum suum fecit, &c. de totâ illâ terrâ, cum ædificiis suprapositis & pertinentiis suis in *Beverlaco*, &c. Donationem, &c. quas *Will.* filius *Willelmi* de *Lund*, miles, per Cartam suam fecit, &c. de annuo redditu xviii. d. in puram & perpetuam elemosinam, recipiendo de terra illâ cum pertinentiis in *Beverlaco*, quam *Jacobus* filius *Stephani Clerici* de *Ebor.* de eo tenuit. Donationem, &c. quas *Henr. Fegge* Burgensis de *Beverlaco* per scriptum suum fecit, &c. de reddit. ij. sol. per annum ad *Pentecosten* & ad festum S. *Martini* in yeme de uno messuagio in *Beverlaco* in le Dedelane, &c. Donationem, &c. quas *Petrus* filius *Johannis* de *Crasy* de *Beverlaco* per Cartam suam fecit, &c. de redditu vi. d. per annum

annum in *Beverlaco*, percipiendorum de terra *Roberti* de *Ebor.* in liberam, &c. elemosinam. Concessionem, &c. quas *Johannes Brus*, Burgensis *Beverlaci*, per scriptum suum fecit, &c. de toto jure, &c. in illa terra in *Beverlaco*, in venella quondam *Thomæ Herreward*, &c. & in redditu *xii.* d. quem consuetus fuit recipere in Pengate, de terra quæ fuit *Bartholomæi Mercer*, in puram & perpetuam elemosinam. Donationem, &c. quas *Reginaldus* filius *Adæ* filii *Galfridi*, filii *Sirich* per Cartam suam fecit, &c. de redditu *ii. s.* per annum de quadam terra in *Beverlaco*, scil. in viculo qui fuit *Adæ* patris sui, &c. Donationem, &c. quas *Thomas* de *Bella aqua* per Cartam suam fecit, &c. de redditu *xii.* d. in villa *Beverlaci*, &c. Donationem, &c. quas *Will. Wodehalle*, filius & hæres *Rogeri* del *Wodehalle*, juxta *Beverlacum*, per Cartam suam fecit, &c. de annuo redditu *ii. s.* cum pertinentiis, percipiendo annuatim ad festa *Pentecostis* & *S. Martini* in yeme per equales portiones exeunte de duabus acris terræ cum pertinentiis, acentibus in australi parte cujusdam crofti, quod vocatur Castelcroft, juxta *Beverlacum*, &c. Remissionem, &c. quas *Johannes* de *Graas* miles per scriptum suum fecit, &c. de toto jure, &c. in quodam annuo redditu *ii.* sol. cum pertinentiis, quem percipere solebat de mesuagio dictarum sororum in *Beverlaco* in alto vico; & etiam de toto jure, &c. in mesuagio prædicto; rata habentes & grata, ea pro nobis & hæredibus nostris, &c. confirmamus, &c. In cujus, &c. T. meipso apud *Ebor.* *xx.* die *Junii.*

HOSPITALE

S. Margaretæ *infra burgum* Huntendoniæ.

Carta Regis Edwardi *tertii*, *donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Par. 12. E 3. p. 2. m. 4. REx (&c.) Donationem & confirmationem, quas *M.* Rex *Scotiæ* fecit per Cartam suam in elemosinam perpetuam, infirmis Hospitalis S. *Margaretæ* de Huntendoune de octo libris de *Cumtona*, & *xii.* sol. de terra *Andeeni* in eadem villa; & *xvi. s* & *ii.* d. de firma Burgi *Huntendunæ*, ad terminum *Natalis Domini*: & *xl. s.* de sochna de *Baldewyneshowa*; & *ix.* sol. de sochna ad Scaccarium ad terminum S. *Mich.* de *xxviii. s. v d.* Capellano & Ministris eorum; & de una virgata terræ in *Styvecleya* ad lignum trahendum ad opus eorum de bosco ejusdem villæ & de pastura quatuor vaccarum; & de quatuor quadrigatis feni de dominio in eadem villa. Et de uno rasario frumenti in uno quoq; mense ortolano; & ad *Natale* Domini de uno rasario brasii de Passhemalt, de ordeo & avenis: & dimidium rasarii de Groth-malt; & de uno carcasio bono arietis.

Concessionem etiam & confirmationem, quas *Isabella* de *Brus*, filia Comitis *David*, per Cartam suam fecit Deo & beatæ *Mariæ* & S. *Margaretæ* Hospitalis prædicti, & Leprosis ibidem Deo servientibus, de octo libratis sterlingorum in villa de Huntone; habendas & percipiendas annuatim, sicut elemosynam constitutam, quam antecessor suus Rex *David* eis contulit; scil. de sex virgatis terræ ad hoc constitutis in eadem villa, cum consuetudinariis suis prædictas terras tenentibus, & cum tota sequela eorum; & cum omnibus terris suis; ad solvendum annuatim prædictis Leprosis prædictas octo libras; scil. *Goscelinum* præpositum, *Alexandrum* filium *Edred'*, *Henricum* filium *Johannis*, *Johannem* filium *Henrici*, *Walterum* filium *Willielmi*, *Walterum Palmarium*, *Willelmum* filium *Jocelini*, *Henricum Abbatem*, *Alex. Fabrum*, *Samme*, *Walterum Paumere*, *Mabiam* viduam; & omnes illorum prædictorum hæredes, in liberam puram & perpetuam elemosinam.

Concessionem insuper & confirmationem, quas *Robertus* de *Bruys*, dominus de *Valle Anandiæ*, per Cartam suam fecit (&c.) de omnibus tenementis suis in dicta villa de Compngtone, cum pertinentiis, & cum omnibus eorum tenentibus in eadem villa, in tam puram & perpetuam elemosinam, sicuti domina *Isabella* de *Brus*, mater ejusdem *Roberti*, eis & eorum successoribus ea dedit; ita quod liberi sint & quieti de omnibus serviciis Curiæ, sectis, & omnibus aliis secularibus demandis, eidem *Roberto* & hæredibus vel assignatis suis spectantibus; & de visu Franci plegii de dictis tenentibus suis in eadem villa de Compngtone bis per annum; scil. semel post *Pascha* & semel post festum S. *Mich.* nichil inde eidem *Roberto*, hæredibus vel assignatis suis respondendo, & de parvis Curiis suis tenendo in dicta villa, de eorum tenentibus, pro voluntate sua, prout meliùs viderint expedire, non veniendo ad visum Franc. plegii ipsius *Roberti*, & hæredum vel assignatorum suorum, per summonitiones vel districtiones; set quod ipsi de hiis omnibus & aliis demandis liberi essent & quieti imperpetuum.

Donationem (&c.) quas *Bernardus* de *Bruys* miles & dominus de Compngtone per scriptum suum fecit (&c.) de visu Franci plegii, habendo & tenendo bis per annum in dicta villa de Compngtone, singulis annis; *viz.* semel post festum S. *Mich.* & semel post *Pascha*, de omnibus tenentibus dictorum Magistri & fratrum in eadem villa de Compngtone, & eorum sequelis, tam natis quàm nascituris in feodo eorundem Magistri & fratrum residentibus seu commorantibus, cum omnimodis consuetudinibus & libertatibus ad dictos visus quoquomodo pertinentibus imperpetuum, sine aliqua reclamatione, seu contradictione ipsius *Bernardi*, vel hæredum suorum, seu aliorum quorumcunq;; ita quod nec tenentes memorati Hospitalis, nec eorum sequela, in dictorum Magistri & fratrum feodo

residentes, venire ad visum Franci plegii ipsius *Bernardi* minimè teneantur.

Donationem insuper, &c. quas *Nich. Capellanus* de Huntendon per Cartam suam fecit, &c. de duabus selionibus terræ arabilis, prout jacent in Baudewenho, inter terram *Katerinæ Fyn*, ex una parte, & terram quondam *Galfridi Messoris* ex altera, &c. Donationem; &c. quas *Will.* filius *Bartholomæi* de *Baudewenho*, per Cartam suam fecit, &c. de toto tenemento suo in parochia S. *Edmundi* ejusdem villæ de Huntendon, jacentem inter terram *Willelmi Bonevill* ex una parte, & terram *Willielmi* de *Styvecle* ex altera. Donationem, &c. quas *Will.* filius *Willielmi Gregorii* de *Baldewynesthou*, per Cartam suam fecit, &c. de toto prato suo in Baldewynesthou, &c. habendum & tenendum prædictis Magistro & fratribus in puram & perpetuam elemosinam imperpetuum, ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus nostris, &c. confirmamus, &c. In cujus, &c. T. Rege apud *Westm. xvii. Aprilis.*

HOSPITALE

de Hornechirche *in agro* Essexiano.

De statu ejusdem.

Placita coram Domino Rege apud *Westm.* term. Mich. 50. E 3. Rot. 18. *Essex.*

MAgister & confratres domus sive Hospitalis de Hornchirche, dicunt, quod dicta Domus de Hornchirche est quædam Cella & parcella Hospitalis S. *Bernardi* de *Monte*, in *Sabaudia*, ultra mare; in quo quidem Hospitali S. *Bernardi* est quidam Præpositus, Magister & gubernator dicti Hospitalis S. *Bernardi* & omnium membrorum dicti Hospitalis; Et dicunt, quod quilibet Magister de Hornechirche & fratres sui sunt removibiles ad voluntatem dicti Præpositi, nec habent Collegium nec commune Sigillum; nec possunt aliquem placitare, nec aliquis eos placitare potest, &c. Et dicunt, quod si placeret consilio Domini Regis, iidem Magister & confratres ejus velunt ostendere, nomine dicti Præpositi S. *Bernardi*, quod omnia quæ idem Præpositus habet in dicta domo de Hornechirche, ex dono progenitorum Domini Regis, illa habet in liberam, puram & perpetuam elemosinam, per Cartas progenitorum Domini Regis nunc, prout plenius ostendere volunt, &c.

HOSPITALE

de Herbaldowne *in agro* Cantiano.

Carta Regis Henrici *secundi de* xx. *marcatis annui redditus eidem Hospitali concessis.*

Pat. 12 H. 6 p. 2 m. 30. per Inspex.

HEn. Dei gratia Rex *Angliæ*, & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiscopis (&c.) Sciatis me dedisse in perpetuam elemosinam & præsenti Cartâ confirmâsse Leprosis de *Herbaldona* xx. marcatas redditus singulis annis; habendas de redditu meo *Cantuariæ*, donec eas assignem alibi subsidiendas, vel in Ecclesiis, vel in aliis redditibus. T. *G.* Episcopo *Lund.* R. Episcopo *Wigorn.* R. electo *Winton.* R. electo *Hereford.* Magistro *Willielmo* de *Insula*, Comite *Willelmo* de *Mandevile*, *Willelmo* filio *Andr.* *Hug.* de *Cressi* apud *Westm.*

HOSPITALE

S. Sepulchri de Hedon, *in agro* Eboracensi.

Carta Regis Edwardi *secundi donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Pat. 19. E. 2. p. 2 m. 7.

REx (&c.) concessionem & confirmationem, quas *Ricardus* filius *Alani* filii *Osberni* fecit Deo & Leprosis S. *Sepulchri* de *Hedona* ibidem Deo servientibus, de septem acris terræ, quas præfatus *Alanus* pater suus illis dedit; in qua quidem terra domus illa fundata est. Donationem, &c. quas idem *Ricardus* fecit prædictis Leprosis de illa parte de Tuier, quæ jacet inter Hospitale & illud fossatum quod extenditur à Redmar usq; ad Flet de *Hedona*. Donationem, &c. quas *Adam* de *Prestona* fecit, &c, de unâ bovatâ terræ in *Prestona*, & de *Petro Curcy*, cum tota sequela sua, & cum omnibus Catallis suis; & cum tosto & ædificio in quo prædictus *Petrus* tunc mansit. Donationem, &c. quas *Thomas Dellund* fecit præfatis fratribus de selione terræ Ellevere, quam habuit propinquiori cimiterio S. *Mariæ Magdalenæ* in occidentali parte culturæ *Adæ* de *Prestona*. Donationem, &c. quas *Robertus* filius *Simonis* de *Preston* fecit, &c. de quatuor acris terræ cum pertinentiis in Prestone. Donationem, &c. quas *Galfridus* filius *Willielmi* servientis de *Preston* fecit, &c. de una dimidia acra terræ cum pertinentiis

nentiis in Prestone. Donationem, &c. quas *Isabella* de *Rollestun* fecit, &c. de una bovata terræ, cum pertinentiis, in Prestone. Donationem, &c. quas *Johannes* de *Stotevill* de Rollestone, filius *Henrici* de *Stotevill* fecit, &c. de uno selione terræ, cum pertinentiis, in campo australi de Prestone, in escambium pro quodam annuo reddit. xxvi. d. in Hedone. Donationem, &c. quas *Petrus* filius & hæres *Johannis* de *Nutiles* fecit, &c. de duabus acris & quinq; perticatis terræ, cum pertinentiis in Prestone; in escambium pro duabus acris terræ in Suttell, quas dicti Magister & confratres tenuerunt de feodo ipsius *Petri*.

Donationem, &c. quas *Turstanus* Clericus, filius *Petri* de *Prestona*, fecit, &c. de uno selione terræ cum pertinentiis in *Prestona*; continente tres partes unius acræ. Donationem, &c. quas *Petrus Hog*, Burgensis *Hedona* fecit, &c. de septem acris & tribus stagnis prati, in illâ culturâ suâ qui vocatur Pikelland. Donationem, &c. quas idem *Petrus* fecit, &c. de totâ illâ placeâ prati, cum pertinentiis, quæ jacet inter placeam prati, quam iidem Magister, Fratres & Sorores habent de dono ipsius *Petri*, & clausum quod vocatur Langecroft versùs orientem. Donationem, &c. quas *Johannes* de *Melsa* miles, filius & hæres *Godefridi* de *Melsa* fecit, &c. de illo clauso juxta villam de Hedone, quod vocatur Pilcroft, cum omnibus fossatis & pertinentiis suis. Remissionem etiam, &c. quas idem *Johannes* fecit eisdem de annuo redditu duodecim denariorum, quos iidem Magister & fratres præfato *Johanni* reddere solebant de illo Clauso quod vocatur Poltercroft, in escambium terrarum & redditum, quas & quos idem *Johannes* de præfatis Magistro & fratribus tenuit in Aldeburgh, Bewike & Est-Walsham. Donationem, &c. quas *Radulfus Haukyn* de *Prestona* fecit, &c. de duobus selionibus terræ cum pertinentiis in *Prestona*. Confirmationem, &c. quas *Neb.* filius *Andreæ Haukyn* de Preston fecit, &c. de toto jure & clamio, &c. in quatuor acris terræ arabilis cum pertinentiis in Prestone. Donationem, &c. quas *Rogerus* filius *Petri* de *Lundo* Clericus fecit, &c. de illâ placeâ terræ, cum bercariâ superpositâ, quæ est in australi campo de Prestone. Donationem, &c. quas *Johannes Palmer* de Wedon miles fecit, &c. de uno selione terræ in Prestone, & in una placea terræ, quæ vocatur Liberg. Donationem, &c. quas *Henricus* filius *Simonis* de Preston fecit, &c. de uno selione terræ cum pertinentiis in Prestone.

Donationem, &c. quas *Matheus* filius *Alexandri* de Thurcstall fecit, &c. de quinq; bovatis terræ cum pertinentiis in Thurcstalle, & de tota terra arabili, prato, turbario & mariseo, quæ idem *Matheus* nuper habuit ad pontem de Thirkil, Thornodegrene, & Ingolfpole; & de xl. acris & uno stagno & xxx. perticatis prati; & de quodam fossato in latitudine octo pedum; & de clauso quod *Hugo* filius *Hunæ*, & de clauso quod *Racelinus* quandoq; tenuerunt; & de redditu xviii. d. in clauso ubi *Johannes Talon* quondam manit. Concessionem, &c. quas *Will.* de *Lasceles* de Stryngham fecit, &c. de uno mesuagio & de illis quatuor bovatis terræ, cum pertinentiis, in Conyngston, quas idem Magister & confratres habuerunt de dono *Radulfi Haghen*. Donationem, &c. quas *Galfridus* filius *Walteri* de Redmersse fecit, &c. de sex perticatis in latitudine de mora sua in mora de Redmersse; & in longitudine quantum mora illa se extendit versus Crulle. Donationem, &c. quas *Amaus* de *Sutton* fecit, &c. de v. sol. redditus in una bovata terræ in Canefled, quam *Emma* uxor *Simonis* tenuit in eadem villa tota vita suâ, & post decessum prædictæ *Emmæ* de prædicta bovata terræ, cum toto clauso & ædificio, quod fuit prædicti *Simonis*; & cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis infra villam & extra. Concessionem, &c. quas *Seiervus* de *Sottona*, filius *Amandi* de *Sottona* fecit, &c. de una bovata terræ in Caghenstede, cum toto tofto quod fuit *Simonis*, & cum omnibus pertinentiis suis infra villam & extra.

Donationem etiam, &c. quas *Philippus* de *Langeborge* fecit, &c. de una bovata terræ cum pertinentiis in Camerynetone, cum tofto & ædificio & omnibus pertinentiis suis, &c. Donationem, &c. quas *Stephanus* de *Camerynston* fecit, &c. de una bovata terræ & dimidia, cum pertinentiis in Camerynstone, cum quodam tofto & ædificio, quod fuit quondam *Henerardi*, cum omnibus pertinentiis suis, &c. Donationem, &c. quas *Robertus* filius *Stephani* filii *Mathæi* fecit, &c. de una dimidia bovata terræ in Camerynstone, cum omnibus pertinentiis, &c. Concessionem, &c. quas *Jana* filia *Gilb.* de *Belested* fecit, &c. de illa bovata terræ, quam iidem fratres habuerunt de dono *Wilhelmi* de *Belested*, patrui sui, in campo de Kihil, integra, exceptâ dimidiâ acrâ terræ ad Burc; pro qua dictus dedit eisdem fratribus in escambium dimidiam acram terræ arabilis super Langholme, quæ vocatur Rededale; & unum selionem juxta suum selionem in Cornereys, habentem in latitudine duas perticatas in escambium de Neucroft, quod dictus *Will.* dedit *Adæ* de *Carnecq* & exceptâ dimidia acra prati ad Littlholme, pro qua dictus *Will.* dedit eisdem fratribus in escambium dimidiam acram prati in eadem cultura. Donationem, &c. quas *Matheus Pechi* de Camerynstone fecit, &c. de totâ illâ parte terræ suæ, quæ vocatur Salthagh, cum bercaria infra sita, &c. Donationem etiam quam *Thomas Pincerna* de Etherdawike fecit, &c. de uno tofto & una bovata terræ, cum pertinentiis, in Etherdawike. Donationem, &c. quas *Amandus* de *Ruda*, filius & hæres *Willelmi* de *Ruda*, fecit, &c. de uno tofto & uno mesuagio cum pertinentiis in Etherdewike, in quo *Arthurus* quondam manit; & medietatem unius tofti jacentis juxta domum *Ricardi* filii *Radulphi* versùs occidentem in eadem villa; & de alia medietate ejusdem tofti, quam *Knut* tenuit aliquando in eadem villa: Et de illa bovata terræ, cum pertinentiis suis in territorio ejusdem villæ, quam *Arthurus* aliquando tenuit: necnon de una bovata terræ in eadem villa,

quam iidem fratres habuerunt de dono *Willielmi* Capellani, filii *Knut*. Concessionem, &c. quas *Johannes Surdewale*, filius *Alani* de *Sourdewale* fecit, &c. de illa bovata terræ cum tosto & aliis pertinentiis suis in Etherdwyke, quam iidem confratres & sorores habuerunt de dono *Thomæ Pincernæ* de Etherdwyke; & de illa bovata terræ, cum pertinentiis, quam iidem confratres & sorores habent de dono *Willielmi* filii *Willelmi* Clerici de Estmentone in villa de Etherdwyke; & de illa placea terræ cum herbagio & omnibus arboribus in eadem crescentibus, & aliis pertinentiis suis in Etherdwyke, quam iidem Fratres & Sorores habent de dono *Roberti* filii *Silvestri* de *Etherdwyke*; & de duabus acris terræ ex utraq; parte villæ de Etherdwyke cum omnibus pertinentiis, &c. Concessionem, &c. quas *Will.* de *Rada* fecit, &c. de una bovata terræ, cum tosto & ædificio in Etherdwyke, in quo *Arthurus* quondam manebat; & cum medietate tofti juxta domum *Ricardi* filii *Radulfi*; & cum alia dimidietate ejusdem tofti, quam *Knut* quondam tenuit, cum pertinentiis suis, &c. necnon de redditu annuo trium solidorum in illa bovata terræ, quam dictus *Knut* quondam tenuit. Donationem, &c. quas *Hawisia* quondam Comitissa *Albemarlia* fecit, &c. de *Alano* Coche, cum tota sequela sua, & omnibus catallis suis; & de uno tosto & una bovata terræ in Banteswyke, cum omnibus pertinentiis, &c. Concessionem, &c. quas *Rogerus* de *Rymeswell* fecit, &c. de una bovata terræ cum pertinentiis in Rymeswelle, illa scil. quæ vocatur Dudeholm & Gayre, cum toto tosto quod vocatur Holme, & cum omnibus fossatis dictum tostum circuentibus & aliis pertinentiis & aisiamentis suis, infra villam & extra; ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus nostris, &c. confirmamus, &c. In cujus, &c. T. Rege apud *Glouc. xii.* die *Maii*.

HOSPITALE
de Havering in Essexia.

Carta Regis Henrici *secundi, de Ecclesia de* Havering.

Cart. 13. E. 1. n. 56. per Inspex

HENR. Rex *Anglia* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepisc. (&c.) salutem. Sciatis me concessisse & dedisse, & præsenti Cartâ confirmâsse, Ecclesiæ S. *Bernardi* de *Monte Jovis*, & fratribus ibidem Deo servientibus, Ecclesiam de Havering, cum omnibus pertinentiis suis, ad faciendum sibi ignem pro pauperibus. Et ideo volo (&c.) T. Comite *Ganfrido* de *Mandevill*, *Ricardo* de *Lucy*, *Reginaldo* de S. *Walerico*, *Gocelino* de *Baliol*, & *Willelmo Cade*, apud Berchamstede.

Carta Regis Ricardi *primi, donationem patris sui confirmans.*

RIcardus Dei gratia Rex *Anglia*, Dux *Norm.* & *Aquit.* Comes *Andeg.* Archiepiscopis, &c. salutem. Sciatis nos concessisse & præsenti Cartâ confirmasse pauperibus *Montis Jovis* in Ecclesia S. *Nicholai* & S. *Bernardi*, degentibus apud Havering, Donationem, quam pater noster eis dedit; scil. *xxv.* libratas terræ in sterlingo; Et apud *Cheselsdam viii.* libratas, & quæcunq; rationabiliter eis datæ sunt, vel dabuntur in tota terra nostra. Habenda & tenenda in liberam & perpetuam elemosinam, benè & in pace, & honorificè, & quietè, & liberè de omnibus consuetudinibus. Quare volumus (&c.) Testibus, *H. Dunelm.* Episcopo, *Willelmo Marescallo*, *Johanne Marescallo*, (&c.) Cart. Antiq. R. n. 36. Videsis Cart. 12. E. 1. n. 54.

Carta Regis Henrici *tertii, concessiones donatorum recitans & confirmans.*

HEnricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ* (&c.) Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis quod concessimus, & hac Cartâ nostra confirmavimus Magistro & fratribus de *Monasterio Cornuto*, totam terram suam, cum pertinentiis, quam tenent de nobis in Capite, infra Manerium nostrum de Havering; videlicet dimid. virgatam, & tres partes quartæ partis unius virgatæ terræ, cum pertinentiis, apud quendam locum qui vocatur Reyns, & quartam partem unius virgatæ, & octavam partem unius virgatæ terræ, cum pertinentiis, apud quendam locum qui vocatur Histhegg; & octavam partem unius virgatæ terræ, cum pertinentiis de terra quæ fuit *Reg. Poni*. Et sexaginta & sex acras & duas Daywerkes terræ, & unam rodam prati cum pertinentiis, juxta pontem *Haroldi*, & prope Histhegg. Tenenda & habenda de nobis & hæredibus nostris, eisdem Magistro & fratribus & successoribus suis, benè & in pace, liberè & quietè imperpetuum. Reddendo inde nobis & hæredibus nostris, ipsi Magister & fratres & successores sui singulis annis *xliii.* sol. & tres quadrantes, quos priùs solverunt annuatim Ballivo nostro de Havering & tres solidos de incremento annuos pro secta Curiæ nostræ de Havering; videlicet unam medietatem ad Scaccarium S. *Michaelis*, & aliam medietatem ad Scaccarium *Paschæ*, pro omni servicio, secta Curiæ, consuetudine, exactione & demandâ, præterquam quod claudere debent de maeremio nostro septem perticatas de palicio parci nostri de Havering. Cart. 13. E. 1. n. 56. per Inspex

Concessimus etiam & hac Cartâ nostrâ confirmavimus eisdem Magistro & fratribus omnes terras, quas habent infra idem Manerium de Havering de hominibus ejusdem Manerii; videlicet *lxxxiiii.* acras & dimid. duo messuagia cum curtilagiis, unam acram prati, & duas acras gravæ & dimid. cum pertinentiis. Tenenda & habenda eisdem Magistro & fratribus & successoribus suis, & faciendo inde servicia

vicia secundùm tenorem Cartarum eis inde confectarum imperpetuum. Salvis nobis & hæredibus nostris serviciis de prædictis hominibus nostris inde debitis & consuetis. Nolumus autem quod prædicti Magister & fratres; vel successores sui; de cætero, aliquid adquirant in eodem Manerio sine licentia nostra speciali. Quare volumus (&c.) Dat. per manum nostram apud **Portesmuth** septimo die *Julii* anno regni nostri *xxxvii.*

HOSPITALE
de Ellesham *in agro* Lincolniensi.

Carta Goslani *filii* Eliæ *de* Amundevill *de Fundatione ejusdem.*

Ex ipso autogr. in bibl. Dugdal.

Omnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, *Goslanus* de *Amundevilla*, *Eliæ* filius, salutem. Universitati vestræ innotesco, me in Capitulo *Lincolniensi*, multis assantibus, Cartas *Walteri* de *Amundevill*, & *Eliæ* patris mei, recitatas audivisse & intellexisse, quæ pertinent ad Hospitale de Ellesham; easque ibidem confirmasse; & ibidem me obligavi, neunquam meo studio vel alterius machinatione, vice meâ, vel voluntate, vel consensu, vel affectu, alii religioni idem Hospitale subponatur, vel subjiciatur, & præsertim fratribus *Hospitalis Jerosolimitani*; sed perpetuo subjicietur sollicitudini Canonicorum ibidem Deo & pauperibus servientium. Et ut præfata donatio firmiùs & stabiliùs in posterum robur habeat, dignum duxi prædictam, tam *Walteri*, quàm *Eliæ* patris mei donationem, Cartâ propriâ corroborare.

Ego quoq; *Goslanus* filius *Eliæ* de *Amundevilla* eidem Hospitali concedo & confirmo, pro anima patris mei & matris meæ & aviæ meæ *Beatricis*, ejusdem Hospitalis Fundatricis, & *Walteri* avunculi mei, & omnium parentum meorum, quicquid *Beatrix* avia mea & *Walterus* avunculus meus dederunt & pater meus Cartâ suâ confirmavit; scilicet totum feudum eorum de Ellesham; videlicet, Ecclesiam ejusdem villæ cum omnibus pertinentiis suis; & totum dominium & villenagium, cum omnibus pertinentiis suis, infrà villam & extra, in terra arabili & pastura, in bosco & plano, in prato & mariseo, in terris & in aquis, in vivariis & piscariis, in viis & semitis, in molendinis & in omnibus aliis hæreditariis rebus, excepto servicio *Ingelrami* de *Moncellis*: & duas toftas in eadem villa de feodo *Willielmi Britonis*, de sub Hospitali à parte occidentali; propter quas datum est eschangium in eadem villa. Et Ecclesiam de *Kynnerbi*, cum omnibus pertinentiis suis. Et Ecclesiam de Kirkebi, cum omnibus pertinentiis suis. Et Ecclesiam de Martesford, cum omnibus pertinentiis suis. Et Ecclesiam de Wimsthorp, cum omnibus pertinentiis suis. Et in eadem villa de Tulpethorp unum molendinum quod *Turstanus Carpentarius* & sui hæredes debent tenere de prædicto Hospitali per duodecim denarios annuatim donandos; Et unam toftam, cum una bovata terræ & dimidia, quam *Ranulfus Parvus* tenuit in eadem villa; & extra villam tria molendina super *Trentam* sita; & totam terram quam prædictus *Walterus* de *Amundevilla* avunculus meus habuit in *Rowelia*, cum omnibus pertinentiis suis. Et unum hominem in *Ouresbi*, *Willelmum* Prepositum, & uxorem suam & filios & filias eorum, cum omnibus catallis suis; & cum duabus toftis & tribus bovatis terræ in eadem villa de Ourcsbi, cum omnibus pertinentiis suis, Deo & Sanctæ *Mariæ* matri Domini nostri Jesu Christi & Sancto *Edmundo*, & prædicto Hospitali de Ellesham, & Canonicis regularibus ibidem Deo servientibus, ad Hospitalitatem per Canonicorum amministrationem, paritèr manutenendam, concedo & præsenti scripto confirmo, & sigilli mei attestatione munio, in perpetuam elemosinam ab omni seculari servicio liberam & quietam, Salvâ meâ & hæredum meorum advocationis dignitate.

Hiis Testibus, *Radulfo* Subdecano, Magistro *Petro* de *Melide*, Magistro *Alexandro Tilleberto*, *Pagano*, *Rogero* de *Derbia*, Magistro *Simone*, *Alexandro Malebisa*, *Willielmo Fulcheon*, *Radulfo* de *Vireun*. *Philippo*, Canonicis *Lincolniensis* Ecclesiæ, *Willielmo* de *Amundevilla*, *Rogero* Capellano *de* Kinnerbi, *Philippo* Apostolorum *Wardo Abilredo*, *Philippo Riffo*, *Godefrido* Diacono, *Roberto* nepote *Ade*, *Adam* de *Eboraco*, *Galfredo*, *Roberto Code*, *Willielmo* filio *Fulcheri* juniore, *Ricardo* de *Estgate*, Magistro *Roberto*, *Petro* de *Tilenn*. *Gaufano* de *Evermou*, *Rogero* de *Latton*, *Thoma* de *Arennes*, *Waltero* de *Evermou*, *Reneiro* nepote *Goslani* de *Evermou*, *Willelmo* de *Subribbesworth*, *Benedicto* filio *Unfridi*, *Gilleberto* de *Lundoniis*; *Roberto* de *Warewic*; *Matheo Arundell*, *Ricardo* Clerico, *Alano* de *Kinnerbi*, & aliis multis.

Carta Walteri *de* Amundevill.

Omnibus Dei fidelibus *J.* de *Thornton*, & *R.* de *Grimesbi*, & *A.* de *Barlinges* Abbatibus, & *W.* de *Thorneham* Prior, salutem: Sciatis nos inspexisse, legisse, & manibus attrectâsse Cartas Domini *W.* Prioris de Ellesham in hæc verba. Notum sit omnibus Sanctæ Ecclesiæ fidelibus, Clericis & laicis, præsentibus & futuris, quod ego *Walterus* de *Amundevill*, Hospitale de Ellesham, quod domina & mater mea *Beatrix* incepit & constituit, concessi & confirmavi, ac insuper, in mea legitima potestate & corporis mei hilaritate, pro salute corporis & animæ meæ & hæredum meorum, fratrum, & sororum, & parentum meorum; & pro animabus patris & matris & uxoris meæ, & parentum meorum dedi & concessi Deo & Sanctæ *Mariæ* matri Domini nostri Jesu Christi, Ibid.

Chriſti & Sancto *Edmundo*, & prædicto Hoſpitali & Canonicis regularibus ibidem Deo famulantibus, quicquid feudi in prædicta villa de Elleſham habui.

Inprimis Eccleſiam ejuſdem villæ, quæ in feudo meo ſita eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et totum dominium meum ejuſdem villæ, & villenagium, cum omnibus pertinentiis ſuis infra villam & extra, in boſco & plano & terra arabili & paſtura, in prato & mariſco, in venationibus & piſcationibus, in terris & in aquis, in molendinis & omnibus mihi jure hereditario debitis, excepto ſervicio de terra *Ingelrani* de *Moncellis*. Et præterea duas toftas in eadem villa de ſub Hoſpitali à parte occidentali, in quibus *Normannus Carpentarius* & *Godefridus* filius *Lente* manent, ſeu manſerunt, quæ toftæ fuerunt de feodo *Willielmi Britonis*, propter quas dedit eis eſchangium in eadem villa & Cartam meam in teſtimonium & munimen.

Et præterea Eccleſiam de Chirchebi, cum ſuis pertinentiis; Eccleſiam de Winerbi, cum ſuis pertinentiis; Eccleſiam de Hartefozd, cum ſuis pertinentiis; Eccleſiam de Wimetozp, cum ſuis pertinentiis, & *Willielmum* Præpoſitum meum, filium *Leſwini* de *Ouresbi*, & uxorem ſuam, & filios & filias, cum catellis ſuis, & cum duabus toftis & tribus bovatis terræ. Toftam ſcil. cum bovata terræ; quam *Leſwinus* pater prædicti *Willielmi* tenuit in *Ouresbi*, & toftam cum duabus bovatis terræ, quam *Orm*, avunculus ejuſdem *Willielmi* tenuit in eadem villa, cum omnibus pertinentiis ſuis, in paſcuis & pratis & Mariſcis. Et totam terram meam de *Rowella*, cum omnibus pertinentiis ſuis; & tria molendina apud Wimetozp, ſuper Trentam ſita; & quartum in villâ de Wimetozp, quod *Turſtinus Carpentarius* & ſui hæredes, ex meo dono tenebant de prædicto Hoſpitali, per duodecim denarios ſolvendos annuatim. Et in eadem villa de Wimetozp unam toftam cum bovata terræ & dimidia, quas *Ranulfus* tenuit, cum omnibus pertinentiis ſuis.

Hæc omnia ad hoſpitalitatem per Canonicorum adminiſtrationem pauperibus manutenendum, dedi & conceſſi, & præſenti ſcripto confirmavi, & ſigilli mei atteſtatione corroboravi in perpetuam elemoſinam, ab omni ſeculari ſervicio liberam & quietam; Salva mea & hæredum meorum advocationis dignitate. Teſtibus, *Willielmo*, *Elia*, *Radulfo*, *Adam* de *Amundevilla*, fratribus meis, *Philippo* Abbate de *Thorenton*, *Ada* filio *Teſaurarii*, *Willielmo* filio *Teſaurarii*, *Willielmo* filio *Roberti*, *Rogerio* Capellano, *Hugone* Clerico, *Willielmo* de *Beingham*, *Tomâ Selvein*, *Rogerio* de *Eſtiche ſwald*, *Willielmo* de *Amundevilla*. *De Halewerefolc*, *Odone* filio *Eſtanford*, *Hugone Ruff*. *Galfrido* de *Crokeſton*, *Willielmo* de *Sabrichef worthe*, *Rogerio Clement*, *Ricardo Pinel*, *Toraldo* Præpoſito de Elleſham, *Otherio* de *Elleſham*.

Carta Willielmi *de* Amundevilla *donationem* Walteri *fratris ſui confirmans.*

NOtum ſit præſentibus & futuris, Clericis & laicis, quod ego *Willielmus* de *Amundevilla*, pro ſalute corporis & animæ meæ & uxoris meæ *Agnetis* (&c.) Hoſpitale de Elleſham, quod domina & mater mea carnalis *Beatrix*, incepit & inſtituit, & quicquid Dominus & frater meus *Walterus* de *Amundevilla* ipſi Hoſpitali per Cartam confirmatam dedit; ſcilicet quicquid feudum in præfata Elleſham habuit. Inprimis Eccleſiam ejuſdem villæ, cum ſuis pertinentiis, & totum dominium & villenagium, cum omnibus pertinentiis ſuis, infra villam & extra, in terra arabili & paſtura (&c.) confirmo (&c.) Teſtibus, *Roberto* Epiſcopo *Lincolniæ*, *Adelelmo* Decano *Lincolniæ*, *Martino* Teſaurario *Lincolniæ*, Magiſtro *Petro* de *Melide*, *Petro* de *Gouſta* Vicecomite. *Hugone Selvein*, *Elia* de *Ringedon*, *Alano* de *Crokesbi*, *Willielmo* de *Sabrichef worthe*. Ibid.

Carta Elyæ *de* Amundevill *donationem* Walteri *fratris ſui confirmans.*

NOtum ſit omnibus præſentibus & futuris, Clericis & laicis, quod ego *Elias* de *Amundevilla*, pro ſalute animæ & corporis meæ (&c.) Hoſpitale de Elleſham, quod domina & mater mea carnalis *Beatrix* incepit & conſtituit; & quod dominus & frater meus *Walterus* de *Amundevilla* ipſi Hoſpitali per Cartam confirmatum dedit; ſcilicet quicquid feudi in prædicta Elleſham habuit. Inprimis Eccleſiam ejuſdem villæ (&c. ut in Cartâ præcedenti.) Teſtibus, *Radulfo* de *Amundevilla*, & *Ada* de *Amundevilla* fratribus meis, *Jorſleno* & fratre ſuo *Willielmo* de *Evermo* nepotibus meis; *Radulfo* de *Amundevilla* filio *Radulfi* fratris mei; *Willielmo* filio *Roberti*, *Willielmo* de *Fenterer*, *Willielmo* de *Beingham*. Ibid.

Carta Johannis *filii* VWillielmi *de* Dyve, *conceſſiones donatorum rectans & confirmans.*

OMnibus Chriſti fidelibus, præſentibus & futuris, præſens ſcriptum viſuris vel audituris, *Johannes* de *Dive*, filius *Willielmi* de *Dive*, æternam in Domino ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, me intuitu caritatis & pro ſalute animæ meæ, & prædicti Domini *Willielmi* patris mei, & *Ermetridæ* matris meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, conceſſiſſe, & hoc præſenti ſcripto confirmâſſe Deo & Eccleſiæ Conventuali beatæ *Mariæ* de Elleſham, & Canonicis & fratribus ibidem Deo ſervientibus & in perpetuum ſervituris, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, ſolutam & quietam ab omni ſeculari ſervicio, conſuetudine & demanda imperpetuum, quicquid feodi prædicti Canonici habent de dono *Walteri* de *Amundevilla* in villa de Elleſham; videlicet Ibid.

videlicet quicquid idem *Walterus* habuit in Ellesham in terris & tenementis, excepto servicio *Ingelrami* de *Moncellis*, cum pertinentiis, & advocationes Ecclesiarum de Ellesham, Byrkeby, Lynerby, Narthford, & Winthorp, cum omnibus suis pertinentiis; & tria molendina apud Winthorpe super Trentham sita; & quartum molendinum in villa de Winthorpe, & unam bovatam terræ & dimidiam in eadem villa, quam *Ranulphus* tenuit.

Præterea duo tofta in villâ de Duresby, & tres bovatas terræ, quas *Will.* frater *Lewin* tenuit in eadem. Præterea totam terram, quam idem *Walterus* de *Amundevilla* tenuit in villâ de Routwell, cum omnibus pertinentiis: Salvâ mihi & hæredibus meis advocationis dignitate: Ad hæc sciatis me, pro me & hæredibus meis memoratis Canonicis & Fratribus & Ecclesiæ suæ prædictæ in formâ præscriptâ concessisse & confirmâsse unam bovatam terræ in Wulrikby, quam habent ex concessione *Simonis* de *Rople* (&c.) & duas bovatas terræ in Lynerby & Duresby de dono dominæ *Ermitrudæ* de *Amundevilla* (&c.) His testibus, *Nicolao* de *Rye*, tunc Vicecomite *Lincolniæ*, *Henrico* de *Scibthorp*, *Matheo* de *Dyve*, *Johanne* de *Horkestuna* (&c.) Data apud Lynerby secundo nonas *Marcii* anno
1277. Domini *MCCLxxvii.*

Litera Jollani *de* Amundevill *missa Domino Papæ.*

Ibid.

REverendissimo & Dilectissimo patri in Christo, Domino Papæ, *Jolanus* de *Hamundevill*, salutem & debitam obedientiam. Sanctæ paternitati vestræ notum sit, quod fratres Hospitalis *Iherosolimitani* jamdudum per fallaciam à me impetraverant ut Hospitale quoddam in *Lincolniensi* Diœcesi constitutum, quod Domina mea & avia *Beatrix* incepit & constituit, cujus ego Advocatus sum, eis tradere. Quod utiq; Hospitale ab aviâ meâ institutum, *Walterus* de *Hamundevill*, filius prædictæ *Beatricis* per consensum & autoritatem Episcopi Diocesani *Roberti* de *Kayneto*, Canonicis Regularibus dederat, & Cartâ suâ confirmaverat ad pauperum & hospitalitatem servandum & manutenendum.

Ipse quoq; *Walterus* de *Hamundevill*, avunculus meus, in ipso Hospitali Canonicus affectus vitam finivit, consummavit, ibiq; requiescit. Successores verò ejusdem *Walteri Will.* & *Helias* de *Hamundevill* pater meus, idem Hospitale memoratis Canonicis concesserunt, & Cartâ suâ confirmaverunt. Contra quorum constitutionem dum per fallaciam prædictorum fratrum *Hospitalis Iherosolimitani* venire temptarem, per literas à Domino Papa *Alexandro* impetratas, sicut justum fuit, ipsi Hospitalarii quieti cesserunt. Ego verò nihilominùs injuriam meam recognoscens, in Capitulo *Lincolniensi* me obligavi nunquam amplius constitutioni & elemosinæ antecessorum meorum nociturum, vel impedimentum facturum ullâ arte, vel propriâ, vel alienâ. Memoratis insuper Canonicis Cartam dedi, qualis eis erat necessaria.

Quoniam autem sæpefati Fratres *Hospitalis Iherosolimitani* jam nuper literas, ut dicitur, Domino Papæ impetratas, contra Priorem prædictæ domus de Ellesham attulerunt; ipsum Priorem & Canonicos socios suos & elemosinam meam injustè & insipienter vexare volentes, sanctissimæ paternitati vestræ supplico, quatenus præfatis Canonicis & domui suæ, pacem faciatis; & prædictis Fratribus *Hospitalis Hierosolimitani* super prætata domo de Ellesham silentium perpetuum imponi jubeatis. Valete semper in Christo.

HOSPITALE

S. Mariæ *de* Dover *in agro* Cantiano.

Carta Regis Henrici *tertii de Decimis passagii portus* Doverensis.

REX (&c.) salutem. Sciatis nos intuitu Dei, & pro salute animæ nostræ & animarum antecessorum & hæredum nostrorum, dedisse (&c.) Hospitali S. *Mariæ* de Doure, quod dilectus & fidelis noster *Hubertus* de *Burgo* Comes *Kancii*, Justiciarius noster, ibidem fundavit, & Fratribus & Sororibus ibidem Deo servientibus decimam omnium provenientium passagii portus de Doure, quæ nos contingunt: Habendam & tenendam prædictis Fratribus & Sororibus, & successoribus suis, de nobis & hæredibus nostris, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam; percipiendam singulis annis per manus Ballivorum ejusdem portus de Doure. Quare volo (&c.) Dat. &c. apud *Westm.* sexto die *Julii.* Cart. 11. H. 3. p. 2. m. 9.

Carta ejusdem Regis de decem libratis annuis.

HEnricus (&c.) Noveritis nos, intuitu Dei, & pro salute animæ meæ, & animarum antecessorum & hæredum nostrorum dedisse (&c.) Magistro & fratribus Hospitalis domus de Doure, ad sustentationem eorum, & pauperum ejusdem Hospitalis decem libras percipiendas singulis annis ad festum S. *Michaelis* de exitibus portus nostri Doure, salvâ eis Decimâ, quam ipsi percipiunt de eisdem exitibus de dono nostro per Cartam nostram, quam eis indè fieri fecimus. Quare volo (&c.) Data apud *London*, xx. die *Septembris.* Cart. 13. H. 3. m. 3.

HOSPITALE

de Conyngesheved *in agro* Lancastrienſi.

Carta Regis Edwardi *ſecundi, Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Pat. 12. E. 2 p. 1. m. 22.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Donationem, conceſſionem, & confirmationem, quas *Willielmus* de *Loncaſtre* fecit Deo & Sanctæ *Mariæ* & domui de Conyngesheved, & fratribus ibidem habitantibus, de toto Conyngesheved, & tota terra dictæ domui pertinente; ſcilicet terra ex utraq; parte viæ quæ vadit de Berdeſeya, & tendit verſùs Ulverſton; & de magna via Regis uſque ad * Hindekeld; & deinde uſque ad ripam maris, & Eccleſia de Ulverſton cum Capellis & omnibus pertinentiis ſuis; & quadraginta acris terræ in campo de Ulverſton juxta terram prædictorum Fratrum; & una ſalina inter domum de Conyngesheved & Ulverſtone-pule; & turvis de turbario prædicti *Will elmi* quantum opus fuerit ad domum de Conyngesheved, & ad ſalinam prædictam ſuſtinendam; & paſtura & mortuo boſco ultra landam de Plumbton; & materia, & omnibus neceſſariis quæ dictæ domui ſufficere poſſunt de boſco ejuſdem *Will.* de *Fornays*, & communia paſturæ, & toto communi aiſiamento quæ pertinet ad terram de Ulverſton: Et ut prædicti fratres ſint quieti de pannagio porcorum ſuorum per totum boſcum ipſius *Willielmi* de *Fornays*. Donationem etiam & conceſſionem, quas *Alexander* fil. *Geroldi*, & *Aelis* de *Rumili* uxor ejus, fecerunt fratribus ejuſdem loci, de una bovata terræ in Stretton. Conceſſionem etiam & confirmationem, quas *B.* de *Penigton* fecit Hoſpitali, & Fratribus ejuſdem loci, de Eccleſia de Holcaſtre, & Capella dicta Aldeburgh, cum omnibus pertinentiis ſuis. Conceſſionem etiam (&c.) quas *Johannes* filius *Ponzon* fecit Hoſpitali ejuſdem loci de Eccleſia de Ponſonby, cum omnibus pertinentiis ſuis. Donationem etiam (&c.) quas *Meldredus* filius *Gamelli* de *Penigton* fecit Hoſpitali ejuſdem loci, de duabus bovatis terræ, cum omnibus pertinentiis ſuis in Burg, & tribus acris terræ; cum una manſura in Langſerga cum omnibus aiſiamentis ejuſdem villæ.

Conceſſionem etiam, &c. quas *Robertus* de *Boivilla* fecit fratribus ejuſdem domus, de tota terra, quam *Will.* de *Boivilla* pater ipſius *Roberti* eis priùs contulerat; ſcilicet, Ranlotesholm, cum decem propinquioribus acris terræ verſùs Davering, duabus acris prati, paſtura ad ducentas oves, & ad viginti animalia, medietate piſcariæ prout Helpul cadit in mari, & una ſalina cum neceſſariis ad prædictam ſaliman pertinentibus, & terra quam *Walterus Textor* tenuit in Birkeſautan. Donationem, &c. quas *Alanus* filius *Ketelli*, & *Alicia* uxoris ejus fecerunt fratribus ejuſdem loci, de ſeptem acris terræ in Botle: cum omnibus aiſiamentis ejuſdem villæ. Donationem etiam quam *Arturus* filius *Godardi*, & *Henricus* hæres ejuſdem *Arthuri*, fecerunt fratribus ejuſdem loci, de unâ bovatâ terræ in Botle, cum communi paſtura, in boſco, & plano, & cum cæteris appendiciis ſuis. Donationem, &c. quas *Gamellus* filius *Bevin* fecit Hoſpitali, Canonicis, & fratribus ejuſdem loci, de una acra terræ cum pertinentiis in Aſemunderlaue. Redditionem etiam quam *Pet.* de *Lonwic* Carpentarius fecit Priori & Conventui ejuſdem loci de omnibus terris, & tenementis cum pertinentiis ſuis, quæ idem *Petrus* de eis tenuit in Loutvic. Conceſſionem, &c. quas *Ric.* de *Hodeleſton*, filius & hæres *Johannis* de *Hodeleſton*, fecit Priori & Conventui ejuſdem loci, de terra de Applayheved, quam habuerunt ex dono & conceſſione *Henrici* de *Millam*. Conceſſionem etiam, &c. quas *Margareta* de *Ros* fecit Priori & Conventui ejuſdem loci, de toris terris, feodis, & tenementis ipſorum Prioris & Conventus, tam in Patton, quàm in Haverbec, cum pertinentiis ſuis, liberè & quietè à ſecta Curiæ ipſius *Margaretæ*, & paſtura ſervientum foreſtariorum, & à *Witneſman*, & omnium ballivorum ejuſdem *Margaretæ*, & hæredum ſuorum; & burgagiis quæ idem Prior & Conventus habuerunt in villa de Birkeby; ſcilicet, in pro parte ejuſdem *Margaretæ*. Conceſſionem; &c. quas *Will.* de *Skelmeriſherge* fecit Priori & Conventui ejuſdem loci, de quadam parte terræ ipſius *Willielmi* in *Twaitkendenan*, infra has diviſas; ſcilicet, incipiendo apud Heiſthwaitbec, in occidentali angulo ſepis, ſequendo ſepem verſùs orientem, uſq; in Siker, quæ deſcendit de ſilva de Stepnerlithe. Conceſſionem, &c quas *Rogerus* de *Skelmereſherge* fecit Priori & Conventui ejuſdem loci, de quadam parte terræ ipſius *Rogeri* in *Twitkendenan*, cum pertinentiis; incipiendo ad ſummitatem rupis quæ jacet in ſepe ſuperiori quercu. jacente, deſcendendo ab illa rupe uſq; ad ſummitatem rupis, quæ eſt inferior illâ quercu.

Donationem, &c. quas *Will.* de *Lancaſtre* fecit Priori, & Conventui ejuſdem loci, de viginti acris terræ in villa de Ulverſton; & viginti ſolidis annuatim percipiendis de molendino fullere ejuſdem *Will.* de *Ulverſton* & quatuor criblis farinæ avenarum de molendino bladonico ejuſdem *Will.* de *Ulverſton* annuatim percipiendis. Donationem, &c. quas *Will.* de *Lancaſtria* fecit Priori & Canonicis ejuſdem loci, de tota terra, cum pertinentiis, quam idem *Will.* habuit infra has diviſas; ſcilicet incipiendo ad ripam maris, ubi regalis via exit de ſabulo de Levene; & ſic ſequendo viam illam uſque ad magnam viam quæ tendit de Suenebec verſùs Ulverſton; & ſic ſequendo viam illam uſque ad capud de Garthſtohlat; & ſic deſcendendo per Garthſtohlat uſque ad magnam viam quæ ſe tendit de Conyngsheved apud Ulverſton; & ſic ſequendo eandem viam, uſque ad capud terræ arrabidis verſùs Ulverſton;

* Vulgo Terwteld.

ston; & sic sequendo circa Carthstoh inter duram terram, & humidam usque ad Mussam; & sic descendendo per Mussam illam, usque ad rivum qui descendit de Carthstoh; & sic sequendo rivulum usque in Ulverston; & sic descendendo per Ulverston-pul usque ad prædictam ripam maris; & sic ex transversa per ripam illam usque ad prædictam viam ubi exit de sabulo; & de sabulo ad salinas suas; & ad omnia alia necessaria sua unâ acrâ terræ juxta rivulum qui currit juxta domum *Ricardi* le *Turnour* ad unam forgeam, cum uno atrio, & ad alias domos ad hoc necessarias ibidem ædificandas: Mina in Plumton, ubi meliùs & leviùs possent perquirere: mortuo bosco in Elswith ad carbones ardendos ubicumq; invenire possint, & libero introitu, & exitu ad duos equos cum hominibus minam cariandam, sine aliqua molestia; & cum pastu herbæ ad dictos equos, tam infra Plumton, quàm extra: Et totâ aquâ de Cratke, cum piscaria, & piscatione, & cum omnibus pertinentiis suis; scilicet, de Levenene ascendendo usque in Thurstanwater, sine aliquo retenemento, tam in Laghterne, quàm in Cratk, & sustentatione sua in bosco suo in Furneys, exceptâ haiâ suâ de Plumton, & piscatione cum quadraginta retibus, & uno batello in aqua de Thurstanestwater, ubicunq; voluerint, sine aliquo gravamine eis inferendo in aqua vel extra: Et tota terra de Baseburn, cum pertinentiis suis, & prato quod dictus Prior, & *Hugo* de *Borwardal* de eo priùs tenuerunt ad firmum, infra has divisas; scilicet incipiendo ad Elteswater; & per Elteswater usque Elkeslakbec; & sic ascendendo per Elkeslakbec, usque Hogrbat; & sic per alium de Lingemouthe usq; Crosgedale; & deinde sequendo viam quæ se tendit de parvâ Langeden, usque ad sepem quæ claudit bladum de magna Langeden; & sic sequendo sepem usque ad alneium; & deinde in transverso usque ad pratum, quod dicti Prior, & *Hugo* tenuerunt ad firmam; & deinde sequendo sepem, quam dicti Prior & *Hugo* fecerunt, usq; ad ripam aquæ de Langeden; & sic sequendo ripam illam usque ad prædictum Elteswater. Et si averia prædictorum Canonicorum, vel hominum suorum extra prædictas divisas transierint, sine gravamine, & occasione refugentur.

Donationem, &c. quas *Will.* de *Lancastria* fecit Canonicis ejusdem loci de advocatione domus Leprosorum Sancti *Leonardi* de *Kirkeby* in Lendale. Donationem etiam & collationem, quas *Will.* de *Lancastria* fecit Canonicis ejusdem loci, de tota piscatione ejusdem *Willielmi*, de Levene, cum saina, & batello, & omnibus pertinentiis, à loco ubi Cratke descendit in Levene, sicut idem *Willielmus* ibidem piscare consuevit: Hoc retento, quod idem *Will.* ibi possit piscare, & piscem habere quando personaliter ibidem interierit; & salvo visu hominum ejusdem *Willielmi* quem in eadem piscatione habere consueverunt. Concessionem etiam, &c. quas *Will.* filius *Rogeri* de *Berdesey* fecit Canonicis ejusdem loci, de una bovata terræ in Berdesay cum pertinentiis, cum crofto, in quo ædificata est domus Hospitalis de *Jerusalima*; & octo acris terræ alibi in campo de Berdesaye. Concessionem, &c. quas *Emma* filia *Randulphi* fecit Canonicis ejusdem loci, de una bovata terræ in *Berdesia*, cum crofto, & crofto eidem bovatæ terræ pertinentibus. Donationem, &c. quas *Ric.* filius *Alani* de *Coupland* fecit Canonicis ejusdem loci, de sex acris terræ cum pertinentiis in *Berdesia*. Concessionem, &c. quas *Adam* fil. *Gamelli* fecit præfatis Canonicis, de duabus bovatis terræ cum pertinentiis in *Berdesia*; & tribus acris terræ propinquioribus campo de Ulfeswath. Concessionem, &c. quas *Will.* fil. *Willelmi* de Asenumderlawe fecit Canonicis ejusdem loci, de octo acris terræ cum pertinentiis in Ulverston. Concessionem, &c. quas *Will.* de *Turribus* fecit Canonicis ejusdem loci, de quadam parte terræ ipsius *Willielmi* cum pertinentiis in Lowick; scilicet, incipiendo ubi Stantonesbeth cadit in Crak; & sic ascendendo per filum aquæ de Stantonesbeche, usque in viam; & sequendo viam usque in Watandbeth. Donationem, &c. quas *Rogerus* de *Brakanbergh* fecit Canonicis ejusdem loci de quadam parte terræ ipsius *Rogeri* in Moserghe, apud *Rodam*, cum rationabili introitu & exitu præfatis Canonicis, & averiis suis, à Lidthate de Brakanbergh usq; ad eandem terram. Donationem, &c. quas idem *Rogerus* de *Brakanbergh* fecit Canonicis ejusdem loci, de toto Holthwait, cum pertinentiis in villâ de Thorserghe. Donationem, &c. quas *Will.* de *Haverer* fecit Canonicis ejusdem loci, de uno messuagio in Haverbarc, cum gardinis, prædicto messuagio pertinentibus, cum duabus acris terræ propinquioribus messuagio, & gardinis. Donationem, &c. quas idem *Will.* fecit Canonicis ejusdem loci de terrâ quæ vocatur Blaketrost, cum messuagiis quæ ibi sunt; quæ scilicet, Blaketrost jacet inter aquam de *Betha*, & dominicum ipsius *Willielmi*, cum dimdiâ acrâ turbarii, quæ jacet foris fossam, & unâ perticâ terræ, quæ jacet inter portam de *Betha*, & terram Ecclesiæ; & septem acris terræ cum messuagio subtùs Bethegate: & concessionem, quam idem *Will.* fecit eisdem Canonicis, *viz.* quod molent blada sua ad molendinum ipsius *Willielmi*, sine multurâ, & habeant de sabulo quantum opus fuerit; & de uno messuagio ad unam salinam faciendam inter duas vias infra nemus.

Donationem, &c. quas *Will.* fil. *Willielmi* de *Benetham* fecit Canonicis ejusdem loci de viginti acris terræ cum pertinentiis in villa de Haverbarc. Concessionem, &c. quas *Rogerus* de *Cayrus* fecit Canonicis ejusdem loci, de duabus acris, & tribus rodis terræ, & triginta sallis, cum pertinentiis in Larthwait, & tota terra, quam idem *Rogerus* habuit, & quæ sibi poterit accidere in Harlerthing; & tofto & messuagio quæ *Gerbot* aliquando tenuit in Haverbarc. Et concessionem, &c. quas idem *Rogerus* fecit Canonicis ejusdem loci de viginti acris terræ, cum pertinentiis in Haverbarc, quas habent de dono *Willielmi* filii *Willielmi* de *Benetham*. Donationem, &c. quas *Elias* de

Gila fecit Canonicis ejusdem loci, de tota terra ipsius *Elie* de *Hawerbec*, quam *Will.* de *Knyp* & *Will Wageſpere* de eodem *Elia* tenuerunt; & quartâ parte molendini de Waverbarr, cum totâ sequelâ pertinente prædictæ quartæ parti; & medietate gardini quod fuit *Willelmi* de *Haverbec*. Concessionem, &c. quas *Thomas* filius *Elie* del *Gyle* fecit Canonicis ejusdem loci, de totâ terrâ ipsius *Thome* cum pertinentiis in Waverbarr. Donationem, &c. quas *Johannes* filius *Ricard* de *Coupland* fecit Canonicis ejusdem loci, de tota terra ipsius *Johannis* cum pertinentiis; in Pacton, scilicet, medietate ejusdem villæ, exceptâ unâ acrâ terræ, quam *Bertlot* de *Bechesleye* dedit *Adæ* de *Pacton*. Concessionem, &c. quas *Jordanus* filius *Hugonis* filii *Grimbaldi* de *Elhale* fecit Canonicis ejusdem loci, de quadam parte terræ ipsius *Jordani* in loco qui vocatur Thrathertg, & ita quod illi qui prænominatam terram tenent, liberi sint & quieti de pannagio porcorum suorum infra totas divisas de Elhale; & quod moleant blada de prænominatâ terrâ ubi meliùs convenire valeant. Donationem, &c. quas *Jordanus* de *Hallstide* filius *Hugonis*, filii *Grimbaldi* de *Ellehale*, fecit Canonicis ejusdem loci, de quadam parte terræ ipsius *Jordani* in ultima parte de Trathertg, cum pertinentiis. Donationem, &c. quas *Adam* filius *Alani* de *Milneburne* fecit Canonicis ejusdem loci de tribus acris terræ & una rodâ, cum pertinentiis in *Midelton*. Donationem, &c. quas *Gilbertus* filius *Arkil* de *Midelton* fecit Canonicis ejusdem loci, de septem acris terræ cum pertinentiis in *Midelton*, cum exitu de Bannelfcroft, & una bericheria in pastura, & tanta pastura & tanto prato, quantum pertinet ad dimidiam bovatam terræ in eadem villa. Donationem, &c. quas *Thomas* de *Musgrave* fecit Canonicis ejusdem loci, de duabus acris terræ & dimidia, & triginta & tribus perticatis in Overton. Concessionem, &c. quas *Alanus* filius *Alani* de *Penigton* fecit Canonicis ejusdem loci, de una acra terræ in Overton, quæ Fretebigging appellatur. Donationonem, &c. quas *Johannes* de *Mortyng* fecit Canonicis ejusdem loci, de tota terra de Stangerhontcum marisco eidem terræ pertinente. Donationem, &c. quas *Will.* fil. *Johannis* de *Mortyng* fecit Canonicis ejusdem loci, de tota terra & tenemento quæ habuit ex dono *Rob.* del *Mire* in Wytebec cum illa medietate novæ mulæ, quæ est versùs aquilonem.

Concessionem, &c. quas *Joh.* fil. & hæres *Willielmi* de *Mortyng* fecit ejusdem loci Canonicis, de tota terra sua in Stangerhond, & de terra sua de marisco quæ fuit quondam *Roberti* de *Mariſco*; & quod liceat terras prædictas tenentibus bladum suum molere ad molendinum de Wytebec sine multura, vel alibi ubicumq; voluerint: & quatuor bovatis terræ cum pertinentiis in Wytebec, & viginti & tribus acris terræ & dimidia cum domibus & ædificiis in eisdem bovatis & acris, & ædificatis & ædificandis cum omnibus pertinentiis suis, & medietate molendinorum de Wytebec, cum secta sua, tam bladi, quàm fulloni.

Donationem, &c. quas *Gamelus* de *Penigton* fecit Canonicis ejusdem loci, de Ecclesia de Penigton, cum pertinentiis, & Ecclesia de Polcastre, cum Capellis & omnibus aliis pertinentiis; & Ecclesia de Wytebec cum pertinentiis, & Ecclesia de Skerobirton cum omnibus pertinentiis; & Pulton cum rectis divisis. Donationem, &c. quas *Adam* de *Watebuthayt* fecit Canonicis ejusdem loci de tota terra, quam idem *Adam* habuit in Silbeten. Concessionem, &c. quas *Alanus* filius *Ketelli* fecit Canonicis ejusdem loci, de dimidia de Eutemund, cum pertinentiis. Reddidionem, &c. quas *Johannes* filius *Ivonis* fecit Canonicis ejusdem loci, de tota terra illa, &c. quæ idem *Johannes* & *Ivo* pater suus tenuerunt de prædictis Canonicis, quæ vocantur Warkebuchom. Concessionem etiam, &c. quas *Anſelmus* filius *Michaelis* de *Founeys* fecit Canonicis ejusdem loci, de Capella de Dory, cum omnibus pertinentiis. Donationem, &c. quas *Benedictus* filius *Alani* fecit Canonicis ejusdem loci de una acra terræ de Foxlee, jacente inter terram Domini *Ricardi* de *Coupland* & terram ipsius *Benedicti* super Colterflat. Concessionem, &c. quas *Benedictus* de *Rotington* fecit Canonicis ejusdem loci de una bovata terræ, quam *Alanus* filius *Willelmi* filii *Seswardi*, de ipso *Benedicto* tenuit, exceptis duabus acris & una bovata terræ cum pertinentiis, quam *Benedictus* filius *Willelmi* de ipso *Benedicto* de *Rotyngton* tenuit in villa de Wabenesforde, & sex. acris terræ, cum pertinentiis de dominico ipsius *Benedicti* de *Rotington* in eadem villa; & una acra terræ de dominico ejusdem *Benedicti* in Elgrodyng. Concessionem, &c. quas *Rogerus* de *Ranglas* fecit Canonicis ejusdem loci de duabus acris terræ in villa de Ranglas, jacentibus super campis, qui vocantur Craftanflat, & Watelandes, inter terram *Ricard* le *Ratewrit*, & terram *Hugonis* de *Neueton*. Donationem, &c. quas idem *Rogerus* fecit Canonicis ejusdem loci de novem acris terræ & dimidia in prædicta villa de Ranglas. Donationem, &c. quas idem *Rogerus* fecit Canonicis ejusdem loci de tota terra cum pertinentiis super Estthelnut in eadem villa. Concessionem, &c. quas *Ric.* filius *Rob.* de *Ranglis* fecit Canonicis ejusdem loci, de quadam parte terræ, cum pertinentiis in eadem villa, infra has divisas; incipiendo ubi Hulotbec cadit in fabulonem; & sic ascendendo per Hulotbec, usq; ad Aylfcroft, & de Ailfcroft usque ad Birkill, & sic sequendo Birkill, usque ad stratam regiam, & sequendo eandem stratam versùs Austrum usque in prædictum Hulotbec. Concessionem, &c. quas *Robertus* filius *Gerardi* Swalewchirst fecit Canonicis ejusdem loci, de tota terra infra has divisas, in territorio de Langliferie, scilicet in longitudine inter duos siketos, quorum unus cadit inter Northwart & Wartura, & alius cadit inter antiquum Landliferi, & prædictum Wartura; & in latitudine sicut meta tendit in transversum inter dominicam culturam ipsius *Roberti* & prædictos siketos, usq; ad Plucarlwarlet.

Concessionem, &c. quas *Joh.* de *Hodeleston* miles,

niles, filius & hæres *Johannis Millum*, fecit Canonicis ejusdem loci de omnibus terris & tenementis quæ habent inter Esk & Duvent. Concessionem etiam, quam idem *Johannes* fecit Canonicis ejusdem loci quod possint imperpetuum, quoquo modo voluerint, claudere suam seperalem pasturam de Bokketherghes, sine aliqua contradictione vel impedimento ipsius *Johannis* vel hæredum suorum. Concessionem, &c. quas *Robertus* le *Bastenthwait* fecit Canonicis ejusdem loci, de viginti & quatuor acris terræ cum pertinentiis in villa de Punzunby, & una carucatâ terræ cum pertinentiis in eadem villâ. Concessionem, &c. quas *Ricardus* filius *Johannis* filii *Punzun*, fecit Canonicis ejusdem loci de Ecclesiâ de Punzunby cum omnibus pertinentiis in eadem villa, & totâ terrâ, sicut rivulus de Saithegile descendit in Balder; & sicut idem rivulus ascendit usque Stainbrigg; & sicut semita descendit de Staynbrigg versùs Ecclesiam & partem quæ fuit *Willielmi Surays*; & sicut profundus sulcus descendit in magnam viam versùs occidentem; & sicut eadem magna via descendit per terram *Roberti* filii *Ricardi*; & sic ultra pratum usque ad divisam quæ ascendit ad fossam Cimiterii versùs meridiem; & deinde, usque ad terram Ecclesiæ versùs occidentem; & à terrâ illa per medium Crudand, sicut sulcus carucæ tendit per lapides in eodem sulco positos, prout transit per medium Mosouflath in turbarium; & à turbario usque ad metas terræ monachorum, quam pater ejus dedit prædictis monachis; & sicut meta eorum descendit in Balder, & sicut Balder sursus tendit usque ad prædictum Saithegile; & totam terram istam prænominatam usque in filum aquæ de Balder, & toto prato ipsius *Ricardi* de *Putrikkeldsik*; & tosto quod fuit *Ricardi Damoisele*, cum toto prato quod ipse tenuit juxta Stanbrigg: Et quod licear illis claudere brucem de Haukesker, sine impedimento, ad proficuum & utilitatem eorundem Canonicorum. Et Donationem, &c. quas *Alex.* de *Hyton* fecit prædictis Canonicis, de duabus acris terræ arrabilis in territorio de *Hyton*, jacentibus juxta terram *Ada* de *Hyton*, super Labote, & quadam parte prati in prædicta villa de Hyton; scilicet infra has divisas, incipiendo ad quendam lapidem versùs Aquilonem, juxta pratum Abbatis de *Caldra*, sub Copsholm; & sic descendendo versùs Austrum, juxta terram arrabilem, usque ad quendam alium lapidem jacentem ex opposito divisæ *Henrici* fil. *Johannis* supra viam, qua venitur de Betul, usque ad Hyton, ratas habentes & gratas, &c. confirmamus, &c. In cujus, &c. T. Rege apud *Eboracum xxviii.* die *Sept.*

Carta Regis Mannix *pro immunitate Tolneti.*

Ex autog. in bibl. Hatoniæ.

MAgnus Dei gratiâ Rex *Mannia* & Insularum; omnibus ballivis suis & fidelibus suis per *Manniam* & Insulas constitutis, salutem. Noverit universitas vestra, nos pro salute animarum omnium parentum meorum, quietas clamâsse omnes naves, & res dilectorum fratrum & specialium amicorum nostrorum Prioris & Conventus de Cumingesheved, de *thol* & de omnibus aliis demandis, & consuetunibus per omnes terras nostras. Quare vobis mandamus quatinus homines suos, & omnes res suas protegatis, & ubiq; defendatis, & amodo *Thol* à nave suâ, vel bonis suis non exigatis, neque capiatis imperpetuum; nec damnum aliquod aut gravamen sit ullis hominibus suis ab aliquibus per terras meas fieri permittatis: Et quia istam Elemosinam volumus interminab liter perdurare, pro nobis, & hæredibus nostris, Sigillum nostrum præsenti scripto apposuimus in testimonium. Data apud Abbatiam de *Furnesio* die *Inventionis* Sanctæ *Crucis*; anno gratiæ *Milesimo ducentesimo quinquagesimo sexto.* A. 1256. (40. H 3.)

HOSPITALE

S. Johannis Baptistæ *infra Civitatem* Coventriæ.

De Fundatione ejusdem.

ANno *incarnationis* ..... Ex vetusto exemplari penès *Joh. Hales* de Coventre arm. anno 1653. *viri, Domini* Edmundi *Archidiaconi* Conventriæ, *Fund*..... Joh. Baptistæ Coventriæ, *per* Laurentium *Priorem*, & *Conventum* ..... terris & feodo eorum: *Quo sic fundato, & per dictum Archidiaconum ædificiis congruis constructo, iidem Prior & Conventus concesserunt & confirmaverunt situm ejusdem Hospitalis, per Cartam quæ sequitur, in hæc verba.*

Laurentius Prior *Coventrensis* Ecclesiæ, & ejusdem loci Conventus, omnibus filiis Sanctæ Dei Ecclesiæ, salutem & orationes in Christo. Noverit universitas vestra; quod nos, pro Dei amore & caritatis intuitu, concessimus domui Hospitali, quæ in nostro feodo sita est apud *Coventream*, situm illius Domus, cum suis pertinentiis, in perpetuam elemosynam, ad susceptionem pauperum & infirmorum: Et ut concessio ista firma & imperpetuum valitura permaneat, eam præsentis scripti auctoritate corroboramus. Teste *Eamundo* Archidiacono, & aliis.

Confirmatio dicti Domini Edmundi, *super fundationem, possessiones & dona predicta.*

OMnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, *Edmundus Coventrensis* Archidiaconus salutem in domino. Sciant tam præsentes, quàm futuri, quod *Laurentius* Prior *Coventriæ* & ejusdem loci Conventus, concesserunt, ad petitionem nostram Deo & S. *Johanni*, in perpetuam elemosynam, terram in qua domus Hospitalis *Coventriæ* sita est, ad susceptionem pauperum; cum terris & domibus & omnibus aliis rebus ad eundem pertinentibus: Et ut concessio ista perpetuam habeat firmitatem, eam Scripto nostro, & Sigilli nostri impressione confirmamus. Hiis Testibus, Magistro *Roberto* de *Wulveya*, *Ricardo* Capellano, Magistro *Ricardo* Medice, Magistro *Ricardo* de *Gnoweshale*, *Elya* de *Etone*, *Willielmo* de *Essex*, & multis aliis.

Confirmatio etiam, Ricardi Cantuarien's *Archiepiscopi.*

RIcardus Dei gratia, *Cantuarienſis* Archiepiscopus, totius *Angliæ* primas, & Apostolicæ sedis legatus; omnibus Christi fidelibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem in Christo. Ea quæ in pias causas collata esse noscuntur, pastorali decet protectione communiri, ne ab eisdem quibus ritè deputata sunt usibus, quorumlibet valeant temeritate convelli: Ea propter terram, in qua Domus Hospitalis *Coventriæ* ad susceptionem pauperum fundata est, cum terris & domibus, & omnibus aliis rebus ad eundem locum pertinentibus, sub protectione Dei & Ecclesiæ *Cantuarienſis*, ac nostra, suscipientes, ipsam prænotatis usibus pauperum ibidem suscipiendorum, auctoritate, quâ fungimur, confirmamus, & Scripto atq; Sigillo nostro roboramus, sicut à *Laurentio* Priore quondam *Coventriæ*, & Conventu ejusdem loci, ad petitionem piæ memoriæ *Edmundi Coventrensis* Archidiaconi, ad prædictos usus concessa est, & confirmata. Testibus, Magistro *Gerardo*, *Willielmo* Archidiacono *Glouc'striæ*, & aliis:

Bulla *Honorii* tertii Rom. Pontificis.

Ex ipso autogr. penès præfatum *Job. Hales* arm.

HOnorius *Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Rectori & fratribus Hospitalis S.* Johannis Coventren. *salutem & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod justum est & honestum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum: Quapropter dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras, cum omnibus bonis, quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum justis modis, præstante Domino, poteritis adipisci, sub beati* Petri *& nostra protectione suscepimus; specialiter autem terram de Smeretete, cum assartis & domibus & aliis pertinentiis suis, sicut ea omnia justè & pacificè possidetis; vobis & eidem domui vestræ, per vos auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis Scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere (&c.) Data* Laterani xv. *Kal.* Jan. *Pontificatus nostri anno sexto & anno Domini* MCCxxi.

Carta Regis Henrici *tertii de protectione Nunciorum præfati Hospitalis, Elemosynas, in ejusdem subventionem, petentium.*

HEnricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, &c. Omnibus, &c. salutem. Sciatis quod suscepimus in protectionem & defensionem nostram Magistrum Hospitalis S. *Johannis* de Coventre, & Fratres & Sorores ejusdem Hospitalis, & homines, terras & reddit'us, & omnes possessiones suas: Et ideo vobis mandamus, quod ipsum Magistrum, Fratres, & Sorores, &c. & nuncios suos, quos idem Magister & fratres per diversas partes mittent, ad petendum, colligendum, & recipiendum elemosynas, in subventionem ejusdem Hospitalis, manuteneatis, protegatis, & defendatis; non inferentes, &c. eis, &c. gravamen &c. Et si quid eis forisfactum fuerit, id eis sine dilatione faciatis emendari. Rogamus etiam vos, ut cum iidem fratres; vel nuncii sui ad vos venerint, elemosinas petitas, eis, amore nostri, de bonis vestris, elemosynas liberaliter impartiri velitis, ita quod apud altissimum mereamini, & à nobis grates reportare debeatis speciales. In cujus (&c.) has literas (&c.) fieri fecimus patentes, duraturos per septennium à festo S. *Jacobi* proximo futuro. Teste (&c.) apud Coventre *xxiiii.* die *Junii*, anno regni nostri quadragesimo quinto. Ibid.

De Fundatione, & aliis ordinationibus pro gubernatione ejusdem.

IN Dei nomine *Amen*, Per hoc præsens publicum Instrumentum cunctis, &c. appareat evidenter, quod Anno ab Incarnatione Domini, secundùm cursum & computationem Ecclesiæ Anglicanæ *MCCCCxxv.* Indictione tertiâ, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & Domini nostri Domini *Martini* divinâ providentiâ Papæ quinti, anno octavo, mensis *Martii* die *xxix.* in domo Capitulari Ecclesiæ Cathedralis & regularis beatæ *Mariæ Coventrensis*, horâ Capitulari ejusdem, in mei *Willielmi Heyne*, auctoritate apostolicâ Notarii publici ac Notarii, & testium infrascriptorum præsentiâ personaliter constituti, præhonorandis & religiosis viris, Domino *Ricardo Crosby*, Dei patientiâ, Prioris Ecclesiæ prædictæ, ac universis sive majori parte Conventus ejusdem Ecclesiæ; necnon & Magistro *Thoma Everdon*, Magistro sive custode Hospitalis S. *Johannis Baptistæ Coventriæ*; ac majori parte Fratrum & Sororum ejusdem Hospitalis; atque

Ex ipso autog. penès Majorem & Communitatem Civitatis *Coventriæ.*

atq; reverendis & discretis viris Magistro *Willielmo Silke* Decretorum doctore, Fratribus *Patricio White* in Decretis baccalario, &c. in arbitros sive arbitratores & amicabiles compositores, de quibusdam causis, litibus, &c. inter præfatum Priorem & Conventum ex unâ parte; & prædictum Magistrum, Fratres & Sorores ex altera ortis, &c. per ipsos, sub certa forma electis, &c. tandem post aliqualem verborum tractatum, ipsis Magistro *Willielmo*, &c. ad ferendum arbitrium suum hujusmodi, in memorato negotio, &c.

Inprimis igitur nos *Willielmus Silke* ordinamus (&c.) atque declaramus, quod Prior & Conventus antedicti fuerunt, sunt & erunt Fundatores dicti Hospitalis S. *Johannis Baptistæ Coventriæ*, & sic imposterum habeantur & nominentur: Et quod *Edmundus* quondam Archidiaconus *Coventriæ*, propter sua multiplicia beneficia atque commoda in dicti Hospitalis constructione, per ipsum ut dicebatur impensa, inter Hospitalis prædicti benefactores, post Priorem & Conventum principaliter in Orationibus & suffragiis imperpetuum habeatur & commemoretur: Et quod Elemosina pro animabus *Leofrici* Comitis, & *Godivæ* Comitissæ, Fundatorum dictæ Ecclesiæ Cathedralis, Christi pauperibus, in dicto Hospitali degentibus, per eosdem Priorem & Conventum, ex quadam gratiâ speciali exhibitâ, & à tempore *Laurentii* Prioris continuata; videlicet liberata duorum Monachorum Prioratus *Coventriæ*, prout in Refectorio reficiuntur, eisdem pauperibus, more solito, per inspectionem præsidentis, absque diminutione imperpetuum ministretur & continuetur: qui quidem *Leofricus* & *Godiva*, eorum Orationibus & suffragiis specialiter & nominatim commendentur.

Insuper, cum sub præsidio sani capitis membra corporis quiescunt lætiora, dum per moderationem debitam & discretam, sub salutis robore fœliciùs dilatantur in prosperis, & eisdem minùs arridentibus fortiùs roborentur in adversis, statuimus (&c.) quod supradictus Magister sive Custos Hospitalis prædicti obedientiam & fidelitatem in tempore Creationis, professionis, & institutionis sur, Domino *Ricardo* Priori & successoribus suis, legitimè præstitas debitè adimpleat & diligenter custodiat. Sorores etiam Hospitalis pronunc professæ, vivant secundùm formam professionum suarum sponaneè emissarum: Et quod Dominus Prior antedictus & successores sui, Magistrorum, Fratrum & Sororum dicti Hospitalis futurorum, qui pro tempore fuerint, creationem, receptionem, tonsurationem, professionem ad ordines, præsentationem habeant imperpetuum. Et singuli Magistri, de cætero in dicto Hospitali præficiendi, antequam investiantur, obedientiam manualem & fidelitatis juramentum præstabunt Domino Priori *Coventriæ*, pro tempore existenti, sub formâ quâ sequitur; *Ego Frater A. de B. Presbyter, in Custodem sive Magistrum Hospitalis S.* Johannis Baptistæ Coventriæ, *per vos Domine Prior Ecclesiæ Cath. beatæ* Mariæ *ejusdem, de unanimi assensu præsentis Conventus vestri ritè præfectus, promitto & juro, per me, tactis sacrosanctis Dei Evangeliis, quod ero vobis, domine Prior, & successoribus vestris & Ecclesiæ vestræ, in omnibus & singulis fidelis, prout prædecessores mei, Custodes dicti Hospitalis à tempore Fundationis ejusdem hactenus fuerunt; & tam ex jure compositione, quàm consuetudine esse debuerunt; ita saltem, ut nunquam ero in consilio vel auxilio, per quod aliquid juris vel honoris vestri, vel alicujus vestrum, aut Ecclesiæ vestræ decrescat, sed potius augmentetur; ero quoq; fidelis & satisfaciens dicto Hospitali, commodumq; illius diligenter procurabo & faciam; ita ut vobis vel Ecclesiæ vestræ indè præjudicium vel dampnum minimè generetur; possessiones, redditusq; & bona ejusdem Hospitalis collocata vel conferenda, adquisita vel adquirenda, pro posse meo manutenebo & multiplicabo, eaq; in usus ipsorum Fratrum & Sororum ac Ministrorum ejusdem, & saltem Infirmorum & debilium inibi languescentium, necessarios, auctoritate & permissione vestra, fideliter expendam & ministrabo; diligentemq; curam circa dictos Infirmos & debiles, ut recreentur & debitè custodiantur, de bonis ipsius Hospitalis impendam; ad quorum susceptionem & sustentationem, illud primo exstitit fundatum, juribusq; & privilegiis dicti Hospitalis semper salvis: quodq; dictorum Magistrorum creatio, institutio & investitura, obedientia & fidelitatis receptio, ad dictum dominum Priorem & successores suos pertinebunt.*

Et prædictus Prior qui nunc est, & pro tempore existens, singulis annis, si voluerit, ipsum Hospitale, ac Magistrum, Fratres & Sorores ibidem visitabit, cum numero octo personarum, unica procuratione, annuatim cum visitaverit tamen contentus; in quâ visitatione excercendâ in dicto Hospitali qui sunt in præsenti vel erunt futuris temporibus, sint perpetui per provisionem, creationem, præfectionem & institutionem Prioris *Coventriæ*, qui pro tempore fuerit, ac eidem Domino Priori immediatè subditi & subjecti; Prior tamen qui pro tempore est vel fuerit, nullum ipsius Hospitalis Magistrum, Fratrem, aut Sororem ejusdem, sine causâ legitimâ & [illegible] cognitione præcedente, juxta juris exigentiam in hac parte requisitam & sufficienter probatam, ammovebit, ammoverive faciat in futurum. Et quamvis præfatus dominus Prior, pro tempore existens, subjectionem & jurisdictionem habeat, ut præmittitur, in præfatos Magistrum, Fratres & Sorores; nichil tamen de bonis Hospitalis prædicti, in usus suos, aut Ecclesiæ Cathedralis prædictæ, convertat, prout Canonicè in hac parte dictaverint sanctiones; sed ut in usus Magistri, Fratrum & Sororum, pauperum & Infirmorum dicti Hospitalis debitè administrentur, diligentissimè superintendant, quemadmodum Fundatio dicti Hospitalis debitè & piè exigit & requirit.

Sanè, cum ea quæ ad certum usum largitione fidelium sunt destinata, ad illum debeant usum & non alium converti, arbitramur & ordinamus,

ordinamus, quod Magister Hospitalis antedicti & successores sui, omnium bonorum ad idem Hospitale spectantium, plenariam habeant administrationem & dispositionem, sic quod ipsa bona, terras, possessiones, jura, redditus, & tenementa, ad dictum Hospitale spectantia, temerè non consument, devastabunt aut alienabunt, juri solempnitate in hac parte minimè requisitâ; nec corrodia aut firmas, aut alia dicto Hospitali gravia, seu multum præjudicativa, ad longum tempus vel imperpetuum, absq; Superioris, *viz.* Prioris tempore existentis, licentia, vendere aut concedere præsumant.

Insuper statuimus, (&c.) quod quilibet Frater seu soror, in dicto Hospitali præficiendus, professionem suam in manus reverendi patris Domini Prioris *Coventriæ* pro tempore existentis, in scriptis redactis faciat, sub hac verborum formâ, quæ sequitur; *In Dei nomine Amen. Ego frater, Presbyter, vel laicus, vel soror* N. *Promitto stabilitatem meam, conversionem morum meorum, corporisq; mei castitatem, abdicationem proprietatis, ac obedientiam in licitis & Canonicis mandatis, coram Deo & Sanctis ejus, ac præsenti cœtu monachorum, herâ Capitulari ad hoc congregatorum, tibi Pater reverende* N. *Prior Ecclesiæ Cath.* Coventrensis, *& successoribus tuis Canonicè intrantibus, secundùm modum, formam, ordinem, statumq; ac regularis observantiæ in Hospitali S.* Johannis Coventriæ *hactenus usitatam; petens hanc præsentem cedulam, quam manu propr. â scripsi (vel quam manibus teneo) cum cæteris professionum, fratrum & sororum cedulis, in Thesauraria vestra reponi, custodiendam: Et in hujusmodi professionis testimonium hoc signum ✠ apposui, die tali, anno tali, mense, &c.*

Si qui verò Fratres aut sorores impositerum creandi & profitendi, linguam Latinam minimè intelligentes fuerint, in eorum linguâ vulgari, ut clariùs & apertiùs eorum sponsionem atq; votum percipiant, suam professionem, modo quo supra, expressè promittant; & tempore receptionum, antiquam consuetudinem observent.

Insuper statuimus & ordinamus, ut supra, quod nullus in dicto Hospitali S. *Johannis* de cætero præficiatur Magister, nisi vir probatæ vitæ, conversationis honestæ, & in sacerdotali ordine constitutus; ac dictam professionem secundùm formam suprascriptam expressè professus: Et quod Magister, Fratres, & sorores Hospitalis prædicti, habitu decenti, more prædecessorum & prædecessorum suorum, de cætero utantur; Vestis verò superior sit de nigro seu burneto; ac ipsa superior vestis, super tunica vel toga, ampla sit & rotunda, undiq; clausa, cum Cruce, de nigro signata, sine bissis & decenter longitudine, nimiâ longitudine aut brevitate minimè notandâ; non etiam sit botonatus; mantellis etiam Cruce de nigro signatis, utantur; sine quibus extra domum cum civibus & popularibus Civitatis *Coventriæ*, infra Civitatem eandem nullicubi conversentur. Vestis verò interior Fratrum sit scapularis; & sit similis coloris, cruce etiam de nigro signatum.

Sorores etiam velo albo utantur, cum togis, ut præmittitur & mantellis talaribus, seu capis vel clochis clausis, cum proficiscantur; quibus etiam, ubicunq; fuerint extra domum, religiosè utantur. Necnon Fratres, Magistri & sorores ejusdem Hospitalis induentur capuciis, ac vestibus lineis antiquitùs consuetis utantur, nisi quis ab hujusmodi lineis causâ devotionis voluerit abstinere; attendentes itaq;, quod ubi gubernaculum disciplinæ contemnitur, restat ut religio naufragetur; idcirco providemus & ordinamus, quod Magister quilibet pro tempore existens Capitulum teneat omni feriâ sextâ, seu alias ad minus semel in ebdomada, sicut necessitas vel utilitas deposcat, in quo Fratrum & sororum excessus minores Canonicè puniat, & disciplinam regularem delinquentibus imponat: Majora verò crimina, & præcipuè notoria seu famosa, correctioni dicti Domini Prioris, pro tempore existentis, arbitramur reservari.

Insuper, ut uberiores pro beneficiis, & debitæ gratiarum actiones Deo persolvant, ac major intuentium devotio, ex divino obsequio devotè celebrato resultet, statuimus & ordinamus, quod in dicto Hospitali divinum officium secundùm usum *Sarum*, per Magistrum & Fratres ac Capellanos Cantarianum ejusdem Hospitalis, cum debitâ reverentiâ, horis & temporibus congruis atq; consuetis, devotè celebretur: Conversi verò layci, fratres & sorores dicti Hospitalis, si qui sint omnino illiterati, loco *Matutinarum* triceties *Orationem Dominicam*, cum totidem salutationibus beatæ *Mariæ* Virginis, ac uno symbolo Apostolorum, intencius quo valeant cotidie Deo effundant; & pro singulis aliis horis, septies ab unoquoq; ipsorum, dicatur prædicta *Oratio dominica*, cum salutatione Angelica & *Credo*, ut supra: Literati nempè Fratres & sorores ad hoc sufficienter instructi, dicant horas beatæ Virginis, cum Psalterio ejusdem: Præfatus verò Magister, qui diligens esse tenetur, circa administrationem & officium sibi commissum, se nullatenus absenter, sine dicti Domini Prioris, pro tempore existentis licentiâ petitâ primitùs & obtentâ, nisi evidens utilitas & urgens necessitas præfati Hospitalis, ejus absentiam merito deposcat, & de hoc quam-citius commodè poterit dicto Domino Priori innotescat.

Nec ipse Magister, Fratres aut sorores suos in dicto Hospitali absentari permittat, absq; justâ causâ, honestâ seu necessariâ. Sorores autem dicti Hospitalis sint solicitæ & intentæ circa officium & ministrationem, & visitationem ac curam infirmorum, die noctuq;, quotiens opus fuerit; & etiam circa rem familiarem Hospitalis antedicti.

Ut autem debitus honor cuilibet præsidenti, prout convenit, illibatus conservetur, providemus & ordinamus, quod ipse Magister, qui nunc est, & qui pro tempore fuerit infra dictum Hospitale in Choro, Processione, ac Honoribus aliis sit meritò præferendus, nisi cum dictus Dominus Prior, pro tempore existens in dicto Hospitali personaliter interfit: In processionibus nempe generalibus in dicta Civitate *Coventriæ* qualitercunq; fiendis, dictus Magister &

Fratres

Fratres sui, si qui sint, in habitu suo more solito devotè incedant. In festâ verò solempnitate cœnæ Domini, & in Anniversario fundatorum, necnon exequiis Prioris & Monachorum quorumcunq; dicti Prioratus, Magister, Fratres & Sorores ad Ecclesiam Cath. antedictam accedant, & antiquam consuetudinem ibidem diligenter observent.

Item propter sinistram suspitionem & quorumcunq; iniquè judicantium obloquia imposterum evitanda, de spontaneâ voluntate & libero consensu dictorum Prioris & Conventus statuimus & ordinamus; quod Sigillum commune dicti Hospitalis *S. Johannis*, sub salvâ custodiâ trium clavium, infra idem Hospitale, loco securiori fideliter custodiatur; quarum una habeat Magister ejusdem Hospitalis; secundam verò & tertiam senior Frater & Soror discretior ejusdem Hospitalis custodiant; antiquum Sigillum penitùs rumpatur; ac omnia facta, scripta, cartæ, munimenta, à tempore mortis *Henrici Aston*, olim Magistri dicti Hospitalis, cum dicto antiquo sigillo sigillata, nullius sint momenti, & viribus omnino carere decernimus; *viz.* ab anno Domini *MCCCLxi.* Cartæ verò, munimenta de juribus Hospitalis tantum mentionem facientia, in dicto Hospitali sub salvâ ponantur custodiâ, ubi custoditur Sigillum commune prædictum; Cartæ nempe communes, tam dominorum Prioris & Conventus, quàm Magistri, Fratrum & sororum Hospitalis prædicti jura concernentes, in thesauraria Ecclesiæ Cath. prædictæ; quarum verum transumptum, hinc inde indentatum fiat utriq; parti liberatum, & tam sigillis communibus dictæ Ecclesiæ Cath. quàm Hospitalis prædicti citra festum *Michaelis* proximum futurum sub pœnis infra scriptis ponant.

Item ordinavimus, quod pratum illud sive pastura de **Combewelle**, de quo nuper fuerat altercatio, pro bono pacis, propter dubium, de expresso concessu partium prædictarum dividatur, prout Frater *Willielmus Halughton* & Dominus *Johannes Bonetable*, collegæ nostri, super hoc adinvicem concordant & divisiones indè fecerunt. Item ordinamus, quod Magister decimas prædiales consuetas Domino Priori & Conventui persolvat; sicut hactenus consuetum fuerat, tùm de ortis & nutrimentis animalium decimas solvere non teneantur, cum omnes religiosi de jure communi in hoc sint privilegiati.

Item de gratia speciali dictorum Prioris & Conventus, per modum compensationis ordinamus, quod Prior & Conventus decimas boscorum & suboscorum, à Magistro S. *Johannis* de cætero non exigant; & quod Magister & successores sui unam carectatam bosci, præfato Hospitali, quam singulis septimanis petebant persolvendam, ultrius non exigant. Item ordinamus, quod Magister, fratres, & sorores Hospitalis prædicti, & eorum successores habeant liberam sepulturam, quorumcunq; eligere volentium sepeliri in dicto Hospitali; & quod corpora sepulturam eligentium portentur ad matricem Ecclesiam *Coventriæ* prædictæ; quodq; omnem apparatum ceræ & cereorum, ratione funerum quoquomodo provenientium, integrè persolvant Ecclesiæ Cath. prædictæ, Magistro, Fratribus, sororibus, pauperibus, infirmis in Infirmariâ dicti Hospitalis ac familiaribus actu commensalibus ad infra dictum Hospitale ab hac luce decedentibus, duntaxat exceptis qui ad præfatos ceræ & cereorum præstationem funeris; portationem, dictæ Ecclesiæ Cath. minimè teneantur.

Pro indempnitate verò, ratione sepulturæ, eisdem Magistro, Fratribus & sororibus, noviter per venerabilem Dominum Priorem, Dominum *Ricardum Croshy*, concessæ, præfati Magistri & successores sui præstabunt annuatim unam libram ceræ, seu cereum ejusdem ponderis in festo Paschæ, dictæ Ecclesiæ Cath. beatæ *Mariæ* imperpetuum.

Item ordinamus & arbitramur, quod Bullæ, Literæ & Instrumenta omnia & singula dictum Hospitale, seu jus ipsius qualitercunq; concernentia, jam penès dominos Priorem & Conventum existentia plenariè exhibeantur, juxta quæ decerni & starni valeat utriq; parti justitiæ complementum: Et si quæ sint munimenta, quorum Magister ostendit vestras copias, vel se originali vidisse suo sacramento affirmat, quæ fortassis non exhibentur aut subtrahuntur, seu in rerum naturâ, sive Prioris & Conventus fraude, dolo, vel latâ culpâ consistere denegantur, jurent Dominus Prior, Sup-Prior ac Fratres *Neh. Caldecot* & *Will. Halughton*, per fidem suam, munimenta supradicta, quæ asseruntur subtracta, se non habere, nec vidisse, destruxisse, distraxisse, alienàsse scienter, per se aut per aliquam submissam personam: Et si hujusmodi juramentum in formâ prædictâ præstiterint, ab ulteriori exhibitione seu ostensione dictorum munimentorum clameo & inquietatione occasione earundem in posterum fienda, dictus Prior & Conventus imperpetuum reddantur liberi & immunes. Alioquin dictus Magister consimile juramentum præstabit dicta originalia, quæ asseruntur subtracta, se vidisse, quorum veras copias, ut asserit, ostendat, quod si fecerit, sufficiens sibi præstabitur emenda, secundùm discretionem nostrorum quatuor: Quibus quidem munimentis prædictum Hospitale qualitercunq; concernentibus, coram nobis in præsenti productis, exhibitis & ostensis, ac eidem Magistro Hospitalis *S. Johannis* manualiter liberatis, dictum Dominum Priorem in formâ præmissâ juratum, ab ulteriori exhibitione Cartarum, privilegiorum, & munimentorum, dictum Hospitale concernentium, plenariè decernimus pro perpetuo absolutum.

Item ordinamus, (&c.) ut nec prædictus Magister Hospitalis, Fratres, & sorores ejusdem, nec successores sui, de cætero exigant, vendicent, vel clament aliquas parcellas terræ infra pomeria dictorum Prioris & Conventus, in futurum, ratione Cartarum *Nicholai Cerothecari*, *Johannis* filii *Nicholai*, *Johannis Pronde*, *Johannis Gauter*, *Willielmi Coci*, nec aliorum quorumcunq;, sed ut prædictus Prior & Conventus & successores sui habeant & teneant liberè & quietè & pacificè imperpetuum, terras infra

clausas pomerii sui, quas possident, à die confectionis præsentium, sine aliquâ impetitione ac inquietatione seu reclamatione prædictorum Magistri, Fratrum, seu eorum successorum in futurum: Et quod nec dictus Magister, Fratres & Sorores dicti Hospitalis, nec successores sui de cætero, clamabunt nec vendicabunt de prædictis Priore & Conventu, nec de successoribus suis, tenementa *Willielmi Scot*, nec terras *Ric. Carpentarii*, nec aliquod aliud tenementum, terram vel redditum, quæ prædicti Prior & Conventus possident die confectionis præsentium infra *Coventream*, vel extra.

Si verò contigerit prædictos Priorem & Conventum, vel successores suos, aliquod tenementum vel terram perquirere in futurum, quæ fortè tenentur de prædicto Hospitali, tunc ipsi Prior & Conventus reddit⁹ inde debitos & consuetos annuatim præfato Hospitali reddant & persolvant.

Item ordinamus (&c.) ut Magister Hospitalis & successores sui persolvant & reddant annuatim Priori & Conventui supradictis, ac successoribus suis, & præcipuè officiis Cameræ Prioris, Thesaurarii, Celerarii, pro omnibus terris & tenementis quæ habent & tenent die confectionis præsentium, in **Coventre**, **Varnale**, **Ecclesshale**, **Stoke** & **Berussey**, de prædictis Priore & Conventu & successoribus suis *xx^s.* s. *iiij.* d. sicque quod sursum reddatur crofum vocatum le **Frethey**, cum pecià terræ jacente in campo de **Berussey** dicto crofto pertinenti, unà cum redditu debito & consueto, annuatim officio Pitanciarii, *v.s.* pro diversis tenementis in **Coventre** *xxviij.* s. *viij.* d. ut clariùs patebit per Indenturam inde confectam, ac Capellæ beatæ *Mariæ* Ecclesiæ Cath. prædictæ *iij^s.* s. cum clausula distringendi. Et si contingat prædictum Magistrum, Fratres & Sorores dicti Hospitalis, vel successores suos, aliqua tenementa vel terram perquirere, vel ex dono habere in futurum, quæ de prædictis Priore & Conventu vel successoribus suis tenentur, tunc eisdem Priori & Conventui, ac successoribus suis, pro terris & tenementis sic habitis & perquisitis, redditus indè debitos & consuetos annuatim reddant & fideliter persolvant.

Insuper ordinamus, ut supra, quod stagna facta in fossatis sub pomerio Domini Prioris, ut patet per tripertitum, inter murum lapideum ad caput de **Swanespole** & le **Deruzate**, de consensu partium, in futurum permaneant modo quo extant in præsenti: tempore tamen purgationis ejiciantur purgamenta de cætero, ex parte Prioris, & non ex parte Hospitalis, propter destructionem herbagii dicti Hospitalis.

Item decernimus & declaramus Bullam *Alexandri* Papæ tertii, Hospitali S. *Johannis* prædicto, ut dicitur concessam, propter non usum ejusdem, & actum contrarium, penitùs sublatam & viribus non subsistere, propter diversas dissentionum materias inter partes prædictas, occasione ejusdem sepiùs subortas, & quæ ratione ejusdem verisimiliter oriri poterunt in futurum. Omnia insuper partium prædictarum privilegia, munimenta & scripta quæcunque, huic nostræ ordinationi seu compromisso quovismodo repugnantia, & præsertim submissionem Fratris *Alexandri*, olim Magistri dicti Hospitalis, & confirmationem bonæ memoriæ *Roberti Covent.* & *Lich.* Episcopi super eadem, quatinus præmissa obviant eatenus cassamus & reprobamus; in aliis autem ea volumus in suo robore permanere. Quantum verò ad restagnationem aquæ vivarii de **Swaneswelpole**, & ejusdem cratenæ moderationem, ac divisionem prati de **Combewell**, limitationemq; metarum, bundarum & terminorum, tenementorum, reddituum assignationem nondum plenè discussas, fratri *Willelmo Halughton* & Domino *Johanni Bonetable*, nostris in hac parte collegis, vices nostras coraliter committimus, ut præmissa rectè finiant & justè determinent, sicut coram Deo reddituri sunt rationem in districto examine, & hoc citra festum *Pentecostes* proximum futurum. Qui quidem Collegæ nostri, onus hujusmodi in se gratanter assumentes, ita in præmissis concorditer ordinârunt, *v.s.* quod Magister, Fratres & Sorores S. *Johannis* antedicti, pro tempore existentes, per modum compensationis, pro fluxu & refluxu aquæ vivarii de **Swaneswelpole**, de & super terras S. *Johannis*, habeant imperpetuum omnes decimas feni pratorum suorum in **Coventre** & **Vernale**: de aliis nempe terris, tenementis, redditibus; ac metis & bundis supradictis, per eosdem collegas clarè ordinatum est, prout in Indenturis inde confectis & Sigillis communibus partium prædictarum sigillatis, parentius apparebit (&c.)

HOSPITALE
de Brugwalter *in agro* Somersetensi.

Hospitale S. Johannis *de* Brugwalter.

Will. Briewerr Fundator. *Lel. Coll. Vol. 1. p. 48.*

Pro animabus *Henrici* secundi, *Richardi* & *Johannis* Regum *Angliæ*. Testes *Thomas* de *Sandeforde*, *Guil.* de *Pechy*, *Guil. Corrington*, *Robertus* de *Chilton*. *Richardus* de *Ronceſtre*, *Thomas Mandit*, *Gulf. Percevent.*

Tresdecem pauperes alii, præter religiosos & peregrinos. *Ib. p. 74.*

Appropriatio Ecclesiæ S. Georgii *de* Wemedon *eidem Hospitali, per* Robertum Bathon. & Wellen. *Episcopum.*

RObertus permissione divinâ *Bathon.* & *Wellen.* Episc. salutem. (&c.) Cum inter cætera opera caritatis, nulla divinæ pietatis bona magis redoleant majestati in cœlis, quam ea quæ Christi pauperibus constituuntur in terris; veritate dicente, *quod uni ex minimis meis fecistis,* *Pat. 8. H. 2. p. 2. m. 18. per Inspex.*

feceritis, michi feceritis: Hinc est, quod cum Domus Hospitalis Dei & S. *Johannis Baptistæ* de Bruggewater, nostræ diocesis, ad sustentationem pauperum Christi egenorum & infirmorum fundata extiterit; ac propter elemosinarum largitiones, & pauperum, egenorum, & infirmorum sustentationes; necnon hospitum ibidem undique confluentium frequentes accessus, bona Hospitalis prædicti ad tanta pietatis opera excercenda non sufficiunt, Nos ad gratiam Hospitalis & caritatis prædictæ applicandam & sustentandam, præhabitâ deliberatione frequenti, diuinâ & solempni; ac diligenti tractatu cum Capitulis nostris *Bathon.* & *Wellen.* Ecclesiàm S. *Georgii* de Wemedon, quæ quidem Ecclesia de advocatione Magistri & fratrum prædicti Hospitalis existit, præfatis Magistro & fratribus & eorum successoribus, ad pauperum, egenorum & infirmorum sustentationem Capitulorum nostrorum antedictorum, unanimi accedente consensu, damus & confirmamus pro nobis & successoribus nostris intuitu caritatis, & eam cum juribus & omnibus pertinentiis suis appropriamus imperpetuum. (&c.) Dat. *Well. vii.* Id. *Febr.* A. Domini *MCCLxxxiiii.* pontificatus nostri decimo.

Appropriatio Ecclesiæ de Lanteglos *dicto Hospitali.*

Ibid. OMnibus (&c.) *Petrus* miseratione divinâ *Exon.* Episc. salutem (&c.) Ecclesiam de Lanteglos, juxta Fawy cum Capella S. *Salvatoris* juribus & pertinentiis omnibus; quæ quidem Ecclesia cum prædictâ Capella de advocatione Magistri & fratrum prædicti Hospitalis existit, præfatis Magistro & fratribus, ac eorum successoribus, ad pauperum & infirmorum sustentationem, Capituli nostri prædicti unanimi accedente consensu (&c.) appropriamus (&c.) Dat. *Exon.* in crastino S. *Marcæ Evangelistæ*, anno gratiæ *MCCLxxxiiii.* & consecrationis nostræ anno quarto.

Consimilis Appropriatio Ecclesiæ de Moxumestowe.

Ibid. OMnibus (&c.) *Petrus* miseratione divinâ *Exon.* Episc. salutem (&c.) Ecclesiam de Moxumestowe, in *Cornubia*; quæ quidem Ecclesia de advocatione Magistri & fratrum prædicti Hospitalis existit præfatis Magistro & fratribus & eorum successoribus ad pauperum (&c.) sustentationem (&c.) appropriamus (&c.) Dat. *Exon* in Capitulo nostro *xvii.* Kal. *Nov.* A. Domini *MCCXC*, & consecrationis nostræ anno *xi.*

Licentia regia de electione Magistri.

REX dilectis sibi in Christo fratri *Waltero Estone* Præsidenti Hospitalis Sancti *Johannis Baptistæ* de Bruggewater, Ordinis Sancti *Augustini, Bathonen.* & *Wellen.* Dioc. ac fratribus ejusdem Hospitalis salutem. Ex parte vestra nobis est humiliter supplicatum, ut cum Hospitale prædictum, quod est de Fundatione Comitis *Marchiæ* & Domini de *la Zouche*, cujus quidem Domini de *la Zouche* filius & hæres in custodia nostra ratione minoris ætatis fuit existit, per mortem bonæ memoriæ fratris *Johannis Wemedon* nuper Magistri Hospitalis prædicti, Magistri sit solacio destituta; alium vobis eligendi in Magistrum, licentiam vobis concedere dignaremur: Nos precibus vestris in hac parte favorabiliter inclinati, licentiam illam tenore præsentium; vobis duximus concedendam, mandantes, quod talem vobis eligatis in Magistrum, qui Deo devotus, Hospitali vestro necessarius, nobisque & regno nostro utilis & fidelis existit. In cujus (&c.) *T. R.* apud *Westm*, *xx.* die *Januarii*. Par. 1. H. 6. p. 1. m. 12.

HOSPITALE
de Brugenorth *in agro* Salopiensi.

De Fundatione ejusdem.

INquisitio capta apud Brugnorth, in Comitatu *Salop.* .....die..... anno regni Regis *Edwardi* quarti, post conquestum decimo quarto. Coram *I. B.* Escaetore dicti Domini nostri Regis in Comitatu prædicto, virtute officii sui, per Sacramentum (&c.) qui dicunt super Sacramentum suum, quod quidam *Radulfus* le *Strange*, ante tempus memoriæ, in honore Sanctæ *Trinitatis*, beatæ Virginis, & Sancti *Johannis Baptistæ*, fundavit quoddam Hospitale in Brugenorth, de uno Magistro, & custode, & de diversis fratribus sæcularibus, divina ibidem exercenda, & exequenda, ac pauperes infirmos, & debiles hospitando, construxit, & stabilivit: Ac diversas terras, & tenementa eisdem Hospitali, Magistro, custodi, & fratribus ejusdem, & successoribus suis, habendas in perpetuum, in puram & perpetuam elemosinam, dedit & concessit: Cujus quidem *Radulfi*, prædicti Hospitalis fundatoris, linealis consanguineus & hæres *Johannes* nuper Comes *Salop.* qui in *Francia* jam tardè guerravit, & in Comitem *Salopiæ* primitùs creatus fuit, ac ab hac luce nuper migratus extitit; videlicet avunculi filii *Ancharitæ* filiæ *Gilberti*, filii *Richardi Talbot*, Esc. 14. H. 4. n. .....

& *Elizabethæ* uxoris ejus; filiæ *Johannis*, filii *Johannis*, filii *Fulconis*, filii prædicti *Radulfi* le *Strange* primi Fundatoris prædicti Hospitalis: Et dicunt prædicti juratores, quod semper, & continuè à fundatione prædicti Hospitalis, hæredes prædicti *Radulfi*, fundatores ejusdem Hospitalis exiterunt, & pro fundatoribus indè reputati fuerunt: Et dicunt ulteriùs iidem juratores, quod nomen Custodis dicti Hospitalis, per magnum tempus mutatum fuit, & jam nuncupatum est Prior. Et dicunt etiam quod prædictus nuper Comes qui guerravit in *Francia*, habuit exitum *Johannem* nuper Comitem *Salop.* qui habuit exitum *Johannem* infra ætatem (&c.)

HOSPITALE

S. Johannis *in Civitate* VVellensi.

De Fundatione ejusdem.

Lel. Coll. Vol. 1. p. 74.

Hugo Lincoln. Episcopus, primus Fundator: Deinde *Jocelinus* Episcopus *Bathon.* *Edmundus Lyons* miles, benefactor.

Redditus multùm decreverunt; nam primò habebant ducentas marcas annuas.

Fuerat hic *Hugo* ante Archidiaconus *Wellensis*, & *Hugonem Cartusianum* secutus est.

HOSPITALE

de Strode *in agro* Cantiano.

Diploma Regis Edwardi *tertii, ipsam Fundationis Cartam dicti Hospitalis; necnon diversas alias Donationes eidem factas, recitans & confirmans.*

Pat. 6. E. 3. p. 1. m. 19.

Videsis Claus. 20. E. 3. p. 1. m. 19.

REX omnibus ad quos, &c. salutem. Inspeximus quoddam scriptum, quod *Gilbertus* quondam Episcopus *Roffensis* fecit in hæc verba. Omnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsens scriptum pervenerit, *G.* divina miseratione *Rofensis* Ecclesiæ minister, salutem in Domino. Attendentes illud dominicum, *Esurivi & dedistis michi manducare; sitivi & dedistis mihi bibere; hospes eram & collegistis me; nudus & cooperuistis me; infirmus & in carcere, & visitastis me.* Et ex hoc advertentes misericordiam, cum necessitatem patientibus habitam Deo plurimùm acceptam, pro salute nostrâ, prædecessorum successorumque nostrorum & benefactorum; Necnon & pro reformatione Christianitatis terræ Jerosolimitanæ, & liberatione *Richardi* Illustris Regis *Angliæ*; Domum hospitalem in honore Dei & gloriosæ Virginis *Mariæ* apud Strode construximus, ad recipiendos & confovendos pauperes, debiles, infirmos, & sibi minimè sufficientes, tam notos commorantes, quàm à remotis transeuntes, ut in lecto, cibo, & potu eis congruè provideatur, donec vel decedant, vel cum incolumitate recedant; illisque decedentibus vel recedentibus alii perequè pauperes & debiles, in perpetuum substituentur. Iconomum autem eidem Domui præfecimus, & successores nostri præficient, qui de consilio Episcopi curam domus & omnium ad eam pertinentium habebit; Qui regularem vitam gerens, tot regulares secum habebit Clericos, ut honestè ibidem Deo possit ministrari; & ad minus à duobus presbyteris duæ Missæ singulis diebus celebrari; una pro vivis loci benefactoribus, altera pro salute animæ meæ nominatim, & pro animabus cæterorum benefactorum in evum, ad sustentationem jam dictæ Domus.

Itaque de communi assensu Prioris & Conventus *Rofensis*; necnon & Archidiaconi nostri, concessimus & donavimus in perpetuam & puram elemosinam in usus proprios possidendam Ecclesiam de Ailesford, cum omnibus ad eam pertinentibus, salvâ pensione duarum marcarum per annum Iconomi Monachis *Rofensibus* annis singulis persolvenda; Et Ecclesiam Sanctæ *Margaretæ* perequè in usus proprios, cum omnibus pertinentiis suis optinendam, salvâ dimidiâ marcâ per annum Iconomi, prædictis Monachis annuatim reddendâ, nomine oblationum, diei festi beatæ *Margaretæ*, quas idem Monachi percipere consueverunt. Et Ecclesiam de Valling, cum omni integritate sua; & prebendulam de decimis militum nostrorum in Valling, & Holeberge, & Bukelstan provenientem: Et Ecclesiam Sancti *Nicholai* de Strode, cum omnibus ad Altare pertinentibus, tam de vivis, quàm de defunctis, & omnibus aliis, excepta decimatione bladi, quàm de assensu & voluntate Archidiaconi & personæ de Frendesberi, matricem constituimus Ecclesiam, proprium eidem cimiterium assignantes. Providebit autem Iconomus ad ministrandos in memoratis Ecclesiis presbyteros idoneos, quos maluerit proprios conversos vel alienos, quos Episcopo præsentabit, qui cum Ecclesiis ipsis communi gaudebunt libertate, ut nullâ videlicet exactione pecuniariâ graventur, ab Episcopo vel Archidiacono, vel Decano, vel aliquo alio, sive in tallià, sive in emendâ, sive aliquo alio modo, exceptis dumtaxat sinodalibus ab antiquo debitis; quoniam si deliquerint Episcopo consulto Iconomi coercioni Canonicè subjacebunt.

Sane locum ipsum Hospitalem cum ambitu suo & omnibus ibidem commorantibus, tam clericis, quam laicis, & cunctis conversis ubicumq; morentur, de assensu & voluntate Archidiaconi eximimus ab omnimodâ potestate Archidiaconali & Decanali; ut sint solummodo domi-

do nino Papæ & *Cantuarienſi* Archiepiſcopo ſubjecti, & Epiſcopo *Roſenſi*. Conceſſimus inſuper jam dictæ Domui, decimam novalium cujuſdam terræ, quam de novo excoluerunt Canonici de **Lesnes**, & eorum tenentes, in confinio parochiarum de **Derentefort**, & de **Wulmington**, de aſſenſu & voluntate utriuſq; Eccleſiæ perſonæ. Porro conſtitutum eſt de auctoritate noſtrâ, & Conventus noſtri *Roſenſis*, quod in vigiliâ *Natalis* Domini annuatim, octo coopertoriis novis ſupervenientibus, prout ad hoc redditus eis in Eccleſia de **Aſſefort** & **Borle** providimus, octo vetera in uſus pauperum Iconomo domus reſtituentur. Providimus etiam jam dictæ domui redditum ſex denariorum de quadam terrulâ in **Stanes** à *Radulpho* filio *Pauli* & hæredibus ejus, annis ſingulis perſolvendis; ſet & ex largitione bonæ memoriæ *Henrici* de *Cornhell*, pro ſalute animæ ſuæ, & illuſtris Regis *Henrici* percipit eadem domus annuatim quatuor libras in **London** & **Suiwert** aſſignatas. Et ex dono *Galfridi* de *Sunderſſe* duas ſummas bladi de molendino de **Bukelſtan**.

Hæc autem omnia, & ſiquid amplius per gratiam Dei aliquis conferre voluerit, expendet Iconomus cum conſilio Epiſcopi providè, fideliter, & honeſtè, in uſus ipſius domus; Ita ut præhabitâ ſuâ & Clericorum & ſervientum neceſſariorum procuratione congruâ, totum reſiduum in ſuſtentationem pauperum debilium, ut diximus, erogetur; & pro quantitate excreſcentium facultatum augeatur numerus Infirmorum. Nos igitur de bonitate Domini confidentes, ut miſericorditer agat cum miſericordiam facientibus, omnes huic ordinationi dominicæ conſencientes & aliquid de ſuo largientes, in perpetuæ felicitatis dominicæ conſortium admittimus, & fratrem & cooperatorem participem domus Hoſpitalis conſtituimus. Qui autem malignè reſiſtere, obviare, vel infringere conatus fuerit, indignationem & offenſam omnipotentis Dei incurrat, & ultionem corporalem ſævientis ſenciat, donec recipiſcentis in meliùs reformetur: Rogamus autem, & quantis poſſumus precibus & exhortationibus ſupplicamus ſucceſſori noſtro, quatinus hanc orationem non noſtram ſet Crucifixi, gratam habeat & acceptam, & ſuæ in omnibus ſaluti conſultum, proviſum videat & honori, ut Dominus Deus ei retribuat, & non ut cooperatorem ſet fundatorem reſpiciat, remuneret, & coronet in gloria ſempiternâ.

Inſpeximus etiam quoddam ſcriptum, quod Radulphus *quondam Prior* Roffenſis, *& ejuſdem loci Conventus fecerunt in hac verba.* Omnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Radulphus* Prior *Roſenſis*, & ejuſdem loci Conventus ſalutem & orationes in Domino. Noverit univerſitas veſtra, nos intuitu Dei & ob reverentiam gloriosæ Dei genetricis *Mariæ*, in cujus honore domus Hoſpitalis conſtructa eſt apud **Strode**, de aſſenſu & voluntate Domini *Gilberti Roſenſis* Epiſcopi noſtri donaſſe & conceſſiſſe, & præſenti Cartâ confirmaſſe eidem domui Hoſpitali partem de prato noſtro juxta **Strode**, ſicut certa foſſata eam concludunt; & quicquam habuerimus in totâ terra, quæ eſt intra prædictam domum Hoſpitalem & domum *Auguſtini* juxta ſtratam quæ tendit verſùs *Frendesbertam*; & ab eadem do no prædicti *Auguſtini*, ſicut muro concluditur uſq; ad foſſatum prædicti prati verſùs aquilonem. Habendum & tenendum in puram & perpetuam eleemoſinam, liberè & quietè ab omni exactione & omni ſervicio & omnibus rebus, nullo jure in eis ullo unquam tempore nobis retento, Nos etiam warantizabimus, & acquietabimus prædicto Hoſpitali quicquid in prædicto ambitu habuimus verſùs omnes homines. Et pro hac donatione & conceſſione, & confirmatione noſtrâ, prædictus venerabilis Dominus & Pater noſter *G. Roſenſis* Epiſcopus, qui de conſilio & aſſenſu noſtro memoratam domum Hoſpitalem in honore Dei & beatæ Virginis extruxit, in retributionem liberavit nos ergà Judeos, de triginta libris, & uſuris, quæ in immenſum excreverant; & fecit clauſtrum noſtrum perfici lapideum, & organa nobis fieri fecit, & multa alia nobis contulit beneficia: Teſtibus hiis, Domino *Gilberto Roſenſi* Epiſcopo noſtro, *Will. Roſenſi* Archid. Magiſtro *Elia* ſeneſchallo, Magiſtro *Egidio*, Magiſtro *Rogero*, *Thoma*, Clericis prædicti Epiſcopi: *Ricardo* de *Bereſſe*, *Henrico* de *Cobeham*, *Henrico* de *Scorne*, *Luca* de *Oreſ*, *Ricardo* Scriptore, *Philippo* de *Wurmedell*, *Oſberto* fratre ſuo, & multis aliis.

Inſpeximus etiam quoddam ſcriptum quod Hubertus *quondam Archiepiſcopus* Cantuar. *fecit in hæc verba*, Omnibus Sanctæ matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Hubertus* Dei gratiâ *Cantuar.* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* primas, ſalutem in vero ſalutari. Cum ex injuncto nobis officio in promovendis caritatis operibus teneamur diligenter adeſſe, præſertim nos condecet ea quæ in ſuſtentationem pauperum karitativè deputata ſunt & erogata, favore pio proſequi & & promovere. Attendentes igitur favorabile propoſitum & pietatis affectum venerabilis & dilecti fratris noſtri *Gileberti Roſenſis* Epiſcopi, circa conſtruendum domum Hoſpitalem apud **Strodes**, ad ſuſtentandos & confovendos in eâ pauperes & debiles ſibi minimè ſufficientes; Ne cujuſquam machinatione in poſterum poſſit infringi, vel in aliquo diminui, eam cum omnibus quæ prædictus *G. Roſenſis* Epiſcopus, vel quivis alius ei hactenus contulit, vel in poſterum per gratiam Dei collaturus eſt, præſenti paginâ confirmamus: Inprimis videlicet locum ipſum Hoſpitalem, cum ambitu ſuo & omnibus ibidem commorantibus, tam Clericis, quàm laicis, & cunctis converſis ubicumq; morentur, ut ſint exempti ab omni poteſtate Archidiaconali, & Diaconali, & ſint ſolummodo Domino Papæ & *Cantuar.* Archiepiſcopo ſubjecti, & Epiſcopo *Roſenſi*. Eccleſiam etiam de **Aſſefort**, cum omnibus ad eam pertinentibus, ſalvâ penſione duarum marcarum per manum Iconomi memoratæ domus, monachis *Roſenſibus* annuatim perſolvendâ: Et Eccleſiam Sanctæ *Margaretæ* cum omnibus pertinentiis ſuis; ſalvâ dimidiâ marcâ per manum prælibati Iconomi

nomi prædictis monachis annuatim reddendâ, nomine oblationum diei festi S. *Margaretæ*, quas idem monachi percipere consueverunt.

Et Ecclesiam de Pallyng, cum omni integritate suâ, & præbendam de decimis militum prælibati Episcopi in Pallynge, & Polberge, & Cuckelestan provenientem; Et Ecclesiam S. *Nicholai* de *Strode* cum omnibus ad Altare pertinentibus, tam de vivis, quàm de defunctis, & omnibus aliis, exceptâ decimatione bladi, & decimâ novalium cujusdam terræ, quam de novo excoluerunt Canonici de Lesnes, & eorum tenentes in confinio parochiarum de Derentefort, & de Wilmington. Octo etiam coopertoria vetera quæ Iconomus memoratæ domus à Monachis *Rofensibus* recipiet in vigiliâ *Natalis* Domini, octo novis supervenientibus, sicut prædictus Episcopus fieri disposuit, & Cartâ suâ confirmavit: Et redditum sex denariorum de quadam terrula in Staines à *Rad.* filio *Pauli*, & hæredibus ejus annis singulis persolvendum: Et ex largitione *Henrici* de *Cornhell*, quatuor libras annuas in *London*, & Sudwerk assignatas. Et ex dono *Galfridi* de *Sunderherse*, duas summas bladi annuatim de molendino de Cuckelestan: Ita quidem, quod sæpe nominatus Iconomus omnes obventiones prædictarum Ecclesiarum, decimarum & reddituum, integrè, plenariè & pacificè possideat, & in usus suos & pauperum convertat, sicut Carta memorati Episcopi testatur. Providebit etiam idem Iconomus ad ministrandum in memoratis Ecclesiis, presbiteros idoneos, quos maluerit proprios, conversos, vel alienos, quos Episcopo præsentabit; Qui cum Ecclesiis ipsis communi gaudebunt libertate; videl. ut nulla exactione pecuniaria graventur ab Episcopo vel Archidiacono, vel Decano, vel aliquo alio, sive in tallia, sive in emenda, sive aliquo alio modo, exceptis duntaxat synodalibus ab antiquo debitis; Quoniam si deliquerint, Episcopo consulto, Iconomi Canonicè coercioni subjacebunt: ut igitur ordinatio prædicti Episcopi, tam in Iconomo instituendo, quàm in cæteris omnibus quæ ad prædictam domum pertinent, sicut in ejus Cartâ, quam vidimus, continetur, perpetuæ firmitatis robur obtineat, eam præsenti paginâ confirmamus, & sigilli nostri testimonio communimus. His Testibus, *Jon. Archid. Dereh.*; Magistro *Ricardo* Cancellario nostro; Magistro *Simone* de *Scales*, Magistro *Galfrido* de *Insula*, Magistro *Will.* de *Noketon*, Magistro *Heiya* medico; Magistro *Reinero*, Magistro *Will.* de *Casna* Clericis nostris: Magistro *Helya* senescallo prædicti Episcopi, Magistro *Egidio*, *Thoma* de *Kyngehale*, Magistro *Will.* medico, *Philippo* de *Wormedale*, *Waltero* de *Brom*, & multis aliis.

Inspeximus etiam quandam Cartam, quam bonæ memoriæ Dominus Ricardus *quondam Rex* Angliæ *progenitor noster, fecit in hæc verba.* *Ric.* Dei gratia Rex *Angl.* Dux *Norm. Aquit.* Comes *Andeg.* Archiepiscopis (&c.) salutem. Noverit universitas vestra, nos ordinationem dilecti nostri *G. Rosensis* Episcopi super Hospitali Sanctæ *Mariæ* de Strodes, & donationes eidem Hospitali rationabiliter collatas, ratas habere, & præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse; scilicet locum ipsius Hospitalis, cum ambitu suo; & Ecclesiam de Allesford, & Ecclesiam Sanctæ *Margaretæ* de *Roffecestre*; & Ecclesiam S. *Nicholai* de Strodes; & Ecclesiam de Pallynges, cum omnibus earum pertinentiis: Præbendam etiam provenientem ex decimis militum jam dicti Episcopi in Palling, & Cuckelestan. Et ex donatione *Henrici* de *Cornhull* quatuor libras per annum in *Lond.* & Suthwerk. Et de dono Monachorum *Ross.* singulis annis octo coopertoria vetera. Et ex dono *Ganfridi* de *Sundereſſe* duas summas bladi per annum de molendino suo de Buckelestan. Præterea decimam quorundam novalium in parochiis de Derentefort, & Wilmitton à Canonicis de Lesnes, & eorum tenentibus excultorum & excolendorum. Et redditum sex denariorum de quadam terrulâ in Staines percipiendorum singulis annis de *Radulfo* filio *Pauli* & hæredibus ejus, sicut Carta prædicti Episcopi testatur. Testibus Magistro *Philippo* Clerico nostro, & *Warino* filio *Geroldi*, & *Gaufrido* de *Ponz*. Dat. per manum *W. Elien.* Episcopi Canc. nostri apud *Wormaciam xiiii.* die *Aug.* anno quarto regni nostri.

Inspeximus etiam quandam aliam Cartam, quam idem progenitor noster fecit in hæc verba: *Ric.* Dei gratia Rex *Angl.* Dux *Norm. Aquit.* Comes *Andeg.* Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis nos dedisse & concessisse & præsenti Cartâ confirmâsse domui Hospitali S. *Mariæ* de Strodes, duas partes bosci juxta Pallinges, qui pertinebat ad Manerium de Allesford, in liberam & puram & perpetuam elemosinam; ita quod tercia pars ipsius bosci per se divisa, & consuetudo de carragio extraneorum transeuntium, sicuti consuetum est, remanebit prædicto Manerio. Quare volumus (&c.) Dat. per manum *W. Elien.* Episcopi Canc. nostri *xx.* die *Aprilis* apud *Winton.* anno quinto Regni nostri (&c.) Nos autem constructionem, donationes (&c.) ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Christo, nunc Magistro & fratribus dicti Hospitalis beatæ *Mariæ* de Strode & eorum successoribus, concedimus & confirmamus, sicut literæ, Cartæ, & scripta prædicta rationabiliter testantur, & prout iidem Magister & fratres & prædecessores sui Ecclesias, præbendam, terras, & tenementa prædicta hactenus tenuerunt, & iidem Magister & fratres ea modo tenent. In cujus, &c. Teste Rege apud *Westm. xvi.* die *Marcii.*

Licentia Regis Edwardi *tertii concessa* Mariæ *de. S.* Paulo *Comitissæ* Pembrochiæ *pro domo Religionis in Manerio suo de* Strode *construen...*

Pat. 16. E. 3. p. 2. m. 5.

REx omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis quod de gratiâ nostrâ speciali, concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilectæ consanguineæ nostræ *Mariæ* de sancto *Paulo* Comitissæ *Pembrochiæ*, quod ipsa Manerium suum de Strode, cum libertatibus, liberis consuetudinibus, & aliis pertinentiis suis, dare possit & assignare certis viris aut mulieribus religiosis, ubi eidem Comitissæ placuerit; Habendum & tenendum eisdem Religiosis & successoribus suis; vel quod eadem Comitissa, si sibi viderit expedire, infra dictum Manerium Ecclesiam & domos pro inhabitatione hujusmodi virorum aut mulierum religiosorum inibi commoraturorum, juxta ordinationem & voluntatem ipsius Comitissæ, de novo fundare, & dictum Manerium eisdem religiosis ibidem habitaturis dare possit & assignare. Habendum & tenendum sibi & successoribus suis imperpetuum. Et eisdem religiosis quibus dicta Comitissa Manerium prædictum, cum libertatibus & liberis consuetudinibus, & aliis pertinentiis suis, sic dare voluerit, idem Manerium, cum libertatibus & liberis consuetudinibus, & aliis pertinentiis suis, à præfatâ Comitissâ recipere possint & tenere sibi & successoribus suis prædictis, sicut prædictum est imperpetuum, tenore præsentium similiter licentiam dedimus specialem. Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante, (&c.) In cujus, &c. *T.* Custode apud Castry *vii.* die *Octobris.*

HOSPITALE

de Shireburne *in Episcopatu* Dunelmensi.

De Hugone de Puteaco Dunelm. *Episcopo.*

Ex Eccl. *Dunelm.* hist. MS. in bibl. *Bodl.* [*Cantuar.*] L. 53. f. 86. a.

HOspitale de Schirburne construxit, & elefantuosos in Episcopatu suo circumquaq; collectos ibidem instituit, aptisq; eorum usibus habitaculis ampliavit: Et ne quid sollicitudine caritatis esset, ad eorum perpetuam sustentationem, & nonnullorum susceptionem, terras & Ecclesias concessit & confirmavit.

HOSPITALE

de Sutton *in agro* Eboracensi.

Carta Galfridi *filii* Petri *Comitis* Essexiæ *de fundatione ejusdem.*

Cart. antiq. M. n. 8.

OMnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, *Galfridus* filius *Petri*, Comes *Essexiæ*, salutem. Sciatis nos concessisse & confirmâsse in liberam, puram & perpetuam elemosinam dilecto & fideli nostro *Willelmo* de *Wrotham*, Archidiacono *Tantonæ*, totam terram suam, quam ei dedimus ad faciendum inde unum Hospitale in honore sanctæ & individuæ *Trinitatis*, & beatæ *Mariæ* Virginis & omnium cœlestium virtutum, & omnium Sanctorum Dei, pro salute animæ meæ, & omnium antecessorum & successorum nostrorum, & omnium fidelium Dei vivorum & defunctorum; ad sustinendum ibi tresdecem pauperes & tres Capellanos in perpetuum, sicut Carta ipsius *Willielmi* testatur. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod prædictum Hospitale & prædicti Fratres & Capellani habeant & teneant totam prædictam terram de Suttone, cum omnibus pertinentiis suis, liberam & quietam ab omni seculari exactione imperpetuum: Et ut hæc nostra concessio & confirmatio perpetuæ firmitatis robur optineant, præsentem Cartam Sigilli nostri munimine duximus roborare. Hiis testibus, Domino *Simone* Abbate *Tilteiæ*, *Galfrido* de *Boclard*, *Galfrido* de *Maundevil*, *Johanne* de *Maundevil*, ... *Johanne* de *Colet*, (&c.)

HOSPITALE

de Merleberge *in agro* VViltoniensi.

Carta Regis Johannis, *Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Cart. 16. *Joh.* n. 16.

JOhannes Dei gratiâ Rex *Angliæ*, &c. Sciatis nos in uitu Dei, & pro salute animæ nostræ, & antecessorum & successorum nostrorum. confirmâsse Hospitali S. *Johannis Baptistæ* de Merleberg, & fratribus & sororibus ibidem Deo servientibus, unam virgatam terræ cum pertinentiis in Benet, quam *Henricus* de Benet eis dedit, & Cartâ suâ confirmavit. Et terram illam in Merleberge, quam

Johannes

Johannes filius *Alurichi* eis dedit & Cartâ suâ confirmavit: Et terram illam in marisco de Merleberge; in qua fundatum est prædictum Hospitale; Quam scilicet terram *Levenoth* filius *Levenothi* eis dedit & Cartâ suâ confirmavit: Et terras illas in Merleberge, quas *Walterus Pinnok* eis dedit, cum corpore suo & Cartâ suâ confirmavit: Ita tamen, quod qui terras illas tenuerint de prædictis Fratribus & Sororibus, in burgo de Merleberg facient nobis & hæredibus nostris consuetudines & servicia, ut in talibus & aliis, secundùm quod burgenses nostri de Merleberg facient. Has autem terras prædictas confirmavimus prædicto Hospitali, habendas & tenendas imperpetuum (&c.) Data per manum Magistri *Ricardi* de *Mariscis* Cancellarii nostri, apud Merleberge, *ix.* die *Febr.* anno regni nostri *xvi.*

HOSPITALE

S. Laurentii *juxta* Bristoll *in agro* Somersetensi.

Carta Regis Johannis, *de terra super quam situm est.*

Cart. 10. E. 2 n. 14. per Inspex.

Johannes Dei gratiâ Rex *Angliæ* (&c.) Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis nos pro amore Dei, concessisse, & hac Cartâ nostrâ confirmâsse Leprosis juxta Bristoll, croftam extra portam Lacford, in viâ versùs *Bathoniam*, quæ clauditur circumquaq; Chimino, ad habitandum ibi, sicut Carta nostra, quam eis fecimus, dum essemus Comes *Moretonii*, rationabiliter testatur. Sciatis etiam nos recepisse eosdem Leprosos in protectionem nostram: ideoq; volumus & præcipimus, quod eos manuteneatis & protegatis, & non impediatis eos in aliquo ubi quesierint elemosinas in terrâ nostrâ, sicut literæ Patentes, quas eis fecimus dum essemus Comes *Moretonii*, rationabiliter testantur. Concedimus etiam & hac Cartâ nostrâ confirmamus eisdem Leprosis, in liberam, puram & perpetuam elemosinam unam virgatam terræ cum pertinentiis extra *Bristolliam*, quam *Willielmus Balle* tenuit, & quam tenent de dono nostro; habendam & tenendam benè & in pacè, liberè, quietè, integrè & honorificè imperpetuum (&c.) Dat. per manum *Hugonis* de *Welles*, Archidiaconi *Wellensis* apud Lutegarshill *xii.* die *Martii* anno regni nostri nono.

Carta Regis Henrici *tertii de quadam selda in suburbio* Bristolliæ.

Ibid.

Henricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, Dux *Norm. Aquit.* & Comes *Andeg.* omnibus (&c.) salutem. Sciatis nos concessisse & præsenti scripto confirmâsse, pro nobis & hæredibus nostris, Magistro & fratribus Hospitalis Leprosorum S. *Laurentii* in suburbio *Bristolli*; quandam seldam cum pertinentiis in eodem suburbio, quam *Walterus* de *Kaerdif* tenuit; habendam & tenendam eisdem Magistro & fratribus & successoribus suis in liberam & perpetuam elemosinam (&c.) T. meipso apud Clarendon *xxi.* die *Junii* anno regni nostri *xxxi.*

HOSPITALE

de Bocland *in agro* Somersetensi.

Carta Lorettæ *Comitissæ* Leicestriæ *de diversis terris dicto Hospitali concessis.*

Cart. 11. H. 3. p. 2. m. 6. per Inspex.

Notum sit omnibus Christi fidelibus tam præsentibus quam futuris, hoc scriptum visuris vel audituris, quod ego *Loretta* Comitissa *Leycestriæ*, dedi & concessi Deo & beatæ *Mariæ* & Sancto *Johanni Baptistæ*, & beatis pauperibus domus Hospitalis *Jerosolimitani*, ad sustentationem sororum de Boclaund Deo servientium, & ad inveniendum quendam Capellanum, fratrem, in eadem domo, qui cotidie & perpetuò Missam in honore beatæ Virginis *Mariæ* in majori Ecclesiâ apud Bokland ad Altare beatæ Virginis celebret pro salute animæ meæ, & Domini *Roberti* viri mei, Comitis quondam *Leicestriæ*; & pro salute animarum patris & matris meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum, totam terram meam de Noteston, & totam terram meam de Pnefford, citra aquam & ultra aquam, & *Lxiiii.* acras de dominico meo super Ruwedone; & totam terram meam de Rudescoke, & de Hele, & de Chorlecote, & de Tunecote, & de Boteburne; & totam terram, quam tenet *Philippus* ad *viam*, cum hominibus prædictas terras tenentibus. Et præterea centum acras de dominico meo in Bremmesmore, & boscum meum qui vocatur Ancrewde, & unum ferlingum ad Roicheye, cum omnibus pertinentiis ejus in Manerio de Toustoke, cum pasturis & omnibus aliis ad prædictas terras pertinentibus. Et præterea omnimodam communam inter gentem meam ubiq; liberè & quietè; Habendum & possidendum in perpetuam & puram elemosinam, sicut ulla elemosina liberiùs & quietiùs dari potest. Et ut hæc mea donatio futuris temporibus perpetuæ firmitatis robur optineat, eam præsentis scripti munimine cum sigilli mei appositione dignum duxi roborare. Hiis testibus, Magistro *Lamberto* subdecano *Walensi*, Domino *Philippo* de *Albeni*, Domino *Rogero* de *la Zuche*, *Ada* filio *Hondobrandi*; Magistro *Umfrido* Canonico

nonicó *Cycestria*, Magistro *Reginaldo* de *Merestone*, *Willielmo* Capellano de Bukingeham, *Waltero* Clerico de Langeham, *Thoma* Clerico *Glouc.* *Nicholao* de *Wileya*, & aliis.

HOSPITALE

S. Thomæ *in burgo de* Suthwerke.

Lel. Coll. vol. 1. p. 15. Petrus *de* Rupibus *Episcopus* Winton. *fundator Redditus* CCCxliii. *librat.*

De advocatione Ecclesiæ de Blechyngelegh *data in escambium fratribus Hospitalis prædict. pro terris in* Bedyntone, *& alibi.*

Pat. 8. E. 2. p. m. 13. REx, (&c.) Inspeximus quoddam scriptum, quod bonæ memoriæ *Gilbertus* de *Clare*, quondam Comes *Glouc.* & *Hertfordiæ*, fecit Magistro & fratribus Hospitalis S. *Thomæ* Martyris de Suthwerk, in hæc verba. *Vicesimo die* Novembris *anno Regni Regis* Edwardi *septimo, convenit inter nobilem virum Dominum* Gilbertum *de* Clare *Comitem* Glouc. *&* Hertfordiæ, *ex unâ parte, & Magistrum & fratres Hospitalis S.* Thomæ *Martyris de* Suthwerk *ex alterâ*; viz. *quod dictus Comes concessit, pro se & haredibus suis, prædictis Magistro & fratribus & successoribus suis, advocationem Ecclesiæ de* Blechyngelegh, *in escambium pro omnibus terris & tenementis, quæ iidem Magister & fratres Hospitalis prædicti habent in villis de* Bedyntone, Baudone, Pycham & Croydon; *cum omnibus terris & tenementis, quæ iidem Magister & fratres habent in villis de* Bedyntone, & de Baudone, *ex dimissione* Walteri *de* Huntyngfeld, *& quæ fuerunt* Willielmi *de* Wykyngestone, *cum pertinentiis in Comitatu* Surreiæ, *& etiam pro molendinis eorundem Magistri & fratrum, quæ habent in Parochia de* Perlaue *in Com* Buck. *Habenda & tenenda eidem Comiti, hæredibus & assignatis suis* (&c.) *de Capitalibus Dominis feodi, per servicia inde debita & consueta*, (&c.) *Data* Lond. *die & anno supradictis.* Nos autem concessionem prædictam ratam habentes, (&c.) confirmamus, (&c.) Præterea volentes eisdem Magistro & fratribus gratiam in hac parte facere uberiorem, concessimus eis & licentiam dedimus, (&c.) quod ipsi Ecclesiam prædictam appropriare, & eam sic appropriatam tenere possint sibi & successoribus suis imperpetuum, (&c.) In cujus, &c. *T.* Rege apud *Westm.* sexto die *Maii.*

HOSPITALE

Vocatum domus Dei, *infra villam* Suthamptoniæ.

Carta Regis Edwardi *tertii donatorum concessiones recitans & confirmans.*

REx, &c. Concessionem & confirmationem, quas Magister *Rogerus* de *Hamptone*, filius *Gervasii* de *Hamptone* fecit, per Cartam suam Deo & Hospitali de Hamtone, quod dicitur *Domus Dei*, in puram & perpetuam elemosinam, de omnibus terris, redditibus & ædificiis, infra villam de Hamptone & extra, quæ idem *Gervasius* dictæ domui Dei dedit & concessit. Concessionem insuper, donationem & confirmationem, quas idem *Rogerus* fecit per aliam Cartam suam eidem Hospitali, in puram & perpetuam elemosinam, de omnibus terris, redditibus & ædificiis quæcunq; possedit vel habuit, infra villam *Hamptoniæ* vel extra. Donationem, (&c.) quas *Margeria* de *Redvariis* fecit per Cartam suam eidem Hospitali, in liberam & perpetuam elemosinam, de toto jure quod habuit vel habere potuit in totâ terrâ illâ, quæ fuit de feodo suo apud la Dane, Apeldore, & in toto illo angulo brueriæ, quæ jacet inter moram quæ fuit *Reg r.* de *Gardino*, & viam venientem de terrâ le Pareg versus Herkele. Donationem, (&c.) quas *Robertus Bonhayt* Burgensis *Suthamptoniæ* fecit, (&c.) de *ix s.* annui & quieti redditus Suthampton. Donationem, (&c.) quas *Johannes* filius *Hugonis* de *Hantone* fecit, (&c.) de *iii s.* quieti redditus, quas de dicta *Domo Dei* annuatim percipere solebat. Donationem, (&c.) quas *Jacobus Iscembard* burgensis *Suthampt.* fecit, (&c.) de quadam placea, quam habuit in suburbio *Suthampt.*

Donationem, (&c.) quas *Adam* filius *Isabellæ Kampeline* fecit, (&c.) de toto jure suo & clamio quod habuit vel habere potuit in *xii* d. redditus, de domo quam *Ricardus* le *Toulier* tenuit. Donationem, (&c.) quas *Johannes* filius *Azonis* de *Hantona* fecit, (&c.) de redditu suo duorum solidorum de terrâ quæ fuit *Hardingesthe*. Donationem, (&c.) quas *Willielmus* filius *Mathæi* de *Insula* & *Nicholaus* frater ejus, fecerunt, (&c.) de *xii* d. sterlingorum quieti redditus in *Suthampt.* Concessionem, (&c.) quas *Will. Patrich* de *Suthampt.* fecit, (&c.) de toto messuagio suo cum gardino, & omnibus aliis pertinentiis suis in Newetune, & de totâ particulâ terræ suæ juxta Newelond, cum omnibus pertinentiis suis. Donationem, (&c.) quas *Walterus* filius *Thomæ Milde* fecit, (&c.) de *xii* d. quieti redditus, quos percipere solebat singulis annis ad festum S. *Michaelis* de terrâ in quâ ædificavit *Herbertus* de *Creford*. Donationem itaq; (&c.) quas *Will.* de *Rokesaune* fecit, (&c.)

de totâ particulâ terræ suæ in Bynggestrost. Donationem, (&c.) quas *Ernisius* filius *Radulfi Pincerna* fecit (&c.) de redditu *xvis.* & *iid.* in *Suthampt.* Donationem, (&c.) quas *Goldi-tha* filia *Vitalis* fecit, (&c.) de cellario quod habuit in Parochiâ S. *Michaelis*, & de duabus acris terræ in Newetune. Donationem, (&c.) quas *Radulfus* le *Futur* & *Juliana* uxor sua fecerunt, (&c.) de duabus libris & dimidiâ piperis in *Suthampt.* Donationem, (&c.) quas *Robertus* le *Flameng* & *Cecilia* uxor sua fecerunt, (&c.) de quadam terrâ in *Suthampt.* continente in longitudine *Lxxv.* pedes, & in latitudine *xlv.* pedes. Donationem, (&c.) quas *Eva*, quæ fuit uxor *Willielmi Wivard*, fecit, (&c.) de illâ vacuâ particulâ terræ suæ, quæ se extendit à curtilagio *Agnetis* filiæ suæ in longitudine, usq; ad quandam domum *Ricardi* le *Grant* in Newetune. Donationem, (&c.) quas *Robertus* le *Flemenge*, & *Cecilia* uxor ejus fecerunt, (&c.) de totâ terrâ suâ cum pertinentiis, quam habuerunt ex orientali parte dictæ domus, in longitudine & latitudine, sicut jacet juxta dictam domum, inter terram *Mathæi Geyse*, cum omnibus commoditatibus & pertinentiis suis. Donationem, (&c.) quas *Johannes* filius & hæres *Dionysii Fortin* fecit, (&c.) de dimidia libri cimini annui, & quieti redditus in Newetune. Donationem quoq; (&c.) quas *Aldiha* filia *Ric. Ruffi* fecit, (&c.) de sex denariis de redditu, quos *N. ch. Besant* & hæredes sui sibi reddere solebant. Donationem quas eadem *Aldiha* fecit, (&c.) de *vi.* denariis, de redditu, quos *Walt. Fortin* & hæredes sui reddere solebant.

Donationem, (&c.) quas *Radulfus* filius *Azonis* fecit, (&c.) de totâ terrâ suâ de *Hekeleia* cum pertinentiis. Concessionem verò quam *Will.* de *Shelgrava* fecit, (&c.) de totâ terrâ de *Heckelia*, cum pertinentiis. Concessionem itaq; quam *Henr. Biset* fecit, (&c.) de totâ terrâ de *Heckelia*, cum pertinentiis. Donationem, (&c.) quas *Margeria* de *Redvariis* fecit, (&c.) de totâ terrâ & tenemento, cum messuagiis, (&c.) quæ *Rogerus* de *Gardino* aliquando tenuit, (&c.) in Shamelherst; & de totâ illâ terrâ, cum pertinentiis, (&c.) quæ vocatur Bernardesland. Concessionem, (&c.) quas *Rogerus* de *Saunford* fecit (&c.) de totâ terrâ de Hechel, quæ fuit *Radulphi* filii *Azonis*; & de crofto quod vocatur Lolle, cum morâ quæ vocatur Lolle-more; & de morâ quod vocatur mora *Petri*; & de tenemento quod vocatur Herberdesland, & de duabus acris prati in Manebrig; & de communiâ in pasturis & turbariis, & de tota terra & tenemento, cum messuagiis, (&c.) quæ *Rogerus* de *Gardino* aliquando tenuit plenius & integrius de prædecessoribus suis, Dominis de Manebrig in Shamelherst: Et de tota illa terra cum pertinentiis & commoditatibus, quæ vocatur Bernardesland, cum possessionibus, (&c.) quas prædecessores sui, Domini dicti Manerii de Manebrig, præfato Hospitali fecerunt, (&c.) Concessionem, (&c.) quas *Johannes Biset* fecit, (&c.) de tota terra, cum pertinentiis de Heckelie, quæ fuit *Radulfi* filii *Azonis*. Concessionem insuper, (&c.) quas *Rogerus Alis* fecit, (&c.) de unâ virgatâ terræ in Abitone, cum moris, (&c.) & de una crofta vocata Blakedune; & de tota terra illa, quæ jacet juxta terram *Johannis* de *Stanham* versus orientem, & versus austrum & de tota terra illa, quæ jacet inter terram *Johannis* de *Stanham*, & terram de Sandhurst: Et de tota terrâ, quam *Will.* filius *Edulphi* tenuit, quæ jacet versus austrum de Sandhurst, inter duas vias; & de una acra in essarto de bosco suo ad bellam spinam; & de chimino ante Curiam suam, ad eundem & ad veniendum cum equis & bobus & carectis & carris & hominibus, liberè, (&c.) per medium culturæ inter boscum suum & Curiam suam; & per medium bosci usq; ad jam dictam acram de essarto suo ad Malmund; & de chimino per terram *Pharewy* juxta sepem Fabri, usq; ad Pharewesford.

Donationem verò, (&c.) quas *Nicholaus* de le *Pentiz* fecit, (&c.) de illa virgata terræ in Cersie, quam *Turstinus* tenuit, cum ipso *Turstino* & tota sequela sua; ratas habentes & gratas, (&c.) Confirmamus, (&c.) In cujus, &c. *T.* Rege apud *Westm. xx.* die *Sept.*

Carta Regis Edwardi *tertii, facta Præposito & Scholaribus Aulæ Reginæ* Oxon. *de Custodia Hospitalis prædicti.*

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, &c. Sciatis, quod cum *Philippa* Regina *Angliæ* consors nostra charissima, caritatis favore succensa, quandam Aulam Scholarium, Capellanorum & aliorum, apud *Oxoniam*, de licentia nostra jam de novo fundaverat, & certas Cantarias pro nostro & ipsius consortis nostræ, ac liberorum nostrorum salubri statu, cum vitam duxerimus in humanis, & pro animabus nostris, cum subtracti fuerimus ab hoc Mundo, ac animabus progenitorum nostrorum inibi ordinaverit & stabilierit, perpetuis temporibus duraturam. Eademq; consors nostra, Aulam prædictam quibusdam possessionibus, pro sustentatione Præpositi & Scholarium dictæ Aulæ, & onerum eidem incumbentium supportatione, dotaverit; eidemq; Aulæ & prædictis Præposito & scholaribus & successoribus suis, possessiones dare & assignare dispositerit ampliores, Deo inspirante: Nos pium & salubre ipsius consortis nostræ in hac parte propositum commendantes; cupientesq; eidem consorti nostræ in tam pio negotio inprimis participari, de gratia nostra speciali, & ad magis supplimentum intentionis dictæ consortis nostræ in hac parte, concessimus præfato Præposito & scholaribus, custodiam Hospitalis nostri S. *Juliani* de Suthampton, *Domus Dei* nuncupati; quod quidem Hospitale de nostro patronatu existit: Habendum, regendum, & tenendum eisdem Præposito & scholaribus & successoribus suis, &c. cum omnibus juribus, &c. imperpetuum: Ita tamen, quod iidem Præpositi & scholares & successores sui prædicti, omnia onera, &c. juxta fundationem, &c. & de surplusagio de exitum eorundem, si quod fuerit, quoddam receptaculum & habitaculum in eodem Hospitali sive domo, pro mora Scholarium Aulæ prædictæ

Ex ipso autogr. penes Præpositum & Scholares Colleg. *Reginalis Oxon.*

prædictæ, si quos languore perpetuo, vel morbo incurabili incuti contigerit, invenire; & etiam numerum Scolarum in dictâ Aulâ jam ordinatarum, si surplusagium hujusmodi ad hoc sufficere poterit, augere teneantur imperpetuum. Et eisdem Præposito, &c. quod ipsi, &c. cedente vel decedente jam Custode prædicti Hospitalis, &c. Hospitale illud, &c. authoritate suâ propriâ, &c. ingredi; & custodiam, &c. tenere, &c. sine occasione vel impedimento nostri, vel hæredum nostrorum, &c. Teste Rege apud *Turrim Lond.* ..... anno regni, &c. *Angliæ xvii. & Franciæ v.*

Carta Regis Ricardi *secundi de immunitate Decimarum & Quintarum decimarum.*

Claus 8. R. 2. m 9. in dorso.

REX Thesaurario & Baronibus suis de Scaccario salutem. Cum Dominus *Edwardus* nuper Rex *Angliæ*, avus noster, *xviii.* die *Nov.* anno regni sui *Angliæ xxi.* ad requisitionem *Philippæ* tunc Reginæ *Angliæ*, pro salute animæ ipsius avi nostri & progenitorum suorum, ac ipsius Reginæ & liberorum suorum, ac in relevationem status Hospitalis S. *Juliani Suthamptoniæ, Domus Dei* nuncupati, cujus custodiam idem avus noster dedit & concessit dilectis nobis in Christo, Præposito Scolarium Aulæ Reginæ de *Oxon.* per ipsam Reginam fundatæ, ac ipsis scolaribus; habendam sibi & successoribus suis imperpetuum, per Cartam suam, quam confirmavimus, concesserit pro se & hæredibus suis prædictis Custodi, scolaribus ac Fratribus & Sororibus ejusdem Hospitalis, quod ipsi & successores sui Præpositi, Custodes, scolares, ac Fratres & Sorores habeant & teneant Hospitale prædictum, cum omnibus terris, tenementis, redditibus, possessionibus, juribus & pertinentiis suis quibuscunq; ad Hospitale prædictum spectantibus, de ipso avo nostro & hæredibus suis in liberam, puram & perpetuam elemosynam imperpetuum; & quod inter cæteras libertates & quietancias, quieti sint de taxationibus, tallagiis, lanis, custodiis terræ maritimæ, scutagiis, auxiliis, concessionibus, contributionibus, & aliis oneribus quibuscunq;, ipsum avum nostrum vel hæredes suos qualitercunq; contingentibus, ratione terrarum (&c.) ad Hospitale prædictum spectantium, imperpetuum, prout in Cartâ & confirmatione prædictis plenius continetur: Vobis mandamus, quod demandæ quam Collectores *Decimarum & Quintarum decimarum* nobis in Parliamentis nostris per Communitatem regni nostri ante hæc tempora qualitercunque concessarum in Com. *Suthampt.* faciunt, prædictis Præposito (&c.) supersederi, & tam ipsos Præpositum, Custodem, Scolares, ac Fratres & Sorores, quàm prædictos Collectores indè ad dictum Scaccarium exonerari & quietos esse faciatis, ista vice, de gratiâ nostrâ speciali. (&c.) T. Rege apud *Westm.* primo die *Maii.*

Carta Regis Edwardi *quarti de Prioratu alienigena de* Shirburne, *prædicto Hospitali concesso.*

REX (&c.) *Sciatis*, quod de gratiâ nostrâ speciali, & in augmentationem divini cultus infra Hospitale nostrum S. *Juliani*, vocatum *Domus Dei*, in villâ nostrâ *Suthamptoniæ*: necnon ut dilecti nobis in Christo Magister *Johannes Peresone* nunc Custos Hospitalis prædicti, ac nunc Capellani & fratres ejusdem Hospitalis, ac successores sui, pro salubri statu nostro, ac hæredum & successorum nostrorum, dum agimus in humanis; necnon pro animabus nostris cum universæ Carnis viam ingressi fuerimus: necnon pro animabus recolendæ memoriæ principis, *Ricardi* nuper Ducis *Eboraci* patris nostri, ac *Ricardi* nuper Comitis *Cantebrigiæ* avi nostri, in eodem Hospitali humati, & omnium aliorum progenitorum nostrorum imperpetuum, specialiùs exorare teneantur; dedimus & concessimus, ac per præsentes damus & concedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, præfatis nunc Custodi, Capellanis & fratribus Hospitalis prædicti, & successoribus suis, Prioratum alienigenam de Shirburne in Com. *Suthampt.* cum omnibus & singulis suis pertinentiis & appendiciis; necnon terris, tenementis, redditibus, serviciis, feodis militum, & advocationibus Ecclesiarum, Viss. Franc. pleg. Curiis letis, libertatibus, (&c.) quovismodo spectantibus sive pertinentibus; Habendum & tenendum Prioratum prædictum, cum omnibus aliis & singulis suis pertinentiis (&c.) præfatis nunc Custodi, Capellanis (&c.) in puram & perpetuam elemosynam imperpetuum, absq; aliquo nobis vel hæredibus nostris indè pro premissis seu eorum aliquo reddendo, &c. In cujus, &c. T. Rege apud *Westm. xvi.* die *Februarii.*

Par. 1. E. 4. P. 4. m. 13.

HOSPITALE
de Sandone *in agro* Surregiensi.

Carta Willielmi *de* Perci *de certis terris & redditibus, pro sustentatione sex Capellanorum, in præfato Hospitali.*

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Willielmus de Percy*, filius & hæres *Henrici de Perci*, dedi, concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi, intuitu Dei, & pro salute animæ meæ, dominorum meorum, uxoris meæ, Antecessorum & hæredum meorum, in liberam, puram & perpetuam elemosinam Deo & Ecclesiæ Sancti Spiritus Hospitalis de *Sandon*, & Magistro & fra-

Ex Ver. Cod. MS. nuper penès *Henricum Comitem Cumbriæ.* f. 152.

fratribus ibidem Deo servientibus, & imperpetuum servituris, ad sustentationem sex Capellanorum, qui divina celebrabunt ibidem imperpetuum, totam terram meam cum omnibus pertinentiis suis, quam habeo in Manerio de **Fossetone**, ex dono, *Willielmi Briewer*; scil. quater viginti acras terræ arabilis de dominico meo in **Fossetone**, *viz.* viginti septem acras in cultura quæ vocatur **Langwaugh**, & viginti septem acras in campo ex australi parte villæ de **Fossetone**, & viginti sex acras in campo ex orientali parte ejusdem villæ versùs **Beleby**: Et præterea decem acras prati de dominico meo in eadem villâ, quod vocatur **Holegatemede**: Et præterea tres virgatas terræ & dimidiam de villenagio meo in eadem villâ, quas *Willielmus Painet*, *Willelmus Palmer*, *Willielmus* de *Greue*, *Galfridus Melt*, *Ricardus* filius *Johannis*, & *Matilda* relicta *Ricardi*, tenuerunt, cum eisdem tenentibus, & cum totâ sequelâ & catallis suis. Et præterea unum toftum in eadem villâ, quod *Matilda Osterwys* tenuit, & unum toftum, quod vocatur **Haigatetoft**, cum eisdem tenentibus & cum omni sequelâ & catallis illorum.

Et præterea dedi, concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam memoratæ Ecclesiæ, & supradictis Magistro & fratribus ad sustentationem sex Capellanorum, viginti marcas redditus, quas Abbas de **Dallay** & Conventus mihi reddere consueverunt annuatim pro Manerio meo & foresta meâ de **Gisebourne**, apud **Saundone**, in octabis sancti *Johannis* percipiendas à dictis Abbate & Conventu annuatim apud **Saundone**, ad eundem terminum, donec ego vel hæredes mei fecerimus dictis Magistro & fratribus rationabile escambium in redditibus vel in terris de viginti tribus libratis & dimidiâ marcatâ; quod escambium dicti Magister & fratres recipient incontinenti, cum mihi vel hæredibus meis dictum escambium facere placuerint. Quando verò ego vel hæredes mei supradictis Magistro & fratribus dictas viginti tres libratas & dimidiam marcatam, in redditibus vel terris, per Cartam nostram dederimus, tunc revertentur omnes prædictæ terræ, & redditus, cum omnibus pertinentiis suis, cum Cartâ, quam indè de me habent, ad me vel ad hæredes meos, sine contradictione alicujus; Habendum & tenendum hæc omnia prædicta, cum omnibus pertinentiis suis, plenè & integrè, sine omni retenemento, de me & hæredibus meis sibi & successoribus suis, quieta & soluta ab omni seculari servicio, & demandâ. Et ego *Willelmus* & hæredes mei omnes prædictas terras & redditus, & omnia alia prædicta, cum omnibus pertinentiis suis, sicut prædictum est, contra omnes homines & fœminas, sicut liberam, puram & perpetuam elemosinam nostram, warantizabimus imperpetuum: Et ad hujus rei securitatem, præsentem Cartam cyrographatam, penès prædictos fratres remanentem, sigillo meo roboravi; & alteram partem hujus Cartæ, penès me remanentem, dicti Magister & fratres sigillo suo roboraverunt. Hiis testibus, *Savarico* de *Bohon*, *Willielmo* de *Alta Ripa*, *Hugone Sineamore*, *Nicholao* de *Wavey*, *Wymundo* de *Raleghe*, *Roberto* de *Brus*, *Johanne* tunc Priore de **Wllenchemere**, *Willielmo* de *Rakinton*, Canonico ejusdem loci, *Radulpho* de *Aldham*, *Roberto Toignard* de *Ginedale*, *Henrico Coco*, *Henrico* de *Arondel*, *Nicholao* de *Semere*, *Willielmo Fyte*, *Henrico* de *Camera*, *Roberto Diacono*, & multis aliis.

Pro Lampade & cereo, coram Altare beatæ Mariæ Virginis imperpetuum ardentibus, pro animabus Will. *de* Perci, *& Joh. uxoris ejus.*

OMnibus, &c. *Willelmus* Dei gratiâ Epi- lb. f. 154.
scopus *Wyntoniæ* salutem in Domino: Noverit universitas vestra, nos inspexisse quandam Conventionem factam, inter fratrem *Egidium* Priorem domus de **Saundon**, & fratres ejusdem domus; & Dominum *Wymundum* de *Raleghe* militem, in hæc verba. Sciant universi, quod ego frater *Egidius*, Prior domus de *Saundon*, & ejusdem loci fratres, tenemur invenire Domino *Wymundo* de *Raleghe* & hæredibus suis unam lampadem & unum Cereum duarum librarum ceræ; unum post alium ejusdem quantitatis, ardentes coram Altari beatæ Virginis, in Ecclesia de **Saundon**, ubi cor bonæ memoriæ Domini *Willielmi* de *Perci*, & corpus Dominæ *Johannæ* de *Perci* uxoris suæ requiescunt, ita quod prædicta duo luminaria ardeant imperpetuum pro animabus dictorum *Willielmi* & *Johannæ*, & omnium fidelium, ad omnes Missas, quæ in præfatâ Ecclesiâ perpetuò celebrabuntur, ad quodcumq; Altare illius celebrare contigerit: Undè volumus, & concedimus, pro nobis & successoribus nostris, quod si aliquo tempore cessaverimus, quod absit, invenire præfata luminaria, sicut prædictum est, quod Episcopus loci, qui pro tempore fuerit, ad hoc nos compellet & hæredes supradicti *Willielmi* de *Perci*, pro tenementis ab ipso *Willielmo* de *Perci* nobis datis, nos ad observationem dictorum luminariorum distringant. Ad omnem igitur hujus rei securitatem, scriptum istud in modum Cyrographi, inter nos confectum, hinc indè sigillis nostris roborari fecimus. Hiis testibus, &c.

Licentia Regis Henrici *sexti pro unione ejusdem, Hospitali S.* Tho. *Martyris in* **Suthwerke**.

REx, &c. Sciatis, quod ad supplicationem Pat. 14. R.
reverendissimi in Christo patris carissimi 6. p. 1. m. 2.
consanguinei nostri Cardinalis *Angliæ*, Episcopi *Wyntoniensis*, de avisamento & consensu consilii nostri, concessimus dicto consanguineo nostro licentiam, quod ipse Hospitale, vulgariter nuncupatum Hospitale S. *Spiritus* de **Saundone** in Com. *Surr.* *Wynton.* dioc. de fundatione prædecessorum suorum, & de suo patronatu, quod in suis redditibus, revencionibus, & possessionibus adnichilatum & depauperatum existit, & ad tantam devenit exilitatem, quod antiqua onera & deveria in primâ fundatione ejusdem ordinata, sustinere & supportare non valet, cum omnibus suis terris, tenementis & possessi-

possessionibus cum suis pertinentiis quibuscunque, tam spiritualibus quàm temporalibus unire possit, & pro perpetuo annectere Hospitali S. *Thomæ* Martyris in Suthwerke, quod quidem Hospitale de prædicto Diœcesi, & de Fundatione progenitorum suorum, & de suo patronatu similiter existit, in augmentationem divini servicii ibidem, & ad supportandum alia onera, qualia præfato consanguineo nostro, prædicto Hospitali S. *Thomæ* videbitur rationabiliter imponenda. In cujus, &c. T. Rege apud *Westm. xx. Febr.*

HOSPITALE

de Rouncevall, *juxta* Charing, *in suburbio Civitatis* Londini.

De Fundatione ejusdem.

Plac. coram Rege apud *Westm.* de term. *Mich.* 7. R. 2. Rot. 21. *Midd.*

DOminus Rex mandavit Breve suum Vic. *Midd.* in hæc verba, *Ricardus*, &c. Vic. *Midd.* salutem. Cum nuper per Inquisitionem per *Johannem* de *Newenton*, nuper Escaetorem nostrum, in Com. prædicto, de mandato nostro captam & in Cancellariam nostram retornatam; compertum fuisset, quod solum super quod Hospitale de Ronsivall, juxta Charyngcrosse in Dioc. *Londor.* situatur, est solum nostrum; & quod Custodia dicti Hospitalis super dictum solum ædificati, pertinet nobis & nulli alii, ita quod benè liceat nobis prædictam custodiam dicti Hospitalis dare vel assignare cuicunq; nobis placuerit: Ac postmodum per literas nostras patentes concessimus dilecto Clerico nostro *Nicholao Slake* custodiam Hospitalis prædicti, per nomen Capellæ de Rounsivall, nuper vacantis, ut dicebatur, & ad nostram donationem spectantis; Habendum & tenendum ad totam vitam ipsius *Nicholai*, cum suis juribus & pertinentiis quibuscunq;, prout in eisdem literis plenius continetur: Jamq; ex parte Prioris Hospitalis beatæ *Mariæ* de Rounsivall nobis sit supplicatum, ut cum *Willielmus Mareschallus* nuper Comes *Pembrochiæ*, per Cartam suam, quam Dominus *Henricus* quondam Rex *Angliæ*, progenitor noster, per Cartam suam confirmavit unum messuagium & certa tenementa in Cherryng, ubi prædicta Capella jam situata existit; & Centum solidatas redditus apud Southampton, ac treſdecem libratas terræ apud Netherwynter; ac unam carucatam terræ cum pertinentiis in parochiâ de Asshenden, quæ sunt membra pertinentia dicto Hospitali, Priori Hospitalis prædicti ac successoribus suis dedisset & concessisset: Quarum donationis & concessionis prætextu, idem Prior & prædecessores sui, indè fuerunt seisiti, & possessionem suam continuaverunt, quousque indè prætextu Inquisitionis prædictæ, ac literarum nostrarum eidem *Nicholao* in hac parte factarum, ammoti fuerunt minus justè; volumus dictas literas nostras, &c. revocari; & restitutionem Capellæ prædictæ, &c. præfato Priori fieri jubere. Nos, &c. tibi præcipimus, quod scire facias præfato *Nicholao*, quod sit coram nobis in Cancellariâ nostrâ in *xv.* S. *Trin.* proximo futuro, &c. ad ostendendum, si quid pro nobis aut pro seipso habeat vel dicere sciat, quare dictas literas nostras, &c. revocare; & restitutionem Capellæ prædictæ, &c. præfato Priori facere, minimè habeamus, &c. T. meipso apud *Westm. xxiii.* die *Apr.* anno regni nostri sexto.

Ac idem Vic. prætextu Brevis prædicti retornavit, quod scire fecerit præfato *Nicholao*, &c.

Et *Thomas* de *Shadlowe*, qui sequitur pro Domino Rege, dicit; quod ipse paratus est manutenere pro Domino Rege exitum placiti, &c.

Ideo inter Dominum Regem & præfatum Priorem capiatur inde Inquisitio, &c.

Juratores dicunt, super Sacramentum suum, quod *Willielmus Mareschallus* nuper Comes *Pembrochiæ* per Cartam suam, quam Dominus *H.* nuper Rex *Angliæ*, progenitor Domini Regis nunc, per Cartam suam confirmavit; dedit & concessit Priori & Conventui Hospitalis beatæ *Mariæ* de Rouncyvall & successoribus suis imperpetuum, unum messuagium & certas terras & tenementa in Charryng, ubi Capella & Hospitale prædicta situantur; & quæ sunt eadem terræ quæ capta sunt in manum Domini Regis, virtute Inquisitionis prædictæ, &c. absq; hoc, quod dictum solum, ubi Capella vel Hospitale prædictum situatum est, est solum Domini Regis, aut quod Custodia inde pertinet Domino Regi, &c.

HOSPITALE

S. Johannis, *extra portam orientalem* Oxonii.

De prima Fundatione ejusdem per Regem Henricum *tertium.*

EOdem anno (scil. anno regni Regis *Henrici* tertii *xvii°.*) Rex *Henricus* quoddam nobile Hospicium *Oxonii* constituit, non procul à ponte orientali, ut ibidem infirmi & peregrini suæ remedium reciperent sanitatis & necessitatis. *Lel.* Col. Vol. 1. p. 613.

Rex *Henricus* statuit Hospitale S. *Johannis*, extra portam *Oxoniæ*, ponens primum lapidem. Ex hist. Anglic. script. antiq. edit. *Lond.* 1653. Col. 2431. l. 34.

Carta Regis Henrici *tertii de molendino de* Edendon, *& de nova ejusdem Hospitalis constructione.*

Pat. 1. R. 2. p. 3. m. 12. per Inspex.

Vide Pat. 18. H. 3. m. 17 Et Pat. 2 H 4. p. 2. m. 43.

HEnricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Norm.* & *Aquit.* Comes *Andeg.* Archiepisc. salutem, Sciati s nos, intuitu Dei, & pro salute animæ nostræ & animarum antecessorum & hæredum nostrorum, dedisse, concessisse, & hac Cartâ nostrâ confirmâsse Magistro & Fratribus Hosp. S. *Joh.* extra portam orientalem *Oxon.* molendinum nostrum in Edendon, quod vocatur Lapygesmelne, cum sectâ, & terris, & pratis ad molendinum illud pertinentibus, & omnibus aliis pertinentiis suis: Habendum & tenendum de nobis & hæredibus nostris sibi & successoribus suis imperpetuum, in liberam & perpetuam elemosynam, ad sustentationem pauperum & infirmorum ejusdem Hospitalis. Concessimus etiam pro nobis & hæredibus nostris, eisdem Magistro & fratribus, gardinum cum pertinentiis, quod fuit gardinum Judeorum in suburbio *Oxenii*, extra prædictam portam Orientalem, ad Hospitale prædictum de novo ibidem construendum; salvâ Judæis *Oxonii* placiâ quadam competenti juxta idem gardinum ad Judeorum decedentium sepulturam. Concessimus insuper eisdem Magistro & fratribus, quod quociens venerimus *Oxonii*, primo die adventus nostri habeant de elemosynâ nostrâ Centum tales liberationes ad *C.* pauperes in die sustentando, quales aliis pauperibus dari facimus, qui in Hospicio nostro pascuntur. Quare volumus (&c.) Data per manum venerabilis patris *Radulphi Cicestrensis* Episcopi, Cancellarii nostri, apud *Oxon. xii.* die *Julii* anno regni nostri *xv.*

Alia Carta ejusdem Regis Henrici *tertii, de quadam portione bosci in* Shottoure, *per metas.*

Ibid.

HEnricus (&c.) Sciatis nos pro salute animæ nostræ (&c.) dedisse, concessisse, & hac Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & S. *Johanni Bapt.* & Hospitali nostro ejusdem Sancti, extra portam orient. *Oxon.* & fratribus infirmis ejusdem Hospitalis, quandam portionem bosci in Shottoure, ubi priùs habere solebant per Cartam nostram, unum equum sumericum singulis diebus bis itinerantem ad siccum boscum & subboscum in eadem Forestâ capiendum, contentam; scilicet infra metas & divisas subscriptas: quarum prima meta est ad quercum versùs le Hekt de Couele: secunda meta est ab ultimâ quercu del Hekt usq; quercum quæ est juxta Seggilake, juxta dominicum boscum nostrum; cujus quercus major pars stat in bosco domus de Littlemore. Tertia meta est ab illâ quercu, quæ est juxta la Seggilake, usque ad quercum juxta Northslade. Quarta meta est de dictâ quercu de Northslade usq; ad quercum de Lunelegerunding. Quinta meta est apud Sondungle, subtus Whittlestone, & sic descendendo de Whittlestone usq; pasturam de Hedendone; & de dictâ pasturâ circumeundo extra coopertum usq; ex opposito del Hek, per pasturam inter dictum coopertum & campos de Couele & de Hedendone; & de campo de Hedendone usq; ad Hekt de Couele, prout fossatum se extendit. Habenda & tenenda prædictis fratribus, & infirmis prædicti Hospitalis nostri S. *Johannis* extrà portam orientalem *Oxon.* simul cum territorio & pasturâ adjacentibus, & omnibus aliis pertinentiis suis, quieta de vasto & regardo, & de visu Forestariorum & Regardatorum & omnium aliorum Ministrorum suorum; & de omnibus quæ ad Forestam, Forestarios, & Viridarios pertinent, in liberam, puram & perpetuam elemosynam. Quare volumus; &c. Data per manum nostram apud Hadingis *viii.* die *Nov.* anno regni nostri *xxxi.*

HOSPITALE
de Novo-loco *juxta* Stanford *in Comitatu* Lincolniæ.

Carta Willielmi *de* Albiniaco *tertii, de dotatione ejusdem Domus.*

Ex vetusto exemplari penès *Johannem Vincent* generosum. a. 1693.

UNiversis Sanctæ matris Ecclesiæ filiis ad quos præsens scriptum pervenerit, *Willielmus* de *Albiniaco* tertius salutem in Domino: Noverit universitas vestra me, divinæ pietatis intuitu, dedisse, concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse, in puram & perpetuam elemosinam, de assensu *Willielmi* de *Albiniaco* primogeniti mei & hæredis & aliorum etiam hæredum meorum, pro salute animæ meæ, & *Agathæ Trussebut* uxoris meæ, & pro anima *Margaretæ* quondam uxoris meæ; & pro animabus omnium antecessorum & successorum meorum, Deo & Hospitali, quod fundatum est in honore beatæ *Mariæ* semper Virginis ad pontem de Wals; inter Stamford & Offington, & fratribus ibidem Deo servituris, & *Adæ* ejusdem Hospitalis Magistro & successoribus suis, ad præsentationem meam & hæredum meorum, quotiens præfato Hospitali vacare contigerit, per diocesanum loci, qui pro tempore fuerit Canonicè instituendis, scilicet locum in quo Capella beatæ *Mariæ* sita est, cum tota curia adjacente, & totum molendinum meum de Offington, cum secta, tam dominici mei, quàm servientium curiæ meæ & tenentium meorum, & cum omnibus aliis ad dictum molendinum pertinentibus, ita integrè sicut ego vel aliquis antecessorum meorum unquam meliùs & liberiùs dictum molendinum tenuimus,

cum

cum tota etiam terra subtus jacente.

Scilicet unam acram terræ contra montem de Pykelthwait versùs orientem; & dimidiam acram super eundem montem, & tres rodas versùs Hawdell; & duas acras apud ..... & tres acras & dimidiam in Ellhawe; & dimidiam acram ad Filnebec, & duas acras in Westhawe, & quinque acras in Welfuwude; & unam acram extra villam de Offington versùs occidentem, & octo acras in Erlesbage & unam ad crucem de Tallington, & unam acram in Senholmgate, & unam rodam super Clemmont, & tres rodas in Wercklonde, & tres acras ad Stockwell, & tres rodas ad Thurmodeswell, & septem acras in Pikelhawe, & unam acram in angulo de Erlesbage, & dimidiam acram ad meram, & dimidiam ad Northcroste, & dimidiam acram apud Littlebec, & dimidiam acram juxta Bentelosse, & tres rodas ad Flitbegge, & unam rodam ad Berewes, versùs austrum, & duas acras ultra Stordes, & unam acram in Wolfuwoode, & unam acram super Oxicrowige, & unam acram ultra Stongate, & dimidiam acram in Westmedwe, & dimidiam acram apud Oxicroste, & unam acram in Atesclyeit, & unam acram in Witegate, & dimidiam acram super Benwoode, & tres rodas juxta Berwes versùs orientem, & tres rodas super Berwes, & unam rodam juxta Berwes versùs austrum; & dimidiam acram apud Pulvergate, & dimidiam acram juxta villam de Offington, versùs austrum; & unam rodam super Peselond, & unam acram, & unam rodam quam *Belym* dedit, & unam acram & unam rodam ad *Stocwell*, & dimidiam acram atte-Bec, & tres rodas apud Wetelond, & unam rodam apud Prestewonge, & unam acram apud Pilnestede, & tres rodas Underclif, & dimidiam acram ad crucem de Talington, & dimidiam acram atte-Holegate, & dimidiam acram ad Coxlecroste, & unam rodam atte-Bec, & dimidiam acram apud little-Bec, & unam rodam juxta Berwes versùs orientem, & tres rodas versùs Bec, & tres rodas juxta Prestewonge, & dimidiam acram apud Buttingesete, & dimidiam acram apud Polgate, & unam rodam apud Thilpolhill, & tres rodas atte-Lunde, & unam rodam *five acres*, & dimidiam acram apud Gerchesmo, & unam rodam in Pesoxtelwo, & dimidiam acram in eodem loco, & duas rodas in Edulfeswange, & dimidiam acram in Cutteshawe, & totam terram infra Berwes, quam *Petrus* le *Chivaler* de me tenuit, & unam acram prati & dimidiam in Litherholm, & duas acras retro Querenholm, & unam rodam in Wers, & unam acram in Senholm, & tres rodas in Wrongedaites, & dimidiam acram in Westmers de Talington, & unam rodam in Pikelholm de Talington, & tres rodas in Hoxholm de Talington, & unam rodam in Estmers de Talington, & unam rodam in Mirwardeholm, & tres rodas in Derlinge, & dimidiam acram in Senholm juxta Sithaker, & dimidiam de prato *Bald*. *Maunsell* apud Wrongedate, & unam rodam in Wers & unam acram in Wikilholm de Talington, quæ fuit *Rogeri* le *Conte* juxta pratum Domini, & pratum juxta molendinum quod vocatur Fourpenholm. Et unum toftum quod *Gunnara-Gogel* aliquando tenuit.

Concessi etiam & confirmavi eidem Hospitali, & fratribus & successoribus suis, de assensu eorundem hæredum meorum, decimam totius panis, qui expenditur in curiâ mea, vel hæredum meorum, ubicunque fuerit familia mea, vel ipsorum hæredum meorum, post decessum meum; sive decimum quarrarium bladi quod expenderur in pane in dictâ Curia meâ, vel ipsorum hæredum meorum post decessum meum, & totam decimam de carnibus & piscibus provenientem de primo ferculo quod similiter expenderur singulis diebus in Curia mea vel hæredum meorum post decessum meum; Similiter & decimam totius ceræ, quæ præfato modo expenderur. Præterea concessi dicto Hospitali, & præfatis fratribus, de assensu eorundem hæredum meorum, pasturam ad centum oves in dicta villa, & ad sex boves, & ad sex vaccas, & ad duos tauros cum dominicis bobus meis, vaccis, & tauris meis; Quare volo. (&c.) Et hæc omnia prædicta, Ego *Willielmus* & præfati hæredes mei, contra omnes præfato Hospitali & præfatis fratribus & successoribus suis in perpetuum warantizabimus.

Ad hoc provisum, de assensu meo & *Willielmi* hæredis mei, tunc præsente, & Magistro memorato, pro se & pro fratribus suis tunc assensum præbente, accedente nihilominus de speciali mandato venerabilis patris *Hugonis* secundi *Lincolnensis* Episcopi, *Roberto* Archidiacono *Lincoln.* tunc ejusdem Domini *Lincoln.* officiali, & quantum in ipso approbante, quod Magister qui præfato Hospitali pro tempore prædicto modo præficietur, sacerdos sit & Canonicus regularis alicujus domus, qui honestæ & approbatæ sit religionis, & quod similiter Canonicum habeat secum residentem, & continuò in præfata Capella pro vivis & defunctis divina celebrantem; & ut ad id exequendum ministros habeant necessarios, & idoneos; Qui quidem Canonici vivent secundùm regulam Sancti *Augustini*; & le Hospitales, in quantum prædicti Hospitalis suppeditare possunt, facultates hilariter exhibebunt & libenter.

Provisum etiam specialiter, quod inter alia Hospitalis officia, septem pauperes debiles & infirmi, qui sunt bonæ opinionis & honestæ vitæ sustententur de bonis ejusdem Hospitalis; scil. in victualibus & vestimentis necessariis, ad quorum usus septem lectuli, in quibus decubere valeant, cum pannis & suppellectilibus ad hoc necessariis in domo ad hujusmodi ibidem deputati perpetuò remanebunt. Et si forte devotione seu largitione fidelium præfati Hospitalis in posterum excreverint facultates, de assensu meo & hæredum meorum, auctoritate & ordinatione Diocesani intervenientium, augeatur ibi opera pietatis & crescat numerus prædictorum pauperum & lectulorum. Et ut hæc mea donatio & concessio, & taliter facta provisio, futuris temporibus stabilis perseveret, eam præsenti Carta mea sigilli mei munimine roboravi, pro me & hæredibus meis, quantum ad patronum duxi confirmandum. His testibus,

bus Domino *Roberto* de *Heiles* Archidiacono *Lincoln.* Magistro *Willielmo* de *Watepoll* Officiali ejusdem; *Alexandro* & *Philippo* de *Stanford*, & *Denes* tunc decanis; *Helya*, *Alano*, *Willielmo* Capellanis; *Odonello* de *Albiniaco*; *Philippo* de *Wastney*; *Ricardo* de *Cotes*; *Rogero Burun*; *Bartholomeo* de Sancto *Hylario*; *Willielmo* de *Aldedeleia*, militibus; *Hugone* de *Nevilla*, *Hugone* de *Bebi*, *Willielmo* filio *Willielmi*, filii *Rogeri*, & aliis.

Alia Carta ejusdem Willielmi.

Ibid. UNiversis sanctæ matris Ecclesiæ filiis hoc scriptum visuris vel audituris, *Willielmus* de *Albiniaco* tertius, salutem etiam in Domino. Noverit universitas vestra, me divinæ charitatis intuitu, & pro salute meâ, antecessorum, & successorum meorum, dedisse, concessisse, & hac præsenti Chartâ meâ confirmâsse Hospitali ad pontem inter Stanford & *Offingtonam*, quod ego fundavi in honore beatæ *Mariæ* Virginis, & fratribus ibidem Deo & beatæ *Mariæ* servientibus, & Infirmis ibidem moram facturis, in puram & perpetuam elemosinam, tres bovatas terræ in territorio de Offington, cum prato & pastura & cum omnibus pertinentiis & libertatibus ad prædictas bovatas terræ pertinentes, & unum toftum in eadem villa, scil. illud quod *Conewara Gognel* aliquando tenuit, & redditum trium solidorum & trium denariorum, cum novem gallinis, & tribus gallis singulis annis percipiendis; scil. de terrâ *Richardi* de *Middelton* novem denarii, de *Willielmo Cok* duodecim denarii, & tres gallinas & unum gallum, de *Willielmo* filio *Thurstani* duodecim denarii & tres gallinas, & unum gallum; & de *Willielmo Snell* sex denarii, & tres gallinas & unum gallum, & molendinum de Offington cum sectâ totius villæ de Offington, sicut ego unquam melius habui, & redditum quadraginta solidorum in villâ Chaufunt, de terra quam *Will.* filius *Hamonis* mihi dedit pro ... & servicio ..... & redditum quinq; solidorum in villa de Worcester de terra illa, quam dedi *Waltero* filio *Dagun* de Nouwerr.

Ad hoc eis concessi totam decimam domus meæ de pane & cerâ, & de primo ferculo tam de carne quam de jusce singulis diebus; & pasturam ad centum oves, & ad sex boves, & ad sex vaccas, & ad duo averia, cum propriis averiis meis de Offington. Sciendum igitur, quod numerus fratrum talis esse debet, duo sacerdotes divina celebrantes, quorum unus singulis diebus pro fidelibus defunctis celebrabat; & alius secundùm quod tempus expostulat; & unus Diaconus, & unus Clericus dictis sacerdotibus ministrantes; Erunt etiam ibidem parata tresdecim lecta ad opus Infirmorum de terrâ meâ vel alundè secundùm quod mihi & Fratribus ibidem Deo, & beatæ *Mariæ* Virgini ministrantibus videbitur expediri. Hæc omnia verò prædicta, cum omnibus pertinentiis suis & libertatibus, ego *Willielmus* de *Albiniaco* & hæredes mei, Expedicto Hospitali & fratribus ibidem Deo & beatæ *Mariæ* Virgini servientibus, contra omnes homines imperpetuum warantizabimus. Hiis testibus, *Willielmo* de *Albiniaco* juniore, *Odinello* de *Albini*, *Nicholao* de *Albini*, *Roberto* de *Albini* fratribus, *Rogero Born*, *Willielmo* de *Kaskington*, Magistro *Simone* de *Dalirgton* persona, Magistro *Radulpho* de *Kotingham*, *Richardo Mocot*, *Thoma* de *Wineb.* *Waltero* de *Monti-aureo*, *Ric.* Clerico, *Martino* de *Talington*, *Willielmo* de *Barkeston*, & multis aliis.

Confirmatio super fundatione præfati Hospitalis.

UNiversis sanctæ Matris Ecclesiæ filiis ad quos præsens scriptum pervenerit, *Willielmus* de *Albiniaco* quartus, salutem, Noveritis me, pro salute animæ meæ, & pro salute animæ nobilis viri, Domini *Willielmi* de *Albiniaco* patris mei, & animabus *Margeriæ d'Umfranvile*, matris meæ, & *Albredæ* uxoris meæ, & *Isabellæ* uxoris meæ, & antecessorum & successorum meorum concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo, & Ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Novo-loco*, ad pontem de Ulfluntum, & Canonicis meis, ibidem Deo servientibus, qui sunt de fundatione dicti nobilis viri, *Willielmi* patris mei, totum illum *Novum-locum* ad pontem de Ulfluntum, sicut muro & fossato clauditur, cum pertinentiis, necnon & omnem donationem, terras, homines, possessiones, redditus, & libertates, cum omnibus pertinentiis & esiamentis, infra villam & extra, à dicto Domino *Willielmo* patre meo, & à quocunq; vel quibuscunque donatoribus prædictis Canonicis, & successoribus suis collatas, & imposterum de feodo meo conferendas. Tenendum & habendum prædictis Canonicis, & successoribus suis liberè, solutè, & pacificè, integrè, & quietè imperpetuum, sicut Cartæ donatorum suorum testantur; & cum omni utilitate quæ indè, aliquo tempore, poterit evenire; Præterea divinæ pietatis intuitu, do & concedo de mea gratia & libertate pro me, & *Albredâ* uxore mea, & *Isabellâ* uxore mea, & pro antecessoribus, & successoribus nostris, hanc libertatem præfatæ Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de *Novo-loco*, ut cum Prior præfatæ Ecclesiæ defecerit, Canonici ejusdem loci liberam habeant electionem, & cum eligerint, patrono domus præsentetur electus: Et interim, donec Priorem habeant, ipsa domus, & omnes redditus, & possessiones ejusdem domus, cum omnibus pertinentiis, & libertatibus in manu & custodia Canonicorum ejusdem loci sint, & omnes redditus, & exitus, & omnia bona præfatæ domus, in usus pauperum & profectum Ecclesiæ prædictæ, liberè, pacificè, & honorificè per ipsos Canonicos expendantur. Ego verò *Willielmus* & hæredes mei prædictam concessionem & præsentis Cartæ meæ confirmationem, cum omnibus supradictis, & pertinentiis, prædictis Canonicis, & successoribus suis, sicut liberam, puram & perpetuam elemosinam meam, contra omnes mortales warantizabimus, manutenebimus, & defendemus imperpetuum. In cujus rei securitatem huic scripto sigillum meum apposui. Hiis Testibus, &c. Ex Registro de Belv. penès prænob. Comitem. Rutl.

Carta

Carta Regis Edwardi *tertii, donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Pat. 11. E. 3. p. 2. m. 20. REx omnibus ad quos, &c. salutem. Donationem, concessionem & confirmationem, quas *Willielmus* de *Albiniaco* tercius per scriptum suum fecit Deo & Hospitali beatæ *Mariæ* ad Pontem de Wasse inter Stanford & Offington, & tunc fratribus ejusdem Hospitalis, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, de loco in quo Capella beatæ *Mariæ* ibidem sita est, cum tota curia adjacente; & de toto molendino de Offington, cum secta tam dominici ipsius *Willielmi*, quam servientium Curiæ suæ & tenentium suorum, & cum omnibus aliis ad dictum molendinum pertinentibus, & de septaginta & quinque acris terræ & dimidiâ & decem acris prati & dimidia, jacentibus in diversis locis & culturis in Offington & Talington; & de tota terra infra Berwes, quam *Petrus le Chevaler* tenuit, & de prato juxta molendinum, quod vocatur Fozwrpenholm, & de uno tofto quod *Gunwara Gogel* aliquando tenuit in Offington; & de pastura ad centum oves in dicta villa, & ad sex boves, & ad sex vaccas, & ad duos tauros cum dominicis bobus, vaccis, & tauris ipsius *Willielmi*. Donationem (&c.) quas idem *Willielmus* per scriptum suum fecit præfatis fratribus in puram & perpetuam elemosinam de tribus bovatis terræ in Offington, cum prato & pastura & omnibus pertinentiis suis; & de redditu trium solidorum & trium denariorum cum novem gallinis & tribus gallis, singulis annis percipiendis in Offington; & de redditu quadraginta solidorum in villa de Chausunt, & de redditu quinq; solidorum in villa de Wottlesord (&c.) Concessionem insuper & confirmationem quas *Willelmus* de *Albiniaco* quartus, per Cartam suam fecit Canonicis dicti loci in liberam, puram & perpetuam elemosinam de toto illo *Novo loco* ad pontem de Offington, sicut muro & fossato clauditur, cum pertinentiis, & de omnibus donationibus, terris, hominibus, possessionibus, redditibus, & libertatibus, cum omnibus pertinentiis & aisiamentis infra villam & extra, à *Willielmo* patre suo, & à quocumq;, & à quibuscumq; donatoribus prædictis Canonicis & successoribus suis collatis; & de libera electione Prioris Ecclesiæ prædictæ, & de dicta domo & omnibus redditibus & possessionibus ejusdem, cum omnibus pertinentiis & libertatibus in manu & custodia Canonicorum ejusdem, interim, donec Priorem habeant remansuris; & de omnibus redditibus, exitibus & bonis præfatæ domus per ipsos in usus paupetum & profectum Ecclesiæ prædictæ expendendis (&c.) ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est (&c.) confirmamus (&c.) In cujus (&c.) T. Rege apud Staunford xxvi. die *Junii*.

HOSPITALE

S. Johannis Bapt. *de* Nottingham.

Regula Fratrum & Sororum eiusdem Hospitalis, per Walterum *de* Grey Eborac. *Archiepiscopum, statuta.*

HÆc est ordo & Regula Fratrum & Sororum Hospitalis S. *Johannis Baptistæ*, de Nottingham, statuta & ordinata per dominum *Walterum* de *Grey*, Archiepiscopum *Eborum*, Anno Domini *M° C°xli.* Ex secunda parte Registri vocati *Gruneslil* penès Archiep. *Ebor.* f. 171.

Walterus Dei gratia, *Eborum* Archiepiscopus, *Angliæ* primas, dilecto in Christo *Roberto Alwino* Magistro Hospitalis beati *Johannis Baptistæ* de Nottingham, & patribus ibidem Deo & S. *Johanni Bapt.* servientibus, salutem & benedictionem. Cum si statutum inter viros religiosos, ut ordo observetur, cum sine ordine nulla sit religio; statuimus, firmiter præcipientes, ut quicunq; sit Custos vel Magister Domus S. *Johannis Baptistæ* de Nottingham, sic provideat, quod ibi sint duo Capellani, vel plures, ibidem divina celebrantes imperpetuum. Insuper statuimus, ut omnes Fratres simul surgant ad *Matutinas*, & ita tempestivè, ut possint *Matutina* percantari ante auroram, vel ex ortu auroræ, de festo S. *Michaelis* usq; ad *Pascha* Cantatisq; consequenter *Prima*, & *Tertia*, celebretur Missa, & post Missam cantatis *Sexta* & *Nona*, fratres intendant negotiis Domus, unusquisq; prout competit effecto sibi deputato: & cum non præpediuntur rationabili aut necessario impedimento, audiant *Vesperas* & *Completorium*.

Statuimus etiam, ut omnes regulariter sint obedientes suo Custodi, vel Magistro, sine contradictione; & nullus quoq; sit proprietarius; set si quis aliquid habuerit proprium Resing, nec illud Custodi, vel Magistro, ante septem dies post hujus præcepti promulgacionem, alioquin ab eodem die septimo, ipso facto retencionis propril, sit excommunicatus. Custos verò, vel Magister, proprium si habeat, convertat in domus utilitatem: si autem invenerit aliquem cum proprietate obisse, corpus ejus projiciatur extra sepulturam Christianitatis, & sepeliatur alibi, projecto super eum ejus proprio à fratribus dicentibus, *Pecunia tua sit tecum in perdicionem*. Nullus habeat seratam Artham, nisi sit arca deputata ad suum Officium. Omnes vestiantur, cibantur, & potantur de communi, & non comedant carnes in ebdomada, nisi tribus diebus, scilicet die *Dominica*, & die *Martis*, & die *Jovis*, nisi per licenciam Custodis. Comedant simul in uno Refectorio servantes in refectione silencium, aut voce submissa proferatur, si quid loqui compellat necessitas.

Omnes simul jaceant in uno Dormitorio vestiti femoralibus & Camisiis, vel in indumento quo utuntur in loco Camisiæ. Et ad horam qua intrant Dormitorium, eant cubitum, usq; post *primam* cantatam, observent silencium, & de nocte non accedant fratres nisi sint sorores, nec è converso nisi ægritudine advenient. Casti sint omnes ac sobrii, nec potantes alicubi in municipio vel in suburbio. Moderati sint in victu; bona domus & elemosinas collatas in pauperum & infirmorum necessitates fideliter convertentes. Regularem gerant habitum, scilicet de Russeto, & de nigro panno singulis ebdomadis, saltem semel conveniant in Capitulo & bis ibidem proclamentur & excessus regulariter à Custode vel à Magistro. Teneatur; Capitulum absq; garrulitate & clamore. Et qui excesserint humiliter & obedienter subeant disciplinam Canonicam. Non admittantur autem plures fratres vel sorores quam necessarii sunt, ad serviendum infirmis & custodiendum bona domus; Familia, si quam habent, sit moderata, sobria, & casta; si quis verò de Familia inventus fuerit ebriosus aut luxuriosus, nisi ab hujusmodi viciis se temperaverit, expellatur à servicio domus. Nullus frater evagetur per villam aut alibi, nisi à suo Custode, vel Magistro regulariter licenciatus. Computus reddatur secundùm Consilium provinciale. Illud scriptum singulis mensibus semel recitetur Capitulo, in linguâ Gallicâ, vel Anglicanâ. Sorores conversæ, secundùm quod competet suo sexui, observent ea quæ supra statuimus à fratribus observanda. In principio *Matutinarum*, dicant laici fratres & sorores *Credo in Deum*, & *Pater noster*. Deinde pro *Matutinis* vinginti quinq; *Pater noster*. Ad *primam* septem *Pater noster*. Ad *nonam* septem *Parter noster*. Ad *vesperas* quindecim *Pater noster*. Ad *Completorium* septem *Pater noster*. Post *Completorium* dicant semel *Pater noster* & *Credo in Deum*. In loco autem ubi frater vel soror moritur, & cæteri dicant infra triginta dies quinquies centum *Pater noster*. Tenentur etiam singuli dicere singulis septimanis, pro fratribus & sororibus vivis & depositis, & pro benefactoribus dictæ Domus Hospitalis sancti *Johannis Baptistæ*, centum *Pater noster*.

Aliud Hospitale infra villam Notinghamiæ.

Licentia Regis Ricardi *secundi, facta* Johanni Plumtre *de* Nottingham, *pro fundatione ejusdem.*

Pat. 16 R. 2 p. 1 m. 28. REx, (&c.) licet, (&c.) licentiam dedimus, (&c.) *Johanni Plumtre* de *Noting.* quod ipse quoddam Hospitale, sive domum Dei, de duobus Capellanis; quorum unus sit Magister sive Custos Hospitalis, sive domus Dei prædicti, ac de trescedecem viduis, senio confractis & paupertate depressis, in quodam messuagio ipsius *Johannis* cum pertinentiis in Nottingham, de novo facere & fundare; & idem messuagium, necnon decem alia messuagia & duo tofta cum pertinentiis eadem villa, quæ de nobis tenentur in burgagio, dare possit & assignare præfato Magistro sive Custodi; Habenda & tenenda sibi & successoribus suis Custodibus Hospitalis sive domus prædictæ; *viz.* prædictum unum messuagium pro inhabitatione sua & successorum suorum, ac prædicti alterius Capellani & dictarum tresdecem viduarum: Necnon prædicta decem messuagia & tofta pro sustentatione sua & prædicti alterius Capellani, divina infra Hospitale sive domum prædictam, pro salubri statu ipsius *Johannis*; & *Emmæ* uxoris suæ, dum vixerint, & animabus suis cum ab hac luce migraverint; necnon animabus patrum & matrum ac aliorum antecessorum suorum & omnium fidelium defunctorum singulis diebus celebraturi, ac pro sustentatione viduarum prædictarum Deo ibidem servitarum; & pro statu & animabus prædictis oraturarum, juxta ordinationem ipsius *Johannis* in hac parte faciendam, imperpetuum, (&c.) In cujus, &c. *T.* Rege apud Notyngham *viii.* die *Julii*.

Ordinatio Cantariæ *in dicto Hospitali per præfatum* Johannem *de* Plumptre.

UNiversis sanctæ matris Ecclesiæ filiis, *Johannes* de *Plumptre* de Nottingham salutem. Cum Deus me quoddam Hospitale ad finem pontis de Nottingham, pro sustentatione tresdecim pauperum mulierum in Honorem Dei & *Annunciationis* matris suæ Virginis beatissimæ, dignatus est construere, (&c.) Hinc est, quod quandam Cantariam infra dictum Hospitale ordinare propono. Et volo quod exnunc sit in Capella, infra dictum Hospitale constructa ad Altare *Annunciationis* beatæ *Mariæ* Virginis, quædam Cantaria perpetua duorum Capellanorum, qui pro statu Domini Regis, & statu mei & *Emmæ* uxoris meæ; & statu totius Communitatis *Notinghamiæ*, (&c.) divina celebrabunt. Quorum quidem duorum Capellanorum unum primum & principalem sacerdotem, qui alterum in reverenciâ & honore præcellat esse volo Magistrum, & Custodem appellari; alterum verò secundarium Capellanum esse volo & vocari. Communitas villæ de Nottingham, & Prior de Lenton præsentabunt ad eandem Cantariam, post obitum meum. Item pro ipsorum stipendiis assigno cuiq; eorum C s. per annum in pecunia numerata, percipiendos de decem tenementis, duobus toftis in Nottingham inferiùs subscriptis, quæ sunt illa; unum tenementum de sex messuagiis sub quodam tecto simul jacentes, in parvo mariscо villæ prædictæ *Notinghamiæ* in finem Pontis, ex orientale, & tenementis *Agnetis Remay*, ex parte occidentali, unum messuagium jacens in vico, qui ducit ab Ecclesia beati *Petri*, usq; ad *Fratres Minores*, vocatum Intlose, (&c.) Testibus *Johanne* de *Tanneslay*, tunc Majore *Notinghamiæ*, *Johanne Simon*, (&c.) data *Notinghamiæ xii. Julii*, Anno Dominicæ incarn. *MCCCC.*

Ex Registro vocato *Scrope*, penès Archiepisc. *Eborac.* f. 79.

HOSP-

HOSPITALE

S. Johannis Baptistæ *de* Ludlow, *in agro* Salopiensi.

Carta Petri Undergod, *de Fundatione ejusdem.*

Imer Collectanea V. Cl. *Henrici Spelmanni* Eq. aur.

UNiversis Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, ad quorum notitiam pervenerit hæc scriptura, *Petrus Undergod* salutem in Domino. Cum ad honorem summæ *Trinitatis*, beatæ *Mariæ*, & Sancti *Johannis Baptistæ*; quoddam Hospitale construxerim, & sumptibus meis propriis fundaverim in villâ de Ludlowe, juxta pontem aquæ de Temede; & in eodem fratres religiosos sub habitu regulari, regulisq; certis religiosis deputatis, conjunctim viventes, ac ibidem divina celebrantes constituerim. Noveritis me *Petrum* prædictum, dedisse, concessisse, & confirmâsse Deo, beatæ *Mariæ* & Sancto *Johanni Baptistæ*, & fratribus in dicto Hospitale constitutis, & recipiendis, & eorum successoribus; in liberam, puram, & perpetuam elemosinam ad sustentationem eorundem, & pauperum, & infirmorum suorum, totam illam placeam terræ, in quâ dictum Hospitale scitum est, quam emi de *Waltero* filio *Nicholai*; & totam terram meam de Akes, cum omnibus hominibus, super ipsam terram existentibus, & singulis amerciamentis de dictis hominibus, & omnibus eorum successoribus, qualitercunque provenientibus in Curia de Stanton-Lacy, in perpetuum, quam emi de *Auckero* ..... *Plumatore*, & de *Nicholao* filio *Petri* de *Londoni*. Et totum molendinum meum Fullarium, cum toto cursu aquæ, & cum omnibus sectis omnium hominum villæ de Ludlowe, qui pannos ad fullandum habuerunt, quod *Richardus Tinctor* de *Salopia*, quondam de me tenuit, cum omnibus rebus, libertatibus, & aisiamentis, dicto molendino aliquo modo adjacentibus in viis, semitis, aquis, stagnis, & in omnibus locis intra villam de Ludlowe, & extra, sine aliqua retentione juris; seu clamei, quod emi de *Gilberto* filio *Walteri* de *Lacy*.

Et totam terram quam emi, habui, & tenui in villa & campis de Ludford cum omnibus redditibus meis, tam in villâ de Ludlow, quàm alibi ubicunq; existentibus: Habendum & tenendum omnia præscripta, cum homagiis, herrietis, redditibus, releviis, wardis, maritagiis, curiarum sectis; Tallagiis, Bondagiis, auxiliis, Escaetis, & cum omnibus aliis servitiis, & pertinentiis, libertatibus, aisiamentis, nominatis & non nominatis, quæ ab omnibus rebus prædictis exeunt, seu aliquo modo exire poterint, seu diminutione, seu retentione rei, seu juris cujuscunq; imperpetuum, adeo liberè, quietè, & pacificè, sicut aliqua elemosina melius, plenius, & liberius domibus religiosis collata est, vel poterit conferri: Et postquam de me humanitùs contingat, volo, concedo & constituo, quod universi Fratres, in dicto Hospitale commorantes, insimul conveniant, & completis orationibus Deo devotis, unum de seipsis, unanimi consensu, & assensu eorundem personarum, acceptione postpositâ, in eorundem Custodem eligant, & super se Magistrum constituant, & sic de Custode in Custodem, & Magistro in Magistrum eorundem faciant Fratres, & omnes eorum successores de seipsis electionem liberam in perpetuum, absque contradictione, molestatione, inquietatione, seu impedimento hæredum meorum, seu aliquorum aliorum.

Et idem Magister, & Fratres, & omnes eorum successores, communi assensu eorundem, Fratres & alios in eorum Religionem, Collegium & Fraternitatem admittant, & ... pauperes & infirmos recipiant, & omnia alia faciant & disponant, prout aliqui alii viri religiosi, liberiùs faciant, aut legitimè facere potuerint, quotiescunque, & quandocunque sibi & eorum Hospitali viderint expedire, contradictione & impedimento aliorum non obstantibus. Et quia volo quod hæc omnia rata permaneant, & stabilita in perpetuum, Sigillum meum signo Hospitalis ejusdem impressum præsentibus apponere duxi. His testibus, Domino *Waltero* de *Lacy*, Domino *Johanne* de *Monemua*, *Pagano* de *Ludford*, *Pagano Curbuell*, *Philippo* de *Colevile*, *Edmundo* de *Ludlowe*, & multis aliis.

Carta Regis *Henrici* tertii Donationem *Walteri* de *Lacy*, recitans & confirmans.

HEnricus *Dei gratia Rex* Angliæ, *Dominus* Hiberniæ *& Dux* Aquitaniæ, *omnibus* (*&c.*) *salutem. Inspeximus quoddam scriptum concessionis, & confirmationis, quod* Walterus *de* Lacy *fecit* Petro Undergod, *& Hospitali suo, quod ad sustentationem pauperum, & Infirmorum juxta pontem de* Temede, *in* Ludlowe, *fundavit & construxit, in hæc verba*: Sciant præsentes, & futuri, quod ego *Walterus* de *Lacy*, ratum habeo & gratum, pro me & hæredibus meis, omnem donationem, venditionem, & concessionem, quam ..... *Malore* fecerit *Petro Undergod*, & hæredibus suis, sive assignatis suis de totâ terrâ suâ, quam de me tenuit in villa de Akes, cum omnibus hominibus super ipsam terram existentibus, & totis suis pertinentiis; quas quidem donationes, venditiones, & concessiones, pro me & hæredibus meis eidem *Petro*, & Hospitali suo, ad sustentationem pauperum, & Infirmorum juxta pontem de Temede in Ludlowe, fundato & constructo, pro animâ meâ, & *Margeriæ* uxoris meæ; & pro anima *Gilberti* de *Lacy* filii mei; necnon & pro salute animarum antecessorum, & successorum meorum, in liberam, puram & perpetuam elemosinam præsentis scripti & Sigilli mei impressione concedere duxi, & confirmare

eidem *Petro*, & Hospitali prædicto, & pauperibus, ac Infirmis degentibus, omnes redditus, & omnia servitia, quæ ad me, vel hæredes meos pertinebant, vel aliquo tempore pertinere poterunt omnino remittendo.

Concedo etiam pro me & hæredibus meis, & præsenti scripto meo munito sub forma prædicta, & beatæ *Mariæ* & omnibus suis, & eidem *Petro* & Infirmis in ipso Hospitali ægrotantibusq; totam illam placeam, in qua dictum Hospitale situm est, quam *Walterus* filius *Michaelis* dicto *Petro* concessit & incartavit, cum quodam Molendino fullanico, quod *Gilbertus* de *Lacy*, filius meus eidem *Petro* dedit & incartavit, & cum omnibus terris & rebus prædictis. Tenendum & habendum adeo liberè, quietè, & pacificè, sicut aliqua elemosina meliùs & liberiùs domibus religiosis collata est, vel poterit conferri: concedo similiter pro me, & hæredibus meis, quantum in me est, quod divina in ipso Hospitali celebrentur officia; Et quia volo quod hæc mea concessio, & confirmatio perpetuæ firmitatis fidem & robur obtineantur, præfato scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, Domino *Johanne* de *Monemuta*, ... de ..... *Waltero* de *Pegerton*, *Richardo* de *Midlehope*, Magistro *Richardo* de *Cranefeud*; Magistro *Johanne Eaton*, *Philippo* de *Thaxland* ..... de Cæcte, *Willielmo* de *Ponte clivo*, *Richardo* de *Pipa*, hujus Cartæ notario, & multis aliis. Hanc autem concessionem & confirmationem, ratam habentes, (&c.) confirmamus, (&c.) Testib *Philippo Basset*, *Roberto Walerond*, *Bartholomeo Bigot*, &c. datum apud Kenilworth decimo octavo die *Julii* anno Regni nostri quinto.

DOMUS CONVERSORUM *in suburbio Civitatis* Lond.

Carta Regis Henrici *tertii, de prima Fundatione ejusdem.*

Cart. 16. H. 3. m. 18. HEnr. Rex, &c. salutem. Sciatis nos intuitu Dei & pro salute animæ nostræ, & pro animabus antecessorum & hæredum nostrorum, dedisse, concessisse, & hac Cartâ nostrâ confirmâsse, pro nobis & hæredibus nostris, imperpetuum, Deo & gloriosæ Virgini *Mariæ*, & Ecclesiæ *Conversorum*, quam fundavimus in suburbio *London.* in vico scilicet qui vocatur Newestrate, in honore ejusdem Virginis & Conversis ibidem commorantibus in posterum, & commoraturis, septingentas marcas ad eosdem Conversos sustentandos, & ad constructionem Ecclesiæ suæ & ædificiorum suorum faciendam; percipiendas singulis annis ad scaccarium nostrum; videlicet unam medietatem ad scaccarium *Paschæ*, & aliam medietatem ad scaccarium Sancti *Michaelis*, donec nos vel hæredes nostri eisdem Conversis uberiùs provideri-

mus in terris sive redditibus certo loco eis assignaturis, unde seipsos & familiam suam ad honorem Dei & prædictæ gloriosæ Virginis possint competenter sustentare.

Volumus etiam, quod quicumque pro tempore fuerit Justiciarius vel Cancellarius *Angliæ*, quotiens prædicti Conversi necesse habeant negotia aliqua nobis vel hæredibus nostris exponere, alter eorum, si ambo præsentes non fuerint, ostendat nobis vel hæredibus nostris negotia prædictorum Conversorum, si ipsi ad nos vel hæredes nostros personaliter venire & ea ostendere non possint. Quare volo (&c.) pro nobis & hæredibus nostris, quod prædicti Conversi in prædictâ Ecclesiâ conversantes & inperpetuum conversaturi, percipiant prædictas septingentas marcas ad scaccarium nostrum ad terminos prædictos, ad se sustentandos, & ad constructionem Ecclesiæ suæ, & ædificiorum suorum faciendam, benè & in pace, integrè, & pacificè, donec nos vel hæredes nostri eis providerimus uberiùs in terris vel redditibus certo loco eis assignaturis, undè seipsos & familiam suam ad honorem Dei & prædictæ gloriosæ Virginis *Mariæ* possint competenter sustentare: Et quod quicumq; pro tempore fuerit Justiciarius, vel Cancellarius *Angliæ*, quotiens prædicti Conversi necesse habeant negotia aliqua nobis vel hæredibus nostris exponere, alter illorum, si ambo præsentes non fuerint, ostendat nobis vel hæredibus nostris negocia prædictorum Conversorum, si ipsi ad nos vel hæredes nostros personaliter venire & ea ostendere non possint, sicut prædictum est. Hiis testibus, venerabilibus patribus *P. Wintonienſi*, & *W. Carleolensi* Episcopis, *H.* de *Burgo*, &c. *Ph.* de *Albiniaco*, *W.* de *Evermu.* *R.* filio *Nicholai*, *R. Tyrel*, *Johanne* filio *Philippi*, *G.* de *Cauz*, *G. Despenser*, *Henrico* de *Capella*, *Ricardo* filio *Hugonis*, & aliis. Data per manum venerabilis patris *R. Cycestrensis* Episcopi, &c. apud *Lambeiam xvi.* die *Januarii*.

Alia Carta ejusdem Regis.

REx, &c. Sciatis nos, intuitu Dei, & pro salute animæ, meæ & animarum antecessorum & hæredum nostrorum, dedisse & concessisse Domum, quam fundari fecimus in vico qui vocatur le Newestrete inter vetus Templum & Novum *London.* ad sustentationem Fratrum conversorum & convertendorum de Judaismo ad fidem Catholicam, in auxilium sustentationis eorundem Fratrum, domos, redditus, & omnes terras & tenementa, quæ fuerunt *Constantini* filii *Aluſi* in *London.* & quæ fuerunt Eschaeta nostra, propter feloniam quam idem *Constantinus* commiserat, & propter quam suspensus fuit. Habenda & tenenda Magistro ejusdem Domus, & prædictis fratribus conversis & convertendis de Judaismo ad fidem Catholicam, in liberam & perpetuam elemosinam. Teste, &c. 8. *Nov.* Cart. 33. H. 3. m. 7.

HO-

HOSPITALE

de Lecchelade *in agro* Glouceſtrenſi.

Carta Regis Henrici *tertii Fundationem ejuſdem confirmans.*

Cart. 39. H. 3 m. 8.

REx Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis nos ad inſtantiam dilecti fratris & fidelis noſtri *R.* Comitis *Cornubiæ*, pro ſalute animæ noſtræ, anteceſſorum noſtrorum, & hæredum noſtrorum dediſſe, conceſſiſſe & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & beato *Johanni Baptiſtæ*, & Magiſtro & fratribus Hoſpitalis de Lecchelade, locum in quo prædictum Hoſpitale ſitum eſt, cum pertinentiis; ita quod quociens Magiſtros prædicti Hoſpitalis cedere vel decedere, aut alio quocunq; modo amoveri contingat, fratres prædicti Hoſpitalis licentiam alium Magiſtrum ſibi eligendi à prædicto Comite & *Senebia* uxore ſuâ, & hæredibus ex ipſis procreatis, tanquam patronis dictæ domus, petent imperpetuum. Dedimus etiam & conceſſimus, ad inſtantiam ejuſdem Comitis, pro nobis & hæredibus noſtris, Deo & beato *Johanni Baptiſtæ*, & Magiſtro & fratribus prædictis, advocationem Eccleſiæ de Lecchelade, cum toro ſanctuario ad Eccleſiam illam pertinente, & duo burgagia, & unum furnum cum pertinentiis in prædictâ villâ de Lecchelade, quæ nos in Curiâ noſtrâ clamavimus verſùs prædictos Magiſtrum & fratres, tanquam Eſcaetam noſtram de terris *Normannorum*; & quæ ipſi Magiſter & Fratres nobis reddiderunt in Curiâ prædictâ: Habenda & tenenda eidem Magiſtro & ſucceſſoribus ſuis & fratribus prædicti Hoſpitalis in liberam & puram & perpetuam elemoſinam, cum omnibus ad dictam advocationem, Sanctuarium, burgagia & furnum ſpectantibus; ſalvâ tamen dictis Comiti & Comitiſſæ, & hæredibus ex ipſis procreatis, præſentatione ad vicariam Eccleſiæ prædictæ, quotiens eam vacare contigerit, imperpetuum. Quare volumus (&c.) Dat. per manum Regis apud *Weſt. xi.* die *Febr.*

Carta ejuſdem Regis Henrici, *de Heremitagio de* Lovelyri.

Cart. 54. H. 3 m. 9.

REx Archiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis nos pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum, dediſſe, conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & beato *Johanni Bapt.* & fratribus Hoſpitalis ejuſdem Sancti de Lichelade, Heremitagium de Lovelyri, cum pertinentiis, quod eſt infra Foreſtam noſtram de Wichewode, & quod *Robertus* quidam Heremita ejuſdem loci aliquando tenuit; habendum & tenendum eiſdem fratribus & ſucceſſoribus ſuis, ad ſuſtentationem unius Capellani idonei, de fratribus ſuis, ſingulis diebus, divina celebraturis in eodem Heremitagio, pro anima noſtra, & animabus anteceſſorum & hæredum noſtrorum; ita quod ſi Capellanus ille minùs idoneus, infirmus, ſeu mortuus fuerit, iidem fratres alium idoneum loco ſuo ſubſtituent, quotiens opus fuerit, ad divinum obſequium celebrandum in Heremitagio ſupradicto: ita tamen, quod ſi celebratio ſupradicta in præfato Heremitagio, per fratres prædictos vel ſucceſſores ſuos minùs plenè facta fuerit; nos & hæredes noſtri Heremitagium illud in manum noſtram capiemus, & Capellanum idoneum ibidem ſubſtituemus, prout magis viderimus expedire. Quare volumus (&c.) Data per manum noſtram apud *Weſtm.* quarto die *Maii.*

Licentia Regis Edwardi *quart'*, Cecilix *Ducissæ* Eboraci *conceſſa, pro mutatione ejuſdem Hoſpitalis in Cantariam trium Capellanorum.*

Pat. 12. E. 4 p. 2. m. 28.

REx (&c.) Sciatis quod nos de gratiâ noſtrâ ſpeciali, ac ex certâ ſcientiâ & mero motu noſtris, dedimus & conceſſimus præcariſſimæ matri noſtræ *Ceciliæ* Ducissæ *Ebor.* advocationem ſive patronatum Domus ſive Hoſpitalis S. *Johannis Bapt.* juxta pontem de Lecchelade in Com. *Glouc.* Habendam & tenendam eidem matri noſtræ & hæredibus ſuis imperpetuum. Et ulteriùs ad inſtanciam præfatæ matris noſtræ, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, eidem matri noſtræ, quo ipſa per ſe, vel per alios, per ipſam ad hoc ſpecialiter nominandos, ſive aſſignandos, ad laudem, gloriam, & honorem omnipotentis Dei, Patris & Filii, & Spiritus Sancti, ac intemeratæ & beatiſſimæ Virginis *Mariæ*, matris Domini noſtri *Jeſu Chriſti*, prædictum Domum ſive Hoſpitale, auctoritate Apoſtolicâ, ſeu aliâ quavis ſufficienti, & de jure in hac parte permiſſivâ, in unam Cantariam perpetuam de tribus Capellanis perpetuis, divina ſingulis diebus ad Altare in Capellâ beatæ *Mariæ* Virginis, in Eccleſiâ de Lecchelade, pro bono ſtatu noſtro, ac præchariſſimæ conſortis noſtræ *Elizabethæ* Reginæ *Angliæ*, ac præfatæ matris noſtræ, dum vixerimus, & pro animabus noſtris cum ab hac luce migraverimus; necnon pro animâ egregii & prænobilis principis recolendæ memoriæ, Domini *Ricardi* nuper Ducis *Ebor.* patris noſtri cariſſimi, nuper Domini villæ prædictæ, ac animabus omnium fidelium defunctorum juxta ordinationem præfatæ matris noſtræ, vel aliorum prædictorum in hac parte faciendam, imperpetuum celebraturis, mutare, transferre, erigere, facere, ordinare, & ſtabilire poſſit & poſſint perpetuis futuris temporibus duraturam: Et quod Cantaria illa, cum ſic erecta, fundata & ſtabilita fuerit, Cantaria vocata S. *Mariæ Chaunt.* in Eccleſiâ de Lecchelade imperpetuum nuncuperur. Et quod Capellani ejuſdem Cantariæ, cum Cantaria illa ſic erecta (&c.) fuerit, Capellani Cantariæ vocatæ *Seint Mariæ Chaunterie* in Eccleſiâ de Lecchelade, imperpetuum appellentur, & ſint unum corpus incorporatum in re & nomine,

mine, habeantq; successionem perpetuam in eadem, ac sint personæ habiles & capaces in lege per nomen illud ad perquirendum & recipiendum terras, tenementa (&c.) de quibuscunq; personis; habendas & tenendas sibi & successoribus suis prædictis imperpetuum: Et quod ipsi & successores sui, Capellani Cantariæ prædictæ, per nomen illud placitare possint & implacitari in quibuscunq; Curiis & placeis, coram quibuscunq; Justiciariis (&c.) & omnia alia facere & recipere, prout & eodem modo, quo cæteri ligei nostri personæ habiles & capaces infra idem regnum nostrum placitant & implacitantur, respondent & respondere tenentur, ac faciunt & facere possunt & poterint. Et quod ipsi Capellani & successores sui habeant Sigillum commune, pro materiis, causis, negotiis & rebus, Cantariam illam concernentibus servitutum.

Et ulteriùs, quia Domus sive Hospitale prædictum ad hujusmodi decasum jam devenit, quod exitus, proficua & reventiones possessionum ejusdem Domus sive Hospitalis, aut eidem Domui sive Hospitali pertinentes, ad reparationem earundem possessionum, & ad divina servicia & alia pietatis opera in domo sive Hospitali prædicto, juxta Fundationem ejusdem faciendam, sufficere non valent; de uberiori gratiâ nostrâ concessimus, & licentiam damus per præsentes, pro nobis & hæredibus nostris, dilecto nobis in Christo *Willielmo Novel*, nunc Priori Domus sive Hospitalis prædicti, quod ipse & successores sui dictum Domum sive Hospitale, ac totum situm ejusdem, cum omnibus suis pertinentiis; necnon omnia & singula dominia, maneria, terras, tenementa, reditus, servicia, pensiones, omnimodasq; possessiones spirituales, temporales, & mixtas; ac etiam quascunq; possessiones spirituales possessionibus temporalibus annexas, tam in dominico quam in reversione; ac omnimodas libertates, & franchesias, advocationes Ecclesiarum, Vicariarum, Cantariarum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcunq; ad ipsum, seu ad domum sive Hospitale illud qualitercunq; infra dictum regnum nostrum *Angliæ* pertinentes sive incumbentes, dare possit & possint & concedere præfatis Capellanis Cantariæ prædictæ, cum Cantaria illâ in formâ prædictâ, erecta, facta, ordinata, & stabilita fuerit; habendas & tenendas sibi & successoribus suis, in dotationem & sustentationem suam imperpetuum (&c.)

Et insuper de abundanti gratiâ nostrâ concessimus & licentiam damus (&c.) *Johanni Twynyho* de Citrencestre, hæredibus & assignatis suis, quod ipse, hæredes & assignati sui, quandam aliam Cantariam perpetuam de uno Capellano perpetuo, divina singulis diebus ad Altare in Capellâ S. *Blasii* in Ecclesiâ de Lecthelade prædictâ, pro statu & animabus prædictis; ac pro bono statu præfati *Johannis* dum vixerit, & pro animâ suâ, cum ab hac luce migraverit; & pro animabus illis pro quibus ipse exorare tenetur, ac pro animabus omnium fidelium defunctorum juxta ordinationem ejusdem *Johannis*, hæredum & assignatorum suorum prædictorum in hac parte faciendam, imperpetuum celebraturo, facere, fundare, creare, & stabilire possit & possint, perpetuis futuris temporibus duraturam: Et quod Cantaria illa, cum sic erecta (&c.) fuerit, Cantaria vocata *Seint Blase Chaunterie* in Ecclesia de Lecthelade imperpetuum nuncupetur (&c.)

Et ulteriùs (&c.) licenciam damus (&c.) tam præfatæ matri nostræ, hæredibus & assignatis suis, quàm præfatis Capellanis Cantariæ prædictæ, vocatæ S. *Marie Chaunterie*, in Ecclesia de Lecthelade prædictâ, & successoribus suis, & eorum quibuslibet, quod cum Cantaria illa, ut prædictum est, erecta (&c.) fuerit, ipsi ac successores eorum, Capellani dictæ Cantariæ (&c.) habitâ plenâ & pacificâ seisinâ & possessione dictæ domus, sive Hospitalis, situs, dominiorum, maneriorum, terrarum (&c.) omnimodumq; possessionum prædictorum, ac cæterorum præmissorum cum pertinentiis per eosdem Capellanos, dare possint & concedere, in debitâ legis formâ, præfato Capellano Cantariæ prædictæ S. *Blase Chaunterie*, in dictâ Ecclesiâ de Lecthelade & successoribus suis (&c.) quendam annualem redditum decem marcarum; habendum & percipiendum singulis annis eidem Capellano Cantariæ illius, vocatæ *Seint Blase Chaunterie*, & successoribus suis prædictis, de aut in domo Hospitali, situ, dominiis, maneriis, terris (&c.) ad quatuor anni terminos; *viz.* ad Festa *Paschæ*; *Nativitatis* S. *Joh. Bapt.* S. *Michaelis* Archangeli; & *Natalis Domini*, per equales portiones, cum sufficienti & legitimâ clausulâ distrectionis in eisdem contentâ, pro non solutione annui redditus prædicti (&c.) In cujus (&c.) T Rege apud *Westm.* viii. die *Nov.*

HOSPITALE
de Ledbury *in agro* Herefordensi.

Diploma Regis Edwardi *tertii, Cartam Fundationis ejusdem, aliasque concessiones recitans & confirmans,*

Pat. 2. E. 3. P. 1. m. 21.

Ex omnibus ad quos, &c. salutem. Inspeximus scriptum quod Tho. *quondam* Herefordensis *Ecclesia Decanus, & ejusdem loci Capitulum fecerunt in hæc verba.* Universis Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, *Thomas Herefordensis* Ecclesiæ Decanus, & ejusdem loci Capitulum, salutem in Domino æternam. Noverit universitas vestra, nos Cartam venerabilis patris nostri *Hugonis Foliot Herefordensis* Episcopi inspexisse, in hæc verba.

Universis Christi fidelibus præsens scriptum inspecturis

inspecturis, *Hugo Foliot*, divina miseratione *Herefordensis* Ecclesiæ minister humilis, salutem in Domino. Ex commiss. nobis officii solicitudine tenemur, ea quæ divinis locis, collatione fidelium mancipantur; ut firmam stabilitatem sortiantur, Episcopalis auctoritatis diligentiâ roborare. Et quia juxta est dies perditionis & adesse festinant tempora desiderantibus bona Domini in terrâ viventium; necesse est intelligere super egenum & pauperem, ut propter peccata nostra, quibus iram meruimus, positi quasi signum ad sagittam, fugere valeamus à facie arcus, scelera peregrinationis nostræ eleemosinarum largitione redimentes. Dum enim per vitæ præsentis lubrica periculosè transimus in terris sub securitate per manus egentium plè largita, collocamus in cœlis; præter eleemosinam enim solam, nichil ex hac vita portabimus, set illam per manus pauperum fœliciter in cœlum præmittimus.

Attendentes igitur, inter hæc & cætera opera misericordiæ, hospitalitati ferè nichil esse præferendum, & tantum ejus gratiam, quod *Loth* & *Abraham*, qui homines consueverunt, etiam Angelos hospitari meruerunt, ipsos etiam tanta mercede remuneratos, quod alter subversionem *Sodomæ* evasit; & alter ex conjuge sterili filium habere promeruit, Hospitale quoddam ad peregrinos & pauperes suscipiendos, apud Ledebury, sub *Malvernia* construximus, ad honorem Dei & S. *Katerinæ* Virginis; & omnia piâ devotione fidelium eidem Hospitali & aliis ibidem Deo servientibus collata, vel futuris temporibus conferenda, Episcopali auctoritate duximus confirmare: Et præcipuè ex concessione nobilis & præclari viri Domini *Walteri* de *Lacy* Ecclesiam de Westune in usus proprios, post decessum *Thomæ Decani* de Westune, Rectoris ejusdem Ecclesiæ, convertendam; de quâ idem *Thomas* unam libram incensi eidem Hospitali annuatim, intervenientre auctoritate Episcopali, nomine pensionis, persolvit. Et Ecclesiam de Kenepelerh, ex concessione nobilis viri Domini *Galfridi* de *Longo-Campo*, post decessum *Rob. Decani*, Rectoris ejusdem Ecclesiæ, qui unam libram incensi, nomine pensionis, annuatim similiter exsolvit. Et Ecclesiam de Parkhull, ex concessione prædicti Domini *Walteri* de *Lacy*, post decessum *Moysi* Rectoris ejusdem Ecclesiæ, qui etiam unam libram incensi, nomine pensionis, eidem Hospitali extolvit: Salvis in prædictis Ecclesiis debitis consuetudinibus, tam Episcopalibus quam Archiepiscopalibus.

Præterea dedimus & concessimus, ad fundandum idem Hospitale, duo burgagia in villa de Ledebury; scil. unum burgagium & dimidium, quod emimus de *Johanne* filio *Gersante*; Reddendo per annum Episcopo, decem & octo denarios: Et dimidium burgagium, quod emimus de *Margareta* filia *Gileberti Francess*; Reddendo per annum sex denarios: Et unum burgagium in Novo vico quod emimus de *Roberto* de *Staninges*; Reddendo per annum duodecim denarios; nec eadem burgagia unquam magis reddiderunt Episcopo. Et quicumq; idem Hospitale beneficiis & gratiâ fovere curaverint, gratiam divinam & æternæ retributionis præmia consequantur: Et qui contra hoc aliquid attemptare præsumpserint, indignatione Dei omnipotentis involvantur, nisi celeriter resipiscant. Et ut hæc omnia majori & perpetuâ gaudeant firmitate, invocatâ gratiâ & præsentia altissimi, & præcelsæ genetricis ejusdem, & omnium cœlestium virtutum; præsenti scripto sigillum nostrum apposuimus. Hiis testibus, *Thoma* Decano *Hereford.* & ejusdem loci Capitulo. Nos igitur dictas donationes, (&c.) eas unanimi assensu, præsenti scripto & sigilli nostri munimine confirmare curavimus.

Nos autem donationes, concessiones, & confirmationes prædictas; necnon donationem, concessionem, & confirmationem, quas *Johannes de Stanford* per Cartam suam fecit Deo & domui Hospitalis prædicti, & ejusdem domus Rectoribus, & ibidem Deo servientibus de triginta & duabus solidatis & sex denariatis redditus assisi, cum pertinentiis in *Hyda*; Donationem, (&c. quas *Rogerus* de la *Berche*, per Cartam suam fecit Deo & domui Hospitalis prædicti, de viginti & sex solidatis redditus, decem denaratis & tribus obolatis & tribus gallinis in villa de Berche. Remissionem, (&c.) quas *Simon* de *Weston*, per scriptum suum fecit Decano & Capitulo Ecclesiæ Sancti *Ethelberti Herefordiæ* & Magistro Hospitalis Ecclesiæ sanctæ *Katerinæ* de Ledebury, & fratribus & sororibus, ibidem Deo servientibus & eorum successoribus, de toto jure & clamio, quæ idem *Simon* habuit vel habere potuit in unâ virgatâ terræ & dimidia, sex acris prati, tribus acris moræ, & septem solidatis redditus, cum pertinentiis in Westone, juxta Parkhull.

Donationem, (&c.) quas *Petrus* de *Doninton* per scriptum suum fecit Deo & Hospitali prædicto & fratribus & sororibus ibidem commorantibus, de uno molendino apud Walmespol, cum sectis, moris, pasturis, & omnibus aliis pertinentiis, sine aliquo retenemento. Donationem, (&c.) quas *Matilda Pucke*, in viligia peregrinationis suæ & liberâ viduitate suâ per scriptum suum fecit Deo & domui Hospitalis prædicti, de quadam terra in villa *Herefordiæ*, cum domibus superædificatis, & omnibus pertinentiis suis. Donationem etiam, (&c.) quas *Willelmus* de *Ankerug* per Cartam suam fecit Deo & domui Hospitalis prædicti, & ejusdem domus Rectoribus, & aliis ibidem Deo servientibus, de toto assarto, cum quadam morâ, & omnibus aliis pertinentiis suis, infra fossatum & clausuram ejusdem assarti; & de uno mesuagio in Ankerugg, & tribus acris terræ cum pertinentiis. Donationem etiam, (&c.) quas *Johannes Gersant* per scriptum suum fecit Deo & Hospitali prædicto, & fratribus & sororibus ibidem Deo servientibus, de homagio & servicio, & redditu tresdecim denariorum, quæ *Willielmus Roch.* eidem *Simoni* annuatim debuit pro terra de Estenoze, & de quaterviginti & quatuordecim selionibus & duodecim buttis terræ, & de granâ unius acræ & dimidia, cum pertinentiis in Estenoze, ratas habentes & gratas, (&c.) confirmamus, (&c.) In cujus

jus, &c. *T.* Rege apud *Eboracum xxx.* die *Febr.*

HOSPITALE

S. Leonardi, *infra Burgum* Leicestriæ.

De prima fundatione ejusdem.

Ex Chron. MS. *Henr. Knebton* in bibl. *Bodl.* lib. 2. cap. 2.

Robertus oves les blanc meins, Comes *Leicestrensis* tertius, post Conquestum, desponsavit *Petronillam* filiam *Hugonis Grantmenyl*, cum qua accepit totum honorem de Hinckley, una cum Senescatu *Anglia*, ex dono ejusdem *Hugonis*, (&c.) Hic genuit de dictâ *Petronilla*, *Robertum* dictum filium *Petronillæ* hæredem; *Reginum*, S. *Andreæ* in Scotiâ Episcopum, & *Willielmum* Leprosum, fundatorem Hospitalis S. *Leonardi Leicestriæ*; *Amiciam* desponsatam *Simoni* de *Mortefort*, & *Margaretam* desponsatam *Saiero* de *Quinci*, (&c.)

HOSPITALE

Subtus Langrigh, *in agro*.....

Carta Alani *filii* Ricardi *de* Singelton, *de quatuor acris terræ in* Dilewathe.

SCiant præsentes & futuri, tam Clerici quàm laici, quod ego *Alanus* de *Singeltun*, filius *Ricardi*, concessu & assensu hæredis mei, concessi & hac Cartâ meâ confirmavi Deo & sancto Salvatori de sub Langrigh, & fratribus ibidem Deo servientibus, quatuor acras terræ in Dilewathe, scilicet inter Cronkeschahebzok & Withatrebzoch; scilicet totam terram quam pater meus *Ricardus* dederat & Cartâ suâ confirmaverat prædicto loco in puram & perpetuam elemosinam, pro animabus patris & matris meæ, & antecessorum meorum, cum aisiamentis quæ ad tantam terram pertinent. Hiis testibus, *Sicano* de *Hundereskam*, *Rogero* de *Halstun*, *Jordano* de *Claiton*, *Jordano* de *Wetteleya*, *Ada* de *Hohton*, & multis aliis.

Carta Willelmi *filii* Walteri Mutun, *de* Ribelcester.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Willelmus Mutun*, de Ribelcester, concessi & præsenti scripto confirmavi Deo & beatæ *Mariæ* Virgini, & Hospitali sancti Salvatoris subtus Longrig, & Magistro, & fratribus ibidem Deo servientibus, totam terram, quam *Walterus* pater meus dedit prædicto Hospitali, & prædictis fratribus, per Cartam suam, in puram & perpetuam elemosinam in villa de Ribelcester, super Shipenley infra has divisas; Incipiendo ad Scipenley, Cloghesheved, quod currit inter Schipenlye & Tumeleye, descendendo Scipenleycloch; usq; ad proprium siketum, qui venit ab occidente & currit versùs orientem, & descendit in Scipenleycloch; & ascendendo illum siketum usq; ad capud, & à capite prædicti siketi in transverso usq; ad Crossedyum ak, super ripam cujusdam Clogh; & de Punak rectè procedendo versùs Aquilonem usq; ad Blakeclogh, salvo rationabili exitu & introitu inter prædictam terram & fossatum *Ricardi* de *Kerden*; & ascendendo Blakeclogh usq; ad turnum de Clogh; & indè procedendo linealiter usq; ad Crossedak super Lightnes; & à Crossedak usq; ad fossatum; & sequendo fossatum quousq; respondeat æqualiter divisis de Tumeley; & indè procedendo versùs austrum usq; ad Schipenley Clogesheved. Et sciendum est, quod terra inter Crossedak & divisas de Tumeley & sepem, & Scipenley & prædictum fossatum in Aquilonali parte de Scipenleye, dedi prædicto Hospitali in escambium pro prædicto exitu, & introitu, sibi & successoribus suis. Tenendum & habendum in omnibus libertatibus & in eadem elemosina, sicut continetur in originali Cartâ, quam habent de *Waltero* patre meo. Et ego prædictus *Willielmus*, & hæredes mei hoc prædictum escambium prædicto Hospitali & fratribus ejusdem loci & eorum successoribus contra omnes homines & fœminas warantizabimus: In cujus rei testimonium præsenti scripto impressionem sigilli mei apposui. Hiis testibus, *Ada* de *Blakeburn*, Domino *Johanne* filio ejus, *Willielmo* de *Samlesbury*, *Ricardo* de *Alveston*, Ada de *Hochton*, *Thoma* de *Hudersale*, *Roberto* filio *Stephani*, *Thoma* filio *War.* *Roberto* filio *Aelya* de Ribelcester, *Johanne* de *Hullileye*, *Ricardo* de *Kerden*, *Roberto* de *Huntingdene*, & multis aliis.

Hosp-

HOSPITALE

de Gaunt (*sive* Billeswike) *juxta* Bristolliam, *in agro* Glouc. cestrensi.

Carta Fundationis ejusdem.

Cart. 61. H. 3 m. 15.

OMnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, *Robertus* de *Gurnay* salutem in Domino; Noveritis me divinæ pietatis intuitu, & pro salute animæ bonæ memoriæ, *Mauritii* de *Gaunt* avunculi mei, & pro salute meâ, & omnium antecessorum, & successorum meorum, cum in plenâ per Dominum Regem essem seisinâ; & potestate de omnibus terris, & tenementis meâ dicto *Mauritio* hæreditariè contingentibus dedisse & concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, Deo & beatæ *Mariæ*, & beato *Marco*, & nostro elemosinario de Billeswike, ad sustentationem dicti Magistri, & trium Capellanorum ibidem perpetuò pro fidelibus celebrantium; & ad refectionem centum pauperum, singulis diebus imperpetuum, Manerium de Poulet, cum omnibus pertinentiis suis, sine ullo retinemento; in dominiis, in Villenagiis, in liberorum homagiis, & servitiis, in molendinis, & omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus ad prædictum Manerium pertinentibus; & molendinum de Were, cum omnibus pertinentiis suis, cum totâ dicti Manerii sequelâ; in stagnis, & aquis, & aquarum curribus; in piscariis, & omnibus emendationibus, quæ in eisdem molendinis apponi possunt; & molendinum de Radeswike cum omnibus pertinentiis suis, cum totâ dicti Manerii sequelâ, in stagnis, & aquis, & aquarum cursibus, in piscariis, & omnibus emendationibus quæ in eisdem molendinis apponi possunt; & quatuor marcas reddit. in Bristoll, cum omnibus pertinentiis suis, (videlicet) de domo quæ fuit *Roberti* filii *Hardingi*, quam tenuit *David Laware*, duas Marcas: de Domo quæ fuit *Richardi Cordnariarii*, juxta *Pisam*, unam marcam; & de Domo *Petri Laware* in Baldstreet. unam marcam; & Domos meas de Billeswike cum omnibus pertinentiis suis, sine ullo retinemento; salvo tamen mihi, & hæredibus meis tantùm, ad custum nostrum proprium, hospitio nostro, cum illuc venerimus, absque gravamine, vel impedimento dictorum Magistri, & Capellanorum, & pauperum ibidem reficiendorum.

Concessi etiam pro me & hæredibus meis, quod si qua inter dictum *Mauritium*, & Canonicos Sancti *Augustini* de *Bristoll*, compactio, firmæ bladi aliquando exiterit, nulla, de cætero habeatur; & quod decedendo dicto Elemosinario nostro, administratio elimosinæ terræ, Molendinorum, reddituum, rerum, & possessionum, donec Magistrum habuerint, in manibus consistat dictorum Capellanorum, qui pro tempore fuerint; qui ex se, vel aliis, virum idoneum eligant, in Magistrum, ipsum mihi & hæredibus meis præsentantes, qui ad præsentationem meam, & hæredum meorum, per loci Diocesanum admittatur, & per eundem in dictarum elemosinarum Magister instituatur; Cui electo, si ego, vel hæredes mei aliquo tempore, causâ irrationabili, contraria velint, Dominus *Wigornienſis* Episcopus ipsum nihilominùs, ad dictorum præsentationem admittat Capellanorum, ipsiusq;, si in ordine, vel terris, rebus & possessionibus minus benè tractandis inhonestè se gesserit, causâ rationabili super hoc convictum amoveat; Aliumq; sicut prædictum est, admittat.

Volo etiam, quod unusquisq; dictorum centum pauperum, ad pondus quadraginta, & quinq; solidorum, panem accipiat, cum sufficienti potagio, cum farina avenæ parato; ad quem panem faciendum æqualiter ponatur de frumento fabarum, & ordeo vel siligine. Ego verò & hæredes mei, dicta Manerium, Molendina & reddit. & domos prædictas, cum omnibus pertinentiis suis, sicut prædictum est, dicto Magistro, & successoribus suis in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, contra omnes Mortales Warantizabimus, acquietabimus, & defendemus imperpetuum: Et ne ego, vel hæredes mei, aliquo tempore contra prædicta venire possimus, præsens scriptum sigilli mei munimine roboravi. His Testibus, venerabilibus patribus *Radulpho Cestrensi* Episcopo, Domini Regis Cancellario, *Huberto* de *Burgo* Comite *Kentiæ* & *Angliæ* Justiciario, *Joselino Bathoniensi* Episcopo, *Wiselmo Wigorn.* Episcopo, *Gilberto* de *Gaunt*, *Johanne Mareschallo*, *Jordano* de la *Warre* (&c.) *Gilberto* de *Shipton*, *Elia* de *Samford*, *Terrico*, Clerico.

HOSPITALE

de Glanford brigge *in agro* Eboracensi.

De Custode ejusdem Hospitalis per Adam Paynell *& hæredes suos præsentando.*

Ex Regist. Episc. *Linc.* (scil.) Rot. *Rob. Grosteste* anno secundo, in dorso.

OMnibus has literas visuris vel audituris, Episcopus, Decanus, & Cancellarius *Lincolniæ* salutem. Mandatum Domini Papæ, in hæc verba, suscepimus. *Gregorius* Episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Episcopo, & dilectis filiis Decano & Cancellario *Lincolniæ* salutem, & Apostol-

21. H. 3.

Apostolicam benedictionem. Nobilis vir *Radulphus Paynel* miles, patronus Hospitalis de *Ponte* Glanford, nobis conquerendo monstravit, quod Abbas & Conventus de Selby, *Eboracensis* diocesis, dictum Hospitale, quod de bonis progenitorum suorum, ad opus pauperum fundatum extitit & dotatum, in usus proprios converterunt in ejus præjudicium & gravamen: Itaque discretioni vestræ, per scripta Apostolica mandamus, quatinus partibus vocatis (&c.) Dat. Id. *Maii* Pontificatus nostri nono.

Hujus auctoritate mandati, partibus vocatis, & in præsentiâ nostrâ constitutis; pars actrix, scilicet dominus *Radulfus Paynel* miles instanter petiit justitiam sibi exhiberi, secundùm formam mandati Apostolici, & secundùm tenorem Cartæ, quam idem *Radulfus Paynel* habet ab Abbate & Conventu de Selby, cujus Cartæ tenor talis est.

Omnibus has literas visuris, vel audituris, *Alexander* Dei gratiâ Abbas de Selby, & ejusdem loci Conventus, æternam in Domino salutem: Noverit universitas vestra, nos concessisse, & hac nostrâ Cartâ confirmâsse *Adæ Paynell*, & hæredibus ejus, quod quemcunque per concilium nostrum de fratribus nostris, ad custodiam Hospitalis ad pontem de Glanford admiserit, ipsum ibidem omnibus diebus vitæ sine impedimento, vel contradictione nostri moram ibidem facere concedimus; ita quod, de bonis prædicti Hospitalis collatis, & à fidelibus caritate, prece, vel precio conferendis, nihil aliud faciet, nisi pauperes & egenos sustentare. Pars verò Abbatis & Conventus de Selby audito tenore memoratæ Cartæ confessa est in jure Cartam esse veram, & se velle secundùm vires possessionum & rerum, tam mobilium, quam immobilium ad Hospitale de Ponte de Glanford spectantium, tenorem memoratæ Cartæ, cum effectu & fideliter observare (&c.)

HOSPITALE

S. Bartholomæi *in villa* Glouc. cestriæ.

De prima Fundatione ejusdem.

Esc. 30 E. 3. n. 65.

JUratores dicunt per Sacramentum suum: quod tempore Domini *Henrici* quondam Regis *Angliæ*, filii Imperatricis, quidam *Nicholaus Walred* Capellanus incepit construere pontem vocatum Westbrugge. Ad quem quidem *Nicholaum* plures operarii confluxerunt; quibus, quidam *Willielmus Myparty*, quondam burgensis villæ *Glouc.* adhæsit, & quandam particulam terræ suæ, quæ de Domino Rege tenetur in Capite, ædificavit pro prædictis *Nicholao*, *Willielmo* & aliis operariis ibidem commorantibus, ubi Hospitale S. *Bartholomæi Glouc.* nunc ædificatur. Qui quidem *Willielmus* cum cæteris operariis & aliis infirmis utriusq; sexus, toto tempore vitæ suæ ibidem commoravit: Et sic ad opus operarii & infirmorum, domum prædictam promisit, & per longum tempus ante tempus memoriæ vixerunt in prædicta domo dicti *Nicholaus*, *Willielmus*, & alii eisdem adhærentes, tam operarii quam infirmi, semper uno presbytero in habitu Heremetico dictæ domus gubernatore, de elemosynâ fidelium viventes modo prædicto successivè continuerunt, usque ad tempus quo Dominus *Henricus* Rex, filius *Johannis* Regis, dedit per Cartam suam, ad petitionem & supplicationem dominæ *Alianoræ* tunc Reginæ *Angliæ*, consortis suæ, fratribus & sororibus Hospitalis S. *Bartholomæi* villa *Glouc.* peripsum Dominum *H.* Regem filium *Johannis* Regis in dictâ domo tunc primò constitutis, Ecclesiam S. *Nicholai Glouc.* prædictæ ad sustentationem infirmorum & pauperum Hospitalis prædicti, anno regni sui tertio decimo ..... domus prædicta vocabatur Hospitale.

Item dicunt, quod idem Dominus *H.* Rex, filius *Johannis* Regis, dedit dictis Fratribus & Sororibus Hospitalis prædicti, quandam particulam terræ de regiâ viâ villæ *Glouc.* prædictæ domui annexam, super quam constructus est eorum Cancella, anno regni sui *xlix.* Item dicunt, quod Dominus *H.* quondam Rex, filius *Johannis* regis, est primus Fundator & patronus dicti Hospitalis; & statim post donationem Ecclesiæ Sancti *Nicholai* prædicti, dicti Fratres & Sorores Hospitalis prædicti, petierunt à dicto Domino *H.* Rege filio *Johannis Regis*, licentiam eligendi Priorem dicti Hospitalis, licentiâ eisdem à Domino Rege concessâ, elegerunt quendam *Adam Garon* Priorem dicti Hospitalis, qui à dicto Domino Rege receptus fuit & confirmatus. Item dicunt, quod Episc. *Wigornienſis* ..... tempore donationis Ecclesiæ S. *Nicholai* prædicti, & prædecessores sui, dictum Hospitale hucusq; visitare consueverunt, quo jure seu titulo penitùs ignorant. In cujus (&c.) Dat. apud *Glouc.* die Martis proximâ post festum S. *Barnabæ* Apostoli, anno Regni regis *Edwardi* tertii à conquestu *xxx.*

Magister & tres fratres, præter pauperes. *Lel. Coll. Vol. 1. p. 79.*

Ho-

HOSPITALE

de Gretham *in Episcopatu* Dunelmensi.

Carta Roberti Dunelmensis *Episcopi de fundatione ejusdem.*

Cart. 23. H. 6. n. 30. per. Inspex.

RObertus Dei gratiâ, *Dunelmensis* Episcopus; omnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsens scriptum pervenerit, salutem in Domino sempiternam. Noveritis nos pro salute animæ nostræ, & animarum Regum *Angliæ*, Archiepiscoporum *Ebor.* Ecclesiæ; ac etiam omnium Episcoporum & monachorum *Dunelmensium*, necnon, & parochianorum nostrorum, & omnium fidelium defunctorum, de consensu Capituli nostri *Dunelmiæ*, dedisse & concessisse, & præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ* & S. *Cuthberto*, in quorum nomine & honore Hospitale de Gretham fundari fecimus, ac Magistro & fratribus dicti Hospitalis de Gretham Deo ibidem servientibus & servituris imperpetuum, ad sustentationem eorundem pauperum & egenorum, ad eundem locum confluentium, in puram, liberam & perpetuam elemosinam, totum Manerium nostrum de Gretham, cum suis pertinentiis, unà cum advocatione Ecclesiæ dicti Manerii; quam Ecclesiam post cessionem vel decessum *Mauricii* Clerici, qui præfatam Ecclesiam nunc tenet ad Hospitalitatem ibidem sustinendam, auctoritate pontificali in proprios usus eisdem Magistro & fratribus concedimus convertendam: Quod quidem Manerium habuimus de dono specialis amici nostri, Domini *Petri de Monteforti* ad divini nominis cultum augmentandum, & ad infirmorum & pauperum inopiis providendum, tam in mesuagiis, gardinis, terris arabilibus, pratis, pascuis & pasturis, quam in redditibus, homagiis, fidelitatibus & consuetudinibus, molendinis, sectis, wardis, releviis & escaetis, villenagiis, unà cum villanis, catallis, & eorum sequelis, & cum omnibus aliis pertinentiis, tam nominatis, quàm innominatis, ad dictum Manerium spectantibus. Habenda & tenenda dictis Deo & beatæ *Mariæ* & S. *Cuthberto*, & dictis Magistro & fratribus Hospitalis prædicti de Gretham, benè & in pacè, liberè & quietè imperpetuum, in liberam puram & perpetuam elemosinam, ut prædictum est, sicut aliqua elemosina liberiùs, melius, & quietiùs dari vel concedi poterit.

Volumus etiam, quod dictum Hospitale & Manerium prædictum, unà cum advocatione Ecclesiæ prædictæ, & Magistri & fratres dicti Hospitalis, & omnes homines sui de Gretham, quieti sint per totum Episcopatum nostrum, & totam potestatem nostram, ab omni *scotto*, *theolonco* & geldo in omnibus mercatis & nundinis nostris & passagiis, & omnibus auxiliis, tallagiis, pontium, murorum & castrorum, vicecomitum, coronatorum, & omnium ministrorum suorum, & omnibus sectis wapentakorum, comitatuum, marchiarum, curiarum, & omnimodis summonitionibus; ita quod nullus ballivus noster, vel successorum nostrorum de dicto Manerio de Gretham; nec de dicto Hospitali, nec de Magistris dicti Hospitalis se aliquo modo intromittant, nisi Magistri dicti Hospitalis vel Ballivi sui. Volumus etiam, quod Magister dicti Hospitalis & Fratres ejusdem, & omnes homines sui de Gretham quieti sint ab omnibus amerciamentis & finibus, & aliis forisfacturis coram Justiciariis nostris, vel aliis Ballivis nostris & successorum nostrorum; salva tamen nobis & successoribus nostris justiciâ mortis & membrorum. Prohibemus etiam ne Magistri prædicti Hospitalis ponantur in Placitum de aliquo tenemento suo, vel aliqua possessione suâ, nisi coram nobismet ipsis vel Justiciariis nostris itinerantibus, sed habeant omnes libertates & liberas consuetudines, quas regalis potestas nostra alicui domui dare vel concedere poterit. Qui verò hanc elemosinam nostram prædictam in aliquibus bonis augere, vel promovere voluerit, concedimus illis participationem omnium beneficiorum, quæ in prædicto Hospitali & Ecclesiâ nostrâ *Dunelmiæ* fiant imperpetuum: Universis verò contritis & confessis, qui de bonis sibi à Deo collatis, dicto Hospitali aliquis caritativè contulerint, vel Hospitali prædicto, Magistro & fratribus ibidem commorantibus in suis necessitatibus piè subvenerint, quadraginta dies de pœnitentiâ sibi injunctâ misericorditer relaxamus. Si qui verò præmissa vel aliquod præmissorum ausu temerario infringere, minuere, vel perturbare præsumpserint, indignationem omnipotentis Dei & beatæ *Mariæ* & S. *Cuthberti*, ac omnium Sanctorum noverint se incursuros. Et ut hæc omnia præmissa robur firmitatis optineant imperpetuum, Sigillum nostrum præsenti scripto duximus apponendum. Nos autem *Hugo* Prior *Dunelmiæ* & ejusdem loci Conventus, omnia & singula supradicta ratificantes, approbantes, ac de communi consensu & unanimi voluntate nostra confirmantes ad majorem securitatem & imposterum firmitatem, Sigillum capituli nostri, unà cum Sigillo venerabilis patris nostri Episcopi supradicti, præsentibus literis patentibus fecimus apponi. Data apud *Dunelmum* die sabati in crastino *Epiphaniæ* Domini, anno ab incarnatione Domini *MCCLxii.* pontificatus nostri anno *xi.*

HOSPITALE

S. Nicholai, S. Katherinæ, & S. Thomæ *Martyris de* Ellbrigge *in Civitate* Cantuariensi.

Carta Regis Edwardi *secundi donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Pat. 7 E. 2. p. 3. m. 31.

REx omnibus ad quos (&c.) salutem. Constitutionem & assignationem, quas *Willelmus Cokyn*, quondam civis *Cantuar.* fecit per scriptum suum, constituendo & assignando pauperes & infirmos Fratres Hospitalium S. *Nich.* S. *Kath.* & S. *Thomæ* Martyris de Ellbrig in *Cantuaria*, quæ simul sunt unita, hæredes suos imperpetuum, omnium terrarum & possessionum ac catallorum ipsius *Willelmi*. Et donationem, concessionem & confirmationem, quas *Hamo* de *Blen*, filius *Osardi* de *Crevecuer*, fecit per Cartam suam Rectori & fratribus prædicti Hospitalis S. *Thomæ* Martyris *Cantuar.* de terrâ illâ, quæ vocatur Nigrethe, cum pertinentiis; & de terrâ illâ quæ vocatur Williames mede; & de terrâ illâ proximâ, quæ vocatur Benetewe; & de unâ acrâ quæ jacet juxtà aquam versùs North, ex opposito de Prestecote; & de domo illâ, quæ fuit *Willelmi* & *Johannis*, fratrum prædicti *Hamonis*. Et de *xx. s. iii. d.* & tribus quadrantibus liberi redditus; & de *xvii.* gallinis, solvendis singulis annis præfatis Rectori & fratribus, per manus diversorum hominum, de terris quas iidem homines tenent in villâ de Blen, sicut præfato *Hamoni* reddi solebant, cum omni jure de prædictis terris; & de prædicto redditu & prædictis gallinis, in releviis, catibus, escaetis, in sectis Curiarum, & omnibus rebus ad præfatum *Hamonem* & hæredes suos modis omnibus pertinente: ita quod licitum foret prædictis Rectori & fratribus tenere Curiam suam de prædictis hominibus in villâ de Blen, ubicunque vellent in tenemento suo.

Et etiam concessionem, quam prædictus *Hamo* fecit per eandem Cartam suam eisdem Rectori & fratribus de libero exitu & communiâ in piscuis forinsecis & cheminis, semitis & aquis in villâ de Blen, ad omnia negotia sua facienda. Et similiter donationem, concessionem, & confirmationem, quas prædictus *Hamo* de *Blen* fecit per quandam aliam Cartam suam, Rectori & fratribus prædictis, de terrâ illâ, cum omnibus pertinentiis, quæ jacet in tenurâ de Blen, inter Nigrethe & Middeldiche. Et insuper remissionem & quietam clamantiam, quas *Ricardus* de *Becco*, filius *Willelmi* de *Becco* militis, per Cartam suam fecit Magistro & fratribus Hospitalis prædicti, de sex denariatis redditus, quos eidem *Ricardo* de *xxvi.* acris terræ, cum pertinentiis, quas habuerunt de dono *Willelmi* de *Burnes* annuatim reddere consueverunt. Necnon donationem & concessionem, quas prædictus *Ricardus* fecit eisdem fratribus, per eandem Cartam suam, de decem acris terræ, cum pertinentiis, in campo qui vocatur Wopping. Et similiter donationem, concessionem & confirmationem, quas *Radulphus* filius *Arnolai Tinctoris* fecit per Cartam suam, Fratribus & Sororibus Hospitalis prædicti, de terrâ quæ fuit ipsius *Radulphi* in parochiâ *omnium Sanctorum*, inter terram quæ fuit *Hamonis*, fratris ipsius *Radulphi*, & aquam de Sture; ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, Magistro & fratribus Hospitalis prædicti, & eorum successoribus concedimus & confirmamus, sicut Scriptum & Cartæ prædictæ rationabiliter testantur. In cujus (&c.) T. Rege apud *Cantuar. xxii. Febr.*

HOSPITALE

de Bolton *in agro* Northumbrensi.

Carta Roberti *de* Roos *de fundatione ejusdem.*

Ex Cod. MS. apud castellum de Belv. in armario Comitis *Rutlandiæ* a. 1641.

OMnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, hanc Cartam visuris vel audituris, *Robertus* de *Roos* salutem in Domino. Noverit universitas vestra, Comitis me pro salute animæ meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum, dedisse, concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ* & Hospitali Sancti *Thomæ* Martyris de Bovelton in Northumberland, & tribus fratribus & Capellanis, & tresdecim Leprosis masculis tantùm, & cæteris fratribus laicis in eodem Hospitali imperpetuum Deo servientibus, totam villam dictæ Bovelton, cum molendino & cum omnibus pertinentiis suis, infra villam & extra, sine aliquo retenemento; Et molendinum de Windrom, cum toftâ sectâ suâ, & omnibus pertinentiis; & dimidiam carrucatam terræ in Palerton, cum omnibus pertinentiis suis, quam *Will.* de *Palerton* vendidit mihi, sicut Carta ipsius *Willelmi* testatur. Et duas bovatas terræ cum omnibus pertinentiis suis in villa de Bilum, quas prædictus *Willelmus* mihi vendidit, & quas *Robertus Niger* tenuit; & servicium duarum bovatarum terræ in Palerton, quas *Rogerus* de *Coppegrave* tenet in feodo & hæreditate. Et in *Lincolniensi* diœcesi totam villam de Stronton juxta Graham, & Ecclesiam ejusdem villæ, cum omnibus pertinentiis earum, sine aliquo retenemento. Et omnes terras cum pertinentiis suis, quas habui in duabus Paunton, juxta Stronton, quæ terræ pertinent ad dominium ejusdem villæ de Stronton, & molendina

Vide Claus. 11. H. 3. m. 13.

molendina mea de Strorton & de prænominatis *Pantonis*. Et in *Eborasyre* totam terram meam cum pertinentiis suis, quam *Brianus Grandys* mihi vendidit in Cluel & in Swaneslaud, cum pastura sufficiente trecentis ovibus juxta *Humbriam*, sicut Carta ipsius *Briani* testatur. Et in Midelton juxta Dalton unum molendinum ventriticum, cum pertinentiis suis. Et in Garton unum toftum & unum croftum, quod *Reinerus* de Garton mihi vendidit.

Hæc omnia suprascripta dedi, concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi prædictis fratribus in liberam, puram & perpetuam elemosinam ita liberè & quietè, sicut aliqua elemosina liberiùs & quietiùs dari potest. Præterea noveritis me, pro tranquillitate & indempnitate prædictorum fratrum conservandis, dedisse, concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmàsse præfatum Hospitale liberum, solutum, & quietum de me & hæredibus meis imperpetuum; Ita quod nec ego, nec hæredes mei, nec homines mei dominatione vel potestate aliquâ, vel aliquo alio modo, aliquod jus vendicabimus nobis in prædicto Hospitali, hospitandi, vel perendinandi, vel aliquo disponendi; Et prædictos fratres liberos servabimus à perendinatione hominum, equorum, canum, avium nostri vel hæredum nostrorum. Et sciendum est quod Magister prædicti Hospitalis sibi & Capellanis & prædictis fratribus ordinatè, liberè & licitè in victu & vestitu, de elemosinis collatis & conferendis, necessaria ministrabit, & omnia quæ superfuerunt de ipsis elemosinis, in susceptionem pauperum & peregrinorum ministrabit.

Ad hæc sciatis me constituisse Abbatem *Ryvallis* & Priorem de Kyrkham præcipuos Custodes prædictæ domus, ex consensu Conventuum suorum, tam in Magistro ibidem eligendo, ordinando, quàm in cæteris rebus corrigendis in eadem domo, tam in capite quam in membris, per seipsos vel per vices eorum gerentes; nec alter eorum sine altero in eadem domo aliquid disponere præsumat. Cum autem Magister prædicti loci obierit, vel Magistratum fortè resignaverit, vel ad aliquam aliam placeam vocatus fuerit, prædicti Abbas & Prior Magistrum, scilicet Capellanum, loco ejus subrogabunt, quemcumq; ad hæc ydoneum invenerint, infra domum illam vel extra, dum tamen habitum ejusdem domus habeat. Si vero aliquis Magistrorum enormiter deliquerit, & post primam, secundam, & tertiam ammonitionem contumax, rebellis, & incorrigibilis repertus fuerit, per prædictos Abbatem & Priorem ab officio suo amoveatur, vel à domo illa penitùs eliminetur, si tamen ipsam demeruerit, & alius qui dignus fuerit loco ejus subrogetur. Ego autem & hæredes mei manutenebimus, warantizabimus, defendemus & acquietabimus prædictum Hospitale & omnes suprascriptos libera, quieta & absoluta ab omnibus serviciis & exactionibus & consuetudinibus, tam Regiis quàm aliis, versùs Reges & omnes dominationes, & omnes homines, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, & prædictum Hospitale in omnibus servabimus indempne. Hiis testibus, Magistro *Stephano*, *Cantuariensi* Archiepiscopo, Domino *Waltero* de *Grey*, *Eboracensi* Archiepiscopo, Domino *Ricardo* de *Marisco*, *Dunelmensi* Episcopo, Domino *Hugone* de *Welles*, *Lincolniensi* Episcopo. Magistro *Rogero* de *Insula*, Decano *Eboracensi*; Magistro *Willielmo* de *Thorney*, Decano *Lincolniensi*; *Willielmo* Abbate *Rievallis*; *Adam* Abbate de Melroos, *Willielmo* Abbate *de Valle Dei*, ... Abbate de Alnawyke, cum multis aliis.

HOSPITALE

de Basingstoke *in agro* Suthamptoniensi.

De fundatione ejusdem.

REx Magistro N. de *Retlond* Officiali *Winton.* salutem. Cum ex privilegio regibus *Angliæ*, prædecessoribus nostris & nobis in ipsis, à primâ institutione Christianæ religionis concesso, liberæ semper Cantariæ in singulis domibus & nostræ fundationis, & maximè in propriis dominicis nostris hactenùs habitæ sunt & optentæ: Ac nos in Hospitali nostro de Basingestoke, quod in proprio dominico nostro ad sustentationem ministrorum Altaris Christi ad imbecilitatem vergentium fundavimus; auctoritate nichilominus venerabilis patris *O.S. Adriani* Diaconi Cardinalis, Apostolicæ sedis legati, interveniente; divina, prout convenit, fecerimus & mandaverimus celebrari, dilectionem vestram rogamus, ne custodibus vel fratribus Hospitalis prædicti, super eorum Cantariâ prædictâ, molestiam aut impedimentum inferatis, vel procuretis inferri. Vobis insuper prohibemus, ne sicut honorem nostrum & Coronæ nostræ, & ..... nostræ conservare tenemini, ipsos contra privilegium nostrum prædictum in placitum inde trahere præsumatis, T. Rege apud Wodestoke *viii.* die *Julii*.

Claus. 52. H. 3 m. 5. in dorso.

HOSPITALE

S. Katherinæ *juxta turrim* Lond.

Carta Alianoræ Angliæ *Reginæ de Fundatione ejusdem.*

Cart. 10. E. 2 n. 8.

Videsis Pat. 4. R. 2. p. 1. m. 6. Et Pat. 6. E. 3. p. 2. m. 25.

ALianora Dei gratiâ *Angliæ* Regina, Domina *Hyberniæ*, & Ducissa *Acquitaniæ*, omnibus ad quos præsens Charta pervenerit, salutem in Domino sempiternam. Noveritis nos, in ligia viduitate nostrâ, pro nobis & hæredibus nostris imperpetuum, pro salute animæ celebris memoriæ Domini *Henrici* Regis *Angliæ*, Domini nostri, & pro salute animæ nostræ; & animarum Regum, & Reginarum nobis antecedentium, & succedentium, Antecessorum, & amicorum nostrorum, in puram, & perpetuam elemosinam dedisse, concessisse, & hac præsenti Cartâ nostrâ confirmasse Deo & Hospitali sanctæ *Katherinæ* apud *Lond.* extra *Turrim Lond.*, ac fratri *Thomæ de Lechelade*, quem in eodem Hospitali Magistrum ac Custodem, de concensu venerabilis patris *Hen. Lond.* Episcopi; præfecimus, ac fratribus Deo servientibus, & eorum successoribus imperpetuum, ibidem Deo servituris, omnes terras, redditus, & tenementa cum suis juribus, esiamentis, libertatibus, & liberis consuetudinibus, quæ aliquo tempore habuimus in villis de Reuham, & Berclope in Comitatu *Cantiæ*; & in villâ de Rued in Com. *Hertfordiæ*, sicut nos eos meliùs, & liberius tenuimus, vel tenere potuimus. Et quandam partem terræ, jacentem in Est-Smithfield, quæ aliquando fuit *Hamundi* filii hæredis *Johannis Tegulatoris*, quæ continet in latitudine, versùs, Aquilonem, *xiiii.* ulnas, & tria quarteria unius ulnæ ferreæ Domini Regis; ac in latitudine versùs Austrum decem & octo ulnas & dimidium quarterium unius ulnæ; & in longitudine ab Aquilone versùs Austrum, *Lxiiii.* ulnas & quarterium unius ulnæ.

Habendum, & tenendum omnia & singula prædicta, cum omnibus pertinentiis suis, libertatibus, & liberis consuetudinibus, ad prædicta tenementa pertinentibus, præfatis Magistro, & fratribus, & eorum successoribus, unà cum omnibus tenentibus de feodo prædictarum terrarum, de nobis, & hæredibus nostris, tanquam puram & perpetuam elemosinam nostram imperpetuum, quieram de omnimodo seculari servitio; ita tamen, quod non liceat prædicto Magistro, nec fratribus, nec eorum successoribus, præfata tenementa alienare, nec alicui assignare, ad deteriorationem, seu diminutionem elemosinæ nostræ prædictæ. Reservantes nobis, & Reginis *Angliæ*, nobis succedentibus, plenam & liberam potestatem ordinandi, sive providendi Magistrum, seu Custodem idoneum, in Hospitali prædicto, de fratribus Hospitalis prædicti, vel ejus post mortem, sive cessionem cujuscunq; Custodis imperpetuum, ac etiam mutandi articulos quoscunq; in præsenti Chartâ contentos, ad meliorationem Hospitalis prædicti, secundùm quod nobis, & Reginis *Angliæ* nobis succedentibus, prævià ratione videbitur expedire.

Nos vero, & hæredes nostri omnia prædicta tenementa, cum suis pertinentiis, præfato fratri *Thomæ*, & fratribus ejusdem Hospitalis, & eorum successoribus, cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus, ad prædicta tenementa pertinentibus, contra quoscunq; mortales imperpetuum warrantizabimus, defendemus & acquietabimus: Volentes, & ordinantes, ex nunc imperpetuum, de exitibus prædictarum terrarum, reddituum, & tenementorum præscriptorum, sustententur tres Fratres sacerdotes, unà cum Magistro dicto Hospitalis, quorum unus singulis diebus *Missam* de gloriosâ Virgine *Maria*; alius pro animabus prædictis servicium de die solemniter, & devotè divina celebrabit in Hospitali prædicto: Et quod singulis diebus per annum, usq; ad *xv^{i}.* diem mensis *Novembris*; videlicet, usq; ad diem beati *Edmundi* Archiepiscopi & Confessoris dentur viginti quatuor pauperibus, pro animabus prædictis duodecem denarii, secundùm ordinationem Magistri, sive Custodis prædicti Hospitalis, & successorum suorum; & dicto die Sancti *Edmundi* Confessoris; videlicet, die Obitus præfati Domini *Henrici* Regis, Domini nostri, mille pauperibus, singulis unus obolus erogetur in formâ supradictâ: De quibus viginti quatuor pauperibus prædictis, sex sint pauperes scolares, qui & in Ecclesiâ Capellanis assistent in adjutorio divini obsequii cum hiis pro suo studio, commodè poterint vacare, & eorum meritis, & auditori cum diligentiâ uberiùs respici mereantur de Ecclesiâ Hospitalis prædicti, salvis Fratribus & Sororibus in Hospitali prædicto, priùs extentibus exhibitione suâ, secundùm quod hactenùs rationabiliter habere consueverunt; Ita tamen, quod si aliquis prædictorum Fratrum, vel Sororum in fata decesserit, loco ipsius decedentis, frater Clericus, vel Laicus, vel fœmina substituatur ad ordinationem nostram, & Reginarum *Angliæ* nobis succedentium, secundùm vires Hospitalis prædicti. Vide Claus. 9. E. 3. p. 2. m 2.

Volumus etiam, & ordinamus, quod omnes Reginæ, post obitum nostrum, nobis succedentes, jus advocationis, sive patronatus dicti Hospitalis habeant, pro ipsius conservatione, tuitione, & elemosinæ nostræ prædictæ augmentatione, sive defensione, imperpetuum; Et cum futuris temporibus accreverint possessiones Hospitalis prædicti, numerus Capellanorum, pauperum, Clericorum, & fœminarum augeatur in formâ prædictâ, secundùm vires augmentationis bonorum in Hospitali prædicto. In cujus rei testimonium præsenti Chartæ sigillum fecimus apponi, Dat. apud Lacome quinto die *Julii*, Anno Domini *MCC Lxxiii.* 1173. His Testibus, Domino *Willielmo* tunc Priore de Mutlelham, Dominis *Thoma* de *Audeham*, *Benedicto* de *Blakenham*, tunc seneschallo domus nostræ, *Willielmo Mause*, *Guidone Ferre* militibus;

Conventualis Ecclesiæ Hospitalis S CATHARINÆ

Iuxta Turrim LONDON: a Meridie prospectu
In filialem erga Ecclesiam
Anglicanam honorem
GULIELMVS PETIT
Eboracensis,
e Familia PETITORVM in COR
NVBIA oriundus, ac Hospicij
Medij Templi LONDON socius
hoc posuit

militibus; *Symone* de *Stanbregg*, *Alexandro* de *Bradeham* Capellanis nostris, *Hugone* de *Penna*, & *Richardo* de *Stoteford*, Clericis nostris; *Guidone* de *Tantone*, *Richardo* de *Pevenesey*, *Henrico* de &c.

HOSPITALE

S. Johannis Baptistæ *in Civitate* Exonienſi.

Lel. Coll. Vol. 1. p. 76.

Ilbertus & *Joannes*, mercatores de Creestre, & filii *Johannis Lorge*, fundatores. Modernus Episcopus *Exon.*

Quinque Presbyteri, novem pueri, *xii.* pauperes.

HOSPITALE

S. Pauli *de* Norwich.

Lel. Col. Vol. 1. p. 59.

Ewardus secundus Episcopus *Norwicensis*, Fundator.

HOSPITALE

Ibid.

S. Ægidii *in* Norwich.

Walterus Suffeld, alias *Calthorpe*, Episcopus *Norwicensis*, fundador. Magister, tres Presbyteri & *xii.* pauperes mulieres, sorores.

HOSPITALE

de Welle *in agro* ....

Licentia Regis Edwardi *tertii, concessa* Radulpho *de* Neville, *pro fundatione ejusdem.*

Pat. 16. E. 3. p. 1. m. 8

Ex (&c.) Sciatis, quod de gratiâ nostrâ speciali, concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilecto & fideli nostro *Radulpho* de *Neville*, quod ipse unum Hospitale pro certis Hospitalitatibus pauperum, & infirmorum, & aliis caritatis operibus in eodem Hospitali inveniendis & sustentandis, apud villam de Welle, de novo fundare; & *xii.* mesuagia, *xii.* coragia, *CCC.* acras terræ, *xxx.* acras prati, cum pertinentiis in eadem villâ de Welle & Snape; & advocationem Ecclesiæ dictæ villæ de Welle, quæ de nobis ut de Honore *Richemundiæ* in manu nostrâ per mortem *Johannis* nuper Ducis *Britanniæ* & Comitis *Richemundiæ*, existente tenetur; & quæ quidem mesuagia, coragia, terra & pratum cum pertinentiis valent per annum *xx.* libr. sicut per Inquisitionem indè (&c.) est compertum; dare possit & assignare tribus Capellanis in dicto Hospitali per ipsum *Radulphum* statuendis, divina singulis diebus in dicto Hospitali, cum sic fundatum fuerit, pro salubri statu ipsius *Radulphi*, dum vitam duxerit in humanis, & pro anima suâ, cum ab hac luce migraverit & pro animabus antecessorum suorum, & omnium fidelium defunctorum, celebraturis: Habenda & tenenda eisdem Capellanis & successoribus suis, divina, ut præmittitur celebraturis, pro sustentatione eorundem, & pro dictis Hospitalitatibus & aliis caritatis operibus, juxta ordinationem prædicti *Radulphi* ibidem inveniendis & sustentandis imperpetuum. (&c.) In cujus (&c.) T. Rege apud *Westm.* quinto die *Maii.*

HOSPITALE

de Pontfract *in agro* Eboracensi.

Licentia regia de Fundatione ejusdem.

Pat. 15. E. 3. p. 3. m. 2.

Ex omnibus ad quos (&c.) salutem. Constat nobis per inspectionem Rotulorum Cancellariæ nostræ, quod nos nuper literas nostras patentes, sub sigillo, quo tunc utebamur, fieri fecimus in hæc verba, *Edwardus* Dei gratiâ Rex *Angliæ* (&c.) Sciatis quod per finem quem *Willelmus* le *Tabourere* fecit nobiscum, concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, eidem *Willielmo*, quod ipse in uno messuagio suo, cum pertinentiis, in villâ de *Pontefractto*, quoddam Hospitale de novo fundare, & unum oratorium in honore Dei & gloriosæ Virginis *Mariæ*, matris suæ, infra Hospitale illud, ac alias domos pro inhabitatione cujusdam Capellani, & octo pauperum in eadem recipiendorum, ibidem facere & construere; ac mesuagium prædictum cum pertinentiis eidem Capellano divina singulis diebus in oratorio prædicto celebraturo, & dictis pauperibus in Hospitali illo, sic recipiendis, dare & assignare possit. Concessimus etiam & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, *Roberto* de *la More*, quod ipse decem solidatas redditus cum pertinen-

tinentiis in eadem villâ de *Pontefracto*, *Willielmo* le *Coupere*, quod ipse decem solidatas redditus, cum pertinentiis in eadem villâ, *Thomæ* de la *Sale* quod ipse *xvii d.* redditus cum pertinentiis, in eadem villâ, & *Adæ Ermys*, quod ipse *xvi.* acras terræ, cum pertinentiis in Darthagtone similiter dare possint & assignare præfatis Capellano & pauperibus; habendas & tenendas, una cum prædicto messuagio per dictum *Willielmum* le *Taburere* sic dando & assignando, eidem Capellano & successoribus suis, divina in oratorio prædicto singulis diebus celebraturo, ac præfatis pauperibus & eis succedentibus in eodem Hospitali recipiendis, juxta ordinationem præfati *Willielmi le Taburere* indè faciendam, in subsidium sustentationis ipsorum Capellani & pauperum imperpetuum; quæ eidem messuagium & redditus, cum pertinentiis, de *Philippo* Regina *Angliæ*, consorte nostra karissima, ut de Honore de *Pontefract*, quem tenet ad terminum vitæ suæ, ex concessione nostrâ, & prædicta terra, cum pertinentiis de *Johanne de Whitelay* tenentur, (&c.) Teste meipso apud **Rokesburghe** primo die *Decembris*, anno Regni nostri octavo. Nos autem tenorem literarum nostrarum prædictarum, (&c.) duximus exemplificandum. In cujus, (&c.) T. Rege apud **Notingham** *xxiii.* die *Januarii*.

HOSPITALE

de Elsing-spittel *in Civitate* Lond.

Carta Fundationis ejusdem.

Ex ipso autogr. in bibl. *Hatton.*

Videsis Pat. 4 E. 3. p. 2. m. 6.

& Pat. 16. E. 3. p. 1. m. 14.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Willielmus* de *Elsyng*, civis *Lond.* Fundator domus, Collegii unius Custodis & quatuor presbyterorum secularium; ac Hospitalis miserabilium personarum; quam, in honorem beatæ *Mariæ* Virginis, in tenementis & domibus meis, quæ habui in parochiis Ecclesiarum S. *Alphegi* & beatæ *Mariæ* de **Aldermanneburv**, *Lond.* de consensu tam illustris principis, Domini *Edwardi* Dei gratiâ, Regis *Angliæ*, post conquestum tertii, cuàm venerabilis patris, Domini *Stephani*, Dei gratiâ, *Lond.* Episcopi, ac dominorum Decani & Capituli S. *Pauli Lond.* fundavi: Ad cujus domus, Collegii & Hospitalis fundationem, duxi conferenda omnia tenementa, domus & redditus, quæ habui in parochiis Ecclesiarum S. *Laurentii* in Judaismo, beatæ *Mariæ* de **Aldermanbury**, S. *Alphegi*, & S. *Martini Pomer. Lond.* existentia, limitata, adhærentia & designata, prout in Cartis & munimentis, super hiis confectis, plenius continetur; dedi concessi & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi dictam domum Collegii & Hospitalis, cum omnibus tenementis, domibus & redditibus supradictis, Deo, beatæ *Mariæ* Virgini, beato *Paulo*, & omnibus Sanctis, ac Decano & Capitulo Ecclesiæ S. *Pauli Lond.* qui dictam Ecclesiam beatæ *Mariæ* de **Aldermanneburv**, eorum patronatus, de voluntate, auctoritate & consensu venerabilis patris, Domini *Stephani* Dei gratiâ *Lond.* Episcopi, dicto Hospitali appropriârunt & consolidârunt; ita quod dicti Decanus & Capitulum, jus patronatus habeant simul in utrisq; tanquam in beneficiis unitis & consolidatis imperpetuum.

Et dicti Decanus & Capitulum, de communi consensu & assensu unitum, utriusq; beneficii tanquam unius & ut veri patroni utriusq; sic unitorum, Custodem & Rectorem, suo jure libere præficiant; & similiter duos presbyteros; *viz.* primum & secundum de numero quatuor presbyterorum in dicto Hospitali præficiendorum perpetuo celebratorum divina, in Hospitali prædicto, ad nominationem Canonicorum Stagiariorum dictæ Ecclesiæ *Londonensis*, secundùm morem Ecclesiæ memoratæ; salvo mihi *Willielmo* prædicto, nominatione de tertio & quarto presbyteris, in dicto Hospitali præficiendis, ad nominationem meam; aliorum verò alterius, quos vel quem ad hæc duxero assignandos, per dictos Decanum & Capitulum, juxta nominationem hujusmodi admittendos ad perpetuas Cantarias prædictas. Dictus verò Custos Hospitalis prædicti, &. Rector Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de **Aldermanbury**, ipsa beneficia sic simul tenens unita, in admissione & institutione suâ, curam animarum parochiæ dictæ Ecclesiæ beatæ *Mariæ*, & personarum in dicto Hospitali degentium, & in fraternitatem dictæ domus admissarum, à prædictis Decano & Capitulo recipiat; & juret ad sancta Dei Evangelia fidelitatem dictis Decano & Capitulo Ecclesiæ S. *Pauli*, & quod pensionem antiquam, unius marcæ, ipsis Decano & Capitulo à dictâ Ecclesiâ debitam; & insuper de dicto Hospitali dimidiam marcam, per me Fundatorem dicti Hospitalis, in hac ejus fundatione impositam & concessam, in signum subjectionis Ecclesiæ S. *Pauli*, in quatuor terminis compotorum Capituli consuetis, Camerario dicti Capituli, in Ecclesiâ *S. Pauli*, supradicta, fideliter persolvet annuatim imperpetuum: Quodq; negotiis & utilitati dictorum Ecclesiæ & Hospitalis duntaxat intendet, dum officium gesserit Rectoris Ecclesiæ, & custodis Hospitalis prædictorum.

Teneatur insuper idem Rector & custos, ultra numerum quatuor presbyterorum dicti Collegii, invenire in dictâ Ecclesiâ de **Aldermanneburv**, unum idoneum presbyterum parochialem, per dictos Decanum & Capitulum appobandum, qui dictæ Ecclesiæ debitè deserviat; & parochianis sacramenta & sacramentalia ministret, secundùm antiquum morem Ecclesiæ supradictæ. Et provideat idem Rector & custos per omnia, ne dicta Ecclesia vel ejus parochiani, debito regimine & obsequiis aliquatenus defraudentur.

Nullus

Nullus insuper in Custodem præficiatur, vel presbyterum dicti Hospitalis admittatur, nisi sit in ordine sacerdotali constitutus; nec qui beneficium Ecclesiasticum, vel officium quodcunq; alibi optinet, nisi illud beneficium & officium actualiter dimiserit ante sui admissionem, & per resignationem expressam. Et si talis ad nissus in dicto Hospitali, alibi, beneficium aliquod vel officium assequitur, in futurum; tunc jus suum, quod habet in Hospitali prædicto, amittat ipso facto, & absq; aliquo processu judiciario amoveatur penitùs per dictos Decanum & Capitulum à dicto Hospitali, tam ex officio, quam ad prosecutionem vel insinuationem reliquorum de Collegio, qui majorem partem dicti Collegii faciunt.

Et juxta modum & formam concessionis mer prædictæ præfectionis Custodis & duorum presbyterorum, *viz.* primi & secundi; dicti Decanus & Capitulum conjunctim die confectionis præsentium, Dominum *Johannem* de *Catelogne* Capellanum, nullum aliud beneficium habentem, in dicti Hospitalis Custodem præfecerunt, & juramento, in modum ordinationis istius, ab eodem primitùs recepto, ipsum in corporalem possessionem dictæ custodiæ mittendum fore, demandârunt statim ibidem: Et Magister *Willielmus* de *Reynham* Canonicus stadiarius dictæ Ecclesiæ S. *Pauli*, Dominum *Adam* de *Curri* Capellanum, loco primi Capellani: Et Magister *Thomas* de *Segrave* Canonicus stadiarius dictæ Ecclesiæ S. *Pauli*, Dominum *Willielmum* de S. *Albano* Capellanum, loco secundi Capellani, dictis Decano & Capitulo nominârunt, tunc ibidem secundùm cursum suum & modum superiùs nominatum.

Et ego *Willielmus* de *Elsynge* prædictus, juxta modum reservationis nominationum duorum presbyterorum, *viz.* tertii & quarti pro me factæ dicti Decano & Capitulo, nomino Dominum *Nicholaum* de *Croddeworth*, pro tertio, & Dominum *Johannem* de *Redynggs* pro quarto Capellano, in perpetuos presbyteros celebraturos & ministraturos in Hospitali supradicto. Quos quidem presbyteros omnes, tam per dictos Canonicos stadiarios, quam per me nominatos, præfati, Decanus & Capitulum statim admiserunt; recepto ab eis juramento, juxta formam ordinationis istius, ipsos & eorum quemlibet, in possessionem corporalem suæ Cantariæ induci demandaverunt. Et ad warantizandum & defendendum dicta Collegium & Hospitale, & ejus tenementa Decano & Capitulo, Custodi & Presbyteris supradictis, & eorum successoribus quibuscunq; contra omnes, me & hæredes meos obligo per præsentes. Regula autem, secundùm quam dicti Custos, Presbyteri ac miserabiles personæ dicti Hospitalis debent conversari in Hospitali prædicto de consensu venerabilis patris, Domini *Lond.* Episcopi; ac dominorum Decani & Capituli supradictorum, Canonicè juxta votum meum ordinata præsentibus est expressa, sub hac formâ.

Præfectus quidem ad officium Custodis dicti Hospitalis admissione suâ ad officium hujusmodi, & institutione, corporale, coram admittente & instituente, præstet juramentum; quod bona Hospitalis beatæ *Mariæ* antedictæ, ad ipsum spectantia & provenientia, benè & fideliter administrabit, & eadem ad utilitatem ejusdem Hospitalis & ministrorum ejusdem, totaliter converter; & quod singulis annis de hujusmodi bonis, coram duobus dicti Hospitalis Presbyteris, ad hoc deputatis, rationem & computum fideliter redder, & quatenus, si possibile erit, die redditionis hujusmodi compoti, reliquum in medium conferret; & has Ordinationes, quoad se observabit, & ab aliis Presbyteris faciet observari.

Præterea volo & dispono, quod infra triduum, postquam hujusmodi nominatus, est ad officium Custodis dicti Hospitalis admissus, & in eodem institutus, ac in corporalem possessionem ejusdem Hospitalis, tanquam ejus Custos, inductus, omnes Presbyteri dicti Hospitalis, cum novo Custode conveniant, & infra scriptam Archam communem appareant, & contenta in eadem videant & noterit, & tunc ibidem clavis dictæ Archæ, quam prior Custos gessit, novo Custodi tradatur.

Præfectus quidem & admissus ad Cantariam & locum Presbyteri in Hospitali prædicto, literas admissionis suæ hujusmodi Custodi dicti Hospitalis teneatur ostendere; & antequam aliquod emolumentum in dicto Hospitali recipiat, corporale præstet juramentum, quod has Ordinationes observabit, & quatenus, si possibile fuerit, faciet observari. Utilitatem Hospitalis beatæ *Mariæ* prædicti, & ministrorum ejusdem, quatenus si possibile erit, procurabit. Cum interrogatus fuerit super negotiis dicti Hospitalis, melius consilium, quod noverit, dabit. Secreta consilia dictum Hospitale & eius ministros tangentia, non revelabit, & quod Custodi dicti Hospitalis, qui pro tempore fuerit, in licitis & honestis obediens erit. Ad hæc, tam dicti Custos, quam Presbyteri jurabunt, tactis sacrosanctis, quod cum quum primum alibi beneficium vel officium aliquod fuerit assecutus, extunc à dicto Hospitali pacificè recedet, ac jus & possessionem quæ habuit in dicto Hospitali vel ejus Custodiâ, aut Cantariis, infra triduum omnino dimittet, absq; quolibet processu & fine lite. Et volo, quod in absentiâ Custodis dicti Hospitalis, hujusmodi admissus ad Cantariam & locum in Hospitali prædicto, coram seniori Presbytero, qui in dicto Hospitali inventus fuerit, literas, sicut præmittitur, ostendat, & juret vel offerat se paratum ad jurandum, ne hujusmodi admissus, per dolum & fraudem desiderio suo frustretur.

Item super modo dicendi & celebrandi divina in Hospitali prædicto, sustentatione, vitâ & conversatione dictorum Custodum & Presbyterorum, & successorum eorundem quorumcunq; omnibus futuris temporibus observandis & tenendis, ac hospitalitate in dicto Hospitali tenenda & habenda; volo, & quatenus ad me

pertinet in præsenti meâ donatione & concessione dispono, ordino & constituo, quod dicti Custos & Presbyteri & eorum successores quicunq;, omni tempore futuro, singulis diebus feriatis, in aurorâ diei, pulsatis primitùs Campanis in Capellâ dicti Hospitalis, conveniant; & superpelliciis & amuciis induti, *Matutinas* ac horas Canonicas, juxta institutionem Ecclesiasticam de die tractatim punctando, & apertâ pronuntiatione dicant, & diebus dominicis & festivis, prout diei sollempnitas requirit, decantent; singuliq; successivè Chorum regant suis septimanis, solo Custode excepto, quem propter labores quos passurus est exteriùs, quoad hoc specialiter exonero.

Quibus quidem *Matutinis* & horis, sic ut præmittitur, decantatis, Custos & Presbyteri dicti Hospitalis, qui non sunt ad alium servicium vel officium divinum diei ordinati, *Missas* suas successivè, in Capellâ dicti Hospitalis, vel alibi, prout per Custodem fuerit ordinatum, celebrent: & postea tam Custos, quàm cæteri omnes Presbyteri dicti Hospitalis, Infirmos ejusdem Hospitalis in eodem jacentes & languentes, ante horam tertiam cujuslibet diei, visitent, & eorum indigentiam & dolores, quatenus sciunt & commodè poterint, relevent & mitigent, & procurent relevari & mitigari. Et subsequenter, circa horam tertiam cujuslibet diei, pulsatis primitùs Campanis, conveniant Custos & omnes alii Presbyteri dicti Hospitalis, in Capellâ ejusdem Hospitalis, & superpelliciis & amuciis induti, *Missam* de die, prout diei sollempnitas requirit, decantent; ita quod hujusmodi *Missa* singulis diebus, circiter horam nonam, finiatur: & eâ finitâ, Custos & omnes Presbyteri dicti Hospitalis, domum unam ad refectionem eorundem in dicto Hospitali ordinatam, ingrediantur, & juxta facultates & ordinationem Custodis dicti Hospitalis, uniformiter inibi simul reficiantur.

Conveniant etiam Custos & Presbyteri omnes dicti Hospitalis, singulis diebus ante horam *Vesperarum*, in Capella supradictâ, & servicium mortuorum pro omnibus fidelibus defunctis, devotè & apertâ pronuntiatione, dicant, ebdomodario inchoante & Chorum regente. Quo dicto, simul omnes, superpelliciis & amuciis induti, *Vesperas* & *Completorium*, de die, prout diei sollempnitas requirit, decantent. Et postea, simul omnes dictam domum refectionis, vel saltim illi qui voluerint, ad cenandum ingrediantur, & ibidem sic ut præmittitur, reficiantur; & extunc intra clausuram dicti Hospitalis incedant, deambulent, & Infirmos ejusdem Hospitalis, sic ut præmittitur, visitent.

Custos etiam dicti Hospitalis omni die provideat, quod unus de ipsius Hospitalis Presbyteris, in aurora cujuslibet diei sequentis, in Capellâ dicti Hospitalis, Missam celebret; & sic, expleto divino officio, simul omnes, tam Custos, quàm cæteri Presbyteri dicti Hospitalis, in unâ domo indivisâ, & absq; parietis medii interjectione, intra ipsum Hospitale, noctis tempore decumbent. Supradictum autem modum dicendi & celebrandi divina, illis dictus & temporibus duntaxat volo observari, quibus institutiones & consuetudo Ecclesiæ, aliud tempus, seu alium modum, ad divinum officium celebrandum non disponunt.

Volo etiam, & præsenti meæ donationi adjiciendo dispono, ordino, & constituo, quod Dominus *Johannes* de *Cateloigne*, deputatus Custos Hospitalis beatæ *Mariæ* prædicti, & ejus successores ejusdem Hospitalis Custodes, qui pro tempore erunt, omnes redditus & proventus ad ipsum Hospitale, qualitercunq; spectantes, & provenientes, suis successivis temporibus petant, exigant & recipiant; & pro omnibus oneribus dicto Hospitali incumbentibus singulis respondeant: Et se, & quatuor compresbyteros suos dicti Hospitalis, duos Clericos familiares necessarios pro se & compresbyteris suis prædictis, prout in præsenti meâ Cartâ & ordinatione continetur, alant & sustentent.

Et specialiter provideat quilibet Custos dicti Hospitalis, quod singulis annis, quatuor compresbyteri sui dicti Hospitalis, infra tres dies post festum *Nativitatis* beatæ *Mariæ* Virginis, de panno ejusdem coloris vestiantur; ita *viz.* quod quilibet de quatuor Presbyteris dicti Hospitalis habeat unam robam integram, *viz.* tunicam, supertunicam, longum tabardum & Capucium cum furrurâ ad supertunicam & Capuciam; ita quod pretium robæ cum furruris ad supertunicam & Capuciam, non excedat *xxx.* sol. Et quia oportebit Custodem dicti Hospitalis plus cæteris compresbyteris ejusdem Hospitalis laborare, & eorum ordinariis suis, & aliis, tam pro se, quàm pro negotiis dicti Hospitalis se frequenter representare; volo quod quilibet Custos dicti Hospitalis, de panno similis Coloris, cum panno compresbyterorum ejusdem Hospitalis, tempore supradicto, tunicam, supertunicam, longum tabardum, & Capucium cum furruris ad supertunicam & Capuciam habeat; ita quod pretium hujusmodi indumentorum, pro Custode, non excedat *xl.* sol.

Et quia Ministri dicti Hospitalis sunt, & eorum successores erunt seculares; & hujusmodi personæ, non solum prætendunt se indigere vestibus laneis, sed & lineis & aliis necessariis; volo, ordino & constituo, quod Custos Hospitalis prædicti, singulis annis in Octabis *Paschæ*, cuilibet de quatuor compresbyteris suis ejusdem Hospitalis, pro lineis, calciaturâ & aliis necessariis sibi emendis, solvat *xx.* sol. Et ipse Custos, pro consimilibus causis *xl.* sol. sibi retineat & applicet.

Et ut omnis suspitio sinistra à Custode dicti Hospitalis abiit, & ipse hillari famâ jocundetur, volo, ordino & constituo, quod Custos dicti Hospitalis singulis annis, die proximâ post festum S. *Martini* in yeme, in Hospitali prædicto, coram duobus senioribus, *viz.* qui induturnius in ipso Hospitali steterint, ipsius Hospitalis compresbyteris, de omnibus redditibus & proventibus, pro anno pro quo compotum reddidit, spectantibus & provenientibus, & de Denariis dicto Hospitali collatis, rationem & compotum reddat; & aliqua, quatenus poterit,

&

& præcipuè donaria, in medium conferat & exhibeat. Quæ quidem collata & exhibita, ab omnibus Presbyteris dicti Hospitalis videantur & notentur: Et si qua pecunia & pretiosa donaria tunc in medium conferantur & exhibeantur, vel eorum aliquod exhibeatur; ipsum & ipsa in archâ communi dictorum Custodis & Presbyterorum, in ipso Hospitali fideliter reponantur seu reponuntur. Quæ quidem archa Communis, duabus seruris, diversæ fabricæ claudatur; & unius seruræ clavem, Custos, & alterius senior presbyter dicti Hospitalis custodiat.

Huic autem donationi meæ adjicio, & adjiciendo ordino & dispono; quod si Dominus *Johannes* de *Cateloigne*, prædictus Custos dicti Hospitalis, vel ejus in eodem officio successor quiscunq;, seu etiam aliquis de dicti Hospitalis Presbyteris supradictis, vel eorum successoribus decesserit, vel officium Custodis, & statum & titulum quos in dicto Hospitali habuit dimiserit; tunc *viz.* cum dictus Custos officium dimiserit, senior Presbyter dicti Hospitalis, qui priùs clavem dictæ archæ communis non habuit, clavem Custodis, officium Custodis qualitercunq; sic, ut præmittitur, dimittentis, recipiat, & usq; ad adventum novi Custodis dicti Hospitalis, ad ipsum Hospitale custodiat.

Circa hospitalitatem autem in prædicto Hospitali, omnibus futuris temporibus habendam & tenendam, quatenus possum; & pro eo præcipuè, quod in Civitate *Londonensi*, & extra eandem, à multis retro temporibus, vidi multos cecos, pauperes & miserabiles personas, per vicos & plateas; absq; omni recepraculo devagantes; qui frequenter, ex erogatione elemosynarum fidelium sufficienter alimenta receperunt; qui tamen locum in quo capita sua, de die vel de nocte reclinarent, non habuerunt; volo, ordino & dispono, & etiam huic donationi meæ adjicio; quod *Johannes Gurneys*, & *Robertus* de *Teukesbury* ceci pauperes, & cæteri triginta pauperes & miserabiles personæ utriusq; sexus, quos ad dictum Hospitale fundandum assumpsi, & quibus in Hospitali prædicto Cameras distinctas, straturam & apparatum lectorum assignavi eisdem Cameris, straturâ, & apparatu lectorum die & nocte, prout indiguerint, in Hospitali prædicto perpetuo utantur, & eadem perpetuo occupent. Et idem volo & dispono observari de sexaginta & octo miserabilibus personis utriusq; sexus, ultra triginta duos in dicto Hospitali, juxta modum infrascriptum in futurum assumendis. Et cum aliquis de dictis miserabilibus personis, ad dictum Hospitale, sic ut præmittitur, assumptis, vel futuris temporibus assumendis, fuerit mortuus & sepultus; Custos dicti Hospitalis, qui pro tempore fuerit, alium cecum pauperem, vel aliam miserabilem personam infra quindecem dies eligat, & assumat; & Cameram, straturam, & apparatum lecti, quibus pauper defunctus utebatur, pauperi, de novo assumpto, perpetuò utenda & occupanda assignet.

Et quia compassio, super penuriâ, tam Presbyterorum cecorum, & pauperum; quam etiam Presbyterorum paraliticorum, pauperum videntium, præ cæteris compassionibus, quis super penuriâ & indigentiâ miserabilium personarum gero, viscera mea gravius torquentur; volo & dispono, & quatenus possum Conscientias omnium Custodum dicti Hospitalis, qui pro tempore erunt, sub obtestatione divini judicii, onero; quod in electione & assumptione pauperum & miserabilium personarum, ad Cameras & cisiamenta prædicta, in Hospitali prædicto constructa & parata; & futuris temporibus in eodem Hospitali construenda & paranda, cecos Presbyteros pauperes, & Presbyteros pauperes paraliticos videntes, si qui se offerant, ad Cameras & cætera cisiamenta dicti Hospitalis pro pauperibus, in eodem Hospitali depositis, cum vacaverint, quibuscunq; cæteris miserabilibus personis præferant & assumant: Et quod, post hujusmodi Presbyteros, honestæ personæ priùs habundantes, & senio debilitatæ, vel casu fortuito depaupertatæ, cæteris præferantur in præmissis.

Cum autem vestes ad straturam & apparatum lectorum miserabilium personarum dicti Hospitalis fuerint laceratæ, vel consumptæ, Custos ipsius Hospitalis eas refici faciat, seu novas adinveniat; & pro hujusmodi onere futuris temporibus supportando, teneatur quilibet pauper in dicto Hospitali decedens, omnia bona quæ habet in dicto Hospitali, vel extrà, dicto Hospitali dimittere.

Eligat etiam & assumat Custos dicti Hospitalis, qui pro tempore fuerit, de consilio Presbyterorum & assensu, duos Clericos, qui sciant & possint, saltim competenter legere & cantare; & eos, sic ut præmittitur, alat; qui quidem Clerici singulis diebus in Capellâ dicti Hospitalis, *Matutinis*, & quibuscunq; divinis Officiis, interfint, & ad jussum Custodis & Presbyteri ebdomodarii dicti Hospitalis, legant & cantent; & ipsis Custodi & Presbyteris in Capellâ & extra eandem, in dicto Hospitali ministrent: Et super mercede hujusmodi duobus Clericis, pro servicio suo, solvendâ, Custos dicti Hospitalis cum eisdem ita conveniat, quod eisdem Clericis, pro mercede unius anni, ultra quadraginta solidos non solvat, & eosdem ab Hospitali prædicto amoveat, & alios assumat, quotiens & quando sibi & aliis Presbyteris videbitur expepire.

Nullusq; Presbyter vel Clericus dicti Hospitalis, ad ministrandum Capellæ ipsius Hospitalis deputatus, extra Civitatem non recedant, moraturi, absq; licentiâ Custodis dicti Hospitalis, vel ipsius locum tenentis, petitâ & obtentâ, distanter se absentet, vel exeat. Disponant etiam Presbyteri dicti Hospitalis, quod aliquis eorundem præsens sit, in admissione & institutione cujuscunq; Custodis ejusdem Hospitalis, procuret & audiat Juramentum Custodis ejusdem Hospitalis superiùs ascriptum præstari; & quod quilibet Presbyter dicti Hospitalis, hujusmodi meæ ordinationis habeat Copiam, ut nullus eorum ab hac ordinatione recedat, sicuti eorum quilibet periculum perjurii velit evitare.

In quorum omnium testimonium; & ut ea quæ præmittuntur, de nostrâ plenâ voluntate & certâ

certa scientia omnibus appareat evidenter processisse, huic scripto Sigillo dicti *Willielmi* signato; nos Officialis *Londonens.* ad rogatum & supplicationem dicti *Willelmi*, Sigillum officii nostri duximus apponendum. His testibus, *Johanne* de *Poltenay*, tunc Majore Civitatis *Londoniæ*; *Roberto* de *Elv*, & *Thoma Horwald*, tunc vicecomitibus ejusdem Civitatis, *Nicholao* de *Farndone*, *Ricardo* de *Betoigne*, *Johanne* de *Grantham*, *Symone* de *Swanland*, *Henrico Darcy*, *Reginaldo* de *Conductu*, Aldermannis, &c. Dat. *Lond.* primo die mensis *Junii* A. Domini *MCCCxxxi.* & anno Regni Regis *Edwardi* tertii, post Conquestum, quinto.

Commutatio Sacerdotum secularium hujusmodi Collegii, in Canonicos seculares.

lb. R*adulphus* permissione divinâ, Episcopus *Londonensis*, Universis sanctæ matris Ecclesiæ filiis præsentes literas inspecturis, salutem in Domino sempiternam. Nobis nuper devotus filius *Willielmus* de *Elsinge*, Civis *Lond.* Fundator Hospitalis beatæ *Mariæ*, infra Crepulgate *Lond.* suâ petitione monstravit, quod licèt ipse *Willielmus* dictum Hospitale, in honorem Dei & beatæ *Mariæ* Virginis, de licentiâ speciali bonæ memoriæ Domini *Stephani*, dudum *Londoniensis* Episcopi; concurrente assensu venerabilium virorum dominorum Decani & Capituli Ecclesiæ S. *Pauli Lond.* ex piâ devotione fundâsset; & ipsum Hospitale redditibus & possessionibus competenter dotâsset, pro sustentatione unius Magistri & quatuor secularium sacerdotum, per quos statuit & ordinavit dictus Fundator, debere Deo in dicto Hospitali futuris temporibus deservìri; experientiâ tamen edoctus, metuens multis de causis, quod, propter laxiorem vitam sacerdotum hujusmodi secularem, cui quamplures instant indies occasiones mundanæ, ut verisimiliter dicti Hospitalis cultus divinus in suâ ordinatâ sollicitudine diminui, redditus etiam & possessiones poterunt depravari, occasionibus hujusmodi, ac facilìùs dissipari, & in usus prophanos converti, propter successionem diversorum patronorum, dicto *Willielmo* succedentium, qui dicti Hospitalis exactam curam, forsitan, non haberent.

Pie igitur proponens dicto Hospitali de majori securitate consulere, diligenterq; pluribus protractatis, prærendens quod, si sub habitu regulari in dicto Hospitali constituerentur perpetui servitores, status ipsius Hospitalis securior, & Deo acceptior perpetuò haberetur; quodq; Canonici Regulares, sub habitu & regulâ Sancti *Augustini* degentes, vitam communem tenent, nec laxis vel artis nimis observationibus astringuntur, nobis humiliter supplicare curavit, ut consideratione habitâ præmissorum; ac favore religionis debitæ ponderato, dictum Collegium sacerdotum secularium, in ordinem Canonicorum Regularium commutare, juxta juris exigentiam dignaremur; ita *viz.* quod hujusmodi Canonici, per Priorem electivum, secundùm Regulam S. *Augustini* perpetuò gubernentur, quodq; ad minus numerus quinq; Canonicorum inibi statuatur. Et quotiens ipsum Hospitale vacare contigerit, Decanus & Capitulum Ecclesiæ nostræ *Lond.* qui pro tempore fuerint, tanquam Patroni dicti Hospitalis, custodiam habeant, ipsius vacatione durante: Et quod Canonici dicti Hospitalis, ipso vacante, a dictis Decano & Capitulo petant, ut à patronis licentiam eligendi, & post celebratam electionem, electum eisdem Decano & Capitulo, in domo eorum Capitulari præsentent, ut ad eorum petitionem suum assensum electioni præbeant & electo; ipsumq; electum nobis & successoribus nostris, sine more dispendio, præfati Decanus & Capitulum, per literas suas præsentent, per nos & successores nostros Canonicè confirmandum.

Quod sint Canonici Regulares.

Nos igitur attendentes, quod secundùm facultates Ecclesiæ in eadem statui debeat numerus Clericorum de fructibus & proventibus dicti Hospitalis, ac aliis in dictâ petitione contentis, Inquisitionem fieri fecimus diligentem; per quam invenimus dictum Hospitale pro sustentatione quinq; Canonicorum, ac etiam hospitalitatis onere, per dictum Fundatorem inibi ordinatæ, congruè supportando sufficienter esse dotatum. Invenimus etiam ad præfatos Decanum & Capitulum, tam per dicti Fundatoris concessionem & donationem, quam per bonæ memoriæ Domini *Stephani* supradicti confirmationem, exindè secutam, quas inspici fecimus, jus patronatus dicti Hospitalis pertinuisse, pertinereq; debere.

Undè nos dictæ petitioni, quam piam & devotam fore prospicimus, cum religionem inducat, pio annuentes affectu; tractatu cum nostro Capitulo super præmissis præhabito diligenti; ad petitionem dicti Fundatoris, ac præfatorum Decani & Capituli, & secularium sacerdotum Hospitalis prædicti, expresso consensu & assensu vocatis in eâ parte vocandis, & juris ordine in hac parte requisito, in omnibus observato; ad honorem Dei, & suæ matris Virginis gloriosæ, ac religionis augmentum, præfatum Collegium secularium sacerdotum, in ordinem Canonicorum Regularium omnino, ex certâ scientiâ, immutamus; & pro utilitate & firmitate majori dicti Hospitalis, penitùs innovamus; dictumq; Collegium secularium sacerdotum omnino subducimus per præsentes; ac ipsos Canonicos, de cætero, per Priorem electivum, sub ordine, regulâ & observantiâ sancti *Augustini*, ac habitu Canonicorum Regularium ejusdem ordinis statuimus & ordinamus, debere imperpetuum gubernari. Sintq; in dicto Hospitali quinq; Canonici, ad minus; quem numerum in eodem haberi volumus pro statuto: Ita tamen, quod cum bona temporalia præfati Hospitalis, largitione fidelium, vel alio quovismodo receperint incrementa; pro modo facultatum in eodem Hospitali, Canonicorum numerus augeatur.

Volumus etiam, quod quotiens ipsum Hospitale vacare contigerit in futurum, præfati Decanus & Capitulum, qui pro tempore fuerint, tanquam patroni dicti Hospitalis custodiam ejusdem habeant, ipsius vacatione durante:

Quodq;

Quodq; Canonici dicti Hospitalis, ipso vacante, à dictis Decano & Capitulo petant, ut à patronis licentiam eligendi, & post celebratam electionem, electum eisdem Decano & Capitulo, in domo eorum Capitulari præsentent, ut ad eorum petitionem suum assensum electioni præbeant, & electo; ipsumq; electum nobis & successoribus nostris, sine more dispendio, præfati Decanus & Capitulum per literas suas præsentent, per nos & successores nostros Canonicè confirmandum, subjectione dicti Hospitalis ac nostris, jure & dignitate Episcopalibus, nobis & successoribus nostris, in omnibus aliis semper salvis: Juri verò Archidiaconali Domini Archidiaconi *Londoniensis*, eidem & suo Archidiaconatui, in personis, locis & rebus, dictum Hospitale contingentibus, tam de jure, quam de consuetudine debitis ac etiam consueris, per præmissas mutationem, innovationem, subductionem & ordinationem, non intendimus in aliquo derogare.

Cætera insuper omnia & singula in fundatione dicti Hospitalis, per præfatum ipsius Fundatorem; necnon per bonæ memoriæ Dominum *Stephanum* nostrum prædecessorem prædictum, ordinata, disposita & statuta; tam quoad hospitalitatem pauperum, & ipsorum numerum, quàm quoad alia; dum tamen præsentibus contraria non existant, volumus in suo robore permanere: ac has nostras immutationem, subductionem & ordinationes, præcipimus futuris temporibus inviolabiliter observari. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum fecimus his apponi. Data apud Dadham, quarto Nonas *Novembris* Anno Domini *MCCCxl.* & consecrationis nostræ, primo.

HOSPITALE

in Parochia de Berking-Chirche *juxta Turrim Lond.*

De fundatione ejusdem ibidem designata.

Pat. 44. E. 3. p. 2 m. 12.

REx omnibus ad quos &c. salutem. Licèt, &c. de gratiâ tamen nostrâ speciali, & pro *xl s.* quos dilectus nobis *Robertus* de *Denton* Capellanus nobis solvit, concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, eidem *Roberto*, quod ipse quoddam Hospitale sive domum, infra messuagium suum in Parochia de Berking-Chirche in Civitate *Lond.* pro inhabitatione pauperum sacerdotum, & aliorum virorum ac mulierum in eadem Civitate, qui in frenesim subito ceciderint & memoriam amiserint, quousq; de infirmitate convaluerint & sanam memoriam recuperaverint, moraturorum, fundare; & unum oratorium in eodem Hospitali sive domo in honore gloriosæ Virginis *Mariæ*, pro divinis ibidem celebrandis facere, & messuagium illud, ac unum aliud messuagium cum pertinentiis in Parochia S. *Laurentii* de *Pountenaye* in eadem Civitate; quæ quidem messuagia de nobis tenentur in Burgagium, sicut & tota Civitas *Lond.* certis Capellanis, pro divinis ibidem celebrandis, vel aliis personis secularibus, regularibus vel conversis quibuscunq; voluerint, pro aliis operibus pietatis ibidem juxta ordinationem & dispositionem ipsius *Roberti*, prout meliùs sibi placuerit faciendis, dare & assignare possit; Habenda & tenenda eisdem Capellanis (&c.) juxta ordinationem & dispositionem ipsius *Roberti*, prout eidem *Roberto* melius placuerit faciendum; *viz.* dictum messuagium in parochiâ de Berking-Churche, pro inhabitatione suâ & dictorum infirmorum; & dictum messuagium in parochiâ S. *Laurencii*, in auxilium sustentationis suæ & ipsorum infirmorum imperpetuum (&c.) In cujus (&c.) T. Rege apud *Westm.* 8. die *Julii*.

Carta Regis Ricardi *secundi, per quam messuagia præfato Hospitali designata, Hospitale S.* Katherinæ, *juxta eundem Turrim, assignantur.*

REx (&c.) Sciatis, quod cum Dominus *E.* nuper Rex *Angliæ*, avus noster, per literas suas patentes (&c.) concessisset & licentiam dedisset (&c.) *Roberto* de *Denton* Capellano, quod ipse quoddam Hospitale sive Domum, infra messuagium suum in parochiâ de Berking-church in Civitate nostrâ *Lond.* pro inhabitatione pauperum sacerdotum & aliorum virorum ac mulierum in eadem Civitate (&c.) & messuagium illud, ac unum aliud messuagium cum pertinentiis in parochiâ S. *Laurencii* de *Pountenaye* in eadem Civitate (&c.) certis Capellanis, pro divinis ibidem celebrandis (&c.) assignare posset. Habenda (&c.) eisdem Capellanis (&c.) imperpetuum. (&c.) Jamq; prætatus *Robertus* nobis supplicaverit, ut cum literæ prædictæ nondum fortitæ sunt effectum, ipseq; propositum suum in hac parte commutare intendat: Velimus concedere, quod ipse prædictum messuagium cum pertinentiis in parochiâ de Berking-Chirche, ac quoddam aliud messuagium eidem messuagio contiguum, quod quondam fuit *Richardi Turke*, cum pertinentiis in eadem parochiâ, quod similiter tenetur in burgagium, loco prædicti messuagii in parochiâ S. *Laurencii* prædictâ, dare possit & assignare dilectis nobis in Christo Magistro, Fratribus & Sororibus Hospitalis S. *Katerinæ* juxta turrim *Lond.* habendum & tenendum sibi & successoribus suis in auxilium sustentationis cujusdam fratris Capellani, habitum ibidem portantis, divina singulis diebus in Ecclesiâ Hospitalis prædicti, pro salubri statu ipsius *Roberti*, quamdiu vixerit, & pro animâ suâ, & animabus omnium fidelium defunctorum, per ipsum Magistrum, Fratres & Sorores in dicto Hospitali, ultra numerum ibidem primitùs ordinatum,

Pat. 2. R. 2. p. 3. m. 38.

tum, inveniendum, celebraturum imperpetuum. Nos pro xx.s. quos præfatus *Robertus* nobis solvit in hanaperio nostro, concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, eidem *Roberto*, quod ipse dicta duo messuagia cum pertinentiis (&c.) dare possit (&c.) præfato Magistro, Fratribus & Sororibus; Habenda & tenenda sibi & successoribus suis in auxilium sustentationis dicti fratris Capellani, divina singulis diebus in dicta Ecclesia Hospitalis prædicti celebraturi, in formâ prædictâ imperpetuum (&c.) In cujus (&c.) T. Rege apud *Westm.* xx. die *Julii*.

HOSPITALE

beatæ Mariæ *Virginis*, *in Burgo* Leicestriæ.

Licentia Regis Edwardi *tertii concessa* Henrico *Comiti* Lancastriæ, *pro fundatione ejusdem.*

Pat. 4 E. 3. P. 1. m. 36.

REx (&c.) Sciatis quod de gratiâ nostrâ speciali, concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilecto consanguineo & fideli nostro *Henrico* Comiti *Lancastriæ*, quod ipse in quadam placeâ suâ in *Leycestria*, continente in se quatuor acras terræ, quoddam Hospitale in honore Dei & beatæ *Mariæ* Virginis de novo fundare: & quoddam oratorium ac domos pro mora & inhabitatione tinius Magistri & quorundam Capellanorum, per ipsum Comitem vel hæredes suos in Hospitali prædicto constituendorum, construere; ac quatuor carucatas terræ cum pertinentiis in eadem villâ; necnon advocationem Ecclesiæ de Irreste in Com. Northampt. quæ quidem placea, terra & advocatio de nobis tenentur in Capite, ut dicitur, dare possit & assignare prædictis Magistro & Capellanis; habenda & tenenda sibi & successoribus suis pro sustentatione suâ & pauperum in eodem Hospitali, secundùm dispositionem ipsius Comitis vel hæredum suorum, recipiendorum in liberam, puram & perpetuam elemosinam imperpetuum. Et eisdem Magistro & Capellanis, quod ipsi terram prædictam cum pertinentiis, & advocationem illam à præfato Comite recipere, & Ecclesiam illam appropriare, & eam appropriatam in proprios usus tenere possint sibi & successoribus suis in liberam, puram & perpetuam elemosinam, pro sustentatione suâ & pauperum prædictorum imperpetuum, sicut prædictum est, tenore præsentium similiter licentiam dedimus specialem; Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante. (&c.) In cujus (&c.) T. Rege apud Woodestoke secundo die *Aprilis*.

Anno *MCCCxxxiii.* Erat in terrâ *Anglia* vir quidam vitâ venerabilis, & gratiâ benedictus, nomine *Henricus*, Dux *Lancastriæ* primus. Hic ex regali prosapiâ progenitus, fuit filius *Henrici*, qui fuit filius *Edmundi*, filii *Henrici* Regis tertii; sepultus est *Leicestriæ* in Monasterio novo curioso, & plurimum sumptuoso, quod ipsemet integraliter construxit, immensisq; possessionibus donavit, ac Canonicis secularibus & pretiosis relliquiis adornavit, ubi Hospitale benè dispositum & distinctum pro infirmis & mulieribus, juxta Monasterium, ædificavit; & sic ad plenum omnia eis necessaria providit, ut nullum Hospitale in *Anglia* eo commodiùs reperiatur. Ex Chron. Tho. Otterburne MS. in bibl. Bodl.

Anno *MCCCxxx.* Eodem annno *Henricus* Comes *Lancastriæ* cœpit construere novum Hospitale juxta Castrum *Leicestriæ*, scil. anno gratiæ *MCCCxxx.* & Comes cepit occulis caligare in cœcitatem & senescere. Ex Chron. MS. Henr. Knyghton in bibl. Bodl. lib. 3. cap. xvi.

Anno Domini *MCCCLxi.* Nobilis Dux *Lancastriæ Henricus* tumulatus est in Ecclesiâ Collegiali & Hospitali extra portam australem *Leycestriæ*, quam ipse construxerat, & quam præfecerat uno Decano & *xii.* Canonicis Prebendariis, & totidem Vicariis, ac aliis Ministris sufficienter requisitis; & Centum pauperibus debilibus, & decem fortibus mulieribus, quæ debilibus deservirent, & procurarent in esculentis & poculentis, & aliis corporis necessariis, jugiter die ac nocte; dictamq; Hospitaliratem pauperum, cum Collegio Canonicorum sufficienter dotavit, ubi jacet sepultus. Ib. lib. 4.

HOSPITALE

de Hethe *in agro* Cantiano.

Licentia Regis Edwardi *tertii* Hamoni *Episcopo* Roffensi, *pro fundatione ejusdem.*

Pat. 16 E. 3. p. 1. m. 8.

REx (&c.) Sciatis quod de gratiâ nostrâ speciali, concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, venerabili in Christo patri *Hamoni* Episcopo *Roffensi*, quod ipse in solo suo proprio, quod nunc habet in villâ de Hethe, vel quod imposterum habere poterit, facere possit & fundare quoddam Hospitale, juxta ordinationem ipsius Episcopi, pro morâ & sustentatione *xiii.* pauperum, pro benefactoribus suis; ac pro nobis & *Philippa* reginâ *Angliæ*, consorte nostrâ carissimâ; necnon pro liberis & hæredibus nostris specialiter oraturis; Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante. In cujus (&c.) T. Rege apud *West.* x. die *Maii*.

Ho-

HOSPITALE

de Holberche *in agro* Lincolniensi.

Licentia Regis Edwardi *tertii facta* Johanni *de* Kirketone *pro fundatione ejusdem.*

Pat. 26. E. 3. P. 3. m. 15.

REx (&c.) Licèt (&c.) tamen pro unâ marcâ, quam dilectus & fidelis noster *Johannes* de *Kirketone* nobis solvet, concessimus & licentiam dedimus (&c.) eidem *Johanni*, quod ipse quoddam Hospitale in honore *omnium Sanctorum*, in quodam messuagio suo in Holberche, de uno Custode Capellano, & quindecim pauperibus, de novo fundare; & messuagium illud pro situ ejusdem Hospitalis, & pro domibus necessariis, & pro inhabitatione & aisiamentis ipsorum Custodis & pauperum ibidem construendis; ac quatuor acras terræ, cum pertinentiis, in eadem villâ, in auxilium sustentationis eorundem Custodis & pauperum, & successorum suorum, dare possit & assignare præfato Custodi; habendum & tenendum sibi & successoribus suis, Custodibus Hospitalis prædicti, pro situ, inhabitatione & aisiamentis prædictis, & in auxilium sustentationis ipsorum Custodis & pauperum, juxta ordinationem ipsius *Johannis* faciendam imperpetuum. (&c.) In cujus (&c.) T. Rege apud Clipston *xvi.* die *Novembris.*

De diversis terris (&c.) in dicta villa de Holberche *eidem Hospitali concessis.*

Pat. 31. E. 3. P. 2. m. 30.

REx (&c.) Licèt (&c.) volentes tamen dilecto & fideli nostro *Johanni* de *Kirketon* militi, graciam facere specialem, concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, præfato *Johanni*, quod ipse quendam annuum redditum viginti solidorum exeuntem de uno messuagio & *xxiii.* acris terræ ipsius *Johannis* in villâ de Holberche, quæ de Abbate & Conventu de Croyland tenentur, dare possit & concedere eisdem Abbati & Conventui; Habendum & percipiendum sibi & successoribus suis, pro licentiâ per ipsos Abbatem & Conventum de tribus messuagiis, duabus salinis, sexaginta & sexdecem acris terræ, *xxi.* acris prati, *Cxx.* acris marisci & *xxxiii.* s. redditus cum pertinentiis in eadem villâ de Holberche, de feodo ipsorum Abbatis & Conventus, cuidam Capellano Custodi Hospitalis, per præfatum *Johannem*, in honore omnium Sanctorum, in eadem villâ de Holberche, juxta Ecclesiam parochialem ejusdem villæ, pro refectione pauperum, de novo fundati, de licentiâ nostrâ dandis & assignandis imperpetuum: pro quâ quidem licentiâ, à nobis sic optentâ, idem *Johannes xx.* libras nobis solvit. (&c.) In cujus (&c.) T. Rege apud *Westm.* primo die *Augusti.*

HOSPITALE

S. Nicholai *juxta Civitatem* Eboracensem.

Ordinatio ejusdem per Willielmum *de* Grenefend Anglix *Cancellarium.*

Pat. 21. R. 2. P. 3. m. 26. per Inspex.

OMnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, ad quorum notitiam pervenerit hæc scriptura, *Willielmus* de *Grenefend*, *Anglia* Cancellarius, salutem in omnium Salvatore. Fragilitatis humanæ conditio ejus prævaricatione pestiferâ per quem, attestante Apostolo, mors intravit in mundum, in præsentis valle miseriæ constituta, donis innocentiæ, proh dolor, destituitur, versuti hostis variis temptamentis exponitur, multisq; viciorum generibus implicatur. Sanè, inter cætera miserationis divinæ remedia, ad instar *Samaritani*, alligantis misericorditer illius vulnera seminini, qui incidit in latrones, Dei & hominum mediator, tam nephando lapsui, suæ nobilis creaturæ compaciens, eam censuit erigendam & reparandam fore potissimè per opera pietatis. Quod utiq; nonnulli Catholici principes & alii Christi fideles, sanctâ devotione pensantes, in plerisq; mundi partibus pia loca pauperum alimoniis perpetua deputata, de suis bonis & possessionibus temporalibus construere decreverunt, quorum dispositiones salubres, ipsis re verâ divinitùs inspiratas, pio convenit amplecti desiderio, summæque sollicitudinis studio confovere: & si processu temporis, hominum succrescente malicià perperàm fuerint immunitæ, aut occasione qualibet in deteriùs commutatæ, congruit eas ad primevæ Fundationis statum debitum reducere, & quatinus possibile fuerit in meliùs reformare.

Quia igitur Hospitale S. *Nicholai*, juxta *Eborum*, de advocatione sive patronatu serenissimi principis Domini *Edwardi* Regis *Angliæ* illustris, & à progenitoribus suis *Angliæ* Regibus in præfatos usus fundatum esse dinoscitur, intuitu pietatis, nos *Willielmus* Cancellarius prædictus, sicut nostro incumbebat officio, *xi.* Kal. *Julii* anno Domini *MCCCiii.* ad Hospitale prædictum, visitationis causâ personaliter declinantes, quia quædam ibidem invenimus immutata, contra ordinationem primariam Fundatoris, & contra Regulam antiquitùs institutam; quædam etiam indecentia & dampnosa ipsi Domui per Custodum negligentiam & incuriam, contra justiciam minùs rationabiliter

rationabiliter usurpata; ad laudem omnipotentis Dei, & reformationem salubrem status & conditionum Hospitalis prædicti, aliqua jura convenientia, ipsiq; domui utilia & honesta, ad perpetuam memoriam in formâ, quæ sequitur duximus, ordinanda.

Inprimis, quod omnes fratres & sorores admissi & admittendi; de cætero, Magistro seu custodi, qui pro tempore fuerit, obedientiam debitam, quam tenentur in admissione suâ, juxtâ antiquam ipsius Domus regulam, profiteri, firmiter observent, & exhibeant in licitis & honestis. Item quod tonsuetum habitum & tonsuram, in admissione suâ recipiant, & eos deferant continuè dum vixerint in humanis. Item quod inviolabiliter observent suo perpetuo continentiæ puritatem. Item quod omnes, tam fratres, quam sorores, *Matutinis Missa*, & cæteris horis Canonicis, adversâ corporis valitudine, & alio quolibet impedimento legitimo cessante, interesse studeant omni die, exceptis duntaxat illis, qui ad opera ruralia aut alia extrinseca ipsius domus negotia fuerint deputati. Singuli verò fratres laici & sorores Orationem dominicam, cum salutatione Angelicâ, durante divino obsequio, cum devotione debitâ, totiens iterent & multiplicent, quociens eis Dominus inspiraverit, & hoc facere poterint bono modo, pro statu incolumi universalis Ecclesiæ, Domini Regis & Regni, Deum omnipotentem sedulis precibus exorantes.

Item, quod fratres cum sororibus, sub eisdem tecto & clausurâ non cohabitent, nec simul conveniant horis indebitis, aut in locis secretis, undè valeat, non immeritò, sinistra suspicio exoriri. Item quod nullus fratrum vel sororum, post admissionem suam, negotiationem, sive mercimonium excercere præsumat, ne contra doctrinam Apostoli divinæ militiæ deputati, negotiis secularibus implicentur.

Item quod omnes & singuli fratres & sorores, post præsentem ordinationem admittendi, bona omnia suis usibus, dum adhuc viverent, qualitercunq; retenta, ipsi domui in morte, modis omnibus approprient & dimittant. Item quod Sigillum commune dictæ domus, sub Sigillis Magistri cujusdam, alterius Capellani, & unius fratris laici, quem ad hoc cæteri fratres & sorores elegerint, & sub tribus clavibus in dictorum trium custodia remanentibus, in loco tuto & secreto, de cætero conserverur. Nec tres custodes prædicti Sigillum ipsum aperiant, nisi primò vocatis ad hoc omnibus fratribus & sororibus, qui voluerint & potuerint commodè interesse. Prædictis etiam tribus committitur custodia pixidis, in quâ Oblationes quæcunq; venientes ad ipsam Ecclesiam reponuntur; de quâ similiter tres Claves habeant, & ipsam, quociens oportunum esse viderint, in præsentiâ fratrum & sororum aperiant; & de oblationibus inventis distributionem debitam faciant, prout antea fieri consuevit; aut si opus fuerit unanimi fratrum & sororum consensu, eas aliter in utilitatem domus convertere non omittant. Item, quod Magister sive custos, aut ejus locum tenens, qui pro tempore fuerit, etiam omnium fratrum & sororum intervenientе consensu, nullum de cætero in domo ipsâ fratrem aut sororem recipiat de ipsius domus elemosynis sustentandum, ex conventione vel ex pacto, pro certâ pecuniæ quantitate, seu aliâ re temporali quacunq;, propter metum simoniacæ pravitatis; & ne diminuatur, aut in usus illicitos convertatur elemosina pauperum, debilium & infirmorum alimoniis instituta, contra dispositionem piissimam Fundatoris. Si qui tamen purè, spontè & absolutè, sine pactione vel conventione qualibet inducente, periculum Simoniæ, de bonis suis mobilibus vel immobilibus, quicquam ipsi domui conferre voluerint in ingressu, Magistro, fratribus & sororibus, sine omni conscientiæ scrupulo, liceat recipere sic oblata.

Item quod nullæ fiant de cætero alienationes perpetuæ, aut etiam divinæ dimissiones ad firmam rerum immobilium Hospitalis prædicti; seu quæcunq; onerosæ obligationes, vel dampnosæ ipsi domui, nobis & successoribus nostris *Anglie* Cancellariis inconsultis. Item quod de cætero nullus in dictâ domo Magister sive Custos perpetuus præficiatur, nisi cui gubernationi & custodiæ sibi commissæ, per seipsum jugiter intendere valeat & intendat, cum ad hujusmodi officium sive regimen ejus industriâ specialiter sit electâ. Et sacro eloquio attestante, super custodiam suam stare debeat, quisquis fuerit hujusmodi custodiæ deputatus. Quod si ex causâ aliquâ necessariâ vel probabili, Magistrum ipsum, seu Custodem abesse contigerit aliquandiu, illum quem de fratribus dictæ domus magis ad hoc sufficientem & idoneum esse noverit, quandiu abiens fuerit, loco suo substituere non omittat. Nec quemquam ad præfatam custodiam, sive absens sive præsens fuerit, sub se substituere præsumat, qui alterius professionis & habitus extiterit, cum in uno & eodem officio dispar non debeat esse professio, juxta Canonica instituta, nec secundùm summi legis-latoris sententiam, in bove & asino sit arandum. Item quod tres fratres magis in temporalibus circumspecti, ad gerenda sub Magistro vel ejus locum tenente, tam intrinseca quàm extrinseca ipsius domus negotia, Magistri, fratrum & sororum consensu unanimi eligantur, in quorum præsentiâ præstent ad sancta Dei Evangelia juramentum, unus *viz.* terræ blada omnia, quæ receperit in grangiis, Custodi granarii, per talliam fideliter & integrè liberabit; & alius quod omnia blada quæ sibi ad granarium fuerint liberata, redditus, pensiones, & alios quoscunq; exitus & proventus, quos vel quæ ipsum recipere contigerit, benè & fideliter, juxta datam sibi à Domino circumspectionem & industriam dispensabit; & certiùs quod circa opera ruralia, culturas terrarum, Collectionem fructuum, & custodiam animalium efficacem & diligentem operam

operam adhibebit; præmissis siquidem administratoribus, seu negotiorum gestoribus decedentibus, vel adversâ corporis valitudine impeditis, aut etiam in culpâ sive negligentiâ notabili, vel aliàs minus idoneis deprehensis, alii, qui inter ipsos fratres magis invenientur idonei, in locum eorum substituantur, in formâ superiùs annotatâ.

Item quod prædicti duo fratres ad custodiam grangiarum, granarii, reddituum, pensionum, & aliorum quorumcunq; exituum prædictorum taliter deputati singulis annis infra octab. S. *Michaelis*, de suis administrationibus, ac etiam de receptis & impensis quibuscunq; coram Magistro seu Custode, vel ejus locum tenente & cæteris fratribus fidele compotum sive rationcinium reddere teneantur; ad quod ante ingressum redditionis compoti, sacramento corporaliter præstito astringantur; quod si facere noluerint, omne commodum, quod ab ipsâ domo habituri forent, extunc eis sine spe restitutionis cujusliber subtrahatur. In corrigendis autem & puniendis excessibus fratrum & sororum dictæ domus, modum infrascriptum decrevimus observandum, ut si quenquam ipsorum, super obedientiæ debitæ transgressione, incontinenciæ vitio, sive aliis excessibus quibuscunq;, in antiquâ ipsius Domus regulâ contentis, primâ vice contigerit deprehendi, per Magistrum seu custodem, aut ipsius vices gerentem, juxtâ præfatam regulam, per dies aliquos, prout delicti qualitas exegerit, per subtractionem victualium castigetur, secundâ verò vice pœna hujusmodi duplicetur: Quod si tertiò, vel ampliùs, infrunito animo simile delictum committere præsumpserit, tanquam incorrigibilis & rebellis ab ipsâ domo penitùs expellatur, sicut propter contagionis periculum ovis morbida præciditur ab ovili: Ipsius tamen Magistri seu custodis, qui pro tempore fuerit, si, quod absit, eum deprehendi contigerit in delicto, nobis & successoribus nostris *Anglia* Cancellariis, correctionem omnimodam reservamus.

Ut autem præsens ordinatio in omnibus & singulis articulis suprascriptis perpetuæ firmitatis robur optineat in futurum, huic scripturæ duplicatæ, & ad modum cirographi indentatæ, cujus unam partem penès Magistrum seu custodem, qui pro tempore fuerit; alteram verò in custodiâ fratrum & sororum volumus remanere, Sigillum nostrum, sub nomine Decanatus *Cycestriæ*, duximus apponendum. Dat. *Ebor.* xxiii. die *Sept.* anno Domini supradicto; regniq; Regis prædicti xxxi.

Ibid. *Sequitur in hoc Rotulo confirmatio Regis* Ricardi *secundi, super quampluribus donationibus, huic Hospitali, per diversos homines antehac factis.*

HOSPITALE

de Bowes *infra Insulam de* Gerneseye.

Licentia Regia pro fundatione ejusdem.

REX, (&c.) Quia accepimus, per Inquisitionem, per dilectum & fidelem nostrum *Johannem Mautravers*, Custodem Insularum nostrarum de Jereseye, Gerneseye, Serk, & Aureneye, de mandato nostro factam, & in Cancellariam nostram *Anglie* retornatam, quod non est ad dampnum nec præjudicium nostrum, nec aliorum, si concedamus *Petro* de S. *Petro* de Gerneseye, quod ipse quoddam Hospitale, in quadam placeâ apud Bowet, in Parochiâ de Seintpierpoit, in dictâ Insulâ de Gerneseye, de novo fundare; & Magistro sive Custodi ejusdem Hospitalis, ac fratribus & sororibus in eodem Hospitali statuendis, *xx.* virgatas terræ, cum pertinentiis, in villâ de Seintpierpoit, in eadem Insulâ de Gerneseye, ac quaterviginti quarteria frumenti, per annum, exeuntia de certis terris & tenementis in eadem villâ, dare possit & assignare; habenda & renenda sibi & successoribus suis, in auxilium sustentationis suæ imperpetuum; & quod dicta placea teneretur de nobis in Capite per servicium reddendi nobis annuatim duas gallinas, precii duorum sterlingorum, quatuor Parisienses, pro quodam redditu, vocato *ferme*; ac decem garbas de communibus bladis, vocatis Chaumpert quæ tres sterling. & sextam partem unius busselli frumenti, quæ unum sterlingum valent per annum: Et quod tam prædictæ *xx.* virgatæ terræ, quam terræ, undè dicta quatervigenti quarteria frumenti annua proveniunt, de nobis in Capite, per servicium, vocatum Chaumpert, videlicet undecimæ garbæ, nobis per manus tenentium terrarum earundem, annuatim solvendæ tenentur; quodq; prædictæ *xx.* virgatæ terræ, *xl s.* & quodlibet quarterium frumenti prædicti, duos solidos valent annuatim: Et quod nos, secundùm leges & consuetudines Insularum prædictarum, custodias, seu maritagia, prætextu alicujus terræ, quæ de nobis tenetur, ibidem non habemus, nec aliquid exigere poterimus, nisi tantummodò redditus & servicia nobis debita & consueta: Nos de gratiâ nostrâ speciali, concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, præfato *Petro*, quod ipse quoddam Hospitale, in placeâ prædictâ, de novo fundare; & Magistro sive Custodi, ac fratribus & sororibus in eodem Hospitali statuendis, prædictas *xx.* virgatas terræ, cum pertinentiis; necnon quatervigenti quarteria frumenti, exeuncia de dictis terris in prædictâ villâ de

Pat. 35. E. 3. p. 2. m. 18.

Scintpterpost, percipienda annuatim, per manus tenentium earundem terrarum, qui pro tempore fuerint, dare possit & assignare, habenda & tenenda eisdem Magistro sive Custodi, Fratribus & Sororibus, & successoribus suis, in auxilium sustentationis suæ prædictæ imperpetuum (&c.) T. Rege apud *Turrim Londo n. xxviii. Junii.*

HOSPITALE

de Wolverhampton *in agro* Staffordiensi.

Licentia Regis Ricardi *facta* Clementi Lusone & Willielmo Waterfall, *pro fundatione ejusdem.*

Pat. 16. R. 2 p. 1. m. 14

REx (&c.) Licèt (&c.) de gratiâ tamen nostrâ speciali, & pro quinq; marcis, quas *Clemens Lusone* Capellanus, & *Will. Waterfall* de Wolvernhamptone nobis solverunt, concessimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, eisdem *Clementi & Willielmo*, quod ipsi quoddam Hospitale de uno Capellano & sex pauperibus, apud Wolvernhamptone, ad honorem Dei & beatæ Virginis *Mariæ*, de novo fundare; ac unum mesuagium & tres acras terræ, cum pertinentiis, in eadem villâ, quæ de nobis non tenentur, eisdem Capellano & pauperibus ad quoddam mansum pro inhabitatione ipsorum Capellani & pauperum & successorum suorum ibidem similiter de novo faciendum, dare & assignare possint; Habendum, *viz.* prædicto Capellano & successoribus suis Capellanis, divina singulis diebus infra Hospitale prædictum celebratura, & præfatis pauperibus & successoribus suis infra idem Hospitale continuè oraturo pro salubri statu prædictorum *Clementis & Willelmi*, & *Johannæ* uxoris eiusdem *Willielmi*, dum vixerint, & animabus eorum, cum ab hac luce migraverint, ac animabus omnium fidelium defunctorum, juxta ordinationem ipsorum *Clementis & Willielmi* in hac parte faciendam imperpetuum (&c.) In cujus (&c.) T. Rege apud Nottingham quarto die *Augusti.*

HOSPITALE

S. Trinitatis *in* Nova Sarum.

Licentia Regis Ricardi *secundi, pro fundatione ejusdem.*

REx (&c.) Licèt (&c.) de gratiâ tamen nostrâ speciali, & pro Centum solidis quos *Johannes Chaundeler* senior nobis solvit, concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, eidem *Joh.* quod ipse de duobus messuagiis cum pertinentiis in vico vocato Stretestrete *Novæ Sarum*, quæ de nobis non tenentur, fundare & facere possit quoddam Hospitale in honore S. *Trinitatis* pro pauperibus debilibus & infirmis ibidem habituris; & quod Major Civitatis prædictæ, qui pro tempore fuerit, sit Magister dicti Hospitalis, & quod idem Magister de tempore in tempus dictum Hospitale regere & gubernare, & de omnibus ad dictum Hospitale spectantibus, ordinare & disponere possit juxta ordinationem ejusdem *Johannis* in hac parte faciendam, imperpetuum. Concessimus etiam & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, eidem *Johanni*, quod ipse *xiii. s. iiii. d.* reddit. percipiendos singulis annis de uno messuagio in vico vocato Castelstrete, in Civitate prædicta, quod similiter de nobis non tenetur, dare possit & assignare eidem Magistro; habendos & tenendos eidem Magistro & successoribus suis Magistris dicti Hospitalis, in auxilium reparationis & gubernationis ejusdem Hospitalis & sustentationis pauperum ibidem inhabitaturorum imperpetuum. (&c.) In cujus (&c.) T. Rege apud *Westm. xviii. Febr.* Pat. 17. R. 2 p. 2. m. 29.

Carta Regis Henrici *quarti, facta* Johanni Chaundeler, *pro dotatione ejusdem.*

REx (&c.) Sciatis, quod cum nuper per literas nostras Patentes, de gratiâ nostrâ speciali concessimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis fuit, *Ade Teffent* Majori Civitatis *Novæ Sarum*, Magistro Hospitalis S. *Trinitatis* in Civitate prædictâ, quod ipse tam in auxilium supportationis onerum dicti Hospitalis, quam in sustentationem pauperum debilium & infirmorum ibidem inhabitancium, adquirere posset terras & tenementa ad valorem *xx.* libr. per annum, quæ de nobis non tenentur in Capite; habendas & tenendas eidem Majori, Magistro dicti Hospitalis, & successoribus suis Majoribus & Magistris ibidem imperpetuum; Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, non obstante, prout in literis nostris prædictis plenius continetur: Nos volentes Pat. 1. H. 4. p. 8. m. 38.

volentes concessionem nostram prædictam effectui debito mancipari, concessimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus nostris (&c.) *Johanni Chaundeler* de *Nova Sarum*, seniori, quod ipse duo messuagia, *xv.* cotagia, & quatuor solidatas redditus cum pertinentiis in *Nova Sarum*, quæ de nobis non tenentur in Capite, & quæ valent per annum *Lxvii. s. iiii. d.* in omnibus exitibus (&c.) dare posse & assignare præfato Majori, Magistro Hospitalis prædicti; Habenda & tenenda sibi & successoribus, tam in auxilium supportationis onerum dicti Hospitalis, quam in sustentationem pauperum debilium & infirmorum ibidem inhabitantium ad valorem *C. s.* in partem satisfactionis *xx.* librarat. terrarum & tenementorum prædictorum imperpetuum (&c.) In cujus (&c.) T. Rege apud *Westm.* secundo die *Julii*.

HOSPITALE

vocatum Knolls-Almeshouse; apud Pontfract in agro Eboracensi.

Dotatio ejusdem.

Ex Registro Alex. Neville Archiep. Eborac. fol. 97.

UNctis Christi fidelibus tenore præsentium innotescat; Quod nos *Robertus Knolls* miles, Civis *Londinensis*, & *Custancia* ejus uxor, in honorem Sanctæ & individuæ *Trinitatis*, ac beatissimæ Virginis *Mariæ*, matris Domini, pro nostri status, & animarum nostrarum, & omnium quibus tenemur prosperitate & salute, & in divini cultus augmentum, de bonis nostris propriis à Deo collatis, de licentiâ excellentissimi Principis Domini nostri, Domini *Richardi* Dei gratiâ Regis *Angl.* & *Franciæ* & Domini *Hiberniæ*; ac magnifici Principis Domini *Johannis* Regis *Castellæ* & *Legionis*, Ducis *Lancastriæ* Domini soli & messuagii, quod cum pertinentiis nos perquisivimus de *Thoma Schirwynd* in parochiâ de *Pontefracto*, *Eborum* Dioc. in quo Domus Collegiata infra-scripta constructa existit; dominio; immediatæ jurisdictionis, libertatis seu franchesiæ ibidem existentis; ac de consensu & assensu expresso omnium aliorum quorum interest, sive interesse poterit in hac parte, ordinamus, fundamus, & perpetuò volumus stabiliri, & quatenus ad nos attinet, inibi stabilimus Collegium sive Cantariam certorum Presbyterorum Deo famulantium, & perpetuò famulari debentium, in quadam Capellâ, specialiter in honorem Sanctæ *Trinitatis*, dedicandâ & consecrandâ, in domo eleemosinariæ parvenim in dictis, loco & parochiâ, per nos erectâ, & ut subscribitur, dotatâ, quam domum Almeshouse volumus perpetuò vulgariter nuncupari. In quâ quidem domo, volumus & ordinamus, quod sint perpetuò Capellani, quorum unus erit Magister sive Custos dicta domus vulgariter nuncupatus; duo Clerici, & tres decim pauperes debiles; præcipuè tales, quos per infortunium, ad inopiam devenire contigerit, & duo servientes pauperibus antedictis, &c. Et Magister habebit viginti marcas pro suâ sustentatione: duo Clerici quilibet decem marcas; tresdecim pauperes triginta quatuor libras, quatuor solidos, tres denarios & obolum per annum inter se ad sustentationem in escalentis & poculentis; &c. Scilicet quilibet unam denarium cum obolo per diem, exeuntes de Cotis nostris, &c. Datum apud *Lond.* quarto *Octobris* Anno *MCCC Lxxxv.*

HOSPITALE

de Okeham in Comitatu Rutlandiæ.

Licentia Regis Ricardi *secundi facta* Willielmo Dalby *de* Ertne, *pro fundatione ejusdem.*

Pat. 22. R. 2. p. 3 m. 4.

Vide Pat. 6. H. 4 p. 1. m. 19.

EX omnibus ad quos (&c.) salutem. Sciatis, quod de gratiâ nostrâ speciali, concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, *Willielmo Dalby*, de Ertne, quod ipse de novo facere, fundare, & stabilire possit apud Okeham quoddam Hospitale de duobus Capellanis, unde unus sit Custos & perpetuus, & alius removibus; & de duodecim pauperibus hominibus, ad exorandum specialiter pro salubri statu nostro, & carissimæ consortis nostræ *Isabellæ* Reginæ *Angliæ*, dum vixerimus; & pro animabus nostris cum ab hac luce migraverimus; ac pro animabus charissimæ consortis nostræ *Annæ*, nuper Reginæ *Angliæ*, defunctæ, & carissimi Domini & patris, ac carissimæ Dominæ & matris, nostrorum defunctorum: necnon pro salubri statu prædicti *Willielmi*, & *Agnetis* uxoris ejus, dum vixerint, & pro animabus suis cum ab hac luce migraverint, & pro animabus omnium fidelium defunctorum, juxta ordinationem prædicti *Willielmi* in hac parte faciendam imperpetuum. Et ulteriùs, quod idem *Willielmus* dare & assignare possit Custodi dicti Hospitalis, postquam sic fundatum fuerit, unum messuagium & duas æras terræ, cum pertinentiis in prædictâ villâ de Okeham; Habendum & tenendum eidem Custodi & successoribus suis Custodibus dicti Hospitalis, pro mansione & inhabitatione dicti Custodis & dicti socii sui, ac dictorum *xii.* pauperum hominum, & successorum suorum imperpetuum. (&c.)

Et præterea de uberiori gratiâ nostrâ concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, (&c.) præfato *Willielmo*, quod ipse post fundationem dicti Hospitalis, & ordinationem suam prædictam, plenariè factam, dare & assignare possit advocationem, patronatum & Collationem dicti Hospitalis, dilectis nobis in Christo Priori & Conventui domus S. *Annæ*, ordinis *Cartusiensis*, juxta Coventre, de fundatione nostrâ existente: Habendam & tenendam eisdem Priori & Conventui & successoribus suis imperpetuum, (&c.) Concessimus insuper & licentiam dedimus, (&c.) eisdem Priori & Conventui, quod ipsi *xl.* libratas annui & quieti redditus, percipiendas de possessionibus suis, ubi eis placuerit ordinandas, dare & concedere possint Custodi prædicti Hospitalis; habendas & tenendas sibi & successoribus suis pro sustentatione suâ, & dicti socii sui, ac *xii.* pauperum hominum prædictorum, & successorum suorum imperpetuum, (&c.) T. Rege apud Wareswa *xx. Maii.*

HOSPITALE

de Donyngton *in agro* Berrocensi.

Licentia Regis Ricardi *secundi pro fundatione ejusdem.*

Pat. 16. R. 2. p. 3. m. 23.

REX omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis, quod cum dilectus & fidelis noster *Ricardus Abberbury* Chivaler, novissima dierum suorum recolens, & ad alta prospiciens, quoddam Hospitale, sive quandam perpetuam domum cerorum pauperum, apud Manerium suum de Donyngton, quod de nobis, ut de Honore *Walingfordiæ* tenetur, Deo ibidem perpetuò famulaturorum; & specialiter pro salubri statu nostro, & ipsius *Ricardi*, dum vixerimus, & pro animabus nostris cum ab hac luce migraverimus; ac pro animabus progenitorum & hæredum nostrorum, ac antecessorum & hæredum ipsius *Ricardi* imperpetuum oraturorum, juxta ordinationem ipsius *Ricardi* in hac parte faciendam, de novo fundare, facere, & stabilire; ac eisdem pauperibus & successoribus suis, duas acras terræ, quæ sunt parcella dicti Manerii de Donyngtone, pro eorum inhabitatione; & Manerium de Pitteley, cum pertinentiis, pro sustentatione suâ, in puram & perpetuam elemosinam dare, concedere & assignare, mediante licentiâ suâ, proponat: Nos ad pium propositum & salubrem intentionem prædicti *Ricardi*, nostræ considerationis intuitum propensius dirigentes; & ut tanti, tamq; perfecti operis pietatis & meriti in præmiis participes effici valeamus, de gratiâ nostrâ speciali, & ad supplicationem ipsius *Ricardi*, concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris prædictis, quantum in nobis est, eidem *Ricardo*, quod ipse quoddam Hospitale, sive quandam perpetuam domum cerorum pauperum, quorum unus omnibus aliis præsit; & *Minister Dei pauperes Domus de* Donyngton, nuncupetur, apud dictum Manerium de Donyngton, fundare & stabilire; ac prætatis ministro & pauperibus, dictas duas acras terræ pro eorum inhabitatione, & prædictum Manerium de Pitteley pro sustentatione suâ, dare possit, concedere, & assignare: Habendum & tenendum eisdem ministro & pauperibus & successoribus suis ministris & pauperibus Hospitalis sive domus prædictæ, Deo ibidem pro perpetuo famulaturis, & specialiter pro salubri statu nostro, & ipsius *Ricardi*, dum vixerimus, & pro animabus nostris, cum ab hac luce migraverimus; ac pro animabus progenitorum & hæredum nostrorum, ac antecessorum & hæredum ipsius *Ricardi* singulis diebus oraturis, juxta & secundùm limitationem, dispositionem, ordinationem, literam & voluntatem, per ipsum *Ricardum* in hac parte faciendam, de prædicto *Ricardo* & hæredibus suis, in liberam puram & perpetuam elemosinam imperpetuum, (&c.) In cujus, &c. T. Rege apud *Westm. xxvii. Aprilis.*

HOSPITALE

Novi Castri *super* Tinam *in Comitatu* Northumbriæ, *Vocatum* Thornton's Hospitall.

Licentia Regis Henrici *quarti*, Rogero *de* Thornton *concessa*, *pro fundatione ejusdem.*

Pat. 13. H. 4. p. 2. m. 14.

REX, (&c.) Sciatis, quod de gratiâ nostrâ speciali, & ex quadam consideratione cujusdam summæ pecuniæ nobis in Camerâ nostrâ per dilectum nobis *Rogerum* de *Thornton* nuper solutæ, concessimus & licentiam dedimus, (&c.) præfato *Rogero*, quod ipse quoddam Hospitale in honore S. *Katherinæ*, in quodam messuagio suo per ipsum *Rogerum* in parte ni per a dificato, in quodam loco vocato le Sandhill, in villâ nostrâ *Novi Castri* super *Tinam*, continente *C.* pedes in longitudine, & *xl.* pedes in latitudine, de uno Capellano divina infra Hospitale prædictum, pro salubri statu ipsius *Rogeri*, dum vixerit, & pro animâ suâ cum ab hac luce migraverit; ac animabus

mabus patris & matris ipsius *Rog.* & *Agnetis* nuper uxoris ejus; necnon antecessorum & liberorum suorum, & omnium fidelium defunctorum, singulis diebus celebraturo; ac de novem viris & quatuor feminis pauperibus in eodem Hospitali continuè residentibus, juxta ordinationem ipsius *Rogeri* vel executorum suorum in hac parte faciendam, de novo facere, creare, fundare & stabiliri possit imperpetuum: Et quod Hospitale illud, Hospitale per se privatum & incorporatum existat imperpetuum. Ac etiam, quod Capellanus Hospitalis prædicti, qui pro tempore fuerit, sit Custos ejusdem Hospitalis. Ac quod idem Capellanus Custos, & prædicti viri & fœminæ, Fratres & Sorores Hospitalis *S. Katherina*, vocati Thoxton's Hospitall, in *Novo Castro super Tinam* nuncupentur: Quodq; prædicti Custos, fratres, & sorores & eorum successores, per nomen Custodis Fratrum & Sororum Hospitalis S. *Katherina*, vocati Thoxton's Hospitall, in *Novo Castro super Tynam*, sint personæ Capaces & habiles, ad omnimoda terras, tenementa, redditus & servicia, ac alias possessiones quascunq; de quibusdam personis adquirendas, capiendas, & recipiendas; tenendas sibi & successoribus suis Custodibus, fratribus, & sororibus Hospitalis prædicti imperpetuum, licentiâ regiâ indè primitùs optentâ: Necnon, quod iidem Custos (&c.) sint personæ habiles ad alios implacitandos, & ab aliis implacitari, & ad defendendum in quibuscunq; Placitis & querelis; per nomen Custodis, Fratrum & Sororum Hospitalis S. *Katherinæ*, vocati Thoxton's Hospitall, in *Novo Castro super Tinam*: Et quod habeant unum Commune Sigillum pro negotiis & agendis ejusdem Hospitalis deserviturum imperpetuum.

Et ulterius (&c.) licentiam dedimus (&c.) prætato *Rogero*, quod ipse quandam Cantariam de uno Capellano divina ad Altare *beati Petri*, in Capellâ *omnium Sanctorum* in villâ prædictâ, pro statu & animabus prædictis, singulis diebus celebraturo, juxta ordinationem ipsius *Rogeri*, vel Executorum suorum in hac parte faciendam, similiter facere, fundare & stabilire possit imperpetuum. Concessimus etiam (&c.) prætato *Rogero*, quod ipse messuagium suum prædictum, cum pertinentiis, quod de nobis tenetur in burgagio, postquam Hospitale prædictum sic factum, fundatum & stabilitum fuerit, dare possit & assignare prætatis Custodi, Fratribus & Sororibus Hospitalis prædicti; habendum & tenendum sibi & successoribus suis, tam pro inhabitatione suâ, quam in auxilium sustentationis suæ imperpetuum. Concessimus insuper (&c.) eidem *Rogero*, quod ipse, hæredes, assignati vel Executores sui, terras, tenementa, & redditus, cum pertinentiis, ad valorem x. lib. per annum, tam ea quæ de nobis tenentur in burgagio quam ea quæ de nobis non tenentur, adquirire, & prætatis Custodi, Fratribus & Sororibus Hospitalis prædicti, ac Capellano Cantariæ prædictæ, cum sic facta, fundata & stabilita fuerint, juxta discretionem & limitationem suam, divilim & proportionaliter, dare, assignare & concedere possint; habenda (&c.) imperpetuum (&c.) T. Rege apud *Westm.* xx. *Junii*.

HOSPITALE
de Ewelme *in agro* Oxoniensi.

Licentia Regis Henrici *sexti* Willielmo *de la* Pole *Comiti* Suffolciæ, *& Aliciæ uxori ejus, de Fundatione ejusdem.*

REX omnibus ad quos (&c.) salutem. Sciatis, quod de gratia nostrâ speciali & pro ducentis & quinquaginta marcis, nobis solutis in hanaperio nostro, concessimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, carissimo & fideli consanguineo nostro *Willielmo de la Pole* Comiti *Suffolciæ*, & *Aliciæ* uxori ejus; quod ipsi & uterq; eorum, qui supervixerit, quandam domum Elemosinariam duorum Capellanorum, trèsdecem pauperum virorum, per eosdem Comitem & *Aliciam*, seu eorum alterum, hæredes & assignatos suos in eadem instituendorum, ponendorum & deputandorum; eosdem *viz.* Capellanos divina celebraturos, ac ipsos Capellanos & pauperes viros prædictos, ad exorandum pro bono statu nostro; & ipsorum Comitis & *Aliciæ* dum vixerimus; & pro animâ nostrâ, ac animabus ipsorum Comitis & *Aliciæ* postquam ab hac luce migraverimus; necnon animabus progenitorum nostrorum, ac parentum, amicorum, & benefactorum ipsorum Comitis & *Aliciæ*; necnon omnium fidelium defunctorum: & ad quædam suffragia, ac pietatis, caritatis & devotionis opera perimplenda & excercenda, juxta ordinationem ipsorum Comitis & *Aliciæ*, seu alterius eorum in hac parte facienda & statuenda, apud Ewelme in Com. *Oxon.* erigere, facere, fundare, & stabilire possint, seu possit ad ipsos Capellanos, & pauperes viros in eadem domo imperpetuum inhabitandum & commorandum; & quod eadem domus, postquam sic erecta, facta, fundata, & stabilita fuerit per prætatos Comitem & *Aliciam*, seu eorum alterum, sit unum Corpus Corporatum in re & nomine, habeantq; successionem perpetuam, ac domum prædictam pro eorum inhabitatione insimul habendum: necnon habeant Commune Sigillum pro negotiis domus prædictæ imperpetuum deserviturum: Et quod sint personæ habiles, & Capaces ad quæcunq; terras, tenementa, redditus, & advocationes adquirendum, & recipiendum; ac ad omnimodas actiones & querelas in quibuscunq; Curiis & locis prosequendum, & defendendum, & ad placitandum in eisdem. Par. 15. H. 6. m. 3.

Concessimus insuper & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris prædictis, quantum in nobis est, tam præfatis Comiti & *Aliciæ*, quod ipsi seu alter eorum, vel eorum hæredes, quam aliis personis quibuscunq;, quod ipsi terras, tenementa, redditus, & possessiones, ac advocationes & patronatus Ecclesiarum, tam de illis quæ de nobis in Capite, seu aliàs de nobis tenentur, quàm de illis, quæ de aliis personis, quàm de nobis tenentur usq; ad valorem Centum marcarum per annum, dare possint seu possit & assignare eisdem Capellanis & pauperibus viris domus prædictæ, cum domus illa sic fundata fuerit & stabilita. Habendum sibi & successoribus suis, tam pro manso & habitatione suis, quàm in auxilium sustentationis suæ imperpetuum, (&c.) In cujus, &c. T. Rege apud Manerium suum de **Kenyngton** *iii.* die *Julii.*

Licentia dicti Regis Henrici, *pro concessione Maneriorum de* **Perthe**, **Cannok** & **Ramrugge** *Hospitali prædicto.*

Pat. 10. H. 6. p. 2. m. 19. REx, &c. de gratiâ nostrâ speciali, concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, carissimo & fideli consanguineo nostro, *Willielmo* de la *Pole* Comiti *Suffolciæ* & *Aliciæ* uxori ejus, quod ipsi Manerium de **Perthe** cum pertinentiis in Com. *Buck.* exceptâ advocatione ejusdem Manerii; ac Manerium de **Cannok** cum pertinentiis in Com. *Wilts.* necnon Manerium de **Ramrugge** cum pertinentiis in Com. *Staff.* exceptâ advocatione Ecclesiæ ejusdem Manerii de **Ramrugg**, quæ de nobis tenentur in Capite; & quæ quidem Maneria cum pertinentiis, exceptis præexceptis, valent per annum in omnibus exitibus, juxta verum valorem eorundem *Lx l.* sicut per diversas Inquisitiones coram Escaetoribus nostris in Com. prædictis, (&c.) est compertum, dare possint & concedere præfatis Capellanis & pauperibus viris: Habenda & tenenda sibi & successoribus suis imperpetuum, (&c.) In cujus, &c. T. Rege apud *Westm. xxiii.* die *Febr.*

Ex Cartaceo MS. in bibl. Collegii *Corp. Christi*, *Oxon.* f. 18. a. Anno *MCCCCxlviii.* Hospitale de **Clwelme**, vocatum **Gods house**, per *Willielmum* de la *Pole* Comitem *Suffolciæ*, & *Aliciam* uxorem, pro duobus sacerdotibus; uno ad pauperes instruendos; alio Ludimagistro, ad pauperes docendos; uterq; *xl.* Minister *xxi d.* per septimanam. Reliqui duodecim pauperes *xiii* d. per septimanam. Tria Maneria, **Ramrugg** in *Hamptonia*, **Conock** in *Wiltonia*, **Parthe** in *Buckinghamia.*

HOSPITALE
de Shireburne *in agro* Dorsetensi.

Licentia Regis Henrici *sexti pro fundatione ejusdem.*

REx, (&c.) Sciatis quod de gratiâ nostrâ speciali concessimus & licentiam dedimus, (&c.) *Roberto Nevyle* Episcopo *Saruni*, *Humfrido Stafford* militi, *Margaretæ Gogire*, *Johanne Fauntleroy* & *Johanni Barct*; quod ipsi quatuor, tres, vel duo eorum, ad honorem Dei ac Sanctorum *Johannis Bapt.* & *Johannis Evang.* quandam domum Elemosinarum perpetuam, de *xx.* fratribus, ac de *xii.* pauperibus debilibus & impotentibus viris; necnon de quatuor mulieribus pauperibus debilibus & impotentibus; qui quidem pauperes viri & mulieres pro salubri statu nostro, dum vixerimus, ac fratrum Domus prædictæ & benefactorum suorum, dum vixerint; necnon pro animâ nostrâ, & pro animabus progenitorum nostrorum & fratrum prædictorum & benefactorum suorum postquam ab hac luce migraverimus, seu migraverint, & pro animabus omnium fidelium defunctorum imperpetuum orare teneantur: Necnon de quodam Capellano perpetuo, divina pro statu & animabus prædictis imperpetuum celebraturo apud **Shirbourne** in Com. **Dorset**, juxta ordinationem eorundem Episcopi, *Humfridi*, *Margaretæ*, *Johannis*, & *Johannis*, quatuor trium vel duorum eorum in hac parte faciendam, inchoare, facere, fundare, unire & stabilire possint. Et quod eadem domus de dictis fratribus domus prædictæ, ac de dictis viris & mulieribus, pauperibus, debilibus & impotentibus; necnon de dicto Capellano, ut Capellano domus prædictæ, imperpetuum existant. Pat. 15. H. 6. m. 5.

Quodq; fratres ejusdem domus, & eorum successores, quendam Magistrum de seipsis, de anno in annum, & quotiens pro commodo & honore ejusdem domus fuerit expediendum, eligere & facere: Ac si contingat aliquem sive aliquos fratrum prædictorum obire, quod ipsi qui supervixerint, & successores sui, alios fratres de aliis personis in domum illam usq; ad numerum prædictorum *xx.* fratrum imperpetuum eligere & facere; necnon dictum Magistrum ab officio suo prædicto, & dictos pauperes viros & mulieres de domo prædicta amovere & expellere, & alium Magistrum de seipsis in officium prædictum, ac alios pauperes viros & mulieres in domum illam, usq; ad numerum prædictorum sexdecim pauperum virorum & mulierum imperpetuum eligere & facere valeant, juxta ordinationem eorundem Episcopi, *Humfridi*, (&c.) quatuor, trium vel duorum in hac parte faciendam. Necnon, quod cum prædicta domus sic inchoata, facta, fundata uni-

ta

ta & stabilita fuerit, Magister & fratres domus prædictæ & successores sui, Magister ac fratres Domus Elemosinarum Sanctorum *Johannis Baptistæ*, & *Johannis* Evangelistæ de Shirbourne nuncupentur (&c.) Ac per se sint habiles & Capaces ad perquirendum & recipiendum terras, tenementa, redditus, & alias possessiones quæcunque, tenendas sibi & successoribus suis imperpetuum (&c.) In cujus, &c. T. Rege apud *Westm. xi.* die *Julii.*

HOSPITALE

de Working *in* Essexia.

Licentia Regis Henrici *sexti*, *pro Fundatione & dotatione ejusdem.*

Pat. 18 H. 6. p. 3. m. 2.

Videsis Pat. 31. H. 6. p. 1. m. 13.

REx (&c.) Supplicavit nobis dilectus ligeus noster *Johannes Doreward* armiger, quod cum nobilis princeps *Henricus* quartus, avus noster defunctus nuper per literas suas Patentes concessisset & licentiam dedisset *Johanni Doreward* defuncto, patri prædicti *Johannis Doreward* armigeri; eo quod idem *Johannes* pater, summam ducentarum marcarum, sibi adtunc per eundem avum nostrum debitam, eidem avo nostro relaxàsset; quod ipse unam Cantariam perpetuam de uno Capellano divina servicia in Ecclesiâ parochiali de Stanewey in Com. *Essexiæ*, pro bono statu dicti *Johannis* patris, dum vixisset, & pro animâ ejus cum ab hac luce migràsset; & pro animabus parentum & benefactorum suorum, & omnium fidelium defunctorum, juxta ordinationem ejusdem *Johannis* patris in eâ parte faciendam, celebraturo; facere, fundare & stabilire posset imperpetuum. Ac idem avus noster, de habundanciori gratiâ suâ concessisset, pro se & hæredibus suis, & licentiam dedisset præfato *Johanni* patri, quod ipse quandam mansionem sive placeam super unam parcellam glebæ Ecclesiæ prædictæ, unam acram terræ continentem, jacentem subtus cimiterium ejusdem Ecclesiæ; ac etiam septem libratas redditus, exeuntes de Manerio de Stanewey, ac omnibus aliis terris & tenementis, quæ fuerunt ejusdem *Johannis* patris, quæ de præfato avo nostro non tenebantur in Capite, dare posset præfato Capellano Cantariæ prædictæ, cum sic fundata foret; habenda & tenenda sibi & successoribus suis, in formâ prædictâ imperpetuum.

Ulteriùs quoq; præfatus avus noster, per alias literas suas Patentes, & pro aliis *CC.* marcis, sibi per dictum *Johannem* patrem similiter relaxatis, concessisset & licentiam dedisset præfato *Johanni* patri, quod ipse Manerium de Tendring, cum pertinentiis, quod de dicto avo nostro non tenebatur in Capite, exceptâ advocatione ejusdem Manerii, dare posset & assignare Abbati & Conventui S. *Johannis Colcestriæ*, in auxilium sustentationis sux imperpetuum, aliquo Statuto in contrarium facto, non obstante, prout in literis prædictis plenius continetur: quas quidem literas Patentes, præfatus *Johannes* pater, in vitâ suâ nunquam executus fuit; sicq; literæ illæ, quoad executionem eorundem, minus validæ & insufficientes existunt, ut accepimus: Nos ad præmissa consideracionem habentes, & præfato *Johanni* filio literas nostras in recompensatione concessionum prædictarum concedere volentes, ut idem *Johannes* filius piam intencionem ejusdem patris sui, sive consimilem, citiùs exequi valeat; cum effectu, de gratiâ nostrâ speciali concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, præfato *Johanni* filio, quod ipse quandam Domum sive mansionem, *Meason Dieu* villæ de Bokkyng nominandam, super solum sive terram ipsius *Johannis* filii, duas acras terræ continentem, infra eandem villam, pro septem pauperibus in eadem domo, sive mansione habitaturis, undè unus eorundem *Præpositus villæ* de Bokkyng vocetur: qui quidem Præpositus, sic pro tempore existens, gubernationem eorundem Domus sive mansionis, ac pauperum hominum, qui sic ibidem habitabunt, habeat imperpetuum, facere, ædificare, fundare & stabilire possit. Et quod ipse dictum Manerium de Tendring, & *x.* l. redditus, exeuntes de omnibus terris & tenementis præfati *Johannis* filii, in Com. *Essexiæ*, cum pertinentiis, quæ de nobis non tenentur, dare possit & assignare præfatis Præposito & pauperibus hominibus dictæ Domus, sive mansionis de *Meason Dieu*, cum sic facta, ædificata & stabilita fuerit; habendas & tenendas sibi & successoribus suis, Præpositis, & pauperibus hominibus ejusdem Domus sive mansionis, in puram & perpetuam elemosinam, pro sustentatione sua imperpetuum, ad devotè exorandum pro salubri statu nostro & ipsius *Johannis* filii, ac pro animabus nostris cum ab hac luce migraverimus; necnon animabus carissimæ matris nostræ *Katerinæ*, nuper Reginæ *Ang.* & præfati *Joh.* patris, & omnium fidelium defunctorum, juxta ordinationem ejusdem *Johannis* filii, in hac parte faciendam. Et eisdem Præposito & pauperibus hominibus, quod ipsi dictam Domum sive mansionem; necnon eadem Manerium de Tendring, & *x.* l. redditus cum pertinentiis, à præfato *Johanne* filio recipere possint & tenere sibi & successoribus suis prædictis, in formâ prædictâ imperpetuum, tenore præsentium similiter licentiam dedimus specialem.

Et ulteriùs de uberiori gratiâ nostrâ concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris prædictis, quantum in nobis est, præfato *Johanni* filio, quod ipse *Lx. s.* redditus, exeuntibus de omnibus terris & tenementis suis, cum pertinentiis in Com. prædicto, quæ de nobis non tenentur, dare possit & assignare Capellano Cantariæ beatæ *Mariæ* in Ecclesiâ parochiali de Bokkyng prædictâ, in augmentationem sustentationis suæ ad specialiùs exorandum pro statu & animabus prædictis, juxta ordinationem ipsius *Johannis* filii, in hac parte faciendam; habendas & tenendas sibi & successoribus suis Capellanis Cantariæ prædictæ imperpetuum. (&c.) Ulteriùsq;

Ulteriúsq; de ampliori gratiâ nostrâ, concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, præfato *Johanni* filio, cum ipse duas acras terræ, cum pertinentiis in Chygwell, in Com. prædicto, unà cum advocatione Ecclesiæ de Chygwell eisdem duabus acris terræ pertinente, quæ de nobis non tenentur, dare possit & assignare Priori & Conventui S. *Botulphi Colcestriæ*; habendas & tenendas sibi & successoribus suis imperpetuum, in puram & perpetuam elemosinam, in augmentationem sustentationis suæ; & ad unum Canonicum Capellanum in eadem domo inveniendum, divina servicia in Ecclesiâ Prioratus prædicti, pro statu & animabus prædictis, juxta ordinationem ejusdem *Johannis* filii, in hac parte faciendam, celebraturum imperpetuum, (&c.) Et ulteriùs concessimus & licentiam dedimus, (&c.) præfatis Priori & Conventui, quod ipsi dictam Ecclesiam de Chigwell appropriare, & eam sic appropriatam tenere possint sibi & successoribus suis imperpetuum, (&c.) Et præterea de habundanciori gratiâ nostrâ; ac pro eo quod dictæ *x l.* redditus, ultra Manerium prædictum, præfatis Præposito & pauperibus hominibus ad specialiùs exorandum pro salubri statu nostro prædicto, ut præfertur, dandæ sunt & assignandæ; dedimus & concessimus præfato *Johanni* filio, unam vacuam placeam terræ, jacentem in parochiis beatæ *Mariæ* Stanyngtane & S. *Olavi Lond.* super quam placeam unum tenementum, & quinq; alia messuagia nuper ædificata fuerunt & constructa; quæ quidem placea per forisfacturam *Thomæ Shelley* ad manus avi nostri devenit, & in manibus nostris adhuc existit; & quæ valorem *x s.* per annum, ut dicitur, non excedit; habendam & tenendam eidem *Johanni* filio, hæredibus & assignatis suis imperpetuum, absq; aliquo nobis vel hæredibus nostris indè reddendo. In cujus, &c. T. Rege apud Castrum suum de Wynsore *xiiii.* die *Maii*.

HOSPITALE

de Todyngtone, *in agro* Bedfordiensi.

Licentia Regis Henrici *sexti, facta* Johanni Broughton *pro fundatione ejusdem.*

Pat. 21. H. 6. p. 1. m. 20.

EX, &c. Sciatis quod de gratiâ nostrâ speciali concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilecto & fideli nostro *Johanni Broughton*, quod ipse vel feoffati sui quoddam Hospitale in honore S. *Johannis Bapt.* in quodam messuagio & gardino adjacente, continente duas acras terræ in Todyngdone in Com. *Bedf.* de uno Capellano, divina pro salubri statu nostro, dum vixerimus; ac animabus *Thomæ Poyns* & *Margaretæ* uxoris ejus, antecessorum & hæredum suorum & omnium fidelium defunctorum, singulis diebus celebraturo: Necnon de tribus viris pauperibus in eodem Hospitali commune residentibus, pro statu & animabus prædictis singulis diebus, juxta ordinationem ipsius *Johannis*, seu feoffatorum suorum prædictorum, in hac parte faciendam, deprecaturo, erigere, facere, fundare, creare, & stabilire possit vel possint imperpetuum. Et quod Hospitale S. *Johannis Bapt.* de Todyngdone nuncupetur. Quodq; Capellanus prædictus sit Custos & habeat regimen ejusdem Hospitalis: Et quod iidem Capellanus & pauperes per nomina Custodis & pauperum Hospitalis S. *Johannis Bapt.* de Todyngton nuncupentur: Et quod Hospitale illud de Custode & pauperibus prædictis sit corporatum. Ac etiam quod iidem Custos & pauperes & successores sui sint una communitas perpetua in re & nomine, per nomina Custodis & pauperum Hospitalis S. *Johannis Bapt.* de Todyngdone; illisq; decedentibus alii loco eorum succedivè constituantur, juxta ordinationem ipsius *Johannis*, seu feoffatorum suorum prædictorum; habeantq; successionem perpetuam. Et quod iidem Custos & pauperes & eorum successores, per nomina Custodis & pauperum Hospitalis S. *Johannis Bapt.* de Todyngdone, sint personæ habiles in lege ad omnimoda placita, sectas, querelas, & demandas; necnon actiones reales, personales & mixtas movendas in quibuscunq; Curiis nostris vel hæredum nostrorum aut aliorum quorumcunq;, tam coram nobis & hæredibus nostris, quàm coram quibuscunq; Justiciariis & Judicibus spiritualibus & secularibus, prosequendas & defendendas: Et quod in eisdem placitare possint & ab aliis implacitari, respondere & responderi.

Et ulteriùs de gratiâ nostrâ concessimus, pro nobis & hæredibus nostris, eisdem Custodi & pauperibus Hospitalis prædicti, sic corporati, & successoribus suis prædictis, quod ipsi similiter sint personæ habiles & capaces, ad omnimoda terras, tenementa, redditus & servicia, & alias possessiones quascunq; de quibusdam personis adquirenda, capienda & recipienda; habenda & tenenda sibi & successoribus suis Custodibus & pauperibus Hospitalis prædicti imperpetuum.

Et ulteriùs concessimus pro nobis & hæredibus nostris, de gratiâ nostrâ speciali, præfato *Johanni Broughton*, quod ipse dare possit & assignare; vel feoffati sui prædicti dare & assignare possint Prioriss. domus & Ecclesiæ S. *Margaretæ* de Dertford, & ejusdem loci Conventui & eorum successoribus imperpetuum, quendam annualem redditum octo librarum, percipiendum annuatim de omnibus illis terris & tenementis, quæ nuper fuerunt *Rogeri Loryng* in Parochiâ de Chalgrave in Com. *Bedf.* & *Nigelli Loryng* militis, in Gosse, Broketone & Pentemore, in Com. *Buck.* sub certis formâ & conditionibus per eorum arbitri-

arbitrium assignandum seu specificandum; quæ terræ seu tenementa de nobis non tenentur in Capite, ut dicitur. Et eisdem Priorissæ & Conventui, quod ipsæ prædictum annualem redditum à præfato *Johanne* vel feoffatis suis prædictis percipere possint; habendum sibi & successoribus suis prædictis imperpetuum. Et quod ipsæ sic habitâ possessione redditus prædicti, postquam Hospitale prædictum, ut præmittitur, erectum, creatum, fundatum & stabilitum existat, eundem annualem redditum octo librarum, & similiter quendam annualem redditum Centum solidorum, percipiendum annuatim de omnibus terris & tenementis ipsarum Priorissæ & Conventus in **Patmaston**, dare possint & assignare Custodi & pauperibus prædictis, & eorum successoribus imperpetuum, sub certis etiam formâ & conditionibus per eorum arbitrium assignandis, seu specificandis, eo quod Domus illa de **Dertford** de fundatione progenitorum nostrorum Regum *Angliæ* ac nostro patronatu; ac terræ & tenementa prædicta in **Patmaston** de collatione progenitorum nostrorum prædictorum existunt, non obstantibus. (&c.) In cujus (&c.) T. Rege apud *Westm.* vi. die *Febr.*

HOSPITALE

prope Richmund *in agro* Ebor.

De Cantaria in eadem fundanda.

Pat. 26. H. 6. p. 2. m. 28.

REx (&c.) Sciatis, quod cum nos fecerit sumus ut de feodo, & jure, de advocatione, & patronatu Hospitalis Sancti *Nicholai* propè **Richmond** in Comitatu *Ebor.* ut parcella Honoris nostri de *Richmondia*, in quo quidem Hospitali est, & adiù fuit nisi unus Capellanus divina celebrans; quem valor Hospitalis prædicti cum pertinentiis, ultra onera, & repriſas ejusdem, vix sufficit sustentare; & cujus Hospitalis ædificia, tam pro pauperrate, quàm pro minus sanâ gubernatione nuper Magistrorum ejusdem, adeò in parte diruta, & in parte contracta, & ruinosa devenerunt, quod absq; magno suffragio, & opere perlatis per aliquem vel aliquos ad hoc caritativè motos, reædificari nequierunt ullo modo; ficq; Hospitale illud quasi in punctum desolationis, & destructionis devenit. Ac dilectus servienis noster *Willielmus Ayscogh*, unus Justiciariorum nostrorum de Banco, pietate indè motus, ob sinceram devotionem, & internam affectionem, quas ad gloriosum Confessorem Sanctum *Nicholaum*, in cujus honorem Capella ejusdem Hospitalis dedicata existit, gerit, & hæc prædicta ædificia diruta, de novo sufficienter construi, & erigi, ac prædicta alia ædificia ruinosa, & contracta sufficienter reparari, & emendari fecit, suis non modicis sumptibus, & expensis, ut accepimus; per quod quasi secundus Fundator ejusdem Hospitalis debet reputari. Et ulteriùs in firmo proposito existit in augmentationem divini Cultus ibidem, gratiâ nostrâ mediante, fundare & stabilire quandam Cantariam de uno alio Capellano perpetuo, divina in prædictâ Capellâ, singulis diebus, &c. celebraturum imperpetuum. Nos, &c. per præsentes eidem *Willielmo* dedimus advocationem & Patronatum prædictos. Habenda (&c.) imperpetuum.

HOSPITALE

de Dertford *in agro* Cantiano.

Licentia Regis Henrici *sexti pro Fundatione ejusdem.*

Pat. 31. H. 6. p. 2. m. 4.

REx (&c.) Sciatis, quod ad laudem, gloriam & honorem Sanctæ & individuæ *Trinitatis*, in cujus honore Ecclesia parochialis de **Dertford** in Com. *Kanc.* dedicata existit, de gratiâ nostrâ speciali, & ex certâ scientia nostrâ concessimus, & pro nobis & hæredibus & successoribus nostris, quantum in nobis est, licentiam dedimus *Johanni Bamburgh*, *Willelmo Rothele*, *Rogero Jonet* & *Thomæ Booſt*, quod ipse seu ille, vel illi eorum qui supervixerit vel supervixerint, in honore præfatæ S. *Trinitatis*, quandam domum Elemosynariam diversorum mansorum, de perpetuo Vicario Ecclesiæ prædictæ, & custodibus bonorum, catallorum & ornamentorum Ecclesiæ illius, ac quinq; pauperibus debilibus in eadem domo, de tempore in tempus per eosdem Vicarium & Custodes & successores suos imperpetuum sustentandis & inveniendis, in prædictâ villâ de **Dertford**, pro salubri statu nostro & charissimæ consortis nostræ Reginæ, quoad vixerimus; ac pro animabus nostris cum ab hac luce migraverimus, & animabus progenitorum nostrorum, & omnium fidelium defunctorum, singulis diebus oraturis: necnon ad alia miserecordiæ & pietatis opera faciendis, supportandis & sustentandis, juxta ordinationem prædictorum *Johannis Bamburgh*, *Willielmi Rothele* (&c.) seu eorum illius, vel illorum qui supervixerit inde faciendam; vocandam sive nuncupandam *the Trinitees Almeshouſe*, in **Dertford**, de novo fundare, erigere, unire & stabilire possint & possit.

Et quod iidem Vicarius & Custodes & successores sui, perpetuis futuris temporibus, sint Magister domus prædictæ, ac unum corpus in futurum incorporatum in re & nomine; ac personas habiles & in lege capaces ad perquirendum terras, tenementa & alias possessiones

quascunq; , & de dono aliorum recipiendas & habendas sibi & successoribus suis in feodo & perpetuitate imperpetuum: Et quod per nomen Magistrorum Domus Elemosinariæ S. *Trinitatis* de **Dertford** implacitare valeant alios, & ab aliis implacitari; necnon prosequi & defendere in quibuscunq; Curiis, coram quibuscunq; Judicibus, tam spiritualibus quàm temporalibus, omnimodas actiones reales, personales & mixtas, sectas, querelas & demandas, motas seu movendas, pro ipsis vel contra ipsos, in Curiis supradictis: Et quod habeant commune Sigillum pro negotiis Domus prædictæ deserviturum.

Concessimus etiam, ac præfatis *Johanni Bamburgh*, *Willielmo Rothele* (&c.) & illi vel illis eorum qui supervixerit vel supervixerint, licentiam dedimus, quod ipsi vel ipse terras, tenementa, redditus, reversiones, & alias possessiones quascunq;, ad valorem xx. l. per annum, ultra reprisas, quæ de nobis non tenentur in Capite per servicium militare, dare possint & assignare hujusmodi Magistris Domus prædictæ, cum sic fundata, erecta, unita & stabilita fuerit; habendas sibi & successoribus suis, ad sustentandum & supportandum tam hujusmodi quinq; pauperes, quam prædicta alia miserecordiæ & pietatis opera in formâ prædictâ imperpetuum; ac eisdem Magistris, quod ipsi eadem terras, tenementa, redditus & alias possessiones à præfatis *Johanne Bamburgh*, &c. aut illo vel illis eorum qui supervixerit vel supervixerint, tenenda sibi & successoribus suis imperpetuum, ut prædictum est, recipere & habere possint, sibi & successoribus suis prædictis, in formâ prædictâ, tenore præsentium, licentiam similiter dedimus specialem (&c.) In cujus (&c.) T. Rege apud *Westm.* xx. die *Junii*.

DOMUS *Elemosynaria infra procinctum Hospitalis S.* Crucis, *juxta* Wintoniam, *in agro* Suthamptoniensi, *per* Henricum *Cardinalem* Winton. *Episcopum fundata.*

Licentia Regis Henrici *sexti pro incorporatione ejusdem.*

Pat. 33. H. 6. p. 2. m. 18.

REx (&c.) Sciatis, quod cum super quadam concordiâ, inter nos & carissimum avunculum nostrum *Henricum* nuper Cardinalem & Episc. *Wynton.* defunctum, facta (&c.) pro summâ trescedim milium trescentarum & quinquaginta marcarum, nobis per eundem avunculum nostrum in manibus nostris solutâ, nos v. die *Martii* anno regni nostri xvii. per literas nostras patentes dederimus (&c.) præfato avunculo nostro, ac *Johanni* nuper Archiepiscopo *Ebor.* (&c.) Manerium de **Henxtrugge**, quinq; messuagia & quatuor virgatas terræ & dimidiam, cum pertinentiis, parcella Manerii de **Charleton-Camvile**, in Com. *Somerset.*; & duas partes Manerii de **Ambresbury** cum pertinentiis in Com. *Wiltes.* Habenda & tenenda sibi, hæredibus & assignatis suis, ad usum ipsius nuper Cardinalis, una cum feodis militum, advocationibus Ecclesiarum (&c.) commoditatibus & emolumentis quibuscunq; ad ea seu aliquam parcellam eorundem qualitercunq; (&c.) pertinentibus. Et similiter concesserimus (&c.) quod tertia pars Manerii de **Wynterborne**, aliàs dicta **Wynterbourne** *Ely*, & dicti Manerii de **Ambresbury**, cum pertinentiis (&c.) quam (&c.) præfatus nuper Dux & *Alicia* uxor ejus, quæ fuit uxor *Thomæ* nuper Comitis *Sarum*, tunc tenuerunt in dotem ipsius *Alicie* (&c.) post mortem ejusdem *Alicie* præfatis avunculo nostro (&c.) remanerent. Et similiter concesserimus (&c.) quod dictum Manerium de **Charleton** (&c.) exceptis dictis quinq; messuagiis (&c.) ac etiam duæ partes dicti Manerii de **Wynterbourne** (&c.) necnon villa sive burgus de **Wilton** cum pertinentiis in dicto Comitatu *Wiltes.* quod quidem Manerium de **Charleton** *Camvile*, duas partes & villam, exceptis præexceptis, *Ric. Wydevile* miles & *Jaquetta* uxor ejus; quæ fuit uxor carissimi avunculi nostri *Johannis* nuper Ducis *Bedfordiæ*, tunc tenuerunt in dotem ipsius *Jaquetta* post mortem ejusdem Ducis *Bedfordiæ*, quondam viri sui, de hæreditate nostra (&c.) præfato avunculo nostro nuper Cardinali (&c.) remanerent; habenda & tenenda eis, hæredibus & assignatis suis (&c.) de nobis & hæredibus nostris imperpetuum (&c.)

Et similiter xxiii. die *Julii* anno regni nostri xviii. per alias literas patentes dederimus & concesserimus præfatis avunculo nostro Cardinali (&c.) x. l. xiiii. s. vi. d. sterlingorum per annum; habendas & percipiendas eis hæredibus & assignatis suis, ad opus prædicti avunculi nostri Cardinalis imperpetuum, de feodi firmâ villæ *Suthampton* (&c.) quousque eisdem avunculo nostro Cardinali (&c.) de terris & tenementis, infra regnum nostrum *Angliæ*, usq; ad valorem annuum summæ prædictæ, per nos, hæredes seu successores nostros benè & sufficienter satisfactum foret & contentarum; habendas (&c.) præfatis avunculo nostro nuper Cardinali (&c.) hæredibus & assignatis suis (&c.)

Et ulteriùs xxii. die *Dec.* anno regni nostri xix. per alias literas nostras patentes, dederimus (&c.) præfatis avunculo nostro, nuper Cardinali (&c.) Manerium de *Terem-Lonston*, cum pertinentiis in Com. *Dors.* quod est parcella possessionum Abbatissæ de *Cadamo* alieniginæ; habendum (&c.) eisdem avunculo nostro (&c.) hæredibus & assignatis suis imperpetuum (&c.)

Ac postmodum, *viz.* secundo die *Martii* anno

anno Regni nostri *xxi.* per alias literas patentes, concesserimus, (&c.) præfato avunculo nostro, quod ipse vel Executores sui, (&c.) dare, concedere, & assignare posset vel possent, Magistro sive Custodi & fratribus Hospitalis S. *Crucis* juxta *Wynton.* in Com. *Sutht.* qui pro tempore forent, Maneria, dominia, terras, (&c.) redditus, &c. eisdem Magistro sive Custodi, & fratribus Hospitalis prædicti, ut præfertur, & successoribus suis, in auxilium sustentationis suæ, & ad quædam onera & pietatis opera ibidem, juxta ordinationes, regulas & statuta ipsius magni avunculi nostri, nuper Cardinalis, vel executorum suorum, &c. in hac parte faciendas, &c. imperpetuum, &c. quæ quidem Maneria, &c. ad valorem quingentarum librarum per annum se extenderent, &c.

Virtute quarum quidem literarum, &c. præfatus *Henricus* Cardinalis, &c. piè & devotè intendens cultum divinum, aliaq; pietatis, caritatis & misericordiæ opera, specialiùs quo potuit, pro salute animæ suæ augmentare, primò die *Februarii* anno Regni nostri *xxiiii.* per quandam Cartam suam dedit, &c. *Thomæ Foreſt* Clerico, Magistro sive Custodi prædicti Hospitalis S. *Crucis* juxta *Wynton.* in dicto Com. *Suthr.* & fratribus ejusdem Hospitalis, prædictum Manerium de **Henrtrigge**, &c. & dictum Manerium de **Charleton-***Camvile*, &c. & Manerium de *Tarent*-**Lonston**, &c. Ac etiam prædicta Maneria de **Ambresbury** & **Winterbourne**, &c. ac dictum burgum de **Wilton**, &c. necnon prædictas decem libras *xiv s. v d.* sterlingorum per annum de prædictâ feodi firmâ dictæ villæ *Suthampt.* percipiendas, &c. Habenda & tenenda omnia & singula Maneria & burgum prædicta, cum pertinentiis, præfatis Magistro, &c. de nobis & hæredibus nostris per fidelitatem tantum, pro omnibus serviciis, &c. imperpetuum, prout in dictâ Cartâ prædicti *Henrici* Cardinalis superinde confectâ plenius continetur, &c.

Prætextu etiam quarum literarum nostrarum prædictarum, præfatus *Henricus* nuper Cardinalis, per quandam aliam Cartam suam, datam *xii.* die *Februarii*, dicto anno *xxiiii.* dedit, (&c.) præfatis Magistro sive Custodi & fratribus, advocationem Ecclesiæ de **Crondale** in dicto Com. *Suthr.* & eandem Ecclesiam eisdem Magistro, (&c.) appropriavit, Habendam, (&c.) in suos proprios usus imperpetuum, (&c.) Et similiter prædictus *Henricus* nuper Cardinalis, prætextu & auctoritate earundem literarum nostrarum, per quandam aliam Cartam suam, cujus data est sexto die *Martii*, eodem anno *xxiiii.* dedit, (&c.) eisdem Magistro, sive Custodi ac fratribus, advocationem Ecclesiæ S. *Fidis* juxta *Wynton.* advocationem Hospitalis S. *Johannis* de **Fordingbridge**; advocationem liberæ Capellæ de **Ecchenestwell**; advocationem liberæ Capellæ S. *Jacobi Wintoniæ*; necnon advocationem liberæ Capellæ de *Colde*-**Henley**; & eandem Ecclesiam, dictum Hospitale, (&c.) & Capellas illas eisdem Magistro, sive Custodi & fratribus appropriavit; Habendas, (&c.) eisdem Magistro, (&c.) in suos proprios usus in perpetuum, (&c.)

Et licèt prætatus Magister sive Custos, & fratres, virtute donationum, (&c.) ipsius *Henrici* avunculi nostri Cardinalis, eisdem Magistro, (&c.) de omnibus & singulis Maneriis & burgo prædictis, (&c.) necnon de dictis advocationibus, (&c.) indè plenariè seisiti, (&c.) exiterunt, (&c.) Nos tamen considerantes, qualiter prætatus avunculus noster nuper Cardinalis, per se & per Executores suos, quandam domum Elemosinariam, infra situm & procinctum Hospitalis prædicti, de duobus Capellanis, *xxxv.* pauperibus & tribus mulieribus, regendum & gubernandum per Magistrum ejusdem Hospitalis, qui pro tempore foret, juxta ordinationes, (&c.) ipsius nuper Cardinalis, vel executorum, (&c.) in eâ parte faciendas, erigere & fundare proponebat & intendebat; dictasq; possessiones spirituales & temporales, eâ occasione, nostrâ mediante licentiâ, Magistro *Thomæ Foreſt*, nunc Magistro sive Custodi, ac fratribus ejusdem Hospitalis, pro hujusmodi intentione suâ in eâ parte perficienda, dederit, (&c.) Jamq; sic compertum existat, quod domus Elemosynaria prædicta non est fundata nec stabilita pro perpetuo duratura, uti prædictus nuper Cardinalis piè & devotè estimabat; set quod verisimiliter in futurum, quod absit, ad desolationem deducetur, nisi caucior & commodior provisio pro conservatione possessionum ejusdem adhibeatur, ex eo præsertim quod Capellani & pauperes prædicti, ex seipsis non sunt unum corpus & communitas perpetua per se, sed sunt sub regimine & gubernatione Magistri Hospitalis S. *Crucis* prædictæ; ac possessiones utriusq; eorundem Hospitalis S. *Crucis* prædictæ antiquitùs fundati, & dictæ novæ domus Elemosinariæ insimul ita confusè & communiter possidentur, quod ipsarum communio inter confratres utriusq; eorundem Hospitalis & domus Elemosynariæ parit discordiam, & cotidiè novas generat lites & contentiones: Ne igitur fundatio unius sit grave onus aut occasio ruinæ alterius, quod timetur verisimiliter evenire in futurum, contra piam & devotam prædicti nuper Cardinalis intentionem; de gratiâ nostrâ speciali, & ad humilem supplicationem tam prædictorum Magistri sive Custodis & fratrum dicti Hospitalis S. *Crucis*, quàm dictorum Executorum; ad laudem, gloriam, & honorem omnipotentis Dei, ac gloriosissimæ & intemeratæ Virginis *Mariæ*, matris Christi, & omnium Sanctorum Dei; necnon ad dictam piam & devotam intentionem præfati Cardinalis in hac parte specialiùs perficiendam & perimplendam; concessimus & licentiam dedimus, pro nobis, hæredibus & successoribus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis carissimo consanguineo nostro *Edmundo* duci *Somersetiæ*, *Stephano Wilton*, (&c.) quod ipsi, (&c.) vel duo eorum, juxta ordinationes suas fiendas, quandam domum Elemosinariam perpetuam de uno Rectore sive custode & duobus Capellanis, ac *xxxv.* viris pauperibus, & tribus mulieribus sororibus, in quodam loco sive fundo, infra situm & procinctum dicti Hospitalis S. *Crucis* juxta *Wynton.* jacentem ad occiden-

occidentalem partem Ecclesiæ ejusdem Hospitalis, per præfatum avunculum nostrum Cardinalem ad hoc nuper ædificato; vulgariter nuncupato *novo domo Elemosinario nob lis pauperatis*, erigere, creare, facere, fundare, & stabilire possint; & quod prædicti Magister sive Custos, & fratres dicti Hospitalis S. *Crucis*, locum sive fundum prædictum, & ædificia superinde per dictum avunculum nostrum Cardinalem ædificata, cum pertinentiis, postquam domus elemosinaria prædicta sic erecta, facta, fundata & stabilita fuerit, prædicto Magistro sive Custodi, Capellanis ac fratribus & sororibus ejusdem novæ domus, pro inhabitatione eorundem & successorum suorum ibidem, dare possint & concedere: Habenda & tenenda eisdem Rectori sive Custodi, Capellanis, fratribus, sororibus, & successoribus suis imperpetuum, ad exorandum pro salubri statu nostro, dum vixerimus, & pro animâ nostrâ, cum ab hac luce migraverimus, & animâ præfati avunculi nostri Cardinalis, & animabus omnium fidelium defunctorum, juxta ordinationes, regulas, & statuta dictorum Executorum in hac parte fiendas, (&c.)

Et quod prædicta domus Elemosynaria, cum sic erecta, (&c.) fuerit, *nova domus Elemosynaria nob lis pauperatis*, per *Henricum* Cardinalem *Angliæ* & Episcopum *Wynton.* filium nobilis memoriæ *Johannis* nuper Ducis *Lancastriæ* ordinata, juxta *Wynton.* imperpetuum nuncupetur. Et quod Rector sive Custos, Capellani, fratres, & sorores, & successores sui, postquam domus Elemosynaria prædicta sic facta, fundata, stabilita, creata & erecta fuerit, sint in re & in nomine unum corpus perpetuum, & una communitas perpetua; & quod ipsi & successores sui, Rector sive Custos, Capellani, fratres & sorores novæ domus Elemosinariæ nobilis paupertatis, per *Henricum* Cardinalem *Angliæ* & Episcopum *Wynton.* filium nobilis memoriæ *Johannis* nuper Ducis *Lancastriæ* ordinatæ juxta Wynton imperpetuam nuncupentur: Quodq; iidem Rector sive Custos, Capellani, (&c.) habeant perpetuam successionem & commune Sigillum, pro negotiis suis deservituris. Et quod ipsi & successores sui imperpetuum sint personæ habiles & Capaces in lege & perpetuitate ad perquirendum & recipiendum sibi & successoribus suis in feodo & perpetuitate, dominia, Maneria, terras, (&c.) & alias possessiones quascunq; tam de nobis, hæredibus & successoribus nostris, quàm de aliis personis quibuscunq;, licèt ea immediatè de nobis, hæredibus, & successoribus nostris in Capite teneantur, (&c.) In cujus, (&c.) T. Rege apud *Westm. viii.* die *Aprilis.*

HOSPITALE

de Stokfaston, *in agro* Leicestrensi.

Licentia Johanni *de* Boyvile *armigero, facta per Regem* Edwardum *quartum, pro fundatione ejusdem.*

REx omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis quod nos; ex mero motu & certâ scientiâ nostris, de gratiâ nostrâ speciali, ad laudem & honorem Dei & gloriosissimæ Virginis *Mariæ*, omniumq; Sanctorum, concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilecto & fideli nostro *Johanni de Boyvile* armigero, quod idem *Johannes* ad beatissimam & gloriosissimam Virginem *Mariam* habet & gerit, quandam domum Elemosinariam perpetuam, de uno Capellano & tribus pauperibus perpetuis, apud Stokfaston in Com. *Leyc.* juxta Ecclesiam ejusdem villæ, divina & orationes singulis annis in eadem Ecclesiâ, pro bono statu ejusdem *Johannis* durante vitâ suâ, & animâ ejus cum ab hac luce migraverit, & animabus parentum, antecessorum, & benefactorum suorum; necnon animabus omnium fidelium defunctorum, juxta ordinationem dicti *Johannis* in hac parte faciendam & ordinandam, celebraturis & oraturis imperpetuum, facere, fundare, erigere, stabilire, & creare possit. Et quod domus illa, cum sic facta, fundata, erecta, stabilita & creata fuerit, *Domus Elemosinaria beatissimæ* Mariæ *Virginis, de* Stokfaston imperpetuum nuncupetur. Et quod Capellanus & pauperes prædicti, & successores sui, postquam domus illa facta, fundata, erecta, stabilita & creata fuerit, sint unum corpus incorporatum, in re & nomine; habeantq; successionem perpetuam & commune Sigillum pro negotiis domus prædictæ deserviturum: Quodq; Capellanus & pauperes prædicti & successores sui imperpetuum, per nomen Capellani & pauperum domus Elemosinariæ beatissimæ *Mariæ* Virginis de Stokfaston, prosequi & implacitare; necnon implacitari possint in quibuscunq; Curiis spiritualibus & temporalibus, tam coram nobis, hæredibus & successoribus nostris, quàm coram quibuscunq; Justiciariis & Judicibus spiritualibus & temporalibus, in omnibus & singulis actionibus realibus, personalibus & mixtis, sectis, querelis & demandis.

Et insuper concessimus, & licentiam dedimus, concedimus & licentiam damus eidem *Johanni*, quod ipse dare & concedere possit Capellano & pauperibus prædictis, postquam domus illa sic facta, fundata, erecta, stabilita

Pat. 5. E 4. p. 2. m. 3.

&

& creata fuerit & successoribus suis in perpetuum, terras, tenementa & reddit. ad valorem x. librarum per annum, ultra omnia onera & reprisas, quæ de nobis non tenentur in Capite (&c.) Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis (&c.) non obstante. In cujus (&c.) T. Rege apud Staunford xxii. die Jan.

HOSPITALE

de Heightesbury *in agro* Wiltonensi.

Licentia Regis Ewardi *quarti, pro Fundatione & dotatione ejusdem.*

Pat. 11. E. 4. p. 2. m. 25.

REx omnibus ad quos (&c.) salutem. Sciatis, quod ad perpetuam rei memoriam, piis desideriis devotorum, illis præsertim qui salutem respiciunt fidelium animarum, gratum nos decet præbere consensum. Et quia sanctum & salubre est pro defunctis exorare, nos ad humilem supplicationem *Margaretæ*, quæ fuit uxor *Robert.* nuper Domini *Hungerford* militis, de gratiâ nostrâ speciali concessimus & licentiam dedimus, ac per præsentes concedimus & licentiam damus, pro nobis & hæredibus nostris; eidem *Margaretæ* & *Johanni Cheyne* de Pyme armigero, & *Johanni Mervyn* armigero & eorum cuilibet; quod ipsi, seu eorum aliqui vel aliquis, quandam domum Elemosinæ, de uno Capellano, *xii.* viris pauperibus & unâ muliere perpetuis; quorum idem Capellanus Custos ejusdem Domus sit omnino, apud Heightesbury in Com. *Wilteff.* divina servicia & alias orationes, singulis diebus in Ecclesiâ parochiali de Heightesbury prædictâ, pro salubri statu nostro, ac prædilectissimæ consortis nostræ *Elizabethæ* reginæ *Angl.* ac reverendi in Christo patris *Richardi Beauchamp, Sarum* Episcopi, dum vixerimus; & pro animabus nostris, cum ab hac luce migraverimus: necnon pro bono statu prædictorum *Margaretæ, Johannis*, & *Johannis*; ac Magistri *Jacobi Goldwell* prothonotorii Apostolici, Decani Ecclesiæ Cath. beatæ *Mariæ Sarum*, dum vixerint; & pro animâ dicti *Roberti Hungerford*, & pro animâ præfatæ *Margaretæ*, cum ab hac luce migraverimus: Necnon pro animabus *Walteri Hungerford*, nuper Domini *Hungerford* & *Katherinæ* nuper uxoris ejus, parentum ejusdem *Roberti*, & animabus *Willielmi* Domini de *Botreaux*, & *Elizabethæ* nuper uxoris ejus, parentum ejusdem *Margaretæ*; ac pro animâ *Georgii Westby* armigeri; necnon pro animabus præfatorum *Johannis Cheney Johannis Mervyn*, & *Jacobi Goldewell*, cum ab hac luce migraverimus, ac animabus omnium fidelium defunctorum, ac ad quædam alia facienda juxta ordinationem prædictorum *Margaretæ, Johannis*, & *Johannis*, seu aliorum aliquorum vel alicujus in hac parte fienda, imperpetuum factura & deprecatura, facere, fundare, creare, erigere & stabilire possint & posit futuris temporibus duratura.

Et quod Custos, pauperes & mulier dictæ Domus Elemosynæ, & eorum successores, Custodes, pauperes & mulieres Domus Elemosinæ præfati *Walteri*, & *Roberti* filii sui, nuper dominorum Hungerford & de Heightesbury in Com. prædicto, nuncupentur imperpetuum: Ac præfati Custos, pauperes & mulier dictæ domus Elemosinæ & eorum successores, Custodes, pauperes & mulieres ejusdem domus, sint unum Corpus, habeantq; successionem perpetuam, ac sint personæ habiles & capaces in lege: Et quod iidem Custos, pauperes & mulier dictæ domus Elemosinæ & successores sui, Custodes, pauperes & mulieres ejusdem domus, per nomen & sub nomine Custodis, pauperum & mulieris domus Elemosinæ prædictorum *Walteri* & *Roberti*, nuper dominorum de Hungerford & de Heightesbury in Com. prædicto, terras, tenementa, redditus, servicia & annuitates, cum pertinentiis, de quibuscunq; personis perquirere possint, optinere, & recipere; Habendum & tenendum sibi & successoribus prædictis imperpetuum. Ac præfati Custodes, pauperes & mulieres ejusdem domus, per nomen Custodes pauperum & mulieres domus Elemosinæ præfatorum *Walteri* & *Roberti* nuper dominorum de Hungerford & de Heightesbury in Com. *Wilteff.* placitare possint & implacitari; necnon omnimodas actiones, sectas, querelas, & causas reales, personales & mixtas, cujuscunq; generis fuerint vel naturæ, coram quibuscunq; Justiciariis, Judicibus secularibus vel spiritualibus, seu aliis personis quibuscunq; prosequi, ac in eisdem respondere & responderi, eisdemq; defendere possint; & omnia facere & recipere possint, prout & eodem modo, quo cæteri ligei nostri personæ habiles & capaces infra idem regnum placitant & implacitantur, respondeant & respondere tenentur, ac faciunt & facere poterint. Et quod iidem Custos, pauperes, & mulier domus Elemosinæ supradictæ, & eorum successores, Custodes, pauperes, & mulieres ejusdem domus, habeant unum commune Sigillum pro negotiis & agendis dictæ domus Elemosinæ deserviturum imperpetuum.

Et insuper, de uberiori gratiâ nostrâ, concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris prædictis, prætatis *Margaretæ, Johanni*, & *Johanni*, & eorum cuilibet; quod ipsi seu eorum aliqui, vel aliquis, cum dicta domus Elemosinæ, sic facta, fundata, creata, erecta, & stabilita fuerit, dare possint & possit, & concedere præfatis Custodi, pauperibus & mulieri, Maneria de Cheverell-*Burnell*, & Cheverell-*Hales* (aliàs dicta Cheverell *magna*) cum pertinentiis in Com. prædicto, pro sustentatione eorundem Custodis, pauperum & mulieris, & successorum suorum: ac duo messuagia, cum pertinentiis in Heightesbury prædictâ, quæ *Walterus Hungerford* nuper dominus Hungerford, nuper perquisivit de *Johanne at Borgh* armigero, licèt de nobis aut de aliis teneantur;

ita tamen quod non teneantur de nobis in Capite, pro inhabitatione eorundem Custodis pauperum, & mulieris, & successorum suorum; ac *xx.* carectatas bosci pro focali suo in bosco de **Southleghe** in Com. *Wiltes.* advocatione tamen Ecclesiæ de **Cheverell** magnâ tantummodo exceptâ. Habendum & tenendum Maneria & messuagia prædicta, cum pertinentiis, exceptis præexceptis, præfatis Custodi, pauperibus & mulieri, & successoribus suis: Ac habendum & percipiendum annuatim dictas *xx.* carectatas bosci, in bosco prædicto, per supervisum Custodis ejusdem bosci, pro tempore existentis, vel sine ejus supervisu, si ipse ad hoc requisitus intendere non poterit vel noluerit, absq; impedimento ejusdem Custodis, aut aliorum quorumcunq; eisdem Custodi, pauperibus & mulieri & successoribus suis prædictis, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam imperpetuum, (&c.) In cujus, &c. T. Rege apud *Westm.* *xx.* die *Febr.*

HOSPITALE
de Savoy *in Suburbio Civitatis* Londini.

Carta Regis Henr. *octavi, de fundatione ejusdem.*

Pat. 4. H 8. p. 1.

REx omnibus ad quos, &c. salutem. Cum nuper per literas nostras patentes Sigillo nostro Ducatus nostri *Lancastriæ* sigillatas, quarum data est apud **London** tertio die *Aprilis* anno Regni nostri secundo, dederimus, concesserimus & eadem Cartâ nostrâ confirmaverimus *Ricardo* Episcopo *Wyntoniæ*, Custodi privati Sigilli nostri, *Ricardo* Episcopo *Londoniæ*, *Thomæ* Episcopo *Dunelm.* *Edmundo* Episcopo *Sarum*, *Willelmo* Episcopo *Linc.* *Johanni* Episcopo *Roffensi*; *Thomæ* Comiti *Arundel'æ*, *Thomæ* Comiti *Surriæ*, Thesaurario nostro *Angl'æ*; *Carolo Somerset* militi Domino de *Herbart*, Camerario nostro; *Johanni Fyneux* militi Capitali Justiciario Banci nostri; *Roberto Rede* militi, Capitali Justiciario Communis Banci nostri; Magistro *Johanni Young* Custodi Rotulorum Cancellariæ nostræ; *Tho. Lovell* militi, Thesaurario Hospicii nostri, & *Johanni Cutte* sub-Thesaurario nostro *Angliæ*, executoribus Testamenti *Henrici* nuper Regis *Angliæ* septimi, patris nostri illustrissimi, situm Manerii de **Savoye**, sive quandam placeam seu peciam terræ vocatam le **Savoye**, nuper parcellam Ducatus nostri prædicti, jacentem in parochiis S. *Clementis Dacorum*, extra barras *novi Templi* **London**, & beatæ *Mariæ* de **Strande** in Com. *Midd.* inter terram & mansionem Episcopi *Wigornienſis*, ex parte orientali, & terram Episcopi *Carleolensis* ex parte occidentali; & abuttantem super aquam *Thamisiæ* versùs Austrum; & super viam nostram per quam itur de **Strande Crosse** versùs **Charyng Crosse** versùs Boream: Habendum & tenendum prædictum situm, vocatum le **Savoy**, sive prædictam placeam seu peciam terræ vocatam le **Savoy**, cum pertinentiis, præfatis Executoribus, hæredibus, & assignatis suis imperpetuum de dono nostro, quietè, de nobis & hæredibus nostris, absq; computo, seu aliquo alio nobis, hæredibus vel successoribus nostris pro eisdem reddendo, solvendo vel faciendo; ad intentionem, quod iidem Executores, seu eorum aliqui, sive aliquis, quoddam Hospitale, in & super prædicto situ, sive prædictâ placeâ, sive peciâ terræ vocatâ le **Savoy**, licentiâ nostrâ, aut hæredum seu successorum nostrorum, indè per ipsos, seu eorum aliquos ad hoc optinendâ, juxta ordinationem & Statuta per ipsos seu eorum aliquos sive aliquem limitandâ & ordinandâ, erigere, fundare, creare & stabilire possent seu possit, aut erigi, creari, fundari & stabiliri facerent seu facerer, prout in eisdem literis nostris patentibus, inter alia, pleniùs apparet: Sciatis, quod nos de gratiâ nostrâ speciali, ac ex certâ scientiâ, & meró motu nostris, prædictas literas nostras patentes, ac donum & concessionem prædicta; necnon omnia & singula in eisdem literis nostris patentibus contenta & specificata, rata habentes & grata, ea per præsentes ratificamus, approbamus & confirmamus.

Et insuper, de uberiori gratiâ nostrâ, ac ex certa scientiâ & mero motu nostris prædictis, concessimus & licentiam dedimus, ac per præsentes licentiam damus & concedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, præfatis Executoribus, quod ipsi, seu eorum aliqui superviventes, seu eorum aliquis superviveṇs, quoddam Hospitale perpetuum de quinq; Capellanis perpetuis secularibus; *viz.* de uno Magistro & quatuor aliis Capellanis, infra & super situm prædictum, sive prædictam placeam seu peciam terræ, vocatam le **Savoy**, ad laudem & honorem Domini nostri *Jesu Christi*, beatissimæq; semper Virginis *Mariæ*, matris ejus, ac S. *Johannis* Baptistæ, ad exorandum pro bono statu nostro, & *Katerinæ* consortis nostræ, dum vixerimus, & pro animabus nostris, cum ab hac luce migraverimus; & specialissimè pro salute animarum prædicti nuper Regis patris nostri, & *Elizabethæ* nuper consortis suæ matris nostræ præcarissimæ, necnon *Arthuri* primogeniti eorum, nuper Principis *Walliæ*, Ducis *Cornubiæ* & Comitis *Cestriæ*, fratris nostri, juxta ordinationes & statuta eorundem Executorum, sive eorum aliquorum, seu eorum alicujus fundatoris, sive fundatorum ejusdem Hospitalis fiendas & limitandas; fundare, erigere, creare, facere & stabilire posint & posit: Et quod Hospitale prædictum, cum sic fundatum, erectum & stabilitum existat, Hospitale *Henrici* nuper Regis *Angliæ* septimi, de **Savoy** nominetur, vocetur & appellatur; quodq; Magister Hospitalis illius & successores sui, Magistri ejusdem Hospitalis, ac Capellani Hospitalis illius,

Magister

Magister & Capellani Hospitalis *Henrici* nuper Regis *Angliæ* septimi, de Savoy, similiter nominentur, vocentur & appellantur: Et quod iidem Magister & Capellani sint incorporati, ac uniti; & sint unum corpus re & in nomine: habeantq; successionem perpetuam. Et quod iidem Magister & Capellani & eorum successores per idem nomen, & sub eodem nomine, sint personæ habiles & capaces in lege, ad perquirendum & recipiendum terras, tenementa, annuitates, redditus, servicia, advocationes Ecclesiarum, Prioratuum emolumenta, possessiones & hæreditamenta quæcunq; ; necnon bona & catalla, tam de dono nostro, quàm de quibuscunq; personis, ea eis dare, legare, seu assignare volentibus, sibi & successoribus suis imperpetuum. Et quod iidem Magister & Capellani, & eorum successores habeant unum Sigillum commune pro negotiis Hospitalis prædicti agendis. Et quod iidem Magister & Capellani, & eorum successores Magistri & Capellani Hospitalis prædicti, per nomen Magistri & Capellanorum Hospitalis *Henrici* nuper Regis *Angliæ* septimi, de Savoy, implacitare & implacitari, prosequi & defendi possint in omnibus & singulis causis, querelis, actionibus realibus, personalibus & mixtis, cujuscunq; fuerint generis, sive naturæ, ac respondere & responderi, defendere & defendi valeant sub nomine prædicto in eisdem, in quibuscunque Curiis & locis, coram quibuscunq; Justiciariis & judicibus, tam spiritualibus quam temporalibus.

Et ulteriùs, de uberiori gratiâ nostrâ concedimus, & licentiam damus, pro nobis & hæredibus nostris, per præsentes, quod postquam Hospitale prædictum, ut prædicitur, fundatum, erectum, creatum & stabilitum fuerit, prædicti Executores, & eorum quilibet, ac aliæ quæcunq; personæ, & quæcunq; alia persona terras, tenementa, redditus, servicia, reversiones, advocationes Ecclesiarum, Prioratuum, Hospitaliorum, liberas Capellas, ac alia beneficia Ecclesiastica quæcunq; ; necnon omnia & omnimoda alia hæreditamenta & possessiones quascunque, ad valorem quingentarum marcarum per per annum, ultra omnia onera & reprisas, tam de feodo suo proprio quàm alieno, licet de nobis in Capite, vel aliter, vel aliquo alio modo seu de aliquibus aliis personis, sive de aliquâ aliâ personâ quacunq; teneantur, Magistro & Capellanis Hospitalis prædicti pro tempore existentis, & successoribus suis, dare, concedere, appropriare, consolidare, annectere, unire & assignare possint & possit. Et eisdem Magistro & Capellanis & successoribus suis, quod ipsi terras, & tenementa, redditus, reversiones, servicia, advocationes Ecclesiarum, Prioratuum, Hospitaliorum, liberas Capellas, ac alia beneficia Ecclesiastica quæcunq; ; necnon omnia & omnimoda alia hæreditamenta & possessiones quascunq;, ad annuum valorem prædictum, ultra omnia onera & reprisas à præfatis Executoribus, seu eorum aliquibus, sive aliquo, aut quibuscunq; aliis personis, seu quacunq; aliâ personâ, ea eis dare, legare, appropriare, concedere, consolidare, annectere, unire, & assignare volentibus, sive volenti, recipere possint & tenere sibi & successoribus suis imperpetuum, tenore præsentium similiter licentiam damus specialem, ad sustentationem suam, & ad quædam alia misericordiæ & pietatis opera & onera, in fundatione & ordinatione Hospitalis prædicti, per prædictos Executores, seu eorum aliquos vel aliquem, limitanda & assignanda, facienda, & perimplenda, Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis, edito, non obstante; & absq; impetitione, impedimento, seu perturbatione nostri, aut hæredum sive successorum nostrorum, seu aliorum quorumcunque, & absq; aliquâ Inquisitione, sive aliquibus Inquisitionibus, virtute alicujus Brevis sive mandati nostri, seu aliquorum Brevium, mandatorum nostrorum, hæredum & successorum nostrorum de *Ad quod Dampnum*, seu alicujus alterius Brevis sive mandati nostri in eâ parte capiendi seu prosequendi; & absq; aliquâ aliâ licentiâ nostrâ, seu aliis literis patentibus eis in hac parte concedendis vel fiendis; dicto Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis, aut aliquo alio Statuto, actu, ordinatione, seu restrictione in contrarium facto, edito sive ordinato, aut aliquâ aliâ re, causâ, vel materiâ quacunq; in aliquo non obstante. Eo quod expressa mentio (&c.) Teste Rege apud *Westmonasterium* quinto die *Julii*, anno regni Regis *Henrici* octavi, *Angliæ*, &c. quarto.

Cœnobia Anglicana

HOSPITALARIORUM MILITUM,

S. *JOHANNIS* JEROSOLOMITANI;

ORDINIS S. AUGUSTINI.

Digitized b

Cœnobia Anglicana

HOSPITALARIORUM MILITUM,

ORDINIS

S. AUGUSTINI.

489

Eq Hospitalarius

De primordiis & inventione sacræ Religionis IHEROSOLIMORUM.

Ex veteri MS. penes Gilbertum North armigerum an. 1652.

MAxima inter plerosq; hactenus dubitatio fuit, undè & à quibus *Hosp. Ierosolimorum* primordium sumpserit. Quidam vana somnia ingerentes deliramenta potiùs quàm veritatem confinxisse videntur; veteres enim historias longissimè abinvicem separatas, composito quodam glutineo conjunxerunt. Quorum vanas fabulas hoc loco mihi referre cura non est; sed ad rei veritatem, id quod de sacris annalibus decerpere potui, & quæ conjectura & ratione assequi, non præpositæ rei seriem in medium adducam.

Sacram *Ierosolimorum* Religionem ita principium habuisse reputo: Cum exactis, mortuo *Alexandro Philippo Macedonum* Rege, de urbe *Jerusalem* prophanis gentibus *Machabeorum* opera ad a. p. & libertatem, populus proclamasset, ingentia bella à finitimis Regibus cum *Iherosolimis* gesta sunt. Tandem, volente Domino, cum *Machabeus* urbem, arcem, & Templum de prophanatis gentium manibus vendicasset; & ad bellum iterum gerendum exeundum esset, priùs compositis in urbe *Jerosolima* rebus; magna manu in hostes *Machabeus* profectus est. Cumq; multi de populo Dei, ferro cecidissent, multiq; vulneribus debiles facti essent, *Machabeus* in urbe *Iherosolimitana*, xenoduna, hoc est pium locum & debilium constitui dicitur; cui loco ingentes argenti & auri dragmas, ad expiandas defunctorum animas, transmisit; Ibique, ut miserabilibus receptaculum, & defunctis piaculum constitueretur, imposterum decrevit. Volventibus deinde annis, cum religiosa clarissimi *Machabei* institutio levaretur, usque ad salutaris nostri tempora processum est; ipseq; *Jhesus Christus* humile non dedignatus hospicium, multùm pietatis opera monstravit. In eodem profectò, cum nullius rei possessor existeret, dicente illo, *Volucres cæli nidos, & vulpes habent foveas, filius autem hominis non habet quo reclinet caput suum*, non inmeritò hunc locum ipsum incoluisse existimare possimus: si enim discipulos monebat omnia in communi habere, nec de crastino esse sollicitos, si absq; calceis & peràd discipulos esse volebat, quis dubitet Magistrum talia monentem, omnia habuisse communia, humilemque locum inhabitasse?

Hiis igitur rationibus confirmati, confidenter dicere possumus, hunc locum communem & humilem, cœlestis Imperatoris habitaculum fuisse. Hic discipulorum pedes Magister lavit, eosdemq; Presbyteros fecit, sumq; corporis preciosissimi memoriam reliquit. Hic *Petro* Ecclesiæ potestatem & claves tradidit. Hìc veteris testamenti finis, & novi inicium fuit. De hoc loco acenti, ad glorioſissimam passionem, ut nostræ carnis fieret redemptio, Christus profectus est. Hic post ejus passionem discipuli cum *Maria* matre ejus, confugientes, admirandæ Resurrectionis revelationem habere meruerunt, & post quadraginta dies promissum Spiritum Sanctum acceperunt. Hìc, post gloriosam ascensionem, sanctum primum Concilium habitum est, fideiq; simbolum ad duodecim factum. Cumq; glorioſi Principes Christianæ fidei, inter se ad prædicandum, provincias sortiti essent, septem viros elegerunt, qui pauperum & Hospitalis curam haberi essent; quibus *Stephanum* primum Martyrem præpositum constituerunt. Et quia glorioſi is novæ legis præcursor *Joh. Baptista*, Christi baptismum prædicans, ab *Herode* nuper decollatus erat, cujus vitæ testimonium cuncti admirabantur: Et quia hiis locis natus & usq; ad infantiæ annos educatus erat, ob venerandam ejus memoriam Hospitalis patronum appellaverat; subsedentibus postmodum temporibus, cum magna inter homines de fide opinio esset, plurimi in societate pauperum discipulorum Domini conferrebant; & ut participes orationum fierent, venditis rebus suis, ante pedes Apostolorum precia ponebant, communem cum illis vitam ducentes.

Verùm, cum Christianæ fidei devotione crescente, hujus sacræ domus facultates longè multiplicatæ essent, qui eas tuerentur, conducti milites constituti sunt, ut &

facultates Hospitalis domus, sub fratre *Raymundo*, à quo Regula postea constituta est, tuerentur, atq; paganos repellerent: Ipsi namq; sacerdotes sacris mysteriis & prædicationibus occupati, ea quæ milites factitabant exercere non poterant; Verùm cum in tantam vesaniam, impellente avaricià, milites elati essent, ut se facultatum Hospitalis professores constituerunt, sacerdotesq; negligerent; proinde decretum est, ut & ipsi milites Hospitalis participes fierent, & Christianam religionem defenderent; unde & ipsi, pro nomine Christi pugnantes, ante pectus Crucem gestare instituerunt. Crescente deinde apud Orientem perfidià, fide deficiente, factum est, ut Hospitale à Sarasenis occupato, Christi milites undiq; dispergerentur. Cumq; in *Acra* & *Surrya* nullum ampliùs refugii locum haberent, in altum ascendere coacti sunt: Prima eis navigatio in *Cyprum* fuit, insulam *Iherosolimis* propinquam. Ibi à Christianis Principibus recepti, contra prophanas gentes, pro Christi nomine, pugnare non destiterunt. Multis deinde annis *Rhodiorum* insula *Constantinopolitanis* rebellis facta est; non valentibus ipsis, ob ingentes *Rhodiorum* copias, in ditionem vendicare insulam, ipsam *Iherosolimitanis* militibus occupandam concesserunt. Milites verò, paratis navibus, instructis copiis, *Rhodum* navigantes, brevi dierum spacio in suam potestatem redegerunt; duplicique præsidio munit, ex *Cypro* & *Rhodo* adversùs nostræ fidei inimicos, bella gesserunt & gerunt.

Qualiter domus Hospitalis *S.* Johannis Jerusalem, *fuit primo inventa, voluntate Domini nostri* Jesu Christi.

lib. fol. 47 a. OMnibus præsentibus & futuris notum facimus, quod domus *Hospitalis S. Johannis Baptistæ* & pauperum *Jerosolimitanorum* fuit incepta à principio, tempore primi *Julii Cæsaris*, Imperatoris Romani, & tempore *Antiochi* Principis *Antiochiæ*; Ille qui fecit omnia, & suus filius benedictus nobis mittat Spiritum Sanctum, qui omnes tres unum sunt in adjutorium sit, quod nos possim dicere & retrahere de Latino in grammaticam, ita & taliter, quod sit laus prædicto Sancto *Johanni* Baptistæ.

Supradicto enim tempore fuit quidam Presbyter, & Dominus aliorum Presbyterorum in *Jerusalem*, qui vocabatur *Melchiar*; qui fregit sepulchrum *David*, & ex eo extraxit magnum thesaurum, videlicet aurum & vestimenta preciosa, quæ ibidem fuerant posita ab aliis Regibus post *Davidem* Regem, de quo quidem facto, dictus *Melchiar* fuit accusatus, coram Principe *Antiochia*, qui tunc temporis erat Dominus & Dux in *Jerusalem*, ex præcepto *Julii Cæsaris*: *Antiochus* verò de hoc fuit valdè turbatus, & cogitabat intra se, qualiter posset honestiùs justiciam ministrare de furto supradicto. Et secundâ nocte sequenti, jacendo in lecto, cogitabat multum quid faceret de tali re: Et postquam satis cogitavit, obreptus fuit à somno, & tunc angelus cepit ejus Spiritum, & eundem portavit super montem *Calvarii*. Cui Rex Regum apparuit, & dixit. *Antioche, Non ponas manum super istum sanctum Presbyterum, & non effundas ejus sanguinem; quoniam in isto loco, quem tibi monstravero, tu & ipse debetis facere unam domum pietatis & misericordia, communem omnibus pauperibus ibidem advenientibus. Et ego præcipio tibi*, Melchiar, *quod totum illum thesaurum, qui fuit extractus de sepulchro* Davidis, *ponatur in ædificio mansionis pauperum; quoniam Spiritus sanctus ubi vult spirat.* Eadem nocte, ipse manifestavit se sancto Presbytero *Melchiar*, & dixit eidem, *Vadas ante montem* Calvarium, *& ubi tu invenies fundamentum ædificatum, ibidem facite mihi unam domum fortem & firmam, quoniam in eadem recipi multæ mansiones gentium, quia qui pauperes recipit, me recipit.* Et quando de mane in auroræ diei ille Presbyter descendit de monte *Calvario*, obviat Principi, & incœperunt adinvicem loqui, quomodo Dominus noster *Jesus Christus* unicuiq; ostenderat bonam viam, & illud quod Dominus noster ostenderat ambobus multum placuit & eorum toto Concilio; Et quod ille sanctus Presbyter donabat se & totum illud quod invenerat de thesauro in sepulchro *David* ad constructionem dictæ sacræ domus causâ serviendi pauperibus toto tempore, sicut scriptum reperitur in libro de *Machabais*.

Quando *Judas Machabæus* vidit & cognovit benè, quod bona res erat orare pro mortuis, misit in *Jherusalem xii.* dragmas argenti, & quod offerantur Hosp. pauperum quod ipsi rogarent pro mortuis, & placeret *Melchiar* stabilire fratres ad serviendum

paupe-

pauperibus manſionis. In illâ ſacrâ domo, quam diximus, venerunt de omnibus partibus Mundi multi pauperes & infirmi, qui fuerint recepti & benigniter pertractati propter miſericordiam Domini noſtri *Jeſu Chriſti*. Princeps Antiochenus prædictus, quando obiit, donavit ſacræ domui prædictæ *Jeroſolimitanæ* magnam partem bonorum ſuorum.

Nos facimus vobis notum unum magnum miraculum, quod auſcultare debent omnes in Deum credentes. Dominus noſter *Jheſus Chriſtus* apparuit *Zachariæ* Prophetæ unâ die, quando faciebat ſacrificium Deo, & in illâ horâ filius Dei apparuit ſibi, & dixit; *Melchiar, frater tuus tranſivit de hoc ſeculo, & anima ejus eſt in Paradiſo, ex quo ego præcipio tibi, & filio tuo & uxori tuæ quod vos veniatis in* Jeruſalem, *& ſerviatis mihi & pauperibus meis donec* Julianus *de* Româ *veniat in* Jeruſalem. Quando *Zacharias* complevit ſacrificium, quod ipſe faciebat Deo, in parte fuit multùm lætus, & in parte fuit multùm ſtupefactus. Et quando venit in domum ſuam, dixit uxori ſuæ & filio plorando; illud quod Dominus illis præceperat. Et omnes tres Deo gratias egerunt, & quantò citius potuerunt, iverunt *Jeruſalem*, & redd derunt ſe & ſua Deo & Hoſpitali pauperum, & ſervierunt multùm benignè & longo tempore Hoſpitali prædicto.

Adhuc evenit aliud grande miraculum, videlicet, quod *Accamanus* Imperator Romanus, cum quibuſdam aliis honeſtis viris, cauſâ recipiendi omagium à *Judais*; Accidit quando fuerunt in mare propè unam inſulam *Crethii*, quæ vocatur *Rhochas*, puppis eorum navis fracta eſt, & omnes qui ſupererant fuerunt perditi, excepto *Juliano* Romano, qui per filium Dei ad terram fuit exportatus benigniter. Et quando *Julianus* vidit infortunium quod evenerat, interrogavit Dominum, *Quis eſtis vos qui extraxiſtis me de iſto periculo?* Et Dominus noſter reſpondit & dixit. *Ego ſum filius Dei, qui ordinavi te Hoſpitelarium domus pauperum* Jeruſalem, *& in futurum veniam corporaliter in illâ domo*; & benedixit ei. Ille *Julianus* recepit ad gaudium benedictionem Domini noſtri; & venit in *Jeruſalem* ad ſanctum *Zachariam*, ubi ipſe *Zacharias* & alii fratres receperunt eum pro patre. Subſequenter, quando Dominus noſter venit in terram, pro ſalute humani generis, & voluit manifeſtare gloriam ſuam populo, vocavit Apoſtolos ſuos & Diſcipulos; & venit in *Jeruſalem*, ſicut prædixerat per ſanctum Spiritum proviſoribus manſionis Hoſpitalis. Et exiſtens homo corporalis de præſenti, fecit miraculum præſentibus ſuis Diſcipulis, & Apoſtolis faciebat ſalutem animarum. Deus qui fecit magna bona huic domui, quod ipſemet voluit ſe oſtendere eis, extendit manus ſuas ſupra ſuos Apoſtolos & pauperes manſionis prædictæ; & tunc dixit, *Qui vos honorabit, me honorabit, & qui vos recipiet, me recipiet. Maledicatur homo qui ſpernet unum de illis.* Notum facimus quod iſta eſt manſio in quâ Dominus noſter dixit illi ſapienti homini, *Tu amabis Deum ex toto tuo corde, & ex toto tuo cogitamine*, & alia multa ſecundùm quod in Evangelio reperitur. Item iſta eſt domus in quâ abſcondiderunt ſe Apoſtoli, & clauſerunt portas, timore *Judæorum*, quando Dominus noſter *Jeſus Chriſtus* fuit crucifixus. In iſtâ ſanctâ domo, venit virgo *Maria* & ſanctus *Johannes* Evangeliſta ad Dominum noſtrum, quando ipſe erat in Cruce pro nobis peccatoribus, & dixit ſancto *Johanni, Vide hic matrem tuam.* Et poſtea dixit matri ſuæ, *Vide hic filium tuum.*

Adhuc, eſt iſta domus Hoſpitalis, in quâ venit *Jheſus* in octavo die ſuæ Reſurrectionis, portis clauſis, & intravit in medio ſuorum Diſcipulorum, & dixit eis; *Pax vobis*, Et oſtendit eis manus & pectus, ſed *Thomas* non erat cum illis, quando *Jeſus* venit. Et Diſcipuli venerunt ad ſanctum *Thomam*, & dixerunt ei. *Nos vidimus Dominum noſtrum.* Et *Thomas* reſpondit & dixit. *Ego non credo, ego non tango, & video foramen clavorum manuum ſuarum & pedum, & miſero manum meam in pectore ſuo.* Propè iſtos octo dies, ſicut ſanctus *Johannes* Evangeliſta teſtatur, quando diſcipuli erant in iſtâ ſanctâ domo, & ſanctus *Thomas* cum eis, venit *Jheſus*, clauſis januis, & dixit, *Pax vobis.* Et dixit *Thomæ, Mitte huc digitum tuum in foramen manuum mearum & mei coſtatus, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis.* Et in illâ ſanctâ domo recognovit ſanctus *Thomas* ſuum creatorem. Cui Dominus noſter dixit, *Quia tu me vidiſti, credidiſti. Beati ſunt, qui non viderunt & crediderunt.*

Eodem tempore *Ananias* & *Saphira* dimiſerunt ſeculum, & donaverunt ſe ſocietati Chriſti, & Diſcipulorum: Et quia non reddiderunt Deo & ſacræ domui Hoſpi-

tal s & pauperibus, & non portaverunt ad pedes discipulorum illud quod habebant, mortui sunt subitaneâ morte; & Sanctus *Petrus* non permisit poni eorum corpora in cimiterio, ymmo fecit eos sepeliri extra, tanquam excommunicatos. Et tempore quo Deus misit nobis Apostolos & discipulos suos ad prædicandum, & illi erant antiqui, sicut Sanctus *Stephanus*. qui fuit primus Martyr, & *Philippus* prothomartyr, *Nicha*[illegible]*ome*, *Thymocenn Permanan*, *Nycholaus Antiochenus*. Isti custodiebant domus Hospitalis & serviebant pauperibus ex præcepto Domini nostri *Jesu Christi*. In isto tempore erant in eodem loco multæ & diversæ generationes hominum; Aliquando *Græci*, aliquando *Caryseni*, qui tenebant Civitatem *Jerusalem* & terram promissionis; & hoc, non obstante quod domus esset in magnâ paupertate, tamen recipiebant pauperes & infirmos. Et quando venit finaliter quod *Saraceni* habuerunt domum *Jerusalem*, & *Græci* perdiderunt; unus servulus *Jesu Christi*, qui vocabatur *Conradus* custodiebat sanctam domum Hospitalis, & elemosinas, quæ dabantur sibi à Saracenis, ipse donabat pauperibus, & serviebat eis benignuter.

Eodem tempore, quando Deo placuit, quod Christiani haberent terram promissionis, *Godfridus* de *Boylon*, & magna multitudo Barenorum & peregrinorum, qui fuerint instructi per divinam gratiam & prædicationem, venerunt per longas terras, per montes & valles, & per terram Romaniæ, in *Antiochiam*; & obsederunt eam, & virtute Dei ceperunt eam: In illâ, perfidorum Saracenorum magnam multitudinem perimerunt. De quâ iverunt ultrà, ad Civitatem de *Trypoly*, & ceperunt eam. Et exinde ceperunt *Acrys*: Et inde iverunt ad terram *Jerusalem*. Et in eorum exercitu habebant tam magnam famem, quod quasi non habebant panem ad comedendum. Tunc ille *Conradus*, qui serviebat pauperibus Hospitalis *Jerosolimitani*, quolibet die ter vel quater, ponebat de pane in suo gremio, & desuper muros terræ projiciebat panem Christianis, loco lapidum: Et iste *Conradus*, qui custodiebat pauperes Hospitalis fuit accusatus coram *Soldano*, per *Saracenos* qui custodiebant muros. Et *Soldanus* præcepit *Saracenis*, qui accusaverunt eum, quod quando projiceret panem Christianis, ipsum caperent & ducerent eum sibi, cum toto pane, & aliter eum non credebat. Deinde venit una dies *Conradus*, vel *Gerardus* faciebat uti solebat, projiciendo panem Christianis; & *Saraceni*, cum pane quem habebat in gremio, ipsum ceperunt, & duxerunt eum coram *Soldano*: & quando *Saraseni* monstrabant panem *Soldano*, tunc ille panis, virtute Dei, efficiebatur lapis. Et quando *Soldanus* vidit maliciam *Saracenorum*, dimisit stare *Conradum*, & præcepit sibi, ut sine timore Christianos, ut consueverat, debellaret. Et quando *Conradus*, vel *Gerardus*, audivit istud, quolibet die projiciebat panem Christianis Dei.

Et *Godfridus* de *Boylen* stetit tantùm, cum exercitu suo, ante *Jerusalem*, quod ipse cepit Civitatem & interfecit multos *Saracenos*, & habebat magnum gaudium de victoriâ habitâ, quam Deus dederat eis; & venerunt ad Sanctum Sepulchrum Domini nostri, cantando, & gratias Deo reddendo. Deinde iverunt ad omnia alia loca. Et deinde Barones diviserunt possessiones *Jerusalem*, & donaverunt dicto *Conrado*, vel *Gerardo*, Magistro dicti Hospitalis *Jerusalem*, magnam partem possessionum, ad honorem Sancti *Johannis Baptistæ*, patroni ejusdem Hospitalis. Deinde, tempore dicti Magistri *Conradi*, vel *Gerardi*, Deus multiplicavit multùm dictam manutenentionem Hospitalis de redditibus, possessionibus & dominationibus per Regnum *Jerosolimitanum*. Et quando *Conradus* fuit mortuus, anima ejus ivit in paradisum. Et frater *Raymundus* de *Puy* fuit subrogatus ejusdem, loco ejus; & ad laudem Dei ædificavit castella, mansiones, & castra; & melioravit multùm mansionem de magnis possessionibus.

Ille frater *Raymundus* fecit stabilimenta mansionis Hospitalis, quæ in eadem domo servantur adhuc; & regulam; Et à Papa Innocencio secundo fecit ipsam confirmari, &c.

Deus Creator omnium liberet fratres Hospitalis ab omnibus malis & eorum peccatis, & eis concedat gratiam veniendi ad cœlestem gloriam cum omnibus eorum Benefactoribus, *Amen*.

Confir-

Confirmatio super Regula *Raymundi* de *Puy*, per Papam *Bonifacium*.

BOnifacius *Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Magistro & fratribus Hospitalis Sancti* Johannis Jerusalem *salutem & Apostolicam benedictionem. Culminis Apostolici solio superna clementia præsidentes, dum solerter attendimus quod vos mundanis contemptis illecebris, quæ cum blandiuntur illudunt, divinis obsequiis salubriter adhæsistis, vos & vestra totaliter pro illis exponere non verentes: dum etiam consideramus attentius, quod vos summæ dilectionis affectum, magnaq; reverentiæ zelum erga nos & Romanam Ecclesiam, matrem vestram, gessistis hactenus, & gerere non cessatis: dignum duximus, & rationi congruum arbitramur, ut vos & Hospitale vestrum favoribus prosequentes uberiùs petitiones vestras, quantum cum Deo possumus, ad exauditionis gratiam admittamus. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat, quod olim, in captione civitatis* Anconensis, *Apostolicas literas, Regulæ vestræ seriem continentes, cum aliis rebus non modicis amisistis, ... supplicite petebatis à nobis, ut, cum vos nonnullas literas cujusdam fratris* Raymundi, *tunc dicti Hospitalis Custodis qui prædictam Regulam condidit) ejus plumbeo sigillo signatas, in quibus Regula ipsa continetur expressè, prout asseritis, habeatis; vobis præfatam Regulam, ad majoris cautelæ præsidium sub Bullâ nostrâ concedere dignaremur: Nos igitur ad vestrum, & prædicti Hospitalis statum prosperum & tranquillum, paternis studiis intendentes, vestris devotis supplicationibus inclinati, prædictam Regulam, prout in prædictis literis fratris* Raymundi *continetur conspicitur, quibusdam verbo de mandato nostro admotis & correctis, in ea præsentibus fecimus annotari, eamq; nichilominus, ex certâ scientiâ confirmamus, & innovamus de gratia speciali, &c.* [Tenor autem ipsarum literarum confirmatarum sic sequitur de verbo in verbum, &c.] *Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ ammentionis, innovationis, & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Data* Laterani, *vi. idus* Aprilis, *Pontificatus nostri anno* vi.

1. *De illo, quod intrantes in Religionem* Jerosolimorum *debent promittere & observare.*

EGo *Raymundus*, Dei gratia, servus pauperum *Jesu Christi*, & Custos Hospitalis *Jerosolimitani*, consilio totius Capituli, & Clericorum & laicorum fratrum, statui hæc præcepta & statuta in domo Hospitalis *Jerosolimitani*.

Inprimis jubeo, quod omnes fratres ad servicium venientes pauperum tria, quæ promittunt Deo teneant, cum Dei auxilio; Scilicet *castitatem*, & *obedientiam*, hoc est, quod quodcunq; præcipitur eis à Magistris suis, *Et sine proprio vivere*, quia hoc Deus ab eis in ultimo examine requiret.

2. *Quod debent petere & habere fratres.*

ET volumus quod fratres non quærant amplius, ex debito, nisi panem & aquam atq; vestitum, quæ eis promittuntur. Et vestitus sit humilis, quia Domini nostri pauperes, quorum servos nos esse fatemur, nudi & sordidi incedunt, & non convenit servo, ut sit superbus, & dominus ejus humilis.

3. *Quomodo Clerici serviant Altari.*

COnstitutum est etiam in Ecclesia, honestus sit eorum incessus, & conversatio ydonea; scilicet, ut Clerici ad Altare cum albis vestibus deserviant; Presbytero dyaconus vel subdiaconus, & si necessitas fuerit, alius Clericus hoc idem exerceat officium, & lumen in Ecclesia die noctèq; sit.

4. *De*

4. *De viſitatione Infirmorum & communione:*

AD Infirmorum viſitationem Preſbyter cum albis veſtibus incedat, religioſè portans corpus Domini; Et dyaconus præcedat vel ſubdiaconus, vel alius Clericus ferens lanternam cum candelâ accenſâ; & ſpongiam, cum aquâ benedictâ.

5. *Qualiter fratres debent ire extra.*

ITerum, cum irent fratres per Civitates & caſtella, non eant ſoli, ſed duo vel tres: Nec cum quibus voluerint, ſed cum quibus Magiſter juſſerit ire debebunt; Sed cum venerint quo voluerint, ſimul ſtent in inceſſu, in habitu. In omnibus motibus eorum, nichil fiat quod cujuſquam offendat aſpectum; ſed quod ſuam deceat ſanctitatem. Quando etiam fuerint in domo, vel in Eccleſiâ, aut ubicumq; fuerint, fœminæ invicem ſuam pudicitiam cuſtodiant.

6. *Quod fœminæ non ſerviant fratribus*

NEc fœminæ capita eorum lavent, aut pedes; aut lectum eorum faciant. Deus qui habitat in cœlis iſto modo cuſtodiat eos, &c. *Finis primæ partis.*

7. *Qualiter ſe habeant fratres, in petendo elemoſinas.*

ET in Sanctorum pauperum quærendo elemoſinas, Religioſæ perſonæ fratrum de Clericis & de laicis incedant. Et cum hoſpicium quæſierint, ad Eccleſiam vel aliquam honeſtam perſonam veniant, ex caritate ab eâ victum petant, & nihil aliud emant. Si vero non inveniant qui tribuat eis menſuratè, niſi unum ſolum cibum, benè unde vivere poſſint, emant.

8. *De elemoſinis acquiſitis: Et quod frater non recipiat de queſtu, neque terram neque pignora.*

EX inquiſitione elemoſinarum, nec terram nec pignus accipiant, ſed ſuo Magiſtro per ſcriptum reddant: ac etiam Magiſter, cum ſuo ſcripto, pauperibus ad Hoſpitale tranſmittat.

9. *De illo quod debet retinere Magiſter de omnibus obedientiis.*

ET de omnibus obedientiis, terciam partem de pane & de vino, & de omni nutrimento etiam Magiſter ſuſcipiat, & ſi ſupererit, hoc quod amplius fuerit, ad elemoſinas convertat, & *Feroſolimitanis*, cum ſcripto ſuo pauperibus mittat.

10. *De collecta recipienda, & lumine nocturno.*

ET non eant ad prædicationem aliqui fratrum, de ullis obedienciis, ad collectas, niſi ſolum illi, quos Capitulum & Magiſter Eccleſiæ miſerit.

11. *De ferculo quod debent habere fratres.*

ET ipſi fratres, qui exierint ad collectas colligendas, in quacunque obedientia venerint, recipiantur; & accipiant talem victum, qualem fratres inter ſe diſpenſaverint; & aliam vexationem ibi non faciant. Lumen ſecum portent. Et in quacumq; domo Hoſpitali fuerint, ante ſe lumen ardere faciant.

12. *De*

12. *De vestitu fratrum.*

DEinde pannos, Religioni nostræ non congruos, nec pelles silvestres omnino portent; sed eos prohibemus, ne amodo induant fratres.

13. *De comestione fratrum.*

ET non comedant fratres nisi bis in die, & quarta feria, & die sabati; & à septuagesima usque in *Pascha* Carnes non comedant, præter eos qui sunt infirmi & imbeciles.

14. *Quomodo dormiant fratres,*

ET nunquam nudi jaceant fratres, sed vestiti camileis, laneis vel lineis, aut aliis quibuslibet vestimentis.

15. *De fratre, qui cadit in fornicatione.*

ET si aliquis fratrum (quod utinam nunquam eveniat) peccatis exigentibus, ceciderit in lapsus carnis, si occulte peccaverit, occulte pœniteat; & injungatur sibi pœnitentia congrua. Si vero publicatus, & apprehensus per certos fuerit, in eadem villa, in qua facinus perpetraverit, dominica die post Missas, quando populus ab Ecclesia egressus fuerit, videntibus cunctis, nudetur, & à Magistro suo vel aliis fratribus, quibus Magister præceperit, corrigiis vel virgis durissime flagelletur & verberetur; ac de omni societate nostra expelletur. Postea si Deus cor ejus illustraverit, & ad domum pauperum reversus fuerit, atque se reum & peccatorem, atque legis Dei transgressorum professus fuerit, & emendationem promiserit, recipiatur.

Frater expulsus sic recipitur.

Primo pœnitentia digna sibi imponatur, & per annum integrum in loco extraneo teneatur. Si in hoc spacio viderint fratres satisfactionem suam, postea faciant quod melius sibi videbitur.

16. *De fratre qui habet questionem cum alio fratre.*

SI frater altercatus fuerit cum aliquo fratre, & clamorem procurator domus habuerit, talis sit pœnitentia; septem diebus comedet in terra, jejunet, quarta & sexta feria sit in pane & aqua; comedat in terra, sine mensa & manutergio.

17. *De fratre qui verberat alium fratrem.*

SI aliquis fratrum alium percusserit, sit in xl.

18. *De fratre, qui recedet de Magistro cui commissus fuerit in Fustitia vel domo sua.*

ET si aliquis fratrum recesserit à domo, vel à Magistro cui commissus fuerit *xl.* diebus manducet in terris, jejunet quarta & sexta feria in pane & aqua, & per totum tempus permaneat in loco extraneo, quantum foris exstitit, nisi tam prolixum fuerit tempus, ut Capitulo conveniat moderari.

19. *De silencio; & de non bibere post Completorium*

AD mensam, sicut dicit Apostolus, unusquisq; panem suum cum silencio manducet, quod in fratribus nostris volumus observari sub pœna *xl.* & quod fratres sub pœna antedicta, non bibant post *Completorium*, & silentium teneant in lectis.

20. *De fratre qui non bene se gerit.*

SI aliquis fratrum non benè se agens, à Magistro suo, vel aliis fratribus, bis aut ter correptus & ammonitus fuerit, & Diabolo instigante, se emendare & obedire noluerit, nobis nuntiatur pedesser, cum Carta continente suum delictum, tamen procuratio rara detur, ut ad nos pervenire possit eumq; corrigere.

21. *Quod nullus percutiat famulos.*

NUllus super servientes sibi commissos, pro aliquo facinore percuciat, sed Magister domus, & factam coram omnibus vindictam accipiat; tamen justicia domus omnino teneatur.

22. *De illo qui revelat proprium.*

SI aliquis fratrum de proprio dimissus, in morte suâ proprietatem habuerit, & Magistro suo celaverit; ac postea super eum inventa fuerit, ipsa pecunia ad collum ejus ligetur, & ab aliquo fratre durissimè, aliis fratribus domus præsentibus, verberetur, & *xl.* diebus pœniteat, jejunans quarta, & sexta feriâ in pane & aqua.

23. *De fratribus defunctis & eorum trentenário.*

QUoniam etiàm valdè necessarium est omnibus nobis fieri statutum, præcipimus & præcipiendo mandamus, ut de omnibus fratribus viam universæ carnis ingredientibus, in omnibus obedienciis qu buscumq; obierint, triginta diebus Missæ pro ejus animâ cantentur. In primâ Missâ unusquisq; fratrum, qui aderit, Candelam, cum nummo offerat, qui videlicet nummi, quanticunq; fuerint, pauperibus erogentur. Et Presbyter qui Missas cantaverit, si non est de domo, procurationem in obedienciâ, his diebus habeat; & peracto officio Magister sibi caritatem faciat, & omnia indumenta fratris defuncti pauperibus dentur. Fratres verò sacerdotes, qui Missas cantaverint, pro ejus animâ Orationes fundant ad Dominum *Jesum Christum*, & Clericorum unusquisq; cantet Psalterium, laicorum verò centum quinquaginta *Pater noster*, &c.

24. *De judicio fratrum de rebus, injuriis, & peccatis.*

DE omnibus peccatis, rebus, & clamoribus, in Capitulo judicent, & discernant rectum judicium. Et hæc omnia, ut supradiximus, ex parte Dei omnipotentis, beatæ Virginis *Mariæ*, & sancti *Johannis Baptistæ*, & pauperum, præcipimus; & ex imperio imponimus, ut cum summo studio ita per omnia teneantur.

Hic incipit 3. pars.

25. *De receptione Infirmorum.*

ET in eâ obedienciâ, ubi Magister & Capitulum Hospitalis concesserint, cum venerit ibi infirmus, itaq; recipiatur; primò peccata sua Presbytero confessus, religiosè communicetur; & postea ad lectum deportetur; & ibi, tanquam Dominus, secundum posse domus, omni die antequam fratres eant pransum, caritativè reficiatur.

26. *De*

26. *De fratre, qui dat bona Hospitalitatis, causa regnandi, seculari personæ; Et de processione.*

OMnibus dominicis diebus Epistola & Evangelium in eadem domo cantetur, &, cum processione, aqua benedicta aspergatur. Item si qu s fratrum, qui obedientias & diversas terras tenent, ad aliquam secularem personam venientes rebellando, pecuniam pauperum dederint, ut eos per suam vim contra Magistrum suum regnare faciant, ab universitate fratrum projiciantur.

27. *De duobus vel tribus fratribus simul commorantibus; & de salubri reprehensione unius ad alium.*

ET si duo vel amplius fratres insimul fuerint, & unus eorum nequiter se malè vivendo habuerit, alter fratrum non eum diffamare debet, neq; populo neq; Priori; set primò per seipsum castiget eum, & reprehendat gratiosè: Et si se noluerit castigare, adhibeat secum duos fratres vel tres, ad eum castigandum. Et si emendaverit indè, gaudere debet: Si autem emendare noluerit, tunc culpam suam scribens mittat Magistro; &, secundum quod Magister & Capitulum jusserit, de eo fiat.

28. *Quod unus frater non accuset alium.*

ITem quod nullus frater alium fratrem suum accuset, nisi bene possit probare: Si autem fecerit, ipse frater non est.

29. *De impositione Crucis ante pectus, vel super habitum.*

ITem omnes fratres omnium obedientiarum, qui nunc & inantea offerunt se Deò & sancto Hospitali *Jerosolimitano*, Crucem ad honorem Dei & ejusdem sanctæ Crucis, in cappis & mantellis secum differant ante pectus, ut Deus per ipsum vexillum, fidem, & operationem, & obedientiam, nos custodiat à Diaboli potestate, simul cum omnibus benefactoribus nostris Christianis, *Amen.*

Nulli ergo omnino hominum liceat, &c. sicut antea per confirmationem per Papam Bonifacium, *in principio istius statuti, Pontificatus sui anno sexto,* VII. *Idus* Aprilis, &c.

De prima institutione Hospitalariorum.

COntigit tempore *Eraclii* imperatoris, circa annum Domini *DCxii.* quod Turchii *Arabiæ* venerunt in terras *Suriæ* & *Egipti*, cum magnâ potentiâ; multi boni Christiani de ultra mare venerunt in *Jerusalem*, peregrinando ad visitandum sancta loca, quæ infideles extorserant, & tenebant minus honorificè quàm debebant. Venerant autem, inter alios Christianos, quidam mercatores Christiani *Italiæ*, de Civitate *Puliæ*, quæ appellatur *Malfe*; & portabant primò in terram *Suriæ* mercimonia, qualia Turchii nunquam prius viderant: Quapropter Ballivi terræ fecerant eis grates, & faciebant eis bonum multum, & solacia in multis; salvo quod conducebant in suo dominio. Illi autem mercatores habebant plenariè gratiam & familiaritatem principis *Egipti* & omnium Baronum suorum, ita quod possent securè per patriam ire ad vendendum merces suas, & emendum alias: Erant autem boni Christiani, & omni vice, quâ venerunt in *Jerusalem*, ibant ad sancta loca Civitatis. Non habebant aliquam domum in Civitate, quod grave erat eis, eo quod oportuit eos aliquando, per magnum tempus moram ibi facere, & socios suos dimittere ad liberandum se de hiis quæ efferebant. Petierunt igitur à præsidente unam aream in *Jerusalem*, ad construendum unam domum, in quâ possent se recipere quando venirent ad Civitatem: ponebantq; petitionem suam in scriptis, & porrigebant *Calife*, magno principi *Egypti*; cui petitioni statim annuebat.

Ex cod. MS. in bibl. Cotton. sub effigie Othonis, B. 3. f. 189. a.

Deinde Billivo, de *Jerusalem*, pervenerunt literæ, ex parte principis & præsidentis *Egypti*, quod civibus de *Malfe*, qui erant amici sui, & magnum commodum faciebant terræ suæ, eo quod deferrebant illuc res necessarias, tradi faceret & liberari unam magnam aream in illâ parte Civitatis *Jerusalem*, ubi habitabant Christiani, ad construendum sibi habitationem qualem volebant. Illa autem Civitas mec fuit divisa in quatuor partes, satis equales. Unam partem tantum de quatuor partibus tenebant Christiani, in quâ fundatur Ecclesia S. *Sepulchri*, & totum residuum Civitatis & Templum Domini habitabatur ab infidelibus. Ballivus autem tradidit eis quandam aream, satis largam, coram Ecclesiâ S. *Sepulchri*, in qua construxerunt unam Ecclesiam in honore Virginis gloriosæ, & officinas cum ædificiis religioni Monachorum necessarias.

Deinde faciebant ibi hospicia pro hospitibus suæ provinciæ recipiendis; quibus completis, faciebant illuc venire unum Abbatem & monachos de terris suis, ita quod in illo loco fiebat una Abbatia, ad serviendum Deo. Postea frequenter accidit, quod multæ bonæ mulieres veniebant, causa peregrinationis & devotionis, in *Jerusalem*, tam de *Malfe* quam de aliis terris, dictis mercatoribus specialius adhærentes: Illi tamen de Abbatia nolebant recipere mulieres hospitio, & more peccati, & pro suspitione scandali vitanda. Quod videntes illi boni mercatores, qui illam Abbatiam fundaverunt, fecerunt ibi juxta Abbathiam unam Ecclesiam parvam in honore S. *Mariæ Magdalenæ*, & ædificia pro peregrinis suscipiendis; statuentes ibi sorores ad recipiendum & serviendum peregrinis supervenientibus. Et quia tempus tunc erat periculosum Christianis, multi peregrinorum nobilium illuc venientium libenter hospitabant in illo loco, pro eo quod pauperes erant & egentes, quando venerant illuc: Nam transeuntes per terras Turchorum multotiens ab eis spoliabantur, & quando pervenerunt ad portam *Jerusalem*, non valebant intrare, nisi unusquisq; daret prius unum talentum; & tunc postquam intraverant Civitatem, non habebant unde se sustentare possent, nisi quantum illa domus eis conferebat, quoniam omnes aliæ gentes illius Civitatis, vel erant de alia lege vel de alia lingua; & Christiani in Civitate manentes sic gravabantur, quod propter suam paupertatem, non poterant extraneis prodesse, undè multimodas miserias patiebantur in Civitate: Quod videntes illi, qui illa loca tenebant, infra limites suos construxerunt unam domum Dei, ad hospitandum pauperes peregrinos, sanos, & infirmos; ita quod de elemosinis & reliquis istarum duarum Abbatiarum; Monachorum scilicet & illarum mulierum, aliquam habebant sustentationem.

Ibi etiam ædificaverunt quandam Ecclesiam in honore S. *Johannis Elemon*.

Iste *Johannes* oriundus erat in *Cipro*, vir sanctus & religiosus & Patriarcha *Alexandriæ*, ubi fecit multa bona opera, in Elemosinis extitit multum largus; ideo sancti Patres, qui illic erant, vocabant eum *Elemon*, id est plenum misericordia. *Elemon* enim Græcè Latinè dicitur *Misericors*; & Elemosina Græcè, Latinè *Misericordia*, secundum *Papiam*.

Istæ res Ecclesiæ prædictæ nullos habebant redditus nec possessiones, extra procinctum suum, sed illi de *Malfe* mercatores, faciebant omni anno quandam collectam pecuniæ, ex qua, per manus Abbatis, sustentabantur fratres & sorores illarum Abbatiarum; & de residuo fiebat distributio pauperibus illius Domus Dei: Et tali modo fuit ille locus per magnum tempus sustentatus, antequam Civitas *Jerusalem* fuit capta per Christianos: Sed quando Saraceni erant à sacro loco ejecti, & civitas ab infidelitate purgata; valentes terram conquirentes, divino auxilio invenerunt infra Abbathiam fœminarum, unam valdè valdam Abbatissam, mulierem sanctam, religiosam, ac generosam, *Romæ* oriundam: Et infra Abbatiam hominum invenerunt unum fratrem bonæ vitæ, inter alios, *Girardum* nomine, qui ex præcepto Abbatis & Monachorum, diu servierant in domo Dei, quando Saraceni tenebant Civitatem, pauperes & peregrinos recipiens, & faciens eis bonum quod potuit, secundum facultatem suæ paupertatis.

De tam parvo principio venerunt *Hospitalarii* ad magnam potentiam, quam habent: Dabantur enim eis magnæ Elemosinæ ad pauperum sustentationem. Et quando videbant se posse sibi sufficere de Beneficiis Abbatiarum prædictarum, qui eos manutenuerant,

erant, statim procuraverunt sibi privilegium, quod nichil facerent pro Abbate. Postea incipiebant possessiones eorum crescere, in tantum, quod habebant villas & Castella. Deinde laborarunt & sumptus magnos apponere non cessabant erga Romanam Ecclesiam, quosq; totaliter eos absolverunt à potestate & obedientia Patriarchæ. Cumq; haberent hoc privilegium, extunc non curaverunt nisi parum de prælatis suis, omnes decimas terrarum, quas adquisierant, tollebant à vicinis Ecclesiis. Et ab illis qui eos aliquando paraverunt & adquisierant, tollebant à vicinis Ecclesiis. Et ab illis qui eos aliquando paraverant & sustinuerant in eorum paupertate, sua documenta primitus inchoabant, unde Ecclesia S. *Sepulchri* poterat dicere ad propheticum; *Filios enutrivi & exaltavi, ibi autem spreverunt me.*

Quod cum Patriarcha & cæteri Episcopi viderent se non posse rationem habere cum Hospitalariis, eo quod non invenirent qui faceret eis Justiciam; & Ecclesiæ suæ erant per eos graviter dampnificatæ; adierunt *Romam*, ad ostendendum Papæ & Cardinalibus, injurias quas sustinuerunt per fratres Hospitalis; sed Hospitalarii prævenientes, per dona maxima, totam Curiam corruperunt, sic quod Patriarcha, ipso infecto negotio, ad patriam suam redierunt. Deinde fratres Hospitalarii magnas injurias fecerunt Patriarchæ, & omnibus aliis Ecclesiarum prælatis, de justicia Parochiarum & Decimarum: Nam quando prælati excommunicaverunt vel interdixerunt aliquos de Parochianis suis, pro defectibus eorum, Hospitalarii receperunt eos in Ecclesiis, ad Missas, & ad omnia alia sacra; sepeliebantq; eos post mortem infra cimiteria sua. Et si contigisset aliquotiens, propter transgressiones principum, Episcopum interdicere Civitatem; aut aliquem locum in quibus Hospitalarii habebant ædificia, ipsi Hospitalarii faciebant pulsare campanas fortissime, & in Capellis suis altius Cantare quam solebant: Nec erat Interdictum ibi receptum. Et quia clausæ fuerunt aliæ Ecclesiæ, plures oblationes recipiebant.

In parochiis, quas sibi dederant prælati, ponebant Presbyteros pro voluntate suâ, sine aliquâ mentione facta Episcopis à quibus curam debebant accipere: Et quando Presbyteri eis displicebant, Parochias ab eis auferebant absq; alicujus alterius mandato. De omnibus tenementis & terris suis adquisitis, decimas ab Ecclesiis auferebant. Ista gravamina currebant per omnes terras, in quibus Hospitalarii habebant possessiones & Maneria: Sed supra omnes alios dampnificabatur Patriarcha *Jerusalem* apud Ecclesiam S. *Sepulchri*. Unum aliud fecerunt ipsi Hospitalarii; nam coram loco ubi Christus crucifixus est, & coram Ecclesiâ S. *Sepulchri*, incipiebant construere magnis sumptibus ædificia altiora, quàm erat Ecclesia S. *Sepulchri*.

Frequenter contigit, quod quando Patriarcha prædicavit populo, & docuit quæ facienda erant, & quæ vitanda; Hospitalarii, ad impediendum eum & turbandum, fecerunt, tali tempore, omnes campanas suas simul pulsare, ne populus eum audiret. Patriarcha autem frequenter conquirebatur Majoribus Civitatis *Jerusalem*, qui inculpabant Magistrum & fratres Hospitalis, & rogabant eos quatinus ista corrigerent; at illi promiserunt eis deinceps se facturos; quod quidem promissum satis fideliter eis persolverunt: Quadam enim die contigit eos sic turbari, & per Diabolum ad tantam dementiam concitari, quod armis assumptis sanctissimo loco Mundi, hoc est Ecclesiæ S. *Sepulchri*; non deterebant in aliquo, quin volentes eam intrare, sicuti fuisset domus latronis, per violentiam traxerunt maximam copiam Sagittarum, versus Ecclesiam, quas inhabitantes collegerunt, & postea colligatas coram monte *Calvariæ* suspenderunt; quod multi videntes admirati sunt.

Radix istius, & hujus mali, fuit Curia Romana, eo quod ipsa non curavit de isto negotio, sed curasse debuit, sed subtraxit domum Hospitalariorum à potestate & obedientia Patriarchæ, sub quo fuerat à magno tempore; dabatq; eis Papa tam magna privilegia, quod nec de Clericis, nec de laicis curaverunt: Nec ab hoc debet veritas reticeri. Ille ordo multotiens postea pauperibus Christianis victum & vestitum, pariter & hospitium exhibuit; mortuous quoq; honorifice sepelivit; multaq; alia caritatis opera exercuit. Fratres etiam Hospitalis, hostes fidei Christianæ victoriosissime debellaverunt, & multa gravamina eis intulerunt. Multi etiam valentes viri postea in ordine illo fuerunt, qui animas suas, Deo annuente, salvaverunt; nec excessibus & superbiæ prædictorum consenserunt. Sed ut sciatur unde illa religio Hospitalariorum orta est in principio, & quam injuste debuissent contra præfatos Ecclesiæ insurrexisse,

rexisse, superiùs pleniter est declaratum. Hæc in Historiâ *Antiochena*, lib. *xviii.* Cap. 3, & 4.

Adhuc de eorum institutione.

Sethi Calvisii Chron. suo, ann. 1092. HOspitalariorum ordo institutus, circa hæc tempora, in terra Sanctâ, antequam à *Balduino Hierosolyma* reciperaretur. Originem ordo hic traxit à mercatoribus *Italis*, qui à *Saracenis* locum sibi pretio comparârunt, ubi religio Christiana exerceretur seorsim. Huic templo additæ ædes ubi peregrini hospitio exciperentur, largitione post principum, & elemosinis piorum, magnoperè ditati sunt, ita ut urbes & regna sibi comparârent.

Modus recipiendi Fratres ad ordinem.

Ex cod. MS in bibl. Corp. [sub effigie G. de A. 17 fol. 131 b. CUm aliquis Hospitalitatis effici voluit, ipse venire debet dominico ante Capitulum, & requirere à Magistro, aut ab alio qui tenebit Capitulum, societatem domus. Postea verò Magister, aut ille qui tenebit Capitulum, quærere debet à fratribus si recipietur ille. Et si major pars in concordâ fuerit, recipiatur. Et quando recipietur; ille, qui eum in fratrem recipiet, sibi dicere debet. *Bone amice, vos quæritis societatem domus, & causam habetis; nam multi nobiles homines agunt preces magnas, & grandi gaudio exultant, quando ipsi aliquem ex eorum infantibus, aut ex eorum amicis possint ponere in hac religione; & si vos voluntatis existitis standi in tam decora tamq; honorabili societate, & in tam sancta religione, ut est hujusmodi Hospitalis, causam habetis. Verumptamen quamquam vos videatis vos benè indutos, & cum magnis equitaturis, & vos cunctis delictis frui estis decentius: Nam quando vos dormire volueritis, oportebit vos vigilare; & quando volueritis vigilare, dormire vos oportebit; & quando vos comedere volueritis, oportebit vos jejunare; & quando volueritis jejunare, vos comedere oportebit. Mandabimini etiam huc & illuc ad placeam, quæ non placebit vobis, & illic vos ire oportebit: oportebit denique omnimodam vestram voluntatem pro alio relinquere, & plura dura alia tolerare. Vultis vos hujusmodi omnes res facere atq; pati?* Et tunc ipse debet dicere, *ita si Deo placet.*

Postea etiam sibi debet dicere, *Plura nos vellemus à vobis scire, si vos unquam vovistis seu promisistis aliam intrare religionem: Et etiam scire à vobis volumus, si vos habetis fœminam aliquam in sponsam, seu promisistis vel jurastis alicui fœminæ ipsam suscipere in uxorem: Scire enim debetis quod si vos haberetis fœminam, & cras vel die alia, ipsa requirere vos veniat, & habitus auferri deberet à vobis & redire fœminæ vestræ. Per consimilem modum à vobis volumus scire, si vos estis obnoxius debitis aliquibus, propter quæ possit Religio aggravari. Nam si manè venirent aliqui, qui vos grandia debita postularent, & probarent vos sibi fore in aliquo debitorem, privaremini habitu & rediremini pariter illis. Similiter quoq; à vobis volumus scire, si vos estis servus Domini alicujus.* Unicuq; rerum hujusmodi ipse debet respondere, quod *non*. Post hæc autem debet portari Missale, & super ipsum ille debet ponere manus suas, & sibi debet dici. *Vos promittitis, & vovetis Deo & Dominæ nostræ, ac meo Domino sancto* Johanni Baptistæ *sub obedientia cujuscumq; superioris, quem vobis Deus dabit vivere atq; mori. Vovetis insuper & promittitis castè vivere usq; ad mortem, & vivere etiam sine proprio. Nos etiam facimus aliam promissionem, quam nulli alii faciunt religiosi. Nos namq; promittimus esse servi sclavi dominorum Infirmorum.* Et pro unaquaq; rerum hujusmodi ipse debet respondere, *ita, si Deo placeat.* Postea verò sibi debet dicere ille qui eum recipiet. *Et nos promittimus vobis panem & aquam, & humiles vestes; vos enim non potestis rem aliam postulare; & vos facimus participes, animasq; parentum vestrorum in omnibus bonis factis in religione nostra à primævâ sui institutione, & quæ fiunt ac fient, usq; ad diem judicii in eadem, in quibus Dominus noster vobis dignetur concedere partem talem, qualem nos speramus habere.* Post hæc verò ille, qui debet effici frater, accipere debet librum, & illum ferre ad Monasterium, ac eum imponere super Altare. De hoc libro ipso accepto, eum reportare, & venire debet coram illo, qui eum debet facere fratrem; & ille debet ipsum librum ab eo recipere, & sibi dare mantellum, & pariter ei dicere. *Ecce signum Crucis, quod vos portabitis in hoc mantello, in commemo-*

rationem

rationem illius, qui pro salvatione nostrâ subiit in patibulo Crucis mortem, ut Deus propter Crucem & propter obedientiam, quam vos fecistis, vos protegat & defendat nunc & semper à diabolica potestate, Amen.

Modus recipiendi confratres.

CUm autem aliquis vir probus requirit esse confrater Hospitalis, Magister aut Præceptor, seu ille qui eum debet recipere in confratrem, debet fratres facere congregari. Quibus accersitis in unum, ille qui confrater esse cupit, debet venire ad præsentiam eorundem; & ille qui debet recipere in confratrem, debet pro missali mandare; & ille, positis manibus supra librum, sibi promittere debet, quod inantea pro posse domum Hospitalis & fratres in omnibus diliget, & à cunctis malefactoribus illos toto posse defendet, & bona domus ejusdem servabit; & si nequibit illa defendere & servare, id fratribus domus pandet; ac quod si aliquam religionem ingredi voluerit, intrabit religionem Hospitalis. Et si nullam religionem in vitâ voluerit intrare, solebat promittere, quod in fine relinquet, ut sepeliatur in cimiterio Hospitalis: Verùm quia decretale hoc prohibet, sub pœnâ excommunicationis igitur suæ discretioni relinquatur. Nisi fortè portare vellet habitum cum signo *tau*, ut in *Cicilia* assuescunt; necnon quod in suæ confraternitatis recognitione, in festo S. *Johannis Baptistæ*, rem aliquam dabit domu annuatim. Cum autem hæc promiserit, confrater ille, qui eum recipere debet, dicet sibi. *Ob promissionem, quam vos fecistis Deo & Dominæ nostræ, ac Domino meo S.* Johanni Baptistæ *& Dominis nostris infirmis, nos recipimus vos & animas parentum vestrorum participes in* Missis, Matutinis, Vesperis, *& in omnibus aliis piis bonis, quæ facta sunt in nostra domo à die qua fuit primitus instituta, & cotidie fiunt ac fient in eadem per universum orbem, usq; ad diem judicii. Et dominus noster dignetur vobis partem talem conferre, qualem unusquisq; nostrum sperat habere.* Quibus dictis, fine facto, ipse debet sibi pacem præbere, & consimiliter omnes fratres, qui erunt ibi præsentes. Deinde verò nomen ejus in libro confratrum redigatur in scriptis, & id quod dare promiserit annuatim in recognitionem suæ fraternitatis. Ib. fol. 131. b.

Cronica Magistrorum defunctorum.

I. PRimus Magister fuit *Girardus*, qui fuit Gardianus Hospitalis pauperum in *Jerusalem*. Hic fuit repertus ibidem quando *Godefridus* de *Boilonia* & peregrini Christiani ceperunt eandem. Ib. fol. 143. b.

II. Postea fuit *Raymundus* de *Podio*, qui primus frater extitit Hospitalis. Hic ordinavit & condidit Regulam & statuta, & illa confirmari fecit per Dominum Papam *Eugenium*; quæ perdita fuerunt in *Jerusalem*.

III. Postea fuit Magister *Augier* de *Ballen*. Hic multa religiositate fluxit & pariter probitate.

IV. Postea fuit Magister *Arnaudus* de *Comps*. Hic utiq; fuit magnanimus vir, & ampliavit religionem tam fratribus quàm possessionibus, & fecit bona pertamenta, &c.

V. Postea fuit Magister *Gilbertus Assailli*. Hic fuit antiquus valdè, & brevi tempore quo vixit, multa bona religioni procuravit, & Dominis infirmis servivit multum benigne.

VI. Postea fuit Magister *Castus*. Hic multæ humilitatis & magnæ benignitatis ac misericordiæ virtutibus fluxit: & propter ejus probitatem & bonam famam, grandia bona fuerunt per universum orbem collata nostræ Religioni.

VII. Postea fuit Magister *Jobertus*. Hic bona statuta condidit ad servicium Dei & Ecclesiæ, & ad commodum infirmorum Dominorum.

VIII. Postea fuit Magister *Gaufridus* de *Dinsono*, qui *Cracum* & *Margatum* cepit. Hic fuit vir multæ discretionis, & strenuus in armis; bonus, religiosus, & valde magnanimus, dilexitq; plurimùm fratres suos & Dominos infirmos.

IX. Postea fuit Magister *Hermengandus Daps*. Hic per hostes fidei multum extitit persecutus, suo etiam tempore Christiani perdiderunt *Jerusalem*, sed ipse postea parum vixit.

X. Postea

x. Postea fuit Magister *Rogerius* de *Molins*, qui per Papam *Lucium* Regulam confirmari procuravit, & bona Statuta edidit.

xi. Post ea fuit Magister *Garnerius* de *Neapoli*. Hic multam animositatem exercuit in factis Armorum, contra fidei inimicos; elemosinas domus viriliter defensavit, & gubernavit etiam suos fratres honoranter.

xii. Postea fuit Magister *Alfonsus* de *Portugalia*, cujus tempore confirmatæ fuerunt bonæ consuetudines per Magistrum *Rogerium*, editæ in *Margato*. Hic fecit bona Statuta, & accidit quod aliquid Conventui suo præcepit; & quia Conventus non paruit sibi, magisterium resignavit & Bullam projecit; quâ per proceres captâ, ipsi in Magistrum alium assumpserunt. Deinde ipse in *Portugaliam* pergens, per gentem suam in itinere pocionatus, spiritum exalavit (&c.)

xiii. Postea fuit Magister *Gaufridus Rat*. Hic fuit valdè probus, & resignatio Magistri *Alfonsi* multùm displicibilis fuit ei; ipsum enim habebat multum carum propter ejus magnam probitatem. Tempore cujus multa bona in Regno *Franciæ* collata nostræ domui exiterunt.

xiv. Postea fuit Magister *Garinus* de *Monteacuto*. Hic fuit vir fortis & strenuus in personâ; & protector optimus bonorum Religionis, qui brevi tempore vixit.

xv. Postea fuit Magister *Bertrandus* de *Gexi*. Hic invenit multa probitatis & bonæ religionis & virtutis, & adaux t. In *Suria* domum multis bonis ditavit, & dominis infirmis vehementer obsequia debita præstabat.

xvi. Postea fuit Magister *Gerinus*. Hic fuit valdè parcus, & omnem vanæ gloriæ pompam à se abjecit, & magnum thesaurum coacervavit, quia habebat cum hostibus suis pacem.

xvii. Postea fuit Magister *Bertrandus* de *Cons*. Hic suâ probitate & providentiâ plurimas *Saracenorum* terras redegit ad Religionis ditionem, & per ejus magnum thesaurum Hospitale suscepit plurima incrementa privilegiorum libertatis, concessum fratribus militibus; ipsosq; in Religione multis honoribus sublimavit, & eis plusquam al us Magister dominium supra cæteros fratres dedit.

xviii. Postea fuit Magister *Petrus* de *Villa Brida*. Hic multa probitate, & simplicitate polluit virtuosâ; servavitq; optimè Regulam. Tres domos & plura alia bona extitit operatus.

xix. Postea fuit Magister de *Castello novo Guillielmus*. Hic multa probitate fluxit, & potiebatur pariter magnanimitate virili. Tempore cujus Templum suscepit residuum Hospitale, quod postea ipse emit à Magistro Templi, qui suus frater erat, precio unius equi (&c.)

xx. Postea fuit Magister *Hugo Ryvell*. Hic fuit illuminatus multâ discretivâ virtute; reduxitque domum ad statum bonum. Alii enim Magistri sui prædecessores nichil reformaverunt, nisi quod manutenuerant Usagia bona domus. Ipse verò nedum ordinavit de novo, ymmo aliorum statuta extitit recordatus: Ediditq; insuper bona & utilia statuta.

xxi. Postea fuit Magister *Nicholaus* de *Lorgne*. Tempore cujus fuerunt cum *alba Cruce Arma rubea* ordinata, ac quod fratres nigros *Mantellos* portarent: Fuitq; etiam ordinata Bulla Conventus, & insuper plurima bona statuta domus.

xxii. Postea fuit Magister *Odde*: Tempore cujus, nostræ Religionis status propter ejus inconveniens portamentum, plurimùm fuit depressus; undè contigit, quod Papa se intromisit de nostrâ Religione, quod nunquam fuerat visum; Papa enim nullius alterius Magistri temporibus se intromiserat de eadem, & dicto Magistro comminatorias literas destinavit, quibus ipse parere irreverenter sprevit. Quamobrem ipse repellatus suum repellum prosequendo in itinere expiravit. Nichilominus tamen plurima bona edidit statuta.

xxiii. Postea fuit Magister *Guillelmus* de *Villareto*. Hic residebat in ultramarinis partibus Prior *Sancti Ægidii*; unde accidit, quod Conventus sibi scripsit nonnullos defectus prædecessorum ejus; & quod propterea in principio in regimine suo & Religionis, providentiæ studium adhiberet: Quod & ipse facere non omisit; nam ipse multâ probitate fulcitus Religionem suam bonis statutis, & consuetudinibus laude dignis reparavit & illustravit.

xxiv. Postea fuit Magister *Fulco* de *Vilareto*. Hic fuit multâ strenuitate potitus, & eum propter

propter magnanimitatem suam fratres sui Conventus ipsum odio habentes, tandem apud *Rodanum* quadam nocte in suo lecto ipsum interfeciſſent, niſi quidam ejus Camerarius eum evaſiſſet, & ipse ad *Budicum* castrum insulæ *Rodi* perrexiſſet. Sed in eodem castro per Conventum obsessus, alius assumptus extitit in Magistrum. Deinde verò post breve temporis spacium Papa *Johannes xxii.* comparituris coram se in *Avinone*, mandavit pro ambobus Magistris. Auditis itaque precibus, & intellectis juribus utriusque, depositio Magistro per Conventum electo, restituit fratrem *Fulconem* fastigio Magistratus. Post hæc autem eodem anno per Papam, cum Cardinalibus, de consilio procerum Religionis, fratre *Fulcone* iterato depositio; electus extitit alius in Magistrum. Hic frater *Fulco* plurima bona egit; ipse enim traxit Conventum de *Cipro* & cepit insulas *Rodi*, *Lingoni*, & alias plures circumjacentes; tenuitque multa castra in *Turkia*, quæ sua strenuitate acquisierat ab inimicis fidei. Redux t insuper, tempore suo, bona *Templi* ad *Hospitale*; & multa pariter bona & utilia edidit Statuta. Obiit frater simplex & egenus in castro terræ motus, & fuit sepultus apud *Montem Pessolanum* in Ecclesiâ Templi.

xxv. Postea fuit Magister *Mauricius* de *Paygnaco*. Hic fuit ille quem Conventus elegit, quando depositus extitit frater *Fulco*; qui pauca in suo tempore exercuit Magistratus.

xxvi. Postea fuit Magister *Elionus* de *Villa Nova*. Hic fuit per Papam creatus, cum consilio procerum domus. Fuit etiam multâ probitate & magnâ v.rtute dotatus, & plurima bona in Religione suâ, tempore suo fecit. Exoneravit enim illam, suâ discretionis industriâ à multis sarcinis debitorum; prosperavit etiam nimiùm statum suum ampliùs quam fuerat unquam visum. Non recolit memoria hominum, nec reperitur in scriptis, quod tam quieta tamq; omnibus bonis plena esset Religio, prout ipse illam reliquit tempore mortis suæ. Suo quoq; tempore fuit iterum capta insula *Lingoni* & Civitas *Smirniarum*; ediditq; bona utilia statuta, & diu v.xit.

xxvii. Postea fuit Magister *Deodatus* de *Gosono*. Hic fuit in Conventu magnus præceptor, & reperit domum in statu felici, Solv tq; Religionem, tam in capitibus, quàm in membris, per universum orbem à cunctis nexibus debitorum. Suo tempore fuit *Molle* constratum & clausum versùs marinam burgus *Rodi*.

xxviii. Postea fuit Magister *Petrus Cornelian*.

MONASTICON ANGLICANUM.

Hospitale S. Johannis Hierosolom. *in suburbio Civitatis* LONDON.

De Fundatione ejusdem, cum stemmate Fundatoris.

Ex Registro Hospitalis S. *Joh. Jerusalem* in bibl. *Cotton.* fol. 1.

Jordanus Briset, Baro, filius (*Radulfi*, filii) *Briani Briset*, fundavit domum, sive Hospitale Sancti *Johannis Jerusalem* in *Anglia*, circa annum Domini milesimum centesimum, & tempore regis *Henrici* primi. Hic prius fundavit Domum Sancti-monialium de **Clerkenwell**, & ab eis emit decem acras terræ, super quam terram dictum fundavit Hospitale; pro quâ quidem terrâ dedit eisdem Sancti-monialibus alias decem acras terræ in dominio suo de **Welynghall** in Comitatu *Cantia*. Obiit verò xv. Kalendas *Decembris*, & in domo Capitulari dictorum Monialium est sepultus. Et *Muriel* uxor ejus obiit primo Kalendas *Maii*.

Anno dominicæ Incarnationis *MCLxxxv.* sexto Idus *Martii*, literâ dominicali *F.* dedicata est Ecclesia dicti Hospitalis, in honore beati *Johannis Baptistæ*, a venerabili patre *Eraclio* dominicæ Resurrectionis Patriarchâ. Eodem die dedicatum est majus Altare ipsius Ecclesiæ, in honore Sancti *Johannis*, & Altare S. *Mariæ*; & Altare S. *Johannis* Evangelistæ ab eodem Patriarchâ.

Ibid. fol. 1.

Arma *Briani Briset* militis, *une Gryffon volant*

Radulphus.

Brianus Briset miles.

Radulphus.

Jordanus Briset miles dominus de **Clerkenwel**.

Muriela uxor ejus, obiit 1. Kal. Maii anno 1112. & sepulta apud Hospitale S. Johannis.

Iste *Jordanus* fuit primus fundator, tam Hospitalis & Ecclesiæ S. *Johannis Jerusalem* in *Anglia*, quam Prioratus Monialium de **Clerkenwel**, & obiit xv. Kal. *Decembris* A. D. *MCx.* tempore *H.* 1. & sepultus est in domo Capitulari dicti Prioratus.

Henricus Foliot miles primus vir.

Lecia filia primogenita & una hæredum antedicti Jordani.

Willielmus de Mountenay miles de Com. Essex. secundus vir.

Emma Briset obiit sine prole.

Matildis Briset obiit sine prole.

Willielmus Foliot miles.

Ricardus Foliot.

Robertus de Mounteney.

Eustachius de Mounteney.

Isti Mounteneyi sunt commorantes in Com. Essexiæ.

Memorandum quod hæredes de nomine *Foliot* sunt fundatores istius domus, & sunt commorantes in Com. *Wigorniæ*.

Carta Jordani *fil.* Radulfi, *filii* Brieni *de* xiiii. *acr. terræ in campo juxta* Fontem Clericorum, *ad Domum Orationis ibidem fundandam.*

Ex Registro de Oseney vel in bibl. Cottoniana fol. 162.

NOtum sit omnibus Sanctæ Ecclesiæ fidelibus, tam præsentibus, quàm futuris, quod ego *Jordanus* filius *Radulfi*, filii *Brieni*, dedi Deo & Sanctæ *Mariæ* & omnibus Sanctis & *Rob.* Capellano in elemosinâ, pro me & uxore meâ & pro animâ patris mei & matris meæ & fratris mei & uniuscujusq; parentum meorum, & amicorum, vivorum & defunctorum, *xiiii.* acras de terrâ in Campo, qui juxtà fontem Clericorum situs est, liberas & de omnibus rebus quietas; ita videlicet, ut hii qui de Hospitali sunt, nihil in eis Clamare possint, nec Calengium imponere, sed omnino separatas ab acra quod eisdem Hospitalariis in eodem Campo dedi pro *xii.* denariis quos Hospitali de *Jerusalem* per singulos annos in elemosinâ me daturum promiseram. Dedi etiam eidem *Roberto* locum & sedem ad molendinum faciendum, salvâ & retentâ propriâ multurâ meâ, & primo loco molendini. Hæc *Roberto* concessi, quatinus super easdem acras domum orationis edificare, & religionem, quam placuerit, ad serviendum Deo atq; supplicandum imponat. Hii sunt testes, *Aimus*, *Bernardus*, *Hugo* Canonici.

Carta Roberti le Fun *de Heremitorio de* Pebelee.

Ex Coll. viri cl. *Rev. Spelmanno* eq. aur.

UNiversis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, tam præsentibus, quàm futuris, *Radulphus le Fun* salutem; Noverit universitas vestra, me dedisse, & concessisse, & præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & Sanctæ *Mariæ* & Sancto *Johanni Baptistæ*, & beatis pauperibus Sancti Hospitalis *Jerusalem*, & fratribus ibidem Deo servientibus; & nominatim fratri *Roberto* filio *Richardi* Heremitorium de *Tavelmere* cum omnibus pertinentiis suis, in terris cultis, & non cultis; in bosco & plano, in pratis & pasturis, in moris & Mariscis, in aquis & Molendinis, in viis & semitis, in Stagnis & vivariis, & cum omni valituri & cum omnibus pertinentiis suis: Ita tamen, quod prædictus frater *Robertus*, toto vitæ suæ, prædictum Heremitorium possidebit, & ibidem erit procurator. Hoc verò prædictum Heremitorium, dedi & concessi sanctæ domui Hospitali *Jerusalem*, & nominatim fratri *Roberto* filio *Richardi*, pro salute animæ domini mei *Willelmi* Comitis de *Ferrariis*, & pro animâ *Roberti* Comitis de *Ferrariis*, patris sui; & pro animabus patris mei, & Matris meæ: & pro salute animæ meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum, in puram & perpetuam elemosinam; tenendum & habendum imperpetuum, liberum, & quietum ab omni terreno servitio, & exactione, & consuetudine seculari, ita quod ego & hæredes mei, prædictam elemosinam fratribus Hospitalis *Jerusalem*, contra omnes viros religiosos, warantizabimus. Si verò, ego nec hæredes mei, hanc donationem, jam dictis fratribus warantizare non poterimus, dabimus illis escambium ad valentiam de nostro dominio: volo etiam, quod prædicti fratres hanc elemosinam habeant, & teneant imperpetuum, adeò liberè & quietè, sicut aliquam elemosinam melius & liberius tenent, vel tenere poterunt, ita quod ego nec hæredes mei in prædictam elemosinam nihil recupecare possimus, præter orationes & elemosinas: & ita quod supradicti fratres Corpus meum recipient, ad habitum Religionis eorum, quando voluero, sive in sanitate, sive in ægritudine; Testibus *Roberto* de *Ferrariis* avunculo Comitis; *Roberto* filio *Walkelini*; *Henrico* filio *Walkelini*, *Petro* fratre ejus; *Willelmo* de *Ridware*, tunc Senescallo Comitis; *Henrico* de *Acunvill*, Capellano Comitis; *Thoma* fratre ejus; *Willelmo Tinctore* de *Tuttisberi*, *Helia* Mercatore, *Willelmo* de *Cresi*, *Johanne* Clerico, qui Cartam confecit, *Willelmo* filio *Walkelini*, *Roberto* de *Ferrariis* de *Loskesle*, *Henrico* de *Ferrariis*, & pluribus aliis.

Carta Petri *filii* Serlonis *de* Ardintonâ *de duabus bovatis terræ in* Ardintona.

Ex autog. penes *Henricum Aldneum de Ardington* in Com. Ebor. Arm.

UNiversis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, tam præsentibus, quàm futuris, *Petrus* filius *Serlonis* de *Ardintona* salutem in Christo. Noverit universitas vestra, me, assensu *Havisiæ* uxoris meæ, & hæredum meorum, & communi consilio, & assensu amicorum meorum, dedisse, & concessisse, & præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & Sancto *Johanni*, & Sanctæ domui Hospitalis *Jerosolimæ*, duas bovatas terræ in *Ardintona*, in puram, & perpetuam & liberam elemosinam, pro salute animæ meæ, & animarum antecessorum meorum; scilicet, unam quam *Herbertus* filius *Petri Ruffi* tenuit; & aliam bovatam juxta illam proximam versùs orientem, quam *Arturus* frater prædicti *Herberti* tenuit, cum toftis, & croftis, & omnibus pertinentiis suis, in bosco, in plano, in pratis, in pasturis; in aquis, & in omnibus aisiamentis ejusdem villæ pertinentibus; solutas & quietas, & liberas ab omni servitio, & ab omni exactione mundanâ; & ego *Petrus* prædictus, & hæredes mei warantizabimus prædictam terram, sicut prædictum est, Deo & S. *Johanni*, & Sanctæ domui Hospitalis *Jerosolimæ*. Magister verò *Gwarnerus*, & fratres prædicti Hospitalis, mihi, karitatis intuitu, dederunt per manum *Guthbi* de *Perci*, tunc Procuratoris eorum, octo marcas, & dimidiam. Hii sunt Testes, *Galfridus* Abbas de *Salleia*, *Valerus* Prior de *Bealiaco*; *Adam* Decanus de *Crava*, *Willelmus* Persona de *Martona*, *Alanus* Persona de *Westuna*. *Petrus* de *Martona*, & *Willelmus* filius suus; *Willelmus* de *Wottona*. & *Hugo* filius, *Randulphus* de *Estona*, *Willelmus* de *Graindorg*, *Rogerus* filius *Petri*, *Willelmus* filius *Johannis*, *Serlo* de *Ebol*, *Willelmus Talebose*, *Arnaldus* filius *Torphini*, *Bartholomeus* de *Gairgrave*, & multi alii. Hæc autem Carta facta est, & data Anno ab Incarnatione Domini *MCLxxxvi.* A. 1186. 32. H. 2.

Di

De duobus feodis militum per Robertum *de* Vere *Comitem* Oxon. *concessis.*

Inq. de ad quod Dampn. de a. 13. E 1. n. 83.

IUratores dicunt super sacramentum suum, quod non est ad dampnum Domini Regis, nec aliorum, si *Robertus* de *Vere*, Comes *Oxonia*, concedat Priori & fratribus Hospitalis Sancti *Johannis Jerusalem* in *Anglia*, duo feoda militum cum pertinentiis in Astele, & Silverle, &c. nisi quod dominus Rex possit amittere Custodiam terræ & hæredis *Galfridi Arsyke*, qui feoda illa immediatè tenet de dicto Comite &c. quorum feodorum unum tenetur per servitium faciendi sectam ad Comitatum *Cantabrigiæ* de mense in mensem, & aliud tenetur per servitium Curiæ de Thrulo: de tribus septimanis in tres septimanas.

Carta Roberti *filii* Bernardi *de mansione S.* Joh. Bapt. *super* Powath (*&c.*)

Ex ipso autogr. penes *Henricum Butler de* Watton *in Com. Lanc. Ar.* A. 1639.

OMnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, *Robertus* filius *Bernardi*, salutem. Noveritis me *Robertum* filium *Bernardi*, concessisse Hospitali *Hierosolimitano*, mansionem Sancti *Johannis Baptistæ* super Powath, cum Capellâ Sancti *Johannis Baptistæ*, & cum dominibus (&c.) scilicet à ponte de Walnayt, sequendo Wyre, usque ad pontem qui est super Wyre secùs sanctam *Helenam*; & ita de prædicto ponte, sequendo fossatum, quod est juxta messuagium meum in Caterhall; & sic de messuagio meo sequendo fossatum, usque ad viam venientem de Præstone, & sic ex transverso vix, sequendo viam versùs Whitechagh, usque ad terram quæ fuit *Spareling*; & de terrâ *Spareling* usque in Wyre: Et omnes terras quæ comprehenduntur inter prædictas divisas; & sex acras in eadem villâ de Caterall, super Heldir, quæ fuerunt *Alani* filii *Radulfi*: & molendinum meum de Caterale; Præterea duas acras terræ in Walecat, juxta domum quæ fuit *Willielmi* de *Rochdale* in Wefte, ad [illegible]catum faciendum: & quatuor acras terræ in Wrigham ad Scalingea, cum communi pasturâ de Lilactone: Et unam bovatam terræ in Potone super Kibill, cum communi pasturâ ejusdem villæ, & cum piscariis, & cum servitiis liberorum hominum; & quandam partem terræ prex in Cosenhargh; scilicet Grimlesill, cum dominibus (&c.) per has divisas, sicut Crouchehagh extenditur in Lud, (&c.) Et unam acram terræ in Cosanesthgos, quam habent de dono *Ade* filii *Radulfi* (&c.) Et hanc donationem feci nominatim pro salute animæ *Henrici* quondam Regis *Angliæ*, & animæ sponsæ suæ, & animæ filii sui, quondam Regis *Angliæ*; & pro salute regis *Johannis Angliæ*, & sponsæ suæ, & pro salute *Willielmi* de *Lancastriæ* senioris, & junioris, & sponsarum suarum, & pro salute *Gilberti* filii *Rogeri*, & sponsæ suæ, & puerorum suorum; & pro salute *Hugonis* de *Morvilla*, & *Heloisiæ* sponsæ suæ, & puerorum suorum; & pro salute *Bernardi* filii *Adæ*, & sponsæ suæ, & puerorum suorum; & pro salute *Adæ*, & sponsæ suæ, & puerorum suorum; & pro salute animæ meæ, & *Hawisiæ* uxoris meæ, & *Bernardi* filii mei, & aliorum puerorum meorum: Et pro salute *Hugonis* de *Malon*, & *Olivæ*, & *Richardi*, & sponsarum suarum, & puerorum suorum. Testibus his Magistro *Henrico* tunc Archidiacono de *Richmundia*, *Benedicto* de *Tatham*, *Richardo* de *Bovi*, *Gilberto* filio *Rogeri*, filio *Rainfridi*, *Roberto Walensi*, *Waltero* filio *Orberti*, *Wilhelmo* filio *Swani*, *Waltero* fratre ejus, *Roberto* de *Stopford*, *Henrico Senes*, *Rogero* de *Kirkebridam*, *Paulino* de *Gaersdange*, *Radulfo* de *Kellet*, *Roberto* de *Lancastr* (&c.)

Carta Beatricis de Bollers, *de Ecclesia de* Herefelde.

Ex Regist. Hosp. S. Joh. Jerusalem in Anglia in bibl. Cotton. f. 82.

NOtum sit omnibus, tam præsentibus, quàm futuris Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, quod ego *Beatrix* de *Bollers*, quondam uxor *Baldwini* filii *Galfridi*, assensu & consensu *Galfridi* filii mei, dono & Cartâ meâ confirmo Deo & fratribus Hospitalis *Jerusalem*, advocationem Ecclesiæ de Herefelde, cum omnibus pertinentiis suis; in boscis scilicet in agro, in pratis, in pascuis in liberam & perpetuam elemosinam (&c.) His testibus *Ricardo* Capellano (&c.)

Confirmatio Ecclesiarum de Staundone, Welcheburne, Wistelev, Dene, Sulthopp, Charteshe, Watlon, Lerebacke, & Fandelep, *per* Ricardum *de* Clare, *Comitem* Hertfordiæ.

Ib. f. 117.

RIcardus de Clare Comes *Hertfordiæ*, omnibus hominibus & amicis suis, Francis & Anglicis salutem. Sciatis me, divinæ pietatis intuitu; & pro salute animæ meæ, & pro animabus patris & matris meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum, & præsenti Cartâ meâ confirmasse Deo & beatæ *Mariæ*, & S. *Johanni Baptistæ*, & beatis pauperibus & fratribus sanctæ Domus Hospitalis *Jerusalem*, omnes possessiones, tam Ecclesiarum, quam terrarum, & omnium aliorum redditurum, quas ipsi tenent de feodo meo, in *Anglia*, & possident ab antecessoribus vel tenentibus eorum, vel à me vel tenentibus meis, rationabiliter sibi collatis; Inprimis, *viz.* ex dono *Gilberti* Comitis Ecclesiam de *Staundone*, cum omnibus rebus & libertatibus ad eam pertinentibus; & totam terram, quam ipsi habent in eadem villâ, cum pertinentiis, sive ex dono meo, vel antecessorum meorum, vel etiam tenentium eorum vel meorum. Et ex dono *Rogeri* Comitis patris mei, molendinum illud, quod est extra portam de Staundone, versus aquilonem, cum pertinentiis, & cum sectâ tali, qualem idem pater meus illi molendino concessit, & confirmavit. Et ex dono *Alicia* de *Clermunt* Manerium de Welteburne, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis, cum Ecclesia quoq; ejusdem villæ. Et Ecclesiam de Wistelev, & Ecclesiam de Dene, & Ecclesiam de Sulthopp, & earundem Ecclesiarum pertinentia. Et ex dono *Alnredi* de

de *Bendavill'*, & *Sibilla* uxoris suæ Ecclesiam de Chaureth, cum omnibus ad eam pertinentiis. Et ex dono *Rogeri* Comitis patris mei, Ecclesiam de Watlo, cum pertinentiis, & molendinum de Towcestre, cum pertinentiis; Et terram illam cum pertinentiis in Werhingleye quæ fuit *Richardi* Præpositi. Et ex dono *Matildis* Comitissæ matris meæ Ecclesiam de Carebroc, cum pertinentiis, & medietatem ejusdem villæ, cum omnibus pertinentiis: Et Ecclesiam de parvâ Carebroc, cum pertinentiis; & duas virgatas terræ, cum pertinentiis, in Durcote. Et ex dono *Roberti* filii *Gaufridi*, & *Beatricis* uxoris suæ, Ecclesiam de Wadele, cum pertinentiis, & unam virgatam terræ cum pertinentiis in eadem villâ. Et præterea omnes alias Ecclesias, terras (&c.) quascunq; antecessores mei vel tenentes eorum, vel tenentes mei rationabiliter de feodo meo eis contulerunt; ita integrè & plenariè (&c.) sicut Cartæ donatorum testantur. Hiis Testibus, *Ricardo* de *Clare* & *Jacobo* de *Clare* fratribus meis, *Hugone* filio *Adæ* (&c.)

Carta Willielmi *Comitis de* Ferrariis *de Ecclesia de* Turrok *Grey.*

lb. f. 117. b. & 204. a. NOtum sit omnibus sanctæ matris Ecclesiæ fidelibus, tam præsentibus quàm futuris, quodego *Willielmus* Comes de *Ferrariis*, assensu hæredum meorum, dono & hac Cartâ confirmo Deo & S. *Johanni Bapt.* & beatis pauperibus sancti Hospitalis *Jerusalem*, Ecclesiam de Turrok, cum omnibus pertinentiis suis; & quicquid in eâ juris habui. Hanc donationem feci ego pro salute animæ meæ, & sponsæ meæ, & antecessorum & hæredum meorum in puram & perpetuam elemosinam, (&c.) Hiis testibus *Rogero* filio *Reinfreri*, *Willielmo* de *Braus*, *Nicholao* filio *Pagani*, *Henrico* de *Tec*, *Will. Malveisin*, *Haitropo Hasteng*, & multis aliis.

Carta Walteri *fil'* Roberti *de advocatione Ecclesiæ de* Wotham.

lb. UNiversis, (&c.) *Walterus* filius *Roberti*, salutem. Universitati vestræ notum facio, me dedisse & concessisse fratribus Hospitalis *Jerusalem*, pro salute mei & hæredum meorum, (&c.) in liberam & perpetuam elemosinam, advocationem Ecclesiæ de Wudeham, & dominium quod in eâ habui, cum pertinentiis suis omnibus, & libertatibus, (&c.) In augmentum etiam eorum, & in honorem Dei & S. *Mariæ* (&c.) dono eis sartas, quas tenuit *Philippus* in eadem villâ. Et ut donatio & concessio hujus elemosinæ stabilis permaneat & perpetua, Sigilli mei impressione, & præsentis Cartæ munimine, id confirmo prædictis fratribus, & ratum facio. Data est hæc elemosina in manu *Ricardi Turri*, Prioris Hospitalis in *Anglia*, *Rememgi*. Hiis testibus, fratribus *Ricberio*, *Will.* de Ferieres, (&c.)

Carta Hugonis *de Bellocampo de diversis terris & tenementis in* Gutlozac.

OMnibus, (&c.) *Hugo* de *Bellocampo* salutem in Domino. Noverit universitas vestra, lb. f. 124. b. me divinæ caritatis intuitu, & pro salute animæ meæ, (&c.) dedisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ* & S. *Johanni Baptistæ* & beatis pauperibus Hospitalis *Jerusalem*, totam villam de Gzuttefozde, cum omnibus pertinentiis, (&c.) Hiis testibus, *Radulpho* de *Turvill*, *Hugone* de *Karun*, *Galfrido* de *Bruttevill*, *Hugone* de *Veteri ponte*, (&c.)

Carta Aluredi *de* Bendavilla *de Ecclesia de* Chaureth.

ALuredus de *Bendavilla*, & uxor sua *Sibilla*, lb. f. 205. a. omnibus amicis & hominibus suis, universis; sanctæ matris Ecclesiæ filius salutem. Notum sit vobis nos dedisse & concessisse Hospitali de *Jerusalem*, in liberam & perpetuam elemosinam, Ecclesiam de *Chaura*, & terram quæ fuit *Rogeri Picot*, cum omnibus prædictæ Ecclesiæ & eidem terræ pertinentibus, pro animâ *Gilberti* filii *Ricardi*, & pro animâ *Ricardi* filii *Gilleberti*; & pro animâ Comitis *Gilleberti*; & pro animabus patrum & matrum, & parentum & amicorum, & filiorum nostrorum, *Willielmi* & *Rog.* & *Gill.* & pro salute Domini nostri Comitis *G. Roberti* de *Claria*, & pro salute animarum nostrarum, quatinus nobis & illos participes faciat Christus Dominus noster de omnibus bonis, quæ facta sunt in *Jerusalem* à diebus Apostolorum, vel facienda sunt usq; in finem seculi. Hujus donationis sunt testes *Baldewinus* filius *Gilleberti*, *Mauricius* Vicecomes, *Ranulphus* de *Chauria*, *Godefridus* de *Chauria*, *Willielmus* suus filius, *Robertus* Presbyter (&c.) Hæc donatio facta fuit anno ab incarnatione Domini, *MCLi.*

Carta Gilberti *de* Montefichet *de donatione medietatis Manerii de* Cinges.

NOtum sit omnibus, tam præsentibus quàm futuris, ad quos præsens scriptum pervenerit, quod ego *Gilbertus* de *Montefichet*, pro animâ patris & matris meæ, & omnium antecessorum, & pro salute animæ meæ & hæredum & omnium successorum meorum, dedi & concessi Deo & beatæ *Mariæ*, & S. *Johanni Baptistæ*, & beatis pauperibus Sanctæ Domus Hospitalis *Jerusalem*, & fratribus in eadem domo Deo servientibus, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, medietatem Manerii de Cinges, cum omnibus ad eandem medietatem pertinentibus; in bosco & plano; & pratis & pasturis; & homagiis & virgultis; & vivariis & viis, & semitis; & terris cultis & non cultis, & in omnibus aliis aisiamentis & libertatibus, excepto forinseco bosco, quod dicitur Westfrid, quod michi & hæredibus meis retinui. Quare volo (&c.) Hiis Testibus, *Rogero Crispino*, *Helya*

lb. f. 225. a.

Helya de *Catesbury*, Magistro *Willielmo* de *Tornebrige* (&c.)

Confirmatio Roberti *filii* Willielmi *Comitis de* Ferrariis, *de Ecclesia de* Stebbynge.

Ibid. f. 218. a. UNiversis Christi fidelibus, &c. *Robertus* de *Ferrariis*, filius *Willielmi* Comitis de *Ferrariis*, salutem in Domino. Noverit, &c. me concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ* & sancto *Johanni Baptistæ*, & beatis pauperibus sanctæ domus Hospitalis *Jerusalem*, & fratribus ejusdem domus, pro salute animæ meæ, & antecessorum & successorum meorum, donationem Ecclesiæ de Stebbynge, quam pater meus *Willielmus* Comes de *Ferrariis* eisdem fratribus fecit. Et ut hæc mea concessio & confirmatio rata & inconcussa permanear, præsentem Cartam Sigilli mei appositione roboravi. His testibus, *Willielmo* de *Ferrariis*, filio *Willielmi* Comitis de *Ferrariis*, *Henrico* de *Aldithle*, *Will.* de *Harecurt*, *Roberto* de *Campania*, &c.

Carta Rogeri *le* Peytivin, *de Ecclesia de* Nozmantone.

Ib. f. 277. a. SCiant præsentes & futuri, quod ego *Rogerus le Peytivin*, Dominus de Altoftes, filius & hæres *Thomæ* le *Peytivin*, concessi, dedi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi, & in bonâ prosperitate meâ legavi Deo & beatæ *Mariæ*, & S. *Johanni Baptistæ*, & beatis pauperibus Hospitalis *Jerusalem*; & Priori & fratribus dicti Hospitalis in *Anglia*, apud *Novam terram* commorantibus, in Com. *Ebor.* cum corpore meo sepeliendo in Ecclesiâ dictorum fratrum, in eorum Ecclesiâ seu cimiterio, cum humanitùs de me evenire contigerit; pro salute animæ meæ, *Thomæ* patris mei, & matris meæ *Isabellæ*; uxoris meæ, antecessorum & successorum meorum, totam & integram advocationem Ecclesiæ de Nozmantone; quam advocationem *Matilda*, *Emma* & *Isabella*, filiæ & hæredes *Walteri* le *Merker* jus meum, coram *Johanne* Abbate de *Burgo*, *Rogero* de *Yarkelby*, *Petro* de *Percy*, tunc Justiciariis Domini Regis Itinerantibus, & aliis Domini Regis fidelibus ibidem præsentibus, esse recognoverunt; & michi *Rogero* sursum reddiderunt imperpetuum, cum *xl.* acris terræ meæ, de bosco meo de Altoftes, sicut contiguæ jacent ex parte boreali Curiæ prædictorum fratrum, juxta Manerium eorundem, quod vocatur *Nova terra*; *viz.* à rivulo extra portam prædictæ Curiæ, versùs boream, per viam, qua itur juxta sepem parsonæ de Nozmantone, usque ad magnam viam qua itur ad Sudbrigyng; & sic extra illam viam, & infra Scakelle welle, descendendo versùs occidentem, usq; ad unam hayam de Sudbrigyng; & sic per illam hayam versùs Austrum usq; ad prædictam Curiam prædictorum fratrum, in prædicto Manerio *Novæ terræ*; cum communia pasturæ ad averia eorum de *Nova terra*, scilicet ad *xxiii.* boves & sexdecem vaccas, cum uno tauro, & cum eorum secta de duobus annis: Et ad *xxx.* porcos, cum eorum secta de uno anno, per totum Manerium meum de Altoftes, excepto parco meo de Altoftes subtus Aulam meam. Tenendam & habendam dictam advocationem Ecclesiæ de Nozmantone, integram, & *xl.* acras terræ prædictas several es, de me & hæredibus meis, & omnibus villanis meis, cum omnibus pertinentiis suis & libertatibus ad villam de Altoftes pertinentibus; & cum liberâ piscatione de Calor, & omnibus aliis rivulis, quantum feodum meum se extendit per totum Manerium meum; exceptâ mortuâ ripâ subtus Foroles, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam (&c.) Et ut hæc mea donatio (&c.) ratæ sint & stabiles imperpetuum; & præsens testamentum, quod Sacramento meo corporali, wallam firmitatis perpetuæ robur optineant, præsens Scriptum Sigilli mei munimine duxi roborandum, anno regni Regis *Henrici*, filii *Johannis xl.* in anno Domini *MCCLv'*. His testibus, dominis *Godefrido* de *Mens*, *Johanne* de *Reygate*, *Henrico* le *Waleys* (&c.)

Carta Willielmi *filii* Audelini *de Ecclesia de parva* Papeltreftede.

UNiversis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, tam præsentibus quàm futuris, *Willielmus* filius *Audelini*, Domini Regis Dapifer, salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod ego concessi, dedi, & præsenti Cartâ confirmavi Deo & beatæ *Mariæ*, & S. *Johanni Baptistæ*, & beatis pauperibus S. Domus Hospitalis *Jerusalem*, & fratribus in eadem domo Deo servientibus, Ecclesiam villæ meæ de parvâ Papeltreftede, cum terris & decimis & obventionibus, & omnibus ad eam pertinentibus; & jus patronatus quod in eâ habui: Habendam & perpetuo pacificè possidendam, cum omnibus communiis, ailiamentis, in bosco & plano, (&c.) Hanc donationem feci ego eis, in puram & perpetuam elemosinam, sicut aliqua elemosina meliùs & liberiùs viris religiosis dari potest, pro salute *Hen.* Regis *Anglie*, Domini mei, & meâ, & hæredum meorum; & pro animâ *Juliane* uxoris meæ; & pro animâ patris & matris meæ, & omnium parentum & amicorum, & antecessorum meorum, ut omnium elemosinarum, & beneficiorum, quæ in sanctâ domo illâ fuerint, participes existamus imperpetuum. Et ut firmum & stabile perseveret, præsenti scripto & sigilli mei attestatione curavi confirmare. His testibus, *Valeriano* Priore, & *Augustino* Canonico S. *Mariæ* de Sudwerc; *Waltero* & *Serlone* Capellanis Hospitalis, anno incarnationis dominicæ *MCLxxxvi. xvi.* Kal. *Aprilis*, apud *Londonias*. Ibid. f. 305. a.

Confir-

Confirmatio Willielmi *filii* Aldelini *de villa de parva* Wapeltrestede.

Ibid. WIllelmus filius *Aldelini*, Domini Regis Dapifer, omnibus hominibus & amicis suis, Francis & Anglicis, præsentibus & futuris salutem. Sciatis me concessisse, & præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & S. *Mariæ* & S. *Johanni Baptistæ*, & beatis pauperibus S. Domus Hospitalis *Jerusalem*, & fratribus in eadem domo Deo servientibus, donationem quam *Juliana* filia *Roberti Dorsnelli*, uxor mea, eis fecit de villâ *parva* Wapeltrestede, & de Ecclesiâ ejusdem villæ, cum omnibus pertinentiis suis, sicut Carta præfatæ *Julianæ* testatur. His testibus, *Radulpho* filio *Aldelini*, *Galfrido* de *Gorram*, *Will.* filio *Hingani*, *Stephano* de *Lurry*, *Radulpho* filio meo, *Radulpho* de Pontefracto, & aliis.

Carta Regis Johannis *Donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Cart. 1. *Joh.* p. 1 n. 114. m. 17. IOhannes Dei gratia, &c. Sciatis nos concessisse & confirmâsse Deo & fratribus sancti Hospitalis *Jerusalem*, omnes terras & Ecclesias & possessiones, & omnes donationes, quæ eis rationabiliter & justè donatæ sunt, sicut Cartæ donatorum testantur; videlicet ex dono *Rob. Arundel* & *Rogeri* filii sui, Walsham, cum pertinentiis suis, & unam hidam terræ apud Uernham. Ex dono *Matildis* de *Aquilia* & *Richeri*, Ickam cum pertinentiis suis, & Colford, & terras de nemore in Winfrod. Ex dono autem *Agnetis* de *Lascelo* & Sibillæ filiæ suæ, Manerium de Queninton, cum pertinentiis suis: Et ex dono *Roberti Comitis* de *Ferrariis* Wlavinton cum pertinentiis suis. Et ex dono *Sibillæ* de *Rannes* & Comitis *Glocestriæ Senegeiam*, cum omnibus pertinentiis suis. Et ex dono *Aliciæ* de *Claremunt* & *Rogeri* Comitis de *Clara*, Manerium de Pelcheburn, cum tota sochâ & omnibus pertinentiis suis, & Ecclesiam ejusdem villæ; & Ecclesiam de Riselee, & Ecclesiam de Sultrope; & Ecclesiam de Dene, cum pertinentiis earum. Ex dono Comitis *Radulfi*, *Bifoldam*, & *Matelbeiam*. Ex dono *Henrici Hosati* & *Rogeri* de *Menbray*, Ecclesiam de Winkeburne, & Ecclesiam de Egrom, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Comitis *Giberti* Ecclesiam de Standone cum omnibus pertinentiis suis & *Cxl.* acras; & vineam suam. Ex dono Comitis *R.* de *Clara*, Ecclesiam de Tunebuge, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Alured* & *Sibillæ* de *Rendevill*, Ecclesiam de *Chaurea*, & terram *Rogeri Picot*. Ex dono *Hexr. Winton.* Episcopi Hospitale domus S. *Crucis* extra-muros *Winton.* cum omnibus pertinentiis suis, & terram de Godefeld. Ex dono *Sewalli* de *Oseville*, Ecclesiam de *Esthildefrea*, cum pertinentiis suis; & ex dono *Pagani* & *Baldwini*, & *Julianæ*, & *Aliciæ* de *Parnes*, Ecclesiam de Puneswath, cum pertinentiis suis. Ex dono *Rogeri* de *Burn* villam de Dfrinton, quæ se defendit in forinseco servicio pro *vi.* bovatis terræ, cum omnibus pertinentiis suis.

Ex dono nostro, Winebuge, & *Calew* cum pertinentiis. Ex dono fratris *Th.* & fratrum suorum, locum de Dunemor cum pertinentiis suis. Ex dono *Ernaudi Cade*, filii *Willelmi Cade*, Staneseld, & Dass, cum pertinentiis suis. Ex dono *Adæ Coci*, totum tenementum cum pertinentiis, quod ipse *Adam* dedit eis cum corpore suo. Ex dono *Gilleberti* de *Ver* villam de Reinham cum pertinentiis suis, quas idem & dedit eis cum corpore suo. Ex dono *Julianæ* filiæ *Roberti Porsnelli*, & concessione *Willelmi* filii *Alul*, viri sui parvam Wapeltrestede, cum Ecclesia & pertinentiis ejusdem villæ. Ex dono *Ricardi* de *Montfichet* villam de Stanes, cum Ecclesiâ & omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Matildis* Comitissæ de *Clara* medietatem villæ de Carebroc, cum Ecclesiâ ejusdem villæ, & omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Gervasii Paganelli*, villam de Greuham cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Bernardi* & *Enstachii* de *Baillolis*, duo molendina apud Wdehome, cum omnibus pertinentiis suis. Et ex dono *G.* Comitis *Britanniæ*, fratris nostri, & *C.* Comitissæ uxoris ejus, *C.* sol. sterlingorum, habendos annuatim & in perpetuum possidendos in villâ de Cestrehunte. Ex dono *Ricardi* & *Gilleberti* Episcoporum *Lond.* & Capituli beati *Pauli*, terram de Barnet, quam *Picotus Lumbardus* tenuit, cum Ecclesiâ, & bosco, & omnibus pertinentiis suis. Ex dono Domini Regis *H.* patris nostri, & *Willelmi* de *Herleia*, & *Johannis* filii ejus ad collocandas & sustentandas ibidem sorores Ordinis sui, locum de Bodand, in quo Ecclesia beatæ *Mariæ* & S. *Nicholai* sita est, cum omnibus pertinentiis suis, ita quod Prior Hospitalis in nulla alia domo sua retinebit sorores ordinis sui, nisi in prædicta domo de Bothland.

Ex dono *Rogeri* de *Ponts* quasdam terras de feodo suo de Wittinton, de dominio propriæ mensæ suæ; scilicet Bineshull, Gwenithir, Biket, & Burlee; videlicet Bineshull à vado molendini de Wittintone usque ad vadum de Rus, Gwenithir à Bineshull usque ad fossam de Berkelai; Biket & Burlet à fossâ prati de Wittintone, usque ad silvam de Wabinges; & ad opus porcorum prædictorum fratrum libertatem nemoris prædicti *Rogeri*, sicut dominicis porcis suis. Et ex dono Comitis *Willielmi* de *Mandevill* villam de Chipcham, cum omnibus pertinentiis suis, salvâ Ecclesiâ ejusdem villæ, quæ est Monachorum de Waledene; & salvâ terrâ Sanctimonialium de Chikesand, quam habent in eadem villâ. Ex dono ejusdem Comitis *C.* solidos in redditu annuatim apud *Sepereiam*. Et ex dono Domini Regis *H.* patris nostri, Ecclesiam de Redmersham, cum omnibus pertinentiis suis. Et ex dono *Alani* de *Faleis*, medietatem de Berstanestun, cum parco & bosco, & omnibus pertinentiis illius medietatis. Et ex dono *Roberti* Comitis *Leicestriæ* & *Petronillæ* Comitissæ uxoris suæ, concessione *Willielmi* & *Roberti* filiorum suorum, villam de

de **Bertesburne**, & Ecclesiam ejusdem villæ, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Radulphi de Grisele*, concessione *Roberti* fratris sui, & *Nigelli* & *Henrici* & *Willelmi* fratris eorum, & *Willelmi* Comitis de *Ferrariis*, Dominicatum, totum feodum & tenementum eorum in * Hether. *Hedreia*, * & in **Ribenestan**, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Comitis *Willelmi* de *Ferariis* servicium prædicti *Roberti* & heredum suorum, unius militis; & quicquid juris in illo tenemento habebat. Ex dono *Letitiæ* de *Ferariis* & *Roberti* filii *Nigelli* villam de **Wilcton**, cum omnibus pertinentiis suis.

Ex dono *Radulphi* filii *Savarici*, & *Gergetæ* de *Palinges*, & *Radulfi* filii ejus, terram de **Palinges**, cum pertinentiis suis. Ex dono *Roberti Revel*, & concessione *Gaufridi Ridel* tenementum ipsius *Roberti*, quod habebat in **Swinesford**, & in **Wideton**, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Gaufridi* de *Waver*, & concessione *Willelmi* de *Waver*, unam carrucatam terræ in **Swinesford**. Ex dono *Guidonis* de *Ver*, terram de **Clavinges**, cum pertinentiis suis. Ex dono *Willelmi Coterel*, & concessione, nostram terram de *Rochello*, & donum suum de *Lond.* & omnes alias terras & redditus sicut Cartæ ejus testantur. Ex dono *Willelmi Peverell*, villam de **Totangeham**, cum omnibus pertinentiis suis: Et insuper omnia tenementa prædictorum fratrum. Et præterea villam de **Boggeschestone**, cum omnibus pertinentiis suis. Quare volo, & firmiter præcipio, quod prædicti fratres Sancti Hospitalis *Jerusalem* omnia, quæ eis prædicto modo collata sunt, bene, & in pace, quiete & libere, & honorifice habeant & teneant in liberam & perpetuam elemosinam, pro salute animæ nostræ, & animâ Regis *H.* patris nostri, & *A.* Reginæ matris nostræ & omnium antecessorum & successorum nostrorum, cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus, ad possessiones illas pertinentibus, sicut rationabiliter Cartæ donatorum testantur. Testibus (&c.) Datum per manum *H.* Cant. Archiepiscopi Cancellarii nostri, apud *Rothomagum xxx.* die *Aug.* (&c.)

De Hospitalariorum *privilegiis, pro corporibus defunctorum sepelendis, qui in vita sua fraternitati ipsius Hospitalis, suas elemosynas contulerint.*

Pat. 4 E. 1. m. 32. in dorso. REx dilectis & fidelibus suis *Salomoni* de *Roffecestria*, & *Thomæ* de *Trivet* salutem. Ex querela Prioris S. *Johannis Jerusalem* in *Anglia*, accepimus, quod cum per privilegia à sede Apostolicâ sibi & Hospitali prædicto concessa, quibus ipse & sui prædecessores, in regno nostro, hactenus usi sunt, Corpora defunctorum illorum, qui in vitâ suâ Fraternitati ipsius hospitalis suas elemosinas contulerunt, per suos homines sepulturæ Christianæ, quotiens opus fuerit, deputare debeant, quocunque casu mortis decessissent; & quidam latrones, nuper, coram Justiciariis nostris, ad gaolam nostram de **Wellestre** deliberandam assignatis, pro felonia quam fecerant, judicium suum, secundum legem & consuetudinem regni nostri, habuissent & postmodum suspensi fuissent; per quod Decennarii locorum illorum attachiari, & quibus deputati fuerant, ad furcas illas expectasse debuerant, donec ultimum spiritum exalassent: Ac demum antequam *Willelmus Cukeman*, *Nicholaus* le *Messager* & *Steph.* de *Pecham*, homines ipsius Prioris, ad hujusmodi corpora, sic sepelienda deputatis, ad Furcas illas venissent, pro ipsorum corporibus, sic ad sepulturam hujusmodi deputandis, præfatos latrones, nomine præfatorum Decennariorum aut aliorum ibidem inventos, sive per rupturas cordarum, sive per aliquorum prædicti Prioris emulorum excogitatam malitiam, aut alio modo inde protractos, humo invenissent, ac eos mortuos fuisse credidissent, & eorum corpora ad Ecclesiam S. *Olavi* de **Wellestre**, in ipsius Ecclesiæ Cimiterio sepelienda portâssent; *Adam* le *Messer*, unus prædictorum latronum sic suspensorum, cum in sepulturæ suæ fossa poneretur, vitali resumpto vigore, pedem suum movit; & postmodum uberiori potitus qualescentiâ, ligna peciit Ecclesiæ prædictæ, & ibi se tenuit, donec regnum nostrum abjuravit; per quod Vicecomes noster *Somersetæ*, præfatos homines ipsius Prioris, in prisonâ nostrâ de **Wellestre** detinet, ac si ipsi culpabiles essent de felonia, eschapio, vel malitia prædictis. Et quia super isto negotio plenius certiorari, & plenam justiciam in hac parte fieri volumus; nos de vestrâ circumspectione & industria plenè confidentes, assignavimus vos ad inquirendum per Sacramentum, &c. de Comitatu prædicto, per quos, &c. Et ideo, &c. *T.* Rege apud *Winton. xix. Jun.*

Pro aliis libertatibus & privilegiis amplissimis, fratribus Hospitalis S. Johannis Jerusalem, in Anglia, concessis, Videlis Cart. 8. E. 1. m. 8. n. 45. Et Cart. 2. E. 2. n. 45.

De terris quondam Templariorum Hospitalariis *liberandis.*

Clauf. 7. E 2. m. 19. in cedula. REx custodi quarundam terrarum & tenementorum, quæ quondam fuerunt *Templariorum* in Civitate nostra *Londonensi*, & suburbio ejusdem Civitatis, salutem. Cum dominus *Clemens* divinâ providentiâ Papa quintus, nuper in generali Concilio *Viennæ* congregatio, Ordinem quondam domus militiæ Templi, propter varias causas sustulerit, & perpetuo suppositurio Interdicto; & eandem domum, cæteraq; domos, Ecclesias, Capellas, Oratoria, Civitates, castra, villas, grangias, loca, possessiones, jurisdictiones, redditus, atq; jura, omniaq; alia bona immobilia & mobilia ac semoventia, cum omnibus suis, membris & pertinentiis suis, in universis & quibuslibet mundi partibus consistentia, quæ olim fuerunt Magistri & fratrum Ordinis illius cujusmodi bonis in regnis & terris Regum *Castellæ*, *Aragoniæ*, *Portugaliæ*, & *Majoricarum* existentibus, ex

certis causis exceptis, & prædicti Domini Papæ, ac Apostolicæ sedis ordinatione reservatis, ordini Hospitalis S. *Johannis Jerusalem* duxerit concedenda, applicanda, & unienda, memoratoq; ordini Hospitalis prædicti; vel ipsius procuratoribus ejus nomine, infra certum tempus, restituenda, contra detentores dictorum bonorum, & restitutionem eorundem impedientes, graves censuras ecclesiasticas statuendo; Et per litteras suas bullatas, nobis inde directas, nos rogaverit, exortando, quod bona hujusmodi, infra Regnum & dominium nostrum, præfato ordini Hospitalis prædicti, vel ipsius procuratoribus, ejus nomine, restitui facere curaremus. Nos considerantes diversa dampna & pericula, per detentionem bonorum prædictorum, in Regno & dominio nostris, si fieret, nobis & eidem Regno, ac subditis nostris posse multipliciter evenire; quæ propter brevitatem temporis, infra quod hujusmodi restauratio fieri petebatur, non possent eâ vice aliàs præcaveri volentesq; dampna & pericula hujusmodi evitare, domos, Ecclesias, villas, Maneria, terras, redditus, loca, & alias possessiones quascunq; cum omnibus suis juribus & pertinentiis, quæ olim fuerunt dictorum Magistri & fratrum prædictæ militiæ *Templi*, in prædictis regno & dominio nostris, factâ priùs per nos quadam protestatione, pro conservatione juris nostri, & subditorum nostrorum, in hac parte, fratribus *Alberto* de *Nigro castro*, magno Præceptori domus Hospitalis S. *Johannis Jerusalem* prædictæ, & locum tenenti citra mare mediterraneum, magni Magistri Hospitalis ejusdem, & *Leonardo* de *Tiberiis*, Priori *Venetiarum*, procuratori generali Hospitalis prædicti, nomine Hospitalis ejusdem, duximus liberanda; salvo jure nostro, & subditorum nostrorum quorumcunq;, juxta vim & effectum protestationis nostræ supradictæ. Et idcirco vobis mandamus, quod præfatis *Alberto* & *Leonardo*, vel illi aut illis, quem vel quos ipsi ad hoc, per suas patentes literas, deputaverint loco sui, domos, Ecclesias, Maneria, terras, redditus, loca, & alias possessiones quascunq;, cum suis juribus & pertinentiis universis, quæ fuerunt dictorum Magistri fratrum militiæ prædictæ, in Civitate & suburbio prædictis, & quæ in custodiâ vestrâ ex commissione nostrâ existunt, una cum bladis in terris seminatis, & ornamentis Ecclesiarum illarum, sine dilatione aliqua liberetis, salvo nostro jure, & subditorum nostrorum quorumcunq;, juxta vim & effectum protestationis nostræ prædictæ, sicut prædictum est. Volumus enim vos inde ex nunc erga nos exonerari. Teste Rege apud *Westmonasterium*, vigesimo octavo die *Novembris*.

Consimiles litteræ diriguntur custodibus terrarum & tenementorum, quondam Templariorum, per totam *Angliam*.

Carta Regis Edwardi *tertii, de protectione, Fratribus Hosp. S.* Joh. Jerosolom. *in* Anglià, *facta, pro terris* Templariorum *eis antehac concessis.*

REx, Vicecomitibus & omnibus Ballivis ministris & fidelibus, tam infra libertates, quàm extra, ad quos, &c. salutem. Sciatis, quod cum celebris memoriæ Dominus *E.* nuper Rex *Angliæ* pater noster, in Parliamento suo apud *Westm.* à die *Purificationis* beatæ *Mariæ* anno Regni sui decimo septimo, in tres septimanas, convocato, de assensu Comitum, Baronum, & aliorum procerum Regni sui, omnia terras, tenementa, dominia, feoda Ecclesias, advocationes & libertates, quæ fuerunt Magistri & fratrum *militiæ Templi* in *Anglia*, tempore cessationis & adnullationis ordinis illius, Priori & fratribus Hospitalis S. *Johannis Jerusalem* in *Anglia* assignaverit, & ea eis decreverit liberari, ubi & successoribus suis imperpetuum remansura, prout in quodam statuto inde in eodem Parliamento edito; quod, per literas nostras acceptavimus, approbavimus, & confirmavimus, pleniùs continetur. Ac jam intellexerimus, quod quidam dicto Statuto non obedientes, sed illud potius contemnentes, prætendentes se jus habere in aliquibus terrarum, tenementorum, dominiorum, feodorum, Ecclesiarum, advocationum & libertatum prædictorum occasione cessationis & adnullationis prædictarum prædictos Priorem & fratres Hospitalis in eisdem terris, tenementis, dominiis, feodis, Ecclesiis, advocationibus, & libertatibus, eis virtute Statuti illius liberatis, armatâ potentiâ gravare intendunt. Nos statutum illud manutenere, illorumq; conatus, qui illud enervare nituntur, refrenare volentes, prout decet, suscepimus ipsos Priorem & fratres Hospitalis, terras, tenementa, dominia, feoda, Ecclesias, advocationes & libertates prædicta, in protectionem & defensionem nostram speciales. Et ideo vobis mandamus, quod ipsos Priorem & fratres Hospitalis, in possessione suâ terrarum, (&c.) & libertatum prædictorum, manuteneatis, protegatis & defendatis, non permittentes ipsos, quantum ad vos pertinet, super possessione suâ terrarum, (&c.) & libertatum prædictorum, indebitè molestari. In cujus, &c. per unum annum duraturum. T. Rege apud *Ebor. xiv.* die *Decembris*. Par. 6. E. 3. p. 3. m. 7.

Similiter de terris Templariorum *Hospitalariis liberandis.*

REx Vicecom. *Devoniæ* salutem. Cum dudum, cessante & adnullato ordine militiæ *Templi*, terræ & tenementa in manus fratrum Ordinis illius, in dominicis, feodis, & serviciis, ut de jure eorundem fratrum, tempore cessationis & adnullationis ordinis illius existentia, quæ de Domino *Edwardo* nuper Rege *Angliæ*, patre nostro, & aliis diversis Dominis de eodem regno tenebantur, in manibus ipsius patris nostri, & Clauſ. 7. E. 3. p. 2. m. 11.

aliorum

aliorum diversorum dominorum feodorum illorum, qui terras illas & tenementa, tanquam Escaetas suas vendicabant, seisita fuissent; & in Parliamento ejusdem patris nostri, à die *Purificationis* beatæ *Mariæ* in tres septimanas, anno Regni sui *xvii.* convocato, concordatum fuisset, quod nec idem Pater noster, nec aliquis alius Dominus feodorum prædictorum, seu alia quæcunq; persona, titulum nec jus haberent, prædicta terras & tenementa, cum pertinentiis, seu aliquam partem eorundem, nomine Escaetæ, seu alio modo retinendi, seu eadem tenementa in posterum vendicandi, occasione cessationis & adnullationis prædicti Ordinis *militiæ Templi*, de quibus fratres ejusdem ordinis seisiti fuerunt in dominico suo, ut de feodo, tempore cessationis & adnullationis prædictarum: Et pro eo quod Ordo fratrum Hospitalis S. *Johannis Jerusalem*, consimiliter ob defensionem Christianorum, & Sanctæ Ecclesiæ provisus fuerat, institutus, & canonizatus; concordatum fuisset & statutum in dicto Parliamento, per dictum Patrem nostrum, Prælatos, Comites, Barones, & alios proceres dicti Regni, quod omnia & terræ & tenementa, dominia, feoda, Ecclesiæ, advocationes Ecclesiarum & libertates, cum omnibus ad ea qualitercunq; spectantibus, quæ fuerunt dictorum Templariorum, tempore cessationis & adnullationis prædictarum, prædicto ordini Hospitalis & Priori, & fratribus ejusdem ordinis assignarentur & liberarentur, sibi & successoribus suis imperpetuum remansuris: Per quod prædictus Pater noster, de unanimi assensu Comitum, Baronum, & procerum prædictorum, de plenitudine suæ regiæ potestatis, omnia prædicta terras, & tenementa, dominia, feoda, (&c.) prædicto Ordini Hospitalis prædicti, & fratribus ejusdem ordinis, in eodem Parliamento assignaverit, & ea eis decreverit; liberanda, habenda, & tenenda eisdem Priori & fratribus & successoribus suis, de ipso patre nostro & aliis Dominis feodorum illorum, per illa eadem servicia, per quæ Fratres ordinis *Militiæ Templi* ea tenuerunt, tempore cessationis & adnullationis ejusdem ordinis *militiæ Templi*; ut in refectione pauperum, Hospitalitatibus, divinorum celebrationibus, defensione terræ sanctæ, & omnibus aliis oneribus & servitiis, priùs debitis, quocunq; nomine censeantur imperpetuum; non obstante quod prædicta terræ & tenementa, (&c.) post dictas cessationem & adnullationem, ad manus diversorum, per successionem hæreditariam, donationem, seu perquisitum, vel alio modo devenerunt; ac etiam quacunq; lege, seu consuetudine regni nostri, per quam seu per quas prædicta concordia, seu prædictæ assignatio & traditio de prædictis terris & tenementis, ut prædicitur, impediri quovismodo debeant impugnari, seu contra placitari.

Ac nos postmodum in Parliamento nostro Statutum & concordiam prædicta, de consilio Prælatorum, Comitum, & procerum regni nostri, approbaverimus, acceptaverimus, & ratificaverimus, eaq; præceperimus firmiter & inviolabiliter observari. Ac nos, nuper, ad prosecutionem dilectorum nobis in Christo Prioris & fratrum Hospitalis prædicti, nobis suggerentium, quod diversi hominis Comitatus tui, ad statutum & concordiam prædicta, considerationem non habentes, diversa terras & tenementa, quæ fuerunt prædictorum *Templariorum*, tempore cessationis & adnullationis prædictarum, occupârunt; pretendentes ea ad se, nomine Escaetæ, ratione cessationis & adnullationis earundem pertinere debere, in nostri contemptum, & elusionem Statuti & concordiæ prædictorum & ipsorum Prioris & fratrum dampnum & præjudicium manifestum: Tibi præcipimus quod omnia terras, tenementa, dominia, (&c.) quæ fuerunt prædictorum Fratrum *militiæ Templi*, tempore cessationis & adnullationis prædictarum, in Clevhangre, & alibi in ballivâ tuâ; & quæ in præjudicium prædictorum Prioris & fratrum, contra formam Statuti & concordiæ prædictorum, per quoscunq; invenires occupata & detenta, sine dilatione caperes in manum nostram, & ea, salvo custodiri faceres, donec aliud indè à nobis haberes in mandatis: Et quæ terras & tenementa taliter occupata invenires, & per quos & qualiter, & quomodo, & quantum terræ illæ & tenementa valerent, per annum; necnon de nominibus occupatorum nos sub Sigillo tuo distinctè & apertè redderes certiores.

Ac tu nobis significaveris, quod cepisti in manum nostram Manerium de Clevhangre, cum pertinentiis in comitatu prædicto, quod unà cum advocatione Ecclesiæ ejusdem villæ, fuit dictorum *Templariorum*, tempore cessationis & adnullationis earundem: Et quod *Will. Martin*, post dictas cessationem & adnullationem, in Manerium prædictum intravit, & illud tenuit, quousq; *Johannes* de *Mohun* ipsum *Willielmum* indè ejecit; & quod idem *Johannes* Manerium prædictum, cum pertinentiis, *Roberto* de *Mohun* fratri suo, & idem *Robertus* illud *Pagano* de *Mohun* fratri suo, postmodum dederunt: Nos volentes Statutum & concordiam prædicta inviolabiliter observari, tibi præcipimus, quod Manerium prædictum, cum pertinentiis, (&c.) prafatis Priori & fratribus dicti Hospitalis, (&c.) liberes, (&c.) T. Rege apud Waltham *xiii.* die *Oct.*

De Manerio Novi Templi Lond. *Hospitalariis concesso.*

REx omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis, quod cum nuper ad prosecutionem dilecti nobis in Christo Prioris Hospitalis S. *Johannis* Jherusalem in *Anglia*, per petitionem coram nobis & consilio nostro in Parliamento exhibitam, suggerentis *Hugonem* le *Despencer* juniorem, quondam, per vim & duriciam, possessionem Manerii ipsius Prioris *Novi Templi Lond.* adeptum fuisse, quod in manu nostrâ per forisfactum ipsius *Hugonis* exitens, nuper commisimus dilecto nobis *Willelmo* de *Longeford*, sub certâ formâ, pro *xxxiii. l.* nobis ad Scaccarium nostrum annuatim reddendis; ipsumq; *Hugonem* cimiterium, claustrum, & Pat. 17. E. 3. p. 2. m. 22.

alia loca infra Manerium illud sanctificata, & Deo dedicata occupâsse, contra libertatem ecclesiasticam & Canonicas sanctiones, eadem loca sic sanctificata, & Deo dedicata, unà cum domibus super loca illa ædificatis, quæ valorem *xiiil. xvs. id.* de dictâ formâ viginti & quatuor librarum, juxta legitimam informationem, super hoc habitam, attingunt, Ecclesiæ Templi prædicti rejungi, & præfato Priori & fratribus Hospitalis illius habendum sibi & successoribus suis, postmodum fecerimus liberari, sicut per inspectionem Rotulorum Cancellariæ nostræ & certificationem Thesaurarii & Baronum Scaccarii prædicti, in eadem Cancellariâ residentem, plenè liquet; Ac *lx s.* & *x d.* per annum, pro vadiis unius hominis, portam ejusdem Templi custodientis, & capientis per diem duos denarios: Necnon *xxx s.* quos Episcopi *Cicestriæ* pro domibus suis in suburbio *Londini*, eidem Templo annuatim solvere consueverunt; & quos venerabili patri *Roberto*, nunc Episcopo ejusdem loci, per literas nostras Patentes, pro nobis & hæredibus nostris, remisimus imperpetuum, præfato *Willielmo* in dictâ firmâ suâ mandaverimus allocari. Nos pro *C l.* quas præfatus Prior in subsidium expensarum, & sumptuum, quos nos circa præsens passagium nostrum versùs partes transmarinas, de assensu Prælatorum, Comitum, Baronum, & Communitatis regni nostri assumptum, facere cogimur, solvere jam assumpsit; dedimus, concessimus, & vendidimus, pro nobis & hæredibus nostris præfato Priori totum residuum Manerii illius, in manu nostrâ jam existens, cum pertinentiis, quod ad *viil. vs.* & *id.* residuos de dictâ annuâ firmâ *xx.vl.* attingit. Habendum & tenendum, unà cum Cimiterio, clausuro, & aliis locis, ut præmittitur, sanctificatis, & Deo dedicatis, præfatis Priori & fratribus, & eorum successoribus, de nobis & hæredibus nostris, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam imperpetuum, (&c.) T. Rege apud *Geppewic* xviii. die *Junii*.

Cœno-

Cœnobia Anglicana
TEMPLARIORUM MILITUM
ORDINIS
S. AUGUSTINI.

Coenobia Anglicana

TEMPLARIORUM MILITUM

ORDINIS

S. AUGUSTINI.

517

Templarius.

De prima Ordinis Templariorum *institutione.*

ANno Domini *MCxviii.* —— Circa dies istos, viri quidam nobiles, de equestri Ordine, religiosi ac Deum timentes, in manus Patriarchæ *Hierosolymitani*, Christ. se servicio mancipantes, more *Canonicorum regularium*, in castitate & obedientia propriæq; voluntati renuntiantes, perpetuò vivere sunt professi; quorum primi fuerunt viri venerabiles *Hugo* de *Paganis*, & *Godefridus* de S. *Audomaro*; qui cum certè non haberent domicilium, Rex *Baldwinus* in palacio suo, quod, secùs *Templum* Domini, ad australem habebat plagam, eis habitaculum concessit. Canonici verò *Templi* Domini, plateam, quam circa prædictam habebant palatium, ad officinas construendas concesserunt. Patriarcha quoq; & Rex, cum suis proceribus, & aliis Ecclesiarum prælatis, de propriis dominicis suis, pro victu & vestitu, certa eis beneficia contulerunt. Prima eorum professio erat, ut in remissionem peccatorum suorum, vias & itinera ad salutem peregrinorum, contra latronum insidias pro viribus conservarent. Tandem post novem annnos, in Concilio *Trecis* celebrato, institura est eis Regula; & habitus albus, à Papâ *Honorio* assignatus; & decursis ferè novem annis (qui priùs novem fuerunt tantummodò) cæpit eorum numerus augeri & possessiones invalescere. Postmodum verò, tempore *Eugenii* Papæ, Cruces de panno rubeo suis assuerunt mantellis, ut à cæteris possent hoc signo discerni: Numerus autem eorum in brevi ita multiplicatus est, ut in Conventu, plus quàm trecentos habeant Equites, exceptis fratribus aliis, quorum ferè numerus cernitur infinitus. Possessiones verò, tam citra, quàm ultra mare, adeo immensas habere dicuntur, ut jam non sit in orbe Christiano provincia, quæ eis bonorum suorum portionem non contulerit, & regiis hodie divitiis præstantiores existant: Qui quoniam juxta Templum Domini mansionem habent, *fratres militiæ Templi* dicuntur; & cum diu in honesto starent proposito, nunc adeo professionis suæ humilitatem neglectâ, Domino Patriarchæ, à quo Ordinis *institutionem* & prima beneficia susceperant, se subtraxerunt, obedientiam, & Ecclesiis Dei decimas subtrahentes, facti sunt cunctis valdè molesti.

Ex *Matth. Paris. hist. Angliæ*, edit. Lond. 1640.

—— Oritur Ordo *Templariorum*, quorum primi fuerunt *Hugo* de *Paganis* & *Godefridus* de S. *Audomaro*, equites nobiles & religiosi; adeo pauperes, ut unum tantum equum haberent communem, unde eorum Sigillo insculpuntur duo equites, uni equo insidentes.

Ibid ad calcem *Adversariorum.*

Adhuc, de prima eorundem institutione.

EX Historia *Antiochena* lib. 12. *cap.* 7. circa annum Domini *MCxx.* quidam milites probi homines, habentes voluntatem & propositum, pro toto tempore vitæ suæ, remanendi in servicio Dei, & ducendi vitam communem, ad modum *Regularium Canonicorum*, in manu Patriarchæ, castitatem & obedientiam veraciter voverunt, & omni proprietati renunciaverunt. Illi autem qui istud plus tenuerunt, & ad hoc idem faciendum alios excitaverunt, fuerunt duo milites, quorum unus dicebatur *Hugo* de *Paiens* de le *Troies*; alius vocabatur *Gaufridus* de S. *Omero*: Et quia non habebant Ecclesiam, nec certam domum ubi poterant vivere per se, Rex *Jerusalem* concessit eis quantum volebant; scil. unum habitaculum in domibus Palacii, quod habebant juxta Templum Domini: Canonici verò Templi tradiderunt eis unam aream, quam habebant juxta Palacium ad emendationem Hospitalis sui, & ad construendum officinis gentibus religiosis necessarias. Rex autem & Barones, Patriarcha ac cæteri Prælati Ecclesiæ dederunt eis, de suis dominicalibus, reditus pro victu eorum & vestitu; aliqua pro tempore, aliqua pro semper.

Ex cod. MS. in bibl. *Cotton.* sub effigie *Otho*nis, B 3. f. 188. b.

Primum

Primum onus quod eis erat injunctum, in remissionem peccatorum suorum, per Patriarcham, fuit, quod vias, per quas venirent peregrini, custodirent à latronibus & prædonibus, qui multa mala facere consueverunt. Per novem annos morabantur sic in habitu seculari, & habebant tales robas, quales milites & alii boni homines dabant eis ob amorem Dei. Deindè nono anno factum est Concilium in *Francia*, infra Civitatem de *Trecas*, ibi convenerunt Episcopus de *Rayns*, Archiepiscopus de *Sanz*, cum omnibus suis Episcopis; Episcopus *Albanensis*, qui erat legatus Papæ; Abbas *Cistercienſis*; Abbas *Clarevallensis*, & multi alii religiosi; & ibi fuit Ordo stabilitus, & regula dabatur eis ad vivendum sicut homines religiosi; & fuit ordinatum & præceptum, auctoritate Domini *Honorii* secundi & per Patriarcham *Jerusalem*, quod habitus eorum foret albus.

Ille ordo duraverat jam per novem annos, ut jam dixi; nec erat adhuc præterquam novem fratres, qui vivebant cotidie de elemosinis aliorum. Ab illo tempore cepit augeri eorum numerus, & dabantur eis tenementa & redditus. Tempore verò *Eugenii* tertii Papæ, præceptum erat, quod gererentur Cruces in capis & mantellis eorum, de panno rubeo, ut essent noti inter alios; Sic fecerunt milites & minores fratres, qui vocabantur *Clientes*, id est *Serjeans*. Ab illo tempore sic creverunt eorum possessiones, quod vix poterat inveniri provincia citra mare, vel ultra terram Christianorum, ubi Ordo ille non haberet possessiones & mansiones; & fratres in magno numero. Primò fuerunt Hospitati juxta *Templum*, & ideo vocati sunt *Milites de milicia Templi*.

In principio gerebant se sapienter & humiliter valdè, secundùm professionem suam, qui propter Deum seculum diu serant: Sed postea quando divitiæ eorum creverunt, videbantur propositum suum oblivisci, & in magnâ superbiâ sunt erecti, ita quod primò à Patriarchâ *Jerusalem* se subtraxerunt; & quia nullam potestatem haberet super eos, procuraverunt à summo Pontifice, cum tum ipse Patriarcha in principio stabilierat & fundaverat eos de ipsis bonis Ecclesiæ suæ. Ab aliis insuper religiosis atq; Ecclesiis, à quibus multas & pulcras receperunt elemosinas, inceperunt Decimas atq; Primicias & cæteros redditus, quos habebant, auferre: Alios etiam vicinos suos turbabant, & multipliciter gravabant.

Ex hist. Anglic. script. antiq. edit. Lond 1653 col. 1008. l. 51.

Anno Domini *MCxviii.* ------ Hoc etiam tempore Ordo *Templariorum*, ex militibus congregatus, in *Jerusalem* incæpit; & dicti sunt *Milites Templi*, quia in porticu Templi sedem sui Ordinis statuerunt. Hi nempè, secundùm quosdam, ex infimis Hospitalium congregati, & ex reliquiis eorum in cibis & armis sustentati, ad tantam rerum opulentiam devenerunt, ut filia ditata, matrem suffocare & supergredi videretur: Quorum Ordo postea; tempore Regis *Edwardi* secundi, post Conquestum, in Concilio generali, sub Papâ *Clemente* quinto, apud *Viennam*, anno Domini *MCCCxii.* celebrato, dampnatus est.

In col. 1382. l. 20.

Anno Domini *MCxix.* Circa hos dies Ordo *Templariorum* incæpit. Hii nempe congregati ex reliquiis *Hospitaliorum*, sedem sibi statuerunt in porticu Templi *Jerosolymitani*, quâ de re vocati sunt *Milites Templi*: Qui ex reliquiis Hospitalariorum, in cibis & armis sustentati, ad tantam rerum opulentiam devenerunt, ut filiæ ditatæ matrem supergredi viderentur & suffocare: Qui tandem ob ignominiosam apostasiam & in Christum blasphemiam, circa annum gratiæ *MCCCxii.* sub Papâ *Clemente* quinto, deleti sunt.

Ex hist. Angl. Mat. Paris. edit. Lond. 1640 p. 526. l. 35.

Anno Domini *MCxl.* ----- Tempore quoq; sub eodem dedicata est nobilis Ecclesia, structuræ aspectabilis *novi Templi Londinensis*, præsente Rege, & multis Regni magnatibus; qui eodem die, scil. die *Ascensionis*, completis Dedicationis solennitis, Convivium in mensa nimis lautè celebrârunt, sumptibus *Hospitalariorum*.

Ex hist. Anglic. script. antiq. edit. Lond 1653 col. 1364. l. 64

Anno Domini *MCxlvii.* Hoc anno *Conradus* imperator *Alemanniæ*, & *Ludovicus* Rex *Franciæ*, unà cum Regina suâ *Aliânora*, & *Theodoricus* Comes *Flandriæ*, multiq; nobiles, & ignobiles *Franci* & *Angl. Norm.* & *Britones*, sed & multarum regionum viri, peregrè profecti sunt *Hierusalem* ad debellandum Paganos, qui non modicam Sanctæ

terræ

terræ illius occupaverant quantitatem, sed Christiani multis laboribus vexati, expensis perditis, nullum vel modicum, hac vice, reportaverunt triumphum: Nam propriâ temeritate, & Saracenæ gentis industriâ ferè, ad nichilum deducti sunt. Rex autem *Franciæ Ludovicus*, cum non modico excercitu, qui per terram venerant, obsedit *Damascum*, & ferè ad deditionem coegit, interfectis de gente paganâ, qui egressi fuerant ad pugnandum contra Christianos, ferè decem millibus. Cum autem Civitas Christianis reddenda esset, accesserunt *Templarii*, dicentes se primam habituros pugnam, ut omnes deinde in communi victoriam ob inerent: Statuerunt itaq; tentoria sua, inter Civitatem & excercitum Christianorum, & cum hiis, qui erant in Civitate, Paganis proditionis pactum inierunt: Cives igitur eorum agnoscentes cupiditatem, promiserunt eis tres cados plenos bisantiis aureis, si eos ab obsidione liberarent: Delusi itaq; Christiani per *milites Templi*, à *Damasco* recesserunt: Post modicum verò, cum *Templarii* promissos à civibus recepissent cados, in eisdem non nummos aureos, sed cineres invenerunt, miraculoq; ascripserunt.

A. Domini *MCCCvii.* anno Regni Regis *Edwardi* secundi primo, literâ Dominicali *A* Lunâ currente per *xvi.* die *Mercurii* proximâ post festum *Epiphaniæ*, quarto scil. anno Papæ *Johannis*, capti sunt omnes fratres de *Milicia Templi*, per mandatum Regis, per Bullam Papæ; & incarcerati universaliter in *Anglia* & *Francia*, & in totâ Christianitate, propter enormitatem professionis suæ, & alia superstitiosa, quæ profana gerebant inter eos in religione, super quibus Convicti fuerunt in Concilio *Londoniis* super hoc celebrato; & fuerunt omnia bona eorum, terræ & tenementa seisita in manu Regis, in *Anglia*. Ibid. col. 2531. l. 38.

MONASTICON ANGLICANUM

De sepultura Domini Regis Henrici *apud* Novum Templum, Londoniarum.

Ex Regist. Hosp. S. *Joh. Jerusalem* in *Anglia*, in bibl. *Cotton.* f. 25. a.

Niversis Christi fidelibus præsentem Cartam inspecturis, *Henricus* Dei gratia, Rex *Angliæ*, dominus *Hibernia*, Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* salutem. Ad omnium volumus notitiam pervenire; quod cum pio cupiamus desiderio sani & incolumes, & liberum habentes arbitrium de loco Sepulturæ nostræ disponere, & ante diem nobis inde prospicere: Nos ob dilectionis prærogativam, quam erga Ordinem & Fratres militiæ Templi gerimus, cum contigerit nos, expleto vitæ præsentis curriculo, universæ carnis viam ingredi; concessisse & dedisse corpus nostrum Deo & beatæ *Mariæ*, & domui militiæ Templi *Lond.* ibidem debitæ commendandum Sepulturæ: Attendentes & sperantes in Domino, id saluti animæ nostræ plurimùm convenire: Ita quod licèt fortè imposterum domum aliquam fundaverimus religiosam, sine impedimento & contradictione quorumlibet Religiosorum, volumus quod postquam diem clauserimus extremum, Corpus nostrum in prædictâ domo militiæ Templi, debitæ, sicut prædictum est, tradatur sepulturæ. Volumus enim, quod id quod in plenâ constitui prosperitate, de corporis nostri Sepulturâ, ante tempus duximus ordinandum, alicujus voluntate aut machinatione impediatur, aut contra ordinationem nostram aliquatenus immutetur. Hiis testibus, Venerabili patre *R. Herefordensi* Episcopo, &c. data per manum Venerabilis patris *Edmundi Cicestrensis* Episcopi, Cancellarii nostri, apud *Gloucestriam xxvii.* die Julii, anno Regni nostri *xix.*

De Sepultura Alianoræ *Reginæ apud* Novum Templum.

UNiversis, (&c.) *Alianora* Dei gratia Regina *Angliæ*, (&c.) ad omnium volumus noticiam pervenire;, quod, cum pio cupiamus desiderio, sanæ & incolumes & liberum habentes arbitrium, de loco sepulturæ nostræ disponere, & ante diem nobis prospicere: Nos ob dilectionis prærogativam, quam erga Ordinem & Fratres militiæ Templi gerimus, cum contigerit nos, expleto vitæ præsentis curriculo, universæ carnis viam ingredi, concessisse & dedisse proprio motu, & de assensu, & de voluntate Domini nostri *Henrici* Dei gratiâ illustris Regis *Angliæ*, ad preces nostras obtenta, Corpus nostrum Deo & beatæ *Mariæ*, & domui militiæ Templi, debitæ ibidem commendandum Sepulturæ: Attendentes & sperantes in Domino, id saluti animæ nostræ plurimum convenire: Ita quod licèt fortè in posterum aliquam Domum fundaverimus religiosam, sine impedimento & contradictione quorumlibet virorum religiosorum, vel mulierum religiosarum, volumus quod, postquam diem clauserimus extremum, corpus nostrum in prædictâ domo militiæ Templi, debitæ, sicut prædictum est, tradatur Sepulturæ.

De tribus Capellanis inveniendis ibidem, pro anima Regis Henrici *tertii.*

HEnricus Dei gratiâ, Rex *Angliæ*, (&c.) Sciatis nos, intuitu Dei, & pro salute animæ meæ, & animarum antecessorum & hæredum nostrorum, concessisse, pro nobis & hæredibus nostris Magistro & fratribus militiæ Templi *Salomonis Jerusalem*, & successoribus suis imperpetuum, octo libras sterlingorum, percipiendas singulis annis ad Scaccarium nostrum, ad sustentandum tres Capellanos in novo Templo *Lond.* qui singulis diebus imperpetuum ibidem divina celebrent; quorum unus, singulis diebus celebrabit pro nobis; alter pro cuncto populo Christiano, & tertius pro fidelibus defunctis. Quare volumus (&c.) data per manum venerabilis *R. Cicestrensis* Episcopi, Cancellarii nostri, apud Wyndesort, sexto die *Maii*, anno Regni nostri *xxi.*

De uno Capellano inveniendo apud Novum Templum Lond. *pro animâ* Roberti *de Veteri ponte, & Idoniæ uxoris suæ.*

Ib. f. 30. b. OMnibus, (&c.) *Idonea de Veteri ponte* salutem in domino: Noveritis me, in liberâ viduitate, & propriâ potestate meâ, intuitu caritatis, & pro salute animæ Domini *Roberti de Veteri ponte*, quondam mariti mei, & pro salute animæ meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum, dedisse, concessisse, & præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ*, & fratribus militiæ Templi, tresdecem bovatas terræ & dimidium, de hæreditate meâ, in *Orsefeld*, cum omnibus pertinentiis suis, (&c.) Habendas & tenendas eisdem fratribus militiæ Templi in liberam, puram & perpetuam elemosinam, (&c.) Hanc autem donationem, sicut prædictum est, feci prædictis fratribus, ad sustentationem unius Capellani, qui divina celebrabit in perpetuum in domo ipsorum fratrum *Lond.* pro animâ dicti Domini *Roberti de Veteri ponte*, quondam mei mariti, & pro animâ meâ, & animabus omnium antecessorum & successorum meorum, (&c.) His testibus, Domino *Ricardo de Turri*, *Thoma* filio *Johannis*, &c.

Carta Regis Henrici *secundi de loco apud* Flete, *pro molendino faciendo.*

Ib. f. 51. a. b. HEnricus, (&c.) omnibus, (&c.) Sciatis, quod ego dedi & concessi militibus Templi *Jerusalem*, locum super *Fletum*, juxta Castellum *Bainard*; & totum cursum aquæ de Flete, ad faciendum ibidem molendinum: Et unum masagium super *Fletum*, juxta pontem de Flete, pro salute animæ meæ, & pro stabilitate Regni mei, & pro animâ Regis *Henrici* avi mei, & omnium antecessorum meorum. Quare volo, (&c.) Test. *Thoma* Cancellario, *Ricardo de Luci*, *Ricardo de Camvilla*, (&c.)

Carta ejusdem Regis Henrici *secundi, de donatione Ecclesiæ S.* Clementis.

Ib. HEnricus, (&c.) Sciatis me donâsse in perpetuam elemosinam, & hac meâ Cartâ confirmâsse fratribus Templi, Ecclesiam S. *Clementis*, quæ dicitur Dacorum, extra Civitatem *Lond.* cum omnibus pertinentiis suis. Quare volo, (&c.) Testibus, Comite *Will.* de *Mandevil*, *Will.* de *Curci*, dapifero, *Fulcone Paenello*, (&c.) apud S. *Macharium* in *Gascoinia*, super *Gerundam*.

Ne quis injicias manus violentas in confugientes ad domos Templariorum, *sub pœna excommunicationis.*

Ibid. f. 56. INnocentius Episcopus, servus servorum Dei, Venerabilibus fratribus Archiepiscopis, Episcopis, dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, & aliis Ecclesiarum Prælatis, ad quos literæ istæ pervenerint, salutem, & Apostolicam benedictionem. Pervenit ad nos, ex quorundam religiosorum virorum, fratrum militiæ Templi; quod cum aliqui ad domos eorum, pro salute suâ se transferentes, hostes eorum, infra ambitum domorum ipsarum, eos & res suas, Dei reverentiâ & timore postposito, capiunt; & captos incarcerant, & ad redemptionem compellunt. Cum igitur id indignum sit penitus, & absurdum; & fidelium salus prorsus contrarium: Universitati vestræ, per Apostolica scripta præcipiendo mandamus; quatinus universis generaliter, sub excommunicationis interminatione prohibere curetis, ne qui in illos, qui ad domos prædictorum fratrum, pro salute suâ confugiunt; vel in res eorum, infra ambitum domorum ipsarum manus injiciant violentas. Si quis autem nostræ prohibitionis fuerint transgressores, ipsos contradictione & appellatione cessante, vinculo anathematis allirngatis, & faciatis eos ad dignam satisfactionem, sicut excommunicatos arctius evitari. Data *Laterani viii.* Id. *Martii*, Pontificatus nostri anno tertio.

Hæc sunt statuta & Ordinationes concernentia locum privilegiatum, vocatum Parish-garden, *al' dictum* Whitefriers, *sive* White, *cum pertinentiis, facta per* Johannem *nuper Ducem* Bedfordiæ, *firmarium ibidem, anno Domini* MCCCxx.

Ib. f. 57. INprimis à qualibet personâ, pro salute suâ, ad dictum locum fugiente, inquiri debet quâ de causâ illuc fugerit ad habendum tuitionem, per privilegia loci prædicti; an fuerit pro debito alieno, seu felonia, aut transgressione qualibet. Et tunc fideliter cognitâ ejus causâ, nomen ejus, eademq; causa registrabuntur; & pro hoc solvet Domino *illi d.* Ulterius quoq; jurabit super librum, quod ab illo die non faciet quicquam infra locum memorandum, quamdiu ibidem manebit, quod eidem loco privilegiato lesionem, scandalum, sive dampnum inferre poterit quoquo modo; sed ipsum locum, pro posse suo, honorificabit, sustentabit & defendet. Item jurabit quod omnia statuta & ordinationes, pro bono dicti loci, ac ejus gubernamine pacifico, ante illud tempus, quo venerit edita, bene & fideliter custodiet & perimplebit. Item, quod sine licentiâ, ab eodem loco penitus non recedet. Item quod se ab eodem loco privilegiato nullatenus absentabit, per diem neq; per noctem; & si fecerit, in suum periculum redundabit. In his prædictis juramentum præstabit corporale. Præterea, si suus adventus seu fuga, propter feloniam fuerit, talis sub salvâ custodiâ

sex

sex hominum de societate ibidem, totâ nocte, usq; manc teneatur, nisi pro eo manucapiatur, aut de ejus bono gubernamine, reporto & famâ nuncietur. Item si persona aliquam ibidem verberaverit, in custodiâ tenebitur, quousq; solverit Domino pro fine *vi s. viii* d. Et si sanguinem extraxerit contra pacem Domini Regis, ibidem sub salvâ custodiâ remanebit, donec Domino pro fine solvet *xiii s. iiii* d. Item si querela aliqua, adversus personam aliquam ibidem affirmetur, erit feodum, *viz.* Seneschallo *iv* d. Ballivo *iv* d. & Domino *iv* d. Item si persona aliqua feloniam aliquam fecerit, sive infra sive extra locum antedictum, & hoc post suam primam receptionem, beneficium loci illius amittet & ad prisonam Banci Domini Regis committetur. Item si quis fugiens, seu adventus ad locum sæpefatum, quamvis absq; casu feloniæ commisse, quocunq; modo, si postea recedat cum licentia, & illuc iterum revertatur, recipiatur sub formâ antedictâ, solvetq; Domino toties quoties redierit, pro suo introitu *iv* d. Item si quis tenentium seu persona quævis alia, meretricem aliquam, causâ libidinis excercendæ, per diem aut per noctem receptaverit, aut fornicationem, adulteriumve commiserit, seu alias sustentaverit infra locum memoratum, & per præsentamentum tenentium, aut recordum Constabularii ibidem inde postea fuerit convictus, solvet Domino *vi s. viii* d. & perdet privilegium, seu beneficium loci illius.

Carta Regis Henrici *tertii, de Maner'o de* Lillestone.

lb. f. 76. a. HEnricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, (&c.) Archiepiscopis, Episcopis, (&c.) Sciatis nos concessisse, & hac Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ* & fratribus militiæ Templi *Salomonis*, donationem & concessionem, quam *Otho* filius *Willelmi* fecit de toto Manerio de Lillestone, cum omnibus pertinentiis suis; excepto officio pertinente ad dictum Manerium, de cuneo nostro custodiendo, & excepto redditu suo assiso infra Civitatem *Londoniarum*: Habendum & tenendum eisdem fratribus imperpetuum, in liberam puram & perpetuam elemosinam. Quare volumus, (&c.) Data per manus Venerabilis *Radulphi Cicestrensis* Episcopi, Cancellarii nostri, secundo die *Februarii*, anno regni nostri *xxii.*

Cartâ Regis Stephani, *de Manerio de* Lillestham.

Ibid. f. 88. a. STephanus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Archiepiscopis, (&c.) Sciatis me dedisse, concessisse & confirmâsse donationem illam, quam fecit Comes *Robertus de Ferrariis* Deo & beatæ *Mariæ*, & pauperibus fratribus Templi *Salamonis Jerusalem*, de Manerio de Lillestham, in perpetuam elemosinam. Quare volo, (&c.) Testes sunt *Walterus* Episcopus *Cestrensis*, *Ricardus* de *Luci*, *Rogerus* Comes de *Clare*, *Ricardus* de *Camvill*, *Willelmus* de *Ferrariis*, & *Baldricus* de Sigillo, apud Wodestoke.

Carta Bernardi *de* Ballosio, *de terris in* Dynnesley & Pichen, *in agrô* Hertfordiensi.

lb. f. 118. a. sub titulo Dynesly. IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, omnibus Dominis & amicis suis, & sanctæ Dei Ecclesiæ filiis, *Bernardus de Ballolio* salutem in Domino. Volo notum fieri omnibus tam futuris, quàm præsentibus, quod pro dilectione Dei, & pro salute animæ meæ, antecessorumq; meorum, fratribus militibus de Templo *Salomonis xvi.* libratas terræ meæ, quam *in Anglia* possideo, perpetuo in elemosinam liberè, & absq; ullâ consuetudine, dedi & concessi, videlicet nominatim, quæ est membrum de *Hichen*, arvâ asperâ & platia, cum nemore *Fluvios*. Quod si prædicta terra sufficienter *xv.* libras non valuerit, extra consuetudinem temporis Regis *Henrici*, de meâ proximiore illi prædictæ, numerum quindecim librarum complebo, filio meo *Ingelramo* concedente & assentiente. Hoc donum in Capitello, quod in octabis Paschæ *Parisius* fuit, feci, Domino Apostolico *Eugenio* præsente, & ipso Rege *Francia* & Archiepiscopo *Senuer*, & *Barbell*, & *Rothomagi*, & *Drasc* omnes & fratribus militibus Templi alba clamide indutis *Cxxx.* præsentibus. *Eurardo de Barris*, *Theodorio Waleran*, & *Baldwino Calderun* testibus. Præter illos, testes sunt *Wido* Comes *Pontini*, & *Johannes* frater ejus, *Geroldus* de *Stalun* Maisnil, *Andreas* de *Mammot* uxleu, *Hugo* de *Arenis*, *Robertus* de *Hannecurt*, & *Willelmus D'arecurt*.

Conventio inter Templarios *& Abbatissam de* Clnestowe, *de uno Capellano inveniendo apud* Preston, *per tres dies in septimana.*

lb. f. 122. b. SCiant tam præsentes, quam futuri, hanc conventionem inter Capitulum Templi, & moniales de Clnestowe, utriusq; Capituli assensu & voluntate interfuisse; scil. quod moniales de Clnestowe, fratribus Templi, qui apud *Prestonam* pertinent, ad Dynnesley manent tres dies in ebdomada; scil. die *dominica*, die *Mercurii*, & die *Veneris* Capellanum invenient, qui Matutinas horas Missam, & Vesperas celebrabit, nisi fortè dies festivus in septimanâ contigerit; & tunc trium dierum computabitur. Et de His obsequiis faciendis, fidelitatem prædictis fratribus præstabit Capellanus de Pichen, quicunq; fuerit. Fratres verò Templi omnes decimas bladi de omnibus terris, quas colunt in parochiâ de Pichéne, de quibus Ecclesia de Pichene vel Ecclesia ad eam pertinens decimas percipere consuevit. Et præterea de omnibus novalibus hominibus assilis, cum omni integritate monialibus persolvent. Et si novalia rustica priùs tradita, in dominium suum revocaverint de illis, si ea in dominio tenuerint

erint, decimas non solvent. Si vero nova in dominico tenuerint, hominibus excolenda tradiderint, de eis plenariè novales percipient. Hiis testibus, Magistro *Roberto* de *Bedeford*, *Gregorio* de *Whathamstudia*, *Will.* de *Kynneseld*, *W.* de *Hesbene*, *Ricardo Dynneseley* Capellanis; Magistro *Johanne* de *Bedeford*, Magistro *Alexandro*, *Ricardo Cannell*, & aliis.

De duobus Capellanis inveniendis apud Dynneseley.

lb. f. 126. a. INquisitio capta apud **Cottesbe**, die Veneris in festo Apostolorum *Petri* & *Pauli*, anno regni Regis *Edwardi* tertii, à Conquestu *xxi.* coram *Will.* de *Ledewyk* chivalier, & sociis suis Collectoribus rationabilis auxilii, ad primogenitum filium Regis militem faciendum, virtute Brevis Domini Regis, (&c.)

Juratores dicunt, quod Prior Hospitalis S. *Johannis Jerusalem* in *Anglia* tenet Manerium de Dynneseley Templi, cum pertinentiis, quod quondam fuit Templariorum, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, de hæredibus quondam dominorum de **Hethene**, Dynneseley, **Furnival**, & **Walton** Regis; invemendo annuatim duos Capellanos divina celebrantes in Capellâ dicti Manerii imperpetuum, pro animabus feoffatorum dictorum Templariorum, pro omnibus serviciis secularibus. In cujus (&c.)

Confirmatio Stephani *Regis de xv. libratis terræ, quam* Bernardus *de* Baliol *dedit in* Hethene.

lb. f. 126. b. S*Tephanus* Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Baronibus, ministris, & omnibus fidelibus suis totius *Angliæ* salutem. Sciatis quod concedo & confirmo illam donationem, quam *Bernardus Baliol* fecit Deo & fratribus militiæ Templi *Jerusalem* de *xv.* libratis terræ in Manerio suo de **Hethene**. Quare volo, (&c.) Teste Magistro *Reginaldo*, & *G.* Abbate *Westmonasterii*, filio meo; & Comite *E.* filio meo; & *W.* de *Mari.* & *Ricardo* de *Luci* apud *Londonias*.

Carta Gulielmi Mareschalli, *de Ecclesia de* **Westone**, *& de burgo de* **Baldok**.

lb. f. 128. b. G*Ulielmus Mareschallus*, Comes *Pembrochiæ*, omnibus amicis & hominibus suis, *Francis* & *Anglis*, salutem. Noveritis me concessisse, & præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ*, & fratribus militiæ Templi Salomonis, in puram & perpetuam elemosinam, Ecclesiam de **Westone**, cum omnibus pertinentiis suis, in bosco & plano, ita quietam & liberam, sicut Comes *Gilbertus* eam eis donavit, & Cartâ suâ confirmavit. Confirmavi etiam eis, illas decem libratas terræ, quas ipse Comes eis donavit in eodem Manerio; in quâ terrâ ipsi construxerunt quendam burgum qui dicitur **Baudac**, undè ipsi prædictam terram multùm emendaverunt per sua purchacia, & per magnas libertates quas Dominus Rex eis dedit. Concessi etiam & confirmavi eisdem fratribus burgum de **Baudac**, cum omni emendatione, quam ipsi posuerunt, vel ponent in communi burgo, absq; aliquo retenemento seculari indè facto, vel faciendo michi, vel hæredibus meis: Et cum judicio Ignis & Aquæ; Duelli, & Furcarum. Confirmavi etiam eis terram illam, ubi ædificia sua construunt, cum pertinentiis suis, & cum bosco qui dicitur **Langenache**. Concessi etiam & confirmavi eis molendinum & molendinariam de **Radewellesheben**, & duos rusticos in eadem villâ, *Remundum* scilicet & *Willelmum Palmarium*; similiter cum servitio *Willelmi* filii *Baldewini* de *Westone*, & hæredum suorum. Hæc omnia supradicta concessi eis, & præsenti Cartâ meâ confirmavi; habenda & tenenda, cum universis pertinentiis suis & libertatibus, & liberis consuetudinibus, in puram & perpetuam elemosinam. Hiis testibus, *Petro Wintoniensi* Episcopo, *Will. Land.* Episcopo, *Will.* Comite *Arundeliæ*, *Roberto* filio *Walteri*, & aliis.

Confirmatio Stephani *Regis* Angliæ, *de Ecclesia de* **Langeforde**.

lb. f. 130. b. S*Tephanus* Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Episcopo *Lincolniæ*, Justiciariis, Vicecomitibus, &c. de **Bedefordscire** salutem: Sciatis me concessisse & confirmâsse in perpetuam elemosinam Deo & Templo de *Jerusalem*, & militibus Deo servientibus, donationem illam, quam *Simon* de *Wabull*, & *Sibilla* uxor sua, & *Walterus* filius eorum fecerunt eis de Ecclesiâ de **Langeforde**. Quare volo, (&c.) Testibus *Roberto* Cancellario, & comite *Gilberto*, & Comite *Simone*, & *Gilberto* de *Gant*, apud *Oxeneam*.

Carta Philippi *de* Harecourt *de villa de* **Shepley**, *cum Ecclesia*.

lb. f. 137. a. P*Hilippus* de *Harecourt* Decanus *Lincolniæ*, universis fidelibus S. Ecclesiæ salutem. Omnibus filiis sanctæ Ecclesiæ hac præsenti viâ fruentibus, & omnibus nostris sequentibus notum atq; certum constet, quatenus ego *Philippus* de *Harecourt* Decanus *Lincolniæ* evangelicis verbis, quibus dicitur, *Reddite quæ sunt Cæsaris, & quæ sunt Dei Deo*: Et sancti spiritus gratiâ excitatus, Deo & beatæ *Mariæ* & militibus Templi *Salomonici* perpetualiter in elemosinâ dono & concedo quandam partem terrenorum bonorum, quæ Deus in hoc seculo michi possidere concessit, *viz.* terram de *Hesehapeleia*, cum omnibus rebus ad eam pertinentibus, & Ecclesiam ejusdem villæ. Et volo & jubeo, quatinus prædicti milites, prædictam terram ita totam habeant, sicuti *Ricardus* frater meus illam totam michi dedit, & similiter Ecclesiam.

Ecclesiam. Quæ omnia prænominata, scil. terram & Ecclesiam, & omnia ad ea pertinentia, volo & jubeo, ut ita quietè & liberè & absolutè habeant & teneant, sicut in tempore *Henrici Anglici* Regis hæc omnia *R.* frater meus à *Philippo* de *Braosia*, suo & meo patruo habuit & tenuit. Hoc donum facio pro salute meæ animæ, & animarum meorum antecessorum. Hiis testibus, *Hugone* de *Cumbe*, *Normanno* de *Cumbe*, *Simone* Comite, *Will. Bernehus*, *Roberto* de *Boceio*, *Nichola Bernehus*, *Tustino* fratre de Templo.

Donatio Ecclesiæ de **Dumptinge**, *per* Philippum Bajocensem *Episcopum*, Willielmum *de* Braiosâ, *&* Willielmum *de* Harecourt.

Ib. f. 143. a. NOscant omnes sanctæ Ecclesiæ filii, tam futuri, quàm præsentes, quod *Philippus Bajocensis* Episcopus, & ego *Willielmus* de *Braiosa*, & *Willielmus* de *Harecourt* dedimus & concessimus Deo & beatæ *Mariæ* & fratribus Templi *Salomonis* Ecclesiam de **Dumtinges**, cum omnibus pertinentiis suis, liberam & ab omni seculari consuetudine absolutam in perpetuam elemosinam. Testibus, *Hilario Cicestrensi* Episcopo, in cujus manu hoc donum eis dedimus, qui petitione & assensu nostro præfatam Ecclesiam eisdem fratribus dedit, atq; ..... elemosinæ imperpetuum habere concessit: Et teste *Henrico* Duce *Normanniæ*, cujus rogatu hanc donationem eis fecimus; & *Gilberto* Episcopo *Herefordiæ*, & *Simone* de *Tornabu*, & fratre *Radulpho* de *Valeort*, & fratre *Henrico Malbane*, & fratre *Henrico Anglico*, apud *Rothomagum*.

Carta Simonis *Comitis*, *de Ecclesia de* **Suthwike**, *pertinente ad* **Hadelescombe**.

Ib. f. 265. b. SImon Comes, omnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, futuris & præsentibus salutem, universis vobis manifestum facio, me divinâ commonente gratiâ dedisse & hac præsenti paginâ confirmâsse Deo & fratribus Templi, in puram & perpetuam elemosinam, Ecclesiam de **Soutwike**, cum omnibus pertinentiis suis, & obventionibus sibi jure pertinentibus: Habendam & possidendam post decessum *Willelmi* fratris mei, liberam & quietam ab omni seculari exactione, sicut puram elemosinam. Hoc autem feci pro salute tam animæ meæ, quam antecessorum meorum, quam & successorum. Hujus meæ donationis testes hii sunt, *Galfridus* Episcopus *Eliensis*, *Jacobus* Capellanus, *Ebrardus* Capellanus (&c.)

Carta ejusdem Simonis *Comitis*, *de Ecclesia de* **Woodmancote**.

Ib. f. 265. a. SImon Comes, omnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, tam futuris, quam præsentibus salutem in Christo. Universitati vestræ notum facio, me divinâ inspirante gratiâ dedisse, & hac mea præsenti Cartâ confirmâsse Deo & fratribus Templi, in puram & perpetuam elemosinam, Ecclesiam de **Woodemancote**, cum omnibus pertinentiis & obventionibus suis, ad eam justè pertinentibus: Habendam & possidendam liberam & quietam ab omni seculari consuetudine, (&c.) Hujus meæ donationis testes sunt *Galfridus* Episcopus *Eliensis*, *Willelmus* Capellanus, (&c.)

Carta Stephani *Regis* Anglix, *de Manerio de* **Cressynge**.

Ib. f. 189. a. STephanus Dei gratiâ Rex *Anglia*, Archiepiscopis, Episcopis, Comitibus, Baronibus, Vicecomitibus & ministris, & omnibus fidelibus suis *Francis* & *Anglis* salutem. Sciatis me concessisse & confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ* & fratribus militiæ Templi *Salomonis Jerusalem*, pro salute animæ meæ & *Matildis* Reginæ uxoris meæ; & pro animabus Regis *Henrici* avi mei, & *Eustachii* filii mei, & aliorum puerorum meorum, totum Manerium de **Cressynge**, cum advocatione Ecclesiæ ejusdem Manerii, in liberam & puram & perpetuam elemosinam. Quare volo, (&c.) Hujus concessionis & confirmationis testes sunt *Walterus* Episcopus *Cestrensis*, & *Ricardus* de *Luci*, & *Rogerus* Comes de *Clare*, & *Ricardus* de *Camvill*, & *Willelmus* de *Cainf.* & *Will. elmus* de *Ferrariis* & *Will. Pantolf*, & *Badricus* de Sigillo, apud **Wodestache**.

Carta Stephani *Regis* Angliæ *de Manerio de* **Witham**, *cum dimidio Hundredi ibidem*.

Ib. f. 189. b. STephanus Rex *Anglia* Archiepiscopis, Episcopis, &c. Sciatis quia dedi & concessi in perpetuam elemosinam, militibus fratribus de Templo *Jerusalem*, Manerium meum de **Witham**, pro animâ Regis *Henrici* avunculi mei; & pro salute animæ meæ & *Matildis* Reginæ uxoris meæ, & puerorum meorum, cum omnibus pertinentiis, exceptâ Ecclesiâ, & Ecclesiæ pertinentibus, quæ dedi Ecclesiæ S. *Martini Lond.* & Canonicis. Quare volo, (&c.) Et hanc donationem illis feci, concessione *Matildis* Reginæ uxoris meæ, de cujus patrimonio & hæreditate Manerium illud constat fore. Testibus, *Matilda* Reginâ, & Comite *Gilberto*, & *Willelmo* de *Ipra*, (&c.) apud *Londonias*.

Carta

Carta Johannis *Regis, de terra de* Berechalt.

Ib.f.290.2. JOhannes Dei gratiâ Rex *Angliæ*. Dominus *Hiberniæ*, Dux *Norm. Aquit.* Comes *Andeg.* Archiepiscopis, (&c.) Sciatis nos dedisse & concessisse & præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse, pro salute animæ nostræ, & antecessorum & successorum nostrorum, Deo & fratribus militiæ Templi *Jerosolomitani*, terram de Berechalt, cum pertinentiis suis, quam *Petrus Vreschamps*, qui eam habuerat de patre nostro, Rege *Henrico*, eis concessit & dedit, & Cartâ suâ confirmavit. Quare volumus, (&c.) Data per manum *H. Cantuar.* Archiepiscopi Cancellarii nostri, apud Sagium, xv die *Julii* Regni nostri anno primo.

Ex cod. MS in Scaccario, penès Rememoratorem Regis f. 1.a.

ANno ab incarnatione Domini MCLxxxv. *facta est ista Inquisitio de terrarum donatoribus, & earum possessoribus, Ecclesiarum scil. & molendinorum, & terrarum assisarum, & in dominico habitarum; & de redditibus assisis per Angliam, per fratrem* Galtridum *filium* Stephani, *quando ipse suscepit balliam de Anglia, qui summo studio prædicta inquirendi, curam sollicitam exhibuit, ut Majoris notitiæ posteris expressionem generaret, & pervicacibus omnimodam nocendi rescinderet facultatem.*

IN Witham & in Bissing, ex dono Regis *Stephani*, habuerunt v. hidas, quarum una pars est in dominio, & altera assisa ab hiis hominibus, *Adam* de *Kirsing* ii. virgatus pro *xxv s.* (&c.)

* Ib.f.3.a. * In Kiwenhale, ex dono *Gilberti* filii *Mabiliæ*, *Rogerus Fortis* iii. acras pro *xii* d. & ad unam precariam unum hominem, (&c.)

De dono *Farami* de *Bolonia* *Levegarus* filius *Suanonis* x. acras pro *iv s.* & *viii* d. ad natale iv. gallinas, & manducabit pro omni servicio, (&c.)

* Ib.f.3.b. * Hæc sunt pertinentiæ de Witham. In Wadewelle, ex dono *Osberti* filii *Hervei*, *Godricus Bedellus* v. acras pro *iis s.* In Merlinges, ex dono *Willielmi Faveilun*, *Barth. Faveilun* v. acras pro *xii* d. In eadem Merlinges, *Ric.* filius *Roberti*, ex dono *Edrici* de *Esseii*. acras pro *xii* d. In Petfeld, ex dono *Willelmi* filii *Ricardi*, ii. acras, quas *Hervens Danus* tenet [illegible] In Merlinges, ex dono *Walteri* de *Canun*, *Gaufridus* filius *Godwini*, iii. acras pro *xii* d. In eadem villâ *Will.* Capellanus, ex dono *Stephani* de *Bellocampo* ii. acras * pro *xii* d. In Merlinghes, ex dono *Will.* filii *Luce*, *Johannes Fulco* iv. acras pro *viii* d. In *Leia*, ex dono *Osvel* de *Bovill*, *Walt. Lestard* v. acras pro *iis s.* in Wallingherst, ex dono *Cristiana* de *Withermundeford*, *Osbertus Com.* iv. acras pro *xvd.* In Munedene, ex dono *Henrici* de *Munedene*, *Fulco* iii. acras pro *xvi* d. In Sudbiri, ex dono *Will.* de *Dineste* i. mansuram, quam *G. b. Flandrensis* tenet pro *xv* d. In Meldune, ex dono *Oswardi* præpositi *Steph.* de *Fulbrige* i. mansuram pro *xii* d. In Goldingeham, ex dono *Will.* de *Goldingeham* i. acram, quam una Domina tenet pro *v.* d. In Leiten, ex dono *Juliane* de *Hua*, *Edmund* de *Kingestorde* i. acras pro *xvi* d.

* Ib. b. * In Fuchmosfelo ex dono *Henrici* Regis secundi, secundum juramentum *Folcheri*, *Ricardi*, *Gileberti*, unam carucatam terræ, (&c.)

* Ib.f.5.a. * Tota villa de Fulhingfelo est ad firmam, in manu *Osberti* Clerici, pro *xl* l.

† *Redditus balliæ de* London. † Ib.b.

JOhannes sacerdos de Ecclesiâ S. *Clementis* Lxx. s Ex dono *Henrici* Regis secundi, *Will.* frater *Stephani* Clerici, pro uno domo & gardino *v s.* (&c.) *Jacobus* Sacerdos de *Holebourne*, de Ecclesiâ de Reyenhache i. marc.

Ex dono *Roberti* de *Watenvill*, *Amicius* l. crost. pro *v s.* (&c.)

Apud Th[illegible]righam, ex dono *Gileberti Basset*, ex feodo Abbatis *Westm.* *Will. Parmentarius* i. toft. pro *xl* d. (&c.)

* Ib.f.6.a. * De feodo Comitis *Leicestriæ*. *Will.* de *Haverhuvill*, pro terrâ inter terram *Jordani* Clerici, (&c.) *iv s. ii* d. (&c.)

Ex dono fratris *Salemon*. *Willielmus Brunus* i. mesagium pro *xviii s.* (&c.)

Apud Flete, ex dono *Gervasii* de *Cornhill*, *Teintarius* i. mesagium pro *v s.* (&c.)

Ex dono *Will. Martell*, *Laur. Hosarius* i. mesagium pro *v s.* (&c.)

* Ib.f.6.b. * In Dertford, ex dono *H.* Regis secundi, *Gilebertus* pro carrucata terræ *xii.* marc. (&c.)

Hæ sunt consuetudines hominum fratrum Templi, de *Humbra*. De elemosinâ Domini *Will.* de *Hastings*, *Almarus Blache* v. acras pro *xviii* d. & ad pratum falcandum i. Falcatorem, & i. hominem ad levandum, (&c.)

* *De redditibus balliæ de* Kent. * Ib.f.7.a.

HÆc est tenura singulorum hominum apud *Stredam*, & census & servicium, (&c.) *Gaufridus* & *Will.* de *Ros* tenent *Lxxx.* acras pro *xx s.* annuatim reddendo, (&c.)

* Ib.f.8.a. * De elemosinâ *Danielis* de *Crevequer* v i. (&c.)

Summa Firmi de Strode xl. xviii s. ob.

De

De elemosina *Willielmi* fratris Regis, & *Willielmus Peverelle* in Ewelle; *Will.* filius *Welstad* tenet *iii.* acras (&c.)

* Ib.f.49.b * De elemosina *Roberti de Vez*, filii *Osmundi*; de molendino *xx. s.* (&c.)

De elemosina *Henrici de Essex*, nova molendina Ewelle (&c.)

Ib.f.10.a. De elemosina *Saheri de Arcelet*, *Rad. Sacer* tenet *xl.* acras (&c.)

De elemosina fratris *Eustachii Picot*, reddit *Will. de Popeshale liii. s.*

De elemosina *Hugonis de Dovera*, *Elfwinus* & *Ric. de Tuettune* reddunt *ii. s.*

De elemosina *Radulfi Trune*, reddit uxor *Patwini xii. d.*

De elemosina *Petri de Cheleſfeld*, *Randulfus de Maxeſtune ii. s.* (&c.)

* Ib.b. * De elemosinâ *Theobaldi* Archiepiscopi est quod de *Hamo de Chilham* tenet. Tenura de Waltham singulorum hominum & servicium.

Hamo de Chilleham tenet *Lviii.* acras de terrâ arabili & *iiii.* acras prati, & *xiii.* acras de bosco pro *Lviii. s.* & *viii. d.* pro omnibus servitiis. *Radulfus* filius *Reginaldi* tenet *xv.* acras & dim. pro *vi. s.* (&c.)

* De redditibus balliæ de Warewic.

DE Ecclesiâ de Stretburne *i.* marcam, de feudo Comitis de Warewic.

De Ecclesiâ de *Cardintona iii.* marcas de elemosinâ *Willielmi* filii *Alani*.

De molendino de *Tweneia ii.* marcas de feudo *Osberti* filii *Hugonis*.

De molendino de *Edrisheſtona v. s.* de feudo *Henrici de Monteforti*.

De molendino de Boſewyth *v. s.* de feudo *Roberti de Harnecurt*.

De molendino de Alſtanesford *xxvi. s.* de feudo Comitis de Warewic.

* Ib. b. * De molendino de *Bereſtanesſtona vi. s.* & *viii. d.* de feudo *Roberti Marmionis*.

De molendino de Stretburne *vii. s.* de feodo Comitis de Warewic.

De molendino de *Carditona v. s.* de elemosinâ *Willielmi* filii *Alani*.

De molendino de Fligham ſtede *iii. s.* de elemosinâ Domini Regis.

De molendino de *Stodlega vi. s.* de feodo *Petri Corbecun*.

* Ib.f.13.a * De Stretburne, *Warinus* reddit pro dim. virgatâ terræ *xlv. d.* *Yſaac* pro quartâ parte unius virgatæ terræ & dimidio toſto *is. s. vi. d.* (&c.)

* Ib.f.13.b * De Neubald *Reginaldus* filius Presbyteri, pro *i.* virgatâ terræ *xxx. d.* *Ric.* filius *Ileardi* pro *i.* virgata *xxx. d.* (&c.)

De *Mortona*, de dono Comitis de Warewic, *Suanus* pro *i.* virgatâ *iv. s.* *Godefridus* pro *i.* virgata *iv. s.*

In Herdewich, de feudo *Radulfi de Sutlega*, *Ricardus* pro quartâ parte unius virgatæ *xxx. d.* *Thurgoth* pro dim. virgatâ *v. s.* (&c.)

* Ib.f.14.a * De Tyſho, de feudo *Roberti de Stafford*, *Walt. de Mortona* pro dimidiâ hydâ *viii. s.* *Walt.* Cementarius pro *i.* virgatâ *iv. s.* (&c.)

De Hereburebiri, de feudo *Henrici de Clintona*, *Saffredus* Decanus pro *v.* virgatis & Curiâ, quas tenet ad terminum, *ii.* marcas. *Turkil* pro *i.* virgatâ *v. s.* * *Gunnildus* pro *i.* * Ib.b. mannagio *xii. d.* (&c.)

De *Ceſtretona*, de elemosyna *Willielmi Croc*; *Ricardus* Monachus pro *i.* virgata *vi. s.* *Wlricus* pro *i.* virgata *vi. s.* (&c.)

De elemosinâ *Petri Corbezun*, *Randulfus* de *Stodlega xxx. d.* De elemosinâ *Ricard.* filii *Pagani*, *Galfr.* de *Culurecroſt xii. d.* De elemosinâ *Petri Corbezun Ric.* de *Stodlei vi. d.* De elemosina *Willielmus G ffard* in * Afne De- * Ib.f.15.a. receth *ii. s.* De elemosinâ *Adæ* de *Naptona*, in eadem villa *xii. d.* De elemosina *Margaretæ de Campania* in Dunningham *xii. d.* De feudo *Willelmi* filii *Alani* in *Wiſtona*, *Willielmus Stoc* pro *ii.* virgatis *viii. s.* De elemosinâ *Walteri de Summerville* in Strigthescote *iii. s.* De elemosinâ *Radulfi de Seile* in Sefle *ii. s.* De *Snarkeſtona Albret* pro masuagio & *iv.* acris *xviii. d.* De elemosinâ *Harald de Lece* in *Stantona*, *Robertus* pro *i.* acra *xii. d.* In *Walestona*, *Warinus* pro dim. virgata *ii. s.* De elemosina *Willielmi de Foleville*, in Aſcebi, *Godwinus* pro quodam orto *xii. d.* De elemosina *Herberti de Kanesburg* in eadem villa, *Willelmus* de *i.* virgata *v. s.* De Letrecestre *vi. s.*

De elemosina Comitis de *Ferrers* in Tuttesburi *iii. s.* De elemosina *Radulfi* filii *Radulfi* in Hertesborn, de quatuor virgatis *xii. s.* De elemosina *Ricardi de Wville* in Weluteſord, *Ricardus* pro *i.* virgata *iii. s.* De feudo *Saheri de Quinci* in Buckebi, *Alexander* & *VVillielmus* pro *ii.* virgatis terræ *x. s.*

De elemosina *Alardi* de S. *Illario*, in Horepol, uxor *Hoſſe* pro masuagio *ii. s.* In Cugrehe *xii. d.* In Bradenoc *x. s.* *viii. d.* De elemosina Comitis de *Fereres*; de *Galfrido de Perie xxvi s. viii d.* * Filii *Baldwini Ruſtheved* pro * Ib.b. *i.* virgata *v. s.* De elemosina *Roberti* filii *Galfridi* in Hintes, de *Pugnant xii. d.*

De elemosina *Galfridi Marmion*, in *Middletona*, de *Ricardo* filio viduæ pro *ii.* virgatis *iv s.*

In Etteſford, de feudo ipsius *G. Marmion* & *Thoma* filii *Noel ii. s.* De elemosina Domini Regis *Henrici* secundi, in Bell *viii.* marcas. De *Ouleia ii. s.*

De elemosina *Randulphi* Comitis *Ceſtriæ*; *Nicolaus Kent* de *i.* burgagio *iv s.* De elemosina Comitis *Hugonis* de *Ceſtria*, *Nicholaus* de *Kent* pro navicula piscarii *vii. s.*

De elemosina *Hugonis* le *Faber* in Wircestre, *Osbertus* pro croſto extra villam *ii. s.*

De feudo *Rogeri* de *Porthis*, in Wiche, *ii. s.* Et de feudo *Ynardi Parlarii v. d.* In Sannesford de *Ricardo Amias xii. d.*

De feodo *Radulfi* de *Sutlega* Chelverdescote, quam ipse *Radulphus* tenet ad firmam pro *vi.* marcis & dimidia.

De feodo Comitis *Roberti Leirceſtriæ*, in Wethelesberne *vii.* marcas & *iii. s.* de *Hugone* & *Wlwino* de firma. De *Roberto Francigena* pro *xviii.* acris *ii. s.*

De feudo Comitis de *VVarewic*; in

Wlarewic, *Rogerus Faber xlii d.* pro marenagio suo. *Edwardus xl d. Aldewinus iii s. Rogerus Baiard iv s. Osbertus Hakun xxx d. Robertus P nel ii s.* (&c.)

lb.f.16.a. De elemosinâ Domini Regis *Henrici* secundi, in Flughamestede, *Galfridus ii s. iv d.* Vidua *xiv d. Ric. Stronge xviii d. Adwinus Pelliparius xii d.* (&c.)

De elemosinâ *Will. Pludi* in Radeford, *Will.* de *Warmintone*, pro tribus dimidiis virgatis terræ *iii s. Simon* pro *i.* virgatâ *xxvii d. Walterus Britus* pro *ii.* virgatis & dim. & cum *xl.* acris, cum prato pertinenti *iv s.* & debinet *xi d.* de hoc quod dare debet.

De elemosinâ *Rogeri* de *Mumbrai.* In Betesale, & in pertinentiis *Hugo* * *Præpositus*, & *Johannes* filius *Ailwardi* pro *i.* virgatâ terræ *v s. iv d.* (&c.) * lb.

lb.f.17.a. De feodo *Roberti Marmionis* in *Bereſtanestona*, *Adam* de *Eriſcote* pro virgata *xxxvii d. Gilbertus* filius *Edwini*, pro virgata *xxxvii d.*

*lb.f.18.a. * Hæc debentur de Strebume per consuetudinem, opus *iv.* dierum ad metendum, & *iii.* ad falcandum ad conredum domus; & pratum Domini de Strebume falcare & levare, ad cultamentum hominum. Debent etiam vigilia Domini de unaquaq; virgatâ terræ *ii d.* vel *iv.* gallinas, ad electionem illorum.

Hæc debentur de Tysho & de Neubald, & de Herdune & de *Mortona*, per *iii.* dies metere, & per *ii.* falcare ad domus conredum:

Hæc debentur de Flughamestede, *iii.* dies metere ad cultum domus.

Hæc debentur per consuetudinem de Belchale, per tres dies metere *i.* ad cultamentum domus, & per tres dies arare, *i.* die ad cultum domus, per *i.* diem falcare, & habere de domo *i.* arietem vel *viii d.* & *xxxv.* panes, & *i.* Caseum de melioribus domus, & plenum peliam salis. Masculum pullum, si natus sit super terram domus, vendere non possint sine licentiâ fratrum. Si filiam habent dare non possunt sine licentia fratrum.

* lb. b. * Hæc debentur de *Berſtanestona*, per tres dies metere, *i.* die ad conredum domus; per tres dies arare *i.* die ad conredum domus: Per dies *ii.* falcare, *i.* die ad cultamentum suum, & alterâ die habebunt dim. arietem vel *iv* d. & dimidium caseum, & *xii.* panes, & dim. pellum salis. Filias suas non possunt dare sine licentiâ fratrum; nec equos masculos, si super terram fratrum nati sunt, sine licentiâ fratrum, vendere possunt; & si per licentiam vendiderint *i* d. de tonno dare debent.

lb.f 19.b. Apud Ulegre habent unam carucatam terræ, ex dono Domini *Herberti* de *Castello Hedegoti*, & confirmatione Domini Regis, quæ est in dominio fratrum, præter *xvi.* acras & dim. *Ric.* de *Lidlegee* dat annuatim pro *xiii.* acris *xxvi d.* (&c.)

Apud Bottlegre, ex dono prædicti *Herberti*, (&c.) *Johannes* pro dim. virgatâ *v s.* (&c.)

Apud *Carditonam*, ex dono *Will.* filii *Alani*, tota villa de *Carditona*, & Buchemerle, & dimidia villa de Chatterwelle, & confirmatione Domini Regis. *Adam Albus* pro dimidiâ virgatâ *xl d.* (&c.)

* Apud Cestretone, ex dono *Walteri* filii *Ala-* * lb.f.20.b.
ni. Robertus & *Hamo* filius ejus pro *i.* virgata *v s.*

Apud *Kinlet*, ex dono *Briani* de *Brantone* lb.f.21.a.
& *Rogeri* fratris ejus, *Abraham* pro *i.* virgata terræ *iv s.*

Apud *Salopesburiam*, ex dono *Willielmi* filii *Alani*; *Robertus Pelliparius* pro *ii.* messuagiis *xvi d.*

Apud *Brugiam* quædam dimidia mansa cecidit in manu fratrum, quæ solita fuit reddere annuatim *ii s.* (&c.)

* Apud Coucle, de dono *Matildis* Reginæ, * lb.f.22.a.
habent er quatuor hidæ, quarum duæ sunt in dominio, & *ii.* assisæ ab hominibus. *Ailwinus Præpositus* dim. virgatam pro *iii s.* (&c.)

* Hæ sunt pertinentiæ de Coucle apud Wdel- * lb.b.
tune, ex dono *Rogeri* de *Cundi i.* virgata terræ quam Archidiaconus de Nozuit tenet pro *v s.*

Apud Welwelme, ex dono *Wali. Druet iii s.* terræ, quam *Ricardus* & *Sewale* tenent pro *iii s.*

Apud *Oxeniam*, de dono *Roberti D'oilli*, infra bailliam, unam terræ quæ reddit *xviii d.* quos *Will. Aurifaber*, & *Leveva* vidua reddunt. Item ex dono ipsius *Roberti* extra bailliam, quam isti tenent pro subscripto servicio; *Ailmerus* Pelliparius *xx* d. (&c.)

* Apud *Oxeniam*, ex dono prædictæ *Matil-* * lb.f.23.a.
da Reginæ, duo molendina, quæ *Will. Hosarius* tenet pro *iii.* marcis.

Apud Coucle duo molendina, quæ *Will.* Molendinarius tenet pro *i.* marc.

Apud Welwelme, ex dono *Walteri Druet i.* molendinum, quod *Will.* tenet pro dimidiâ marcâ. Ex dono *Roberti Arsic*, quod dicitur aureum molendinum, quod *Will.* tenet pro dim. marcâ.

Hæ summa summarum, tam de terris assisis, quam de molendinis domui Templi de Coucle *pertinentibus* xii. *marc.* xii s. x d.

* Apud Peritune, ex dono *Simonis* Comi- * lb.f.23.b
tis sunt *viii.* hidæ terræ, quarum duæ sunt in dominio, & *v.* assisæ de hominibus *Walt.* filius *Reg.* tenet *i.* virgatam terræ pro *v s.* (&c.)

Hæ sunt pertinentiæ de Peritune apud lb.f.24.a.
Hamtune; Ex dono *Will. Belchi.* virgata terræ, quam tenet *Robertus hæres* ejus pro * *iii s.*

Apud Elegedun, ex dono *Mandeger ii.* vir- lb.b.
gatas terræ, quam *Rob.* filius *Osberti* tenet pro *viii s.*

Apud Weutote, ex dono *Otve* de *Insula i.* virgata terræ, quam *Rad.* tenet pro *iv s.*

Apud Erle, ex dono *Walteri* filii *Fulquini i.* virgata terræ, quam *Walt. Clemens* tenet pro *x s.*

Apud Hamme, ex dono *Girardi de Greinevile*, *i.* virgatas terræ, quam *Will.* de la *Rokele* tenet pro dimidiâ marcâ.

Apud

Apud Calvertune, ex dono *Walteri* de *Bolebeche xl s.* terræ, quos isti subscripti *Simon Panifer vi s.* (&c.) Apud Stretford, ex dono *Hamonis Merfelini xii d.* quos *Simon* filius *Leuerici* reddunt.

Hæc est summa pertinentiarum de Pertune *iii l. xvi s. viii d.*

lb.f.25.a Apud Hanfentune, ex dono *Oluui* de *Talentune, ii.* hidas terræ & dim. quas isti subscripti tenent; *Herwius Præpositus i.* virgata terræ pro *iii s.* (&c.)

*lb.b. Apud Guttingres, ex dono *Gileberti* de *Laci xii.* hidas terræ & *i.* virgata, præter dominium. Prædictæ verò hidæ universæ sunt assisæ, (&c.) Apud *Bantoniam. Hugo* filius Clerici pro *iii.* virgatis *xiii s.* (&c.) Apud Berertune, *Quenild* vidua pro *i.* hida *v s.* (&c.)

lb.f.26.a Apud Holeford, ex dono *G. de Laci, i.* virgata & dim. *Adam* miles pro illâ virgatâ *vi s. vi d. Edith* vidua, pro dim. virgata *ii s.* Hæ pertinentiæ ad Guttingres; Ex dono *Rogeri* de *Watevi* e apud inferiorem Guttingres dim. hidam; *Rad.* ad *Fontem* pro *i.* virgatâ terræ *iii s. VVill.* pro *i.* virgata *iii s.*

Apud Stiuetune, ex dono *Rogeri* de *Oilli* dim. hida terræ, *Thurer* pro unâ virgatâ terræ illius *iiii s.* (&c.)

Apud Pultune, ex dono *Stephani* de *Builers i.* virgata, quam tenet *Jordanus* pro *vi s.*

Apud Hamtune, ex dono *Roberti* de *Meisi i.* virgata, quam tenet *VVill.* pro *vi s.*

Apud Aldeburie, ex dono *Helie Gisard i.* hida terræ, quam tenet *Hugo* pro *xx s.*

Apud Salpertune, ex dono *Petri* de *Stodeleia i.* virgata & dim. quam virgatam tenet *Ric. Wnge* pro *v s.*

Apud Lugge, ex dono *Reginaldi* de S. *Valerio*, quædam terra, quam tenet *Robertus* de *Flede* pro *iii l. x s.*

Apud Glouerestre, ex dono *Rogeri* Comitis *Herefordiæ*, una terra ad capud pontis quam tenet *Liveva* pro *v s.*

Apud Buttatune, ex dono *Reginaldi* de *Bekeford*, dimidia virgata terræ, quam tenet *Petrus* pro *ii s vi d.* Apud Stiptune, ex dono *Rogeri* de *Chamflore i.* virgata & tres acræ. *Henricus* tenet *i.* virgatam pro *v s*; *Will. iii.* acras pro *xii d.*

Apud Aneford, ex dono *Will.* de *Dodeswelle*, *Jordanus* tenet dominium & *ii.* virgatas & dim. pro *xviii d. Alanus* pro *i.* virgata *vii s.* (&c.)

*lb.b. Apud Winchelcumbe, ex dono *G. de Laci* quinq; burgagia, *vii d. Gervasius* pro uno burgagio *iv s.* (&c.)

Apud Gaettune, ex dono *Johannis* de *Sutbleia*, dimidia hida terræ. Ex similiter ex ejusdem dono apud Gaete *i.* virgata. *Hug.* pro *i.* virgata *iv s.* (&c.)

Apud Wrnuttune, ex dono *Rogeri* de *VVrnitune ii.* marcatas terrarum, quam tenet *Rob.* de *Hastin* pro *ii.* marcis. Apud Aldrintune, ex dono *Ricardi* de *Aldrintune*, una virgata, quam idem *Ric.* tenet pro *iii s.*

Apud Condicote, ex dono *Hugonis* de *Condicote*, dimidia hida terræ, quam *VValterus* tenet pro *viii s.* Apud Cotesbache, ex dono *Johannis* de *Everus*, *i.* virgata; hanc virgatam tenent duæ vidæ pro *v s.*

Hæc est summa redd'tus pertinentiarum ad Gutinge xii l. x s. vi d. ob.

Apud Gate, ex dono *Johannis* de *Sutbleia i.* molendinum, quod tenet *Rad. Dessin* pro *i.* marcâ. Apud Guttinge, ex dono *G. de Lasci i.* molendinum quod tenet *Martinus* pro *xx s.* Fratres fecerunt *i.* molendinum fulereæ apud Beretune, quod tenet *Wireht* pro *xxxii s.* Item ipsi fratres fecerunt aliud molendinum apud Beretune, quod tenet idem *VVireth* pro *xii s.*

Apud Ingeslode, ex dono *Rogeri* filii *Hum-* lb.f.28.a. *fridi*, tres hidæ terræ, quarum una est assisa & duo in dominio, (&c.)

Hæ sunt pertinentiæ de Ingeslod. Apud *VVintoniam viii s. iv d.* quod *Radulfus* reddit. Apud Dernesord, ex dono *Aliz.* de *Tosi* dim. hida terræ, quam *Th.* tenet pro *xv s.* Apud Fernier, ex dono *Hawisiæ* de *Parc iii.* virgatas terræ, (&c.) Apud Warnesord, ex dono *Johannis* de *Port i.* molendinum quod *Eadmundus* sacerdos tenet pro *xx s.* Apud Sobertabene, ex dono *Roberti* Comitis de *Leicestre*, in uno molendino, quam *Steph.* Clericus reddit dim. marcam.

*lb.b. Apud *Rocleiam*, ex dono *Joh. Marescall.* *i.* hida terræ, (&c.)

Hæ sunt pertinentiæ de *Rocleia*, apud Berugge, ex dono *VVill. de Bellocampo ii.* hidas terræ, &c. Item in eadem villâ de *Rocleia*, ex dono *Roberti* de *Ewias i.* hida terræ, quam *Walkelinus* tenet pro *xvi s.* Item ex dono *Adæ* de *Port*, apud Beretune *i.* virgata terræ, quam *VVill.* Clericus tenet pro dim. marcâ.

Apud Westrote, ex dono *Henrici Husæ*, *i.* hida terræ & dimidia, quas *Rob. Finch* tenet pro *xl s.* Ex dono *VVillielmi Achard* apud Sperthelt, dimidia hida terræ, de quâ, &c. Ex dono *VValteri* captivi apud Westrote, unam culturam, quam *VVill.* tenet pro *xiv d.*

Apud Wadetwelle, ex dono *Alani* de *Li-* lb.29.a. *mesi*, Ecclesia de Wadetwelle, quam tenet Magister *VVillielmus* pro quatuor *Marcis*, &c. In villâ de Wadetwelle, ex dono ipsius *Alani* de *Limesi*, quinq; hidas terræ, quas isti subscripti tenent; *Edwards* pro dimidiâ hida *xiv s.* & *ii d.* &c.

Apud Cotesmore, de dono *Alani* de *Li-* lb. b. *mesi*, *xix.* denariatas in pratis, quas tenet *Johannes.* Item apud Cotesmore ex dono ejusdem *Alani xx d.* in pratis, quos tenet Magister *VVillielmus.*

Ex emptione ipsorum fratrum à *Radulpho* de *Wig.* unum molendinum apud Cotesmore,

quod tenet *Johannes* filius *Lamberti* pro x. s. Apud *Stikmich*, ex dono *Alani* de *Limesi* unum molendinum, quod tenet *Radulphus Longus* pro v. s.

Apud *Sibestone*, ex dono *Willelmi* filii *Rogeri*, idem *Willelmus* tres hidas tenet ex prædictis, ad dominium (&c.)

lb.30.a. Ex dono *Roberti* fratris *Willelmi*, tres virgatas, quas tenent subscripti; *Godwinus* pro una virgata iiii s. (&c.)

lb.31.a. Apud *Bistoll*, ex dono Comitis *Roberti*, quædam terra cujus pars ædificata est ab ipsis fratribus, & alia pars per hos homines, *Radulphus* de *Kent* pro uno masuagio xx. d. (&c.)

Hæ sunt pertinentiæ de *Bistoll*. Apud *Cruketon*, ex dono *Baldwini* Comitis, una marca, quam *Hugo* de *Inlecumbe* reddit. Apud *Wrdeth*, ex dono *Henrici* de *Merieth*, una virgata quam *Walterus* de *Merieth* tenet pro iii. s. Apud *Clehunte*, ex dono *Huberti* de *Penpont*, quam tenet *Galfridus* de *Sancto Mauro* pro Lx v. s. Apud *Pulsdune*, ex dono *Savari* de *Pulsdune* una virgata cum redditu iiii. s. Apud *Pistonam*, ex dono *Philippi* de *Columbariis*, dimidia virgata, quam una domina tenet pro v s.

lb.b. Apud *Chirebire*, ex dono *Roberti* filii *Reginaldi*, villa de *Chiresdic*, quam *Reginaldus Fricum*, & frater ejus tenent pro xxv. s. Apud *Wullam*, ex dono *Warini* de *Anie*, una virgata, quam tenet *Galfridus* S. *Mauro* pro viii. s. Apud *Walle*, ex dono *Samsonis Blosi*, una virgata, quam *Ricardus Probus* tenet pro iii. s.

In *Cornubia*, apud *Fawimere*, una terra cum reddit dimidiam marcam. Apud *Cumertune*, ex dono *Ricardi Piscerna*, una virgata quam *Robertus Niger* tenet pro v. s. Apud *Lanstabetune*, ex dono *Ricardi* filii *Willelmi*, unum masuagium, quam tenet *Walterus* pro xii. d. Apud *Loc*, ex dono *Walteri Blaka*, una virgata terræ quam *Walterus* de *Loc* tenet pro dimidia marca.

Ex dono fratris *Ferami* de *Bolonia* apud *Cerlane* C. s. quæ *Wenlandus* reddit per annum, quando fratribus placuerit. Item ex dono ipsius fratris *Ferami* de *Bolonia*, apud *Acumbam*, quædam terra, quam isti tenent & hos redditus reddant *werlg* ii. s. (&c.)

Apud *Penecoet*, ex dono *Roberti* filii *Martini*, una terra, quæ reddit dimidiam marcam. Apud *Dratintune* xii. d. Apud *Culertune*, ex dono *Willelmi* de *Minera*, una virgata, quam tenet *Robertus* pro v. s. Apud *Framtonam*, ex dono *Ricardi* filii *Puinz*, duas virgatas quas tenet *Rogerus* de *Castello* pro xx. s. Apud *Portesbeve*, ex dono *Petri* de *Sancto Mauro*, una virgata quam tenet *Matelive* pro iv. s. Ex fraternitate *Gilberti Matlet* annuatim una marca apud *Lanitete*. Ex dono *Ratlewini* de *Columbariis* unum masagium quod tenet *Eadwardus* pro xviii. d. Apud *Polruerte*, ex dono *Ricardi* de *Montacuto*, quam tenet *Robertus* pro [illegible] s. Apud

lb.31.a. *Cumba* xl. ex dono fratris *Serlonis* filii *Olonis*, tota villa de *Cumba*, quæ liberata est *Willelmo* de *Cumba*, filio sacerdoti, & *W.* filio *Hugonis*, per x. annos, pro xiii. Marcis per annum. Apud *Asforde*, ex dono *Alnredi* de *Nicol*, una virgata, quam tenet *Robertus* dapifer, pro v. s. Apud *Episcopi urthe*, ex dono *Willelmi* filii *Johannis* Lx. acras, quas tenent *Ethricus* & *Orgarus*, pro v. s. Apud *Tarent*, ex dono Comitis de *Molent*, quam tenet *Hugo* de *Curcy* pro x. s. Apud *Wilcrtune*, ex dono *Reginaldi* filii *Ivi*, tota villa de *Wilcrtune*, quam tenet ad firmam *Galfridus* de S. *Mauro*, per decem annos, pro xvi. marcis. Apud *Clifton*, ex dono *Rogeri* de *Nevill*, v s. in molendino de *Clifton*. Apud *Landchetune*, ex dono *Ricardi* filii *Willelmi*, ii. s. In molendino de *Landchetune*, quos reddunt Canonici de eadem villa. Apud *Lacherode*, ex dono Comitis *Patricii*, unum molendinum quod quædam vidua & ejus filius tenent pro xiiii. s. (&c.)

De redditibus de baillia de Westune.

lb.32.b. IN villa de *Westune* sunt duæ Carucatæ terræ de Mal. in dominio, ex dono Comitis *Gilleberti*, & alia terra est assisa ab illis hominibus sequentibus; *Alricus Longus* tenet duas acras (&c.)

lb.33.b. *Johannes* Clericus tenet tres virgatas terræ liberè, quietè, ab omnibus serviciis pro iii. s. Ex dono de *Matilde* de *Londonia*, *Sexi* de *Willie* dimidiam virgatam terræ pro iiii. s. & invenient duos homines ad preces cervicie, de feodo *Radulphi Pungarde* in villa de *Westune*. *Hervicus* Capellanus tenet tres acras, ex dono *Thomæ* de *Boclard*, & *Hervicus* filius ejus pro xii. d. pro omnibus serviciis. *Helias* de *Gladeshe* duas acras pro vi. d. ex eodem dono. In *Suth* *Radulphus* reddit dimidiam marcam, ex elemosina patris sui, & sui ipsius.

lb.34.a. Hæc est annuus redditus in villa de *Walcharche*; Ex dono Comitis *Gilberti*; *Ricardus* de *Hereford* tenet tres acras de Burgagio in villa de *Walcharche*, pro xviii. d. pro omnibus serviciis (&c.)

lb.35.b. In villa de *Wartesch*. *Radulphus* & *Renerus* tenent dimidiam virgatam, ex dono *Adæ* de *Port*, pro v. s. pro omnibus serviciis.

lb.36.a. In villa de *Cumwerthe*. *Aschetinus* Decanus, tenet tres virgatas pro xx. s. iii. d. minus. Ex dono *Rogeri Bernard* in *Landeth*, *Ricardus* tenet unam virgatam terræ, ex dono *Hugonis* de *Bellocampo* pro iii. s. pro omnibus serviciis.

In villa de *Rullibene*, *Adam* & *Johannes* frater ejus tenent unam virgatam terræ pro vii. s. ii. d. Ex dono, *Reginaldi Chokes*, *Hamundus* dimidiam virgatam pro iii. s. (&c.) *Hugo* de *Nabadune* quinque acras pro xxviii. d. ex dono *Ricardi Templarii*.

In villa de *Buntingford*, *Petrus Malduinarius* tenet xiii. acras, v. ex dono *Henrici* de *Chelers*, & v. ex dono *Ricardi* de *Halsche* filii *Willelmi*; & tres ex dono *Reginaldi* filii *Petri* pro xvii. d. pro omnibus serviciis. *Reginaldus* de *Buntingford* v. acras, ex dono *Ricardi*

eardi de *Hulfache*, & pratum de Burtingfolt pro *xv. d.* *Spurun xl.* acras in villâ de *Corneia* pro *x. s.* ex dono *Radulfi Trichet*, pro omnibus servitiis. In villâ de Cotgrith, *Reinerus* de *Nivellelme* dimidiam virgatam pro *iiii. s.* ex dono *Matildis* reginæ uxoris Regis *Stephani*. *Alicia* duas acras pro *iiii. d.* ex dono *Radulfi Alli*, *Henricus* de *Hibentune* tres acras pro *vi. d.* ex eodem dono. *Brian* de *Absedere* i. acram pro *vi. d.* ex dono *Luca* de *Absedere*. In Suttune, *Johannes* de *Suttune*, de dono *Henrici El. de eusia ii. s.*

In villa de Pattune, sunt quatuor carucatæ in dominio, ex dono *Bernardi* de *Baillol*; & partim ex dono *Oliveri* de *Malvoier* (&c.) *Willielmus Gulafre* tenet quoddam clausum, quod vocatur Tunecroft, & *v.* acras, ex dono *Albani* de *Hairun* & messuagium suum (&c.)

Ib. f. 37. a. * *Nicholaus* filius *Giffardi* *vii.* acras & messuagium & gravam suam pro *ii. s. iii. d.* & quinque præcarias, ex dono *Albani* de *Hairon*; & tamen *xii. d.* sunt ex dono *Bernardi* de *Baillol*, licut alii (&c.) *Radulfus* de *Hairon* tenet duas virgatas per unam marcam; sed tenet *xl.* nummatas de dominio fratrum, ex concessione fratris *Osberti* de *Gloecestria* (&c.)

Ib. b. * *Ricardus Bercarius* * *vi.* acras pro *xxvi. d.* & omnibus præcariis, ex dono *Oliveri* de *Malvoier*. (&c.) *Simon* de *Gosemer* tres acras & dimidiam ex dono *Oliveri* de *Malvoier*; & tres acras & dimidiam ex dono *Bernardi* de *Baillol*, ut alii (&c.)

Ib. f. 38. a. * *Willielmus Germanus* unam virgatam pro dimidiâ marcâ, ex dono *Oliveri* de *Malvoier*.

In villâ de Welebroc, *Adam* tenet tres virgatas pro *vii. s.* ex dono *Roberti* de *Aubani*, & facit duas præcarias in autumpno (&c.)

Ib. b. * *Paverel* de *Maidene* reddit duos solidos in elemosinâ, ex dono *Willelmi Martel*.

In villâ de Barnebroch, *Willielmus* filius *Aschetilli* tenet tres virgatas, ex dono *Willelmi Burdeth*, pro *vi. s.* pro omnibus servitiis. *Osbertus* filius *Azur* i. virgatam pro *iii. s.* ex dono dominæ *Aliciæ* de *Germani*; & facit duas præcarias (&c.) *Petrus* filius *Nicholai* dimidiam hidam pro *vii. s. iii. d.* ex eadem donatione (&c.) *Robertus* de *Roffenden* *vi.* acras pro *xvi. d.* ex dono *Roberti* de *Brei*, pro omnibus servitiis. *Robertus* filius *Turkilli* *ix.* acras pro *xl. d.* ex dono *Simonis* de *Waville*

Ib. f. 39. a. (&c.) * *Hugo* de *Eddeworthe* *xvi.* acras, pro *iii. s.* ex dono *Roberti Ivoi* & *Simonis* de *Waville* (&c.) *Hardingus* *iii.* acras pro *xii. d.* ex dono *Aschetil* & *Nicholai* (&c.) *Aelicia* tres acras pro *xii. d.* ex eadem donatione (&c.) *Reginaldus Huit* tres acras pro *xii. d.* ex eadem donatione (&c.) *Reginaldus* Mercator tres acras, pro *xii. d.* ex dono *Simonis* de *Waville* (&c.) *Aschetil* de *Menheie* *vii.* acras & messagium suum pro *iiii. s. iii. d.* ex dono *Galfridi* de *Trailli* (&c.) *Will. Pauper* *xx.* acras de dominio pro *iiii. s.* ex dono *Willelmi Trichet* (&c.) *Warinus Faber* *x.* acras pro *xviii. d.* ex eadem donatione (&c.) *Rob.* de *Radewell* *xxvii.* acras de terrâ arabili, & *xvi.* acras de bosco, pro *iii. d.* ex eadem donatione (&c.)

In villâ de Langesop *Lauricus Brute* tenet *xxxviii.* acras ex dono *Simonis* de *Waville*, pro *xviii. s.* (&c.) *Baldwinus* *xix.* acras ex eadem donatione, pro *viii. s.* (&c.)

Ib. b. * De Ecclesiâ de Westune, de Altari redduntur annuatim tres marcæ & dimidia ex dono Comitis *Gilberti*. De Ecclesiâ de Hathach, ex eadem donatione *x.* marcæ. De Ecclesiâ de Langesop, de Altari *iii.* marcæ, ex dono *Simonis* de *Waville*; & de Curiâ fratrum *iii. s.* præter fructum gardini.

Martinus molendinarius tenet molendinum de Wadewell, ex dono Comitis *Gilberti* pro *iii.* marcis. *Johannes* Molendinarius tenet molendinum de Welebroche pro *x. s.* ex dono *Roberti* de *Aubeni*. *Willelmus* Molendinarius tenet molendinum de Dunstune, pro *xxxvii. s.* ex dono *Randulfi* de *Sule*. *Alannus* de *Eastwiche* reddit in elemosinam *xii. d.* de suo molendino. De molendino de Langesop redduntur *vi. s.* per annum ad decimationem, ex dono *Simonis* de *Waville*.

Hic subscribuntur redditus omnium Ecclesiarum, & molendinorum & terrarum de ballia de Lincolnsire.

Ib. f. 40. a. GOdfridus Presbyter de Alethorp, de Ecclesiâ de Alethorp, in vitâ suâ, nomine Ecclesiæ *iiii. s.* quæ est de dono *Rogeri* de *Munbray*. *Robertus* de *Ver* de Capellâ Wrotham, quæ pertinet ad Ecclesiam de Alethorp, in vitâ suâ *iv. s.*, & post ejus decessum redibit in dominium. De Altari Ecclesiæ de Cantesburch *v.* marcæ in hoc anno, & decimæ garbarum in dominio, quæ est ex dono *Rogeri* de *Tosbu*. Medietas Ecclesiæ de Middeltone, in dominio, quæ est de dono *Simonis* de *Sancti*. Ecclesia de Trop in dominio, quæ est de dono *Jollani* de *Angesbi* & *Walteri* Camerarii, quæ reddit *iiii.* marcas. *Alannus* Capellanus de Ecclesiâ de Scarebi, in vitâ suâ *ii. s.* quæ est de dono Comitis *Willelmi*. *Leonardus* Presbyter de Ecclesiâ de Saltfleteby, in vitâ suâ *xx. s.* quæ est de dono Comitis *Randulphi*. Magister *Petrus* de *Tilei* de Ecclesiâ de Hanestun, in vitâ suâ *iii.* marcas, quæ est de dono *Roberti* de *Cale*. *Robertus* de *Novill* de Ecclesiâ de Asketeby, in vitâ suâ, nomine Ecclesiæ, dimidia marca, quæ est de dono *Simonis Tuschet* & *Jordani* de *Askebi*. *Johannes* Clericus, de medietate Ecclesiæ de Scrane nelle, in vitâ suâ dimidia marca nomine Ecclesiæ, quæ est de dono *Roberti* de *Armentieres*. *Willelmus* Clericus de medietate Ecclesiæ de Wilune, in vitâ suâ tres marcæ & unum bisantium, & alia medietas in dominio, quæ est de dono *Galfridi* de *Clepol* & *Algeri* de *Praxtone*. Ecclesia de Strattone in dominio, quæ est de dono *Roberti* de *Brus*. *Alexander* Clericus de Ecclesiâ de Catton, in vitâ suâ *v.* marcæ, quæ est de dono *Willelmi* de *Vesci*. *Germanus* Clericus de Ecclesiâ de Rosmarton, in vitâ suâ *iiii. s.* quæ est de dono *Willelmi* de *Vesci*. *Thomas* Clericus de Ecclesiâ de Si-

betorp, in vita sua *i.* marca, quæ est de dono *Roberti* filii *Radulphi* & *Roberti Malebisse*. *Nicholaus* de *Marenham* de Ecclesiâ de **Marenham** in vita sua *ii s.* * quæ est de dono *Johannis* Constabularii *Cestriæ*. De altari Ecclesiæ de **Aideg** *iv.* marcæ & decimæ garbarum in Dominio, quæ est de dono *Henr.* Regis secundi. De Ecclesiâ de **Sumerdbi** nichil, quæ est de dono *H.* Regis secundi. Et de Ecclesia de **Statle** nichil, quæ est de dono ejusdem. De Ecclesia de **Allrebi** nichil, quæ est de dono *Huberti* de *Ria*. De Ecclesia de **Bilingburch** nichil, quæ est de dono *Rogeri Burnell*. De Ecclesia de **Botulfbrig** nichil, quæ est de dono *Roberti Gemeges*. De Ecclesia de **Gotmers** nichil, quæ est de dono *Matildis Engane*. De Ecclesia de **Friscbi** nichil, quæ est de dono *Jordani Folet*.

* lb.b.

De filio *Ricardi* de *Hakon*, de tertia parte molendini de **Baltone** *x s.* quod est de dono *Roberti* de *Bolonia*. *Ranulfus* Clericus de **Bagworthinham** de molendino de **Disebi** *viii s.* quod est de dono *Seer* de *Arceles*. De dimidio molendini de **Golcheshi** *v s.* quod est de dono *Roberts Basset*. De molendino de **Colingham** dimidia marca, quod est de dono *Walteri* de *Colingham*. * De molendino de **Scallebi**, quod est de dono *Simonis* de *Tuschet*, dimidia marca. De molendino de **Bechingham**, quod est de dono *Helæ Folet* ii. marcæ. De tribus molendinis de **Torp** *iv s.* Molendina de **Waretbrig**, in dominio fratrum, quæ sunt de dono Comitis *Ranulfi*. De molendino de **Walketune** *x s.* quod est de dominio fratrum. Molendina de **Ecclis** & de **Stapelhou**, in dominio, de dono *Rogeri* Fratres infirmi *Newerchiæ* percipiunt *v.* marcas de molendinis de **Oxetune**, & residuum in dominio, quæ sunt de feodo Episcopi *Lincolniæ*.

lb. b.

lb.f 41.a. De molendino de **Stokes**, quod est de donatione *Mel sent* * de *Muncehans*, *v s.* De molendino de **Stigand**, quod est de donatione *Matildis* de *Bajocis*, *xx s.* De molendino de **Ulfune**, in dominio, quod est de dominio. De molendino de **Oxettaham** *xx s.* quod est de donatione *Rogeri* Comitis *Warwici*. *Adam* filius *Roberti* magni, de molendino, quod vocatur *Phalefrei* *xx s.* quod est de donatione *Will.* de *Herie bi*, filii *Roberti*. Idem *Adam* de dimidio molendino de **Manncton**, quod est de donatione *Rob. Race*, *vi s.* In *Welleburna* quintum molendinum, & septimum molendinum, de donatione *Ranulfi* de *Bajocis*, & Ailmeri de *Welleburnia*. *Hugo Janitor* de isto quinto molendino *xv s.* Septimum tenet *Nigellus* filius *Alexandri* in excambium pro medietate molendini de **Herierbi**. *Walterus* de *Graham*, de molendino juxta **Phalefrei**, quod est de donatione *Herberti* de *Herierbi*, nichil. De molendino de **Mere**, quod est de dominio fratrum *i.* marca. *Hulf*, pro molendino de **Merigham** *viii s.* Ex donatione *Rob.* de *Gant* molendinum de **Saurebi**, quod *Rog.* de *Sanctis* tenet pro *xiv s.* *Alanus* persona de **Herlowestone** *i.* molendinum in **Dentone**, ex donatione *Beatricis*, ex suâ propriâ emptione, pro *iv s.* In **Bozintone** molendinum quod homines tenent pro *xii s.* *Johannes Burdan* pro molendino de **Aretone** *vi s. viii d.*

In *Lincolnia Walterus* & *Radulfus* de *Newport*, pro *ii.* bovatis *x s.* *Will. de Vinea* dimidia marca, (&c.)

* In **Waretbrig**, *Baldwinus* *ii s.* pro uno tofto. *Haco* pro *i.* tofto *ii s.* (&c.) * lb.b.

Ogis de *Wadingtone*, pro *ii.* bovatis & tribus partibus unius bovatæ, quæ sunt de donatione *Will.* de *Colevill* *x s.* cum aliis consuetudinibus. *Thomas* filius *Suave* pro unâ bovatâ, quæ est de donatione Comitis *Ranulfi* * *v s.* & * lb.f 42.a
presen. *Hugo* pro dimidiâ carucatâ terræ, quæ fuit *Spleman*, quæ est de donatione Comitis *Ranulfi*, *viii s.* & presen. & pro dominio *iv.* marcæ, in vitâ suâ. Filius *Eudonis* de *Eccles*, pro dimidiâ carucatâ terræ, quæ est de donatione Comitis *Ranulfi* *viii s.* & le presen. Filius *Winemeris*, pro quadam mansione, quæ est de donatione Comitis *Ranulfi*, quamdiu fratres voluerint, *ii s.* pro omnibus servitiis. In **Hermedestone**, *Galf.* de unâ bovata, quæ est de donatione *Hugonis* de *Mortimer*, *v s.* pro omnibus servitiis. In **Mere**, *Johannes* Clericus pro *i.* mansuagio & pro *i.* acra & dimidia, quæ sunt de donatione *Roberti* de *Ropeste* *ii s.* & le presen, & *iv.* dies operis &c.

In **Wancetone**, *Will.* de la *Forde* pro dimidiâ carucatâ, quam Fratres de **Kirkestede** warantizabunt fratribus Templi, pro excambio medietatis carucatæ terræ de **Cotes**, *vi s.* & quatuor gallinas & quatuor dies operis. In **Wanewath**, *Hacun* pro dimidiâ carucatâ, de donatione *Walteri* de *Aencurt*, dimidiâ marcâ & quatuor dies, & le presen. In **Wetbricham**, *Hulfus* pro dimidiâ carucatâ, de donatione *Philippi* de *Kime* *i.* marca, & idem *iii s.* &c. *Hugo Winterhard* pro *ii.* bovatis, de donatione *Walteri Winterhard* *xviii d.* &c. * lb. b.

De **Blankenei**, *Suanus Boggelam*, pro *vi.* bovatis *ix s.* de donatione *Walteri* de *Aencurt*. *Toke* de eadem villâ, pro *i.* tofto *iii s.* & *v.* gallinas, & *iv.* dies operis, de donatione *Walteri* de *Aencurt*. *Johannes* filius *Alwardi* pro *i.* bovatâ de dono *Eustachii* de *Bergates* *iii s.* & *iv.* gallinas, & *iv.* dies operis. *Ranulfus* filius *Yvonis* pro *xii.* bovatis, de donatione *Walteri* de *Aencurt* & pro uno tofto de donatione *Will.* de *Berville*, in **Kirkebi** *xiv s.* In **Scapune**, *Samanus Hogolam* pro *ii.* bovatis de donatione *Walteri* de *Aencurt* *v s.* *Adam* pro *i.* bovata & *ii.* tofts & dimidio de feodo *Helpe Harbalastarii*, *iii s. vi d.* & opus & le presens. *Goscelinus* Clericus pro *i.* bovata de eodem feodo *ii s.* & quatuor gallinas, & *iv.* dies operis. *Herwardus* pro *i.* tofto de eodem feodo *ii s.* & quatuor gallinas, & *iv.* dies operis. *Alia* vidua, & *Galfridus Hazard*, pro *ii.* bovatis de eodem feodo * *v s.* & *iv.* dies * lb.f. 43.a
operis & le presens. *Osfertus Hogolam* de eodem feodo, pro *i.* bovata *xviii d.* & *iv.* dies, & le presens. In **Kirkebi**, *Osmundus* pro *i.* tofto de feodo *Walteri* de *Aencurt*, *ii s.* & *iv.* dies, & le presens. *Thomas* pro *i.* tofto de eodem feodo, & opus, & presens. *Rogerus* de *Blankenei*, in **Kirkebi**, pro *i.* tofto de feodo

Helpe,

Helpe, ii s. & iv. dies operis & le presenc. Et prædictos duos solidos accipiet *Randulfus* de *Blankenei*, & opus & le presenc. remanet nobis. In Partone, *Rogerus*, de feodo *Walteri* de *Aencurt*, pro i. bovatâ v s. & iv. gallinas & iv. dies operis.

In Cumberland *Radulfus* & *Turstanus* frater ejus, pro dimidiâ bovatâ de feodo Comitis *Cestriæ* v s. & iv. dies & le presenc. *Will.* filius *Waldingi* xii d. pro homagio suo, (&c.) In *Bilinghela*, *Clemens* Decanus pro i. tosto de donatione *Petri* de *Bilingheia* xii d. In Willinghore, filius *Coupman* pro i. tosto ii s. de donatione *Radulfi* de *Furneis*, & iv. dies operis, & le presenc. uxor *Rad. Francigenæ* pro i. bovatâ & i. tosto, de donatione *Willelmi*. De dono *Willelmi* de *Tseni* i. libram piperis ad festum beati *Botulfi*. De uno tosto quod uxor *Willelmi* de *Tseni* tenuit vi d. ad lumen Ecclesiæ Templi. In Navenbi *Ric.* Decanus pro i. tosto & i. bovatâ terræ, de suo proprio dono ii s. *Galfridus* xi s. & iv. gallinas, & iv. dies operis, pro uno tosto, & pro tertiâ parte quatuor bovatarum. *Osbertus* persona pro i. tosto, & pro xii. acris, de dono *Alexandri*, ii s.

* Ib. b. * (&c.) *Ledbertus* filius *Willelmi* de *Schuiade*, pro i. bovata & i. tosto, & vi. acris, de dono *Alexandri* ii s. vi d. & iv. dies operis, & le presenc. *Alexander* pro i. tosto de suo proprio dono vi d. In Colebi, uxor Presbyteri pro i. bovatâ & i. tosto, de dono *Ogeri* de *Sproxton* v s. & iv. gallinas, & iv. dies operis. In Dimodestun, *Galf.* pro i. tosto, & i. bovatâ v s. pro omnibus serviciis. In Schinand, *Nigellus* filius *Alexandri*, pro iv. carucatis, de dono *Roberti* de *Stafford*, dimidiam marcam.

In Weleburne, *Beatrix* pro dimidiâ bovatâ, & i. tosto, de donatione ..... de *Bajocis*, ii s. iv. dies operis, & iv. gallinas. *Will.* filius *Ailmeri*, pro dimidia bovata, & i. tosto xii d. *Robertus* de *Meldun* pro i. tosto de dono *Hugonis* de *Bajocis*, ii s. & iv. gallinas, & iv. dies operis. *Hugo Janitor* pro ii. bovatis & i. tosto, de dono *Hugonis* de *Bajocis*, ii s. quos *Hugo* de *Bajocis* habebat in vita sua per manum fratrum, & post ejus decessum ipsi prædicti ii s. remanebunt ipsis fratribus quieti.

In Dirtughton *Rad.* Decanus de ii. bovatis de donatione *Walteri* de *Dirinton* iv s. *Rob. Winterhard* pro i. bovata xvi d. *Rob.* Capella-

* Ib. f. 44. nus de i. tosto * de dono *Roberti* de *Calz* xii d. & opus, & le presenc. *Lund.* pro i. tosto xii d. & iv. gallinas & iv. dies operis. *Will.* de *Boville* pro i. tosto, & particula terræ, de dono *Rulf* de *Ledenham* xii d. & opus, & le presenc. In Brancewelle, *Clemens* Decanus pro i. bovata & tertia parte i. bovatæ, quæ sunt de dono *Wigoti* ii s. viii d. *Walterus Winterhard* & *Wali.* de *Boville* pro ix. bovatis, de dono *Roberti* de *Calz*, iv s. *Ainfridus* pro ii. partibus unius bovatæ, quæ sunt de dono *Wigoti* de *Brancewelle* xvi d. *Rogerus* pro i. tosto de dono *Alexandri* de *Cressi* ii s. & le presenc. & quatuor dies operis. *Wibernus* pro i. tosto xii d. de dono *Roberti* de *Anfewic*, & le presenc. In Dunesbi *Will.* pro i. tosto, de dono *Alexandri* de *Cressi* & opus, & le presenc. & ii s. *Thomas* Presbyter de dono ejusdem pro i. tosto xvi d. & le presenc.

In Cranewelle sunt sex carucatæ terræ, de dono *Davidis* de *Aimentiers*; de quibus *Thomas* de *Fulebec*, renet v. carucatas in custodia, & dim pro xii s. & iv d. *Will.* de *Aimentiers* pro dim. carucata de terra vii s. & opus, & le presenc. *Will.* de *Cranewell* pro i. carucata terræ de dono *Roberti Selvan* v s. *Fulco* filius *Mauricii* de dim. carucata, quæ est de dono *Henrici Selvain* iii s. iv d. In Leslingeham *Anti* & *Osmundus*, pro i. bovata, de donatione *Radulfi Arselin* viii s. & opus, & le presenc. In Cudune, *Will.* de *Beaubroch* pro i. bovata, de donatione *Will.* filii *Randulfi*, ii s. *Peidas* pro i. tosto ii s. & opus & le presenc.

* In Punaybi *Nicholaus* pro vi. bovatis & * Ib. b. dim. quæ sunt de feodo *Ingelli* filii *Alexandri*, xx d. *Walterus* frater ejus pro i. carucata de feudo ejusdem dimidia marca. *Fulco* frater Magistri *Girardi* pro i. bovata & dim. de eodem feudo iv s. Magister *Robertus* & *Will.* filius ejus, pro ii. tostis de eodem feudo ii s. In Backetone, *Walt.* le *Nucunen*, pro i. tosto ii s. & le presenc. & iv. dies operationis. In Uncle, *Will.* pro v. bovatis, de dono *Gileberti* de *Gant* xx s. & le presenc. & iv. dies operationis. In Lesitorp *Gerardus* pro i. bovata, de dono *Alani* filii *Nigelli*, v s. & le presenc. & iv. dies operis. *Azer* pro i. bovata de ejusdem donatione v s. & le presenc. & iv. dies operis. *Herwardus* pro i. tosto vi d. *Will. Parisiensis* pro dim. bovata, de dono *Will. Grim.* de *Asgarbi*, xviii d.

In Burtune, Siford, & Lamberd, pro iii. bovatis, de donatione *Mauricii* de *Crun*, i. marca, & viii. gallinas, & viii. dies operis. In Spanebi de i. bovata de dono *Pagani Foliot* ii s. & opus, & le presenc. In Hozbelun, *David* pro i. tosto, de dono *Roberti Goselin*, ii s. & iv. gallinas: Et i. tostus, qui fuit *Hugonis*, reddit ii s. & iv. gallinas. In Bilingbure, uxor *Rogeri Burnel* pro unâ bovatâ in vita sua, de dono ejusdem *Rogeri*, xii d. cum tosto suo. In Tillingham, *Thoma*, pro uno tosto de dono *Alani pedis canis*, ii s. & opus, & le presenc. *Rogerus* pro i. tosto de dono *Reginaldi Falconard*, xii d. & opus & le presenc. *Robertus* filius *Grimkil*, pro quadam particula terræ de dono *Roberti Raz*, iii d. In Peutune, *Will. Puntandein* ii. bovatas de donatione *Roberti Raz*, pro iv s. & opus & le presenc. *Haldam* pro i. tosto, de dono *Reginaldi Pincernæ*, & opus, & le presenc.

In Pichwrohe * *Rob. Colm*, & *Adam* filius * Ib. f. 45 a *Roberti Granti*, pro ii. bovatis, de dono *Eliæ* de *Mundevill*, v s. *Erkesbi* filius *Morici*, pro i. bovata, de dono *Clariz.* xvii d. In Lavintone, *Walt.* pro iv. acris, & i. tosto, de dono *Gerardi* de *Cailli* ii s. In Manneton, *Willielmus*, pro i. bovata, & plus, de dono *Roberti* filii *Hugonis*, v s. & iv. dies, & le presenc. *Manne*, pro una bovata, de dono ejusdem viii s. & iv. dies, & le presenc. *Reginaldus*, pro v. acris terræ, & pro i. acra prati, iv s. In Boebi *Will.* pro i. tosto, & dim. acra, de dono *Alexandri* de *Sumerbi*, & pro iii. acris, de dono *Hugonis*

de

de *Boebi*. Item in **Boebi** *Galfr.* persona, pro *i.* tosto *vi d.* In **Graham** *Robertus* le *Mercer v s.* pro *i.* bovata, & *i.* tosto, de feodo de *Crun*, & de dono *Alfredi* de *Pontni*, *Will. Brun v s.* pro *i.* bovata & *i.* tosto de ejusdem. *Henricus* Clericus *ii s. Nich. Pistor iii s. Walterus* nepos *Resti xxxii d.* In **Gunsordebi** *Vitalis* Clericus, pro *i.* bovata, de dono *Roberti Radulf ii s. Walterus* frater ejus, pro uno tosto *ii s.* de dono *Rogeri.* Idem *Vitalis*, & *Walt.* frater ejus, pro dim. carucata, de dono *Galfridi* de *Cauz. iv s.*

In **Hamnetorp**, juxta **Gunnesordebi**, *Simeon* Decanus pro *i.* tosto & *v.* selionibus, de feodo *Roberti* filii *Swale*, *ii s. Adam* filius *Roberti* magni, ex emptione patris sui, pro *i.* carucâ & dim. *viii s.* pro omnibus serviciis. In **Waletune** *Galfridus* & *Golgrim* pro *ii.* toftis, de feudo *Nigelli ii s.* In **Berebi** *Ivo* de *i.* bovatâ, & *i.* tosto, de feudo *Radulfi Peisun iv s.* In **Alintune** Magister *Osbertus*, pro *i.* tosto, de dono *Radulfi* de *Warewic xii d.* Ex dono *Rad.* de *Warewic ii.* bovatas, quæ reddunt *ii s.* In **Dentune** *Jwein*, pro *ii.* bovatis & *i.* tosto, de dono fratris *Roberti iv s. Cristien* pro *ii* bovatis & *i.* tosto, de dono ejusdem *iv s.*
* Ib. b. * *Robertus* filius *Edwini*, pro *i.* tosto, & *i.* bovatâ de dono *Beatricis iv s. iv d.* In **Belton**, *Azur* pro *i.* tosto, de dono *Willelmi Triketof xvi d. Alanus* persona de **Herlavestune** *i.* tostum. In **Barkestune** *Nich.* Clericus pro *i.* bovatâ de dono *Hugonis* de *Ovilla*, & *i.* tostum; & pro *vii.* acris, & de *i.* tosto de dono *Hamundi*, *iv s.* In **Herterbi**, *Simon*, pro *i.* tosto & *i.* bovatâ, de dono *Herberti* filii *Hugonis*, *ii s.*

In **Ledenham** *Alanus Cappe*, pro dim. carucatâ, de feodo *Nigelli*, *v s.* Et idem pro *i.* bovatâ in **Kingstancroz**, de feudo ejusdem *iv. s. Jordanus* persona de **Ledenham**, pro prato, de dono Comitis de *Britannia* dim. marcam. In **Cletpol**, *Johannes* pro *i.* tosto de feudo *Alfredi* de *Huwelle*, *xviii d.* In **Aubetune**, *Nicholaus* pro *i.* bovatâ, & *i.* tosto, & pro quartâ parte unius bovatæ, de dono *Roberti* de *Cauz*, *iii s. iv d.* & *iv.* gallinas. In **Suttun**, *Edric* pro *ii.* bovatis, & *ii.* toftis, de dono *Margaretæ*, *ii s.* In **Torp**, fœmina *Will. Barefort*, pro *i.* tosto, de dono *Roberti* filii *Will. ii s.* & *iv.* gallinas. In **Bructune**, *Hugo de Fort*, pro *i.* tosto, & *i.* bovata, de dono *Eliæ* de *Aubeni*, *iv s.* In **Cathtorp**, *Radulfus* & *Robertus*, & *Ricardus*, pro *v.* bovatis, & pro tribus toftis, de feudo Ecclesiæ, *xv s.* pro omnibus serviciis. In **Carletune**, *Helewis* vidua, pro *i.* bovatâ, & *i.* tosto de dono *Radulfi* de *Amundevill*, *v s.* & opus, & le presen. *Holdewinus* anceps, pro *i.* tosto, & *ii.* acris, de dono *Radulfi* de *Amundevill xii d.* & opus & le presen. In **Basingham**, *Alexander* pro *i.* bovata, & *i.* tosto de dono *Roberti Olifard*, dim. marca, & opus, & le presen. In **Binigtune**, *Galfr.* Clericus, pro *i.* tosto *xii d.* In *Haburnia*, *Robertus*, pro *ii.* bovatis, de dono *Radulfi* de *Aubeni*, *v s.* & opus, & le presen. In **Wilhebi**, *Ric. Cementarius*, pro *i.* bovata, & *i.* tosto *iv s.* & *iv.* gallinas, & hoc est de dono *Alfredi.* In **Ancastre**, *Ailmerus*, pro *i.* tosto, quod fratres habent in excambium. * de *Jo-* * Ib. f. 46 a.
hanne Burdun, pro quodam molendino, *xvi d.* In **Wilsford**, *Martinus*, pro *i.* bovatâ, & *i.* tosto *ii s.* & *iv.* gallinas, & *ii.* dies operis, & hoc est de dono *Osmundi Ferling. Hervi Coleman* pro *i.* bovatâ & *i.* tosto, de dono, *Philippi*, *ii s.*

In **Silkebi**, *Raenildus*, pro *i.* tosto, de dono *Roberti* de *Wilhebi*, *ii s.* & le presen. In **Roucebi**, *Galfridus Perrun*, de tenemento suo *Roberti* de *Stasord*, *xxxiii s. iv d. Wibern*, pro *ii.* bovatis, & tosto *x s.* & quatuor gallinas & *iv.* dies operis, de dono *Galfridi Perrun*, *Jordanus*, pro *i.* bovata, & *i.* tosto *v s.* & *iv.* gallinas & *iv.* dies operis ex dono ejusdem. *Ricardus* pro *i.* bovata & *i.* tosto *iv s.* & *iv.* gallinas, & *iv.* dies operis, de dono *Reginaldi* de *Normanvill. Wido* pro dim. bovata & *i.* tosto *ii s.* & *iv.* gallinas, & *iv.* dies operis, de dono ejusdem. *Hernebern*, pro dim. bovatâ & *i.* tosto *ii s.* & *iv.* gallinas, & *iv.* dies operis, de dono ejusdem. *Petrus*, pro dim. bovatâ, & *i.* tosto *ii s.* & *iv.* gallinas, & *iv.* dies operis, de donatione ejusdem. *Colsuain Opilio*, pro dim. bovatâ & *i.* tosto *ii s.* & *iv.* gallinas, & *iv.* dies operis, de dono ejusdem. *Tho. Kasos*, de *i.* bovatâ, & dim. & *i.* tosto, de dono *Roberti* de *Cauz*, *iii s. Anneis* mater ejus, pro dim. bovatâ, de dono ejusdem, *xii d. Johannes Pelliparius*, pro *i.* bovata & *i.* tosto, de dono ejusdem, *v s.* & *iv.* gallinas, & *iv.* dies operis. *Walt. Holdecum* pro *iii.* bovatis, & *i.* tosto *v s.* de dono *R.* de *Cauz. Tho. Præpositus*, pro *i.* bovata & *i.* tosto, de dono ejusdem *vs.* & *iv.* gallinas, & *iv.* dies operis. *Rob. Hals* pro *i.* tosto *xii* d. & *ii.* gallinas, & *ii.* dies operis. *Alfredus* pro *v.* acris, & *i.* tosto *xx d.* & *iv.* gallinas, & *iv.* dies operis, de dono *Roberti* de *Cauz. Randulfus Triturator*, pro *i.* bovata, & *i.* tosto de dono *Walteri* filii *Holdewin* * *iii s.* * Ib. b.
v d. & quatuor gallinas, & quatuor dies operis. *Picot* pro *i.* tosto, de dono *Henrici*, de feudo *Galfridi* de *Perrun*, *xii* d. & quatuor gallinas, & *ii.* dies operis. *Walterus* le *Neuecum*, pro uno tosto, de dono *Walteri* filii *Holdewin*, *xii d.* & quatuor gallinas, & *ii.* dies operis. *Radulfus* filius *Johannis*, pro uno tosto *xii* d. de dono *Willielmi* filii *Hervei. Regerus* filius *Haldani*, pro una bovata, & uno tosto, de dono *Gileberti* de *Hervernus ii s. Walt. Peri*, pro uno tosto *xii* d. de dono *Galfr.* In **Kirkintune** *Reginaldus*, pro una bovata, & uno tosto *iii s.* & quatuor gallinas & quatuor dies operis, de dono *Radulfi* de *Halselin. Johannes* persona, pro uno tosto, de dono ejusdem, *xii d.* & quatuor gallinas, & quamor dies operationis. *Adam Belle*, pro dim. tosto de donatione ejusdem, *xx* d. & quatuor gallinas, & quatuor dies operis. *Robertus* filius *Ren.* pro dim. tosto, de dono ejusdem, *xvi* d. & quatuor gallinas, & quatuor dies operis. *Rocelinus* Faber, pro uno tosto, *xii* d. & quatuor gallinas, & quatuor dies operis.

In Templo *Bruerie*, *Hugo Belle* pro *vi.* acris, & uno tosto, *xviii* d. & quatuor gallinas, & quatuor dies operis, (&c.)

In

*Ib.f.47.b. * In Aschebi, de dono *Simonis Tuschet xxxviii.* bovatas, & tertiam partem unius bovatæ; scil. pro unaquaq; bovatâ, *iv s.* & de tertia parte unius bovatæ, *xvi* d. cum debitis consuetudinibus & operationibus. In eadem villa, de feudo *Jordani vi.* bovatas, (&c.) In eadem villâ *ii.* tofta, de dono *Simonis Tuschet*, quorum quodlibet reddit *iv* d. & quatuor gallinas. In **Digbi**, *Will.* pro *ii.* toftis, de dono *Radulfi Halselin*, *ii s.* In **Blotesham**, *Reginaldus*, pro uno tofto, de dono *Wigoti*, *xii* d.

*Ib.f.48.a. * In villa S. *Benedicti* de dominico tofto fratrum, *ii s.* de dono *Rahneri*. In eadem villa *Johannes* pro uno tofto de dono Comitis *Britanniæ x s.* & present. In **Flet**, *Angerus* pro *L.* acris, de dono *Ricardi* de *Flet*, dim. marca. In **Dunetune** *Walterus* pro uno tofto, de dono *Willielmi* filii *God'*, *xvi* d.

In **Allachebi**, de dono *Huberti* de *Ria*, *x.* caricatas, *Margarita* de *Perci xx s.* In **Bisebi**, ex dono *Matricii Radelli*, uxoris *Mauricii*, pro una bovata *xviii* d. *Andreas* de *Auetorp*, pro uno tofto & *iii.* acris *ii s.* de dono *Walteri de Rancebi*. In **Hammebi**, *Adam* pro dimidiâ bovatâ & uno tofto, de dono *Rogeri Grossi*, *ii s.* In **Crinetorp**, *Edmundus*, pro uno tofto, de dono *Walteri* filii *Alsuri*, *xii* d. & le presenc. In **Dusebi**, *Randulfus* unum toftum, de dono *Rogeri Malebranche*, pro *xii* d. & le presenc. In **Kingkesdune** *Turstanus* pro uno tofto, *xii* d. & le presenc.

*Ib.b. * Ex feudo *Roberti Britonis*, & de feudo *Ingelrami* de *Bratun*, *Rogerus* filius *Ricardi*, pro *iv.* bovatis, & sarcii & aliis peciis, *xv s.* *Ric. Petit xii* d. de eodem feudo. Et *Rob.* filius *Will. xvi* d. *Reginaldus ii s.* & *vi* d. *Randulfus ii s. iii* d. *Osbertus*, pro una bovata *ii s.* & dim. *Robertus*, pro duabus bovatis, de eodem feudo. *Rogerus* pro duabus bovatis *v s.* de eodem feudo. *Rogerus Faber*, pro quadam peciâ terræ *xviii* d. uxor *Arnaldi* pro **Boxtof**, *xx* d. & pro alia quadam pecia terræ, *xii* d. *Suanus*, pro duabus bovatis *v s.* de feodo *Ascul Musard*. *Osbertus* pro una bovata *iii s.* & *Ric.* de eodem feudo, *iii s.* *Ric.* de *Faesolox*, de dono *Col*, *iii s. ii* d. *Carpenter* pro una bovata *iii s. ii* d. de dono *Col. Lambertus*, pro duabus bovatis, *vii s.* de feodo *Roberti Britonis*. *Rob.* de *Bostorp*, pro una acra terræ de eodem feodo *iii* d. *Johannes*, pro alia, de eodem feodo, *iv* d. *Ric.* de *Brantune*, pro duabus bovatis terræ, de eodem feudo, *iii s.* *Ascer*, pro una bovata terræ, *xviii* d. de dono *Roberti* de *Hertill*.

De **Derebi**, *Radulfus*, *iii s.* *Philippus*, *xii* d. In **Derebi**, de dono *Patriæ Roses*, pro quodam clauso, *xxxii* d.

Notingham, *Radulfus Tel*, *ii s.* *Hugo Tel*, *xii* d. De **Duemantune**, *Hugo*, *xii* d. de feodo *Hascul Musard*. De **Normanton**, Hospes noster, de feodo *Reginaldi*, *v s.* *Gilbertus xx* d. *Adam x* d. *Hucceman xl.* (&c.)

*Ib.f.49.a. * In **Cestreseld**, de feodo Regis, *Will. Pistor xiv* d. Fœmina *Ric.* le *Tanur xii* d. De **Wetford**, de feodo *Rad. Hanselini*, *Hugo* filius *Galfr. v s.* pro quatuor bovatis terræ. *Hugo Medicus*, de feudo *Roberti de Cauz*, pro uno tofto & una acra *ii s.* *Rob.* de *Aburna xii* d. pro uno tofto in eleemosinam. Fœmina *Terri* de *Sibetorp*, *xvi* d. de feodo *Roberti* de *Averes*, & *Rad.* de S. *Paulo*. *Godwinus*, de eodem feudo, pro uno tofto, *xii* d. De **Newerch** de feodo Episcopi, *Rad. xii* d. *Rob.* de *Wimigton*, *xii* d. in eadem villâ; *Walt. xii* d. De **Bottington**, *Nich.* & *Reginaldus*, de feudo *Will. Pesun*, *iii s.* pro una bovata.

* De Ecclesiis; de Molendinis; de terris assisis, de tota Lindeseie.

* Ib.b.

Alfridus Presbyter de **Aletorp**, de Ecclesia de **Aletorp**, in vitâ suâ, pro nine Ecclesiæ *iv s.* quæ est de dono *Reg.* de *Mumbray*. *Rob.* de *Ver*, de capellâ de **Burnham**, quæ pertinet ad Ecclesiam de **Aletorp**, in vitâ suâ *iv s.* (&c.)

* De baillia de *Lindeseia*. Apud **Wileketone** sunt *xi.* bovatæ, & *v.* tofta, de dono *Rogeri* de *Busli*. In **Wileketune** *Ric.* de *Kinierbi* duas bovatas, & unum toftum, pro *x s.* & quatuor gallinas, & quatuor dies operis. *Ric.* de *Helmes* una bovata, (&c.) *Ib.f.50.a

* Tota ista terra prædicta est de dono *Simonis* de *Canci*, & de dono *Reg.* de *Busli*; sed villata nescit separare feudum *Simonis* de *Caxci* à feudo *Rogeri* de *Busli*, exceptis quinq; toftis. * Ib.b.

De pertinentiis de **Wileketune**, *Eudo* de *Hemeswelle*, pro una bovata, & uno tofto, de donatione *Will.* filii *Ranulfi*, *v s.* & quatuor gallinas, & quatuor dies operis. In **Peltorp**, *Rad.* pro una bovata, & uno tofto, de dono *Rogeri* de S. *Martino*, *x s.* & quatuor gallinas, & quatuor dies operis. Et ipse pro uno tofto in **Dunstal**, de dono *Hugonis* de *Cauz*, *ii s.* & quatuor gallinas & quatuor dies operis. In **Dunstal** *Will.* de *Lacelone* pro uno tofto, & una bovata, de dono *Osberti* de *Cauz iii s.* In **Biburch**, *Brand*, pro una bovata, & uno tofto, de dono *Osberti* de *Cauz v s.* & quatuor gallinas & quatuor dies operis. *Walterus* unum toftum pro *xii* d. de dono ejusdem, & quatuor gallinas & quatuor dies operis. *Galfridus*, pro uno tofto, de dono ejusdem *xii* d. & quatuor gallinas, & quatuor dies operis. *Arnaldus*, pro dimidiâ bovatâ, de donatione ejusdem, & pro uno tofto, de dono *Hugonis* de *Cauz*, *ii s.* & *vi* d. & quatuor gallinas, & quatuor dies operis. *Walterus Rusticus*, pro uno tofto, de dono *Rogeri* de S. *Martino*, *xii* d. & quatuor gallinas, & quatuor dies operis. In **Wintrington**, *Rad. Travil*, quatuor bovatas, & unum toftum, de dono *Willelmi* de *Aresci*, *iv s.* *Herbertus*, pro uno tofto de eodem dono *xii* d. In **Appebi**, *Ric.* filius *Mardan*, quatuor bovatas & unum toftum, de dono *Johannis* * *Malherbe*, pro *iv s.* *Ib.f.51.a

In **Berchtune** moniales de **Caukewel**, pro quatuor bovatis, *iv s.* de dono *Godwini* divitis *Lincolniæ*. In **Wadingham**, *Ric.* Presbyter, pro dimidio tofto, de feudo *Will.* filii *Mile Crispini*,

Crispini, vi d. Et uxor Crispini, pro aliâ medietate, vi d. In Staunton, Osbertus Cantebet, pro uno tosto, de dono Hugonis filii Oliveri, xii d. In eadem villâ Rollant, pro uno tosto, de dono Oliveri fratris ejus, x d. In Aldredebi, Willielmus de Tost pro uno tosto, de dono Willielmi filii Hugonis de Staunton, xii d. In Gleuteham, Tvo quatuor bovatas, & unum tostum, & vi. acras prati, de dono Gileberti de Glentoham, pro v s. In Oinesb, Johannes, pro uno tosto & quatuor acris, de dono Robaise, & aliud tostum & quatuor acras, pro iv s. Et idem unam bovatam, de dono Odonis de S. Cruce. In Sarebi, uxor Ricardi Casenhat dimidia carucata, & duo tosta, de dono Willielmi Foliot, pro dim. marcâ: Sed Canonici Hospitalis Lincolnia tenent medietatem illius terre, & reddunt medietatem servicii. In Dunham, Thomas dimidiam carucatam & unum tostum, de dono Thoroldi de Nevill, v s. In Bieresbi, Andreas ii. bovatas & unum tostum, de dono Stephani Camerarii, iii s. In Scamtun, Emma, ix. bovatas cum tostis, de dono Gilberti de Gant, iii s. In Mam, Hugo Camerarius, pro suo tenemento, de dono Gilberti de Gant, xiii s. Thomas frater ejus ii. bovatas, de eodem feudo, pro iii s. Radulfus unam bovatam, de eodem feodo, pro iv s.

In Stowa, Ric. Presbyter, pro uno tosto, de dono Goslari de Engelbi, ii s. In Barton, Willelmus i. bovatas, & unum tostum, de dono Walteri de Amundevill. iv s. In Lee, Abraham, unam bovatam, & unum tostum, de dono Rogeri de Trahamton, * xviii d. In Gatesburch, de ii. bovatis, & uno tosto, quæ sunt de feudo Ecclesiæ, viii s. In Upton Hubertus, quatuor bovatas, & dim. & unum tostum & xx. acras de bosco, & x. acras prati, de dono Roberti de Trehamton, pro una marca: Et idem Hubertus ii. bovatas, de dono Odonis de S. Cruce, pro xv d. Robertus Wacelin xiv. bovatas cum pertinentiis de dono Roberti de Trehamton, iii s. In Coningham, Faleo Presbyter, pro una bovata & uno tosto, de dono Gileberti de Ria, ii s. In Lacton, Willelmus unum tostum, de dono Simonis filii Walteri, xii d. In Skitone, Idonea de Murcaut, tres magnas bovatas & quatuor tosta, & unum tostum in Lacton, de dono Simonis filii Walteri, iii s. In Hutcham, Philippus de Kime, vii. acras, & unum tostum, de dono Willelmi filii Osberti, vi d. ad festum S. Michaelis.

In baillia de Caburna, in Barton, uxor Gunei, tostum, de feudo Gilberti de Gant, xii. d. In Wlwinkebi, Will. de Dovera iv. bovatas, & i. tostum, de dono Radulphi Serope, dimidiam marcam. In eadem villâ Ricardus i. tostum, unod pertinet ad prædictas iv. bovatas. In Wletton, Hugo de Prates ii. bovatas, & i. tostum, de dono Bernardi filii Will. s. In Lingeberch, Mangerus xxviii. bovatas, de dono Lamberti de Scoteni, ii. marcas, de dono Lamberti de Scoteni, ii. marcas, de dono ejusdem iii s. iv d. Faleo junior, i. bovata & i. tostum de dono Ricardi de Celvillo, vi s. & v d. In Stalingburch, Johannes i. tostum, de dono Thoma de Aresci, xii d. In Alesbi, Dionysius i. tostum, de dono Pigoti de Lasceles, xii d. In Prebi, Drew, dimidiam bovatam & ii. tosta, de dono Henrici de la Hangar, iii. s. In Grimesbi, Stephanus Faber & Hamo Carpentarius i. tostum, de dono Willelmi filii Radulfi vi s. Willelmus Wiber i. tostum, de dono Radulfi filii Dunmi vi s. In Ysetune Emma i. bovatam, & i. tostum, de dono Jacobi de Mundegumer, xii d. In Ravendale Hermerus i. bovatam, & i. tostum, de dono Tuomus de Belesbi, iv s. In Turgetuna Walterus i. carucatam, cum pertinentiis, de dono Rogeri de Tholeby, i. marcam.

In Fulestou, Ricardus i. tostum, de dono Roberti Waberti, x d. Robertus i. tostum de eodem dono, xii d. Robertus i. tostum & i. bovatam & i. farinam de dono Walteri Boce, pro excambio terræ Stephani de Eresbi, dim. marcam. Hugo Halleia i. bovatam de dono Radulfi de Belebet, iii s. Radulfus filius Siggo i. tostum, de eodem feodo, xii d. In Caburnia, Rogerus filius Herveri, iii. bovatas & iv tostum, pro dimidiâ marcâ. Gillibertus de Turribus, viii. bovatas, pro iv s. de Wlfarnoth, Sired vidua, dimid. bovatam & i. tostum pro ii s. vi d. & iv. gallinas, & v. dies operis. Havila vidua, i. tostum & dim. bovatam pro ii s. & quatuor gallinas & quatuor dies operis. Eadem pro tosto Winemerii, xii d. & iv. gallinas, & iv. dies operis. Mangerus i. tostum pro xii d. & quatuor gallinas, & quatuor dies operis. Hugo filius Willelmi i. bovatam & i. tostum pro iv s. & quatuor gallinas, & quatuor dies operis. Will. filius Gamelis. tostum pro dim. librâ piperis. Hæc terra de Caburna est de dono Hugonis de Bajocis.

* In baillia de Taflesbi, Alanus de Pbi- * lb. b.
lingham, pro una carucatâ terræ, cum pertinentiis in Taflesbi; & pro i. aliâ carucatâ & ii. bovatis in Bommundebi, de dono Reginaldi de Crevequer, quæ sunt de feodo Matbei de Taflesbi, tres marcas. In Wlfebi, W. de Albamarla i. bovatam & i. tostum, de dono Berardi de Crolli xii d. In villa de Taflesbi, Willelmus filius Lamberti, i. bovata, & i. tostum de dono Alasei de Cureis, iii s. Robertus de Rull', iii. bovatas, cum pertinentiis, pro iii s. de dono ejusdem. Ric. Clericus i. tostum de dono Roberti de Bajocis, xii d. In Osgotebi Jollanus i. tostum, de dono Berardi de Crolli, ix d. In Ireleseme i. bovatam, & i. tostum, de dono Hugonis de Bajocis, iii s. In Glenderstun. Radulfus Dregges, ii. bovatas, cum pertinentiis, pro dim. marcâ. Heliasi. bovatam & i. tostum, pro ii s.

De baillia de Colethebi. In Saltfletebi, Roy. de Estbi i. tostum & i. croftum de xxi. acris, de dono Thoraldi de Esterby ii s. de feudo Comitis Britannie. In Wilthale, Wilfelmus i. bovatam & i. tostum, de dono Ranulfi filii Cofti, vi s. Alanus Clericus ii. bovatas, & i. tosta pro vii s. ii d. quarum una est de dono Lamberti de Scoteni, & altera de dono Ranulfi militis. In Calton, Walterus i. bovatam

* lb. f. 91. a cap. Faleo i. bovatam & i. tostum

tum & i. toftum de dono *Randulfi de Weletove iii s. iv d.* In Birch, *Radulfus & Tvo* filius ejus unam toftum pro *iv s.* de dono *Matildis*
* Ib. f. 33. a de *Bajocis.* * In Barkewath *Hamo* unam bovatam & unam toftum de dono *Radulfi Tuscher, iv s.* In Stuninghe *Herbertus* unam bovatam & unum toftum, de dono Comitis *Randulfi, iv s.* In Calcwelle, *Simon ii.* tofta & una bovata & dim. pro *ix s. vi d.* de dono *Roberti Basset. Herbertus* filius *Thomæ* una bovata & unum toftum pro *vi s.* (&c.) Tota ista terra prædicta de Calcwelle & de Golekebi, est de dono *Roberti Basset.*

In villâ de Golkesbi, *Muriel* vidua, *iii.* bovatas, cum pertinentiis, de dono Comitis *Randulfi*, pro *v s. iv d.*
Ib. b. * In Scranlesbi, *Simon* unam bovatam & unum toftum, de dono *Rogeri* de *Malesoth, iii s.* Et ipse *Simon*, in Golekesbi, *iii.* acras, & dim. de dono *Odonis* pro *xii d.*

In baillià foccà de Bulingbroc, *Thori* & *Johannes* de *Sibecestria, ii.* bovatas & *ii.* tofta, de dono Comitis *Willelmi*, unam marcam & volatilia. In Stikeford. *Reggotus* de *Stikeford*, unum toftum, de dono *Gileberti* de *Bolonia, xii d.* uxor *Willielmi Anfi*, unum toftum pro *ii s.* de dono ejusdem, & le present. In Westkales, *Levos* fœmina *Rob.* Decani unam bovatam & unum toftum, de dono *Rogeri* de *Beningworth*, pro *v s.* & quatuor gallinis. In eadem villâ *Hugo* & *Sirie i.* bovatam & *i.* toftum de dono ejusdem, pro *v s.* & *iv.* gallinis. *Gillibertus* Presbyter pro uno tofto, de dono *Willelmi* de *Rumara xxii d.* In Tetingtune, *Robertus, ii.* bovatas, & unum toftum, de dono *Rob.* de *Canceis*, pro *x s.* & quatuor gallinis. In Walton, *Johannes* quatuor bovatas, cum pertinentiis, & sextam partem molendini pro *xvii s vi d.* pro omnibus serviciis. *Willielmus* filius *Askel, ii.* bovatas & dimidiam, cum pertinentiis, *xii s. vi d.* & quatuor gallinas. *Alanus Clericus* unam bovatam & unum toftum pro *v s.* & quatuor gallinis. *Rob. Kille* dim. bovatam & unum toftum pro *iii s.* & quatuor gallinis. *Radulfus Vilanus* pro *ii.*
* II. f. 34. a bovatis *x s.* & quatuor gallinis. * *Will.* de *Halton*, filius *Ricardi* pro una bovata & dim. *vii s. vi d.* & quatuor gallinas. *Hugo* filius *Emmæ*, & *Odo*, pro una bovata *v s.* & *viii.* gallinas. *Ric. Rut*, pro uno tofto *xvi d.* & quatuor gallinas. *Rob. Carbunel* unum toftum de suo dono, pro *vi d.* & le presenti. Ista terra de Walton est de dono *Roberti* de *Balonia* & *Giliberti* fratris ejus.

In Stepinges *Rad. Vilanus* unam bovatam & unum toftum dominicum suum pro *iv s. vd.* de suo dono. In Bundesbi unum toftum, de dono *Rogeri* de *Tilliol*, pro *xii d.* In Bulinbroc, *Alanus* dimid. bovatam & unum toftum pro *ii s. vi. d.* In Barebi, *Alanus* Capellanus *vii.* bovatas & dim. pro *xv s. ii d.* pro omnibus serviciis, & pro quodam prato *viii d.* scil. pro quatuor bovatis, quas emit de *Willielmo* de *Roumara, iv s.* pro *ii.* bovatis, quæ fuerunt *Agnetis* materteræ suæ, *vi s.* & pro bovatâ *Thorverdi, iii s.* Et pro dim. bovatâ, quam *Nicholaus* sororius ejus tenet de illo, *xxvi d. Acardus* tres bovatas pro dim. marcâ & quatuor gallinis. *Walt. Hundescot* pro dim. bovatâ *ii s.* & quatuor gallinis. *Brictiva* vidua, pro dim. bovatâ *ii s.* & quatuor gallinas. *Alanus* de *Bulingbroc* una bovata, pro *iv s.* & quatuor gallinis. *Adæ* dim. bovata, pro *ii s.* & quatuor gallinis. *Godardus* & *Reingedus*, pro una bovatâ *iv s.* & quatuor gallinas. *Willi.* filius *Gudæ*, una bovata pro *iv s.* & quatuor gallinis. *Alanus* dim. bovata pro *ii s.* & quatuor gallinis * *Will. Hundefes* dim. bovata pro * Ib. a. *iv s.* & quatuor gallinis. *Johannes* de *Holme* pro tribus partibus unius bovatæ *iii s.* & quatuor gallinas.

Ista terra de Harebi est de dono *Willielmi* de *Roumara.*

In Pitingesbi, *Simon Hundefot*, pro una bovata, sine tofto, de dono *Simonis Pistoris*, *iv s.* Et in eadem villâ, pro quodam tofto, de eodem dono, *xii d.* In Hirthebi, *Nicholaus* de *la Mare*, pro *ii.* bovatis *v s.* de dono *Willielmi* de *Roumara, Johannes Cristescot*, pro quadam terrâ, quæ est de *ii.* bovatis ejusdem *Nicholai, ii s.* & le presenti. *Adam*, pro quadam terrâ, *vi d. Ric. Medicus* pro uno tofto *xii d.* & le presenti, de dono *Willielmi* de *Roumara. Alanus Buche* pro uno tofto, de dono ejusdem, *xii d.*

In Cuninghesbi, *Rob.* de *Kipkelst*, pro una bovatâ & uno tofto *iii s.* & una piscaria, & dim. *iii s. iv d.* In Wintebi *Ric. Hundafot*, pro uno tofto, de dono *Eudonis* de *Batvent, xii d.* In Fozdington, *Alwredus* Decanus, pro uno tofto, de dono *Walteri* de *Lindesei, xii d.* ad Pascham. In Welletune, *Waltersus* & frater ejus, pro uno tofto *xx d.* In Roebi, *Haldanus* pro uno tofto *xii d.* In Cunnebi, *Rejnerus* pro uno tofto *xviii d.*

* In Insulâ, ex dono *Rogeri* de *Molbrai*, * Ib. f. 55. a. quædam terra, quæ fuit inhabitata; cujus, quædam pars est in dominio ad duas carrucas, quædam pars assisa. Ab his hominibus apud Betebi, *Regin.* una bovata pro *v s.* pro omni servicio. *Galfridus* una bovata pro *v s.* pro omni servicio. *Galfridus vii.* acras pro *iis s.* & *iii d.* pro omni servicio. *Warinus vii.* acras, pro *iii s. iii d.* pro omni servicio. *Deram* & *Tomas* frater ejus, pro una bovata & dim. *vii s. vi d. Rob.* fil. *Goldæ* una bovata, pro *v s. Thomas* filius *Inghe*, dim. bovata pro *xxx. d.*

Apud Aletorp, *Thomas, vii.* acras pro *iii s. vi d. Galfr.* Presbyter duas bovatas pro *x s. Hugo* de *Kinerdesere* unum toftum pro *ii s. Johannes* & *Rob.* frater ejus, duas bovatas pro *x s. Galfr. Palmer* unum toftum pro *ii s. Henr.* de *Herdewic viii.* acras pro *iv s. vi. d. Rob. Rusticus* unum toftum pro *ii s. Galfr.* filius *Wibaldi vi.* bovatas pro *viii s. Hugo Sutor* unam acram pro *xii d. Galfr.* Presbyter pro Ecclesiâ de Aletorp, *iv. s.* * De molendino de * Ib. b. Marethert, *xiv s. viii d.* Piscaria est in dominio.

In baillia de **Widine.**

APud **Thihencote**, ex dono *Radulfi Grumbaldi*, *Ascelinus* sacerdos una bovata, pro *iv s.* & presenti, & precariam. In **Hemping-ham**, ex dono *Aiæ* de *Rondi*, *xii.* bovatas. *Wimer* duæ bovatæ pro *v s.* & quatuor gallinis & quatuor dies in autumpno. *Odo* Diaconus una bovata pro *iii s.* & prædicta servicia (&c.)

In **Gretham**, ex dono Comitis *Rogeri* de *Warewic*, quatuor bovatas, quas isti tenent, *Godwinus*, & *Willelmus*, & *Walterus*, pro una marca, & prædicto servicio.

*Ib f.56.a. * In villâ de **Bere**, ex dono *Roberti* de la *Keneille*, una bovata, quam *Martinus* tenet pro *iii s.* & prædicto servicio. In **Wimundeham**, ex dono *Acardi* Monachi, duo-sta & duas acras terræ, quæ *Thomas*, & quædam vidua tenent pro *xxx d.* & prædicta servicia. In **Stapleford**, ex dono *Willelmi* de *Fereres*, *ii s.* quos ipse *Will.* reddit. In **Sevesterne** ex dono *Ric.* de *Sevrsterne* dim. carrucatam, quam *Simon* & *Hugo* tenent pro dim. marca & prædicto servicio. Et alius frater eorum unum toftum & *v.* acras pro *xii d.* & prædicto servicio. In eadem villâ, ex dono *Willelmi* de *Rajmet*, *Mauricius* dim. bovatam pro *ii s.* & prædicto servicio. In **Wolestorp**, *Goscelinus*, ex feudo *Pagani* de *Lalinde* unum toftum pro *xii d.* & prædicto servicio. In eadem villa *Mauricius*, ex dono *Reg.* de *Bordeli*, *vi.* bovatas pro *xl d.* In **Stoches**, ex dono *Radulfi* de *Buslon*, *Gamel* una bovata pro *iv s.* & prædictum servicium. In eadem villâ *Walt. Rote* unum toftum pro *xii d.* & prædictum servicium. In **Burton**, *Willelmus*, ex dono *Walteri* filii *Hugonis* una bovata pro *v s.* & prædictum servicium. In **Sutuhamstede**, ex dono *Walteri* de *Scoteni*, *Lambertus ii.* bovatas & dim. pro *viii s.* & *ix d.* & prædictum servicium.

In **Wantorp**, ex dono *Roberti* filii *Hugonis*, una bovata, pro *iv s.* & le presen. In eadem villa filius *Manna* una bovata pro *viii s.* *Matheus* quartam partem bovatæ, pro *iv s.* In **Eiham**, ex dono *Willelmi* de *Colevill*, quatuor bovatas & dim. quas isti tenent. *Regerus*, *Will.* & *Hugo*, pro *xv s.* & prædicto servicio. In **Stretone**, ex terrâ Ecclesiæ, *Gole*, *ii.* bovatas & dim. pro *x s.* & prædicto servicio. *Mich.* & *Berengerius* tres bovatas pro *xii s.* & terra Ecclesiæ. Et ex dono Comitis *Rogeri* de *Warewic*, *Turstanus* dim. bovata pro *ii s.* & prædicto servicio. *Will. Fulo* tres acras & unum toftum pro *ii s.* * & prædicto servicio. *Ib. b.* *Rob.* Sacerdos dim. bovata pro *ii s.* & prædicto servicio. In **Lelpintorp**, ex dono *Reg.* de *Bordelf*, & *Acardi* Monachi, *Will.* fil. *Avelina* unam carrucatam pro *iii s.* Item dim. carucata, quas isti tenent: ex dono *Achardi* Monachi, *Achur* tres bovatas pro *vi s.* & prædicto servicio; *Hugo Ep.* unam bovatam pro *iv s.* *Hugo* de *Corebi* una bovata pro *iv. s.* & prædicto servicio. *Will. Gacebi* dim. bovata pro *ii s.* & prædicto servicio. *Rad. Pewen* duas acras & unum toftum pro *xvi d.* & prædictum servicium. Uxor *Walteri Fox* unum toftum pro *xii d.* & prædictum servicium. De hoc debent reddi *xxv s. Willelmo* monacho, & hæredibus suis.

In **Wilne**, ex dono *Ogeri* de *Sproxuue*, *Galtr.* de *Cleipol*, *Rad.* de *Freinel*, *Rob.* filii *Acardi*, *Willi Forestarii* unam bovatam, pro *iv s.* & prædictis serviciis. *Ranulfus* dim. bovatam pro *ii s.* & prædicto servicio. *Rob.* quatuor acras & unum toftum pro *ii s.* *Rob.* frater *Ric.* una bovata pro *iv s.* & prædicto servicio. *Gilbertus* una bovata pro *iv s.* & prædicto servicio. *Reg. Pater noster* unam bovatam pro *iv s.* & prædicto servicio. *Galf. Coleman* una bovata pro *iv s.* *Will.* filius *Gilberti* pro dim. bovata *ii s.* *Ambrosius* parvus dim. bovata, pro *ii s.* *More* una bovata pro *iv s.* *Lefwinus* dim. bovata pro *ii s.* *Gilbertus* de *Landeseia* una bovata pro *iv s.* *Atropus* una bovata pro *iv s.* *Humfridus* dim. bovata pro *ii s.* *Rob.* dim. bovata pro *ii s.* *Reg. Rule* dim. bovata pro *ii s.* *Rob.* filius *Reginaldi* dim. bovata pro *ii s.* *Hugo Leilinton*, ex suâ empcione, quatuor bovatas, pro *viii s.* pro omnibus serviciis.

* In baillia de *Ogereston*, apud **Stiude**, ex dono Regis *Scotiæ*, *Willelmus* unam virgatam & quatuor acras prati, pro *x s.* & prædicto servicio. In **Getinges**, ex dono *Warneri* d'*Engaggnes*, *Willelmus* unum toftum & tres acras. pro *xii d.* In **Wincurt**, ex dono *Willelmi Cardun*, *Lefwinus Claudus* unum toftum & tres acras, pro *xviii d.* Sacerdos de eadem villa, ex dono *Suanonis*, *Galf. id* filii, unam acram pro *xii d.* & prædicto servicio. In **Clottone**, ex dono *Willelmi* de *Clottone*, *Rob.* & *Ric.* una bovata pro *vi s.* & prædictum servicium. In **Trapestune**, ex dono *Roberti*, *Arnaldus v.* acras & unum toftum, pro *iii s.* & prædictum servicium. In **Ambewicle**, ex dono *Willelmi* de *Musca*, *Rad.* una virgata pro *v s.* In **Benigfeld**, ex dono *Fulconis* de *Lisuris*, *Faber* tres acras, pro *iii s.* In **Porchehare**, ex dono *Rob.* militis, *Rob.* de *Grendun* unum toftum & tres acras pro *xii d.* In **Genelate**, ex dono Regis *Scotiæ*, *Reg.* de *Angus*, duas virgatas, pro *xviii d.* Idem, ex dono ipsius *Rogeri*, in **Stupentune** una virgata pro *xii d.* In **Babertune**, ex dono *Radulfi* de *Amundevill*, *Bartholomæus* tres virgatas, pro *vi s.* In alia **Babertune**, ex dono *Henr.* de *Longeville*, *Ric.* & *Rad.* Sacerdotes, pro *xiv d.* *ii.* tofta. In **Folkesworthe**, ex dono *Fulconis*, *Stephanus* una virgata pro *vi s.* *Rad.* Clericus pro *ii.* acris & uno tofto *i s.* *Rob.* de *Santorp* una virgata pro *xx d.* In **Glantune**, ex dono *Helie* de *Dudemull*, *Caperun* una virgata pro *ii s.* In **Ogerestane** ex dono *Bertrami* de *Wallingle*, * & *Rogeri Walarteis*, *ix.* acras, quas homines de **Dregeston** tenent pro *xx s.* & presenti, & operationem in autumpno. *Ib.*

Ib f.57.a.

De

De redditibus totius baillie de Eboracisire.

APud **Nethus** habentur *xvi.* carucatæ terræ, ex emptione fratrum à *Willielmo de Vliers*, & confirmatione *Henrici de Lasci*, quarum sex carucatæ & tres bovatæ sunt in dominio. Et apud **Sten-bigging** *xiii.* bovatæ assisæ de hiis hominibus; *Balduinus* una bovata, pro *ii s.* & dim. & *ii.* gallinas & *xx.* ova, & quatuor præcarias in autumpno, cum *i.* homine; bis arare, bis herciare, semel falcare, semel fenum levare, & cum opus fuerit stagnum reparare, & molas attrahere, & oves uno die lavare & alterâ tondere. *Bertramus* & *Osbertus*, pro una bovatâ *xxx d.* & prædictum servicium, (&c.)

*Ib.f.58 a. * Et sciendum, quod Cotarii omnes debent fenum spargere & levare semel, & oves lavare & tondere, & stagnum reparare, sicut illi qui tenent unam bovatam.

Apud **Wicstune** sunt quatuor carucatæ assisæ; *Will.* de *Granevile* tres bovatas pro nullo servicio. *Humfrai* pro duabus bovatis *iv s.* & quatuor gallinas & *xl.* ova, & *viii.* præcarias, cum *i.* homine in autumpno; semel falcare & fenum levare; bis arare, & bis herciare; semel oves lavare & tondere, & opus molendini facere. *Ric.* filius *Gamelli*, pro duabus bovatis *iv s.* & prædictum servicium, (&c.)

*Ib.b. * Apud **Pennel** habentur *ii.* carucatæ terræ, ex dono *Will.* filii *Hervei*, quæ habentur in dominio. Apud **Tutum** habentur sex carucatæ, ex dono *Roberti Cambord*, quarum *iv* sunt in dominio, & *ii.* assisæ ab hiis hominibus; *Rad.* *Ib.f 59 a. *Taist* una bovata pro *v s.* & *i.* gallinas & *xx.* ova & *iv.* præcarias. *Galfr.* filius ejus una bovata pro *v s.* & prædictum servicium, (&c.) Item duæ bovatæ ex donis prædictorum quæ sunt in dominio. Ex emptione fratrum à *Rad.* filio *Gade*, *ii.* acras quæ sunt in dominio.

Apud **Stainthou**, duæ carucatæ, ex dono *Ric. Rollout*, quæ est in dominio. In **Langetune** unum toftum, ex dono *Alexandri* filii *Jordani*, quod *Rad.* tenet pro *xii d.* pro omni servicio.

Apud **Kelmgerthorp**, ex dono *Johannis Hangetram*, unum toftum & unam bovatam, quæ *Ric.* tenet pro *xi d.* pro omni servicio. Item ex *Ib.b. dono *Will.* de *Hoctun* unum toftum, quod ipse *Ric.* tenet pro *xii d.* pro omni servicio. Ex dono *Ade* de *Brus* unum toftum in **Hangelbi**, quod prædictus *Ric.* tenet pro *viii d.* pro omni servicio. Apud **Jarum**, ex dono *Ade* de *Brus*, tria tofta, quæ *Aeliz* de *Waram* tenet pro *iii s.* pro omni servicio. In **Bartune**, ex dono *Wigani* filii *Cade*, sex acras pro *ii s.* pro omni servicio, quas *Haldan* tenet. Apud **Kelbrunne**, ex dono *Michaelis*, unum toftum, & unam acram quam *Tho.* tenet pro *xii d.* pro omni servicio. Item ex dono *Michaelis* unum toftum pro *xii d.* quod tenet *Rogerus*. Apud **Hirotune**, ex dono *Roberti* de *Mustres*, sex bovatas, quas illi tenent; *Turstanus* tres bovatas pro *x s. vi d.* pro omni servicio. *Eudo* unam bovatam pro *iii s. vi d.* pro omni servicio. *Will.* duas bovatas, pro *vii s.* pro omni servicio.

Apud **Jernetwic**, ex dono *Will.* Vicecomitis una carucata, quam *Tho.* filius suus tenet pro una marca *Colonensi*, pro omni servicio. Apud **Lundhuse**, ex dono prædicti *Will.* unum toftum, quod *Kauterel* tenet, pro *iv d.* pro omni servicio. Apud **Nozp**, ex dono *Rogeri* de *Moubrai*, duas bovatas, quas isti tenent; *Ailwardus* duas acras pro *ii s.* pro omni servicio. (&c.) In **Watlous**, duas acras ex dono *Hervei*, quas *Ailwardus* tenet pro *xii d.* pro omni servicio. In **Burnebem**, ex dono *Ric.* filii *Harchle* dim. carucatam, quam monachi de Fontibus tenent pro *x s.* utq; ad *xx.* annos. In **Aloefeld**, ex dono *Rad.* filii *Aldrid*, duas acras, quas *Baldwinus* tenet pro *xii d.* pro omni servicio. In **Lindebi**, ex dono *Rob.* de *Mustres* dim. carucatam, quam *Alannus* tenet pro *x s.* pro omni servicio. In **Scurbentune**, ex dono *Figot* de *Lasceles* duas bovatas & unum toftum, quas isti * tenent; *Heraldus* una bo- *Ib.f.60 a. vata pro *xii d.* pro omni servicio. *Ibi.* unam bovatam pro *xii d.* pro omni servicio. *Henr.* unum toftum pro *xii d.* pro omni servicio. In **Cetebir**, ex dono *Will.* unum toftum, quod tenent isti, *Haldan* & *Emma*, pro *xvi d.* pro omni servicio. In **Lemingbaige**, ex dono *Henrici* filii *Hervei* unæ bovatæ, quam *Gamel* tenet, Fullo pro *iii s.* pro omni servicio. Apud **Flotam**, ex dono *Georgii* una bovata, quam *Will.* tenet pro *iv s.* pro omni servicio. Apud **Apeltune** tres acras, ex dono *Accolfi* de *Dunstal*, quas *Warinus* tenet pro *xii d.* pro omni servicio. Apud **Burel**, ex dono *Will.* filii *Jordani* duo tofta, quæ *Robertus* tenet pro *xii d.* pro omni servicio. Apud **Crachale**, ex dono *Roberti* filii *Rogeri* dim. acram, quam *Hugo* tenet pro *xii d.* pro omni servicio. Apud **Bauntune**, ex dono *Rogeri* de *Lingor*, dim. acram, quam *Adam* tenet pro *xii d.* pro omni servicio. Apud **Huntune**, ex dono *Rogeri Gulewast*, duo tofta, quæ *Godwinus* tenet pro *xiii d.* pro omni servicio. Apud **Huntune** jacet toftum quoddam vastum. Item in **Huntune** unum toftum, ex dono *Rad.* de *Fecherbi*, quod *Godwinus* tenet pro *xiii d.* pro omni servicio.

Apud **Alwarthorp**, ex dono *Ric.* de *Morevill*, sex carucatæ, *i.* in dominio, & *v.* sunt assisæ ab hiis hominibus; *Will.* de *Hispania* duas carucatas pro dim. marcâ pro omni servicio. *Siwardus* duas bovatas pro *v s.* & duas gallinas & quatuor præcarias, bis falcare, *ii.* homines, quamdiu fenum fuerit levandum, invenire, & domui ducendum; & *i.* die bladum * cariare, & ter averare in anno, quælibet bo- *Ib. b. vata ad *xii.* leucas, ad *Eboracum* vel ad *Sartlet*, vel ad *Withelsiam*; ad pannagium scil. *i d.* duas precarias carucatæ per annum. *Walt. Belami* unam bovatam pro *xxx d.* & prædictum servicium, (&c.)

* In **Haitune**, ex dono *Ric.* de *Galhecast*, *Ib.f.61 a. unum toftum, quod *Ric.* filius *Rad.* tenet pro *xviii d.* pro omni servicio. Ex dono *Ricardi*

de *Morevill* unum toftum, quod *Rs.* filius *Radulfi* tenet pro *ii s.* pro omni servicio. In Withcroft, ex dono *Hunfrid* de *Gunneb.*, unum toftum, quod *Alnerus* tenet pro *xxxii d.* pro omni servicio. In Cattune, ex dono *Pagani* dim. carucatam terræ, quam *Walt.* filius ejus tenet pro *iv s.* pro omni servicio. Ad *pontem belli*, ex dono *Petri Basset* unum toftum, quod *Rad. Carpentarius* tenet pro *xii d.* pro omni servicio. Apud Wichele, ex dono Domini *Rogeri* de *Munbrai*, tres carucatas terræ, quæ sunt in dominio. Item ex dono ipsius *Rogeri* unam carucatam in Cabr, quam illi tenent; *Helias* dim. carucatam pro *xi s.* pro omni servicio, (&c.) Apud Clif, quatuor carucatas, ex dono Episcopi *Dunelmiæ*; quarum *Turstanus L. virgd*, duas carucatas tenet pro *xx s.* & *Johannes* de *Beverlaco* duas carucatas, pro *xx s.* In eadem villa *Will. Nutebrun* dim. carucatam, ex dono *Hugonis Scarlat*, quam tenet pro *v s.* sine omni servicio. *Tho.* filius *Tocca* unum toftum, pro *xv d.* ex dono *Turstani Lavard*, & tres præcarias in autumpno *Ansal* unum toftum pro *ix d.* pro omni servicio.

*Ib. b. * Apud Hmetune, ex dono *Herberti* sex bovatas, quarum *Cecilia* vidua quædam duas bovatas tenet pro *v s. iv d.* & duas gallinas, & tres præcarias. *Ric.* duas bovatas pro *iv s.* & *ii.* gallinas & quatuor præcarias. *Thoraldus* duas bovatas pro *iv s.* & *ii.* gallinas. Apud Coletune, ex dono *Cecel'a* de *Campeus*, & confirmatione *Thomæ* filii sui, *Ric.* filius *Arnaldi*, pro una ovata, & *i.* acris *iii s.* & idem servicium quod homines de Scuhus faciunt. *Arnulfus* pro una bovata *ii s.* & prædictum servicium. *Fulco* pro *ii.* bovatis *xxx d.* & prædictum servicium. *Waldingus* pro *i.* bovatis & dim. mesuagio suo, erga solem *iii s.* pro omnibus servitiis. *Tho.* de *Insula* tres carucatas pro forinseco servicio.

Hæ pertinentiæ sunt de Sethus. Ex dono *Petri* de *Osmundestorp*, *Will.* de *Osmundestorp*, pro *xxx.* acris *ii s.* pro omni servicio. Ex dono *Tho.* de *Hoveringham*, *Durandus* de *Middelmue* pro mansura quadam in Herefelt, *iii s.* pro omni servicio. Ex dono *Raineri Flameng*, *Cole* pro una bovata in Daltune, *ii s.* pro omni servicio. Ex dono ejusdem *Reineri*, *Will.* de *Skiptun* pro mansura quadam, *ii s.* pro omni servicio. Item ex dono *Henrici Flandrensis* apud Stripton, *Hugo* pro *xx.* acris *iii s.* pro omnibus serviciis. Ex dono *Osberti* Archidia-
*Ib. 62. a. coni *Alia* de *Gingeia*, pro sarta quadam *ii s.* pro omni servicio. Ex dono *Radulfi* de *Normanvill*, apud Brunford, *Petrus* pro una bovata *xxx d.* pro omni servicio.

Ecclesiæ de Withchirche est in dominio, præter Altare, quod *Paulinus* Sacerdos tenet pro tres marcis. Apud Sethus duo molendina sunt in dominio; molendinum scil. de blado & aliud Fulerez. Item aliud molendinum est apud Sethus, quod homines de Stretune tenent pro *xx s.* pro omni servicio.

Apud Houkeswell, ex dono *Rob.* filii *Thoralli* dim. acram, quam *Alfsi* tenet pro *xii d.* pro omni servicio. *Ric.* unum toftum & dim. acram pro *xii d.* pro omni servicio. Apud Burgum, ex dono *Herberti* una bovata, quam *Reg.* de *Caterie* tenet pro omni servicio, pro *ii s.* Apud Richemund, ex dono Comitis *Conani* duo tofta, quæ *Alanus* & *Suanus* tenent, pro *ii s.* pro omni servicio. Apud Barletune, ex dono *Roberti Traci*, unam bovatam, quam *Ric. Nest* tenet pro *iii s.* pro omni servicio. Ex dono *Beatricis* apud Stretford, unum toftum
* quod *Robertus* de *Ireci* tenet pro *viii d.* pro *Ib. b.
omni servicio. Apud Bortune, ex dono *Hugonis Marbiss.*, duas carucatas, quas homines villæ tenent pro *xl s.* & *iii* d. unde d. bent *xx s.* reddi ipsi *Hugoni* in vitâ suâ. Apud Gildale, ex dono *Willelmi* de *Perci*, unam bovatam quam *Robertus* tenet pro *ii s.* pro omni servicio. Apud *Hengelbi*, ex dono *Adæ* de *Brus*, duas bovatas, quas *Galfridus* tenet pro *v s.* pro omni servicio. Apud Wiltune, ex dono *Radulfi* unum toftum, quod *Rad.* filius *Sture* tenet pro *xv d.* pro omni servicio. Apud Thimelbi duas bovatas, ex dono *Jordani Hairun*, quas *Gamellus* tenet pro *vi s.* pro omni servicio. Apud Baggabi unam carucatam, ex dono *Rogeri* de *Munbrai*, quam *Rogerus* filius *Gikelli* tenet, pro dimidiâ marcâ, pro omni servicio. Apud Seurebi, ex dono *Hugonis* de *Morevile*, totam villam, unde homines villæ reddunt *xl.* pro omni servitio.

Apud Tresc, ex dono *Rogeri* de *Munbrai*, *Bartholomæus* unum toftum & *iii.* acras de prato pro *iii s.* pro omni servicio. *Radulfus* unum toftum & tres acras, pro *v s.* & *iv d.* pro omni servicio. *Will. Wildsubel* unum toftum pro *xx d.* pro omni servicio. *Rob.* de *Gilington* unum toftum pro *ii s.* pro omnio servicio. *Will.* unum toftum pro *ii s.* pro omni servicio. *Rad. Wimplere* unum toftum pro *ii s.* pro omni servicio. *Durandus* unum toftum pro *xii d.* pro omni servicio. Quædam vidua unum toftum pro *xii d.* pro omni servicio. Apud Dsetotebi, ex dono *Gilberti* de *Menil* unam bovatam, quam *Hacoman* tenet, pro *ii s.* pro omni servicio. Apud Cukemalo, ex dono *Thomæ* de *Coleville* unam bovatam, quam *Ansfridus* tenet, pro *iii s.* pro omni servicio.

Apud Berebi, ex dono *Ricardi Croer*, sex carucatas. *Theodoricus x.* bovatas * pro *xvi s.* *Ib. f. 63. a
viii d.* pro omni servicio, & duo sarta pro nullo servicio. *Will.* filius *Everardi* unam bovatam pro *xx d.* pro omni servicio, (&c.)
* Homines de Berebi dicunt super veredictum *Ib. b.
suum, quod de omnibus placitis suis, quæ non possunt finiri per illos, nisi per fratres debent habere dimidium forisfactum, & fratres dimidium aliud; & quod per ipsosmet totum habebunt forisfactum, & dabunt ad obitum suum tertiam partem.

Apud Ampelford, ex dono *Willelmi* de *Surdeval*, tres acras, quas *Everardus* Presbyter tenet pro *iii s.* pro omni servicio. Apud Calbertune, ex dono *Ricardi Grover* unam acram, quam *Aumundus* filius suus tenet pro *xii d.* pro omni servicio. Apud Rubintune tres bovatas, ex dono *Willelmi* de *Stainegrive*, quas *Will.* de *Nungeon* tenet pro *xl d.* pro omni

omni servicio. Apud Wimbeltune unam acram, ex dono *Gervasii* quam *Leuericus* tenet pro *xii d.* pro omni servicio. Apud Healmesley, ex dono *Walteri* de *Spec*, *Eda xxx.* acras pro *iii s.* pro omni servicio. Apud Scalletune, ex dono *Hugonis Malebisse*, tres bovatas, quas *Rogerus* & *Mater* sua tenet pro *iii s.* pro omni servicio. In eadem villa duas bovatas, ex dono ipsius *Hugonis*, quæ vastæ jacent, quæ solebant reddere *ii s.*

*Ib.f.64.a. * In *Norht Cava*, ex dono *Willielmi* de *Stutevill*, unum toftum, quod *Rogerus* filius *Petri* tenet pro *xii d.* pro omni servicio. In Droitune, *Gamel* tenet molendinum ex dono *Alexandri* de *Hibaldeston*, pro *ii.* marcis & dim. pro omni servicio; & nos reddemus eidem *Alexandro* pro eodem molendino *xx s.* annuatim imperpetuum. Apud Withele, *Nicholaus* filius prædicti .... tenet molendinum venti, pro *viii s.* pro omni servicio. Apud Baggaflet, *Ricardus* tenet molendinum venti, pro *ii.* marcis. In Kipplingham, ex dono *Stephani*, unum toftum, quod reddit *xis* d. In *VValdi* dim. carucatam, ex dono *Thomæ* filii *Arkil*, quam *Radulfus* de *Beverlaco* tenet pro *v s.* pro omni servicio.

In Farslet molendinum tenet *Serlo*, pro *xv s.* *Gille ii.* acras pro *ii s.* & unaquaque die Lunæ in autumpno *i.* faciet præcariam, & præterea tres præcarias & unam gallinam & *x.* ova. *Serlo* duas acras pro *xx d.* & prædictum servicium. (&c.)

Apud *Eboracum*, ex dono *Rogeri* de *Munbrai*, molendinum sub Castello Domini Regis, quod *Henricus* de *Fiskergate* tenet pro *xx.* marcis & dim. pro omni servicio. Ex emptione fratrum tres tofta, quæ *Silvester* tenet pro *iv s.* pro omni servicio. Ex dono *Thomæ* ultra *Ilfam* unum toftum, quod *Walterus* faber tenet pro *ii s.* pro omni servicio. (&c.)

*Ib.f.65.a. * Apud Kelintune, ex dono *Adæ Suani*, *viii.* bovatas; *Raimundus*, unam bovatam pro *iv s.* & quatuor gallinas & *xl.* ova. Si pastus fuerit & porcos habuerit, de *v.* porcis unum porcum (&c.)

Ecclesia de Kelintune est ex donatione *Henrici* de *Lasci*, quam *Johannes* de *Kelintune* tenet, nichil indè reddens. Duo molendina apud Hirst sunt in dominio. Apud Fenwic, ex dono *Jordani Poliot xl.* acras, quas isti tenent; *Alexander* Pistor *v.* acras pro *xv d.* (&c.)

* Ib. b. * Ex dono *Otonis* de *Tilli*, *viii* acras, quas *Walterus* tenet pro *xxx d.* Item, ex dono *Otonis* de *Tilli*, *viii.* acras, quas *Radulfus* filius *Lefrici* tenet pro *ii s.* Item ex dono ipsius, *Sudbreit*, quatuor acras pro *xii d.* Ex dono *Otonis*, *Bondus xx.* acras pro *v s.* *Cesar Clericus xii.* acras pro *iii s.* Apud Noctune, ex dono *Jordani Poliot*, *Rogerus Plumer* unam acram pro *xiv d.* *VVillielmus Man vi.* acras pro *ii s.* Apud Fareburne, ex dono *Adæ* filii *Petri* de *Birkine* quatuor acras. Et ex dono *Adæ* filii *Petri* de *Prestune*, *x.* acras, quas *Simon* de *Fareburne* tenet pro dimidia marca.

Apud *Burgum* unum molendinum, quod *Robertus VValeusis* tenet pro *xx s.*

Ex Cod. MS. in officio Armorum [L. 17.] f. 141. a.

ANno dominicæ Incarnationis MCCCCxxxiiii. *hunc librum taliter compilavit Frater* Johannes Stillingflete, *de nominibus Fundatorum Hospitalis S.* Johannis Jerusalem *in Anglia, ac datarum Ecclesiarum, Capellarum, Præceptoriarum, Maneriorum, domorum, terrarum, reddituum, locorum; & aliorum bonorum specialium, tam Hospitali præfato, & ejusdem Præceptoriis & membris, quam Domui olim* Militiæ Templi, *infra regnum Angliæ collatorum; & quæ & quanta in eorum animarum remedium salutare contulerunt, necnon apposuit certa nomina Magistrorum dicti* Ordinis Militiæ Templi *& Hospitalis: ac etiam tam nomina Priorum Prioratus dicti Hospitalis in Anglia, quam etiam Priorum & Suppriorum Ecclesiæ ejusdem Hospitalis, & aliorum præceptorum & Presbyterorum ejusdem Ordinis defunctorum, cum nominibus cæterorum suorum benefactorum; & qualia, ob suorum perpetuum memoriale, Ecclesiæ dicti Hospitalis contulerunt, prout cum summo studio & labore potuit invenire, ea de causa, ut animæ omnium, quorum nomina in hoc libro continentur, in orationibus omnium Fratrum dicti Hospitalis specialius haberentur. ut non tantum horum, verum etiam ut in generali omnium aliorum suorum benefactorum, & fratrum defunctorum, ipsi Fratres memores existerent, ut tenentur.*

Jordanus Briset, Baro, tempore Regis *Henrici*

Henrici primi, circa Ann. Domini *MC.* fundavit domum ac Hospitale S. *Johannis* de Clerkenwell; Hic etiam erat Fundator, priùs, Domus Monialium de Clerkenwell; ac ab eis emit decem acras terræ, super quam terram dictum Hospitale ac domum fundavit; pro quibus decem acris terræ, dedit eisdem monialibus *xv.* acras terræ in dominio suo de Wetlingale, in comitatu *Cant.* Hic *Jordanus* obiit *xviii. Septembris*; & *Muriel* uxor ejus obiit primo die *Maii*.

Willielmus de *Maundevilla* Comes *Essexiæ*, dedit pro animâ suâ, & antecessorum & successorum suorum, Fratribus Hospitalis S. *Johannis* de Clerkenwell, quinq; damos, percipiendos inter festum *Nativitatis* S. *Johannis Baptistæ*, & festum S. *Michaelis*; & quinque damas, percipiendas inter dictum festum S. *Michaelis* & *Quadragesimam* singulis annis in perpetuum in parco suo de Enfelde, sumptibus Prioris dicti Hospitalis. Et idem dedit etiam eisdem Manerium & dominium de Chiphenham, ut clariùs patet infra.

Frater *Terricus* de *Nussa*, quondam Prior hujus Hospitalis, & sui confratres . . . ., in suo Capitulo celebrato apud Wetheburne Anno *MCCxlii.* ordinaverunt & statuerunt, pro se & successoribus suis imperpetuum, unum Capellanum ad celebrandum beatæ & gloriosæ Virgini *Mariæ* solemniter in Ecclesiâ de Clerkenwell, pro animâ *Andreæ Bockerel*, quondam Majoris Civitatis: & super hoc lata fuit sententia Excommunicationis plurium sacerdotum in illum, vel in illos, ad quem vel ad quos pertinet, ut prædictum servicium non perimplearur. Et idem Frater *Terricus*, Anno Domini, quo supra, assensu totius Capituli & confratrum, statuit & ordinavit duos Capellanos seculares accrescendo numerum Capellanorum apud Clerkenwell, ubi antea non fuerunt nisi quinq;, ad celebrandum, *viz.* ibidem imperpetuum, pro animâ *Petri* de *Elylond*, quondam Civis *Lond.* & hoc sub pœnâ excommunicationis, ut supra: propter quod Executores dicti *Petri* dederunt dicto Priori *CLv.* marcas sterlingorum. Et nota, quod deputati sunt *xv.* Capellani, ad minus, cum certo numero aliorum Clericorum, ad divina celebrandum in Ecclesiâ prædictâ. *viz.* per Fratrem *Reimundum Berengarium*, quondam summum Magistrum *Rodæ* Conventus, ut patet per Bullam plumbeam dictorum Magistri & Conventus, directam fratri *Johanni Dalton* quondam Priori dictæ Ecclesiæ, & hoc sub virtute sanctæ obedientiæ, *v.z.* anno Domini *MCCCLxi.*

Frater *Philippus Thame*, quondam Prior Hospitalis, cum assensu fratrum suorum concessit fratri *Hugoni Lichefild*, tunc Custodi novi Templi, & successoribus suis, in augmentationem luminaris, & divini cultus ibidem, totam terram quæ vocatur Fliketzfeld, & gardinum vocatum Cotterell gardin: Concessit etiam eidem fratri *Hugoni* & successoribus suis, Custodibus ibidem, mille fagetros pro focali, quolibet anno; percipiendos in bosco de Lülegbiri, inter festa *Nativitatis* S. *Joh. Bapt.* & S. *Michaelis*, sumptibus tunc dicti Fratris *Hugonis* & successorum suorum; ampurandos, faciendos & cariandos, usq; dictum novum Templum, *viz.* anno *MCCCxli.*

Willielmus Langeford miles, dedit Hospitali plura tenementa in parochiâ S. *Sepulchri* extra Newgate *London.* & in parochiâ S. *Dunstani-West*; pro cujus animâ *Hospitale* prædictum tenetur invenire unum Capellanum, ad celebrandum ad Altare S. *Johannis Evangelistæ* ibidem imperpetuum; percipiendum singulis annis, victum suum, unam robam & Cameram suam in Dormitorio ibidem, ac duas marcas argenti. Facta est hæc Cantaria Anno Domini *MCCCxxxvi.*

Willielmus Coterell dedit aulam vocatam Opsours Hall in Civitate *London:* in parochiâ S. *Muldredæ*, cum aliis diversis tenementis & redditibus in Fletestrete, & pasturam vocatam Fliketzfeld.

Robertus Waseyle & *Gilbertus Basset* dederunt Templariis diversos redditus & terras apud Charing.

Alanus Gyll, Civis & Bladarius *Lond.* plura bona dedit Hospitali.

Walterus filius *Roberti*, dedit Hospitalariis advocationem Ecclesiæ de Woodham, in diœcesi *Londonensi*.

Willielmus de *Halez* dedit Hospitaliariis de Clerkenwell *xviii d.* quieti redditus in parochiâ S. *Andreæ* propè Castrum *Baynardi*, & S. *Martini* de Ludgate.

Gerardus Beynin dedit eidem *xii s.* annui redditus . . . . . libras cumini in parochiâ S. *Brigidæ*.

Humfridus Spendelone dedit *ii s. vi.* in parochiâ S. *Sepulchri*.

Johannes Franceis, Capellanus, dedit *ii s. vi d.* in eadem parochiâ.

Willielmus de *Farendon* dedit *xiv s.* in parochiâ beatæ *Mariæ Magdalenæ* in Milkstrete.

Nicholaus Tannator dedit *ii s. vi d.* in paro, chiâ S. *Sepulchri*.

Henricus de *Waldgrave* dedit *xs.* in parochiâ S. *Nicholai Olaf*.

Johanna filia *Willielmi* de *Waltham* dedit *vi s.* in parochiâ S. *Brigidæ*.

Johannes Marescelle dedit *ii s.* in parochiâ prædictâ.

Johannes Hanelyne dedit *xl s.* de quodam tenemento, juxta Holburne-bregge.

Willielmus de *Halliwelle* dedit *x s.* in Walbrooke.

Johannes de *Hackney* dedit *v s.* in parochiâ S. *Sepulchri*.

Matildis de *Rothinge* dedit *vii s.* apud Quene-hive.

Petrus atte Gate dedit *xii d.* in Clerkenwelstrete.

Walterus de *Lewys* dedit *xii* d. ibidem.

Adam de *Marchenese* dedit *xxx s.* in Breelane.

Willelmus Slyke dedit *xvi d.* in West-Smithfeld.

Jordanus filius *Willielmi* de *Maweye*, dedit ad luminare Ecclesiæ de Clerkenwell *viii s. iv d.*

Ra-

Rad. Camerarius dedit ad luminare ibidem *ii s.* in Southfelet.

Willelmus Paulton dedit plures quietos redditus in dicta Civitate.

Melendina de Wixelatte, cum gardino, vocato Parish-garden cum pluribus terris, tenementis, pratis & pasturis, in Suthwark, Bermunton, Lambethe, & Merington, tenentur de Abbate de Waltonbeley, pro *x.* marcis *ivs.* annualis redditus.

Tho. Foliat, alias dictus *Gilbertus Foliat*, dedit Hospitalariis le Commaundofmantels, quæ tempore fratris *Johannis Radington* non erant divisæ, sed integra & seminabantur.

Dominus *Alein* de *Barowe* dedit dominium rotum de Highbury & Newton, cum pertinentiis.

Robertus Quincy Comes *Leycestriæ*, & *Margareta Lacy* dederunt, ut fertur, Hospitalariis, parcariam de Woodstoke; pro qua quidem Rex *Angliæ* dedit eis in escambium boscum de Lillestan.

Otho quidam, filius *Will.* de *Killeston* dedit Templariis Manerium suum de Lillestan, anno Regni Regis *Henrici* tertii, *xvii.*

Willelmus Hastig dedit Templariis, pratum, juxta Packney; vocatum Pattingmede.

Edmundus Comes *Cornubiæ* dedit communiam cujusdam magnæ & speciosæ pasturæ in Hundredo de Isleworth, pro Priore Hospitali, & tenentibus suis ibidem.

Johannes de *Crauford* dedit dominium & villam de Crauford, cum pertinentiis.

Domina *Johanna Gray*, uxor quondam *Roberti* de *Gray* militis, dedit Manerium de Hampton, juxta Kingston, cum omnibus pertinentiis, & obiit secundo die *Octobris MCC xii.*

Gilbertus de *Hampton* dedit *ivs. vi d.* annui reditus Manerio de Hampton, recipiendos annuatim de Vicario de Kingstone.

Christiana Hawode dedit *Lx.* acras terræ cum pertinentiis in Hampton & Hake. Dicta Domina *Johanna Gray* dedit Manerium de Sholbington, cum pertinentiis in Comitatu *Buck.* sed modo extra manus religionis.

Alured us de Boevilla & *Sibilla* uxor ejus, dederunt Ecclesiam de Chamreth, cum pluribus terris & redditibus anno Domini *MCLxix.*

Willelmus filius *Godefridi* dedit *vi s.* acras terræ, & unam rodam, cum quodam prato ibidem.

Willelmus Comes de *Fevariis* dedit Hospitalariis Ecclesias de Thurrok & Stebbing, in Comitatu *Essexiæ*.

Bernardus de *Bailiolo* dedit Templariis *xv.* libratas terræ in Dychin & Paxton, tunc præsentibus Domino *Eugenio* Papâ, & Rege *Franciæ*, & Archiepiscopo de *Senon.* & *Rotomag.*, præsentibus etiam *Cxxx.* Fratribus militibus Templi, albis clamidibus indutis, cum aliis pluribus: Et nota quod habet sic de verbo in verbum, in Cartâ ejusdem *Bernardi.*

Matilda de *Leveese* dedit plures terras & tenementa, cum pratis & pasturis ibidem.

Johannes de *Baillol* dedit eisdem duas marcas annuas reddendas, in Wilies pertinentes eidem.

Oliverus de *Malvoisin* dedit eisdem, ibidem, plures terras.

Gilbertus Comes *Penbrochiæ* dedit Templariis Ecclesiam de Westone, cum pertinentiis, ac cum *x.* libratis terræ pertinentibus Manerio ibidem.

Idem *Gilbertus* dedit eisdem boscum de Langnoke, cum molendino & diversis villanis ibidem, & in Westone predicta.

Idem *Gilbertus* dedit eisdem, burgum de Baldok, cum Ecclesia ibidem.

Dominus *Robertus* filius *Walteri* dedit, Templariis plura terras & tenementa in Kingstone: Etiam dedit plura tenementa ad Ecclesiam ibidem.

Vincentius filius *Osberti* dedit Templariis in Parochiâ de *Hengeo*, plura terras & tenementa, cum redditibus & aliis.

Rogerus de *Craste* dedit Templariis Manerium de Werewe, cum pertinentiis. Et *Lucia* de *Say* dedit eis *xv s.* annui redditus in Limbenhurst, pertinentes eidem Manerio.

Item *Matheus Bovile* dedit eis molendinum aquaticum ibidem.

Item *Johannes Pantort* & antecessores sui dederunt *x s.* annui redditus, & septem acras terræ arabilis in Shene, pertinentes eidem Manerio.

Johannes de *Elfando* dedit Manerium ibidem (scil. in Elfande) cum pluribus terris, redditibus, pratis & pasturis.

Hugo de *Nevill* & ejus antecessores dederunt Manerium de Lokeswood, cum bosco & redditu, & aliis pertinentiis ibidem.

Rex *Steph.* dedit Templariis Maneria de Cressing & Witham, in Comitatu *Essexiæ*.

Rob. Scales dedit eisdem *CLxx.* acras terræ, tres acras prati, & quinq; acras pasturæ, plenum unâ acrâ & dimidia bosci, in Rouenhalle, pertinentes ad Witham prædictam.

Item Rex *Steph.* prædictus, dedit eis dimidium Hundredi de Witham, & valet per annum *Cs.*

Item Comes *Bononiæ* dedit eisdem *DLxx.* acras terræ, novem acras prati, *xlv.* acras pasturæ, *Lxix.* acras bosci, & duo molendina pertinentia ad prædictum Manerium.

Johannes de *Standone* & antecessores sui dederunt eis *Lxxvii.* acras terræ & *xii d.* redditus.

Item *Petrus* de *Toppesfield* dedit eis tres libratas redditus ibidem.

Item *Petrus* Clericus & antecessores sui, dederunt *CC.* acras terræ & *XXX.* acras bosci.

Rex *Henricus* secundus dedit eis *Finchingfeld*, pertinens eidem Manerio de Cressing.

Gilbertus de *Montefichet* dedit medietatem

Maneril

Cressing Temple.

Manerii de **Pnge** at **Stone** cum omnibus eisdem pertinentiis. *Reg. de Synch* dedit quinq; acras terræ ibidem. Dictus *Gilbertus* dedit eisdem Ecclesiam ibidem, cum pluribus terris.

Willielmus Loveday dedit Templariis duo messuagia, & *Cxxi.* acras terræ, & quartam partem molendini aquatici, cum pasturâ in **Wilburgham** magnâ.

Prior & Conventus *Elienſis* dederunt Ecclesiam ibidem.

Petrus de *Malo alneto* dedit Templariis plures terras & redditus ibidem.

Willielmus de *Maundevilla*, Comes *Essexiæ*, dedit Hospitalariis Manerium cum villâ de **Choppinham**, cum omnibus pertinentiis, exceptis Ecclesiâ ejusdem villæ, & terrâ de **Chikland**, *viz.* anno Domini *MCLxxxiv.* in præsentia Regis *Henrici* secundi, anno regni sui *xxx.* in Capellâ suâ apud *Westmonasterium.*

Matildis de *Maundevilla* dedit tertiam portionem de Manerio ..... ad lumen Capellæ ibidem inveniendum.

Ricardus de *Camera* dedit *viii.* acras terræ ad dictum lumen ibidem inveniendum.

Henricus de *Kenefeke* dedit unam magnam pasturam in **Fozdham.**

Willielmus filius *Randulphi* de *Silverley*, dedit Hospitalariis ibidem, quinquaginta acras terræ, cum quadam pasturâ, continente *xv.* acras, in **Asheley**, & **Silverley**, pro uno Capellano celebrante pro ejus animâ apud **Asheley**; & plurima alia bona dedit eisdem.

Item *Willielmus Randolf* dedit eisdem *CLiv.* acras terræ arabilis in **Asheley** & **Silverley.**

Comes quidam *Glouceſtriæ*, dedit plurima bona apud **Togrynde**, pertinentia eidem.

Henricus Rex *Angliæ* tertius, dedit boscum de **Carleton**, vocatum **Lyngſwood**, pertinens eidem.

Willielmus filius *Audelini*, Domini Regis Dapifer, dedit Ecclesiam de *parva* **Papletreſtede**, cum omnibus pertinentiis, ac ejus patronatus ejusdem, tempore Regis *Henrici*, anno Domini *MCLxxxvi. xvi.* Kal. *Aprilis*, apud *Lond.*

Juliana filia *Roberti Doiſnelli* dedit Hospitalariis totam villam de *parva* **Papletreſtede**, cum omnibus pertinentiis.

Simon de *Odewell* miles, dedit eisdem quamplurima terras & tenementa, redditus, pasturas, & alia in **Odewell**, pertinentes eidem, & in **Geſtingthorp.**

Willielmus Joy dedit plurimas terras & redditus; similiter & alia bona in dictis villis.

Alexander filius *Ricardi* de *London.* dedit in **Buſtede**, pertinente eidem, triginta octo acras terræ & dimidium, & tres rodas prati & tres rodas bosci, cum pertinentiis.

Matildis de *Watevyle* dedit *xv.* acras terræ arabilis, cum pertinentiis ibidem. *Oliverus Grueys*, *Willielmus Philip*, & *Martinus* de la *Bruer* dederunt quamplurimas terras, tenementa, pasturas, prata & boscos in **Yatesdo** *Peverell*, pertinentes eidem.

Petrus de *Valoniis* & *Willielmus* de *Bosco* dederunt terram de **Affebruge.** *Rogerus* filius *Ricardi* de *Lambinne* dedit plures terras & redditus ibidem.

Robertus Baſirge dedit Hospitalariis Maneria de **Sutton** ar **Hoone**; & de **Dertford**; & de **Walgell** in Comitatu *Kanciæ.*

Elena de *Saukeville*, filia *Radulfi* de *Dene*, dedit totam terram suam de **Lagehant** eidem Manerio de **Sutton.** *Radulfus* de *Penhoſte*, plures terras & redditus eidem Manerio. *Nicholaus* filius *Nicholai* de *Twycham* dedit *vii s. viij* d. redditus, cum pertinentiis in villâ de **Sutton**, & *xv s. ix* d. in villâ de **Dertford.**

Gilbertus filius *Willielmi Hulles*, dedit eidem Manerio plures terras & redditus.

Johannes de *Monteacuto* dedit Hospitalariis Manerium de **Hecherington**, cum pertinentiis, ac etiam advocationem Ecclesiæ ibidem.

Thomas de *Saunford* miles, dedit Templariis Manerium de **Saunford**, cum pertinentiis in Comitatu *Oxonii*, ac etiam advocationem Ecclesiæ de **Bibury**, in dioceſi *Sarum.*

Matildis regina *Angliæ*, dicta bona Regina, quondam uxor Regis *Stephani*, dedit eisdem Manerium de **Couley**, cum pertinentiis, cum duobus molendinis in *Oxonio.*

Simon Comes *Northamptoniæ*, dedit eis Manerium de **Perttone**, cum pertinentiis eidem.

Comes quidam *Cornubiæ*, dedit eis Manerium de **Hozſepath**, cum pertinentiis eidem. *Barnardus Malets* dedit plures terras & redditus in utriſq; villis de Hozſpath. *Willielmus de Senkewche*, & sui anteceſſores, & *Willielmus* filius *Johannis Appleford* dederunt eisdem plures terras & redditus in **Enſingdon**, pertinentes eidem.

Ricardus Foliot dedit quamplurimas terras & tenementa in **Werpeſgrove** pertinentes eidem.

Henr. Hoſe dedit eis villam de **Spurſholt**, cum villanis ibidem.

Robertus Archard dedit eis plurima terras & tenementa in dictâ villâ.

Willielmus Burell dedit eis unum meſuagium, cum curtilagio, in **Weſtcote**, pertinente eidem.

Dominus *Alanus* de la *Zouche*, dedit quamplurima terras & tenementa in **Sibſord** cum pertinentiis eidem.

Thomas de *Sibford* dedit eis *xlviii.* acras terræ, & unum molendinum, cum redditu ibidem.

Margareta Quincy, quondam Comitiſſa *Wintoniæ*, ac uxor *Saery Quincy* Comitis *Winton.* dedit ac confirmavit plurimas terras in **Sibſord** & in **Littleſord**, pertinentes eidem.

Ala-

Alanus de *Lymesy* & *Gerardus* filius ejus, dedit eisdem Manerium de Bradwell, ac etiam Ecclesiam de Bradwell, cum xl. terræ in eadem villa.

Johannes D'odingsels, filius Domini *Hugonis D'odingsels*, dedit eis unum messagium cum curtilagio & gardino; & xiv. acras terræ arabilis, & advocationem Capellarum de Belmesfote & Walwelle, cum pluribus aliis bonis in eadem villâ de Bradwell.

Rad. de *Cuntone* dedit eis xxxvi. acras & iii. perticatas terræ in *Magna* Cheverell.

Drugo Barentyne dedit Templariis apud Saundforde xx s. annui redditus, & unum lectum, percipiendum de dono Hospitalis S. *Johannis* extra portam orientalem *Oxon.* pro infirmo ibidem, sive paupere ibidem inveniendo.

Will. Mareschallus Comes *Penbrochiæ* dedit Templariis advocationem Ecclesiæ de Sypene, quæ modò est in manibus Episcopi *Sarum*, pro annuâ pensione quinq; marcarum, solvendâ Præceptori de Saunford.

Philippus de *Hampton*, *Rog. Foliot*, & *Rob.* filius *Thurstani*, dederunt plurima terras & tenementa ibidem, pertinentia eidem.

Sibilla quondam uxor *Ricardi Medici*, & *Will.* filius *Petri* de *Kersyngdon* dederunt eisdem plura terras & tenementa ibidem.

Rob. de *Olli*, & *Henr.* filius ejus, dederunt quamplurima terras & tenementa, cum pratis & pasturis in Drinsord, & Gosford.

Agnes de *Sibforde* dedit Templariis Capellam de Sibforde, cum omnibus pertinentiis: Dedit etiam eis plura terras & tenementa, & plenariam communionem in pratis, pascuis, & pasturis & aliis ibidem.

Will. de *Bosco*, dedit eis plures terras & pasturas in Bertone.

Ric. Sifrewaste & *Will. Sifrewaste* dederunt Hospitalariis unum molendinum, & plurima terras & tenementa in Clichware, pertinentes ad Saunford; *viz.* anno Domini *MCxxxvi.* & anno primo Regis *Steph.*

Johannes Berewyk dedit Templariis diversa terras & tenementa in Lokerige pertinentes eidem. *Milo* Comes *Herefordiæ* dedit duas hidas terræ ibidem.

Antecessores Domini Regis dederunt Templariis Manerium Templi Rode, cum pertinentiis in Comitatu *Wiltes.* pertinens ad Saunford prædictum.

Rob. de *Veteri ponte* dedit Templariis & eorum successoribus imperpetuum, totam terram suam in villâ prædictâ, cum homagiis, serviciis & omnibus aliis libertatibus & pertinentiis, anno Domini *MCCxxvii.*

Johannes Rex *Angliæ* concessit Templariis totam terram suam de Radenache, in Comitatu *Buckinghamiæ*, ad valorem xl. annuatim.

Hugo Vere dedit eisdem Ecclesiam ibidem.

Rob. de *Harcourt* dedit Templariis terras, tenementa, pasturas & redditus in Sumptings; & dedit eis advocationem Ecclesiæ ibidem, cum jure patronatus Vicariæ, ac cum Capellâ de Cokeham annexâ, quæ valebat per annum in omnibus exitibus & proficuis xl. marcas.

Theobaldus Englechevill dedit eisdem plurima terras & tenementa in Compton in Com. *Sussexiæ*: Et *Walt.* filius *Galfr.* dedit eis xlviis. xid. annui redditus in Berton in dicto Comitatu.

Rob. de *Harecourte* prædictus, dedit Templariis Manerium de Shipley, in dicto Comitatu, ac etiam advocationem Ecclesiæ ejusdem.

Will. le *Counte* dedit eis advocationes Ecclesiarum de Wodmancote, & Sutchwike in Com. prædicto, pertinentes eidem Manerio.

Simon de *Wanlle* dedit Templariis Ecclesiam de Langeford, cum pluribus terris & pratis ibidem.

Galfridus de *Say* dedit eis Manerium de Saulescombe, cum pertinentiis, in Com. *Sussexiæ*.

Theobaldus de *Englescheville* dedit plures terras & redditus in Parochiâ de Ferles in Com. *Sussexiæ*, pertinentes eidem.

Rob. de *Luci* dedit Hospitalariis *Lxxx.* acras terræ in Cristehale, in Com. *Essexiæ*, cum aliis diversis pasturis, pratis & boscis.

Item *Beatrix Lucy* dedit eisdem *xx.* acras terræ ibidem.

Reg. de *Moubray* dedit Templariis Manerium de Beteby, cum pertinentiis, & in Althorpe; ac Vacariam Vocatam Beletwode, cum terris, pratis, pasturis, & moris, & aliis pertinentiis in Beltone. Et Memorandum, quod frater *Johannes Dalton*, quondam Prior Ecclesiæ de Clerkenwell, primò post tempus adnullationis Templariorum, adquisivit dictum Manerium de Beteby, cum pertinentiis, de manibus laicorum; suis sumptibus propriis: Et frater *Johannes Hichington*, post Prior ejusdem Ecclesiæ, dictum Manerium, cum pertinentiis per Bullam Domini Magistri & Conventus, adnecti fecit imperpetuum, Ecclesiæ de Clerkenwelle prædictæ, & Priori ejusdem, & successoribus suis imperpetuum.

Will. de *Diva* dedit Ecclesiam de Oldesburgh, cum pertinentiis.

Hugo de *Diva*, Manerium de Poxole, pertinens ad Oldesburgh.

Rob. de *Cales* dedit Templariis Ecclesiam de Ravenesthorpe, cum pertinentiis.

Reg. de *Moubray* dedit Templariis Præceptoriam de Walsalle, cum pertinentiis. Antecessores Comitis *Warwici* dederunt Manerium de Shirburne, & plurima terras, tenementa, & redditus, cum molendino ibidem & in Poxone, pertinentes eidem. Præceptoria de Walsall.

Rad. de *Sudleye* dedit eis plurima terras & tenementa in Herdwyke, pertinentes eidem.

Rob. de *Stafforde*, & *Henr.* de *Climène* dederunt quamplurima terras & tenementa in Tisho, pertinentes eidem.

Gaufr. Marmion, & *Petrus Corbizon* dederunt quamplurima bona in diversis membris

& locis, pertinentia eidem Præceptoriæ.

Will. filius *Alani* dedit eis totam villam de Cardington, & dimidiam villæ de Chatewelle.

Hubertus de *Castello* dedit eis plures terras in Ludele & Botteley, pertinentes eidem.

Henricus Rex *Angliæ* secundus, dedit eis Herematirium de Flikhamstede pertinens eidem.

Rex *Henr.* secundus dedit Templariis villam de Lele in Comitatu *Staffordiæ*.

Arnulfus Kade dedit Hospitalariis Manoria de Stalleffelde & Dze, cum pertinentiis, pertinentes ad Swynfelde.

Varasius de *Valoniis* miles, & Dominus de Swerdelinge, dedit plurima terras & tenementa & redditus Manerio de Swynfilde. *Johannes* de *Valoniis* dedit xx. acras terræ, ad sustentationem unius Capellani, celebrantis apud Capellam de Swerdelinge, in Parochia de Pecham.

Will. frater Regis, & *Will. Peverell* dederunt Templariis.....

Item *Rob.* de *Vere* & *Henr.* de *Essex* dederunt eis plurima terras, tenementa & prata in Waltham, pertinentes ad Swynfelde prædictum.

Dominus *Rob.* de *Clotingham* miles, dedit Templariis Manerium de Boseshall, cum pertinentiis in Swynfelde.

Matildis Comitissa de *Clare*, uxor *Willelmi* Comitis de *Clare*, ac mater *Ricardi* Comitis de *Clare*, dedit fratribus Hospitalis advocationem Ecclesiæ S. *Petri* de Herebroke, cum omnibus pertinentiis suis. Dedit etiam eisdem Præceptoriam ejusdem, cum toto dominio eidem pertinente. Dedit etiam sororibus Domus de Bukland xiii *s.* iv *d.* solvendas annuatim per manus Præceptoris ibidem pro tempore existentis; & alia plura bona. Hæc donatio facta fuit apud *Westmonasterium*, anno quinto regni Regis *Ricardi* primi, & anno Domini *MCLxxxxii.* & tempore fratris *Alani* Prioris Hospitalis in *Anglia*, & Episcopi de Bangor.

Shengay Præceptoria. *Sibilla* de *Raynes*, filia *Rogeri* Comitis de *Montegomerico*, dedit Hospitalariis Præceptoriam de Shenegey, cum pertinentiis, anno Domino *MCxl.*

Robertus Engayne miles dedit Manerium de Wendey, cum pertinentiis.

Herdwike. Et dominus *Petrus* de *Sabaudia* dedit & confirmavit plures tenementa & terras in diversis villis eidem Præceptoriæ annexis.

Matildis regina & uxor Regis *Stephani*, dedit Templariis Ecclesiam de Strattone, pertinentem ad Dingeley.

Willelmus de *Clopton* & *Emma* uxor ejus, dederunt Hospitalariis in Cloptone, pertinens ad Dingley, unum messuagium, cum diversis redditibus ibidem, ac *CLxix.* acras terræ; & alia plura bona contulerunt eisdem.

Leticia de *Ferrariis*, & *Willelmus* Comes de *Ferrariis*, dederunt plures terras in Passenham, pertinentes eidem Præceptoriæ.

Rogerus Comes *Herefordiæ* dedit eisdem molendinum in Louceter, pertinens eidem Præceptoriæ.

Robertus Rivell dedit Hospitalariis Ecclesiam de Swinforde.

Gaufridus de *Sancto Mauro* dedit Ecclesiam de Herdewyke.

Domina *Alicia* de *Claremonte*, Comitissa *Penbrochiæ*, dedit Hospitalariis Præceptoriam de Pelchebume, cum pertinentiis, ac Ecclesias ibidem; Ecclesiam de Dene; Ecclesiam de Wargrave; & Ecclesiam de Risley, cum omnibus suis pertinentiis. Ipsa etiam, & *Simon Waulop*, dederunt plures terras, cum pasturis & boscis in Sharnebroke, pertinentes eidem Præceptoriæ. Præceptoria Pelchebume.

Walterus Ryseley miles dedit eis *xxxiii s.* per annum redditus in Ryseley, cum *xv.* acris bosci ibidem.

Johannes de *Suddrope* dedit eis plures terras & tenementa; ac redditus *xviii s. vi. d.* annuatim in Suldrope, pertinentes eidem Præceptoriæ.

Stefanus Lancelyn dedit eis quamplurimas terras in Com. *Huntendo iæ*, pertinentes eidem. *Walterus Harle* dedit advocationem Ecclesiæ de Suldrope prædictæ.

Willelmus de *Plumton* dedit eisdem in Wod-Blacolvesleye, unum messuagium, unum molendinum, unam virgatam terræ & dimidiam, unum boscum, & Pulmos. Item *Petrus Woddam* dedit unum messuagium & duas virgatas terræ in eadem. *Petrus* de *Stokis* dedit eis in escambium, in *parva* Blacolvesley, duas carucatas terræ in dominico, *viii.* virgatas terræ in Villenagio, & unum parcum, quæ valent per annum *xix.* marcas.

Matildis Golofre dedit eis, in magnâ Blacolvesley, *v.* virgatas terræ, infra villam eandem, quæ valent per annum *xxx.* marcas, & quælibet virgata terræ valet *x s.*

Hugo de *Bellocampo* dedit Hospitalariis Ecclesiam de Etone, cum pertinentiis.

Hugo Golofre dedit Ecclesiam in magnâ Blacolvesley, cum Capella in minori Blacolvesley.

Willielmus Ebor. Archiepiscopus, dedit Ecclesiam de Dissington, cum pertinentiis.

Henricus Hosatus dedit Ecclesiam de Wynkeburne, & Ecclesiam de Egrom in Com. *Nottinghamiæ*. *Adam Tyson* dedit villam de Wynkeburne.

Rogerus Peyevin, dominus de Altoftes dedit Hospitalariis Ecclesiam de Normentone, cum *xl.* acris terræ in Altoftes cum pertinentiis, & communiam pasturæ ibidem pro pluribus animalibus anno Domini *MCCLvi.* & regni Regis *Henrici* tertii, *xl.* Newland Præceptoria.

Henricus de *Lacie* dedit Ecclesiam de Kellingtone, pertinentem dictæ Præceptoriæ.

Dominus *Willielmus Meynille*, dominus de Pevelеye, dedit Hospitalariis plures terras & tenementa ibidem, anno Domini *MCCLxviii.* Pevelеye Præceptoria

Willielmus Montgomerie & *Oliverus* le *Foune*, dederunt Hospitalariis de Pevelеye, quamplures terras.

Alber-

Albertus Russell dedit eidem dominium de Ucroone, in Com. *Cestria.*

Ranulfus Comes *Cestriæ* dedit eidem unum mesuagium, & unam acram terræ & communem pasturæ in villâ de Frodesham, pertinentes eidem: Et plura alia bona dedit, fecit, & confirmavit Religioni.

Asculfus Musard dedit medietatem Ecclesiæ de Stavele in Com. *Derbiæ.*

Walterus Abetot dedit eidem Ecclesiæ *xxii.* acras apud Barle, cum communia ejusdem villæ.

Marseria de *Carun* dedit plurima tenementa & terras in Clifton, Verdewyke, Stanforde, & Langforde pertinentes eidem Præceptoriæ.

Ricardus de *Fitton* dedit dominium de Fulshawe, cum pertinentiis in dicto Com. *Cestriæ.*

Robertus de *Bachepuz* dedit Hospitalariis Ecclesiam de Barowe in Com *Cestriæ.*

Galfridus de *Roscherville* dedit eis Ecclesiam de Sutton, in Com. *Notiggh.* *Rogerus* de *Biron* dedit eisdem Ecclesiam de Kingston.

Emma de *Caundell* dedit plurima bona in *Staffordia*, pertinentia eidem Præceptoriæ.

Walt. de S. *Quintino* dedit Ecclesiam de Stynteforde, cum pluribus possessionibus & bonis, ad eandem pertinentibus.

Walt. Turbervile dedit Hospitalariis Manerium de Anst, cum pertinentiis in Comitatu *Wiltes.* anno Regni Regis *Johannis xii.*

Comes *Herefordiæ* dedit eisdem Manerium de Chirchetone in Comitatu prædicto.

Matildis Comitissa de *Clare* dedit Hospitalariis Manerium de Grenehan, cum pertinentiis. *Gervasius Paynell* dedit eisdem villam de Grenehan.

Rob. Comes de *Ferrariis* dedit Ecclesiam de Wollavinstone, *Ric. Malet* dedit plures terras & tenementa in Quentone, pertinentes ad Hoggeshawe. *Christina* filia *Augustini*, dedit terras & tenementa in Doyndone & Quentone, pertinentes eidem.

Hamo filius *Manfelini* & *Will. Peverell*, dedit terram de Chaldecotesbury, pertinentem eidem.

Dominus *Rob. Burgate* miles dedit plures terras in Gisselingham, pertinentes eidem.

Henr. Rex *Angliæ* tertius, dedit totam terram suam de Wantone, cum pertinentiis, anno Regni sui *xxviii.*

Albericus Comes *Oxonii*, & *Agnes* uxor ejus, dederunt Hospitalariis, *vi s. viii d.* de quodam molendino, in Stoke in Com. *Suffolciæ.*

Henr. Rex *Angliæ* secundus, dedit totam terram suam de Bergholte pertinentem eidem.

Ulvytham Præceptoria.

Margareta de *Perci*, & *Hubertus* de *Ria* dederunt Templariis Manerium de Ashtelby, cum omnibus pertinentiis, anno Regni Regis *Henrici* secundi *xxxiii.*

Ipsa etiam *Margareta* dedit eis boscum ibidem, cum quodam crofto, & *Lxvii.* acris terræ ibidem, cum diversis tenementis in dictâ villâ, & cum pluribus aliis bonis. Et *Hubertus* de *Ria* prædictus, dedit Ecclesiam ibidem, ac Capellam, anno ipso quo *Thomas Cantuariæ* Archiepiscopus ira undiâ & malâ voluntate discessit à domino Rege *Northamptoniæ*. Nota quod verba, sic continentur in Cartâ ejudem *Huberti.*

Rex quidam *Scotiæ*, dedit Templariis villam de Oggerstone, cum pertinentiis.

Quidam Comes *Ranulphus* dedit Walteby, cum pertinentiis.

Willielmus filius *Osberti* de *Tatheswell* miles, dedit Hospitalariis boscum de Walteby, cum *CCx.* acris bosci in Tatheswell. ac molendino, & diversis terris & tenementis ibidem.

Thomas Multon miles, filius *Thomæ Multone*, dedit religioni Domum Hospitalis S. *Leonardi* de Stirbeke, in Com. *Lincoliæ*, ac totum Manerium suum de Stirbeke, cum suis pertinentiis. Dedit etiam Capellam de Wilnestone, cum omnibus pertinentiis, unà cum advocatione Ecclesiæ de Birketone, anno Domini *MCCxxx.*

Matilda de *Cana* dedit Templariis villam de Ronstone, cum advocatione Ecclesiæ ejusdem, cum pertinentiis, pertinentes dictæ Præceptoriæ. Temple Bruer e Præceptoria.

Robertus de *Everyngham*, dedit Manerium ejusdem villæ, cum pertinentiis, dictæ Præceptoriæ.

Gilbertus de *Gressy* dedit eisdem ibidem duas quarentenas bruerz, & pasturam ad D. oves in eadem.

Johannes D'Eincourt dedit unam bercariam; & duas carucatas terræ, Præceptoriæ prædictæ, quæ valent per annum *xlviii s.*

Antecessores Domini Regis, dederunt eidem Præceptoriæ quinq; carucatas terræ in Mavenby & *xiv s.* annui redditus.

Willielmus de *Vesci* dedit eidem, Ecclesias de Catthorpe & Normanton, pertinentes eisdem.

Robertus de *Gimiget* dedit Ecclesiam de Battilbrigge, pertinentem eidem.

Robertus de *Armentiers* dedit medietatem Ecclesiæ de Cranwell.

Simon de *Tushet*. & *Jordanus* de *Ashby* dederunt Ecclesiam de Athelby.

Galfridus de *Cleypole* dedit medietatem de Ulvn,

Robertus filius *Radulphi* & *Robertus Malebisse*, dederunt Ecclesiam de Sybthorpe, in dioc. si *Lincoln.*

Gilbertus de *Dristroke* dedit advocationem Ecclesiæ de *Dri-Stoke*, in eadem Dioceſi.

Matildis Engaine dedit Ecclesiam de Gedyngs, in eadem dioceſi.

Jordanus Foliot dedit Ecclesiam de Fiseby in eadem dioceſi.

Simon de *Cancy* dedit medietatem Ecclesiæ de Ulvplughton.

Simon de *Cancy* & *Rogerus Busso* quamplurimas terras, eidem Præceptoriæ de Ulvplughton. Ulvplughton Præceptoria.

Rogerus de *Bulles*, & *Hugo* de *Baious*, dederunt quamplurimas terras eidem.

Robertus Basset dedit quamplurimas terras in Calverwell, & Collesby, pertinentes eidem.

Rob. de *Bolonia* & *Gilbertus* frater ejus dederunt plures terras in Paltone pertinentes eidem.

Will. de *Roumere* dedit plures terras in Hureby & Lircby, & in aliis locis, pertinentes eidem.

Walt. Semer & *Johannes Semer* dederunt plurima bona in Pozkestone, pertinentia eidem.

Reg. de *Tolebu* dedit Ecclesiam de Greyngburgh, pertinentem eidem.

Randulphus Comes *Cestriæ* dedit Ecclesiam de Colvesby, pertinentem eidem.

Willelmus Roumere prædictus, dedit Ecclesiam de Pareby, pertinentem eidem.

Hugo Camerarius dedit Ecclesiam de Thorpe, pertinentem eidem.

Simon de *Vere* dedit Hospitalariis Manerium de Botenessord, cum Ecclesiâ ibidem, pertinente eidem.

Robertus Dominus de *Ros* dedit Templariis villam de Braunceby, pertinentem eidem.

Henricus Muden dedit eisdem, in Willughton *Lx.* acras terræ, tam arabilis, quam bosci.

Alanus le *Avener* dedit quoddam tenementum in Gaunesby, & liberam Curiam ibidem, valentes, *iv l. xvs.*

Robertus de *Coches* dedit *Lx.* acras terræ, cum pratis diversis & pasturis, & homagiis ibidem.

Steph. Rex *Anglia* dedit Templariis Manerium de Cele, cum pertinentiis.

Henr. Rex *Anglia* secundus, dedit Ecclesias de Exe, & Swynderby, & Shirle, pertinentes eidem.

Simon Ropley dedit eisdem totam terram suam de Pere, pertinentem eidem.

Swanus le *Riche* dedit Templo de Pere, duas carucatas terræ, valentes *vii l.*

Johannes Constabularius *Cestriæ* dedit Hospitalariis villam de Ineesale, cum Ecclesia de Flasoe. Ipse etiam dedit Ecclesiam de Warnham, pertinentem eidem Præceptoriæ.

Domina *Sybilla* de *Valoniis* dedit fratribus Hospitalis, Manerium S. *Trin. Beverlaci*, cum diversis tenementis in eadem villâ, dedit etiam Manerium de North-Burton, cum diversis terris & tenementis in eadem villa, & in North-Dalton anno Domini *MCCi.* anno verò Regis *Johannis iii.*

Dominus *Reg. Mowbray* dedit Templariis Manerium de Wetheley, cum silvâ eidem adjacente.

Dominus *Ric.* de *Morener* dedit eisdem villam de Allerthorpe.

Henr. de *Puteaco* dedit Hospitalariis totam insulam de Whaleley, cum pertinentiis pertinentem eidem.

Rad. filius *Will.* de *Grymthorpe*, & sui antecessores dederunt in Faukesolle *x.* bovatas terræ, pertinentes eidem Præceptoriæ.

Guido de *Bonamcourte* dedit totam villam de Wellestroale, cum Manerio, pertinente eidem.

Dominus *Henr.* de *Essexia* dedit Templariis parvam Framtham; pro qua Dominus *Hugo* Comes *Norfolchiæ* dedit eis Manerium de Faukebrigge, in escambium, assensu *Henr.* Regis secundi.

Dominus *Nicholaus* de *Hastings* dedit eisdem sex bovatas terræ, cum capitali messuagio, & cum toftis & croftis in villâ de Allerstone, ad sustentandum unum Capellanum imperpetuum Apud Fowbrigge.

Dominus *Alnardus* de *Montegomeri* dedit eis advocationem Ecclesiæ de Ertoxth, cum *xii.* bovatis terræ, & capitale messuagium in eadem villâ.

Rad. Mistirel miles dedit quamplurima Wardes- terras & tenementa, & alia bona Templariis, tàm P æ- in villa de Wulleford, Uggetone, & Carel- ceptoria. burke, pertinentes eidem Præceptoriæ.

Robertus Russell dedit Templariis diversas terras & redditus in Querne, pertinentes eidem.

Jordanus de *Clinton* miles dedit eis Manerium de Hortington, cum pertinentiis pertinens eidem.

Comes quidam *Herefordiæ* dedit eis Manerium de Wamesord.

Will. de Sancto *Joh.* & Dominus *Adam* de *Port*, dederunt *xxvi s. viii d.* annui redditus in eadem villâ.

Joh. Waleis miles dedit Hospitalariis Manerium de Dalby, in escambium pro Manerio de Thurnentone, cum pertinentiis, anno Regni Regis *Edwardi* tertii *xxvi.*

Reg. Burneby dedit Ecclesiam de Bytlingburghe.

Ric. Curson dedit Templariis in Querneburge, diversas virgatas terræ, pertinentes eidem Præceptoriæ.

Galfr. Abbe dedit unum messuagium, & octo acras terræ in Grimstone.

Will. Daylose viii. virgatas terræ in Osgothorpe.

Simon de *Monteforti* dedit in *Beamonds viii.* acras terræ.

Balamus dedit unam carucatam & .... acras terræ in Weltone.

Reginaldus Murke dedit *xii.* bovatas terræ in Thurmanstone.

Henr. Rex *Anglia* tertius, dedit Templariis Manerium de Rotheley, cum pertinentiis, ac cum advocatione Ecclesiæ ibidem, & aliis suis pertinentiis; & dedit eis *vi l. viii s.* redditus terrarum in Northmardesend, & Southmardesend. Et dedit eis in diversis villulis eidem Manerio pertinentes, *xxxvi l. v d.* annui redditus. Rotheley Præceptoria.

Joh. Baretur dedit eisdem terram suam ad valorem *x l.* annuatim.

Simon de *Monteforti* Comes *Leicestriæ*, quandam magnam quanticatem terræ ibidem, & quoddam nemus, vocatum Rotheley-woode, juxta *Leicestriam*; & dedit quoddam pratum, vocatum Belcholme.

Agnes Lacy, *Will. Pithovensis*, atq; *Cecilia* Mue- Comitissa, dederunt Præceptoriam de Quenington Quenington, Præcept.

tyngton, cum omnibus pertinentiis.

Gilbertus Lacy dedit quamplurima tenementa & terras in Com. *Glocestriæ*, pertinentes eidem.

Rog. Musket dedit plures terras in **Benney**, pertinentes eidem Præceptoriæ.

Rog. de *Wateoyle* dedit Templariis, Templum **Guttinge**, pertinens eidem.

Galfr. de la *More* dedit eis totum dominicum suum, cum Curiâ suâ, & pluribus aliis terris, tenementis, pratis, pascuis, pasturis & servitiis in villa de **Welde**, pertinentes eidem.

Petrus Bukerell dedit eis plures terras & tenementa, cum aliis in **Clanefeld**.

Nicholaus Wisterman dedit eis quamplurima terras & tenementa in **Clanefeld**.

Will. Porter dedit eis plurima terras & tenementa in **Oxstone**, pertinentes ad **Clanefeld**, & alibi.

Will. de *Lega* dedit quamplurima terras & tenementa Hospitalariis, in Comitatu *Glocestriæ*, pertinentes ad **Quemyngton**.

Mabilia de *Mara*, uxor ejusdem *Will.* & *Rob.* de *Mara*, dederunt dominium de **Calmesdene**, cum pertinentiis, pertinens ad **Quemyngton**.

Ricardus filius *Rogeri* de *Calmesdene*, dedit plures terras & etiam tenementa ibidem.

Asculfus Musard dedit **Uplangre**, pertinens eidem.

Edwardus Rex *Angliæ* primus, dedit Hospitalariis advocationem Ecclesiæ de **Down Ampney**.

Ric. Rex *Anglia* primus, dedit Hospitalariis apud **Dynmore**, Hospitale *Wigorniæ*, cum omnibus pertinentiis. Dedit etiam Heremitorium de **Dodford**, cum pertinentiis; & Hospitale Civitatis *Herefordiæ*, cum terra de **Banethull**, & **Hoxefeld**, juxta *Bristollum*; ac locum, qui dicitur **Wormeburgge**, cum Manerio de **Calvure**, cum pertinentiis; & plures alias terras, & boscum ibidem ac alibi.

Johannes de *Everesu* dedit eis Ecclesiam de **Dernhall**, in Comitatu *Herefordiæ*; cum terris, decimis, & obventionibus, & aliis quibuscunq;, ac jus patronatus ejusdem Ecclesiæ, anno Domini *MCLxxxvi.* Kal. *Aprilis*, & tempore Regis *Henrici* secundi, & fratris *Garneri* de *Neapoli*, tunc Prioris Hospitalis S. *Joh.* in *Anglia*.

Walinton. *Lecia* quædam, dedit parvam **Walketone**, pertinens eidem Præceptoriæ.

Wizo & *Walt.* filius ejus, ac *Walt.* filius ejusdem *Walteri*, dederunt Hospitalariis totam villam de **Sleberche**, cum molendino, piscaturâ & terris, ac omnibus pertinentiis & libertatibus suis, in pluribus aliis terris in **Dunglegoy**, pertinentes eidem.

Dederunt etiam Ecclesiam S. *Mariæ* de **Telyston**, & terram de **Paryburgh**; Ecclesiam de villa *Clarenbaldi*; Ecclesiam de **Walketon**; Ecclesiam de **Inalastone**; Capellam de villâ *Rameri*, & de **Walodstoke**; Ecclesiam de **Rudpaston**; Ecclesiam de **Pxendegeste**; Ecclesiam de villa *Osmundi*; Ecclesiam de **Boletone**; Capellam de **Pikrtone**; & plurima alia bona dederunt eidem Præceptoriæ, in **Dunglegoy**, & alibi.

Robertus filius *Humfridi* dedit Ecclesiam de **Landegate**, & duas carucatas terræ. *Yvo* filius *Letardi* dedit Ecclesiam de **Letarstone**.

Philippus le *Poer* dedit Ecclesiam de **Patrikeswoith**, cum suis pertinentiis.

Will. filius *Haimonis*, *Rob.* filius *Godberti*, & *Ric.* filius *Tancardi*, Barones, dederunt totam villam de **Rosmarthe**, cum Ecclesiâ, molendino, terris, & universis pertinentiis suis, cum pluribus etiam terris in **Haverfurd**, & **Coferun**.

Will. filius *Geraldi*, & *Odo* filius ejus, dederunt totam villam de **Rubarde**, cum omnibus pertinentiis.

Will. le *Poer.* dedit *viii.* bovatas terræ in **Blakedone**.

Will. Haryson dedit Ecclesiam de **Imerath**, cum *L.* acris terræ.

Galfr. Marmyon dedit Ecclesiam de **Lanstephan**, cum *L.* acris terræ, ac piscaturam in **Taff**, & passagium liberum in **Etup**, omnibus transeuntibus.

Will. de *London* dedit duo burgagia, & *xii.* acras terræ in **Usmelly**.

Henricus de *Novoburgo* dedit Ecclesiam de **Lochud**, cum pertinentiis, ac unum burgagium.

Rob. filius *Walteri* dedit tertiam partem unius feodi, unam acram prati, & *xxx.* acras terræ, ad construendam Capellam S. *Johannis Baptistæ*.

Rad. de *Marra* dedit Ecclesiam de **Portheynon**, unam mansuram extra Ecclesiam & *xvi.* acras terræ.

Will. Turbervile dedit Ecclesiam **Lanridean**, cum Capellâ suâ de villâ *Walteri*; Ecclesiam de **Landemmare**, & Ecclesiam de **Rossely**, cum suis pertinentiis.

Rob. filius *Steph.* dedit Ecclesiam de **Wentaff**, & *C.* acras terræ.

Rog. Comes de *Clare* dedit Ecclesiam de **Stradmurtik**, & Ecclesiam de **Trestrathu**, & *C.* acras terræ, & tria burgagia, cum villa de *Card'gan*.

Resus filius *Griffini* dedit terram de **Stradmurik**, & totam terram de **Rustrud**, cum villa.

Simon de *Hay* dedit Ecclesiam de **Dilmaynloke**, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis.

Kadugamus filius *Griffini* de *Betmuen*, Ecclesiam, ac molendinum, cum suis pertinentiis ibidem.

Ric. filius *Tancardi* dedit Ecclesiam de **Cardetandoston**, cum *Cxx.* acris terræ.

Will. de *Brusia*, & *Meuriche* filius *Adæ*, dederunt Ecclesiam de **Santremelan**.

Dominus de **Penkethly** dedit Ecclesiam S. *Margani*.

Will. Mareschallus Comes *Penbrochiæ* dedit Ecclesiam de **Castelan-Emlyn**, cum *Lxxx.* acris terræ ibidem, & in **Eschirmanthy**.

Joh. de *Brewosa* dedit Ecclesiam sancti

Thurty

Thurstanus Vaink, & totam terram quæ vocatur Pulmore, & Bozlakesland, cum omnibus pertinentiis.

Robertus de *Penrys* dedit Ecclesiam de Penrys.

John Blankaigel dedit Ecclesiam de Penmayn.

Raymundus filius *Martini* dedit Ecclesiam de Warberland, & duas carucatas terræ.

Resus filius *Griffini* dedit Ecclesiam de Lanscatel, & totam terram quæ pertinet villæ ejusdem.

John. Leeard dedit advocationem Ecclesiæ *S. Egidii* de Letardston, cum Capella de Larbrey anno Domini *MCCCxxx.*

Will. de *Erlegh*, pro salute animæ Regis *Henrici*, & *Aliz'ore* Reginæ & filii sui Regis *Henr.* & aliorum filiorum & filiarum suarum; pro remedio animæ ipsius *Willielmi* & uxoris suæ, dedit totam terram de Bukland, & Ecclesiam de Perretone, cum aliis Ecclesiis & terris suis in diversis locis, ut patet per Cartam inde confectam, ad plantandum & ordinandum, per manum *Thomæ* Archidiaconi, avunculi ipsius *Willielmi* de *Erlegh*, Religionem apud Bukland. Et quod iidem Canonici sic plantati & ordinati in eodem loco, prædictas terras & Ecclesias in usus suos proprios, in puram & perpetuam elemosinam possiderent. Quos quidem Canonicos, postea per plures annos, per eorum culpam & forisfacturam; eo videlicet, quod quendam Senescallum suum, consanguineum *Willelmi* de *Erlegh* interfecerunt, Dominus *Henricus* secundus, pro tunc existens, fecit amoveri; & fratri *Garnerio* de *Neapoli*, tunc Priori Hospitalis S. *Johannis Jerusalem* in *Anglia*, apud *Lond.* consensu *Rad. Cantuariensis* Archiepiscopi, & *Reginaldi Bathon.* Episcopi, & multorum procerum *Angliæ*, tam Clericorum, quàm laicorum, easdem terras & Ecclesias, pro collocandis ibidem sororibus, donavit ac confirmavit, circa annum Domini *MCLxxx.* sub conventione, *viz.* quod idem Prior, seu sui successores in nullâ aliâ domo suâ in *Anglia*, retinerent sorores sui ordinis nisi in prædictâ domo de Buckland: Quæ quidem sorores olim super suum morabantur, *viz.* apud Haunptone juxta Eyn, estone, apud Berebroke, & Hunyfelde, & aliis locis.

Deindè frater *Garnerius*, prædictus Prior, de consensu regio, eosdem Canonicos, tres *viz.* in domum Hospitalis prædicti, ad petitionem eorum suscepit, & habitum ejusdem Hospitalis habuit; & duos in Prioratu de Canton, ac unum in Prioratu de Berlitz; & unum in Monasterio S. *Bartholomæi* de Smithfeld, apud *Lond. Reg.* Episcopus *Bathon.* prædictus, ipsis hoc petentibus & obtinentibus, in religione Canonicorum recipi fecit. Postmodum verò, hiis peractis, præfatus frater *Garnerius* Prior. Sorores in diversis Præceptoriis ordinis sui, in *Anglia*, ut prædicitur, existentes, congregari, & apud Bukland, de consensu ac voluntate regio; necnon consensu omnium, quorum interfuit, collocari fecit; *viz.* Sororem *Milisentem*, apud Standone; Sororem *Johannam*, apud Hamtone; Sororem *Basiliam*, apud Berebroke; Sororem *Amabiliam*, & Sororem *Amiciam* de *Malketon*, apud Shenegeye; Sororem *Christianam*, de *Hogg shawe*, apud Hoggeshawe; Sororem *Petronillam*, apud Cosforde; & Sororem *Agnetem* apud Clanefelde, ut in eodem loco de Bukland eædem sorores, & suæ successores, Deo in perpetuum deservirent. Deindè frater *Terricus* de *Mussi*, Prior Hospitalis prædicti, de consilio Fratrum generalis Capituli, dedit dictis sororibus de Bukland, & successoribus suis *xxxvii.* marcas *xiij. s. viij. d.* sterlingorum, annuatim recipiendos in perpetuum, ad duos anni terminos, *viz.* ad festum Paschæ *xxx.* marcas *viij. s. iiij. d.* de Præceptore de Bukland, qui pro tempore fuerit; ita quod Præceptor, de prædictis *xxxvii.* marcis *xiij. s. viij. d.* à dicto *Terrico* & successoribus suis, habebit allocationem super responsione suâ solvenda.

Deindè frater *Hugo* de *Alecto*, Prior Hospitalis prædicti, de communi consensu & voluntate Fratrum Capituli, concessit dominæ *Lorettæ* Comitissæ *Leycestriæ*, ad inveniendum unum fratrem Capellanum, coridiè celebraturum Missam gloriosæ Virginis *Mariæ* in Ecclesiâ Sororum prædictarum. Præterea reditus, redditibus, aliisque, prædicta Comitissa contulit Domui Hospitalis S. *Johannis* in proprios usus sororum prædictarum de Bukland convertendis; ita quod prædictus frater Capellanus, nulli alio servicio deputabitur, nisi proprio gloriosæ Virginis Ministerio in Ecclesiâ prædictâ. Consequenter verò frater *Rogerius* de *Vere*, Prior Hospitalis prædicti, in adventu suo ad Bukland, pro statu Domus videndo, invenit distantiam & discordiam, inter Priorem Præceptorem, & Prioressam ac Conventum domus de Bukland, pro diversis rebus, dictas Prioressam & Sorores tangentibus; & assensu Capituli sui de Melcheburne, ad perpetuam pacem inter ipsos servandam, ordinavit, inter cætera, quod prædictæ Prioressa & Conventus habebunt Senescallum suum, ad mensam Præceptoris, & unum garcionem ledentem cum garcionibus Præceptoris; & erit ibi coridiè in mensâ, nisi duxerit habere summonitionem dicti Senescalli: Et ad festum S. *Michaelis*, cum tenere voluerit Senescallus Curiam de *la* Dele, habebit de Celerario, quinque albos panes, & cottrellos suos plenos cervisiæ; & ad idem festum, pro Curiâ de Linnersdone de privilegiis tenendis, habebit totidem, & ad le Hoke-day, totidem, Equiraturam verò & omnia alia necessaria habebit de liberatione & ordinatione Prioressæ & Conventus: Et si in aliquo deliquerit, licebit Prioressæ ea defendere, ne de bonis earum intromittat, sed non eum removere absq; Priore. Item habebunt Sacerdotem secularem, ad celebrandum pro animâ *F.....* quondam Prioressæ ibidem, & animabus Fundatorum & benefactorum dictæ Domus, qui erit in mensâ cum fratribus, & lectum in thalamo inter sacerdotes & Clericos, & per reliquum tempus

pus secundùm dispositionem Prioriss; ita quod Præceptor habeat allocationem de quinque marcis, pro mensâ dicti Sacerdotis; & etiam unius Fratris celebrantis Missam beatæ *Mariæ*; & etiam tres solidos ad festum S. *Michaelis* pro Clerico de Capellâ.

Willielmus de *Erlegh* prædictus, dominus de Dystone, dedit ad ædificandum domum de Bukland, cum Ecclesiâ Bertone, cum omnibus membris, Capellis, & pertinentiis suis; scilicet Ecclesiam de Chesey, quod est membrum ejus; & cum omni jure quod Fratres Hospitalis habent, vel habere debebant in Ecclesiâ de Poulet, nomine Ecclesiæ de Pereton, cum Capellâ de Huntworth, & Capellâ de Newton *Comitis*, & Capellâ de Thurlakestone, & Capellâ de Sirdestone, & Capellâ de Newton Regis: & dedit Ecclesiam de Bekynton, cum omnibus pertinentiis, & Ecclesiam de Bummesdone, ac Ecclesiam de Stretton, cum aliis pluribus tetris & bonis.

Radulfus filius *Willielmi* de *Bruere* dedit fororibus ibidem, Ecclesiam de Tland, cum pertinentiis.

Alanus filius..... *Russell* dedit Ecclesiam de Dontington, in dioceſi *Lincoln.* pertinentem eisdem.

Warinus de *Aula* dedit Bodescombe, pertinens eisdem fororibus.

Ascuil Musard dedit Chiltcombe, Wylsangre, & Bochelcote.

Robertus Arundale dedit Halse, cum pertinentiis.

Præceptoria de Temple-Combe.

Milo de *Franca-quercu* dedit Templariis diversas terras & tenementa in villâ de Lopen, pertinentes dictæ Præceptoriæ.

Savarus de *Pilesdon* dedit Manerium de Pylesdon, pertinens eidem.

Comes quidam, nomine *Robertus*, dedit plures redditus in *Bristollia*.

Hubertus de *Perepont* dedit totam villam de Clevangre, pertinentem eidem.

Reginaldus filius *Ursi* dedit totam villam de Wilvtone, pertinentem eidem.

Torbigh Præceptoria.

Henricus de *Pomeriâ* dedit Hospitalariis Ecclesiam S. *Maderi*, cum pertinentiis, in Com. *Cornubiæ*, pertinentem eidem Præceptoriæ.

Reginaldus de *Marisco* miles dedit eisdem advocationem Ecclesiæ S. *Clari* in eodem Comitatu.

Ribstane Præceptoria.

Robertus dominus de Ros, dedit Templariis Præceptoriam de Ribstane, cum advocatione Ecclesiæ ejusdem villæ, ac villulam de Walesford, cum molendinis ejusdem. Ipse etiam dedit villam de Hulsyngore, cum bosco & molendino; & totam terram suam, quam habuit in Cattall, cum diversis tenementis in *Eboraco*, in Cowngstreate.

Alanus Carpentarius dedit diversas terras in villâ de Calthorpe, pertinentes eidem Præceptoriæ.

Willielmus filius *Roberti* de *Denb.* dedit villam de Wetherby, cum pertinentiis.

Mont. S. Johannis Præceptoria.

Robertus Dominus de *Ros* dedit Manerium *Montis* S. *Johannis*.

Rogerus Mubray dedit plures terras, & alia bona eidem.

Adam Fossard, *Willielmus Cantlow* miles, & *Alicia Gaunt* dederunt plurimas terras.

Odo de Bolteby dedit plurimas terras ibidem.

Baldewynus Wake dedit Templariis Manerium de Bereby, cum soká de Dingwath.

Templum prædictum modo est in manibus Domini Regis, cum Farlete & Cave & molendinis *Ebor.* Templa-Hurste.

Templa-Herst sunt Præceptoria.

Robertus de *Stapleton* dedit Templariis ibidem, villam de Dmundethorpe.

Radulphus de *Hastings*, & *Willielmus* de *Hastings* dederunt Templariis *Temple*-Herste & Wytham, cum pertinentiis, anno Domini *MCLii.* quæ modo occupantur per Dominum de Darcy.

Normannus quidam nomine, dedit terram de Chyburne.

David Rex *Scotorum* dedit terram de Torphigan.

Feregus Rex *Galwitensium* dedit terram de Galwyte.

Memorandum, quod inter omnes Fundatores, ac Benefactores Hospitalis.....maximè tenentur Hospitalarii *Rogero* domino de *Moubray*, & hæredibus suis; ac etiam specialiter tenebantur Templarii. Quare Templarii, ad tantam devotionem erga religionem suam prænonstratam, consideracionem habentes, ut tenentur, uno assensu concesserunt, pro se & successoribus suis, eidem *Rogero* & hæredibus suis, quod quotienscunq; idem *Rogerus* contingeret invenire aliquem fratrem Religionis prædictæ, pro aliquo delicto erga religionem suam, ad pœnitentiam publicam, prout moris est religionis suæ, poni, adtunc benè liceat eidem *Rogero* & hæredibus suis ipsum fratrem, sic publice pœnitentem, à pœnitentiâ relevare, sine contradictione alicujus fratrum Militiæ Templi, seu successorum suorum imperpetuum. Et hoc idem Prior & fratres Hospitalis in *Anglia* concesserunt Domino *Johanni* de *Moubray*, Domino Insulæ de Atholme & de Gower, & hæredibus suis imperpetuum; quod cum ipse & hæredes sui, ob aliquam devotionem in Conventu fratrum suorum, in partibus transmarinis venire contigerit, quod honorificè recipientur; & eisdem deserviretur, ut illis, quibus, post dominum suum Regem, magis tenentur in beneficiis. Hæc prætiata concessio facta fuit per prædictos Fratres Hospitalis apud *Londonias xx.* die mensis *Martii*, Anno Domini *M.CCxxx.* & anno regni Regis *Edwardi* tertii, post conquestum, decimo.

Stephanus Rex *Angliæ* dedit Templariis Maneria de Cressynge, Witham, & Egle: *Matildis* regina, uxor ejus, dedit Manerium de Coulev, pertinens ad Baunford, cum duobus molendinis in *Oxonia*; ac communem pasturam in Forestâ de Shottovere, & Ecclesiam de Stratone in Com. *Rutlandiæ*.

Henricus Rex *Angliæ* secundus, dedit Ecclesias de Elle, Swynderby, & Skarle, cum pertinentiis, in dioceſi *Lincolniensi*. Item

Bringes wode in Kent, juxta Waltam; Manerium de Strode in Hundredo de Shamele; Ecclesiam S. *Clementis* quoq; *Dacorum*, extra Civitatem *London*. Villam de Bele, cum pertinentiis in Comitatu *Staffordiæ*. Heremitorium de Fikamstede, pertinens ad Walsall, & totam terram suam de Lange Carewey. Item dedit quandam domum in *Bristollio* cum mercato de Witham. Terram de Bergholte, pertinens ad Battlesorde, unum molendinum, ad pontem Castelli de Penbarke, cum villâ de Finchingfelde pertinente ad *Templo* Cressing. Item concessit ingulis annis tres cervos in pinguedine cervorum, sive in Eser, sive in Foresta de Wyndesore capiendos.

Ipse etiam confirmavit Domum de Bukland; ut sorores ibidem & non alibi remanerent. Item concessit Templariis, & eorum successoribus imperpetuum, ut habeant apud Manerium suum de Pelchebourne, Temple-*Bruere* singulis septimanis per diem *Jovis*, unum Mercatum; & quod habeant unam feriam ibidem singulis annis, per tres dies duraturam, *viz.* in vigilia, die & crastino S. *Jacobi* Apostoli.

Item dedit in *Hibernia* molendina de Waterforde, & Wesforde; villam de Clumpthorpe, cum suis pertinentiis; villam juxta Waterforde, quæ dicitur S. *Barri*; *parvum* Waresture, juxta Waterforde; & Ecclesiam S. Walachan, cum pluribus aliis bonis.

Johannes Rex *Anglia* dedit Templariis totam terram de Radenache, ad valorem *x. l.*

Item dedit totam terram suam de Harewode in Com. *Herefordiæ*.

Rex *Henricus* tertius dedit Manerium de Blacelo siw, cum parco de Hatefhall: & concessit dictis Templariis & eorum successoribus imperpetuum, ut habeant Nundinas annuatim in villâ de Balsak, in festo S. *Mathæi* Apostoli, & quatuor diebus sequentibus, *viz.* anno regni sui primo: Et concessit eis unum Mercatum in *Novo Burgo*, singulis septimanis per diem *Mercurii*; & unum Mercatum apud villam de Walnesforn, in parochiâ de Wrham, in Comitatu *Essexiæ*, singulis septimanis per diem *Jovis*; & unam feriam ibidem singulis annis, per tres dies duraturam, *viz.* in vigiliâ decollationis S. *Johannis Baptistæ*, in ipso die, & in crastino.

Henricus Rex *Angliæ* tertius, dedit Templariis boscum de Carletone, vocatum Bringeswode, juxta Chippenghame, cum uno mesuagio & sex bovatis terræ, cum pertinentiis, in magnâ Lymbergh. Item concessit Hospitalariis & eorum successoribus imperpetuum, ut habeant unum mercatum apud Manerium suum de Chipenham, singulis septimanis per diem *Lunæ*; & quod habeant ibidem unam feriam annis singulis, per duos dies duraturam; *viz.* in vigiliâ, & in die S. *Michaelis*. Item concessit eisdem, ut habeant liberam warennam, in omnibus dominicis terris suis Maneriorum de Oswyngtone, Pelcheburne, Riffey, Dene, Souldrope, Dantone, Borheme-Combe, & Papeworthe, super fossatum suam *x.* libr.

Item concessit eis liberam warennam, in omnibus dominicis terris suis, de Dynneslep, Stanho, Paxton, Charleton, Walden, Hiche, Chelles, Senecamp, & Benigho, in Com. *Hertfordiæ*. Item de *parva* Stokton, Sharnebroke, Swanton, Harewold, Sharpenho, & Flitwike, in Com. *Bedfordiæ*.

Item concessit eis liberam warennam, in omnibus terris suis dominicis de Hetherington, in Com. *Northampt.*

Item concessit Templariis (&c.) ut haberent unum mercatum singulis septimanis, per diem *Jovis*, apud Manerium suum de Balsall, in Com. *Warwic*; & quod habeant ibi duas ferias singulis annis; unam videlicet in vigilia in die & in crastino S. *Georgii* Martyris; & aliam in vigilia, in die & crastino S. *Mathæi* Apostoli.

Item concessit eisdem unum mercatum apud villam suam de Wetherby, in Com *Ebor.* singulis septimanis per diem *Jovis*; & unam feriam singulis annis per tres dies; scilicet in vigiliâ, in die, & in crastino S. *Jacobi* Apostoli: Ac liberam warennam in omnibus dominicis terris suis Maneriorum suorum de Balsall, Chelverscote, & de Sherburne, in Comitatu *Warwic*; & de Newsome, Wetherby, Ribstaine, Hurst, Whitkey, & de Westerdale in Com. *Ebor.*

Item concessit Hospitalariis (&c.) liberam warennam in omnibus dominicis terris suis de Walteby, Hoxkestowe, & Thaketwell in Com. *Lincoln.* Et concessit Templariis unum mercatum ad Manerium suum de Birkeby, in dicto Comitatu singulis septimanis per diem Martis; & unam feriam singulis annis per tres dies duraturam; *viz.* in vigilia, & in die, & in crastino S. *Jacobi* Apostoli. Ac liberam warennam in omnibus dominicis terris suis de Eskeby, Thaldecote, Wlpu... Ronston, Asteby, Baumetwell, & Pere, in dicto Comitatu.

Ipse etiam dedit eisdem totam terram suam de Beauton, cum pertinentiis, anno regni sui xxviii.

Item concessit eis & successoribus suis, apud Novum Templum *London. viii l.* sterlingorum, percipiendas singulis annis ad Scaccarium ipsius, ad sustentandum tres Capellanos, qui diebus singulis divina celebrarent; quorum unus singulis diebus celebraret pro ipso Rege & Reginâ; alter pro cuncto populo Christiano; tertius pro cunctis fidelibus defunctis, anno *viz.* regni sui *xx.* Et ipse etiam, & *Alianora* Regina uxor ejus, dederunt corpora sua, post mortem, sepelienda in dicto novo Templo, ut patet per Cartam ipsius Regis cujus data est apud *Gloucestriam vii.* die *Julii*, anno regni sui *xix.*

Ipse etiam dedit Manerium de Rotheley, cum advocatione Ecclesiæ ibidem, & aliis pertinentiis suis, cum *x. l. xvi. s.* annui redditus

in

in diversis villulis pertinentes eidem.

Ricardus Rex *Angliæ* primus, dedit Hospitalariis, apud Dunmore, Hospitale *Wgorn.* cum omnibus pertinentiis; ac *Heremitorium* de Dodford, cum pertinentiis; Hospitale *Herefordiæ*, cum terra de Bonethull & Herdefelt, juxta *Bristolliam*; ac locum qui dicitur Wormebarge, cum Manerio de Calowe; & plures alias terras, & boscum ibidem. Hic religionem Hospitalariorum, & fratres ejusdem in amorem habuit specialem; pro eo, quod Magister Hospitalis & fratres, cum ad terram sanctam ipse Rex transmearet, plurima beneficia ac commoda sibi & suis contulerunt, ut patet in Chartâ ipsius de confirmationibus libertatum Hospitalariis facta.

Edwardus Rex *Angliæ*, à Conquestu primus, concessit Templariis, &c. unum mercatum singulis septimanis per diem Lunæ, apud Manerium suum de Rothley, in Comitatu *Leicestriæ*, & unam feriam singulis annis per tres dies duraturam, *viz.* in vigiliâ, in die, & in crastino S. *Barnabæ* Apostoli. Et unum mercatum singulis septimanis per diem Lunæ, apud Manerium suum de Suth-Cave, in Com. *Ebor.* & unam feriam ibidem singulis annis per quatuor dies duraturam; *viz.* in vigiliâ & in die, & in crastino S. *Trinitatis*, & per unum diem sequentem: Ac liberam warennam in omnibus dominicis terris suis in Manerio suo de Ledale, in Com. *Salopiæ*.

Item concessit Hospitalariis liberam warennam, in omnibus dominicis terris suis de Newtone in Com. *Midd.* ac unum mercatum singulis septimanis, per diem Sabati, apud Manerium suum de Ynge at Stone, in Com. *Essexiæ*; & unam feriam ibidem singulis annis, per tres dies duraturam; *viz.* in vigiliâ, & in die decollationis S. *Joh. Bapt.* & in crastino ejusdem: Et unum mercatum singulis septimanis, per diem Lunæ, apud Manerium suum de Halse in Com. *Somers.* ac liberam warennam in omnibus dominicis terris suis in Com. *Dorset.*

Edwardus Rex *Angliæ* secundus, anno Regni sui *xviii.* in quodam Parliamento tento apud *Westm.* de assensu Prælatorum, Comitum, Baronum, & communitatis sui Regni, ibidem existentium, statuit & ordinavit, quod omnia terræ, tenementa, dominia, feoda, advocationes Ecclesiarum, & cætera bona quæcunq; quæ fuerunt Templariorum, tempore adnullationis ordinis eorum, de quibuscunq; tenerentur, Ordini Hospitalis S. *Johannis Jerusalem* & Priori & Fratribus ejusdem ordinis imperpetuum remanerent. Et notandum, quod Ordo Templariorum incœpit anno Domini *MCxxiii.* & tempore Regis *Henrici* primi. Et Magister dicti ordinis, & quamplures ejusdem confratres capti fuerunt in Regno *Franciæ* anno Domini *MCCCvii.* Et anno dicti Domini *MCCCxii.* totus ille Ordo delerus est per *Clementem* Papam quintum, & tempore Regis prædicti.

Ric. Rex *Angliæ* secundus religionem Hospitalariorum habuit in amorem specialem: Nam ipse ad supplicationem fratris *Robert. Halez*, quondam Prioris Hospitalis, Cartam libertatum Hospitalariorum, in diversis libertatibus ampliavit. Hic etiam restitutionem omnium jocalium, ornamentorum Ecclesiasticorum, & aliorum bonorum quorumcunq;, quæ per insurrectionem Comitatus *Kanciæ*, à domo de Clerkenwell, & alibi, felonicè furata fuerant; & per hoc, ipsi Regi forisfactâ, concessit.

Ipse etiam, unâ vice districtiùs inhibuit Fratrem *Robertum Halez* prædictum, ac Fratres *Ricardum* de *Overton* & *Johannem Danyell*, Receptores Responsium in Prioratu, quod non transmitterent Responsiones usq; *Rodum*, nec aliquos alios census, quocunq; nomine censerentur, sub forisfacturam vitæ & membrorum, & aliorum omnium, quæ forisfacere potuerunt; & hoc anno Regni sui primo: sed postea, ut hujusmodi Responsiones fratri *Hildebrando Inge*, Receptori Responsionum, anno Regni sui *xvii.*

Edwardus Rex *Angliæ* tertius, licentiam dedit Priori Hospitalis, quandam villam sive hamelettum construere, ac Capellam de novo ædificare in honore S. *Trinitatis*, in Swinderby-more, pertinente Præceptoriæ de Eyle, & circa eandem villam domum ædificare, & placeas includere, &c.

Henricus Rex *Angliæ* quartus, ampliavit & plenius declaravit Cartam, quam *Henricus* Rex *Angliæ* progenitor suus concessit Prioriss & sororibus domus de Bukland; *viz.* quod ipse qualibet septimanâ imperpetuum caperent in Parco suo de Pederton, tres carectatas buscæ, pro focali suo. Et postea inveniebatur quod prædictæ Priorissa & sorores non erant capaces dictæ concessionis, eo quod sunt obedientiariæ Priori Hospitalis S. *Joh. Jerusalem* in *Anglia*: Ideo custodes Domini Regis ibidem, dictam concessionem ipsas habere non permisit: Quare Rex *Henricus* quartus prædictus, de gratiâ speciali, anno sui *x.* concessit pro salute animæ, ac *Johannæ* consortis suæ, necnon & *Mariæ* consortis suæ defunctæ; quod Prior Hospitalis & successores sui imperpetuum, per se & servientes suos de Buckland, percipiant qualibet septimanâ, tres carectatas subbosci, infra parcum suum de Pederton; *viz.* Thorne, Illez, Mapel & Hasel, ad usum & profectum dictarum Priorissæ & sororum, & successarum suarum imperpetuum: Et quod quælibet carectata subbosci prædicti, existat de tractu sex equorum; & quod ipsi prosternent, succident, & carient, ad voluntatem suam, subboscum prædictum, quolibet anno, à festo *Annunciationis* beatæ *Mariæ*, usq; festum omnium Sanctorum, quod antea erat concessum eis à *Pascha* usq; festum S. *Petri* ad vincula, absq; impedimento, seu perturbatione aliquali Officiariorum Domini Regis.

Henricus Rex *Angliæ* quintus, fratri *Willelmo Hulles* Priori Hospitalis, dedit in mandatis, ut conventum fratrum Ordinis sui constituerit in Ecclesia de Clerkenwell, qui Conventus antea erat personarum secularium, exceptis duobus, aut tribus fratribus, quasi ferè ab annis *Edwardi* tertii.

Carta Henrici *de* Laci, *donationem* Willielmi *de* Vilers, *de* Nieuhus, Scheltune, Choletune, & Witechirche, *confirmans.*

Ex autogr. in Officio Armorum.

VEnerabili patri suo *Rogero Eboracensi* Archiepiscopo, cæterisq; omnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, tam præsentibus quàm futuris, *Henricus* de *Laci* salutem. Notum sit vobis omnibus, me concessisse, & hac Cartâ meâ confirmâsse Deo & sanctæ *Mariæ* & fratribus Templi *Salomonis*, terram quam *Willelmus* de *Vilers* eis in perpetuam elemosinam dedit; scilicet Nieuhus & Scheltunam, & Choletunam, & Witechirche cum omnibus pertinentiis suis, in bosco, in plano, in pratis, in pascuis, in aquis, in molendinis, in piscaturis, in semitis, in viam & extra viam. Et sciatis quod ego dedi eis hanc terram in escambium de terrâ de Nieuhouu, quam priùs eis dedi; & ipsi fratres reddiderunt mihi terram illam de Nieuhouu, quam modo dedi *Wadoni* de la *Vale*. Hanc autem terram dedi prædictis fratribus in perpetuam elemosinam liberam & solutam & quietam ab omni seculari exactione & servicio, tam liberam, & tam quietam, sicut tenent aliquam terram liberiorem & quietiorem, & sicut unquam meliùs fuit in tempore *Henrici* Regis. Et sciatis, quod ego & hæredes mei hanc terram prædictis fratribus, contra omnes homines warantizabimus. Hoc autem feci pro salute animæ meæ & pro animabus patris mei & matris meæ, & omnium amicorum meorum, tam vivorum quàm mortuorum, ut perhennis vita nobis omnibus dónetur. Hæc autem conventio coram Domino Rege facta est. Hi sunt testes, *Willelmus* de *Vesci*; *Jordanus Foliot*; *Robertus Pittavensis*; *Radulfus* de *Tielli*; *Willelmus* de *Reinevilla*; *Oto* de *Tielli*; *Henricus Foliot*, *Ricardus Bacod*; *Henricus Walensis*; *Robertus Barbo*; *Henr.* de *Clai*; *Willelmus* de *Rie*; *Willielmus* de *Radli*; *Tomas* filius *Petri*.

Carta Rogeri *de* Moubray, *de tota terra sua in* Betebi, *infra insulam de* Axholme.

Ex Regist. Hospit. S. *Joh. Jherusalem* in bibl. *Cottom.* f. 273. a.

OMnibus sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, præsentibus & futuris, *Rogerus* de *Moubray* salutem. Noverit universitas vestra, me per concessum hæredum meorum, *Nigelli* scilicet & *Roberti*, concessisse & dedisse, & præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ* & omnibus sanctis, & fratribus Templi, *Salomonis Jerusalem*, totam terram meam in Betebi; scilicet decem bovatas, quæ sunt inter Nosuike; divisa scilicet inter Aletorpe, & Betebi, & inter fluvium versùs pratum de Algerdenges; & omnes homines manentes in Betebi; & ultra fluvium de ipso duas bovatas terræ & duas acras propinquiores fluvio: Et totam terram, & pratum & moram à capite de Nosdale, ubi cadit in Trentam, usq; ad mediam moram, quæ est inter Betebi & Crul, rectâ lineâ, usq; ad moram de Amecotes, apud Aquilonem: Et totam moram, quæ est ex occidentali parte pratorum de Algerdenges, usq; ad mediam moram, quæ est inter ipsum pratum de Algerdenges & Crul, & à morâ de Amecotes usq; in Trentam; scilicet per divisas pratorum de Algerdenges usq; Amecotes, per easdem divisas unam trencatam usq; ad *Trentam*, & piscarias suas faciendas & habendas in *Trenta*, à prædictis divisis de Amecotes usq; ad Nosdike; scilicet quicquid ego in *Trenta* habui; & quicquid ego habui infra dictas divisas memoratis fratribus dedi, in pratis, in pascuis; & planis, & viis, & semitis, stagnis, & moris, & in omnibus rebus, excepto prato de Algerdenges, quod in manu meâ retinui; salvâ tamen fratribus illa parte ipsius prati, quam dedi eis.

Præterea dedi & concessi partem de bosco meo de Nosewode, & de meo mariseo, scilicet à ponte qui sedet super trencatam ad caput de Nosewod, undè molendina de Althorp molunt, sicut via ducit versùs Wirk, usq; ad fossaram meam, quam parare feci in Nosewode, scilicet quæ fossata vadit ad Crucem, quam jam dicti fratres fecerunt ex meâ primâ donatione, excepto prato *Hamonis Bele*, & excepto crosto Abbatis de Selebi, quod infra præscriptas divisas continetur: Illa verò pars nemóris & mariseí, quas prædictis fratribus dedi.... quinq; quarentenas latitudinis habebit apud occidentem; & indè ubi Domus eorundem fratrum fundata fuerit, juxta trencatam, per quam eorum navicula possit ire usq; in Don, ex Aquilonari parte de Kog, quæ descendit ad fossaram meam, undè molendina de Althorp molunt.

Dedi etiam eis caput de Nosewode, scilicet quicquid habetur inter crosta prædicti Abbatis, & fossatum apud Aquilonem; in eodem bosco pasnagium porcorum suorum quietum, & communem pasturam ad pecora sua, ultra novem trencatas, undè expedicta molendina molunt apud Aquilonem, in totâ terrâ quæ mea est.

Dedi etiàm eisdem fratribus illam terram, quæ vocatur Vacheria de Belwode, & totam meam terram, quæ est inter eandem Vacheriam & terram Abbatis de Selebi, usq; ad terram arabilem hominum de *Beautunia*, & usq; ad meam fossaram, & terram in quâ fruteetum sedet apud Australem Orientis, ad caput illius terræ, quæ extenditur inter terram prædictorum hominum de *Beautunia*. Dedi etiam eis boscum de Belwode & terram in quâ idem boscus sedet; & praticulum, quod est inter domum *Wibaldi*, & Vacariam, & fossata mea. Summa verò harum particularum terræ, ex meridionali parte fossatæ, continet quater viginti & octo acras, cum viâ, quæ descendit à ponte usq; ad ipsam Vacariam, sufficienter aptâ ad quadrigas, cum communi & liberrate quæ spectat ad eandem terram. Et sciendum est, me donationem in Nosewode & Belwode, & Vacaria, ipsis fratribus fecisse in excambium pro nemoribus meis de Elsiward & de *Aspa*, quæ michi clamaverunt; & pro nemore meo ib mariseo, quæ eis dederam apud Riseberie usq; in Don, in mediam moram de Althorpe, &

Canonicus Regularis Ordinis S.ti GILBERTI.

755.

& usque in primas legas de Pase xxde; ita quod ego & hæredes mei, hoc excambium, & cætera omnia, quæ in tenore hujus Cartæ continentur, adversùs omnes homines warantizabimus, exceptâ fossatâ prædictâ de Dan, nisi assensum Domini Regis habuerint. Totam autem hanc donationem feci prædictis fratribus in puram & perpetuam elemosinam, liberam & quietam ab omni servicio & seculari exactione, pro animâ patris mei & matris meæ, & pro salute animæ meæ & hæredum meorum, & omnium antecessorum meorum. His testibus, *Alano* Capellano de Templo, *Petro* Clerico, *Roberto* de *Daiville*, *Hugone Malebissa*, *Radulpho* de *Beaver*, *Hamone Beler* (&c.)

Carta Galfridi *de* Say, *de Manerio de* Westgrenewich.

Inf. 265. a. UNiversis Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit, *Galfridus* de *Say*, salutem. Noverit universitas vestra, me pro salute meâ, & omnium antecessorum meorum, dedisse & concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ* & fratribus militiæ *Templi Salomonis*, in liberam & puram & perpetuam elemosinam, totum Manerium meum de Westgrenewiche, cum advocatione Ecclesiæ ejusdem villæ, & cum omnibus pertinentiis suis. Habendum (&c.) Teste *Rogero* filio *Alani* Majore *London*. (&c.)

Carta Galfridi *de* Say, *de Manerio de* Sudlescumbe.

Ibid. UNiversis Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit, *Galfridus* de *Say*, filius *Galfridi* de *Say* salutem. Noverit universitas vestra, me pro salute meâ, & omnium antecessorum meorum, dedisse, & concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ*, & fratribus militiæ Templi *Salomonis*, in liberam & puram & perpetuam elemosinam, totum Manerium meum de Sudlescumbe, cum servicio *Mathæi* de *Cumbis*, & cum omnibus aliis pertinentiis suis, sine aliquo retenemento michi & hæredibus meis, in escambium Manerii de Grenewiche, quod prædictus *Galfr.* pater meus priùs eis dedit: Habendum & tenendum liberè, quietè & integrè (&c.) absq; omni servicio & consuetudine & exactione seculari (&c.) His testibus, *Petro* Episcopo *Wintoniæ*, *Willielmo* Comite *Sarèsbiriæ*, *Willielmo* Comite *Arundelli* (&c.)

Carta Roberti Fossard, *de tota terra de* Batwin.

Plac. in curia temp. Regis Joh. rot. 12. *Eror.* Omnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, his literas visuris vel audituris, *Robertus Fossard*, filius *Adæ Fossard*, salutem in Domino. Noverit universitas vestra, me divinæ caritatis intuitu, & pro salute animæ meæ & prædecessorum & successorum meorum dedisse, & concessisse, & præsenti Carta confirmasse Deo & S. *Mariæ* & S. *Johanni bapt.* & pauperibus S. Domus Hospitalis *Jerusalem*, & fratribus ejusdem Domus, totum Batwin, tam in bosco, quàm in plano, tam in longum quàm in latum, quantum ad me & hæredes meos pertinuit, exceptâ culturâ *Simonis Blundi*; & totam terram in longum & latum à Baldekelo, per cilium montis, sicut vetus fossatum se extendit usque ad eandem viam, quæ venit à monte versùs Ecclesiam S. *Felicis*, usq; ad curtilagium *Gaufridi Codi*, & ita per Curtilagium *Willielmi* de *Monte*, usque ad Curtilagium *Roberti Heremita*; & ita per Curtilagium *Roberti* Presbyteri, sicut fossatum suum extendit, descendendo usque ad Cheminum; & ita per eundem Cheminum, sicut Cheminus se extendit subtus Rugemunt usque ad Baldehald sic, & ita ascendendo usque ad Baldechelde. Totas prænominatas terras dedi Deo & S. *Mariæ* & S. *Johanni Bapt.* & beatis pauperibus sanctæ Domus prefati Hospitalis *Jerusalem*, & fratribus ejusdem Domus, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, sine aliquo retinemento (&c.) Et ego verò & hæredes mei, warantizabimus (&c.) Testibus (&c.)

Carta Willielmi *de* Breous, *concessionem* Margaretæ *Comitissæ* Warwici, *de villa de* Lammador, *recitans & confirmans.*

Ex Cod. MS. in biol. *Cotton* sub effigie *Vitellii* F. 1. OMnibus (&c.) *Willielmus* de *Breous*, dominus Honoris de Brembre & Gouher, salutem in domino; Cartas dominæ *Margaretæ* quondam Comitissæ *Warewici*, inspeximus, in hæc verba. *Margareta* Comitissa *Warewici*, *Willielmo* Comiti *Warewici*, & omnibus Baronibus illius Honoris, & omnibus Baronibus *Goberiæ* salutem. Notum sit me dedisse Deo & Ecclesiæ S. *Mariæ* militum Templi *Jerosolomitani*, quod dicitur Templum *Salomonis* de *Jerusalem*, villam de Lammador, cum omnibus pertinentiis, in bosco & in plano, & in aquis; & in viâ & extra viam, per assensum *Henrici* filii mei, qui hujus terræ hæres est; solutam & quietam & liberam de omni consuetudine & omni seculari servicio. Testibus *Rotrodo* Episcopo, *Philippo Bajocensi* Episcopo, *Guallerano* Comite de *Mellent*, *Roberto* de *Novo Burgo*, filio meo, *Gaufrido* filio meo, *Rogero* Capellano. Datum M. Lv. anno ab Incarnatione Domini, apud capit. S. *Stephani* in *Normannia*, juxta *Novum Burgum*.

Carta Margaretæ *Comitissæ* Warwici, *de terra de* Lammador.

Ib. NOtum sit omnibus (&c.) quod ego *Margareta* Comitissa *Warewici*, assensu *Henrici* filii mei de *Novo Burgo*, dedi (&c.) Deo & S. *Mariæ*, & fratribus militiæ Templi *Salomonis*, pro salute animæ meæ, & patris mei, & matris meæ; & pro animabus antecessorum

& successorum meorum, terram meam de Lammoor; habendam & tenendam liberè & quietè (&c.) in perpetuam elemosynam (&c.) His testibus, *Roberto* de *Novo Burgo* filio meo, *Radulpho* filio *Ricardi*, & aliis. Nos verò prædictus *Willielmus* de *Breaus* prædictas concessiones, pro nobis & hæredibus nostris, Magistro & fratribus militiæ Templi *Solomonis*, pro salute animæ nostræ, & antecessorum & successorum nostrorum (&c.) confirmamus. Datum apud Gwernesse *vi.* die *Maii*, anno ab Incarnatione Domini MCCC. His testibus, domino *Simone* de *Balio* Vicecomite de Glamorgan, *Ricardo* filio *Johannis* de *Hodelesdon*, multis (&c.)

Carta Hawysiæ *de* Grantevill, *de una bovata terræ in* Scheltone; *& de quodam tofto in* Wynhill.

Ex autogr. in turri beatæ Mariæ Ebor.

NOverint universi hoc scriptum inspecturi, quod ego *Hawisia* de *Grantevill* de Scheltone, in legitima viduitate meâ, dedi, cum corpore meo, concessi & quietam clamavi, & hoc scripto meo confirmavi, Deo & beatæ *Mariæ*, & fratribus *militiæ Salomonis Templi* apud Newsum, commorantibus, & ad sustentationem luminariæ beatæ *Mariæ* in Capellâ ejusdem loci, pro salute animæ meæ & animabus omnium antecessorum, meorumque successorum, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, unam bovatam terræ, cum tofto, & cum omnibus pertinentiis suis, in villâ & territorio de Scheltone; salvis eisdem fratribus quatuor denariis de annuo redditu. Dedi etiam eisdem fratribus, concessi, & de me & hæredibus meis, quietum clamavi imperpetuum, totum jus, & clamium, quod unquam habui in Wynhill, ita quod nec ego, nec aliquis nomine mei, aliquid juris vel clamii, in prædictis bovatâ terræ, cum tofto & Wynhill, in posterum exigere possimus. In cujus rei testimonium huic præsenti scripto sigillum meum apposui. His testibus, Domino *Roberto* de *Stapletone*, *Jordano* de *Insula*, *Alexandro* de *Ledes*; *Richardo* fratre ejus, *Thoma Hesbe*. *W.* de *Alvertone*, *Thomâ* de *Secrosse*, *Willielmo Scot* de *Newton*, & aliis.

Templi Newsum.

Confirmatio Henrici *de* Laci *de terra sua de* Pyrst.

Ex autogr. in turri S. Mariæ Ebor.

ARchiepiscopis & Episcopis & omnibus filiis sanctæ Ecclesiæ, tam præsentibus quam futuris, *Henricus* de *Laci* salutem, & fideles orationes in Christo. Notum sit quod ego fratribus Templi *Salomonis*, pro salute animæ meæ & pro salute animæ patris, & matris meæ, & parentum meorum, & antecessorum meorum, concessi donationem illam, quam *Radulfus* de *Hastinges* illis fecit de terrâ meâ de *Hurstâ*, * Quare volo, quod illam terram, tam liberè, & quietè, cum omnibus pertinentiis, teneant, sicut aliqua elemosina in *Anglia* meliùs & liberiùs tenent. Et sicut illorum Carta, quam de *Radulpho* tenent, testatur. Et hæc Carta fuit facta in præsentiâ fratris *Richardi* de *Hastinges*, apud Brige: Testibus, *Radulpho* filio *Nicholai*, suo Dapifero, *Rogero* de *Tilli*, *Ada* filio *Petri*, *Rogero* filio *Turstani*, ... de *Malnour*, *Roberto Camerario*, *Roberto Pistore*, *W.* de *Villers*, *Hugone Abbate*, *W. Coco*, *Alano Camerario*.

Templis Pyrst in Com. Ebor.

Carta Johannis *de* Curteney *de terris in* Est-Pyrst.

Ex autogr. in turri S. Mariæ Ebor.

OMnibus has literas visuris vel audituris, *Johannes* de *Curtenay* salutem in Domino. Noverit universitas vestra, me pro salute animæ meæ & *Emmæ* uxoris meæ, & omnium antecessorum, & successorum meorum, dedisse, concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmasse Deo, & beatæ *Mariæ*, & fratribus militiæ Templi, totam terram in territorio de Est-Pyrst, sicut fossatum prædictorum fratrum continet, & extendit, de divisis de Carleton usque ad terram arabilem de Pyrst; Et (ut multa comprehendam brevi sermone, & distincto) totam terram in longitudine & latitudine, in omnibus modis, & in omnibus sensibus, sicut fossatum prædictorum fratrum extendit, & includit. Habendam & tenendam prædictis fratribus Militiæ Templi, totam prædictam terram, cum omnibus libertatibus, & aysiamentis, quas eis indè facere poterunt liberè, quietè, integrè, & pacificè; reddendo mihi & hæredibus meis annuatim, decem solidos sterlingorum ad duos terminos; videlicet ad *Pentecosten* quinq; solidos, & ad festum S. *Martini* in hyeme quinq; solidos, pro omni servitio, & exactione seculari. Præterea dedi, concessi, & quietam clamavi eisdem fratribus militiæ Templi, omnem communam, quam ego vel hæredes mei, vel homines mei de Pyrst habuimus, vel habere poterimus, in bosco prædictorum fratrum, ita ut prædicti fratres Militiæ Templi, boscum suum includere, vel assartare poterunt ad libitum, & voluntatem eorum; & ad majorem eorum profectus absque illo clamio, vel calumpnia, de me, & hæredibus meis, vel hominibus meis. Pro hac autem concessione mea, & donatione, & quietâ clamantiâ, concesserunt mihi prædicti fratres Militiæ Templi, & hæredibus meis, & hominibus meis, & quietam clamaverunt totam communam quam habuerunt, vel habere poterunt, vel homines sui in bosco meo; ita scilicet, quod boscum meum includere, vel assartare poterunt ad libitum meum; & ad majorem meum profectum, absq; ullo clamio de prædictis fratribus Militiæ Templi, vel hominibus suis. Ego autem, & hæredes mei, totam prædictam terram, sicut prædictum est, prædictis fratribus Militiæ Templi warantizabimus, acquietabimus, & defendemus, contra omnes homines imperpetuum, pro prædicto servitio. Ut autem hæc mea donatio, concessio, confirmatio, & quieta clamantia ratæ perseverent in perpetuum, & illesæ, præsens scriptum sigilli mei im-

Præceptoria de Templers Pyrst in Com. Ebor.

impressione corroborari. Hiis testibus, Domino *Ada* de *Bella-aqua*, *Henrico* de *Berkye*, *Jordano* de *Insula*, *Simone* de *Rupe*, *Alano* de *Smetheton*, *Johanne* filio *Helia*, *Radulpho* de *Rohale*, & multis aliis.

Finis levatus per Johannem *de* Curtenay & Emmam *uxorem suam, super eisdem terris in* Est-Hyrst.

19. H. 3. HÆc est finalis concordia, facta in Curiâ Domini Regis apud *Eborum*, die Martis proximâ post festum S. *Hillarii* anno Regni Regis *Henrici*, filii Regis *Johannis*, decimo nono; coram *Rogero Bertram*, & *Roberto* de *Ros*, *Ada* de *Novo mercato*, *Willielmo* de *Eboraco*, & *Jollano* de *Nevill*, Justiciariis itinerantibus, & aliis Domini Regis fidelibus, tunc ibi præsentibus, inter fratrem *Robertum* de *Stanford* Magistrum Militiæ Templi in *Angliâ*, querentem, per *Robertum* de *Alewarethorp* positum loco suo, ad lucrandum, vel perdendum; & *Johannem* de *Curtenay*, & *Emmam* uxorem ejus impedientes, de sexaginta acris terræ, cum pertinentiis, in Est-Hyrst, undè placitum warantiæ Cartæ Summonitum fuit inter eos, in eadem Curiâ, scilicet, quod prædicti *Johannes*, & *Emma* recognoverint totam prædictam terram, cum pertinentiis esse jus ipsius Magistri, & fratrum prædictæ Militiæ Templi, ut illam, quam idem Magister, & prædicti fratres habent de dono prædictorum *Johannis*, & *Emmæ*; Habendum & tenendum eidem Magistro, & successoribus suis, & prædictis fratribus, de prædictis *Johanne* & *Emma*, & hæredibus ipsius *Emmæ*, in perpetuum. Reddendo indè annuatim decem Solidos Sterlingorum ad duos terminos anni, medietatem ad *Pentecosten*, & alteram medietatem ad festum S. *Martini*, pro omni servicio, & exactione. Et prædicti *Johannes* & *Emma*, & hæredes ipsius *Emmæ*, warantizabunt, defendent, & acquietabunt eidem Magistro & successoribus suis, & prædictis fratribus, totam prædictam terram, cum pertinentiis, per prædictum servicium, contra omnes gentes imperpetuum: Et præterea prædicti *Johannes* & *Emma* remiserunt, & quietum clamaverunt de se, & hæredibus ipsius *Emmæ*, eidem Magistro, & successoribus suis, & prædictis fratribus, totum jus, & clamium, quod habuerunt in Communâ bosci ipsius Magistri, & prædictorum fratrum de West-Hyrst imperpetuum, ut in herbagiis, & in aliis, ita quod idem Magister, & successores sui, & prædicti fratres claudere possint, & exassartare, de eodem bosco, quantum voluerint, ad commodum ipsorum, sine impedimento prædictorum *Johannis*, & *Emmæ* & hæredum ipsius *Emmæ*, in perpetuum. Et pro hac recognitione, warantiâ, remissione, quietâ Clamantia, fine, & concordiâ, idem Magister remisit, & quietùm clamavit, de se, & successoribus suis, & prædictis fratribus, ipsis *Johanni*, & *Emmæ*, & hæredibus ipsius *Emmæ*, totum jus & clamium, quod habuerunt in communâ bosci ipsorum *Johannis*, & *Emmæ* de Est-Hyrst imperpetuum, ut in herbagiis, & in aliis; ita quod ipsi *Johannes*, & *Emma*, & hæredes ipsius *Emmæ*, claudere possint, & assartare, de eodem bosco, quantum voluerint ad commodum ipsorum sine impedimento ipsius Magistri & successorum suorum, & prædictorum fratrum imperpetuum.

Carta Regis Johannis, *de Insula* Lundeiæ.

JOhannes Dei gratiâ, &c. Sciatis nos concessisse, & præsenti Carta nostrâ confirmasse in liberam & perpetuam elemosinam, pro salute nostrâ & antecessorum & successorum nostrorum, Deo & fratribus militiæ Templi *Jerusalem*, Insulam de *Lundeia*, quæ sita est in mari, in ore *Sabrini* fluminis, inter Cinbeth & Bardestapulam. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod prænominati fratres Templi eandem Insulam habeant & teneant, totam, in liberam & perpetuam elemosinam, benè & in pacè, liberè & quietè, integrè, & plenariè & honorificè, cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus, sicut Carta *H.* Regis patris nostri, quam indè habent, testatur. Teste *Waltero Rothomagensi* Archiepiscopo, &c. Dat. per manum *H. Cam.* Archiepiscopi Cancellarii nostri apud Sagium anno Regni nostri primo. Cart. 1. Joh. p. 1. m. 22. m. 32.

Carta Roberti *de* Ros *de Manerio de* Ribstane *cum advocatione Ecclesiæ, Villulæ de* Waleford.

OMnibus *Christi* fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit *Robertus* de *Ros* salutem in Domino. Noverit universitas vestra me divinæ pietatis intuitu, & pro salute animæ meæ, & omnium antecessorum meorum, dedisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse, Deo & beatæ *Mariæ*, & fratribus militiæ Templi *Salomonis*, Manerium meum de Ribstane, * cum advocatione Ecclesiæ ejusdem villæ, & villulam de Waleford cum Molendinis ejusdem villulæ, cum omnibus pertinentiis suis, & libertatibus & omnibus liberis consuetudinibus, aisiamentis in omnibus rebus, & locis, infra villam, & extra, ad prædictum Manerium pertinentibus, sine ullo retenemento; & adeò integrè, sicut, ego illud unquam integriùs cum ejus omnibus pertinentiis tenui, Habendum, & tenendum in perpetuum, eisdem fratribus militiæ Templi in puram, liberam, & perpetuam elemosinam, tam liberè, quietè, & solutè prout aliqua elemosina potest liberiùs, meliùs, & quietiùs confirmari alicui domui religiosæ. Hoc autem donum feci Deo, & S. *Mariæ*, & præfatis fratribus militiæ Templi, cum corpore meo, & ad sustentationem sanctæ terræ Orientalis. Et ego & hæredes mei prædictum donum, cum ejus pertinentiis, prædictis fratribus militiæ Templi, contra omnes gentes warantizabimus, ad quietabimus, & defendemus imperpetuum. Ut igitur hæc mea donatio, concessio, & præsentis Cartæ meæ confirmatio, perpetuæ firmitatis robur obtineat, Ex autegr. in turri S. *Mariæ Eboraci.*

* Præceptoria de *Ribstane*, in Com. Eber.

neat, præsentem Cartam Sigilli mei impressione corroboravi. His testibus, *Roberto de Veteriponte, Martino de Pateshull; Johanne filio Roberti, Briano de Insula, Willelmo de Insula, Richardo Duket, Roberto de Cokefeld, Willelmo de Tamestone, Willelmo de Barton, Waltero de Saureby, Waltero de Wyldeker, Ada de Lyntone, Roberto de Garton*, & multis aliis.

Carta Regis Henrici *tertii, de diversis libertatibus & privilegiis, Fratribus Militiæ Templi in* Anglia, *per ipsum concessis.*

Cart. 11. H. 3. m. 33. Vide etiam Cart. 9. E. 3. n. 104.

REx (&c.) Archiepiscopis (&c.) Noveritis nos concessisse & confirmasse Deo & beatæ *Mariæ*, & fratribus *Militiæ Templi Salomonis*, omnes rationabiles donationes terrarum, hominum, & elemosynarum, eis à prædecessoribus nostris, vel ab aliis in præterito, vel à nobis in præsenti, collatas, vel in futuro à Regibus, vel ex aliorum liberalitate conferendas, vel alio modo adquisitas, vel adquirendas; tam in Ecclesiis, quàm in rebus & possessionibus mundanis: Quare volumus & firmiter præcipimus, quod prædicti fratres & eorum homines omnes possessiones & elemosynas suas habeant & teneant cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus & quietanciis suis, in bosco & plano, in pratis & pasturis, in aquis & molendinis, in viis & semitis, in stagnis & vivariis, in mariscis & piscariis, in grangiis & virgultis, infra Burgum & extra, cum *soca* & *soca*, & **tol**, & **theam**, & **Infangenethef**, & **Unfangenethef**, & *Hamsoca*, & **Grithbrich**, & **Blodwite**, & **Fictwite**, & **Flictwite**, & **Ferdwite**, & **Vengewite**, & **Leirwite**, & **Flemenefrith**, murdro, latrocinio, **forstall**, **ordel**, **orestr**, infra tempus & extra tempus, & in omnibus locis, & cum omnibus causis, quæ sunt vel esse possunt.

Concedimus etiam imperpetuum, quod prædicti fratres quieti sint de auxiliis Regum, Vicecomitum, & omnium ministerialium eorum, & *Hidagio* & *Carucagio*, & **Danegeld**, & **Hornegeld**, & exercitibus & *wapentachiis*, & *sectagiis*, & *tallagiis*, *letlagiis*, *stallagiis*, *Sir's* & *Hundredis*, placitis, & querelis, *Warda* & **Wardpeni**, & **Averpeni**, & **Hundredespeni**, & **Borethalpeni**, & **Thethingepeni**; & de operibus Castellorum, Parcorum, Pontium, Clausuris, & omni careio, & summagio, & navigio; & dominum regalium ædificatione; & omnimoda operatione. Et prohibemus ne bosci eorum ad prædicta opera, vel ad aliqua alia ullo modo capiantur; & similiter bladum eorum vel hominum suorum, vel aliquid de rebus suis, vel hominum suorum ad Castella munienda non capiantur. Volumus etiam, quod liberè & sufficienter, sine qualibet occasione, de omnibus boscis suis, ad usus Domus suæ, quando voluerint; nec propter hoc in forisfacto de wasto vel miserecordiâ ponantur. Omnes quoq; terras suas & essarta sua & hominum suorum, jam facta, & quæ in posterum fient, assensu Regis, eis imperpetuum quieta clamamus de wasto & Reguardo, & de visu Forestariorum, & de omnibus aliis consuetudinibus. Concedimus etiam eisdem fratribus, quod de omnibus boscis, quos habent in præsenti infra meras Foreitæ, possint exartare & excolere, sine licentiâ nostrâ vel ballivorum nostrorum, ita quod indè in nullo à nobis vel hæredibus nostris, vel Ballivis nostris inperpetuum occasionentur.

Præcipimus etiam, quod ipsi Fratres & homines sui, liberi sint & quieti ab omni Theloneo, in omni foro & in omnibus Nundinis, & in omni transitu poncium, viarum, & maris, per totum regnum nostrum, & per omnes terras nostras, in quibus libertates eis dare possumus, & omnia mercata sua & hominum suorum sint similiter in prædictis locis ab omni Theloneo quieti.

Concedimus etiam eis & confirmamus, quod si aliquis hominum suorum, pro delicto suo, vitam vel membrum debeat amittere, vel fugerit, & judicio stare noluerit, vel aliud delictum fecerit, pro quo debeat catalla sua perdere, ubicunq; justicia fieri debeat, sive in Curiâ nostrâ, sive in aliâ Curiâ, ipsa Catalla sint prædictorum fratrum; & liceat ipsis fratribus sine disturbatione Vicecomitum, & omnium Ballivorum nostrorum & aliorum, ponere se in seisinam de prædictis Catallis in prædictis casibus & aliis, quando Ballivi nostri, si ad nos pertinerent Catalla illa, in manu nostra ea seisire possent, & deberent.

Insuper concedimus quod animalia, qui dicuntur **Waif**, inventa in feodo Templariorum, sint ipsorum Fratrum, nisi aliquis ea secutus fuerit, qui velit & possit probare quod sua sint, & nisi fuerint infra terminos competentes secundùm consuetudinem patriæ, petita & secuta. Et si aliquis tenentium prædictorum fratrum feodum suum forisfecerit, liceat ipsis fratribus ponere se in seisinam de ipso feodo, & ipsum feodum cum pertinentiis suis possidere, non obstante eo, quod nos consuevimus feoda fugitivorum & dampnatorum, per unum annum & unum diem, possidere. Similiter, si aliquis hominum suorum sit amerciatus erga nos vel Ballivos nostros, pro quacunq; causâ vel delicto, vel forisfacto merciæ, & merciamenta pecuniæ sint collecta, & in unâ bursâ ad Scaccarium nostrum portata, & prædictis fratribus sint ibidem liberata, servatâ Regiæ potestati justicia mortis & membrorum.

Concedimus insuper eis, quod habeant aliqua libertatum contentarum in hac Cartâ, per temporis diuturnitatem, quocunq; casu contingente usi non fuerint: nihilominus tamen libertate eadem de cætero utantur, sine aliquâ contradictione, non obstante eo, quod per temporis diuturnitatem ea usi non fuerint, sicut prædictum est. Hæc omnia prædicta, & omnia alia servicia secularia & consuetudines, quæ in hoc scripto non comprehenduntur, eis concedimus & confirmamus in perpetuam elemosynam, cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus, quas regia potestas liberiores alicui domui Religionis conferre potest, pro Dei amore, & pro animâ Domini *Johannis* Regis, patris nostri; & pro animabus omnium ante-

antecessorum & successorum nostrorum. Et prohibemus super forisfacturam nostram, quod nullus eis vel hominibus suis contra hanc Cartam nostram, in aliquo forisfaciat, quia ipsos & omnes res & possessiones suas & hominum suorum, in custodiam & specialem protectionem nostram suscepimus. Teste (&c.) apud *Westm.* ix. *Febr.*

Processus contra Templarios *in regno* Angliæ, *Anno Domini* MCCCIx.

Et cod. MS. in bibl. Bodl. [T. 8 Th. 1. 42.]

ROBERTUS, permissione divinâ *Cantuariensis* Archiepiscopus, totius *Angliæ* primas, venerabilibus fratribus *R.* Dei gratiâ *London. H. Winton. S. Sarum, I. Lincoln. I. Cicestren. R. Hereforden. W. Wigorn. W. Coventren.* & *Lichefelden. I. Landaven. W. Exonien. R. Elien. I. Norwicen. T. Roffen. D. Menevens. L. Assaven.* Episcopis; ac venerabilibus viris Dominis *I. Bathon.* & *Wellen.* & *Amario Rangoren.* electis, confirmatis, nostræ *Cantuarien.* Ecclesiæ, & nostris suffraganeis, salutem, & fraternam in Domino caritatem. Noverit vestra fraternitas, nos literas Apostolicas non cancellatas, non abolitas, nec in aliquâ sui parte, ut primâ facie apparuit, viciatas, verâ Bullâ plumbeâ pendente, bullatas recepisse, tenorem qui sequitur continentes.

Clemens *Episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiscopo Cantuar. & ejus suffraganeis salutem & Apostolicam benedictionem. Faciens misericordiam cum servo suo, Dei filius dominus* Jesus Christus, *ad hoc nos voluit in specula eminenti Apostolatus assumi; ut gerentes, licet immeriti, vices ejus in terris, in cunctis nostris actibus & processibus, ipsius vestigia, quantum patitur humana fragilitas, imitemur. Sane dum, circa nostræ promotionis ad apicem summi Pontificatus initium, antequam* Lugduni, *ubi recepimus nostræ Coronationis insignia, veniremus; & post etiam, tam ibi quàm alibi, secreta quorundam nobis insinuatio instruxit, quod Magister, Præceptores, & alii fratres ordinis Militiæ Templi Jerosolomitani; & etiam ipse ordo, qui ad defensionem Patrimonii ejusdem Domini nostri* Jesu Christi, *fuerant in transmarinis partibus deputati, contra ipsum dominum in sectis Apostatæ nephandum, detestabiliter ad luxuriæ vitium, execrabile facinus Sodomorum, & hæresim varias erant lapsi: Quia virorum non erat verisimile, nec credibile videbatur, quod viri tam religiosi, qui præcipue, pro Christi nomine, suum sæpe sanguinem effudere, ac personas suas mortis periculis frequenter exponere credebantur; quique multa & magna, tam in divinis officiis, quàm in generis, & aliis observantiis devotionis signa frequentia prætendebant, sua sic essent salutis immemores, quod talia perpetrarent; huiusmodi insinuationi, & delationi ipsorum, ejusdem Domini nostri exemplis, & Canonica Doctrina Scripturis, edocti, aurem noluimus inclinare.*

Deinde vero carissimus in Christo filius Philippus *Rex* Francorum *illustris, cum eadem facerent facinora intimata, non oppressa ira, cùm de bonis* Templariorum *nichil sibi vendicare vel appropriare intendat; immo ea per deputandos à nobis generaliter, & per Prælatos regni* Franciæ, *specialiter in suis diœcesibus administranda, in regno suo, dimisit manum suam, & inde totaliter amovendo; sed fidei orthodoxæ fervore, suorum progenitorum vestigia clara sequens, accensus, de præmissis, quantum licite potuit, se informans, ad instruendum & informandum nos super his, multas & magnas nobis informationes, per suos Nuncios & literas, destinavit. Infamia vero erat a Templariis ipsis incubescente validius, super scelebus antedictis: & quia etiam quidam milites ejusdem ordinis, magnæ nobilitatis, & qui non levis opinionis in dicto ordine habebantur, etiam nobis secreto innotuerunt, deponentes; quod in receptione Fratrum præfati Ordinis, hæc consuetudo, vel error, observatur, quod adrecipiendus, vel ab eo deputatis suggestum, qui crucem, Christum negat, & super Crucem sibi ostensam spuit, in ejus imperium Crucifixi; & quædam alia faciunt recipiens & recepti, quæ licita non sunt, nec humana convenit honestas, prout ipse tunc confessus exstitit, coram nobis; vitare nequimus, urgente nos ad id officii nostri debito, quantò & tantis clamoribus accommodaremus auditum. Sed cum dictum fama publica referente, ac clamosa insinuatione dicti Regis; necnon & Ducum, Comitum & Baronum, ac aliorum nobilium, Cleri quoque, ac populi dicti regni Franciæ, ad nostram propter hoc, tam per se, quam per procuratores & syndicos præsentiam venientium, quid dolentes referemus, ad nostram audientiam pervenisset, quod Magister, Præceptores, & alii fratres dicti Ordinis, & ipse Ordo, prafatus, & pluribus aliis, erant criminibus irretiti; & præmissa per multas confessiones, attestationes & depositiones prafati Magistri & plurium Præceptorum & fratrum Ordinis prælibati, coram multis Prælatis, & hæretica pravitatis inquisitore in regno Franciæ factas, habuimus & receptas, etiam in publicam scripturam redactas, nobisq; ac fratribus nostris ostensas, probare quodammodo videbantur: ac nichilominus ipsa fama & clamores prædicti in tantum invaluissent, & etiam ascendissent, tam contra ipsum ordinem, quàm contra personas singulares ejusdem, quod, sine gravi scandalo, præteriri non poterant, nec absq; imminenti periculo tolerari. Nos illius, cujus vices, licet immeriti, in terris gerimus vestigiis inhærentes, ad inquirendum de prædictis, ratione prava ducimus procedendum; multisq; de Præceptoribus, Presbyteris, Militibus, & aliis fratribus dicti Ordinis, reputationis non modicæ, in nostra præsentia constitutis, præstito ab eis juramento, quod super præmissis veram & plenam deferent nobis veritatem, super prædictis, interrogavimus & examinavimus singulos, ad numerum septuaginta duorum; multisq; ex fratribus nostris nobis assistentibus, diligenterque eorum confessiones, per publicas manus, in authenticam scripturam redactas illico in nostra, & dictorum fratrum nostrorum præsentia; ac deinde interposito*

aliquorum dierum spacio, in consistorio legi fecimus, coram ipsis; & illas in suo vulgari cuilibet eorum exponi, qui perseverantes in illis, eas expresse & sponte, prout recitata fuerant, approbarunt.

Postq; cum Magistro & Preceptoribus principis prefati Ordinis, intendentes super premissis inquirere, per nos ipsos, Magistrum, & fratres terræ ultramarinæ, Normanniæ, Aquitanniæ & Pictaviæ, Preceptores majores nobis Pictavis existentibus mandavimus præsentari: sed quoniam quidam ex eis sic infirmabantur tunc temporis, quod equitare non poterant, nec ad nostram præsentiam quoquomodo adduci; nos tum eis scire volentes de præmissis omnibus veritatem; & an vera essent, quæ continebantur in eorum confessionibus & depositionibus, quas coram Inquisitore hæreticæ pravitatis in Regno Franciæ, præsentibus quibusdam Notariis publicis, & multis aliis bonis viris, dicebantur fecisse nobis & fratribus nostris, per ipsum Inquisitorem, sub manibus publicis, exhibitis & ostensis dilectis filiis nostris Berengario, titulo Sanctorum Nerei & Achillei; & Stephano, titulo S. Citiaci in termis Presbyteris, ac Pandulpho S. Angeli Diacono Cardinali; de quorum providentia, experientia & fidelitate indubitatam fiduciam obtinemus, commisimus & mandavimus, ut ipsi cum præfatis Magistro & Preceptoribus inquirerent, tam contra ipsas & alias singulares personas dicti Ordinis generaliter, quam contra Ordinem ipsum, super præmissis, cum diligentia Veritatem; & quicquid super his invenirent, nobis referre; ac eorum confessiones & depositiones, per manum publicam in scriptis redactas, nostro Apostolatui referre ac præsentare curarent, eisdem Magistro & fratribus absolutionis beneficium à sententia Excommunicationis, quam pro præmissis, si vera essent, incurrerant, si absolutionem humiliter & devote peterent, ut debebant, juxta formam Ecclesiæ impensuri: Qui Cardinales ad ipsos Magistrum & Preceptores personaliter accedentes, & sui adventus causam exposuerunt.

Et quoniam personæ ipsorum, & aliorum Templariorum in Regno Franciæ consistentium, nobis traditæ fuerant, quod libere absq; metu cujusquam, plene & pure super præmissis omnibus, ipsis Cardinalibus dicerent veritatem, eis auctoritate Apostolica injunxerunt. Qui Magister & Preceptores Franciæ, terræ ultramarinæ, Normanniæ, Aquitanniæ & Pictaviæ, coram ipsis tribus Cardinalibus, præsentibus quatuor Tabellionibus publicis, & multis aliis bonis viris, ad sancta Dei Evangelia, ab eis corporaliter tacta, præstito juramento, quod super præmissis omnibus veram & plenam dicerent veritatem, coram ipsis singulariter libere ac sponte, absq; coactione qualibet & terrore deposuerunt, & confessi fuerunt, inter cætera, Christi abnegationem, & spuitionem super Crucem, cum in Ordine Templi recepti fuerunt. Et quidam ex eis, sub eadem forma; scil. cum abnegatione Christi & spuitione super Crucem, fratres multos recepisse. Sunt etiam quidam ex eis, quædam alia horribilia & inhonesta confessi, quæ ut eorum ad præsens parcamus, verecundiæ subticemus.

Dixerunt præterea, & confessi fuerunt esse vera, quæ in eorum confessionibus & depositionibus continentur, quas dudum fecerant coram Inquisitore hæreticæ pravitatis; quæ confessiones & depositiones dictorum Magistri & Preceptorum, in scripturam publicam per quatuor Tabelliones publicos redacta, in ipsorum Magistri & Preceptorum, & quorundam aliorum bonorum virorum præsentia; ac deinde interposito aliquorum dierum spacio, coram ipsis eisdem lecta fuerant, de mandato & in præsentia Cardinalium prædictorum, & suo vulgari exposito cuilibet eorum. Qui perseverantes in illis eas expresse & sponte, prout recitata fuerant, approbarunt. Et post confessiones & depositiones hujusmodi, ab ipsis Cardinalibus ab excommunicationis sententia, quam pro præmissis incurrerunt, absolutionem, flexis genibus, manibusq; complexis, humiliter & devote, ac cum lacrimarum effusione non modica petierunt. Ipsi vero Cardinales, quia Ecclesia non claudit gremium redeunti, ab eisdem Magistro & Preceptoribus, hæresi abjurata, expresse ipsis secundum formam Ecclesiæ, auctoritate nostra absolutionis beneficium impenderunt; ac deinde ad nostram præsentiam redeuntes, Confessiones & depositiones prælibatorum Magistri & Preceptorum, in scripturam publicam, per manus publicas, ut dictum est, redactas, nobis præsentaverunt; & quæ cum dictis Magistro & Preceptoribus fecerant, retulerunt.

Ex quibus confessionibus & depositionibus, ac relatione, invenimus sæpefatos Magistrum & fratres, in præmissis, & circa præmissa, licet quosdam ex eis in pluribus, & alios in pauciribus graviter delinquisse. Verum, quia in universis Mundi partibus, per quas idem Ordo diffunditur, ac fratres degunt ipsius, super his non possumus inquirere per nos ipsos, Fraternitati vestræ, de fratrum nostrorum consilio, per Apostolica scripta mandamus, quatinus vos & quilibet vestrum; viz. in suis Civitate & Diœcesi, una cum Venerabilibus fratribus nostris Patriarcha Jerosolymitana, ac Archiepiscopo Ebor. Lincolnien. Cicestrien. & Aurelianen. Episcopis; & dilectis filiis de Latigniaco, Parisien. Diac. & S. Germani de Pratis, juxta Parisias, Monasteriorum Abbatibus, ac Magistro Sicardo de Vauro, Canonico Nerbonensi, Capellano nostro, nostriq; Palacii auditore causarum, & Guidoni de Wychio, Rectori Ecclesiæ de Yelt Lond. Diœc. vel octo, septem, sex, quinq; quatuor, tribus, duobus aut uno ex ipsis, quos vobis in hac parte, propter negotii magnitudinem, duximus adjungendos, vocatis per publicum citationis edictum, per vos & ipsos adjunctos, vel eorum aliquos, seu aliquem, in locis de quibus nobis & eis videbitur faciendum, qui fuerint evocandi, contra singulares personas & fratres dicti Ordinis, in Civitatibus & diœcesibus vestris degentes, etiamsi alibinde venerint, vel illuc adducti forsan extiterint, super articulis, quos vobis sub Bulla nostra inclusos transmittimus, & super aliis, de quibus prudentia

dentia vestra videbitur expedire, veritatem, cum diligentia, inquiratis.

Volumus insuper, quod Inquisitione, seu inquisitionibus hujusmodi factis, per Provinciales Concilium, contra ipsas singulares personas & Fratres, qui in eadem provincia, seu pro eis super hiis de quibus contra eos inquisitum existeret, & solemnia seu condemnatoria sententia, juxta furis exigentiam proferatur; Inquisitores nichilominus, seu Inquisitoribus ejusdem pravitatis hæretica in ipsa Provincia, per sedem Apostolicam deputatis, ad dictas Inquisitiones, quæ ad hujusmodi prolationem sententiæ adhuc essent, si ad eas vobiscum voluerint interesse: Proviso, quod de inquirendo, vel sententiando contra prædictum Ordinem, & contra magnum Præceptorem dicti Ordinis, in regno Angliæ constitutum, contra quos per certas personas inquiri mandavimus, vos intromittere nullatenus præsumatis. Data Pictavis *secundo Id.* Augusti, *Pontificatus nostri anno tertio.*

Nos igitur præscriptas Apostolicas literas, ad vestræ fraternitatis noticiam perducimus, ut vos obtentâ copiâ earundem, juxta formam mandati Apostolici, id quod ad vestram sollicitudinem, in hac parte, pertinet, impleatis: articulos autem quos clausos, sub vera Bullâ, recepimus, & fraternitati vestræ, sub Sigillo nostro recluses, per vos aperiendos transmittimus, postquam Copiam receperitis & habueritis eorundem, sub Sigillo vestro recluses, bajulo præsentium retradatis; & sic cautè ipsorum articulorum Copiam assumere, & assumptum Custodire curetis, quod iidem Articuli antea minimè revelentur, quoniam super ipsis vos oporteat inquirere veritatem. In signum autem receptionis præmissorum, vos venerabiles fratres, ad quos præsentes literæ pervenerint, vestra Sigilla præsentibus appendatis. Data apud Wyngham x. Kal. *Octobris*, Anno Domini *MCCC ix.* consecrationis nostræ *xvi.*

Item loco, die, & horâ prædictis, in præsentia prædictorum dominorum, & coram nobis Notariis memoratis, exhibiti fuerunt Articuli, sub Apostolica Bulla inclusi, & coram nobis aperti, continentia infrascripta.

Isti sunt Articuli, super quibus inquiritur contra Fratres Ordinis *Militiæ Templi*, tanquam contra singulares multiplicer infamatos, & vehementer suspectos, super contentis in eisdem Articulis, & maximo, contra eos, scandalo super hiis existente.

Articuli contra singulares personas.

1. PRimò, quod in receptione suâ, quandocunque postea, & quam cito ad hoc commoditatem habere poterant, abnegabant *Christum*, vel *Jesum*, vel *Crucifixum*, vel quandoq; Deum, & quandoq; beatam Virginem, & aliquando omnes sanctos Dei, inducti seu moniti per eos, qui ipsos recipiebant.

2. Item quod communiter Fratres hoc faciebant.

3. Item quod Major pars eorum.

4. Item quod etiam post ipsam receptionem aliquando.

5. Item quod receptores dicebant, & dogmatizabant illis, qui recipiebantur, *Christum* non esse verum Deum, vel quandoq; *Jesum*, vel quandoq; *Crucifixum*.

6. Item quod dicebant illis, quos recipiebant, ipsum esse falsum Propheram.

7. Item, quod dicebant ipsum non fuisse passum pro redemptione humani generis; nec crucifixum, sed pro sceleribus suis.

8. Item, quod nec receptores, nec recepti habebant spem salvationis habendæ per ipsum; & hoc dicebant illis quos recipiebant; vel equipollens, vel simile.

9. Item, quod faciebant illos, quos recipiebant, spuere super Crucem, sive super signum, vel sculpturam Crucis, & imaginem *Christi*, licèt qui recipiebantur interdum spuerent juxta.

10. Item, quod ipsam Crucem pedibus conculcari faciebant.

11. Item, quod eandem Crucem ipsi Fratres aliquando conculcabant.

12. Item quod mingebant interdum, & alios mingere faciebant super ipsam Crucem, & hoc fecerunt aliquotiens in die *Veneris* sanctâ.

13. Item, quod nonnulli eorum, ipsâ die, vel alia septimanæ sanctæ, pro conculcatione & minctione prædictis, consueverunt convenire.

14. Item, quod adorabant quendam Catum, tibi in ipsa Congregatione apparentem.

15. Item, quod hæc faciebant in vituperium *Christi*, & fidei orthodoxæ.

16. Item, quod non credebant Sacramentum Altaris.

17. Item, quod aliqui ex eis.

18. Item, quod major pars.

19. Item, quod nec alia Sacramenta Ecclesiæ.

20. Item, quod Sacerdotes Ordinis, verba per quæ conficitur Corpus *Christi*, non dicebant in Canone Missæ.

21. Item, quod aliqui ex eis.

22. Item, quod major pars.

23. Item, quod recipientes ipsos, hoc injungebant eisdem.

24. Item, quod credebant, & sic dicebatur eis, quod magnus Magister Ordinis poterat eos absolvere à peccatis suis.

25. Item, quod Visitator.

26. Item, quod Præceptores quorum multi erant laici.

27. Item, quod hoc faciebant de facto,

28. Item, quod aliqui eorum.

29. Item, quod magnus Magister hæc sibi de se confessus, etiam antequam esset captus, in præsentiâ magnarum personarum.

30. Item, quod in receptione fratrum dicti Ordinis, vel circa recipiens, interdum & receptus aliquando deosculabantur se in ore, in umbilico, seu ventre nudo, & in ano, seu spinâ dorsi

31. Item, quod aliquando in umbilico.

32. Item, quod aliquando in spinâ dorsi.

33. Item, quod aliquando in virgâ virili.

34. Item, quod in ipsâ receptione, faciebant illos, quos recipiebant jurare, quod ordinem non exirent.

35. Item, quod habebant eos statim pro professis.

36. Item, quod receptiones fratrum suorum clandestinæ fiebant.

37. Item, quod nullis præsentibus, nisi fratribus dicti Ordinis.

38. Item, quod propter hoc, contra fratres dicti Ordinis, vehemens suspicio à longis temporibus laboravit.

39. Item, quod communiter habebatur.

40. Item, quod fratribus, quos recipiebant, dicebant, quod adinvicem poterant unus cum alio carnaliter commiscere.

41. Item, quod hoc erat eis licitum facere.

42. Item, quod hoc debebant facere adinvicem, & pati.

43. Item, quod hoc facere non erat eis peccatum.

44. Item, quod hoc faciebant ipsi vel plures eorum.

45. Item, quod aliqui eorum.

46. Item, quod ipsi fratres, per singulas provincias habebant ydola, viz. Capita, quorum aliqua habebant, tres faciebant, & aliqua unam, & aliqua habebant cranium humanum.

47. Item quod illa Idola, vel illud ydolum adorabant, & specialiter in eorum magnis Capitulis, & congregationibus.

48. Item, quod venerabantur.

49. Item, quod ut Deum.

50. Item, quod ut Salvatorem suum.

51. Item, quod aliqui eorum.

52. Item, quod major pars.

53. Item, quod dicebant quod illud caput poterat eos salvare.

54. Item, quod Divites facere.

55. Item, quod omnes divitias Ordinis dabat eis.

56. Item, quod terram germinare faciebat.

57. Item, quod faciebat arbores florere.

58. Item, quod aliquod caput dictorum ydolorum cingebant, seu cingebant cordulis quibus seipsos cingebant circa camisiam vel carnem.

59. Item, quod in sui receptione singulis confratribus prædictæ cordulæ tradebantur, vel aliæ longitudinis earum.

60. Item, quod veneratione ydoli hoc faciebant.

61. Item, quod injungebatur eis, ut dictis cordulis, ut præmittitur, se cingerent, & quod continuè portarent.

62. Item, quod communiter fratres prædicti Ordinis modis prædictis recipiebantur.

63. Item, quod hæc faciebant & devotè.

64. Item, quod ubiq;.

65. Item, quod pro majori parte.

66. Item, quod cui nolebant prædicta, in sui receptione, vel post facere, interficiebantur, vel carceri mancipebantur.

67. Item, quod aliqui.

68. Item, quod major pars.

69. Item, quod injungebatur eis per Sacramentum, ne prædicta revelarent.

70. Item, quod sub pœnâ mortis vel carceris.

71. Item, quod neq; modum receptionis eorum revelarent.

72. Item, quod nec de prædictis inter se loqui audebant.

73. Item, quod si quis reperiebantur, revelare, morte vel carcere affligebantur.

74. Item, quod injungebatur eis, quod non conferrent aliquibus, nisi fratribus dicti Ordinis.

75. Item, quod fratres dicti Ordinis, scientes dictos errores corrigere, neglexerunt.

76. Item, quod non recesserunt ab observantiâ prædictorum errorum, & communione dictorum fratrum, licèt facultatem habuissent recedendi, & prædicta faciendi.

77. Item, quod fratres jurabant augmentum & utilitatem Ordinis, quibus modis possent per fas & nephas procurare.

78. Item, quod non reputabant hoc peccatum.

79. Item, quod prædicta omnia & singula sunt nota & manifesta inter fratres dicti Ordinis.

80. Item, quod de hiis est vox publica, opinio communis, & fama, tam inter fratres dicti Ordinis, quam extra.

81. Item, quod dicti fratres in magnâ multitudine prædicta, confessi fuerunt, tam in judicio, quàm extra, & coram solemnibus personis, & in pluribus locis etiam publicis.

82. Item, quod multi fratres dicti Ordinis, tam milites quam sacerdotes, quam alii etiam, in præsentiâ Domini nostri Papæ, & Dominorum Cardinalium, fuerunt prædicta, vel majorem partem dictorum errorum confessi.

83. Item, quod per juramenta sua præstita ab eisdem.

84. Item, quod etiam in pleno consistorio.

85. Inquiratur autem à singulis fratribus, de receptoribus eorum; de locis in quibus fuerant recepti; de temporibus receptionum suarum; & de altaribus in receptionibus suis; & de modis receptionum suarum.

86. Item si sciunt vel audiverunt, quando & à quibus dicti errores ceperunt, & à quo habuerunt ortum, & quâ de causâ; & de circumstantiis & prædicta contingentibus omnibus de quibus videbitur expedire.

87. Item inquiratur à singulis fratribus, si sciunt ubi sunt dicta Capita, vel ydola, vel aliquod eorum, & qualiter deportabantur & custodiebantur, & per quos.

Item

Item die, loco & hora prædictis, in præsentia prædictorum dominorum, coram nobis Notariis memoratis, exhibita fuit quædam litera citatoria, Sigillis prædictorum dominorum; viz. reverendi Patris Domini Radulphi *Dei gratia* Lond. *Episcopi*, (&c.) *cujus tenor inferius annotatur.*

RAdulphus permissione divinâ Episcopus *Lond.* ac *Decanus*, (&c.) Archidiacono *Londonensi*, vel vices ejus gerenti salutem in Domino. Cum super nephandæ apostasiæ scelere, ydolatriæq;, (&c.) quibus fratres ac singulares personæ Ordinis militiæ Templi, (&c.) infecti esse dicuntur; nos juxta mandatum Apostolicum, & pastoralis Officii nostri debitum, contra fratres & singulares personas prædicti Ordinis, Civitatis & diocæsis *Lond.* ac alios ibidem existentes, vel illuc forsan adductos, sive habitum prædicti Ordinis gestantes, sive rejecto habitu incedentes, ratione prævia, prout decet, inquirere & procedere intendamus, vobis, in virtute sanctæ obedientiæ, districtè præcipimus, & mandamus, quatinus in proximâ instanti Dominicâ, tam in Ecclesiâ S. *Pauli*, quam in aliis Civitatis prædictæ, quando major Missa celebrabitur, & populus ibidem convenerit ad divina, per publicum citationis edictum, vocetis & citetis, vel citari faciatis solempniter & publicè omnes prædictos Templarios, qui ad hoc vocandi fuerint, ut *xiii.* Kal. *Novembris*; quem diem, quia negotium celeritatem desiderat, & periculosum est toti fidei orthodoxæ, pro termino peremptorio assignamus, personaliter compareant *Londoniis*, in aulâ Episcopali, coram nobis processuri & facturi in præmissis, quid ordo dictaverit rationis; injungimantes eisdem, quod sive venerint sive non, in præmissis & circa præmissa procedemus, prout fuerit rationis. De hiis autem, quæ per vos facta fuerint in præmissis, nos dictis die & loco certificare curetis, per vestras patentes literas, seu autenticâ vel duplica munimenta, continentia seriem præsentium literarum. Data apud Wytham *viii.* Idus *Octobris*, (&c.) A. gratiæ *MCCCix.*

Primus Examinatus ad cautelam, sine juramento, cum duobus sequentibus.

IN nomine Domini Amen, anno incarnationis dominicæ *MCCCix.* indictione octavâ, *x.* Kal. *Novembris*, coram Dominis Inquisitoribus suprascriptis, frater *Willielmus Raven*, de Ordine *Templariorum*, requisitus per quantum tempus stetit in ordine Templariorum; dicit, quod receptus fuit in ordine Templariorum quinquennio elapso, apud Coumbe, in diocæsi *Bathoniensi*, per fratrem *Willielmum* de la *More* in dominicâ proximâ post festum Omnium Sanctorum; & præsentes fuerunt tunc, fratres *Johannes* de *Walpole*, & *Willielmus* de *Eryge*, præsentibusq; circiter Centum personis secularium, circa horam *Primæ* in Capellâ loci ejusdem: & erat receptus cum eo fratre *Galfridus* de *Trewe* miles, qui mortuus est. Dixit etiam, quod rogavit ipsos fratres de *Temple*, ut vellent admittere eum in dicto Ordine, ad serviendum Deo, & beatæ *Mariæ* Virgini, & terminare vitam suam in servicio eorum.

Dicit etiam, quod quærebatur ab eo, si habebat fixam voluntatem ad hoc faciendum; & dixit quod sic. Et postea dicebatur per duos fratres, qui exponebant ei rigores Ordinis; *viz.* quod non ageretur voluntate suâ propriâ in agendis, sed voluntate Præceptoris; & si vellet unum facere, præciperetur sibi aliud facere; Et si vellet esse in uno loco, mitteretur ad alium locum: Quibus promissis, juravit ad sancta Dei Evangelia, obedire superiori, non habere proprium, conservare Castitatem; non consentire quod aliquis injustè exhæreditaretur; nec quod injiceret manus violentas in quenquam, nisi se defendendo, vel in Saracenos.

Dixit etiam, quod illud juramentum factum fuit in Capellâ prædictâ, præsentibus duntaxat fratribus de Ordine, & uno Presbytero dicti Ordinis, cujus nomen ignorat, ut dicit; & legebatur sibi Regula Ordinis, per unum de fratribus, qualiter se haberet in omnibus spectantibus ad Ordinem; & sic fuit doctus per mensem, per unum fratrem servientem literatum, vocatum *Johannem* de *Walepole* prædictum. Requisitus, si postea fecit aliquam aliam professionem clam vel palam; dicit quod non.

Dicti verò auditores & Inquisitores injunxerunt *Edmundo* de *Verney*, & *Willielmo* de *Herdeby* Custodibus dictorum fratrum, quod nullo modo permittrent istum fratrem *Willielmum* stare cum aliis confratribus suis, nec loqui cum eis, nec aliquo ipsorum; nec quod aliquis interveniat ad explorandum quid actum, ut vel fieri debet in hac parte, & hoc sub pœnis majoris Excommunicationis, exnunc, prout extunc.

Actum *Londoniis* in Capitulo Monasterii S. *Trinitatis*, præsentibus fratribus *Radulpho* de *Cantuaria*, Priore domus S. *Trinitatis* (&c.)

Frater *Hugo* de *Tadecastre*, de Ordine *Templi*, requisitus per quantum tempus stetit in Ordine (&c.) dicit, quod fuit receptus apud Farlete, *Ebor.* dioc. per fratrem *Willielmum* de *la More*, in Oratorio loci ejusdem, aliquantulum post ortum solis, & quod nullus secularis erat præsens, quando fuit receptus; nec est consuetudinis quod aliquis secularis sit præsens in receptione fratrum.

Requisitus de modo receptionis, dicit, quod erat Claviger in *Temple*, dum erat secularis; & requisivit Magistrum, ut eum reciperet in fratrem: & expositis sibi hiis quæ rigoris sunt in Ordine *Templi*, & substantialibus Ordinis, quod ad obedientiam, castitatem, & abdicationem proprietatis; fuit ductus in Capellam, fratribus Ordinis duntaxat, Capellanis, militibus & servientibus præsentibus, secularibus omnibus exclusis; præstito ab eo, ad sancta Dei Evangelia, juramento, quod prædicta tria substantialia dicti Ordinis, & consuetudines bonas & laudabiles Ordinis *Templi* servaret; & negotium

terræ sanctæ ultramarinæ, pro posse suo, juvaret, contra inimicos fidei Christianæ.

Dicit etiam, quod juravit, quod neminem injustè exhæredaret; & tunc sibi tradebatur Mantellum, cum Cruce; & pilleum in Capite.

Dicit etiam, quod erat apud Dunstaple in Capitulo, ubi *Philippus* de *Mewes* miles receptus fuit in fratrem dicti Ordinis, eodem modo quo ipse fuit receptus; & alio modo non recipiuntur fratres dicti Ordinis.

De Templariorum Ordinis destructione; & W. de Grenefeld *Archiepiscopi* Ebor. *adversus eos clementia.*

Ex hist. Angliæ, script. antiq. edit. *Lond.* 1653. Col. 1729. l. 67.

—HUius Pontificatus anno secundo, fratres *Militiæ Templi Jerosolomitani*, per totam *Angliam* constituti sunt, uno eodemque die, hoc est quarto Idus *Januarii*, de mandato Domini Papæ *Clementis*, ad instantiam Domini regis *Francorum*: prout, dicebatur, generaliter comprehensi, arctæ Custodiæ *Londoniæ* & *Eboraci*, sunt deputati. Factâ interim tam *Eboraci* quàm *Londoniæ*, solempni examinatione articulorum per æmulos suos eis objectorum, coram venerabilibus patribus *Willelmo Eboracensi* Archiepiscopo, & *Radulpho de Baldok Londoniensi* Episcopo, ad hoc per dominum Papam specialiter deputatis, præsentibus ipsis *Templariis*, & ad omnia eis objecta convenienter respondentibus; quamvis in multis essent accusati, nichil tamen inventum est, quod de jure videretur statum illorum anullare: Postmodum verò idem dominus Papa, collecto *Viennæ* Concilio generali, anno Pontificatus sui septimo, & anno Domini *MCCCxii.*, qui est annus Pontificatus prædicti patris *Willielmi* septimo, die Lunæ tertio die *Aprilis* commissâ viâ processus judiciarii, de fratrum quorundam Consilio, & aliorum assidentium, Ordinem illius *Militiæ Templi* celeberrimum, auctoritate Apostolicâ dampnavit, cassavit, & perpetuò anullavit. Insuper inhibuit, ne quis de cætero dictum Ordinem ingrederetur, nec professionem in eo faceret, nec habitum illius Ordinis deferret, vel reciperet, sub pœnâ Excommunicationis majoris, quam, si quis in aliquo contraveniret, ipso facto incurret.

Delato itaq; prædicto Ordine, Fratres *Hospit. S. Johannis*, possessiones eorum pro majori parte adepti, usque in præsentem diem occupant. Archiepiscopus *Willielmus* pierate motus super statu *Templariorum* suæ diocesis, omni auxilio destitutorum, eos in diversa suæ Diocesis instituit Monasteria, eisque suo perpetuo victui necessaria ministrari præcepit.

Ordinationes & Decreta pro Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini in Anglia existentium gubernatione meliori; compositæ & statutæ per Thomam Wolsæum *S.* Ciciliæ *Rom. Ecclesiæ Presbyterum Cardinalem*, Ebor. *Archiepisc. virtute Commissionis Domini* Leonis *Papæ, ejus nominis Decimi, sibi directæ, Anno ab Incarn. Domini* MDxix.

Ex veteri exemplari in bibl. Cottoniana.

IN Dei nomine *Amen*. Nos *Thomas*, miseratione divinâ, tituli S. *Ceciliæ* sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis, *Eboracensis* Archiepiscopus, *Angliæ* primas, & Apostolicæ sedis legatus, ipsius quoq; regni *Angliæ* Cancellarius; necnon sanctissimi in Christo patris & Domini nostri, Domini *Leonis* divinâ providentiâ, illius nominis Papæ decimi; dictæq; sedis ad serenissimum & potentissimum principem & dominum nostrum *Henricum*, Dei gratiâ *Angliæ* & *Franciæ* regem, ac dominum *Hiberniæ*, universumque eius *Angliæ* regnum, ac omnes & singulas ipsius regni provincias, Civitates, terras, atque loca alli subjecta, & alia illi adjacentia, etiam de Latere legatus, non modo ex jure communi vigore hujusmodi legationis nostræ de Latere, verùm etiam ex prætati sanctissimi Domini nostri, sub plumbo commissione, & indulto speciali, cujus data est *Romæ* apud S. *Petrum* Anno Incarn. dominicæ *M.D.xix.* quarto Idus *Junii*, Pontificatus ejusdem sanctissimi Domini nostri anno septimo, omnia & singula hujus regni *Angliæ* & locorum prædictorum Monasteria & loca religiosa, exempta & non exempta, eorumq; Prælatos, Rectores & Ministros, visitandi, corrigendi, & reformandi, potestatem habentes; & ad honestiores vivendi mores, tam in capitibus quàm in membris reducendi; proq; hujusmodi reformatione faciendâ facultatibus amplissimis, in hujusmodi indulto apostolico plenius specificatis utendi; pœnas quoq; & censuras imponendi, & alias contra ipsos Prælatos, Præsidentes & Ministros procedendi, corrigendi, castigandi & puniendi, ac ad laudabiles mores reducendi: necnon omnia & singula, quæ justa institua suorum ordinum & constituciones summorum Pontificum, & decreta sanctorum Patrum, ad honorem Dei ac religiosarum personarum prædictarum decorem, honestumq; vivendi modum necessaria, seu quomodolibet opportuna videbuntur, gerendi, statuendi, faciendi, disponendi & exequendi; contradictores & rebelles cujuscunq; status, gradus, ordinis, præeminenciæ, nobilitatis, vel conditionis fuerint, per Excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliasq; formidabiliores, de quibus nobis videbitur sententias, censuras

censuras & pœnas, cum earum aggravatione & reaggravatione, quavis appellatione pospositâ compescendi, & si opus fuerit brachium seculare invocandi, cum derogationibus Privilegiorum indultorum, & literarum Apostolicarum dictis religiosis personis, sub quibusvis verborum formis & clausulis etiam derogatoriarum, derogatoriis, forcioresq; & insolitas ac irritantibus, & aliis decretis per sedem Apostolicam concessorum, confirmatorum, & innovatorum; non obstantibus etiam quibusvis exceptionibus & appellationibus à præmissis, ad ipsum sanctissimum dominum nostrum & dictam sedem per quosvis forsan, pro tempore, interponendis, quas extunc, prout exnunc, & è converso idem sanctissimus dominus noster frivolas & inanes, ac ex nullo gravamine interfectas fore & esse decrevit, ad honorem Dei, decus & ornamentum Ordinis regularis S. *Augustini*, Prælatorumq; & Canonicorum ejusdem Ordinis, hujus regni nostri *Angliæ*, & locorum prædictorum reformationem, ac condecentem vivendi & incedendi modum; quædam, ex commissi nobis officii potestate duximus ordinanda & statuenda, prout per capita distincta inferiùs continetur.

De unione; & Capitulo generali omnium Canonicorum regularium, per Angliam.

CUm ad manifestandam Ecclesiæ unitatem, uni *Petro* commisit Christus Ecclesiam suam, propter quam, & in unum dicit beatissimus pater vester *Augustinus* congregati estis, ejusdem membra corporis divisa esse nolumus dicere Evangelistam, *Omne regnum in se divisum desolabitur*; turpisq; pars est, quæ non convenit suo toti majori igitur parti, ubi tota vis minorem in bono adherere debere; decernentes tamen secundùm constitutionem provincialem *cap.* 1. de religiosis domibus, quam ex vestris unanimi assensu & concensu, nostrâ auctoritate statuimus, quod Canonici regulares, vocati *Arusienses* & *Victorini*, quos audivimus à cæteris segregatos, & omnes Canonici regulares Ordinis S. *Augustini*, quocunque nomine apellentur, per totum regnum *Angliæ* in eodem Capitulo generali, de triennio in triennium omnino celebrando, super eisdem statutis & privilegiis & eisdem præsidentibus imperpetuum uniantur atque conveniant, juxta Statutum generale & Decretalem *Honorii* tertii, constitutiones *Benedictinas*, sufficienter & ad plenum in hac parte disponentes, sub pœnis ibidem contentis.

De admittendis ad religionem, & forma profitendi eosdem

QUum nichil sit sanctæ religioni tam pestiferum, quàm quod indocti, virtutibus parùm dediti, rudes, ad religionem penitùs inepti, ad habitum regularem inconsideratè assumuntur, undè regularis observanciæ contemptus, & alia mala quamplurima nonnunquam insequuntur; statuimus igitur & ordinamus, quod omni amore indiscreto carnis necessitudine, & favore sepositis, nullus posthac in habitum Canonicorum regularium ad annum probationis admittatur, nisi, secundùm statuta *Benedictina*, persona idonea, vel de cujus idoneitate spes verisimilis habeatur quod.... in divinis & aliis Deo possit & velit inservire, quodq; talis antequam expressè & publicè religionem profiteatur ærare sit legitimâ, juxta *Cap.* 1. *&c.* ad nostram ... de regularibus, &c. & quod regulam S. *Augustini* penè memoriter recitare sciat, ac etiam in signis & cæteris religionis ceremoniis competenter sit instructus, hæcq; verba subsequentia, sola & non alia in suâ professione proferat. *Ego frater* N. *offerens trado meipsum, divina pietate, in hac Ecclesia* N. *perpetuo me serviturum secundum regulam* S. Augustini; *& promitto obedientiam Domino* N. *hujus Ecclesiæ Abbati, vel Priori, & successoribus suis Canonice intrantibus*: Sup quibus omnibus & singulis, conscientias Prælatorum suorum, sub pœnâ indignationis Dei omnipotentis districtiùs oneramus: Et ut præmissa citiùs fiant & faciliùs perficiantur, habeant singuli prælati, infra sua Monasteria, ubi novicii admitti & profiteri debeant, Præceptorem Grammatices secularem, vel regularem, necnon regulæ & ceremoniarum informatores, juxta Statutorum suorum exigentiam.

De obedientia.

QUoniam, præ cæteris, eximium est obedientiæ bonum, quo non propriam voluntatem religiosi sed superioris pociùs agere sint parati; cui tanquam patri obediendum esset, jubet in regulâ divus *Augustinus* filialem obedientiam, insinuans quæ promptè atq; hillariter opus injunctum exequatur; & non tristiter ac pigritiâ, quod obedientiæ similis indicium est: Statuimus idcirco, quod fratres in cunctis, quæ secundùm Deum, & pro religionis utilitate præcipiuntur, promptè suis superioribus obtemperent, absq; murmure & contradictione aliquâ; certi quia non homini obediunt soli, sed Deo, à quo & retributionem accipient; idq; facientes, non modò animarum suarum miserebuntur, sed præpositorum suorum item, quemadmodum in regulâ traditur, nam ita & suas animas obediendo à peccato liberabunt inobedientiæ, & præpositos facient, ut cum gaudio suis fungantur officiis; propter quod & *Paulus*, ad *Hæbreos*, ait, *Obedite præpositis vestris, & subjacete illis; ipsi enim vigilant, tanquam pro animabus vestris rationem redditur, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes*: Quia si Christianis omnibus hoc jubet *Paulus*, multò magis id religiosis est faciendum, qui se, voto labiorum suorum, ad obedientiam arctiùs astrinxerint.

Contra

Contra vicium proprietatis.

ITem statuimus & ordinamus, quod nullus Canonicus regularis habeat aliquid proprium, sub pœna in regula S. *Augustini*, & in Cleme ... dudum de sepulturâ proprietariis impositâ; ac ut hujusmodi proprietatis vicium à sancta religione eo faciliùs tollatur, quo sese quisq; nullâ re indigere conspexerit; decernimus quod omnibus & singulis Canonicis in victu & vestitu salubribus & decentibus, ac aliis vitæ necessariis competentibus, de communi, secundùm eorum indigentiam atq; facultates domus, permiserint, quociens opus fuerit, per Prælatum sive Præpositum aut officiarium alium, ad hoc per eum deputatum; eis & eorum cuilibet juxta Regulam prædictam plenè & liberè administretur. Et quoniam in constitutione *Benedictina* contineatur, ut illud quod dandum erit singulis Canonicis pro vestiario, ordinetur & taxetur; nos igitur taxando statuimus, quod ultra *Lx.* solidos annuos, nulli Canonico Presbytero, non officiario, vel ultra *xxx.* solidos pro Canonico non Presbytero, Magistro Noviciorum porcio annua, pro vestitu & aliis necessariis, tradatur seu persolvatur; de quibus quidem *Lx.* seu *xxx.* solidis annuis, cæterisq; rebus queiscunq;, suâ sub custodiâ existentibus, seu existere debentibus, singuli Canonici, *viz.* Presbyteri pro seipsis, & Mag. Noviciorum, pro non Presbyteris, singulis annis suis Prioribus seu Præpositis, quociensc unq; id requirentibus, per billas suas plenum & verum faciant compotum; post quem si Priores seu Præpositi prædicti, quicquam scienter celatum seu occultatum repererint, taliter celantem seu celantes occultantem, seu occultantes, proprietatis vicio convictum, seu convictos, debitis subjiceant proprietariorum pœnis prædictis; pecunias verò, aut alia quæcunq;, nomine & expresso permissu Prælati sui, Canonicus quicunq; retinens, & ad ejus requisitionem revelare, & cum effectu tradere paratus, absq; aliâ fraudulentâ excusatione quacunq; proprietarius, auctoritate præsentium censendus non erit; Donatorum igitur pecuniam, aut aliter quæsita quæcunq;, juxta Regulam, in potestate sit Præpositi donatorio, vel cui velit conferre, quæ quantacunq; sic recipiens & retinens, ut prædiximus, proprietarius non erit. Curent verò Præpositi, seu Priores, omnia & singula præmissa diligentius atq; districtius observari, semper cogitantes se Deo pro hiis rationem reddituros, consuetudini tamen seu statuto cuicunq;, minorem pensionem annuam, quàm prædictorum sexaginta vel triginta solidorum, pro vestibus disponenti, dum tamen sufficienter provideatur pro eisdem; non intendimus, per istam constitutionem, in aliquo derogare.

De fœminis infra Monasterium non admittendis.

ITem statuimus, quod nulli fœminæ, cujuscunq; ætatis, propinquitatis aut conditionis extiterit, permittatur accessus in *Dormitorium*, *Infirmarium*, *Claustrum*, aut *Canonicorum Cellas* seu cameras vel alium locum privatum quemcunq; sed duntaxat ad loca pro hospitibus deputata, vel ad hospitia Prælatorum, aut in magnis Monasteriis ad cameras Priorum: Non intendentes per præsens statutum, quin licebit mulieribus Ecclesias, infra Monasteria, causâ devotionis, ingredi, & per claustrum, dummodo stando vel colloquendo mora ibidem non traxerint, pertransire; sed nec ullo modo intra interiora septa Monasteriorum, ex quibus religiosi sine Prælati sui veniâ, egredi non debent, pernoctent.

De vestibus converso, aut alii; ad abluendum aptiori, tradendis.

ET quoniam præcipua occasio colorandi fœminarum accessus est, prætextu vestium abluendarum; idcirco quando Regula instituit, ut vestes Canonicorum, per aliquem ex ipsis, aut per fullonem aliquem expurgentur, provideatur idcirco per Prælatos, quod fieri potest, ut uni ex laicis conversis officium illud abluendarum vestium imponatur, aut cuipiam alii ad hoc opus aptiori, ne fœminis occasio præstetur ingrediendi locum aliquem prædictorum.

De non ingrediendo septa Monasterii.

ITem statuimus, ordinamus, & volumus, quod nemo Regulam S. *Augustini* professus, aut Novicius, ad annum probationis admissus, non priùs expositâ Abbati vel Priori suo causâ rationabili & legitimâ, ac per eundem approbatâ, & termino quo omnino redituus sit pro loci ad quem tendit distantia & negotii qualitate per dictos superiores priùs ei assignatos, fores aut septa Monasterii usquam egrediatur, prout in constitutione *Benedictina*, *Cap. xx.* cavetur; sed neq; cum justa sit causa & per superiorem approbata, id faciat, nisi honestè comitatus, cum uno vel duobus, atq; in habitu decenti, quemadmodum in *Cap. xiii.* Constitutionum *Benedictinorum* continetur: nec aliquos, venandi gratiâ, canes habeat sequaces, vel aucupandi gratiâ cujusvis generis aves habeat, aut deferat; seu ab aliquo secum deferri faciat vel permittat, quemadmodum in patrum cavetur institutis. Quum verò sic exierit, nunquam in opido, juxta quod, vel in quo situm est ejus Monasterium, aut in vicinâ aliquâ domo edat aut bibat, nisi inopinatâ ægrotatione supervenierte, dum in opido fuerit, vel nisi ex mandato vel licentiâ speciali, petitâ priùs & obtentâ, in quo casu præcipimus & mandamus, ut si commodè

modè poterit, potius ad Monasterium suum revertatur, quam illic refectionem accipiat. In cæteris verò locis remotioribus, tanquam partem sigitur undè ei dilatum aliquod suæ castitati in nimere possit; sed & in itinere, juxta Regulæ ordinationem, simul incedant, neque discedant abinvicem, neq; comites quos voluerit, sed quos Præpositus assignaverit, habeat quisq; secum, quibus hoc casu, ut præmittitur, pecunia de communi sumministretur.

De habitu & tonsura Canonicorum.

ITem quia congruum est, ut qui unam & eandem professionem profitentur Regulam, omnes de eodem Monasterio, habitu unius coloris, & ejusdem formæ utantur, & tonsuram gerant uniformem, statuimus quod omnes Canonici Regulares vestibus utantur honestis, secundùm Statuta *Benedicti*, albi, bruni, nigri, seu quasi nigri coloris duntaxat, sic quod in Monasteriis Abbates, Præpositi, & Priores, formam vestium & calciamentorum ita ordinent & disponant, quod sit omnibus Canonicis ejusdem Monasterii tam extrinsecùs quam intrinsecùs uniformis, nisi forte intrinsecùs cum aliquibus ex causâ duxerit dispensandus: Rocketis quoq; lineis, pretii mediocris, non nimis curiosè plicatis, utantur; & calceis, non laicorum more, præstissimis, aut laqueis cericis colligatis utantur. In manicis verò, sub nullo modo, futuris utantur, aut pellibus, nisi prout eis permissum est in Statutis *Benedictinis*, & in hiis omnibus vitentur quicquid sit preciosum, nimis curiosum, aut glorioſum nimis; seu quod esset eorum Ordini contrarium aut scandolosinum; Salvâ semper Prælatorum dignitate pro decenti habitus eorundem competentiâ. In tonsurâ verò omnes cum Coronis, quàm secularium Clericorum, amplioribus de crinibus, ad medietatem auriun præcisis, seu amputatis, humiliter incedant, sub pœnâ Regularis disciplinæ, ad discretionem Prælatorum delinquentibus imponendâ.

De horis Canonicis uniformiter & devote ab omnibus simul Canonicis canendis & audiendis.

ITem statuimus, quod omnes & singuli Canonici Regulares, juxta morem singulorum locorum, Psalmos, & alia ad divinum cultum pertinentia, absq; magnâ acceleratione, aut nimiâ morositate, cum perfectâ verborum expressione, ac mediocri pausâ post punctum medium, distinctè, planè & devotè cantent. Horis verò Canonicis omnibus, *Matutinis* maximè & Missæ majori, legitimo impedimento cessante, omnes & singuli Canonici regulares, & præter Prælatum, Officiarii devotè interfint, vel regulari subjiciantur disciplinæ, si aliàs ex causâ per suos secum superiores non dispensetur. Et cum inter omnes Ecclesiasticos, maximè religiosos, ille canendi modus meritò sit approbandus, in quo non lascivâ melodia affancium auribus blanditur, nec favor humanæ laudis in divisione notarum appetitur, sed planus Cantus & modesta psallentium gravitas, dulci & quietâ modulatione audientium animos, ad spiritualem delectationem, & cælestis melodiæ desiderium incitat & invitat: Nos igitur districtiùs inhibemus, ne Cantus fractus vel divisus, **Pricke-songe** vulgariter & Anglicè dictus, in Choris Canonicorum amodo decantetur, aut decantari permittatur.

Prohibemus insuper, quod laici, sive etiam Clerici seculares Cantores, tam viri quàm pueri, tempore divinorum, in Choro, cum Canonicis ad psallendum quovismodo admittantur: Permittimus tamen, quod Missas de beatâ Virgine, de nomine *Jhesu*, & consimiles, quæ extra Chorum Conventualem, quasi in omnibus hujus regni Monasteriis, solemniter cani solent per viros seculares, etiam laicos ac pueros, cum Cantu fracto seu diviso, & Organis decantari facere valeant, dummodo nemo ex Canonicis, eo excepto qui hujusmodi Missam in Altari celebrabit, intersit. Permittimus etiam quod ipsi Canonici inter se, laicis & secularibus Cantoribus exclusis, aliquam melodiam supra simplicem & serialem Cantum diebus dominicis & Sanctorum natalitiis, festivis, aliisq; magnis solemnitatibus, in *Missis* & *Vesperis*, aliisq; divinis Officiis facere valeant; ita tamen, quod Cantus integritas, & verborum expressio non omittantur. Verùm quia continuus & immoderatus canendi labor, non solum voces psallencium lædit, sed & ipsorum animos ad Deo serviendum imbecilliores efficit, præsertim cum in nonnullis hujus regni Cœnobiis, pauci sunt Canonici, & nonnunquam tres, plureſve *Missæ*, præter & ultra horas Canonicas, sunt cum *Nota* quotidiè celebrandæ: idcirco nos, eorum laboribus in hac parte compacientes, quia in omnibus illorum Cœnobiis Organorum melodia, in Choris suis & alibi ad suum relevamen uti, & ad ea pulsanda virum aliquem honestè conversationis, laicum vel Clericum secularem, dummodo Canonicis nimiâ familiaritate se non immisceat, in suo famulicio retinere valeant, non denegamus.

De modo dicendi divina in minoribus domibus, sive Monasteriis.

ITem ordinamus & discernimus, quod in omnibus minoribus Monasteriis, sive domibus, ubi ad horas cantandas numerus Canonicorum non supperit, *Matutinas* & alias horas Canonicas, Statutis temporibus, in Choro simul, omnes Canonici distinctè, & sonorâ voce, alternatim omnino dicere teneantur: *Missam* verò, si numerus quoquo modo sufficiat, omnino cantent; sin ad minus possint, uno celebrante; cæteri omnes in Choro, cessante causâ legitimâ interfint orationibus, aut contemplationibus, ut religiosos decet intendentes.

De Dormitorio.

ITem decernimus, quod omnes Canonici, qui, ut præfertur, omnibus horis Canonicis interesse tenentur, post *Completorium* dictum à Conventu, acceptâ aquâ benedictâ, ab eo qui dare solet, immediatè ad Dormitorium simul regulariter transeant, ubi silencium teneant; nec ullus indè exeat, nisi per eum, qui tunc & ibi præest, licentiatus; quia si quis secùs fecerit, graviter juxta arbitrium Præpositi puniatur. In eodem verò Dormitorio in cellulis distinctis singuli in singulis & separatis lectis cubent & jaceant; & quælibet cellula, dum in ea aliquis Canonicorum fuerit, toto tempore quo inibi manserit, tàm de die, quàm de nocte, ab anteriori parte sit aperta, ut introspicere volentes videre possint quid intùs agitur, & contra facientes debitè, juxta arbitrium Præpositi, puniatur.

De Refectorio.

ITem statuimus & ordinamus, quod omnes Canonici regulares, singulis diebus per annum, cessante causa per Prælatum approbandâ, simul in Refectorio comedant, præter officiarios & quos Prælatus ad mensam suam, vel alibi, ex gratiâ assignare dignabitur, quod ei licebit, tam infra quàm extra scepta Monasterii; in quo Refectorio secundùm regulam S. *Augustini*, de consuetis lectionem habeant, cui attentas aures accomodent, ac silentium teneant: Nec tempore refectionis aliquem laicum ad eis in mensâ inserviendum, nisi ex causa ibidem admittatur; sed per eorundem Canonicorum aliquem, ubi numerus supperit, id fieri studeant. Statuimus insuper, & districtiùs inhibemus, ne quis Canonicorum aliquod genus cibi aut potus, pauperibus deputatum, seu competens, extra Refectorium secum deferat, seu deferri faciat, absq; speciali superioris ad hoc licentiâ, sub pœna debitâ à Præpositis delinquentibus infligenda.

Ut prædicta per Abbates & Priores diligentius observari curentur, cum diligentia & vigilantia, super gregibus sibi commissis.

CÆterùm, utque in Regulâ traditur, cuncta fideliùs & diligentiùs adimpleantur, hunc modum divus Pater *Augustinus* excogitavit; nempè, ut si quid minus in regulâ observatum fuerit, id non negligenter prætereatur, sed emendandum corrigendumq; curetur: Statuimus igitur quod Abbates & Priores locorum provideant ut singuli Fratres Regulam intelligant, eandemq; diligentiùs, in quantum humana fragilitas hoc permittit, observent: Et quam primum intellexerint ullam regulæ factam transgressionem, per aliquem fratrum, eam cum omni maturitate studeant emendare: Modicus enim error, si non protinùs, emendetur, facilè per negligentiam major evadit: Capitulis igitur coridianis, quibus omnes, causâ urgente ibidem tractandâ, adesse volumus; ipsi etiam Abbates & Priores, cum commodè possint, maximè si opus fuerit, intersint, debitas quascunq; pœnas, juxta delicti quantitatem moderentur; sed & carcerem singuli in suis domibus provideant, ubi, si necesse fuerit, notabiliùs delinquentes graviùs puniantur. Verùm quoniam id nequeant Priores Monasteriorum diligenter exequi, si non affuerint gregi, cujus ipsi curam susceperint; statuimus igitur, ut nullus Abbatum vel Priorum, nisi justâ vel honestâ causa, se absentet diutius à Monasterio suo, sed unà cum fratribus, quàm frequentiùs possit, conversetur, & præsertim in Ecclesia, dum divina officia celebrantur; ut juxta Regulam, circa omnes, seipsum bonorum operum exemplum præbeat; semper cogitans, se pro fratribus redditurum esse rationem; & si, ex justâ seu honestâ aliquâ causâ, aliquandiu abfuerit, festinet quantum commodè possit ad Monasterium suum reverti, neq; unquam ultra unum mensem continuum absentet se, rationabili causâ cessante, quàdiu infra septem miliaria præfuerit; alioquin Regulæ violatores eâ celeritate, quâ necesse foret, neq; corrigere potest, neq; bonæ vitæ exemplar esse fratribus, nec demum Deo pro eis rationem reddere meritò comprobandum.

Moderatio, seu modus recreationum.

ET quanquam antiquorum patrum prudentiæ & circumspectioni oportunum visum fuerat, quod claustrales Canonici, onus Psallendi die noctèq; sustinentes, defessos animos honestis interdum solaciis recrearent: Nos advertentes id quod in remedium provisum fuerat, nunc per indebitum utendi modum ad noxiam tendere, dum dicti Canonici, in suis hujusmodi solaciis, existentes, nonnunquam ad integras ebdomadas à Choro se absentant, & neglectis quodammodo regularibus observanciis, ludis plerumq; inhonestis, & suspectarum personarum consorciis se immiscuissent, in suarum periculum animarum, religionis obprobrium, & divinæ majestati offensam; & huic malo occurrere satagentes, statuimus, & ordinamus, quod hujusmodi Canonici, ad recreationes admissi, non ut antea lusores aut mimici, de cætero, nominentur, cum denominatio nonnichil insolentiæ & lenitatis præ se ferre videatur.

Item statuimus & ordinamus, quod ipsi Canonici non singuli & separatim, sed simul, in convenienti numero, superioris arbitrio moderandæ, ac non sine uno, duobusve fratribus senioribus, & illis quidem gravibus viris, illos comitantibus, ad sese recreandum exeant, non in villas, vicos, & tabernas, sed in loca apprica & spaciosa ac amœna, à suis Cœnobiis non multum distantia; quodq; in suis hujusmodi recreationibus, honestis solaciis contenti, religioso & modesto corporum exercitio utantur, atq; à cetibus secularium personarum, quoad

quoad poterint abstinentes, domos laicorum, ubi frequenter delinquendi datur occasio, etiam sub colore edendi, bibendi, vel prandendi; nisi ex Superioris, tunc in Monasterio actualiter præsentis, licenciâ speciali, non ingrediantur; quin potius, ut omnis hujusmodi tollatur occasio, commeatum, quo illis opus esse videbitur, à Monastario secum deferri faciant. Ac demùm, quia singulis recreationum diebus, horâ debitâ à solaciis ad Monasterium redeant, ita quod extra Cœnobium non pernoctent, nisi fortassis cum suis Prælatis in suis Maneriis tunc degentibus, de ipsorum Prælatorum veniâ, ipsos esse contingat.

De calculo per Abbates & Priores non exemptos, & per eorum officiarios præstando.

QUoniam in Constitutione quadam *Oxonii* editâ, Capitulo scilicet primo de statu Regularium cavetur, ne cum suis Monasterii status ignoretur à fratribus, ut Prælati non habentes possessiones à Conventu separatas, & alii Officiarii Monasteriorum, quater, aut saltem bis quoquo anno, coram fratribus à Prælato & Conventu ad hoc deputatis, de receptis & expensis computum reddant; in quâ re, si quis repertus fuerit negligens, ipso facto per legatinam quandam *Ottobonis*, Capitulo de ratione administrationis reddenda, ab administratione suâ suspensus efficitur, quousq; computum prædictum reddiderit: renovetur igitur hæc salutaris ordinatio, & modis omnibus curetur, ut singuli Abbates & Priores, ad minus semel, ac cæteri officiarii quater aut bis ad minus, annis singulis, toto præsente Conventu, vel quibusdam ex senioribus, qui peticiones fuerint, à Prælato & Conventu deputandis, plenariam de statu & de expensis & receptis exponant rationem, ac integrum & perfectum reddant calculum, sive computum; cujus anni Computus pedem, seu verum Domus statum, sub dictorum seniorum testimonio, loci Ordinario, vel Vicario suo generali, in suâ visitatione exhibeant & ostendant, ad hoc requisiti: Quod si quispiam Abbatum, Priorum, aut officiariorum, præmissa, coram Conventu, ut præfertur, facere requisitus prætermiserit, ab administratione suâ sit suspensus, donec id ipsum perfecerit: Consuetudini tamen locorum, per quam frequentiùs, puta mensibus vel ebdomadis singulis, Computus fieri debeat, per præsentes derogare non intendimus.

De negotiis forinsecis.

ITem statuimus & volumus, quod pro forinsecis redditibus colligendis, aut necessariis coemendis, laicus quispiam, aut secularis Sacerdos, vel conversus honestus à Prælato deputetur, talis qui commodiùs & fideliùs hæc efficere speratur; cum quo, si Prælato expediens videatur, ad eundem fraudem ipsius deputati evitandam, Canonicus suus, ad hoc aptus seu necessarius, dimittatur: Et quod Canonicus cum Senescallo, in Curiis tenendis assidens, tam graviter utilitatem Domus suæ attendat, toroq; tempore tam religiosè se gerat, ut eandem magis quam suam recreationem curare videatur.

De Sermone Latino, & fratribus ad Universitatem mittendis.

RUrsum in regulâ constitutum est, ut codices certâ horâ singulis diebus petantur; nempè ut ex hiis victus & vestitus animarum quærantur, quia parùm proderit librorum lectio si modo defuerit intellectus, sermonis Latinus ignoretur: vel si nemo interim adiit eruditus, qui doceat non intellecta; statuimus igitur, quod si in locis silencio deputatis, aliquando fuerit loquendum, in domo Capitulari, pro tempore Capituli, fratres Latinè, vel Gallicè loqui scientes, cessante causâ legitimâ, Latinè vel Gallicè inter se omnimodo loquantur, nisi vel excennis quispiam affuerit, vel festi celebrioris gratiâ; in quo qui deliquerit, & monitus statim non obedierit, secundùm Prælati arbitrium, regulari subjaceat disciplinæ; quodq; juxta Statutum *Benedictinum*, Prælatus cum Conventu, ad hoc in redditibus abilis, aliquem ex suis magis idoneum, ad Universitatem *Oxoniæ*, vel aliam, congruâ cum studentium pensione mittat, in factis maximè literis erudiendis; ut tandem ipse doctus possit doctrinæ suæ lumen aliis communicare. Qui verò Prælatus, cum Conventu, ut præfertur, moniti, non miserint qui mittere deberent, pœnam decem marcarum, auctoritate præsentium pro unoquoq; anno sic prætermisso, singuli incurrant, quæ pœna protinus ad commune totius Capituli usum, per Præsidentem vel Præsidentes convertatur.

De numero Canonicorum.

ITem statuimus & ordinamus, quod in omnibus & singulis Monasteriis, sive locis Canonicorum regularium, tot sint Canonici & Novicii, quot primæva fundatio exigit, seu saltem tot quot, unà cum Ministris & servitoribus, necessariò requisitis, modernus fructus redditum & proventuum verus valor, annuis deductis oneribus necessariis, commodè sustentare poterit: curent igitur locorum Prælati, infra annum post datam præsentium de tanto Canonicorum & novitiorum numero providere, quanto, ut præfertur, unà cum Ministris & servitoribus, de necessitate requisitis, fructuum, proventuum & redditum, verus valor annuus modernus, deductis ut præfertur oneribus necessariis, secundùm verum animi sui judicium, commodè sustentare poterit: Et extunc postea, stante eodem prædictorum redditum valore, quantum erit possibile, minorem nullo modo habeat numerum; sed eundem Canonicorum morte, aut aliquo quovismodo numerum diminutum quam citiùs commodè poterit, reficere studeant, sub pœnâ, per Præsidentes ejusdem religionis, in proximo Capitulo generali, assignandâ.

XXI, *die* Martii *Anno Domini* MDxix.

NOs *Thomas*, miseratione divinâ titulo S. *Ciciliæ* (&c.) Cardinalis *Ebor.* & legatus de latere antedictus, auctoritate quâ suprà, decernimus præ inserta Statuta & Ordinationes, per singula Monasteria, & domos sive Prioratus Canonicorum regularium Ordinis S. *Augustini*, utriusq; Provinciæ hujus regni *Angl.* exemptis & non exemptis, per singulos locorum Abbates, Priores sive Præsidentes in eisdem locis, citra diem octavum post festum *Corporis Christi*, proximum futurum, publicari; & deinde, prout res exigerit, per eosdem bonâ fide, realiter & cum effectu practicari; & & debitæ executioni demandari: Verùm pro singulari & paternâ affectione, quam erga dicti Ordinis professores gerimus & habemus, non intendentes aliquod onus importabile illis imponere, præfata Statuta & Ordinationes solumodo usq; ad festum S. *Trinitatis*, quod erit Anno Domini *millesimo quingentesimo vicesimo primo*, vim suam & effectum habere volumus: quo quidem tempore, tam Prælatos, quàm Clerum utriusq; Provinciæ prædictæ, & etiam religiosos prædictos, domino annuente, convocare intendimus, ut quid fructus ex hujusmodi statutis interim accesserit, deprehendi poterit; Et si quid religiosis hujusmodi onerosum nimis & importabile, sive aliquid addendum vel minuendum in eisdem Statutis compertum fuerit, id tunc moderate & reformare, ac eisdem addere vel diminuere, secundùm quod res expostulare videbitur, curabimus,

Cœnobia Anglicana

CANONICORUM ORD. S. SEPULCHRI.

573

Canonicus Regularis S. Sepulchri.

MONASTICON ANGLICANUM.

PRIORATUS S. Sepulchri *in Suburbio* Warwici.

De prima fundatione ejusdem.

Ex hist. MS. de Regibus, per *Job Rossum Warwicensem*, in bibl. Cotton. p. 167.

ANno Domini *MCix.* Ordo etiam nigrorum Canonicorum nunc primò in *Angliam* inductus est; primò *Colcestriæ*; deindè *Londoniis*; & tunc in aliis locis; undè *Warwici* Comes *Henr.* ad preces *Jerosolomitanorum*, Prioratum S. *Sepulchri* apud Warwik, Canonicorum regularium fundavit. Tunc temporis Christiani ceperunt terram Sanctam, & in Ecclesia S. *Sepulchri* dominici Canonicos instituerunt; qui in habitu ab aliis Canonicis regularibus non differebant, nisi per Crucem duplatam rubeam in pectore capæ; quo signo, usq; nunc, utuntur Canonici regulares Sancti *Sepulchri Warwici*, quæ erat prima domus & aliis superior per *Angliam*, *Walliam*, *Scotiam*, & *Hiberniam*, usq; ad iteratam destructionem *Hierosolomitanam*; & tunc omnes ferè illius Ordinis domus evanuerunt. Priore *Warwici*, hiis diebus amicto griseo penulato, cum baculo pastorali; & habebat tunc collectionem pro auxilio *terræ Sanctæ*, cum maximis indulgentiis; sed hiis evanescentibus sequebatur illius, ubiq; Ordinis paupertas. Erant antiquitùs istius Ordinis domus apud Tetford, Winchester & Wentbrug; & multis aliis locis in diversis provinciis. Horum modò proficuum transfertur, cum privilegiis, ad ordinem fratrum S. *Trinitatis*, cujus sunt fratres S. *Roberti* de *Knarrisburgh*, Hondslow, & Telesford, & multi alii.

Litera Simonis *Episcopi* Wigorniæ, *de consecratione Altaris in Ecclesia S.* Sepulchri, *& cimiterii ibidem; ad sepulturam tantummodo Canonicorum, in Canonico habitu ibidem Deo servientium; Et de* xxx d. *annua pensionis in recognitione matris Ecclesiæ.*

Ex Regist. Collegii de Warw. in Scaccario, ex parte Remem. Regis A. 1640. fol. 14. a.

EGo *Simon* Dei gratiâ *Wigorn.* Episcopus consecravi apud Warewic Altare in Ecclesiâ S. *Sepulchri*, & cimiterium ad sepulturam tantummodò fratrum ibidem Deo, in Canonico habitu, servientium, jussu Regis *Henr.* & voluntario assensu *Rogeri* Comitis, & Canonicorum Ecclesiæ *Omnium Sanctorum*, in cujus Parochiâ prædicta Ecclesia fundata est; Ita quod mater Ecclesia *Omnium Sanctorum*, & etiam Ecclesia S. *Mariæ*, neq; in decimis, neq; in Sepulturis, neq; in oblationibus, neq; in confessionibus neq; in visitationibus infirmorum, neq; in aliquibus consuetudinariis beneficiis, ad prædictas matres Ecclesias pertinentibus, detrimentum aliquod sentiant vel diminutionem. In recognitione autem matris Ecclesiæ, in cujus Parochiâ prædicta Ecclesia S. *Sepulchri* fundata est, debet dare singulis annis eidem matri Ecclesiæ *xxx.* denarios ad festum *Omnium Sanctorum*, & eidem festivitati *Omnium Sanctorum*, Prælatus prædictæ Ecclesiæ S. *Sepulchri*, vel aliquis ex sua parte interesse. Quicunq; hujus conventionis violator extiterit, *Anathema* sit.

Carta Hugonis filii Ricardi, *de Ecclesia* de Snitfeild.

Ex ipso autogr. penès *Sim. Archer.* Eq. aur.

HIlgo filius *Ricardi* & *Margareta* ejus uxor, & eorum filii, omnibus amicis suis, tam Clericis, quàm laicis, & hominibus, tam futuris, quàm præsentibus salutem. Noverint tam posteri, quàm præsentes, nos pro salute animarum nostrarum & prædecessorum & successorum nostrorum, Canonicè in elemosinam dedisse Ecclesiæ S. *Sepulchri* de Warwik, & Canonicis regularibus inibi Deo servientibus imperpetuum, Ecclesiam de Snithenefeld, cum omnibus ejus adjacentiis; & concessisse quicquid nostri juris in eâ erat, ad tenendum de nobis & nostris hæredibus, ut liberam & quietam elemosinam. Quare volumus & firmiter præcipimus, quatinus ipsi eam liberè & quietè, absq; omni servicio & exactione seculari teneant. Hanc igitur donationem, & donationis libertatem, præsentis Scripti nostri Sigillati confirmationem corroborantes; inibemus, ne quis hoc temerario ausu, diabolico instinctu violare vel perturbare præsumat. Hujus rei sunt testes, *Robertus* Capellanus de Hathtun; *Galfridus* & *Henricus* filii Comitis *Ricardi* de *Cornubia*, *Reginaldus* frater *Hugonis*, *Gilbertus* de *Tutesberia*, *Will.* de *Aldeburia*, *Wibertus* filius *Willielmi*, *Gilbertus Nutricius*.

Vide Cart. 2 E. 3. n. 44.

Priora-

PRIORATUS
de Thetford *in agro* Norfolciensi.

Carta Johannis *Comitis* Warennæ, *antecessorum suorum donationes recitans & confirmans.*

Ex autogr. in bibl. Dunelmens. a. 1640.

JOhannes *Comes* Warrennæ, *omnibus Christi fidelibus salutem in Domino sempiternam. Noveritis nos inspexisse Cartas nobilium virorum, Dominorum* Willielmi, Hamelini, & Willielmi, *quondam Comitum* Warenniæ, *antecessorum nostrorum, quas fecerunt Priori & Canonicis Ecclesiæ S.* Sepulchri *de* Thetford, *& eorum successoribus, in hæc verba. Willielmus* Comes *Warrenniæ* omnibus Baronibus suis & omnibus hominibus suis, *Francis* & *Anglicis*, & amicis suis, Clericis, & Laicis, tam præsentibus, quàm futuris salutem. Omnibus vobis notum facio me concessisse & dedisse Deo & sanctissimo *Sepulchro*, locum & sedem Ecclesiæ S. *Sepulchri* de Thetford, cum quadrugatâ terræ infra campos ipsius villæ, liberè, & quietè in perpetuam elemosinam, pro amore Domini nostri *Jhesu Christi*, ac sui sanctissimi *Sepulchri*, pro remissione peccatorum meorum, & pro salute animæ *Willielmi* Comitis patris mei; & pro remissione peccatorum matris meæ *Isabellæ*, & fratrum meorum *Radulphi Warenniæ*, & *Reginaldi Warenniæ*; parentumq; meorum vivorum, ac defunctorum, & omnium fidelium. Et volo & præcipio, ut illi Canonici mei prædictæ Ecclesiæ, habeant *Sacam*, & *Socam*, *tol*, & *team*, & *Infangethef*; Etiamq; Ecclesias, & decimas meas de Thetford, & homines & terras, & faldas, & pascua, & omnia sua, infra Burgum, & extra, benè & in pace, & honorificè, cum omni Ecclesiasticâ libertate teneant, sicut unquam Rex *Stephanus* meliùs & liberiùs tenuit, & mihi dedit. Concedo etiam eis fetiam duorum dierum; scil. in Inventione S. *Crucis* in *Maio*, & aliam in Exaltatione, solam & quietam de omni consuetudine, cunctis venientibus, & ibi manentibus & redeuntibus illis meâ firmâ pace concessâ. Siquis autem super hoc aliquid eis forisfecerit, aut contumeliam ingerent, citò emendetur super decem librarum forisfacturâ: Necnon & palmiferis fratribus meis, & Burgensibus, & omnibus fidelibus amicis meis precor, & præcipio ac volo, ut istam meam elemosinam & suam, pro posse suo fideliter manuteneant & exaltent. Huius donationis & confirmationis, hii Testes sunt, *Radulfus* de *Warennia*, *Reginaldus* de *Warennia*, *Radulfus* de *Baiol*, (&c.)

Hamelinus Comes *Warenniæ* omnibus Baronibus suis, & omnibus hominibus suis *Francis* & *Anglicis*, & amicis suis, Clericis, & laicis, tam præsentibus quam futuris, salutem. Omnibus vobis notum facio, quod ego assensu & voluntate *Isabellæ* Comitissæ *Warenniæ*, uxoris meæ, & *Willielmi* de *Warenniæ* filii & hæredis mei, dedi & concessi & præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & S. *Sepulchro*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, locum & sedem Ecclesiæ S. *Sepulchri* de Thetford, cum quadrugatâ terræ intra campos ipsius villæ, liberè & quietè, sicut Carta *Willelmi* Comitis *Warenniæ* antecessoris mei testatur, in puram & perpetuam elemosinam, pro amore Domini nostri *Jhesu Christi*, & sui sanctissimi *Sepulchri*, pro remissione peccatorum meorum, & *Isabellæ* Comitissæ uxoris meæ, & *Willielmi* filii mei, pro salute animæ *Henrici* Regis fratris mei, & *Gaufridi* Comitis *Andegaviæ* patris mei, & pro animabus omnium antecessorum, & successorum, & parentum meorum vivorum & defunctorum, & omnium fidelium: Ideoq; volo & præcipio, quod illi Canonici mei, prædictæ Eccl. habeant *sacam*, & *socam*, *Tol* & *Them*, & *Infangethef*, & Ecclesias, & decimas totius dominii mei, & omnium terrarum mearum, quas tradidi hominibus meis de Thetford de dominio, quicunq; de me in villâ de Thetford terram tenuerit & solverit, homines etiam & terras, & faldas, & pascua, & omnia sua infra Burgum & extra Burgum benè & in pace, & honorificè, cum omni Ecclesiasticâ libertate, teneant, sicut unquam Rex *Richardus Anglia* meliùs & liberiùs tenuit, & mihi dedit. Concedo etiam prædictis Canonicis serias trium dierum; unam scilicet in Inventione S. *Crucis* in *Maio*, & aliam in festivitate S. *Sepulchri*, & tertiam in Exaltatione sanctæ *Crucis*, solas & quietas de omni consuetudine cunctis venientibus, & redeuntibus, & ibi manentibus, illis meâ firmâ pace concessâ. Siquis autem super hoc aliquid eis forisfecerit, aut contumeliam ingerent, citò emendetur super decem librarum forisfacturâ. Hujus donationis & confirmationis, hii sunt testes, *Willielmus* de *Warennia*, filius *Reginaldi* de *Warennia*, *Radulphus* de *Pleiz*, *Rogerus* de *Kailli*, (&c.)

Notum sit omnibus præsentibus & futuris, quod ego *Willelmus* Comes de *Warennia*, dedi & concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & S. *Sepulchro* de Thetford & Canonicis ibidem Deo servientibus, decem solidos sterlingorum de molendino meo de Brendmilne pro salute animæ meæ, & pro animabus patris & matris meæ, & animabus antecessorum meorum, in puram, & perpetuam elemosinam; quos decem solidos sterlingorum recipient dicti Canonici mei de dicto molendino per manum Balliui mei de Thetford ad duos terminos per annum; videlicet ad festum sancti *Andreæ* Apostoli quinq; solidos, & ad festum beatæ *Mariæ* in *Marcio* quinq; solidos. Et quoniam volo, quod hæc mea concessio & donatio firma & stabilis in perpetuum perseveret, præsentem Cartam Sigilli mei appositione confirmavi. Hiis Testibus, *Radulpho* de *Pleiz*, (&c.)

Hamelinus Comes de *Warennia* dilectis & fidelibus suis *Richero* de *Resham*, & ballivis suis de Thetford salutem: Noveritis me, intuitu

tuitu caritatis, & pro salute animæ meæ, & pro ani nâ *G.* Comitis *Andegavia* patris mei, & pro anima Domini mei *H.* Regis *Anglia*, & pro animabus, antecessorum meorum, & pro animabus Comitum & Comitissarum de honore de *Warenia*, qui decesserunt, assensu & voluntate *I. Comitissæ Warennia* uxoris meæ, & *Willielmi* de *Warenna* filii & hæredis nostri, dedisse & concessisse Deo & S. *Mariæ* & Canonicis Deo in Ecclesia de S. *Sepulchro* servientibus, in villâ meâ de Thefozd, viginti solidatos redditus; quos viginti solidatos attornavi dictis Canonicis, annuatim percipiendos de molendinis meis de Thefozd, ad tres terminos, videlicet ad festum sancti *Michaelis* dimidiam marcam, & ad festum *Candelarum* dimidiam marcam, & ad *Pentecosten* dimidiam marcam. Et ita annuatim percipiendi sunt viginti solidi ad tres terminos, quousq; aliàs dictum redditum dictis Canonicis attornavero, & Cartam meam super hac donatione fecero, Valete: Notum sit omnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsens scriptum pervenerit, quod ego *Willielmus* Comes de *Warennia*, pro salute animarum patris & matris meæ, & pro salute animæ meæ & *Matildis* Comitissæ uxoris meæ, & antecessorum meorum, dedi & concessi Deo & Ecclesiæ S. *Sepulchri* de Thefozd, & Canonicis ibidem Deo servientibus, in puram, & liberam, & perpetuam elemosinam, decimam molendinorum meorum de Thefozd, scilicet de Picmilne, & Windolnesmilne: Et ut hæc mea donatio & concessio rata & stabilita imperpetuum perseveret, præsens scriptum Sigilli mei appositione roboravi: Hiis testibus, *Nicholao* de *Kenet*, *Petro* filio suo, (&c.)

Willielmus Comes *Warennia Reginaldo* de *Warennia* fratri suo, & omnibus ministris suis de Thefozd, & Burgensibus, salutem: Mando vobis arq; præcipio, quatenus Canonici mei de S. *Sepulchro*, & carissimi fratres mei teneant & habeant liberam, & quietam, absq; omni servicio, terram illam de Fanercroftefeld, quam *Turstinus* filius *Algari* dedit prædictæ Ecclesiæ in elemosinam: Quapropter prohibeo, ne iidem Canonici, alli hominum aut fœminæ inde respondeant, vel in placitum intrent: Has verò prædictas donationes, concessiones, & confirmationes acceptamus, ratificamus, & confirmamus in omnibus, quantum in nobis, & hæredibus nostris est, imperpetuum prædictis Priori & Canonicis, & eorum successoribus, adeo purè, & liberè & integrè sicut plenius & liberius in liberam, puram, & perpetuam elemosinam; possint acceptari, ratificari, & quoquo modo confirmari, pro salute animæ nostræ, & animarum antecessorum, & hæredum nostrorum; ac etiam pro salute animæ *Matildis* de *Nereford* & antecessorum suorum, & puerorum nostrorum: In cujus rei testimonium huic confirmationi Sigillum nostrum apposuimus, datum apud Bethelwolde quarto die *Aprilis*, Anno Domini *millesimo trecentesimo quinto decimo*, & anno Regni Regis *Edwardi*, filii Regis *Edwardi*, Octavo.

Cœnobia Anglicana
ORDINIS
PREMONSTRATENSIS

Cicerone Angelicum

ORDINIS

PRÆMONSTRATENSIS

De Canonicorum Ordinis *Præmonstratensis* origine & institutione, ex ejusdem Ordinis Bibliotheca, *Paris.* impressa anno 1633. libro primo, cap. 1. & 2. collecta.

Caput. 1.

De natali solo, & admirabili conversione, sanctitate, doctrina, & elogiis S. Norberti; *de sui* Præmonstratensis *Ordinis exordio & præconio.*

HOc divinæ providentiæ (quæ suaviter omnia disponens, multò minùs quàm natura in necessariis deest) proprium est, ut cùm Orthodoxæ Ecclesiæ Navis hæreseon, procellis, ac schismatum tempestatibus agitatur, oppugnaturq;, fortissimos tunc ac peritissimos Naucleros, qui periclitanti succurrant, excitet & immittat. Quippè, ut in ipso nascentis Christi Ecclesiæ exordio; *Simoni Mago*, *Simonem Petrum* Apostolorum Principem; *Ebioni* & *Serintho*, *Joannem* Apostolum & Evangelistam; *Arrio*, S. *Athanasium*; *Nestorio*, S. *Cyrillum*; *Joviniano*, *Vigilantio* & *Helvidio*, S. *Hieronymum*, *Pelagio* & *Manichæo* S. *Augustinum*, &c. Ita quoque, paulò superioribus temporibus, *Tanchelino* hæresiarchæ, & *Petro Leoni*, pseudopapæ ac schismatico S. *NORBERTUM*, *Præmonstratensis* nostri Ordinis Institutorem, instar muri ac propugnaculi, pro domo Dei objecit, opposuitque, ut ex infra dicendis patebit.

Hic siquidem S. *Patriarcha*, *Zanctis* seu *Sanctis*, *Oliviæ* oppido, quod antiquitùs *Francorum Troia*, & *Trojana Colonia* nuncupabatur, *Coloniensis* Diœcesis, ex illustri *Francorum* & *Germanorum Salicorum* prosapiâ natus, *Sanctensis* Ecclesiæ Canonicus factus, & Subdiaconus ordinatus, cùm annos pubertatis in oculis *Friderici Coloniensis* Archiepiscopi, & *Henrici* V. Imperatoris, magnâ sæculi vanitate, & pompâ, traduxisset, anno ætatis suæ circiter trigessimo tertio, tamquam alter *Paulus* & *Augustinus*, de cœnoso mundi gurgite, ad puritatem Evangelicæ perfectionis divinâ miserante clementiâ, translatus, repentè mediâ & pervigiliis, Carnem suam macerans, & ad votum suum, Diaconus & Presbyter simul ordinatus, se Sacerdotiis, quæ possidebat, abdicavit, & luculento patrimonio, aliisque rebus suis in pauperes distractis, paupertatis Christi tunicam induit; & bajulans sibi Crucem, nudus nudum Christum sequutus, prædicationisq; verbo ferventissimè insistens, multos ad dominum convertit; atq; quorundam Religiosorum moribus exploratis, arctioris viæ propositum, & tunc temporis inauditam districtionem, arripuit. Tùm à *Bartholomæo Laudunensi* Antistite, diversis ejusdem Diœcesis locis Religioni, congruentibus, sibi ostensis, tandem divinitùs, in loco *Præmonstrati* resedit, ibique cum tredecim sociis, quos prædicationis verbo genuerat secundùm Canonicæ institutionis normam, ad tenorem Regulæ Beati *Augustini*, Deo militans, *Præmonstratensem* Ordinem Anno Domini 1120. instituit, mirificaque sanctitate illustravit, atque mirum in modum propagavit, ut testantur Annales *Laudunensis* Ecclesiæ; *lib.* 3 *cap.* 1. ad annum 1121. *Post paucos, inquiunt, annos, ille novi luminis, novæq; Conversionis, non solum interioris candoris, novus inventor & incaptor, Dominus* Norbertus, *de* Germaniâ *in* Franciam *adveni-*

Unde & [illegible] S. Norbert.

S. Norbert. ex sæculi servo, sit Christi servus.

S. Norberti elogia.

adveniens, divinâ præcedente & comitante gratiâ, in Episcopatu Laudunensi, *primam illam* Præmonstratensem, *scilicet Vineam plantavit, quæ in charitate radicata, & fundata*, quasi vitis fructifera, propagines suas, à mari usq; ad mare, & à flumine usque ad terminos orbis terrarum extendit, *& vino fortitudinis suæ*, quod lætificat Cor hominis, *jam ubertim inebriavit plures* Principes, & Judices terræ, Juvenes & Virgines, Senes cum Junioribus: *Ita ut fortiter inebriati, nihil aliud quærant nisi laudare nomen Domini, & cantare ei Canticum novum, quantum* Veterem hominem cum actibus suis exuentes, & novum, qui secundùm Deum creatus est, *induentes, carnales illecebras funditùs abjiciunt, & quasi de aqua in nuptiis à Domino in vinum conversi*, quæ retro sunt obliviscuntur, *& ad ea, quæ ante sunt, extenduntur. Sicque licet in terris corpore aliter consistant, tamen* quæ sursum sunt sapiunt, non quæ super terram, *dicentes: cum Apostolo:* Nostra autem conversatio in Cœlis est, ubi Christus est ad dexteram Dei sedens: *cœlestibusq; Seraphim mente conjuncti, solo Christi jugiter ardent amore; cui etiam* Corpora sua exhibent hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, *candorem virtutum, quo intrinsecùs nitent, etiam in exteriori veste præferentes.* Hæc *Laudunenses* Ecclesiæ Annales.

Chronicon *Cappenbergense* hoc ipsum roborat, his verbis: *Apparuit in* Westphaliâ, *circa hæc tempora, anno scilicet Domini* 1123. *eximium quoddam jubar Ecclesiæ, memorabilis ille Dei præco* NORBERTUS, *vir nimirum admirabilis gratia perdulcis eloquentiæ, reformator ac propagator religionis Canonicæ; Cœnobiorum non paucorum fundator, tam habitu quàm voce charissimus strenuissimusq;, verè pœnitentiæ prædicator, ac per omnia illius prophetica jussionis executor, qua dicitur.* Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Domini nostri.

His suffragatur Sanctus *Bernardus, Clarævallensis* Abbas, epist. 8. ad *Brunonem Colonien sem* Archiepiscopum; *Habetis* (inquit) Norbertum, *quem melius præsentem, præsens de talibus interrogare potestis: Nam tanto vir ille in divinis aperiendis mysteriis nobis promptior, quanto & Deo propior esse cognoscitur.* Et epist. 56. ad *Gaufridum Carnotensem* Episcopum, idem S. *Bernardus*, beatum *Norbertum* fistulam cœlestem appellat: *Cum*, inquit, *ante hos paucos dies, ejus* (videlicet *Norberti*) *faciem videre, & de cœlesti fistula, ore scilicet ipsius, plurima haurire meruerim, hoc tamen ab ipso non audivi.*

Antuerpiam ab hæresi Tanchelini liberat.

Virtutum ergo ac meritorum gloria coruscans S. *Norbertus Antuerpiam*, ad *Tanchelini* hæresiarchæ Sacramentariam impiamque hæresim profligandam à *Burcardo Cameracensi* Episcopo vocatus, Anno Domini 1124. se contulit, ubi pietate & doctrinâ, verbòq; prædicationis tantùm profecit; ut, brevi, pestem illam, quæ prius nullatenus coliberi poterat, facilè restrinxerit oppresseritque, & plurimos utriusque sexus homines *Tanchelina* illâ hæresi fascinatos, ad fidem Catholicæ Communionem reduxerit. Postea vir Sanctus, *Magdeburgensis* Ecclesiæ Archiepiscopus invitus factus, Christi religionem in *Saxonia*, & *Slavonia* tepescentem, excitavit; Quam etiam ipse apud *Pomeranos*, *Livones*, *Moravos*, aliosque Septentrionales populos, & suorum Ministerio Alumnorum, latissimè propagavit, ut testatur *Albertus Grantzius* in suâ Metropoli, *lib. 6. Cap. 28.* & in *Vuandalia lib. 5. Cap. 42.* & *Helmodus, lib. 1.* historiæ *Slavorum, Cap. 84.* ubi vitam *Vicelini* describit. Deinde vir sanctus, ut inconsutilem Christi tunicam, quæ schismate *Petri Leonis* Antipapæ dilacerabatur, resarciret reficeretq;, *Herbipolim* primò in *Germaniam*, deinde *Rhemos* in *Galliam*, postrmò *Romam*, unà cum *Lothario* Imperatore II. aliisq; sacri ac politici Ordinis proceribus se contulit, & *Innocentium* Papam II. in sede Apostolicâ, pulso *Petro Leone* pseudopapâ, collocavit, ut habet S. *Bernardus Clarævallensis* epist. 126. Quis, inquit, revocabit? Dei esse judicium senserunt & consenserunt *Galterus Ravennas, Hildegarius Turonensis, Norbertus Magdeburgensis, Conradus Salisburgensis*, Archiepiscopi, Dei esse judicium cognoverunt & acquieverunt Episcopi *Equipertus Monasteriensis, Hildebrandus Pistoriensis, Bernardus Papiensis, Landulphus Astensis, Hugo Gratianopolitanus, Bernardus Parmensis.* Horum gloria specialis & præcipua sanctitas & authoritas, etiam hostibus reverenda, facilè nobis, qui minorem & metiri & officii tenemus locum, aut errare secum aut sapere persuasit. Hæc D. *Bernard.* Cui additipulantur *Robert. de Monte Navali*, in appendice ad *Sigebertum*, & *Robertus Altissiodorensis* ad annum Domini 1134. his verbis. *Norbertus* (inquiunt) *Archiepi-*

Fidem Catholicam excitat & plantat apud Septentrionales.

Innocentium Papam 2 contra Petrum Leonis Antipapam egregiè adjuvat.

scopus,

scopus, vir potens opere & sermone, multorum Monasteriorum fundator, & sanctæ religionis eximius propagator; Innocentii *Papæ Catholici æquissimus fautor*, Petri *vero schismatici justissimus execrator extitit*, &c.

Quot denique homines utriusque sexus ad Dominum converterit S. *Norbertus*, quotque in suo *Præmonstrato*, & alibi ad frugem melioris vitæ divinitùs inspiratos revocârit, manifestè liquet ex venerabilis *Philippi Bonæspei* Abbatis libro de *Continentia Clericorum, Cap.* 126. dicentis: *Postquam Christus Dominus Monachos, bonitate gratuita, visitavit, ad Clericos quoque fontem ejusdem suæ gratiæ derivavit, & in loco, cui* Præmonstrato *vocabulum est, quosdam ferventes spiritu congregavit. per quos ad religionem debitam longè lateque cæteros excitavit. Illic quippè tanta Clericorum efferbuit sanctitudo, tanta adversus temporales illecebras fortitudo, ut vere in eis vita reformari Apostolica videatur, quæ usq; ad defectum diutini languoris molestia premebatur. Illic (inquam) abjecto sacculo pecuniariæ facultatis, execrantes mortifera lenocinia propriæ voluntatis, relinquentes eas, quas vel habebant, vel ambiebant Ecclesiæ præfecturas, ducentes pro nihilo dignitates velocius transituras, tantum studium labori, silentio, paupertati; tantam deniq; impenderunt diligentiam sanctitati, ut apud eos inveniri posset & laboriosa afflictio Monachorum, & sancta & devota religio Clericorum. Quod profecto signanter Deus in valle voluit arctitari, ut ipsa loci concors forma esset negotio salutari, & patenter ostenderet, quia Clericis, quibus ruinæ occasio erat excelsa dignitas & libertas præsidendi, opportuna erat voluntaria depressio & humilitas pœnitendi.* Hactenus venerabilis *Philippus Bonæspei* Abbas. De his vide plura *cap.* 2. & 3. proximè sequentibus.

Caput. II.

De *Adventu S.* Norberti *ad* Præmonstratum *locum; deque* Præmonstrati *ethimologia & descriptione, &* Præmonstratensis *Ecclesiæ divina designatione & fundatione.*

W*Alderico Laudunensi* Episcopo à suæ urbis Civibus nefariè perempto, septimo Calend. *Maii*, Anno Domini 1112. (ut testantur *Sigeberti* Continuator, & *Robertus Altissiodorensis*, in suis Chronicis, ad annum 1112. & Chronichon *Laudunensis* Ecclesiæ.) *Hugo Aurelianensis* Ecclesiæ Decanus substituitur; quo post menses septem mortuo, vir illustris ac beatus *Bartholomæus Falconis*, in *Burgundia* principis potentissimi filius, ex *Adelade* conjuge, *Hilduini Rociensis* Comitis filiâ, natus *Rhemensis* Ecclesiæ primò Canonicus, deindè thesaurarius, postmodum cùm *Laudunensis* quoque Ecclesiæ esset Canonicus, unanimi totius Cleri, populique *Laudunensis* Consensu, & acclamatione ad Episcopatum *Laudunensem*, præter voluntatem, fuit anno Domini 1113. evectus Quo suscepto, charactareque episcopali insignitus, statim misit manus ad fortia: nam Cathedralem suam beatæ *Mariæ* Ecclesiam, quæ cum domo Episcopali, & aliis novem templis, & Monasterio S. *Joannis* in urbe *Laudunensi*, tumultuantibus Civibus, anno Dom. 1112. conflagraverat, celeritate summâ reparavit, & *Radulpho Rhemorum* Archiepiscopo, *Willielmo Cathalaunensi, Lisiardo Suessionensi, Godefrido Ambianensi, Huberto Sylvanectensi*, Episcopis præsentibus octavo Idus *Septembris*, anni Domini 1114. consecravit. Undè Civitate, & universâ Provinciâ, ab hujusmodi Calamitate vendicatâ, dùm ille venerabilis *Bartholomæus* antistes, in perquirendis undique viris, pietate, & doctrinâ claris, iisque in suâ *Laudunensi* diœcesi collocandis, totus versatur, *Calixtus* Papa nomine secundus, Consilium *Rhemos*, quod prius à *Gelasio* Papâ secundo prædecessore suo proximo indictum fuerat, mense *Octobris* anni 1119. convocat & celebrat: cui præfuit ipse Papa; adfuit & *Ludovicus Crassus Galliarum* rex *vi.* cùm omnibus penè Præsulibus Occidentis. Ad quod S. *Norbertus*, nudis, pro more suo, pedibus, cum omnibus penè Præsulibus, *B. Hugone* primo ejus discipulo, & comite suo præfectus, tum ab eodem *Calisto* summo præsule, cùm ab omnibus Concilii patribus, & proceribus singulari cum humanitate fuit exceptus, nec multò post ferventissimis etiam concionibus & sermonis ubertate, cunctos in tantam rapuit admirationem, ut literas sibi, à *Gelasio* summo Ponti-

B. Bartholomæi genus & promotio ad Laudunensem Episcopatum.

S. Norbert. Calistum 2. Rhemense Concilium agentem adit.

Pontifice, ad prædicationem Evangelii prius concessas, ab eodem *Calixto* Papâ secundo auctas confirmatasq; facile, nullis refragantibus, impetrârit.

Quod advertens *Bartholomæus Laudunensis* antistes, qui prædicto quoq; aderat concilio, & certior factus *Norbertum*, virum apostolicum, Apostolicæ Clericorum regulæ restituendæ incumbere; metuens ipse, ne tam excellens viri virtus, sibi ab aliis Ecclesiasticis eriperetur, clàm egit apud summum Præsulem, ut ipse Ecclesiæ sancti *Martini*, quæ in Suburbio *Laudunensi* tum sita erat, cum potestate præesset. Quod obedientiæ munus cum subterfugere non posset vir sanctus, magnâ animi humilitate suscepit. Sed cum degentes illic Clericos regulares, vita & moribus dissolutos, ad severiorem disciplinam revocare non valeret, noluit diutius oleum & operam perdere. Neq; tamen loco cessit, sed privatis pietatis operibus assiduus, summi Pontificis voluntatem quotidie prætolabatur. Interim *Bartholomæus* antistes sanctum *Norbertum* quibuscumq; modis hortari & urgere non destitit, ut in suâ diœcesi remaneret, donec victus ipse, & Episcopi authoritate & multorum tam religiosorum virorum, quam nobilium precibus, illic sedem ponere constituit. Cumq; incredibili desiderio solitudinis accensus ab eodem *Bartholomæo*, per universam suam Diœcesim quotidie duceretur, ut si quod templum, sacellumq; foret illi gratum, si quæ terra culta, vel inculta, Monasterio extruendo arrideret, eam pro arbitrio suo deligeret. Venerat tandem (ut referunt Annales *Laudunenses* Ecclesiæ, *libri* 3. *cap.* 4.) ad locum quendam *Fusniacum* nuncupatum, ut videbatur satis idoneum, quem Episcopus libenter ei obtulit; Sed fusâ ibi ad Deum oratione; *Revera*, inquit Norbertus, *locus iste religioni opportunus est, verum non est mihi à Deo destinatus.* Indè ad alium locum *Thenolias* nomine deductus, oratione similiter factâ, retulit huc pariter non esse sibi reservatum. Quod temporis successu experientia comprobavit. Nam *D. Bernardus Claravallensis* Abbas, *Fusniaci* Monasterium, *Cisterciensis* Ordinis, anno Domini 1121. construxit, & *Bartholomæus* Episcopus, constructâ *Thenoliis* insigni Ecclesiâ, anno Domini, 1131. religiosos Canonicos de Ecclesia S. *Martini Laudunensis* (postquam ad *Præmonstratensem* venit Ordinem) ibidem collocavit. Postremò accesserunt ad locum valdè incultum, & solitarium, PRÆMONSTRATUM nomine, in quo erat ædicula in honorem Dei, & memoriam Sancti *Johannis Baptistæ* constructa, quæ propter loci asperitatem, paucissimos incolas habebat. In ea fusis ad Deum orationibus, ab Episcopo *Bartholomæo* obtinuit sanctus *Norbertus*, ut illic, cum *Hugone* socio, pernoctare liceret. Interim Antistes *Anisiacum* oppidum suum, leuca à *Præmonstrato* distans, petiit. Cumq; vir sanctus, unà cum solo *Hugone*, in eadem ædicula orationibus instaret solitò ferventius, ut Deus animi sui propositum regere dignaretur, non defuit optatum in tempore auxilium; Ecce enim repentè ei apparuit Deipara Virgo gloriosissima, Angelorum choris undequaq; stipata, luminéq;e coruscans, quæ exauditas ejus orationes denunciat, & locum, ubi caput sui Ordinis fundare deberet, ei præmonstrat. Habitum quoq;, quo se, suosq; indui deceat ostendens, sic affatur, *Fili* Norberte, *accipe candidam vestem.* Quibus dictis unà cum Angelorum comitatu & luce, ab illius conspectu se subduxit. Mane facto ad eum revertitur *Bartholomæus* antistes, & quid agere vellet interrogat, cum *Norbertus* novo gaudio gestiens, ait: *Nunc scio, Reverende admodum Pater, locum istum nobis à Deo designatum; Hæc requies & sedes nostra; Hic, per Dei gratiam, multi salvabuntur. Nec tamen sacellum istud nobis præcipua sedes erit, sed ex altera parte montis istius ædificabimus mansionem, in qua habitabimus; Id enim in visu mihi hac nocte ostensum fuit.* Quibus auditis, Pontifex sine morâ *Adalberonem*, sancti *Vincentii Laudunensis* Abbatem (cujus locus erat) accersivit, cui utiliorem, ac pro tempore convenientiorem commutationem obtulit & tradidit. Quam permutationem *Seifridus* Abbas, *Adalberonis* successor proximus, & totus ejusdem Monasterii S. *Vincentii* Conventus, ratam, gratamq; postmodum habuerint. Sicq; *Bartholomæus* antistes, ædiculam S. *Joannis Baptistæ*, & locum *Præmonstratum*, cum adjacentibus vallibus, viro sancto liberum & immunem, *Ludovico* Crasso *Francorum* Rege sexto comprobante, ut ex eorundem diplomatibus, in vitâ ejusdem S. *Norberti cap.* 13. infra positis liquet, donavit, tradiditq;. Hæc paucis verbis exprimit continuator Chronici *Sigeberti*, sub anno 1120. *Vir Dei*, Norbertus (inquit) *à Papa* Calisto,

In æde S. *Martini Laudunensis* præficitur.

Ad diversa Diœcesis loca & solitudines ducitur S. *Norbert.*

Præmonstratum venit.

Præmonstrati à B. Virgine de sui Instituti ratione edocetur.

Bar-

Bartholomæo, Laudunensi *Episcopo specialiter commendatus, cùm ei Ecclesia S.* Martini *à prædicto Episcopo offerretur, tum propter urbis viciniam, tum quia ejusdem Ecclesiæ Clerici, propositi & vitæ ejus austeritatem horrebant, eam reliquit, & ab Episcopo, diversis ejusdem provinciæ locis religioni congruentibus sibi ostensis, tandem divinitus in loco* Præmonstrati *resedit, ibiq; solitarius religiosam vitam agere cœpit, & tempore* Quadragesimæ, *ad colligendos socios solus egressus, ante* Pascha, *cum tredecim sociis rediit, & cum iis in* Præmonstrato *loco, secundum Canonica institutionis normam, ad tenorem Regulæ beati* Augustini, *Deo militare cœpit.* Præmonstratense igitur Monasterium, est in *Galliæ Laudunensi* Diœcesi, duobus fere milliaribus ab urbe *Conciaca*, in superiori ejus regionis silva, *Vosago* (vulgo *Vois*) dicta, situm: Est, & totius Ordinis eo nomine insigniti caput, à sancto *Norberto* sub Apostolica S. Patris *Augustini* regula, *Calisto* Papa hujus nominis secundo sedente, & *Ludovico* Crasso *Galliarum* Rege regnante, institutum ac fundatum, ut testantur vulgati isti versus. Ubi & quando caput Præm. ex. Ord.

Anno milleno centeno bis quoq; deno
Sub patre Norberto *fundatur candidus Ordo*;
Vel,
In Præmonstrato *fundatur candidus Ordo.*

Hujus autem appellationis origo etsi anceps fortè & subobscura videri possit, tamen quæ à nonnullis super illa proferuntur, propiùs ad fabulam, & confictum gratis commentum, quàm ad rei gestæ veritatem accedere sunt putanda.

Quidam enim illustrissimæ ac generosissimæ *Conciacorum* familiæ historiam contexentes, *Præmonstrato* id nominis inditum ferè ab insigni audacissimoq; illo facinore *Ingelrani* magni, qui primus è *Conciacorum* familiâ, hoc nomine fuit insignitus. Quippe cum accepisset in sylvâ, castro proxima, ferocissimum Leonem obvios quosq; dilanientem, delitescere; voluit à pio quodam Eremitâ, ad latibulum feræ deduci, atq; citius quàm speraſſet, occurrente belluâ, inopinato casu perterritus, in hæc vernacula verba prorupit: *Saincti Jean, tu me l'as de prés monstré*: Quibus è loco proximo sibi ostentum, ac præter expectationem deprehensum Leonem significavit. Nihilominus tamen, excusso pavore, districtoq; gladio quantumvis furentem ac reluctantem jugulavit, & membratim extemplò discerpsit. Ad perennem verò tam præclaræ victoriæ memoriam, *Ingelranum* ibidem cœnobium extruxisse referunt, ac *Præmonstratum* nominari voluisse, quasi *propè monstratum*, ob verba illa repentino animi impetu ante conflictum, prolata. Præterea etiam ingentem turrim *Cauciaca* arcis ædificâsse, atq; in ejusdem atrio, memoriâ dignissimum cum leone certamen, eminentiori sculpturâ, æternitati commendandum curâsse, & gladium, quo immanem belluam confoderat, in eadem turri, ubi etiamnum conspicitur, servandum reposuisse. Congruat, licèt veritati hujusmodi conflictus à *Francisco Aluteo* libri secundi *Courtacensis* familiæ, capite 9. scriptus; nequaquam tamen appellatio *Præmonstratensis* Abbatiæ inde nobis est repetenda; quoniam, imprimis, *Ingelranus* iste leonem non in sublimiori *Conciaci* sylvâ, ubi situm est *Præmonstratense* Monasterium, interfecit, sed in inferiori dicti *Conciaci* nemore, ubi *Ingelranus* in memoriam tam memorandi certaminis, fertur exædificâsse & fundâsse *Benedictinorum* Monasterium beatæ Virginis de *Nongento* apud *Conciacum*, religiosos q;, Abbatem & Conventum dicti Monasterii adstrinxisse, ut singulis in perpetuum annis in festis *Nativitatis*, ac *Resurrectionis* Dominicæ, & *Nativitatis* S. *Joannis Baptistæ* Equitem cataphractum in *Conciacense* castellum mitterent, câ ratione instructum, equo ita eximiè phalerato insidentem, ut neutri aliquid deesset, sub pœna maximæ emendationis & mulctæ. Qui quidem Eques, factis ad ingressum urbis, & castelli requisitis; solitisq; ceremoniis, Officiariis dicti *Conciaci* præsentibus, ex equo desilit, genu flectit, & facta clientefari fide coram idolo ingentis Leonis saxei, in areâ Castelli ad dictam turrim constituto, vinum & Russolas (quas vocant) in modum Lunæ crescentis efformatas, ad quendam numerum offert, donoq; dat, quas officiarii prædicti recipiunt, datâ prius consuetudine apochâ. Varia & anceps *Præmonstratensis* loci etymologia

Refellitur hæc *Præmonstratensis* loci etymologia.

Secundò *Ingelranus* ille Abbatiam *Præmonstratensem* non extruxit, reditibusq; dotavit, sed venerabilis *Bartholomæus Laudunensis* antistes, longo temporis post mortem illius *Ingelrani* intervallo, ut ex supradictis & infra dicendis patebit. Tertiò, in vita sancti Patriarchæ nostri *Norberti* à beato *Hugone* primo ejus discipulo, & successore exarata, hæc disertis verbis, *cap.* 10. legunrur; *Victus tandem* Norbertus, *ipsius scilicet* Bartholomæi, Lauduni *clavati Pontificis, & multorum aliorum, tam religiosorum quam nobilium virorum precibus, elegit locum valde desertum & solitarium, qui ab incolis antiquitus* Præmonstratum, *à* prato monstrato *vocabatur.*

Alia loci Præmonstratensis etymologia.

Alii *Præmonstratum*, à *prato monstrato* deducunt, prato, scilicet, aliàs per Monachos *Benedictinos* Abbatiæ S. *Vincentii Laudunensis* detecto & patefacto. His enim, cum *Elenandus* quadragesimus primus *Laudunensis* Episcopus, dono & elemosyna horrendum quoddam desertum, *Vosagum* nomine, in sublimiori *Couciaci* ejusdem tituli, sylvâ, dumis frequentioribus luxurians, paludibus, & vallibus hinc inde refertum, maximis altisq; compressum montibus, nulli deniq; pervium, erogâsset, Monachi illi plerasq; deserti valles rudes & incultas novârunt & excoluerunt. Hanc nominatim à majore cloacâ, tunc temporis in eo loco, ubi hodierna die Ecclesia, & Claustraria loca.

Præmonstratensis Monasterii constructa videntur extentem, ad rivum usque è stagno *Humberti pontis* promanentem, ibique pratum parârunt, quod *Præmonstatum*, à *prato monstrato*, seu à loco expurgato, nuncupârunt. Et ut hocce desertum mansioni & incolatui aptum redderent, quasdam casas & tuguriola rustica, cum exili sacello sub invocatione Sancti *Johannis Baptistæ*, quod vocaverunt Capellam Divi *Johannis* ad desertum *Præmonstratense*, exædificârunt. In quo Monachus quispiam, è supradicto Sancti *Vincentii* Cœnobio, omnibus festis, & Dominicis diebus, sacrosanctum Missæ sacrificium celebraret coram fratribus Conversis, & oblatis seu Donatis, & aliis mercenariis, deserto expurgando, & ad agriculturam disponendo, in utilitatem dictorum Monachorum occupatis. Successu verò temporis, Monachi illi aliis locis terrisque, tùm fertilioribus, tùm Monasterio vicinioribus aucti, inde secessérunt, & incultum ut antea, desertum & pratum, reliquerunt, quemadmodum testatur venerabilis *Bartholomæus Laudunensis* antistes in Cartularibus documentis, ac literis commutationis & repetitionis dicti deserti, & *Prati Monstrati* è manibus *Adalberonis* Abbatis; & *Seifridi* ejus successoris Abbatis, necnon Monachorum præfati Monasterii Sancti *Vincentii Laudunensis*, ut illud Sancto *Norberto* conferret, quorum exemplar habetur infra in vitâ S. *Norberti*, *cap.* 13. Adeoque quando desertum hoc, & sacellum Sancti *Johannis* ad desertum *Prati Monstrati* Sancto *Norberto* concessum & donatum est, locus ille in pristinam solitudinem tùm redierat, ut fidem facit ejusdem venerabilis *Bartholomæi* collatio facta sancto *Norberto* hisce verbis. *Modo vero, quia penitus in solitudinem universa erant ibi redacta, Abbas* Seifridus *& Conventus Sancti* Vincentii, *utile duxerunt esse consilium, in nostram manum reddere, & ad nostram dispositionem pendere, quod & factum est. Unde nihil melius esse considerantes in hoc negotio eandem Ecclesiam, cum omnibus quæ Monachi prædicti ibidem possidebant, eidem* Norberto *venerabili viro, & successoribus ejus, in sancto proposito viventibus, similiter ab omni exactione liberè condonavimus, perpetuo possidenda*, &c.

Quæ omnia, etsi vera sint, certum tamen est, *Præmonstratense* Monasterium, non esse constructum in eo loco, quondam exculto, & prato monstrato; sed altiùs, Septentrionem versùs, in loco, quem sancto Patriarchæ nostro *Norberto*, beatissima Dei genitrix virgo designavit, ut dictum est superiùs. Unde convenientior, atque etiam verior, *Præmonstratensis* Monasterii appellationis ratio desumenda videtur; non ex loco illo vicino expurgato, sed ex eo quod locus Monasterii construendi fuerit per Virginem beatissimam præmonstratus. Quæ quidem loci designatio fuit insigni postmodum miraculo, Epiphania scil. crucifixi, qui se ibidem videndum, adorandumq; præbuit confirmata. *Cumq;* (inquit *cap.* 18. vitæ sancti *Norberti*) *de ædificanda* Præmonstratensi *Ecclesia, in altera montis parte, per visionem, seu revelationem præmonstrata, meditaretur sanctus* Norbertus, *locus ille adeo palustris, cæterisq; incommodis supra modum obnoxius inventus est, (horrenda quippe extabat cloaca inter quatuor ingentes montes media, quatuorq; valles in modum tamen Crucis,*

Vera Præmonstratensis loci etymologia & appellatio.

Præmonstratensis loci aspectus.

cujus

cujus pes in auſtrum protenditur, arbitrio cæleſti compoſitus) ut multis terrorem incuteret, ſuaq; aſperitate Dei famulos à ſancto propoſito deterreret. Quare intenta ſupplicatione vir ſanctus Deum orare & conſulere cæpit; moxq; viſibiliter eodem in loco, Chriſtus in Cruce pendens apparuit; ſuper quem ſeptem ſolis radii miræ claritatis effulgebant. Viſa quoq; fuit ex quatuor mundi partibus, innumerabilis candidatorum peregrinorum multitudo, ad ipſum confluere; qui flexis genibus, adorato ſuo redemptore, & pedibus illius oſculo dato, quaſi acceptâ licentiâ, ad diverſas mundi regiones dimicaturi, revertebantur. Viſione Chriſti crucifixi locus Præmonſtratenſis cognoſcitur.

Itaq; ſecundùm rei veritatem, majorum noſtrorum doctrinâ, traditione, documentis, codicibus, & monimentis confirmatam; privilegiis etiam plurimis Ordini (prout tempus & ratio poſtulavit) à Pontificibus Romanis, *Franciæq;* regibus, ultrò conceſſis, comprobatam: *Præmonſtratum* (quod ad Monaſterii & Ordinis nomen eſt) *à loco prius, & divinitus monſtrato nuncupatum eſſe aſſerimus*, ut ex proximè dicendis patebit. *A.D.* (inquit vetuſtiſſimum Ordinis noſtri documentum) *milleſimo, centeſimo, decimo nono, ſub Romano Pontifice* Caliſto *ſecundo, Ordo* Præmonſtratenſis *florere cæpit in* Laudunenſi Diœceſi, à venerabili Patre Domino Norberto, Magdeburgenſis *Eccleſiæ Archiepiſcopo, qui à Deipara Virgine edoctus, ut ipſum Ordinem à ſupradicto viro Apoſtolico peteret, & poſt hoc, locum ubi caput, & mater Eccleſiarum Ordinis eſſet conſtruendum, eadem glorioſa Virgo illi præmonſtravit. Undè ipſe Ordo* Præmonſtratenſis *nuncupatus eſt.* Hoc idem innuere videtur *Innocentius* Papa ſecundus, in ſuo diplomate ad beatum *Hugonem Præmonſtratenſem* Abbatem, & ad ejus co-Abbates, Præpoſitos, Priores & Canonicos *Præmonſtratenſis* Ordinis, dato *Piſis*, quinto Nonas *Maii* anno Domini 1135. Pontificatus ſui, anno quinto, His verbis, Sacer Ordo veſter in agro dominico divinâ diſpenſatione plantatus, Apoſtolicis gratiis dignè meretur attolli, cujus poſſeſſores, mundanis à ſe relegatis illecebris cœleſtium contemplationi vacantes, inſiſtant jugiter profectibus animarum, &c. Præmonſtratum unde.

His adſtipulantur privilegia ejuſdem Ordinis, à *Ludovico* undecimo, & *Carolo* octavo ejus filio, *Francorum* Regibus, hoc tenore confirmata.

LUDOVICUS *Dei gratia* Francorum *Rex ad perpetuam rei memoriam. Dum penès mentis noſtræ arcana propenſius revolvimus ſyncéritatem, integritatem, longevámq; durationem, ac divinam, imo miraculoſam inſtitutionem* Præmonſtratenſis *Ordinis, qui magnis jam defluxis temporum curriculis, myſtico ſpiramine, ac beatiſsima, & glorioſiſsima Virgine* Mariâ, *Chriſti Redemptoris noſtri matre revelante, per pium illius Ordinis patrem, primúmq; inſtitutorem beatum* Norbertum, *virum quidem vitæ ſanctimoniâ, multiſq; coruſcantem, clarentémq; miraculis, noſcitur inſtitutus, atq; illi candidus dicti Ordinis habitus, pariter atq; locus, in pago* Laudunenſi, *per eandem beatiſſimam & glorioſiſsimam Virginem* Mariam, *ubi* Præmonſtratenſe *Monaſterium præfati Ordinis caput & fundamentum, conſtrui deberet, præmonſtratus; Undè* Præmonſtratenſem *Ordinem ſibi nomen aſſumpſiſſe, multis authenticis documentis hiſtoriiſq; probatiſsimis, compertum eſt; nos tanto magis, ferventioréq; deſiderio ad ipſum* Præmonſtratenſem *Ordinem afficimur. Sanè porrectâ nobis, pro parte dilecti & fidelis Conſilarii & elemoſynarii noſtri ordinarii, ac etiam familiaris & continui commenſalis noſtri* Huberti *de* Monte Hermerii, *Abbatis dicti* Præmonſtratenſis *Monaſterii, necnon dilectorum noſtrorum Abbatum, Prælatorum, Priorum, Præpoſitorum, Decanorum, Canonicorum, Converſorum, Donatorum, ac dilectarum noſtrarum Abbatiſſarum, Prioriſſarum, Monialium, Conventuum, & Perſonarum in humilitatis ſpiritu, in Monaſteriis, ſive locis ejuſdem Ordinis Domino famulantium, humilis petitio ſive ſupplicatio continebat. Quod olim Ordo* Præmonſtratenſis *antedictus, poſt illius divinam inſtitutionem, de quâ mentio præhabita eſt, primum ſub felicis recordationis Caliſto Papâ ſecundo, anno, ſcil. Incarnationis Dominicæ* 1119. *florere cæpit, ac per* Honorium *ſecundum approbatus & confirmatus, atq; deinceps per dignæ memoriæ* Innocentium *ſecundum*, Cœleſtinum *ſecundum*, Eugenium *tertium*, Adrianum *quartum*, Alexandrum *tertium*, & *quartum*, Lucium *tertium*, Urbanum *tertium & quartum*, Clementem *tertium*, Innocentium *tertium, & quartum*, Honorium *tertium*, Gregorium *nonum & decimum, & nonnullos alios Romanos Pontifices conſequenter & ſucceſſive, franchiſiæ libertates, immuni-* Miraculoſa inſtitutio Præmonſtr. Ordinis. Habitum Ordinis B. Virgo præmonſtravit.

tates, ac privilegia multa præfatis supplicantibus, ac eorum successoribus, totiq; Præmonstratensi *Ordini concessa extitere. Intérq; multis in bullis ac literis authenticis, nobis exhibitis, inspicere, & visitare fecimus sequentia contineri, &c. Datum apud Monasterium de* Victoriâ *prope* Silvanectum *in mense* Octobris, *Anno Domini millesimo, quadringentessimo, septuagessimo primo.*

CAROLUS Dei gratâ *Francorum* Rex, notum facimus universis, tam præsentibus, quàm futuris, nos ad supplicationem dilectorum nostrorum in Christo Religiosorum Abbatis & Conventus Monasterii beatæ *Mariæ* Virginis *Præmonstratensis*, necnon dilectorum nostrorum Abbatum, Prælatorum, Priorum, Præpositorum, Decanorum, Canonicorum, Conversorum, Donatorum, & Dilectarum nostrarum Abbatissarum, Monialium, Conventuum & Personarum, in Monasteriis, sive locis ejusdem Ordinis existentium inclytæ recordationis charissimi Progenitoris nostri (cujus anima pace fruatur) vidisse, & probâsse formam literarum, quæ sequitur continentem; *Ludovicus* Francorum *Rex, ad perpetuam rei memoriam, Dum penès mentis nostræ arcana propensius revolvimus syncerit.tem, integritatem, longavámq; duratio.em, ac divinam, imò miraculesam institutionem* Præmonstratensis *Ordinis, qui magnis jam defluxis temporum curriculis, mystico spiramine, ac beatissima & glorioss.ima Virgine* Mariâ, *Christi Redemptoris nostri matre revelante, per pium illius Ordinis Patrem, primumq; institutorem beatum* Norbertum, *virum quidem vitæ sanctimoniâ, multisq; coruscantem, clarentemq; miraculis, noscitur institutus, atq; illi candidus dicti Ordinis habitus, pariter atq; locus in pago* Laudunensi, *per eandem beatissimam, & glorioss.imam Virginem* Mariam, *ubi* Præmonstratense *Monasterium, prafati Ordinis caput, & fundamentum, construi deberet, præmonstratus; Unde* Præmonstratensem *Ordinem, sibi nomen assumpsisse, multis authenticis documentis, historiisq; probatissimis, compertum est, &c. Datum in nostro Palatio* Parisiensi, *mense* Februario, *anno Domini millesimo, quadringentessimo, nonagessimo primo.*

Jam supereſt *Præmonstratensis* loci & Vallis descriptionem, atq; encomium, ex venerabili *Philippo Bonaspei* Abbate *lib.* de *Continentia Clericorum* 126. audire: *Ipsa,* (inquit,) *vallis, non incongruè* Præmonstrata *nominatur, dans intelligi, quia humilitas Clericorum ibidem Deo famulantium, non temere, non fortuitis est adinventionibus inchoata; sed eam divinâ misericordiâ in exemplum cæteris præmonstravit, quibus per hanc revertendi ad se aditum demonstravit. Nec vacat quod hanc vallem divina providentia sic formavit, ut ipsa loci facies videatur quiddam grave & asperum præmonere, elq; præmonenti humilis Clericorum obedientia respondere. Ad modum enim Crucis eadem vallis in quatuor cornua dilatatur, ejus planities in quatuor angulis terminatur, à quorum Orientali in Occidentalem tenditur latitudo; ab Aquilonari verò ad Australem ejusdem longitudo. Quæ loci facies cui tanta Crucis similitudo est infixa? Quæ vallis non humano molimine, sed naturali opere quodammodo crucifixa, quid monet vel præmonet, nisi ut ad eam confluentes mundo vivere jam non curent, sed se illi, imo Christi crucifixione congrua configurent? Præterea in eam vallem, per quatuor illa cornua devenitur, & in eis medium quoddam quadrivio, id est, via quadrupla convenitur, ut ei scil. à quatuor mundi partibus convenarum grata multiplicitas infundatur, & in quatuor mundi partes religionis opinio diffundatur. Hoc est illud prædium* Getsemane, *in quod, cum discipulis suis veniens, Christus erat; in quo tristitia & sudore, articulo passionis imminente laborat; in quo Discipulos suos, qui timoris & incredulitatis gravi somno præmebantur, excitat ad orandum, ne in tentationis irrevocabile præcipitium inducantur. Et veniunt, inquit, in prædium, cui nomen* Getsemani, *vallis pinguedinis, quæ à monte* Oliveti *desuper obumbratur; quia Christus qui veraciter mons dicitur olivarum, obumbrat & protegit convallem lacrimarum, & impinguat eam; non tamen oleo peccatoris, sed amore devotissimo Creatoris. In hac valle Clericorum somnolentia & torpor noxius increpatur; in hac eorum solicitudo ad vigilandum & orandum instantius excitatur: In hac Christus cum eis, & pro eis sustinet tædere & pavere, ut & ipsi non renuant pœnitentiæ molestias pro eo sustinere. Huic valli Christus benedictionis suæ munera superinfundit; per hanc, largo impetu, oleum suæ Charitatis diffundit; hanc implet salubriter, sicut certo* Joannis *instruimur*

Vallis & loci Præmonstratens. descriptio.

mur documento. Undè autem impleat David *determinans*, valles, *inquit*, abundabunt frumento. *Hoc autem frumentum fortè idem ipſe Chriſtus eſt, qui cadens in terram feracius pullulavit, qui paſſionis mola tritus, panè vitæ humiles ſuos pavit, qui Clericis humilibus largitur refectionis ſalutaris nutrimentum, & eiſdem jam adultis confert glorioſi decoris ornamentum. Propter quod in Canticis Lilium convallium voluit nominare, oſtendens, quia eos qui propter ipſum non gravantur abjectionis moleſtias tolerare, ipſe honore & gloria feſtinat coronare, & eos qui nec recuſant, ſicut monet Apoſtolus, ad pœnitentiam contriſtari, luctu verſo in gaudium facit ſine termino gratulari. Gandor quippe Lilii ſignat ſolemnitatem gaudii, quæ humilem Clericorum juſtitiam munerabit, cum ſe illis facie ad faciem demonſtrabit.* Hæc venerabilis *Philippus Bonæſpei* Abbas, quæ omnia eleganter expreſſit frater *Antonius Trutius*, in S. *Michaele Antuerpiæ* Canonicus, & ſacræ *Theolog.* Baccal. formatus, his verſibus;

Aurelius dat auream Legem, Ordinis
Spondetur author cœlitùs, dat candidam
Mariæ veſtem, Crux locum ædis prænotat,
Et eſſe Præmonſtratus Ordo niſi hic poteſt.

A. MCxx. —— Circa hoc tempus in *Laudunenſi* diocæſi incœpit Ordo *Præmonſtratenſis*, ſub Patre *Norberto* qui fuit *Colonienſis*. Ex hiſt. *Angl.* Script. antiq. ædit. *Lond.* 1652. col. 1014 l. 29.

—— Tempore etiam iſtius Regis *Stephani*, anno Regni ſui nono, circa annum Domini *MCxlvi*. erat exordium Ordinis *Præmonſtratenſis* in *Anglia*, apud Newhows; qui nuper tempore Regis *Henrici* primi, in *Laudunenſi* diocæſi incœperat ſub Patre *Norberto*, qui fuit *Colonienſis*, undè verſus, Ibid. col. 143 l. 2.

Sub Patre Norberto Præmonſtrati *viget Ordo.*



CANONICVS REGVLARIS ORDINIS PRÆMONSTRATENsis.

589.

MONASTICON ANGLICANUM.

ABBATIA *de* Newhus *in agro* Lincolnienſi.

Carta Fundationis ejuſdem, per Petrum *de* Goſſâ.

Ex ipſo autogr. in bibl. *Dugdaleiana.*

Vide Cart. 11. E. 2. n. 2.

Et Pat. 11. E. 2. p. 2. m. 3.

Robertus Dei gratiâ *Lincolniæ* Epiſcopo, totique Capitulo, & omnibus ſanctæ Eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris, *Petrus* de *Golſa* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Deo & Sanctæ *Mariæ* & Eccleſiæ Sancti *Martialis* de Newhus, & Abbati *Gerloni* & fratribus ibi, ſecundùm Ordinem *Præmonſtratenſium*, viventibus liberè & perpetualiter in elemoſinam, totam terram quam habui in *Newhuſa*, cum hominibus, & ruſticis, molendinis, & pratis, ſtagnis, & mareſcis, paſturis & turbariis, terris cultis, & terris de Warnoth, & omnibus rebus ejuſdem villæ, donationi meæ pertinentibus; Scilicet ſextâ parte Eccleſiæ de Brocleshi, & una bovatâ ad *Utwar*, cum manſuris ad illam pertinentibus, & aliis appertinentiis: Eccleſiam quoque de Haburch, cum bovatâ terræ ad *Utwar*, cum manſuris, ad illam pertinentibus, & aliis appertinentiis: & in Hilvingholm *liiii.* acras, & decimam acram pratorum meorum cum piſcatoriâ in *Humbra*, & decimam partis meæ molendini de *Gelſa*, & unam manſuram in mareſco ejuſdem villæ, juxta Domum *Scula*; & decimam pratorum meorum in eadem villâ, cum piſcatorio in *Humbra*, & decimam lignorum, quæ mihi debent homines mei operarii illius villæ, ex conſuetudine. Et in *Barva* unam navatam lignorum, quam mihi debent homines mei, operarii illius villæ, ex conſuetudine; & duas acras prati in eadem villâ. Iſta omnia dedi & conceſſi apud *Welleburnam* prædictis fratribus; id concedentibus Dominis meis *Randulfo* de *Bajocis*, & uxore ejus *Margareta*, & filiis eorum *Hugone* & *Alano*, qui huic facto præſentes fuerunt. Teſtibus, *Acardo* de *Lincolnia*, *Golegrino* Presbitero; *Willelmo* Capellano; *Rogero* Decano, *Berewoldo* Presbitero, *Simone* de *Inſula*; *Gileberto* de *Sanlo*; *Rogero* filio *Gocelini*, *Alano* filio *Glay*; *Suſpir* de *Bajocis*; *Wigot* de *Brancewelle*; *Hereberto* nepote meo; *Roberto Scures*; *Roberto* de *Fribois*. Ipſâ etiam Die, quâ idem *Randulfus* de *Bajocis* diviſus eſt ab uxore ſuâ cauſâ religionis, vovente ipſâ caſtitatem in Capitulo *Lincolniæ*, coram omnibus, ibidem, renovata eſt hæc donatio, & confirmata Carta ipſius *Randulfi* Domini mei. Teſtibus *Halnath* de *Bidan*, *Radulfo Buteler*, *Gileberto* de *Hermeb'*; *Hereberto* Nepote meo; *Alano* filio *Ngelli* de Brocleshi; *Humfrido* de Newhus, nepote ejus; *Willelmo* de *Kirn*; *Willielmo* filio *Gaufridi* de Newhus, & *Waltero* fratre ejus; *Jvone* de *Golſa*, & fratre ejus *Radulfo*; *Willelmo* filio *H.... Godrico* fratre ejus; *Hamundo* filio *Sueni*; *Haldan* filio *Acce*; *Jvone* filio *Godwini*; *Ketel* filio *Acce*; & *Radulfo* ejus filio. *Adrico. Pati Gr.... filio Levva*; & *Adric* filio *Grim*; *Gocelino* filio *Mabiliæ*; *Roberto Surreis.*

Quod Petrus *de* Gouſſâ *ſit particeps omnium beneficiorum Conventus* S. Martialis.

Ibid.

Frater Amblardus Sancti *Martialis* ſervus indignus, omniſq; loci ipſius Conventus, Chriſtianiſſimo fratri noſtro Domino *Petro* de *Gouſſa* ſalutem; & fideles orationes: Suſceptâ legatione veſtrâ & perlectâ; deſcriptione lætificati, omnipotenti Deo gratias agimus, qui dilectum ſuum beatiſſimum *Martialem*, per miracula apud nos clarificare, fidemque noſtram & vicinorum per eadem confirmare dignatur. Dominum quoque *R....* fratrem noſtrum, qui beati *Martialis* Eccleſiam primus conſtruxit, in Conventu, ſicut fratrem noſtrum abſolvimus; & pro ejus animâ debitas Deo orationes, Pſalmos, & Miſſas obtulimus. Vos quoque, quem olim in Eccleſiæ noſtræ beneficio ſuſceperamus, amodò non beneficii tantùm participem, ſed ſicut unum ex nobis, tam in vitâ, quàm in morte fatemur. Omnes etiam, qui Eccleſiæ noſtræ vel ſervierint vel benefecerint; totius Eccleſiæ noſtræ beneficii ſocios eſſe concedimus. Præterea de eo quod ad beati *Martialis*, & Eccleſiæ ipſius claritudinem poſtulâſtis, pro certo ad præſens ſatis feciſſemus, niſi noſter nuntius longiùs eſſet profecturus. Quod enim directuri eramus, vel cum locus fuerit dirigemus, nec tractari indecenter, nec portari uti per provincias oportebat.

Carta Willielmi *Comitis* Lincolniæ, *donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Ibid.

Alexandro Dei gratiâ *Lincolniæ* Epiſcopo, & omnibus Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, *Willielmus* Comes *Lincolniæ* ſalutem in Chriſto. Sciatis me benignè conceſſiſſe, ex meâ parte,

parte, Donationem quam *Petrus* de *Gousla* donavit Ecclesiæ Dei & Sancti *Martialis* de Neuhus, & servientibus Deo ibidem; scilicet Capitalem Curiam ubi castellum suum fuit, & homines, & terram totam, cum pertinentiis suis, quam habuit in eadem villa, & hoc liberaliter in elemosinam, & de feudo quod de me tenet; scilicet in Lullingholm quinquaginta quatuor acras terræ, & Ecclesiam Dei & Sancti *Petri*, cum omnibus pertinentiis suis in *Haltona*, quam eis dedit *Radulfus* de *Haltona*, & totum hoc quod dedit eis *Willielmus* filius *Galfridi*, in Neuhus; & septem bovatas terræ in campis de Haburn; & pasturam septingentis ovibus, & totidem agnis usque superannuati fuerunt, ex donatione *Galfridi* de *Turs*. Et locum, qui vocatur Akerholes, qui est de meo feudo, cum omnibus pertinentiis suis: Et hæc omnia concedo prædictis servientibus Deo in Nehus, & præsenti Cartâ meâ confirmo, quod ipsi tenent liberaliter in puram & perpetuam elemosinam; & firmiter, pro animabus patris & matris meæ, & omnium antecessorum meorum, & successorum, sicut Cartæ donatorum testantur; & ipsi donatores facient mihi & hæredibus meis, pro donationibus istis, servitia de aliis terris suis coram hiis testibus, *Had.*... Comitissa, & *Stephano* Capellano, *Roberto* Clerico, *Gregorio* Capellano, *Widone* de *Potevilla*, *Olivero* de *Wendover*, *Richardo Pastorel*, *Roberto Carbunello*, *Palmario* Camerario.

Carta Heliæ *de* Albeniaco, *&* Hawisiæ *sponsæ suæ, de toto jure suo in tertia parte Ecclesiæ de* Saroleti.

Capitulo *Lincolniæ* & omnibus sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, *Francis* & *Anglicis*, futuris & præsentibus, *Helias* de *Albeniaco*, & *Hawis* sponsa sua, & *Oliverus* & *Radulfus* filii sui, Salutem. Notum sit vobis universis, nos dedisse & concessisse, & præsenti Cartâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ S. *Mariæ*, & S. *Martialis* Apostoli de Nehus, & fratribus ibidem Deo servientibus, jus nostrum, quod habemus in Ecclesiâ *Sancti Botulfi* de Saroleti; scilicet tertiam partem ejusdem Ecclesiæ, quæ pertinet ad feudum nostrum, cum omnibus appenditiis suis in terris, pratis, pascuis, & marescis, & omnibus ecclesiasticis beneficiis; necnon & viginti acras prati, de nostro demenio, in Datholm, quæ est ex australi parte de Fossedic, in puram & perpetuam elemosinam, liberam, & quietam, & solutam ab omni servitio & exactione seculari, pro animâ *Willelmi* de *Albeniaco*, qui nobis feudum illud dedit; & pro animabus patrum & matrum nostrarum, & omnium antecessorum nostrorum, & pro salute nostrâ, & animarum nostrarum, & filiorum & filiarum nostrarum. Sed & hanc donationem præfatam *Hawisia* sponsa mea fideliter firmavit tenendam, & hoc sponte sua: Testibus, Magistro *Hamone* Cancellario de *Nichol.* .... *Roberto* Decano de Stairtun; Magistro *Malgero*; *Herbrando* Decano de Lincolne; & *Briero*, & *Roberto* Presbiteris de Lincolne; *Clemente* Presbitero; *Hugone* de *Bajocis*; *Laurentio* Presbitero de Dunton; *Gilleberto* Clerico de Lincolne; *Gocelmo*; *Rogero* & *Adam* Monachis de Crulland; *Willielmo Burnet* Canonico de Sempringham; *Alurredo* de *Pointun*; *Jacobo* de *Murbegum*; *Gaufrido* de *Shaveni* & *Johanne* & *Alano* filiis suis; *Nigello* de *Sapertun*; *Ace* de *Senlice*; *Willielmo Alselin*; *Rogero* fratre *Alvaredi* de Pointun, *Willielmo Berner*; *Waleramo*, *Willielmo*.....; *Alvaredo* de *Hedington*; *Andreno* fratre meo, *Ernisio* de *Novilla*; *Willielmo* de *Mortun*; *Osberto* filio *Mauritii* de *Schilingetun*.

Carta Hugonis *de* Bajocis *donationes Abbatiæ de* Neuhus, *infra feodum suum, per* Petrum *de* Gousla, *ejusdem domus fundatorem, factas, confirmans.*

Et ipso autogr. in bibl. Dom. vejana.

ROberto Dei gratiâ *Lincoln.* Episcopo, totiq; Capitulo Ecclesiæ *S. Mariæ* de *Linc.* & universis sanctæ matris Ecclesiæ filiis, tam præsentibus, quàm futuris, *Hugo* de *Bajocis*, filius *Randulphi* de *Bajocis* salutem: Noveritis, quod *Petrus* de *Gaunsle*, & antecessores sui tenuerunt de antecessoribus meis feudum quinq; militum; & in eodem feudo, apud Nehus, idem *Petrus* fundavit Abbatiam Canonicorum Ordinis *Pramonstratensis* Ecclesiæ, consensu & concessu *Randulphi* patris mei, & matris meæ *Margaretæ*, & meo. Quicquid verò pertinet ad feudum quinti militis, supradictus *Petrus* dedit & concessit fratribus, & huic prædictæ Abbathiæ, in perpetuam elemosinam, liberam & quietam ab omni servicio; scilicet terram de Nehus, & Ecclesiam de Haburch, cum una bovatâ terræ, ad *Ilmare*, in eadem Haburch; & sextam partem Ecclesiæ de Barlestu, cum una bovatâ terræ, ad *Ilmare*, in eadem Bardesbi, cum omnibus pertinentiis suis; & decimam acram pratorum meorum in marescis de Barue, & de Causte; & unum piscarium in Dumbæ, cum toto adjacenti, quæ fuit *Godrici*, in marescо de *Gaunsle*. Sciatis quoq; *Randulphum* patrem meum, & *Margaretam* matrem meam, & me ipsum & hæredes nostros, ipsum *Petrum* & hæredes suos, quietos clamâsse de servicio quinti militis prædicti, perpetualiter; & ipsum servicium prædictis Canonicis & Abbathiæ de Nehus, nos dedisse & concessisse in perpetuam elemosynam; & illud idem servicium nos & hæredes nostri de aliâ terrâ nostrâ faciemus: Et hoc totum ego *Hugo* de *Bajocis* concessi, & præsentis cartulæ meæ testimonio confirmavi; necnon & unam bovatam terræ de demenio nostro, cum unâ mansurâ in *Kaburnia*, in perpetuam elemosynam, liberam & quietam ab omni seculari servicio, quam *Randulphus* pater meus, ipse dedit & concessit; & hoc pro salute meâ, & omnium parentum meorum, & pro animâ *Alani* de *Lincolnia* avi mei, & pro animabus omnium antecessorum & successorum meorum. Facta est hæc

hæc donatio eorum hiis testibus, *Alano* de *Bajocis*, fratre meo; *Wigot* de *Brantwel*; *Adam* de *Rodwel*; *Gervasio* de *Haltune*; *Clemente* Capellano; *Alano* de *Rippinghale*.

Carta Hugonis *de* Bajocis.

Ex codice rubeo in Scacc. penès Rem. Regis.

HI sunt milites *Hugonis* de *Bajocis*, *Petrus* de *Gaolfa* (tenet) feoda quinq; militum; Sed *Petrus* in feodo illo fundavit quandam Abbathiam in feodo unius militis; in quâ elemosinâ pater meus, volens partiri, illam franchiavit de servitio feodi illius militis, ubi fundata erat; & servitium unius militis cepit super dominicum suum; & quietos inde clamavit *Petrum* & hæredes suos.

Ex Rot. Hundr. de a. 3. E. 2. *Linc.*

Neuhus est de Baroniâ de *Bajocis*. &c.

Hugo de *Baiocis* tenet de Domino Rege in Capite, de Conquesta, unum feodum militis in eadem, per prædictum servitium. *Petrus* de *Gousel* tenet illud de prædicto *Hugone* per prædictum servitium. Et dictus *Petrus* fundavit indè Abbatiam de Neuhus in elemosinam, tempore Regis *Henrici* attavi.

Adhuc ex Rot. Hund. *Linc.*

Willielmus filius *Galfridi*, dedit unum feudum militis in Neuhus, quod tenuit de *Galfr.* de *Thours*, per servitium militare, Abbati & Conventui de Neuhus in elemosinâ, in primâ fundatione domus.

Item idem Abbas tenet *xiii.* partem unius feodi militis in Haburc, ex dono *Alani* de *Cotes*, *viii.* annis elapsis.

Item tenet in eadem villâ de dono *Willielmi Berner*, centum annis elapsis.

Ibid.

Robertus de *Novavilla* tenet feodum unius militis in Lelebi, de Episcopo *Lincolnia*. Et Abbas de Neuhus & *Willielmus Burdon* tenet illud de dicto *Roberto*; videlicet, dictus Abbas tenet medietatem dicti feodi in elemosinâ *xxx.* annis elapsis; Et *Willelmus Burdon* tenet aliam medietatem per forinsecum servitium.

PRIORATUS
de Alnewike *in agro* Northumbrensi.

ITem, secundùm Canonicas, autenticas, A. D. *MCxlv.* Ordo *Præmonstratensis* habuit initium. Et A. D. *MCxlvii.* idem Ordo primò venit in *Angliam*; videlicet, ad Anwyke in Northumberland, anno regni regis *Stephani iiii.* & sic possumus præscribere per quinq; annos.

Diploma Henrici *de* Percy Comitis *Northumbria*, *Cartam Fundationis Abbatiæ de* Alnewike, *recitans & confirmans.*

HEnricus Percy *Comes* Northumbriæ, *Dominus Honorum de* Cokermouth, & Petworth; *Dominus de* Percy, Lucy, Ponyngs, Fitz-Payne, & Bryanem; *ac Guardianus generalis Orientalium, & mediarum Marchiarum* Angliæ, *versus partes* Scotiam, *ac inclitissimi Ordinis Garterii miles*; *omnibus & singulis, ad quos præsentes literæ perventrint, salutem*: *Noveritis nos præfatum Comitem inspexisse quandam Cartam confirmationis Domini* Henrici Percy *quinti, Domini de* Alnewicke, *factam Abbati, & Conventui de* Alnewike *& eorum successoribus in hac verba. Universis sanctæ matris Ecclesiæ filiis, tam futuris, quàm præsentibus præsentes Literas inspecturis*, Henricus *Dominus de* Percy, *quintus dominus de* Alnewic, *salutem in Domino*: *Noveritis nos inspexisse Cartam* Eustachii *filii* Johannis, *Fundatoris Abbatiæ beatæ* Mariæ *de* Alnewic, *quam fecit Abbati & Conventui ejusdem loci, in hac verba.*

Ex ipso autogr. penès *Franciscum Brandling* equitem auratum a. 1629.

Carta Fundationis Abbatiæ de Alnewik.

EUstachius filius *Johannis*, *Willelmo* Episcopo *Dunelmensi* & Capitulo, & Archidiaconi, & omni Clericatui Episcopatus *Dunelmi*, & omnibus suis Clericis & Laicis, Francis, & Anglicis totius terræ suæ de Northumberland, omnibusq; filiis sanctæ Dei Ecclesiæ salutem. Scitote me dedisse, concessisse, & hac meâ Cartâ confirmâsse, Deo & Canonicis de Alnewic, qui sunt de Ordine *Præmonstratensis* Ecclesiæ, pro salute animæ meæ, & remissione peccatorum meorum; necnon pro salute animæ patris & matris meæ, & pro animâ *Ivonis* de Vescy, & omnium antecessorum meorum, & pro salute *Willelmi* de *Vescy* filii mei, & omnium puerorum meorum, Ecclesiam de Lesbury, cum omnibus appenditiis suis, & nominatim cum Capella de Howghton, & cum Capella de *Sancto Walerico*, & omnibus decimis ad illud pertinentibus; & nominatim cum omnibus decimis de dominiis meis de Lesseburg & Hoghton; Scilicet, de bladis, & Salinis, & de Molendinis meis; Et Capellam de Alnewic, cum omnibus appenditiis suis, ad Abbathiam fundandam, cum omnibus decimis dominiorum meorum & Molendinorum meorum de Alnewic; & totam villam de Hutclif, cum medietate hominum ejusdem villæ, in mora, & in plano, sicut via vadit de Alnewic versùs Rokc, in manu sinistra, usq; ad divisas de Roli, cum bosco pertinenti ad eandem villam; Scilicet, ab Hindone usq; in *Alnam*; Et cum his, duas partes de decimis totius dominii mei de *Tughala*, in blado, & in Molendino, & cunctis aliis rebus ejusdem dominii. Et similiter duas partes de decimis de dominio meo, & Molendino de Newham, & de omnibus

bus aliis rebus ejusdem dominii. Et duas partes de decimis, de dominio & Molendino, & de cunctis aliis rebus de **Chettone**. Et de **Alneham** duas partes de decimis de dominio, & Molendino, & cunctis aliis rebus ejusdem dominii; Et omnes decimas de piscariis meis, & de cervis, bissis, & porcis, quos canes mei capient de motu meo: Et duas partes de décima equarum mearum, dum extra Parochiam de **Alnewic** fuerint. Et unam mensuram in burgo de *Santto-Walerico*, Et de **Heysend** de decimis *Arnulfi* duas partes.

Quare volumus & concedimus & firmiter præcipimus, quod prædicti Canonici hæc omnia prædicta habeant, teneant, & possideant bene, in pace, & honorificè, liberè, & quietè, in propriam elemosinam. Et præterea concedimus, & Cartâ nostrâ confirmavimus Ecclesiam Sancti *Wilfridi* de **Cysnes**, quam *Richardus Tysone* eisdem Canonicis dedit in perpetuam elemosinam, cum mensurâ unâ, & duabus bovatis terræ in eadem villâ; & cum **Walghe**, ubi est Ecclesia, cum *Ridleia*, & cum **Mozarchalghe**, sicut *Richardus* eis concessit: Et de bosco suo quantum potuerint, & voluerint exartare, & molere ad molendinum suum, sicut multura; & facere molendinum in feodo suo super **Cochet**, si potuerint: Et unam salinam in *Werkwordia*. Testibus, *Hugone* sacerdote de *Tughala*; & *Patric. Willielmo* Capellano, & *Archill* Sacerdote, *Bernardo* Clerico, *Stephano* de *Dunelm*; *Richardo Tysone*; *Papady*, *Rogero Malcall*, *Richardo* de *Rok*; *Ada Murdack*, *Ada* Vicecomite, *Radulfo* de *Tung*, *Willielmo Tysone*, *Waltero* filio *Mayn*, *Jvone* de *Vescy*, *Arnulpho* de *Morwic*, *Rodberto Puero*, *Arnulpho* de *Heysende*.

Item inspeximus quandam Cartam Willielmi *de* Vescy, *filii* Eustachii, *filii* Johannis, *factam eisdem Abbati & Conventui in hæc verba. H.* Dei gratiâ, *Dunelmi* Episcopo, & Archidiaconis ejusdem Ecclesiæ, & omnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, tam futuris quàm præsentibus, *Willielmus* de *Vescy* salutem; Sciatis me dedisse, concessisse, & hac meâ Cartâ confirmâsse Deo, & Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de **Alnewic**, & Canonicis Ordinis *Præmonstratensis*, ibidem Deo servientibus, Ecclesiam de **Chetton**, cum omnibus pertinentiis suis, in liberam & perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ, & patris mei *Eustachii*, & matris meæ *Beatricis*, & antecessorum meorum. Quare volumus (&c.) His Testibus, *Galfrido* Capellano de **Alnewic**, *Mathæo* & *Galfrido* Capellanis Castelli de **Alnewic**; *Johanne* Vicecomite, *Hugone* de *Morwic*; *Willielmo Tysone*; *Waltero Basill*; *Richardo Mantelande*; *Germano Tysone*; *Symone Lucres*; *Radulfo Brunne*; *Helia Brunne*; *Waltero* de *Maners*; *Rogero* de *Eslington*, *Willielmo* de *Musschampes*; *Radulfo* de *Rocca*, *Reginaldo*.

Inspeximus etiam aliam Cartam ejusdem Willielmi *factam eisdem Abbati & Conventui in hæc verba. H.* Dei gratiâ Dunelmensi *Episcopo*, & Archidiacono ejusdem Ecclesiæ, & omnibus Clericis *Northumbriæ*, & laicis, cunctisq; Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, *Willielmus* de *Vescy* salutem; Notum vobis omnibus fiat, nos dedisse & concessisse Abbatiæ de **Alnewic**, & Canonicis ibidem Deo servientibus, Ecclesiam de **Chaulingham**, in perpetuam elemosinam. Testibus hiis; Scilicet, *Alano* Clerico de **Defebrugia**, *Thoma* de *Maners*; *Hugone* Sacerdote de **Chetton**; *Galfrido* de *Valpines*; & *Arnulpho* Dapifero.

Inspeximus etiam aliam Cartam ejusdem Willielmi *de* Vescy *factam præmonstratensis religiosis viris in hæc verba, Henrico*, Dei gratiâ *Dunelm*: Episcopo, & Archidiacono ejusdem Ecclesiæ, & omnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, *Willielmus* de *Vescy* salutem. Sciatis me concessisse, & hac præsenti Cartâ nostrâ confirmasse Deo, & Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de **Alnewic**, & Canonicis Ordinis *Præmonstratensis*, ibidem Deo servientibus, Ecclesiam de **Alneham**, cum omnibus pertinentiis suis, in liberam & perpetuam elemosinam, pro salute animæ nostræ, & patris nostri *Eustachii*, & matris nostræ *Beatricis*; necnon & omnium antecessorum nostrorum, Quare volumus (&c.) His Testibus, *Petro* de *Raos*; *Waltero* de *Bolbec*; *Thoma* de *Muscampes*, *Willielmo* de *Vescy*, *Ada* de *Carl*, *Radulfo* filio *Mayne*, *Randulfo Brunne*, *Thoma* de *Bolesdone*, *Simone* de *Hausell*, *Rogero* de *Rembell*.

Stemma Eustachii *filii* Johannis, *Fundatoris Abbatiæ de* **Alnewike**.

ANno Domini *MLxvi. Willielmus* dictus *Bastardus*, conquisivit regnum *Angliæ*, Esc 8 E. 2. n 63 in auxilio *Normannorum*; inter quos fuit quidam miles satis strenuus, nomine *Yvo* de *Vescy*, cui Rex *Willielmus* Conquestor tradidit filiam cujusdam *Willielmi Tyson* Domini Baroniarum de **Alnewyk** & de **Waltone**. Ille *Willielmus Tyson* fuit filius & hæres cujusdam *Gisbert Tyson*, qui fuit occisus in bello cum *Haraldo* Rege; & reliquit unicam filiam & hæredem, traditam prædicto *Yvoni* per Regem, ut suprà. Ille *Yvo* de *Vescy* genuit de prædictâ puellâ, quæ fuit filia & hæres *Willielmi Tyson*, quandam filiam, quæ fuit vocata *Beatrix*. Illa *Beatrix* data fuit cuidam militi dicto *Eustachio* filio *Johannis*, cum Baroniis de **Alnewyke** & de **Waltone**; qui fundavit Abbathiam de **Alnewyk** tempore regis *Stephani*. Ille *Eustachius* filius *Johannis* genuit de prædictâ *Beatrice*, *Willielmum* de *Vescy* seniorem. Ille *Willielmus* de *Vescy* senior duxit sororem domini *Roberti* de *Stutevill*, domini de **Cuarsburg**, nomine *Burgam*; & genuit ex eâ *Eustachium* de *Vescy*, *Matildam*, & *Ceceliam*. Ille *Eustachius* de *Vescy* duxit filiam regis *Scotiæ*, *Margeriam* nomine; & genuit ex eâ *Willielmum* de *Vescy*, patrem *Johannis* & *Willielmi* de *Vescy*, qui sine hæredibus obierunt.

Matilda soror *Eustachii* de *Vescy* suprædicti, data fuit *Thomæ* de *Muscampo*, qui genuit ex eâ *Robertum* de *Muscampo*; de quo venit alius *Robertus* de *Muscampo*; de quo *Isabella*, quæ data fuit *Willielmo* de *Huntercumbe*;

cumbe; de quo *Eustachius* de *Huntercumbe*. *Cecelia*, quæ fuit secunda soror *Eustachii*, data fuit *Hugoni* de *Bolbek* seniori, qui genuit *Walterum* de *Bolbek*; qui *Hugonem* juniorem; qui *Feliciam* matrem domini *Johannis* de *Lancastria*.

PRIORATUS
de Bliburg *in agro* Suffolciensi.

Carta Regis Ricardi *primi Donatorum concessiones, recitans & confirmans.*

Cart. 19. R. 2. n 12. per Inspex.

RIcardus, Dei gratiâ, Rex *Angliæ* dux *Normanniæ* & *Aquit.* Comes. *Andeg*: Archiepiscopis (&c.) salute n. Sciatis me pro salute animæ nostræ, concessisse, & præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse, in perpetuam elemosinam Deo & Ecclesiæ *S. Mariæ* de Bliburc, & Canonicis ibidem Deo servientibus & servituris, omnes terras quas habuerunt in *Donewyco*, tempore regis *Henrici* patris nostri; scilicet ex dono *Brictich* & *Augustini* filiv ejus; & *Godewyni Oxefot*, & *Botildæ* filiæ ejus, & *Hunteman*, & *Rogeri* filii ejus; & *Malet*, & *Stephani* filii ejus; & *Roberti* fratris ejusdem *Malet*; & *Arnaldi* presbiteri; & *Safuli* filii *Huthredi*, & *Ulf* le *Riche*; & *Walteri Leadenepem*; & *Ulf Camm*; & *Ricardi* Diaconi; & *Seild* & *Snotyng* le *Rabe*; & *Alwini Bunt*; & *Radulfi Cake*; & *Adwyni Kenewald*; & *Godefeald*, & *Dice*, & le *Waistere*, & *Henrici* filii *Terri*, & *Levene Tod*, & *Godenoud*, & *Walteri Besant*; & *Bernardi*, qui habuit sororem *Malet*; & *Thiedredi*, & *Ricardi* filii *Brichtine*, *Brithmari* filii *Gothæ*, & uxoris *Walteri* filii *Malgeri*; & terram quam tenuit *Gerardus* de la *Mare*, liberas & quietas ab omni terreno servicio; & seculari exactione, per *xii.* denarios singulis annis reddendos ad festum S. *Michaelis*, sicut reddi solebant ante extensionem factam in *Donewyco*. Et prohibemus ne aliquis, super hoc, prædictis Canonicis molestiam faciat, vel gravamen; vel pro prædictis terris, quicquam ab eis plus exigat. Concedimus etiam & confirmamus præfatis Canonicis, redditus suos quos nunc habent, & quos imposterum rationabiliter adquirire poterint, & omnes terras, quas habent ex dono *Willielmi* del *Chednei*, in Bliburc; Terram scilicet quæ vocatur Bingescroft, & mesuagium *Blaestani*, & brueram del *Hussei*, quam *Burchardus* de Wenhaeston tenuit; & *xx.* acras in Westfeld, & totam decimam piscationis in Walberdeswyke; Et omnia quæ habent in Bregge, ex feodo *Willielmi* de *Monay* & hæredum suorum, sive ex dono, sive ex emptione, tam in terris & turbariis quàm in pratis & pasturis.

Et ex dono *Reginaldi* Clerici, brueram quæ jacet juxta nemus in Walberdeswyke: Et ex dono *Roberti* filii *Reginaldi* duas solidatas redditus in Elech, quas *Hermerus Bussell* tenuit. Et ex dono *Mainard* Presbiteri, quatuor solidatas terræ in Barneby. Et ex dono *Holdeburt* de *Baudemunt*, duas solidatas in Butford. Et ex dono *Willielmi Lagunte* quandam terram in Gernemue, quam tenuit *Avandus Simekyn* in illâ parte quæ est in Luderingland. Ex dono *Winari* Capellani, quandam terram in Beches, juxta aquam. Et ex dono *Roberti* le *Botiller*, & *Roberti* de *Cureonn*, & ex feodo *Rogeri* del *Chednei*, terras quas habent in Cove & in Mokalles. Et ex feodo *Willielmi Faleshame*, terram quam ipsi tenuerunt de *Hemesent*, uxore *Willielmi Kempe*. Et ex feodo *Willelmi* filii *Walteri*, terram de Westhale, cum bosco; & aliam terram ejusdem. *W.* in Holetune. Et ex dono *Rogeri* de *Colevile* duas solidatas redditus in Bromtune; Et omnes terras & redditus, quos habent ex feodo *Oberti* filii *Willielmi*; & ex feodo *Gaufridi* de *Marc*, sive hæredum suorum. Omnes istas terras (&c.) confirmamus Deo & Ecclesiæ S. *Mariæ* de Bliburc. (&c.) Dat. per manum *E.* Episcopi *Elienſis*, Cancellarii nostri, apud Caagnes *xxiii.* die *Januarii* anno regni nostri *x.*

Nos autem donationes (&c.) necnon Concessionem (&c.) quas *Walterus* filius *Simonis* de Wenhawestune, per Cartam suam fecit Deo, Ecclesiæ, & Canonicis prædictis, de toto illo tenemento, quod dominus *Willielmus* de *Redham*, & dominus *Rogerus* de *Wymples*, *Walterus* de *Cretyng* *Willielmus Fareman*, *Robertus Hulkoil*, & *Ricardus* le *Do*, de *Donwyco*, tenuerunt de ipso *Waltero* filio *Simonis*, in villâ de Wenhawestone, & Thuringtune, cum homagiis, serviciis, & omnibus aliis pertinentiis, ad ipsum *Walterum* filium *Simonis* & hæredes suos spectantibus. Concessionem etiam, quam idem *Walterus* filius *Simonis*, per eandem Cartam suam fecit Canonicis prædictis, de redditu trium denariorum annuatim, quas *Reginaldus* de *Monte* ibi reddidit annuatim, pro quadam peciâ terræ, quam tenuit de eo in villâ de Wenhawestun. Donationem (&c.) quas *Rogerus* de *Chednei* per Cartam suam fecit (&c.) de terrâ illâ, quam *Basilia* vidua tenuit de ipso in Dersham. Concessionem (&c.) quas *Willielmus* de *Criketot*, filius *Willelmi* de *Criketot*; per Cartam suam fecit Deo & Ecclesiæ & Canonicis prædictis, de octo acris terræ in Westletune, & de unâ summâ frumenti, secundùm mensuram, quæ habetur in villâ S. *Edmundi*. Donationem (&c.) quas *Galterus* per Cartam suam fecit (&c.) de sex acris in Derresham. Concessionem (&c.) quas dominus *Nicholaus* de *Fallham* miles, per Cartam suam fecit (&c.) de sex acris terræ cum pertinentiis, in Dersham. Donationem (&c.) quas *Hugo* de *Cressy* per Cartam suam fecit (&c.) de unâ marcatâ redditus in Walbertewic.

Donationem (&c.) quas *Thomas* de *Hopitune*, per Cartam suam fecit (&c.) de totâ terrâ, quam *Domel'n* tenuit de ipso *Thoma* in Jokesford, & de serviciis, ejusdem terræ; scilicet de *x.* denariis & duabus gallinis; & quadam operatione unius diei ad cibum ejusdem *Domelini*, cum omnibus aliis pertinentiis suis; necnon

quietam clamanciam, quam idem *Thomas*, per eandem Cartam suam fecit (&c.) de eadem *Domelin* & omnibus hæredibus suis, & homagio prædicti *Thomæ* de *Hopetune*, & omnium hæredum suorum, cum omnibus catallis suis imperpetuum. Concessionem (&c.) quas *Rogerus* filius *Thomæ* de Hopetune, per Cartam suam fecit, (&c.) de omnibus donationibus & concessionibus, quas prædictus *Thomas* pater suus fecit eisdem Canonicis, de totâ terrâ, quam *Alanus* filius *Rogeri* de Jokesford tenuit de ipso *Thoma* patre suo; scilicet de quatuor acris de terra arabili, & dimidia acra de prato, & dimidia acra de marisco, cum mesuagio, & de ipso *Alano* & *Mabilla* uxore ejus, cum tota sequela sua, quietis ab homagio prædicti *Rogeri* vel hæredum suorum, sine omni retenemento sibi vel hæredibus suis. Concessionem (&c.) quas idem *Rogerus* (&c.) fecit (&c.) de tota terra, quam *Domelin* tenuit de patre suo in Jokesford, & homagio ipsius *Domelini*, cum omni sequela sua, absq; omni retenemento, sibi vel hæredibus suis.

Donationem (&c.) quas *Michael* de *Bavent*, per Cartam suam fecit (&c.) de unâ acra terræ in eadem villâ. Concessionem (&c.) quas *Galfridus Capra* de Bulcamp, per Cartam suam fecit (&c.) de mesuagio & toto tenemento, quod *Thomas* le *Hoppere*, tenuit de ipso in Bulcampe (&c.) Remissionem etiam, quam idem *Galfridus* (&c.) fecit (&c.) de duobus denariis, quos iidem Canonici solebant sibi annuatim reddere de mesuagio *Huberti Coci*, & de illis particulis marisci & prati in Bulcampe, quas *Aluredus* de *Bulcampe* tenuit de ipso *Galfrido*; & de illâ particulâ marisci, quam *Petrus Permentarius* tenuit de eodem, & de illâ particulâ marisci, quam *Rogerus Cocus* tenuit de eodem; & de unâ acrâ terræ arabilis, juxta domum *Thomæ* le *Hoppere*, quam *Petrus Permentarius* tenuit de eodem; & de duabus acris terræ inter domum *Benedicti* filii *Alani* Carpentarii, & Crucem, quas idem *Benedictus* tenuit de eodem; Et de unâ acra terræ in villâ de Bulcampe, propinquiori fossato *Radulfi* de *Bulcampe*; & de dimidiâ acrâ marisci in Birmore; & de totâ parte, quam idem *Galfr.* habuit in marisco quæ appellatur Pochesser; scilicet à divisâ de Bregge usq; ad divisam de Henham, & à divisâ de Henham usq; ad Galthefordestrade. Concessionem (&c.) quas *Ric.* de *Blunvile*, per Cartam suam fecit (&c.) de omnibus terris & redditibus, quas *Galfridus Capra*, & prædecessores sui contulerunt eisdem Canonicis, de feodo ipsius *Ricardi*, in villâ de Bulcampe. Concessionem (&c.) quas *Willelmus* filius *Walteri* de Sadenefeld, per Cartam suam fecit (&c.) de unâ acrâ terræ arabilis, cum pertinentiis, quæ jacet juxta cimiterium Ecclesiæ de Thurltone, ex parte occidentis, unâ cum advocatione ejusdem Ecclesiæ de Thurltone, & de omnibus terris & possessionibus; quas habent de feodo ipsius *Willelmi* in prædictâ villâ de Thurltone.

Concessionem (&c.) quas idem *Willelmus* per aliam Cartam suam fecit (&c.) de omnibus terris & possessionibus (&c.) quas habent de feodo ipsius *Willelmi* in villâ de Thurltone. Concessionem (&c.) quas *Walterus* filius *Willelmi* de Sadenefeld, per Cartam suam fecit (&c.) de unâ acrâ terræ cum pertinentiis, in villâ de Thurltone, jacente juxta Ecclesiam ejusdem villæ, ex parte occidentali, una cum advocatione Ecclesiæ ejusdem villæ. Donationem (&c.) quas *Radulfus* de *Chilgrot*, per Cartam suam fecit (&c.) de Ecclesia de *Bisfordia*, cum omnibus pertinentiis & obventionibus suis, & de particulâ silvæ in eadem villâ, quæ vocatur Pitchersheth, cum omnibus rebus ad prædictam Ecclesiam pertinentibus. (&c.) Donationem (&c.) quas *Willelmus* filius *Gilleberti* per Cartam suam fecit (&c.) de *v s.* de marcatâ redditus, quem *Nicholaus* nepos suus tenuit de eo in Wissemere. Concessionem (&c.) quas *Alicia* de Frostenden, filia *Willelmi* de *London*, per Cartam suam fecit (&c.) de redditu quatuor solidorum in villâ de Frostenden, ratas habentes & gratas (&c.) confirmamus. (&c.) Dat. per manum nostram apud Bernewell *xviii.* die *Februarij*.

BLYBOROUGH *Prioratus.*

ABbas S. *Osithæ* Fundator primus, & modernus. *Lel: Coll: vol: 1. p. 59.*

PRIORATUS

de Heppe *in agro* Westmerlandensi.

Carta Fundationis ejusdem, primò apud Preston.

UNiversis sanctæ matris Ecclesiæ filiis, tam præsentibus quam futuris, qui has literas visuri sunt, vel audituri, *Thomas* filius *Gospatricii* salutem. Sciatis, quod ego dedi & concessi, & hac præsenti Carta mea confirmavi Deo & sanctæ *Mariæ Magdalenæ* & Canonicis de Preston, qui sunt de ordine *Præmonstratensi*, in liberam, puram & perpetuam elemosynam, pro salute animæ meæ, & sponsæ meæ, & omnium antecessorum meorum, unam portionem terræ meæ in Preston, in Bendale, ad faciendum quandam mansionem Canonicorum; videlicet totum dominicum parcum meum, subtus Lackflost, & in Lackflost usq; viam quæ venit de Prestonuthreed, & indè sequendo viam, usq; ad viam quæ venit de Holme; & ita sequendo viam de Holme usq; ad ficum, quæ venit de Hasalmire; & per ipsum ficum usq; aquam, quæ est divisa inter duas *Prestonas*, & ita ascendendo usq; ad prænominatam viam de Lackflot. *Ex vet: exemplari penès Jac: Bellingham Eq. aur.*

Præterea

Præterea dedi eis totam terram subtus viam de Wathsudden, usq; Stainbrigge, & totam terram de Stainbrigge usq; ad Bracken-thwait, sicut silva dividit & planum, & ita usq; ad terram *Ricardi* filii *Sigith*, & sic ad viam quæ venit de Stainbrigg, usq; ad divisam de Farleton; id est totam terram quæ fuit *Michaelis* filii *Helenæ*, & ita sequendo divisam de Farletone, usq; in divisam inter duas *Prestonas*, & ita ascendendo usq; ad prædictam viam de Wathsudden, excepto dimidio prato de Hurebrigge, & decem acras apud Siggethwait, ad salum eorum. Et totam terram de sursum Wathsudden, scilicet ubi Capella fuit infirmorum, Habebunt etiam de bosco meo, quantum capere voluerint, & nunc habuerint, sine visu Forestariorum meorum, & cortices lignorum quæ præciderint, ipsorum erunt. Concedo etiam eis liberam communiam infra metas de Præston, cum omnibus aliis aisiamentis & libertatibus, quæ pertinent ad prædictam villam de Præston, in bosco & in plano, in viis & in semitis, & in aquis & in molendinis, & pasturam porcorum suorum, sive plenagiorum, & decimam panagii mei. Et molent ad molendinum meum sine multurâ, quando venerint, & tam mezea fuerit evacuata: Et equum proprium habuerint molendinarium, ad meum molendinum cessabunt hominum prænominatum, volo quod prædicti Canonici habeant & teneant eam in pace & plenariè & honorificè, in liberam, puram & perpetuam elemosynam, sine omni seculari servicio, consuetudine, & exactione. Et ego & hæredes mei warantizabimus eis hanc donationem, contra omnes homines, imperpetuum. Hiis testibus (&c.)

Carta Thomæ *filii* Cospatricii, *de terra ubi Prioratus de* Hepp *fundatur.*

Ibid. UNiversis sanctæ matris Ecclesiæ filiis, præsentibus, & futuris, Cartam illam visuris vel audituris, *Thomas* filius *Cospatricii* sempiternam in Domino salutem: Noverit universitas vestra, me dedisse, concessisse, & hac meâ præsenti Cartâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ Magdalenæ* de valle *Magdalenæ*, & Canonicis *Præmonstratensis* Ordinis, ibidem Deo servientibus, totam terram quæ fuit Barl, scilicet per has divisas; de vado de Barlwath, ascendendo per Lowther apud Austrum, usque ad Langeshaber; & sic ascendendo per Langeshabeck, usque ad semitam quæ venit de Bendale, & sic sequendo semitam illam versus Aquilonem, usq; dum veniat ad Stanrase, juxta Rasland: Et ita per semitam illam usq; ad Rasate, & sic descendendo extra montem, usq; ad magnum lapidem, ubi homines solebant facere *Lestablie*, & ita descendendo usq; in Lowther, & sic ascendendo per Lowther, & ultra, usq; ad divisas de Rosgill penès orientem, de longo in longum apud Austrum per supercilium montis de Creskeld, & sic usq; ad Alinbathe. Præterea dedi eis vallem, cum Brusulâ in orientali parte contra suam, tendens in longum per supercilium montis usq; ad Domum, quæ fuit quondam *Willelmi King*, & ita usq; ad terram, quæ fuit *Mathæi* de *Hepp*, & sic descendendo versus Occidentem, usq; ad prædictum vadum de Barlwath.

Dedi etiam eis communem pasturam, cum hominibus meis, qui manent in Rasat, & pasturam in Thamboord, & in Swindale ex utraq; parte, usq; ad supercilium montis, desuper Lumbarth, & ex alterâ parte de Swindale, ultra Thengeheved, ex utraque parte, ubi voluerint, & opus fuerit, possint die, ac nocte, infra dictam pasturam moram facere, & ad Abbaciam, & ad vaccariam suam, cum necesse fuerit, ire, & redire, cum libero introitu, & exitu. Hanc prædictam pasturam dedi eis, & concessi, scilicet, vaccis sexaginta, & equabus silvestribus viginti, & quinq; centum ovibus, cum sequelâ trium annorum, & quinq; carucatis boum. Præterea dedi eis Turbariam, & Petrariam, & Quareriam ubicunq; invenire poterint in territorio villæ de Hepp, & viam liberam, eundo & redeundo ad Turbariam, & Petrariam, & Quareriam prædictam, & ad Abbathiam suam. Dedi etiam eis licentiam capere nemora, ad Abbathiam suam, in bosco meo, ad ædificandum, & comburendum, & claudendum, ubi melius voluerint, & invenire poterint, & cætera necessaria sine visu Forestariorum, cum omnibus communibus, easiamentis, & libertatibus, prædictæ villæ de Hepp pertinentibus. Hæc omnia supradicta dedi Deo, & prædictis Canonicis, habenda, & tenenda, in puram, liberam & perpetuam elemosinam pro salute animæ meæ, & sponsæ meæ *Gracia*, & hæredum meorum, & omnium Antecessorum & successorum meorum. Et ego & hæredes mei warantizabimus omnia supradicta, prædictis Canonicis, contra omnes gentes imperpetuum. Hiis Testibus (&c.)

Carta Roberti *de* Vereriponte, *de sede & loco vallis* Magdalenæ.

Ex Registro Abb. de Hepp, nuper penès dominum *Will: Howard* de Naworth. OMnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, præsentibus & futuris, *Robertus* de *Vereriponte* salutem: Noverit universitas vestra me dedisse, & confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ Magdalenæ*, de valle *Magdalenæ* (&c.) sedem & locum prædictæ vallis *Magdalenæ*, in territorio villæ de Hepp, cum omnibus pertinentiis, & rebus suis, quæ continentur in Cartis *Thomæ* filii *Cospatricii* & in Cartis Thomæ filii *Thomæ*, filii sui, quas de prædictis omnibus habent: Et totam villam de Renegill, cum omnibus pertinentiis suis (&c.) sicut etiam Carta *Matildis* matris meæ, & confirmatio *Yvonis* fratris mei, quas inde habent, melius testantur. Dedi etiam dictis Ecclesiæ, & Canonicis, villam totam grangiæ de Hillburne, sicut Monachi de *Holmo*, melius eandem villam, aliquando tenuerunt, cum Grangia vocata fuit, cum omnibus pertinentijs & rebus (&c.) Quam villam *Nicholaus* de *Stutevill* mihi dedit, & Cartâ suâ confirmavit, quam Cartam habeo, & prædictis Canonicis

dedi (&c.) Dedi etiam dictis Canonicis omnes decimas mihi pertinentes omnium Molendinorum meorum, de tota *Westmeria*, & omnes decimas novationis bestiarum, quæ captæ erunt, de cætero, in omnibus Forestis meis in *Westmeria*, per me, vel per homines meos, de domo, vel de Maneriis meis, sivè per Arcus, sive per Canes (&c.) Testibus *Gilberto* filio *Rogeri*, filii *Reinredi*; *Wydone* de *Hellebec*; *Willielmo* filio *Randulphi*; *Eudone* de *Bellocampo*, tunc Vicecomite *Westmeriæ*; *Henrico* de *Redeman*, Senescallo de Bendall; *Radulpho Daincurt*; *Anselmo* de *Furnesio*; *Henrico* de *Cundall*; *Willielmo* de *Morvilla*; *Willielmo Anglico*; *Willielmo* de *Thirneby*; *Johanne* de *Hardela*; *Alano Pincerna*; *Waltero* de *Meburn*. Data apud Cliburne, Anno xiii. Regis *Johannis*, viii. Kal. *Maii*. die Sabati.

PRIORATUS
de Tupholme, *in agro* Lincolniensi.

Carta Regis Henrici *tertii*, *donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Mat. 20 H. 3. m. 9

REx Archiepiscopis &c. salutem. Sciatis nos, intuitu Dei, & pro salute animæ nostræ, & pro animabus antecessorum & hæredum nostrorum, concessisse, & hac Cartâ nostrâ confirmasse Deo, & Ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de Tupholm, & Abbati & Canonicis de ordine *Præmonstratensi* ibidem Deo servientibus, & imperperuum servituris, omnes donationes, & concessiones subscriptas; videlicet de dono *Gilberti* de *Nevill*, & *Alani* de *Nevill* fratris sui, ipsum locum de Tupholm, cum nemore, & Mariseo adjacentibus: Ex dono prædicti *Gilberti* culturam de Wra, & duas culturas prati in campis de Bukehall; & totam terram suam de Surreye. Et in *Hauton* dimidiam carucatam terræ, & Ecclesiam Sancti *Petri* de Burrath; & Ecclesiam Sancti *Petri* de Rasum, cum omnibus pertinentiis suis, & quatuor culturas in campis de Rasne; & duodecem denaratas piscium de sanctimonialibus de Stikesuald pro piscariâ de Chakegard, & unam perticatam terræ juxta Molendinum de Allyndune. Ex dono prædicti *Alani* de *Nevill*, dimidiam carucatam terræ in Fulnethorp, cum unâ mansurâ in Luthe, & unum Molendinum quod dicitur Allymilne; & Ecclesiam Sancti *Michaelis* de Steuuton, cum omnibus appendiciis suis; & tres bovatas terræ in Bradesby: Ex dono *Henrici* Regis, avi nostri, unum fossatum tam largum, quod Naves possint ire, & redire à flumine de *Withama*, usq; ad Tupholm: Ex dono *Galfredi* de *Nevill*, Ecclesiam Sancti *Germani* de Randeby, cum omnibus pertinentiis suis, & in Thimesto, unam bovatam terræ, & in campo de Burrath, quatuor culturas terræ. Et Molendinum de Shill, & Mariscum à silvâ ipsorum Canonicorum, usq; ad pratum de Burrath. Ex dono *Galfridi* filii *Alani* de *Nevill*, Ecclesiam omnium *Sanctorum* de Stratton, & Molendinum ejusdem villæ cum multurâ totius terræ suæ de Stratton, cum crofto prati, ad illud Molendinum pertinente, & decem, & octo acras terræ, & dimidiam perticatam, & dimidiam bovatam terræ, & duo thofta, cum pertinentiis, in Stratton, & præterea pasturam ad ducentas oves in eadem villâ, & totam terram, quam habuit super Holme. Ex dono *Henrici* de *Nevill*, quinq; acras terræ in Burrath, & unum calcetum viginti quatuor pedum latitudinis, & ex utraq; parte, fossam octo pedum latitudinis. Ex dono *Alicia* filiæ *Simonis* de *Kyma*, totam terram quam habuit in Benermund. Ex dono *Thomæ* de *Nevill*, totam terram & redditum, quas *Henricus* de *Haburgen* de eo tenuit in Haburge. Ex dono *Ricardi* de *Hegelang*, quatuor bovatas terræ, & dimidiam, cum dominicâ mansione in Beleby. Ex dono *Illarii* de *Hegelang*, octo acras terræ in *Hegelinge*, & totum pratum, quod habuit in Newecroft. Ex dono *Ernisii* de *Nevill*, duas bovatas terræ, cum pertinentiis, in Neuton. Ex dono *Galfridi* de *Santusemare*, totam terram quam habuit juxta terminos de Watingwathe. Ex dono *Hugonis* de *Nevill* decem acras terræ, & unam prati, & unum Molendinum cum thofto in Petleton: Ex dono *Robertæ* de *Onneby* tres bovatas terræ & unum thoftum, cum unâ perticatâ terræ in Onneby: Ex dono *Gilberti* filii sui, dimidiam partem dominici thofti sui in Onneby, & parvum thoftum et adjacens: Ex dono *Willielmi* de *Hedune* unum thoftum in Onneby.

Ex dono *Nicholai* de *Scotton* homagium, & servicium *Johannis Beket*, & hæredum suorum de duabus bovatis terræ in Onneby, & quietam clamationem trium solidatarum, & sex denaratarum redditus in Onneby: Ex dono *Johannis Beket* duas bovatas terræ cum tofto, & crofto, & quatuor acras terræ, & dimidiam in Onneby: Ex dono *Radulphi Pelliparii*, tres acras terræ, & dimidiam in Onneby: Ex dono *Richardi* Clerici, quindecem acras terræ, & tres perticatas prati, & tertiam partem thofti sui in Onneby: Ex dono *Thomæ* de *Scoteney* totum tenementum, quod *Walterus* filius *Edwardi* de medià Rasum, de eo tenuit, sci. novem bovatas terræ, cum thoftis & croftis, & homagium & servicium ejusdem *Walteri* & hæredum suorum, totum pratum quod habuit in Esthymare. Ex dono *Thomæ* de *Burgo*, quinq; bovatas terræ, cum thoftis & croftis; & præterea Medietatem thofti, quod fuit *Walteri Belle* in Rasum, & decem perticatas prati in Lissingle. Ex dono *Walteri* filii *Everardi*, septem bovatas terræ cum capitali mansione, & præterea unum thoftum in Rasum. Ex dono *Germani* filii *Walteri*, unam bovatam terræ & unum thoftum, & tres selliones in Rasum.

Ex

Ex dono *Germani* filii *Walteri*, unam bovatam terræ, & unum toftum, & tres felliones in Rasun. Ex dono *Walteri* filii sui, unum toftum in Rasun: Ex dono *Galfr.* filii *Roberti*, unam bovatam terræ, cum tofto, & crofto in Barrath; & unum toftum in Rasun; & totum jus & clamium, quod habuit, vel habere potuit in illâ parte marisci, undè magna Assisa fuit inter ipsos & Abbatem de Bardeney. Ex dono *Gilberti Blund* quinq; acras, & tres perticatas terræ, & dimidiam acram prati in Rasun, & septem perticatas prati in latitudine, cum totâ longitudine in Lissingele. Ex dono *Roberti* filii *Wilteri*, culturam suam in prato de Petringham, quæ cultura dicitur Garreoyke. Ex dono *Matildis* filiæ suæ, tertiam partem marisci, qui dicitur Bivolefen, & sex culturas in Marisco de Petringham. Ex dono *Normanni* de *Aresey* unam culturam Marisci, undecem perticatarum latitudinis, in Marisco de Dunston: Ex dono *Willelmi* filii *Berengarii*, duas bovatas terræ, cum pratis in Coutebi. Ex dono *Nicholai Roc*, unum toftum, & unam bovatam terræ in Wadingworth. Ex dono *Roberti* filii *Richardi*, unam bovatam terræ, & unum toftum in eadem villa. Ex dono *Ricardi* de *Heynton*, totam illam terram quæ dicitur Wlarmunde, cum duobus felliombus in Surrey. Ex dono *Radulphi* filii sui, quietam clamationem trium Solidatarum redditus. Ex dono *Richardi* filii *Albrici*, totam terram suam in *Lincolnia*, in Wlitetone. Ex dono *Roberti* filii *Martini*, totam terram, quam *Alurèdus* avus suus, ei dedit, in vico *Parmentariorum*. Ex dono *Willelmi* filii *Elrici*, totam terram quam habuit in *Lincolnia*. Ex dono Magistri *Tho.* de *Lincolnia*, redditum viginti & sex denariorum in *Lincolnia*, quem *Andreas* filius *Mabiliæ* & hæredes sui, ei reddere solebant; habendas & tenendas sibi & successoribus suis imperpetuum, in liberam elemosinam, sicut Cartæ prædictorum donatorum, in quibus prædictæ donationes, & concessiones plenius continentur, & quas prædicti Abbas & Canonici inde habent, rationabiliter testantur; Quare volumus (&c.) Data per manum venerabilis Patris *R. Cicestrensis* Episcopi, Cancellarii nostri, apud *Reynes xxiv.* die *Novembris*.

De diversis terris, Canonicis de Thupholme (*in comitatu* Lincolniæ) *spectantibus.*

Ex Rot. Hundr. in arce *Lond.* de anno 3. E. 1. *Linc.*

ROBERTUS de *Nova-villa* tenet in Bardesby dimidium feudum militis, de Domino Rege in Capite, de Conquestu.

Abbas de Thupholm tenet illud in elemosinam, de dicto *Roberto*, tam in dominico, quam in servitio à primâ fundatione domus.

Abbas de Thoupholme tenet *vi.* bovatas terræ in Baburc, in elemosinam, de dono *Roberti de Nova-villa*, à primâ fundatione domus.

Dicunt etiam, quod *Henricus* Rex, avus ibid. dicti *Henrici*, Patris Regis *Edwardi* nunc, feoffavit *Galfridum* de *Nevill* de *Burreth*, de *xv.* libratis terræ in Asketby & Tynton, infra socam de Pontefracte, ad tenendum de eo, & successoribus suis, per servitium unius feodi militis. Et post decessum *Galfridi*, dictæ *xv.* libratæ terræ descenderunt *Henrico* filio suo, tanquam hæredi; & idem *Henricus* de *Nevill* feoffavit *Radulfum* de *Hoyland*, *Radulfum* de *Barkworth*, & *Rogerum* de *Hallestede* milites, de dictis *xv.* libratis terræ; & post decessum dicti *Radulfi* de *Hoylande*, tertia pars illarum *xv.* libr. terræ, quæ pars sua fuit, descendit *Johanni* filio suo & hæredi: Et idem *Johannes* feoffavit Abbatem & Conventum de Thupholm, in puram & perpetuam elemosinam; scilicet tempore *Henrici* Regis, Patris Regis, *Edwardi* nunc, *viii.* annis elapsis.

De *Rogero* de *Hallestede*, tertia pars illarum *xv.* libr. terræ descendit *Theobaldo* fratri suo, & hæredi: Et idem *Theobaldus* feoffavit dictos Abbatem & Conventum, ut suprà.

De *Radulfo* de *Bankewrth* descendit tertia pars illarum *xv.* libr. terræ, *Roberto* de *Bankeworth*, filio, tanquam hæredi, qui modo illas tenet, & Dominus *Robertus* de *Nevill* medius est inter Dominum Regem & ipsos prædictos tenentes, & debet facere servitium unius feodi militis, pro dictis *xv.* libratis terræ.

PRIORATUS

de Wellebec, *in agro* Notinghamensi.

Stemma Fundatoris ejusdem.

JOCEUS le *Flemangh* venit ad Conquestum *Angliæ*, tempore *Willielmi* Ducis *Normanniæ*, & quæsivit in Cukeney terciam partem feodi unius militis, & prædictus *Joceus* genuit quendam filium nomine *Richardum*. Iste *Richardus* cepit uxorem in Petingham, nomine *N.* & genuit ex eadem quendam filium, nomine *Richardum*, iste *Richardus* feoffavit domum de Wellebec de totâ tertiâ parte feodi unius militis prædictâ, videlicet de terrâ de Langthinat, cum haya nostrâ de Cukeney, & molendino de Wlleff in Cukeney; reservando sibi capitale messuagium in Cukeney, & novem bovatas terræ; & fecit servitium Capitalibus Dominis feodi de Tikhill, pro eodem Abbate & successoribus suis. Iste *Richardus* genuit quendam filium nomine *Richardum*, qui nobis confirmavit donum Patris sui. Iste *Richardus* genuit quen-

Ex Registro de Welbec penes *Rob.* Comitem *Kingstoniæ* a. 1630.

quendam filium nomine *Thomam*. Iste *Tho.* implacitavit Abbatem de Wellebec de prædictâ tertiâ parte feodi unius militis; & tandem inter eos facta fuit finalis concordia coram Justiciariis itinerantibus, apud Bastroll, ita quod Abbas daret decem solidos quolibet anno, pro sectâ illâ facienda, ad curiam de Tikhill, pro eodem Abbate & successoribus suis. Iste *Tho.* genuit quendam filium nomine *Willielmum Gasthith*. Iste *Willielmus* genuit quandam filiam nomine *Joanam*, & feofavit domum de Wellebec de sex bovatis terræ; reservando sibi duas bovatas terræ & capitale messuagium: Postea vendidit totum jus suum *Johanni* fratri suo, qui pro latrocinio suspensus erat apud Notingham, & fuit terra sua eschaeta in manibus dominorum de Tikhill. Postea venit *Joan.* filia prædicti *Willielmi*, & implacitavit Dominos de Tikhill de prædicta terra, & quæsivit eam coram Justiciariis apud Notingham, & feofavit *Robertum* le *Porter* apud Wellebec, qui postea desponsavit eam. Iste *Robertus* postea feofavit *Henricum* de *Scruetes* de prædicta terra. Iste *Henricus* feofavit *Petronillam* de Sulkholm, & postea desponsavit eam. *Henricus* obiit sine liberis, & prædicta *Petronilla* feofavit *Benedictum* de *Thornebiry*, qui postea desponsavit eam. Iste *Benedictus*, post mortem *Petronillæ*, vendidit totum jus suum Abbati & Conventui de Wellebec per licentiam Domini Regis, & Abbas facit sectam ad curiam de Tikhill de tribus septimanis in tres septimanas, pro prædicta terra.

Historia Fundationis, & Fundatoris progenies.

Ibid. *Joceus* le *Flemmangh* venit ad Conquestum *Angliæ*, tempore *Willielmi* Ducis *Normanniæ*, & quæsivit in Cukeney, tertiam partem feodi unius militis: Et prædictus *Joce* genuit quendam filium nomine *Richardum*. In eadem villâ manebat quidam homo, qui vocabatur *Gamelbere*, & fuit vetus *Dreyinghe*, ante Conquestum; tenuit duas carucatas terræ, de Domino Rege in Capite, pro tali servitio; deferendo Palefridum Domini Regis super quatuor pedes de Cluario Domini Regis, quotienscunq; ad Manerium suum de Mamsfeld jacuerit; & si inclaudet palefridum Domini Regis, dabit ei palefridum quatuor marcarum. Et si exercitus fuerit in *Wallia*, faciet servitium secundùm quantitatem duarum carucatarum, & similiter pro homagio. Prædictus *Gamelbere* obiit sine hærede de se, & terra sua fuit eschaeta in manum Regis *Henrici* primi; Et ipse Rex dedit illam terram *Richardo* filio *Jocei* prædicti, & hæredibus suis, tenendam de eo, per prædictum servitium. Et idem *Richardus* cepit in uxorem in Notingham, nomine *N.* & ex eâ genuit filium nomine *Richardum*. Illa obiit, & ipse *Richardus* cepit aliam uxorem, consanguineam Comitis de *Ferrars*, & ipse Comes de *Ferrars* noluit dare ei consanguineam suam nisi daret hæredibus consanguineæ suæ, & hæredibus suis de eâ procreandis, aliquam terram.

Et prædictus *Richardus*, ante desponsationem *Hawisiæ*, consanguineæ Comitis, dedit ei, & hæredibus, ex eâ procreandis; scilicet, duas carucatas terræ in *Cukeneya*, quas prædictus Rex dedit ei per prædictum servitium: Et idem *Richardus* ex eadem genuit quendam filium, nomine *Thomam*. Et prædictus *Tho.* nutritus fuit in curiâ Domini Regis, & post mortem patris sui *Richardi*, tenuit illam terram per prædictum servitium, de prædicto Rege, benè & in pacè usq; ad veterem guerram, & tunc fecit sibi Castellum, in prædicta terra de Cukeney. Ipse verò *Tho.* fuit bellicosus in tota guerra. Et post prædictam guerram (Regno *Angliæ* pacificato) regnante *Henrico* secundo, fundavit Abbathiam de Wellebec. Prædictus autem *Tho.* accepit uxorem, *Emmam* nomine, & genuit ex eâ filiam, nomine *Isabellam*; Et post mortem prædicti *Tho.* *Isabella* fuit in custodia Domini Regis; Et prædictus Rex dedit eandem *Isabellam*, *Simoni* filio *Simonis*: Et iste *Sim.* genuit ex eadem *Isabella*, tres filias; videlicet, *Agnetam*, *Isabellam*, & *Petronillam*, & illæ tres filiæ fuerunt in custodia Domini Regis, & Dominus Rex dedit custodiam illarum, & maritagium Domino *Waltero* de *Fawenmberge*. Abbatia fundata.

Et idem *Walterus* desponsavit *Agnetam* primogenitam: Et idem *Walterus* dedit *Isabellam* secundam filiam *Rob. Ribof* in uxorem. Et idem *Walterus* dedit *Petronillam* tertiam filiam, *Steph.* fratri suo de *Fawenmberge*, in uxorem, cum prædictis carucatis terræ in *Cukeneya*, quas tenuit de Domino Rege. Et idem *Steph.* genuit ex prædictâ *Petronilla*, filium nomine *Will.* Et idem *Will.* fuit in custodia Domini Regis *Johannis*. Et idem Rex dedit custodiam, & maritagium *Adæ* de Sancto *Martino*. Et dictus *Adam* dedit eidem *Will.* *Ydam* filiam suam in uxorem. Et idem *Will.* genuit ex eadem *Yda* filium, nomine *Henricum*. Et idem *Henricus* relevavit illam prædictam terram, & dedit pro relevio suo Domino Regi..... Argenti, & fecit eidem Regi homagium. Prædictus *Henricus* genuit filium nomine *Willielmum*, qui cepit in uxorem filiam Dominæ *Matildis* de *Goya*, & genuit ex ea tres filios, *Joh. Henricum*, & *Will.* *Joh.* fuit stultus, nec potuit tenere terram patris sui; sed *Henricus* fecit finem cum Rege, pro prædictâ terra, tali condicione, ut sustineret *Joh.* fratrem suum primogenitum, sed citò postea moriebatur, & sic tenuit *Henricus* prædictam terram: Et postea desponsavit filiam Domini *Roberti* de *Hertesord*, *Helenam* nomine.

Carta Fundationis ejusdem Abbathiæ.

ROgerio, Dei gratiâ, Archiepiscopo *Eboraci*, & omnibus sanctæ Dei filiis Ecclesiæ, præsentibus, & futuris, *Tho.* filius *Richardi* Ibid. p. 69.

di salutem. Sciatis me dedisse, & concessisse Domino *Berengario* Abbati de Wellebec, & omnibus successoribus eius, & fratribus ejusdem loci, ibidem, secundùm Ordinem *Præmonstratensem*, regulariter Deo servientibus, per consilium Domini *Serlonis* Abbatis de Neuhus, in liberam, & quietam, & perpetuam elemosinam, locum Abbathiæ suæ de Wellebec, ubi Ecclesia sancti *Jacobi* fundata est; & totam terram, quæ est à loco Abbathiæ, usq; ad locum qui dicitur Belgh, inter rivulum & viam quadrigarum, quæ ducit ab ipsâ Abbathiâ usq; Belgh: Et Belgh, & quicquid infra metas ipsius loci est; in pratis, in pascuis, in nemoribus; in terris cultis; & totum sartum meum juxta Belgh; scilicet, ubi *Galfridus* & *Hugo* & *Druingus* degebant: Et totam reliquam partem sarti quam ibi habui. Præterea, quantum ad me pertinet, Ecclesiam sanctæ *Mariæ* de Cukeney in cujus Parochiâ, est locus prædictæ Abbathiæ, & Ecclesiam sanctæ *Helenæ* de Ettewelle, & Ecclesiam de Wihtene, quæ in feodo meo fundatæ sunt, cum omnibus, quæ ad easdem pertinent; molendinum quoque de Languat; & totam terram de Hirst; & communem pasturam terræ meæ.

Hæc omnia dedi & concessi Deo, & Ecclesiæ Sancti *Jacobi* de *Wellebec*, & prædicto Abbati *Berengario*, & successoribus ejus, & fratribus secundùm ordinem *Præmonstratensis* Ecclesiæ, ibidem Deo vacantibus, in perpetuum, ut prædixi, pro animâ meâ, & animabus patris, & matris meæ, & antecessorum meorum, & eorum omnium, quibus ego sua injustè diripui. Hæc omnia dedi concessu *Emmæ* uxoris meæ, & *Radulfi*, *Silvani*, & *Richardi*, fratrum meorum. Testibus *Willielmo* Priore de Radford; *Austino* subpriore; *Falcone*, Canonico ejusdem loci; *Hugone* Canonico, filio *Sewale*, *Osberto Silvain*, Canonico, *Willielmo* Presbytero, *Galfrido* de *Tivereshat*, *Petro* de *Scardelyve*, *Willielmo* de *Boleseuere*, *Willielmo* de *Calum*, *Hugone* filio meo, *Rodb. Avenell*, *Radberto* filio *Gaufridi*, *Gilberto* filio *Rodberti*, *Rodberto* filio Vicecomitis, *Radulfo Barre*, *Willielmo* filio *Glai*, *Rogero* de Sancto *Audeono*, *Roberto* de *Willeby*, *Henrico* de *Auring*, *Waltero* de *Sidenham*, *Radulfo* de Sanctâ *Mariâ*, *Waltero* de *Bakepuz*, *Rogero* de *Wunton*, *Radulfo* Clerico de Warlope, *Rich.* de *Flyntham*, *Willielmo* fratre suo, *Hugone* Pictore, *Simeone* Præposito *Normanniæ*, *Willielmo* filio *Gilberti*, *Radulpho* de *Mainill*.

Carta Thomæ *filii* Richardi *de* Bukenei, *de* Lx. *acris terræ in campis de* Bukeney.

Ibid. OMnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, *Thomas* filius *Richardi* de Bukenei salutem: Sciatis me dedisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo, & Ecclesiæ Sancti *Jacobi* de Wellebeck, & fratribus ibidem Deo servientibus, in liberam, & perpetuam elemosinam, sexaginta acras terræ apud Wellesdale, in campis de Bukenei, ad unam Bercariam faciendam, & liberum exitum eundi, & redeundi de prædictâ Bercariâ, ad communem pasturam cum averiis suis. Testibus *Richardo* filio *Richardi* (&c.)

Carta Richardi *filii* Richardi, *de hayâ de* Languat, *& molendino.*

OMnibus, qui hoc scriptum viderint, vel audierint, *Thomas* filius *Richardi*, filii *Richardi*, salutem. Noverit universitas vestra me, causâ Dei, & pietatis intuitu, concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo, & Ecclesiæ Sancti *Jacobi* de Wellebeck & Canonicis ibidem Deo servientibus, omnes donationes, quas *Richardus* pater meus fecit eis in liberam elemosinam, scilicet totam hayam de Languat; videlicet, duas magnas bovatas, cum omnibus pertinentiis suis; & molendinum ejusdem villæ, cum crofto, & prato quæ jacent inter ipsum molendinum & totum Wukeman (&c.) Hayam de Cukenei cum pertinentiis, & totam terram de Gledthorp, quam ipsi habent de feodo patris mei. Concessi etiam eisdem Canonicis & confirmavi culturam de Bastegate, quam habent ex dono avi mei *Richardi* filii *Richardi*, filii *Jocei*; & quicquid avus idem meus, & *Thomas* de *Cukenei* & *Richardus* pater meus eis dederunt, Testibus *Henrico* de *Ferlinge* Constabulario Eichil, &c. Ib. p 75.

Carta Simonis *filii* Simonis, *de molendino de* Cukney.

OMnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, *Simon* filius *Symonis*, & uxor eius *Isabella*, filia *Thomæ*, filii *Richardi* fundatoris, salutem. Sciatis nos dedisse & hac præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ Sancti *Jacobi* de Wellebeck, & Canonicis ibidem Deo servientibus, molendinum nostrum de Bukenei, cum omni multurâ suâ, &c. Ità quod non faciemus, nec permittemus aliquod aliud molendinum fieri, sive per nos, vel hæredes nostros, sive per aliquem hominum nostrorum in toto feodo nostro de Bukenei, &c. Ibid.

Carta Walteri *de* Faucumberge *&* Agnetis *uxoris ejus*, Walt. *de* Riboef *&* Isabellæ *uxoris ejus*, Steph. *de* Faucumberge, *&* Petronillæ *uxoris ejus*, *donationes antecessorum suorum confirmans.*

UNiversis Sanctæ matris Ecclesiæ filiis; *Walterus* de *Faucumberge*, & *Agnes* uxor ejus, *Walterus* de *Riboef*, & *Isabella* uxor ejus; & *Stephanus* de *Faucumberge* & *Petronilla* uxor ejus, salutem; Sciatis nos concessisse, & hac præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ Sancti *Jacobi* de Wellebec, & Canonicis ibidem Deo servientibus, omnes rationabiles donationes, quas antecessores nostri *Thomas* de *Cukenei*, *Symon* filius *Simonis*, & *Isabella* uxor ejus, & *Gerardus* de *Glanvill* &

Emma uxor ejus, præfatæ Ecclesiæ fecerunt, sicut rationabiliter Cartæ, quas indè habent, testantur; Ita tamen, quod si nos, vel hæredes nostri, post viginti tres annos Coronationis Domini *Richardi* Regis *Angliæ*, filii Regis *Henrici*, placitum prætatis Canonicis movere volumus, super donationem alicujus Cartæ, eis ab antecessoribus nostris, factæ, ipsi stabunt judicio, in Curiâ Domini *Johannis* Comitis *Morton*, vel illius, qui tunc temporis erit dominus de Nottinghamschire, & Derbishire. Hiis testibus, &c.

Carta H. *de* Fawcomberg, *facta* Johanni *de* Hothom *Episcopo* Elienſi, *de Manerio de* Cukenay.

Ib. p. 269. SCiant præsentes & futuri, quod ego *Henricus* de *Fawconberge* miles, dedi, concessi, & hac præsenti Carta meâ confirmavi venerabili patri, Domino *Johanni* de *Hotham*, Episcopo *Elienſi*, totum Manerium meum de Cukeney, cum pertinentiis, in Comitatu *Nottingamiæ*, unà cum feodis militum, & advocationibus, tam Abbathiæ de Wellebecke, quam cæteris advocationibus quibuscunque, cum omnibus terris & tenementis meis, cum pertinentiis, in Holbeck juxta Cukenay; tam illis, videlicet, quæ nuper de *Thoma* de *Furneux* in feodo adquisivi, quàm cæteris terris, redditibus, & tenementis universis, tam in dominicis & reversionibus, quàm in servitiis, quæ me, vel jus meum quoquo modo concernunt, in villis, seu hamlettis, de Cukeney, Langwath, Bondbusk, Holbeck-Wodehous, Bunthorp, Cloune, & Norton, vel alibi in eodem Comitatu ubicunque sine forepriſâ aliquâ, aut ullo retenemento; ac etiam cum homagiis & servitiis, tam liberorum tenentium, quàm nativorum, unà cum terris, corporibus, catallis, sectis, & sequelis dictorum nativorum; habendum & tenendum eidem Domino *Johanni* Episcopo, hæredibus & assignatis suis, ut in messuagiis, toftis, gardinis, molendinis, (&c.) & commoditatibus quibuscunque, Maneriis, feodis, advocationibus, terris, seu tenementis prædictis, quoquomodo pertinentiis, vel spectantibus, de facto vel de jure, de Capitalibus Dominis feodi illius per servitia indè debita & de jure consueta in perpetuum. Concessi etiam, quod illæ duæ marcatæ redditus, cum pertinentiis, quas nuper Domino *Willielmo Fawconberge* fratri meo concessi in eodem Manerio, ad totam vitam suam, tenendas; & quæ post mortem ejusdem Domini *Willielmi*, ad me & hæredes meos reverti deberent, post mortem ejusdem Domini *Willielmi*, præfato Domino *Johanni* Episcopo, & hæredibus suis remanearent; Habendas & tenendas, similiter, de capitalibus dominis feodi per servitia indè debita, & consueta imperpetuum. Et ego prædictus *Henricus*, & hæredes mei, totum Manerium prædictum, cum pertinentiis, (&c.) præfato Domino *Johanni* Episcopo, hæredibus, & assignatibus suis, warantizabimus, & in perpetuum defendemus. In cujus (&c.) Datum apud *Ebor.* ultimo die mensis *Septembris*, Anno Domini *MCCCxxix.* regni verò Domini regis *Edwardi* tertii, post conquestum, secundo. 2 Ed. 3.

Carta præfati Episcopi Elyensis, *de Manerio de* Cukeney, *Abbati & Conventui de* Wellebec.

SCiant præsentes & futuri, quod nos *Johannes* de *Hotham*, permissione divinâ, Episcopus *Elienſis*, dedimus (&c.) religiosis viris, & nobis in Christo dilectis, dominis Abbati & Conventui Monasterii Sancti *Jacobi* de Wellebeck, Manerium nostrum de Cukeney, cum pertinentiis in Comitatu *Nottingamiæ*, unà cum cæteris omnibus terris, redditibus, & tenementis quibuscunque, tam in dominicis, quàm in servitiis, quæ nos seu jus nostrum quoquomodo concernunt, in villis seu hamlettis de Cukeney, Langwath, Bondbusk, Holber, Wodehous, Bunthorp, Cloune, & Norton, sine forepriſa aliqua, seu ullo retenemento, & simul cum feodis militum (&c.) Ac etiam quicquid, de domino *Henrico* de *Fawconberge*, nuper adquisivimus in eodem Comitatu, Advocatione Abbathiæ de Wellebec tantummodo exceptâ, ac nobis & hæredibus nostris reservatâ; Habendum & tenendum prædictum Manerium (&c.) eisdem dominis Abbati, & Conventui, & successoribus suis, ac Ecclesiæ suæ Sancti *Jacobi* de Wellebeck prædictæ, de domino Rege & hæredibus suis, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, per servitia indè debita, & de jure consueta in perpetuum, pro certis Cantariis, sub certâ formâ, inibi inveniendis, & perpetuò faciendis. Concessimus etiam, quod omnes terræ, redditus, & tenementa, cum pertinentiis, quæ post mortem aliquorum tenentium ibidem, ad terminum vitæ eorundem, de dicto Manerio ad nos & hæredes nostros, juxta formam concessionis dicti Domini *Henrici* indè factæ, reverti deberent, post mortem omnium, & singulorum hujusmodi tenentium ad terminum vitæ suæ, tam Domini *Willielmi* de *Fawconberge*, & *Willelmi* de *Langwath*, quàm cæterorum quorumcunque, de eodem Manerio, prædictis dominis Abbati, & Conventui & successoribus suis, & Ecclesiæ suæ Sancti *Jacobi* prædictæ remaneant, in formâ superiùs expressatâ in perpetuum. In cujus (&c.) Data apud Nottingham, tempore itineris Justiciariorum itinerantium, in eodem Comitatu; videlicet quarto die mensis *Decembris*, Anno Domini *MCCCxxix.* regni verò Domini regis *Edwardi* tertii, post conquestum, tertio. Ib. p. 273. 3 Ed. 3.

Comi-

Compositio inter Abbatem, & Episcopum Elien-
sem *de octo Cantariis.*

Ib. p. 267. UNiversis Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, præsentem paginam inspecturis, *J.* de *Nottingham*, Abbas Monasterii de Wellebeck, & ejusdem loci Conventus salutem in domino sempiternam. Majestatis divinæ inscrutabilis altitudo, illorum merita condigno premio recompensat, qui Domus dominicæ sic amplificant facultates, ut terrena in cœlestia, transitoria in æterna, frlici commertio transferant, & commutent. Vigor quidem exigit veritatis, ac equitatis, quod bonorum largitio piis usibus perpetuo titulo applicata, quatenus processerit ex zelo fervidæ caritatis, eatenus firmitatis perpetuæ robore muniatur, ac jugi, & continuæ memoriæ commendentur. Hinc est quod vestræ universitati patefaciamus, per præsentes; quod cum reverendus in Christo pater dominus *Johannes* de *Hothum*, Dei gratiâ Episcopus *Elyensis*, ad Cœlestia desideria erigens mentem suam, affectansque divini cultus officium ampliare, (optentâ licentiâ à domino nostro Rege) nobis dedisset & concessisset Manerium suum de Cukeney, cum pertinentiis, & duo messuagia, centum & viginti acras terræ, octo acras prati, & sex acras bosci, cum pertinentiis in Holbeck juxta Cukeney, in Comitatu *Nottinghamiæ*, in puram & perpetuam elemosinam, & ob devotum divini obsequii incrementum: Nos præfati Abbas & Conventus, non astricti, nec in aliquo compulsi; sed ex mera, libera, & spontanea voluntate nostra, ac ex pura & sana conscientia excitati, ut benefactoribus nostris, de beneficiis tutiorem reddamus rationem, coram æterni judicis tribunali, ex unanimi assensu, & concensu ordinamus; & nos & successores nostros efficaciter obligamus, invenire octo Canonicos in Abbathia nostra, sub regulari observantia altissimo famulantes, singulis diebus divina officia celebrantes, & celebrationem ipsam, die confectionis præsentium, solemniter incepturos, pro anima Domini *Edwardi* Regis *Anglie*, avi domini nostri Regis *Anglie* nunc; & pro animâ Domini *Edwardi* nuper Regis *Anglie*, patris ejusdem Regis *Anglie* nunc; pro salubri statu Dominæ *Isabellæ* Reginæ *Anglie*, matris ejusdem Domini Regis nunc, & liberorum suorum; & præcipuè pro statu ipsius Regis nunc, & Dominæ *Philippæ* consortis suæ, Reginæ *Anglie*, dum vixerint; & pro animabus eorundem; cum migraverint ab hac luce: Necnon pro animabus *Alani* & *Matildis*, patris & matris præfati Domini *Johannis* de *Hothum*, Episcopi *Elyensis*; ac pro animabus liberorum ipsorum *Alani* & *Matildis*, defunctorum, & vivorum, cum decesserint; & pro anima fratris *Willielmi* de *Hothum*, quondam Episcopi *Dublinii*; pro statu Dominæ *Mariæ* de *Sancto Paulo* Comitissæ *Pembrochiæ*, & animâ suâ, cum à corpore fuerit seperatâ; ac etiam pro anima Domini *Petri* de *Gavestun*, dudum Comitis *Cornubiæ*; & pro animabus domini *J.* de *Wogan*, & *Isabellæ* uxoris suæ; & pro domino *Radulfo Camoys*, & *Elizabetha* uxore suâ; & pro animabus suis post mortem eorundem; pro domino *J.* de *Fawconberge*; & pro animâ suâ post decessum ejusdem, & specialiter pro statu salubri præfati domini Episcopi, dum extiterit in humanis; & pro animâ suâ, cum à medio sit sublatus; & pro omnibus illis qui eidem Episcopo fideliter servierunt, & sibi in terris beneficia impenderunt; ac etiam pro animabus omnium fidelium defunctorum.

Et præter hoc Anniversarium præfati domini Episcopi in Abbathiâ nostrâ; nos, & omnes nostri successores, quamdiu mundus duraverit, celebrabimus, cum tantâ solemnitate, sicut Anniversarium primi, & præcipui Fundatoris nostri, tam in elemosinis pauperibus erogandis, quàm in divinis obsequiis consuevit, transactis temporibus, celebrari; & omni die quâ perlecta fuerit in Capitulo nostro commemoratio mortuorum, ejus anima absolvetur inibi nominatim; & quotiescunque aliquis octo Canonicorum prædictorum, ob infirmitatem, vel aliam causam legitimam celebrare fuerit impeditus; tunc alius Canonicus de domo nostrâ supplebit fideliter vicem suam. Et cum aliquis ipsorum octo Canonicorum viam universæ carnis fuerit ingressus, statim & sine moræ dispendio, loco sui unus alius Canonicus subrogeretur.

Nos etiam frater *J.* de *Nottingham*, Abbas Monasterii de Wellebeck, & omnes, & singuli Canonici de Conventu, admitti, & in præsentia *Richardi* de *Barthon*, publici, auctoritate Apostlicâ, Notarii constituti, tactis & inspectis sacrosanctis Evangeliis, juramentum corporale, quod numerum prædictorum octo Canonicorum, in celebratione hujusmodi minimè minuemus, sed ipsam fieri faciemus; eamq; manutenebimus imperpetuum debitè, & decenter, quodq; nihil impetrabimus à Domino nostro summo Pontificè, nec à Domino Rege *Anglie*, aut à superioribus Ordinis *Præmonstratensis*, aut ab aliquo alio, cujuscunq; fuerit dignitatis, præheminenciæ, status, Ordinis, conditionis, aut etiam potestatis, quò minùs celebratio prædicta, in aliqua subtrahatur. Et quiliber Abbas in nostro Monasterio de novo creatus, priusquam sibi Conventus obedientiam fecerit, & ipse in nostro Monasterio installetur, & singuli Novitii, antequam in eodem Monasterio ad probationem admittantur, ejusdem juramenti vinculo astringantur, *viz.* quod ordinationem prædictam, in singulis suis articulis, fideliter conservabunt, & pro posse suo perpetuò manutenebunt.

Porro si Ordo noster (quod absit) aliquo casu emergente, prohibitioni perpetuæ supponatur, vel in alium Ordinem transferatur, tum volumus & concedimus præsentium per tenorem, quod præfatus Episcopus, vel hæredes sui, præfatum Manerium de Bukeneye, & duo messuagia, centum & viginti acras terræ, octo acras prati, & sex acras bosci, cum pertinentiis, in Holbeck, juxta Bukeneye, absq; omni obstaculo ingredi valeant, & gaudere pacificè de eisdem: Cæterùm, ut præsens Ordinatio, sine diminutione, seu aliquali in pejus com-

mutatione perpetuis temporibus perseveret & inviolabiliter observetur; Nos præfati Abbas & Conventus, omnes & singuli in sacerdotio constituti, candelis accensis, & stolis collo appositis, Excommunicationis vinculo, innodavimus omnes illos & singulos, qui præfatam Ordinationem, vel aliquam partem ejusdem infirmaverit, infringerit, minuerit, aut violaverit, infirmari, infringi, minui, aut violari procuraverit quovismodo, vel odinationi eidem in aliquo præsumpserint contraire: Subjicientes nos, successoresve nostros, in hac parte jurisdictioni, & cohercioni venerabilis viri Abbatis de Neuhus, patris Abbatis nostri, & annuorum visitatorum, ut annuatim in visitationibus suis possint nos de reatu perjurii arguere, & animadvertione condignâ punire, & contra nos & nobis in eodem Monasterio successuros, tanquam contra excommunicatos, Canonicè procedere, juxta regularis exigentiam disciplinæ, si ordinationem prædictam invenerint violatam, vel in aliquâ diminutam. Et ne oblivio aboleat, quod caritativè institut, gratitudo; omni anno, die *Animarum*, præsens ordinatio in nostro Monasterio, in omnium fratrum præsentia, perlegetur.

In quorum omnium testimonium atq; fidem, sigillum nostrum commune, tam parti hujus Indenturæ tripartitæ, penès prædictum Dominum Episcopum residentem, quam parti Indenturæ ejusdem, penès prædictum patrem nostrum Abbatem remanentem, duximus apponendum: Tertia verò pars supradictæ Indenturæ, penès nos remanens, est sigillo ejusdem Domini Episcopi consignata. Data apud Wellebeck in domo nostra Capitulari, vicesimo nono die *Decembris*, Anno Domini
3. E. 3. *MCCCxxx.* & Regni Regis *Edwardi* tertii, à Conquestu tertio.

Progenies Willielmi Bruere.

Ibid. p. 99. POst decessum *Willielmi* de *Bruere* junioris; descendit hæreditas prædicta duabus sororibus ipsius *Willielmi Bruere* junioris; videlicet, *Isabellæ* de *Dover* & *Joannæ* de *Percy*; unde *Baldwinus Wake*, pater *Hugonis VVake* habuit cum *Isabella* de *Dover* antedictâ uxore suâ, ad partem suam, Manerium de Chestrefeld, cum redditibus, & servitiis quorum tenementorum suorum de Newbold, Barley, Whittington, magna Topton, Boythorp, & Ecchington, & totum wapentachum prædictum: Et habuit *Radulfus* filius *Ranulfi* de *Midleham*, cum dictâ *Johanna* de *Percy*, uxore sua, ad partem suam, Dameffeld, Haseland, parva Tapton, Grayhirst, & Padington, &c. quæ tunc valebant sexdecem libras, &c. Et sciendum est, quod quidam *Hugo* filius dicti *Baldwini* de *Wake*, existens seisitus, & in possessione supradicti redditus sexdecem librarum, vel unius archus de aubur, per manus Abbatis de Welbec, pro prædictis tenementis in Newbold, & Barley, relaxavit prædictum redditum sexdecem librarum &c.

Confirmatio Leoniæ *de* Raynes, *de villa de* Dukmanton.

OMnibus qui hoc scriptum viderint, vel audierint, *Leonia* de *Rennes*, salutem. Noverit universitas vestra, me inspexisse Cartam *Richardi Basset* militis mei, quam fecit Abbati de Welbec, de villâ de Dukmanton, quam terram tenet de Baroniâ meâ; & quod ipse *Richardus* impetravit à me, ut confirmarem eisdem Canonicis eandem villam de Pukemanton, undè ego ad petitionem ejusdem *Richardi* confirmo, &c. Ib. p. 118.

Confirmatio Henrici *de* Stutevill, *de dicta villa de* Duckmanton.

EGo *Henricus* de *Stutevill* confirmavi Monasterio de Welbec, totam villam de Dukmanton, quam *Rich. Basset* tenuit de Baroniâ meâ; Tenendam in perpetuum, sicut Cartæ Dominæ *Leoniæ* de *Reynes* matris meæ, & Cartæ *Richardi Basset*, & *Richardi* de *Wiverton*, quas ipse Abbas habet, testantur, salvo forinseco servitio unius militis, quod cæteri milites ejusdem feodi, rationabiliter faciunt, & salvo Relevio, cum *Richardus Basset* obire contigerit. Ibid.

Carta Regis Henrici *secundi, donatorum concessiones recitans & confirmans.*

H. Dei gratiâ, Rex *Angliæ*, & Dux *Norm.* & *Aquit.* & comes *Andeg.* Archiepiscopis, (&c.) salutem. Sciatis me concessisse, & præsenti Cartâ confirmâsse Ecclesiæ S. *Jacobi* de *Welbecco*, & Canonicis meis regularibus ibidem Deo servientibus, sedem Abbaciæ suæ, & totam terram quæ est à loco ejusdem Abbaciæ, usq; ad locum qui dicitur Belgh; & ipsum Belgh, inter rivulum & viam quadrigariam; & Ecclesiam sanctæ .... de Cukenei, & Ecclesiam sanctæ *Elenæ* de *Ettewella*; & Ecclesiam sancti *Johannis Baptistæ* de Whitene, & molendinum de Langwath, & totam terram de Hirst, & communem pasturam terræ *Thomæ* filii *Ricardi*, qui omnia hæc prænominata, cum farto suo juxta Belgh, ad Construendam prædictam Abbatiam, eis rationabiliter dedit in liberam & perpetuam elemosinam: Et totam terram & nemus, quod est inter rivulum & viam quadrigariam, quæ ducit à loco Abbaciæ usq; ad Belgh; & unam bovatam terræ, quæ fuit *Lewr.* in Hirst, & unam bovatam terræ, & unam mansuram in *Nortuna*, quæ adjacet eidem bovatæ terræ, quam *Lewricus* de *Hirste* tenuit; & communem pasturam terræ *Radulfi Silvani* de *Nortuna*, & de Wodehus: Et omnia alia, quæ idem *Radulfus* eis rationabiliter dedit. Cart. 2. E. 3. n. 87. m. 27. per Inspex.

Concedo etiam eis & confirmo omnia subsequencia, quæ eis rationabiliter data sunt; scilicet, ex dono *Ric.* filii *Ric.* filii *Joce*, culturam suam de *Baslegata*. Ex dono *Ricardi* filii sui, totam

totam terram suam de Langwath, cum omnibus pertinentiis suis, & unam bovatam terræ cum tosta suâ in *Cukeneia*, quæ fuit *Edwini*, & culturam suam de Wulfcroft, & culturam suam desuper Oggeker, & culturam suam de Butheon, & unam tostam in Estiard, & molendinum suum in *Cukeneia*, cum tosta sua, & pertinentiis suis, & pasturam quingentarum ovium, & totam partem terræ *Tho.* de *Gladethorp*, quam habent in feodi firmâ de eodem *Thoma* & hæredibus suis pro *viii.* solidis per annum, & totam partem terræ *Verberti* de *Arches*, quam habent in feodi firma de ipso & hæredibus suis, pro *v.* solidis, pro omni servitio, cum omnibus pertinentiis ejusdem villæ. Et terram de Cotes, quam tenent in feodi firma de *Willielmo* filio *Reneri* & hæredibus suis, cum omnibus pertinentiis suis pro duabus marcis per annum, sicut Carta ipsius, & Carta *Herberti* filii *Alardi* testantur.

Ex dono *Petri* de *Cotes*, Ecclesiam de Cotes, & terras, & prata, sicut Carta ejusdem *Petri* testantur, & terram de *Cressewella*, quæ fuit *Radulfi Cordi*, quam tenent in feodi firmâ de *Johanne* de *Aiencurt*, & de hæredibus suis, pro *vs.* per annum, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Simonis* filii *Simonis* & *Isabellæ* uxoris suæ, duas bovatas terræ de dominio suo in *Hertewella*; & Ecclesiam ejusdem villæ, quam eis confirmaverunt; & spatium nemoris, inter rivulum, qui dicitur Wellebec, & viam quadrigariam, quæ ducit usq; Belgh, ex longitudine usq; Deistoth, & quicquid in illo spatio habuerunt. Quare volo, (&c.) Test. *R.* Archiepiscopo *Eboracensi*. *H. Dunelmensi* Episcopo. *G. Linoln.* electo; *Willielmo* filio *Audelini*, dapifero, *Reginaldo* de *Curtenai*; *Henrico* de *Laci*, *Willielmo* de *Lanvalei*; *Tho. Basset*, *Hugone* de *Cressi*, *Randulfo* de *Glanvill*; *Waltero* de *Dunstanvilla*, *Willielmo Basset*, *Willielmo* filio *Radulfi* apud Nottingham.

PRIORATUS
de Croxton *in agro* Leicestrensi.

De fundatione & dotatione ejusdem.

Ex Registro de Croxton penes Comitem Rutl. apud Castrum de Belvoir.

HAbemus in Croxton, de dono *W. Parc.* filii *Ingeri Parc.* de Linus, duas partes de parco de Croxton, & quicquid in eodem sui juris fuit, & libertatis; in bosco & plano, prato, & pastura, & omnibus ayfiamentis infra ambitum muri, & duas partes carucatæ terræ *Rogeri Parcarii*, cum omnibus pertinentiis suis, infra villam & extra; & totum redditum suum de sale in Hoyland, scilicet de Dunington, in puram & perpetuam elemosinam.

Item *Hugo Parcarius*, frater prædicti *Willielmi*, confirmavit nobis dictam donationem, secundùm tenorem Cartæ ejusdem *Willielmi*. Item habemus de dono ejusdem *Hugonis* duas bovatas terræ, cum tosto & crosto, & omnibus pertinentiis, quas *Reginaldus* filius *Estmundi* tenuit, & ipsum *Reginaldum*, & tota sequelà ejus, ad fabricam Ecclesiæ nostræ. Item de dono ejusdem *Hugonis* tres bovatas terræ, quas *Hervejus Clericus* tenuit, cum tosto & crosto & aliis pertinentiis; & totam terram suam ab occidentali parte, & capite de Walmundistrepedig usq; ad divisum de Hungerton, exceptis sex acris terræ, juxta Wallegate; & totum pratum suum in Crawell, cum libero transitu super Scot & Wedeng, in puram elemosinam. Item idem *Hugo* dedit nobis totum demenium suum de Croxton ad feudam firmam, cum libertatibus & ayfiamentis & præcariis omnibus eidem demenio pertinentibus, cum pratis & pasturis, cum stagnis & molendinis, excepta mansione sua, & exceptis hominibus suis, cum tenementis suis, tam liberè, & integrè, sicut *Ingeram* pater suus, sive *Willielmus* frater suus illud unquam liberiùs & plenariùs possederunt, nobis imperpetuum possidendum; reddendo sibi & hæredibus suis, annuatim, quatuor marcas argenti, ad quatuor terminos, pro omnibus servitiis eisdem pertinentibus; scilicet ad festum S. *Mich.* unam marcam argenti, ad *Natale* unam marcam, ad *Pascham* unam marcam, ad festum S. *Joh. Bapt.* unam marcam, dedit etiam nobis unam mansionem, cum tosto & crosto in puram elemosinam, ad lampadem unum inveniendum coram majori Altari, illud scilicet quod *Godwynus* de *Poecyn* tenuit. Item dedit nobis per aliam Cartam, quicquid juris & libertatis habuit in Parco in puram elemosinam. Et remisit nobis callengiam, quam habuit in vasta terra post parcum; & in tota vasta terra circa fontem, qui dicitur Halliwelle, & in tota brueria.

Item habemus de dono *Marjeriæ* de Sancto *Albino*, & *Wymerii* filii ejus, tertiam partem de parco, & quicquid juris & libertatis habuerit in eodem, in bosco & plano, prato, & pastura & omnibus ayfiamentis, infra ambitum muri, & tertiam partem carucatæ terræ, quæ fuit *Rogeri Parcarii*, cum omnibus pertinentiis, & totum redditum suum de sale in Hoyland, scilicet Dunington, in puram elemosinam: Item *Matilda* de *Perer*, mater prædicti *Hugonis Parcarii*, dedit nobis in puram elemosinam quicquid juris, & libertatis habuit in prædicto Parco, & remisit nobis callangiam, quam habuit in vasta terra post Parcum, & in vasta terra circa fontem, qui dicitur Halliwell, & in tota brueria. Item Dominus *Richardus* Rex, & Dominus *Henricus* Rex, filius Regis *Johannis*, confirmaverunt nobis donationem, quam prædictus *Willielmus Parcarius* fecit nobis, & donationem fecit nobis de dominico suo, in qua scilicet confirmatione, comprehenditur pratum de Crokeholm, apud Segbroc.

Item habemus de dono *Richardi* filii *Heliæ* de Sautby, unam bovatam terræ, cum pertinentiis (&c.) Item habemus de dono *Willielmi* Comitis *Bolonie* & *Moritonie* & *Warrenæ*, vastam terram post parcum de Crorton, & circa fontem, qui dicitur Haletwell, ex utraque parte vallis; cum ayfiamentis introitus, & exitus aquarum, stagnarum, molendinorum, pasturæ, atque fualiæ, & omnimodarum libertatum ad constituendam Abbathiam, & quadraginta acrarum terræ apud Sautby; & totam vastam terram ad tres fossas, quas homines sui nobis concesserunt; & etiam Ecclesiam ejusdem villæ, cum omnibus pertinentiis suis, cum messuagio, & viridario, cum tostis & crostis; cum terris cultis, & incultis; cum pratis, pascuis & pasturis; & unam carucatam terræ de demenio, de terris adjacentibus eidem villæ; cum pratis, pascuis, & pasturis & omnibus utilitatibus, & pertinentiis suis; & communem pasturam, cum hominibus ejusdem villæ, Habendum & tenendum nobis benè & in pacè, liberè & integrè, cum omnibus libertatibus, & ayfiamentis nobis, & hominibus nostris; & pecuniis, & animalibus, & bobus carucarum nostrarum, ubique infra Hayam & extra, cum bobus de demenio suo; cum omni quietudine absq; aliquâ vexatione in puram & perpetuam elemosinam.

Item confirmavit nobis, per aliam Cartam, donationes & elemosinas, quas homines sui fecerunt nobis, quando fundata fuit Ecclesia nostra; scilicet unam carucatam terræ in Broctun, ex dono *Richardi Bussell*, cum tosto; & medietatem landæ versùs Dalby; Ecclesiam de Hokenhale cum pertinentiis, Ecclesiam de Lund cum pertinentiis, & duas bovatas terræ, apud Hertistoft; & quandam culturam de demenio ad mansionem nostram faciendam; & fabricam suam, quæ fuit tempore *Henrici* Regis, in puram elemosinam.

Item *Johannes* Comes *Moriton* confirmavit nobis donationem prædicti *Willielmi* Comitis *Bolonie*, & donationem *Willielmi Parcarii*; scilicet duas partes de parco, & quicquid juris ipsius fuit; & totum redditum suum de sale in Hoyland; Et donationem *Margeriæ* de Sancto *Albino*, & *Wyneri* filii ejus; scilicet tertiam partem de parco, & quicquid juris in eisdem habuerunt; & tertiam partem carucatæ terræ, quæ fuit *Rogeri Parcarii*, &c. Item habemus similiter concordiam Domini *Nicholai* de *Cryoll*, super consuetudinibus & servitiis, de libero tenemento nostro in Crorton; scilicet quod idem *Nicholaus* concessit pro se & hæredibus suis, quod tota vasta terra retro parcum, & tota vasta terra circa fontem, qui dicitur Haltwell, & tota brueria à magnâ stratâ, tenente à Crorton versùs Walltham, usq; ad divisas de Brankiston versùs occidentem & de Berscalby, versùs Austrum, remaneat inseperabili dicto Abbati & successoribus suis; &c. Et præterea idem *Nicholaus* relaxavit & quietum clamavit totum jus suum, quod habuit in viginti bovatis terræ, & quadraginta acris bosci, cum pertinentiis, in eadem villâ, quas dominus Rex *Henricus* ab eodem Abbate exigebat, tanquam Escaetam suam de terris *Normannorum*. Item habemus de dono *Marjeriæ* de *Cryoll*, de quatuordecim acris terræ, cum pertinentiis in Crorton, & confirmatione filii ejusdem *Marjeriæ*. Item habemus de dono *Nicholai* filii Domini *Nicholai* de *Cryoll*, unam placeam terræ in Crorton, &c.

Crorton.

Ingeram le *Porter* venit ad Conquestum, & habuit duas partes de Cotsham & de Culington; & habuit duos filios, *Willelmum* & *Hugonem*. Et dominus *Henricus* Rex pater Regis *Richardi*, & *Johannis*, fecit excambium, cum *Ingeram* le *Porter*, de Cotsham & de Culington, pro duabus partibus de Crorton, & de Segbroke: Et *Masilia* de *Apegard* habuit tertiam partem de Cotsham & de Culington; & fecit similiter excambium cum prædicto *Henrico*, pro tertiâ parte de Crorton & de Segbroke.

Status villæ de Crorton *&* *de* Segbroke, *quæ est de honore de* Eyâ.

Cum istæ villæ essent in manu Regis *Henrici*, patris Regis *Johannis*, & *Richardi*, placuit Domino *Henrico* Regi escambium facere cum *Willielmo Parcario* de terrâ suâ de Cotsham, dans eidem *Willielmo* prædictas villas de Crorton & Segbroke pro villâ de Cotsham; & sic prædictus *Willelmus* prædictas villas totâ vitâ suâ tenuit. Et mortuo autem prædicto *Willielmo*, successit ei *Hugo Parcarius*, frater ejus, & seisinam de villâ de Crorton suscepit; & etiam de Segbroke. Sed Dux *Lovenniæ*, qui tunc habuit honorem de Eye, impedivit seisinam ejus de Segbroke, Post modum, capto Rege *Richardo* in *Almania*, & *Johanne* tunc Comite fratre suo movente guerram in *Anglia*, & maximè apud Notingham, dedit dictam villam de Crorton *Huberto* de *Burgo* Camerario suo. Prædicto *Hugone* existente in *Normannia*, scilicet infra dimidium annum, Rege *Ricardo* redeunte in *Anglia*, & prædicto *Hugone Parcario* cum ipso, dispersis omnibus qui eidem *Johanni* Comiti fuerant, præfatus *Hugo Parcarius* longo tempore prædictæ villæ de Crorton dominium optinuit in pace: *Normannis* verò de *Anglia* recedentibus, remansit prædicta villa in manu Regis de Escaetâ. Et dedit eam dominus Rex tunc *Galfrido Luterell*, qui longo tempore eam tenuit: Et post eum *Andreas* filius ejus, subvicecomite *Notinghamiæ*, *Philippo Marco*, cujus filiam duxit in uxorem. Tandem *Huberto* facto Justiciario in *Anglia*, per præceptum Domini Regis, ipse talem sesinam prædictæ villæ optinuit, qualem ante habuit, ut prædictum est; & insuper seisinam villæ de Segbroke, expulso inde *Reginaldo* de *Vallibus* firmario Domini Ducis de *Glovernia*. Postmodum ipse *Hubertus* de *Burgo* dedit villam de Crorton, per Dominum Regem suum.

Ma-

Magotta filiæ suæ. Post intervallum verò perturbationis dicti Comitis *Huberti*, factæ in *Anglia*, data est villa de Crorton per Dominum *Wirannum* le *Tyheis*, quo à nobis tenuit ipsarum dicta *Magota* dictam villam; Quâ mortuâ cepit dictus *Hubertus* Comes Dominium dictæ villæ, & dedit eam *Philippo Basset*, qui eam per modicum tempus tenuit; eoq; præfatus *Hubertus* de *Burgo* eam warrantizare non potuit, quoniam in manu Regis, judicio mediante, rediit. Et postquam Abbas de Crorton eam tenuit ad firmam de Domino rege *Henrico*. Idem autem Dominus Rex dedit eam in feodo, Domino *Bertramo* de *Cryoll*; Dictus vero *Bertramus* dedit dictam villam *Nicholao* filio suo pro homagio.

Quædam domina *Masilia* tenuit tertiam partem de Crorton; & similiter *Sorozina* filia sua, post eam: sed dicunt, quod dicta *Masilia* prosequebatur vexillum *Parcariorum*, nomine servitii, quocunq; pergebant in servitio Domini Regis.

Carta Regis Edwardi *primi donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Cart. 9. E. 1. n. 68.

Videsis Cart. 11. H. 3. p. 1. m. 17.

REx Archiepiscopis, &c. salutem. Inspeximus Cartam, quam Dominus *Richardus*, quondam Rex *Anglia*, consanguineus noster, fecit Deo & Ecclesiæ Sancti *Johannis* de *Valle*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, in hæc verba: *Richardus* Dei gratiâ Rex *Anglia*, Dux *Normannia*, *Aquitania*, Comes *Andegavia*, Archiepiscopis, Episcopis Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Vicecomitibus, Justiciariis, & aliis Ministris & fidelibus suis salutem. Sciatis nos concessisse & hac Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ Sancti *Johannis* de *Valle*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, donationem, quam *Willielmus Parcarius* de Linus fecit eisdem Canonicis; videlicet duas partes de Parco de Croptone, & quicquid in eodem juris ipsius fuit, & libertatis; in bosco, & plano; in prato & pasturâ, & omnibus cæteris ayfiamentis infra ambitum muri. Duas etiam partes carucatæ terræ *Rogeri Parcarii*: Præterea totum redditum suum de sale in *Hoilandia*, scilicet in Dunningtone, ex donatione *Marzariæ*, & *Wimeri* de Sancto *Albino*, filii ejus: tertiam partem de prædicto parco de Crorton, & quicquid juris & libertatis in eodem habuerunt in bosco & plano, & prato & pasturâ, & omnibus ayfiamentis infra ambitum muri, & tertiam partem carrucatæ terræ, quæ fuit *Rogeri Parcarii*, cum omnibus pertinentiis & ayfiamentis infra villam & extra: Totum etiam redditum ipsorum de sale in *Hoilandia*, scilicet in Dunningetone. Quare volumus, & firmiter præcipimus, quod prædicti Canonici nostri hæc nostra prædicta, & omnes terras & tenuras, & possessiones, quæ eis datæ sunt, & imposterum rationabiliter dabuntur, habeant, & teneant benè, & in pace, liberè & quietè; integrè & honorificè, & plenariè, cum omnibus libertatibus, quas Cartæ donatorum suorum testantur; & cum *Socha*, & *Sacha*, & *Toll*, & *Theam*, & *infangenetheſe*, solutas & quietas de Siris, & Hundredis, & placitis, & de omnibus aliis querelis; & de geldis, & murdro & danegeldo, & Scottis & auxiliis, & donis, & assisis, & scutagiis, & auxiliis Vicecomitum & Ministrorum suorum; de operibus Castellorum, murorum, pontium, vivariorum, & de omni servitio seculari, & exactione. Volumus etiam ut habeant libertatem Curiæ suæ in omni tenemento suo. Prohibemus etiam ut nullus prædictos Canonicos nostros, aut res ipsorum, aut homines suos in aliquo disturbat, aut vexet, aut gravare præsumat, neque per aquam, neque per terram, super decem libras forisfacturâ: Hæc omnia præscripta concedimus eis & confirmamus imperpetuum, pro animâ *Henrici* patris nostri, & pro animabus antecessorum nostrorum; & pro salute nostrâ, & pro salute *Alianoræ* Reginæ & matris nostræ. Testibus, *Baldwino* Archiepiscopo *Cantuariensi*, *Hugone Lincolniensi*, & *Hugone Cestrensi* Episcopis, *Willelmo* Comite *de Mandevill*, *Willielmo* Marescallo, *Baldwino Wake*. Datum per manum *Willielmi* de *Longocampo* Cancellarii nostri, decimo septimo die *Septembris* apud *Geitentonam*.

Inspeximus etiam Cartam *Roberti* filii *Galfridi Luterell*, in hæc verba: Omnibus, ad quos præsens scriptum pervenerit, *Robertus* filius *Galfridi Luterell* salutem in Domino: Noveritis me, pro salute animæ meæ, & pro animabus omnium antecessorum & successorum meorum, concessisse, & hac præsenti Cartâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ Sancti *Johannis* Apostoli & Evangelistæ de Crorton, & Abbati & Canonicis ibidem Deo servientibus, & eorum successoribus imperpetuum, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, omnes terras & tenementa, quæ habent de feodo meo in villâ & territorio de Berstandeby, de dono & confirmatione *Philippi* de *Gaunt* militis, & ex dono & confirmatione *Roberti* de *Gaunt* fratris ejusdem; & de dono & confirmatione *Philippi* filii ejusdem *Roberti* de *Gaunt*, & omnium antecessorum suorum; sive de dono aliorum quorumcunque feofatorum suorum, per Cartas eorundem, tam in dominico, quàm in servitio (&c.) Præterea concessi, & præsenti Cartâ confirmavi prædictis Ecclesiæ, Abbati, & Canonicis, & eorum successoribus, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, liberam chaciam de Baroniâ de Crorton, in Baroniam meam; & liberum introitum & exitum omni tempore infra villam & extra cum omnibus animalibus & pecoribus suis quibuscunque per vias & semitas, & omnia alia loca debita & consueta prædictis villæ & territorio (&c.) Hiis testibus, Domino *Thoma* de *Berkele*, Domino *Richardo Grey*, Domino *Willielmo Hamelyn*, tunc Vicecomite *Leyc*. Domino *Benedicto* de *Rollesion*, militibus, *Hugone* de *Boby*, *Johanne* filio *Richardi* de *Vilers* (&c.)

AB-

ABBATIA
de Leyston *in agro* Suffolcienſi.

Carta Regis Ricardi *ſecundi, donationem Manerii de* Leyſtone, *per* Radulfum *de* Glanvilla *in fundatione ejuſdem confirmans, &c.*

Pat. 12. R. 2. p. 1. m. 19.

REx omnibus ad quos, &c. ſalutem. Supplicârunt nobis dilecti nobis in Chriſto Abbas & Conventus de Leyſtone, ut cum tempore præclaræ memoriæ Domini *Henrici* ſecundi, quondam Regis *Angliæ*, progenitoris noſtri defuncti, *Radulfus Glanvylla*, fundator Abbatiæ prædictæ, dediſſet eidem Abbatiæ, in fundationem ejuſdem, Manerium de Leyſtone in Comitatu *Suffolciæ*, cum pertinentiis, unà cum certis Eccleſiis, & aliis poſſeſſionibus: Habendum & tenendum quondam Abbati & Conventui loci prædicti, & ſucceſſoribus ſuis, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam imperpetuum: ac poſtmodum dictus progenitor noſter, donationem ipſius *Radulphi*, in hac parte factam, per diverſas Cartas ſuas conceſſiſſet & confirmâſſet prætatis nuper Abbati & Conventui, & ſucceſſoribus ſuis, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam imperpetuum. Et jam ita ſit, quod advocatio dictæ Abbatiæ, per forisfacturam *Michaelis* de la *Pole*, nuper Comitis Suffolk, qui advocationem prædictam optinuit de dono noſtro, in manum noſtram devenit; velimus, ex benignâ, & habundanti gratiâ noſtrâ dono dicti fundatoris, & confirmatione prætati progenitoris noſtri conſideratis, concedere & confirmare eiſdem nunc Abbati & Conventui, & ſucceſſoribus ſuis, Manerium prædictum, & omnes alias poſſeſſiones dictæ fundationis ſuæ: Habendum & tenendum in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam imperpetuum; & ulteriùs concedere prætatis nunc Abbati & Conventui, & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum; quod exnunc, in qualibet vacatione dictæ Abbatiæ Conventus loci illius, pro tempore exiſtens, ad electionem ſuam convenire, & unum novum Abbatem liberè eligere, & ipſum ſic debitè electum in Abbatem, & paſtorem loci prædicti, habere & tenere poſſint: abſq; licentiâ & regio aſſenſu noſtro, vel hæredum noſtrorum, aut alterius patroni dicti loci pro tempore exiſtentis: Et inſuper concedere, quod temporalia Abbatiæ prædictæ, de cætero in aliquâ vacatione ejuſdem in manum noſtram, vel hæredum noſtrorum minimè capiantur, aut ſeiſiantur; nec quod aliquis Vicecomes, Eſcaetor, aut alius Officiarius, Ballivus, ſeu Miniſter noſter vel hæredum noſtrorum, in aliquo ſe intromittat de Abbathiâ prædictâ in aliquâ vacatione ejuſdem, nec de temporalibus bonis & poſſeſſionibus Abbatiæ antedictæ; immo, quod dictus Conventus & ſucceſſores ſui imperpetuum omnia temporalia dictæ Abbatiæ, in qualibet vacatione ejuſdem in manibus ſuis propriis liberè & pacificè habere & tenere, & inde ad voluntatem ſuam, pro commodo domus prædictæ liberè diſponere & ordinare poſſint, abſq; impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum, Juſticiariorum, Eſcaetorum, Vicecomitum, aut aliorum Ballivorum, ſeu Miniſtrorum noſtrorum, vel hæredum noſtrorum quorumcunq;, aut alicujus alterius patroni ejuſdem Abbatiæ pro tempore exiſtentis imperpetuum. Et quod dicti nunc Abbas & Conventus, vel ſucceſſores ſui, non teneantur dare aut concedere aliquod corrodium ſive penſionem, aut aliud hujuſmodi onus quodcunq; in futurum, alicui perſonæ, ad mandatum, præceptum, vel rogatum noſtrum, vel hæredum noſtrorum, aut alicujus alterius Patroni ejuſdem loci, pro tempore exiſtentis; ſed quod ipſi & ſucceſſores ſui, de omnibus hujuſmodi penſionibus, corrodiis, & aliis hujuſmodi oneribus, quieti ſint & exonerati imperpetuum.

Nos precibus ipſorum nunc Abbatis & Conventus favorabiliter inclinati, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, & de aſſenſu conſilii noſtri, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, concedimus & confirmamus prætatis nunc Abbati & Conventui, & ſucceſſoribus ſuis, Manerium prædictum, & omnes poſſeſſiones dictæ fundationis ſuæ. Habendum in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam imperpetuum: Volentes quod exnunc, in qualibet vacatione dictæ Abbatiæ Conventus loci illius, pro tempore exiſtens, ad electionem ſuam licitè convenire, & unum novum Abbatem liberè eligere, & ipſum ſic debitè electum in Abbatem & paſtorem loci prædicti habere, & tenere poſſint, abſq; licentiâ, & aſſenſu noſtro Regio, vel hæredum noſtrorum, aut alteriùs Patroni dicti loci, pro tempore exiſtentis; & quod temporalia Abbatiæ prædictæ de cætero in aliquâ vacatione ejuſdem in manum noſtram, vel hæredum noſtrorum non capiantur, aut ſeiſiantur, nec quod aliquis Vicecomes, Eſcaetor, aut alius Officiarius, Ballivus, ſeu Miniſter noſter, vel hæredum noſtrorum in aliqua ſe intromittat de Abbatia prædicta, in aliqua vacatione ejuſdem, nec de temporalibus bonis & poſſeſſionibus Abbatiæ antedictæ; immò, quod dictus Conventus & ſucceſſores ſui imperpetuum omnia temporalia dictæ Abbatiæ in qualibet vacatione ejuſdem in manibus ſuis propriis licitè & pacificè habere, & tenere, & indè pro commodo domus prædictæ, ad voluntatem ſuam, liberè diſponere & ordinare poſſint, abſq; impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum, Juſticiariorum, Eſcaetorum, Vicecomitum, aut aliorum Ballivorum, ſeu Miniſtrorum noſtrorum quorumcunq; aut alicujus alterius Patroni ejuſdem loci, pro tempore exiſtentis, imperpetuum: Et quod nunc Abbas & Conventus & ſucceſſores ſui non teneantur dare aut concedere aliquod corrodium ſive penſionem, aut aliud hujuſmodi onus quod-

quodcunq; in futurum alicui personæ ad mandatum, præceptum, vel rogitum nostrum vel hæredum nostrorum, aut cujuscunq; alterius Patroni ejusdem loci, pro tempore existentis; seu quodipsi & successores sui, de omnibus hujusmodi pensionibus, corrodiis, & aliis oneribus quieti sint & exonerati imperpetuum. In cujus, &c. Teste Rege apud *Westm.* xxvi. die *Augusti.*

Carta Regis Edwardi *secundi, confirmationem* Gilberti Peche *militis de omnibus terris, de feodo suo, ratificans.*

Pat. 6 E. 2. p. 2 m. 10. REx omnibus ad quos, &c. Sciatis, quod nos concessionem & confirmationem, quas *Gilbertus Peche* miles, nuper per scripcum suum fecit *Roberto* tunc Abbati & Conventui de Leistone, de omnibus terris & tenementis, quæ de feodo ipsius *Gilberti* tunc tenuerunt in Bathetune, Clerinæ, Estone, Uttuham, Pechave, Framesdene, & in quibuscunq; aliis villis aut locis, de eodem feodo, cum omnibus pertinentiis suis, ut in edificiis, molendinis, vetitis, &c. ratas habentes & gratas, (&c.) confirmamus, (&c.) T. Rege apud *Westm.* xvi. die *Maii.*

PRIORATUS de Beauchief *in agro* Derbiensi.

De fundatione ejusdem.

Ex Collect. S. *Low Knivetoni* Arm. RObertus filius *Ranulfi*, Dominus de *Alfretona, Nortona*, & Warnham, fuit unus de quatuor militibus, qui beatum *Thomam, Cantuariensem* Archiepiscopum martirizavit; & postea Monasterium de *Bello capite* fundabat, in expiatione hujusmodi facinoris, tempore Regis *Henrici* secundi.

Ille *Roberti* filius, fuit *Willielmus*, Dominus & baro de Alfreton, Norton, & Warnham tempore Regis *Ricardi* primi, qui genuit *Robertum* de *Alfreton*, Baronem de Alfreton, qui per *Agnetem* uxorem ejus habuit exitum *Thomam* filium & hæredem Baronem de Alfreton; qui sine prole defunctus, reliquit hæreditatem suam tribus sororibus; videlicet, *Alicia*, uxori *Gulielmi* de *Cadurcis* militis, filii *Gulielmi* de *Cadurcis*, (vulgò *Chaworthe*) *Amicia* nuptæ *Roberto* filii *Ricardi Lathom*, Domino de Lathom in Comitatu *Lancastriæ*, antecessori Comitum *Derbiæ*, & *Leicestriæ*, quæ obiit sine prole

Carta Thomæ *de* Chaworth *militis, de toto hameleto de* Ozenehull.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Thomas de Chaworth* miles, Dominus de Norton, dedi, concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Monasterio beati *Thomæ* Martyris de *Bello capite*, & religiosis viris Abbati & Conventui ejusdem loci, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ & patris mei & matris meæ uxoris mearum, liberorumq; meorum; & pro sustentatione unius Canonici ejusdem Monasterii, divina perpetuò celebrantis ad Altare *sanctæ Crucis* in Ecclesia de *Bello capite* prædicta, pro animâ meâ, & animabus prædictorum, & omnium fidelium defunctorum, & pro solemni servicio annuatim habendo in perpetuum, scilicet pro uno Abbate defuncto, totum illud hameletum meum in sochâ de Norton, quod vocatur Ozenehull, nec ullo retenemento, cum omnibus homagiis, wardis, Releviis, Redditibus, Escaetis, sectis, servitiis, tam forinsecis quam aliis quibuscunq;, omnium liberè tenentium meorum in hameleto de Ozenehull prædicto, tam præsentium quàm futurorum, cum omnibus approvamentis & aliis pertinentiis suis, & cum omnibus nativis meis in ipso hameletò, & cum terris & tenementis, quæ de me tenuerint in bondagio in eodem hameleto & extra, cum sectis, sequelis, Redditibus, & servitiis, consuetudinibus, & catallis & omnimodis aliis approvamentis & pertinentiis suis, infra hameletum de Ozenehull prædictum & extra, sine aliquo retenemento: Et totum redditum & servicium *Hugonis* de *parvâ Nortona*, & ipsum *Hugonem* cum totâ sequelâ suâ, & cum omnibus catallis suis & cum toto tenemento suo, quod de me tenuit in Bondagio. Dedi etiam & concessi Deo & Monasterio de *Bello capite* prædicto, & religiosis viris Abbati & Conventui ejusdem loci, duodecim solidos & octo denarios annui redditus, quos prædicti Abbas & Conventus mihi reddere solebant pro diversis tenementis, quæ de me tenuerunt in Alferton & Norton; Habendum & tenendum Deo & Monasterio prædicto, ac religiosis viris Abbati & Conventui prædictis, & eorum successoribus in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, cum pratis, boscis, pascuis, pasturis, moris, Turbariis, Quarariis, mineris, marlariis, & omnimodis libertatibus, commeniis, aisiamentis, & aliis approvamentis & pertinentiis suis quibuscunq;, infra hameletum de Ozenehull prædictum & extra, tam infra terram quàm supra, quæ mihi & hæredibus meis & assignatis meis vel hæredibus hæredum & assignatorum meorum inde poterunt accidere. Et ego prædictus *Tho.* & hæredes mei, & assignati mei, & eorum hæredes omnia prædicta homagia, wardas, relevia, redditus, eschaetas, sectas, & servicia, tam forinseca quàm alia quæcunq;, omnium liberè tenentium meorum prædictorum, cum omnimodis approvamentis & pertinentiis

Ex Autographo penes S. *Roper* de hospicio *Lincolniæ*, Arm. *ejus*, Arm. a. 1657.

suis; ac etiam omnes Nativos meos prædictos, cum omnibus terris & tenementis prædictis, & omnimodis eorum sectis, sequelis, Redditibus, & serviciis, consuetudinibus, & catallis & omnimodis aliis approwamentis & pertinentiis suis quibuscunq;, tam nominatis, quam non nominatis, sine aliquo retenemento, Deo & Monasterio prædicto ac Religiosis viris Abbati & Conventui prædictis & eorum successoribus, in liberam, puram & perpetuam elemosinam contra omnes gentes warantizabimus, acquietabimus & imperpetuum defendemus. In cujus rei testimonium præsenti Cartæ sigillum meum apposui. Hiis, Testibus, Dominis *Thoma* de *Furnivall*, *Adam* de *Everingham*, *Waltero* de *Goushull*, *Ricardo* de *Furneus*, *Roberto* de *Ecclesfale*, militibus; Domino *Rogero* de *Brayliffnith*, Rectore Ecclesiæ de Dragsfeld; *Willelmo* le *Bret*, *Johanne* de *Bincourte*, *Rogero* le *Breton*, *Simone* de *Rarisby*, *Johanne* de *Brimington*, *Hugone* de *Linacre*, & multis aliis.

Carta Thomæ de Chaworth *militis, donationes antecessorum suarum confirmans.*

Ex ipso autogr. penes præfatum *Sam. Roper.*

OMnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis hoc præsens scriptum visuris vel audituris, *Tho.* de *Chaworth* miles salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra me, pro salute animæ meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum, concessisse, confirmasse, & omnino quietum clamasse Deo & beatæ *Mariæ* & Ecclesiæ beati *Thomæ* Martyris de *Bello-capite*; & Abbati & Conventui illius loci eorumq; successoribus in liberam, puram & elemosinam perpetuam, omnes terras, redditus, & molendina, cum suibus suis, cursibus aquarum, stagnis, viis, & semitis ad ipsa ducentibus; sectas, sequelas, servicia, possessiones, jura & libertates, tam layci feodi, quàm beneficiorum Ecclesiasticorum; ac omnia tenementa, cum pratis, boscis, clausis, & non clausis, pasturis, piscatiis, & omnibus eorum proventibus, pertinentiis, communis, & aysiamentis. Quibus terris, redditibus, Ecclesiis, molendinis, & tenementis, cum aliis rebus & pertinentiis prætactis Abbas & Canonici Monasterii prædicti de *Bello-capite*, vestiti sunt & seysiti infra feoda mea de *Nortona*, & de *Alfritona*, & de Wymundwold. Concedo etiam & confirmo ac quietum clamo pro me & hæredibus meis, seu assignatis, dictis Abbati & Conventui & eorum successoribus, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, omnes Cartas, feoffamenta, donationes, quietas clamationes, concessiones, & omnia munimenta, quæ dicti Abbas & Conventus habent de antecessoribus meis vel de meipso, ut hoc scriptum solum, cum necesse fuerit, pro aliis munimentis suis omnibus sufficiat dictis Abbati & Conventui, & eorum successoribus in perpetuum, ad eorum tranquillum statum in omnibus rebus prætitulatis, cum suis pertinentiis, conservandum. Et ego prædictus *Tho.* & hæredes mei, ac assignati, & hæredes assignatorum, meorum, omnes terras, redditus, beneficia ecclesiastica, & eorum jura, molendina, sectas, sequelas, ... servicia, possessiones, Consuetudines, & libertates, ac omnia tenementa, cum pratis, boscis, clausis & non clausis, stagnis, piscariis, pasturis; & cum omnimodis aysiamentis suis, proventibus ac pertinentiis suis, ut dictum est, quibus supradicti Abbas & Conventus vestiti sunt vel seysiti, infra feoda mea de *Nortona*, & de *Alfretona*, & de Wymondwold, eisdem Abbati & Conventui & eorum successoribus, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, sicut per me vel meos liberius potest vel poterit fieri, contra omnes homines & fœminas, & omnes gentes warantizabimus, acquietabimus, & ubiq; imperpetuum defendemus. In cujus rei testimonium huic præsenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, Domino *Nicholao Wake*, Domino *Johanne* le *Hereis*, Domino *Willelmo* de *Staynisby*, Dominis *Willelmo* & *Egidio* de *Mesnile*, *Roberto Sanchevrel*, *Johanne* de *Aulay*, militibus; *Roberto* le *Grant*, *Johanne* de *Brunnigton*, *Hugone* de Canonicis, *Hugone* de *Lyndkir*, & aliis.

Carta Regis Edwardi *secundi, concessiones donatorum recitans & confirmans.*

REx omnibus ad quos, &c. salutem. Donationem quam *Robertus* filius *Ranulphi* fecit Deo & sanctæ *Mariæ*, & sancto *Thomæ* Martyri, & fratribus in Ordine *Premonstratensi* professis, de loco, qui dicitur Beaucheif, cum pertinentiis, qui in Mochetrie hujus est, ad Abbaciam construendam; & de Ecclesiis de Norton, Alferton, Wymandeswald, & Edwaldeston; & de molendinis de Norton, cum omni multurâ & operibus suis; & de sarto *Hugonis*, juxta Mereshook; & uno tosto in Leys; & uno tosto juxta domum *Alani*; & de tota decima paunagii totius terræ suæ; & de duabus bovatis terræ in Wymundwald de dominio suo; & de uno tosto continente tres acras terræ cum pertinentiis. Donationem etiam & confirmationem, quas dictus *Robertus* fecit prædictis fratribus de unâ bovatâ terræ in Wymundwald, quæ fuit *Alexandri*, cum tosto suo, & de unâ bovatâ terræ, quæ fuit Lunechild viduæ, cum pertinentiis.

Pat. 9 E. 2. p. 1 m. 3.

Donationem etiam, & confirmationem, quas idem *Robertus fecit* eisdem fratribus, de loco qui dicitur Bakhirst, cum pertinentiis. Donationem etiam & confirmationem, quas *Willielmus* filius *Roberti* fecit eisdem fratribus de molendino de Alton, cum omni multurâ.

Donationem, concessionem, & confirmationem, quas *Robertus* filius *Willielmi* de *Alfertona* fecit eisdem fratribus de illâ terrâ cum pertinentiis, quam *Helias de Trauer* de eo tenuit. Donationem etiam, Concessionem, & confirmationem, quas idem *Robertus* fecit Canonicis loci prædicti, de sexaginta acris terræ, per perticam viginti quatuor pedum, in Alferton, cum bosco supercrescente. Donationem

nem etiam, concessionem, & confirmationem, quas idem *Robertus* fecit eisdem Canonicis de tribus acris terræ, per perticam viginti quatuor pedum, juxta rivulum qui descendit ab Abbacia ad majorem rivum de Shewe, ex parte Aquilonis; & de una librâ Cimini de terra de Strokkes. Donationem (&c.) quas idem *Robertus* fecit eisdem Canonicis, de *xxiv.* acris terræ, per perticam *xxiiii.* pedum, in Noxtone, cum bosco supercrescente. Donationem (&c.) quas *Thomas* filius *Willielmi* de Thawoxth fecit dictis Canonicis de una bovata terræ cum pertinentiis, quam *Adam* filius *Johannis* del *Cliff* aliquando tenuit de ipso in *Nortona*, & de quinq; acris assarti cum uno parcello in bosco de Noxtone, quas idem *Adam* de ipso tenuit; & de ipso *Adam* cum tota sequela sua, & eorum catallis; & de una bovata terræ in Bradewaye; & de octo acris assarti in eodem bosco de *Nortona* cum pertinentiis, quas *Thomas* filius *Hugonis* de *Bosco* de ipso tenuit; & de ipso *Thoma* cum tota sequela sua, & eorum catallis; & dimidia bovata terræ, cum pertinentiis in Cokshet, quam *Winora* de ipso tenuit, & de ipsa *Wynora*, cum tota sequela sua, & eorum catallis; & de uno assarto cum uno tosto, cum pertinentiis, in eadem villa, quæ *Henricus* le *Bercher* de ipso tenuit; Et de *vi.* acris terræ, cum pertinentiis, jacentibus juxta aquam de Sewe, quas *Ricardus* de *Mora* de ipso tenuit; Et de quater viginti acris terræ cum pertinentiis in bosco de Noxtone, jacentibus ex parte Aquilonari parci Abbatis & Conventus de Beauchef.

Donationem etiam (&c.) quas prædictus *Thomas* fecit Abbati & Conventui loci prædicti, de *xviii. s.* redditus, quas *Robertus* le *Redsmith* sibi reddere consuevit, pro tenemento, quod de ipso tenuit in Swantwyk, juxta Alfertone, cum pertinentiis; & de toto illo assarto cum tosto & crosto & pertinentiis, quod *Rogerus Faber* de ipso tenuit in Strchewode, in socâ de Alfertone; & de unâ bovatâ terræ, cum pertinentiis, quam *Adam* de *Birchewode* de ipso tenuit in eadem villâ; Et de totâ illâ terrâ, cum pertinentiis, quam *Rogerus* le *Bercher* de ipso tenuit in prædictâ socâ de Alfertone; & de toto illo assarto, quod vocatur *Robert— Ridelings*, cum pertinentiis; & de duabus solidatis redditus de tenemento, quod *Rogerus Mous* tenuit in Alfarton; Et de duodecim denariatis redditus de tenemento, quod *Nicholaus Thorald* de ipso tenuit in Alfertone; Et de illâ bovatâ terræ, cum pertinentiis, quam *Ricardus Horeghe* de ipso tenuit in Bradewaye; & de *Roberto* del *Grene* nativo suo, cum totâ sequelâ suâ, & omnibus catallis suis; & de toto tenemento quod de ipso tenuit in bondagio in socâ de Noxtone cum pertinentiis. Donationem (&c.) quas idem *Thomas* fecit (&c.) de totâ illâ terrâ, cum pertinentiis, quam *Ricardus* de *Mora* de ipso tenuit in Cokshet. Concessionem (&c.) quas idem *Thomas* fecit (&c.) de toto illo assarto integrè cum pertinentiis in bosco de Noxton, jacente ex parte Aquilonari parci dictorum Abbatis & Conventus, cum totâ longitudine & latitudine usq; ad filum aquæ de Shewe. Donationem (&c.) quas idem *Thomas* fecit (&c.) dictis Canonicis, de uno tosto & crosto, cum edificiis & pertinentiis suis in Cokshete, quod *Johannes Faber* de ipso tenuit, & de uno cartilagio in Alfertone, juxta orreum prædictorum Canonicorum. Donationem (&c.) quas idem *Thomas* fecit prædictis Abbati, de totâ illâ placeâ terræ; quæ vocatur Eyclif, cum bosco super crescente. Donationem (&c.) quas idem *Thomas* fecit (&c.) de totâ illâ terrâ, quæ vocatur le Whitek & de *xii.* acris terræ in loco qui vocatur Barsfelo; Et de illâ placeâ terræ, quam *Petrus Textor* de ipso tenuit in Alfertone. Donationem (&c.) quas idem *Thomas* fecit (&c.) de quodam assarto, quod *Robertus Forestarius* de ipso tenuit juxta Bercariam dictorum Canonicorum; Et de tribus acris terræ, quas *Robertus* del *Childre* de ipso tenuit infra clausum dictorum Canonicorum; Et de octo acris terræ & dimidiâ, quas *Randulphus* de *Storches* de ipso tenuit; Et de quinq; acris terræ & dimidiâ, quas *Ricardus Everard* de ipso tenuit in Alferton, cum pertinentiis. Donationem (&c.) quas idem *Thomas* fecit (&c.) de tota illa terra, cum pertinentiis, quam *Thomas* de *Bosco* & *Willelmus Tynet* de ipso tenuerunt in le Wodesetes. Donationem (&c.) quas idem *Thomas* fecit (&c.) de tota illa bovata terræ, cum toftis, croftis, edificiis, & omnibus aliis pertinentiis suis, quam *Richardus Hore* de ipso tenuit in le Bradeway. Donationem (&c.) quas idem *Thomas* fecit (&c.) de illo annuo redditu quinq; solidorum, quem sibi solvere consueverunt pro illa terra, quam dicti Abbas & Conventus de eo tenuerunt in soca de Noxtone. Donationem (&c.) quas idem *Thomas* fecit (&c.) de libero & quieto passagio habendo ad feriam suam de Parnham, tam terris quàm familiæ suæ, de Abbacia prædicta; & de omnibus aliis locis suis, cum omnibus animalibus, rebus, ac cariagiis suis quibuscunq; & quandocunq; opus habuerint in meliori navigio feriæ suæ prædictæ. Donationem (&c.) quas idem *Thomas* fecit (&c.) de una placea terræ, jacente ex parte occidentali aulæ suæ, in Alferton.

Donationem (&c.) quas *Thomas* de *Chaworth* miles, dominus de Noxton, fecit dictis Abbati & Conventui, de toto illo hameleto in soca de Noxtone quod vocatur Grenehill, simul cum mora de Grenehill, & cum homagiis, wardis, releviis (&c.) Et de omnibus terris & tenementis, quæ *Hugo* de *parva* Noxton de ipso tenuit in villenagio, in *parva* Noxton, & Wodesetes; & de ipso *Hugone* cum tota sequela sua, & omnibus catallis suis. Remissionem (&c.) quas idem *Thomas* fecit (&c.) de *xii s.* & *viii d.* redditus, quas præfati Abbas & Conventus sibi reddere solebant pro diversis tenementis, quæ de ipso tenuerunt in Alfertone & Noxtone. Donationem (&c.) quas idem *Thomas* fecit (&c.) de omnibus terris (&c.) quæ de ipso tenentur in villenagio in Wodesetes, juxta Noxton; & de omnibus villanis suis ibidem cum totis sequelis suis, &

omnibus catallis suis. Donationem (&c.) quas idem *Thomas* fecit (&c.) de *Rogero* de *Bradewaye*, *Gileberto* de *Bradewaye*, & *Emma* ad novum Molendinum, , nativis suis, cum omnibus catallis, sequelis, sectis, & serviciis suis, & cum omnibus terris, toftis, croftis, & edificiis, quæ de ipso tenuerunt in Nortone. Donationem (&c.) quas idem *Thomas* fecit dictis Abbati & Conventui, de toto wasto, quod jacet inter terras & tenementa sua, quæ habent inter focas de Alfertone & Nortone, cum pertinentiis; & de terra ubicumq; eisdem necesse fuerit, per totum wastum suum, ad fossas suas ampliandas, & levandas, capiendum: Et de terra & turbis ad domos suas emendandas, & cooperiendas. Donationem (&c.) quas idem *Thomas* fecit (&c.) de licentia & libera potestate ad carbones fodendos, levandos, asportandos, & cariandos, ad utilitatem & profectum suum, & eorum tenentium, tam liberorum quàm nativorum, quocienscunque sibi necesse fuerit, tam in terris tenentium, dictorum Abbatis & Conventus, quàm in terris suis propriis, & wastis inter terras suas, infra focas de Alfertone & Nortone. Concessionem etiam, quam idem *Thomas* fecit (&c.) de terris suis & terris tenentium suorum, tam liberorum quàm nativorum à goldis mundandis per se & suos, secundùm consuetudinem in focis de Alferton & Norton usitatam.

Donationem (&c.) quas *Lucas* filius *Warneri* de Beygle fecit dictis Canonicis, de tota terra, quæ vocatur Harewode, cum pertinentiis; & de pasturâ ad *xl.* vaccas, & duos tauros; cum exitu duorum annorum, & ad decem equas cum exitu trium annorum; & ad boves carucarum suarum; & ad octingentas oves & *xxx.* porcos, & ad *xl.* capras per omnem communiam de Beygle, undiq; & ubiq; & de concessione liberi eschap, de omnibus animalibus prædictis. * Donationem (&c.) quas *Radulfus Musard* fecit dictis Canonicis de villulâ de Hauley cum hominibus, absq; ullo retenemento. Donationem (&c.) quas idem *Radulfus* fecit (&c.) de totâ terrâ, quam habuit in villa de Wadeslf, cum pertinentiis; & cum hominibus & eorum serviciis. Donationem (&c.) quas idem *Radulfus* fecit dictis Canonicis de totâ terrâ, cum bosco super existente, in Hauley cum multuræ libertate. Donationem (&c.) quas *Radulfus Musard* filius *Radulfi Musard* fecit (&c.) de totâ terrâ, & toto prato in Hinkerhull, de feodo suo de Stavelеye. Donationem (&c.) quas *Walterus* de *Furneus* filius *Roberti* de *Furneus* fecit (&c.) de tribus bovatis, & unâ acrâ terræ, & duobus toftis in Brlay; & de unâ placeâ prati in *Bertona*, quæ vocatur Dæmesmedwe; & de duabus acris terræ & dimidiâ, quæ vocantur Dæmessand.

Donationem (&c.) quas *Willielmus* filius *Andreæ* de Hetone, fecit dictis Canonicis de *xx. s.* redditus, percipiendis de tenentibus suis in Colthorp. Donationem (&c.) quas *Johannes* filius *Ricardi Daniel*, fecit dictis Canonicis, de *xl. s.* redditus cum pertinentiis, in Swyrtene & Fillingley. Donationem (&c.) quas *Gerardus* de *Furnival* fecit dictis Canonicis de pasturâ herbagii in foresta sua de Felwode, sufficiente ad *xxx.* vaccas, & ad earum exitum trium annorum; & de unâ acrâ terræ in eadem Foresta, ad logias faciendas ad prædictas vaccas. Donationem (&c.) quas idem *Gerardus* fecit dictis Canonicis de *xx. s.* redditus, percipiendis de molendino suo de Sheffeld. Donationem etiam (&c.) quas *Matildis* de *Lovetot* fecit dictis Canonicis, de una marcata redditus, percipiendâ de molendino suo de Sheffeild. Concessionem etiam (&c.) quas eadem *Matildis* fecit dictis Canonicis de tota elemosina, quam *Gerardus* de *Furnival*, vir suus, eis dedit. Concessionem etiam & confirmationem, quam *Thomas* de *Furnival*, dominus de Walumgire, fecit dictis Abbati & Conventui, de grangia sua de Folewode, & de tota terra ad prædictam grangiam pertinente, cum pertinentiis, & de communia pasturæ sufficiente, in liberis chaceis & pasturis suis de Folewode, & Kynelingdene, ubiq; ad omnia animalia sua, exceptis capris; & de omnimodo aisiamento bruerii, quarrerii, turbarii, junctii, & fevgerii ad domos suos cooperiendos; & alia necessaria sua facienda; & de terra de wasto suo sufficienter capienda, ad fossas suas emendendas & relevandas. Donationem (&c.) quas *Thomas* de *Furnival*, filius & hæres *Thomæ* de *Furnival*, filii *Gerardi* de *Furnival*, fecit dictis Abbati & Conventui, de quatuor acris prati cum pertinentiis in Sheffelde, in le Brodenge, ex parte occidentali de Halleker. Donationem (&c.) quas *Willielmus Barre* de Tiberscholte fecit dictis Canonicis, de una bovata terræ, cum duobus toftis & croftis cum pertinentiis, in *Staneleia*; & de pastura crescentis ovibus, *xx.* vaccis, uni tauro, & octo equabus, cum toto exitu suo, tam vaccarum, quàm equarum, donec sit trium annorum, & *xvi.* bobus; & de communia ad necessaria sua facienda in bosco & plano. Donationem (&c.) quas *Willielmus* filius *Galfridi* de *Stanleia* fecit (&c.) de octo placeis terræ, divisim jacentibus, cum pertinentiis, in Stanley. Donationem (&c.) quas *Willielmus* filius *Radulfi Barry*, de Tiberland, fecit (&c.) de dimidia marcata redditus, cum pertinentiis, quam *Willielmus* filius *Galfridi* de *Stanley* ei reddere solebat. Donationem (&c.) quas *Gervasius* de *Bernak*, fecit (&c.) de toto redditu, cum pertinentiis, in Brom, quem emit de *Jordano Heryng* de Heringthorp. Donationem (&c.) quas *Robertus* filius *Radulfi* de *Reresby* fecit (&c.) de quatuor solidatis & quatuor denariatis redditus, percipiendis de terra, quam *Rogerus* de *Markham* quondam tenuit de eo in foca de Essover. Donationem (&c.) quas *Ricardus* del *Bernes* fecit (&c.) de duobus messuagiis & duobus toftis, cum pertinentiis, in Asshover. Donationem (&c.) quas *Lucas* de *Beygle* fecit (&c.) de redditu dimidiæ marcæ in molendino suo de Beygle. Donationem (&c.) quas *Sarlo* filius *Waneri* de *Begley*, fecit dictis Canonicis de dimidia marca in molendino suo de Begley annuatim per-

* Vide Chart. 14. H. m. 5.

percipiendi. Relaxationem, (&c.) quas *Tho.* de *Chaworth* fecit, (&c.) de toto illo servicio Calcarium deauratorum, quæ sibi annuatim solvere tenebantur ad *Pascha*, pro tota illa terra & tenemento, cum pertinentiis, quæ de ipso tenuerunt in Wymondwold, & quæ habuerunt de dono *Rogeri* de *Allirtone*. Concessionem, (&c.) quas *Tho.* de *Chaworth* filius *Willielmi* de *Chaworth*, fecit, (&c.) de omnibus terris, (&c.) quas iidem Abbas & Conventus habent de dono & concessione *Tho.* de *Chaworth*, avi sui, cæterorumq; antecessorum suorum in Wymundwold & Barnham, & in socis de Boxton & Alferton. Remissionem, (&c.) quas *Willielmus* filius *Ricardi* filii *Alani* de la *Bradwaye*, fecit, (&c.) de toto jure & clamio quod habuit in tota illa terra, cum pertinentiis, quam *Petrus* de *Birchebeved* dedit prædicto *Ricardo* patri suo in liberum maritagium, cum *Margeria* filia sua. Remissionem, (&c.) quas *Tho.* filius *Rogeri*, filii *Adæ* del *Clyf*, fecit, (&c.) de toto jure suo & clamio quod habuit in tota illa placea prati, quod vocatur Poseker, & de duabus acris terræ in le Wodesetes. Remissionem, (&c.) quas *Rogerus* filius *Willielmi* de *Holyns* fecit, (&c.) de toto jure & clamio, quod habuit in toto illo tenemento, cum pertinentiis, quod habent de dono & concessione *Willielmi* del *Holyns*, patris sui, in le Holyns; habendas & tenendas in puram & perpetuam elemosinam prætatis Abbati fratribus, & Canonicis, & successoribus suis, ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus nostris, (&c.) confirmamus, (&c.) T. Rege apud *Lincoln.* xx. die *Februarii*.

tra montem, usq; ad vadum viæ Cozz...; & sic contra vallem, per viam *Co...ge*, usq; in *Derwentam*; & inde per *Derwentam*, usq; ad prædictam Akedene, in silvis, in planis, in pratis, in pascuis, in stagnis, in aquis, in molendinis ad faciendam Abbaciam.

Præterea dedi eis duas Ecclesias; scilicet de *Herla* & de Byvell, cum omnibus pertinentiis suis; scilicet Capellà de Stifford, Capellà de *Shotleya*, & Capellà *Appletreleya*. Interim verò trado eis molendinum de *Shotleya*, eà conventione, ut cum reciperent Ecclesiam de Byvell, reddant mihi molendinum. Concessi quoq; eis decimas de villà Wulwardhope, & decimos pisces de stagno meo de Stifforde, solutâ decimâ ad Ecclesiam pertinente. Omnia hæc prænominata dedi eis & concessi, pro salute animæ meæ & antecessorum meorum in perpetuam elemosinam, ita liberam & quietam, sicut aliquâ elemosina liberiùs & quietiùs dari vel teneri potest. T. Domino *Hugone Dunelmensi* Episcopo, *G.* Priore & Conventu *Dunelm.* *Willielmo* Archidiacono, *Simone* Camberlano, *Adam* de S. *Egidio*, *Walkelino* Decano, *Ricardo* de *Colinham*, *Willielmo* de *Hovedene*.

Carta ejusdem Walteri, *de advocatione Ecclesiæ de* Hedone.

UNiversis, (&c.) *Walterus* de *Bolebek* salutem. Noverit, (&c.) me dedisse, (&c.) Deo & Ecclesiæ S. *Mariæ* de *Blancalanda*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, quicquid juris & patronatus ego & antecessores mei habuimus in Ecclesiâ S. *Andreæ* de Hedone, cum suis pertinentiis, in puram & perpetuam elemosinam, (&c.) pro animâ patris mei *Walteri*, & pro animabus aliorum antecessorum meorum. Hiis testibus Dominâ meâ & matre, *Sibilla*, *Hugone* de *Bolbek*, fratre meo; *Wielardo* personâ de Stifford; *Hugone* de *Crawedene*, *Reginaldo* de *Kenebel*; *Thurstano* filio *Ricardi*; *Ranulpho* de *Grey*; *Rogero* de *Cogners*; *Eustachio* Clerico; *Gilberto* de la *Vale*, (&c.) Ibid.

PRIORATUS

de Blancalanda, *in* Northumbria.

Carta fundationis ejusdem per Walterum *de* Bolebec.

Cart. 54. H. 3. m. 13. per Inspex. Vide Cart. 9 E. 2. n. 34.

OMnibus, (&c.) *Walterus* de *Bolebek* salutem. Notum vobis facio me concessisse & dedisse, & hac meâ Cartâ confirmâsse Deo & S. *Mariæ* Virgini & Conventui *xii.* Canonicorum Ordinis *Præmonstratensis*, nisi consilio Domini Episcopi & Advocati ejusdem loci, ultra prædictum numerum aliquis ibidem recipiatur, totam terram inter has divisas; scilicet à *Derwenta* per burnam de Akedene, contra montem, usq; ad parvam Akedene; & inde per parvam Akedene, contra montem, usq; ad capud Widenes; & inde usq; ad Carres; & de Carres, per capud Bradeshagh, usq; in Silvedene-Burneham; & ex alterâ parte, per Silvedene-Burneham, con-

Carta Hugonis *de* Bolebec *de terris diversis, per metas concessis.*

OMnibus, (&c.) *Hugo* de *Bolebek* salutem. Notum habeat universitas vestra, me dedisse, (&c.) Deo & S. *Mariæ* & Abbatiæ meæ de *Blancalanda*, & Canonicis & fratribus ibidem Deo servientibus, in puram, perpetuam, & liberam elemosinam, totam terram in usus proprios ad libitum suum excolendam, & ad omnia asiamenta sua quæ in eam habere poterunt infra istas divisas; scilicet à *Derwenta* sicut Wulwardeshope cadit in *Derwentam*, & sic sursum ad rivulum usq; ad capud de Wulwardhope; & de capite de Wulwardhope usq; ad Sessinghopelowe, & de Sessinghopelowe, usq; ad capud de Silvingdene; & inde descendendo usq; ad viam de Ibid.

Cotebrigge, in augmentum terræ prædictæ Abbaciæ in proprios usus antiquitùs optentæ, sicut aliqua elemosina liberiùs potest dari & quietiùs possideri. Et præterea concessi, & præsenti Cartâ meâ confirmavi prædictis Canonicis & fratribus communem pasturam ad usum pecuniæ suæ, à *Derewenta* usq; ad divisas de Slaueleye, in quantum terra mea extenditur in latum; & versùs Orientem, usq; ad terram Domini *Hugonis* de *Baillol*; & versùs Occidentem, in quantum terra mea extenditur; scilicet in Warewode & in Redelemt, & in Tunge, cum pertinentiis in boscо & in plano & in morâ & ubiq;, excepto Sellinghope; scilicet per has divisas, à capite de Langhebede usq; ad Standandestane; & de Standandestane, per viam quæ ducit versùs Occidentem usq; in Beldene. Et sciendum est quod ego *H.* & hæredes mei, villas & ædificia, & wannagia, ad libitum nostrum in illis terris prænominatis, scilicet in Warewode, & in Redelemt, & in Tunge, cum pertinentiis, faciemus. Et sciendum est quod ego *H.* & hæredes mei, faciemus in Helelwode unam vaciariam ad usus nostros proprios, & claudemus *xl.* acras terræ, ad excolendum, vel ad tensandum ad libitum nostrum, ita tamen quod prædicti Canonici & fratres habebunt liberum iter ..... ad usum pecuniæ suæ, mecum & cum hominibus meis, in suâ communi pasturâ prænominatæ terræ, excepto Sellinghope, per prænominatas divisas. Et sciendum est, quod prædicti Canonici & fratres de ..... villis & ædificiis & wannagiis, quæ ego *H.* & hæredes mei in illis prænominatis terris fecerimus, decimas & omnia jura ecclesiastica percipiant, salvo jure Capellæ meæ & hæredum meorum. His testibus, *Roberto* filio *Rogeri*, *Eustachio* de *Vescy*, *Ricardo* de *Umfrevill*, *Rogero* de *Merley*, *Rogero Bertram*, *Gilberto* de la *Val*, *Otewero* de *Insula*, *Rob.* de la *Vale*, *Johanne* de *Tirtelingtone*, *Willielmo* filio *Reginaldi*, *Rogero* de *Slaueleye*, *Willielmo* de *Kinebele*, & multis aliis.

villam & extra, sine ullo retenemento, ad Abbathiam ibidem Præmonstratensis Ordinis construendam; Et Ecclesiam de Kraster, cum omnibus pertinentiis suis; Et tertiam partem Ecclesiæ de Lanyvetone, cum omnibus pertinentiis suis: Et dimidiam carrucatam terra in Estwisel, cum omnibus pertinentiis suis, quæ prædicti Canonici habent de dono *Richardi Malebisse*: Habenda & tenenda eisdem Canonicis & successoribus suis imperpetuum, in puram & perpetuam elemosinam, sicut Carta prædicti *Richardi*, in quâ donationes prædictæ pleniùs continentur, rationabiliter, tellatur. Quare volumus, pro nobis & hæredibus nostris, quod prædicti Canonici de Newbo, & successores eorum, imperpetuum habeant & teneant omnes prædictas donationes benè, & in pace, liberè & quietè, & integrè, cum omnibus pertinentiis suis, in liberam & perpetuam elemosinam, sicut prædictum est. Testibus venerabili patre *H.* Roffensi Episcopo. *G. Marescallo* Comite *Pembrokiæ*, (&c.) Datum per manus *R. Cycestriæ* Episcopi, Cancellarii nostri, apud Dovo; nono die *Februarii*.

Vide *Testa de Nevill*, sub feodis in waneto de Wapleburg.

Carta quietæ clamationis Johannis *de* Lascy, *Comitis* Lincolniæ, *factæ Canonicis de* Newbo, *de omnibus serviciis sibi debitis, pro terris eorundem Canonicorum in villa de* Extwisell.

UNiversis, præsentibus & futuris, præsens scriptum visuris vel audituris, *Johannes* de *Lascy* Comes *Lincolniæ*, Constabularius *Cestriæ*, salutem in Domino. Noverit universitas vestra, me divinæ caritatis intuitu, & pro salute animæ meæ, & uxoris meæ, & pro salute animarum patris, & matris meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum, dedisse, & concessisse, remisisse, & quietum clamâsse, ac præsentis scripti patrocinio confirmâsse, de me, & hæredibus meis imperpetuum Deo, & beatæ *Mariæ*, & Abbati, & Conventui de Newbo, Ordinis *Præmonstratensis*, in puram, & perpetuam elemosinam, wardas, relevias, sectas, scutagia, & omnia alia forinseca servitia, ad me vel hæredes meos spectantia, de terris in villa de Extwisell, quas *Ricardus Malebys* eis contulit. Et Dominus *Robertus* de *Lacy* eisdem confirmavit; salvâ mihi, & hæredibus meis, Foresta meâ. Testibus, Domino *Karolo* Abbate de Stanlawe, Dominis *Henrico* de *Longo-campo*; *Roberto* de *Cestria*; & *Waltero* de *Ludham* militibus, Domino *Roberto* persona de *Radecliffe*; Domino *Osberto* persona de Dunnington, Domino *Ada* de Nottingham, Capellano Domini Comitis; *Symone* de *Heriz*, *Ricardo Fossato*, *Ricardo* de *Cantelawe*, & aliis.

Ex Regestro de Kirkstall in Officio Ducatus Lancastriæ fol. 55.

ABBATHIA
de Newbo *in agro* Lincolniensi.

Carta Regis Henrici *tertii, donationes in fundatione ejusdem, per* Ricardum Malebisse, *recitans & confirmans.*

Car. 19. H. m. 17. Vid. Cart. 57. I. 3. n. 22.

REx Archiepiscopis, &c. Sciatis nos concessisse & hac Cartâ nostrâ confirmâsse, pro nobis & hæredibus nostris, Deo & sanctæ *Mariæ* & Canonicis de Newbo, Ordinis *Præmonstratensis*, & successoribus suis imperpetuum, totam villam de Newbo, cum pertinentiis, cum redditu salis --- & duodecim denariorum in Hopland; & cum omnibus aliis pertinentiis suis, & libertatibus infra

PRI-

PRIORATUS

de Lavindene, *in agro* Buckinghamensi.

Carta Regis Henrici *tertii, donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Cart. 1. H. 3. p. 1. m. 4.

HEn. Rex *Angliæ*, &c. salutem: sciatis nos pro salute animæ nostræ, & animarum antecessorum & hæredum nostrorum concessisse & præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & Abbati & Canonicis Ecclesiæ Sancti *Johannis Baptistæ* de **Lavindene**, Ordinis *Præmonstratensis*, Ecclesias, terras, possessiones, & tenementa subscripta; *viz.* de dono *Johannis* de *Bidun*, Fundatoris, locum Abbatiæ Sancti *Johannis Baptistæ*, qui situs est juxta **Wardinton**, in campis de **Lavindene**, cum culturis adjacentibus; sartum scilicet de *Hiltebeya*, & *xx.* acras terræ juxta pontem *Walteri*, & novem acras terræ, & parcum nemoris juxta **Tymokesmade**; & quicquid idem *Johannes* habuit in molendino, quod vocatur *Hinslapesmulne*, cum pertinentiis suis; & duas partes decimæ dominii sui de **Lavindene**; & decimam dominii sui de **Birchebi**, & de **Stowe**; & omnes Ecclesias de terris suis, cum omnibus pertinentiis suis; Ecclesiam scilicet de **Latebiri**, & Ecclesiam de **Wuttone**; & Ecclesiam de **Seltone**; & Ecclesiam de **Stowe**, & Ecclesiam de **Birchebi**, & Ecclesiam de **Thontestone**. De confirmatione Sancti *Hugonis Linc.* Episcopi Ecclesiam de **Lavindene**. De dono *Sibillæ* de *Aungervill*, locum de **Snellesthal**, & Capellam de **Tattenho**, cum pertinentiis. De dono & concessione *Ranulfi* Comitis *Cestriæ*, terram de *la* **Lunde**, cum croftis & toftis, & mesuagiis, & omnibus pertinentiis suis. De dono & concessione *Radulphi* de *Bray* totum boscum de **Hatheresey**, cum pertinentiis, ad faciendum indè terram arabilem, si voluerint, & cum pratis, & pasturis adjacentibus. De dono ejusdem *Radulfi* domum unam in **Vengo** Mercatorum *Northamp.* & novem solidos redditus de domo, quæ fuit *Johannis Lemeric*, cum pertinentiis in *Northam*. De dono *Ricardi* de *Wyleford*, unam bovatam terræ in **Wiggele**, & totam partem suam de *la* **Mothay**, cum pertinentiis. De dono prædicti *Radulphi* de *Bray* totam terram de **Hatheresey**, cum boscо & omnibus pertinentiis, quæ fuit *Johannis Fanel.*

De dono *Egel*..... uxoris *Bertrami Mallore*, totam partem, quam habuit in molendino de **Hinslape**, cum pertinentiis. De dono *Simonis* filii *Guidonis*, *xvi.* selliones, & quinque acras terræ in campis de **Lavindene**, cum pertinentiis; & unum mesuagium, cum crofto in **Lavindene**, quod fuit..... De dono *Nicholai* de *Haveresham* & *Roberti* de *Belauny*, totum boscum de **Ernesdene**, & terram super quâ boscus seder cum pertinentiis. De concessione *Ricardi* de *Bello-campo*, culturam de **Ponewude** cum pertinentiis, in campo de **Lattebiri**. De dono *G*..... de *Holneye*, *xiv.* acras terræ in **Lavindene**, cum pertinentiis. De dono *Simonis* de *Holneye*, sex acras terræ in **Lavindene**, cum pertinentiis. De dono *Willielmi* le *Franceis* *x.* acras terræ, & alibi *xiii.* acras terræ in **Lavindene**, cum pertinentiis. De dono *Gervasii* de *S*..... & concessione *Willelmi* filii *Rollandi*, *xi.* rodas prati in *Fulegrave*, cum pertinentiis. De dono *Simonis* filii *Hamonis*, quinq; acras terræ in **Bradele**, cum pertinentiis. De dono ejusdem *Simonis*, *xvii.* selliones terræ, & tres rodas prati & dimidiam cum pertinentiis, & totum assartum..... in **Lavindene**, cum pertinentiis. De concessione *Ermingardæ* filiæ *Joh.* de *Bidun*, totam terram de **Bunteswude**, cum pertinentiis in campo de **Lattebiri**. De concessione *Joh.* filii *Rog.* de **Lavindene**, septem acras & dimidiam bosci, cum pertinentiis, in **Lavindene**. De dono *Guncodi* filii *Roberti* de *Braos*, unam culturam terræ in campis de **Marewold**, cum pertinentiis. Quare volo (&c.) quod prædicti Abbas & Canonici de **Lavindene** imperpetuum habeant & teneant prædictas Ecclesias, terras, possessiones, & tenementa prædicta, benè, & in pacè, liberè & quietè, cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus ad prædictas Ecclesias, terras, possessiones, & tenementa prædicta pertinentibus, sicut Cartæ prædictorum donatorum, quas indè habent, rationabiliter testantur. Hiis testibus, *H. Linc. J. Bathon. Th. Norwic.* & *W. Carleol.* Episcopis; *H.* de *Burgo* (&c.) Comite *W. Marescallo*, *Petro* filio *Hereberti*, *Radulpho* filio *Nicholai*, & *Godefrido* de *Crawecumbe*, *Henrico* de Capellâ & aliis. Data (&c.) apud *Westm.* *xxvi.* die *Maii* anno, &c. *xi.*

ABBATIA

de Wendlyng, *in agro* Norfolciensi.

Carta Regis Edwardi *tertii, donationes* Willielmi *de* Wendlyng, *istius loci Fundatoris, necnon aliorum benefactorum, recitans & confirmans.*

Pat. 6. E. 3. p. 1. m. 25.

REx omnibus ad quos (&c.) salutem. Concessionem, donationem & confirmationem, quas *Willielmus* filius *Willielmi* de *Wendlyng*, dudum per Cartam suam fecit Deo & beatæ *Mariæ*, & Canonicis ordinis *Præmonstratensis*, & eorum successoribus, ad Abbatiam apud **Wendlyng**

lyng fundandam, de toto mesuagio ipsius *Willielmi*, in Wendlyng, cum tribus carucatis terræ in villis de Wendlyng, Skernyng, magnâ Fransam, & Fransam parvâ, cum omnibus suis pertinentiis integrè, & plenariè, cum boscis, pratis, pascuis, terris, cultis, & non cultis, homagiis, & serviciis liberorum hominum, villenagiis, & eorum sequelis; cum omnibus serviciis & eorum consuetudinibus; stagnis & molendinis quibuscumq;, piscariis, turbariis, Juncariis, & communibus pasturis, viis, semitis, liberis introitibus & exitibus, actionibus, libertatibus, consuetudinibus, & aisiamentis, ad mesuagium, terram, homagia & omnia prædicta pertinentibus. Et etiam de toto mesuagio illo, quod habuit in villâ de Flentwell, cum omnibus domibus, & ædificiis, quod situm est inter regalem viam, & ripam aquæ versùs aquilonem; & de omnibus aliis mesuagiis ipsius *Willielmi*, cum domibus & ædificiis, cum tunc sita fuerunt in eadem villâ; & de omnibus homagiis & serviciis liberorum hominum, ac de omnibus villenis suis, cum terris & tenementis & eorum sequelis; necnon de omnibus terris & tenementis ipsius *Willielmi*, cum pratis, pascuis, molendinis, bercariis, & faldis, turbariis, mariscis, cum omnibus pasturis, liberis introitibus & exitibus, & cum omnibus aliis libertatibus, & pertinentiis, sine aliquo retenemento, ad luminare, & ornamenta dictæ Ecclesiæ reparanda & sustinenda, & ad vestimenta & calciamenta dictorum Canonicorum & Conversorum, in liberam & perpetuam elemosinam.

Concessionem etiam, donationem, & confirmationem, quas idem *Willielmus* fecit, per aliam Cartam suam prædictis Canonicis, & eorum successoribus, de toto Manerio ipsius *Willielmi* de *Gerton*, cum mesuagio & ædificiis, & cum omnibus suis pertinentiis, sine aliquo retenemento, ad luminare & ad ornamenta dictæ Ecclesiæ de Wendlyng reparanda & sustinenda; & ad vestimenta & calciamenta dictorum Canonicorum & Conversorum, in liberam & perpetuam elemosinam. Concessionem insuper, donationem, & confirmationem, quas idem *Willielmus* per aliam Cartam suam fecit Canonicis prædictis & successoribus suis, de toto mesuagio ipsius *Willielmi*, cum domibus in villa de Langeham; & de tota terra, & de toto annuo redditu, ac toto tenemento quæ idem *Willielmus* habuit ex dono *Tho.* filii *Bartholomæi* de *Langeham*, cum pratis, pascuis, pasturis, viis, semitis, communiis, liberis introitibus, & exitibus, aisiamentis, & omnibus aliis pertinentiis suis in liberam & perpetuam elemosinam. Concessionem etiam, (&c.) quas idem *Willielmus* per aliam Cartam suam fecit prædictis Canonicis & eorum successoribus, de tribus acris terræ cum pertinentiis in villa de Jakesham, cum advocatione Ecclesiæ ejusdem villæ, quas idem *Willielmus* habuit ex dono *Roberti* de *Curcon* militis, in liberam, puram & perpetuam elemosinam. Concessionem, (&c.) quas idem *Willielmus*, per aliam Cartam suam fecit prædictis Canonicis, & successoribus suis, de omnibus homagiis ipsius *Willielmi*, & de toto redditu suo assiso in Beymerston, cum omnibus suis pertinentiis. Concessionem etiam, (&c.) quas idem *Willielmus*, per aliam Cartam suam fecit prædictis Canonicis, & eorum successoribus, de unâ pecià terræ in Canewath, vocatâ Letentescroft, cum homagio & toto servitio *Maxini* del *Bek*, & *Agnetis* uxoris ejus; & de duabus acris terræ, cum pertinentiis in eadem villâ, quæ fuerunt *Alani Knygth* de Cranewathe; & de septem acris terræ & dimidia, cum pertinentiis in Letton; & de septem acris terræ, & duabus acris pasturæ & dimidia, cum pertinentiis in Shipedcham; & de tribus acris terræ, & unâ acrâ pasturæ, cum pertinentiis in Upsing, in liberam & perpetuam elemosinam.

Concessionem insuper, (&c.) quas idem *Will.* per aliam Cartam suam fecit prædictis Canonicis & successoribus suis, de toto mesuagio ipsius *Willielmi* de *Wilkes*, cum terra, prato pastura, marisco, & cum omnibus aliis suis pertinentiis; ac etiam de totâ piscariâ de Cretheuere, cum marisco, & cum omnibus suis pertinentiis, sine ullo retenemento, in liberam & perpetuam elemosinam. Concessionem, (&c.) quas idem *Willielmus* per aliam Cartam suam fecit prædictis Canonicis, & eorum successoribus, de toto annuo redditu ipsius *Willielmi*, in villis de Tilneye, Wrgehal, Sadelbowe, Clenchewarton, circa ripam & ultra; & Bozthlenn, qui aliquando fuit *Egidii* de *Vernoun*, & *Johannæ* uxoris ejus, cum homagiis, releviis, wardis, escaetis, & omnibus aliis pertinentiis suis; & de unâ pecià terræ in villa de Walpole, & homagiis & serviciis *Henrici* de *Thornemere* in eadem villâ; & de uno mesuagio in Elme, cum totâ terrâ, pratis, pascuis, aquis, piscariis, redditibus, & omnibus suis pertinentiis, & de mesuagiis suis in villa de Dreneburgh, cum terris, redditibus & omnibus suis pertinentiis, & de toto annuo redditu ipsius *Willielmi* in villis de Shipedcham, & Letton, cum omnibus homagiis, wardis, releviis, escaetis, liberorum hominum, consuetudinibus, & serviciis villanorum; & de uno molendino ventricio in eadem villâ de Letton, cum homagiis & serviciis *Johannis Aleyn*, *Willielmi* le *Punnir*, & aliorum liberorum hominum ipsius *Willielmi* in Flentwell, cum releviis, & escaetis; & etiam de homagiis & serviciis, quæ idem *Willielmus* habuit in villis de Brandon, & Thefford; & de homagiis, serviciis, & redditibus, quæ habuit in villis de Salle & Hoo, cum releviis, wardis, escaetis, & omnibus aliis quæ eidem *Willielmo* inde aliquo modo possent accedere, in liberam & perpetuam elemosinam. Concessionem insuper, (&c.) quas idem *Willielmus* fecit per aliam Cartam suam dictis Canonicis, & eorum successoribus, de omnibus mesuagiis, & omnibus tenementis ipsius *Willielmi*, in Wendlyng, Skernyng, parvâ Fransham, magnâ Fransham, Dunham, & Bemerston, cum redditibus liberorum hominum, villanis & villenagiis, escaetis, wardis, releviis; uno molendino aquatico in Wendlyng; uno molendino ventricio, in Skernyng; pratis, pascuis, pasturis, turbariis, boscis, planis, & omnibus

omnibus pertinentiis suis, ac omnibus quæ ipsius *Willielmi* fuerunt, vel aliquo modo esse potuerunt in villis prædictis, sine aliquo retenemento, in liberam & perpetuam elemosinam.

Concessionem etiam (&c.) quas *Reinerus* de *Gymmyngham* fecit *Nicholao* dudum Abbati de Wendlyng, & successoribus suis, ac Ecclesiæ suæ beatæ *Mariæ* de Wendling, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, de duabus acris terræ, & dimidiâ, cum pertinentiis in parochiâ *Omnium Sanctorum* de Burnham Dovip, unâ cum advocatione medietatis ejusdem Ecclesiæ *Omnium Sanctorum*, cum omnibus suis pertinentiis. Concessionem insuper (&c.) quas *Reinerus* filius *Willielmi* de Gymmyngham, per Cartam suam fecit prædicto Abbati & Conventui suo de Wendlyng & eorum successoribus, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, de tribus acris terræ, & dimidiâ cum pertinentiis in Burnham, & de advocatione medietatis Ecclesiæ Sanctæ *Margaretæ* de Burnham, cum omnibus suis pertinentiis. Concessionem etiam (&c.) quas *Robertus* de *Stotevill* per Cartam suam fecit prædictæ Ecclesiæ de Wendlyng, ac Abbati & Conventui ejusdem loci, & eorum successoribus, in liberam & perpetuam elemosinam, de toto dominio ipsius *Roberti* in villâ de Wendlyng; scilicet in viis, semitis, pratis, pascuis, pasturis, turbariis, aquis, stagnis, & cum omnibus aliis libertatibus suis; & etiam de omnibus homagiis ejusdem *Roberti* de eadem villâ de Wendlyng, scilicet liberorum hominum & villanorum suorum, cum omnibus sequelis suis, & catallis suis, & cum omnibus aliis adventuris imperpetuum. Concessionem (&c.) quas idem *Robertus* fecit per aliam Cartam suam prædictis Abbati & Conventui, & eorum successoribus, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, de unâ placeâ terræ, quæ tunc vocabatur le Sperlestond, cum quadraginta acris terræ, quas idem *Robertus* Canonicos prædictos aliquando per adquisitionem prædicti *Willielmi* de *Wendlyng* feoffaverat, cum advocatione Ecclesiæ *omnium Sanctorum* de Welsenham, cum Capellis suis, scilicet Sanctorum Apostolorum *Petri* & *Pauli*. Concessionem etiam (&c.) quas *Jordanus Folyot* miles, per Cartam suam fecit prædictis Abbati & Canonicis & eorum successoribus in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, de tribus acris, & tribus rodis terræ jacentibus in Welsenham, simul cum advocatione Ecclesiæ *omnium Sanctorum* ejusdem villæ, cum Capellis Sanctorum Apostolorum *Petri* & *Pauli* eidem Ecclesiæ *Omnium Sanctorum* annexis; & cum omnibus libertatibus, & pertinentiis ad prædictam terram spectantibus, ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Christo nunc Abbati & Conventui loci prædicti & eorum successoribus, imperpetuum, concedimus & confirmamus, sicut Cartæ prædictæ rationabiliter testantur; & prout iidem Abbas & Conventus terras & tenementa prædicta, cum pertinentiis, ac advocationes prædictas modò tenent, ipsique & eorum prædecessores eadem terras & tenementa, cum pertinentiis, ac advocationes prædictas hactenus rationabiliter tenuerunt. In cujus (&c.) Teste Rege apud *Westm. xxix.* die *Jan.*

Carta Roberti *de* Stutevill, *omnes terras de feodo suo, Canonicis de* Wendling *concessas, ratificans & confirmans.*

SCiant præsentes & futuri, quod *Robertus* filius *Willielmi* de *Stutevill* de Gresseuhall, concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Wendling & Abbati & Canonicis, ordinis *Præmonstratensis*, ibidem Deo servientibus, & imperpetuum servituris, pro salute animæ meæ, & *Johannæ* uxoris meæ, patris mei, matris meæ, & pro animabus omnium antecessorum & successorum meorum; & pro animâ Domini *Rogeri Norwicensis* Episcopi, totum statum novi operis Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ*, & Abbatiæ de Wendling, cum ædificiis ibidem ædificatis, & ædificandis, omnes terras, & tenementa, quæ prædictus Abbas, & Conventus tenent de me, & villanis meis, & tenuerunt die confectionis istius Cartæ in villis de Wendling, Skerning, Gresseuhall, de *parva* Fransham, & *magna* Fransham, cum homagiis, servitiis liberorum & villanorum; wardis, releviis, escaetis, boscis, pratis, alnetis, pasturis, pascuis, semitis, viis, stagnis, aquis, mondinis, turbariis, spinetis, cum libertate unius faldæ; liberis introitibus & exitibus; & omnibus aliis, tam dominicis, quàm servitiis, cum omnibus pertinentiis suis, & asamentis ad prædictum tenementum pertinentibus. Habenda, & tenenda eisdem Abbati, & Conventui, & eorum successoribus, & Ecclesiæ suæ prædictæ, in liberam, puram, & perpetuam elemosynam, quietè, & solutè, ab omni servitio sæculari, & exactione, de me, & hæredibus meis imperpetuum; salvis mihi, & hæredibus meis, vel meis assignatis prædictæ Abbatiæ Patronatus & Warennâ nostrâ; & communâ nostris, & hominum nostrorum in villis prædictis: Et ego prædictus *Robertus*, & hæredes mei warantizabimus, acquietabimus, & defendemus prædictum situm, terras, & tenementa prædicta, cum ædificiis, redditibus, & omnibus aliis pertinentiis suis supradictis, prout prædictum est, prædictis Abbati, & Conventui, & eorum successoribus, & Ecclesiæ suæ prædictæ, ut liberam, puram, & perpetuam elemosinam nostram, in perpetuum contra omnes: Et in hujus rei testimonium præsenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, dominis *Osberto* de *Cali*, *Richardo* de *Belhus*, *Roberto* de *Hulmo*, *Sayero* de *Trivilla*, *Hamone* de *Pateshe*, *Roberto* de *Catesham*, & *Roberto* de *Saham*, militibus: *Willielmo* de *Fransham*, *Johanne* de *Dunham*, *Rogero* de *Harsic*, *Thomaso Burton*, *Galfrido* de *Bitering*, *Richardo* de *Bavens*, *Alexandro* de *Skerning*, & *Alexandro* de *Gressenhall*, & aliis. Dat. apud Wendling sexto Idus *Julii*, Anno Domini *MCCLxxiii.* 1.Ed. 1.

PRIORATUS

de Hagneby *in agro* Lincolniensi.

Ex Cron. de *Hagneby* in bibl. *Cottoniana* [sub effigie *Vespasiani*. B. 11.]

De fundatoribus & præcipuis ejusdem Cœnobii benefactoribus.

ECclesia fundata est apud Hagneby in honore beati *Tho.* Martyris, & Archiepiscopi *Cantuariensis*, à domini *Agnete* de *Orreby*, tempore *Henrici* Regis secundi, anno Regni sui *xxii.*

A. 6. R. 1. Obitus *Herberti* filii *Alardi* de *Orreby*, fundatoris Ecclesiæ S. *Thomæ* Martyris de Hagneby.

A. 16 Joh. Obitus *Agnetis* de *Orreby* fundatricis Ecclesiæ de Hagneby, *xvii.* Kal. *Dec.*, & jacet tumulata apud Hagneby, in Capitulo, juxta *Herbertum* virum suum.

A. 3. H. 3. *Johannes* filius *Herberti* de *Orreby*, dedit quinq; bovatas terræ; scilicet totam terram quam habuit in Hagneby, & Fugletorp, cum omnibus hominibus quos ibidem habuit, Ecclesiæ beati *Thomæ* Martyris de Hagneby, & Canonicis ejusdem Ecclesiæ; Et confirmavit eisdem, donationes patris & matris suæ.

A. 23. H. 3. *Johannes* de *Orreby*, dedit Ecclesiæ de Hagneby redditum quatuor solidorum.

A. 41. H. 3. Obiit *Johannes* de *Orreby*, Advocatus domus de Hagneby, tempore Domini *Rogeri* de *Retford* Abbatis ejusdem domus.

A. 52. H. 3. Concessit Dominus *Ricardus* Episcopus *Lincolniæ* Ecclesiam de Hancy, Abbati & Conventui Ecclesiæ beati *Thomæ* Martyris de *Pratis*, in proprios usus.

Ratificata est donatio Domini *Ricardi* Episcopi *Lincolniæ* super Ecclesiam de Hancy, Abbati & Conventui de Hagneby, à Decano & Capitulo matricis Ecclesiæ *Lincoln.*

A. 57. H. 3. Emit Abbas de Hagneby, scilicet *Johannes* de *Barwe*, boscum de Thoresby à Domino *Philippo* de *Caletoft*; & confirmata est per Cartam Domini *Henrici* de *Lacy* Comitis *Lincolniæ*; pro cujus emptione vendidit dictus Abbas, ex consensu Conventus, domos quos habebat in S. *Botulfo.*

A. 4 E. 1. *Johannes* Abbas de Hagneby acquisivit Cartam libertatis à Domino *Philippo* de *Kyme*, omnium terrarum quas habuerunt de feodo suo, die S. *Margaretæ* Virginis, scilicet *xiiii.* Kal. *August*, die Lunæ.

Facta fuit finalis concordia, in Curiâ Regis apud *Lincolniam*, inter *Hugonem* de *Penneby*, & *Aviciam* filiam *Wigoti* de Wald-Neuton, & Abbatem de Hagneby, hoc modo: Hæc est finalis concordia facta anno *ix.* E. 1. inter *Johannem* Abbatem quærentem, & *Aviciam* filiam *Wigoti* de Wald-Neuton deforciantem, de tribus carucatis terræ cum pertinentiis in Hagneby, & Fuglestorpe, esse jus Abbatis & Ecclesiæ suæ. A. 9. E. 1.

Item terminata est lis, inter dominam *Johannam* de *Steping*, & *Radulphum* de *Trihamton*, de Manerio de Stepinge, quod tenet de dono dominæ *Agnetis* de *Percy* sororis suæ.

Obiit *Johannes* de *Barwe* Abbas de Hagneby, *xiii.* Kal. *Martii.* A. 20. E. 1.

ABBATIA

de parco Stanley (*vulgariter nuncupata* Dale *in agro* Derbeyensi.

Fundationis Historia.

Ex vœusto exemplari penès *Joh. Vincent.* generos.

TUæ petitioni, frater carissime, cum honesta sit admodum & utilis, satisfacere volens, ut & mens mea piis studiis occupata, doloris, qui mihi nuper accidit, initium, erat fastidium, qualiter divina pietas locum istum misericorditer respexerit, illumq; pro suis habitatoribus clementer elegerit; quia non gentem propter locum, sed locum propter gentem elegit, & à quibus ante adventum nostrorum *Præmonstratensium*, inhabitatus fuit, & per quos vel quo modo, Ordo noster hic primò dexterâ Dei plantatus fuerat, prout à prædecessoribus nostris & aliis, qui ea bene noverunt, quæ dicturus sum veraci relatione, cognovi, fideli stilo breviter commendare curabo, ut narrent posteri laudes Domini, & virtutes ejus, & mirabilia ejus, quæ fecit in isto loco. Sed precor te, quicumque hæc legeris, ne me reprehendas, quod istud opusculum intemptatum à tam præclaris viris, qui nos præcesserunt in viâ hac, quâ ambulamus, attemptare præsumo; sed quâ mente id facio agnoscas; Non enim alicujus levitatis aut temeritatis ausu illud aggredior, sed verâ humilitate & merâ caritate, ut habeant minores nostri, & alii qui voluerint, notitiam de præteritis factis in loco isto, diebus patrum nostrorum prædictorum; quæ, si per negligentiæ vicium non forent scripto commendata, posteris essent incognita. Lege igitur patienter, & cum perlegeris, si in ipso opusculo aliqua certa repereris

pereris emendatione condigna, esto quæso caritativus corrector, & non præsumptuosus depravator; quia nullo modo bonus esse poterit emendator, qui semper est siniſtræ partis interpretator. Sed quia sunt pleriq; qui ipsorum scriptis, sine causâ derogare conantur, ego invocatâ spiritus Sancti gratiâ, talium oblatratus, non verens syrenarum voces, *Ulyssis* exemplo, aure surdâ pertransibo. Nomen meum meritis legentium conscribi faciat altissimus in libro viventium. Volenti tamen illud scire, de facili constare poterit per literas capitulares.

Honorificum reor esse in exordio primi Capituli, breviter aliquid in laude virorum fortium texere, qui me, vocante Deo, ad habitum regularem receperunt inter se; cur enim hoc eos non laudet in terris, quos vita sanctissima venerabilem duxit ad mortem, & *Christus* jam fœliciter in cœlis coronavit. Ego igitur inter puericiæ juventutisq; flores, à patre meo datus ad serviendum Deo, & piæ genitrici ejus Virgini *Mariæ* in loco hoc habitum suscepi, ab Abbate *Johanne Grauncorth* patre venerabili, Deo & hominibus amabili, qui socius erat specialissimus beati *Augustini* de Lavenden. Hii duo in diebus suis splendiderunt in Ordine, ut *Lucifer* & *Hesperus* in cœli cardine. Fuerunt eo tempore istius sancti cœnobii viri sine querelâ, ante Deum degentes; splendidas virtutum vestes gerentes; vultum Angelicum habentes; caritate mutuâ ferventes, Domino *Jesu Christo* devotè servientes. Quis fratris *Galfridi* de *Gawell*, fratris *Rogeri* de *Derby*, cæterorumq; virtutes enumerare sufficiet. Talem patrem, tales decebat habere filios. In illorum magnitudine virtutum exprimenda, si mihi *Homeri* seu *Maronis* facunda adesset loquacitas, puto succumberet. Quatuor ante annos & ampliùs, inter eos, jam veteranâ in Congregatione, cum nobilis matrona Domina *Matilda* de *Salcosamora*, Ecclesiæ nostræ Fundatrix, cujus memoria in benedictione est, veniret ad nos de partibus Lindesey, senex & plena dierum; quia sciens tempus vocationis suæ ex hoc mundo celeriùs appropinquare, exitum suum orationibus tam sancto um virorum Deo disposuerat commendare. Accersitoq; coram eâ, quadam die, sacro Conventu, spaciandi gratiâ, factâ mentione de primis hujus loci habitatoribus, sequentem coram omnibus intulit narrationem.

Oris, inquit, *mei verba audite, filii mei carissimi, & narrabo vobis fabulam; non fabulam, sed rem certissimè gestam. Fuit quidam pistor in* Derby, *in vico qui dicitur sanctæ* Mariæ; *Habebat tunc temporis Ecclesia beatæ* Mariæ *de* Derby *magnam parochiam, & Ecclesia de* Canoze *fuit ei subjecta, & Capella, Erat*q; *dictus pistor altero nomine* Cornelius, *vir religiosus & timens Deum, ita bonis operibus suis intentus, ut quicquid præter suum suorumq; victum & vestitum, & domus necessaria per septimanam quærere posset, Sabato ad Ecclesiam beatæ* Mariæ *deferret, & pauperibus pro amore Dei & beatæ* Mariæ *Virginis erogaret. Cumq; talibus piis exercitiis vitam duceret per plures annos, esset*q; *Deo charus & acceptus, placuit Deo ipsum perfectius probare, & probatum glorioſius coronare. Accidit quoque, ut quadam die in antumpno, cum meridiano sompno se dedisset; apparuit ei in sompnis beata virgo* Maria, *dicens*, Elemosinæ tuæ acceptæ sunt coram filio meo & me; Sed modò si vis perfectus esse, relinque omnia quæ habes, & vade apud Depedale, & ibi servies filio meo & mihi vitâ solitaria; & cum cursum tuum feliciter consummaveris, habebis regnum claritatis, jocunditatis, & fœlicitatis æternæ, quod paravit Deus diligentibus se. *Evigilans vir, & divinam erga se fallam sentiens benitatem, Deo & beatæ Virgini consolatrici suæ gratias agens, nemini hominum quicquid locutus est; relictis omnibus quæ possidebat, recessit continò scienter nescius, ut legitur de beato* Benedicto; *scienter, quia nomen loci didicerat; nescius, quia ubi locus esset penitus ignorabat. Vertens igitur iter suum versus Orientem, cum transiret per mediam villam de* Stanley, *audivit mulierem puellam quandam dicentem*, Tolle tecum vitulos nostros, & mina eos usq; Depedale, & festina revertere. *Quo audito, vir admirans gratiam Dei, & quasi propter se hanc vocem fallam esse reputans, obstupuit; & accedens propius dixit*, Dic mihi, bona mulier, ubi est Depedale. *Quæ respondit*, vade cum puellâ, & ipsa, si vis, ostendet tibi locum. *Quo cum pervenisset, invenit locum palustrem valde, terram ibidem longeq; ab omni habitatione hominum seperatam, divertensq; se ad euroclustum loci, sub montis latere excidit sibi in petra mansiunculam & Altare versum ad Austrum, quod usq; hodie perseverat; Ibiq; Deo die noctuq; serviebat in fame, siti, frigore, & inedia.*

Magnæ autem potestatis homo quidam nomine Radulfus *filius* Geremundi, *eo tempore Dominus erat medietatis villæ de* Dkebzuck, & de Alwaston, *cum soka. Hic, cum vice quadam à* Normannia *reversus esset in* Angliam, *placuit sibi visitare terras & nemora sua. Cumq; die quadam, ludum quærens, venisset cum canibus suis, venandi gratia in boscis suis de* Dkebzuck, *stipatus caterva multa, appropinquavit loco ubi degebat vir Dei, & videns fumum ignis de specuna hominis Dei, ascendentem, indignanter pramirabatur, vehementius qua temeritatis fronte auderet aliquis in bosco suo mansionem sibi facere, sine ipsius licentia. Accedens igitur ad locum reperit hominem veteribus panniculis & pellibus indutum. Cum sciscitatus esset ab eo, quomodo, unde, & ob quod ibi venisset; & ille sibi causam diligenter exposuisset, compunctus corde idem* Radulphus *filius* Geremundi, *videns ipsius hominis Dei calamitatem, concessit sibi locum; dediq; ei decimam molendini sui de* Burgo *ad ipsius sustentationem. Et ab illo tempore, usq; ad hunc diem, remansit ipsa decima fratribus apud* Depedale *Deo servientibus.* Usq; hæc verba, prædicta Domina *Matildis*, alia quidem persecuta, quæ suis in locis competenter ordinabuntur.

Antiquus autem generis humani inimicus, mali artifex, videns *Christi* tironem diversis virtutum floribus vernare, cœpit ei, sicut & ceteris Sanctis, invidere, cogitationibus suis

crebrius immittens sæculi vanitatem, vitæ suæ asperitatem, quasi intolerabilem, loci solitudinem, deterriq; varias importunitates; sicut *Humfridus*, quem multi, qui adhuc superfunt, noverunt, non solum mihi, sed & multis aliis narrare consueverat. Hic *Humfridus* asserere consuevit vicinus fuerat *Gome* de la *Dale*, de qua in subsequentibus fiet mentio. Vir autem Domini prædicti serpentis tortuosi virus agnoscens, orationibus assiduis, crebris jejuniis, sanctis meditationibus omnia ejus temptamenta, per Dei gratiam, evacuabat, unde factum est, quod non solum clam, sed & palam totus grassaretur in eum, visibilem cum eo gerens conflictum. Et quia graves fuerunt ei indies assultus inimici ad tolerandum, immensam sustineret aquæ inopiam, loca propinqua circuiens, non longè à suo loco, versùs occidentem, in valle reperit fontem, juxta quem sibi fecit tugurium, & oratorium in honore Dei, & beatæ *Mariæ* construxit, ibiq; vitæ suæ agonem in Dei servicio laudabiliter consumens, de corporis ergastulo feliciter transivit ad Dominum.

Sed & illud memorabile patribus nostris notitiæ tradi, quod circa illa tempora, in loco hoc monstrare dignatus est Dominus, ipso opitulante, monstrabimus. Fuit quidam *Uthlagus* famosissimus, partes illas frequentans, propter iter commeantium inter Nottingham & Derby per forestam: Erat enim tota patria inter pontem Derby & aquam de *Irrewysha*, foresta eo tempore. *Uthlagus* igitur ille, cum in unâ dierum æstivi temporis, super Lyndake (qui mons est extra portam Monasterii nostri, ad Occidentem) sederet, sociis suis circa se ludentibus, sopor gravis irruit in eum; Et cum obdormiret, vidit in sompno Crucem auream stantem in loco, ubi nunc fundata est Ecclesia nostra, cujus cacumen cælos tangebat; extremitates verò brachiorum, usq; ad fines Orbis terrarum, ex utraq; parte se extendebant, de cujus claritatis magnitudine, totus mundus resplenduit, vidit autem, & ex diversis gentium nationibus, homines venientes, & Crucem illam devotissimè adorantes. Exergefactus homo, & à sompno evigilans, convocatis sociis suis narravit eis visionem à Domino sibi revelatam, adjecitq; & ait, *Vere socii mei dilectissimi, vallis ista, quam subter nos cernitis, & monti huic contigue adjacet, locus sanctus est; vere*, inquit, *Dominus est in loco illo, & ego nesciebam; filii qui nascentur & exurgent enarrabunt filiis suis magnalia, quæ operabitur Dominus in valle ista. Vallis*, inquit, *ista virtutum floribus erit dealbata, plena deliciis, & amenitate; Verbum enim, prout mihi est revelatum de diversis nationibus. Dominum in valle ista adoraturi, & ipsi usq; in finem sæculi, pro temporum successione servitur; & quia Dominus noster* Jesus Christus *tantum de secretis suis mihi peccatori ostendere dignatus est, ideo sciatis, quod me de cætero, nec socium, nec magistrum habere poteritis; sed, ipsius gratia adjutus, vitam meam ad ipsius voluntatem emendabo.* Et osculatis omnibus decessit ab eis, sed quo devenit illis, eo tempore, fuit incognitum. Fuerant quidam, qui dixerunt ipsum apud Depedale visse, ibiq; Domino in secretâ conversatione suo perpetuo servisse, & fælici fine in Domino ibidem quievisse.

Dominus de Baudley, *Serlo* de *Grindon* nomine, miles armis strenuus, divitiis potens, generis eminentiâ conspicuus, accepit in uxorem *Margeriam* filiam prædicti *Radulphi* filii *Geremundi*; & cum ipsa medietatem villæ de Okebrooke, in liberum maritagium; de quâ genuit tres filias, scilicet *Johannam*, *Isoldham* & *Agatham*; ad quas demum (proh dolor) descendit hæreditas. Genuit quoq; quinq; filios, *Bertramum*, postea Canonicum nostrum; *Willelmum* Clericum recolendæ memoriæ, Advocatum nostrum; *Fulcherum*, *Jordanum* & *Serlonem*. Postea accepit in uxorem *Matildem* nobilem progenie, sed moribus multò nobiliorem, dominam de Celston; de quâ genuit *Andream* de *Grendon*, & *Radulphum* Dominum de Boteston, ceteris fratribus militibus. Genuit autem & *Robertum*, ex concubinâ; qui fuit armis potentior ceteris. Erant eo tempore *Grendonenses* famosissimi in terrâ hac, magnæq; potentiæ viri; & habebat prædictus *Serlo* amitam unam, quæ & mater ejus erat spiritualis; eò quòd eum de sacro fonte susceperat. Huic dedit dictus *Serlo*, quoad viveret, locum de Depedale, cum pertinentiis; & totam terram cultam & incultam, quæ est inter semitam, quæ extendit à borali portâ de Bowhag, versùs occidentem, usq; ad le Cotheyssiche, & Beaneshooke. Et quia tales matres spirituales *Anglice* vocantur Gomes, ipsam, communi vocabulo, vocabant the Gome of the Dale. Huic habebat filium nomine *Richardum*, bonæ indolis adolescentem, quem sacris literis eruditum, post sacros Ordines ritè susceptos, ordinari fecit Presbyterum, ut in Capellâ suâ de *Depedale* ministraret in divinis; quod & fecit. Mansio autem ejusdem matronæ fuit in superiori parte orti nostri, versùs Austrum, in loco ubi nunc est stagnum, quod vocatur fratris *Rogeri* de *Alsop*, ubi cum patres nostri fecerunt illud stagnum, invenerunt in fundo ipsius lapides plures sectos, qui olim fuerant de mansione supradictâ.

Eo tempore cum esset domus de Ballue, mater Ecclesiæ de Rependon, volente Deo, qui omnia disposuit, suaviter locum de Depedale gratiosus exaltare, prædictâ matronâ venerabile consentiente, quin potius procurante, dictus *Serlo* de *Grendon* convocavit Canonicos de Ballue; & illis dedit locum de Depedale Suscepit autem inter eos habitum regularem prædictus *Ricardus* Capellanus, & sicut narravit mihi *Humfridus* (de quo superiùs memoriam feci) Prior ipsorum Canonicorum vocabatur *Humfridus*; fueruntq; sibi socii *Nicholaus*, & *Symon*, qui fuerat paulo ante conscholaris & sodalis *Willelmi* de *Grendon*, apud *Parisios*; & *Ricardus* Capellanus prædictus, & duo alii, quorum nomina à meâ recesserunt memoriâ. Radicari igitur in eodem loco prædicti Canonici & à Deo confortati, ædificaverunt sibi Ecclesiam opere sumptuoso, & alias officinas. *Humfridus* verò Prior eorum Cari-

am

am adivit *Romanam*, & optimum privilegium, quod adhuc habemus penes nos, super loci confirmatione, sepultura, Cantaria etiam cum interdicto suppositia, & aliis libertatibus plurimis, impetravit. Tunc cœperunt non solùm de progenie *Grendonensium*, sed & alii plures nobiles & vulgares, locum de *Depedale* frequentare, de bonis suis largiter donare, & decedentes corpora sua ibidem requiescunt sepulta, multum amplius quam quadraginta, exceptis aliis nobilibus & ingenuis, sexus promiscui, & vulgari populo innumerabili. Requievit autem ibidem *Petrus Cocus* de Bathley, Anacorita loci illius, sanctæ recordationis, de cujus conversatione sanctâ, quam pro parte novi, & de ejus gestis ab eo & aliis mihi plenâ fide revelatis, in subsequentibus, opitulante Deo, solemnis fiet mentio; & ideo loco illi, ob ipsius sanctitatem, & tantorum Christi fidelium ibidem quiescentia corpora, devotus debetur honor & reverentia.

Multis igitur annorum curriculis, in loco prædicto commorantibus Canonicis supradictis, cum essent longè segregati à sociali conversatione hominum, & illis privatim arrideret loci amœnitas, cœperunt remissiùs se habere in Dei servitio, & divinis observantiis; plus enim frequentabant Forestam, quam Ecclesiam; plus scurrilitati, quàm animarum utilitati; plus venationi, quam orationi vel meditationi intendentes: & cum esset tota patria Foresta, ut supradictum est, Rex audiens eorum insolentiam, eos propter venationem amoveri fecit de loco, illis ante, omnia quæ habebant in manus patroni resignantibus, & ad locum undè exierant regressis, si et essent necessitate compulsi. *Humfridus* Prior eorum apud le Magdalen secessit, ibiq; vitam heremiticam, multis diebus exercuit. Ego verò credere non possum hoc casualiter factum; sed ipsius consilio, sine quo nec folium arboris ad terram defluit, nec unus passer ad terram cadit. O altitudo sapientiæ & scientiæ Dei! quam incomprehensibilia sunt judicia ejus & investigabiles viæ ejus! quis enim cognovit sensum Domini, aut quis Consiliarius ejus fuit? Dominus autem locum, quem elegerat, non sic deseruit desolatum, quia *Ludit in adversis divina potentia rebus*: paulatim enim cœpit ipsius clementiâ manum misericordiæ suæ, ad majora & mirabiliora extendere, evulsis sicamoris cedros immutaret, pro nigris succedentibus albos huc adducens, & collocans. *Præmonstratenses*, ut sequens Capitulum declarabit.

Venerunt autem de Tupholme, quæ domus est Ordinis nostri, sex Canonici apud Depedale moraturi, per loci advocatum vocati; Datus fuit verò eis Parcus de Stanley in augmentum suæ possessionis; sed quomodo aut per quem, pro parte scio, sed omnino certus non sum; & incerta pro certis scribere, ubi cujusq; rei veritas tractatur, absurdum esse censeo. Hoc tamen certissimè sciò, quod quidam frater conversus, qui venit cum eis de Tupholme; primus construxit molendinum aquaticum in Parco, & stagnum atrichiavit; cum ingenti labore & angustiâ. Prior eorum vocabatur *Henricus*; & esse eos oportuit, sicut & fuerunt magni laboris, quia multum onerati erant ex frequenti adventu forestariorum & aliorum; Nec terram habebant cultam, præter illam quæ olim fuerat supradictæ Comit. *de la* Dale, & Chathemos, unam parvam carucatam. Dominus enim de Okbank retinuit sibi in dominico rusticos & villulam de Worahag, quæ sita fuit loco, qui nunc dicitur Bayhag Meadow. Cum igitur moram septem annis in magnâ paupertate ibidem fecissent, summitates quercuum de Parco, à medio succidentes, vendiderunt. & acceptâ pecuniâ apud Tupholme, regressi sunt, Abbate suo ipsos revocante; sed prædictus *Henricus* Prior eorum, cui subtilis erat valdè in fabricatione falsæ Monetæ, secessit apud Tostwith, ibique cohabitabat cum quadam muliercula de Boclep, quam antea intensis libidinis amore cognoverat. Quod audiens ejus Abbas, sed & indignè ferens, cum fratribus ad ejus mandatum domum redire contempsit, misit, & per vim eum adduci fecit usq; Tupholme; qui dolore cordis susceptо, adeo diabolico instigabatur consilio, quod in balneo calido, de utroq; brachio sanguinem minuens, spontaneâ quin potius ibidem mortem vitam finivit. Sedit igitur sola decoloratè fusca *Sion* filia, Ecclesia de *Depedale* pristinis suis habitatoribus ad tempus orbata; Sed pater misericordiæ, & Deus totius consolationis, qui locum illum misericorditer elegerat, oculo clementiæ suæ respexit eum, & consolatus est. Ne igitur locus ille, Deo amabilis, & hominibus venerabilis, diutius divinis defraudaretur obsequiis, Dominus *Willielmus* de *Grendhon* (cujus nomen propter suorum prærogativas meritorum, tanquam el in ore dulcoratum) misit, & accersiri fecit hos Canonicos quinq;, de Welbeck Ordinis *Præmonstratensium*: Prior illorum vocabatur *Willielmus Benet* sub Abbate *Ricardo* de *Suwell*, viro utiq; in temporalibus & spiritualibus admodum experto, quem satis vidit postea apud Welbeck domus illius Priorem, frater *Willielmus* de *Hayby* tunc illius Ecclesiæ Canonicus, postverò Prior sanctæ hujus congregationis, quando habitum suscepit Religionis, qui multa de ipso, ædificandi gratiâ, nobis narrare consueverat. Manserunt autem hii prædicti quinq; viri, ob Ordinis asperitatem, in maximâ paupertate, multas interim & diversas perpessi adversitates. Cumq; die quadam unus eorum Lampadem ante Altare dependentem dehorsum attrahere vellet, mirum in modum omnes in terram cadentes minutatim confractæ sunt; vocatoq; Priore in auditorio, & acceptâ licentiâ loquendi, dicebat, inter cætera. *Eamus hinc, quia nihil nobis evenit prosperum, omnia vergunt in contrarium; Et vera dico, quia dominus nos loco isto indignos judicavit, aut alios nobis melioribus forte reservavit*; Cujus verba vera facta sunt prælagia futurorum, prout postea rei probavit eventus, & sequens capitulum declarabit.

Post non multum temporis venit apud Depedale, sicut & ante fecerat, Abbas memoratus,

ratus, gratiâ visitandi fratres suos, volens omnia recta esse, & invenit eos paupertinam vitam agentes, pauca in granario habentes ad pistrinum, pauciora ad Camberariam. Quorum necessitatibus vir sanctus condolens, dicebat, Molestum esse & injustum videri fratres suos fame & inediâ confundi in deserto, quibus satis sufficienter victus & vestitus necessaria domi providere poterat, secundùm regulæ & Ordinis exigentiam. Dum igitur remeâret ad Monasterium, habito cum fratribus diligenti tractatu, usuque consilio seniorum, prædictos fratres, apud Depedale commanentes, domi revocavit. Cum hæc agerentur, contigit quod *Willielmus* filius *Radulphi* (cujus superiùs memoriam feci) emeret villam de Stanley, de *Nicholao* fratre *Willielmi Child* de Trowell, faciendo sibi servivicium quartæ partis feodi unius militis, current scutagio. Idem *Nicholaus* tenebat Trowell, Borolscoute, Lamcotte, Lynsayam, de domino de Cam, pro scuto integro, qualibet illarum villarum pro *Hemniis*, Leston & Stanford, de quibus ad præsens melius subticere, quia ad propositum non pertinet, quam aliquid indè tractare disposui. Dictus verò *Willielmus* filius *Radulfi*, prædictam villam de Stanley dare cogitaverat *Galfr. Sawcemere*, cum *Matildam* filiam suam desponsaverit. Sed ipse *Galfridus*, & uxor ejus, ut Deo devoti, eundem Dominum suum adierunt, dicentes *Bene nosti, domine, quod simul stetimus in conjugio per septem annos, & amplius; & privavit nos Deus fructu uteri nostri, carentes solatio liberorum; & ideo summo opere precamur, quatinus villam de Stanley, quam nobis dare proponitis, Deo offerre & conferre velitis, domum Religionis Abbati Ordinis* Præmonstratensium *in parco vestro ejusdem villa fundare, ut ipse altissimus bonorum retributor, Deus, piam humilitatis nostræ devotionem respiciens, nobis optata prolis jocunditatem; & vobis ob tale commercium nobisq; æterna vita donet felicitatem.* Ut autem vir nobilis eorum corda & cordium suorum consilia a Deo integra & inspirata, eorum justis & honestis petitionibus libenter acquiescens decenter, *Willielmum de Grendon* Clericum, & sororis suæ filium, dominum de Thebaucke, vocari fecit ad se, & dixit ei. *Domum quandam Ordinis* Præmonstratens*is per consilium amicorum meorum fundare propono in parco meo de* Stanley; *cui contiguè adjacet antiquus ille locus de* Depedalà, *cujus ego patronus, ubi etiam successive floruit diversorum virorum religiosorum congregatio, qui omnes ingruente quin potius compellente eos intolerabile paupertate, locum reliquerunt desolatum, & certissimè scio quod locum illum novelle plantationi meæ domus voluerit, ita inter me & te de terris & aliis possessionibus & bonis à Deo nobis concessis providebimus, si mihi Deus concesserit vitam prolixiorem, quod Religiosos ibidem evocandos neque mendicare, vel locum mutare deinceps aliqua compellet egestas.* Cui Willielmus de Grendon *respondit, Benedictus Deus qui tam pium nobis inspiravit propositum, & benedictus sis à Deo, qui tale nobis dedere consilium; Et sicut quod proposuisti in nomine Domini feliciter, & si placet velociter, cum homines fragiles simus & mortales, inchoetis. Et ego domum de* Depedale, *cum omnibus pertinentibus, quæ ad me dare pertinet, & quæ nunquam aliquo tempore fuerunt Nigrorum Canonicorum vel Alborum olim ibidem commorantium, loci habitatoribus, sub certa spe uberioris gratiæ vestræ novella, donabo; Ita tamen, quod per unum sacerdotem illius Congregationis, singulis diebus imperpetuum, in Capella de* Depedalà, *quam sustinebunt, divina celebrentur obsequia pro anima mea, & animabus antecessorum & successorum meorum, & pro animabus omnium ibidem in Christo quiescentium; & in Refectorio super mensam majorem, ponatur quotidie una prebenda Conventualis, panis & cervisia, & companagii pauperibus distribuenda.* Cui vir nobilis avunculus suus gratias agens pro concessis; dixit; *Et ego ista omnia inviolabiliter supplebo, & procurabo fieri imperpetuum, & tam hujus rei, quam de domus fundatione, quia in cismarinis, quàm in transmarinis, circa regia negotia occupatus, talibus vacare non possum,* Galfridum *de* Salicosamara, *&* Matildam *filiam meam, uxorem suam, hac in re facio executores, scilicet de loci fundatione & Canonicorum revocatione.*

Ad mandatum igitur, acceptis Cartis, & aliis instrumentis ad domus fundationem necessariis, à prædicto nobili viro *Willielmo*, ibidem tunc, ad ejus mandatum, dicti *Galfridus* & *Matilda*, apud Newhouse, ut indè educerent Conventum: Erant enim octo illius Monasterii virtutum floribus fragrantes, utpotè rosa, summæ patientiæ lilio, castitatis præcipue viola, cœlestis vitæ contemplationis, quos sic vitæ sinceritas & morum honorat honestas, ut à mari usq; ad mare per omnes fines regionis *Anglicanæ*, illorum sanctitas redoleret.

Dum igitur *Galfridus* & *Matilda*, venientes apud Newhouse, invenerunt ibi Abbatem, *Lambertum* nomine, virum totius prudentiæ, in sermone veracem, in judicio justum, in consilio providum, in commisso fidelem, in interventu strenuum; in sobrietate conspicuum, in universâ morum honestate præclarum; qui sic suos subditos vitæ cœlestis dulcedine informaverat; ut veraciter dicere possent cum Apostolo, *Nostra conversatio est in cœlis.* Susceptis igitur honestè, dictis *Galfrido* & *Matildæ* à prædicto venerabili patre, expositoq; negotio, & adventus sui causa, idem Abbas, habito cum fratribus diligenti tractatu, concessit eis novem Canonicos apud Depedale deducendos; & in hunc ordinem ibi instituendos. Fuerunt autem inter eos *Walterus* de *Senteney*, vir summæ religionis, qui antea duo loca, *Sanctam Agatheam*, cum conventu de Newhouse exiens, ibidem Ordinem fundaverat; & *Johannes* de *Byford*, filius *Baldwini* de *Byford*, qui fuit socius *Petri* de *Gaunsela* fundatoris domus de Newhouse; & *Hugo* de..... *desunt Reliqua in MS.*

Carta

Carta Willielmi *filii* Radulphi *facta* Galfrido *de* Salicosamara *de terra sua de* Stanley.

Willielmus filius *Radulfi*, omnibus amicis suis salutem, quam sibi. Sciatis me concessisse & donasse *Galfrido* de *Salicosamara* & *Matildæ* filiæ meæ uxori ejus, & hæredibus, qui de eis duobus nascentur, terram meam de Stanley, in bosco & plano, cum omnibus pertinentiis ejusdem terræ; tenendum jure hæreditario, faciendo servicia forinseca, quæ ad Dominum pertinent, tanquam illam, quam bene dare possum, quæ fuit de accato meo & conquestu, pro C *l.* sterlingorum, quas idem *Galfr.* & uxor ejus mihi dederunt; Faciendo inde Dominis illius terræ, de quibus tenebam, servicium quod inde debebam, sicut priùs dictum est. Hiis testibus, &c.

Carta Willielmi *filii* Radulphi, *facta* Serloni de Grendon, *de bosco de* Okebroke.

Willielmus filius *Radulfi*, omnibus hominibus & amicis suis, tam præsentibus, quàm futuris, salutem. Sciatis me dedisse & concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse *Serloni* de *Grendon*, & hæredibus suis, boscum meum de Okebroke, nominatim parva haya, quæ est juxta parcum *Thomæ Bardolf*, ad faciendum inde parcum sibi, eadem libertate, quâ Dominus Rex in suâ Cartâ confirmavit illum boscum, & ad parcum claudendum, contestit. Tenendum sibi & hæredibus suis liberè, quietè & honorificè de me & hæredibus meis. Hiis testibus, &c.

Carta Galfridi *de* Salicosamarâ, *facta Canonicis Ord.* Præmonstratensis, *de parco de* Stanley.

OMnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, *Galfridus* de *Salicosamara*, salutem æternam in Domino. Noveritis, quod ego amore Dei, & pro salute animæ meæ, & animabus omnium antecessorum & successorum meorum concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Parco Stanley & Canonicis Ordinis *Præmonstratensis* ibidem Deo servientibus, totam donationem, quam Dominus *Serlo* de *Grendon* fecit prædictis Canonicis de totâ terrâ suâ de Okebroke, sicut Carta, quam prædicti Canonici habent de prædicto *Serlone*, testatur; salvo forinseco servicio. In cujus rei testimonium præsenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, &c.

Carta Willielmi *de* Grendon, *de terra de* Okebroke.

UNiversis Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, *Willielmus* de *Grendona* salutem æternam in Domino: Noveritis quod ego, amore Dei, & pro salute animæ meæ, & pro animabus *Serlonis* patris mei, & *Margaretæ* matris meæ, & *Jordani*, & *Fulcheri* fratrum meorum; & pro animabus omnium antecessorum & successorum meorum, dedi, simul cum corpore meo, & cum *Bertramo* fratre meo concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Parco Stanley, & Canonicis Ordinis *Præmonstratens.* ibidem Deo servientibus, totam terram meam de Okebroke, cum omni integritate, & cum omnibus pertinentiis suis, in puram & perpetuam elemosinam, salvo forinseco servicio. Et ut hæc mea donatio firma sit & stabilis imperpetuum, eam sigilli mei munimine roboravi. Hiis testibus, &c.

Carta Galfridi *de* Salicosamarâ *&* Matildis *uxoris ejus, donationem* Willielmi *de* Grandon, *de dominio de* Depedale, *confirmans.*

OMnibus Christi fidelibus præsentibus & futuris salutem: Sciatis quod nos *Galfridus* de *Salicosamara*, & *Matilda* sponsa mea, filia *Willielmi* filii *Radulphi*, quondam Seneschalli de *Normannia*, concessimus & hac Cartâ nostrâ confirmavimus Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Parco Stanley, & Abbati & Canonicis Ordinis *Præmonstratensis* ibidem Deo servientibus, totam donationem, quam *Willielmus* de *Grendon* fecit eidem Ecclesiæ per Cartam suam in liberam & perpetuam elemosinam; videlicet dominium de Depedale, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis; & sex solidos annui redditus, quos idem *Willielmus* solebat percipere jure hæreditario, de sex bovatis terræ in Okebroke, quæ fuerunt *F.* de *Wybervile*, sicut Carta ejusdem *Willielmi* testatur. Hanc autem concessionem & confirmationem fecimus prædictis Abbati & Canonicis in puram & perpetuam elemosinam, pro amore Dei & pro salute nostrâ, & omnium antecessorum & hæredum nostrorum, Hiis testibus, &c.

Carta Regis Henrici *tertii, donatorum conc*essiones recitans & confirmans.

REx Archiepisc. &c. salutem Sciatis nos intuitu Dei, & pro salute animæ nostræ, & animarum antecessorum & hæredum nostrorum concessisse, & hac Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Parco Stanlegh, & Abbati & Canonicis ibidem Deo servientibus, Ordinis *Præmonstratensis*, omnes donationes subscriptas; videlicet ex dono *Willielmi* filii *Radulfi*, totam villam de Stanlegh, cum parco & pertinentiis suis. Ex dono *Serlo-* Cart. 19. H. 3. m. 2.

nis

nis de *Grendon*, totam terram de **Baphag**, cum culturâ illâ, quæ jacet inter **Baphage** & **Machemore**; Ex dono *Willielmi* filii ejusdem *Serlonis*, domum de **Depedale**, cum pertinentiis suis. Ex dono *Willielmi* de *Grendon*, totam terram, quam habuit in **Dhebior**, cum pertinentiis suis. Ex dono *Galfridi* de *Sanzuchemare*, totam terram, quam habuit in **Sandiacre** & sex bovatas terræ in **Dhebior**. Ex dono *Philippi* de *Tuke* quatuor bovatas terræ in **Sandiacre**. Ex dono *Ricardi* de *Stapelford* tres bovatas terræ, cum pertinentiis, in **Sandiacre**. Ex dono *Henrici* de *Baletone* duas bovatas terræ, cum pertinentiis in **Alnaldestone** & **Baletone**. Ex dono *Jordani* de **Tuke**, totum dominicum quod habuit in **Voltone**, exceptis tribus acris terræ. Ex dono *Roberti* de *Tuke* unam bovatam terræ cum pertinentiis in **Voltone**. Ex dono *Roberti* de *Lexintone*, homagia & servitia hominum suorum, manentium in **Essoure**; & octo acras in alneto, & moram sub **Parstanhirst**; & communiam pasturæ, quam habuit in socâ de **Essoure**. Ex dono *Willielmi* de *Saumur*, quatuor bovatas terræ cum pertinentiis in **Bnybetone**. Ex dono *Roberti* de *Aldewerc*, duas bovatas terræ cum messagio & pertinentiis suis in **Bnybetone**. Ex dono *Willielmi* le *Burguylun*, quadraginta acras terræ, cum pertinentiis, in **Bracintone**. Ex dono *Nicholai* de *Chavincurt*, totam terram quam habuit in **Palum**, cum villanis suis, & cum sequelis eorum, & aliis pertinentiis eorum. Ex dono *Hug.* filii *Rad.* unam bovatam terræ, cum pertinentiis in **Selestone**, & **Wandestreve**; & unam bovatam terræ in **Selestone**, & xxiv. solidatas & octo denariatas redditus, cum pertinentiis, in **Selestone** & **Wandestreve**. Ex dono ejusdem *Hugonis*, decem bovatas terræ, cum pertinentiis, in **Wandestreve**. Ex dono *Roberti* de *Grendon*, totam terram, cum pertinentiis suis, quam habuit in **Bavdestone**. Ex dono *Willielmi* filii *Radulfi* de *Baltra*, omnes terras, quas habuit in **Burchampe** & **Bolme**, & *Baleya*. Ex dono *Gileberti* filii *Henrici* de *Baleya*, duos seliones in *Baleya*. Ex dono *Roberti* filii ..... de *Muschampe*, medietatem molendini de **Wacker**, cum suâ & sequelâ & aquâ, & piscatione totius aquæ, & operatione hominum *Thomæ* filii *Thomæ* patris sui, & hæredum suorum, & tribus selionibus extendentibus se à prædicto molendino usq; ad regiam stratam. Ex dono ejusdem *Roberti* totam medietatem piscariæ in **Trent**, & Insulam quæ vocatur ..... **Dpill**. Ex dono *Johannis*, filii *Roberti*, filii *Ricardi* de *Croxton*, totam terram quam habuit in **Wicheliergh**. Ex dono *Ricardi* de *Croxton* triginta & octo acras terræ & tres perticatas, cum pertinentiis, in **Croxton**. Ex dono *Galfridi* de *Sanzuccesmare*, unum messagium & unam bovatam terræ cum pertinentiis, in **Steventone**. Ex dono *Rogeri* de *Sanzuccesmare*, duas bovatas terræ, cum pertinentiis, in **Steventone**. Ex dono *Roberti Wurm*, quinq; messuagia & novem acras terræ & dimidium in **Dereby**. Ex dono *Galfridi* de *Sanzuccesmare*, & *Matildis* uxoris ejus totam terram quam habuerunt in **Notingham**. Quare volo. (&c.) Dat per manum venerabilis patris *R. Ciceſtr.* Episcopi, Cancellarii nostri, apud **Burtone**, xi. die *Sept.*

PRIORATUS

de Langdone, *in agro* Cantiano, *Cella de* Leyſtone.

Carta Willielmi de Aubervilla, *de fundatione ejusdem.*

Universis sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, præsentibus, & futuris, *Willielmus* de *Aubervilla* salutem: Noverit universitas vestra me dedisse, & concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo, & beatæ *Mariæ*, & beato *Thomæ* Martyri, & Canonicis Ordinis *Præmonstratensis*, consensu & assensu *Matildis* uxoris meæ, & hæredum meorum, totam villam meam de **Langedone** ad faciendum in eâ Abbatiam Ordinis *Præmonstratensis*, per manum *Roberti* Abbatis de *Leyſtone*: Hanc meam villam dedi & concessi eis totam, cum omnibus pertinentiis suis, in bosco, & plano, & pasturâ, & in omnibus aliis aysiamentis suis, ad eandem villam pertinentibus; & cum omnibus serviciis omnium hominum proborum in eadem villâ manentium. Præterea eis dedi, & concessi Ecclesiam beatæ *Mariæ* de eadem villa, & Ecclesiam beatæ *Mariæ* de **Walemere**; & Ecclesiam sancti *Nicholai* de **Drener**; & Ecclesiam beatæ *Mariæ* de **Bedene**. Hæc autem omnia eis concessi, pro animâ cari Domini mei Regis *Angliæ Henrici* secundi, & pro animâ *Wil.* filii mei, & *Emmæ* filiæ meæ; & pro anima *Hugonis* patris mei, & *Wynanc*, matris meæ, & *Ranulphi* de *Glanvilla* & *Bertæ* uxoris suæ; & pro salute animæ meæ, & [illegible] uxoris meæ, & hæredum nostrorum; & pro animabus prædecessorum & successorum nostrorum. Quare volo, & firmiter præcipio, quod prædicti Canonici habeant & teneant omnia prænominata, quæ eis dedi & concessi, liberè, & quietè, integrè, & plenariè, & honorificè, in puram, & perpetuam elemosinam, libera & quieta ab omni seculari servicio, & exactione; ita quod si aliquod erga eos Servicium, de prædictâ villâ exigatur, ego & hæredes mei dominium concedo, quod meum fuit in omnibus, erga omnes homines & feminas acquietabimus, warantizabimus, & defendemus imperpetuum. His Testibus, *Johanne Norwicensi* Episcopo; *Huberto Sarum* Clerico, *H.* Abbate de . . . *G.* Priore de **Buttele**; *R.* de *Glanvilla*; *Willielmo* de *Glanvilla*, Clerico; *Ranulpho* Capellano; *Alano* de *Waleines*; *Josepho* Clerico; *Philippo* Capellano.

Ex Regist. de **Langdone**, in Secr. penès Rem. Regis fa.

Vide Pat. 3 E 3 P. 2 m. 12.

Confir-

Confirmatio Domini Simonis de Abrinciis *super Carta undationis, præcitata.*

1b.fol, 1.a. OMnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, præsentibus & futuris, ad quos præsens Carta pervenerit, *Simon* de *Abrinciis* salutem. Noverit universitas vestra, me inspexisse, & propriis manibus contrectâsse Cartam venerabilis militis mei *Willielmi* de *Aubervilla*, sub hac formâ. *Universis* (&c.) Ego igitur *Simon*, petitione *Hugonis* .... *Willielmi* interveniente, supradictæ Ecclesiæ, & Canonicorum in eadem Deo ministrantium, securitati & tranquillitati in posterum, providere misericorditer desiderans, omnia quæ jam dicta & præscripta sunt .... Sigilli mei appositione ratificavi & etiam confirmavi. Hanc autem confirmationem jam dictis Canonicis feci, ut specialem memoriam mei & uxoris meæ, & prædecessorum & successorum nostrorum, in Missis, & orationibus suis habeant imperpetuum.

Confirmatio dictæ Fundationis, factæ per dominum Nicholaum *de* Cryoll.

1b.fol. 11. b. UNiversis sanctæ matris Ecclesiæ filiis, præsens scriptum visuris vel audituris, *Nicholaus* de *Cryoll* miles, salutem in domino sempiternam. Cum per inspectionem Cartæ Domini *Willielmi* de *Aubervilla* senioris, quondam abavi mei, intellexerim, quod idem Dominus *Willielmus* dedit & concessit Deo, & beatæ *Mariæ* & beato *Thomæ* Martyri, & Canonicis Ordinis *Præmonstratensis*, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, totam villam suam de Langedone, cum omnibus suis pertinentiis, ut in terris, boscis, planis, & pasturis, & omnibus aliis easiamentis ad eandem villam spectantibus; & etiam omnibus serviciis omnium hominum in eadem villâ existentium, ad faciendum in eâ Abbatiam Ordinis *Præmonstratensis*; Tenendum, & habendum dictam villam, cum terris, boscis, planis & pasturis, & cum omnibus serviciis omnium hominum in eadem existentium, dictis Canonicis, & successoribus suis integrè, pacificè, plenariè, honorificè, liberam, & quietam ab omni seculari servicio, exactione; & demandâ: Volens igitur, super dictæ Abbatiæ fundatione, pro salute animæ meæ, antecessorum, & successorum meorum tranquillitati, & oportunitati dictorum Canonicorum, in eadem Abbatiâ Deo servientium, specialis devotionis affectu, quantum possum, providere, ut per me utilitatis, & pacis susciperè possint augmentum; donationem dicti Domini *Willielmi* de *Aubervilla*, abavi mei, & concessionem dictis Canonicis de præfatâ villâ de Langedon, cum suis pertinentiis, ut in terris, boscis, planis, & pasturis, & cum omnibus serviciis omnium hominum in eadem villâ existentium factam, ratifico, appprobo, & confirmo, per præsentes: Tenendum & habendum dictam villam cum suis pertinentiis, ut in terris, boscis, planis, & pasturis, & serviciis omnium hominum in eadem villâ existentium integrè, pacificè, liberè & quietè, absq; omni seculari servicio, exactione, & demanda; Ita quod ego dictus *Nicholaus*, seu hæredes mei in dictâ Abbatiâ de Langedon, aut in villâ prædictâ, vel serviciis aliquorum hominum in eadem villâ existentium, seu terris, planis, boscis, & pasturis eidem Abbatiæ, per dictum dominum *Willielmum* abavum meum datis, concessis, & appropriatis; & per me ratificatis, approbatis, & confirmatis, eadem Abbatiâ pastore vacante, vel plenâ existente, causâ cujuscunq; donationis, possessionis, vel advocationis, quicquam juris, clamii, proprietatis, actionis, sive dominii, de cætero exigere vel vendicare non poterimus, nec debemus in perpetuum. Protestans & recognoscens me & hæredes meos teneri & debere dictam villam, cum omnibus suis pertinentiis, ut in terris, boscis, planis & pasturis, & omnibus aliis aisiamentis ad eandem villam spectantibus; Et etiam omnibus serviciis omnium hominum in eadem villâ existentium, contra Dominum Regem & suos ballivos, ac omnes alios homines, tanquam liberam, puram & perpetuam elemosinam, warantizare, defendere, & acquietare imperpetuum. In cujus rei testimonium (&c.) Data apud Westminhangre, die Sancti *Laurencii*, anno regni Regis *Edwardi*, tricesimo.

Confirmatio Domini Nicholai *de* Cryoll, *de advocationibus Ecclesiarum de* Walmere, Dreney, Langedone, & Ledenne.

UNiversis (&c.) *Nicholaus* de *Cryoll* miles, salutem (&c.) Cum per inspectionem Cartæ *W.* de *Aubervilla* senioris, quondam abavi mei, intellexerim, quòd idem dominus *W.* dedit & concessit Deo & beatæ *Mariæ* & beato *Thomæ* Martyri, & Canonicis Ordinis *Præmonstratensis*, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, advocationes Ecclesiarum beatæ *Mariæ* de Walmere, beati *Nicholai* de Dreney, beatæ *Mariæ* de Langedone, & beatæ *Mariæ* de Ledenne, cum glebis & aliis pertinentiis suis, ad easdem Ecclesias assignatis, ad fundationem Abbatiæ Ordinis *Præmonstratensis* apud Langedone faciendæ (&c.) volens igitur super hujusmodi donatione, advocationum dictarum Ecclesiarum pro salute animæ meæ, & *Margeriæ* uxoris meæ, antecessorumq; & successorum meorum tranquillitati, & oportunitati dictorum Canonicorum specialis devotionis affectu, in quantum possum providere (&c.) ratifico, approbo (&c.) Data apud Westringhangre die Sancti *Laurencii*, anno regni Regis *Edwardi* tricesimo. 1b.fol. 12. a.

Carta Gunnoræ *de* Soveldone *&* Dionysiæ *de* Newesole, *de Capella de* Newesole.

Ib. fol. 19. a.

UNiversis (&c.) *Gunnora* de *Soveldone*, & *Dionisia* de *Newsole* salutem. Noverit universitas vestra, nos divinæ pietatis intuitu, & spe remunerationis æternæ, dedisse & concessisse, pro salute animarum nostrarum, & pro animabus antecessorum nostrorum, Abbatiæ Sanctæ *Mariæ* & beati *Thomæ* Martyris de Langedone, & Canonicis ibidem Deo servientibus, in perpetuam, & puram elemosinam, Capellam de Newesole, cum omnibus pertinentiis suis, quantum spectat de jure patronatus ad portionum nostrarum donationes. Ut autem hæc concessio, & donatio ab omnibus rata & inconcussa habeatur, præsens scriptum, sigillorum nostrorum impressionibus, munire studuimus (&c.) Huis testibus (&c.)

ABBATIA
de West Derham *in agro* Norfol.

Carta Fundationis ejusdem, per Hubertum Eboracensis *Ecclesiæ Decanum.*

Inter Collectanea *Ric.* S. *George* Eq. aur. Armorum Regis.

OMnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, præsentibus & futuris; *Hubertus* Dei gratiâ, *Eboracensis* Ecclesiæ Decanus, æternam in Domino salutem. Sapientis est, hiis quæ salute animæ proficiunt, dum potest intendere; & transitoriis æterna commutare. Quod quidem intelligentes, in honore Dei, & gloriosæ Virginis *Mariæ*, Matris ejus, quoddam Cœnobium *Præmonstratensis* Ordinis, in feudo nostro, apud Derham, fundavimus, pro salute animæ meæ, & patris, & matris meæ, & Domini *Randulphi* de *Glanvilla*, & dominæ *Bertræ* uxoris ejus, qui nos nutrierunt; & pro salute fratrum, Sororum, consanguiniorum, famularum, & omnium amicorum meorum; & præfatæ Domui & Canonicis dedimus & concessimus, & hac præsenti Cartâ confirmavimus, totum tenementum quod in eadem villâ, cum pertinentiis de *Gal.* filio *Gal.* emeramus (&c.) Testibus, Domino *Johanne Norwicensi* Episcopo, *Randulpho* de *Glanvill*, *Waltero* filio *Roberti*, *Willelmo* de *Warenna*, *Galfrido* filio *Petri*; *Radulpho* Archidecano *Colcestriæ*, *Baldwino* .... Cancellario, Magistro *Barthol. Rich.* de *Derham* personâ, *Osberto* de *Glanvilla*, *Thebaldo* de *Waloines*, *Theob. Waltero*, *Warino* de *Bassingburn*, *Osberto* filio *Harvei*, *Roberto* de *Sealis*, *Galfrido* de .... *Nicholao* de *Derham*, & multis aliis.

Carta Regis Johannis, *donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Cart. 1. Joh. p. 1. m. 16. Vide Pat. 19 E. 2 p. 2 m 16. & m. 20.

Johannes Dei gratiâ, &c. Sciatis nos ad petitionem venerabilis patris nostri *H. Cant.* Archiepiscopi concessisse, & præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse Ecclesiæ Dei & sanctæ *Mariæ* de Derham, & Canonicis ibidem Deo servientibus, in Ordine *Præmonstratensis* Ecclesiæ, subscriptam donationem, quam idem *H. Cant.* Archiep. eis fecit in liberam, & perpetuam elemosinam; scilicet integrè; & quicquid *Gaufridus* filius *Galfridi* habuit in villâ de Derham & pertinentiis ejusdem villæ, tam in advocationibus Ecclesiarum, & in terris, & in tenementis, & redditibus, & in omnibus aliis rebus in villâ de Derham, & pertinentiis ejusdem villæ. Quæ omnia prædicta præfatus *Gaufridus* filii *Gaufridi* dedit & concessit jam dicto *H. Cantuar.* Archiepiscopo, pro servicio suo & pecuniâ suâ. Præterea concessimus & confirmavimus eisdem Canonicis quietanciam servicii, quam *Walterus* filius *Roberti* fecit prædicto *H. Cantuar.* Archiepiscopo, & supranominato *Gaufrido* filio *Gaufridi*; & quam idem *H. Cantuar.* Archiep. eisdem Canonicis fecit; quod servicium debebatur prænominato *Waltero* filio *Roberti*, de terrâ de feodo suo de Derham: Concessimus etiam & confirmavimus eisdem Canonicis donationem, quam *Adam* filius *Adæ* eis fecit de Ecclesiâ de Harkebi *Malghedale*; scilicet Ecclesiam prænominatam, cum omnibus pertinentiis suis, & libertatibus, & liberis consuetudinibus ad eam pertinentibus, ad habendum eam in liberam & perpetuam elemosinam. Concessimus etiam & confirmavimus, quantum ad regalem pertinet dignitatem, quod præfati Canonici præfatam Ecclesiam cum pertinentiis suis in usus converterent proprios; salvâ tamen decenti & honorificâ administratione ejusdem Ecclesiæ. Præterea concessimus eis & confirmavimus, de dono *Hugonis* de *Diva*, Ecclesiam de Hatham, cum omnibus ad eam pertinentibus, in puram & perpetuam elemosinam possidendam; necnon quicquid ad ipsum *Hugonem* pertinet in eadem Ecclesiâ, tam in jure advocationis, quàm in aliis quibuscumq; : Et ex dono *Margaretæ* filiæ *Alexandri* le *Moine*, & *Rogeri Buche*, feudum unius militis, cum pertinentiis in Walcton, quietum ab omni servicio seculari; salvo servicio dominorum illius fundi; & salvo forinseco servicio. De quo feudo unius militis placitum fuit inter eosdem *Margaretam* & *Rogerum*, in Curiâ nostrâ, & quod feudum per concordiam & finem factum in eadem Curiâ, de communi assensu dederunt eisdem Canonicis in perpetuam elemosinam, sicut Cirographum factum inter eos in Curia nostra testatur. Et ex dono memorati *H. Cant.* Archiep. & *T. Walteri*, fratris sui, terram de Idinton, quam *Hamo Walteri* tenuit in eadem villâ integrè, cum omnibus pertinentiis suis, soluram & quietam

ab

ab omni seculari servicio, Exceptis *xxx.* solidis, quos moniales de **Idinton** debent & solent indè annuatim percipere, & amodò percipient per manus prædictorum Canonicorum.

Et ex dono ejusdem *H. Cantuar.* Archiepiscopi totam terram & domos, quas tenuit in *Oxonio*, de feodo Prioris de sanctâ **Frideswith**, scilicet illam terram & domos, quæ fuerunt *Hugonis* de sancto *Germano*, integrè, cum omnibus ad ipsam terram & domos pertinentibus; salvâ tamen Priori & Conventui de S. **Frideswith** dimidiâ marcatâ, quam annuatim percipere consueverunt de prædictâ terrâ. Et ex dono *Hamelini* Comitis de *Warenna*, & *Ysabellæ* uxoris suæ, & *Willielmi* filii eorum, redditum *xl.* solidorum, quem *Willielmus* le *Carteis* præfato Comiti *H.* & *Isabellæ* uxori suæ, & *Willielmo* filio eorum, reddere consuevit, de medietate piscariæ de **Perehensen**, singulis annis, ad tres terminos percipiendum; *viz.* ad *Pentecosten* unam marcam, ad festum sancti *Mich.* unam marcam, & ad Purificationem beatæ *Mariæ* unam marcam, sicut idem redditus reddi consuevit. Et ex dono *Henrici* de *Pomerai*, & *Walteri* de *Marmin*, quicquid ipsi habuerunt in villâ de **Smalgreg** integrè, cum omnibus pertinentiis sine ullo retenemento; reddendo annuatim præfato *Waltero*, & hæredibus suis, de suâ parte prædictæ villæ *xx.* sol. infra Octabas *Paschæ*, pro omni servicio & exactione. Et ex dono *Simonis Briton*, *ix.* acras in *Greva* maris de **Wrangle**, mensuratas perticâ *xx.* pedum, ad salinas faciendas; & unam placeam ad domum faciendam, longitudine quinque perticarum, & latitudine trium perticarum, in tofto *Gilberti* filii sacerdotis, super ripam portus de **Richflet**, versùs Boream. Et præterea pasturam in communi pasturâ de **Wrangle** *xxxvi.* bobus, ex dono ipsius *Simonis*. Et ex dono *Rogeri* de *Paueilli xl.* acras terræ in **Hillinton**, de dominio suo; illas scilicet, quas *Rogerus* de *Etton* tenuit, cum libertate habendi faldam suam; salvâ ipsi *Rogero* faldâ, quam habet in eadem villa de **Hillinton**, liberas & quietas ab omnibus serviciis & exactionibus, præter duos solidos, reddendos eidem *R.* & hæredibus suis ad tres terminos; scilicet ad Purificationem beatæ *Mariæ viii.* denarios, & ad *Pentecosten viii.* denarios, & ad festum sancti *Mich. viii.* denarios. Et ex dono *Hervei* filii *Petri* redditum dimidiæ marcæ in villa de **Pleiseid**, scilicet homagium *Willielmi* de *Roschemer*, quantum ad ipsum *H.* pertinet; & homagium *Alanii* filii *Thurstani*, & uxoris suæ, & filiorum & filiarum suarum omnium, cum toto tenemento suo quod de præfato *H.* tenuerunt in **Pleiseid**, ita quod præfatus *Willielmus* persolvet præfatis Canonicis, pro tenemento suo quod in præfata villa tenet, *xxxii.* denarios annuos, pro omni servicio: Et prædictus *Alanus* quatuor solidos pro tenemento suo, quod in eadem villa tenet annuatim, eisdem Canonicis similiter, pro omni servicio persolvet. Et hunc redditum præfati *Willielmus* & *Alanus* reddent ad duos terminos, ad festum sancti *Edmundi* medietatem, & ad *Paschas* medietatem, uterq; eorum quantum ad ipsum pertinet.

Ex dono autem *Walteri* filii *Petri* de *Wirham* totam medietatem molendini de **Rketon**, integrè cum omnibus pertinentiis suis, solutam & quietam ab omni seculari servicio & exactione; ita quod prædicti Canonici respondebunt prædicto *Waltero*, & hæredibus suis de *xvi.* denariis ad scutagium, quocies scutagium dabitur per præceptum Domini Regis, sive plus, sive minus exigatur. Et ex dono *Juliani* de **Elmingeham** redditum *xv.* solidorum in molendino suo de **Ringeland**, scilicet *v.* solidos ad festum sancti *Andreæ*, & *v.* solidos ad Annunciationem beatæ *Mariæ*, & *v.* solidos ad festum sancti *Michaelis*. Et ex dono *Willielmi Luvel* de *Iveri*, dimidiam marcam de molendino suo de **Tichewell**, percipiendam singulis annis ad *Paschas*. Et ex dono *Petri Walteri* redditum dimidiæ marcæ in molendino suo de **Iffed** percipiendum, ad emendum sibi vinum ad celebrationem Missarum in Ecclesia sua. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod præfati Canonici habeant & teneant omnia prædicta, cum omnibus pertinentiis suis benè, & in pacè, liberè & quietè, integrè & plenariè, & honorificè in advocationibus Ecclesiarum, & in terris, & tenementis, & redditibus, in bosco & plano; in pratis & pascuis; in aquis & molendinis; in vivariis & stagnis; in piscariis & turbariis; mariscis, & Rosariis; in viis & semitis; & in omnibus aliis locis, rebus, & libertatibus, & liberis consuetudinibus, quieta ab omni servicio seculari & exactione, sicut Carta Domini *H.* Regis *Anglia*, patris nostri, & Cartæ sæpedicti *H. Cant.* Archiepiscopi & aliorum donatorum rationabiliter testantur.

Præterea concessimus eis, ut habeant, per omnes terras suas, & tenementa sua, *soch*, & *sach*, *Tol*, & *Them*, & *infangenthef*, & teneant terras suas quietas & liberas de sectis Schirarum & Hundredorum, & de placitis Forestariorum, & querelis; & de pecunia dandâ pro forisfacto de murdrò, & de wapetac, & de scutagiis, & geldis, & danegeldis, & hidagiis, & assisis, & operationibus Castellorum, & Parcorum, & pontium, & calceamen; & de *ferdwita*, & de *leirwitha*, & de *Hundrespeni*; & de *thenigpeni*, & de *Hengewitha*, & de *Flemeneffrethe*; & de *hamsok*, & de *wardpeni*, & de *blodwitha*, & de *fichwita*. Et sint ipsi & homines sui quieti, per totam terram nostram, de omni tolneto, & de omnibus rebus, quas ipsi Canonici vel homines sui, poterunt assecurare, quod emant vel vendant ad proprios usus Canonicorum ipsorum, vel hominum suorum: Et de pontagiis, & passagiis, & de lastagiis, & stallagiis; & de omni seculari servicio, & opere servili, & exactione; & in omnibus aliis occasionibus, & consuetudinibus secularibus, exceptâ solâ Justiciâ mortis & membrorum. Et prohibemus ne ponantur in placitum, nisi coram nobismet ipsis, vel capitali Justicia nostra. Item concedimus eis & confirmamus, quod si aliquis hominum suorum pro delicto suo vitam vel membrum debeat amittere, vel fugerit, & judicio noluerit stare, vel aliud delictum fecerit, pro quo debeat catalla

sua perdere, ipsa catalla prædictorum Canonicorum sint, quantum ad nos pertinet, vel ad Curiam nostram. Testibus *Waltero Roth. G. Ebor.* Archiepiscopis; *H. Sarum*, S. *Bathon.* Episcopis. S. *Weller.* Archid. *Wellensi*, (&c.) Datum per manum *H. Caut.* Archiepiscopi, Cancellarii nostri apud *Rothomagum*, *vii.* die *Septembris*, anno Regni nostri primo.

PRIORATUS

de Bilegh (*alias* Maldone) *in* Essexia.

Ad. Col. vol. 2. p. 373.

A. D. *MCLxxx.* Canonici de Perendune migraverunt *Maldoniam*, habitatiunculum sibi constituentes in feudo *R. Mantel.*

Carta Regis Ricardi *primi, donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Par. 16. R. 2 p. 1 m 30 per Insuex. E. Par 12 E 4. p. 2. m. 24

Ricardus, Dei gratiâ, Rex *Angliæ*, Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiscopis, (&c.) salutem. Sciatis nos concessisse, & hac Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ beati *Nicholai* de Maudone, & Canonicis Ordinis *Pramonstratensis* ibidem Deo servientibus; in primis locum ipsum in quo deserviunt Deo, cum omnibus pertinentiis suis, & omnes donationes, quas eis fecit *Robertus Martell*, præfatæ Ecclesiæ Fundator; scilicet in ipsa villa de Maudone duas virgatas terræ, unam quæ fuit *Sirich*, aliam quæ fuit Brandolf, cum omnibus pertinentiis suis, & duas parvas Insulas, quæ dicuntur Rucholm & Hardholm; & tertiam partem nemoris, quod dicitur Strode, & campum illum qui vocatur Alicedune; & totam terram, quam eis dedit apud Totham, & apud Goldhanare, cum omnibus ad terram illam pertinentibus; & Ecclesiam beatri *Petri* de *Maudon*; & in eadem villa Ecclesiam *Omnium Sanctorum*, & Ecclesiam beati *Laurencii* in *Daneseia*; & dimidiam Ecclesiam sanctæ *Margaretæ* de *Bures*, cum omnibus ad ipsas Ecclesias pertinentibus; & unum masagium in villa de Maudone, quod fuit *Saverini* sacerdotis; & ex dono *Roeis* uxoris ejus, unum masagium apud *Lundonias*, in Mannelane, sicut Cartæ eorum testantur. Concedimus etiam eis & confirmamus totam terram, quæ fuit *Picoti* de *Perundune*, cum omnibus pertinentiis suis, & servicium & humagium hæredum *Roberti* filii *Rogeri* de *Perendune*, imperpetuum; & quietanciam servicii feodi unius militis, quod ipsi & homines sui tenent in eadem villa, sicut Cartæ donatorum suorum testantur. Ex dono *Rob.* filii *Rogeri* de *Perendune*, nemora illa quæ vocata fuerunt Westwde, & Elvinewde, & Middelewde, & Estwde; & decem acras terræ in Aldineland; & totam terram quæ fuit *Suani*; & totam terram, quam de eis tenuit *Tho.* sacerdos, cum omnibus pertinentiis suis; & totum stagnum molendini, sicut firmatum fuit tempore *Herverii* de *Monte Morencin*; & redditum duodecim denariorum, quos ei reddebat annuatim *Osbertus* de *Madle* pro quodam prato; & redditum octo denariorum, quos ei reddebat annuatim *Lefstanus*, pro quadam pastura & quadam mora, & unam acram terræ in campo qui vocatur Scropesberge; & totum campum, qui dicitur *maior* Westfeld, sicut Cartæ ipsius *Roberti* testantur. Concedimus etiam eis sepcies *xx.* acras essartarum in foresta nostra de Essexe, partim ex feodo *Roberti* filii *Rogeri* de *Perendune*, partim ex feodo *Clementis* filii *Reginaldi*, partim ex dominico suo; Habendas & tenendas, sicut Carta patris nostri, quam de eis habent, testatur.

Ex dono *Radulphi* de *Marci* in Lagefare, totam terram, quæ fuit Felleden, cum omnibus pertinentiis suis, & quindecim porcos quietos de padnagio annuatim in bosco ejusdem villæ, sicut Carta illius testatur. Ex dono *Boulcelina* uxoris *Rogeri* de *Langeford* apud Blacheham, totam terram, quam *Walterus Cocus* ex eâ tenuit, sicut Carta illius testatur. Hæc omnia eis concedimus & confirmamus in liberam & puram & perpetuam elemosinam, cum omnibus terris & tenementis aliis, quæ eis, pia fidelium devotione, donatæ sunt, vel donandæ per gratiam Dei. Præterea concedimus eis & confirmamus totam terram, quam *Rad.* de *Marci* dimisit eis in Perendune, tenendam cum omnibus pertinentiis suis imperpetuum pro *viis*, annuatim reddendis illi, vel hæredibus suis, sicut Carta ipsius testatur. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod prædicti Canonici teneant omnia tenementa sua benè, & in pacè, liberè, & quietè, plenariè, & integrè, cum *soca* & *saca*, & *tol* & *them*, & *Infangenthef*, & cum omnibus aliis libertatibus, (&c.) ad prædictam Ecclesiam beati *Nicholai* pertinentibus, (&c.) Data apud *Doveram*, per manum *Will.* de *Longocampo* Cancellarii nostri, *Eliensis* electi, septimo die *Decembris*, Regni nostri anno primo.

AB-

ABBATIA

de Sulby *in agro* Northamptonensi.

De fundatione ejusdem.

Ital. Coll. vol. 1. p. 34.

FUndatum est hoc Monasterium per *Gulielmum* de *Wideville*, aliàs *Withvilla*.

Robertus Paviley miles dedit eis, postea, totum Manerium de Sulby.

Carta Regis Ricardi *primi donationes eidem Abbathiæ confirmans.*

Cart. 9 E. 2. n. 5. per Inspex.

Ricardus, Dei gratiâ, Rex *Angliæ*, (&c.) Sciatis nos concessisse & confirmâsse Deo & Canonicis sanctæ *Mariæ* de Welleford, ipsam Ecclesiam de Welleford, & novem carucatas terræ in Soleby, & quæcumq; in villa de Welleford, vel in aliis locis eis justè collata sunt, in terris, & tenuris, & possessionibus, in puram elemosinam, imperpetuum. Præcipimus ergò, ut de hiis atq; omnibus aliis terris, vel possessionibus, quæ eisdem Canonicis in elemosinam datæ sunt, sint quieti ipsi & homines de shirye, & de Hundredis; & de scutagiis, & de relef, & de auxiliis Vicecomitum & ministrorum suorum; & de operatione Castellorum & Parcorum, & murorum; & sepium. Volumus etiam, & firmiter præcipimus, quod iidem Canonici & omnes res & homines eorum sint quieti de theloneo, & stalagio, & passagio, & pontagio, & pedagio, & omni aliâ consuetudine & seculari exactione, de omnibus rebus quas emerint, vel vendiderint, vel deportari fecerint per terram & per aquam in omni loco potestatis nostræ. Prohibemus etiam ne de ullo tenemento suo ponantur in placitum, nisi coram nobis vel coram capitali Justiciario nostro, super forisfacturam nostram decem librarum. Teste, *Willelmo* de *Mandeville*.

Carta Roberti *de* Paviley *militis, de Manerio de* Sulby, *& advocatione Ecclesiæ.*

Ex autog. in bibl. *Hatton.*

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Robertus* de *Pavily* miles, filius *Roberti* de *Pavily*, dedi, concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & beatæ *Mariæ*, & Abbati & Conventui de Sulby, pro salute animæ meæ & *Saræ* uxoris meæ & omnium antecessorum & successorum meorum, in liberam & perpetuam elemosinam, totum Manerium meum de Sulby, cum advocatione Ecclesiæ ejusdem villæ, & cum omnibus pertinentiis suis, sine ullo retenemento. Habendum & tenendum dictis Abbati, & Conventui & eorum successoribus, liberè, quietè, sicut ego meliùs, pleniùs vel liberiùs unquam tenui vel tenere potui. Reddendo indè annuatim Abbati & Conventui *Westmonasterii*, Dominis feodi, centum & duos solidos esterlingorum, ad quatuor terminos anni. Videlicet ad *Pascha* Domini, vel infra quindenam ejusdem, viginti quinq; solidos, & sex denarios, & ad festum sancti *Joh. Baptistæ*, vel infra quindenam ejusdem, viginti quinq; solidos, & sex denarios; & ad festum sancti *Michaelis*, vel infra quindenam ejusdem, viginti quinq; solidos & sex denarios; & ad *Natale Domini*, vel infra quindenam ejusdem, viginti quinq; solidos & sex denarios; & mihi vel hæredibus meis unam libram cimini, vel duos denarios ad *Pascha* Domini annuatim, apud Sulby percipiendum, pro omnibus servitiis, consuetudinibus, & demandis; salvo forinseco servitio. Et pro hac donatione & concessione dederunt mihi prædicti Abbas & Conventus de Sulby ducentas & quadraginta marcas esterlingorum præ manibus. Et ego prædictus *Robertus* de *Paviley*, & hæredes mei, totum prædictum Manerium de Sulby, cum advocatione Ecclesiæ ejusdem villæ, & cum omnibus pertinentiis suis, sicut prædictum est, contra omnes gentes warantizabimus in perpetuum. His Testibus, Dominis *Simone* de *Trop*, & *Henrico* de *Oseville*, militibus; *Alano* de *Swineford*; *Johanne* de *Lodbroc*, de Warriswood; *Johanne Luvet* de Welleford; *Ada* de *Turneby*; *Willelmo* filio *Osberti* de eadem; *Roberto Motun*; *Will.* de *Muns*; *Roberto* le *Fucuner* de Sulby, & multis aliis.

Confirmatio donationis Ecclesiæ de Herswell.

G. Archiepiscopus *Eboraci* confirmat donationem *Willielmi Selveyn* super Ecclesia de Herswell, Abbati & Conventui de Welleford. Testibus, *Johanne* Episcopo de *Candida casa*, *Hamone* Præcentore; S. de *Apulia* Cancellario Ecclesiæ *Eboracensis*. Ex Registro *Joh. Romani* Archiep. Ebor. f. 44.

Carta Regis Edwardi *secundi, donatorum concessiones recitans & confirmans.*

REx omnibus ad quos, &c. salutem. Concessionem, donationem, & confirmationem, quas *Rogerus* de *Moubray* fecit quondam Abbati de *Wellesfordia*, nunc Abbati de Sulby nuncupato, & fratribus cum eo Deo servientibus, de Ecclesia de Welleford, & tota terra de Sulby, cum pertinentiis suis; in pratis, & pascuis, turbariis, stagnis & aquis, molendinis, semitis & viis, in Ariholm, & Mireholm; & de terra *Gamelli*, & *Gaufridi*; & mansura una in Toftefeye; ac etiam de terris, quas *Radulphus* filius *Jacobi* eis dedit in Welleford; & de terra à domo *Petri* filii *Gaufridi*, usq; ad locum qui vocatur Gideseard, in Insula de Ariholme, juxta Trentam, sicut *Trenta* continet; & inde usq; ad Mireholm, cum pratis, & mariscis & piscariis; & duabus acris ultra Trentam, cum unâ mansurâ; & de uno molendino in prædicta terra juxta Trentam. Pat. 9 E. 2. p. 2. m. 2.

Concessionem etiam & confirmationem, quas *Rogerus* de *Moubray* filius ...., *Will.* de *Moubray* fecit Canonicis prædicti loci de **Sulcby**, de omnibus terris, & tenementis, & possessionibus, & rebus, quæ habuerunt ex donis Antecessorum suorum, & ex donis aliorum liberorum hominum suorum, de feodo suo in Insula de **Wartholm**. Donationem etiam, concessionem, & confirmationem, quas *Ric.* de *Stidtida* fecit eisdem Canonicis, de prædicta Ecclesia de **Wellefozd**, & novem carucatis terræ, cum pertinentiis in **Sulcby**, ubi Abbacia fundata est; & de omni eo quod pater suus eidem Abbaciæ dedit. Confirmationem etiam, quam *Will.* de *Wyvill* miles, fecit eisdem Canonicis, de omnibus donationibus, & collationibus terrarum, seu possessionum, & reddituum, de feodo suo eis factis. Concessionem etiam, & confirmationem, quas *Joh. Luvel* de **Wellefozd**. fecit Abbati & Conventui ejusdem loci de **Sulcby**, de omnibus terris & tenementis, redditibus, possessionibus & rebus, cum pertinentiis suis, quæ iidem Abbas & Conventus habent de donis Antecessorum ipsius *Johannis*, & liberorum hominum, de feodo suo. Concessionem etiam & confirmationem, quas *Hugo* de *Kingesdon* fecit eisdem Abbati & Conventui, de omnibus terris & tenementis, cum libertatibus & pertinentiis suis, quæ habent de feodo ipsius *Hugonis* in **Wellefozd**, ex dono seu confirmatione *Roberti Lovett*, & *Ricardæ* filii ejus, & *Roberti* filii ejusdem *Ricard'*. Concessionem etiam & confirmationem, quas *Walterus* filius *Ricardi* de *Norton*, fecit eisdem Abbati & Conventui, de omnibus terris & tenementis, rebus, redditibus, & possessionibus, cum pertinentiis, quæ prædicti Abbas & Conventus habent de donis antecessorum ipsius *Walteri*, & liberorum hominum de feodo suo in **Wellefozd**.

Donationem etiam, concessionem & confirmationem, quas *Willelmus* de *Pauli* filius *Johannis* de *Pauly*, fecit eisdem Canonicis, de una acra terræ, & de terra ipsius *Willelmi*, super **Wegnole**, cum pertinentiis. Relaxationem insuper & quietam clamanciam, quas idem *Will.* fecit eisdem Canonicis de toto jure quod habuit in omnibus terris & possessionibus, quas habent de feodo illo, quod idem *Willelmus* & pater suus distracionaverunt in Curiâ Regis contra *Reginaldum* de *Norton*. Concessionem etiam & confirmationem, quas *Rob. Pauely* miles, filius *Roberti* de *Pauely*, fecit eisdem Abbati & Conventui, de Manerio de **Sulcby**, cum pertinentiis, & advocationem Ecclesiæ ejusdem villæ. Concessionem insuper & confirmationem, quas idem *Robertus* de *Pauely* fecit eisdem Abbati & Conventui, de tota terra, quæ vocatur **Dundevilles-acre**, cum pertinentiis in **Sulcby**. Concessionem etiam, & confirmationem, quas *Robertus* filius *Roberti* de *Pauely* fecit eisdem Abbati & Conventui, de toto dominio & redditu duodecim denariorum, de terrâ, quam *Will.* de *Eltindon*, & hæredes sui tenuerunt de ipso *Roberto* & antecessoribus suis, de feodo *Westmonasterii* in **Sulcby** & **Eltindon**. Concessionem etiam & confirmationem, quas *Robertus* filius *Elia Rage*, de **Sulcby**, fecit eisdem Abbati & Conventui, de redditu duodecim denariorum, cum pertinentiis, in **Sulcby**. Donationem etiam, concessionem & confirmationem, quas *Robertus Rage* filius *Elia Rage*, de **Sulcby**, fecit eisdem Abbati & Conventui, de tota terra sua arabili; & toto prato suo, cum pertinentiis, quæ habuit in **Childecote**, ex australi parte rivuli; & toto prato suo quod habuit in **Peredeole**, cum pertinentiis. Donationem etiam, concessionem, & confirmationem, quas *Robertus Rage*, de **Sulcby**, fecit eisdem Abbati & Conventui, de toto redditu & servicio *Adæ* filii *Roberti* de *Swynford*, in **Wellefozd**, quæ eidem *Roberto* facere debuit pro una dimidia acra terræ in **Wellefozd**. Reddicionem etiam, resignationem, & quietam clamanciam, quas *Robertus Rage*, filius *Elia Rage*, de **Sulcby**, fecit eisdem Abbati & Conventui, de una roda terræ, cum pertinentiis in **Sulcby**. Redditionem insuper, resignationem, & quietam clamanciam, quas idem *Robertus* fecit eisdem Abbati & Conventui, de una roda terræ, cum pertinentiis in eadem villa. Donationem etiam, concessionem, & confirmationem, quas idem *Robertus* fecit eisdem Abbati & Conventui, de duabus buttis terræ arabilis, simul jacentibus, cum pertinentiis in **Sulcby**, ad le **Blakepoll**; & toto prato suo apud **Childecote**, ex utraq; parte rivuli, cum pertinentiis; & uno selione, cum prato & pertinentiis suis ad **Longedole**.

Reddicionem etiam, concessionem, & confirmationem, quas idem *Robertus* fecit eisdem Abbati & Conventui, de una roda terræ, cum pertinentiis in **Sulcby**. Redditionem etiam, resignationem, & quietam clamanciam, quas idem *Robertus* fecit eisdem Abbati & Conventui de tota terra, cum pertinentiis, quam habuit & tenuit de eis in **Sulcby**. Remissionem etiam, relaxationem, concessionem, confirmationem, & quietam clamanciam, quas *Adam Rage*, filius *Roberti Rage*, de **Sulcby**, fecit eisdem Abbati & Conventui, de toto jure & clamio, quod habuit, vel aliquo modo habere potuit, in omnibus terris, & tenementis, redditibus, & possessionibus terrarum, seu tenementorum seperalitatibus, unà cum licentiâ dictas terras seu tenementa includendi, & omnibus aliis rebus cum pertinentiis suis, quæ vel quas iidem Abbas & Conventus habent de donis seu concessionibus quibuscumq; dicti *Roberti* patris sui, seu alterius cujuscumq;, antecessorum suorum, in villa de **Sulcby**, & extra. Donationem etiam, concessionem, & confirmationem, quas *Willelmus* le *Mues* fecit eisdem Abbati & Conventui, de duabus rodis terræ, cum pertinentiis in **Childecote**, & toto prato suo ex occidentali parte rivuli, cum pertinentiis, & unà acrâ prati in **Rededole**, cum pertinentiis, & unâ rodâ prati, & dimidia in **Stornhale**, cum pertinentiis; & unâ rodâ terræ, cum prato adjacente, & pertinentiis suis in **Longedole**, juxta **Dundevilles-acre**. Donationem, (&c.) quas *Will.* le *Mues* de **Sulcby**, fecit eisdem Abbati & Conventui, de unâ rodâ prati,

prati, cum pertinentiis in Wertesiate. Donationem etiam, (&c.) quas *Johannes* filius *Willielmi* le *Mues* de Suleby, & *Agnes* uxor ejus fecerunt eisdem Abbati & Conventui de totâ terrâ suâ, & prato suo cum pertinentiis in Suleby; & unâ rodâ prati, cum pertinentiis in Rededolte. Reddicionem etiam, concessionem, & confirmationem quas idem *Johannes* fecit eisdem Abbati & Conventui de uno selione, cum pertinentiis in Suleby. Reddicionem etiam, resignationem, & quietam clamantiam, quas *Ricardus* filius *Willielmi Wybern*, de Suleby, fecit eisdem Abbati & Conventui, de omnibus terris & tenementis, cum pertinentiis, quæ de eis tenuit in Suleby, & quæ sibi seu hæredibus suis accidere poterunt quoquo modo. Donationem etiam, (&c.) quas *Hugo* de *Bereford* fecit eisdem Abbati & Conventui, de totâ terrâ suâ arabili, cum chevescíis, & toto prato suo, cum pertinentiis, quæ habuit in Childecote, Rededolte, & in Hornhale.

Concessionem, etiam & confirmationem, quas *Johannes* de *Lacy* Constabularius *Cestriæ*, fecit eisdem Canonicis, de omnibus terris, quas habent in Navesby cum pertinentiis, ex dono Domini *Rogeri* de *Lacy*, patris sui; & ex dono *Roberti* & *Radulphi* de *Navesby*, & eorum hæredum, sive aliorum liberorum hominum ipsius *Johannis*, in Navesby. Concessionem etiam & confirmationem, quas *Ricardus* de *Clara* fecit eisdem Canonicis, de omnibus terris, quas habent in Navesby, cum pertinentiis, tam ex dono *Rogeri* de *Lascy*, & confirmatione *Johannis* de *Lascy* filii ejus, quam ex dono *Roberti* & *Radulphi* de *Navisby*, & eorum hæredum sive aliorum liberorum hominum ipsius *Ricardi* de *Navisby*. Relaxationem etiam, & quietam clamanciam, quas *Willielmus* de *Brampton*, filius *Symonis* de *Brampton*, fecit prædictis Abbati & Conventui, de toto jure, & clamio, quod habuit, vel aliquo modo habere potuit, in omnibus terris, & tenementis, cum suis pertinentiis, quæ prædicti Abbas & Conventus habuerunt & tenuerunt de donis antecessorum ipsius *Willelmi*, de feodo suo, in Navesby. Concessionem etiam, & confirmationem, quas *Phillippus* de *Daventre* fecit eisdem Canonicis de unâ virgatâ terræ, cum pertinentiis in Thurneby. Ratificationem etiam, concessionem, & confirmationem, quas *Adam* filius *Walteri* de *Essebi*, fecit eisdem Abbati & Conventui, de annuo redditu duorum solidorum, cum pertinentiis in Thurneby. Donationem, (&c.) quas *Robertus Motun* de Sibertoft, filius *Thomæ Motun*, fecit eisdem Abbati & Conventui, de totâ terrâ, cum pertinentiis, quam habuit in Turneby. Concessionem, (&c.) quas *Petrus* de *Goldyngton* fecit eisdem Abbati, & Conventui, de omnibus terris & tenementis, cum pertinentiis, quæ habent de feodo ipsius *Petri* in Turneby. Concessionem etiam & confirmationem, quas *Petrus* de *Goldyngton*, filius *Petri* de *Goldington*, fecit eisdem Abbati & Canonicis, de medietate unius virgatæ terræ, cum pertinentiis in Cotes; Concessionem etiam & confirmationem, quas *Nic.* le *Archer* fil. *Rob.* le *Archer* de Sibertoft, fecit eisdem Abbati & Conventui de terris, tenementis, & possessionibus, quas antecessores ipsius *Nic.* dederunt eisdem Abbati & Conventui. Concessionem etiam & confirmationem, quas *Henricus* filius *Henrici* de *Haddon*, fecit eisdem Abbati & Conventui, de tribus virgatis terræ, cum pertinentiis in Ulfleff-Haddon, & Norton. Concessionem etiam, & confirmationem, quas frater *R.* Thesaurarius, Prior fratrum Hospitalis *Jerusalem* in *Anglia*, fecit Abbatiæ & Canonicis prædictis, de annuo redditu quatuor marcarum, & uno tosto in Norton.

Donationem etiam, concessionem, & confirmationem, quas *Willielmus Buttevillanus*, de Cotesbroke, fecit eisdem Abbati & Conventui, de loco qui vocatur Hapleno, quæ est Cella Abbatiæ prædictæ, de quinquaginta, & duabus acris, & unâ rodâ terræ, cum pertinentiis in Cotesbroke. Donationem etiam, & confirmationem, quas *Arnulphus* de *Putti*, fecit Deo & sancto *Johanni Kalendæ*, de quatuor virgatis terræ in Turneby, & tribus toftis, & duobus croftis, cum pertinentiis in eadem villa. Concessionem, (&c.) quas *Petrus* de *Goldintona* fecit sancto *Johanni Kalendæ*, de quatuor virgatis terræ, cum pertinentiis in Turneby. Concessionem etiam & confirmationem, quas *Eustachius* de *Arderne* fecit prædictis Canonicis, de tota terra, cum pertinentiis in Wellesord, quam *Robertus Luveth* eis dedit & concessit. Concessionem etiam, & confirmationem, quas *Eustachius* filius *Eustachii* de *Wathford*, fecit eisdem Abbati, & Canonicis, & fratribus de *Kalenda* prædicta, de unâ virgatâ terræ cum pertinentiis in Wathford. Concessionem insuper, & confirmationem, quas idem *Eustachius* filius *Eustachii* fecit eisdem Abbati & Canonicis, de prato de dominico de Wathford, quod vocatur Calunede, de una *cathlanda* terræ in Wathford, & unâ dimidiâ acrâ terræ in Chald-Asseby, & de *Radulpho* fabro filio *Ailmeri* de *Smeleswerth*; & de omnibus quæ de eo nascituri forent, cum omnibus catallis suis. Dimissionem etiam, & quietam clamanciam, quas *Rogerus* de *Insula*, filius *Will.* de *Insula*, fecit eisdem Abbati & Conventui, de omni exactione & demanda, quam habuit, vel habere potuit in tribus virgatis terræ, & dimidia, cum pertinentiis, quas habent de feodo ipsius *Rogeri* in Barton-*Hanred*. Donationem etiam, & confirmationem, quas *Halnaldus Papilam* fecit prædicto Abbati & fratribus suis, de magnâ virgatâ terræ & alia virgata terræ, quæ vocatur Selio in *Adintunia*, cum toftis, & omnibus pertinentiis suis, cum Ecclesia de *Adintunia*, & de molendino ipsius *Alnoldi* de *Adintuna*, cum omnibus pertinentiis suis; & de tosto, & tota terra, cum domibus, quam *Normannus* tenuit. Concessionem etiam, remissionem, & quietam clamanciam, quas *Rogerus* le *Brabanhou*, de Mouslev, miles, fecit Abbati & Conventui, de omni eo quod habuit vel aliquo jure habere potuit in villâ de parva Adyntone. Concessionem etiam, remissionem, & quietam clamanciam, quas *Johannes* de *Hotot*, de

Bamp-

Bampton, fecit eiſdem Abbati & Conventui de omnibus terris & tenementis, cum pertinentiis, quæ habuit, vel quocumq; modo habere potuit in parva Aynton.

Remiſſionem etiam, & quietam clamanciam, quas *Ricardus* filius *Gervaſii* de *Bernak*, miles, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de toto jure & clamio, quod habuit vel aliquo modo habere potuit in Manerio de parva Aynton, cum pertinentiis; & in feodis militum, homagiis, & ſerviciis tenentium dicti Manerii, & omnibus aliis ad dictum Manerium ſpectantibus. Conceſſionem etiam, remiſſionem, & quietam clamanciam, quas *Willielmus* filius *Ricardi* de *Bernak*, de Berkeſton, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de omnibus terris & tenementis, cum pertinentiis, quæ idem *Willielmus* habuit vel quocumq; modo habere potuit, in parva Aynton. Donationem etiam, (&c.) quas *Maria* de *Muſchamp*, fecit prædictis Canonicis, de Eccleſia de Barkeuden, cum pertinentiis, & de quodam toſto, cum croſto, quod fuit *Hugonis* le *Preeſt*, & tribus acris terræ. Donationem etiam, & confirmationem, quas *Mabilia* de *Laggis*, fecit eiſdem Abbati & Canonicis, de Capella de parva Barwod, cum pertinentiis. Donationem etiam, (&c.) quas *Willielmus* de *Dyva* filius *Hugonis* de *Dyva*, fecit eiſdem Canonicis de Eccleſia de *Haddunna*, cum pertinentiis: Donationem etiam, (&c.) quas *Robertus* Comes *Legreceſtriæ*, fecit eiſdem Canonicis de mortuo boſco, & de branchiis ad ignem ſuum, in boſco de *Igheia*, cum unâ carucatâ bis in die, ſingulis diebus, à die *Paſchæ* uſq; ad feſtum ſancti *Michaelis* cariandis. Conceſſionem etiam & confirmationem, quas *Robertus* filius *Willelmi* de *Aſſeby*, fecit eiſdem Canonicis, de unâ virgatâ terræ in Theingwath; & de uni acrâ prati & dimidiâ in Langdale; & de duabus virgatis terræ in Theingwath; & de tota terra illa, quam *Wiganus* de *Mara* eis dedit, de feodo ſuo, ad Welfatwell; & de uno toſto in Theingwath; & uno ſelione in eadem villa; & de duobus ſelionibus in eadem villa, & Hutthorpe. Relaxationem etiam, & quietam clamanciam, quas idem *Robertus* fecit eiſdem Canonicis, de toto jure & clamio, quod ipſe & hæredes ſui habuerunt vel habere potuerunt in molendino & ſtagno eorundem Canonicorum & Hutthorpe. Conceſſionem etiam, (&c.) quas *Willielmus* de *Lodbrok* filius *Johannis* de *Lodbrok* fecit eiſdem Abbati & Conventui, de quinq; virgatis terræ & dimidia, & quinquaginta & quinq; acris terræ & dimidia, cum pertinentiis in Bareſwath. Dimiſſionem etiam, conceſſionem, & confirmationem, quas *Sara* filia *Rogeri Sanſon* de Barſwath, fecit eidem Abbati de quatuor virgatis terræ in Barſwath de dominico ſuo, cum meſuagio, toſto, croſto, & virgulto, cum pertinentiis; exceptis ſeptem acris terræ, quas prædicti Abbas & Conventus habent de dono ipſius *Sara*, & *Roberti Sampſon* fratris ſui. Conceſſionem, (&c.) quas *Reginaldus* filius *Willielmi Ferthyng* de Bozeſwath fecit eiſdem Abbati & Conventui, de annuo redditu trium ſolidorum, cum pertinentiis in Bozeſwath. Relaxationem etiam, & quietam clamanciam, quas *Rogerus* de *Knillingworth*, & *Batilda* uxor ejus, fecerunt eiſdem Canonicis, de toto jure & clamio, quod habuerunt vel habere potuerunt in tota terra, quam tenent in Barſwath, de feodo *Radulphi Baſſet*:

Conceſſionem etiam & confirmationem, quas *Radulphus Baſſet* filius *Ricardi Baſſet*, fecit eiſdem Canonicis de ſex ſolidatis redditus, cum pertinentiis in Barſwath. Donationem, (&c.) quas *Arnulphus* de *Nortoft*, fecit eiſdem Canonicis, de duabus virgatis terræ in Bareſwath. Conceſſionem, (&c.) quas *Will. Truſſell*, filius *Oſberti Truſſell*, fecit eiſdem Canonicis de unâ virgatâ terræ in eadem villa, cum toſto & croſto, quæ *Gaufridus* ſuper *Montem* tenuit; & unâ culturâ terræ in eadem villa. Donationem, (&c.) quas *Amicia Truſſel*, quondam uxor *Roberti* de *Colingham*, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de dimidiâ virgatâ terræ in Bareſwath, cum toſto & pertinentiis ſuis. Donationem etiam, (&c.) quas *Robertus* de *Clopton* fecit eiſdem Abbati & Conventui de duabus virgatis terræ in eadem villa, cum toſtis, croſtis, & pertinentiis ſuis. Relaxationem & quietam clamanciam, quas *Philippus* le *Breton* de Bozeſwath, filius *Will.* le *Breton*, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de toto jure & clamio, quod habuit, vel aliquo modo habere potuit in omnibus terris, tenementis, redditibus, poſſeſſionibus, & rebus, cum pertinentiis, quæ prædicti Abbas & Conventus habent de terris, tenementis, redditibus, poſſeſſionibus, & rebus, quæ fuerunt prædicti *Willielmi* patris ſui, vel aliorum anteceſſorum ſuorum in Bozeſwath. Remiſſionem etiam, (&c.) quas *Robertus* filius *Helæ* le *Noble*, de Bozeſwath, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de toto jure & clamio, quod habuit vel habere potuit in uno meſuagio, cum pertinentiis in eadem villa. Donationem, (&c.) quas *Willielmus Tilly*, filius *Rogeri Cordewaner* de Southampton, fecit prædictis Canonicis, de duabus virgatis terræ in Bareſwath, cum toſtis, & croſtis, & pertinentiis ſuis. Conceſſionem, (&c.) quas *Robertus* filius *Ricardi* de *Thingden*, fecit prædictis Canonicis, de uno meſuagio, undecim acris terræ, & quinq; rodis prati, & dimidia, cum pertinentiis in Thingden. Conceſſionem etiam & confirmationem, quas idem *Robertus* fecit eiſdem Canonicis de omnibus terris, (&c.) quæ iidem Canonici habent, de feodo ipſius *Roberti* in Thingden, & Burton. Conceſſionem inſuper, & confirmationem, quas *Willielmus* de *Harecurt*, miles, fecit eiſdem Canonicis, de omnibus terris, tenementis, redditibus, & poſſeſſionibus, cum pertinentiis, quæ iidem Canonici habent de donis anteceſſorum ſuorum, & liberorum hominum de feodo ſuo. Conceſſionem inſuper, & confirmationem, quas *Stephanus* filius *Roberti Rabaz*, de Northhynnillingwath, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de omnibus terris, tenementis, redditibus, & poſſeſſionibus, cum pertinentiis ſuis, quæ iidem Abbas & Conventus habent de donis

nis anteceſſorum ipſius *Stephani*, de feodo ſuo in Noztkynillworth.

Donationem etiam, (&c.) quas *Rogerus* de *Southkynilligworth* fecit eiſdem Abbati & Conventui, de duabus rodis terræ, cum pertinentiis in Bynetigworth. Remiſſionem, (&c.) quas *Ricardus* filius *Rogeri* de *Southkinelingworth*, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de toto jure & clamio, quod habuit, vel aliquo modo habere potuit, in omnibus terris, tenementis, advocatione Eccleſiæ, molendinis, redditibus, & poſſeſſionibus, cum pertinentiis, quæ dicti Abbas & Conventus habent de donis anteceſſorum ipſius *Ricardi* & liberorum hominum ſuorum in Suthkynelingworth. Donationem, (&c.) quas *Will.* filius *Roberti* de *Champayne*, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de libero introitu & exitu, tranſitu, & redditu, cum carectis, & equis ſuis, per viam, quæ eſt inter terram poteſtatis ſuæ de Craft, & foreſtam Domini Comitis *Leiceſtriæ*. Conceſſionem etiam, (&c.) quas *Nicholaus* filius *Roberti* de *Campane*, fecit eiſdem Abbati & Conventui, de unâ placeâ, cum vivario & gardino, cum pertinentiis; & de omnibus terris, tenementis, redditibus, & poſſeſſionibus, cum pertinentiis, quæ iidem Abbas & Conventus habent de donis anteceſſorum ipſius *Nicholai* in Craft & Merſton. Donationem etiam, (&c.) quas *Hugo* de *Merſton* fecit eiſdem Abbati & Conventui, de libero introitu, & exitu, & tranſitu, cum carectis & equis, & aliis neceſſariis ſuis, per viam, quæ eſt inter Craſte & Thurleſtoñ; & per omnes alias vias, quæ ſunt juxta terras ipſius *Hugonis*, ſine aliquo impedimento. Donationem etiam, (&c.) quas *Tho.* de *Eſtle* fecit eiſdem Abbati & Conventui, de libero introitu, & exitu, & tranſitu, cum carectis & equis ſuis, per viam, quæ eſt in terra poteſtatis ipſius *Thomæ* inter Craſt & Dunum; ſcilicet de Sutton, & de Broutoñ, & ſuper caput ſtagni in Broutoñ, inter ipſum ſtagnum & gardinum ſine aliquo impedimento ſibi vel hæredum ſuorum. Quietanciam etiam Theoloneii, quam *Robertus* Comes *Leiceſtriæ* fecit fratribus loci prædicti, de omnibus rebus, quas emerint vel vendiderint in *Leiceſtria*; vel per eam duxerint, quæ pertinent ad proprios uſus ſuos. Quietanciam etiam theoloneii, quam *Reginus* Comes de *Clara*, fecit præfatis Canonicis, de hiis quæ in proprios uſus emunt & vendunt in foro ipſius Comitis de Rowell, ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, prælatis Abbati & Conventui, & eorum ſucceſſoribus concedimus & confirmamus, ſicut Cartæ & ſcripta donatorum ſuorum prædictorum, quæ inde habent, rationabiliter teſtantur. In cujus rei, &c. Teſte Rege apud Suleby, *xiiii.* die *Marcii*.

ABBATIA

de Cokerſand *in agro* Lancaſtrenſi.

Carta Theobaldi Walteri, *de fundatione ejuſdem.*

SCiant præſentes & futuri, quod ego *T. Walterus*, pro divino intuitu, & amore beatæ *Mariæ*, & pro ſalute animæ Regis *Henrici*, & animæ Regis *Richardi* filii ſui, & animæ *Johannis* Comitis de Moreton, & animæ *Ranulphi* de *Glanvill*, chari noſtri; & pro ſalute animæ *H. Cantuarienſis* Archiepiſcopi, fratris noſtri, & animæ *Hervei Walteri* patris mei, & *Matildis Walteri*, matris meæ; & pro ſalute animæ meæ, & omnium amicorum & benefactorum, & anteceſſorum, & ſucceſſorum meorum, dedi & conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi, totam Hayam meam de Pyling, Deo & beatæ *Mariæ*, & Abbati, & Canonicis *Præmonſtratenſis* Ordinis, ibidem Deo ſervientibus, in puram, & perpetuam elemoſinam, ad unam Habathiam ædificandam, de Ordine *Præmonſtratenſi*. Quare volo, & præcipio, quod prædictus Abbas & Canonici ibidem Deo ſervientes habeant, & teneant prædictam Hayam liberè, cum omnibus pertinentiis, & diviſis, prædictæ Hayæ pertinentibus, liberam, & quietam, & ſolutam ab omni exactione ſeculari, & ſervitio, & de rewardo Foreſtarii, & de omni aliâ cauſâ, ſicut elemoſyna, in liberâ Hayâ ſitâ, liberiùs poteſt dari, in boſco, in plano; in pratis, & paſchuis; in aquis, in ſtagnis, in vivariis, in molendinis, in piſcariis, in ſilvis, in mariſcis, in madido & ſicco; & in omnibus libertatibus, & ayſiamentis prædictæ Hayæ, tàm illis, quæ modo ſunt, quàm illis quæ indè pervenire poterunt; Hiis Teſtibus, *Will. Poer*, *Benedicto Gernet*, *Radulpho* de *Bethun*, *Rogero* fratre ſuo, *Gilberto* de *Kenterwelle*, *Huberto Baſtard*, *Rogero* de *Leiceſtre*, *Roberto* de *Burun*, *Warino Banaſtre*, *T.* fratre ſuo, *Willielmo* filio *Martini*, *Helya* filio *Reg.* *Ada* de *Kellet*, *Ada* filio *Heſet*, *Willielmo* de *Winequic*, *Galfrido* de *Barton*, *Willielmo* de *Heſton* & *Richardo* fratre ſuo, *Waltero* de *Slopisbiri*.

Ex ipſo autogr. penès *Rob. Dalton* de Thorn-ham in Com. *Lanc.* Arm.

Carta Regis Ricardi *secundi, donatorum, concessiones recitans & confirmans.*

Cart. de ann 7. & 8. R. 2. n. 1.

REX, &c. *salutem. Inspeximus Cartam, quam celebris memoriæ, Dominus* Johannes, *quondam Rex* Angliæ, *progenitor noster, fecit dilecto nobis in Christo Abbati & Conventui beatæ* Mariæ *de* Cokersand, *in hæc verba. Johannes* Dei gratiâ, Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Norm. Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Justiciariis, vicecomitibus, forestariis, & omnibus ballivis & fidelibus suis salutem. Sciatis me pro amore Dei, concessisse Canonicis de Cokersand, totam pasturam de Pilil, habendam & tenendam in liberam, puram & perpetuam elemosinam, cum omnibus aisiamentis suis. Confirmavimus etiam eis locum de Cokersand, cum omnibus pertinentiis suis, in quo fundati sunt, & omnes alias rationabiles donationes eis factas, undè Cartas habent, sicut Cartæ donatorum rationabiliter testantur. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod prædicti Canonici habeant & teneant prædictam pasturam de Pilil, cum pertinentiis, & omnia sicut prædictum est, liberè & quietè, integrè, plenariè & honorificè in perpetuam elemosinam, ab omni seculari servitio & exactione, sicut Cartæ donatorum, quas habent, rationabiliter testantur. Testibus *I. Norwicensi*, *M. Wygornensi*, Episcopis; *R.* Comite *Leicestriæ*, *R.* Comite *Mellenti*, *Petro de Pratellis*, *Simone de Pateshulle.* Data per manum *H. Cant.* Archiep. Cancellarii nostri, apud Cawinton *xiv. Mart.* an. Regni nostri *ii.*

Inspeximus etiam quandam aliam Cartam, quam idem progenitor fecit eisdem Abbati & Conventui, in hæc verba. *Johannes* Dei gratiâ, Rex *Angliæ*, (&c.) Archiepiscopis, (&c.) salutem. Sciatis nos intuitu Dei, & pro salute animæ nostræ, & animarum antecessorum & successorum nostrorum, dedisse, & concessisse, & hac præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ* de Cokersand & Abbati & Canonicis ibidem Deo servientibus, duas carucatas terræ, cum omnibus pertinentiis suis, de dominico nostro de Petobigging, juxta Kingleton, de quibus percipere solebamus per annum sexdecim solidos, per manum vicecomitis *Lancastriæ*. Habendas & tenendas eisdem Abbati & Canonicis, de nobis & hæredibus nostris imperpetuum ad feodi firmam; Reddendo indè nobis & hæredibus nostris, singulis annis viginti solidos, pro omnibus servitiis, & exactionibus, ad duos terminos anni; scilicet ad festum sancti *Michaelis* decem solidos, & ad *Pascha* decem solidos, per manum vicecomitis *Lancastriæ* apud *Lancastriam.* Quare volumus, (&c.) Data per manum Magistri *Ricardi* de *Mariscis* Cancellarii nostri, apud Fecham, vicesimo octavo die *Julii*, anno Regni nostri decimo septimo, &c.

Nos autem donationes, concessiones, libertates, franchesias, & quietas clamancias prædictas, & etiam donationem, concessionem, & confirmationem, quam *Henricus* de *Melling*, & hæredes sui fecerunt Deo & sanctæ *Mariæ* & hospitali de Cokersand, de totâ suâ parte de plano, ab Heuggetitha-laka, usq; ad divisam de Bikersset; & iterum de tertia sua parte de totius Bumelcogs, usq; ad divisam de Walgele, usq; ad Heuggetitha-laka, in puram & perpetuam elemosinam, cum omnibus pertinentiis, cum communione suæ dimidietatis prædictæ villæ, liberè & quietè ab omni seculari servitio. Ac etiam donationem, concessionem, & confirmationem, quas *Johannes* de Hakunethou fecit Deo & beatæ *Mariæ* de Cokersand, & fratribus ibidem Deo servientibus, de tota tertia parte totius terræ suæ in Hakunethou, & in Pasthauethe, quam pater suus habuit, & ipse post ipsum, cum communione, & omnibus aisiamentis, & libertatibus, quæ continentur in Carta Domini Regis quam habuit, in puram & perpetuam elemosinam, liberè & quietè ab seculari servicio omni, & exactione imperpetuum. Ac etiam donationem, concessionem, & confirmationem, quas *Thomas* filius *Simardi* de *Mellings*, & hæredes sui fecerunt Deo, & sanctæ *Mariæ*, & dicto Hospitali de Cokersand, de totâ terrâ, quæ est inter magnam stratam; & divisam à Womondeswode, quæ strata transit ... ad vadum quod est Melling, & Thorp tendens usq; in Heuggetithes-laka. Et de totâ suâ parte de plano, ab ipsâ laka usq; ad divisam de Bikersset; & iterum de tota parte sua totius Bumelcogs, usq; ad divisam de Aton, & divisam de Walgele; & de divisa de Walgele, per mossam de Heuggetithes-laka, cum omnibus pertinentiis, in puram & perpetuam elemosinam, cum communione suæ dimidietatis prædictæ villæ, liberè, & quietè ab omni seculari servicio.

Ac etiam donationem, concessionem, & confirmationem quam *Willielmus* de *Lancastre* fecit Deo, & beatæ *Mariæ* de Cokersand, & fratribus ibidem Deo servientibus, de toto bosco suo de Foxton, & toto dominico suo, cum servicio *Henrici* filii *Will.* & omnibus aisiamentis & libertatibus, quæ infra prædictam terram fuerunt, & fieri possent, in puram & perpetuam elemosinam, liberè, & quietè ab omni exactione, & seculari servicio, & sicut aliqua elemosina liberiùs & quietiùs dari, vel concedi posset. Ac etiam concessionem, & confirmationem, quas *Johannes Malherbe* fecit Deo, & beatæ *Mariæ* de Cokersand, & Canonicis, Ordinis *Præmonstratensis*, ibidem Deo servientibus, de totis Holmis juxta Maram de Toxtetum in * Lallondesire, cum omnibus pertinentiis in puram & perpetuam elemosinam, liberè, & quietè ab omni exactione seculari, & servitio, per assensum & consensum Prioris, & Conventus Ordinis *Cluniacensis*, de *Tofordia.* Ac etiam donationem, & concessionem, & quietam clamanciam, & confirmationem, quas *Helias*, filius *Reg.* de *Hotun*, in Lallondschire, fecit Deo, & beatæ *Mariæ* de Cokersand, & Canonicis *Præmonst.* ibidem Deo servientibus, de tribus carucatis terræ in Hottun, in Levlondeschire, scilicet, de tota villa de Hotun, sine aliquo retenemento, tam in servitiis, quàm in hominibus liberis, & nativis, cum omnibus aisi-

* Nomen wapentachii.

aisiamentis, libertatibus, & communionibus, quæ in eisdem terris fuerunt, vel esse possent; videlicet, in bosco, & plano, in pratis, & pascuis, in moris, & mariscis, in piscariis, & piscationibus, in vivariis, & stagnis, in viis, & semitis, & in omnibus eidem terræ adjacentibus, eisdem Canonicis, & successoribus suis. Habenda & tenenda imperpetuum quietis & solutis de se & hæredibus suis; ita quod nec ipsi, nec hæredes sui, aliquod jus, de eisdem terris, exigere possent, præter elemosinas & orationes: prædicti verò Canonici facient forinsecum servitium domino Regi, & dominis prædicti feodi, quantum pertinet ad . . . . . carucatas terræ, undè decem carucatæ terræ faciunt feodum unius militis; pro quâ verò donatione, & quietâ clamanciâ, prædicti Canonici de **Cokersand**, dederunt sibi Centum marcas esterlingorum; quam quidem donationem, & quietam clamantiam prædictus *Helias*, & hæredes sui warantizabunt prædictis Canonicis, contra omnes homines imperpetuum.

Ac etiam donationem, concessionem, & confirmationem, quas *Willelmus* de *Lancastre*, consensu hæredum suorum, fecit Ecclesiæ Sanctæ *Helenæ* de **Garestang**; Et Abbati & Canonicis de **Cokersand**, de quatuor bovatis terræ in villâ de **Garestang**, à vado de **Belamespac**, usq; ad rivulum de **Winerlic**, & sic sequendo **Winerlic** linialiter, ultra mussam, usq; ad vadum de **Tillerdale-holme**; & sic sequendo **Wire**, ex parte australi, usq; in **Belanespac**; & de terrâ illâ, quæ est juxta Ecclesiam, cum mortuo bosco de **Birkeland**; & similiter concessionem, quam idem *Willelmus* de *Lancastre* fecit eisdem, & eorum tenentibus villæ de **Garestang**, tam qui essent, quàm qui fuerunt de *Housabold* & *Hoybold*, cum omnibus aliis libertatibus eidem villæ pertinentibus, in bosco, in plano, in pratis, in pascuis, in mussis, & Scalingis, in puram & perpetuam elemosinam liberis & quietis ab omni servicio seculari. Ac etiam concessionem, & confirmationem; quas *Henricus* de *Lascy*, Comes *Lincolniæ* & Constabularius *Cestriæ*, fecit Deo & Sanctæ *Mariæ* de **Cokersand**, & Canonicis ibidem Deo servientibus, de quadam Cartâ *Johannis* de *Lascy* Comitis *Lincolniæ*, & Constabularii *Cestriæ*; per quam idem *Johannes* de *Laci* concessit & confirmavit Deo & Sanctæ *Mariæ* de **Cokersand** & Canonicis ibidem Deo servientibus, totam villam de **Hoton**, in **Lanlondshire**, quam habent ex dono *Heliæ* filii *Rogeri*; scilicet, tres carucatas terræ, cum omnibus pertinentiis suis; scilicet in bosco & plano, in pratis & pascuis, in molendinis, & stagnis, in piscariis, & piscationibus; & in omnibus aisiamentis, & libertatibus, quæ infra divisas ejusdem villæ de **Hoton** fuerunt, vel esse possent, prout Cartæ testantur, quas prædicti Canonici habent de eodem *Helia*: Habendum & tenendum de ipso *Johanne* de *Lascy*, & hæredibus suis imperpetuum, liberè & quietè, de sectâ Curiæ suæ, & pastu servientium suorum; salvo servicio domino Regi, & cæteris servitiis suis. Ac etiam remissionem, & quietam clamantiam, quas idem *Henricus* de *Lascy*, de se & hæredibus suis, Deo & beatæ *Mariæ* de **Cokersand** & Canonicis prædictis, de servicio Domini Regis, & cæteris serviciis omnibus, quæ prædictus *Johannes* de *Lascy* avus suus, per confirmationem suam, sibi & hæredibus suis reservavit, ita quod prædicti Canonici totam villam de **Hoton** prædictam, cum suis pertinentiis, ut plenius suprà dictum est, habeant & possideant sibi & successoribus suis, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, quietam & solutam ab omni terreno servitio, seculari exactione & demandâ imperpetuum.

Ac etiam donationem, concessionem, & confirmationem, quas *Henricus* de *Sefton*, Clericus, fecit Deo & beatæ *Mariæ*, de **Cokersand**, & Abbati & Canonicis *Præmonstratensis* Ordinis ibidem Deo servientibus, & eorum successoribus, de dominico totius villæ de **West-Halton**, cum omnibus pertinentiis suis, sine aliquo retenemento, tam in escaetis, quàm wardis, releviis, homagiis, serviciis, redditibus, & in omnibus aliis rebus, quæ extunc quocunq; modo, casu, vel ratione prædictæ villæ possent evenire, & pertinere, liberè & quietè à se & hæredibus suis, sibi & successoribus suis imperpetuum. Ac donationem, concessionem, & confirmationem, quas idem *Henricus* de *Sefton* fecit eisdem Abbati, & Canonicis, & eorum successoribus, de totâ tertiâ parte totius prædictæ villæ de **Halton**, cum omnibus pertinentiis suis, tàm in boscis, quàm in planis, in moris, & mariscis, in pascuis, & pasturis, in vastis & pratis, in parcis, & assartis, in aquis & vivariis, in stagnis & molendinis, in melle & spervariis, in fecis, & ferinis, in pessonâ, & herbagiis, & in omnibus aliis pertinentiis suis, aisiamentis, libertatibus, & appruviamentis, quæ fuerunt, vel fiebant, vel extunc fieri possent infra villam de **Halton**, & extra, infra divisas & metas ejusdem villæ, sine aliquo retenemento; tenendum & habendum dictis Abbati, & Canonicis, & eorum successoribus imperpetuum, plenariè, integrè, liberè, quietè, benè & in pace, soluta ab omni seculari servitio, exactione, consuetudine, & demandâ. Ac etiam donationem, concessionem, & confirmationem, quas *Galfridus* filius Domini *Johannis* de *Hicumshoo* fecit Deo & beatæ *Mariæ* de *Cokersand* & Abbati, & Canonicis Ordinis *Premonstratensis* ibidem Deo servientibus, de quadam parte terræ suæ in territorio de **Prethout**, videlicet totâ terrâ infra has divisas, sine aliquo retenemento; scilicet de **Lostockmepul**, ubi Crux sita fuit, rectâ lineâ extensâ in Austro, usq; ad Crucem super le **Tunge**; & sic de illâ Cruce, per quandam foveam, inter **Barram** & le **Tunge**, apud orientem, usq; ad aliam Crucem super le **Blakelakebanke**, sequendo le **Blakelake**, ex transverso le **Tunge**, apud Austrum, usq; in profundam Mussam; & ex parte Aquilonis de **Lostockmepul**, rectâ lineâ in sabulones; Et sic per sabulones, versus orientem, usq; ad divisas dictorum Abbatis & Conventus: Tenendas & habendas imperpetuum, dictis Canonicis, & eorum successoribus, liberè, quietè,

quietè, integrè, bene, & in pacè; ita quod ad eorum libitum prædictam terram possent circumcludere, fossare, assartare, arare & omnimoda eorum commoda indè facere, quæ sibi viderint expedire, sine contradictione sui, vel hæredum suorum.

Ac etiam concessionem, quam præfatus *Galfridus*, filius Domini *Johannis*, similiter fecit eisdem religiosis, quod averia eorum tempore estivo, vel quandocunq; necesse haberent, seu vellent, possent super sabulones usq; ad **Bokir** transire & requiescere, sine contradictione aliquâ sui & hæredum suorum. Ac etiam donationem, concessionem, & confirmationem, quas dominus *Edmundus* de *Nevill* chivaler, fecit Deo & beatæ *Mariæ* de **Cokersand**, & Abbati, & Conventui ejusdem loci, ibidem Deo servientibus, de tertiâ parte Manerii de **Middleton, in Lonesdale**, cum pertinentiis; Habendum & tenendum in puram, & perpetuam elemosinam, præfatis Abbati, & Conventui, & successoribus suis imperpetuum. Ac etiam ratificationem, concessionem, & confirmationem, quas *Wilhelmus* filius *Johannis Haconeshowe*, dominus villæ de **Haconeshowe**, & **Preshowe**, fecit præfatis Abbati & Conventui, & eorum successoribus, de quadam Cartâ *Galfridi* filii Domini *Johannis* de *Haconeshowe*, antecessoris ejusdem *Willielmi* filii *Johannis*, per quam idem *Galfridus* concessit & confirmavit Ecclesiæ de **Cokersand**, & Abbati, & Conventui ibidem Deo servientibus, omnes terras & libertates, quas pater suus *Johannes* de *Haconeshowe*, eis dedit in villâ de **Preshowe**, & **Haconeshowe**, sicut Cartæ ipsius testantur. Ac etiam concessionem, quam idem *Galfridus* fecit eisdem Abbati & Canonicis de totâ tertiâ parte dominii sui in villâ de **Preshowe**, & **Haconeshowe**, & extra, & per omnia, prout in Cartâ Domini Regis, quam idem *Galfridus* habuit, continetur, in puram, & perpetuam elemosinam; libere, quiete ab omni seculari servitio & exactione, ratas habentes & gratas easdem omnes & singulas donationes, concessiones, libertates, franchesias, & quietas clamantias, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Christo nunc Abbati & Conventui loci prædicti, & eorum successoribus approbamus, ratificamus, & confirmamus, imperpetuum, sicut tam Cartæ dictorum progenitorum nostrorum, quàm dictæ Cartæ personarum prædictarum, rationobiliter testantur.

Præterea volentes eisdem Abbati & Conventui gratiam in hac parte facere uberiorem, concessimus eis & eorum successoribus, & hac Cartâ nostrâ confirmavimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, quod licet ipsi, vel prædecessores, aliqua vel aliquibus libertatum, franchesiarum, vel quietantiarum in singulis Cartis prædictis contentarum, aliquo casu emergente, hactenùs plenè usi non fuerint; ipsi tamen Abbas & Conventus, & eorum successores, libertatibus, franchesiis, & quietanciis illis, & earum qualiber, de cætero, plenè gaudeant & utantur, sine occasione, vel impedimento nostri, vel hæredum nostrorum, Justiciariorum, Escaetorum, Vicecomitum, aut aliorum ballivorum, seu Ministrorum nostrorum quorumcunq;. Hiis testibus, venerabilibus patribus *W.* Archiepiscopo *Cantuariensi*, totius *Angliæ* primate, *R. London. W. Winton.* Episcopis (&c.) Data per manum nostram apud *Westmonasterium* v. ii. die *Aprilis*.

10 *Compositio de Decimis parochiarum de* **Lancastre, Pulton, & Wiscopeym.**

OMnibus Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit, Subdecanus *Lincolnia*, Prior & subprior Sanctæ *Katerine Lincolnia* salutem. Ad omnium vestrum notitiam volumus pervenire, nos mandatum Domini Papæ *Innocencii* tercii, in hæc verba, suscepisse. Innocencius *Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis subdecano, Priori & subpriori* Lincolniæ *salutem, & Apostolicam benedictionem. Ex parte Abbatis & Conventus* Sancti Martini Sagii, *recepimus quæstionem, quod Abbas & Canonici de* **Bokersand**, Præmonstratensis *Ordinis*, Eboracensis *Diœcesis, super decimis & rebus aliis injuriantur eisdem: Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis & auditis hinc inde propositis, quod justum fuerit, appellatione postposita, discernatis; facientes, quod decreveritis, per censuram Ecclesiasticam, firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, per censuram eandem, appellatione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Data* Laterani xiii. *Kal.* Junii, *Pontificatus nostri anno tercio decimo.* Hujus igitur auctoritate mandati partibus in præsentiâ nostrâ constitutis, & quibusdam ad utriusq; intentionis astructionem propositis, post etiam quasdam altercationes hinc inter eos, amicabili compositione conquievit, in hunc modum; videlicet, quod duas partes decimarum bladi in parochia de *Lancastria*, & de **Pulton**, & **Wiscopeym**, super quibus controversia inter eos, auctoritate apostolica, coram nobis vertebatur, Abbas & Conventus *Sagii* percipient; Tercia parte penès Abbatem & Conventum de **Bokersand** remanente; nec ipsi Abbas & Conventus de **Bokersand**, vel aliquis ex parte ipsorum, prædictas parochias Abbatis & Conventus *Sagii*, ad spiritualia conferenda, vel temporalia percipienda, sine licentia & consensu Abbatis & Conventus *Sagii*, indebite ingredientur. Si autem dicti Abbas & Conventus de **Bokersand** post Compositionem istam inter ipsos & Abbatem & Conventum *Sagii* factam, ex donatione aliquorum, vel alio justo titulo, terras aliquas vel possessiones infra limites prædictorum Abbatis & Conventus *Sagii* adquisierint, decimas dictis Abbati & Conventui *Sagii* jure parochiali persolvent, de jure communi persolvendas. Ad hæc sciatis, quod ex utriusq; partis consensu, jurisdictionem partes

Ex ipso scriptum auto gr. in bibl. Hatton.

ad

ad istius Compositionis observantiam cohercendi, si qua illorum contra illam venire voluerit, nobis reservavimus.

Facta fuit hæc Compositio anno ab Incarnatione Domini *MCCxvi.* In hujus verò rei testimonium, præsentis scripti paginam sigillorum nostrorum appositione roboravimus. Ad hoc sciendum quod Abbas & Conventus de **Bokersaund**, super eadem causâ, coram nobis impetratis & impetrandis renunciaverunt.

Compositio inter Priorem & Conventum Lancastriæ *& Abb. & Conv. de* Cokersand.

Ibid. NOverit universitas fidelium; quod, cum inter Priorem *Lancastria* agentem, nomine sui Abbatis, & Conventum *Sagiensem*, ex una parte; & Abbatem & Conventum de **Bokersaund**, ex alterâ, coram Judicibus delegatis apud *Lincolniam*, quæstio verteretur; Priore proponente, quod idem Abbas & Conventus, contra Compositionem aliquando inter eos initam, quosdam parochianos dictorum Abbatis & Conventus *Sagii* ad sepulturam in eorum Monasterio, & nonnullos qui ipsis Abbati & Conventui de **Bokersaund** servierunt, ad sacramenta ecclesiastica admiserunt, & ab eis oblationes & personales decimas receperunt, parte ipsius Abbatis & Conventus de **Bokersaund** se in hiis per privilegia apostolica excusante. Demùm partes in præmissis se voluntati Domini Archidiaconi *Richemundiæ*, commiserunt, ut ipse super motis quæstionibus inter eos, amicabiliter ordinet & componat. Qui in pactâ compositione inter eos factâ, & privilegiis antedictis, statuit, ut compositione, cui per privilegia nullatenùs derogatur, in suo robore duratura, pœnæ commissæ ab Abbate & Conventu de **Bokersaund**, pro eo quod contra ipsam compositionem venerant, hac vice penitùs relaxentur. Et quod ipsi Abbas & Conventus parochianos Prioris *Lancastriæ*, sine ipsius licentiâ, ad sepulturam vel sacramenta ecclesiastica scienter, de cætero, non admittant. Si verò aliquis parochianus dicti Prioris, apud Monasterium de **Bokersaund** sibi elegerit sepulturam, soluris Ecclesiæ, cujus est parochianus, juribus, quæ debentur; Prior requisitus, tumulandi eundem, licentiam non negabit, sed ab ejus parochianis eorum servientibus per eos oblationes aut personales decimas capi de cætero non permittet. Si verò ipsos Abbatem & Conventum de **Bokersaund** contingat dictam Compositionem scienter iterum violare, non solum ad pœnas ex ipsâ violatione commissas, tenebuntur; sed etiam ad eas, quæ nunc sunt de gratiâ relaxatæ; nec credatur de parochianis Prioris *Lancastriæ* in Abbatia de **Bokersaund** continuè servientibus, quod emitti debeant pro spiritualibus capiendis; sed de illis duntaxat, qui in grangiis, videlicet de **Barlton**, & de **Trefeld**, de **Stavnhale**, & de **Pæsheu**, & de *Estona* infra parochias dicti Prioris constitutas servientes, die *Paschæ* & aliis diebus quibus offerri consuevit, non ad suas parochiales Ecclesias, ut deceret, sed ad Monasterium de **Bokersaund** se transferunt, & ibidem contra justitiam offerentes, & decimas dantes, defraudent proprias Ecclesias, suo jure. Si verò contigerit dictos Abbatem & Conventum de **Bokersaund**, de cætero habere aliquas grangias sive mansiones infra dictas parochias de *Lancastria* & **Pulton**, servientes in eisdem, facient pro se plenariè in decimis personalibus & oblationibus, sicut & faciunt servientes in grangiis prænominatis commorantes. Et sciendum quod ad omnis litigii amputationem dictus Prior concessit Abbati & Conventui memoratis, quòd ad solvendum decimas de oleribus, aut porrectis, crescentibus in clauso suo apud **Carlton**, decimas non exiger, si vero granum vel legumen aliud quodcunq; severint in eodem, de ipsis solvent decimas fideliter, ut tenentur. Et acceptata est prædicta ordinatio à partibus; salvis eisdem Abbati & Conventui suis privilegiis, quoad omnia quæ in Compositione prædictâ non tanguntur. In cujus acceptationis testimonium, partes huic scripto cirographato signa sua, cum signo Archidiaconi appenderunt. Actum apud **Burton** in **Kendal**, *v.* Kal. *Decembris* anno Domini *MCC. quinquagesimo sexto.*

Alia compositio inter eosdem.

Ibid. NOverit universitas fidelium, quod cum Dominus *Radulfus* de *Truno*, Prior *Lancastriæ*, tàm titulo Domini Abbatis *Sagiensis* ibi specialiter commissi, quàm auctoritate Ecclesiæ suæ de *Pulton*, ad dispersa, in qua fuerint colligenda, & super hiis modis cuibus dictis Abbatiæ *Sagiensi*, & Ecclesiæ de **Pulton** utilius esse decreverit paciscendum constitutus, decimam parochialem de quadam pasturâ in paro hiâ memoratæ Ecclesiæ de **Pulton**, inter **Colecros** & exteriorem foveam occidentalem, versus **Parthou**, quæ vocatur **Stocpul**; quam quidem pasturam Abbas & Conventus de **Cokersand**, ex collatione Domini *Johannis* de *Hacumshou*, & *Galfridi* filii ejus, obtinuerunt, ab ipsis Abbate & Conventu postularet, die *Jovis* in vigilia *Circumcisionis* Domini, anno gratiæ *MCC. septuagesimo primo*, inter prædictos Dominum Priorem & Abbatem & Conventum, ita convenit, quod remissis ex parte dicti Domini Prioris dispendiis indè retro habitis, dicti Abbas & Conventus de **Cokersand** octodecim denarios ad festum sancti *Michaelis*, nomine decimæ, prædictæ Ecclesiæ de **Pulton**, pro prædicta pastura annuatim persolvent imperpetuum: Ita insuper, quod si dicti Abbas & Conventus, dictam pasturam futuris temporibus colere voluerint, dicta Ecclesia de **Pulton** decimam garbarum totius culturæ, quam in ipsa pasturâ fecerint, plenariè percipiet, unà cum *xviii.* denariis annuis supradictis. Et ut hæc Compositio imperpetuum irrefragabiliter à partibus teneatur, utraq; pars huic scripto hinc inde sigillum suum apposuit. Testantibus *Galfrido* de *Hacumshou*, *Amaurico* de *Lechampton*, *Nich.* de *Prioratu*, *Will.* de *Benesty*, *Gilberto* Clerico, *Reg.* de *Cokersand* Clerico, & aliis.

Stemma Fundatoris.

Ex præfato Regist. de Cokersand, f. 72. b.

IVO Talbot genuit *Eldredum*; *Eldredus* *Ketellum*; *Ketellus Gilbertum*; *Gilbertus Will.* qui quidem *Willielmus* fecit se vocari *Willielmum* de *Lancaster*, & fecit se vocari coram Rege in Parliamento, *Willielmum* de *Lancaster*, Baronem de Kendale. Qui quidem *Willielmus* cepit in uxorem *Gundredam* priùs Comitissam de Warwike; de quibus *Willielmus* de *Lancaster* secundus: Et cepit in uxorem *Helewisiam*, de quibus *Helewisia*, filia & hæres eorum; quæ quidem *Helewisia* cepit in maritum *Gilbertum* filium *Raynfridi*; de quibus *Willielmus* de *Lancaster* tertius; & obiit sine hærede.

Post *Helewisia* cepit in maritum *Petrum* de *Brus* seniorem; & eorum filiæ *Alicia* & *Sarrota*; & postea *Alicia* cepit in maritum *Willielmum* de *Lyndesay*; & *Sarrota*, *Alanum* de *Multon*; de quâ *Sarrota* nihil ultra, quia sine hærede. De *Alicia* & *Willielmo* de *Lyndesay*, *Walterus*, de *Waltero* de *Lyndesay*, *Wil.* de *Willielmo*, *Willielmus*, de secundo *Willielmo*, *Christiana* de *Lyndesay*; & dicta *Christiana* cepit in maritum *Ingelramum* de *Gynes*.

Willielmus (qui se vocari fecit *Will.* de *Lancaster*) filius *Gilberti* primus, dedit duas bovatas terræ in Cokerham, Canonicis de *Leicest.* unde hæredes sui minus tenent in Capite.

Ib. f. 126. Idem *Willielmus* filius *Gilberti*, dedit unum piscatorium in aquâ de Lon, quod vocatur Child.

Carta Willielmi *filii* Mich. *de* Furnesia, *de una portione terræ suæ de* Thurnum.

OMnibus sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, præsens scriptum visuris vel audituris, *Will.* filius, *Mich.* de *Furnesia*, salutem: Sciatis, quod ego *Will.* filius *Michaelis* de *Furnesia*, dedi, concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & sanctæ *Mariæ* & Hospitali de Cokersand, & fratribus ibidem Deo servientibus, unam portionem terræ meæ de Thurnum, cum suis pertinentiis; scilicet illam totam terram per eundem pullum, quod descendit de Mosla in magnum pullum, extra antiquam viam.

De fundatione Abbathiæ de Cokersand.

AD universorum notitiam perveniat inter *P.* Abbatem & Conventum de *Leicestria*, in pratis, & Canonicis de Cokersand, ita convenisse, quod jam dictus *P.* & Conventus de *Leicestria* intuitu pietatis & religionis, dederunt præfatis Canonicis de Cokersand locum in quo domus Hospitalis de Cokersand sita est, in puram & perpetuam elemosinam; ita ut liceat eis Abbathiam construere & Abbatem habere, scilicet de tribus robis usq; ad divisum de Thurnham, per mediam mossam, &c.

Clemens Papa, tertio pontificatus sui, anno Domini 1190. confirmavit *H.* Priori Monasterii Hospitalis de Cokersand, ut domus sita vocata erit *Monasterium beatæ* Mariæ *Ordinis* Præmonstratensis *de* Cokersand.

Carta Willielmi *de* Lancastre *de loco de* Askelcros, *&c. ad Hospitale manutenendum.*

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Will.* de *Lancaster*, dedi, & in puram & perpetuam elemosinam concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi *Hugoni* Heremitæ, locum de Askelcros & Croc, usq; ad pullum, cum omnibus pertinentiis & libertatibus omnibus, ut meam piscariam super Lopn, & plura si possunt facere, & omnia easimenta in bosco meo ad Hospitale manutenendum. Hoc autem feci, concessu, & petitione Dominæ *Helewisiæ* sponsæ meæ, de cujus dote hoc est, liberè, & soluté & quietè, & honorificè ab omni seculari servitio, pro salute animæ meæ, & *Helewisiæ* sponsæ meæ, & hæredum meorum, & antecessorum meorum. His testibus, Domina *Helewisia* sponsa meâ, *Norm.* Dapifero, (&c.) Ib. f. 112.

ABBATIA
de Begeham in agro Sussexiano.

Carta fundationis ejusdem, per Radulfum *de Dena.*

NOtum sit omnibus, tam futuris quàm præsentibus sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, quod ego *Radulfus* de *Dena* dedi & concessi Deo & sanctæ *Mariæ* & sancto *Laurentio* de Botteham, & Canonicis ibidem Deo servientibus, Ordinis *Præmonstratensis*, ad Abbatiam construendam, totum Dominium meum de Botteham, cum Capella ejusdem loci, & cum omnibus ad dominium ipsum pertinentibus, & homines meos de Dudintune, scilicet *Gladewine* fratrem *Speg*, cum v. solidatis terræ, & *Johannem Cnokedune*, *Gilebertum Carpentarium*, *Willielmum Cnokedune*, *Hugonem*, *Tho.* de *Farnstrete*, cum terrâ suâ, & *Robertum Bunt*, & *Wisi Winer* & hæredes suos, & hæredes fratris sui *Grig*; & *Sewalum*, & *Wluardum*, & *Walterum*; & terram quam *Fulkeri* tenet de me in Defoxo, de quâ reddit annuatim *i.* libram piperis, & *viii.* libras ceræ. Et præter hæc mariscum de Begham, sicut *Radulfus* avunculus meus eum tenuit; & totum mariscum quod Ex cod. MS. in bibl. Cor. [sub. effigie Othonis A 2.] f. 17.

quod fuit *Wirici*, & novum mariscum quantum ad me pertinet, in liberam & perpetuam elemosinam. Quare volo & præcipio, ut prædicti Canonici hanc donationem habeant & teneant liberè & quietè in bosco & plano, pascuis & pratis, aquis & mariscis, & cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus, quibus aliquo tempore liberiùs & quietius illa possedi. Hoc autem feci, concessu & assensu *Roberti* filii & hæredis mei, pro salute corporis & animæ meæ, & pro salute corporis & animæ dicti *Roberti* & hæredum meorum; & pro salute corporis & animæ Domini mei Regis *Henrici* & liberorum ejus & pro animabus patris & matris meæ & omnium antecessorum meorum; necnon & successorum meorum, in liberam elemosinam. Hiis testibus, *Rogero* filio *Reinfrei*, *Ricardo* filio *Willielmi*, *Willielmo* de *Warenne*, *Adam* de *Puninges*, *Jocelino* filio *Reinfrei*, *Michaele* de *Turneham*, *Galfrido* de *Saccville*, *Roberto* de *Hiccleshum*, *Radulfo* Clerico, *Henrico* Clerico, *Henstachio* de *Monte*, *Will.* de sancto *Albano*.

Alia Carta præfati Radulfi *de* Dena.

lb. NOtum sit omnibus, tam præsentibus quàm futuris, quod ego *Radulfus* de *Dena* dedi & concessi Deo & Ecclesiæ sancti *Laurentii* de **Otteham**, & Canonicis ibidem Deo servientibus, in puram & liberam & perpetuam elemosinam, totum dominium meum de **Otteham**, cum Capellâ ejusdem loci, & cum omnibus ad ipsum dominium pertinentibus, & homines meos de **Dudintone**, cum tenementis suis; & terram quam *Fukeri* tenet de me in **Defford** & in **Murletestune**, unde reddit mihi annuatim unam libram piperis, & *viii.* libras ceræ: Et præter hoc dedi eis mariscum de **Wegeham**, & Hidam de **Ambefeld**, quam tenèo de *Ricardo* de *Horsenden*. Quare volo, quod prædicti Canonici hæc tenementa habeant & teneant benè & in pace, liberè & quietè, sicut eas meliùs & liberiùs tenui. Hiis testibus, *Ricardo* filio *Willielmi*; *Rogero* filio *Reinfredi*, *Willielmo* de *Warenne*, *Jocelino* filio *Reinfredi*, *Michaele* de *Thurne*, *Radulfo* Clerico, *Eustachio* de *Monte*, & aliis.

Carta Roberti *de* Dena, *de terris* in **Telletone**.

Ibid. NOtum sit, tam præsentibus quàm futuris, quod ego *Robertus* de *Dene* do & concedo Deo & Canonicis de **Otteham**, in liberam & perpetuam elemosinam, totam terram quam habui in **Telletone**, cum omnibus pertinentiis suis; & insuper piscariam meam in mariscо, cum pertinentiis suis. Hoc autem ita concedo, ut prædicti Canonici tale servicium inde faciant, sicut ego inde faciebam. Sub hiis testibus, *Rob.* de *Gatum* meo avunculo; *Rogero Anglico*; *Manasse Aguillun*; *Gaufr.* de *Sunkeville*, *Rolando* de *Asquitade*, *Ric. Buissun*, *Will. Instetur*, *Alexandro Tripe*, *Reinaldo* de sancto *Albano*, *Rad. Esquines*, & multis aliis. Hoc donum ut ratum habeatur, sigilli mei munimine roboravi.

Confirmatio Galfridi *de* Saukeville.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Galf.* lb. de *Saukeville*, concessi & præsenti Cartâ confirmavi Deo & Canonicis de **Wegeham** donationes quas *Rad.* avus meus, & *Robertus* avunculus meus, & *Ela* mater mea eis fecerunt, videlicet ex dono *Rad.* avi mei, totum dominium de **Otteham**, cum omnibus pertinentiis suis, & cum Capella ejusdem loci, & terram quam *Fukeri* tenuit de eo in **Defford**. Ex dono *Roberti* avunculi mei, totam terram de **Telletune**, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Ela* matris meæ totam terram, quam habuit apud **Thorn**, & terram de **Twisel**, & terram de **Forestrete**, cum omnibus pertinentiis suis. Quare volo quod prædicti Canonici habeant & teneant omnes prædictas terras libere & quiete ab omni servicio & consuetudine, quantum ad me vel ad hæredes meos pertinet, sicut Cartæ donatorum, quas inde habent, testantur, salvo forinseco servicio. Hiis testibus, *Will. Mause*, *Ric.* de *Cumba*, *Galfr.* de sancto *Leodegario*, Magistro *Egidio Burna*, *Ric. Brancho*, *Rad.* de sancta *Brigida*, *Martino* filio *Henr.* *Adam* de *Strodes*, & multis aliis.

Carta Elæ *de* Saukevile, *de translatione sedis Abbatiæ de* **Otteham**, *usq; ad* **Wegeham**.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Ela* de *Saukeville*, filia *Radulfi* de *Dene*, in viduitate & ligiâ potestate meâ, divinæ pietatis intuitu, concessi Abbati & Canonicis de **Otteham**, propter magnas & intolerabiles inedias loci de **Otteham**, quod transferant sedem Abbatiæ de **Otteham** usq; ad **Wegeham**, qui dicitur *Benlin*; salvâ reverentiâ & dignitate advocationis, quam mihi & hæredibus meis, tam in vitâ quam in morte, tenentur exhibere. Præterea confirmavi eisdem Canonicis omnes donationes, quas pater meus eis dedit; videlicet totum dominium de **Otteham**, cum Capellâ; & terram de **Dudintone**, & de **Thorne**. Quare volo, quod prædicti Canonici habeant & teneant omnes prædictas terras, cum omnibus pertinentiis suis libere & quiete ab omni servicio & seculari exactione. Item confirmavi eisdem Canonicis totam terram de *Telletona*, cum hominibus & aliis pertinentiis suis, quam *Rob.* de *Dene* frater meus eis dedit; habendam & tenendam libere & quiete ab omni servicio & seculari exactione, quæ ad me vel ad hæredes meos pertinent; salvo servicio Domini Regis. Hanc autem concessionem feci eis pro salute meâ, & pro animabus antecessorum & successorum meorum, ut honestiùs & liberiùs ibi Deo valeant perpetuo ministrare. Hiis testibus, *Roberto* de *Boxley*, *Will.* de *Ponte*, *Rob. Willielmo* de *Cumbwelle*, Abbatibus; *Wandr.* de *Curtellis*, *Waltero* de *Hanley*, *Reginaldo* de *Clifton*, *Hugone* & *Reginaldo* de *Fokinton*, *Randulfo* de *Haia*, *Galfrido* de sancto *Leodegario*,

gario, *Radulfo* de *Sancta Brigida*, *Martino* filio *Henrici*, *Simone* de *Trusseville*, & multis aliis.

Alia Carta ejusdem Elæ, *super translatione sedis Abbathiæ prædictæ.*

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Ela* de *Sankeville*, filia *Radulfi* de *Dene*, in viduitate & ligiâ potestate meâ, divinæ pietatis intuitu, concessi Abbati & Canonicis de Otteham, propter magnas & intolerabiles inedias loci de Otteham, quod transferant sedem Abbatiæ de Otteham usq; ad Begeham; salvâ reverentiâ & dignitate, quam mihi & hæredibus meis, tam in vita quàm in morte tenentur exhibere. Præterea concessi & præsenti Carta confirmavi eisdem Canonicis, omnes donationes, quas pater meus eis dedit; videlicet totum dominium de Otteham, cum Capellâ ejusdem loci, & terram de Dudutun, cum omnibus pertinentiis suis; & terram quam *Fukeri* tenuit de patre meo in Hesford, & mariscum de Begham, sicut *Radulphus* de *Dene*, avunculus patris mei, eum tenuit. Et totum mariscum, quod fuit *Wluric*; & novum mariscum, quantum ad prædictum *Radulfum* de *Dene* pertinebat. Quare volo, quod prædicti Canonici habeant & teneant totas prædictas terras, cum omnibus pertinentiis suis, in liberam & perpetuam elemosinam, sicut Carta patris mei, quam inde habent, testatur. Item concessi eisdem Canonicis totam terram quam habent ex dono *Roberti* fratris mei in Meletone, cum omnibus pertinentiis suis; tenendam liberè & quietè, quantum ad me vel ad hæredes meos pertinet, faciendo inde regale servicium, sicut *Robertus* frater meus inde faciebat. Præterea dedi & concessi eisdem Canonicis in liberam & perpetuam elemosinam, totam terram quam habui apud Tham & apud Winsley, cum omnibus pertinentiis suis, ad unam lampadem tenendam semper ardentem ante Altare Sancti *Laurentii* de Otteham; & terram de Farstrete cum pertinentiis, tenendas liberè & quietè, salvo forinseco servicio. Item dedi & concessi eisdem Canonicis in liberam & perpetuam elemosinam, totam terram quam *Alirunus Crop* tenuit de patre meo, in mariscis. Et ego & hæredes mei warantizabimus prædictis Canonicis omnes prædictas terras, contra omnes homines & omnes feminas. Hiis testibus, *Roberto* de *Boxley*, *Willielmo* de *Ponte Roberti*, *Willielmo* de *Cumbwell* Abbatibus; *Galfrido* de *Sankeville*, *Wandr.* de *Curtellis*, *Randulfo* de *Haia*, *Galfrido* de Sancto *Leodegario*, *Henrico* de *Cobeham*, *Radulfo* de Sancta *Brigida*, *Ricardo* filio *Walteri*, & multis aliis.

Carta Gilleberti *de* Aquilâ.

lb. f. 20. a

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Gilebertus* Dominus de *Aquila*, concessi & præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Ecclesiæ Sancti *Laurentii* de Otteham & Canonicis ibidem Deo servientibus, in puram, liberam & perpetuam elemosinam, omnes donationes, quas *Radulfus* de *Dena* & *Robertus* de *Dena* filius & hæres suus, eis rationabiliter dederunt, sicut Cartæ eorum testantur; scilicet totum dominium suum de Oteham, cum hominibus & redditibus & cum omnibus ad ipsum dominium pertinentibus, & Capellam ejusdem loci, cum omnibus pertinentiis suis; & mariscum de Begeham; & totum mariscum quod *Wluricus* tenuit, & novum mariscum, & terram de Meletone, cum hominibus & aliis pertinentiis suis. Præterea concessi & firmavi eisdem Canonicis donationes quas *Rikewardus Brade* & *Randulfus Brade* eis dederunt; scilicet Ecclesiam de Wellinges cum omnibus pertinentiis suis, sicut Cartæ eorum, quas Canonici inde habent, testantur. Quare volo & firmiter concedo quod prædicti Canonici habeant & teneant hæc & alia tenementa sua & elemosinas de feodo meo, quæ eis datæ sunt; rationabiliter & imposterum dabuntur, bene & in pace libere & quietè, sicut Cartæ & cyrographa donatorum suorum testantur; salvo servicio quod ad me & hæredes meos pertinet. Hanc concessionem & confirmationem feci eis pro salute animæ & corporis Domini Regis mei *Johannis*, & pro salute animæ & corporis mei & uxoris meæ, & liberorum nostrorum, & pro animâ *Richerii* patris mei, & pro salute Dominæ *Edelinæ* matris meæ & *Richerii* fratris mei; & pro animabus omnium antecessorum meorum & successorum meorum. Hiis testibus, Domina *Edelina* matre meâ, *Richerio* fratre meo, *Engenulfo* Clerico, fratre meo; *Willielmo* de *Caines*, *Hugone* de *Hassabam*, *Willielmo Manse*, *Johanne* de *Anurichestune*, & aliis.

Carta Roberti *de* Turnham.

lb. f. 34. b.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Robertus* de *Turnham*, assensu & voluntate Domini mei *Ricardi* Comitis de *Clare*, dedi & concessi & præsenti Cartâ confirmavi Deo & Sanctæ *Mariæ* & Canonicis Ordinis *Præmonstratensis*, qui manserunt apud Bokeley & successoribus suis, totam terram meam de Begeham, cum omnibus pertinentiis suis, in puram & perpetuam elemosinam, liberam & quietam ab omni servicio & seculari exactione, ad Abbatiam ibidem construendam in honore Dei & beatæ *Mariæ*. Item dedi eisdem Canonicis in puram, liberam & perpetuam elemosinam, totam terram de Bokeley, cum omnibus pertinentiis suis; Habendam & tenendam de *Galfrido* de *Say* & hæredibus suis, liberè & quietè: Reddendo inde eis annuatim apud

apud *Grenewicum xii* d. pro omni servicio & seculari exactione, & terram de **Bungeswade** in **Sandwig**, quam emi de *Willielmo* de *Kaio*. Has prædictas terras cum omnibus pertinentiis suis, dedi eisdem Canonicis, assensu & voluntate Dominorum meorum; habendas & tenendas, sicut prædictum est, libere & quiete ab omni servicio & seculari exactione, sectâ, consuetudine, & demandâ, quæ super terram evenium vel evenire possunt, sicut aliqua elemosina meliùs & liberiùs dari potest. Præterea dedi eisdem Canonicis, in liberam & perpetuam elemosinam, terram quam habui apud **Rokeland** de Monachis Sancti *Martini* de *Bosco*; reddendo inde annuatim eisdem Monachis *v.* solidos pro omni servicio & seculari exactione ad festum Sancti *Michaelis*. Item dedi eisdem terram de **Gimbroc**, quam tenui de Monachis Sancti *Pancracii* de **Lewes**; reddendo eisdem Monachis *ii.* solidos ad festum Sancti *Michaelis* pro omni servicio: Item dedi eis terram, quam emi de *Gunnora* & de filiis suis in **Sandwig**, juxta Abbaciam, versùs aquilonem; reddendo eisdem annuatim duos solidos pro omni servicio. Præter has prædictas donationes concessi & præsenti Cartâ confirmavi prædictis Canonicis, omnes donationes, quas *Michael* de *Turneham* avunculus meus eis dedit; videlicet terras de **Blechinden**, & de **Wimbrig**, & de **Estelrige**, & de **Watefeld**, & de **Faukerige**, & **Wichelinden**, & terram quæ vocatur terra *Nicholai*; Et totum Manerium de **Rokeley**, & **Gimbroc**, & **Childherst**, cum hominibus & redditibus; & cum omnibus aliis pertinentiis suis; habenda & tenenda in perpetuum libere & quiete, integre, & plenarie, sine aliquo terenemento, sicut prædictus *Michael* vel ego illa unquam meliùs & liberiùs aliquo tempore tenuimus. Has prædictas donationes & confirmationes feci eisdem Canonicis pro animâ Domini mei Regis *Ricardi*, & pro salute Domini mei Regis *Johannis*, & liberorum suorum; & pro salute meâ, & pro animabus omnium antecessorum & successorum meorum; Et ego & hæredes mei warantizabimus eisdem Canonicis omnes prædictas donationes & confirmationes contra omnes homines & omnes feminas.

Alia Carta prafati Roberti *de* Turneham.

lb. f. 35. a. UNiversis sanctæ matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsens Carta pervenerit, *Robertus* de *Turneham* salutem in Domino. Noverit universitas vestra me, imuitu divinæ pietatis, concessisse & præsenti Carta confirmâsse Abbati & Canonicis de **Otteham** propter magnas & intolerabiles inedias loci de **Otteham**, quod transferant sedem Abbatiæ de **Otteham** usq; ad Abbatiam de **Begeham** quæ dicitur **Benliu**. Quare volo, ut prædicti Abbas & Canonici de **Otteham** & de **Benliu** & successores eorum habeant & possideant omnes res & possessiones & tenementa, quæ eidem Ecclesiæ de **Begeham** à me vel ab aliis collata sunt, benè & in pace, liberè & quietè sine aliquo impedimento vel molestia. Et ut hæc mea concessio in omnibus, sicut supradictum est, firma & stabilis perseveret imperpetuum, præsenti Cartâ, cum sigilli mei impressione, eam confirmavi. Hiis testibus, (&c.)

Carta Stephani *de* Turneham.

UNiversis, ad quos præsens scriptum pervenerit, *Stephanus* de *Turneham* salutem æternam in Domino. Noverit universitas vestra, me divino intuitu, & pro salute Domini mei Regis *Ricardi*, & pro salute Domini mei Regis *Johannis*, & pro salute antecessorum meorum concessisse, & hac Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ* & Abbatiæ de **Begeham** & Canonicis *Pramonstratensis* Ordinis ibidem Deo servientibus, omnes donationes quas habent ex dono *Michaelis* de *Turneham* avunculi mei, & *Roberti* de *Turneham* fratris mei; scilicet terram de **Begeham** ubi Abbatia sita est, cum hominibus & redditibus & cæteris omnibus ad eandem terram pertinentibus; & terram de **Bixtele**, cum suis pertinentiis; & **Flodham**, & **Wigodesherse**; & terras videlicet de **Wichelinden**, & de **Blechelinden**, & de **Wimbrigge**, & de **Faukerigge**, & de **Estelrigge**, & de **Watefeld**, cum pertinentiis, & terram quæ vocatur terra *Nicholai*, & totam terram quam idem *Robertus* habuit in villâ de **Lamberhurst**, cum pertinentiis; & pratum de **Waestede**; & totam villam de **Rokeley**, quæ fuit ejusdem *Roberti*, cum pertinentiis suis; & **Childherst**, & **Gimbroc**, & totam terram quam idem *Robertus* tenuit de monachis de **Lewes**, juxta **Gimbroc**, cum pertinentiis suis. Concessimus etiam & confirmavimus eisdem Canonicis terram de **Waldelinetune** cum pertinentiis, quam habent ex dono *Will.* de *Detling*, & terram **Nodingeford**, quam *Simon* de *Nodingeford* tenuit de eisdem Canonicis, quam habuit ex dono *Roberti* de **Clotingeham**, & unam virgatam terræ in *Oxenia*, quam habent ex dono *Michaelis* de *Codham*. Quare volo, quod prænominati Canonici de **Begeham** habeant & teneant omnia prædicta tenementa & omnia alia quæ habent de feudo meo, benè & in pace, cum omnibus pertinentiis suis, liberè & quietè finabiliter, sicut Cartæ donatorum, quas Canonici indè habent, testantur. Hiis testibus, (&c.)

Carta Walkelini Maminot *de terra de* **Bixtele**, *quam dedit* Michaeli *de* Turneham.

WAlkelinus Maminot omnibus hominibus & amicis suis, *Francis* & *Anglicis*, salutem: Notificetur tam præsentibus quàm futuris, quod ego *Walkelinus Maminot* recognovi & dedi & concessi *Michaeli* de *Torneham*, terram de **Bixtele**, cum omnibus pertinentiis, pro servicio suo, liberam & quietam & hæreditariè tenendam de me & hæredibus meis, reddendo mihi annuatim *xii.* denarios infra octabas sancti *Michaelis*, pro omni servicio. Pro hac autem terrâ prædictâ, & pro hac concessione, devenit *Michael* prædictus homo meus, & dedit mihi *xl.* solidos. Quapropter præcipio hæredibus meis, & amicos meos precor, ut prædictus *Michael* teneat terram prædictam, cum pertinentiis, libere &

quiete, & integre, in boscis & in planis, in pascuis & marisc̃is; & omnibus aliis locis; Et prohibeo ne aliquis de terrâ prænominatâ eum vexet vel disturbet; nec aliquis aliquod aliud servicium petat ab eo præter illos *xii.* denarios prænominatos. Hiis testibus, (&c.)

Carta Roberti *de* Turneham.

Ibid. ROberti de *Turneham* omnibus hominibus suis & amicis salutem. Sciatis me dedisse & concessisse terram de Hoccland *Michaeli* fratri meo, hæreditariè tenendam ei & hæredibus suis, de me & hæredibus meis; & hanc terram reddo ei pro servicio suo, & ipse homo meus est pro hac terrâ prædictâ. Servicium hujus terræ tale est, quod *Michael* faciet mihi sextam partem unius militis: Quapropter volo, quod ipse teneat firmiter, & libere, pro servicio prædicto. Hiis testibus, &c.

Carta Galfridi *de* Say.

NOtificetur tam præsentibus quàm futuris, quod ego *Galfridus* de *Say* dedi & concessi, & hac Cartâ meâ confirmavi, sicut Dominus feudi & advocatus, Deo & sanctæ *Mariæ* de Bæcele & fratribus *Præmonstratensis* Ordinis ibidem Deo servientibus, totam terram de Bæcele de Baronia meâ, cum omnibus pertinentiis suis, sicut Carta Domini *Walkelini Maminot*, antecessoris mei, testatur, *Michaeli* de *Turneham*; tenendam hereditariè, libere, quiete & honorifice & pacifice per *xii.* denarios; Reddendos mihi annuatim & hæredibus meis, infra Octabas sancti *Michaelis*, pro omni servicio. Etiam ego *G.* de *Say* confirmo donationem & confirmationem *Juliana* Comitissæ, ad eundem locum, & ad sæpe-dictos fratres ibidem Deo servientes, sicut Carta prædictæ *Juliana* Comitissæ testatur, de emptione factâ de eodem feudo inter Comitissam *Julianam* & *Michaelem* de *Turneham*. Hiis testibus, &c.

Carta Julianæ *Comitissæ de* Bæcele.

Ibid. fol. 36 a. SCiant omnes sanctæ matris Ecclesiæ filii, tam præsentes quam futuri, quòd ego *Juliana* Comitissa dedi & concessi, & hac mea præsenti Cartâ confirmavi, pro salute animæ meæ, & pro animabus patris & matris meæ, & dominorum meorum, *Hugonis Bigoth*, & *Walkelini Maminot*, & pro animabus omnium antecessorum meorum, in perpetuam elemosinam, Deo & sanctæ *Mariæ* de Bæcele, & fratribus *Præmonstratensis* Ordinis ibidem Deo servientibus, totam terram de Bæcele, cum omnibus pertinentiis suis, in bosco & plano, terris & pascuis, pratis & marisc̃is, viis & semitis; quam videlicet terram vendidit mihi *Michael* de *Turneham*, sicut suum liberum Gabilliunde, & Stockliunde, ad fundandum ibi domum Religionis, concedente *Stephano* de *Turneham* nepote ejus; & in tenemento de Dertinges terram de Waldemunton, quam vendidit mihi *Johannes* de *Stanham* cum omnibus pertinentiis suis, in bosco & plano, & pasturâ; & terram *Walteri* de *Grenewich*, & Flocham, & redditus *Stephani* de *Kinarditune*, scilicet duos solidos. Quare volo & firmiter præcipio, ut Ecclesia præfata & præscripti fratres habeant & teneant & possideant bene & in pace & honorifice, libere, & quiete, & absolute ab omni servicio & consuetudine & exactione ad me vel hæredes meos pertinente, sicut aliqua elemosina quietiùs & liberiùs possideri potest. Hiis testibus (&c.)

Item confirmatio Galfridi *de* Say, *de Ecclesia de* Grenewich.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Galfridus* de *Say* concessi, & præsenti Cartâ confirmavi Deo & Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de Begeham, & Canonicis ibidem Deo servientibus, in puram, liberam & perpetuam elemosinam, donationem quam pater meus *Galfridus* de *Say*, & *Alix* mater mea, assensu *Gilberti Reffensis* Episcopi, eis dederunt quando manserunt apud Bæcele; scilicet Ecclesiam Sancti *Nicholai* de Grenewich, cum omnibus ad eandem Ecclesiam pertinentibus. Quare volo, quod prædicti Canonici & successores sui habeant & teneant prædictam Ecclesiam de Grenewich, cum omnibus pertinentiis suis, liberè, integrè & quietè, sicut Carta prædicti Episcopi, quam jam dicti Canonici inde habent, testatur. Hiis testibus (&c.) Ib. f. 36 b.

Carta Ricardi *Comitis de* Clare *de pannagio.*

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Ricardus* de *Clare* Comes *Herefordiæ*, concessi, & præsenti Cartâ confirmavi Deo & Canonicis Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de Begeham, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, viginti quinq; porcos annuatim in Forestâ meâ de Tonebaug, ex parte australi, quietos ab omni paunagio: Et ut hæc concessio firma & inconcussa permaneat, præsens scriptum sigilli mei munimine roboravi. Ib. f. 39 b.

Confirmatio Johannis *Regis* Angliæ.

JOhannes Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, Dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ*, Comes *Andegaviæ*, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Præpositis, & omnibus ballivis & fidelibus suis salutem. Sciatis nos intuitu Dei & pro salute animæ nostræ & animarum antecessorum & hæredum nostrorum concessisse, & hac Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ* & Abbatiæ de Be- Ib. f. 58. a. Vide Pat. 6 E 3. p. 2. m. 30. per Inspex.

Begeham & Canonicis *Premonstratensis* Ordinis ibidem Deo servientibus, totas subscriptas terras, quas habent de dono *Roberti* de *Turneham*; scilicet terram de Begeham, ubi Abbatia sita est, cum hominibus & redditibus, & cæteris omnibus ad eandem terram pertinentibus; & terram de Gingeswude in Sandrigge, quam idem *Robertus* emit de *Willielmo* de *Kaon*; & terram quam idem *Robertus* emit de *Gunnora* de *Sandrigge*, & filiis suis, juxta Abbatiam versùs Aquilonem; Et totam terram de Brokele, cum suis pertinentiis; & Flodham, & Wigodesmerse; & terras videlicet de Wichelinden, & de Blechinden, & Wimberrigge, & Faukerrigge, & de Estelrigge, & de Mattefeld, cum pertinentiis; & terram quæ vocatur terra *Nicholai*; & totam terram quam idem *Robertus* habuit in villâ de Lamberhurst, cum pertinentiis; & pratum de Wattrede; & totam villam de Rokeland, quæ fuit ejusdem *Roberti*, & Gilberst, & Grimbroc; & totam terram quam idem *R.* tenuit de Monachis de Lewes, juxta Grimbroc, cum omnibus pertinentiis suis. Concessimus etiam & confirmavimus eisdem Canonicis, terram de Waldelincton, cum pertinentiis, quam habent de dono *Willielmi* de *Declinge*, & terram de Nodingesord, quam *Simon* de *Nodingeford* tenuit de eisdem Canonicis, quam habent de dono *Roberti* de *Glotingeham*; & duas acras terræ juxta Abbatiam suam, quas habent de dono *Emmæ* de *Crenquer*; Habenda & tenenda in liberam, puram & perpetuam elemosinam, bene & in pace, libere, quiete & integre, sicut Cartæ prædictorum donatorum, quas inde habent, rationabiliter testantur. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod prædicti Canonici habeant & teneant omnia prædicta tenementa, cum omnibus pertinentiis suis, & libertatibus, & liberis consuetudinibus suis, in omnibus locis & rebus ad ea pertinentibus, sicut supradictum est (&c.) Dat. per manum *Hug.* de *Welles* Archid. *Wellensis* apud Perteberg *xvii.* die *Martii*, anno regni nostri nono.

Alia Carta prafati Johannis *Regis* Angliæ, *concessiones plurimorum donatorum confirmans*

Vide Par. 6. E. 3. p. 2. m. 30 per Inspex.

Johannes Dei gratiâ Rex *Anglia* (&c.) Omnibus fidelibus ad quos præsens Carta pervenerit, salutem. Sciatis nos, intuitu Dei, concessisse & hac Cartâ nostrâ confirmâsse Abbatiæ de Begeham, & Canonicis ibidem Deo servientibus, omnia tenementa subscripta, & subscriptas concessiones; scilicet de concessione *Elæ* de *Saukeville* translationem sedis Abbatiæ de Oteham, factam, usq; ad Begeham, quæ dicitur *Benlin*; & omnes res & possessiones & tenementa, quæ prafati Canonici tenent de feodo ipsius *Elæ*. Item de dono ejusdem *Elæ*, totam terram quam *Alwinus Crep* tenuit de *Radulfo* de *Dene* parte suo, in mariseo de Pluenham. De dono *Willielmi* de *Kaieu*; totam terram, quam idem *Willielmus* habuit in Sandrigge de feodo de Altesford. De dono *Michaelis* filii *Johannis* de *Tonge x.* acras terræ, cum pertinentiis in Tonge, scilicet medietatem totius terræ de Tonge. De dono *Radulfi* de *Dene* totum dominicum suum de Oteham, cum Capellâ ejusdem loci, & cum omnibus ad dominicum illud pertinentibus; & homines suos de Dodintone, scilicet *Gladewinum* fratrem *Sprig*, cum *v.* solidatis terræ; & *Johannem Cnokedon*, & *Gilebertum Carpentarium*, & *Willielmum Cnokedon*, *Hugonem*, & *Thomam* de *Farnstret*, cum terrâ suâ; & *Robertum Bunt*, & *Wulfy Winer*, & hæredes suos, & hæredes fratris sui *Gric*, & *Sewalum* & *Wulwardum* & *Walterum*; & terram quam *Fulkerus* tenuit de prædicto *Radulfo* in Felford; Et præter hæc mariscum de Pegeham, sicut *Radulfus* avunculus ipsius *Radulfi* eum tenuit; & totum mariscum *Wulurici*, & novum mariscum quantum ad prædictum *Radulfum* pertinet.

De dono *Roberti* de *Dene* terram de Teletone, & insuper piscariam suam de mariseo. De dono *Gileberti* Domini *Aquilæ* centum & *xx.* acras terræ super Dikere, juxta Wiske, de supra Pevebam; & duas arbores, scilicet unam quercum & unam fagum, recipiendas annuatim infra octabas Sancti *Johannis Baptistæ* in foresta suâ, per visum forestariorum suorum; & *lx.* carecatas turbæ in morâ suâ de Pevenham, annuatim habendas, quamdiu mora sua durabit; & quando mora defecerit, duos solidos redditus in villâ de Pevenham & sex denarios quietè accipiendos, & *xx.* porcos quietos de padnagio in foresta suâ. De dono *Ricewardi Brade* de Hellinge, medietatem Ecclesiæ de Hellinge, cum omnibus ipsi medietati pertinentibus. De dono *Randulfi Brade* medietatem ejusdem Ecclesiæ, cum omnibus ad ipsam medietatem pertinentibus. De dono ejusdem *Randulfi*, totam partem suam quam habuit in molendino de Hellinge; scilicet medietatem, & medietatem *Juncheri*, & medietatem insulæ quæ vocatur Pelinhe. De dono Magistri *Nicholai* de *Brade* dimidiam virgatam terræ de feodo *Ricardi* de *Kaines*, cum omnibus pertinentiis suis. De dono *Randulfi Brade*, totam terram quam idem *R.* habuit supra Rede in dominico juxta terras Ecclesiæ; & Pelgrave, & Cnolgrave, & medietatem moræ quæ dicitur Langene. De dono *Thurstani* filii *Gileberti* de Hoding, dimidiam hidam terræ in Langport. De dono *Willielmi* de *Sesingeham* totam terram quam *Godwinus Cnoke* de eo tenuit in Pichelham. De dono *Rob.* de *Sessingeham* totam terram quam *Godwinus Cnoke* tenuit de *Loreta*, & de eis in Pichelham. De dono *Roberti* de *Horsenden* totam terram quam *Wulurieus* tenuit de *Loreta*, & de eo in Pichelham, cum eodem *Wulurico* & hæredibus suis. De dono *Rikewardi Brade* totam terram, quam *Ricardus* de *Ponte* tenuit; & totam partem ipsius *Rikewardi* moræ quæ vocatur Langene; & totam partem suam campi qui vocatur Pelne. De dono ejusdem *Rikewardi* terram suam in mariseo, quam *Wulurieus* tenuit, & totam partem suam quæ dicitur Croke. De dono *Ricardi* de *Alurichestune* totam terram suam de *Peteleya*. De dono *Willielmi* de *Sesingeham* medietatem totius terræ, quam,

Sigarus de eo tenuit in **Wicheham**. De dono *Roberti Folconer* de **Wudetone**, sex acras terræ in campo qui vocatur **Peldelond**, proximas terræ quam *Radulfus* de *Færstret* tenuit.

De dono *Johannis* de *Horsenden* unam hidam terræ in Manerio de **Burne**, cum omnibus pertinentiis suis. De dono *Willelmi Manse* totam terram suam de **Benerede**, cum omnibus pertinentiis suis. De dono *Henrici* de *Paterna* totam terram quam *Galfridus* de *Ditone* tenuit de eo apud **Dittone**, cum eodem *Gaufrido* & liberis suis. De dono *Radulphi* de *le Val* tertiam partem salinæ quæ dicitur aurea, quæ sita est in mariſco, inter **Peuenham**, & **Heyleſham**, cum omnibus pertinentiis & proventibus indè venturis. De dono *Hugonis* de *Divis*, totam terram quam prædicti Canonici tenent de feodo suo de **Dteham**. De dono *Radulfi* de *Ieleſham*, duas acras *Flandrenſes* in novo mariſco de **Ieleſham**, & unam beſcatam terræ inclusam cum expensis prædictorum Canonicorum in eodem mariſco. De dono *Rikewardi* de *Hellinge*, unam croftam juxta Eccleſiam ejusdem villæ, quam croftam idem *Rikewardus* dedit ipsi Eccleſiæ, quam dicti Canonici habent in proprios usus; illam videlicet croftam quam *Willelmus Scarlet* tenuit sub annuali censu quatuor denariorum; & sex perticatas in longitudine & latitudine de morâ suâ juxta domos Eccleſiæ ad curiam prædictæ Eccleſiæ ampliandam. De dono *Roberti* de *Turneham* totum mariſcum, quem habuit in **Rokelond** de Priore & Monachis Sancti *Martini* de *Beſco*. Hæc autem tenementa prædicta concesſimus & confirmavimus prædictis Canonicis de **Begeham**, sicut Cartæ Donatorum, quas inde habent, rationabiliter teſtantur. Quare volumus (&c.) Data per manum *R.* de *Mariſco* apud **Cnapp**, sexto die *Aprilis*, anno regni nostri *xii.*

Carta Regis Edwardi *ſecundi, diverſas conceſſiones Abbati & Canonicis de* **Begeham** *ſactas, confirmans.*

Pat. 6. E. 3. p. 2. m. 30.

EDwardus Dei gratia Rex *Anglia* (&c.) Sciatis quod cum celebris memoriæ dominus *Henricus*, quondam Rex *Anglia* avus noſter, sexto die *Marcii*, anno regni sui tricesimo quinto, conceſſerit & Cartâ suâ confirmaverit dilectis nobis in Christo Abbati & Canonicis de **Beggeham**, Ordinis *Præmonſtratenſis*, quod ipsi & succeſſores sui imperpetuum haberent unum mercatum singulis septimanis per diem *Jovis* apud Manerium suum de **Rokelaunde**, in Com. *Suſſexiæ*; Et quod haberent ibidem unam feriam singulis annis duraturam per tres dies, *viz.* in vigiliâ, & in die, & in craſtino Sancti *Joh. Bapt.*; niſi mercatum illud & feria illa eſſent ad nocumentum vicinorum mercatorum & vicinarum feriarum, prout in Cartâ prædictâ plenius continetur: Ac præfati Abbas & Canonici dictis Mercato & Feria, juxta tenorem Cartæ illius, jam per aliquod tempus usi non fuerint, sicut dicunt; & nobis supplicaverint, ut eo non obſtante, velimus eis concedere, quod ipsi & eorum succeſſores prædicta Mercatum & feriam habere possint in forma supradictâ. Nos præfatis Abbati & Canonicis volentes in præmissis gratiam facere specialem, conceſſimus & hac Carta nostrâ confirmavimus eisdem Abbati & Canonicis, quod ipsi & succeſſores sui imperpetuum habeant prædictum mercatum singulis septimanis per diem *Jovis*, apud prædictum Manerium suum de **Rokelaunde**, & prædictam feriam ibidem singulis annis per prædictos tres dies duraturam, videlicet in prædictis vigiliâ, die & in craſtino Sancti *Johannis*, nisi Mercatum illud & Feria illa sint ad nocumentum vicinorum mercatorum & vicinarum feriarum, eo non obſtante quod prædictis Mercato & Feria usi non fuerint, sicut prædictum eſt. Quare volumus (&c.) Data per manum noſtram apud **Berkeſeld** vicesimo tercio die *Sept.* anno regni nostri decimo nono. Nos autem conceſſiones & confirmationes præmissas; necnon Ordinationem, quam *Johannes* de *Wanton* miles, per scriptum suum fecit eisdem Abbati & Conventui, super poſſeſſione & usu communiæ & brueræ de **Ferenthe**. Ratificationem etiam, conceſſionem, & confirmationem, quas *Will.* fil. & hæres *Gunnilda* filiæ *Will. Scarlet*, per scriptum suum fecit præfatis Abbati & Canonicis de molendino de **Pellynglegh**, cum pertinentiis. Conceſſionem etiam, quam *Johanna* quondam uxor *Philippi* de *Herſt* per scriptum suum fecit eisdem Abbati & Conventui, de quadam warâ cujusdam aquæ in **Pellynglegh**. Conceſſionem etiam quam *Philippus* de *Herſt* per scriptum suum fecit eisdem Abbati & Conventui, de quadam warâ in eadem villâ. Conceſſionem (&c.) quas *Petrus* de *Maule* miles per scriptum suum fecit eisdem Abbati & Conventui, de toto jure & clamio, quæ habuit in omnibus advocationibus, fundationibus, patronatibus, dominiis (&c.) & demandis quibuscumq; ad ipsum & hæredes suos de Monaſterio de **Begeham** prædicto quoquo modo pertinentibus, provenientibus, seu spectantibus; seu etiam in quibuscumq; terris & tenementis suis quoquo modo in diverſis locis quorumcumq; comitatuum *Anglia*, dicto Monaſterio de **Begeham** datis, conceſſis & adquisitis. Donationem (&c.) quas *Johannes* & *Thomas* le *Grout* filius & hæres *Willelmi* le *Grout* per scriptum suum fecerunt eisdem Abbati & Conventui, de unâ acrâ & dimidiâ acrâ terræ & prati, cum pertinentiis, jacentibus inter viam regiam quæ ducit de la **Wolle** versus molendinum de **Begeham**. Donationem (&c.) quas *Egidius* de *Syrynton* filius *Simonis* de *Syrynton*, dicti de *Doverria*, per Cartam suam fecit eisdem Abbati & Conventui de sexdecim acris & una rodâ terræ in **Charlokeſton**, in parochiâ de **Ferles** cum viis, semitis (&c.) ad dictam terram spectantibus; & cum totâ paſturâ & communiâ ad eandem terram pertinentibus. Conceſſionem etiam, remiſſionem, & quietam clamationem, quas *Aliawera* filia *Ricardi* le *Brode* per scriptum suum fecit eisdem Abbati & Conventui de viginti solidatis red-

redditus; & molturâ, quam eadem *Alianora* & antecessores suis solebant habere, quietam de tollonio de molendino prædictorum Abbatis & Conventus de **Hellyngeleigh**, & de terris vocatis **Helive**, & *Juncheria*, & omnibus aliis consuetudinibus & serviciis, quæ de prædictis molendino & terris exigere vel clamare poterit in futurum. Donationem etiam, (&c.) quas *Johannes Grout* fil. *Will.* le *Grout*, de la **Hoke**, per scriptum suum fecit, eisdem Abbati & Conventui de septem denariatis terræ, cum pertinentiis, in quâ terrâ continetur quoddam fossatum, & ducit propè molendinum ipsorum Abbatis & Conventus versùs la **Hoke**. Remissionem, (&c.) quas *Ricardus* de *Dunghate*, per scriptum suum fecit eisdem Abbati & Conventui de unâ denariatâ redditus, quam *Joh.* de *Dunghate* fil. ejusdem *Ricardi* sibi annuatim reddere consuevit, pro unâ acrâ terræ, jacente subtùs **Hokehull**: Donationem, (&c.) quas *Joh.* de *Dunghate*, filius *Ric.* de *Dunghate*, per scriptum suum fecit eisdem & Abbati & Conventui, de unâ acrâ terræ, cum pertinentiis subtus **Hokehul**. Concessionem, (&c.) quas *Rad.* de la *Water* junior, fil. *Williel.* de la *Water* de *Wurtlinges*, per scriptum suum fecit eisdem Abbati & Conventui de totâ terrâ cum suis pertinentiis, quam *Will.* de la *Water* pater suus tenuit de prædictis Canonicis in vilnagio, & etiam de toto jure & clamio, quæ habuit vel habere potuit. Donationem, (&c.) quas *Will.* de *Northia* miles, per Cartam suam fecit eisdem Abbati & Conventui, de *Will.* de la *Water* cum omni sequelâ suâ & catallis suis, & totâ terrâ cum pertinentiis, quam idem *Will.* dictus de la *Water*, *Petrus* le *Large*, & *Will.* filius *Simonis* de la **Hethe**, nativi sui, habuerunt & tenuerunt de se in nativitate, apud **Hokeland** & in villa de **Werkinggs**, ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Christo, nunc Abbati & Conventui dicti loci de **Bourham**, & eorum successoribus, concedimus & confirmamus, prout Cartæ, & scripta prædicta rationabiliter testantur, & prout iidem Abbas & Conventus terras & tenementa prædicta modo tenent, & ipsi & eorum prædecessores, à tempore confectionis Cartarum, & scriptorum prædictorum ea tenuerunt, ac libertatibus prædictis hactenus rationabiliter usi sunt, & gavisi. In cujus, &c. T. Rege apud **Woodestok** vi. die *Junii*.

ABBATIA

de Barlings, *in agro* Lincolniensi.

Carta Regis Henrici *secundi donationes quamplurimas Canonicis de* **Barlinges** *confirmans.*

HENR. Dei gratia, Rex *Anglia*, & Dux *Normannia*, & *Aquitannia*, & Comes *Andegavia*, Archiepiscopis, (&c.) salutem. Sciatis me concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de **Barlinges**, & Canonicis ibidem Deo servientibus, rationabilem subscriptam donationem sibi factam, & Cartis donatorum confirmatam; Scilicet ex dono *Rad.* de *Haya* senioris, & ex concessione *Ric.* de *Haya*, fratris sui, locum qui dicitur **Dreneve**, ad construendam Abbatiam; & totam villam de **Barlinges**, cum omnibus pertinentiis, excepto parco, & pratis, quæ ad illud pertinent. Ex concessione Conventus sanctæ *Trinitatis Exaquii*, Ecclesiam sancti *Edwardi* de *Barlinges*, reddendo annuatim ipsi Conventui unam marcam argenti: Ex dono *Hugonis Bardulfi* senioris, & ex concessione *H.* filii sui, unam carucatam terræ in Campis de **Risum**, & pasturam quingentarum ovium in eisdem Campis, & quicquid juris habebant in molendino apud **Langwath**. Ex dono *Galfr.* de *Haya*, duo molendina, cum omnibus pertinentiis, & quatuor bovatas terræ in villâ de **Walmesgate**, cum omnibus pertinentiis suis; Et duas bovatas terræ in villâ de **Thayp**, juxta **Birkby** *Mallesard*, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Will. Foliot* & *Petronillæ* uxoris suæ, unum molendinum apud **Bareby**, cum prato & decursu, & refluxu aquæ, cum stagno, & uno toffo, & duabus bovatis terræ, quæ fuerunt *Balderici* & cum uno toffo quod fuit **Moky**. Et in Ballivo *Lincolnia* totam terram eorum, quam tenuit *Alanus* filius *Dunstani*. Ex dono *Joslani* de *Evermue* in ballivo *Linc.* terram illam quam *Alanus* filius *Dunstani* tenuit de eo, reddendo ei annuatim quatuor solidos. Ex dono *Ade Paynel* dimidiam bovatam terræ, cum pertinentiis in **Ryfum**. Ex dono Abbatis de **Crunchete** & Conventus ejusdem loci, & ex concessione *Roberti* de sancto *Johanne*, & *Olivæ* uxoris suæ, Ecclesiam sanctæ *Elenæ* de **Bath**, & Capellam de **Stapelford**, cum pertinentiis, & Ecclesiam sancti *Nicolai* de **Tukesford**, cum omnibus pertinentiis, salvâ compositione, quæ facta est inter ipsam & Ecclesiam de **West-markham**. Ex dono ipsius *Roberti* de sancto *Johanne*, & *Olivæ* sponsæ suæ, decimam molendini de **Stapelford**, & unam bovatam terræ de dominio suo in eadem villâ, & pasturam centum ovium in

Cart. 19 E. 1. n. 40. per Inspex. Vide Cart. 1. E. 3. n. 77. Et Cart. antiq. H. n. 20.

Bath, & decimam molendini de Tuttesford. Ex dono *Walteri de Briselingthorp*, & ex concessione *Bertranni* filii sui, unam bovatam terræ cum pertinentiis, in Buselingthorp. Ex dono *Thoraldi de Nevill*, redditum duorum solidorum de tenemento *Reginaldi Pedekerne*, in Duneham. Ex dono *Willielmi* filii *Thomæ*, quatuor bovatas terræ & dimidiam in villâ de Duneham, cum omnibus pertinentiis, & redditum septem solidorum, de septem bovatis terræ in Scostorn. Ex dono *Walteri Flori*, & ex concessione *Gilberti* hæredis sui, & *Willielmi* filii *Thomæ* Domini sui, septem bovatas terræ, cum pertinentiis in villâ de Scostorn, reddendo annuatim ei viginti tres solidos pro omni servitio. Ex dono *Hamelini Bardulfi*, & ex concessione *Hugonis Bardulfi* hæredis sui, Ecclesiam Sanctæ *Trinitatis* de Bungeye, cum omnibus pertinentiis. Quare volumus (&c.) Hiis testibus, *Ranulpho Dunelmensi* Episcopo. *Willielmo* Comite *Arundellie*, *Ranulpho* de ....., *Bernardo* de Sancto *Valerico*, *Rogero* de *Stutevill*, *Willielmo* de *Stutevill*, *Hugone Bardulfo* Dapifero, *Ranulpho* de *Gudd*, apud Clivestun.

Ib. *Johannes* Dei gratia Rex *Anglie* (&c.) salutem. Sciatis nos, intuitu Dei, concessisse & confirmâsse Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Berlinges, & Canonicis ibidem Deo servientibus, omnes terras & possessiones & libertates, quæ *H.* Rex pater noster eis concessit & confirmavit. Præterea confirmavimus eisdem omnes terras & tenementa & possessiones subscriptas; scilicet, ex dono *Roberti Bardolf* totam terram suam de Scostorn, cum advocatione Ecclesiæ ejusdem villæ, & omnibus pertinentiis suis, & sexdecim bovatas terræ & dimidiam, in Carleton juxta *Lincolniam*. Item ex dono ejusdem *Roberti*, unam bovatam terræ cum pertinentiis in Wraggeby, & duo messuagia, cum pertinentiis, in Carleton. Item ex dono ejusdem *Roberti*, unam bovatam terre cum pertinentiis in Carleton, juxta Mare, & pasturam ad ducentas & quinquaginta oves, quæ vocatur Westwyke in Peresing (&c.) Datum per manum Magistri *R.* de *Marisco* Cancellarii nostri apud Nottingham *xxxi.* die *Martii* anno regni nostri sextodecimo.

Ib. Omnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis hanc Cartam visuris, vel audituris, domina *Matildis* de *Longespe*, quondam uxor Domini *Willielmi* de *Longespe*, salutem in domino. Noverit universitas vestra, me pro Deo & pro salute animæ piæ memoriæ Domini *Willielmi Longespe* viri mei, & pro salute animæ meæ, & animarum patris & matris meæ, & omnium antecessorum & successorum nostrorum, dedisse, concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo, & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Barlinges, & Abbati & Canonicis ibidem Deo famulantibus, ad augmentationem, & sustentationem quatuor Canonicorum in eadem Ecclesia, divina officia exequentium imperpetuum, totum Manerium meum de Cabenby, cum capitali messuagio, & omnibus dominicis suis, cum advocatione Ecclesiæ ejusdem villæ, cum homagiis, redditibus, & servitiis, tam liberorum hominum, quàm villanorum, wardis, releviis, escaetis, terris, pratis, pastura, & molendino, cum aqua, & cum omnibus aliis pertinentiis, & aisiamentis infra villam & extra, dicto Manerio pertinentibus, sine aliquo retenemento. Habendum, & tenendum dictis Abbati, & Canonicis, & eorum successoribus, de me & hæredibus meis integrè & pacificè in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, solutam & quietam ab omni seculari servitio, consuetudine, exactione, & demanda, secta Curiæ meæ, & omnium aliorum. Et ego prædicta *Matildis*, & hæredes mei, totum prædictum Manerium de Cabenby, cum omnibus pertinentiis suis, libertatibus, & aisiamentis, dictis Abbati, & Canonicis, & eorum successoribus, contra omnes homines warantizabimus, & de omnibus & in omnibus acquietabimus, & defendemus, sicut liberam & puram elemosinam imperpetuum. In cujus rei testimonium præsenti Cartæ sigillum meum apposui: Hiis testibus, Dominis *Johanne* de *Beke*; *Willielmo* de *Engelby*, *Ada Paynel*, *Petro* de *Dune* militibus; *Johanne* de *Cokerington* tunc Vicecomite *Lincolniæ*, *Alex.* de *Montii Porti*, *Thoma* de *Muleton*, *Radulfo* de *Neuton*, *Willielmo* de *Wendovere* & aliis.

Carta Alesiæ *de* Lascy, *Comitissæ* Linc. & Sarum, *de Manerio de* Swaton.

UNiversis sanctæ matris Ecclesiæ filiis, ad quorum notitiam præsentes literæ pervenerint, *Alesia* de *Lascy* Comitissa *Lincolniæ* & *Sarisberiæ* salutem. Noveritis nos, in puræ viduitate nostræ, dedisse, & hac præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de Barlinges, & Abbati & Conventui ejusdem loci, & Canonicis nostris ibidem Deo servientibus, & imperpetuum servituris, Manerium nostrum de Swaton, cum pertinentiis, in Comitatu *Lincolniæ*; & advocationem Ecclesiæ ejusdem Manerii, sine ullo retenemento (&c.) Habendum & tenendum cum feodis militum homagiis (&c.) Testibus, domino *Hugone* le *Despencer* Comite *Wintoniæ*, dominis *Hugone* filio ejus, *Radulfo Basset* de Drayton, *Philippo Darcy* & *Johanne* fratre ejus, *Johanne* de *Barton* de Friton, militibus (&c.) Data apud *Eboracum xvi.* die *Julii*, anno regni Regis *Edwardi*, filii Regis *Edwardi*, *xvi*

Ex Cartulario Abbatiæ de Berlinges, in bibl. *Cotton.* fol. 171. b.

Carta Roberti Bardolf, *de tota terra sua de* Scothorne, *&c.*

UNiversis Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit, *Robertus Bardolf*, filius *Hugonis Bardolf*, salutem in Domino; Noverit universitas vestra, me dedisse & concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo, & Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ* de Dreney; & Canonicis ibidem Deo servientibus, totam terram meam de Scothorne, tam de dominico, quàm de villenagio, & libero servitio, cum advocatione Ecclesiæ ejusdem villæ, & cum omnibus

Adhuc ex præfato Registro.

omnibus pertinentiis suis, asiamentis, & libertatibus, ad prædictam terram, in liberam, & perpetuam elemosinam, sine aliquo retenemento; salvo servitio hæredum *Richardi* de *Haya*; scilicet, servitium pertinens ad feodum unius militis. Et præterea xvi. bovatas terræ, & dimidiam, in magna Carlton, juxta *Lincolniam*, cum omnibus pertinentiis suis, libertatibus, & asiamentis, infra villam, & extra ad prædictam terram pertinentibus, scilicet, quindecim bovatas terræ, & dimidiam, quæ fuerunt de maritagio *Isabellæ* matris meæ; & unam bovatam terræ de feodo *Rogeri* de *Cundy* quam *Robertus Faber* tenuit, cum hominibus ad prædictam terram pertinentibus: Habendam, & tenendam prædictis Canonicis in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, solutam, & quietam ab omni servitio, & exactione seculari; Præterea dedi eisdem Canonicis in Manerio meo de Hoo, quandam pasturam, quæ vocatur West wunt in Herstings, cum tofto, & terrâ, quam *Elias Bercarius* tenuit, ad sustentandum unum Conventum trededim Canonicorum, in prædicta domo de Orenel, in perpetuum, pro animâ *Hugonis Bardulfi* patris mei, & pro salute animæ meæ, & patris mei, & matris meæ, & omnium antecessorum & hæredum meorum; Hanc autem elemosinam, ego *Robertus* & hæredes mei prædictis Canonicis warantizabimus in perpetuum contra omnes homines; His testibus *Will.* de *Albiniaco*, *Roberto* de *Roppesle*, *Rob.* de *Aguillon*, Vicecomite tunc temporis *Linc.* *Ada Paganel*, *Will.* de *Blaston*, *Will.* de *Wendover*, *Philippo* de *Alvaripa*, *Hugone* filio *Rad.* *Radulfo Paganel*, *Symone* & *Hugone* de *Ropesle*, *Normanno*, *Richardo*, *Tiberto* Capellanis, *Galfrido* Clerico & aliis. In quo quidem loco de *Oxeneia* modò fuit Abbathia de Barlinges, & locus ubi prius fundata fuit, modò vocatur Barlingsgrange.

Stemma Fundatorum.

Ex Regist. de Barlings sub effigie Fundatoris R. 1. fol. 169. b. in bibl. Cotton.

ANgot *de la* Haye *fu jadis seignieur de* Bosvuelle, *de graunt* Carleton, *& de* Chastel Carleton. Angot *dona la voyson del Eglise de graunt* Carleton, *e partie de ses teres, al Abbe de* Selue *de outre mer; de quel pere ou ceaus de* Bardolf *ne naveyent unkes a fere. Memes ceste* Angot *dona remenant des teres a* Hug. Bardolf, *e a ces aiers, e a ces assignes, Memes ceste* Hug. *morut sanz air de son cors, descenderent les tenemenz a* Robert *son frere, ke fu persone de trent Eglises, e que morut sanz air de son cors. Memes ceste* Rob. Bardolf *dona taunt de tere al Abbeye de* Barlings, *quay a* Scotton, *quay a* Carleton *en pres* Nichole, *quay a graunt* Carleton, *d'unt il dereynt a remanant sustenir* xiii. *Chapelayns Chanoynes pur sa alme, e les ses anncestres, e pur checun chanoyne cent souzthe de tere de vent en pure & perdurable aumone, e les fist confirmer du Rey. Apres le decesse* Rob. *qui morut sanz air de son cors, descendi sa tere a ces trayes seours, que partirent la tere entre eus.* Odoyne *fu la eynesse, ki fust espose a sire* Henry *de* Grey, *ky engendra sur ly sire* Richard *le* Grey, *ky avoit meste le maner de* Hoo *sa porcion, e sire* John *de* Grey, *e sire* Willm *de* Grey, *ki fust purchasour e vescomt de* Nichole. *La secunde soer fust espose a sire* Huwe *de* Poyns *ki avoit l'autre moyte del maner de* Hoo. *La terce soer fust espose a sire* Richard Foliot, *ky avoyt issum a sa porcion; La quarte soer fust espose a sire* Rante Paynel, *ki avoit* Carleton Paynel, *a sa porcion, of treys boues de tere e denis en graunt* Carleton, *pur ceo ke il nen avoit son pleyn ailous. La quinte soere out auxsi* Mold Bardolf, *ki fust espose a sire* Robert *le* fiz Payn, *le quel sire* Robert *engendra sur ly un fiz* Robert *le* Lou, *e un file* Isabele. Maud Bardolf *avoyt* Carleton *a sa partie, mes ne unie tos; kar* Odoyne *la eynesse soere avoyt partie en* Carleton *a perfere sa porcion de la Barenie; la quele partie ele dona a sire* John *de* Grey *son fiz. Les anncestres sir* Raul Paynel *avoyent partye a perfere lur porcion des queles teres* Maud Bardolf *ne fes ayre ne naveyent unkes a fere, fors que soul de se porcion ke a ly fust livere. E la portion que la Abbie de* Barlings *tent en graunt* Carleton *fu del dous* Robert Bardolf. *E partie du dous sire* Adam Peynel *de sa porcion. D'aut* Maud Bardolf, *ke fu dame du chastel, e de graunt* Carleton, *ne naveyent unkes a fere, ne nul de ses heyrs. De* Robert *le* Lou, *ke fust issi apele pur ceo ke il nust en la sale entre les Lous tant ke il fust juven, vint* Johane, *ke fust espose a sire* Joh. *le* Spenser; *le quel sire* Johan *engendra sur ly un fiz, en une file que morust, issi ke apres la mort* Johane, *sire* Johan *le* Despenser *tint le maner du Chastel per la curtaysie de Engleterre.* Isabelle *fust espose a sire* Hunte *de*.. Meryer, *le quel engendra sur ly,* Nichol Meryer. *De* Nichol *vint* Johan *de* Meryer; *de* Johan *vint* Johan; *de* Johan *vint le tierz* Johan, *ke est en la garde sire* Adam *de* Welle.

Stemma Willielmi Longspe *Comitis* Linc. *& Sarum, ab* Osberto *de* Casneto *Domino de* Cavenby *&* Glentham *dedu&tum, & de terris, &c. in eisdem Maneriis, Cœnobio de* Barlings *concessis.*

DOminus *Osbertus* de *Casneto*, diu ante adventum *Willielmi* Conquestoris, Dominus de Cavenby & de Glentham, fundavit Ecclesiam S. *Nicholai*, infra Manerium suum principale de Cavenby; cui contulit in ipsâ primævâ fundatione, omnes decimas provenientes de prædicto Manerio, ubicunq; fuerint, infra parochiam vel extra; *viz.* bladi, granorum, feni, animalium, ovium sive jumentorum, lanæ, agnorum, vitulorum, & pullorum, cum omnibus aliis decimis, tam personalibus quàm prædialibus, provenientibus de dicto Manerio, atq; omnibus ejusdem tenentibus, infra dictam villam de Cavenby. Tunc, tempore *W.* Conquestoris, Dominus *Willielmus* de *Casneto*, Dominus de Cavenby & Glentham, qui genuit

Ex Cod. MS. ad Abb. de Barlings quondam spectante; nunc vero penès Regem in Scac. in baga notata *Tenures & Inquisitions.*

nuit de *Constancia* uxore sua unicam filiam, *Adelidem* nomine, quam tradidit nuptui Domino *Osberto* de *Cundi*, de quibus *Roberto* & *Adelide*, *Rogerus* filius & hæres, qui dedit fratribus Ordinis *Præmonstratensis* de **Lyskes**, totum suum quinq; acrarum, cum duabus bovatis terræ, & pasturam septingentarum ovium in **Glentham** & **Cavenby**, cum chacea & rechacea de unâ ad aliam, quandocunq; eis placuit, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, &c.

Postea prædictus *Rogerus* genuit de uxore suâ unicam filiam, *Agnetem* nomine, quam tradidit nuptui Domino *Waltero* filio Domini de **Clifford**. Ille *Walterus Clifford*, de assensu & consensu *Agnetis* uxoris suæ, confirmavit Abbati & Conventui de *Oxiniaco*, sive **Barlyngs**, totum cum terris & pasturâ supradictis, in **Glentham** & **Cavenby**, medio tempore per Abbatem & Conventum perquisitâ, de Abbatibus de **Lykes** & **Newhus**, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, pacificè, honorificè, absq; omni exactione & seculari servicio, possidenda; prout prædicta confirmatio testatur. Qui etiam contulit, in quandam recompensationem, pro decimis & pasturâ supradictis, infra parochiam de **Glentham**, certas decimas infra parochiam de **Cavenby**, per Rectorem de **Glentham** percipiendas, & perpetuò possidendas, de consensu & assensu Rectoris tunc de **Cavenby**; prout Evidentiæ inter dictos Rectores factæ, magis lucidè testantur.

De quibus *Waltero* & *Agnete* supradictis, *Walterus Clifford* filius & hæres, ac miles, vocatus junior; de quo *Matildis* filia unica, in verò matrimonio procreata, quam accepit in uxorem Dominus *Willielmus Longespe*, Comes *Lincoln.* & *Sarum*, & Dominus de **Cavenby** & **Glentham** jure *Matildis* uxoris suæ, filiæ Domini *Walteri Clifford* junioris. Ille Dominus *Willielmus Longespe*, miles strenuissimus, de consensu *Matildis* uxoris suæ, contulit Domino *Galfrido Bussy* de **Thoreton**, militi suo speciali, messuagium suum, &c. in **Cavenby**, cum certis terris & redditibus in **Cavenby**, &c. de quibus decima concessa priùs fuit Ecclesiæ de **Glentham** per Dominum *Walterum Clifford* seniorem, & *Agnetem* uxorem suam, in recompensationem decimarum suarum de Manerio suo, infra parochiam de **Glentham**, pertinentium à primævâ fundatione Ecclesiæ S. *Nicholai* de **Cavenby**, prout prima donatio manifestè testatur, &c. reservando sibi & *Matildæ* uxori suæ, principale dominium utriusque, scilicet **Cavenby** & **Glentham**, quia Manerium integrum in se, postea *Will. Longespe* & *Matildis* contulerunt Abbati & Conventui de **Barlings**, dominium principale de **Cavenby** & de **Glentham**, cum omnibus suis pertinentiis, infra villas & extra, cum wardis, releviis, escaetis, homagiis, redditibus, servitiis, warennâ; cum *Wayf.* & *Stray*, & omnibus aliis libertatibus regalibus, sicut prædicti Dominus *Will. Longespe* & *Matildis* uxor sua habuerunt & tenuerunt integrè, liberè, & pacificè, in liberam puram & perpetuam elemosynam, &c.

Præterea prædicta *Matildis Longespe* contulit Abbati & Conventui de **Barlyngs** in liberam, puram, & perpetuam elemosynam, advocationem Ecclesiæ S. *Nicholai* de **Cavenby**, infra Manerium suum, principale situatum, &c. Et quoad advocationem Ecclesiæ de **Glentham**, cum juribus suis, ante istam donationem factam per *Matildem Longespe*, Monasterio de **Barlyngs**, data erat per Dominum *Walterum Clifford* seniorem, patrem *Walteri Clifford* junioris, & patris *Matildis Longespe*, *Philippo Aungevyn*; postea per maritagium descendit *Ricardo Alston*; & sic successivè venit *Thomæ Snartford* & *Joh.* uxori suæ; & per ipsos ad Ecclesiam Cathedralem *Lincolniæ* devenit, cum temporalibus eorundem, prout omnes evidentiæ antiquæ testantur.

PRIORATUS
de Brodholme *in agro* Notinghamensi.

Carta Regis Edwardi *secundi*, *donationum concessiones recitans & confirmans.*

REx omnibus ad quos, (&c.) salutem. Donationem & concessionem, quas *Radulfus* de *Albaniaco*, per Cartam suam fecit Deo & *S. Mariæ*, & fratribus & sororibus de **Brodholme**, de toto eo quod fuit de feodo suo in pomerio juxta cimiterium Ecclesiæ S. *Botulphi* de **Sarelby**; & de quadam planicie terræ, jacente inter Curiam earundem sororum, & nemus suum, in liberam, puram & perpetuam elemosinam. Donationem, (&c.) quas *Sarra* filia *Petri* de *Goussa* per Cartam suam fecit prædictis sororibus de **Staynhil**, **Barnewode**, & **Southwode**; & de omnibus terris, & omnibus pratis & tota pastura, & omnibus tenementis, quæ habuerunt ex meridiana parte **Fossedik**. Et de tribus bovatis terræ, cum omnibus pertinentiis suis in **Sarelby**; Et de omnibus terris & omnibus pratis, & de omnibus donationibus, quas *Petrus* de *Goussa* pater suus, & *Agnes* de *Camvilla* mater sua, & *Henricus* frater suus, præfatis sororibus dederunt & concesserunt in liberam & perpetuam elemosinam. Concessionem etiam & confirmationem quas *Petrus* de *Chaumpaigne* miles, per Cartam suam fecit Deo & S. *Mariæ*, & monialibus loci prædicti, de **Stevnhille**, **Barnewode**, & **Southwode**; & de omnibus terris, & omnibus pratis, & totâ pasturâ, & omnibus tenementis, quæ habuerunt ex meridionali parte de **Fossedik**; & de tribus bovatis terræ, cum omnibus pertinentiis suis in **Sarelby**: Et de omnibus terris & omnibus pratis,

Pat. 12 E. 2. p. 1 m. 9. Vide Pat. 4 E. 3. m. 42.

pratis, & omnibus donationibus, quæ *Petrus* de *Gousel* & *Agnes* uxor ejus, & *Sarra* filia ejusdem *Petri*, & *Henricus* frater ejusdem *Sarræ*, præfatis monialibus dederunt & concesserunt in liberam & perpetuam elemosinam. Donationem, (&c.) quas *Richilda* filia *Margeriæ*, quæ fuit uxor *Radulfi Ferrarii* de *Lincolnia*, per Cartam suam fecit præfatis fratribus & sororibus, de quatuor solidatis redditus, & reddita unius libræ cumini, cum pertinentiis, recipiendis de uno tofto in Sarelby, super Fossedike, in liberam, puram & perpetuam elemosinam. Donationem (&c.) quas *Petrus* filius *Petri* de *Campania*, per Cartam suam fecit præfatæ Prioritsæ, & Conventui loci prædicti, de uno tofto cum pertinentiis in Sarelby, in puram & perpetuam elemosinam. Concessionem (&c.) quas *A.* Abbas de Neuhus, & Conventus ejusdem loci, (&c.) fecerunt præfatis sororibus, de omnibus donationibus, quas habuerunt vel haberent per Cartas donatorum suorum, (&c.) Donationem, (&c.) quas *Johanna* filia *Will.* de *Ver*, per Cartam fecit præfatis fratribus & sororibus, de unâ bovatâ terræ, cum pertinentiis in Sarelby; & de dimidiâ acrâ & tribus perticatis prati, cum pertinentiis in eadem villa; & de tofto & crofto, in quibus *Henricus Gagler* aliquando mansit, & de una bovata terræ, cum pertinentiis, & quatuor acris prati eidem bovatæ terræ pertinentibus in Engelby, in puram & perpetuam elemosinam. Donationem, (&c.) quas *Galfridus* de *Crosseby*, per Cartam suam fecit prædictis Prioritsæ & sororibus, de dimidia unius tofti cum ædificiis superedificatis; & de duobus selionibus ad dictam medietatem pertinentibus, in liberam, puram & perpetuam elemosinam. Donationem, (&c.) quas *Petrus* de *Campania* per Cartam suam fecit prædictis sororibus, de quatuor solidatis redditus, percipiendis de uno tofto in Sarelby, in liberam, puram & perpetuam elemosinam. Donationem, (&c.) quas *Baldewinus Wuac*, per Cartam suam fecit, (&c.) de quinq; sol. redditus percipiendis de redditu moræ suæ in Scheldinghope, in liberam (&c.) elemosinam.

Donationem (&c.) quas *Walterus* de *Clifford* & *Agnes* uxor ejus, per Cartam suam fecerunt prædictis Fratribus & Sororibus de Ecclesia S. *Helenæ* de Domhag, & de situ molendini in morâ, quæ jacet inter Domha, & Drengesha, cum pertinentiis, in liberam, puram & perpetuam elemosinam. Donationem (&c.) quas *Walterus* filius *Walteri* de *Clifford* per Cartam suam fecit eisdem sororibus de Ecclesia S. *Helenæ* de Turnehag: & de xxx. acris terræ, cum pertinentiis dictæ Ecclesiæ pertinentibus, in puram & perpetuam elemosinam. Concessionem (&c.) quas *Hugo* filius *Lamberti* de *Busseto*, per Cartam suam fecit (&c.) de xvi. sol. redditus, cum pertinentiis in Newerke, quas dominus *Hugo* quondam avus suus eis dedit, percipiendis de *Johanne* filio *Henrici* de *Cutiler*, in liberam & perpetuam elemosinam. Donationem insuper (&c.) quas idem *Hugo* (&c.) fecit (&c.) de duobus quarteriis bladi; scilicet uno quarterio frumenti, & uno quarterio siliginis, recipiendis de se & hæredibus suis apud Manerium suum de Wygesley, in puram & perpetuam elemosinam.

Concessionem (&c.) quas *Hugo* de *Busseto*, filius *Lamberti* de *Busseto*, per Cartam suam fecit (&c.) de duobus quarteriis bladi; scilicet uno quarterio tritici, & uno quarterio siliginis, recipiendis de se & hæredibus suis in Manerio suo de Wighestete, in puram & perpetuam elemosinam. Donationem (&c.) quas *Willelmus Wynok* de Fillingham, per Cartam suam fecit, (&c.) de tofto suo cum fossato & pertinentiis suis in Fillingham, in puram & perpetuam elemosinam. Donationem, (&c.) quas *Willielmus Newebrid*, de Werdewik, per Cartam suam fecit, (&c.) de octo sol. redditus, percipiendis per manus ipsius *Will.* & hæredum suorum, infra clausum de Wodholme. Donationem, (&c.) quas *Galfridus* filius *Murielda* de Thornhaugh, per Cartam suam fecit, (&c.) de uno tofto & uno crofto, cum pertinentiis in Herdeby juxta Eykel, in liberam, puram & perpetuam elemosinam. Donationem, (&c.) quas *Helias* filius *Rogeri*, filii *Rocelini*, per Cartam suam fecit, (&c.) de medietate unius acræ terræ, cum pertinentiis, jacente super Stanlandes in liberam (&c.) elemosinam.

Donationem, (&c.) quas *Marsilius Flandrensis* de *Lincolnia*, & *Hadewis* ux. ejus, & *Tho.* hæres suus, per Cartam suam fecerunt, (&c.) de quadam terra in *Lincolnia*, videlicet quæ fuit *Walteri* filii *Johannis* in Neuland, in puram & perpetuam elemosinam. Donationem, (&c.) quas *Aubraja* filia *Radulfi*, filii *Lamberti* de *Lincolnia*, per Cartam suam fecit, (&c.) de totâ terrâ suâ, quæ jacet in parochia S. *Edwardi* de *Wickeford* in *Lincolnia*, & de redditu duarum marcarum percipiendarum de eadem terra, in puram & perpetuam elemosinam. Concessionem, (&c.) quas *Ivo* filius *Radulfi*, filii *Lamberti*, per Cartam suam fecit, (&c.) de tota illa terra, quam *Aubrea* soror sua eis dedit, & de toto redditu de dictâ terrâ proveniente, in puram & perpetuam elemosinam. Donationem, (&c.) quas *Radulfus* de *Muscampe* per Cartam suam fecit, (&c.) de dimidiâ marcatâ redditus, cum pertinentiis in Colingham, quam *Radulfus* de *Hag*, & *Nicholaus* frater ejus, dictis fratribus & monialibus proporcionaliter concesserunt. Donationem, (&c.) quas *Isabella* filia *Alured* de *Colingham* per Cartam suam fecit præfatis monialibus, de quatuor solidatis, & duabus denariatis redditus, percipiendis de *Henrico* filio *Adæ* de *Muscampe* & hæredibus suis. Donationem, (&c.) quas *Ricardus* de *Claipol* per Cartam suam fecit, (&c.) de uno tofto, & vi. selionibus terræ, & una roda prati, & dimidiâ, cum pertinentiis in *North*-Colingham in puram & perpetuam elemosinam. Donationem, (&c.) quas *Walterus Faber* de Sarelby, per Cartam suam fecit, (&c.) de quatuor selionibus terræ, cum pertinentiis in Dozkesei. Donationem, (&c.) quas *Petrus* de *Campania*, per Cartam suam fecit, (&c.) de octo sol. redditus, cum pertinentiis in Stowe. Donationem, (&c.) quas *A.* filius *Mariotæ* de Dozkesele,

per Cartam suam fecit, (&c.) de quatuor sol. redditus percipiendis per manum suam, & hæredum suorum, infra clausum de Wodholme.

Donationem (&c.) quas *Simon* de *Hal* Camerarius, per Cartam suam fecit (&c.) de *Thoma* de *Hinche*, cum homagio & servicio suo & hæredum suorum; & de uno tofto, & sex acris & medietate unius bovatæ terræ, cum omnibus aliis terris, pratis & pascuis, cum pertinentiis, in parvâ Hal, ac de unâ denariatâ, & duabus marcatis redditus, & dimidiâ, quas dictus *Thomas* sibi reddere solebat, & de *Ricardo* le *Ken*, cum homagio & servicio suo, & cum terrâ, quam de eo tenuit in eadem villâ, & de dimidiâ marcatâ redditus percipiendâ de dicto *Ricardo* in liberam (&c.) elemosinam; ratas habentes & gratas (&c.) confirmamus (&c.) T. Rege apud *Ebor.* 1. die *Decembris*.

PRIORATUS
de Coverham *in agro* Eboracensi.

Historia fundationis ejusdem.

Ex ver. Rotulo in turri beatæ *Mariæ Ebor.*

Helewisia filia & hæres *Ranulphi* de *Glanvilla*, Baronis & Justiciarii Capitalis *Angliæ*, temporibus Regum *Henrici* secundi, & *Ricardi* primi, assensu *Walranni* filii & hæredis sui, tunc viventis, fundavit Monasterium Canonicorum, Ordinis *Præmonstratensis* apud Swaynby; & obiit *xi.* (6. *R.* 1.) die *Martii* anno gratiæ *MCXCV.* Et à Swainby postea translata fuerunt ejus ossa, & sepulta in domo Capitulari apud Coverham. Sed fundatio prima apud Swainby fuit anno gratiæ *MCXC.* Ut patet per Bullam *Clementis* Papæ tertii, eidem *Walranno* concessam.

Radulphus filius *Roberti*, domini de Middelham, & frater ejus & hæres *Walranni*, multis habitis altercationibus, inter ipsum, & Canonicos de Swaynby, amovit eos, & fundavit apud Coverham, juxta Middelham, & contulit eis Ecclesiam de Coverham & plura alia terras & tenementa, per finem in Curiâ Regis *Johannis* anno regni sui *xiiii.* Et obiit anno gratiæ *MCCLi.* Et apud Coverham sepelitur.

Carta Regis Edwardi *tertii, donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Cart. 22. E. 3. n. 39. Vide Pat. 10. E. 2. P. 2. m. 30.

REX (&c.) Inspeximus Cartam domini *Henrici* quondam Regis *Angliæ*, progenitoris nostri, in hæc verba. *Henricus*, Dei gratiâ, Rex *Angliæ* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis me, ad petitionem *Walleranni* filii *Roberti*, concessisse & præsenti Cartâ meâ confirmâsse Ecclesiæ S. *Mariæ* de Suttuesby, & Canonicis regularibus, Præmonstratensis Ordinis, ibidem Deo servientibus, subscriptas donationes, quas ipse *Walleranus* eis fecit; scil. Ecclesiam de Courcham cum pertinentiis, & terram de Swinesby, cum pertinentiis; & *xvi.* acras terræ in Lettelwelle; & pasturam ibidem mille ovibus, *xl.* animalibus; & duas garbas decimæ de dominico suo in *Hedersete* & in Pikeham; & tres carucatas terræ de acato matris suæ, in *Textona*, cum pertinentiis suis, & duas bovatas terræ similiter de acato matris suæ, in Nicwebigginge, cum pertinentiis suis; quæ eis dedit & Cartâ suâ confirmavit. Præterea concedo eis & confirmo omnes rationabiles donationes, quæ eis fiant secundùm quod in Cartis donatorum continebitur. Quare volo (&c.) Testibus, *Will.* Decano *Moretonia*, *Radulpho* Archidiac. *Colcestriæ*, *Will.* Comite *Arondelliæ*, *Ranulpho* de *Glanvilla*, *G. Ileberto* filio *Remfridi* Dapifero; *Radulfo* filio *Stephani*, *Theod. Walteri*, *Stephano* de *Turneham*, *G. Ileberto* de *Aumari*, *Henrico* de *Cornhille*, apud *Chinonem*.

Inspeximus etiam literas patentes domini *Edwardi* nuper Regis *Angliæ*, patris nostri, in hæc verba. *Edwardus* (&c.) Licèt de communi consilio regni nostri statutum sit, quod non liceat viris religiosis, seu aliis ingredi feodum alicujus, ita quod ad manum mortuam devenat, sine licentiâ nostra, & Capitalis domini, de quo res illa immediatè tenetur: per finem tamen, quem dilectus nobis in Christo Abbas de Coverham fecit nobiscum, concessimus & licentiam dedimus (&c.) *Mariæ* de *Neville*, quod ipsa quatuor messuagia, quatuor bovatas, & *xl.* acras terræ, & octo acras prati, cum pertinentiis in magnâ Crakhale & Thoraldeby, dare possit & assignare præfato Abbati & Conventui ejusdem loci; habendas & tenendas sibi & successoribus suis imperpetuum (&c.) T. meipso apud *Westm.* *xx.* die *Nov.* anno regni nostri septimo (&c.)

Inspeximus (&c.) *Edwardus* (&c.) licentiam dedimus (&c.) *Godrico* de *Neusum* & *Johanni* de *Wendesley* Capellano, quod ipsi undecim messuagia, unum molendinum & *xxx.* bovatas terræ, cum pertinentiis in Wenyngthorpe, quæ de nobis non tenentur in capite (&c.) dare possint (&c.) præfatis Abbati & Conventui; habendas & tenendas sibi & successoribus suis imperpetuum (&c.)

Inspeximus (&c.) *Edwardus* (&c.) Sciatis, quod cum propter paupertatem Abbatiæ de Coverham, & destructionem ejusdem per Scotos, de gratiâ nostra speciali, concesserimus (&c.) dilectis nobis in Christo Abbati & Conventui loci prædicti, quod ipsi terras, tenementa (&c.) ad valorem *x.* marcarum per annum (&c.) adquirere possint (&c.) Nos (&c.) concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, *Edrico* de *Neusum* & *Johanni* de *Wendesley* Capellano, quod ipsi quatuor messuagia, sex tofta, quatuor bovatas, *Lxxv.* acras terræ, *xxvi.* acras prati, & quinq; acras pasturæ cum pertinentiis, in Crakhalle, quæ de nobis non tenentur in Capite (&c.) dare possint & assignare præfatis Abbati & Conventui; habendas & tenendas sibi & successoribus suis imperpetuum. (&c.) In cujus &c. T. meipso apud *Westm.*

Westm. primo die *Martii* anno regni nostri *xiiii.*

Nos autem donationes (&c.) prædictas; necnon donationem (&c.) quas *Ranulphus* filius *Roberti*, per Cartam suam fecit Canonicis prædictis, de Ecclesiâ de **Coverham**; & de totâ terrâ suâ, ab **Hanetre** usq; ad **Tediche**, ex transverso vallis, ex utraq; parte aquæ à **Quernestoe** usq; ad **Waledene**; & de pasturâ ad *Lv.* vaccas cum exitibus duorum annorum in pasturâ ab **Hanetre** usq; **Rollestchyle**, ex utraq; parte aquæ, à festo *omnium Sanctorum* usq; ad festum *S. Crucis* in *Maio*; & de loco & placeâ & maeremio de bosco suo in **Coverdale**, ad faciendum ibi domos & receptacula sibi & averiis suis. Et de tribus carucatis terræ in **Tertone**; & de *xvi.* acris terræ in **Retelwelle**, & pasturâ ad mille oves & quadraginta animalia. & duabus garbis Decimarum de dominico suo de **Pedersete**, & de **Pikenham**; & de duabus bovatis terræ in **Coverham**, quas *Theobaldus* de *Valaines*; & duabus bovatis terræ in eadem villâ, quas *Robertus* filius *Willielmi* nobilis; & sex acris terræ in eadem villâ, quas *Odardus Carpentarius*; & medietate unius carucatæ terræ, cum pertinentiis, in **Handeberh**, quas *Adam* filius *Wykeman*; & duabus bovatis terræ, cum pertinentiis, in **Coverham**, quas *Gillebertus* de *Scraftone*; & duabus bovatis terræ, cum pertinentiis, in **Melmosby**, quas *Rogerus* filius *Ricardi* eis dederunt: & de omnibus terris & concessionibus quas *Robertus Hervei* de **Suttone** eis fecit; & de omnibus aliis donationibus, quæ eis de feodo ipsius *Ranulphi* rationabiliter factæ sunt in puram & perpetuam elemosynam.

Donationem (&c.) quas *Isoda*, quondam uxor *Johannis* de *Fayerwald*, per Cartam suam fecit Canonicis prædictis, de duabus bovatis terræ, cum pertinentiis in **Tertone**, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam imperpetuum. Concessionem (&c.) quas *Willielmus* filius *Willielmi* de *Laceles* de *Arlagebthorp*, per Cartam suam fecit Canonicis prædictis, de tosto & crosto, & duabus bovatis terræ, cum pertinentiis in *Textona* in puram & perpetuam elemosinam imperpetuum. Donationem (&c.) quas *Thomas* de la *Wdehalle* in **Wandesleydale**, per Cartam suam fecit Canonicis prædictis, de unâ acrâ prati, cum pertinentiis, in **Thornetone-Rust**; & de toto prato suo in **Cregkelde**, in puram & perpetuam elemosinam imperpetuum. Donationem (&c.) quas *Elias* filius *Willelmi*, filii *Ulf* de *Est-Boulton*, per Cartam suam fecit prædictis Canonicis, de medietate unius acræ terræ, cum pertinentiis, in **Thornetone-Rust** in puram & perpetuam elemosynam. (&c.) Data per manum nostram apud *Westm. xi. Febr.*

Stemma dominorum de **Midelham** *fundatorum Prioratus de* **Coverham.**

SCiendum est, quod non habemus, nisi tantum istas duas carucatas, in nullo loco, ex antecessoribus Dominæ de **Taterthall**, quæ est Domina de **Welle**, & de **Snape**, & uxor *Roberti* de *Tatershall*; cujus soror *Maria* primogenita, est domina de **Midelham**, quondam uxor *Roberti* de *Novavilla* junioris; quarum pater vocabatur *Radulfus* filius *Ranulfi*, Pater *Ranulfi*, fuit iste *Robertus* filius *Radulfi*, cujus est ultima hæc Charta præcedens. Hic *Robertus* fundavit domum de **Midelham**. Pater hujus *Roberti* vocabatur *Radulfus* filius *Ribaldi*, cujus est Carta penultima præcedens. Quis fuit pater *Ribaldi* ignoratur. Dicitur, quod ille natus fuit in partibus transmarinis. Et sic patet breviter, de antecessoribus *Radulfi* filii *Ranulfi*, cujus hæreditas dividebatur inter duas filias suas, (scilicet) *Mariam* primogenitam, dominam de **Midelham**, quæ ex viro suo præfato, habet tres filios, *Ranulphum* scilicet de *Nevile* primogenitum, ad quem, præter hæreditatem matris, spectat hæreditas *Roberti* de *Nevile* adhuc superstitis. Soror *Mariæ* junior, uxor *Roberti* de *Tatershall* vocatur *Joanna.*

Ex præfato Rot. in turri beatæ *Mariæ Eboracæ.*

ABBATHIA

S. Agathæ, *juxta* Richmundiam, *in agro* Eboracensi.

De fundatore ejusdem.

ITem Canonici de *Sancta Agatha* tenent in medietate, de *Roaldo* Constabulario, fundatore suo; & ipse *Roaldus* de rege (&c.)

Ex vet. Rot. in turri beatæ *Mariæ Ebor.*

Conventiones inter Abb. & Conv. S. Agathæ, *& dominum* Henricum *filium* Ranulphi, *per quas dicti Abbas & Conv. concesserunt præfato* Henrico, *quicquid habent in* Herperby (*exceptis duabus bovatis terræ*) *in feodi firmam.*

ANno gratiæ *M. CC.* quinquagesimo tertio, ad festum sancti *Nicolai*, ita convenit inter Abbatem & Conventum de *Sancta Agatha* ex unâ parte, & dominum *Henricum* filium *Ranulphi*, ex altera; videlicet, quod iidem Abbas & Conventus dederunt & concesserunt, & hac Cartâ cyrographata confirmaverunt

Cartæ 20. E. 1. m. 4. perlospex.

dicto *Henrico* & hæredibus suis, vel suis assignatis, quicquid habuerunt, vel habere potuerunt in Herperby, tam in dominico, quàm in servitio, cum homagiis, reliefs, escaetis, exceptis duabus bovatis terræ, cum toftis, & croftis, & omnibus pertinentiis suis, quas *Walterus* filius *Viel* tenuit, salvâ etiam eisdem Canonicis medietate communis pasturæ extra clausum suum, quam priùs habebant in eadem villâ. Habendum & tenendum in puram, & perpetuam elemosinam dicto *Henrico* & hæredibus suis, vel suis assignatis, ita liberè, pacificè, & quietè, ab omni servitio consuetudine vel exactione seculari, sicut dicti Abbas & Canonici liberiùs & quietiùs illud tenementum cum pertinentiis suis tenuerunt. Reddendo inde annuatim dictis Abbati & Conventui & suis successoribus, unam libram cimini ad festum *Sanctæ Agathæ*, pro omni servitio, consuetudine, & demandâ, & exactione seculari sicut prædictum est imperpetuum. (&c.) His testibus. *Johanne* filio *Henrici*, *Waltero* de *Egleschive*, tunc Ballivo de Richmund; Magistro *Galfrido* personâ de Maundelpath; *Ada* de *Nairford*, *Thoma* de *Otrington*, *Willielmo* de *Holteby*, *Alano* de *Cabergh*, militibus; *Willielmo* de *Vsburn*, tunc personâ de Bentham, *Ada* filio *Ranulphi*, *Johanne* de *Boyvill*, *Rogero* de *Ask*, & multis aliis. (&c.)

Carta Rogeri *de* Moubray, *quicquid Canonici* S. Agathæ *habent in* Carredale *&* Gatedale, *confirmans.*

OMnibus Christi fidelibus præsentibus & futuris, *Rogerus* de *Moubray* salutem in domino. Noverit universitas vestra, me divinæ pietatis intuitu, pro salute animæ meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum, concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & Canonicis de *Sancta Agatha*, juxta Richmund, quicquid habent in Carredale & Gatedale, tam ex donis *Adæ* de *Stanelay*, & *Henrici* filii *Ranulphi*, militis mei; & *Adæ* de *Manebi*, quàm ex donis *Radulfi* filii *Alani*, & *Elvæ* filii *Radulphi*, & *Jordani* de *Bebaldethuites*, cum omnibus pertinentiis suis, libertatibus & aysiamentis, tam in longitudine quàm in latitudine, sine aliquo retenemento: Habendum & tenendum eisdem Canonicis & suis successoribus, liberè, pacificè, & quietè, in puram & perpetuam elemosinam imperpetuum, sicut Cartæ prædictorum donatorum suorum, quas indè habent, rationabiliter testantur. His testibus, dominis *Ada* de *Nayrford*, *Johanne* de *Cauncefeld*, *W.* de *Otrington*, *Will.* de *Holteby*; *Joh.* le *Breton* de Coleburn, militibus; *Willelmo Vsburn*, tunc personâ de Benetham; *Adam* filio *Ranulphi*; *Nigello* filio *Gregorii* de Burton, *Thoma* de *Boyvill*, & multis aliis.

Carta Regis Edwardi *tertii, donatorum concessiones recitans & confirmans.*

REx omnibus ad quos &c. salutem. Donationem, concessionem, & confirmationem, quas *Alanus Bygot* de Bartone, per Cartam suam, pro se & hæredibus suis, fecit Canonicis *S. Agathæ* juxta Richmund, & eorum successoribus imperpetuum, de mietate unius acræ terræ, cum pertinentiis, apud Wulfaracres in campis de Bartone; & de totâ terrâ, quæ fuit ipsius *Alani* juxta viam de Welsamb, propinquiorem terræ Baronis de Mendale; & de terra quæ fuit ejusdem *Alani*, jacente inter terram Baronis de Mendale, & terram *Willielmi Perkok* de Bartone atte wode gate, cum pertinentiis. Concessionem etiam & confirmationem, quas idem *Alanus* per eandem Cartam suam, pro se & hæredibus suis, fecit præfatis Canonicis & eorum successoribus, imperpetuum, de totâ terrâ, cum pertinentiis, quam iidem Canonici habuerunt in Bartone ex dono *Amabilis Bigot*, matris ipsius *Alani*; scilicet de totâ terrâ, quæ fuit ipsius *Amabilis* apud Lasshou, & Wulfacres. Donationem (&c.) quas *Willielmus* de *Bartone* serviens, per Cartam suam, pro se & hæredibus suis fecit (&c.) de quatuor acris terræ, & mietate unius acræ mariscі, cum pertinentiis, in Burtone. Donationem (&c.) quas idem *Willielmus* (&c.) fecit (&c.) de homagio & servicio *Hugonis Korth* & hæredum suorum, de mietate unius bovatæ terræ, cum annuo redditu unius denarii, cum pertinentiis, de eodem *Hugone* & hæredibus suis, die *Natalis* domini percipiendo; Et de homagio & servicio *Willelmi Pylle* & hæredum suorum, de quinq; acris terræ, cum annuo redditu unius denarii, cum pertinentiis, de eodem *Willielmo* & hæredibus suis, pro eadem terrâ die *Paschæ* percipiendo. Et de homagio & servicio *Rogeri Ranke* & hæredum suorum, de duabus acris terræ, cum annuo redditu unius denarii cum pertinentiis de eodem *Rogero* & hæredibus suis, pro eadem terrâ die *Paschæ* percipiendo. Et de homagio & servicio *Alani Luller*, & hæredum suorum, de unâ acrâ terræ & dimidia, cum annuo redditu unius denarii cum pertinentiis, de eodem *Alano* & hæredibus suis, pro eadem terrâ die *Natalis* domini percipiendo.

Pat. 3. E. 3. p. 1. m. 6.

Donationem (&c.) quas idem *Willielmus* de *Bartone* (&c.) fecit (&c.) de toto jure (&c.) in totâ terrâ, quæ fuit quondam *Lewys*, cum pertinentiis, in Bartone. Donationem (&c.) quas *Alanus Rufus* de Barton, filius *Hugonis* Clerici (&c.) fecit (&c.) de uno tofto, cum exitu versùs moram, & de novem acris terræ cum pertinentiis, in Bertone. Donationem (&c.) quas idem *Alanus* (&c.) fecit (&c.) de homagio & servicio *Hugonis Tonay*, & hæredum suorum, de uno tofto, quod idem *Hugo* de præfato *Alano* tenuit in Bartone; scilicet de annuo redditu unius denarii cum pertinentiis infra nundinas Richemund solvendo. Donationem, (&c.)

quas

quas *Alexander* de *Mora* de *Bartona*, (&c.) fecit, (&c.) de sex acris terræ, cum pertinentiis in **Bartone**. Donationem, (&c.) quas *Johannes Carpentarius* de **Bartone**, (&c.) fecit, (&c.) de totâ terrâ, quam idem *Joh.* remit de eisdem Canonicis, & de fabricâ Ecclesiæ eorum cum pertinentiis in **Bartone**; & de tosto cum pertinentiis, quod idem *Joh.* habuit in **Bartone**, & de totâ terrâ, cum pertinentiis, quam idem *Joh.* habuit super **Hickdimerlandes**; & de totâ terrâ cum pertinentiis quam habuit apud **Bladepe**; & de tota terrâ, cum pertinentiis, quam habuit apud **le Cures**, & de totâ terrâ, cum pertinentiis, quam habuit apud **Littelholulandes**: Et de tota terra cum pertinentiis, quam habuit apud **Brozteland**, subtus **Neutone**. Et de tota terra, cum pertinentiis, quam habuit juxta molendinum de **Bartone**: Et de tota terra, cum pertinentiis, quam habuit apud **Penhou**; Et de tota terra, cum pertinentiis, quam habuit juxta viam de **Pelsamby**, propinquiorem terræ *Johannis Corthe*. Et de tota terra, cum pertinentiis, quam habuit apud **Pelsambymire**, & inter les **Banes** & apud le **Rode cholt**, juxta terram prædictorum Canonicorum in utroq; loco. Donationem, (&c.) quas *Galfridus Pille* de **Bartone**, (&c.) fecit, (&c.) de tribus acris terræ, cum pertinentiis in **Bartone**. Donationem, (&c.) quas *Alanus* filius *Rogeri Rant* de **Bartone** fecit, (&c.) de uno messuagio, cum pertinentiis in **Bartone**. Donationem, (&c.) quas idem *Alanus* fecit, (&c.) de quinq; acris terræ & dimidia, & medietate unius rodæ, & tertia parte unius rodæ terræ, cum pertinentiis in dictâ villa de **Bartone**. Donationem, (&c.) quas *Joh.* filius *Michaelis* miles, (&c.) fecit, (&c.) de duabus bovatis terræ, cum prato & omnibus aliis pertinentiis suis in **Neuton-Bozell**. Donationem, (&c.) quas *Ricardus* le *Barbur*, (&c.) fecit, (&c.) de duabus placeis, simul jacentibus in **Esleby**, juxta **Richemund**, cum pertinentiis. Donationem, (&c.) quas *Ric.* le *Barbur*, (&c.) fecit, (&c.) de uno selione terræ, cum pertinentiis in **Esleby**, jacente in quodam loco vocato **Eselond**. Donationem, (&c.) quas *Henricus* filius & hæres *Willelmi Drimale*, de **Esleby** juxta **Richemund**, (&c.) fecit, (&c.) de toto messuagio, quod fuit ipsius *Henrici* cum crofto adjacente, & octo acris terræ, & una roda terræ & dimidiâ cum pertinentiis in **Esleby**. Donationem, (&c.) quas *Ricardus* le *Barbur* (&c.) fecit, (&c.) de uno selione terræ, cum pertinentiis in **Esleby** jacente in quodam loco vocato **Battrodale**, ratas habentes, (&c.) confirmamus, (&c.) T. Rege apud **Wyndesore** *xxiv.* die *Julii*.

Licentia Regis Ricardo *le* Scrope *de* **Bolton**, *pro* CL. *redditus Abbati & Conv. S.* Agathæ *concedendo, ad sustentationem decem Canonicorum Capellanorum in Abbatia prædicta.*

REx omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis, quod de gratiâ nostrâ speciali concessimus, & licentiam dedimus, (&c.) *Ricardo* le *Scrope* de **Bolton**, quod ipse dare possit & concedere Abbati & Conventui S. *Agathæ* in Com. *Ebor.* quendam annuum redditum centum & quinquaginta librarum, percipiendum de Maneriis de **Bainale**; **Caldewell Clyf** super **Tese**; **Thoanton-Stward**; **Barkene**; **Sledme**; **Disford**, & **Middelton-Quernhowe**, cum pertinentiis in Com. prædicto; quæ quidem Maneria de aliis, quam de nobis in capite immediatè tenentur, ut dicitur, ad terminos *Paschæ* & S. *Michaelis* per equales portiones, cum sufficienti clausulâ districtionis in Maneriis prædictis. Habendum & tenendum eisdem Abbati & Conventui & successoribus suis imperpetuum, pro sustentatione decem Canonicorum Capellanorum ultra numerum Canonicorum jam in eadem Abbatiâ communiter existentium; ac duorum Capellanorum secularium, divina pro salubri statu nostro & hæredum nostrorum, ac ipsius *Ricardi* & hæredum suorum, dum vixerimus; & pro animabus nostris, cum ab hac luce migraverimus, ac animabus progenitorum nostrorum, & antecessorum dicti *Ricardi* & omnium fidelium defunctorum, juxta ordinationem ipsius *Ricardi* celebraturorum; necnon pro sustentatione viginti & duorum pauperum in Abbatiâ prædictâ inveniendorum & sustinendorum, pro statu & animabus prædictis, juxta ordinationem prædictam, ut prædictum est, oraturorum imperpetuum, (&c.) T. Rege apud *Westm.* *xx.* die *Maii*. Pat. 16 R. 2. p. 3. m. 10.

Consimilis licentia prefato Ricardo *le* Scrope, *quod Manerium de* **Brompton** *super* **Swale**, *eisdem Canonicis concedere possit.*

REx, (&c.) Sciatis quod, (&c.) licentiam dedimus, (&c.) *Ricardo* le *Scrope* nuper Cancellario nostro, quod ipse Manerium suum de **Brompton** super **Swale**, cum pertinentiis, quod de nobis non tenetur in Capite, & valet per annum in omnibus exitibus juxta verum valorem ejusdem decem libras tres solidos & quatuor denarios, sicut (&c.) est compertum; dare possit & assignare Abbati & Conventui S. *Agathæ* juxta **Richmund**. Habendum & tenendum sibi & successoribus suis, (&c.) T. Rege apud *Westm.* *viii.* die *Maii*. Pat. 3 R. 2. p. 3. m. 17.

ABBATIA
de Torre, *in agro* Devoniensi.

Carta Fundationis ejusdem, per Willielmum Brwere.

Ex Regist. Abb de Torre in Scac. penes Remem. Regist 4. a.

OMnibus sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsens Carta pervenerit, *Willielmus Briwer* salutem in Domino sempiternam: Universitati vestræ notum facio, me caritatis intuitu, & pro salute

Vide *Cart. Antiq.* G n. 16.

Domini *Ric.* Regis *Angliæ*, & pro salute *Henr.* Regis patris sui, necnon pro salute meâ, & animarum omnium antecessorum, & successorum meorum, dedisse, & concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse, pro me & hæredibus meis imperpetuum, Deo & Ecclesiæ sancti *Salvatoris* de Torre, & Canonicis ibidem Deo servientibus, ordinem *Præmonstratensem* professis, ipsum locum ad Abbatiam construendam, ubi Ecclesia sancti *Salvatoris* fundata est; scilicet, culturam quæ dicitur Rowedon in villa de Torre per meras & terminos subscriptas; scilicet per viam quæ venit de Bokington usq; in villam de Torre, sic ante portam quæ fuit *Richardi*, tunc personæ de Torre, per viam quæ descendit usq; in mare, & sic à mari usq; ad calcetum; & à calcetò usq; ad viam prætatam, quæ venit de Bokington per certam terram cum fonte qui vocatur Estrdeswelle; & quicquid infra prætatas meras continetur; Et talem libertatem piscandi, & sagenam trahendi in mari de Torre, qualem ego habeo, vel habere potero, vel hæredes mei. Dedi etiam & concessi eis, Ecclesiam de Torre integrè, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis; Et similiter pasturam centum ovibus in eadem villa, ut prædicta persona eam habuit, & habere debuit. Dedi etiam, & eis concessi totam villam meam de Wolleburgh, cum advocatione Ecclesiæ ejusdem villæ, & cum omnibus pertinentiis, & libertatibus suis, sicut *Willielmus* de *Brywere* eam mihi dedit, pro homagio & servitio meo, & pro quadraginta Marcis argenti, quas ei dedi. Concessi etiam eis, & confirmavi totam terram meam de Grendel. quæ est de Manerio de Wodebery, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis, quam *Reginaldus* de *Albemara* mihi dedit: Dedi etiam eis, & concessi unum ferlingum terræ in Uggeburgh, cum pastura, & Communâ moræ de Dertemore, ad prætatum Manerium pertinentem; & cum omnibus libertatibus & pertinentiis suis; Et unum ferlingum terræ in Braworthi cum omnibus libertatibus, & pertinentiis suis; & Ecclesiam ejusdem villæ de Bradeworthi, cum Capella de Prankardeswike, cum omnibus pertinentiis, & libertatibus suis. Dedi etiam, & concessi prædictis Canonicis, molendinum prætatæ villæ de Bradeworthi, cum totâ sequelâ molturæ hominum meorum ejusdem villæ, & omnium aliorum, qui prædictum molendinum sequi solebant, dum fuit in manu meâ, & cum omnibus pertinentiis suis, & libertatibus, & liberis consuetudinibus ad prædictum molendinum pertinentibus. Concessi verò, quod dicti Canonici stagnum suum prædicti molendini possint emendare de terrâ meâ, liberè, & sinè impedimento mei, vel hæredum meorum, ex illa parte aquæ, quâ mea terra jacet.

Præterea dedi, & concessi memoratis Canonicis, totam terram de Northschillingdon, cum omnibus libertatibus & pertinentiis suis, quam emi de *Will.* de *Traci*, pro quatuor viginti marcis argenti. Item dedi eis, & concessi quandam partem terræ in villâ meâ de Coleton, quæ jacet infra hos terminos; scilicet, per viam quæ venit de Torre, per la Wyngate, versus villam de Coleton usq; ad aliam viam, quæ venit de eadem villa de Torre; & sic ascendendo per eandem viam, usq; ad terram de Harsville, cum monte qui vocatur Byngesdon, & inde redeundo per boscum de Bokington, & per terminum, qui dividit terram de Bokington, & terram de Coleton, usq; ad prætatam villam, quæ venit per la Windgate de prædicta villa de Torre. Præterea dedi, & concessi prænominatis Canonicis, quod faciant stagnum, & unum vivarium ex parte de Northwille de Torre, ad Aquæ-ductum faciendum, ad officinas, & alia aisiamenta sua, sicut sibi meliùs & utiliùs viderint expedire, & liceat eis facere Conductus, & ductus aquarum, per omnes terras meas usq; ad officinas suas, ab omnibus fontibus, quos ad aquam ducendam aptos invenerint, sivè in terris nostris, sivè aliorum, à quibus licentiam aquæ ducendi poterunt impetrare. Quare volo & firmiter præcipio, quod prædicti Canonici habeant, & teneant omnes prædictas terras, & tenementa præscripta, cum omnibus libertatibus, & pertinentiis suis, necnon & omnia supra memorata benè & in pace, liberè & quietè, honorificè, integrè, & plenariè; in bosco & plano; in viis & semitis, & exitibus; in pratis, paschuis, & pasturis, & communis; in Ecclesiis & Ecclesiarum advocationibus, in turbariis, juncariis, & piscariis; in aquis, & aquarum ductibus, & cursibus, in stagnis, & vivariis; in molendinis, & situ molendinorum; & in omnibus aysiamentis suis, cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus; ad prædictas terras, & tenementa pertinentibus, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, solutè & quietè ab omni seculari opere, & consuetudine, & seculari exactione, sectis, & demandis imperpetuum: Et si aliqua libertatum, per me eis concessarum, processu temporis, quocunq; casu contingente usi non fuerint; nihilominùs tamen postea utantur libertate eadem sine contradictione aliqua mea, vel hæredum meorum, non obstante eo, quod aliquo casu ea usi non fuerint: Ego autem & hæredes mei prædictas terras, & tenementa; cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis, prout prædictum est, warantizare tenemur,

Par 22 E. 3. p 1. m 3.

Et Par 6. E 4. p. 3 m. 10.

Et. Par. 9. E. 2. p 2. m. 17.

acqui-

TORRENSIS olim
in Com. Devon: am
prospectus.
Vt prisca Majorum pietas
memoretur posuit
IOHANNES STOWELL
de Bovytracy in Com:
Devon: Armiger.
O
M
L
N
Torre Bay
I
K
A

rm ABBATIÆ.
nanc in Ruinis,
tus.
A The hill where this was drawen.
B The Tower which remaines of ye old Church
C The Ruines of the Old Church.
D The Old Buildings belonging to ye Abbey.
E The New buildings,
F The Gatehouse on ye west side of ye Abbey.
G. The Orchard,
H The old Gatehouse,
I The old Barne
K Old Ruines
L. Painton Key.
M. Painton Towne,
N. Leuermead Key.
O The hill aboue Blayton,
P Chilsen,
Q Torr Church,
R. St Marias Chapell.

652.

acquietare, & defendere prædictis Canonicis, & eorum successoribus, contra omnes mortales imperpetuum. His Testibus, *Henrico Exoniensi* Episcopo; *Willielmo* Abbate de *Bukfestria*, *Osmundo* Abbate de *Rape*; *Richardo* Abbate de Welbek; *Willielmo* Abbate de Ruffort; *Stephano* Priore de Wirkfop; *Johanne* de *Tortone*; *H.* filio Comitis; *Richardo Flandrensi*; *Willielmo* de *Bivera*; *Willielmo* de *Punchardon*; *Richardo* filio *Walteri*; *Roberto Champeans*; *Henrico* de *Campo-Ernulpho*; *Radulpho* de *Siccaville*, *Johanne* de *Briegwere*; *Reginaldo* de *Albamara*, *Galfrido* de *Albamara*; *Hugone* de *Stoddon*; *Luca* de *Tetteburn*; *Waltero Colum*; *Willielmo Saunzaver*; *Radulfo* filio *Richardi*; *Galfrido* de *Estre*, *Willielmo* de *Kelly*; *Baldwino* de *Bellaston*; *H.* de *Toriton*, *T.* de *Rocheford*; *Willielmo* Clerico de *Fyffelgh*; *Willielmo Briegwere* filio meo; *Fulberto* de *Dovera*; *Willielmo* de *Rotomago*; *Alano* de *Boklonde*; *Roberto Germyn*; *Rogero Burnel*; *Waltero* filio *Yvonis*, & pluribus aliis.

Carta Domini Regis Johannis, *donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Adhuc ex præfato Registro de Torre. fol. 7. b.

JOhannes, Dei gratiâ, Rex *Angliæ* &c. sciatis nos, ad petitionem dilecti & fidelis nostri, *Willelmi Briwere*, concessisse & præsenti Cartâ confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ* & Ecclesiæ *Sancti Salvatoris* de Torre, & Canonicis ibidem Deo servientibus, de ordine *Præmonstratensis* Ecclesiæ, subscriptam donationem, quam idem *Willielmus* eis fecit in puram, & liberam, & perpetuam elemosinam; scilicet locum in quo situm est Monasterium de Torre, & Ecclesiam ejusdem villæ, integrè, cum omnibus pertinentiis suis. Et ex dono ejusdem *Willielmi*, villam de *Woleborga*, & Ecclesiam ejusdem villæ, cum omnibus pertinentiis suis. Et ex dono ejusdem *Willielmi*, terram de Colleton, & villam de Ozendil, & unum ferlingum terræ in Uggeburgh, cum communi pasturæ de Dertmore, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono ejusdem *Willielmi*, unum ferlingum terræ; cum pertinentiis, in Beamorthy, & Ecclesiam ejusdem villæ, cum pertinentiis. Et ex dono supradicti *Willielmi*, & *Willielmi* de *Trasci*, & *Dragonis* de *Mungiron*, villam de Northchillingsforde, cum omnibus ad eam pertinentibus, ut in terris, & tenementis, & in advocationibus Ecclesiarum, redditibus, & in omnibus aliis rebus. Et ex dono *Johannis* de *Toriton*, villam de Waggeleghe, cum omnibus pertinentiis suis. Et ex dono *Walteri* filii *Ivonis*, unam virgatam terræ & dimidiam, cum pertinentiis; scilicet in Sywenham. Et ex dono *Walteri* de *Vasey* terram de Bungeswere, cum omnibus pertinentiis suis. Quare volumus, & firmiter præcipimus, quod præfati Canonici habeant & teneant omnia prædicta, & omnia, quæ imposterum perquirere poterunt, rationabiliter, cum omnibus pertinentiis suis, benè, & integrè, & in pace, liberè, & quietè, & plenariè, & honorificè, in advocationibus Ecclesiarum, in terris & tenementis, & redditibus, in bosco & plano, in pratis & pasturis, in vivariis, & stagnis, in aquis & molendinis; in marisis & turbariis; in viis, & semitis, & in omnibus aliis locis, rebus, & libertatibus, & liberis consuetudinibus, quieta ab omni servicio, & seculari exactione, sicut Cartæ donatorum, vel venditorum rationabiliter testantur.

Præterea concessimus eis, ut habeant, per omnes terras & tenementa sua, *sokam*, & *sakam*; & *tol*, & *theam*; *Infangenthef*, & *Utfangenthef*, & teneant omnes terras suas liberas, & quietas de sectis Schirarum & Hundredorum, & de placitis foreſtæ; & de querelis, & de pecuniâ dandâ pro forisfacto de murdro, & Wapintake; de scutagio, Geldis, Denegeldis, hidagio; auxiliis; Operationibus Castellorum, Parcorum, Pontium, Calcearum, *Ferdwite*, *Leyrwite*, *Hundredpeni*; *Tethingpeny*; *Hengwite*; *Flemesfret*, *Hamsokyn*, *Warpeny*; *Blodwite*, *Richtwite*. Et sint ipsi & homines sui quieti, per totam terram nostram, de omni theloneo, de omnibus rebus, quas ipsi Canonici vel homines sui poterunt assecurare, quod emant vel vendant ad proprios usus ipsorum Canonicorum, vel hominum suorum; de pontagio, passagio, lastagio, stallagio, & de omnibus rebus, & aliis occasionibus; excepta solâ justiciâ mortis & membrorum. Et prohibemus ne ponantur in placitum de aliquo, nisi coram nobis meripsis, vel Capitali Justiciario nostro. Item concessimus eis & confirmavimus, quod si aliquis hominum suorum vitam & membra debeat amittere, vel fugerit, & judicio stare noluerit; vel aliud delictum fecerit, pro quo debeat catalla sua perdere, ipsa Catalla ipsorum Canonicorum sint, quantum ad nos vel ad Curiam nostram pertinet. His testibus, (&c.)

Carta Beatricis *de* Valle, *uxoris* Willielmi Briwere.

OMnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsens scriptum pervenerit, *Beatrix* de *Valle* salutem. Universitati vestræ notum facio, me divinæ caritatis intuitu, pro salute domini *R.* Regis *Angliæ*, & *H.* Regis patris sui; necnon & pro salute Domini & sponsi mei *Willielmi Briwere*, & meâ, & omnium antecessorum & successorum nostrorum, concessisse & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse donationem & concessionem, quam *Willielmus Brywere*, dominus & sponsus meus, fecit & concessit Deo & Ecclesiæ sancti *Salvatoris* de Torre, & Canonicis ibidem Deo servientibus, Ordinem *Præmonstratensem* professis. Inprimis locum ipsum qui vocatur Nowedone ubi Ecclesia *sancti Salvatoris* fundata est, per metas & terminos subscriptos; scilicet per viam quæ venit de Colyngton, usque ad villam de Torre; & sic ante portam *Ricardi Briwere*, tunc personæ Ecclesiæ præfatæ villæ, per viam, quæ descendit usque in mare; & sic à mari usque ad Calcetum; & à Calceto ascendendo usque ad viam præfatam, quæ venit de Colyngton,

Vide Part. 2. H. 6. p. 1. m. 20.

Ib. fol. 12. a.

Colyngton, per certam terram cum fonte quæ dicitur Cisdewelle; & quicquid infra præfatas metas continetur; & talem libertatem piscandi, & sagenam trahendi, in mari, qualem præfatus dominus meus eis concessit & Cartâ suâ confirmavit. Concedo etiam eis Ecclesiam de Torre, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis, perpetuo possidendam; & pasturam in villa de Torre; & unum ferlingum terræ in manerio de Uggeburgh, cum pasturâ, & communâ ejusdem manerii, & moram de Dertemire, ad præfatum manerium pertinente. Et firmam stagni & vivarii, ex parte de *North* præfatæ villæ de Torre, ad Aquæductum faciendum ad officinas suas; & alia aisiamenta sua, sicut eis meliùs, & utiliùs viderint expedire. Hæc autem omnia Deo & Ecclesiæ sancti *Salvatoris* de Torre, & prænominatis Canonicis concedo & confirmo, sicut dominus meus *Willielmus Briwere* illis ea concessit, & Cartâ suâ confirmavit. Hiis testibus, &c.

Carta W. Briwere *junioris, de terra de* Coleton & Pliham.

Ib. f. 12. b. OMnibus Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit, *Willielmus Briwere* salutem. Noverit universitas vestra, me, divinæ caritatis intuitu, dedisse, concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ sanctæ *Trinitatis* de Torre, & Canonicis *Pramonstratensis* Ordinis, ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ, & *Johannæ* uxoris meæ, & pro animabus domini *W. Briwere*, patris mei, *Beatricis* matris meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum, cum corpore meo, totam terram meam de Pliham, & de Coleton, cum omnibus pertinentiis suis; Et totum pratum meum, quod jacet in occidentali parte calcetæ, quæ descendit de Abbathia de Torre, usque ad mare, inter prædictam calcetam & pratum de Colyngton. Habendum & tenendum prædictæ domui de Torre, & Canonicis prænominatis, totam prædictam terram, in liberam elemosinam, liberè, quietè, integrè, pacificè, benè, & in pace; cum omnibus pertinentiis suis, libertatibus, & liberis consuetudinibus, ad dictam terram pertinentibus; in bosco, in plano; in pratis, in paschuis; in viis, in semitis; in aquis, in molendinis, in stagnis, in moris, & turbariis; in liberis introitibus & exitibus, & in omnibus aliis locis & rebus ad prædictas terras pertinentibus, quietam imperpetuum ab omni seculari servicio, & exactione. Ego verò & hæredes mei totam prædictam terram cum omnibus pertinentiis suis prædictæ domui de Torre, & Canonicis prænominatis contra omnes mortales imperpetuum warantizare debemus. Et ut hæc donatio, & præsentis Cartæ meæ confirmatio, perpetuæ firmitatis imperpetuum robur optineant, huic præsenti scripto sigillum meum apposui (&c.)

Confirmatio Reginaldi *de* Mohun, *de bonis per fundatores concessis.*

OMnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, hoc scriptum visuris vel audituris, *Reginaldus de Mohun* salutem. Noverit universitas vestra, me, caritatis intuitu, & pro salute animæ meæ, & animarum antecessorum & successorum meorum, confirmâsse, pro me & hæredibus meis, imperpetuum, donationes omnium terrarum & tenementorum, possessionum, reddituum, & Ecclesiarum, cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus, & omnibus aliis pertinentiis suis, quas *Willielmus Briwere* avus meus, & *Willielmus Briwere* filius ejus, avunculus meus fecerunt Deo & Ecclesiæ *Sanctæ Trinitatis* de Torre, & Canonicis ibidem Deo servientibus, in Ordine *Pramonstratensi*, Habendas & tenendas eisdem Canonicis & successoribus suis, in puram & perpetuam elemosinam solutè & quietè ab omni servili opere, & consuetudine, & seculari exactione, sectis, & demandis imperpetuum; sicut meliùs & quietiùs eisdem donationibus, cum omnibus aliis prædictis, prædicti Canonici, tempore prædicti avunculi mei & tempore meo hactenus usi fuerunt. Ut autem ista confirmatio perpetuæ firmitatis robur obtineat, eam præsenti scripto, & sigilli mei impressione, roboravi. Hiis testibus. &c. Ib. f. 142.

Conventio facta inter Abbatem & Conventum de Torre, & Reginaldum *de* Mohun, *super Capella per ipsum* Reginaldum *pro se & familia sua, apud* Torre, *erigenda.*

COnvenit Die *Martis* proximâ ante *Pascha floridum*, anno regni Regis *H.* filii Regis *Johannis xxxvi.* inter *Simonem* Abbatem & Conventum de Torre, ex unâ parte, & dominum *Reginaldum* de *Moun*, ex altera; videlicet quod dictus Abbas & Conventus concesserunt dicto *Reginaldo* & hæredibus suis, erigere Capellam in Curiâ suâ de Thorre, in quâ sibi & liberæ familiæ suæ, per Capellanos suos divina faciant ministrari; Ita quod in dictâ Capellâ nullum sit Baptisterium, nec aliquod jus parochiale excerceatur; nec etiam parochiani in eadem Capellâ ad aliquod Ecclesiasticum admittantur. Servientes verò Curiæ, qui non fuerint de liberâ familiâ Domini, parochialem Ecclesiam excerceant. Dictus verò *Reginaldus* concessit, pro se & hæredibus suis, imperpetuum, quod dictus Abbas & Conventus de Thorre, percipiant medietatem omnium oblationum & obventuum prædictæ Capellæ, undecunque & quibuscunque modis advenerit. Capellani verò dicti *Reginaldi* & hæredum suorum poterunt celebrare in parochiali Ecclesiâ, & percipere medietatem omnium Oblationum & obventuum dicti *Reginaldi* & hæredum suorum, & hospitum, & liberæ familiæ suæ, quousque Capella in dictâ Curiâ erigatur. Et si contingat, quod aliqui de liberâ familiâ dicti *Reginaldi*, Ib. f. 14. b.

vel

vel hæredum suorum vel hospitum, Capellanis dictorum Abbatis & Conventus, in matrici Ecclesiâ, aliquid obtulerint, medietas ejusdem oblationis liberabitur Capellanis eorundem *Reginaldi*, & hæredum suorum. Iidem autem Capellani, sacramentum dicto Abbati præstabunt, de indempnitate matricis Ecclesiæ, in prædictis conservandâ; & quod fideliter medietatem omnium dictarum oblationum, sibi vel certo suo assignato, liberabunt, sive in Capellâ, sive in Ecclesiâ celebraverint. Si verò Capellani dicti *Reginaldi* vel hæredum suorum, contra formam prætaxatam aliquo casu venerint, & convicti fuerint, vel deprehensi, licebit dicto Abbati ipsos suspendere ne celebrent in parochiâ de Thoxe, quousque de offensâ rationabiliter fuerit satisfactum. Hanc autem conventionem fideliter, & sine dolo, tenendam, utraque pars, sub suæ fidei religione promisit; Et ad majorem securitatem huic scripto, in modum Cirographi, confecto, alternatim Sigilla sua apposuerunt. Hiis testibus, &c.

ABBATHIA

de Hales-Owen *in agro* Salopiensi.

Breve Regis Johannis, *de Manerio de* Hales, Petro *de* Rupibus Wintonienſi *Episcopo, concesso.*

Claus. 16. Joh. m. 18.

R&c. Vic. *Staff.* salutem. Scias quod dedimus venerabili patri nostro, domino *P. Winton.* Episcopo, manerium de *Hales*, cum advocatione Ecclesiæ, & cum omnibus eidem manerio pertinentibus, ad faciendum ibi domum Religionis. Et ideo tibi præcipimus, quod eidem Episcopo, vel nuncio suo, sine dilatione, cum omnibus pertinentiis suis, plenariam seisinam habere facias. T. meipso apud Windelesore vicesimo septimo *Octobris.*

Carta Regis Henrici *tertii, donationem patris sui, de prædicto Manerio, confirmans.*

Pat. 21. R. 2. p. 2. m. 18.

HEnr. Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Normanniæ*, & *Aquit.* & Comes *Andegaviæ* Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Forestariis, Vice-Comitibus, Præpositis, Ministris, & omnibus Ballivis, & fidelibus suis, salutem: Sciatis nos, intuitu Dei, & pro salute animæ nostræ, & animarum antecessorum & hæredum nostrorum concessisse. & præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & sanctæ *Mariæ*, & Abbati & Canonicis *Præmonstratensis* Ordinis apud Hales, Deo servientibus, de ordinatione venerabilis patris Domini *Petri Wintonienſis* Episcopi, Manerium de Hales, cum omnibus pertinentiis suis, quod Dominus *Johannes* Rex pater noster per Cartam suam priùs concesserat eidem Episcopo ad ædificandum Domum de ordine *Præmonstratensi.* Habendum & tenendum eisdem Abbati & Canonicis in liberam, puram & perpetuam elemosinam: Et quod prædicti Abbas & Canonici præfato Episcopo *Wintonienſi* & successoribus suis tanquam patronis suis respondeant & intendant. Quare volumus & firmiter præcipimus. (&c.) Vide Cart. 2. E. 3. n. 40.

Carta Willielmi Ruffi (*militis*) *de Ecclesia de* Waleshale.

OMnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsens scriptum pervenerit, *Willielmus Ruffus* de Waleshale salutem. Noverit universitas vestra, me causâ Dei, & intuitu pietatis, dedisse, concessisse, & hac meâ præsenti Cartâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ *S. Mariæ* de Hales, & Canonicis Ordinis *Præmonstratensis* ibidem Deo servientibus, Ecclesiam de Waleshale, cum Capellis & pertinentiis, & omnibus aliis libertatibus suis; habendam & possidendam in liberam, puram & perpetuam elemosynam, ad hospitalitatem ejusdem Domus sustentandam, pro salute animæ meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum. Hiis testibus, domino *P. Wintonensi* Episcopo; domino *Willielmo Coventria* Episcopo; domino *R.* Abbate de Welleber, *Henrico* de *Aldetheleg*, *Roberto Marmiun*, *Willielmo Marmiun* fratre ejus; *Ricardo* filio *Willielmi* de *Bramewice*; *Willielmo Hosato*; *Ada* de *Sancta Maria*; *Thoma* Capellano de Hales. Ex ipso autogr. pen. se Edw. Baronem Dudley a. 1640.

Appropriatio ejusdem Ecclesiæ, & Ordinatio Vicariæ per Rogerum Cov. & Lich. *Episcopum.*

UNiversis Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, *Rogerus* Dei gratiâ *Coventrensis & Lichfeldensis* Episcopus, & *Ricardus* Thesaurarius *Lich.* salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra, quod cum *Henricus*, Dei gratiâ, Rex *Anglorum* illustris, Abbati & Conventui de Hales, *Præmonstratensis* Ordinis, quorum Ecclesiam pater ejus fundaverat, patronatum Ecclesiæ de Waleshale contulisset; optans quod Ecclesiæ fructus in usus cederent eorundem; iidem Abbas & Conventus Ordinationi nostræ se supposuerunt, quoad Ecclesiam antedictam & pertinencias ejus, secundùm quod in eorum literis patentibus, super hoc confectis plenius continentur. Nos igitur domini Regis affectum pium in domino commendantes, desiderantes etiam profectum dictorum religiosorum, quibus propter confluentiam hospitum, ut dicitur, propriæ non suppetunt facultates, divinæ caritatis intuitu, & ob ejusdem dicti Ibid.

Domini Regis reverentiam, & ad ejus instantiam, de consensu Capituli *Lichfeldensis*, ordinando decrevimus, quod cum Magister *Vincentius* Rector Ecclesiæ de Walesthale, ipsi cesserit, vel decesserit, dicti Abbas & Conventus, dictam Ecclesiam de Walesthale habeant, cum pertinentiis, & fructibus ejus, in usus proprios convertendis; Salvâ tamen Vicariâ tresdecem marcarum assignandarum Vicario, per viros fideles & discretos, ad hoc per Episcopum deputatos, in certis obventionibus Ecclesiæ; qui etiam aream & ædificia Ecclesiæ dividant inter prædictos religiosos, & Vicarium, secundùm quod, ratione prævia, viderint expedire.

Vicarius autem, qui pro tempore fuerit, onera Episcopalia, & Archidiaconalia consueta & debita sustinebit. Ad onera verò Capellarum Ecclesiæ de Walesthale consuета; scilicet de Wodnesburt & de Rushale, & servicia sibi debita sustinenda, habeat idem Vicarius, præter tresdecem marcas sibi, secundùm quod dictum est, superius assignandas, omnes Obventiones Capellarum earundem, præter garbas. Quæ quidem Obventiones, si ad servicia & onera in prædictis Capellis, in formâ præmissâ sustinenda non sufficiant, in aliis ejusdem Ecclesiæ proventibus, unà cum eisdem obventionibus, per viros suprascriptos dicto Vicario provideatur; undè in prænominatis Capellis eadem servicia & onera honestè valeat sustinere. Alia verò onera Abbas & Vicarius, simul, pro suis portionibus sustinebunt: Salvo etiam, quod Abbas & Conventus sæpedicti, singulis annis solvant Ecclesiæ *Lichfeldensi* sex marcas, quod ad petitionem dictorum Abbatis & Conventus duximus ordinandum, ad eorum perpetuam pacem, super Ecclesiâ sæpedictâ, in quâ se dicebat aliquando *Lichfeldensis* Ecclesia jus habere. De dictis autem sex marcis, sexaginta solidos deputavimus ad sustentationem operis Ecclesiæ *Lichfeldensis*: Residuos verò xxx. Vicariis, qui ad Missam beatæ Virginis, vicissim, per annum, secundùm quod moris est, fuerint deputati, per Capellanum beatæ Virginis ipsis dicta pecunia tribuenda; cui dum viginti solidi solvi debent; Sexaginta verò solidi, ipsi qui ad custodiam fabricæ fuerit deputatus terminis infrascriptis; ita scil. quod tres marcæ solvantur apud *Lich.* in festo sancti *Michaelis*; tres verò residuæ in festo resurrectionis dominicæ persolvantur. Jurabit etiam dictus Abbas de Hales, qui pro tempore fuerit, se dictas sex marcas, dictis terminis fideliter soluturum. Non licebit autem Decano & Capitulo *Lich.* in alios usus, quàm supradictos, convertere pecuniam memoratam. In præmissorum autem testimonium & munimen, præsentem paginam Sigillis nostris, & Sigillis Decani & Capituli *Lichfeldensis*, & Abbatis & Conventus de Hales, in consensus sui testimonium, fecimus roborari; salvo *Conventrensis* & *Lichfeldensis* Ecclesiæ jure Pontificali & parochiali. Actum apud *Lich.* in crastino beati *Thomæ* martyris, anno Domini millesimo, ducentesimo quadragesimo octavo.

Ordinatio Vicariæ de Hales *per* Godefridum Wigornensem *Episcopum.*

OMnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsentes literæ pervenerint, *Godefr.* permissione divinâ, *Wygornensis* Ecclesiæ minister humilis salutem in Domino sempiternam. Sacrorum Canonum statuta, per quæ genus humanum regitur in terris, vias prælatorum ad disponendum in Ecclesiâ Dei, tam de regimine quàm regentium vitâ suo periodo ordinant & disponunt; quæ, dum inter cætera ipsorum statuta Vicariis in Ecclesiis parochialibus residere constringunt, nos eis de victus necessariis, de bonis Ecclesiæ, cui vice regentis præsunt, competenter providere compellunt. Hinc est, quod nos, considerata animarum cura Ecclesiæ parochialis de Hales, *Wygorn.* diocesis, quam religiosi viri Abbas & Conventus Monasterii de Hales, Ordinis *Præmonstratensis*, in proprios usus optinent, & onera curæ ejusdem, tam in temporalibus quàm in spiritualibus, statuimus & diffinivimus, quod in dictâ Ecclesiâ perpetuus sit Vicarius nobis & successoribus nostris per dictos religiosos præsentandus, qui de animarum cura nobis respondeat & obediat, ut subditus, & nostris successoribus in futurum; cui de dictorum religiosorum consensu expresso, nomine Vicariæ, decem marcas sterlingorum singulis annis de Camera dicti Abbatis, per duos terminos anni, pro portione dimidiâ & equali; scilicet quinq; marcas in festo S. *Michaelis*, & residuas quinq; marcas in Pascate dominicæ resurrectionis fideliter persolvi præcipimus & ordinamus. Insuper assignamus eidem Vicariæ mansum cum ædificiis, orto, & gardino, quæ Vicarius habere consuevit, ad inhabitandum, cum herbagio cymiterii. Et iidem religiosi de suis stipendiis presbyterum alium secundarium invenient, in eadem Ecclesiâ ministrantem, & omnia onera ordinaria & extraordinaria, qualitercunq; fuerint imposita, sustinebunt. In cujus rei testimonium, has literas nostras Parentes sub Sigillo nostro fieri fecimus communiri. Data apud Wenburt in *falso mariseo* vi. Kal. *Octobris*, anno gratiæ millesimo, ducentesimo, septuagesimo, pontificatus nostri anno secundo. *Ibid.*

Assignatio unius Capellani Canonici, ad celebrandum pro animabus Joh. *de* Hamptone, *&* Alianoræ *uxoris ejus.*

OMnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, ad quos hoc præsens scriptum pervenerit, frater *Thomas*, permissione divinâ, Abbas de Hales, & ejusdem loci Conventus salutem in Domino: Noveritis nos concessisse dilecto nobis in Christo *Johanni* de *Hamptone*, pro beneficio nobis & successoribus nostris in acquisitione Manerii de Rowley impenso, quod *Ibid.*

unus

unus Capellanus Canonicus assignetur ad celebrandum divina pro anima prædicti *Johannis* & *Alianore* uxoris ejus, & puerorum suorum, patrum, matrum prædictorum *Johannis*, *Alianore*, fratrum suorum, antecessorum suorum; & pro anima *Ricardi* de *Hampton* fratris prædicti *Johannis*, & pro animabus omnium fidelium defunctorum, cum pleno servicio mortuorum. Et quod dictus *Johannes* & hæredes sui imperpetuum præsentent ydoneum & apcum Canonicum ad stallum suum defendendum, & ad officium prædictum exequendum, qui ad præsentationem ipsorum successivè, sine contradictione admittetur, dummodo tamen dictum Manerium de Rowley, in manibus nostris & successorum nostrorum pacificè existerit absq; perturbatione regia, vel secta cujuscunq; alterius, aliquid juris in prædicto Manerio vendicantis. Concessimus etiam eisdem, post decessum eorum, quod nomina eorum in martilogio nostro scribantur; & quod in Anniversariis suis plenum pro eis servicium fiet. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum commune præsentibus est appensum. Datum apud Wales die Martis in ebdomada *Paschæ*, annó Domini *MCCCxxxi.*

Carta Johannæ Botetourt, *Dominæ de* Weleye, *de Manerio de* Werveleye.

Ibid. OMnibus Christi fidelibus ad quos hoc scriptum pervenerit, *Johanna Botetourt* Domina de Weleye, salutem in Domino. Cum nuper optentâ licentiâ à Domino nostro *Edwardo*, illustri Regi *Angliæ*, tertio, post Conquestum, per quandam Indenturam, dedisse & concessisse dilectis michi in Christo Abbati & Conventui de Wales-oweyn, Manerium de Werveleye cum pertinentiis in Comitatu *Wigorniæ*; habendum & tenendum sibi & successoribus suis, & Ecclesiæ suæ sanctæ *Mariæ* de Wales-oweyn, de Domino Rege & hæredibus suis in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, ad certas Cantarias, elemosinas, & alia, in formâ, quâ in prædictâ Indenturâ plenius continetur, facienda. Ac etiam per eandem Indenturam obligassem me & hæredes meos, ad warantizandum præfatis Abbati & Conventui, & eorum successoribus prædictum Manerium, cum pertinentiis suis, contra omnes gentes imperpetuum. Noveritis me, nunc inspectâ Indenturâ prædictâ, prædictas donationem, concessionem, & warantiam de prædicto Manerio, in omnibus ejus membris & parcellis, messuagiis, terris, pratis, boscis, moris, pascuis, & pasturis, vivariis, stagnis, serviciis, redditibus, reversionibus terrarum & reddituum, & tam in servitiis & redditu *Ricardi* de *Wyreleye*, quæ perquisivi de *Adam* de *Whatecroft*, quàm cæteris parcellis Manerii prædicti universis, prædictis Abbati & Conventui, & eorum successoribus, pro me & hæredibus meis confirmâsse imperpetuum, ad prædictas Cantarias, elemosinas, & alia, ut præmittitur, faciendas. In cujus rei testimonium præsenti scripto Sigillum meum apposui. Datum apud Weleye, die dominicâ proximâ post festum Circumcisionis Domini, anno Regni Regis *Edwardi* tertii, post Conquestum, undecimo.

Carta Johannis Botetourt, *Domini de* Weleye, *de advocatione Ecclesiæ de* Clent.

Ibid. SCiant præsentes & futuri, quod ego *Joh. Botetourt*, Dominus de Weleye, intuitu Dei, & pro salute animæ meæ, & animarum antecessorum & hæredum meorum, dedi, concessi & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Wales-oweyn, Abbati & Conventui ejusdem loci, Ordinis *Præmonstratensis*, ibidem Deo servientibus, duas acras terræ, cum pertinentiis in Clent, & advocationem Ecclesiæ de Clent & Rouleye, cum Capellis suis; habendas & tenendas prædictis Abbati & Conventui, & eorum successoribus in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, imperpetuum. Concessi etiam pro me & hæredibus meis, eisdem Abbati & Conventui, & eorum successoribus, quod ipsi prædictam Ecclesiam de Clent & Rouleye, cum suis Capellis, cedente vel decedente persona ejusdem, in proprios usus habeant & teneant similiter in liberam, puram & perpetuam elemosinam imperpetuum. Et ego verò prædictus *Joh.* & hæredes mei, prædictas duas acras terræ, & advocationem prædictam, cum suis Capellis, cum omnibus suis pertinentiis, præfatis Abbati & Conventui & eorum successoribus, contra omnes gentes warantizabimus, acquietabimus, & defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium hanc præsentem Cartam Sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus *Joh.* de *Sutton*, Domino de Dudeleye; Domino *Rogero Hilary*; Domino *Johanne* de *Stafford*; Domino *Henrico* de *Burmyngham*; Domino *Henrico* de *Bissheburi*, militibus, *Ricardo Frebodi*; *Henrico atte Hurst*, & aliis. Data apud Weleye, die Martis in festo S. *Ambrosii* Episcopi, anno Regni Regis *Edwardi*, post Conquestum, tertii, quartodecimo.

Relaxatio *Johannis* de *Botetourt*, Domini de Weleigh, de quadam Cantaria unius Canonici, in hujusmodi Abbathia; Cantariis per Dominam *Johannam* matrem suam perquisitis, specialiter reservatis.

Ibid. *AS tous ceux, queux cestes lettres verrount ou orrount*, John Boutetourt *seigneur de* Weleigh, *salutz en Dieu. Conu soit a vous ceux, qe Come le Abbe de* Wales-oweyn, *et le covent de mesme le leu, nous eyent graunte, per lour feat ensealle de lour comen Seal, de presenter un covenable person Clerk, quele serra per eaux receu un Chanon de mesme la meson, et chauntra pur nous et pur nous heirs, et fra divine servi ce en le dite meson, si come en le dite feat plus pleynement est conteuz; et issynt a tous jours un altre apres ly, par cause que nous*

nous le graunteons, pur nous et pur nous heirs, license d'approprier l'eglise de Clent *as eaux & lours successours, à toux jours; nous voillaunz la descharge les dits Abbe & Covent, & de lour successours; & per promes per nous avauns ses hours promys, avouns graunte, pur nous & pur nous heirs, as dits Abbe & Covent, edour successours, qi'ls soient desore descharge, del dits presente de nous & de nous heirs receyvur, par cause de lour feat, a nous graunte, per la cause suisdite; reservants toutz jours, as nos & as nos heirs, les Chaunteries de eaux purchaseetz per nostre treschier miere, dame* Johanne Boutetourt, *per cause de la mortisement del manoir de* Werbelevе, *fette al Abbe & Covent tansoulement. En tesmonsaunce de quenz choses, as cestes presentz nous avouns mys; nostre Seal, per ceaux tesmoignez, sire* Roger Hillari *chivaler*; William Colesone; Johan Huweth; Ric. Frebody; Ric. *de* Everdone, *& altres. Donee as* Welvth *le Venersday procheyn apres la feste de seynt* Jame *Appostle, l'an de regne Roi* Edward *le tierce, apres le Conqueste, vintisme neovisme.*

Ordinatio Vicariæ de Clent *per* Wolstanum *Wigornienſem Epiſcopum.*

Ibid. UNiverſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, præſentes literas inſpecturis, frater *Wolſtanus*, permiſſione divinâ *Wygorn.* Epiſcopus, ſempiternæ ſalutis felicitatem in Chriſto. Ad perpetuam futurorum memoriam, quæ ad Dei laudem ſalubriter proceſſerunt, volumus ſcripturarum evidentiis roborari, ne decurſu temporis labilia priventur memoriâ, & ſub dubio caſualiter revocentur. Cum itaq; parochialem Eccleſiam de **Clent**, cum Capella de **Roulepe**, eidem annexa, ſeu dependente ab eadem, noſtræ dioceſis, aſſenſu Capituli noſtri *Wygornia*, concurrentibus omnibus, qui de jure requiruntur in hac parte, Religioſis viris Abbati & Conventui Monaſterii de **Hales-Oweyn**, Ordinis *Præmonſtratenſis*, noſtræ dioceſis, ipſorumq; Monaſterio, certis & legitimis de cauſis appropriaverimus; ac ipſam, appropriationis titulo, eiſdem in uſus proprios perpetuis temporibus conceſſerimus poſſidendam, congruâ portione perpetuo Vicario earundem Eccleſiæ & Capellæ, qui ibi curam habeat animarum, per nos vel ſucceſſores noſtros, in certis fructibus proventibus, & obventionibus ipſarum Eccleſiæ & Capellæ, eiſdem aſſignandis, quam ad decem libras ſterlingorum eſtimavimus & taxavimus plenariè reſervatâ. Nos in ſollicitudine paſtorali cupientes inceptum negotium tam ſalubre effectum proſperè mancipare, ac Eccleſiæ & Capellæ prædictarum indempnitati, animarumq; parochianorum eorundem ſalubriter proſpicere, ut tenemur; hujuſmodi procurationem, pro Vicario perpetuo in ipſis Eccleſiâ & Capellâ miniſtrante, qui curam habeat animarum earundem, ejuſq; ſucceſſorum, in vicariâ dictarum Eccleſiæ & Capellæ, qui pro tempore fuerint, imperpetuum, de conſenſu ac voluntate expreſſis dictorum rel gioſorum, ac domini *Johannis Andre*, dictarum Eccleſiæ & Capellæ de **Clent**, & de **Roulepe**, perpetui Vicarii, ordinamus, aſſignamus & habilimus, ac conſiſtere volumus in fructibus, proventibus, & obventionibus dictarum Eccleſiæ & Capellæ infraſcripta, ac ipſos fructus, proventus & obventiones, juxta Inquiſitionem legitimè factam in hac parte, ad decem libras ſterlingorum eſtimamus, & eos tantum annuatim valere decrevimus & declaramus per decretum.

Inprimis quidem ſtatuimus, & ordinavimus, quod Vicarius qui pro tempore fuerit in dictis Eccleſiâ & Capella, curam animarum parochianorum eorundem ſuſtineat; & quod eiſdem Eccleſiæ & Capellæ, ac parochianis earundem, in divinis obſequiis & officiis miniſtret, ſeu faciet ſuis ſumptibus congruè & honeſtè miniſtrari.

Item volumus & ſtatuimus, quod idem Vicarius, qui nunc eſt, & ſucceſſores ſui, qui pro tempore fuerint, habeant illud manſum ſive meſſuagium, juxta cimiterium dictæ Eccleſiæ de **Clent**, ex parte auſtrali, cum curtilagio adjacente; quod quidem manſum ſive meſſuagium, de dote dictæ Eccleſiæ eſſe dinoſcitur; in quo manſo ſive meſſuagio, præfati Religioſi, pro ſtatu dictæ Vicariæ ædificia competenter conſtrui faciant iſtâ vice, ad quorum conſtructionem ſeu reparationem, poſtquam ſemel ſic conſtructa, ſive ædificata fuerint, prædictus Vicarius, qui pro tempore fuerit, tenebitur & nullatenus ipſos religioſos, volumus onerari.

Item ordinamus & ſtatuimus, quod idem Vicarius & ſui ſucceſſores habeant & percipiant Decimam vitulorum, porcellorum, agnorum, aucarum, ovorum, pullanorum, lanæ, lactis, caſei, ceræ, mellis, apium, gardinorum, curtilagiorum, piſcariarum, piſcium, columbarum, molendinorum, lini, canabi; ſilvæ, tam ceduæ, quàm non ceduæ; arborum, fructuum, paſcuarum, & feni, & cæteras minutas decimas, infra dictam parochiam provenientes, exceptis decimis bladi cunctiq; generis: & extra decimis provenientibus de manſis, terris, pratis & paſcuis ad dictos Religioſos & eorum Monaſterio, nomine dotis dictæ Eccleſiæ ſeu Capellæ pertinentibus, & nutrimentis animalium eorundem ibidem: quas quidem decimas de dictis locis, ut præmittitur, provenientes, ſive minutæ fuerint ſive majores, unà cum redditibus & ſervitiis temporalibus quibuſcunq; tenentium dictæ Eccleſiæ, licèt ea dictos tenentes, per viam oblationis, præfatæ Eccleſiæ ſolvere contingat, unà cum oblationibus de majori Capellâ de **Belnestowe** obvenientibus, penès ipſos Religioſos & eorum Monaſterio; volumus integraliter permanere. Habeant inſuper iidem Vicarii omnia Mortuaria, tàm viva, quàm mortua, necnon principalia legata, & omnes oblationes ſuperiùs non exceptas. Annualia tricennalia, denaria *S. Petri*

&

& Caritatis. Erbagia, & arbores cimiteriorum, ac totum Altaragium, quatinus dictis Religiosis de hujusmodi Altaragio superiùs reservatur, tam Ecclesiæ de **Clent**, quam Capellæ de **Houleye** prædictarum.

Item volumus & statuimus, quod idem Vicarius, qui pro tempore fuerit ad solutionem Procurationis ..... hactenus ex consuetudine deberet, pro dictis Ecclesiâ & Capellis, ac etiam denaria *S. Petri* ..... obolum quadrâ..... *Martii* & *Pentecostæ* ... teneatur. Cætera verò & ordinaria & extraordinaria, superiùs non expressa, eisdem Ecclesiæ & Capellæ qualitercunq; incumbentia, præfati Abbas & Conventus, dictæ Ecclesiæ & Capellæ Rectores, debent .... & agnoscant ..... quod intentionis existit, quod nolumus quibuscunq; rebus, seu jure eisdem ..... dictæ appropriationis competentibus, præterquam in jure seu rebus prædictis, Vicarios dictarum Ecclesiæ de **Clent** & Capellæ de **Houleye**, superiùs per nos expressè reservatis.

ABBATIA

de Langley, *in agro* Norfolciensi.

Carta Regis Johannis, *fundationem ejusdem Domus, per* Robertum *filium* Rogeri, *recitans & confirmans.*

Cart. 13. H. 3. p. 2. m. 11. per Inspex.

Vide etiam Cart. 6. 7. H 4. n. 8.

Johannes, Dei gratiâ (&c.) Sciatis nos ad peticionem fidelis nostri *Roberti* filii *Rogeri*, concessisse, & hac præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse donationem, quam idem *Robertus* fecit Deo, & Ecclesiæ, in honore beatæ *Mariæ* apud **Langele** constructæ, & Canonicis Ordinis *Præmonstratensis*, ibidem Deo

Ec. Cart. 19 E. 2. n. 19. servientibus, ad Abbatiam construendam, ad ministrandum ibidem imperpetuum, de toto Manerio de **Langele** possidendo, in liberâ, &

Ec. Cart. 1. Joh. p. 1. n. 175. purâ, & perpetuâ elemosinâ, cum Ecclesia ejusdem villæ, & cum Mariscо de **Havenesse**, & cum omnibus pertinentiis ejusdem Manerii.

Præterea concessimus, & præsenti Cartâ nostrâ confirmavimus Deo, & sanctæ *Mariæ* de **Langele**, & Canonicis ibidem Deo servientibus, omnes donationes terrarum, hominum, & elemosinarum, quæ eis rationabiliter factæ sunt, in Ecclesiis, & in omnibus aliis rebus, & possessionibus. Quare volumus, & firmiter præcipimus, quod prædicti Canonici, & eorum homines, omnes terras, & possessiones, & elemosinas suas habeant, & teneant cum *Soca*, & *Saca*, *Thol*, & *Theam*, & *Infangenetheof*, & cum omnibus aliis libertatibus, & liberis consuetudinibus, & quietanciis suis; in bosco & plano; in pratis, & pascuis; in aquis, & Molendinis; in viis, & semitis; in stagnis, & vivariis; in Marisсis, & piscariis; & grangiis, & virgultis, infra Burgum & extra; & in omnibus rebus, & in omnibus locis, solutas, liberas, & quietas, de Scotis Scyrarum, & Hundredorum; & placitis, & querelis; & de pecuniâ dandâ, & forisfacto; & de Murdro, & Wapentaciis, & de Scutagio, & de Geldo, & de Danegeldo; & Hidagio & Assisis; & de operationibus Castellorum & parcorum; & Pontium, & Calcetarum; & de *Fredwite*, & *Engoneswita*, & de *Flemeneffefreuth*; & de *Hamfoka*, & *Wardpeni*, & de *Averpeni*, & de *Blodwita*, & *Frietwita*; & de *Leirwita*, & de *Hundredespeni*, & de *Tringpeni*, ...; & sint quieti ipsi & homines sui per totam terram nostram, de omni Theloneo, & de omnibus terris, quas ipsi, & homines sui poterunt assecurare, quod emant, vel vendant eas ad proprios usus Canonicorum suorum, vel hominum suorum, absq; venditione ulteriùs faciendâ; & de Pontagio, & passagio, & Lastagio, & Stallagio; & de omni seculari servitio & opere servili, & exactione; & omnibus aliis occasionibus & consuetudinibus secularibus, exceptis solâ justitiâ mortis, & membrorum. Hæc omnia eis concessimus in perpetuam elemosinam, pro Dei amore, & salute animæ nostræ, & Domini Regis *Henrici* patris nostri, & antecessorum nostrorum, & successorum nostrorum; His Testibus, *E. Elienſi* & S. *Bathon:* Episcopis; *Willielmo* Comite de **Arundell**; *Ranulpho* Comite *Cestriæ*; *Willielmo Mareschallo*, Comite *Penbrokiæ*; *Roberto* filio *Walteri*; *Ada* de *Portu*; *Saiero* de *Quency*; *Alano Basset*: Datum per manum *H. Cantuarienſ.* Archiepiscopi, Cancellarii nostri, apud *Cadomum* septimo die *Julii* Anno regni nostri primo.

ABBATIA

de Tichfeild *in agro* Suthamptoniensi.

Carta Regis Henrici *tertii facta* Petro *de* Rupibus Winton. *Episcopo, de Manerio de* Michfeld, *ad fundandam ibidem Abbatiam prædictam; necnon de diversis privilegiis Canonicis ejusdem loci, per eandem, concessis.*

Ex magno Rotulo Pipæ, de anno Regis *Edw.* secundi nono, post *Nova oblata.* Sutham-ptonscire.

ABbas de Tychefeud dat dimidiam marcam, ut scribatur Carta sua in Magno Rotulo; cujus tenor talis est; *Henricus* Dei gratia, Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Forestariis, Vicecomitibus, Præpositis, Ministris, & omnibus ballivis, & fidelibus suis, salutem; Sciatis nos, intuitu Dei, & pro salute animæ nostræ, & animarum antecessorum nostrorum, & hæredum, dedisse, concessisse, & hac Cartâ nostrâ confirmâsse, pro nobis & hæredibus nostris, in perpetuum, venerabili Patri *Petro* Episcopo *Wintoniensi* Manerium nostrum de Tichefeud, cum omnibus pertinentiis suis, ad fundandam, in eodem Manerio, quandam Abbatiam sanctæ *Mariæ*, de ordine Canonicorum *Præmonstratensium*: Concessimus etiam, & hac Cartâ nostrâ confirmavimus, pro nobis & hæredibus nostris, quod Abbas, & Canonici, ibidem Deo servientes, habeant, per omnes terras, & tenementa sua in eodem Manerio de Tychefeud, cum pertinentiis, & in terris suis de Swanewyk, & de Poxtestre, quas habent de dono ejusdem Episcopi *Winton.* & confirmatione, Episcopi *Abricencis*, & in terris suis de Walleswozth, & de Cotham, quas habent de dono prædicti Episcopi *Wintonienſis*, *Thol*, & *Theam*, *Infangenethef*, & *Utfangenethef*; & quod ipsi, & successores eorum, & omnes homines eorum, de eodem Manerio, & de terris prædictis, sint quieti imperpetuum erga nos & hæredes nostros, & erga vicecomites, Constabularios, Præpositos, & omnes Ballivos nostros, per totam terram nostram, de *Thelonio*, *Passagio*, *Pontagio*, *Lestagio*, *Talliagio*, *Stallagio*, & conductu Thesauri, & de operationibus Castellorum, Domorum, Murorum, Fossatorum, Pontium, & Calcetorum, vivariorum, stagnorum & clausuum Parcorum; & de omnibus aliis operationibus, & de sectis Schirerorum, Hundredorum, de auxiliis vicecomitum, & Ballivorum suorum; & de Murdro, & Francoplegio, & de visu Franciplegii, & de misericordiâ, & de finibus, pro transgressionibus & misericordiis; & pro licentia Concordandi; de Escapiis Latronum, & de Robberiis; de seisina, & de placitis, & querelis, & exactionibus omnibus, ad nos & hæredes nostros, & vicecomites, Constabularios, vel aliquos alios Ballivos nostros pertinentibus.

Concessimus etiam eisdem Abbati, & Canonicis, & eorum successoribus, quod nullus vicecomes, Constabularius, aut aliquis alius Ballivus noster, ingressum, vel posse habeat in prædicto Manerio, cum pertinentiis; set totum ad eosdem Abbatem & Canonicos, & successores suos, & eorum Ballivos pertineat; præter attachiamenta de Placitis Coronæ; ad quæ quidem, cum Coronatores venerint, facienda, ea ita facient, quod, in nullo lædatur libertas prædictorum Abbatis & Canonicorum, & successorum suorum. Omnes autem prædictas libertates concessimus; ita quod omnes homines sui, de eis tenentes, in eodem Manerio, & in terris prædictis, subsint, & respondeant, & satisfaciant prædictis Abbati, & Canonicis, & eorum successoribus; & nulli alii, nisi de voluntate eorundem Abbatis & Canonicorum, & successorum suorum, de omnibus prædictis, præter attachiamenta de placitis Coronæ, sicut nobis, aut hæredibus nostris, aut vicecomitibus, aut Constabulariis, aut aliis Ballivis nostris, suberint, & respondeant, & satisfacerent de eisdem, si ad nos dictum Manerium, & terræ prædictæ, cum pertinentiis, pertinerent. Concessimus autem eisdem Abbati, & Canonicis, quod ipsi, & eorum successores distringere possint omnes homines suos de prædicto Manerio, & de terris prædictis, ad omnia prædicta, præter attachiamenta de placitis Coronæ, sicut nos ad eadem eos distringere possemus, aut hæredes nostri, aut vicecomites, aut Constabularii, aut aliqui alii ballivi nostri, si prædictæ libertates, aut quietanciæ concessæ non fuissent. Concessimus etiam eisdem Abbati & Canonicis, & eorum successoribus, quod omnes homines eorum de prædicto Manerio, & de terris prædictis, sint liberi & quieti in perpetuum, de omnibus Juratis, & Assisis, & Recognitionibus faciendis, præterquam in attingendis propriis dominicis nostris, si opus fuerit, infra Comitatum ubi manentes sunt, si forte contentio inter nos ipsos, & alios oriatur; ita quod occasione alia jurare si forte evenerit, per vicecomites, vel alios Ballivos nostros, non occasionentur, nec libertas eorundem Abbatis & Canonicorum, vel successorum suorum in aliquo lædatur.

Concessimus insuper eisdem Abbati, & Canonicis, & eorum successoribus, quod si aliquis hominum suorum de Manerio illo, vel de terris prædictis, pro delicto suo, vitam aut membrum debeat amittere, vel fugerit, & Judicio stare noluerit, vel aliud delictum fecerit, pro quâ Catalla sua debet perdere, ubicunq; Justicia fieri debeat, sivè in Curiâ nostrâ, sivè in aliâ Curiâ, omnia Catalla illa sint prædictorum Abbatis, & Canonicorum & successorum suorum; & liceat eis sine disturbatione vicecomitum, & quorumcunq; Ballivorum meorum, & aliorum, ponere se in seisinam de

Vide Par. 6. E. 3. p. 1. m. 10.

præ-

prædictis Catallis, in prædictis casibus, & aliis, quantum Ballivi nostri, si ad nos pertinerent catalla illa, in manum nostram ea seisire possent, & deberent.

Concessimus præterea eisdem Abbati, & Canonicis, quod quotiescunq; aliqui Malefactores capti fuerint in prædicto Manerio, vel in terris prædictis, cum pertinentiis, per Ballivos eorundem Abbatis, & Canonicorum, vel successorum suorum, de quibus non possit, vel non debeat fieri Judicium in Curia eorum, Vicecomites & Ballivi nostri recipiant prædictos Malefactores, sine difficultate, & dilatione, super forisfacturam nostram, quandocunq; Ballivi prædictorum Abbatis, & Canonicorum, vel successorum suorum, dictos Malefactores, prædictis Ballivis nostris liberare voluerint. Concessimus etiam prædictis Abbati & Canonicis, & successoribus suis, quod habeant in perpetuum omnia amerciamenta, de omnibus hominibus suis ejusdem Manerii, & prædictarum terrarum, cum pertinentiis; quæ quidem amerciamenta, ad nos vel hæredes nostros, vel ad Vicecomites, aut Constabularios, aut ad aliquos alios Ballivos nostros possent pertinere, si ipsa amerciamenta eis concessa non fuissent. Et quod ipsi Abbas, & Canonici, & eorum successores, habeant potestatem ad distringendum omnes prædictos, ad amerciamenta eis reddenda. Prohibemus insuper, super forisfacturam nostram decem librarum, ne quis de prædictis amerciamentis colligendis, vel recipiendis, sine districtione indè facienda, nisi pro voluntate eorundem Abbatis, & Canonicorum, & successorum suorum, se intromittat. Concessimus eisdem etiam, quod habeant in prædicto Manerio, & in terris prædictis, cum pertinentiis, omnia averia, quæ vocantur *Wayf*.

Concessimus insuper, pro nobis & hæredibus nostris, eisdem Abbati & Canonicis, & eorum successoribus, quod licèt aliqua libertatum, per nos eis concessarum, processu temporis, quocunq; casu contingente, usi non fuerint; Nihilominus tamen postea utantur libertate eadem, sine contradictione aliquâ, non obstante eo, quod aliquo casu ea usi non fuerint: Concessimus etiam eisdem Abbati & Canonicis, & eorum successoribus, quod prædictæ terræ suæ de Poxestre, Walesworth, & de Cosham, quæ sunt infra Forestam nostram, sint in perpetuum quietæ, de vasto, regardo, & de visu Forestariorum, viridariorum, Regardatorum, & omnium Ministrorum suorum: Et quod ipsi, & omnes homines sui, in prædictis terris manentes, sint in perpetuum quieti de sectis Swanemotarum, & omnium aliorum Placitorum Forestæ: Et de Espeditamentis Canum, & de omnibus Summonitionibus, Placitis, querelis, & exactionibus, & occasionibus ad Forestam & Forestarios, viridarios, & eorum ministros pertinentibus. Quare volumus & firmiter præcipimus, pro nobis & hæredibus nostris, quod prædicti Abbas & Canonici, & eorum successores, & omnes homines sui de prædicto Manerio de Tychefeud, & de prædictis terris suis de Swanewyke, Poxestre, Walesworth, & Cosham, cum pertinentiis, habeant & teneant in perpetuum prædictas libertates, & quietancias, & amerciamenta, benè, & in pace, integrè, & plenariè, in omnibus rebus, & locis, sicut prædictum est: His testibus, venerabilibus patribus, *J. Bathon. W. Carleol. Roberto London*, & *Rob. Sarum* Episcopis; *Ranulpho* Comite *Cestriæ*, & *Lincolniæ*; *Ricardo* Comite *Cornubiæ*; & *Pictavienſi*, fratre nostro; *R. Marescallo*, Comite *Penbrokiæ*; *Willielmo* Comite de *Warenna*, *W.* Comite de *Ferrariis*, ... Constabulario *Cestriæ*, *Roberto* de *Curtenay*, *Warino* de *Munchenesi*; *Radulpho* filio *Nicholai*; *Philippo* de *Albiniaco*, & aliis. Datum per manum venerabilis Patris *Radulfi Cicestrensis* Episcopi, Cancellarii nostri apud *Lam.*.... vicesimo die *Septembris*, anno Regni nostri *sexto decimo*.

Carta Regis Edwardi *secundi*, *donatorum concessiones recitans & confirmans.*

REx omnibus ad quos &c. salutem. Inspeximus Cartam, quam *Eva* de *Clinton*, filia & hæres *Rogeri* de *Escures*, fecit Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de *Tichefeld*, & Abbati & Canonicis Ordinis *Præmonstratensis* ibidem Deo servientibus, in hæc verba. Pat. 11. E. 2. p. 1. m. 4. Vide lb. m. 7.

Sciant præsentes & futuri, quod ego *Eva* de *Clinton*, filia & hæres *Rogeri* de *Escures*, in legitima potestate viduitatis meæ, dedi, concessi, & præsenti Cartâ confirmavi Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Tichefeld, & Abbati & Canonicis Ordinis *Præmonstratensis* ibidem Deo servientibus, & imperpetuum servituris, & eorum successoribus, totam terram meam de Cadelawe, cum omnibus pertinentiis suis. Et totam terram meam de Huthe, & totam terram meam de Stanewode, & totam terram meam de Wudecote, & de Felde, & totam curiam meam de Cadelawe, cum omnibus pertinentiis suis. Habendum, & tenendum prædictæ Ecclesiæ, & prædictis Abbati & Canonicis, & eorum successoribus in liberam & perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ, & pro animabus omnium antecessorum & successorum meorum imperpetuum, liberè, solutè, & quietè, ab omni servicio, consuetudine, exactione, & omni seculari demanda, ad me vel ad hæredes meos pertinente, salvo forinseco servicio. Ego autem *Eva* & hæredes mei prædictæ Ecclesiæ & prædictis Abbati & Canonicis, & eorum successoribus, omnes terras prædictas, cum prædictâ Curiâ, & omnibus pertinentiis suis, sine aliquo retenemento, & reclamatione mei, vel hæredum meorum, sicut prædictum est, contra omnes gentes warantizare, acquietare, & defendere debemus imperpetuum. Et si contingat, quod ego *Eva* & hæredes mei, omnes prædictas, cum omnibus pertinentiis suis, sicut prænominatum est, prædictæ Ecclesiæ, & prædictis Abbati & Canonicis, & eorum successoribus, warentizare non poterimus, faciemus eisdem,

eisdem, sine aliquâ contradictione rationabile escambium ad valentiam omnium prædictarum terrarum in manerio meo de Wytham. Ut autem hæc mea donatio, concessio, & præsentis Cartæ confirmatio perpetuæ stabilitatis robur optineat, præsentem Cartam sigilli mei impressione communivi. Hus testibus, domino *Emerico* de *Sacy*; domino *Will.* de *Sancto Claro*; domino *Thoma* de *Gunynges*, domino *Henrico* de *Perlee*; domino *Johanne Lancelevee*; domino *Hugone* de *Hoyvile*; domino *Galfrido* de *Rupibus*; *Rogero* de *Merlay*; domino *Thoma* de *Vesux*, *Ricardo Fuillet*; *Rogero* de *Hardel*, *Johanne* de *Brunnewix*, *Rogero Markes*, *Johanne* le *Brut*; *Isaac Lancelevee*, & aliis.

Inspeximus eciam quandam Cartam, quam *Reginaldus* de *Albamara* fecit Deo & Ecclesiæ prædictæ, & præfatis Abbati & Canonicis, in hæc verba. Omnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, hanc Cartam inspecturis vel audituris, *Reginaldus* de *Albamara*, salutem æternam in domino. Noverit universitas vestra, me intuitu Dei, & pro salute animæ meæ, & animarum omnium antecessorum & successorum meorum concessisse & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse, pro me & hæredibus meis in perpetuum, Deo & Ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de Michefeld, & Abbati & Canonicis *Præmonstratensis* Ordinis ibidem Deo servientibus, & imperpetuum servituris, & eorum successoribus, subscriptam donationem, quam *Eva* filia & hæres *Rogeri* de *Escures*, in legitimâ potestate viduitatis suæ, eis fecit; totum viz. Manerium de Cadelande, cum molendinis, & omnibus pertinentiis suis, & totam terram, quam habent de *Thoma* de *Escures* in eodem Manerio, ex dono prædictæ *Evæ* de *Escures*. Et insuper totam terram de Wythe; & totam terram de Stanestwode, & totam terram de Wodeton, & de Felde. Ex dono ejusdem *Evæ*, totam Curiam de Cadelande, cum omnibus pertinentiis suis, Habend. & tenend. omnia prædicta prædictis Ecclesiæ; Abbati, & Canonicis, & eorum successoribus, absque omni retenemento, reclamatione, vel vendicatione mei vel hæredum meorum, in liberam & perpetuam elemosinam, liberè, solutè, & quietè, ab omni servicio, consuetudine, exactione, & omni seculari demandâ ad me vel hæredes meos pertinente, salvo forinseco: Ego autem *Reginaldus*, & hæredes mei tenemur warantizare prædictæ Ecclesiæ, Abbati, & Canonicis memoratis, & eorum successoribus, hanc meam concessionem, & confirmationem, per omnia, prout superiùs est expressum, contra omne hominum genus imperpetuum. Et ut hæc mea concessio, & confirmatio, perpetuæ stabilitatis robur optineat, præsentem Cartam sigilli mei impressione communivi. Hiis testibus, domino *Galfrido* de *Lucy*; domino *Will.* de *Gardinis* militibus; *Rogero Markes*, *Roberto* de *Sutton*, *Ricardo* de *Heyhirde*, *Ricardo* de *Swanem*; *Rogero* de *Hardeleye*; *Willielmo Cornays*; *Mathæo Oyssel*; & aliis.

Inspeximus eciam quandam Cartam, quam *Thomas*, de *Escures* fecit Deo & Ecclesiæ prædictæ, & præfatis Abbati & Canonicis, in hæc verba. Noverint universi, præsentes, & futuri; quod ego *Thomas* de *Escures* dedi, concessi, remisi, quietum clamavi, & præsenti Cartâ meâ confirmavi, pro me & hæredibus meis, Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Michefeld, & Abbati & Canonicis Ordinis *Præmonstratensis*, ibidem Deo servientibus, & eorum successoribus, totam Curiam meam, & domos cum omnibus ædificiis ibidem constructis, & redditus & omnes terras meas & salinas, cum omnibus pertinentiis suis, quas habui in Cadelande, & in parochiâ de Faleleye. Habenda & tenenda de me & hæredibus meis, prædictæ Ecclesiæ & prædictis Abbati & Canonicis, & eorum successoribus liberè, quietè, solutè, & in omnibus, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, absque aliquo retenemento, & reclamatione mei, vel hæredum meorum imperpetuum; Ita scilicet, quod dicti Abbas & Canonici & eorum successores debent invenire unum Canonicum, qui singulis diebus imperpetuum celebrabit divina, pro animâ meâ, & pro animâ *Johannis* fratris mei; & pro animabus antecessorum & successorum meorum in Ecclesiâ Conventuali de Mychefeld, ad Altare sanctarum Virginum, versùs Austrum, ubi corpus meum debet sepeliri. Et ego *Thomas* de *Escures* & hæredes mei, prædictam Curiam & domos, cum omnibus ædificiis ibidem constructis, & redditus, & terras, & salinas, cum omnibus pertinentiis suis, contra omnes gentes warantizabimus, acquietabimus, & defendemus imperpetuum. Ut autem hæc mea donatio, concessio, remissio, quieta clamancia, & præsentis Cartæ confirmatio, perpetuæ stabilitatis robur optineat, præsentem Cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus, *Johanne* de *Wyta*, tunc Senescallo novæ foresta; *Ricardo Fullet*; *Roberto* de *Faleleye*; *Rogero* de *Hardeleye*; *Reginaldo Buthe*; *Ricardo* de *tribus aulis*; *Will. Cornays*, & aliis.

Inspeximus insuper quandam Cartam, quam *Baldewinus* de *Ripariis* dominus de *Insula*, fecit Deo & dictæ Ecclesiæ, & prædictis Abbati & Cononicis, in hæc verba; Sciant præsentes & futuri, quod ego *Baldewinus* de *Ripariis*, dominus de *Insula*, concessi, remisi, quietum clamavi, & præsenti Cartâ, pro me & hæredibus meis confirmavi Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Michefeld, & Abbati & Canonicis Ordinis *Præmonstratensis*, ibidem Deo servientibus, & imperpetuum servituris, omnes terras & possessiones, cum molendinis, salinis, & omnibus pertinentiis suis, quas habent & tenent de dono dominæ *Evæ* de *Clynton* filiæ & hæredis *Rogeri* de *Escures*, de feodo meo de Cadelande; Et omnes terras cum omnibus pertinentiis suis, quas habent in Wythe, Stanestwode, Wodeton, & de Felde, de dono ejusdem dominæ *Evæ* de *Clynton*, de eodem feodo. Et totam terram cum Curiâ, salinis, & omnibus pertinentiis suis, quam habent de dono *Thomæ* de *Escures*, in prædictâ villâ de Cadelande; de quibus memoratis terris, possessionibus,

ſeſſionibus, molendinis, ſalinis, Curiâ, & omnibus pertinentiis ſuis, habent confirmationem domini *Reginaldi* de *Albamara*, domini quondam prædictarum terrarum: Tenenda & habenda omnes prædictas terras, cum Curiâ, molendinis, ſalinis, & omnibus pertinentiis ſuis, dictæ Eccleſiæ, & prædictis Abbati, & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus liberè, & quietè, benè, ſolutè, & integrè, in liberam, & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & animabus anteceſſorum & hæredum meorum imperpetuum; faciendo indè michi, & hæredibus meis, dicti Abbas & Canonici & eorum ſucceſſores, in ſcutagio & rationabili auxilio, ad filium meum primogenitum militem faciendum, & filiam meam primogenitam maritandam, quantum pertinet ad tertiam partem feodi unius militis, pro omnibus ſerviciis, & ſecularibus demandis; Ita quod ego *Baldewinus*, & hæredes mei, nichil ampliùs, de cætero, de prædictis terris, Curiâ, molendinis, ſalinis, & omnibus pertinentiis ſuis, ac præfato Abbate & Canonicis & eorum ſucceſſoribus, præter prædictum ſcutagium, & rationabile auxilium, ſicut prædictum eſt, quando acciderit, poterimus exigere, vel habere, ut homagiis, releviis, cuſtodiis, auxiliis, eſcaetis, ſectis Curiæ, viſu franci plegii, fidelitatibus, ac omnibus aliis caſibus ſupervenientibus imperpetuum. Et ſi contingat quod prædicti Abbas & Canonici, & eorum ſucceſſores, per hæredes prædictæ *Evæ* de *Clynton*, vel hæredes præfati *Reginaldi* de *Albamara*, ſeu per aliquos alios ad ſolvendum prædictum ſcutagium, ſeu aliquod auxilium, prout ſuperiùs diſtinctum eſt faciendum, diſtringantur; ego *Baldewinus* & hæredes mei, prædictos Abbatem & Canonicos, & eorum ſucceſſores, contra omnes gentes acquietabimus & defendemus; & de omnibus ſupradictis imperpetuum. Ut autem hæc mea conceſſio, remiſſio, quietaclamancia, & præſentis Cartæ confirmatio perpetuæ ſtabilitatis robur optineat, præſentem Cartam ſigilli mei impreſſione roboravi. Hiis teſtibus, dominis *Will.* de *Inſula*; *Will.* de *Glenmorgan*; *Will.* de *Pageham*, *Will.* de *Stratton*, militibus, Domino *Martino Chamflur*; *Ricardo* de *Aſſton*; *Henrico Trenchard*; *Johanne* de *Bronewiz*; *Willielmo Markys* & aliis.

Inſpeximus etiam quandam Cartam, quam *Gilbertus* le *Manſel* fecit Deo & Eccleſiæ prædictæ, & præfatis Abbati & Canonicis, in hæc verba, Sciant præſentes & futuri, quod ego *Galfridus* le *Manſel* dedi, conceſſi, & hac præſenti Cartâ, prò me & hæredibus meis confirmavi Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de Michefeld, & Abbati & Canonicis Ordinis *Præmonſtratenſis*, ibidem Deo ſervientibus, & in perpetuum ſerviturîs, totam terram meam cum omnibus pertinentiis ſuis, quam habui & tenui de feodo Domini *Rogeri* de *Someri*, in villâ de *Ingepenne*, per ſervicium feodi unius militis. Habendum & tenendum dictæ Eccleſiæ & prædictis Abbati & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, totam præfatam terram, cum omnibus pertinentiis ſuis, liberè, & quietè, ſolutè, & integrè, benè & in pace, jure hæreditario, in omnibus; ut in homagiis, fidelitatibus, releviis, wardis, & eſcaetis, dominicis, redditibus, boſcis, pratis, pa cuis, paſturis, viis, ſemitis, & omnibus aliis aiſiamentis, & libertatibus, infra villam & extra, ad eandem terram pertinentibus, abſq; ullo retenemento, vel reclamatione mei vel hæredum meorum imperpetuum; faciendo indè memorato Domino feodi, ſervicium, quod ad prædictam terram pertinet.

Dedi inſuper, & conceſſi dictæ Eccleſiæ, & prædictis Abbati & Conventui, & eorum ſucceſſoribus totum jus & clamium, quod habui, vel habere potui in totâ terrâ, cum omnibus pertinentiis ſuis, quam Domina *Haviſia*, quondam uxor Domini *Walteri* le *Manſel* fratris mei, de me tenuit, nomine dotis, in eadem villâ; ita quod poſt deceſſum dictæ Dominæ *Haviſiæ*, tota prædicta terra, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſine aliquâ diminutione, vel impedimento, & contradictione mei, vel hæredum meorum imperpetuum, ad prædictam Eccleſiam, & prædictum Abbatem, & Canonicos, & eorum ſucceſſores, debet reverti. Et ego prædictus *Galfridus* le *Manſel*, & hæredes mei totam prædictam terram, cum prædictâ dote, cum omnibus pertinentiis ſuis, dictæ Eccleſiæ, & prædictis Abbati & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus, contra omnes gentes warentizabimus, acquietabimus, & defendemus in perpetuum. Pro hac autem donatione, conceſſione, & præſentis Cartæ confirmatione, acquietaverunt me prædicti Abbas & Canonici verſùs *Albraham* de *Brechamſtede* Judeum, de nonies viginti libris ſterlingorum; & michi dederunt centum libras ſterlingorum; & ſingulis annis, quoad vixero, viginti libras ſterlingorum, ad duos terminos anni. Ut autem hæc mea donatio, conceſſio, & præſentis Cartæ confirmatio, pro me & hæredibus meis, futuris temporibus firma & ſtabilis permaneat, præſens ſcriptum ſigilli mei impreſſione communivi. Hiis teſtibus, domino *Nicholao* de *Henreth*, tunc Vicecomite *Berkſira*, domino *Rob.* de *Herpenham*; *Nic.* filio *Gervaſii* de *Ingkepenn*; *Alano* de *Englefeld*; *Ric.* de *Walston*; *Galfrido Pozard*; *Hugone* de *Inglefeld*; *Petro* Clerico; *Johanne* le *Povere* & aliis.

Inſpeximus inſuper quandam Cartam, quam *Petrus* de *Sukemund* de Ingepenne, fecit Deo & dictæ Eccleſiæ, & prædictis Abbati & Canonicis, in hæc verba; Sciant præſentes, & futuri, quod ego *Petrus Sukemund* de Ingepenne, dedi, conceſſi, & præſenti Cartâ confirmavi, Deo & dictæ Eccleſiæ de Michefeld, & Abbati & Canonicis *Præmonſtratenſibus* ibidem Deo ſervientibus, in liberam, & perpetuam elemoſinam, totam terram meam, cum omnibus pertinentiis ſuis in Ingepenne. Tenendam & habendam dictæ Eccleſiæ & dictis Abbati & Canonicis, & eorum ſucceſſoribus liberè, quietè, & integrè, benè, & in pace, jure hæreditario, & in omnibus libertatibus, in boſco & in plano,

in pratis, pascuis, & pasturis, in aquis, stagnis, & vivariis, in viis & semitis, in redditibus, releviis, & homagiis; wardis, & escaetis; serviciis, heriectis; & omnibus aliis exitibus, & consuetudinibus, ad eandem terram pertinentibus; faciendo inde pro me & hæredibus meis domino feodi illius, servicium dimidii militis; & michi & hæredibus meis unum par Calcariuni, vel tres denarios sterlingorum, ad festum sancti *Michaelis*, pro omnibus serviciis, consuetudinibus, exactionibus, & seculari demanda, ad me vel hæredes meos pertinentibus. Et ego *Petrus Sukemund*, & hæredes mei debemus warantizare, acquietare, & defendere totam prædictam terram, cum omnibus pertinentiis suis prænominatis, dictæ Ecclesiæ, & prædictis Abbati & Canonicis, & eorum successoribus contra omnes gentes imperpetuum. Ut autem hæc mea donatio, concessio, & præsentis Cartæ confirmacio perpetuæ stabilitatis robur optineat, præsentem Cartam Sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus, domino *Walt. Mansel*, milite; *Sewale* de *Esvile*; *Nich.* filio *Gervasii* de Jugepenne; *Ric.* de *Haveringe*; *Rob.* de *Harpenham*; *Joh. Belet*; *Will.* de *Hame*; *Galfr. Pochard*, *Will. Buggi*; *Nicl.* Clerico *Philippo* Clerico de Dungertono; *Petro Farman*; *Will.* le *Chapeleyn*, & aliis.

Inspeximus eciam quandam Cartam, quam *Rogerus* de *Someri* fecit Ecclesiæ prædictæ, & prafatis Abbati & Canonicis, in hæc verba; Sciant præsentes, & futuri, quod ego *Rogerus* de *Someri* concessi & hac præsenti Cartâ confirmavi, pro me & hæredibus meis, Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Tychefeld, & Abbati & Canonicis Ordinis *Premonstratensis*, ibidem Deo servientibus, & eorum successoribus, omnes terras, & possessiones, cum omnibus pertinentiis suis, quas habent de feodo meo, de villâ de Jugepenne: Habendas & tenendas dictæ Ecclesiæ, & prædictis Abbati & Canonicis, & eorum successoribus in perpetuum, in liberam, puram & perpetuam elemosinam (&c.) Hiis testibus, domino *Johanne* filio *Galfridi*; domino *Will.* de *Eboraco*; domino *Jeremia* de *Claxton*; domino *Rogero* de *Turkildebi*; domino *Galfrido* de *Lucy*; *Roberto Passelewe*; *Ricardo* de *Lucy*; *Roberto* de *Bello Alneto*; *Petro* de *Itingeden*; & aliis.

Inspeximus eciam quandam Cartam, quam *Petrus Wynton.* Ecclesiæ minister, fecit Deo & Ecclesiæ prædictæ, & præfatis Abbati & Canonicis, in hæc verba. Universis Christi fidelibus, ad quorum noticiam præsens Carta pervenerit, *Petrus*, divinâ miseratione, *Wyntoniensis* Ecclesiæ minister humilis, æternam in domino salutem: Noveritis nos, divinæ caritatis intuitu, dedisse, concessisse, & præsenti Cartâ nostrâ confirmasse Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Tychefeld, & Abbati & Canonicis *Premonstratensis* Ordinis, ibidem Deo servientibus, & eorum successoribus, totam terram nostram, quam habuimus in Cornhampton, cum omnibus pertinentiis suis, sine aliquo retinemento, in puram & perpetuam elemosinam; quam quidem terram emimus de *Ada* de *Cornhampton*. Dedimus eciam prædictæ Ecclesiæ, Abbati & Canonicis, & eorum successoribus, totum boscum nostrum cum omnibus suis pertinentiis, qui vocatur Cherletunde, in puram & perpetuam elemosinam, quem emimus de *Jordano* de *Wakerville*. Et ut hæc nostra donatio, concessio, & Cartæ hujus confirmatio, imposterum perseveret, præsenti scripto sigillum nostrum apponere dignum duximus. Hiis testibus, magistro *Alano* de *Sancta Cruce*, *Will. atte Hene*; *Ada* de la *Berre*; *Emerico* de *Sace*; *Regin.* de *Cunde*; *Galf.* de *Ruphus*; *Jac.* de *Northampton*; *Henr.* de *Wodecote*; *Ric.* de *Cardeville*; *Thoma* de *Gummінges*; *Joh.* de *Clifford*; *Thoma Thable*, & multis aliis.

Inspeximus insuper quoddam scriptum, quod *Will.* de *Clare* fecit Deo & prædictæ Ecclesiæ, & dictis Abbati & Canonicis, in hæc verba. Noverint universi præsentes pariter & futuri, quod ego *Will.* de *Clare* concessi, & præsenti scripto, pro me & hæredibus meis confirmavi Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Tychefeld, & Canonicis Ordinis *Premonstratensis* ibidem Deo servientibus, & eorum successoribus, totam terciam partem manerii de Cornhampton, cum suis pertinentiis, quam habent de dono domini *Petri* quondam *Wynton.* Episcopi, sicut in Cartâ, quam habent de dicto Episcopo, continetur: quam quidem terram idem Episcopus emebat de *Ada* de *Cornhampton*: Habendum & tenendum, de me & hæredibus meis dictæ Ecclesiæ, & præfatis Canonicis, & eorum successoribus, terciam partem prædicti Manerii de Cornhampton, cum suis pertinentiis, liberè, quietè, integrè, in homagiis, redditibus, dominicis, villenagiis, serviciis, in boscis, pasturis (&c.) Pro hac concessione, & præsentis scripti confirmatione, dederunt mihi prædicti Canonici decem libras sterlingorum, præ manibus, & terciam partem prædicti molendini de Cornhampton. Et ut hæc mea concessio, & præsentis scripti confirmatio, pro me & hæredibus meis firma & stabilis in perpetuum perseveret, præsentem Cartam sigilli mei impressione feci roborare. Hiis testibus, domino *Petro* de *Nereford*; domino *Henrico* de *Sullye*, militibus (&c.)

Inspeximus eciam quandam Cartam, quam *Will.* de *Rayni*, filius & hæres domini *Willielmi* de *Rayni*, fecit Deo & Ecclesiæ prædictæ, & præfatis Abbati & Canonicis in hæc verba: Sciant præsentes, & futuri, quod ego *Will.* de *Rayni* miles, filius & hæres Domini *Willielmi* de *Rayni* dedi, concessi, & hac præsenti Cartâ meâ, pro me & hæredibus meis, vel meis assignatis confirmavi Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Tychefeld, & Abbati & Canonicis Ordinis *Premonstratensis*, ibidem Deo servientibus, & in perpetuum servituris, totam terram meam de Stubynton, cum omnibus pertinentiis suis, quam habui, & tenui de feodo domini *Johannis* de *Mohun*, filii & hæredis domini *Johannis* de *Mohun*; Habendum & tenendum dictæ Ecclesiæ, & prædictis Abbati & Canonicis, & eorum successoribus, totam præfatam terram, cum omnibus pertinentiis suis, liberè, & quietè, solutè, & integrè, benè, & in pace jure hæreditario in omnibus; ut in homagiis,

giis, fidelitatibus, wardis, escaetis (&c.) Ut autem hæc mea donatio, concessio, & præsentis scripti confirmatio, & omnia prædicta, prout superiùs, pleniùs sunt distincta, perpetuæ stabilitatis robur optineant, præsentem Cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus, Dominis *Hugone* de *Hoyvile*, & *Philippo* filio suo, *Will.* de *Stratton* & *Will.* le *Fauconer*, militibus, (&c.) Inspeximus etiam quandam Cartam, quam *Matildis Bret*, filia *Johannis Bret*, fecit Deo & prædictæ Ecclesiæ, & præfatis Abbati & Canonicis, in hæc verba. Sciant præsentes, & futuri, quod ego *Mat. Bret*, filia *J. Bret*, dedi, concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de **Micheleld**, & Abbati & Canonicis Ordinis *Præmonstratensis* ibidem Deo servientibus, & imperpetuum servituris, totam terram meam, quam emi & habui de *Roberto Bret* fratre meo in **Chark**, *viz.* totam illam croftam, cum suis pertinentiis, quæ vocatur **Sudkyngestond**, cum domibus super eandem ædificatis: Et totam illam croftam, cum suis pertinentiis, quæ vocatur **Northkyngestond**: Et totam illam croftam, cum suis pertinentiis, quæ vocatur **Sudwyggestighele**: Et totam illam croftam, cum suis pertinentiis, quæ vocatur **Northwyggestighele**: Et totam illam croftam, quæ vocatur **Popescroft**: Et octo acras & dimidium, cum suis pertinentiis, quæ jacent in Aquilonari parte prati de **Chark**. Et totam illam croftam, cum suis pertinentiis, quæ vocatur **Westrode**. Et unam acram terræ, quæ jacet in australi parte, proxima juxta viam quæ ducit de villâ de **Chark**, versùs Curiam de **Lye**. Et duodecim denarios de annuo redditu, quos *Johannes Bret*, filius *Roberti Bret*, fratris mei pro quadam terrâ, quæ vocatur la *Strode*, reddere michi debuit annuatim. Habendum, & tenendum omnes prædictas terras cum omnibus suis pertinentiis, dictæ Ecclesiæ, & prædictis Abbati & Canonicis, & eorum successoribus liberè, quietè, benè, solutè, integrè, & pacificè, in omnibus (&c.) & omni jure & dominio, quod habui, vel habere potui in magnâ viâ, quæ ducit de **Lye** versùs domum *Willielmi Markes*; & omnimodis aisiamentis, & proficuis aliis, quæ michi aliquo casu accidisse possent imperpetuum in terris vel in redditu supradictis. Reddendo inde annuatim *Willielmo Breton*, & hæredibus suis duos solidos ad duos anni terminos; videlicet ad *Pascha* duodecim denarios, & in festo sancti *Michaelis* duodecim denarios: Et eidem ad eundem terminum sancti *Michaelis*, pro quadam dimidiâ acrâ, jacente in **Popescroft**, superiùs nominato, juxta fossatum de la **Blakelonde**, unum denarium; Et *Roberto Bret*, fratri meo prædicto, unum denarium, pro omnibus serviciis, sectis Curiæ (&c.) Pro hac autem donatione (&c.) dederunt michi dicti Abbas & Canonici sex marcas sterlingorum ad acquietandum terram prædictam de Judaismo, in quo fuit impignorata per *Robertum* fratrem meum supradictum. Concesserunt etiam dicti Abbas & Canonici, per Cartam suam, quasdam portiones michi & *Willielmo* filio meo, & *Aliciæ*, & *Sibillæ* filiabus meis, quoad vixerimus, inveniendas, sicut in scriptis inde confectis pleniùs continebitur. Quare ego prædicta *Matildis* & hæredes mei, volumus & debemus omnes prædictas terras, cum ædificiis in prædictis terris existentibus, redditibus, & omnibus aliis pertinentiis & rebus superiùs distinctis, dictæ Ecclesiæ, & prædictis Abbati & Canonicis, & eorum successoribus, contra omnes homines, tam Christianos, quàm Judeos, warantizare, acquietare, & defendere imperpetuum. Ut autem hæc mea donatio, concessio, & præsentis scripti confirmatio, perpetuæ stabilitatis robur optineant, præsentem Cartam Sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus, Domino *Will.* de *Straton*, & *Philippo* de *Hoyvile* militibus, (&c.)

Inspeximus etiam quoddam scriptum, quod *Johannes* de sancto *Johanne*, Dominus de **Basynge**, fecit præfato Abbati & Conventui Monasterii de **Micheleld**, in hæc verba. Omnibus Christi fidelibus præsens scriptum visuris vel audituris, *Johannes* de sancto *Johanne* Dominus de **Basynge**, salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra, quod ego remisi, & omnino quietè clamavi, pro me & hæredibus meis, Abbati & Conventui Monasterii de **Micheleld**, Ordinis *Præmonstratensis*, & eorum successoribus, omnes sectas, & servicia, & districciones, quas ego & antecessores mei aliquo tempore ab eisdem Abbate & Conventu exigere consuevi, seu exigi consueverunt, de terrâ, quam prædicti Abbas & Conventus tenent in puram & perpetuam elemosinam, per feoffamentum quandam *Willielmi* de *Regni* in villâ de **Stobynton**; quam quidem terram Dominus *Johannes* de *Moun* de me tenet; ita quod, nec ego *Johannes*, nec hæredes mei, de cætero aliquam districtionem facere possumus, nec debemus super prædictos Abbatem & Conventum, aut eorum successores in villâ de **Stobynton**, pro aliquibus sectis, vel serviciis, quod dictus *Johannes* de *Moun* michi facere tenetur de feodo, quod de me tenet in villa de **Stobynton** prædicta. Et ut hæc mea quieta clamantia stabilis permaneat imperpetuum, huic scripto Sigillum meum apposui. Datum apud **Basynge** vicesimo primo die mensis *Octobris*, anno Regni Regis *Edwardi* filii Regis *Edwardi* tertio.

Nos autem donationes, concessiones, remissiones, quietas clamancias, & confirmationes prædictas, ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Christo Abbati & Conventui loci prædicti, & eorum successoribus concedimus & confirmamus, sicut Cartæ & scripta prædicta rationabiliter testantur. In cujus, &c. T. Rege apud *Westm.* x. die *Jan.*

Inventorium bonorum in hujusmodi Prioratu existentium anno Domini MCCCCxx.

OMnibus quorum interest, seu poterit interesse, Frater *Joh. Powle*, Dei patientiâ, Abbas Monasterii de **Dalesowayn**, Ordi. *Præmonstratensis*, *Wigorn.* diocesis, salutem in omnium

Ex ipso autogr. penes *Edw.* Baronem *Dudley* a. 1640.

omnium salvatore. Vestra noscat discretio, quod nos, assedentibus nobis Abbate de Durefurd, Ordinis prædicti, domum nostram filialem pastoris solacio destitutam, Monasterium *viz.* de Tyrchefeld, ejusdem Ordinis, *Wynton. dicc.* actualiter visitantes; ac fratrem *Ricardum Aubrei* ejusdem Monasterii Priorem, per confratres suos dicti Monasterii Canonicos, ritè & Canonicè electum, in Abbatem & pastorem Monasterii memorati, juxta privilegia per sedem Apostolicam nobis & Ordini nostro indulta legitimè confirmantes; Statum Monasterii prædicti invenimus continere, quod die datæ præsentium, nihil fuit de pecuniis in Thesaurariâ; debetur autem Domui *xliii. l. iiii. s.* & Domus tenebatur in *Lxii. l. vi. d.* Immo in Officio *Sacristæ* invenimus unam cupam argenteam & deauratam, pro Corpore Christi imponenda; duas magnas Calices deauratas, & *xii.* alias Calices, unde sex deauratas; unum textum magnum, cum diversis Reliquiis, unum vas argenteum pedatum & deauratum, & plenum Reliquiis; unam magnam Crucem argenteam & deauratam, cum imaginibus beatæ *Mariæ* & *S. Johannis*, & cum magno & amplo pede; unum baculum processionale, cum uno bolle argenteo, pro magna Cruce imponendo: unam parvam Crucem argenteam deauratam, & lapidibus ornatam, cum unâ parvâ bolle argenteâ. Unum textum argenteum & deauratum cum uno burello magno, & tabulâ mortuorum in eodem infixâ. Duas ampullas argenteas & deauratas. Unum vas argenteum deauratum, pro incenso, cum cocliari argenteo. Tria turribula argentea deaurata. Duo Candelabra argentea deaurata; duas pelves argenteas; unum baculum pastoralem argenteum deauratum. Unam Capsulam, cum diversis jocalibus. Unam capsulam pro calice, coclearibus & aliis de argento fracto, cum antiquo pede parvæ Crucis. Unum Pix pro corpore Christi imponendo.

Item in thesaurariâ dictæ Ecclesiæ, invenimus tres Cupas argenteas deauratas & pedatas, undè duo cum Cooperculis; tres pecias deauratas, cum Cooperculis, unde una pedata. Uam peciam, cum Cooperculo interiùs deaurato. Duo Coclearia deaurata. Unum salarium deauratum, cum Cooperculo. Quatuor alia salsaria argentea, undè duo cum Cooperculis. Quatuor Cupas argenteas pedatas, cum Cooperculis. Uuam magnam peciam argenti, cum Cooperculo; duas pecias argenti pedatas, cum Cooperculis. Duas pecias pedatas, undè una cum Cooperculo. Unum pirum argenteum pro pulvere, quatuor bellas argenti pedatas, cum Cooperculis. Duas ollas argenteas; duas pelves argenteas; tria lavatoria argentea; duas Ewers argenteas: Unum plate argenteum pro speciebus pedatum; quinq; nuces pedatas cum Cooperculis: Unam peciam cum curto pede. Triginta octo pecias argenti, unde una cum Cooperculo: quater viginti quatuor Coclearia argentea.

Item in diversis dictæ Ecclesiæ Maneriis, inventi sunt; de Equis *xxxiiii*; de Jumentis *x.* & de pullanis quatuor. Item de bobus *CLiiii.* de tauris *vii.* De vaccis *Lxix.* de bovettis *xvii.* de boviculis *x.* De annalibus *xxviii.* & de Vitulis *xxix.* Item de multonibus *CCCLxxxi.* de hurtis & muricis *CCvii.* de Hogris *Cxxi.* & de agnis *C.*

Item de Apris *xvii.* De suibus *xxiiii.* De porcis *xxxiii.* De Hogettis *Cxxvi.* & de porcellis *Lxxxix.*

Item inventum est, per estimationem rationabilem, fenum pro hospicio usq; festum *Assumptionis* beatæ *Mariæ*, sed non pro liberationibus famulorum. In granario, neq; in bracinâ nichil.

In quorum omnium testimonium, uni parti præsentis Inventorii, penès nos remanentis, Sigillum commune præfati Monasterii de Tichefeld; & alteri parti, penès idem Monasterium remanenti, Sigillum nostrum sunt appensa. Datum in eodem Monasterio *xii.* die mensis *Junii*, anno domini *MCCCCxx.*

Cœnobia Anglicana,

ORDINIS

S. GILBERTI

DE

SEMPRINGHAM.

Coenobia Anglicana,

ORDINIS

S. GILBERTI

DE

SEMPRINGHAM.

Vita S. Gileberti *Confeſſoris.*

Ex cod. MS. in bibl. Cotton. [ſub effigie Cleopatræ B. 1. f. 87. b.

ORiens ſplendor juſticiæ, qui illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum, & ad agnitionem ſui nominis vult venire; orbis occidui partes occiduas, novis lucis ſuæ radiis tempore occiduo illuſtravit: cujus jubare cælitùs immiſſo, velut infuſum ſydus ethereum fulſit, ſub noctis noſtræ tenebris, vir vitæ admirabilis, nomine *Gileb.* qui electus Dei famulus in *Anglia* partibus, loco, qui dicitur Sempringham, ſpectabili, quod ſolet & debet eſſe incitamentum virtutum, proſapiâ genitus, prærogativa morum genus vicit & ſeculum: Pater ejus *Jocelinus* nomine, miles ſtrenuus, & vir bonus & opulentus, *Neuſtrigena* natione, plures habens poſſeſſiones in partibus provinciæ *Lincolniæ*: mater verò ortu Anglica, à parentibus fidelibus, non inferioris tamen conditionis originem trahens. In medio populi ſui habitantes, totam ſuam progeniem tanti filii illuſtrârunt generatione, cujus futuræ magnitudinis gloria, tali, ut fertur, revelata eſt matri, vel præſagio vel inditio. Nam priuſquam infans naſceretur, viſum eſt ei in ſomnis, quod quaſi deſcendentem à ſupernis Lunam ſuſcepiſſet in ſynum; hoc nimirum præſignante, ut poſt claruit viſione, prolem illam, tanquam lucernam mundi à Deo paratam, aſſiduis in poſterum profecturam incrementis. Scintilula etenim priùs latens in cinere, ſuper Candelabrum poſita, magnum luminare emicuit, ad lucendum omnibus, qui in domo Dei ſunt.

Nec immeritò Lunæ comparavit eum ſpiritus Domini, quia membrum Eccleſiæ, quæ eſt Luna perfecta in æternum, in principio ſui quaſi modicæ formæ apparuit; ſed inter mundanas varietates mutuato à ſole Chriſto lumine, poſt alterna detrimenta, fælicibus proficiens augmentis, tandem decidit in ſynum matris divinæ pietatis; ac deindè ſuſceptus eſt in ſecretâ requie *Jeruſalem* ſupernæ matris: Nempè in primævo ſui tempore, ſicut ætate, ita noticia & virtute modicus, adeo erat abjectus in domo patris, ut nobis narrare conſueverat, quod nec famuli domus dignarentur cum eo cybum ſumere: porro corporali ſcemate incompoſitus & incultus, nulla quæ adhuc emineret redemit vitium exterioris deformitatis animi virtute: erat tamen intrinſecùs latens, in bono ſcilicet eximiæ naturæ: quicquid poſt modum, adveniente gratia eſſe poterat vel fuit, in majori ætate tanquam lampas contempta apud cogitationem divinum, parata in tempus ſtatutum. Sic dominus ſupernæ gratiæ, non humanæ efficatiæ, ſuarum volens attribui dona virtutum, pauperem facit, & ditat, humiliat & ſublevat; ſuſcitans de pulvere egenum, & de ſtercore erigens pauperem, ut ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat. Sic educit nubes ab extremo terræ, qui vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt, infirma mundi eligens, ut fortia quæq; confundat.

De adoleſcentia ejus.

IGitur non ſine diſpoſitione divina, cujus melior eſt miſericordia ſuper vitas, in ætate parvula traditus eſt literis; eò quòd, ut credi fas eſt, in hoc vivendi genere ampliora bona, ex hoc vaſe electionis & armario ſpiritus S. fuerant proferenda. In primis tamen ſegniter uſus, & exiliter inſtitutus eſt rudimentis puerilis doctrinæ, quam cum deterreret teneros annos labor diſcendi, qui graviùs ſolet affligere pueros, modicum adhibuit ei cura parentum juvamenti ad diſciplinam, donec vehementer correptus à ſuis ſuper inertia ſua, pudore neſcio an timore, patriam ſuam deſerens, in *Galliarum* ſe tranſpoſuit regiones, ubi dum eſſet in ſe reverſus, cæpit evacuare, quæ erant parvuli, & priſtinam exuens ſocordiam, inſtitit ſollicitè arti litteratoriæ, non tamen multa ſuffultus amicorum ſtipe.

Adoleſcens autem bonæ ſpei, in ſcola virtutum didicit maturiùs morum diſciplinam, & cujus poſtea erat Magiſter, cæpit mox totius honeſtatis fieri diſcipulus. Inſtitutus eſt itaq; tam diu liberalibus & ſpiritualibus ſtudiis, donec Magiſtri nomen mereretur,

mereretur & gradum. Sanè, quoniam mores ornant scientiam, & sine virtute vidua est omnis sapientia, studuit liberali scientiæ maritare disciplinam probeatissimæ vitæ; immunis siquidem ab his quas ministrat mundus viciorum illecebris; jam tunc quendam religionis, ad quam aspiravit, respiravit odorem; illâ nempè ætate quâ juxta corpus corruptibile aggravat animam, æstus ferventior libidinum gravius depascit corda mortalium; in quâ etiam pugnâ plerumq; succumbunt seniores & docti, ille vas suum ita Domino sanctificabat, ut magisterio spiritus intùs cohibente, nec ingenitæ cederet carnalitati, nec exteriores expleret voluptates; nam nec illum tetigisse mulierem, ab ineunte ætate usq; ad finem vitæ quisquam unquam audivit; jam tunc martyr effectus, holocaustum se Domino exhibebat; undè factum est, ut quia se mundum servavit, ferre vasa Domini usq; ad centesimum vitæ annum mereretur; & quia gravius adolescentiæ certamen superaverat, ad forcius infirmioris sexus regimen, haut inmeritò postmodum assumptus est.

Qualiter rexit Scolas.

REversus deniq; à *Gallia*, ad natale solum; de talento scientiæ, quod copiosiùs acceperat, negotiari cœpit, & tradidit illud pueris & puellis provincialibus, ex quibus reportavit postea maximum lucrum ad mensam domini sui. Hi sunt enim primitivi illi, in quibus fundatus est ordo de Sempingham, quos adhuc secularis, & ipse habitu secularis, non modo scolaribus rudimentis, sed & moralibus & monasticis instituit disciplinis, ita quod pueros à jocandi & vagandi libertate cohercitos, cogeret secundùm statuta Monasteriorum silere in Ecclesiâ, cubitare simul, quasi in Dormitorio; non nisi locis statutis loqui & legere, & alia honestæ vitæ experiri insignia. Hoc enim erat ei à puerilibus annis summum studium; hic labor continuus; hæc indefessa sollicitudo, quod in virtutibus æstimatur optimum, animas scilicet lucrifacere Deo; & quibuscunq; poterat verbo & opere proficere & exemplo. Ipse verò immaculatum se custodiens ab hoc seculo, semper honestis & spiritualibus negotiis se tenuit occupatum.

Habitu tantum & fronte populo conveniens, intus habuit omnia dissimilia; pretiosis & nitidis, secundùm natalium suorum dignitatem, utens indumentis; ducens cultum incontemptum usum pociùs & formam eorum, quantum potuit, ad humilitatis modum convertit. Justiciæ & veritatis amator, castitatis & sobrietatis, cæterarumq; virtutum sedulus cultor enituit; propter quæ venerabilis & laudabilis omnibus factus, omnium sibi favorem comparavit & gratiam: sed & pater ipsius super probitate filii admodum gavisus, paterno cæpit juvenem confovere affectu, & de propriis divitiis ministravit ei necessariorum sufficentiam. Demùm ad vacantes Ecclesias parochiales de Sempingham; & de *Tiringtona*, in suo dominio fundatas, ex more patriæ, personam illam Episcopo loci præsentavit; licèt, ut aiunt, renitentem, sed ut tueretur jura patris in eisdem Ecclesiis, vix consentientem, ad quas legitimè admissus est, & Canonicè institutus: Post multos autem & molestos causarum conflictus, quas ei intenderant adversarii, nitentes tollere patri patronatum, & sibi personatum; tandem pacificè possidens ecclesiasticum beneficium, satis suum exsolvit pro officio debitum, tàm misticè quàm materiali, congruum exhibens Ecclesiæ ministerium.

Qualiter rexit Ecclesias.

MAnsionem habens in atrio Ecclesiæ beati *Andreæ* de Sempingham, solus cum Capellano, vitæ probatæ, *Galfrido* nomine, & ipse vitam satis duxit laudabilem: priùs enim apud quendam patrem-familias simul hospitati sunt in villâ; sed cum super formâ filiæ hospitis, quæ eis sedulò ministravit, occulta utriq; surreperet contagio, visum est *Gilberto* in somnis, quod manum suam in synum prædictæ puellæ injecisset, nec indè eam extrahere posset: quod somnium vehementer expavescens vir castissimus; ne fortè, ut est humana fragilitas, futurum fornicationis crimen portenderet, confestim suam sacerdoti exposuit, cum somnio, temptationem; cui ille itidem eadem se fatigari molestiâ confessus est; undè consilium Apo-

stoli

stoli sequentes, velocius se ab illo hospicio removerunt, & in cymiterio Ecclesiæ domum sibi ædificaverunt, in quâ postpositâ frequentiâ vici, semper circa Ecclesiam pariter commorati sunt. Veruntamen hæc somnii visio, non futuri peccati, sed glorioſi meriti fuit præfiguratio: Hæc enim virgo postmodum una erat de septem illis primitivis, in quibus idem pater inchoavit totius Ordinis sui congregationes, in cujus synum, quasi in secretum & requiem Ecclesiæ, cujus fuit fundamentum, manum immisit pastor & amicus diligentissimus, nec avelli poterat; quia ad ædificandum ei bonæ conscientiæ & perpetuæ pacis archanum, totam operationem suam & virtutem ministravit; nec ab ejus sollicitudine vivus erui poterat, nec à protectione defunctus: igitur in Ecclesiâ, sacris meditationibus assiduus, familiæ dominicæ tritici mensuram, tanquam fidelis dispensator, & prudens, instanter erogavit; & auditores suos ita instructos reddidit, ut magnâ ex parte regulam Monasticæ vitæ servarent etiam seculares; enimverò à commessationibus & impudicitiis, à spectaculis & potationibus publicis abstracti, opera misericordiæ excercere, & Ecclesiasticos census ritè persolvere didicerunt: nam quocunq; basilicam intrâssent, discerni poterant à cæteris parochiani de **Sempingham** per orationum devotionem, & inclinationum humiliationem, quas eos docuerat prælatus eorum *Gilebertus*.

Quoniam autem vulneribus saucii, nunc vinum, nunc oleum infundere debet *Samaritanus*, qui interpretatur Custos, studuit pro loco & tempore medicus iste animarum, utroq; uti genere medicamenti. Quam severus enim exiterit in corripiendo rebelles, ſicut justis nutibus, & subditis mansuetum se exhibuit in exhortando, docet unum ex factis ejus, quod non pro miraculo, sed pro recti operis ponimus exemplo: Quidam ex parochianis suis fraudem fecerat de Decimis frugum suarum, in collectione earum, & quas in partes Ecclesiæ debuerat sequestrâsse, cum reliquo blado domum allatas, reposuit in horreo suo, propriis usibus profuturas: quod ut novit Rector Ecclesiæ concitò compulit rusticum illum, totum bladum suum ex grangiâ ejicere, & per singulos manipulos coram se numerare; quorum totam decimam partem, quæ sibi & Ecclesiæ videbatur competere, in unum acervum congestum, in mediâ plateâ vici, accenso rogo; fecit consumi; detestationem utiq; tanti criminis, & ad terrorem aliorum; arbitrans indignum cedere in usus hominum quod Deo & sanctæ Ecclesiæ furtivè fuerat sublatum: Erat enim vir magnanimus, & rerum dispendia parvi pendens, dummodo æquitatis ordo & jura ecclesiastica servarentur.

Qualiter conversatus est in Curia Alexandri *Episcopi.*

INterim accessit ad obsequium diocesani sui pontificis, *Roberti* videlicet cognomento *Bloet, Lincolniensis* Episcopi, in cujus domo primò Clericus ministravit: deindè post decessum ipsius, in Curiâ *Alexandri* successoris ejus, sine querelâ conversatus est: bonum enim judicavit sub Episcopali regimine degere, & Episcopum se intendentem intendere quam more acephalorum huc illucq; dissolutâ libertate discurrere: sed licèt Curiæ implicaretur inquietudine, nunquam tamen prætermisit officium pastoralis Curæ, quin potius sui primò & præcipuè agens sollicitudinem, quicquid de debitis redditibus, vel annuis pensis, aliisve justis acquestibus habere poterat; totum, præter stipendia vitæ, quæ tamen ex Ecclesiâ de **Sempingham** consecutus est: nam de illâ de *Tiringtona* nichil in suos usus convertit; in sumptus pauperum servavit & dedit. Cumq; proprio abesset hospicio, circa Episcopum commoratus, Deum in eo suscepit & retinuit hospitem, in orphanis & viduis, senibus ægris & debilibus, quos propriis agriculturis & Ecclesiarum obventionibus aluit & vestivit.

Quanta autem ferveret in eo erga Deum dilectio, qui præcepta caritatis ita servavit ad proximos, testatur crebra orationum instancia, & frequens in precibus mentis devotio: nam quamvis vitâ & moribus oraret omni horâ, quandocunq; potuit secretò furabatur orandi horas; hoc autem fecit, non motis tantum, ut pleriq; labiis, nec corde in diversa dispersо; sed mente, cum manibus & oculis in superna erecta, tunsione pectoris, & genu-flexione interioris hominis desiderium indicavit; ad quod probandum, aliqua ponantur exempli gratiâ; Invitavit, aliquotiens unum de conde-

curionibus suis Clericum ad orationem; qui cum starent pariter ante gradus Altaris, decantantes Psalmos *Davidis*, ubicunq; occurrit nomen Domini vel Dei, vel si quid tale in Psalmo, ad prolationem dictionis, humi stratus genu-flexit *Gilebertus*: ad cujus exemplum, cum idem faceret Clericus, id tam diu egit, donec adeo fessus factus est, ut juraret se nunquam amplius cum eo oraturum. Alio tempore, cum quidam Episcopus, à domino suo susceptus hospitio, in Camerâ Episcopi, ubi *Gilebertus* de more dormiebat, jaceret vigilans, vidit idem Episcopus in pariete, oppositò ad lumen lucernæ, effigiem hominis, per totam noctem; nunc ascendentem, nunc descendentem, in umbrâ; & ignorans quid hoc esset, putans aurem fantasma esse, in magnum incidit mentis stuporem: investigans tamen diligentiùs quid hoc esset, invenit virum Dei ante suum grabatum stantem & orantem, & manus sursùm, genua deorsum crebrò ponentem deprehendit; quod manè facto, referens Episcopus, arguit jocosè hospitem suum, quia saltatorem haberet in thalamo, qui eum nocte prætéritâ ita terruerat: Hæc ideo ponimus in exemplum; quia sicut quandoq; suis protestatus est magis dum esset in Curiâ quam postea jejuniis, vigiliis, & orationibus, cæterisq; spiritualibus exercitiis corpus suum edomabat: Ut enim sui referunt domestici, arguit quandoq; seipsum, quia magis ante conversionem, quàm post conversionem corpus suum afflixerat; cum tamen post susceptum sanctæ religionis habitum satis suæ videtur carni adversari. Si quid tamen talium minus peregisset, quando positus custos in vineis, vineam suam non ita custodivit; hoc non torpori & negligentiæ, sed necessariè & caritativè rei familiaris occupationi est imputandum, cum & beato *Martino* minorem post Episcopatum, quam ante Episcopatum fuisse virtutem legatur.

Quod primò Clericus Ordinatus est,

QUum igitur in sortem Domini vocatus est, & dispensator domus Dei constitutus, consensit Ecclesiasticorum Ordinum insignibus signari, ubi singulis officiis, quantum humana permittit fragilitas, se coequavit, & crescente dignitate graduum crevit & sanctitas vitæ; dignum sibi invenit, immo præparavit spiritus Sanctus in eo habitaculum, ut manifestum esset ipsum cum charactere rem percepisse sacramenti: illi enim, ut testatur auctoritas, in quorum mentibus diffusa est septiformis gratia spiritus Sancti, cum ad ecclesiasticos Ordines accedunt, in ipsâ spiritualis gradus promotione ampliorem gratiam percipere creduntur: hunc itaq; Dei Ministrum, ex digno digniorem, & ex Sancto efficit sacrum collatum sanctiorem. Vestis illi non lasciva, sed moderata & Clericalis, cibus sobrius & potus parcus, Corona patens & tonsura conveniens, modestia in verbis, gravitas in incessu, ut jam tunc non Clericus secularis, sed Canonicus regularis putari potuisset.

Quod Presbyter invitus factus est.

TAlem ergo, tantumq; virum, cum fama admirata adverteret, quod cognoverat de eo circumquaq; diffudit, & apud aures omnium sanctum & sapientem prædicavit: Ipsi quoq; prælati, cujus venerat vitamimitari, factus est norma & exemplar justiciæ; & ex discipulo factus est Magister, in viâ morum pontem fecit pontifici. Quocirca, attendens pontifex ejus prudentiam, simul & justiciam, dignum duxit & necessarium Claves ei committere ligandi & solvendi, eo quod per sanctitatem posset, & per discretionem nôsset judicium Ecclesiæ rationabiliter excercere: voluitq; illum, tam suorum quam totius populi delictorum judicem ac conscium constituere: Quod factum est. Cui tamen rei vehementer obnitebatur vir sanctus, tanto sacramento se reputans indignum, & in accepto gradu stare, nimis arduum arbitrans fore: considerabit enim ministerii magnitudinem, ministerii dignitatem, humanæ actionis imperfectionem, percepti muneris reddendam rationem, & quam periculosum sit constitui mediatorem, qui opus habet intercessore: Considerabit Sacramentorum altitudinem, quam qui nascitur, vel utitur indignè, se facit inferiorem. Ab altiori semper nocivior est ruina, & quod delictum videtur in gradu infimo, crimen judicatur in summo: aggravat enim culpam gradus eminentior, & prærogativa Ordinis

præsumptorem

præsumptorem dejicit elevatum; copiosioriq; debito obligatur copiosiùs mutuans; & cum fœnore exigit quod commodat Dominus.

Actam videns præses Ecclesiæ utilitatem, & personæ gratiam, piè nolenti, piam intulit violentiam, & juxta exemplum beatorum *Valerii* & *Epiphanii*, licèt invitum, Presbyterum ordinavit. Honus autem impositum, quia sic oportuit, piè tulit; quia reverentia, quæ honorem fugiendum dictavit, eadem persuasit esse amplectendum pro obedientiâ: Sic suam agnovit infirmitatem; sed præpositi præposuit voluntatem, qui subditorum sæpè solet meliùs nôsse qualitatem. Sic, & in hoc quod voluit, & in hoc quod noluit utrobiq; meruit; quia nolle ejus prætendit reverentiam, velle autem prætulit obedientiam. Sic centurio Domini, præsentiâ se æstimans indignum, laudatur, & *Zachæus*, eundem hospicio suscipiens, benedicitur: *Petrus* autem, dum se peccatorem fatetur, miraculum expavescens piscium, Christum repellit, & vituperatur: *Judas* verò, quia irreverenter sumere non timuit, condemnatur.

Quantum sprevit divitias seculi.

FActus ergo Presbyter, pristinis spiritualibus excertitiis adjecit instantiam; maturior in moribus, crebrior in doctrinâ, efficatior in exemplis, ut tam nominis quàm officii sui, non voce sed vitâ loqueretur interpretationem; ut qui non nôsset auditu, posset visu verum Domini cognoscere sacerdotem: ita transcensis septem gradibus Altaris, septem donis divini doni donatum, demonstravit caritas nunquam ociosa: Quoniam igitur inchoatio bonorum, est contemptus malorum, & Vitiorum abjectio virtutum solet esse excercitatio, priùs studuit se immaculatum ab hoc seculo custodire, ut quicquid post ageret, religionem mundam & immaculatam Deo deferret. Sprevit se, suaque, cum mundo, ut abjectis impedimentis expeditus, posset sequi Crucifixum. Sprevit dico, quoniam etsi mundialibus usus est propter vitæ necessitatem, postposuit omnem superfluitatem, & hærentem habendi cupiditatem. Accepit viaticum, tanquam peregrinus in viâ; nec subsidium viæ computavit præmium patriæ. Quantum satis esse judicavit, satisfecit naturæ, ut quod ipse reliquerat, alteri posset esse supplementum indigentiæ: Hinc est, ut quod quidam Archidiaconatus Ecclesiæ *Lincolnensis*, operibus & honoribus præpollens ei fuisset oblatus, noluit recipere; dicens, non se nôsse aliam promtiorem & paratiorem viam esse ad interitum. Viam dixit non causam, sed occasionem, quoniam non cogit administratio peccare; sed difficile est absq; peccato hujusmodi administrare. Bonum est ministerjum Ecclesiæ, & utile benè ministranti; sed pauci sunt qui causas agunt causâ animarum; multi verò causâ pecuniarum: timuit ergo ne augmentum culparum foret incrementum divitiarum; & si plus sumeret de fonte pecuniæ, non posset quandoq; saciari ex situlâ avaritiæ. Maluitq; paucas animas, quibus præerat benè procurare, quam multis commissis non posse, quod debuit, impendere.

Sanè quia Justiciæ pars est mala vitare, profectus autem bona perpetrare & non sufficit aliena non rapere vel appetere, nisi studeamus nostra largiri, studuit sollicitè verus Sacerdos ligna cotidiè subjicere sacro igni, qui ardebat in tabernaculo pectoris sui; in quo & seipsum cremavit Domino holocaustum, ad hoc autem non cæcâ præsumptione, nec inconsideratis moribus utebatur; sed quia meritorum summam voluit apprehendere quis modus melior, quæ via verior esset ad perfectionem diligenter investigavit, & eam arripuit. Primum ergò operationis fundamentum hujus jecit in alto humilitatis, quæ est propriæ excellentiæ contemptus, cujus locus in summo cœlorum est: omnium itaq; terrenorum, quæ falsò excellentes & verè dejectos faciunt, amputavit materiam, cum interiorum bonorum extollentiâ; vocem Domini audiens, *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me*: Dispersit ergò, dedit pauperibus, non respectu vanitatis, sed intentione caritatis, undè & Justicia ejus manet in seculum seculi. Cumq; propria decrevisset communicare pauperibus, tales elegit pauperes, quorum paupertas, timore Dei pariter & amore, esset honesta; ut seminans in benedictionibus, de benedictionibus & meteret.

De exordio Ordinis de Sempingham, *& Inclusione Monialium.*

ERant tempore illo, regnante in *Anglia Henrico* primo, ut idem ait in libro, quem de constructione scripsit Monasteriorum, puellæ quædam seculares in villâ de Sempingham, quarum mentes semen verbi Dei, quod ipse sæpiùs ministraverat, susceperant, & jam albæ ad messem, & rore & calore germinabant. Hæ sexum cum seculo vincere cupientes, cœlesti sponso sine impedimento optabant adhærere: Quod videns Sanctus *Gilbertus*, Dei caritate plenus, cum prætaxatas Ecclesias de Sempingham, & de *Tiringtonâ*, divino cultui mancipare, & sua egenis largiri disposuisset, cum non inveniret viros, qui tam districtè vellent pro Deo vivere, in usus talium sua omnia conferre dignum duxit, quæ verè pauperes spiritu, & sibi & cæteris possent cœlorum regnum vendicare: Fecit ergò amicos de mammonâ iniquitatis, qui eum in æterna reciperent tabernacula: Non tamen mares primò sibi fecit amicos, sed mulieres, ad congaudendum de dragmâ inventâ convocavit amicas, quæ multos & postea in suâ castitate genuerunt amicos. Infirmioribus autem libentiùs benefaciendum, & compatientis naturæ ratio dictat & consilium admonet divinum, & merces uberior indè speratur.

Virginum verò fructus est centesimus; ideo propter earum statum conservandum, sua relinquens, centuplum recepit, & vitam æternam possidet. Præterea recto Ordine dandi, sua justis contulit, secundùm illud, *Da bonis & ne receperis peccatores.* Septem itaq; ex hiis virgines, ad cœleste desiderium accensas, septiformi spiritui templa dicavit, ut fieret virginitas earum meritoria, si fuisset virtutibus adornata. Quid enim prodest lampas ab oleo vacua; quid caro integra mente corruptâ, corpus mundum & cor maculatum: sic essent virtuosi infideles, quorum tota vita peccatum est. Ut autem fierent sanctæ mente, & corpore instrumenta sanctitatis, eis præparavit & proposuit, quibus suam ipsarum operarentur salutem: & quia nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat cui se probavit, & virginitas tenera facilè solet tentari ab astutiâ serpentis, si passim pateat omnibus; quod patet in *Dina*, seclusit eas à strepitu mundi, & ab aspectu hominum, ut Regis ingressæ cubiculum, solius sponsæ solitariè vacarent amplexibus. Cumq; non sufficiat ad salutem abstinere à malis, nisi bonorum operum sequatur effectus, legem sanctimoniæ eis dictavit, & docuit, quâ cœlesti sponso placerent, & factæ dilectæ castis ejus amplexibus semper inhærerent. Dedit ergo eis præcepta vitæ & disciplinæ; & castitatem, & humilitatem, obedientiam & caritatem; cæteraſq; vitæ vias servare suasit & jussit: quæ omnia gratanter susceperunt, & devotè impleverunt.

Fulsit enim in earum mente species preciosæ margaritæ, pro quâ & se & sua dederunt & eam comparaverunt. Ad hæc, licèt in carne essent, sed præter carnem viverent: tamen, quia in carne erant, & extra carnem vivere non poterant, omnia quæ carnalis indigentiæ conditio exigit, in victu & vestitu & ædificiis, cæteriſq; vitæ necessariis, secundùm modum & mensuram discretæ dispositionis eis ministravit ad usum. Hoc modo constructis ritè domibus religioni competentibus, & claustro circumquaq; clauso, inclusit ancillas Christi solitariè victuras, sub pariete Ecclesiæ beati *Andreæ* Apostoli in vico de Sempingham, ad aquilonalem partem; habito auxilio & consilio venerabilis *Alexandri* antistitis; fenestrâ tamen patente, per quam necessaria intromitterentur. Voluit inmundositas extra mundum ponere, & à terra suâ & cognatione, & paternâ domo relegare, & quatinus ad modum Ecclesiæ, immo Ecclesia factæ populi sui & paternæ domus oblitæ, id est ab omni curiositate & concupiscentiâ & ambitione egressæ, summo Regi facerent suæ speciei concupiscentiam. Voluit inquam, per hanc corporum incarcerationem animarum ad Dominum ostendere, immo facere relegationem, eo quod frequentia mundi multùm soleat plerumq; separare à familiaritate Dei. Et quia quoquam eis egredi non licebit, etiam pro administrandis vel adquirendis sibi necessariis, deputavit obsequio earum, puellas aliquas pauperculas, in habitu seculari servientes, quæ per fenestram illam, quæ danda erant vel accipienda, prout oporteret, trahi curent: illud enim tantum foramen reliquerat apertum, tempore tantum congruo aperiendum, quod etiam perpetuò

petuò obseraſſet, ſi homines ſine rebus humanis vivere potuiſſent: Nam oſtium erat, ſed nunquam niſi ad ejus nutum reſeratum; non per quod illæ egrederentur, ſed quo ille ad eas, cum opus eſſet ingrederetur; cujus oſtii ipſe claviger & hoſtiarius: quocunq; enim pergeret, vel ubicunq; maneret, clavem illius oſtii, ceu ſignaculum fortis zelotis ſecum ferebat.

Vocatio Sororum laicarum.

POrrò paci & quieti earum providens, ne quid extrinſecùs perturbationis accederet, didicit à viris religioſis & prudentibus, non eſſe tutum iuvenculas ſeculares, circumquaq; vagantes, miniſtrare religioſis; ne quia corrumpunt mores bonos colloquia mala, aliquid nuntiarent vel agerent rerum ſecularium, quod animos offenderet monialium: Undè factum eſt, perſuaſu & conſilio ipſorum, ut habitum, cum vitâ religionis peterent prædictæ famulæ ſibi dari, quo poſſent in paupere vitâ ſed honeſtâ Chriſti famulabus famulari. Ecce granum trumenti cadens in terram, in aliam ſpicam pullulavit: quod videns beatus *Gilbertus*, corde lætatus eſt ob fidei devotionem; ſed inexpertis, & præſertim ſimplicibus & ydeotis, quæ plerumq; promittunt quæ non intelligunt, & plura quam poſſunt, noluit eis citò, vel leviter grave jugum voti imponere, ne fortè poſtmodum pœnitudine ductæ abjicerent illud, ad majorem ſui ruinam, & ſanctæ religionis ſubverſionem: Probandi ſunt enim ſpiritus neophitorum, ne ſe tranſiguret Sathanas in Angelum lucis, ne pellem ovinam lupus, pennas Accipitris Strucio, membraq; Leonis induat Aſellus agreſtis. Ut ergo intelligerent quod agerent, & ætatem habentes pro ſe reſponderent, prædixit eis, & præſtruxit omnem Monaſticæ diſciplinæ aſperitatem, vivendiq; modum, quam noverunt unquam vel viderant uſpiam arctiorem: prædicavit eis mundi contemptum, & omnis proprietatis abjectionem, ſuæ voluntatis reſtrictionem, & carnis mortificationem; laborem continuum, & quietem raram; vigilias multas, & ſomnum tenuem, jejunia prolixa & cibaria vilia; veſtem aſperam & cultum nullum, clauſtri carcerem, ne mala vel prava agerent, & ſilentii vicem ne eadem dicerent; orationis & meditationis frequentiam, ne illicita cogitarent; quæ omnia ſibi placere pro Deo aſſerebant, & duritiam pro mollitie, laborem pro quiete, moleſtias pro dulcedine computabant, dummodò poſſunt conſequi quod optârunt. Compulit eas tamen paupertatis neceſſitas, & labor mendicitatis, ardua velle ſubire, dummodo de perpetuo vitæ ſtipendio fierent ſecuræ.

Illexit interim Dei amor & animarum ſalus, quo poſſent per temporalem laborem æternam mæreri quietem: ſicq; ex neceſſitate facta eſt virtus; & licet finis cæptæ intentionis minus fortè in quibuſdem eſſet à perfecto; non impedivit tamen, ſed adquiſivit conſummationem operationis bonæ: Set nec ſic voluit vir providus eas adhuc aſtringere voto, propter ritum probationis: verùm anni tranſeuntis indixit illis expectationem, ut etiam ex dilatione creſceret deſiderium.

Converſio laicorum fratrum.

SAnè quoniam ſine ſolacio virili parum proficit ſollicitudo fœminea, aſſumpſit mares, & eos exterioribus & gravioribus illarum præfecit operibus, quos habuit domus ſuæ & agriculturæ famulos: quoſdam autem ab infantiâ ſuis ſumptibus nutritos, & quoſdam à dominis ſuis tranſfugas, quos nomen religionis emancipavit; quoſdam verò pauperrimos & mendicantes. Erat enim ſervus evangelicus, qui ad præceptum Domini, exiit in vicos & plateas Civitatis, & quoſcunq; invenit pauperes & debiles, cæcos & claudos, compulit intrare, ut impleretur Domus Domini: qui & ipſi, tum ex inopiâ humanæ, tum ex ardore cœleſtis vitæ, idem quod conversæ laicæ appetierunt & petierunt, circa quos eodem modo quo circa illas operatus eſt; & tandem tam his quàm illis quendam ſignativum humilitatis & renunciationis mundi tradidit habitum: Indixitq; illis gravia multa, & pauca levia, quæ ſupra memoravimus, præter ea quæ ſunt animæ propria; ut eſt humilitas, obedientia & patientia, & hujuſmodi, quorum eſt actus difficilis, ſed merces multa, quæ omnia liben-

tissimè concesserunt, & servare, sub voto sponderunt. Ecce talentum duplicatum, quod quasi simplum accepit in fœminis, & quasi duplum ex fœminis simul & maribus adquisivit. Ecce junctura fœminum sponsæ quasi monilia, quæ fabricata sunt manu artificis.

Propagatio Monasteriorum.

JAm tempus advenit, ut egrederetur dilectus cum dilectâ in agrum mundi, ut commorarentur in villis & civitatibus populorum. Jam dies instabat, quo vinea, cujus plantavit Dominus radices, impleret terram, expanderet palmites suos usq; ad mare, & usq; ad flumen propagines ejus: processu ergo temporis, volente domino dilatare semen, quod ipse seminaverat in illis primis hujus vitæ parentibus; multi divites & nobiles *Angliæ*, Comites & Barones, videntes & approbantes opus quod inchoavit Dominus, & quæ sequerentur bona prævidentes, fundos & prædia, possessionesq; plurimas sancto patri optulerunt, & Monasteria multa per multas provincias, sub ejus regimine ædificare cæperunt; inchoante ipso Episcopo *Lincolniensi Alexandro*, & consummante illustri rege Anglorum *Henrico* secundo; quæ omnia vir Domini, cum timore & tremore, & quadam coactione accepit; plurima autem refutans, & omnino contemnens, eò quòd honestam paupertatem semper diligeret, & numerositatem subditorum nævum timeret elationis, secundùm illud; *In multitudine populi, gloria Regis:* Nam primitùs primis illis septem inclusis: plures, illis viventibus, super apponere non arbitrabatur; sed cum videret opus Dei in multiplicitate Monasteriorum multiplicari, noluit Dei voluntati obviare, devotionem largitorum præpedire, sustentationem servorum Dei negligere; sciens hanc esse Dei virtutem, non suam; profunditati consiliorum Dei omnia committens, qui bonorum & malorum benè semper ad suum libitum utitur ministerio.

Quod adiit Dominum Papam Eugenium.

VIdens ergò filios Dei cotidie succrescentes, & de die in diem proficientes, donec magni fierent valdè; putavit se, ut est bonarum mentium, ad tantam sublimitatem indignum; quia sensit infirmum, cogitavitq; hoc onus simul & honorem à propriis humeris exuere, & alicujus vel aliquorum, quos adhuc inveniret aptiores & validiores, committere potestati, tanquam alter *Moyses* diceret Domino, *Obsecro Domine, mitte quem missurus es, & quem dabis domine, ut præsit huic multitudini maximè, quam incæpisti facere in gentem magnam. Tu nosti, quod ex quo locutus es ad servum tuum, ut præcessem populo huic, factus sum inferioris vitæ, utpote homo secularis horum respectu, quos deberem meritis sicut & gradu præcedere: Scio enim grave judicium hiis qui præsunt; & timeo ne si non fuero grege melior, fiam ante te ex Priore posterior.* Tunc adiit Capitulum *Cisterciense*, ubi fortè tunc aderat, bonæ memoriæ Papa *Eugenius*, ut curam domorum suarum manciparet custodiæ Monachorum *Cistertiæ:* hos enim cæteris habuit, ex frequenti hospicii susceptione, familiariores, quos & judicavit aliis religiosiores, quia erant recensiores & regulæ arctioris; undè & tutius credidit illos suo operi præficere, eò quòd rigor Ordinis & novitas eorum conversionis conversationem illam, quam ille excogitaverat districtiùs, faceret custodiri: Dominus autem Papa & Abbates *Cisterciæ*, dixerunt sui Ordinis Monachos aliorum religioni, & præsertim monialium, non licere præesse; & sic quod optavit, non optinuit, sed ad imperium Apostolici, & consilium Sanctorum jussus est, quod inchoaverat prosequi in gratiâ Christi. Noluit dominus congregationem de **Sempingham** proprio privare pastore, qui melior erat ei futurus, quam decem alii: cujus etiam meritum disposuit perducere ad centesimum fructum in collectione, quod adhuc restabat alterius conditionis hominum: Soror nempè nostra, congregatio scilicet adhuc parvula est, & ubera non habet præpositorum & prædicatorum, qui eam lacte nutriant, solido cibo sustentent, interiùs disponant, exteriùs protegant, undiq; & ubiq; confirment.

Quod

Quod commissum est ei à domino Papâ regimen Ordinis sui.

DAta est igitur & injuncta beato *Gileberto* à Sancto Papâ *Eugenio* collecti gregis custodia, quia non inveniebatur, nec inveniri poterat melior conservator, quàm is qui fuerat conquisitor, nec fortior esse poterat boni status zelator; quàm qui primus & summus fuerat ad statuendum laborator: Verumtamen vir sanctus, ad tanti pondus regiminis virgentis ætatis causabatur importunitatem, ad honorem; indignitatem, ad Magisterium; imperitiam ad prælationem suam prætendit humilitatem. Timuit namq; suam, quibus præferendus erat imparitatem: timuit placidè mentis suæ soliditatem dissipandam: timuit dilecti sui secreti & assiduæ contemplationis dulcedinem debellaturam occupationem: quæ omnia devotæ humilitatis apologetica intellexit, ut erat vir prudens dominus Apostolicus, & eò proclivius & securius pastoris ei deputavit officium, quo nullum vidit illi inesse prælationis appetitum: propositum enim ejus erat semper humilibus adhærere (vel humilia appetere) & Domini fuit voluntas, illum se semper humiliantem ampliùs exaltare.

Cognoscens autem beatus *Gilebertus* divinum circa se exactum judicium, non est ausus diu supernæ reniti dispositioni, quæ illud ad hoc opus asciverat; Sed ne cæteris, quibus pollebat, se privaret virtutibus, si pertinaciter obsisteret, amplexatus est devotè obedientiam Dei, ejusq; Vicarii Papæ, ampliorem indè sperans mercedem, quia nullam ex hoc habuit delectationem; suiq; solius postposuit utilitatem, ut multorum adipisceretur salutem. Contemplationis studiis jamdudum eruditus, piæ actionis nunc consensit inservire operibus, ut utriusq; vitæ meteret fructus: Porro licitè poterat earum rerum fieri dispensator, quarum pristinus fuerat possessor, quoniam pauperibus ea conferens, & ipse pauper effectus, ut minister sibi credita, non ut Dominus propria gubernavit. Propter hæc & hujusmodi sanctitatis signa, & multorum consona testimonia, doluisse fertur Papa *Eugenius*, quoniam virum antea non noviset, eo quod voluisset, ut dixit, illum sullimâsse in Archiepiscopum *Eboracensem*, cujus sedes tunc vacabat, si fama meritorum ejus illi priùs innotuisset. Beati quoq; *Malachiæ*, *Hybernienſi* Archiepiscopo, & *Bernardo Clarevallenſi* Abbati, in illo itinere adeo factus est familiaris, ut illis solis præsentibus, ipse quoq; præsens adesset, ubi per orationem eorum fertur sanitas collata cuidam ægroto. Insignia etiam amoris, baculum scilicet tam præsulis, quàm Abbatis, accepit ab utroq;; in quibus quædam factæ sunt virtutes; & Orarium cum manipulo ei dedit Abbas in monimentum sui.

Ordinatio Canonicorum.

REversus deniq; ad sua pater *Gilbertus*, quoniam suo proposito defraudatus est, quo per humilitatis intentionem pastoralis curæ, pondera refugiens congregatarum Ecclesiarum, Magisterium gubernationi Monachorum *Cisterciæ* subdere decreverat, nec impetraverat: hac itaq; divinâ ordinatione, ut credi fas est, commonitus, hac necessitate compulsus, vocavit in partem sollicitudinis, & omnium quos adunaverat regimini præfecit viros, ut literatos, & Ecclesiasticis Ordinibus insignitos: viros, ut possent, literatos, ut possent regere cæteros: Ordinatos, ut Ecclesiæ jure valerent præesse: viros, qui tuerentur mulieres; & literatos, qui tam viris quàm mulieribus viam panderent salutis; Clericos, qui omnibus pastorale officium exiberent. Hoc autem nutu Dei, & consilio fecit virorum Sanctorum & sapientum; quoniam sicuti patrum decreta diffiniunt, necesse est ut Monasteria puellarum, præsidio & administratione Monachorum vel Clericorum regantur, eò quòd salubre sit Christo dicatis virginibus, si patres eis spirituales eligantur, quorum non solum gubernaculis tueri, sed etiam doctrinis possint ædificari.

Separatio conjunctorum.

VErùm quoniam sacri inhibent Canones, ne Monachi vel Clerici habitent cum mulieribus, sed remoti ab earum familiaritate; nec usq; ad vestibulum habeant accedendi familiare permissum, eandem secutus est dominus *Gilebertus* sententiam, quo nemo unquam fortiùs zelatus est castitatem; & habitacula Clericorum procul sisti statuit à domibus monialium, tanquam in uno vico vel in unâ civitate diversas mansiones religiosorum, ita quod Canonici longiùs ab illis remoti, nullum ad eas haberent accessum, nisi pro administrando aliquo divino sacramento, sub multorum testimonio: Basilica tantum, quâ divina celebrantur, communis est omnibus, sed non nisi tantum in Missarum solemniis, semel scilicet vel bis in die, pariete undiq; intercluso, non visis maribus, nec auditis mulieribus: Nam est suum Canonicis oratorium, in quo divina complent officia. Quociens autem ad eas ingredi urgentior causa compulerit, nemini licet nec omnium Presbytero visitandi gratiâ intrare, nisi sub plurium comitantium testimonio: sed & tunc audiri possunt quæ loquuntur; videri autem à quoquam masculo detectâ facie, omnino non possunt: Si quid verò à foris, intro vel deintus foras oportet significari, quatuor specialiter ad hoc deputantur, duo senes, scilicet probati extrinsecus, & duæ sorores maturæ interiùs, per quos tantum se audientes, & non mutuo videntes, quicquid necesse est nuntiatur.

De Regulis omnium.

HIis ita dispositis, quoniam omnes, tam mares quam fœminas in unitatem societatis & vinculum pacis vocaverat, ut per unum in uno omnes perduceret ad unum, multitudinis fecit cor unum & animam unam in Deo, singulis pro sexu, ætate & gradu certum vitæ modum præsignans, & metam, ultra quam citraq; nequit procedere rectum: Ut autem superiori niteretur auctoritate, ne arrogans aut præsumptuosus judicaretur, si abjectis alienis sua impudenter ingereret; cum tamen magisterium haberet Spiritus sancti: cæterùm ut subditi præostensam sibi viam sollicitiùs servarent, duplicem monasticæ vitæ imposuit suis disciplinam; Monialibus regulam beati *Benedicti*, Clericis verò regulam S. *Augustini* tenendam proponens; omnibus autem Christi & Sanctorum exempla, & Evangelicam, Apostolicamq; doctrinam annuntians, quatinus dum in subditis, tam monachalem quàm Clericalem justiciam haberet, ipse in se à nullâ Monasterii perfectione discreparet.

De Scriptis.

ET quia pro locis & temporibus, personisq;, ex causis incidentibus variantur, & mutari oportet jura constitutionum, ea quæ minùs in illis regulis invenit, ad sic datam normam sufficientia, à multarum Ecclesiarum & Monasteriorum statutis & consuetudinibus, quasi flores quosdam pulcherrimos excerpsit, collegit & prælegit, quæ magis necessaria & competentiora sic infirmatis hominibus judicavit; in quibus eruendis & explanandis, tanta in eo viguit sollicitudo, ut non solum magna & maximè necessaria, verùm etiam minima quædam & abjecta, quasi verus Angelus super scalam *Jacob* ascendens & descendens non omisit, ne ipse imperfectæ doctrinæ, vel subditi ignorantiæ legis, rei arguerentur. Hæc omnia, ut pro lege habentur, & magis vitaretur transgressio, quoniam Lex est constitutio scripta: Hæc inquàm omnia ad memoriam in posterum literis mandavit, & appropriato vocabulo *Scripta* vocavit; ut nomine sicut & sensu, quantum reverentiæ & obeditionis eis debetur, indicaret Horum omnium tenorem, & omnem de omnibus factam institutionem, Scripto innotuit Papæ *Eugenio*, ut si quid fuerat emendandum corrigeret, quicquid verò rectum & rationabile, ratum faceret, quatinus omnis vox calumniæ auferretur, & securitas ea servantibus condonaretur, si summi Pontificis fuerint communita consensu; qui diligenter singula perlegens, & nichil reprehensibile inveniens, perpetuâ commendavit ea firmitate, & misso privilegio suo, quicquid sancitum fuerat à

patre

patre *Gileberto*, vel foret sanctiendum, de hiis quæ ad cultum religionis pertinent, decrevit æterna debere subsistere stabilitate. Hoc idem à successoribus ejus *Adriano* & *Alexandro*, cæteriſq; Romanis pontificibus robustiùs confirmatum est, cum illustrium Cardinalium subscriptione.

Commendatio Ordinis.

HIs rationibus fretus, his auctoritatibus suffultus, pater *Gilebertus* filios Dei à quatuor ventis collegit, & in unam fabricam Domus Dei in quatuor parietibus compegit, quadris lapidibus super humile fundamentum compositis, ipso summo angulari lapide *Christo Iheſu*. Hic est discus *Petri* quatuor lineis de cælo summissus, omnigenis animalibus plenus, quæ mactavit à viciis seculi, & in corpus Ecclesiæ transjecit. Hic *Petri* Vicarius & imitator. Hic est currus Dei decem milibus multiplex justis, humilibus & quietis, quòd se vehementem in se locum interminalem provehit; dominus milia habet diversarum conditionum, sexuum, ætatum & linguarum, spe futurâ & caritate gratuitâ letantium, quia in eis est Dominus in *Synai* sancto, id est in mandato suo impleto & implendo. Hæc est quadriga *Aminadab*, id est spontanei populi; Voluntariorum scilicet pauperum Christi, quæ duo habet latera; unum Videlicet Virorum, alterum Mulierum; rotas quatuor, duas masculorum, Clericorum & laicorum; & duas fœminarum litteratarum, & literas nescientium: Jumenta duo quadrigam trahentia, Clericalem & monachicham disciplinam. Clericatui beatus præsidet *Augustinus*, Monachatum præcurrit sanctus *Benedictus*: quadrigam ducit per aspera & plana, alta & profunda pater *Gilebertus*. Via per quam incedunt, angusta est semita; bravium autem vita æterna.

Videntem huuc currum talibus ministris & ministeriis procurrentem, exclamare libet etiam malevolum quemq; & invidum cum *Balaam*, *Quam pulchra tabernacula tua* Jacob, *& tentoria tua* Israel; & qui fausta optat cum *Jacob* & *Helyâ*, *Castra Dei sunt hæc*: quid enim videbis in *Sunamita*, hac nuper conversâ nisi Choros castrorum: Castra propter hostium repulsionem, Choros propter Dei glorificationem; Castra propter acerrimum congressum, Choros propter fælicem de triumpho exultationem. Quid enim majorem, vel tantam faciat hosti invidiam; quid tantum vel talem adquirit de hoste trophæum, quam ut discordantium tot differentiis homimum, una sit concordia morum. Ibi habitat lupus, quondam in seculo raptor, cum agno miti quovis & mansueto; & pardus pecorum, maculis varius, cum hedo accubat, qui se despicte & peccatorem fatetur. Ibi vitulus, corde contritus, & Leo olim severus; & ovis innocentiâ simplex simul morantur; & puer parvulus, Christus videlicet, sive Sanctus iste humilis minat eos per ardua disciplinæ ad gaudia vitæ. Ibi Rinoceros docet ovem mansuetudinem, & juvencus indomitus sponte subjicit jugo cervicem: Ibi damula Canem, & Alauda venatur Accipitrem, & testitudo aquilam comitatur ad astra. Ibi vulpis nescit astucias, & corvus contemnit cadaver ablatum. Ibi juvenes & virgines, senes cum junioribus laudent nomen Domini; quia omnis ætas, omnis conditio & uterq; sexus exaltunt ibi; non suum, sed nomen Domini solius. Quinni spiritus ejus congregat dispersos, qui quamlibet morigeratos diversè inhabitare fac t unius moris in Domo: adeo Caritas tollit invidiam, & jocunditas socialis facit habitare fratres in unum. Quid tam unum quàm unumquemq; magis rem communem curare quàm propriam, omnis ab uno, & ex uno vitæ sumere necessaria; omnia sub pondere, numero, & mensurâ pro singulorum gradibus sine murmure distribui. Quid tam unum, quàm omnes Ecclesias, ubiq; terrarum distantes, in victu & vestitu personarum, cæteriſq; vitæ contingentibus à se non distare. Quælibet persona totius Ordinis, quamlibet domorum æquè habet sibi debitam, nec aliquid in aliqua vendicare licet alicui, n si quod a Prælato omnium cujusq; fuerit indultum protestati; ita uni Capiti omnia compaginantur, & subjacent membra, ut ejus magisterio singula singulis compatiantur & congratulentur, & sive in vitâ sive in morte: unumquodq; extat alterum alterius, omnia autem insimul Domini.

Mirabilis hæc unitas, tam personarum, quàm Ecclesiarum, & inaudita rerum omnium communio, quæ sic unum omnia, & omnia unum efficit, in tot cordium & tan-

torum Monasteriorum divetsitatibus: præter illam enim, quam caritas texit cordium unitatem, quæcunq; instituta virorum, apta sunt vitæ mulierum, vel quæ à mulieribus ad viros transferri possunt, salvâ honestate & regularum, quas professi sunt tenore, propter pacem & concordiam, jussit altrinsecus observari: Undè patet quantæ fuerit vir iste scientiæ & discretionis, qui sic cuiq; sua distribuit, ut omnibus idem adaptaret; sed & proindè, quantæ fuerit constat sanctitatis, quia nisi esset hic homo à Deo, non posset facere quicquam, nec potuit aliter docere, quàm vixit, cum doctrina ejus opus operata sit in *his*, quos docuit: doctrina enim illius suam expressit sanctitatem, & sanctitas adquisivit doctrinæ effectum: Cui enim nisi supernæ pietati, & magnis meritorum titulis est ascribendum, quod vir humilis, de plebe electus, infra paucos annos tanta opera tam strenuè consummavit: nam præter pauperum & infirmorum, languidorum & leprosorum, viduarum & orphanorum Xenodochia, quæ stabilivit & gubernavit, tresdecem Ecclesias conventuales, cum pertinentiis, quatuor scilicet Canonicorum seorsum commanentium, & novem monialium, cum suis rectoribus & fratribus degentium, in vitâ suâ, non sine magno labore & industriâ constituit; in quibus, ut æstimamus, duorum milium & ducentorum virorum, & religiosarum mulierum Collegia, in obitu suo reliquit, præter innumeros antea defunctos, undè liquidò constat, quod fuit Dominus cum eo, per quem erat vir in cunctis prosperè agens: Liquet etiam hunc Dei docibilem eo per magisterium unius magistri Christi, & unctionem spiritus Sancti fuisse edoctum, quod tot Deo famulantibus, utriusq; sexus, hominibus vitæ formam & vivendi exempla præstiterit, quæ ab homine non didicit: nullus enim Ordinis illius inventor, sed nec Ordo ipse ante illum fuit inventus.

Ratio contra detrahentes.

QUocirca obstruitur os cuilibet ingrato & invido, qui cum vitam non possit, ejus doctrinam reprehendere conatur; cum ex vitâ laudabili non possit doctrina vituperabilis oriri: Sanè, nec bonis moribus vita, nec fidei catholicæ obviat ejus doctrina, cum fides per dilectionem tanta in eo operata sit bona; Undè & nec aliqua ab eo constituta consuetudo est retractanda: sed nec universali Ecclesiæ officit, immo plurimùm præfuit hæc novellæ religionis adinventio, cum non omnis novitas, sed tam profana debeat vitari, & doctrinæ religionis, ut ait beatus *Augustinus*, congruentes sint verborum novitates: Porro nec legibus humanis, nec divinis abrogat hæc recens constitutio, nec sacros Canones offendit, sed statuit; quandoquidem à principibus seculi veneratur, à pontificibus provinciarum acceptatur, à Romanis præsulibus imperpetuum corroboratur; per totum orbem, quo ejus fama pertingit, maximâ laude celebratur; & quod hic est ampliùs, signis & miraculis Deo placita comprobatur: quæ, cum ita sint, ut facta clamant, & orbis perhibet testimonium, qualiter se gesserit in pastorali officio pater *Gilebertus*, ad Dei laudem & illius gloriam, & auditorum utilitatem deinceps declarabimus.

Qualiter se habuit in Prælatione.

POstquam beatus *Gilebertus* iterum parturiens filios, in Evangelio, *bonum illud & jocundum quod est habitare fratres in unum*, opitulante Deo, peregerat, factus est barba veri Sacerdotis *Aaron* decore, fortitudine & alacritate virtutum, & tanquam hora indivisibilis tunicæ Christi, quæ est Ecclesia, per os suum, extremo hoc tempore introduxit Christum in domum suam, per fraternam, quam ipse sarcivit, concordiam: Et quia susscepit unguentum gratiæ spiritualis, quod descendit à Capite Christi, omni floruit virtutum experientiâ, ut dignus esset cæteris præponi in exemplum vivendi: Nam ut arbor bona fructus bonos faceret, & à radice firmâ, solida pullularent germina, studuit omni custodiâ servare cor suum, ne unquam illud cogitatio immunda macularet; nec delectatio prava ad consensum peccati pertraheret: eandem nempè quam ab utero matris contraxerat, illibatam custodiens Carnis integritatem; muliebris spurcitiæ incitamenta, aliquoties acriter à muliere pulsatus contempsit, ut esset mundus qui ferret vasa Domini, & manus impolita quæ

alienas

alienas sordes habuit detergere. Et ut boni pastoris impleret officium, præter ea, quæ sunt virtutum opera, utpotè pietas & humilitas, misericordia & veritas, quæ puræ mentis exhibent efficatiam, extitit in corporali excercitatione laborator strenuissimus; nam pro adquirendis vel tuendis subditorum necessariis, Regum, & Pontificum palatia, & procerum Curias, ultra citraq; mare frequentiùs adibat, ubi multa incommoda, pro commissâ sibi Ecclesiâ, multotiens sustinuit, ita ut invisibilis hostis instinctu, qui ejus actus semper visus est impedire, à visibilibus inimicis, non modo verborum, sed etiam verberum aliquotiens contumelias subiret.

Omnes Ecclesias æqualiter dilexit; & ideo circa omnium negotia æquè solicitus fuit: omnium verò graviores esse, & singulorum majores culpæ semper reservabantur ejus examini, undè & plus omnibus laboravit. Cum autem intermisso itineris labore, ad aliquod Monasterium, visitandi gratiâ deveniisset, panem ociosus non comedit, sed præter viatorum negotiorum consilia & auxilia manibus suis aliquid, quod conferret, laboravit. Scripsit quandoq; libros, & multa alia opera in suppellectilibus variis, & ædificiis construendis ipse confecit: Inter hæc agendum cum hominibus quidem erat silentium, cum Deo verò clamor cordis immensus, & motus labiorum in Psalmodiâ, & oratione continuus. Hinc factum est, ut cum loqui necesse esset, ex habundantiâ cordis & concordiâ operis loquebatur; quia sicut inspiratus est edidit, & ut docuit sic fecit; verba ejus nichil aliud quam sermonem sapientiæ & scientiæ sonuerunt: sapienciæ quidem, in docendis vel discendis supernis & cœlestibus, scientiæ in disponendis & dispensandis temporalibus; sapientiæ in exortatione virtutum & abdicatione viciorum; scientiæ in correptione perversorum & laude bonorum. Hæc omnia, adeo cautè, adeo discretè gerebat, ut sive taceret, sive loqueretur, & sermo ejus utilitatem, & silentium haberet discretionem: nam secundùm sapientiam à Deo sibi concessam, contra singula vitia, congruam opposuit correptionis mensuram.

Monialium quandam impatientis igne libidinis, per maligni hostis machinamenta succensam, asperâ castigatione sanavit; & fratrem quendam iræ stimulis adeo agitatum, ut à Monasterio vellet recedere, levi ictu baculi sui, in maximam mansuetudinem statim convertit. Hoc enim semper tenuit in castigando moderamen, ut & culpas ad plenum purgaret; & caritatem, tam sui in illos quos argu t, quam illorum in se illæsam conservaret. Viderunt qui affuerunt in sui sanguinis proximos atrociùs eum desevire, cum peccarent, ita ut rebelles quosdam & perversos, ut omnimodam exhiberent, cum summâ humilitate, satisfactionem, à suâ vellet præcidere societate: Prætulit autem illis extraneos quoslibet benè agentes, quos recto Ordine sanctior copula caritatis ei fecerat propinquiores, & quos tenebatur diligere ex paternâ conditione, duplâ amplexatus est propter justiciam affectione. Vidimus, quod precibus & præmiis multimodis divitum & magnatum denegabat; hoc simplici fratrum vel unius alicujus, quem vita commendaverat annuere petitioni: erat enim homo hylaris & urbanæ eloquentiæ; nec habens quicquam in eloquio reprehensibilitatis admixtum, undè & miro affectu, tam à suis quàm ab alienis diligebatur.

De asperitate vitæ ejus.

EXteriori quoq; schemate conformis, immo forma fastus gregis ens in illis, quasi unus ex illis, omnia quæ minoribus imperavit, in se priùs, quantum decuit, excepit: non vestis nitidior, non cibus accuratior, non sequester in illo tempore dormiendi locus, nec mensa, nisi propter hospites, & hoc rarissimè, & quasi necessariò diversa. Equitatura simplex, & comitatus honestus, non in multitudine equorum & famulorum, sed uno de laicis conversis, duobus verò de Clericis honestioribus semper actus ejus intuentibus. Viam equitando, non fabulosis sermonibus, sed psalmodiis & orationibus seminavit; semper aliqua deferrens, quæ occurrentibus pauperibus erogaret. Hospicium satis frugi, & habundans, & expensæ nec pares prodigis, nec hærædem avaris. Cum comedebat, non quod sibi sumeret, sed potiùs quod cæteris tribueret voluit apponi. Hylaris conviva, quod escis non poterat, vultu satiabat. Interim aliis largus, satis sibi parcus apparuit. Conquestus est multotiens, surgens, à

mensâ, quod deliquisset in crapulâ; cum mirarentur sodales tam parvo cibario vitam posse transigi humanam: si quid enim sapidè suavitatis sensisset in dapibus, quod gustatum appetitum provocaret, vel quasi sanum & benè paratum laudaretur à circumsedentibus, volentibus sic persuadere ut comederet; mox ipsi laudatori, vel alicui alii transmissum à se amovit, ne videretur offendere, si vel modicam haberet indè voluptatem.

A carnibus & carnium nutrimentis, omni tempore, nisi in maximo langore abstinens: ab esu etiam piscium per totum *Quadragesimæ*, & dominici temporis adventus temperavit. Olea & legumina, & hujusmodi vilia, frequentiùs & libentiùs sumens. Piscium & hujusmodi, quo ne numiâ debilitate deficeret, aliquantulum lautiùs, nescienti & nolenti parabantur; primam partem Deo, reliquam ferè totam commensalibus communicavit. Erat omni cœna præ oculis mensæ suppositum vas quoddam, quod discum domini *Iheſu* appellavit; in quo non modo ciborum reliquiæ, sed & primitiæ & partes præcipuæ ad opus pauperum imponebantur. Vidimus, cum ad mensam accederet, vel sederet, lacrimas eum fudisse inter epulas, quod pro humanâ conditione urgeretur satisfaceré cotidianæ necessitati. Vasis ligneis & testeis & cochlearibus tantum corneis utens, omnem exclusit mundi vanitatem, & metallorum illecebrosam superfluitatem. Post refectionem magis mentis, ex verbo divino, quam ventris ex corporali cibario, quod modicum temporis labori surripere potuit; Lectioni & orationi, sacræq; meditationi indulsit. Toto anni circulo æqualibus utens indumentis, nec plura in yeme, nec pauciora æstate quæsivit: Unâ tantùm tunicâ contentus, usum pelliceæ penitùs refutavit. Mirari posses & misereri, si videres senilis corporis membra vix ossibus cohærentia, concussis humeris, & collisis dentibus, subtracto tam naturali, quàm accidentali calore, multotiens contractâ. Inter linum & cilicium, mediam lanam propter subditorum conformitatem, & popularis auræ fugam, pociùs utendam censuit. Cum nocturna quies ad stratum membra vocaret, dictis priùs quibusdam Psalmis familiaribus, pro se, suisq;, pro Regibus & Pontificibus, pro fidelibus vivis. & defunctis, post completam septimam horam, super lectum totâ nocte, non jacuit, sed sedit; non depositis diurnis vestimentis, nec adjecto capiti plumari sustentaculo; sed quia à tergo non erat quod occiput sullevaret, sopor irruens pendulum caput nonnunquam in anteriora depressit, ut sic somnium fugaret, & orationi pernoctans vacaret.

Lectisternio laneo mediante sic super stramenta residebat, nichil cuiquam usq; manè locuturus. Post nocturnas laudes, recitatis Sanctorum passionibus, & absolutis defunctis, tam pro se, quàm pro cuncto sibi grege commisso, humilem & prolixam edidit confessionem; petiitq; à fratribus, & suam dedit tam absentibus quàm præsentibus culparum omnium absolutionem; conferens postea benedictionem, quasi more beati *Job*, singulis diebus offerens holocaustum per singulos filiorum. Diei autem nichil passus est præterire ociosum; sed orationi, lectioni, contemplationi, justæq; actioni vicissim incumbens, temporum vices temperanter distribuit. Singulis vicissitudinibus, non singulatim sed simul se totum impendit; nec tamen aliquid debitæ curæ succedentis operis derogavit: nec propriam salutem propter aliorum sollicitudinem omisit; nec divina propter humana prætermisit; nec internorum curam, propter externorum occupationem diminuit. Cunctis compassione proximus, præ cunctis conemplatione suspensus. Flebat multotiens in ymnis & Canticis, suavè sonantis Ecclesiæ vocibus vehementer illectus, verborum tamen sententiis magis delectatus; nam ne quis forinsecus eventus, vel internus cogitationis occursus mentem suam à sapore & intelligentiâ divini verbi averteret, cum illud protulit vel audivit. Composuit sibi signa quædam in digitis, & singulis articulis singula verba vel orationes deputans, tali artificio infixit, animo tenaciùs dictorum memoriam.

Defecatæ mentis hoc docuit devotio, quæ soli sponso speculando suasit vacare, & ipsum in membris ejus amplectens omnia effudit viscera caritatis: sicut enim ex devotione, præ amore Dei, gaudendo plorabat, ita ex compassione proximi lacrimando miseris condolebat. Vidimus cum quis graviùs usq; ad separationem deliquisset, cum rediret ad veniam, durus primitùs & penè inexorabilis obstitit, ut contritionem pœnitentis probaret, & culpam ad plenum excoqueret, timoremq; cæteris incuteret; sed cum veram & plenam intellexit emendationem, lacrimas fudit

coram

coram cunctis, & proove vel dragmâ perditâ, sed inventa, convocans fratres & amicos, ipse ubertus gaudebat, & omnes congaudere fecit. Sic se affligendo, afflictisq; compatiendo, cum Cruce *Jesum* sequebatur: sic se benè regens cæterorum fuit rectissimus rector, & quæ sunt boni pastoris per omnia agens, summi Regis meruit membris honorabilioribus adnumerari: sic Dominum diligens, dilectus est à Deo & hominibus, adeo ut illi, quibus quasi necessario præerat, utpote primus pater & omnium fundator, susceptor & institutor, ardenti desiderio perpetuum sibi, si fore posset prælatum illum adoptârunt; unde dux constitutus, licèt ipsum non constituissent ducem, sed ipse omnes suo ducatu instituerat, cum per omnia esset in illis quasi unus ex illis, exteriùs quoq; habitus signaculum non refugit suscipere, ut omnimodam gregis haberet conformitatem.

Usq; ad id enim temporis, habitu Canonico, quem tradiderat, non erat usus, nec speciale votum fecerat alicui regulæ, sed grisis, quas dicunt, vestibus utens, fucatos fugit pannorum colores: quam profitendi dilationem, ut credimus, ideo subintulit, quoadusq; novella sua plantatio caperet incrementum & soli damentum; timuit tamen ne arrogantiæ notaretur, si ipse suis adinventionibus, licèt à Deo essent, sollemne votum deferret: sed præcaventes discipuli perniciosum esse, si alterius habitus homini profiterentur, ne fortè post obitum illius, extraneus aliquis posset loco ejus, vi, vel potestate principum, ut solet, substitui, si ille, cui prima facta est professio, de suo numero non esset; petierunt, & probabilibus rationibus persuaserunt, ut habitum illius Ordinis, quem præesse cæteris statuerat, ipse susciperet; quatinus viam, quam præmonstraverat ingrediens, suo exemplo alacriores duceret & securiores; quorum precibus & monitis permotus; maximè quia divino consilio viderat opus suum & inchoari, & eatenus perduci, cum non tantùm sua, sed & Romana accessisset auctoritas, devotè assensit facere quod postulaverunt.

Quod suscepit habitum Canonici.

ERat quidam ex primoribus Canonicis, nomine *Rogerus*, Origine *Sempinghamensis*, præpositus Ecclesiæ *Maltonæ*, vir prudens & probatæ per omnia religionis, quem terè omnium Monasteriorum congregationes successorum beati *Gilberti* desiderabant habere. Hunc etiam ipse, præ notâ probitate, talem esse arbitrans, sicut & erat, qui merito vices ejus, si sic contingeret, agere posset, ex filio patrem, & ex discipulo magistratum sibi præfecit, & obedientiam illi, professionem verò loco & Ordini de Sempingham ritè devovit; & sic de manu ejus habitum Canonicum apud *Bulingtonam* suscepit. Huic postmodum tantum detulit, quoad vixit, insignæ humilitatis honorem; ut cum ipse omnibus, ille verò sibi præesset, nichil ferè de agendis suorum, sine ejus consilio & assensu disponeret; nichil quod ille ageret non haberet: Credidit namq; ejus fidelitati, & præsumpsit de illius prudentiâ, undè fidelem servum & prudentem primò super se, deinde super familiam suam constituere proposuit.

Confirmans igitur & corroborans omnibus, quæ ad tantam Dei ædificationem videbantur necessaria, cum quatuor prætaxatos parietes in quadratis lapidibus videret hostis antiquus contra se erigi, & tam solido bitumine caritatis compingi; & ne quando solverentur tam strenuo servatore muniri; sed & magis dolens, alterum ejus supparem & coadjutorem, ad perpetuum illius domus firmamentum provideri, cutâ itaq; prospiceret omnia impedimenta sua, quæ contra hanc domum ab initio objecerat, cassari; quia principia ejus destituere non poterat jam erectam & perfectam fabricam dejicere, vel saltem in aliquo lædere machinatus est. Verumtamen hæc ejus perversa cogitatio, qui semper vult nocere in aliquo, Dei fuit recta dispositio; & qui novit benè uti malis, & quod ille paraverat ad perniciem, hoc Dei clementiâ vertit ad utilitatem. Erat enim Ecclesia jam facta & oculis ejus beneplacita; & ideo decrevit eam ecclesiastico more excercere. Quam frequens est & familiare fluctibus tundi, & flatibus adversitatum jactari, sed tandem illæsam portum subire salutis. Voluitq; Dominus, sicut antea, multis eam probaverat, dum construeretur assultibus, & semper inexpugnabilem invenerat, undè & debitam meruit

accipere perfectionem: Voluit inquam, Dominus jam consummatum examinare, ut firmaret si immobilem videret; quatinus, sicut per primam constantiam suam adquisierat staturam, ita per jugem perseverantiam æternam sortiretur stabilitatem.

De Constantiâ ejus.

EFferbuit illo in tempore, diebus scilicet Anglorum *Henrici* secundi, notissima illa persecutio, quæ in beatum *Thomam*, *Cantuariensem* Archiepiscopum, pro divinis legibus & libertate universalis Ecclesiæ stantem grassabatur. Hujus glorioſæ victoriæ, noluit divina providentia beatum *Gilbertum*, ejusq; Ecclesiam esse exsortem; sed ut inter filias naturalis Ecclesiæ digna esset computari, fecit eandem, simul cum matre legitimè certare & beatè triumphare. Igitur, cum in excidium Ecclesiæ & beati *Thomæ*, tota ferè *Anglia* conjurâsset, nec inveniret ubi requiesceret pes ejus; obstantibus, junctis & insidiantibus ut eum comprehenderent, & Regis traderent voluntati; susceptus est pacificè in Monasteriis & mansionibus patris *Gileberti*, & acceptis ex fratribus ejus Comitibus & ministris, itinera ejus & latibula satis circumspectè sunt directa: sed ingravescente malitiâ, cum idem beatus antistes ad Regem *Francorum Lodowicum*, exul ab *Angliâ* confugisset, notatus est dominus *Gilebertus* & sui, quod post relegationem illius, multam & trans mare pecuniam misissent, & quibus indiguerat contra Regis præceptum ministrassent: Quod, licèt falsum esset, quia tamen ita creditum est à fidelibus Regis & ministris, coacti sunt, tam ipse, quàm omnes omnium cœnobiorum suorum præpositi & procuratores Judicibus Regis coram assistere, ut si rem ita se habere convinceretur, omnes pariter subirent exilium: miserentibus ergo Judicibus, quia ejus sanctitas nota erat omnibus, oblatum est ei, ut, præstito Sacramento, fidem faceret falsum esse, quod suggestum est, & ita cum suis indemnis ad propria remearet.

Quod vir sanctissimus & sapientissimus, quamvis integrâ fide & consonâ veritate facere potuisset, quia id tamen in injuriam Ecclesiæ redundaret, renuit, dicens malle se subire exilium quàm tale præstare juramentum: Consideravit enim, quod quamvis rei veritas aliter se haberet quàm putabant; & verum jurare non noceat juranti, si compellitur, licèt à malo sit exigentis potius quam præstantis, contra fidei tamen & pietatis justitiam agere videretur, si juraret, & pravum posteris, præsentibusq; relinqueret exemplum, quasi impium esset & sacrilegum pastori & Ecclesiæ, sub tali casu succurrere, cum magis prophanum sit in hoc articulo Ecclesiam pro viribus non defendere. Simili modo, sub *Machabæis*, senex *Eleazarus*, nec propter timorem mortis carnem suillam comedere, nec propter amorem vitæ, & veterem virorum amicitiam voluit simulare se comedisse, ne triste viventibus senex daret exemplum, quod pro metu mortis patrias leges violâsset. Ita & senex noster, nec indefensam Ecclesiam, dum potuit relinquere, nec se quasi reliquisse voluit fingere; ne apud homines factus enervis cæteros enervaret; & apud Dominum, tanquam pro facto, incurreret offensam: itaq; suspensâ Domini sententiâ, cum nec ipso se hoc modo purgare adquiesceret, & Judices illum condemnare timerent, apud urbem *Londoniarum* cum suis moratus est, præstolando quid ei mandaretur à tribunalibus, paratus semper ad omnia pro veritatis constantiâ: In quâ expectatione, cum nimio timore desolarentur omnes sui, utpote jam jamq; & genus & patriam relicturi; ita, ut quidam eorum sane se jurâsse posse arbitrantes & impium esse ducentes, loca suæ professionis pro tali causâ deserere, juramentum illud præstare essent parati, ille ita terrenum oblitus est timorem, quod in Curiâ, cum suis cunctis merentibus residens, ludicra quædam fusilia deferente, puero emisset, ad nullam aliam utilitatem vel usum, nisi ut jocum faceret sociis, & quantum causam tristiciæ eorum parvi penderet, ostendit.

In hospicio quoq; suo majori, jocundabatur, in illâ morâ, letitiâ; & inter divina solemnia mirationem fecit omni populo, super dulcissono spirituales Chori illius concentu: omne enim gaudium est mabat, cum in tribulationes varias incidisset. Die igitur ultimo, cum ab auditione mala cuncti timerent, ut sine dilatione & obstaculo intentatum præciperentur subire exilium, advenerunt de transmarinis Regii ad Judices nuncii, qui eis ex parte Regis mandaverunt, ut quæstionem Magistri

Gileberti

Gileberti & suorum differrent, quousq; Rex ipse pleniùs cognovisset de causâ: Illico dimissus est in pace, & cum suis omnibus ad sua redire permissus. Tunc cum ab omni exactione & coactione solutus esset, nec opus haberet quicquam inficiari, vel confiteri, dixit manifestè Judicibus, sed nec tactis vel inspectis sacris, nec sub conditione litis, verbis tamen quibus benè crederent, quod objectæ falsitatis penitùs esset immunis: Undè mirati sunt universi constantiam viri, quod nec in tantâ minarum asperitate, & sui suorumq; periculo id agere vellet coactus; quod tamen tam liberè agere posset quod postea gessit spontaneus.

Vexatio falsorum fratrum.

VIdens igitur hostis inquietus, se in præmisso temtandi genere defeciisse, & virum cum suo populo glorioſiorem reddidisse, acriori sævit invidiâ; & si quo modo alio, aliave causâ vel aliis instrumentis opus divinum subvertere posset, exquisivit: quia enim prædicta juvare non poterant, ad alterius modi se contulit negotii sui expedimenta: in prædictâ enim temptatione causam habuit illum criminandi pietatis defensionem, modum, potentiam magis quàm justiciam, instrumenta extera & affectata; quæ omnia quæ magis prodesse poterant quàm obesse illi, contra quem parabantur, sine magnâ difficultate poterant adnichilari. In hac autem temptatione se convertit ad contrarium, & causam temptandi adinvenit religionis impugnationem; & modo quo hoc prosequeretur, justiciam, instrumenta, ex proprio domo illius sibi assumpsit: Dixit enim per os mendacium quorundam, ipsum esse sacri Ordinis, & ecclesiasticarum institutionum subversorem, quæ causa facile posset movere contra eum universos; & ut cautiùs hoc probaret, juris Ordinem & justiciæ processum servavit in lite, & quo veraciùs credi faceret quod intendit, de suis domesticis actores constituit & testes. Quis non contra eum in hac causâ se erigeret? Quis sanctæ religionis subversionem pateretur multam? Quis non justam causam crederet illum habere? qui in suâ causâ tam justè vellet procedere: Inpetraverat enim per suos satellites, laicos scilicet conversos, à principibus tam secularibus quàm ecclesiasticis, quos adversùs eum commoverat, monita & præcepta multiformia, ad Judices satis constantes, quorum examini, secundùm tenorem legum & Canonum, commisit suæ causæ cognitionem.

Quis autem non crederet dictis proximorum, & sibi indivisibiliter cohærentium zelum Dei, quantum videri poterat, & formam pietatis habentium? Hæc erant quæ temptationem gravius urgebant; quia rationem major comitatur virtus quàm violentiam. Accedit ad pondus gravaminis, quod homines pacis suæ, in quibus speravit, qui edebant panes suos, & quos maximè dilexerat, ampliaverunt adversùs eum supplantationem, undè magis doluit. Rursum, præter senectutis incommoda, debilitate corporis vexabatur: Cum tamen procul, & in ultimis finibus *Angliæ*, in causarum ventilationibus cogeretur, multotiens in propriâ personâ apparere: Item quod super omnia gravat servi Dominum, despicabiles conspicuum, ignoti nobilem impetere præsumpserunt; & *quorum patres*, ut ait Scriptura, *non dignabatur ponere cum canibus gregis sui*, nunc in eorum canticum versus est, & factus est in proverbium. Quippe forma erat hæc primæ persecutionis primitivæ Ecclesiæ, in quam surrexerunt quidam de Synagogâ libertinorum, id est manumissorum, qui primò fidei Christi restiterunt; quæ omnia, qui pleniùs cupit cognoscere, ex beati viri dictis pleniùs addiscet in scripto illo, quod de fundatione Monasteriorum reliquerat, ubi sic ait; *Hujus dissidii & discordiæ exstiterunt Caput, duo fratres laici, quibus commiseram, præ cæteris, curam omnium domorum nostrarum: Eis verò associati sunt alii duo, quorum unum ferè mendicantem suscepi, victum queritantem, arte textrinâ; & alterum* Oggerum, Fabrum *nomine, quem puerum suscepi non fabrum, cum tribus fratribus suis, arte imperitis, & patrem ejus pauperimum, & ferè decrepitum; & matrem ejus vetulam, cum duabus filiabus suis mendicantibus, & diutinâ infirmitate languentibus:* Oggerum *verò, & alium de fratribus suis, arte fabrili, à nostris permissi instrui, & alios duos arte Carpentariâ: Hii verò prædicti, associatis sibi aliis fratribus, insurrexerunt adversùm me & Canonicos nostros, Deus scit, mentientes, & diffamaverunt nos per multas regiones.*

Ipsum etiam dominum Papam, Alexandrum, *magnæ sanctitatis virum, & Curiam Romanam adversum nos concitaverunt. Ipse verò dominus Papa, credulus verbis prædicti* Oggeri, *nimis severum mandatum & sententiam crudelem adversùm nos dedit, & post pauca, veritatem, teste Deo, dicam, & non mentiar. Hæc fuit causa insaniæ* Oggeri *&* Gerardi, *qui aggregaverunt sibi proprietates furto, sequentes proprias voluntates, à professione & religione suâ devii, proprios habentes palefridos, cursitabant huc & illuc, minus parcentes castitati & honestati, in subsannationem & derisum facti sunt Clero & populo. Quod cum audirem, & eos ab errore ad viam veritatis revocare vellem, ab infamiâ ad bonam famam, ab incontinentiâ ad castitatem, contemptâ correptione nostrâ & nostrorum; diffamaverunt me & Canonicos nostros, & facti sumus in admiratione & fabulâ per diversa locorum spacia.*

His verbis suam deplorat vir patientissimus molestiam, quam nisi naturali sentiret affectu, non ex hoc ..... reretur; sed quia omnia constanti tolerantiâ superavit, magis eorum plangit perditionem, ut asseveravit, quia magis doluit, quàm suum laborem: nam cum perversi illi schismatici, furtim asportantes possessiones domorum, auribus summi Pontificis multa falsa instillâssent, & literas suæ voluntatis efficaces, tacitâ veritate impetrâssent, omnem exhibuit Apostolicis mandatis, licèt sibi perniciosis obedientiam; & nunciis, quamvis adversariis suis reverentiam: Igitur in illarum causarum conflictibus, sæpè in jus vocatus, & coram pontificibus & prælatis pulsatus, cum multa in eum intenderentur, ille immobilis animi constantiam servans, nec timore pœnarum, nec suasu Judicum à recto proposito deviare consensit, ita ut priùs secandum guttur assereret, quàm primam eorum professionem & Ordinis institutionem immutaret, quæ multorum privilegiis Apostolicorum fuerat sancita, & per longum tempus eatenus servata. Cumq; in probationibus eorum, quæ objecerant, omnino deficerent, nec vi vel arte obtinere possent quod optabant, contulerunt se ad preces, veniam postulantes, & suppliciter duntaxat deprecantes, quatinus pauca de proposito rigore temperaret: Quos omnes in filios, sicut vir mansuetus, in osculo pacis benignè suscipiens, in temperandis nimis asperis, & emendandis Ordinis institutis, auctoritate Domini Papæ, & virorum religiosorum consilio promisit, prono animo se in omnibus pariturum. Solus tamen *Oggerus*, viri sancti, ut ita dicam, malleus, in suâ perstitit malitiâ, nec fratrum suorum precibus, nec Judicorum vel assessorum commonitionibus motus, redire voluit ad Ordinis unitatem, nisi sæpedictus Magister ad arbitrium ejus novas in Ordine conderet Institutiones: quod quia noluit, non enim expedivit, ille in suâ pertinacia abscessit, & ferè usq; ad diem obitus, tam sui, quàm beati *Gileberti* illum impugnare non destitit: parùm tamen vel nichil profecit; nam semper juxta nominis sui interpretationem intercluſus recessit.

Cujus perversitas, quantum Deo displiceret, non sine evidenti inditio prærerivit; namq; in posteritate carnali, quâ carnit, puniri, ut pleriq; non potuit, in suâ radice damnatâ reprobus ostensus est. Pater siquidem ejus, carnalis viciis filii non renitens, sed fortè consentiens, & condelectans, quotiens Sacramentum dominici corporis percepisset, dictu mirum, & terribile aspectu, dedignatus Dominus indigni hospitii habitaculum, quandoq; per os, quandoq; per nares, aut aures sive oculos illud ejecit, ostendens manifestè non esse participem communionis Ecclesiasticæ, quam, quantum in ipso erat, deciderat, qui Sacramenta unitatis Ecclesiæ retinere non poterat; qui & ipse, morte improvisâ defunctus est Complicum etiam suorum, qui principalis illius schismatis extiterant conditores vel factores, vix aliquis decenti obitu diem clausit extremum: Revelatâ tandem suâ & complicum ejus nequitiâ, cum in hoc omnino sanctus satis esset probatus, & pacem reddere Ecclesiæ decrevisset pietas superna; penè omnes Episcopi *Angliæ* cæteriq; Prælati, qui vel ex propinquitate, & confrequentiâ, vel ex famæ præconio, eum noverant, scripta sua, cum Sigillis & nuntiis omnem rei veritatem continentia, ad Dominum Papam *Alexandrum* direxerunt, quibus Deo dignam Magistri *Gileberti* personam, ejusq; opera mirifica, & laudabilem subditorum gregem satis magnificè commendaverunt, & illorum rebellium insolentiam dilucidè & veraciter innotuerunt; supplicantes unanimiter, ut memoratum virum in suo proposito, quod à Deo erat, stabiliret, & inviolabiliter roboraret; necnon & schismaticorum insidias eluderet. Ipse quoq; illustris

Rex

Rex *Henricus* secundus, suum scriptum idem testificans, idemq; obtestans, cum regiis nunciis transmisit, & in fine firmissimè contestans, quod si rusticorum illorum, & qui erant, ut ait, ascripticii glæbæ machinationibus, ordo ille mutaretur, dominia & possessiones, quæ ob religiosam ibidem conversantium devotionem, cum suis proceribus contulerat, omnino retraheret: quod si præfatum Ordinem, & primam institutionem debito rigore faceret Papa observari, ipse, quantum ad secularem justiciam pertinet, eum pro posse suo manuteneret, & in maximo honore & reverentiâ, sicut consueverat, haberet.

Indulgentia domini Papæ.

QUibus beatus Papa commonitus testimoniis, precibusq; commotus, Apostolicam Scripto remisit auctoritatem, indulgens beato *Gileberto*, & successoribus ejus, ut nulli liceat religionem eorum, & jura, vel rationabiles institutiones, sine majoris & sanioris partis consilio & consensu corrigere, vel mutare, vel aliquam superaddere, quod prædictæ religioni eorum, & salubribus institutionibus videatur obviare: sed quæcunq; in ordine illo, de cætero emerserint, corrigenda, ille vel successor ejus, ea cum consilio Priorum ejusdem Ordinis, secundùm statuta sua corrigere & emendare, secundùm quod magis viderint expedire, reforment: Alias etiam plurimas immunitates & dignitates, ad perpetuum firmamentum Dominus Papa *Alexander* sancto patri *Gileberto*, successoribusq; ejus, & Sancto Conventui de Sempringham dedit & concessit; quæ & à successoribus suis Romanis pontificibus plenius & robustius confirmatæ sunt, quatinus inposterum tollatur omnis malignandi occasio, suoq; robore gaudeat hic Ordo, & illæsus consistat.

Item alia temptatio.

IN hac igitur pugna glorioſus victor, pater *Gilebertus*, semper seipso robustior apparuit; & quantò arctiùs impetebatur ab hoste, tantò fortiùs, viriliusq; restitit, & fœliciùs vicit: nam instar beati *Job*, tot hactenus, extra accidentibus periculis, nichil detrimenti passus, eo graviori, quo propinquiori & diuturniori fuerat certamine interrogandus; ut tanquam aurum, quod per ignem tertiò probatur, & quasi argentum purgatum septuplum, Christi diademati infigeretur: Devictus enim bellis multis, tam extraneis, quàm civilibus, sibi ipsi ipsemet objicitur superandus, ut nullo genere victoriæ privaretur: nam præter naturalem corporis imbecillitatem, quantum morborum molestia, tum senectus importuna, tum labor citiùs senectam importans inflixerat: Corporalis visus incurrit caliginem. Quam temptationem virum naturæ deficienti, an casui sive inimico prosequenti attribuam, ignoro: talis etenim erat complexio corporis naturalis, quæ visus aciem maximè in tantâ ætate diutius non poterat conservare; sed si casu vel violentiâ hoc contigit illi, nescimus, cum crebris lacrimarum inundationibus, dum mitteret semina sua, eosdem oculos novimus eum debiliâtsse, & multas ventorum, pulverum, & vigiliarum, aliorumq; incommodorum pertulisse injurias: Si autem spiritualis hæc fuerat percussio incertum est; quocunq; tamen modo, vel Dei judicio hoc ei evenerit, non indè erubescemus, cum idem *Ysaac* & *Jacob*, multisq; aliis acciderit sanctis: si ex hoc amplius gratulamur; quia non hoc iram & indignationem, sed Dei scimus fuisse clementiam.

Qualis erat in senio.

ACcrevit enim illi virtus ex defectione, & pro lumine corporis amisso, majore & meliore meruit gratia spiritus illustrari; nam vigorem animi, licèt decrepitus, licèt ægrotus, licèt visu privatus, in nullo relaxavit, immo quantum zelum & fervorem habuit curæ pastoralis in minori ætate, tantum quoad vixit indefessè servavit. Quam vigil sensus, discreta ratio, docile ingenium hærens memoriâ ei fuerit, mirati sunt quotquot viderint: auditus penetrabilis, lingua diserta, manus intremula, pes solidus, suum officium alteri caleph non denegabant. O quantus fervor divinæ

dilectionis? quantum ſtudium fraterni amoris in illâ mente reſedit, cum ejus cordi & ori Chriſtus nunquam defuit: ejus linguæ & manibus ſemper inerat quod proximis profuit: Jugis oratio, juge ſuſpirium, & lachrymarum crebra mundatio; quid mens ſenſerit interiùs non potuerunt celare: & quia ſpeculator conſtitutus à Domino domus *Iſrael*, ſuper ſpeculam ſuam per ſe ſtare, prout oportuit, non potuit, oculos, manus, & pedes, id eſt miniſtros qui horum gererent officium, loco ſuo præparavit. Sollicitudinem omnium cœnobiorum, prætaxato domino *Rogero*, Priori *Maltonæ*, commiſit, ut conſilio ſuo majora tractaret: ſub eo verò ſingulis gradibus marium & fœminarum, unum vel duos, quos circatores, vel ſummos ſcrutatores appellant, qui omnium Domorum ſtatum diligenter inſpicerent, & ut oporteret corrigerent; graviora autem ſemper ad ipſum referrent: ipſe verò caput omnium, utpote ſenſu & ſanctitate præminens omnibus, omnium ad ſe cauſas detulit, & manuſcriptas omnium profeſſiones, quoad vixit, ſuſcepit: Quocirca, ut nichil de partibus officii ſui amitteret, quia equo non poterat, geſtatorio ſe fecit ſemper per ſingulas domos circumferri.

In itinere, hoſpicio, menſâ, & lecto, & cæteris omnibus locis regularibus & horis, eandem quam priùs, immo rigidiorem tenuit diſciplinæ cenſuram: nam rebus ſecularibus, pro carentiâ viſus, exemptus & abſens, totus in cœleſtibus habitavit; & poſt juſtos ſanctæ actionis labores, dulcis contemplationis meruit deliciis indeſinenter confoveri. Toto ſpacio diurno, præter corporalium indigentiarum ſupplementa, aut lectioni aurem inclinavit; aut mentem, manuſq; & os precibus accommodavit; aut ſpirituali fratrum confabulationi indulſit: Nichil autem inter loquendum ei placuit, vel patienter audire potuit, niſi quod de Deo & verâ vitâ ſonuiſſet: pauca tamen & brevia, licèt eſſent ſancta & utilia, edidit verba; memorans illud Pſalmiſtæ, *Obmutui & humiliatus ſum, & ſilui à bonis:* Nam mox mentem ad cœleſte deſiderium & votum, in preces convertit, dicens hæc & hujuſmodi, *Uſquequo Domine oblivîſceris me in finem?* &c. *& Heu me, quia incolatus meus prolongatus eſt.* Cumq; quieſcentem dormitare putaremus, manus ſub pallio, cum oculis ad cœlum erectas vidimus, & divina verba ſecum in murmurantem, porrectis auribus deprehendimus: In mediis autem ſermonibus, cum ſe fortè vel circumſedentes exceſſiſſe in verbis arbitraretur, mox confeſſionem Eccleſiaſticam magnâ cum devotione protulit, ſe petens humiliter abſolvi, & ſuam ſubdens abſolutionem: Nocte nichilominus priſtinas ſervavit in Orationibus Vigiliarum excubias, latenter, ut potuit, ſe deponens de grabato, ut ante lectum quas poſſet facere genuflexiones: Cumq; à comitibus ſic jacens repertus fuiſſet, quaſi culpavit eos, quod ſtratum ejus velperâ malè paraviſſent: ſolum enim Dominum & Sanctos ejus, cum quibus nocte confabulatus eſt, hujus rei deſideravit habere conſcios & teſtes.

De abſtinentiâ ejus.

QUid de ciborum loquar parſimoniâ, cum etiam in maximo morbi languore, qui ſenium ſolet comitari, nec fratrum precibus coactus in ſuo adquievit comedere Dormitorio: nunquam enim, quantum in ipſo erat, à fratrum menſâ voluit ſeparari, licèt cubiculum ejus à publico Refectorio procul diſtaret, & gradus plurimi difficultatem facerent aſcendendi in cœnaculum: Rogatus enim à fratribus, ut ſuæ parceret aliquantulum infirmitati, reſpondit ſubſtomachando; dicens, *Non erit* Gilebertus *exemplum ſucceſſoribus ſuis comedendi delicias in Camerâ*: & ſic utroq; latere manibus fratrum portatus, magno cum labore acceſſit ad menſam, ubi corpuſculum magis inediâ affecit, quàm refecit; nunquam vaſis Dominici & fratrum memoriam prætermittens: Surgens à menſâ & reportatus ad cubiculum, quod reliquum erat Diei in ſimiles uſus expendit.

De

De magnificentiâ ejus.

HIc eſt beati patris *Gilleberti* vitæ excurſus, vivendi modus: hæc virtutum experimenta, & morum inſignia, quibus & potentiſſiorum principum factis magnificis ſupergreſſus eſt magnitudinem, & ſanctiſſimorum hominum, non ſolum imitatus eſt, ſed etiam imitandum in ſe exibuit exemplum: Quis enim optimatum ſeculi, Regum dico vel pontificum, tantam tantorum operum potuit in noſtris temporibus ſummam adæquare; cum ille pauper, ut dicitur Clericus, primò totum patrimonium ſuum, omnia ſcilicet quæ habuit, largitus, ex diminutione incrementum, & ex paupertate tantas congregavit divitias: Sed, quod magis arbitror mirandum, homo ſecularis & in Curiâ miniſtrans, monaſticæ diſciplinæ normam, ab homine non didicit, quam tamen tenuit; nec ſolum ipſe ſervavit, ſed multis cuſtodiendam contradidit: Undè præ ſanctitate Deo amabilis, & ex magnificentiâ hominibus factus eſt admirabilis; ex utroq; autem omnibus venerabilis. Reges & principes illum honorabant; Pontifices & prælati devotè ſuſcipiebant; propinqui & extranei valdè diligebant; omnis plebs ut ſanctum Dei colebat. Vidimus Epiſcopos, genibus ejus provolutos, benedictionem ſuam petere, & de extraneis regionibus, in quibus fama ſanctitatis ejus perſonuerat, quoſdam Epiſcopos adventantes aliquid de veſtimentis ejus poſtulare, quod in terris ſuis locis celebribus ſuſpenderent pro Reliquiis.

De eo quoq; quidam præſules, in ſuis ſcriptis & ſermonibus popularibus, illud prophetucum interpretati ſunt, *Erubeſce* Sydon *aiit mare*; ſc *Sydonem*, illum verò mare appellantes, eo quod homo ſecularis, & nullius eccleſiaſticæ dignitatis, ſummos Eccleſiæ paſtores, non modo æquiparare, verùm etiam ſuperare in promotione Eccleſiæ videretur. Rex etiam inclitus *Henricus* ſecundus, tantum ei detulit munus honoris, ut illum ad Curiam pro negotiis Eccleſiæ venientem, non ſit paſſus ad ſe venire; ſed ipſe magis ad illum in hoſpicio ſuo audiendum, cum proceribus ſuis ire non erubuit, & benedictioni ejus ſe humiliter ſummittere, & monita ſalutis ab eo audire non recuſavit. Regina quoq; *Alianora*, filios ſuos, Reges futuros, ab eo gaudebat benedici: ſtatum enim Regni ſui, & rerum ſucceſſum vitæ illius præſentiæ & precum ejus obtentui deputabant; undè, cum poſtea nuntium obitus illius idem Rex *Henricus* audiret, cum impugnaretur à filiis, graviter ingemeſcens ait, *Verè cognovi illum migraſſe à ſeculo, nam ideo invenerunt me mala iſta, quia non ſupereſt ipſe.* Loquebatur ex magnitudine doloris & amoris; quam ſi rationem vis doloris admiteret; ſcire poterat, quod efficaciùs in cœleſtibus, quàm in terrâ pro eo intercederet: quod ut ei ab aſſedentibus proceribus ſuggeſtum eſt, tandem conſolationem recepit.

De miraculis in vitâ ſuâ factis.

TAliter novit Dominus glorificare Sanctos ſuos, apud homines; qui quos juſtificat, hos & magnificat; & qui lucernam accendit, & in abſcondito non ponit, ſed ſuper Candelabrum, ut qui ingrediantur lumen videant: Quales quoq; apud ſe illos habeat, etiam in conſpectu hominum manifeſtat, qui futuræ in eis dignitatis gratiam præire facit miraculis, quatinus quam teneant homines viam agnoſcant, & de ſpei veritate ſecuri fiant, ut ad vitam perveniant. Simili pietate, & circa hunc Sanctum ſuum, uſa eſt bonitas divina, gratiam primitùs infundendo quâ meritis emineret, & miſericordiam poſtmodum augendo, quâ eadem merita virtutibus illuſtrarent. Hæc ſunt igitur, quæ per beatum patrem noſtrum *Gilebertum*, adhuc in carne poſitum, operatus eſt Deus mundo miracula.

Licet enim non ſunt hæc tempora ſignorum, juxta illud, *Signa noſtra non vidimus, jam non eſt prophetia*; & ipſe magis moribus ſtuduerit quam miraculis, in atteſtationem tamen piorum operum, & confirmationem ſermonum, præter multarum quæ fecit lucra animarum, quæ præjudicant miraculis, quædam per eum divinitùs facta ſunt ſigna, quibus & ſanctitas vitæ ejus, & ſinceritas doctrinæ commendatur: Sic enim revelatum eſt cuidam viro nobili & fideli, totam ſcilicet terram per eum lætificandum; *Adam* de *Amundavillâ* hic erat, miles opulentus & fide dignus.

nus. Vidit hic per somnium, quasi in medio populorum multorum, in quadam planitie consistentium, descendere Pontificem quendam, pontificalibus ornatum: quem cum interrogâsset quis esset; *nonne*, inquit, *me nosti, qui jam in meo servicio bis fuisti?* Fatenti se nescire, respondit præsul, *Ego sum* Thomas Cantuariensis *Archiepiscopus, quem Sanctum* Thomam *appellant.* Gavisus ille & admiratus; gratias, inquit, Deo, qui tanta pro te Domine operari dignatus est: nam nunquam fuit, nec erat aliquis, ut putamus, in terrâ nostrâ, de quo tanta oriatur leticia. Ad quem ille; *Erit, inquam, quærenti nomen ejus, Sanctus*, uno verbo respondit, *Gilebertus*, quem non alium nisi hunc nostrum præsumimus esse *Gilebertum*: Quod enim nondum talis fuerit, certi sumus: quod autem nec futurus est, per hæc colligimus: nam præterea, quæ fututa speramus gaudia, quæ de quo major poterit esse lætitia, quàm de viro, qui tot hominibus, & animarum & corporum providit stipendia: Quæ major leticia in terrâ nostrâ, quam quod eam tantorum operum magnificentiâ, & tantâ signorum honorat frequentia? Quæ major letitia, quàm quod non solum suam regionem, verùm totum orbem Romanum suâ illustrat gloriâ? Quæ major letitia, quàm quæ hominibus simul, & Angelis collata est? Videmus eam jam & tenemus, & præ gaudio, quæ novimus silere non possumus, sicut nec debemus.

De infirmitate quâ obiit.

PErfectis igitur, tam suæ perfectionis meritis, quam suarum congregationum necessariis instrumentis, cum disponeret dominus labores illius æternâ requie munerare: appropinquante tempore vocationis suæ cæpit plus solito lacessere; pronuntiavitq; se in hac vitâ diutiùs non posse subsistere, quia totius naturæ corporalis amminiculis destituebatur: morbo nempè & senio confectus: hinc compellitur migrare, & morbus quidem ex proprietate inhæsit naturæ, nam solet semper senium comitari; sed senectus ex dono duravit gratiæ, quam mirabile fuit, hominem tot pœnis attritum, hiis diebus, cum tanto corporis vigore posse pervenire ad centennium, & cum ipse centenariam excesserit ætatem, membris omnibus sui corporis, præter visum oculorum incolumis: Sed voluit Dominus multis eum exercere laboribus, & complere labores illius, quatinus merces ejus multa esset in cœlis: Non est ergo de quo queratur natura; non est in quo derogetur gratiæ, quam utriq; satisfacere paratus est ipse: naturæ quidem, ut desinat vivere; gratiæ verò, ut si expedierit, vitam velit protelare: Mox igitur insinuavit per literas omnibus Ecclesiis sui resolutionem imminere; orans, ut orationibus suis, exitum ejus munirent; & relinquens post se benedictionem, omnes, qui post ejus decessum futuri essent Ordinis amatores, & unitatis congregationum defensores, absolvit ab omnibus contra regulam & instituta præsumptis excessibus: machinantibus autem dissidium & discordiam contestatus est, suam non posse prodesse absolutionem, cum in conspectu Dei non pœnituerint, constet eos penitùs esse reprobatos: Instante itaq; tempore, quo sancta illa anima, carnis erat relictura hospicium; nocte quâ natus est Dominus, apud Monasterium quod est insula de *Kadeneiâ*, extremæ unctionis, dominiciq; corporis munitus est Sacramentis; & sic horam exitus, quâ decuit & oportuit, expectavit devotione: sed cum necdum carnis vinculis solveretur, accepto tempore oportuno, quam citius potuerunt Comites & Capellani ejus, illum indè removerunt; & timentes ne fortè à potentibus seculi, per quos erat transiturus, raperetur, aut vi retineretur, in suis Ecclesiis aut monasteriis sepeliendus; divertentes à recto itinere, quàm occultè, quàm velociter potuerunt, ad Sempingham detulerunt, ut ibi sepulturam acciperet, ubi Caput constituerat Monasteriorum: in quo spatio sibi divinitùs indulto, accedentes ad eum, omnes Ecclesiarum ejus prælati (vel præpositi) & plures alii ejus discipuli, benedictione ejus & colloquiis sunt armati; & de pace, & de unitate, Ordinisq; rigore, post dies suos servando sollicitiùs admoniti & instructi. Ultimo autem die vitæ ipsius temporalis, cum omnibus abscessissent à Domo, quâ jacebat, agens in extremis, solus ante grabatum ipsius resedit, qui ei successit in officio.

Cumq; diu antea siluisset, utpote in extremo alitu constitutus; nec quisquam aliquid

quid ei fuisset locutus, neminem videns, neminem audiens; in spiritu tamen, ut intelligimus, assidentis intelligens præsentiam, morosè, distinctè & apertè hunc versiculum Psalmi inmurmuravit, dicens; *Dispersit, dedit pauperibus, & repetivit*, quasi exponens, Dispersit multis, dedit non vendidit; pauperibus non divitibus; & subnectens, *Tibi*, inquit, *amodo incumbit*; quædam alia, quæ non novimus subjungens. Quorum sententiam verborum absq; sanioris interpretationis præjudicio eidem ipsi maximè arbitror convenire, qui sua omnia multis, quos ad Dei servitium adunaverat, dispersit, & respectu caritatis dedit, non pro terrenâ aliquâ recompensatione vendidit pauperibus, scilicet qui eum recipiant in æterna tabernacula; non divitibus, quibus dare superfluum est, & non meritorium, cum & ipsi difficile intravit in regnum Cœlorum; undè pro his in fine mercedem recepturus exultat, & ei, quem sibi successurum prædicit, similitudinem agendi indicit. Sic gloriatur *Paulus* in his, undè magis confidit, cum tempus resolutionis suæ instat; dicens, *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi; de reliquo reposita est mihi Corona Justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illâ die justus judex.* Et *David*, *Scottorum* Rex sanctus, cum mors esset ei in januis, septies hunc versum Psalmi, ubi spem suam posuerat, repetivit, dicens; *Feci judicium & justitiam, non tradas me calumniantibus me.*

De obitu ejus.

POsterâ die, quâ præteriri non poterat, illuxit Sabbatum; tempus scilicet, quo requiesceret à laboribus suis: nox præcessit; dies autem appropinquavit, quia dicere potuit, *non me tenebræ comprehendent, nec conculcabunt* me; Hora erat *Matutinarum Laudum*, & hora exitus matutini; nec deerant qui dominum laudabant astra matutina, dicat quod sequitur: Vix aliquid dicere poterant, qui interfuerant: singultus enim & lachrimæ adhærere fecerunt linguas suas faucibus suis; lachrimosa enim illa dies, quæ tulit nobis patrem & pastorem nostrum, germanum & amicum; nec qualem patrem habent vel amittunt cæteri in Monasteriis subditi; sed qui omnes nos, quotquot fuimus, quotquot fueramus genuit in verbo Evangelii, & fovit, ut nutricius, quemadmodum Gallina congregare pullos suos sub alas. Cæterum, quid faciemus, te facto de medio, Domine? Ad quem ibimus? Quem sequemur? Timemus enim te percusso dispergi, sicut oves errantes absq; pastore; nam non oportet flere super te, sed super nosmetipsos & super posteros nostros: Sed non est, quod queramus de tempore, nec quod doleamus de casu; quia extunc cœpit consolatio nostra, & tibi provenit gloria sempiterna: non est ergo, quod pro te, non est quod pro nobis lugeamus, sed potiùs tibi congaudeamus, & omnes nobis. Hoc enim seculum est: Sabbato ergo illo, pridie scilicet nonas *Februarii*, anno ab incarnationis dominicæ *MCLxxxix.* Cum nox immutaretur in diem, dum celebrarentur *Laudes* à Conventu, à tenebris hujus seculi & laboribus mundi, ad veram lucem requiemq; æternam migravit, plusquam centennis senex & plenus dierum, habitaturus in domo Domini, & Deum in secula laudaturus; ubi in Ordine suo, ut dignus erat, sicut cuidam postea revelatum est: Credimus enim inter agmina virginum beatam sedem percepisse à Domino: non enim defuerant manifestæ visiones & revelationes, personis fide dignis factæ, quibus certissimè colligatur, ipsum Sanctorum consortio conjunctum esse in cœlis.

Visio cujusdam Præpositæ.

NAm nocte eadem, quâ migravit à seculo pater *Gilebertus*, visio talis apparuit uni ex non suis, sed ex alterius Ordinis monialibus, *Agnetæ* nomine Præpositæ de *Apeltonâ*, quod est Monasterium virginum in provinicâ *Eboraci.* Vidit illa, quasi in loco amœnissimo Ecclesiam magnam, & ab occidente ipsius, domum spaciosam, in quâ parabantur exequiæ velut alicujus magnatis; feretrum scilicet pannis sericis ornatissimum, cum crucibus & Candelabris, & cæteris ministeriis solemnibus. Admirata tantum apparatum, quantum non viderat uspiam circa defunctum, quæsivit à quodam è turbâ, quæ ibi erat copiosa, quisnam esset defunctus, cui tanta obsequia

deferebantur. Tunc reſponſum eſt, Magiſtrum *Gilebertum* de Sempingham migrâſſe de mundo, & eum cum tantâ veneratione debere ſepeliri : Nec mora, erexit ſe in loculo, qui intùs jacebat, & ſumptâ in manu virgâ paſtorali, inchoavit voce altiori & dulciori, quod unquam illa audierat, hunc verſum ſequentiæ ita modulando, *Puræ mentis gaudia oſtendamus, eja in vocis melodiâ.* Omnes etiam, qui aderant, elatis in cœlum vocibus, concinebant cum eo, & cantantes proceſſerunt verſùs baſilicam. Videns illa viventem, qui dicebatur mortuus, indignata reſpondit ei, qui rem ſibi indicaverat, *Putas me non nôſſe Magiſtrum* Gilebertum ; *novi enim optimè ; & jam non eſt mortuus iſte. Quem dicis ipſum eſſe ?* Ad quem ille, *An ignoras quid contigit beato* Johanni *Evangeliſtæ : Sicut enim ille matrem Domini accepit in ſuâ ; ita iſte eam imitantes ſumpſit in cuſtodiam.* Tunc illa, *Novi*, ait, *quia Dominus meus eſt, & advocatus hujus loci ; & vitam ipſius ferè totam memoriter teneo.* Mox ille. *Sicut*, inquit, *actum eſt ei, ita fiet & iſti.* Procedentibus igitur cunctis, interrogavit illa, *quonam erant proceſſuri* & reſponſum eſt, *omnes mundi proceſſiones, illi proceſſioni obviaturas.* Ingredientibus autem illis in Eccleſiam, & ante magnam Crucem conſiſtentibus, ; ecce, ex omibus mundi partibus innumeri populi confluentes, præcedentibus Choris & altiſonis concinnentibus plures confecere, quarum quaſdam noverat proceſſiones. Videns illa tantas turbarum multitudines, timens ne ab eis comprimeretur, exivit ; & ſtatim excuſſo ſomno, tantam ſenſit in naribus odoris ſuavitatem, quod toto die, & multo tempore ſequenti, retinens fragrantiam miro modo reficiebatur. Tunc pulſatum eſt ad *Matutinas*, & veniens in baſilicam, innuit circumſtantibus ſororibus Magiſtrum *Gilebertum* de Sempingham certiſſimè obiſſe, ut cognoverat in ſomnis : accepto quoq; poſt modicum, mortis ipſius nuncio, collegit ipſam fuiſſe tranſitus ejus noctem & horam, quâ hæc viſa ei parverunt.

Alia viſio.

SImilia, & ſi non eadem, vidit mulier ingenua, & optimis moribus inſtituta, uxor viri boni *Radulfi* de *Hauvillâ*. Videbatur ſibi videre & audire in ſomnis multitudinem Angelorum, cum immenſis laudibus, & concentibus dulciſſonis, aſcendentem in cœlum. Poſtquam aſcenderunt aliæ duæ turmæ ſpirituum beatorum oppoſitis vultibus ; ferentes intra ſe tres pueros in lintheamine. Medius à cingulo ſurſum apparebat, calvus capite, puer tamen facie ; duo circa reſidentes, ab humeris ſurſum eminebant multùm eo inferiores. Querenti qui eſſent, reſponſum eſt, medium illorum eſſe Magiſtrum *Gilebertum* de Sempingham, qui mortuus mundo, iturus erat ad Deum. Putanti, & percunctanti, ſi alii duo eſſent Ordinis illius Canonici ; Dictum eſt, non eos eſſe Canonicos, bonos tamen & Sanctos ad Dominum ſuum tranferendos. Hæc vidit mulier fidelis illâ nocte obitus ejus, & experrecta retulit viſionem marito : annotanſq; diem, invenit ipſam eſſe, quâ Sanctus migravit è ſeculo. Quo autem portaretur, vel ubi reponeretur, revelatum eſt poſtea cuidam ex ſuis Canonico : nam non multo tempore poſt deceſſum Sancti elapſo, vidit in ſomnis quidam Canonicus Ordinis de Sempingham, unum ex fratribus ſuis, nuper antea defunctum : quem, cum de pluribus interrogâſſet, & ille ſuis interrogationibus ſatiſfeciſſet, de ſtatu etiam Magiſtri, ubi eſſet, vel quid ageret, aut pateretur ſciſcitatus eſt. Ad quem ille ; *Non eſt*, inquit, *nobiſcum, altior enim locus tenet eum : nam ex quo migravit è ſeculo, ſtatim inter Choros virginum collocatus eſt.* Non abhorret à vero iſta viſio, quam ſi, ut credimus, redditus unicuiq; ſecundùm opera ejus, & teſte veritate, amici de mammonâ iniquitatis facti, factores recipiunt in æterna tabernacula. Juſtè virginibus eſt adunatus, qui & virgo corpore & mente, carnis ſcilicet & fidei integritate Sanctus permanſit in ævum ; & omnia ſua virginibus largiens, pro multarum ſervandâ virginitate totâ vitâ ſuâ laboravit ; undè, ſicut qui recipit juſtum in nomine juſti, mercedem juſti accipit, ita qui recipit non unam, ſed quamplures virgines, in nomine virginum, mercedem virginum meritò accepit : ſed & prælatus multarum Eccleſiarum, hominum præcipuè continentiam voventium, dignè fructum centeſimum percepit, qui debetur virginibus, & martyribus, & prælatis.

De

De Sepulturâ ejus.

HÆc circa ſanctam animam illam geſta fuiſſe credimus officia cœleſtia; circa corpus verò exanime, ritè per quatriduum celebratæ ſunt exequiæ, donec mandati omnes Ordinis Priores & Præpoſitæ, ad tanti patris funus conveniſſent, qui eo die, cum reliquis omnibus ejuſdem profeſſionis ſecum annumeratis, pluſquam duo millia ducenti inventi ſunt. Quartâ die, hæc eſt feria tertia, aſtantibus quibuſdam Abbatibus, & tam de ſuis quam de aliis cœnobiis & Eccleſiis præpoſitis multiſq; utriuſq; ſexus religionis perſonis; necnon & nobilibus & divitibus ſeculi, cum innumero populo, qui audito tranſitu Sancti, undiq; confluxerant, completis Miſſarum ſollemniis, venerabile illud corpus, priùs aquâ perlotum, quæ multis ægrotis poſtea data in potum, profuit ad ſalutem; ſacris & ſacerdotalibus veſtimentis involutum, in loco Sepulchri, inter majora Altaria, ſcilicet beatæ *Mariæ*, & beati *Andreæ* Apoſtoli, Cœnobii de Sempyngham, quaſi in ſpeluncâ duplici, ubi ex utraq; parte parietis intercluſi, hinc à viris, illinc à mulieribus poſſit cum veneratione adorari, honorificè collocatur: nec tamen lapis foveæ ſupponitur, donec omnes, qui affuerant, tanquam ultimum vale dicentes, Sanctum & dilectum corpus, quâ quiſq; poterat parte contingere, amplexati certatim oſcula infigerent: Nec erat alicui etiam pueris & puellulis horror inextincti cadaveris deoſculatione; quia fides tangendi præbuit auſum, & devotio indidit amoris indicium. O quantus luctus omnium! quanta præcipuè lamenta Clericorum & virginum Chori, cum primum & præcipuum amitterent paſtorem, nec ſimilem poſt eum ſe habiturum ſperarent: ſed qui in electo famulo ſuo opera ſua omnia operatus eſt Deus, per quem erat vir in cunctis proſperè agens; nec operarium mercede, nec opera debita defraudavit conſummatione, quod è vicino ſequentia ſigna manifeſtè declarârunt.

Subſtitutio primi ſucceſſoris ejus.

MAximum enim & mirandum contigit ipſo die humationis ejus miraculum, quod ſcilicet tradito ſepulturæ corpuſculo, mox contra ſpem omnium, conſenſu & petitione omnium, abſq; omni obſtaculo & contradictione omnium, ab utroq; ſexu, & ab omnibus perſonis, pater & Paſtor, qui nunc præeſt, eligitur, & in caput, quod membra regat, diſponat & contineat, ſullimatur: à nonnullis enim, & ferè ab omnibus comprovincialibus, quaſi certum præſumebatur, quod ex quo tam ſtrenuum decideret Caput, ilicò contingeret à domo de Sempyngham membrorum ſuorum diſceſſio: Undè ſtupentibus cunctis, & quid egiſſent mirando, ſecum conferentibus, non erat aliud reſpondere, niſi quod, qui ſemper paci ſtuduerat, dum viveret, pacem quoq; perpetuam, mox ut in conſpectu Dei venerat, ſuis impetravit. Secuta ſunt & alia innumera, cum hiis quæ ſubjecta ſunt, & miraculorum inſignia; quibus non modo humanorum corporum, verùm & cordium curantur diſpendia, dum per eorum exhibitionem & operum ejus emuli confunduntur, & de gloriâ dubii abſolvuntur, & factorum expreſſioni derogantibus ora clauduntur: Ipſe nobis meritorum ſuorum interventu, & precum obtentu, vitia compeſcat, adverſitates depellat, virtutem ſubminiſtret, profectum & augmentum veræ religionis ſuæ & univerſali Eccleſiæ conferat, & fines noſtros pacem æternam diſponat, preſtante domino noſtro *Jheſu Chriſto*; cui, cum patre & Spiritu Sancto, honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Incipit Canonizatio beati Gilberti.

QUantum apud ſe magnificaverit beatum *Gilebertum* gratia ſuperni conditoris, qui viventi, in omnibus cooperatus eſt, etiam defuncti gloriam confirmare dignatus eſt ſequentibus ſignis; quorum veritas manifeſta, qualiter in lucem venerit, ne quis præſentium vel futurorum de eâ poſſit ambigere, breviter rei Ordinem, prout geſta eſt, retexemus. Cum igitur vir Domini *Gilebertus* migrâſſet è ſeculo, ad declarandum Deo accepta fuiſſe ipſius merita, cœperunt primo depoſitionis

suæ anno, & deinceps ad tumbam ejus crebro fieri virtutum insignia: sed Fratres *Sempinghamenses* Cœnobii, ut religiosorum mos est, secreta quærere, & mundi gloriam fugere, ea palam facere neglexerunt, ne suas viderentur velle phylacterias dilatare, si ea quæ per suum institutorem parrata sunt, divulgarent. Evolutis deniq; ab obitu ipsius plusquam *xl.* annis; cum multa multis in locis per eum facta fuissent miracula; adverterunt quidam ex fratribus per illam factorum occultationem Dei & Sanctis ejus; necnon & Ecclesiæ sanctæ honorem non revelari, & sapientum freti consilio, ad virum sapientissimum *Hubertum Cantuariensem* Archiepiscopum rem detulerunt: qui tot & tantis auditis mirabilibus, abortis præ gaudio lacrimis, gratias Deo exsolvit multiplices, qui talia illis temporibus pro viro indigenâ operari dignatus est: Et licet de ejus sanctitate, quem benè noverat, & cujus honestas & opera tam latè claruerant, non dubitaverit; ad ingerendam tamen aliorum mentibus pleniorem certitudinem, celebri decrevit investigatione audita perquirere: mittensq; ad quosdam provinciæ illius Abbates, mandavit per literas suas, ut diligentem, super hiis, facerent inquisitionem; & inquisitâ, suis scriptis ei notificarent, quatinus de hiis omnibus plenius instructus, ad celebrandum illius Sancti Canonizationem Apostolicæ sedis, securiùs posset petere auctoritatem.

Abbates autem, quæ jussa fuerant exequentes, adjunctis secum plurimis, tam secularibus quàm religiosis, ecclesiasticis personis, pariter accesserunt ad Domum de Sempingham *ix.* die *Januarii*, anni incarnationis Domini *MCCi.* quo die inclitus Rex *Anglorum Johannes*, cum suis proceribus, domum illam visitavit; & omnia, quæ ibi invenerant, de miraculorum eventu, sub districtâ examinatione discusserunt; suisq; scriptis, tam illi, quàm Domino Papæ significaverunt. Dominus autem *Cantuariensis*, ea quæ acceperat ad Romanam Curiam nunciavit; directisq; Epistolis personam Sancti, & magnifica opera, digna laude, commendavit; ejusq; revelationem, prout justum fuerat, postulavit. Ejus etiam hortatu, plures ex Episcopis & sullimioribus Abbatibus *Angliæ*; plurimiq; Priores & prælati Ecclesiarum, literas commendativas, & idem petentes transmiserunt: sed & illustris Rex *Anglorum Johannes*, cum quibusdam suis proceribus, eadem nichilominus prosecutus est: Proficiscentes igitur duo ex literatis fratribus, cum omnibus hiis testificationibus, necnon & scripto, seriem vitæ & operum ejus continente, Romanam Curiam adierunt; in quibus illud, non sine miraculo contigit, quod in maximo æstivi temporis caumate, quando pestis plurimos peremerat, redierunt incolumes, inter medios hostes, qui eis insidias tetenderant, quasi acroisiâ percussos, ad instar *Helysei*, transierunt illæsi.

Redeuntes autem à Curiâ, mandatum Apostolicum ad memoratum Archiepiscopum *Cantuariensem*, & ad Episcopum *Elienſem*, & de *Burgo*, & de *Wardoniâ* Abbates reportaverunt; quo injunctum est eis, quatinus ad locum sepulturæ ejus pariter accedentes, triduanum jejunium toti Collegio ipsius Ordinis sollemniter indicerent; ut universi fratres orantes & rogantes ab eo, qui est via, veritas & vita, postularent & implorarent aperiri viam inveniendi super hæc veritatem ad vitam: ac deindè, non solùm per testimonia, sed per testes, per famam quoq; vulgatam, & scripturam autenticam, de virtute morum, & de virtute signorum, operibus videlicet & miraculis, certitudinem inquirerent; cunctaq; fideliter conscribentes, sub testimonio Sigillorum suorum, per viros ydoneos, qui etiam sub hiis fidem facerent, in præsentiâ Domini Papæ jurati, ad sedem Apostolicam destinarent. Quæ omnia, juxta formam mandati Apostolici ritè peracta sunt: Nam *vi.* Kal. *Octobris* sæpedictus Archiepiscopus, cum *Elienſi*, *Batonienſi*, & *Bangorienſi* Episcopis; Abbates quoq; de *Burgo* & de *Brunnâ*, quia ille de *Wardunâ* ad Capitulum *Cistercienſe* fuerat profectus: Priores etiam plurimi, & quidam Archidiaconi; necnon & Canonici & officiales *Lincolnienſis* Ecclesiæ; famosiq; magistri multi, cum multâ turbarum frequentiâ, domum de Sempingham advenientes, post celebratum triduanum jejunium, invocatâ primitùs Spiritus Sancti gratiâ, testes juratos; tam religiosos, quàm seculares; tam Clericos, quàm laicos; tam viros, quam mulieres, super virtute signorum quæ facta sunt, prestito priùs Sacramento diligentissimè examinaverunt: quorum attestationes fideliter in scripturam redactas, sub Sigillis suis, clausas, Domino Papæ transmiserunt; adjicientes insuper de vitâ & conversatione

ejus,

ejus, & famâ vulgatâ audita teſtimonia: ubi, dum per quatriduum morarentur aperta, & divinitùs veritas, quam quærebant per quoddam inſigne miraculum, ad Sepulchrum Sancti tunc factum, de curato juvene quodam, jugem Capitis rotationem, & vicariam mentis alienationem, per anguſtia morbi patiente: qui non multò poſt, ad hoc teſtificandum *Romam* miſſus, ſanus perrexit, ſanuſq; repedavit: Nam miſſi ſunt illicò *Romam* quinq; Canonici ſacerdotes; & ſex laici ſeculares, quorum quidam, per merita Sancti à ſuis incommodis fuerant liberati: quidam illorum & aliorum interfuerant curationibus, ut quod antea fuerat per literas Domino Papæ ſuggeſtum, modò per vivam præſentium vocem fieret indubitatum.

Pergunt igitur dicti nuncii, alacres, itinera ſua de Dei & Sancti, propter quem ierant confiſi ſuffragiis; maximè cum læta quædam ſomnia, & ante profectionem ſuam, & in profectione, viſa, & itineris proſperitatem, & negotiorum perfectionem ſibi promiſiſſent: & non cum magnâ difficultate venientes quo tetenderant; licèt *Sathanas*, vel ad modicum iter eorum impedire conaretur, ſecundo *Kal. Januarii* venerunt *Romam*, & quarto *Nonas* ejuſdem, *Agnaniam*, ubi tunc fortè Dominus Papa morabatur. Tantam autem dedit eis dominus gratiam in oculis ſummi Pontificis & Cardinalium, quod decimo die adventus ſui, impetratis gauderent poſtulationibus: habito namq; coram Apoſtolico inter Cardinales ſuper hiis deliberativo tractatu; inſpectiſq; teſtimoniis quæ attulerant, & juratis teſtibus qui venerant, & diligenter examinatis, cum maxima in omnibus inveniretur concordia, & pro humanâ ratione rem debere perfici potuiſſet judicari: placuit tamen divinæ diſpoſitioni ſuam enodare cenſuram, & ipſi Domino Papæ divinum conſilium ſuper hiis flagitanti, quæſitæ rei taliter innotuit veritatem. Nocte quadam, infra decem dies illos, poſt adventum eorum ad Curiam, jacuit plus ſolito dominus Papa pervigil in lecto, & cœpit ſecum cogitare de S. *Gileberti*, quam petebatur, canonizatione; rogavitq; Deum, ut ei aliquo indicio revelare dignaretur, quid eſſet indè acturus, & ſi id foret agendum, ſuum largiretur auxilium: Intercepit illicò ſomnus cogitationem; & in ſomnis talis viſio apparuit; Vidit præ oculis turrim ingentem & eminentem; in quam volens ingredi, manibus conſtipantium, ex more, introductus eſt; invenitq; in eâ lectum, ſtratum, & ornatum pulcherimum; & circa lectum cortinam ſericam & precioſam appenſam, Sanctorumq; iconiis inſignitam.

Admiratus decorem & ſplendorem cortinæ, quia talem circa lectum ſuum, cum eſſet ſerica, non haberet; nitebatur ad ſe eam trahere, & cœpit quaſi ſuere, ut illam ſuper ſuum grabatum adaptaret: interim divertentes in aliam Cameram, quæ propè videbatur, & reverſus quæſivit ſecum attentiùs, quidnam eſſet acturus de negotio Canonicorum de Sempingham, & de Canonizatione Sancti illius, quam petebant: Vox ergo de ſurſum lapſa eſt, dicens ad eum, *Michael Archangelus* erit adjutor tuus in illo negotio. Expergefactus ſummus Pontifex, de tantâ & tam manifeſtâ revelatione exhileratus, intellexit apud divinum arbitrium illud perfectum eſſe negotium, & à ſe apud homines eſſe perficiendum; ſtatimq; ſpecialem Orationem de eo compoſuit, quam & ſecretam & poſtcommunionem, quas poſtea edidit, decrevit in commemorationem ipſius eſſe dicendas. Oratio autem hæc eſt, *Plenam in nobis &c.* Secreta, *Accepta ſit tibi &c.* Poſtcomunio, *Quod ad te Domine &c.* Porro vir cautiſſimus omni certitudine fieri nolens ſuffultus, interpretationem ſomnii queſivit à viro quodam ſanctiſſimo & eruditiſſimo, Abbate *Reinero*, qui ſolitariam in montibus agens vitam, prænotâ tanctitate & ſcientiâ, tam Papæ quàm toti Eccleſiæ habebatur venerandus: Hunc ergo aſcitum juſſit dominus Apoſtolicus de ſomnio cogitare, & ſignificationem illius enodare: Cui ille, ſpiritu *Joſeph*, ſive *Daniel* repletus; *Non eſt*, inquit, *diu ſuper hoc cogitandum, quoniam ſomnium & interpretatio ejus manifeſta ſunt: Turris enim alta & eminens, quam vidiſti, Papalis eſt excellentia; in quam, ut volebas, ab aliis eſſe delatus; quoniam non tu eam arripuiſti, ſed alii te ad illam elegerunt: lectus ornatus, conſcientia eſt munda, in quâ velut in lecto pauſandum, juxta illud Pſalmiſtæ*, Lectum meum lacrymis meis rigabo: *Cortina circa lectum, ymagines habens Sanctorum, commemoratio eſt Sanctorum, quæ ornat conſcientiam; dum corde & opere eorum retinetur memoria: Suere cœpiſti in eo, dum de hoc Sancto, de quo agitur, tractâſti; qui & meo judicio inter Sanctos deinceps eſt commemorandus. Quod petiſti vigilans, dormiens poſtulâſti, & annuit Deus voto tuo, dum*

Michael Archangelus *promittitur tibi adjutor, nec immeritò*; Michael, *enim præpositus est Paradysi, & princeps constitutus à Deo super omnes animas suscipiendas; qui & hanc sanctam animam inter Sanctorum animas suscepit; & in illâ supernâ Curiâ spirituum beatorum, cui præsidet* Michael, *decretum est, & istum nomine Sancti, & honore debere amodo censeri: Infue ergo illum, ut dignus est, Cortina illi; id est Sanctorum commemorationi adjunge.*

Placuit Pontifici sententia Abbatis; nec morâ, convocatâ omni Curiâ Romanâ, quæ tunc erat ibi benè generalis, præsente Archiepiscopo *Remensi*, qui magnum sanctitati beati *Gileberti*, quem noverat, dum juvenis esset in *Angliâ*, tulit testimonium, coram omni Clero & populo, circumsedentibus omnibus, solis nunciis illis stantibus, Papa ipse grandem & prolixum texuit sermonem, super meritis & miraculis *S. Gil.* & testimoniis acceptis, testibusq; admissis; multisq; propositis rationibus & allegatis, quæ necessariæ erant quampluribus causis, canonizavit eum de communi assensu totius Ecclesiæ; memoriamq; ejus inter Sanctos celebrandum esse decrevit.

Facta est autem hæc Canonizatio beati *Gileberti*, exigentibus propriis meritis, attestantibus miraculis multis, suadentibus revelationibus plurimis, Sanctorum Cathalogo ascripti, anno ab incarnatione Domini *MCCii.* tertio Idus *Januarii*; sextâ videlicet ætate seculi; sextâ die apparitionis Domini, & feria sextâ, horâ sextâ diei, anno sexto decem novenalis cicli, sextâ literâ Alfabeti dominicali, apud *Anagniam*, à domino *Innocentio* Papâ tertio, per generalem Curiam Romanam; Regnante in *Angliâ Johanne*, *Henrici* Regis secundi, filio; pontificante sedem *Cantuariæ Huberto*; imperante ubiq; domino *Jesu Christo*, cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

De translatione S. Gileberti *Confessoris.*

REvelatâ igitur beati *Gileberti* gloriâ, & Canonizatione ejus in principali sede, ut prædictum est, sollemniter celebratâ, summus Pontifex sua direxit scripta ad Archiepiscopos *Angliæ*, & ad Capitulum Ordinis de Sempingham, omnia in eis retexens, quæ à principio primæ inquisitionis signorum & sanctitatis ejus facta sunt; quamq; maturè & discretè ea tenus processum esset ostendens; demandans in fine, quatinus ipse sollemniter & cautè statuerat illi humiliter & devotè conservarent; facientes festivitatem ipsius per suas provincias sollemniter celebrari: Archiepiscopo autem *Cantuariensi* dedit in mandatis, ut cum à fratribus illius Ordinis fuisset requisitus, quia in suâ provinciâ tumulatus est Sanctus, corpus Confessoris ejusdem, cum honore debito & reverentiâ elevaret. Quod mandatum, tanquam de cœlo missum, tam prædictus Archiepiscopus, quàm fratres Ordinis prædicti implere cupientes, præparatis quæ necessaria erant, elevando corpori quam totiùs instiuerunt. Licèt enim, sicut in antiquis, & quondam ignotis sanctis, quod ipsa vetustas, vel hominum incuriâ, seu inscitiâ, diu occultaverat, nulla visio præmonuerit hanc facere translationem; sufficere sibi tamen credebant, ad hoc opus aggrediendum, primò per Deum, postea per homines ita manifestè factam ejus revelationem; præsertim cum mandatum super hoc Apostolicum suscepissent, cui tanquam divino præcepto obedire consuerunt. Et quoniam à summo Pontifice adhuc superstite, & ipsi viventes ad hoc incitabantur, timentes moram fore periculo, quæ jussi fuerant, absq; tarditate executi sunt.

Anno igitur Domini *MCCii.* memorati fratres, in vigilia S. *Crucis*, tam dictum Archiepiscopum, per Magistrum suum, & majores Ordinis convenerunt; instantes, ut die dominicâ proximâ post festum S. *Dionysii*, translationem beati *Gileberti* Confessoris perageret: Quod devotus annuit & libens, & pro sollemnitate, quam tanti processus negotii desiderabat. Hoc, omnibus coepiscopis suis, per *Angliam* constitutis, denunciare curavit, mandans & exhortans, ut omnes qui possent, unâ cum ipso, ad diem prædictum interessent; & per dioceses suas id publicari facerent, quatinùs diem tantæ sollemnitatis notum haberent, qui vellent ejusdem Sancti limina visitare: Die igitur præfixo; hoc est *iii.* Idus *Octobris*, negotium istud executioni demandatum est; nec defuit gloria supernarum revelationum, cum attestationibus divinis manifestata: tempore enim illo, dum de hiis tractaretur, apparuit cuidam consorori suæ dormienti, altera quædam illius Ordinis monialis, eodem anno defuncta;

functa; quæ inter cætera, quæ cum eâ habuit colloquia, hoc etiam aſſeruit; quod in cœleſtibus facta eſt generalis citatio Sanctis, ut die ſtatuto, quem prædiximus, ad tranſlationem beati *Gileberti* convenirent. Adjecit etiam, quod omnes Ordinis illius defuncti, qui in Purgatoriis ſuæ ſalvationis tempus expectabant, ab horâ citationis illius, eis factæ, uſq; ad diem illius celebritatis, nullam pœnam ſuſtinerent: Nec enim debet eſſe ambiguum beatos ſpiritus ibi tunc fuiſſe præſentes, ſicut manifeſta quædam ſigna declarârunt: nocte enim hujus elevationis, quæ dominica habebatur, cum ſæpedictus Archipræſul, cæteriq; Epiſcopi & miniſtri, Mauſoleum, quo ſacra pignora condebantur aperuiſſent, & ea honorificè elevaſſent, ut ſic lota, ſuis locis collocata, abſq; morâ poſſent, in craſtino, in ſacratâ capſâ decenter componi, dum hoc miniſterium ageretur, cum ymnis & canticis ſpiritualibus; viderunt quidam religioſi, & cum eis ſeculares plurimi, globum igneum immenſum, quaſi candelas multas, ut dicebant, ſimul accenſas, ſeu velut ſtellam magnam vibrantem, ſemel & ſecundò & tertiò de cœlo deſcendere, & rurſum aſcendere ſuper tectum baſilicæ contra ſepulchrum: Tertiò autem impetu facto, quaſi penetrare culmen Eccleſiæ & intrò cadere videbatur: Quod videntes aliqui, invitabant alios exire ad videndum, ut dixerunt, luminare Chriſti ſupra Eccleſiam.

Similia viderunt quidam excubantes in Orationibus ante Sepulchrum Sancti, quadam nocte ante tranſlationem; lumen ſcilicet immenſum per vitrinam, propè tumulum tertiò intrare, & tertiâ immiſſione in foſſam, ut Sanctus jacuerat, deſcendere: Mira etiam odoris fragrantia implevit nares omnium, qui aderant, cum removerent artifices aliquantulum mauſoleum à ſpeluncâ, ubi priùs ſteterat, ut pararetur locus feretro ibidem componendo: Nec ſolum iſta, ſed & alia apparuerunt divinæ illuſtrationis teſtimonia; amoto enim lapide à monumento, inventus eſt rubicundus pulvis carnis liquefactæ, qualis eſſe dicitur virginum defunctorum.

De Caſulâ

CAſula quoq; ſerica, in quâ corpus humanum erat involutum, incorrupta reperta eſt: extractis igitur ſacris Reliquiis, & ablutis, venerabilis antiſtes, cum lecto paululum pauſaſſet, arripuit eum gravis infirmitas, & ita vehementer affixit, quod ſacrum officium, quod incæperat, propter quod tot reverendas perſonas & tantam plebem convocaverat, explere deſperaret. Super quo, magis quam de ſuo incommodo contriſtatus, cum nil proficeret, adhibitis humanis amminiculis, quæ profutura credidit ad ſalutem, preces ſupplices fundit ad Deum, & ad *S. Gilebertum*, quatinus virtus ei donaretur per merita Sancti, exequendi, quod incœperat, eorum obſequium. Vix preces complevit, & tota illa incommoditas concitò evanuit, majuſq; robur ei accrevit, quam habuerat ante tempus doloris. Tunc ſtatim pulſatum eſt ad nocturnale officium, & ille gratias agens & acturus cum ſuis Clericis, præſentavit ſe officiis Canonicorum in Conventu, quæ pro honore & amore Sancti, de quo agebantur, cum magnâ devotione ſollemniter celebravit. Manè facto, convocatis majoribus Eccleſiæ, ſanus & hilaris, quod ſibi acciderat expoſuit, laudans Dei & ſancti ejus virtutem, quam in ſeipſo tam manifeſtè probaverat affuiſſe: horâ igitur competenti diei, ſacris inſiſtens obſequiis, benedictâ aquâ Epiſcopali, & dedicatâ thecâ Reliquiarum, impoſitâq; humeris quorundam principum & majorum *Angliæ*, qui affuerant, ſollemnis proceſſio ordinatur; præcedente Clero, & ſubſequentibus ante Pontifices, cum innumero populo, nobilibus multis tam ſacras Reliquias, quam ſacratam capſam deferentibus; ubi quidam ægroti propiùs accedentes, & ſancta illa contingentes, à ſuis periculis, ut pro certo cognovimus, eadem horâ ſalvati ſunt. Facto itaq; ab Archipræſule eo ſermone de ſanctitate & ſignis beati *Gileberti*, & de totius hujus proceſſu negotii, Miſſa de ipſo Sancto altiſonè celebratur: Circa cujus finem, ſumptâ ſcilicet Euchariſta, ante cantatam communionem, venerandæ reliquiæ in byſſo mundo, infra pannum ſericum precioſum, quæ dominus Archiepiſcopus ad hæc dederat, involutæ in vaſe dedicato, reconduntur; ubi Carta, ſeriem vitæ & miraculorum ejus; necnon & Canonizationis & hujus tranſlationis ſummatim continens, ſignis Pontificum & Abbatum ſibi aſſiſtentium, munita, ſimul cum laminâ plumbeâ ad perpetuam memoriam, eadem præſtruente repoſita eſt.

Clausâ autem techâ & supra marmoreum parietem, in loco ubi priùs Sanctus jacuerat erectâ ; Missâq; completâ, & omnibus ritè peractis, ad sua singuli cum gaudio sunt reversi.

Lamina autem plumbea Scriptura, hæc est.

HIc jacet Sanctus *Gilebertus*, primus pater & institutor Ordinis de Sempingham, translatus in hunc loculum, domino *Huberto*, *Cantuariensi* Archiepiscopo, per mandatum *Innocentii* Papæ tertii, *iii.* Idus *Octobris*, anno ab incarnatione Domini *MCCii.*

Rescriptum Cartæ, in feretro posita, hoc est.

IN hac capsâ continentur Reliquiæ beati *Gileberti* Presbyteri & Confessoris, primi patris & institutoris Ordinis de Sempingham ; cujus vitam, licèt multa præclaram reddiderint & commendabilem ; hoc tamen præcipuè eum insignivit, quod spontaneam eligens paupertatem, omnia temporalia, sibi à Deo præstita, fratrum & sororum, quos sub regulari disciplinâ prudenter instituit & sollicitè custodivit, necessitatibus deputavit : Cui processu temporis tantam Deus adauxit gratiam & virtutem, quod quatuor Canonicas regulares, & *ix.* Monasteria Sanctimonialium construit : in quibus eo tempore, quo migravit ad Dominum, præter innumeros antea defunctos, circiter septingentos viros religiosos, mille & quingentas sorores jugiter Deo famulantes reliquit. Obiit autem in senectute plusquam centenariâ ; anno incarnationis Domini *MCLxxxix.* pridiè nonas *Februarii*, tempore inclitæ Regis *Anglorum Henrici* secundi : Exigentibus verò propriis meritis, attestantibus miraculis multis, & suadentibus revelationibus divinis Canonizatus, Catalogo Sanctorum est ascriptus à Domino Papâ *Innocentio* tertio, per generalem Curiam Romanam, apud *Anagniam*, coram Clero & populo, anno verbi incarnati *MCCii.* tertio Idus *Januarii*, anno regni illustris Regis *Johannis* tertio, præsedente sedi *Cantuariæ*, venerabili Archiepiscopo *Huberto* ; qui de mandato memorati summi Pontificis *Innocentii* tertii, cum collegis suis *Heliensi* Episcopo *Eustachio*, & Abbate de *Burgo*, *Acharo*, diligentem super miraculis per eum divinitùs patratis fecerat inquisitionem, & ipsi eorum attestationes fideliter in scripturam redactas, sub Sigillis suis, clausas, ad sedem Apostolicam transmiserunt : Undè certioratus dominus Papa de sanctitate ejus, & signis, ipsum Sanctis Domini decrevit annumerandum, anno Pontificatus sui quarto. Et eodem anno, per mandatum præfati Papæ, à prædicto Archiepiscopo *Huberto* translatus est in hunc loculum tertio Idus *Octobris*, assistentibus viris sibi venerabilibus *Norwicensi*, *Herefordensi*, & *Landavensi* Episcopis ; & Abbatibus, aliisq; Ecclesiarum prælatis plurimis, cum majoribus & nobilioribus *Angliæ*, magno ibi præsente cœtu Cleri & populi : ad cujus rei perpetuandam memoriam, jam dictus Archiepiscopus & coepiscopi sui, & Abbates, sua signa huic Scripto appenderunt, & in hoc loculo reposuerunt.

Incipiunt Institutiones beati Gileberti, & successorum ejus, per capitula generalia institutæ, & de exordio & Ordinatione institutione Ordinis Canonicorum, Sanctimonialium, fratrum, & sororum laicarum Ordinis de Sempingham, & de electione Magistri & ejus auctoritate.

Ex ver. Cod. MS. penès Reg. Twysden de Eastpeckham, in com. Cantii Baronettum.

De inicio Monialium, & sororum & fratrum, & victu & labore eorum. I.

AD honorem Dei omnipotentis, patris & filii & spiritus sancti, cupiens ego Gilebertus de Sempingham, quod nos docet divina pagina, & ortodoxorum patrum hortantur monita alios instruere, ut declinarent à malo & ea facerent, quæ Deo fuerint placita; caventes tortuosi serpentis insidias, qui bonorum operibus insidiatur, ut dissipentur & pereant; habui in possessione liberâ duas Ecclesias & quamplurima de jure patrimonii mei, quæ divino mancipare cultui summo desiderio curavi, & paupertatem, pro Deo eligentium sustentationi: Set, cum non invenirem viros, qui pro voto meo districtæ vitæ vellent pro Dei amore colla submittere, inveni virgines, quæ sæpiùs instructæ à nobis, postpositis secularibus curis divino famulatui, sine impedimento, optarent intendere. Quia igitur virginitas grata est Deo, quas habebam divino amore succensas, ædificatis domibus & claustro earum, per dompnum Alexandrum Lincolnicnsem Episcopum septem inclusimus, nusquam postea, juxta propositum quod tunc habebam, egressuras; Nam plures illis viventibus superaddere non arbitrabar. Quia verò periculosum erat seculares mulierculas huc illucque carsitantes, quæ possent internuncia fieri, potiùs mali quam boni, religiosis ministrare; consilio Abbatis primi Rievallis, per me transeuntis, & propositum meum laudantis, mercennarias meas multa devotione flagitantes licere sibi in habitu regulari, in paupere victu, & vestitu, ministrare inclusis Christi: Ministerio illarum velatas deputavi; proponens eis legem quâ viverent, dicens. Oportet vos Deo vovere castitatem, humilitatem, caritatem, obedientiam in bono, & perseverantiam: abrenunciate mundo, & omni proprietati, propriæ etiam voluntati: & cæteta quæ conveniunt religioni. Ad cybum verò & potum libram panis, & duo pulmenta & potum aquæ, & nichil amplius ipsis constitui. Panem etiam dixi eis vilem & rusticanum. Vestimenta abjecta, & lectisternia similiter. Vigilias & labores multos, & quietem rarissimam. Similiter, cum non haberem nisi seculares qui præessent substantiæ domus meæ & agriculturæ: simili modo & Ordine per omnia in labore multo, & victu pauperimo, ut prædixi, de laicis sororibus; assumpsi mihi mercennarios, dans eis habitum religionis, qualem habent fratres Cistercienses.

De exordio Canonicorum, & provisione quatuor Procuratorum.

PRocedente verò tempore multis præclaris viris approbantibus vitam & conversationem Sanctimonialium, quas Deo inclusérim, dederant mihi loca ad ædificandum eis mansiones, quisque in suo proprio. Cum ergo multiplicatæ in sancto proposito proficerent, nec essent mihi Religiosi literati, ad earum custodiam & laicarum regimini necessarii, Capitulumque Cisterciense præsente Papâ Eugenio, viro magni consilii & sanctitatis, adissem, ut domos nostras & ancillas Christi fratresque nostros eorum regimini manciparem: omnino repulsam sustinui: quâ necessitate urgente associavi mihi Clericos ad regimen & custodiam earum & eorum, qui laboribus exterioribus se dederant, ut in vigiliis & jejuniis vitam secundùm Regulam Sancti Augustini tenerem, & remoti à Sanctimonialibus

libus nullum accessum ad eas haberent, nisi ad illas, quæ morti proximæ, unctione & viatico indigerent. Set & hoc fieri non permittitur: nisi in locis ad hoc opus cautiùs provisis, pluribus ex utraque parte præsentibus. Nam Missarum sollempnia celebrantur, pariete interposito, ne videant vel videantur mares a fœminis. Oratorium verò Canonicorum & Domus & claustrum eorum longiùs à curte, & clausurâ Sanctimonialium dissungantur, & excluduntur, quemadmodum & Conversorum.

Victus eciam omnium & vestitus custodiæ Sanctimonialium, quemadmodum argentum, si eis fortè datum, vel de propriâ substantiâ adquisitum fuerit, & cætera hujusmodi quæ licitè possunt earum sollerciæ committi, decrevimus in perpetuum observari. Ad custodiam verò universæ substanciæ, quæ virorum custodiæ jure debetur, & eorum quæ vendenda vel emenda sunt, quatuor viris discretis committi decrevimus; videlicet Priori & Cellerario & duobus illiteratis, quibus omnibus assensus Præpositarum & aliarum, quæ eis associatæ fuerint, discretè convenit adhiberi. Nec illis contradicentibus super præmissis, quisquam sibi potestatem usurpet. Hiis ità dispositis, diffinitum est in communi Capitulo, si quis, quod absit, inter fratres laicos & Canonicos & moniales, vel inter Canonicos & moniales, vel inter moniales & fratres laicos discordias malicioſè seminaverit, ut dissidium fiat, annuatim in communi Capitulo corpus ejus Sathanæ in interitu carnis tradatur, ut spiritus salvus sit in die Domini, nisi per misericordiam Dei resipiscat & congrua satisfactione pœniteat.

De nuncio misso Domino Papæ.

De victu vero & vestitu Canonicorum, Monialium, Fratrum & Sororum, & singulis Justitutionibus nostris, scripto immotuimus bonæ memoriæ Papæ, Eugenio. *Qui omnibus diligenter perlectis remisit nobis Scriptum, sine reprehensionis nota, privilegio & auctoritate suâ corroborans, quicquid de hiis, quæ ad cultum Religionis pertinent, fuerat à nobis institutum, vel de cætero à nobis & successoribus nostris rationabiliter instituendum. Idem postmodum factum est à summis Pontificibus* Adriano, Alexandro.

34 *In quocunq; loco contigerit Magistrum Ordinis de* Sempingham *migrare de sæculo, deferatur corpus ejus apud* Sempingham, *& nuncietur obitus ejus festinanter omnibus Ordinis per Priorem domus, in quâ moritur; Convocenturq; apud* Sempingham, *per mandatum Prioris domus ejusdem, omnes Priores Ordinis, quolibet Priore domus Conventualis secum ducente tantùm unum Canonicum maturiorem domus suæ, vel duos, & circator Ordinis, & pater Confessionis, & duæ Priorissæ de qualibet domo, cum maturâ moniale, & sorore layca ad ipsarum Ministerium deputanda, & scrutatrices de caretâ. Quibus ibidem congregatis, Prior de* Sempingham *corpus Magistri defuncti, cum debitâ sollempnitate tradat sepulturæ: Quo facto, statim procedatur ad electionem alterius Magistri præficiendi, sub formâ subscripta: In cujus electione, non tantum quæratur profunditas sciencie litterarum, vel generis nobilitas, quantum cultus Religionis & morum disciplina, discretionisq; subtilitas: Quia si non sit affabilis & institutionum Ordinis diligens executor & virtutum amator, non est admittendus, set omnino reprobandus. Similiter quicumque prece vel precio, arte vel studio Magisterii prælationem arripere contenderit, reprobetur.*

Forma verò eligendi Magistrum, talis est; Primò per Universitatem eligendi sunt quatuor viri Deum timentes & Ordinem zelantes, qui inspectis sacrosanctis jurabunt, quod assument ad se ix. *viros; scilicet quinque Priores & quatuor Claustrales, scilicet alios Canonicos, quos vita commendat honesta & fama integra; videlicet de maturioribus & secundùm suam conscientiam de melioribus ad Capitulum consistentibus: & cum istos* ix. *elegerint & eorum nomina scripto commendaverint, recitabunt quatuor electores nomina novem virorum quos elegerint coram Universitate, ut si major pars & sanior Universitati quenquam velit recusare, causam assignando recusationis, à numero Electorum excipiatur, & alius loco refutati per prædictos quatuor eligatur, & iterum nomina* ix. *electorum coram Universitate publicentur; & toties, donec in eos à parte saniore consenciatur. Et cum in eos sic fuerit consensum, intrabunt omnes Priores & claustrales in Capitulum Monialium, & exponetur illis forma talis eligendi Magistrum, ut præbeant assensum. Et postea jurabunt omnes isti tresdecim, quod quem magis æstimaverint ydoneum ad regimen Ordinis suscipiendum; sive de ipsis tresdecim, sive de aliis ad idem capitulum constitutis, postpositis amicicià, & odio, & familiaritate, & omni gratiâ & respectu, & quodcumque humanum*

judicium

judicium pervertere possit, in patrem eligent & rectorem. Præstito ergo sacramento, postea recedent hii xiii. *per se seorsum, super tam arduo negocio tractaturi; & reliquus Conventus Canonicorum Missam de sancto Spiritu cum magna sollempnitate & devotione, dum alii tractant de Magistro substituendo, celebrabit; fratribus Monialibus & sororibus interim in oratione persistentibus. Post Missam decantatam & negotium expeditum, omnes in Capitulum Monialium redibunt, & iterum compromittent omnes se ratam habituros electionem; & sic manifestetur ab aliquo tresdecim Electorum, qui fuerit in Magistrum electus; qui dicet.* Ecce hunc in timore Domini vobis elegimus Magistrum *Tunc iniciato altissimâ voce* Te Deum laudamus, *ducatur ad Altare, & inde in Capitulum Monialium, coram quo statim legantur in audiencia omnium distincte & aperte ad intelligendum statuta Ordinis personam Magistri contigencia, modum vitæ ejus, & formam regiminis Ordinis continentia. Quibus perlectis & ab ipso intellectis juret inspectis sacrosanctis, quod libertates Ordinis & Instituta, jam lecta; necnon & alias rationabiles Institutiones usitatas & approbatas, pro posse suo diligenter servabit; & sibi subditos ad earundem observationem, secundum ritum religionis, monitis, & exemplis, & per censuram disciplinæ regularis, cum necesse fuerit, efficaciter informabit. Quibus per Ordinem ritè consummatis, statim fiat ei ab omnibus more solito obedientia.*

De equitaturâ & sociis Magistri, & ejus & aliorum Prælatorum Ordinis substitutione & depositione. 4.

Summus Prior Ordinis de Sempingham, *qui curam omnium gerit, non cum pluribus quam sex equis, qui bigam si voluerit habere, licebit, ita tamen quod numerus prædictus equorum non excedatur, sibi deputatis assiduè proficiscatur. Qui non bigam propriè sibi assignatam, vel famulum assiduè equitantem, set duos sumarios & duos honestos Canonicos, comites sui itineris habeat, usque ad annuum Capitulum, ibique mutentur, si magis necessarii reperiuntur communi consilio majorum Ordinis, & fratrem laicum sibi utilem & necessarium ad serviendum promptum, non famulum assiduè equitantem: Perutile etiam fore constat, ut duos fidelissimos Prior omnium collaterales habeat, ne pro graviori pondere quasi* Moysi *ipsius brachia deficiant; & quasi* Amalech *malignus prævaleat injustorum certamine. Unus quorum, cum viderit necessarium, poterit mitti in scrutinium. Quem si fortè aliquando miserit summus Prior de unâ domorum nostrarum transiturus ad aliam, fidelissimum Canonicum de illâ domo secum ducat, quem Prior domus noverit castitatis & Ordinis amatorem. Ingressurus verò Clausuram vel domos Sanctimonialium, ipsum secum ducat cum illo quem continuum socium itineris duxerit, ad Religionis custodiam & ad bona Ordinis melioranda. Qui jussu ipsius ad propriam domum revertatur peracto negocio quod itineris sui fuit causa. Dum autem fuerit in via, aures habeat ad audiendum, oculos ad videndum, os ad loquendum, archam cordis quæ fideliter custodiat secreta quæ cognoverit usque ad tempus congruum. Quod si fortè inter sorores aliquid emerserit quod soli Priori notum fieri oporteat, mares longiùs discedant, ne audiant, set videant & à Conventu videantur ad sedes proprias celeriùs reversuri, completo Sermone secreto. Si fortè in aliquâ domo non invenerit itineri suo congruum, illum secum ducat comitem, quousque alium ydoneum inveniat; vel illum, quem in scrutinium miserit, resumat. Dum verò duos sibi deputatos secum habuerit, aliquem alium sumere non oportebit.*

Hoc quoque magnopere considerandum est, ut ipse Prior omnium, quicquid agendum est consilio sapientum, fratrum, literatorum, qui ei assignati fuerint, dispenset & ordinet; & illis nescientibus nichil quod eis celari velit vel studeat, de rebus Monasterii quavis occasione eroget vel facere præsumat, ne extirpator Ecclesiarum non pater judicetur. Quod si huic Institutioni obviare attemptaverit, vel, quod Deus avertat, super incontinentiâ aut alio criminis eventu suspicione manifestâ denotatus fuerit, vel bonorum Ordinis dilapidator extiterit, aut in perpetuam corporis invalitudinem deciderit; seu senio impotens corpore vel sensu effectus fuerit, ita quod officium suum per Ordinem equitando, ut decet, complere non possit, trina ammontione præmissâ, infra annum, per quatuor Priores Ordinis vel alios discretos Canonicos Ordinis disciplinam & rigorem, secundùm Deum zelantes, ad proximum generale Capitulum apud Sempingham, *si gratis cedere renuerit, ab officio ministerii sui per universitatem Ordinis ibidem præsentem deponatur, & alius ydoneus loco ipsius incontinenti, per eandem universitatem electione canonica substituatur; provisâ illi sic depositi competenti*

competenti & honestâ sustentatione in aliqua domorum Ordinis, cum debito uxius Canonici vel duorum, & uxius pueri ministerio, secundùm administrationis suæ merita. Justum est enim & necessarium, ut si hic, cui cura totius Ordinis, simul & religionis principaliter committitur, formam humilitatis in potestatem dominationis verterit, & Ordinis observantiæ contemptor effectus, parentibus suis indiscretè munificus extiterit, voti sui & professionis oblitus, potestate suâ careat, & alius substituatur, qui ad ea quæ Dei sunt & cultui religionis necessaria fructuosè pro viribus & diligenter intendat. Hoc idem servetur de Circatoribus & domorum Procuratoribus, in utroque sexu. Ipsi namque Priori omnium incumbit necessitas omnium salati & Ordinis rigori diligentiam impendere, errata corrigere, bonos ad meliora incitare: Priores domorum deponendos vel substituendos ad generalia Capitula cum consilio deponere, vel substituere, alios universos sicut diffinitum est in Scriptis Canonicorum, capitulo IX. cum viderit necessarium & utile, de loco ad locum transmittere & mutare, prout viderit expedire, ad profectum domorum in exterioribus seu ad bonum pacis vel discordiæ finem, & prout delictum exigit correctione dignâ castigare. Nec quis audeat adversùs eum superbiâ vel invidiâ inflatus insurgere, vel qualibet malignâ machinatione eum fatigare. Incorrigibiles & inobedientes correctionem ejus in contemptu habentes, bonorum consilio traditos Sathanæ, quousque pœniteant, deputare.

Nec aliquis Prior vel alicujus Conventus, seu domus nostræ professionis Procurator, rem aliquam ad domum aliquam nostri Ordinis spectantem, sine speciali ipsius auctoritate, vel jussione, coram quibuscumque Judicibus, agendo, vel defendendo deducat. Verumptamen si fortè acciderit aliquid, quod ad profectum Ordinis & religionis, vel domorum, vel quod absit in contrarium, domibus vel Ordini esse creditur, in his non exequendis, & quibus causa rei committitur terminanda unde necessarium habeant providendum est. Hoc enim universis domibus professionis de Empingham *incumbit & non aliunde. Ita tamen, ut & domus, quæ paupertate gravantur, & quibus minor est possessio non opprimantur graviori pondere, set sicut decet Sanctos in caritate teneam, quod scriptum est,* Alter alterius onera portate; *& sic caritas fulgeat & religio proficiat & omnia moderentur pio moderamine. Quibuscumque verò discretis Prior omnium hujus expensæ moderationem injunxerit, in vi obedientiæ omnes assensum præbeant. Si verò, quod absit, aliquis eorum, qui substantiæ domorum præsunt, in prædictis expensis reddendis non obedierint, potestate suâ priventur, & in alterâ domo, prout justum fuerit, dignâ castigatione corripiantur.*

5. De potestate Magistri in suscipiendis ad Ordinem, & libris mittendis, & Confessionibus audiendis.

Susceptionem Canonicorum & omnium, ad Magistrum pertinere decernimus: Ita quidem quod Canonicos & fratres laicos, consultis Prioribus & Conventibus Canonicorum; Moniales verò & sorores, consultis Prioribus & Cellerariis, Præpositis & Conventibus Monialium suscipiet: set & Institutionem nostram, de numero suscipiendarum, in singulis domibus Ordinis, ubique per omnia firmiter observet. Nec aliquis recipiatur ab aliquo, ut vestiatur à Domo, nisi per Priorem omnium: Receptus nullus habeat proprietatem.

Nec mittantur libri, qui de jure Sanctimonialium sunt, de unâ locorum nostrorum ad alium, nisi per Priorem omnium vel per Circatores, vel per Priorem Canonicorum, si Prior omnium vel Curatores viderint expedire, & hoc, assensu Monialium. Majores etiam culpæ & minores omnium nuperà sæculo ad conversionem venientium, magistro in primâ Conversione sunt denudandæ, vel cui ipse hoc opus injunxerit. Et quicumque postposuerit, ex negligentiâ vel contemptu illi confiteri usque ad egressum vitæ, servitium quod debetur fratribus vel sororibus, non fiet pro eo sicut pro fratre vel sorore; nec in martyrologio scribatur. Racionabili tamen impedimento excusari poterit non confitentis transgressio. Alioquin sicut extraneo fiat ei sepultura & servitium. Priores Ordinis nostri, de licentiâ Magistri, generalem habeant auctoritatem omnium Canonicorum & fratrum domorum suarum, quoramcumque delictorum confessiones audiendi, & pœnitentias eisdem injungendi. Summus verò Scrutator eandem, & eodem modo auctoritatem habeat Priorum & omnium Canonicorum & fratrum totius Ordinis confessiones audiendi & pœnitentias injungendi. Sacerdos autem Confessionis omnium generaliter, tam virorum quàm mulierum, Confessiones

audiat

audiat & pœnitentias injungat; primæ confessiones omnium excipiuntur, & alia manifesta, quæ ob sui gravitatem vel enormitatem, vires aliorum excedunt, & à Magistro sunt examinanda & terminanda. Pro mortis verò periculo singulis subveniatur.

De rebus non emendis sine Magistro & Cartis sigillandis, & sine ejus præsentia non sigillandis, & sigillis habendis. 6.

TErræ vel nemora, vel aliquid aliud quod trium marcarum excedat precium, sine assensu Prioris omnium non emantur, nisi forte eo absente circatores & cæteri pervtile fore viderint & necessarium, & non facere culpa sit. Nichil ponderis vel virtutis decernimus habere, aliquod Scriptum vel Cyrographum, signatum quolibet sigillo domorum nostrarum, nisi fuerit signatum sigillo Prioris omnium. Qui verò contra hoc ire præsumpserit, nesciente Priore omnium, nisi fortè manifesta necessitas coegerit, & communi consilio utriusque sexus ad tempus hoc factum fuerit, videlicet usque ad præsentiam Prioris omnium, furti judicio puniatur, & in ultimo gradu pœniteat, nunquam ad superiorem ascensurus. Similiter qui se fecerit tributarium vel firmarium cuilibet legi nostræ, vel religioni adversario. Nullæ Cartæ sigillentur in domibus nostris sigillo Capituli, nisi in Capitulo præsente Conventu. Insuper de consilio generalis Capituli firmiter inhibetur, ne unquam Carta aliqua robur vel virtutem perpetuitatis habitura, sigillo Capituli alicujus domus, in absentiâ Magistri, signetur. Attamen si ipse in remotis partibus fuerit, & dampnum alicui domui propter ejus tunc absentiam in hujusmodi imminuerit, negotium illi sub celeritate significetur, & sic de assensu ipsius fiat quod faciendum est. Omnes autem Cartæ, quæ dantur de domibus nostris, scribantur dupplices in modum Cyrographorum, & altera pars remaneat penès domum sigillata sigillo accipientis. Præter sigilla Capitulorum, Magistri Ordinis, Priores, Summi Scrutatores, Sacerdos Confessionis, Subpriores, Cellerarii sigilla habeant, & nulli alii.

De reverentia Magistri & mandatis ejus, & summorum Scrutatorum & Scrutatricum faciendis; & obedientiâ & reverentiâ Prioribus debita. 7.

TRanseunte Priore omnium inclinetur ei, ut ordo exigit. Qui verò scriptis vel mandatis Prioris omnium inobedientes fuerint, & causam ei festinè indicare tardaverint, quasi excommunicati habeantur, quousque ab eo absolvantur. Hoc idem statuimus de his, qui in contemptu summos scrutatores, vel scrutatrices, habuerint; vel rationabilibus mandatis eorum non obtemperaverint, vel necessitatibus eorum subvenire contempserint. Hæc eadem obedientia debetur singulis Prioribus domorum, sicut Prior omnium viderit expedire. Et eo absente separetur inobediens à mensâ, vel etiam ab oratorio, si major fuerit culpa. Incorrigibilis autem de Ordine deiciatur. Caveant etiam fratres ne graviori vindictæ subjaceant, si in agendis cellerario obtemperare contempserint.

De Procuratoribus domorum magnis & parvis, intus & extra per Magistrum constituendis. 8.

PRior, Subprior, Cellerarius, Procurator, Grangiarius Abbatiæ; major Bercarius, Custodes operum & ovium Monialium, per Priorem omnium in singulis domibus ponentur, & cum oportuerit, deponentur. Subcellerarius fratrum Lincolniæ, *& Custos Infirmariæ similiter. Cæteri verò obedientiarii omnes, inter Canonicos & fratres per Priores domorum constituentur, & cum oportuerit, deponentur. Item in singulis domibus Monialium tres Præpositæ, & Subpræpositæ, & Celleraria, & Scrutatrices Clausiri, & Custos laboris sororum, per Magistrum statuentur, & cum oportuerit, deponentur. Ceteræ verò obedientiariæ per Præpositas Domorum statuentur, & cum ratio dictaverit, deponentur. Auctoritas tamen & potestas Prioris omnium super omnem potestatem Priorum & Præpositarum est, ut omnes obedientiarios magnos & parvos, prout viderit, expedire discretè disponat, si oportuerit.*

9. **De pecunia Symoniacè non exigendâ, pro ſuſceptione alicujus.**

SAcrarum Canonum ſtatutis obtemperantes, deteſtabilem execramus Symoniæ hæreſim, ſub anathemate prohibemus, ne ab aliquo viro, ſeu muliere inter nos ſuſcipiendo, pro ingreſſu monaſterii aliquid exigatur; ſet ſi quid fuerit ſponte oblatum, ſuſcipere licebit, omni illicitâ pactione, ſive exactione excluſâ. In aliis quoque rebus & negociis ſpiritualibus, idem Symoniæ vicium inhibemus, & eum, quicumque fuerit aggreſſus, parti Symonis *primi, hujus ſceleris auctoris, cum ſuâ pecuniâ in perditione deputatum denuntiamus.*

Incipiunt

Incipiunt Capitula de ſummis Scrutatoribus.

De ſummis Scrutatoribus conſtituendis & eorum auctoritate. 1.

SI his, qui Prior eſt omnium, aliquâ occupatione, vel neceſſitate detinetur, ne poſſit viſitationi ſingularum domorum, tam frequenter, prout oportet, intendere, licet ei duos probatæ religionis & diſcretionis Canonicos & fratrem unum laicum diſcretum eligere, conſilio majorum Ordinis, qui vices ejus ſuppleant in his tantum, quæ ipſe dictaverit. Non licet eis aliquem vel aliquam in novicium ſuſcipere, vel benedicere, aut deponere, nec domos vel curtem Sanctimonialium ingredi, niſi cum fidelibus teſtibus, neceſſitate cogente, nec domorum pecuniam, in auro & argento ad deferendum, quoquam vel dividendum ſibi aſſumere. Unus quoque, cui Prior omnium injuxerit & ratio dictaverit, principaliter poteſtatem loquendi habebit de hiis, quæ ad cultum Religionis & Ordinis cauſarumque & rerum diſponendarum pertinere videntur; & in hiis omnibus fratrum conversatorum utatur conſilio & auxilio. Poterit tamen, qui voluerit, alteri Canonico confiteri. Eandem licenciam & poteſtatem alter habebit, ſi fortè ſolus licenter ierit, cum fratre laico vel alio literato. Si Prior domus aliquâ cauſâ defuerit, in Capitulo & ubique vices Prioris tenebit. Præſente Priore domus in Eccleſiâ, & in omnibus locis Converſionis ſuæ, locum tenebunt, niſi dignitas ſacerdotii eos ad ſuperiorem gradum promoverit. In unaquaque domo ad minus per unam ebdomadam moram faciant, vel ampliùs, niſi cauſa neceſſaria impedierit; & ſciant tam de grangiis, quàm de Abbatiâ quomodo religio proficiat & ſubſtantiâ domus creſcat.

De eiſdem, & Scrutatricibus & eorum & earum mutatione. 2.

CUpientes igitur unitati domorum noſtrarum, & ſtabilitati religionis Ordinis noſtri ſalubriter providere, ſtatuentes præcipimus, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatinus unus vel duo Canonici Deum timentes, & Ordinis & Inſtitutionum noſtrarum amatores, & frater laicus ad obſequium prædictorum Canonicorum & ſolatium, eligatur per Priorem omnium & majorum Ordinis, ac diſcretorum conſilio, qui circueant omnes Domos noſtri Ordinis, & corrigenda corrigant, neſcientes inſtruant, ad ſanctiora & utiliora aſpirantibus vires amminiſtrent: Et quod vires eorum exceſſerit vel corrigere non poterint, ad generale referant Capitulum, ut ibidem inſolertia delinquentium dignâ caſtigatione emendetur. Similiter in femineo ſexu tres fideliſſimæ, duæ literatæ & tercia illiterata, ad famulatum duarum illarum & ſolatium. Viri ſæpiùs per annum ſingulas domos viſitabunt. Sorores verò ſemel per annum, quia vehiculo trahendæ ſunt, vel bis eundo, ſcilicet & redeundo, & non ampliùs, niſi manifeſta neceſſitas & ratio hoc fieri faciat. Quod ſi neceſſitas, vel utilitas, vel profectus religionis & pacis poſtulaverit, poteſt tranſmutatio fieri ſuper hiis circatoribus, & ad alios, prout Prioris omnium & ejus Conſilii ratio dictaverit, & bonus laboris & ſollicitudinis eorum, aliis Deum timentibus, imponi poterit. Similiter & de Circatricibus. Singulæ duarum Circatricum ſingulis ebdomadibus, ad invicem præponantur. Ipſi verò Scrutatores utriuſque ſexus ab omni munere manus excutiant, ut liberè, quæ corrigenda ſunt, corrigere queant.

De veſtibus Circatorum & Circatricum, & Capellanorum Magiſtri certis locis recipiendis. 3.

ASſignentur ſingulis Circatoribus & ſingulis Circatricibus noſtris & Capellanis magiſtri & Sacerdoti Confeſſionis ſingulæ domus religionis noſtræ, undè veſtes & calciamenta, cum opus habuerint, accipiant ibidem, relinquentes vetera, quæ deponunt pro novis. Nec quiſquam pro ſe loquatur, ſed alter alterius neceſſitatem indicet ſubveniendi poteſtatem habentibus.

habentibus. Quod ſi numerus domorum numerum præfatorum veſtiendorum præceſſerit, digno moderamine in caritate ratio diſtet, ne una domus plus altera gravetur.

4. De pitantiâ Circatorum, & aliorum Ordinis ſupervenientium.

Cum Circatores ad aliquam domorum noſtrarum venerint, ſi Conventus domus pitantiam non habuerit, tamen dabitur Circatoribus; ſi verò habuerit; ſufficiat eis quod ſatis eſt Conventui. Hoc idem teneatur de omnibus ſupervenientibus noſtri Ordinis, exceptis Prioribus & Præpoſitis aliarum domorum, ſi caſu ſupervenerint. Summis etiam Scrutatricibus, quæ ſemel vel bis ſingulis annis ſingulas domos viſitaverint, ſi quid ſuperadditur, quod Religioni conveniat, ſuſtinemus.

5. De itinere ſummi Circatoris, & Sacerdotis confeſſionis.

Summus ſcrutator Canonicorum, & Sacerdos confeſſionis, ſimul eant per domos, ſi convenienter fieri poſſit; & dum Confeſſor moratur in cœnobio, ſcrutator per grangias eat cum Canonico vel fratre, quem Prior domus ei aſſignaverit, & interim expectabit eum Confeſſor; & in receſſu ſuo de una domo ad alteram, habebit equum ad pannos ſuos portandos, uſque ad primam domum; & ſtatim remittetur.

6. De ſummis Circatricibus, & qui & quot cum illis in itinere ire, & quomodo ſe ad invicem habere; & unde neceſſaria itineri accipere debent.

Cum omnium domorum Circatrices, de una domo ad alteram fuerint profecturæ, Priores & Cellerarii, Procuratores & Grangiarii, vel quicunque præſunt domibus noſtris diligenter provideant, ut ad minus duo viri, videlicet Canonicus & frater honeſti & fideliſſimi de noſtro conſortio eant cum monialibus, quæ ſcrutinium faciunt in anno per ſingulas domos noſtras, uſque ad locum determinatum celeriùs reverſuri. Qui fideliter in itinere eis ſerviant, in hiis quæ regulariter oportet & decet. Qui autem neglexerit & aliter quam oportet, & ſtatutum eſt, fecerit, & earum mandatis juſtis in neceſſariis inobediens extiterit, tanquam tranſgreſſor Ordinis & profeſſionis ſuæ, in ultimo gradu pœnitebit quadraginta diebus, bis unaquaque ebdomadâ in pane & aquâ. Hoc autem dicimus ad profectum Ordinis & pacis. Dum verò ipſæ in procinctu itineris fuerint prædictis Canonico & fratri, cum ipſis loqui interdicimus, præcipuè in occulto, niſi manifeſta neceſſitas poſtulaverit; videlicet propter imminens mortis periculum, vel dampnum incendii vel furti, vel aliam juſtam neceſſitatem & hujuſmodi quæ caſu contingere poſſunt. Cum autem neceſſario oportuerit, una earum poteſt loqui de neceſſariis, quaſi ad terciam perſonam, aliis audientibus, dum fuerint in via. Similiter unus de fratribus, cum conviatore, de neceſſariis loquatur paucis verbis, ſet raro. Cum vero tempus venerit tranſeundi de una domo ad aliam, ſine murmure & dilatione, quæ neceſſaria fuerint ſummis ſpeculatricibus, in itinere ordinentur à Prioribus domus vel Cellerariis, grangiariis, vel Procuratoribus. Similiter & cæteris, ſi fortè de uno locorum ad alterum ordinata conſideratione tranſitum habere contigerit, Virorum religioſorum hoſpitium omnino caveatur à noſtris Monialibus, propter linguas malignantium, niſi ibi fuerit habitatio fœminarum, noſtris grangiis exceptis, ad quas declinare licet, cum juſta cauſa poſtulaverit. Omnino inter fratres & ſorores vel moniales in viâ confabulationes interdicimus; nec ullus ſermo fiat ad moniales qui non audiatur ſimul à Canonico & fratre. Aliter facientibus communicatio corporis Chriſti interdicatur, quouſque Priori omnium manifeſtetur.

7. De Scrutatricibus Clauſtri & veniis Clauſtralium ſumendis.

Prior omnium & ſummæ ſpeculatrices, in ſingulis domibus monialium, tres vel quot ſufficere poſſint ſorores eligant probatæ religionis & diſcretionis, ut earum conſilio & ſollicitudine errata domus corrigi valeant, & quæ bona ſunt meliorari, Prioris omnium præſidio & ſpeculatricum amminiculo. Ipſæ verò, cui Prior omnium juſſerit, confiteantur & venias ſumant, vel cui ſpeculatrices præviderint, ne, quod abſit, Præpoſitæ poteſtas libertatem

tem earum in rebus corrigendis opprimat. Silentium tamen tenebunt, & Ordinis rigorem per omnia, ut vita earum exemplum bene viventi ſit cæteris. Præpoſitæ etiam in omnibus debitam reverentiam & obedientiam exibeant. Bis vel ter in anno Priori omnium, ſi fortè aſſuerit, vel quibus ipſe iuſſerit, ad ſermonis feneſtram errata domus manifeſtabunt; & teporem Ordinis & Præpoſitæ, vel aliarum negligentiam. Quod ſi earum correptio parvipenditur, tranſgreſſio gravius emendetur.

De libris per Scrutatores & ſpeculatrices intromittendis, & extra recipiendis. 8.

PEr ſpeculatrices mittantur libri neceſſarii foras, cum quæſierint Canonici domus. Similiter per ſpeculatores mittentur ſororibus cum opus habuerint, & hoc per fratrem feneſtræ; ſet & hoc rarò, videlicet cum manifeſta neceſſitas poſtulaverit, præſente tamen ſummo Speculatore; Eo abſente, per ſcrutatorem anni illius qui de domo illâ non fuerit.

De annuis Scrutatoribus & Scrutatricibus providendis, & de itinere Scrutatorum ad Capitulum. 9.

SIngulis annis mittantur ſcrutatores utriuſque ſexus, literati & illiterati, ad ſingulas domos noſtras, quorum vita & mores teſtimonium bonum perhibeant religioni domus ſuæ; ne ſit confuſio hiis, de quibus exierunt, tam prælatis quàm ſubditis. Qui aliter fecerit in area Refectori comedat ſine mapulâ & menſâ; vi. feriâ in pane & aquâ: de alia verò domo non de eâ ad quam veniunt, erunt ſcrutinium facientes in domo ſuâ de quâ exeunt. In virtute etiam ſanctæ obedientiæ ſub voto & profeſſione Deo facta præcipimus, ut Canonici ſingulis annis ad ſcrutinium mittendi, & à ſcrutinio reverſuri pannos ſuos in præſentia Priorum ſuorum vel alicujus diſcreti per eos ad hoc aſſignati, involvant & conſuant. Quod ſi in abſentiâ Priorum vel eorum aſſignatorum factum fuerit, panni turpiter coram eiſdem Prioribus diſſuantur; & ſi quid ibidem inordinatè involutum fuerit repertum, Scrutatores eo careant, & culpam inobedientiæ verbere gravi & jejunio luant; ut cæteri timorem habeant, & ſibi caveant. Eadem, & eodem modo fratres Scrutatores in præſentiâ granoiariorum Abbaciæ faciant. Quod ſi contempſerint, gravius puniantur. Similiter fiat de Canonicis, & fratribus de loco ad locum mittendis: Moniales verò & ſorores ad ſcrutinium annuum mittendæ, vel à ſcrutinio reverſuræ, in præſentiâ duarum Præpoſitarum, & unius ſpeculatricis Clauſtri, pannos ſuos involvant & conſuant, nichil omnino inter eos involventes vel conſuentes, præter illa ſolummodo, quæ ad ordinatum habitum monialium & ſororum regulariter pertinere dinoſcuntur. Quod ſtatutum quecumque literata vel illiterata contempſerit, & pannos ſuos in abſentiâ prædictarum involverit, vel conſuerit, & res quantulaſcumque ad habitum ſuum regulariter non ſpectantes incluſerit comperta, recellis illis turpiter ſpolietur, in ultimo gradu pœnitens à corpore Chriſti, per ſeptem annos privata, niſi pro mortis periculo ad aliam domum mittatur, diſciplinâ regulari & jejunio caſtiganda ad domum undè exiit nunquam reverſurâ. Caveant verò Præpoſitæ, ne ſi contra prohibitionem promiſſam alicui literatæ vel illiteratæ, licenciam dederint rem aliquam vel librum ſuſtollendi à poteſtate ſuâ indecenter depoſitæ, ultioni graviori ſubjaceant. Si autem Magiſter Ordinis ſarcinulas ſcrutatorum & ſcrutatricium ſuper præmiſſis ſuſpectas habuerit, carretas herneſiorum ad aliquem locum ydoneum, extra curtem Monialium diverti, & ſingulas ſarcinulas per ſummum Scrutatorem & Sacerdotem Confeſſionis vel ſuos Capellanos diligenter faciat perſcrutari; ut ſi quid contempta prohibitione fuerit attemptatum, dignâ caſtigatione valeat emendari. Canonici & fratres annuum ſcrutinium facturi & à ſcrutinio reddituri, cum Prioribus vel Cellerariis domorum eant & redeant, non cum Monialibus, neque cum ductoribus Monialium. Idem inter moniales & ſorores ſuo modo firmiter obſervetur.

10. De eisdem.

Cum mittuntur scrutinium facientes de suâ domo ad aliam, pannos & cetera necessaria de propriâ domo sumant & secum ferant. De illa tamen domo, ad quam transeunt, sument victui necessaria, & acus & fila, & unde emendentur scissuræ pannorum & calciamentorum, & sufficiant eis in alienâ domo, quæ sufficerent in suâ. Quicumque mittuntur de una domo ad aliam, ut ibi maneant, similiter fiat.

11. De eisdem & eis necessariis providendis & per quos debent provideri. Et itinere eorum per annum prohibito.

Si Prior & Celleraris Procurator & grangiarius non providerint Scrutatoribus suis quæ sufficiant eis per annum in vestitu & calciamentis, cum venerint ad Capitulum de suo vestitu & calciamentis eis ibidem assignetur ad plenum, ne pro inopiâ occasionem habeant remeandi vel vagandi ante annuum Capitulum. Quod si secum non adduxerint scrutatores de suâ domo, singulis diebus, sumptâ venià in Capitulo, potu careant, quo inebriari possint, contenti uno pulmento, nisi ratione dictante, occasio conveniens in aliquo mitigaverit transgressionis pœnam. Hoc idem servetur in fœmineo sexu. Caveant qui præsunt domibus nostris, ne occasione aliquâ distortâ, aliquem vel aliquam mittant ad scrutinium, contra quod de scrutatoribus scriptum est. Qui verò regulariter eligitur ad scrutinium, si refutaverit, ab Ordine & communione, & pitantiâ privetur, usque ad condignam satisfactionem. In omnibus hiis potestas & justicia summis attribuitur Circatoribus, absente Priore omnium. Licet etiam litteratis scrutinium facientibus per omnes officinas fratrum, sicut ipsi Priori domus occulta & manifesta sagaci inquisitione scrutari, si ipsos scrutatores discretos & moribus maturos fore constiterit: laicis verò per omnia in suo Ordine. Similiter & scrutatricibus per officinas monialium & sororum in unâ conclavi ordinatè morantium. Prohibemus autem ne scrutatores annui quoquam eant equo vel navi nisi per licenciam Magistri, vel summorum Scrutatorum, nisi fortè Priores domorum eos secum duxerint.

12. De malicioſè ſcrutantibus, & delicta celantibus, & crimen aliis imponentibus.

Fratres & Sorores, qui scrutinium faciunt, caveant sibi, ne aliquid maliciosè componant adversus aliquem vel aliquam mentientes. Quicumque hoc fecerint, convicti, sceleris nefandissimi vindictæ subjaceant. Set potiùs sorores ex parte suâ patefaciant Priori omnium delictum & delicti probationem in præsentiâ discretarum sororum. Similiter fratres, coram discretis viris, quorum consilio tractetur culpa & culpæ pœna. Quicumque verò scrutinium faciens celaverit delictum, vel Ordinis transgressionem aut teporem, & hoc revelatum fuerit & probatum, convictus gravi pœnâ puniatur, videlicet quasi excommunicatus xl. *diebus sedebit in areâ Refectorii ad reficiendum vel potandum. Et in omni loco per totum Annum gradum tenebit ultimum. Si verò litteratus fuerit, nullum in Ecclesiâ complebit officium. Similiter nec laicus in ordine suo, nisi manifesta ratio vel necessitas culpam utriusque aliter puniri postulaverit. Si quis autem aliquid quod regulariter emendatum fuerit ex malivolentiâ publicaverit vel clamaverit, vel falsò Priori vel Conventui crimen adinvenerit, gravissimæ vindictæ anathematis subjaceat.*

13. De scrutatoribus ad domum suam reversuris.

Omnes scrutinium facientes, finito generali Capitulo, ad domum unde exierunt redeant, nisi manifesta infirmitas ad tempus impedierit, vel Prior omnium aliud magis expedire viderit. Qui verò contra hoc murmuraverit, & alibi aliqua arte remanere temptaverit, in ultimo loco hujusmodi pœnitere convenit, donec contrito corde & humiliato de tantâ transgressione se pœnitere indicaverit. Si verò alterius instinctu, tantam transgressionem incurrerit, simili vel graviori pœnâ culpam luere convenit, cujus instinctu hoc factum fuisse constiterit.

De

De punitione perſequentium Ordinis amatores. 14.

CAveant omnes noſtri, ne ullo modo odio perſequi præſumant, vel calumniis, aut querelis, aut accuſationibus injuſtis perturbare fratrem fidelem, qui reprehenderit vel reſtiterit hiis qui operantur contraria Religioni & Inſtitutionibus noſtris; vel quia Priori omnium fratribuſve ſcrutinium facientibus tranſgreſſiones indicaverit, ut corrigantur. Hoc autem facientes contra ſe teſtimonium perhibent Religioni ſe adverſari, & ad ſiniſtram declinare. Quod ſi hujuſmodi culpa Priores domorum maculaverit, in inferiori gradu eos pœnitere decernimus, ubi & prout Prior omnium diſcretorum conſilio viderit expedire. Si verò in ſubditos culpa redundat, in ultimo gradu ſub gravi pœnâ pœniteant, ut cæteri caveant ſibi.

Incipiunt

Incipiunt Capitula de quatuor Procuratoribus domorum.

De quatuor Procuratoribus in ſingulis domibus conſtituendis, & concordia inter eos ſervanda. I.

IN ſingulis domibus noſtris iiii. *viri, Deum timentes, Ordinis & Religionis noſtræ amatores, diſcreti & pacifici; videlicet Prior & Cellerarius, Procurator, & Grangiarius, vel alius diſcretior, ad quorum curam & diſpenſationem, univerſa ſubſtantia, quæ ad viros pertinet, eis ordinanda, & diſtribuenda præcipuè committitur. Nec quiſquam aliquid de ſubſtantiâ domus eroget, ſine eorum aſſenſu, vel contra eorum aſſenſum, vel mandatum; nec poteſtatem ſibi aſſumat. Ipſi verò quæq; neceſſaria ſunt Monialibus, ſine murmure vel dilatione providere, & amminiſtrare ſatagant. Quod ſi fortè neceſſitate cogente communi conſilio fratrum, Cellerarius vel Procurator profecturus ſit ad aliquid magni precii vendendum vel emendum, vel aliquid hujuſmodi, aſſignetur cuilibet eorum per Priorem domus fideliſſimus frater, qui ad feneſtram ſororum, ipſo præſente, pecuniam recipiat, receptam ferat ad ejus imperium, cum quo ierit, ubi juſtum fuerit, diſtribuat. Redeuntibus illis quod reponendum eſt ad feneſtram ſororum, per Priorem domus reponat. Nec inde diſcedat quouſque depoſitum in earum cuſtodiam veniat, in quarum cuſtodiâ pecunia ſervatur. Quod ſi fortè Cellerarius & Procurator, ratione dictante ſimul ierint, frater laicus pecuniam, ſi expedit, ferre poterit. Et quicquid de pecuniâ domus emptum vel emendum fuerit, Præpoſitæ & cæteris majoribus domus manifeſtum fiat. In omnibus quæ agenda vel diſponenda ſunt, prædicti quatuor concordes eſſe laborent, prout Ordo & ratio & religio dictaverit. Et ſi tres eorum in aliquo conſentiunt, quartus eis adquieſcat, vel reſervetur actio præſentiæ Circatorum aut Prioris omnium, ſi aliorum conſilio fratrum utiliter non poterit fieri; ſi quis verò eorum omnem poteſtatem eis creditam ſibi arripuerit, confratrum contempto conſilio, aut caſtigatus deſiſtat, aut removeatur, & alius loco ejus ſubſtituatur Prioris omnium conſilio.*

De Priore & ejus itinere & equitaturâ & officio & dignitate. 2.

NUllius domus Prior in negociis ſuæ domus, quoquam longiùs iturus, ſine Canonico vel fratre laico vel ſeculari fideli proficiſcatur; niſi immoderata paupertas aliter eum facere compellat. Cauſam verò ſui itineris, Subpriori domus & cæteris Procuratoribus manifeſtet. Nec aliquis Prior binariam equitaturam, niſi evidenti cauſâ cogente, excedat: Set Priores longiùs ituri vel Cellerarii juſſu eorum equum habeant, ad pannos ſuos & alia neceſſaria in itinere ferendâ, excluſo omni pompoſo apparatu. Omnibus autem noſtri Ordinis profeſſis famuli equitantes generaliter interdicantur, & etiam Magiſtro. Quæ verò agenda vel diſponenda, tractanda, vendenda, vel emenda ſunt, Prioris ſanioris conſilio fiant; & omnes ei debitum honorem & reverentiam exhibeant, & in bonis obedientiam. Nec ipſe ſine conſilio Prioris omnium & fratrum aliquid agat, quod eis velit vel ſtudeat celari, & præcipuè tribus ſibi aſſociatis. Similiter nec quiſquam ſubſtantiam domus, aliquâ arte erogare ſtudeat, ut eum lateat, vel alicujus operis vel itineris poteſtatem ſibi arripiat, ſine ejus aſſenſu utili & diſcreto. Ipſe Prior principalium feſtorum Miſſas & præſentium defunctorum exequias compleat. Quod ſi defuerit, Præcentor provideat, qui abſentis vices ſuppleat, niſi Prior omnium præſens extiterit, ad cujus dignitatem iſta pertinere dinoſcuntur. Præſente Magiſtro, nulli Priori liceat dare licenciam alicui Canonico, vel fratri quoquam eundi, niſi in negociis domus, nec alicui mulieri ſeculari intrandi ad moniales. Prior verò, vel vices ejus agens det habitum noviciis venientibus ad Ordinem, tam Canonicis, quàm fratribus, cum ſecularem habitum exuerint. Et cum ſcriptum ſit, qui bene miniſtrat gradum ſibi bonum adquirit, Priores noſtri, qui aliquamdiu in officio ſui Prioratus fructuosè pro viribus & ordinatè

dinatè ministraverint, si senio confecti vel corporis impotentia coacti beneficium remissionis à suo Prioratu obtinuerint, ab illâ, cui bene præfuerunt, domo, dum poterant; effecti debiles non amoveantur; Set potius majori munere misericordiæ & honoratiore sustentationis subsidio debitè venerentur; providentes ne contemptus vel inquietudo, inobedientia & irreverentia erga sibi substitutos tantam gratiam demereatur. Una missa specialiter dicatur pro Priore in Conventu singulis annis in Anniversario Prioris in Prioratu suo defuncti, in domo cujus fuerit Prior. Quacumque verò hora Prior obierit post signum ad Matutinas, habeat plenariè vigiliam suam totâ nocte sequenti.

3. De loquela Prioris & Cellerarii, & de subpriore & subcellerario.

Duobus principaliter loquendi potestas conceditur inter nostros; videlicet Priori & Cellerario, in exterioribus domorum negociis. De interioribus verò quemadmodum alibi distinctum est in diversis Capitulis, teneatur. Quod si Prior quoquam abierit, subprior vel alius, quem ipse assignaverit, si subprior abest, vices ejus suppleat, in his quæ ipse dictaverit, & ratio permiserit. Subprior verò, Priore absente, vel in Infirmitorio existente, nullum nostrorum Canonicum aut fratrem, in seculum eundi, vel alicubi equitandi, nisi pro domus negocio licentiabit, Capitulum tamen tenebit. Infirmos Canonicos & fratres visitabit, Canonicis & fratribus, infra Abbatiam licentias ordinatas loquendi dabit & minuendi. Venias sumet, & de venialibus Confessiones audiet. Delicta cotidiana, sine quibus in religione non vivitur, emendabit; & cætera religioni decentia, prout ordo permiserit & ratio postulaverit habito discretorum consilio disponet. Priore absente, pro negocio domus pedes vel eques, ubi necesse fuerit, ire poterit. Priore infirmante, mulieribus ad Moniales intrandi, masculis cum Monialibus alicubi loquendi, Canonicis aut fratribus extra portam quoquam egrediendi, sine assensu Prioris, licentiam dare non præsumat. Priore in Conventu existente, nullius confessionem audiat, periculo mortis excepto, nisi ab eo jussus vel permissus. Quod si hujusmodi Institutionis contemptor inventus fuerit, corripiatur semel & secundò; & nisi ordinatè emendaverit, ab officio deponatur. Caveant etiam Priores, ne si potestatem subpriorum suorum inordinatè arctaverint, vel si Canonicis suis aut fratribus eundi ad grangias solummodo commedendi aut bibendi causa licentiam dederint, similem inobedientiæ pœnam incurrant. Secum verò ad grangias ordinatè ducere Canonicos & fratres pro loco & tempore Prioribus non prohibemus. Subcellerarius verò & grangiarius, & qui variis sunt officiis deputati, locis & temporibus, de quibus & cum quibus ordo permiserit, Prioris assensu loqui poterunt; videlicet de pertinentiis ad officia sibi credita.

4. De ingressu Prioris & Cellerarii in Capitulum Monialium.

Priores vel subpriores Prioribus absentibus, vel vices eorum agentes, absentibus utrisque associatis sibi duobus Canonicis, ætate moribusque maturis, & uno fratre laico maturo & honesto, personas authenticas & alios ex bonis sibi collatis aliquid inclusis Christi & sponsis caritative daturos; necnon & eos, qui ex devotione pecierint participes orationum & beneficiorum nostræ religionis fieri, sive religiosos sive seculares in Capitulum Monialium reverenter introducant, & ordinatè reducant. Completo etiam sermone qui ad introductos pertinet cum egredientibus egrediantur, nostri nichil loquentes vel significantes cum Sanctimonialibus. Nec de nostris aliqua eo tempore stando loquatur cum aliquo in Capitulo, si rationabiliter vitari poterit.

5. De parentibus Prælatorum in domibus, quibus præsunt, non suscipiendis.

Si fortè aliquos de consanguineis Priorum vel Majorum aliorum utriusque sexus nostri Ordinis, in Congregatione nostrâ suscipi contigerit, in illâ domo, cui præsunt, non suscipiantur, nec remaneant nisi ratione dictante necessitas postulaverit. Nec tamen sine consilio Circatorum, & jussu Prioris omnium hoc fieri permittatur. Verumptamen, pro instanti necessitate, morti proximos parentes, ad horam suscipi sustinemus, & permanere quousque de infirmitate convalescant.

De

De poteſtate Procuratorum, & etiam Monialium ſcrutinium faciendi in grangiis noſtris, ubi venerint. Et de virgulto & melle. 6.

PRior vel Cellerarius, Procurator vel grangiarius veniens ad quamlibet grangiarum ſuarum, poteſtatem habet, & debitum eſt illi per ſingulas domos, cum omni diligentiâ perſcrutari, & videre omnia quæ ibi habentur victui neceſſaria, in manifeſto poſita, vel in abditis locis abſcondita, & quæ juſtè debentur & quæ injuſtè habentur ad Monaſterium Sanctimonialium tranſmittere. Hoc idem debetur noſtris Sanctimonialibus, caſu vel rationabiliter illuc venientibus. Hoc enim eis debetur & firmiter teneatur. Univerſa etiam ſubſtantia domus, Præpoſitis & cæteris majoribus, quæ ſub ea fuerint, curam domus gerentibus, manifeſta fiat ab hiis, qui exteriorum curam habuerint. Nec quiſquam audeat contra earum aſſenſum aliquid erogare. Quod ſi aliquis contra hoc murmuraverit, tanquam infidelis, ab eodem loco removeatur & dignâ caſtigatione culpam luat, ut de cætero caveat. Virgultum verò, ſi fecerit fructum, prout prædicti Procuratores providerint, aliqua pars fructuum fratribus ibidem manentibus remaneat, & reliqua mittatur Sanctimonialibus. Similiter fiat de melle, ſi fortè ibi apes habentur. Nec fructus de virgulto colligere, vel de alveolis favos mellis extrahere, niſi aliquis Procuratorum aſſuerit, vel aliquis ab eis ad hoc opus tranſmiſſus.

De computatione ſingulis menſibus faciendâ, & coram ſummo Scrutatore; Et qui intereſſe habent Computationibus. Et de expenſis grangiarum ſciendis. 7.

PRædicti Procuratores, vel qui vices eorum illis abſentibus tenuerint, anno ſcrutatore literato præſente, ad minus ſingulis menſibus conferant de ſumptibus domus, & Scripto ſororibus notificent, & uſque ad annuum Capitulum propriæ domus, intus & extra, reſerventur Scripta. Similiter & ſummis Scrutatoribus ſupervenientibus bis vel ter in anno manifeſtentur. Contemnentes per menſem unaquaque ebdomada duobus diebus in pane & aquâ pœniteant. Infortunium tamen graves reos poterit excuſare. Cuſtodes etiam Eccleſiarum & firmam recipientes & Magiſter bercariorum & ſutorum, & fratres molendinarii intereſſe debent Computationi, & computationem reddere coram ſummis Scrutatoribus. Priores verò & Cellerarii omnem diligentiam adhibeant ſcire expenſas, quas grangiis per annum impendunt; & quantum commodi inde percipiunt, ut anno finito conferri queant, quia in annuis Capitulis ſingularum domorum, computari debet in publico, quid ſingulæ grangiæ in expenſis perceperint in anno præterito, & quid commodi Abbatiæ fecerint.

De curâ Procuratorum, ut ſciant numerum ovium, & animalium; & de lanâ ſine communi conſilio non vendendâ. 8.

PRior & Cellerarius, Procurator, & Grangiarius curam ovium & animalium habeant, & numerum eorum ſciant; & ſine aſſenſu Prioris domus, nullus inde vendere aliquid præſumat niſi manifeſta neceſſitas compellat, plurimorum & majorum conſilio. Quod ſi cuſtos pecudum aliquid amiſerit, in præſentiâ eorum pœniteat. Quod ſi celaverit vel in contemptum duxerit eis certum numerum, vel quod amiſſum eſt, confiteri, ſuſpectus habeatur & furti pœnâ puniatur. Grangiarii etiam, quemadmodum & opiliones curam habeant & diligentiam adhibeant, per omnia, in hiis quæ ad ſuſtentationem ovium pertinere noſcuntur; & conſcii ſint per dicam de hiis, quas vendi contigerit, vel in alios uſus expendi. Prohibemus inſuper omnibus modis ne aliquis præſumat, per ſe vendere lanam domorum noſtrarum, ſine communi conſilio quatuor Procuratorum domus.

De proviſione cerviſiæ, per Procuratores; & eorum negligentiæ punitione. 9.

AD vitanda ſcandala & malorum obprobria perutile eſt cor apponere. Ea propter ſi fortè moniales cerviſiam non habentes neceſſitate ad potum aquæ declinaverint, juſtum eſt, ut majores domus, qui copiæ communicant, communicent & inopiæ; ut vera fraternitas fulgeat in domo domini, & eorum obturentur labia, qui parati ſunt maledicere, & bonorum operibus obviare. Indè eſt, quod in vi obedientiæ ſtatuentes præcipimus, quod quoci-

enscumque Moniales, ex negligentiâ vel incuriâ Procuratorum, aquam potaverint, Prior & Cellerarius, Procurator, & Grangiarius sectentur eis in potu ubicunque fuerint, nisi fortè mare transfretaverint, vel Ordinis majoris scandali occasio impedierit. Cum potatur, sobriè & cautè fiat, videlicet quando necessitas postulat, ne quid amplius. Communis sterilitas terræ suam excusationem habet, & culpam Procuratorum delet.

10. De Itinere Cellerarii & Subcellerarii & de denariis recipiendis, & in Itinere ferendis.

CEllerarius profecturus alicubi, causam sui itineris notificet Priori. Subcellerarius nusquam eat absente Cellerario; nec Cellerarius, eo absente, sine jussu Prioris, Priore absente, qui præest majorum domus utatur consilio. Absente verò Cellerario, & Procuratore, & Subcellerario, nisi Priore jubente, non dentur denarii foras, ab aliquâ; nec cuiquam eorum soli. Quod si necessitate cogente sine dampno non possit omitti, quin oporteat dari, aliorum trium fratrum seu literatorum seu illiteratorum, qui ad hoc assignati fuerint, testimonio dentur, & absentibus, cum redierint, ratio dati notificetur. Ipsi redeuntes similiter notificent ipsis & Priori, quicquid emerint vel vendiderint, vel quolibet modo ab eis vel per eos expensum fuerit: Nec cuiquam eorum liceat longiùs vel equo vel navi vel etiam pedes sine assensu Prioris & majorum domus ire. Contra hoc agentes ab officio sibi credito removeantur, si sine dampno majori fieri possit. Cellerarios tamen nostros latores denariorum esse prohibemus, nisi forte ratione vel necessitate cogente aliquis hoc faciat, Prioris sui mandato, vel Conventus sui communi consilio Canonico, vel fratre comite. Tamen si quoquam ierit expensas ad necessarios usus in viâ licitè ferre poterit.

11. De mercennariis conducendis & parentibus non retinendis, & de pectentibus.

NOmina mercennariorum & mercedum quantitas diligenter annotetur à Cellerario, infra primum mensem, quo fuerint conducti; tam domi, quàm per singulas grangias. Quod si steterit per Cellerarium viii. diebus comedat in area refectorii. Si per grangiarium xv. diebus eodem modo pœniteat. Mercedes non distribuantur nisi in præsentiâ Prioris per manum Cellerarii; nec aliis quàm ipsis clientibus & in cœnobio. Poterunt tamen clientes in grangiis valde remotis ibidem accipere per Cellerarium. Caveat quoque Cellerarius, & omnes Ordinis nostri, ne aliquis conducatur mercennarius in domo, ubi de nostris propinquos habuerit, nisi per Priorem omnium vel per summos Scrutatores, necessitate aut utilitate cogente, vel ratione distante. Si fortè necessitate cogente conducantur mercennarii ad pectendum lanas, quæ gravioris laboris esse noscuntur, & vires sororum ad hoc opus defecerint, apponatur fidelis frater ad custodiam laboris mercennariorum, ne qua fraus prævaleat, ut omnino seculares mulieres excludantur ab ingressu ad moniales vel sorores laborandi causâ.

12. De subcellerario, & fratre fenestræ, & hospicii ei subjectis; & ejusdem officio. Et de blado per dicam recipiendo.

CEllerarius solatium habeat alium Canonicum mansuetum & providum, qui vices ejus suppleat in cibis & potibus suscipiendis, & distribuendis; & ceteris rebus quæ ad familiarem curam domus pertinere noscuntur. Qui nusquam longiùs iturus est, nisi ad grangias cursu pro veniis fratrum accipiendis, si Prior ad manum alium discretum non habuerit. Qui sollicitos faciat fratres de caseis & ovis, & cæteris, quæ necessaria sunt Sanctimonialibus & fratribus hospitibus. Habebit etiam duos fratres, moribus maturos, discretos, pacificos, sermone blandos, castos, de quibus nulla sit mali opinio. Unus quorum subcellerario subjectus fenestræ sororum præponatur, qui fidelissimus & discretus in omnibus, quæ mandantur sororibus, vel ab eis mandata fuerint inveniatur. Ipse etiam in his, quæ ad officium sibi creditum pertinent, prout ordo permiserit, & ratio dictaverit, hospitali fratri solatium præstabit, cum opus habuerit, & licenter poterit. Alter verò hospicio præerit, qui sermone tacito à subcellerario, vel à fratre fenestræ quærere poterit, quod signo nescierit, in loco terminato, & a fenestrâ semoto. Negligentes in pane & aquâ pœniteant, ut corrigantur. Quicquid autem ferri vel calibis adquiritur sub custodiâ Cellerarii & subcellera-

rii

rii in cellario eorum, vel in alio loco apto servetur, ut per Priorem, vel per Cellerarium, vel ejus solatium, cum ipse defuerit, ad quæque necessaria discretè dividatur. Subcellerarius autem portet claves cellarii in minutione, si oportunè & sine gravamine poterit: Si autem propter infirmitatem non poterit, alius assignetur per Priorem domus, qui ipso dictante suppleat vices ejus. Si ipse vel alius Canonicus per Priorem, vices ejus supplens, panem mercennariorum debitâ horâ de pistrino non dederit, ad grangias, vel ad hospicia, vel ad portam, vel quibuscunq; dari oportet, jejunet eo die in pane & aqua vel sequenti. Panis verò regularis dabitur per manus Sanctimonialium. Eandem pœnitentiam faciat frater, si panem alicui de pistrino, subcellerario absente, tribuerit. Subcellerarius verò solus clavem habeat de pane. Ipse quoque vel alius Canonicus, à Priore assignatus, cum fratre fideli recipiat annonam, quæ venit de grangiis; & ipse scripto & frater in duca memoriter teneat quantitatem, ut sciant inde rationem reddere.

De custodiâ hospicii, & de commestione nostrorum in eo. Et de carne non dandâ hospitibus. 13.

AD majorem hospitum Venerationem constituantur duo ad custodiam hospitii; Unus Canonicus, videlicet subcellerarius, si sine detrimento fieri possit, vel alius discretus & providus, si ipse conveniente non potuerit: & unus frater laicus, qui sciant quomodo tractandi sunt hospites. Neuter eorum præsumat sibi aliquid retinere de his, quæ ad hospites pertinent; nec studeant occultare aliquid nesciente Priore & Cellerario, unde graventur moniales & alienentur ab his, quæ eis jure debentur. In hospitio domorum nostrarum omnibus nostris cibum & potum sumere prohibemus, exceptis his quibus potestas regulariter attribuitur, cum hospitibus magnæ auctoritatis commedere vel bibere; videlicet Archiepiscopis & Episcopis. His verò licet obedire, & semel vel bis, si jusserint, potum gustare. Nec sit nostris consuetudo carnes hospitibus dare, exceptis Archidiaconis & Episcopis & ægrotantibus. Et si hujusmodi potestas advenerit cui carnes oporteat dari, à suis non à nostris præparari debent. Intra monasteria namque nostra nullus vescatur carne, aut sanguine, nisi præpotens & omnino infirmi, & artifices conducti. Similiter nec intra curtes grangiarum, nisi propter easdem causas & propter mercennarios.

De pellibus Conventui providendis, & de punitione negligentium. 14.

CEllerarius & Procurator, cum multâ sollicitudine curent & provideant, ut fratres pelliparii, congruo tempore, circa Nativitatem Sancti Johannis Baptistæ *vel citiùs habeant unde pelliceæ & pennæ Sanctimonialibus & sororibus Canonicis & fratribus fiant de optimis agninis pellibus. Negligentes verò pellibus vel pelliceis careant yemali tempore; vel per singulas ebdomadas à festo omnium Sanctorum usque ad cathedram Sancti* Petri, *binæ disciplinæ subjaceant, & uno pulmento binis diebus careant.*

De rebus Monasterii, sine consilio Procuratorum non erogandis; & de expensis in grangiis faciendis. 15.

OMnino sub anathemate omnibus interdicimus, ne quislibet vendat, vel eroget, vel distribuat seu acomodet pecuniam domorum Sanctimonialium, seu quadrupedia vel annonam, & hujusmodi, sine voluntate & assensu Prioris & Cellerarii; nec quis illorum, inconsultis aliis Procuratoribus domus. Verumptamen quia casu sæpiùs multa intercurrunt infortunia in domibus & in grangiis nostris majora & minora correctione digna, si grangiarium aliquid facere vel dare oportuerit pro emendatione domorum vel sepium, murorum vel fossarum, vel pro aliquo profectu domus, consilio fratrum secum morantium, vel fidelium mercennariorum si solus fuerit hoc faciat, Priori & Cellerario factum & causam facti quàm citiùs ostensurus. Quod si fecerit, ab anathemate se liberabit. Caveat etiam super omnia, ut nunquam aliquam partem bladi vendat, vel det sine speciali præcepto Prioris vel Cellerarii, ne pœnam furti incurrat.

16. De pueris Procuratorum, & aliis pueris propriis, vel rebus non habendis. Et de pecuniâ ad feneſtram recipiendâ, & intromittendâ, & in itinere ferendâ; & de expenſis intus & extra notificandis.

Nullus noſtrorum, præter Procuratores domorum, habeat proprios pueros, viatores, vel equos, vel ſellas, vel hujuſmodi; ſet quos Priores ſui eis ad tempus aſſignaverint, alicubi profecturis: Nec etiam Bercarii, vel ſutores, vel Magiſtri operum, nec ſtabularii, niſi per Priores. Et cum omnes proprietarii in generali Capitulo ſint excommunicati, prohibemus omni modo, ne aliquis clauſtralis habeat phaleras, ſcilicet Sellas, frenos, & calcaria, & cappas, & hujuſmodi alia ad equitandum. Hujus mandati tranſgreſſores pœniteant in jejunio multiplicato & verbere; vel de poteſtate deponantur, ſi obedientiarii fuerint. Quod ſi aliquis Procuratorum, communi conſilio, profecturus ſit, ad aliquid magni precii comparandum vel vendendum, unus de fratribus ad hoc electus, pecuniam ad feneſtram ſuſcipiat præſente Priore vel Cellerario, vel ejus ſolacio. Suſceptamq; ferat, & ad juſſum illius, cum quo ierit, diſtribuat. Nam Prælatos domus, latores denariorum non eſſe decernimus, niſi ratio vel neceſſitas poſtulaverit; ſet de tribus, qui ad hoc electi fuerint alternatim unum, ſive literatum ſive illiteratum, vel alium diſcretum. Cum verò pecunia ad ſorores intromittitur, vel ab eis emittitur, aliquis frater à Priore electus diſcretus, niſi alia cauſa magis neceſſaria impedierit, intereſſe debet, ut ſciat omnem pecuniæ expenſam. Tres verò fratres, quibus injunctum eſt intromittere ad ſorores quicquid auri vel argenti earum cuſtodiæ decretum eſt committi, indè dicam habeant; & medietas ejus cuſtodiæ ſororum deputabitur, quas Præpoſita & Celleraria viderint cautiores & magis fideles. Cum verò fratres aliquid intromiſerint, vel ſorores emiſerint, in dicis eorum, & eorum memoriæ commendetur; Similiter & in rotulo Cellerarii, vel illius qui ad hoc aſſignatus fuerit, ſi fortè ipſe defuerit, & prædictarum ſororum memoriæ ſcripto commendetur; ut cum de pecuniâ diſcuſſio facta fuerit in præſentiâ Curatorum & diſcretorum fratrum uniuſcujuſq; domus, rotuli & dicæ uncunq; conſonent, & concordent vel non manifeſtum ſiat.

Incipiunt

Incipiunt Capitula de Canonicis & noviciis, & eorum ætate; & laicis Canonicis.

De Inſtitutione Canonicorum, & numero eorum in domibus Monialium; & de officio Eccleſiaſtico, cantu, ſilentio, labore eorundem. I.

IN unaquaq; domo Sanctimonialium ſeptem Canonici ad minus, ſi poſſeſſio domus permiſerit, vel plures; videlicet ſecundùm loci illius facultates; ita tamen, ut in nulla domo eorum numerus tridenarius excedatur, niſi habundatiores facultates ſuperaddantur, quæ ſufficiant ad opus Canonicorum, ne ſanctimoniales graventur. In Monaſterio, officium Clericorum, in Miſſis & horis teneant. Organum tamen & decentum, fauſetum & pipeth, omnino in divino officio omnibus noſtris utriuſq; ſexus prohibemus. Excedentes, in craſtino ſtatim in Capitulo vapulent: Et qui audierit, & indè non clamaverit, ſimiliter puniatur. Secundùm arbitrium Prioris domus & Cantoris æqualiter ordinentur fratres in utroq; choro, ſine murmure; ita videlicet, ut de Canonicis à Priore æquâ diviſione factâ, Præcentor partem, quam ſibi elegerit, retineat. Qui verò murmuraverit, in ultimo gradu pœniteat in pane & aquâ bis in ebdomadâ, uſq; ad adventum Prioris omnium, niſi Circatores, ratione diſtante, maculam culpæ aliter ſalubriùs delendam decreverint. In cloiſtro, in choro, in Capitulo, in Auditorio, in Refectorio, in Dormitorio, in ..... ſilentium, & eaſdem Ordinum leges, quas ſanctimoniales ſervabunt in hiis, quæ Ordo Canonicorum ſecundùm Regulam ſancti Auguſtini permiſerit. Operentur, quæ neceſſaria ſunt in cloiſtro, in orto, in virgulto & intra curtem, ubi non videantur à monialibus; nec audiantur, nec à ſecularibus, ſi congruè vitari poteſt, inquietentur. Super omnia cavendum eſt ne videantur vel audiantur à monialibus niſi in Miſſis & in cæteris, quæ non oportet omitti; Et ne ſponte eas videant vel audiant, niſi oportuna occaſio vel neceſſitas hoc fieri faciat. Nullus verò puerorum doceatur literas intra Monaſterium, vel in locis Monaſterii, niſi ſit novitius, vel receptus in probatione novitii; quibus tempore lectionis diſcretè licet. Et notandum, quia nullum niſi poſt quintum decimum ætatis ſuæ annum, in probatione nobis ponere licet: Nec infra viceſimum annorum ſpacium in Canonicum ſuſcipere. Novicius ſuſceptus in Capitulo, ante feſtum ſancti Michaelis, compleat numerum Pſalteriorum; ſicut & cæteri. In unaquaq; domorum noſtrarum licèt duos laicos magnæ auctoritatis, inter Canonicos ſuſcipi, vel plures. Suſcepti, in Eccleſiâ ultimum locum tenebunt, niſi aliquem pro culpâ ſua in ultimo loco ſatisfacere ad tempus contingat. Si verò quis illorum laicorum cautus, providus & diſcretus in religione profecerit, hic tales vices Cellerarii, ſi abſens fuerit, vel horis Canonicis interfuerit, ſupplere poterit in hiis quæ Cellerarius ipſe dictaverit. Poterit etiam, ſi Prior omnium perutile judicaverit, tonſurâ clericatus ſuſceptâ, Cellerarius fieri.

De rebus ſecularium venientium ad converſionem erogandis, ante habitus ſuſceptionem. Et de ſuſceptorum cuſtodiâ & termino profeſſionis, & profeſſione. Et noviciorum & aliorum Canonicorum communione. 2.

CUm aliquis veniens ad converſionem noſtri Ordinis, recipiendus eſt in Capitulo; antequam recipiatur, donationem faciat de rebus ſuis nichil recepturus de omnibus quæ Deo vel religioni dederit, aut ſecularibus reliquerit, ſi quod abſit, temptatus receſſerit. Receptus verò ſub voto de ſe ad Altare oblationem faciat, ut ſibimet abeundi omnem occaſionem auferat. Nec quiſquam recipiatur, niſi priùs ei hoc fuerit apertè demonſtratum. Hoc idem in ſuſceptione laicorum fratrum ſervetur ſuſceptis Canonicis, ſtatim aſſignetur aliquis vir ordinatus, & Ordinem zelans, qui ipſos diligenter inſtruat officium eccleſiaſticum,

cum, & Ordinis Instituta doceat. De Dei timore & dilectione sollicitos reddat, errantes corripiat & corrigat. Majores ætate verbis, minores verò verbis & verberibus, cum oportuerit, justi moderaminis hinc indè tenens temperiem. Canonici verò, ante habitus susceptionem, coram monialibus non suscipiantur; set postmodum ad petitionem Prioris & Conventus Canonicorum, cum aliquandiu inter eos fuerint conversati. Qui priùs habitum susceperit Prior sit. Novicii ad nullum officium Ecclesiasticum scribantur; nec mensæ lectores sint, nec servitores. Lectiones in Ecclesiâ non legant; Responsoria non incipiant, nec versum cantent; set responsoriola & versiculos dicant. Lectiones Matutinales de beatâ Mariâ *legant, & lectiones pro defunctis in directo & non sollempniter. Legant etiam aliquando ad Collationem & in Capitulo; Set non assidue. Ad Missas Conventuales, ut privatas, ut servitores ministrent, Similiter ad mensas surgentes, cum necesse fuerit. Ad laborem continuè, donec servitium suum reddiderint, & scierint, non exeant. Sacerdotes, dum novicii fuerint, Missam non celebrent. Psalterium cum Canticis & ymnarium sufficienter scientes, cum antiphonarium & gradale cordetenus reddiderint. Si citra triginta annos ad conversionem venerint, more debito profiteantur. Si triginta annos ætatis vel amplius valentes ad conversionem venerint, ad omnia præmissa non cogantur, nisi habilioris & subtilioris ingenii fuerint, ita ut præmissa sine magnâ difficultate complere possint, set de Consilio Magistri cum eis dispensetur. Regula beati* Augustini *& Institutiones Ordinis, Noviciis ante professionem inspiciendæ, & bis, vel ter, vel sæpiùs perlegendæ committantur. Et si qua sibi in illis obscura fuerint, vel minus intellecta, ab aliquo sciente ipsis pleniùs exponantur, ut sciant & intelligant ad quæ observanda ex voto professionis suæ teneantur. Conventus Canonicorum tempore professionis Canonici Capis utatur lineis. Canonicus tunc professus, ad eandem mensam communicet. Magistri Noviciorum, pro excessibus discipulorum, in Capitulo corripientur; non novicii, nisi fortè inobedientes fuerint aut rebelles. Post professionem sub custodiâ suorum erunt magistrorum* xl. *diebus vel paulo plus. Interim in Capitulo non clament nec clamentur, set Custos eorum, nisi in Capitulo deliquerint vel culpas suas audientes veniam sumere neglexerint. Venias tamen gratis sumere possunt culpas suas confitentes, vel misericordiam petentes. Professi, qui ad sacros Ordines fuerint promovendi, per magistrum promoveantur. Promoti in sacerdotium, ad jussum Priorum suorum celebrent. Nec fiat in novarum Missarum celebratione oneroſum convivium, vel inutilis convocatio secularium; set in hujusmodi voluntate pareant Priorum suorum. Omnes Canonici, qui sacerdotes non fuerint, omni die dominicâ habent communicari, vel alio die in ebdomadâ. Similiter quociens sacris vestibus induti, dupplicibus festis vel principalibus Altari ministraverint, exceptis Missis mortuorum. Canonici verò valetudinarii professi, tam sacerdotes, quàm inferioris Ordinis, semel in septimana habent communicari; & omnes generaliter quotiens infirmitatis gravitas compulerit. Novicii quoq; Canonicorum post confessionem Magistro factam octies in anno, quando scilicet fratres communicant, & insuper quociens infirmitate cogente opus fuerit, communicabunt. Qui se propriâ voluntate subtraxerit de corpore Christi, nullus ei communicet, nisi hoc emendaverit. Illis diebus quibus communicandi sunt, possunt ad privatas Missas communicari ministri.*

3. De vestibus Canonicorum & earum simplicitate & superfluitate vitanda, & distributione.

Canonici hoc modo vestiantur. Tunicas tres habeant & unam pelliceam, de adultis agnis, & pallium album ante, ad latitudinem quatuor digitorum consutum, & pelles villosas ad coopertendum vel induendum, si pallià foratâ non fuerint, & caputium agninis pellibus foratum, & duo paria caligarum, & pedulum, & sotulares diurnos & nocturnales. Habeant & capam lineam, in hiis tantum quæ ad divinum officium spectant. Nec recipiatur quis in Canonicum, nisi cum cæteris pannis suis capam habeat lineam propriâ provisione, vel alicujus caritativâ collatione. Capis enim lineis omnes Canonici professi in divinis utuntur officiis. Canonici, videlicet per se manentes, omnibus festivis diebus ad primas Vesperas *& ad* Matutinas *ad* Primam *& Missam matutinalem ad* Tertiam *& altam Missam, & ad secundas* Vesperas *prædictis capis utuntur. Set in domibus Monialium ad primas* Vesperas *& ad* Matutinas, *ad altam Missam & ad secundas* Vesperas *tantum eisdem festis ipsis capis utuntur. Nam & in Claustro, & in Refectorio, & omni tempore lectionis utentur palliis prædictis. In tempore laboris scapularia habeant alba,*

quemadmodum

quemadmodum pallium eorum. Lectiſternia, ſicut monachi Ciſtercienſis *Ordinis. Cum ſcriptum ſit,* qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt, *Monaſterium iſta non decent. Ponamus igitur veſtes delicatas, ita ut nullus noſtrorum pannis ſubtilioris fili aut coloris precioſi, vel hujuſmodi, neq; novis neq; veteribus ullo modo utantur. Set veſtitus ſimplex ſit, & penitùs qualis Regula beati* Auguſtini *deſcribit. Caveant etiam tam Priores quam Cellerarii, & cæteri qui præſunt domibus noſtris, ne ſuperfluitate vel varietate veſtium, vel calciamentorum, aut etiam ciborum ſuorum conturbent fratres ſuos infirmos; ne murmur inde vel diſcordia excitetur, quia piorum bonitas abjectiore habitu & victu dinoſcitur & poteſtas roboratur. Similiter & omnium Prælatorum: Statutis quidem temporibus diſtribuantur panni Canonicis & fratribus, videlicet fratribus laicis ſuo tempore & Canonicis determinato ſibi tempore: & de eodem panno & non ſubtiliori fiant veſtimenta omnium, niſi aliqua manifeſta neceſſitas infirmitatis vel ratio impedierit, Nullus verò veſtimentum novum à monialibus ad feneſtram vel alibi recipiat, niſi priùs vetus reddiderit vetuſtate conſumptum & inutile factum. Et aliquis aſſignetur per Priorem domus, qui vetera recipiat, & nova liberet fratribus, præſente Priore & Cellerario & Grangiario & Procuratore, vel duobus ex illis, ſi fortè alii defuerint, & veteres ſororibus tradantur. Canonicis, præſente Priore vel ejus ſolatio. Quod ſi aliquid vetuſtum juſſu Prioris vel Præpoſitæ datum fuerit, vel intus retentum, intus & extra memoriæ commendentur.*

De lanâ ad opus noſtrorum non ſtudioſè miſcendâ, & tonſis pannis prohibitis, & coopertoriis conceſſis. 4.

Caveant in domibus noſtris, ne lanæ diverſi coloris ad opus noſtrum ſtudioſè miſceantur. Ad opus verò magnorum virorum, qui ſunt potentes in ſeculo, ſi Prior omnium juſſerit, ſtudioſe miſceantur. Qui aliter fecerint, in communi Capitulo degradentur, vel tertiò vapulent ibidem. Tonſi panni in domibus noſtris ad noſtrorum opus non fiant. Si verò noſtris fuerint dati, vel communi domus ſubſtantia empti, ipſis utantur; non tamen ſine aſſenſu Prioris omnium vel Scrutatorum vel Scrutatricum. Similiter coopertoria licet honeſto panno, non nimis precioſo cooperiri. Si verò dantur coopertoria, Canonici & moniales eis utantur, niſi, quod abſit, ſuperbia indè inoleſcat. Pannis tamen datis vel precio comparatis nemo de noſtris utatur, niſi Prior omnium & major domus, ordinatâ conſideratione viderint licere. Ad lectiſternia tamen licet fratribus noſtris viles tonſos pannos emere, vel ad eorum opus parare.

De veſtibus non refutandis, nec excambiendis; & pellibus & pelliceis. 5.

Si quis verò de noſtris veſtem refutaverit, vel pro deformitate coloris, vel quia nimis curta vel minùs ampla fuerit, per totum annum ipſum ea carere decernimus; nec detur ei priuſquam ad audientiam Prioris omnium vel communis Capituli veniat, nec tunc ſine correptione gravioris culpæ. Nec aliquis excambire præſumat pannos vel ſotulares, vel hujuſmodi. Licet tamen Priori cum aliquo, qui de domo ſua fuerit, commutare, & deteriorem ſibi reſervare. Pelles & pelliceæ omnium, antequam dividantur, in cuſtodiâ ſororum veniant, ne privilegium contemnentes furti judicio puniantur, & gladio anathematis à domino Papâ feriantur, & quæ magis eis neceſſariæ fuerint, ſibi retineant. Pelles quidem & pelliceæ ad minus ſeptem annis vel octo habeantur, ſi de adultis agnis fuerint & convenienter fieri poſſit. Et ſi diutius durare poterint, nemo eas mutare præſumat, cum non dentur ad cultum, ſet ad neceſſitatem.

De amiſſione veſtium. 6.

Si quis noſtrorum indumentum quodlibet vel veſtem, ſuâ incuriâ vel negligentiâ perdiderit, eodem panno per totum annum carebit; excepto quod Canonicus pro pallio vel capâ lineâ, tunicâ vel pelliceâ carebit; frater pro caputio pedulibus, & tertiò in Capitulo vapulabit ſi cultellum, per unum menſem carebit. Quicunq; verò pannos ſuos ex negligentiâ in curtem nocte reliquerint, trinæ diſciplinæ ſubjaceant. Monialis pro cucullâ vel ſcapulari perditâ; ſoror pro pallio vel caputio, tunicâ vel pelliceâ careat.

7. De uniformitate ſotularium, ab omnibus habenda; & de punitione negligentium.

PRiores & Cellerarii ad equitandum ſingulos ſotulares habeant ultra genua paululum pertingentes, non altiores, ad modum crepitarum ante conſutos; ſet non dupplici margine. Sint etiam duo paria vel tria ejuſdem modi in dormitorio à dortorario equitaturis tradenda, & à redeuntibus eidem reddenda. Omnium autem Canonicorum regulares ſotulares, tam diurni, quàm nocturni, rubei corei ſint, & moderatæ altitudinis. Quiſquis ſotularibus nocturnalibus, vel ad equitandum factis, in alia formâ, quàm quæ per Capitulum ſtatuta eſt, formatis fuerit uſus, vel culcitra, aut pannos pictos, qui vocantur Chalons, *loco lectiſternii habuerit, quam citius ea deponat. Poſt auditum verò ſtatutum Capituli, qualibet* VI. *feriâ jejunet in pane & aquâ, donec ea depoſuerit. Summus verò Prior in hiis & hujuſmodi, prout ratio dictaverit, poterit diſpenſare. Hoc quidem ſcriptum de ſotularibus, non obſervantes, ultimi ſint in Ordine uſq; adventum Magiſtri.*

8. De pannis abluendis.

NEmo de noſtris arripiat ſibi poteſtatem abluendi pannos ſuos, vel licentiam quærere, ſet eorum providentiæ hæc cura dimittatur, quibus hæc obedientia à Prælatis attributur, & à ſororibus caritativè abluantur, & emendentur, ut in XVIII *Capitulo ablutionis pannorum monialium continetur. Pedules tamen, & capitum ligamenta, & cætera minuta excipiuntur, in tempore lectionis; in tempore laboris non.*

9. De Canonicis ad nova loca mittendis; & aliis de locis ad loca removendis, & Itinere eorum.

DUodecim Canonici, cum Priore terciodecimo, ad cœnobia nova tranſmittantur, nec tamen illic deſtinentur, donec locus ille libris domibus & neceſſariis aptetur. Libris duntaxat Miſſali, Regula, libro uſuum, Pſalterio, Ymnario, Collectaneo, Antiphonario, Gradali. Domibus quoq;, Oratorio, Refectorio, Dormitorio, cella hoſpitum, & portarii neceſſariis & temporalibus: Ut honeſte vivere & Regulam ibidem ſtatim valeant obſervare. Si verò aliquis mittendus eſt Canonicus ad alium locum ibidem manſuras, quæq; neceſſaria in veſtitu & calciamentis ei provideantur à Priore & Cellerario domus unde exiit, prout convenit. Cum etiam quis Canonicorum de unâ domo ad aliam eſt removendus, diſcretè & cum conſilio diſcretorum Ordinis, diſciplinam zelantium removeatur, ut ſic ſaltem de ſuis exceſſibus corrigatur; vel meritis ſuis exigentibus alicujus dignitatis officio præficiatur. Gravamini quoq; ſingulorum, & tedio Magiſter per remotionem, cum neceſſe fuerit, vel alio modo ut expedire viderit, remedium conſolationis & quietis affectu paterno, ſtudioſe providere procuret, uniuſcujuſq; contradictione remotâ. Caveant etiam Priores & Cellerarii, & cæteri, ne eorum incuriâ, fama Ordinis alicubi maculetur, vel ſcandalum incurrat; quia Væ ſoli *ſcriptum eſt; unde ex generalis proviſione Capituli ſtatutum eſt, ut cum removendo mittatur alius diſcretus Canonicus, qui oſtendat Priori domus, ad quam venerit, quod ordinatè ſit veſtitus. Pelles ejus & pellicea tales ſint, ut per biennium ei poſſint ſufficere. Supervenientes Canonici ad domos noſtras, ſi poſt primum diem Capitulo & horis regularibus non interfuerint, non indè recedant, niſi ſumptâ veniâ pro tali exceſſu in Capitulo. Cyrotecarum & mitannuarum omnis ſuperfluitas & otioſa vanitas ab omnibus noſtris communiter caveatur. Licet tamen iſtis uti in itinere & labore noſtris concedatur; in Clauſtro & Capitulo & dormitorio & infirmitorio otioſis penitus prohibentur. Cætera de itinere Canonicorum & termino redeundi quærantur infra in Scriptis de fratribus.*

De

De rasurâ Canonicorum. 10.

C*Anonici radentur vigiliâ Natalis domini, & ad festum Sancti* Hylarii, *& ad purificationem beatæ* Mariæ, *& kalendas* Marcii, *& kalendas* Aprilis; *vel medio tempore inter kalendas* Marcii, *& kalendas* Aprilis; *vel medio tempore inter kalendas* Marcii *&* Paschæ, *si prolixitas temporis illius quinque septimanas compleverit. Et ad* Paschæ. *Item medio tempore inter* Paschæ, *&* Pentecosten, *& ad* Pentecosten, *& kalendis* Junii, *vel medio tempore inter* Pentecosten *& festum Apostolorum, si prolixitas temporis quinq; septimanas compleverit; & vigiliâ Apostolorum, & ad festum Sancti* Jacobi, *& vigilia* Assumptionis *Sanctæ* Mariæ, *& ad* Nativitatem *ejusdem, & ad festum sancti* Michaelis; *& ad translationem beati* Gileberti; *& vigilia* Omnium Sanctorum, *& vigilia sancti* Andreæ.

Canonici radantur vigilia *Natalis* Domini, & ad festum Sancti *Hylarii*, & vigilia *Purificationis* beatæ *Mariæ*, & post in tres septimanas, vel paulo

minus secundum spacium temporis qualiter divisum, usq; ad *Paschæ*, & vigilia *Paschæ* & post festiam terciam post Dominicam, qua cantatur *Misericordia Domini*, & feria v. post Dominicam, qua cantatur *Cantate*, & in vigilia *Pentecostes*, & post dominicam in quindenam, usq. ad festum sancti *Michaelis*. Et si sex vel septem dies superfuerint, infra duas vel tres quindenas rasturas æquè dividantur; & si duo vel tres dies defuerint de ultima quindena, non ideo omittatur rasura: & post vigiliam Sancti *Gileberti*, & vigiliam *Omnium Sanctorum*, & die Sancti *Edmundi* & vigilia Sancti *Nicholai*.

De Canonicis in singulis officinis, fratribus associandis; & de fratribus factorum Canonicorum consciis. 11.

IN omnibus officinis tam Sutorum quam Pelliparіorum & aliorum artificum, aliquis discretus Canonicus fideliter assignetur his qui præsunt artificiis, ut discretè distribuantur quæ distribuenda sunt, & scripto memoriæ commendentur, ut Priori & Cellerario nota fiant in singulis domibus nostri Ordinis. Qui contra hoc egerit, pro fure habeatur, & furti pœnâ puniatur. Literatos enim conscios factorum laicorum esse statuimus, in omnibus officinis & operibus eorum, tam in grangiis, quàm in Abbatiâ. Similiter aliquem de laicis conscium esse volumus in his, quæ aguntur à Clericis, & expenduntur ex substantiâ domus.

De officio Ecclesiastico Canonicorum, & eorum Capitulo & Regulâ legendâ, & expositione ejusdem. Et de revelantibus secreta Capituli, & de confessione privatâ. 12.

A *Kalendis* Novembris *usq; ad* Paschæ, *privatis diebus ad vigilias, & ad cæteras horas diei prosternat se Conventus ad orationem &* Gloria patri, & filio, & Spiritu sancto, *scilicet super formas, & ad* Kyrieliton; *& preces post horas, exceptis festis Sanctorum & festivis octavis, & diebus* ix. *lectionum, & trium lectionum. In istis enim diebus incurvabunt se inclinando ad prædictas orationes sine prostratione. Dictis verò matutinis, statim Conventus de Choro exeat, & ordinatè in dormitorium eat. Ibiq; qui voluerit, ad intervalla quietiùs oret, vel accenso lumine à sacristâ legat in loco congruo à Priore provisо; scilicet à festo* Omnium Sanctorum *usq; ad* cathedram sancti Petri, *feriis tantum. Nec sedeant in angulis legentes, sed in uno loco simul. Qui taliter habeant capucia in capitibus, ut possint agnosci si dormiant an non. Et sic exeant de choro, ut primus exeuntium dicat ultimum* Amen *in choro. Apparente autem die, pulset signum sacrista ad* Primam, *nec illud dimittat quousq; Prior faciat sonitum ad orationem faciendam. Hoc eodem modo pulsatur ad* Tertiam, *ab Idibus* Septembris *usq; ad* Paschæ, *quando laboramus & jejunamus. Modus iste in domibus Canonicorum per se manentium servetur. In domibus verò monialium, signum earum sequantur Canonici horas diei & noctis, locis debitis & horis persolventes. Factâ oratione super formas, aut misericordias, si tale tempus fuerit, signantes se inclinent, & similiter faciant ad omnes horas post factam orationem. Dum autem sacerdos finierit* Deus in adjutorium, *ad* Gloria patri, *incumbant super formas; aut incurventur, si tempus dictaverit; & similiter ad omnes horas diei faciant.*

Dicta itaq; Primâ, *cantetur Missa, & post Missam dicant sacerdotes Missas privatas ante* Terciam, *vel post, si tempus ante non sufficerit, petitâ licentiâ. Post, ut tempus dictaverit, pulsato signo ad* Terciam *Canonici intrantes Ecclesiam aspergant se aquâ benedictâ,*

dictâ, & dimiſſo ſigno fiat oratio ſicut ad vigilias. Cantatâ tertiâ eant in Capitulum. Hoc eodem modo fiat diebus feſtis quibus laboramus toto ſpacio temporis præſcripti. A Paſchâ, *verò uſq; ad Idus* Septembris *privatis diebus tenetur Capitulum poſt* Primam; *& celebratur Miſſa Conventualis poſt* Tertiam; *& inter Primam &* Tertiam *vadit Conventus in laborem. Feſtivis autem diebus, tam in yeme, quàm æſtate, poſt Miſſam matutinalem, pulſetur ſignum ad convocandum conventum in Capitulum; nec dimittat illud donec data ſit benedictio. Diebus quas Canonici & Moniales tantum feriant, pulſetur campana, more feriali. Omnes verò audito ſigno conveniant in Capitulum, inclinantes ante ſedes ſuas; & cum ſederint, humilient ſe mutuò. Veniente autem Priore, vel quolibet alio, qui Capitulum tenere debet, aſſurgant ei omnes inclinantes tantùm Priori tranſeunti; eodem reſidente reſideant. Set ille, qui juxta Priorem ſeſſurus eſt, humiliet ſe profundo de loco ſuo verſùs illam; nec tamen ſuper genua vel articulos, & ſic reſideat; & ita facint in omnibus locis, qui juxta eum ſedere voluerit, excepto in Eccleſia; non enim ibi ſibi ſupplicant, neq; ad menſas, ſet nec nocturno tempore.*

Lector verò veniens ante analogium, aperiat librum & inclinet ſe ad benedictionem. Poſt primam lectionem non dicat, Tu autem Domine. *Set poſtquam perdixerit, & aliorum plurimorum ſurgant, & vertant ſe ad orientem dicentes verſum, qui in collectaneo habetur, id eſt,* Præcioſa in conſpectu Domini, *ſacerdote ebdomodario incipiente. Qui cum dixerint* Gloria patri, *proſternantur ſuper ſedes ſuperiores; aut incurventur ſuper genua ſecundùm tempus, dicentes* Kyrieliſon. *Illi autem qui ſedent juxta ingreſſum, hinc & indè proſternant ſe verſùs orientem ad terram. Incurvi verò ſint, ſicut illi qui in ſede ſunt. Cæteri autem incurventur ex adverſo. Et quando ſacerdos dixerit,* Et ne nos inducas, *erigantur donec ſacerdos dicat* Dirigere & ſanctificare, *tunc incurventur. Quæ incurvatio æqualiter fiat omni tempore. Lector quoq; ita ſe incurvet, vel proſternat ante analogium, ſicut illi qui ſunt juxta ingreſſum Capituli. Dicto autem,* qui fecit cœlum, &c. *reſideant; ita tamen ut priùs aſſideat, qui tenet Capitulum, Qui cum reſiderint, non humilient ſe ad invicem, ſicut priùs. Poſtquam autem omnes reſederint, incipiat lector lectionem de Regulâ. Feriâ ſecunda legatur in Capitulo,* Ante omnia, *Feria tercia,* Qui aliud, *feria quarta, Rurſus, etiam feria quinta, in Oratorio: Feria ſexta,* Qui infirmi ſunt. *Sabbato,* Sane, *uſq;* Non ſit notabilis. *Quod reſtat legatur ſabbato ad prandium. Qua finita dicat,* tu autem Domine, *& accipiens tabulam legat breve, ſi ipſo die legendum fuerit.*

Quod ſi Subprior Capitulum tenet, & qui legit Prior ipſius fuerit, ſi eum pronuntiaverit, fratrem eum nominet; & ſic etiam ſeipſum nominet. Et dum breve recitatur, qui nomen ſuum intellexerit inclinet. Cui ebdomada aliqua aſcripta fuerit, ſi intelliget ſe illam propter quamlibet incomoditatem non poſſe complere, poteſt miſericordiam indè in preſenti Capitulo quærere; nam extra non debet. Quod tamen ſi pro gravi neceſſitate fieri contigerit, in ſequenti Capitulo veniam petat, & neceſſitatem intimet: Lecta itaq; tabula, pronuntietur commemoratio defunctorum noſtri Ordinis, deinde dicat qui tenet Capitulum, Requieſcant in pace. *Et dicto* Amen, *inclinet lector & offerat librum Priori, ſi feſtum fuerit, qui illum accipiat & exponat vel alii deferendum innuat, cui lector oſtendat, ſententiam, quam exponere debet; & ſic eat in locum ſuum; ubi cum advenerit non inclinet ante ſedem; ſet poſtquam reſederit, humiliet ſe ſicut alii fecerunt quando primò conſederunt. Quod ſi à ſiniſtrâ parte ad dextram, vel à dextra ad ſiniſtram tranſiturus eſt, cum venerit ante analogium, humiliet ſe ad orientem; & tunc tranſeat ad locum ſuum. Et dicto* Benedicte *ab illo qui Capitulum tenet, exponatur ſententia. Cotidiè enim poteſt exponi aliqua pars Regulæ. Quod ſi aliquis advenerit, antequam* Benedicte *dicatur, humiliet ſe ante ſedem ſuam; & cum reſederit inclinet ſicut faceret ſi prime confeſſioni intereſſet. Si autem poſt occurrerit, dum aſſidens inclinaverit, dicat* Benedicite *ſubmiſſâ voce, ita ut illi poſſint reſpondere* Dominus, *qui circa eum ſedent. Expoſitâ verò ſententia, nemo loqui præſumat neq; veniam petat, donec ille qui Capitulum tenet dicat,* Loquamur de Ordine noſtro.

Deniq; ſi aliquid breve pro defuncto legendum fuerit, legatur à cantore, ſi ante non fuerit lectum. Quo pronunciato, dicat Prior, Requieſcant in pace, *& dicto ab omnibus* Amen, *inſtituat quod ei viſum fuerit pro animâ ejus. Poſtea verò petat veniam, qui ſe reum in aliquo noverit. Deindè fiant clamationes, ſi faciendæ ſunt. Qui autem clamaverit, non quærat circuitiones in clamatione ſuâ, ſet apertè dicat* ille fecit hoc. *Set qui*

clamatus

clamatus fuerit, mox ut audierit nomen ſuum, non reſpondens in ſede ſuâ petat veniam. Tenenti Capitulum eumq; interroganti quid dicis, reſpondeat proſtratus meâ culpâ: Et ad juſſum illius erectus, ſi reus fuerit humiliter culpam ſuam confiteatur, & de reliquo emendationem promittat. Si autem culpabilem ſe non intelligit, qui eum clamaverit ipſam clamationem non repetat, niſi interrogatus; alius tamen, ſi noverit, quod culpabilis ſit, poteſt illud dicere. Et ſciendum eſt quod qui clamatus fuerit, non faciet clamorem ipſa die ſuper eum, qui eum clamaverit; Quando autem aliquis ſurgit in judicium clamatus ab alio quociens clamabitur in ipſo judicio, tociens ſatisfaciat veniam repetendo. Qui dum in terra jacuerit, nemo loquatur, & poſtquam erectus fuerit dicatur de eo in ipſo judicio, quod dicendum eſt, ne compellatur ſurgere poſtquam reſederit, niſi rationabilis cauſa in ipſo Capitulo contra eum poſtea ſuccreverit. Si quis ſponte ſua in judicio venerit, ſub una venia confiteatur omnes negligentias, quas confeſſurus eſt. Quòd ſi alius eum clamando ſurgere compulerit, illo clamore pertractato, ſi clamatus aliud de ſeipſo dicere voluerit, iterum petat veniam. Porro ſi plures inſimul fuerint in judicio, qui prior fuerit ſtet in medio, & priùs loquatur; & cum locutus fuerit ſtatim judicetur, & de judicio dimittatur, niſi fortè Prior eum ibi manere fecerit, vel quemlibet ex ipſis cæteris dimiſſis, ut majus judicium ſuſtineat, ſi majorem quàm cæteri culpam habeat. Similiter cæteri judicentur ſingulariter, & ſingulariter dimittantur, niſi eandem culpam omnes habuerint, ut ſimul dimittantur. Dimiſſi verò de judicio per poſtantes redeant ad ſedes ſuas.

Nemo etiam amplius quàm à tribus clametur, niſi fortè ab eo qui Capitulum tenet; & niſi etiam in ipſo Capitulo poſtea aliquid deliquerit, vel inordinatè locutus fuerit. Nec pro uno clamante quis pluſquam unam veniam petat, licet plures culpas ſuper eum loquatur, niſi rurſus, ſicut exceptum eſt in eodem Capitulo, aliquid exceſſerit. Cum aliquis clamatur in Capitulo, hoc ſolum reſpondeat mea culpa, emendare volo, vel hujuſmodi. Si verò ſe neſcierit reum, dicat non recordor, nichil amplius locuturus niſi à Priore rogatus. Qui verò clamatus vel non clamatus in Capitulo injurioſe vel malicioſe locutus fuerit, bis in ebdomada in pane & aqua pœniteat; vel bis in Capitulo vapulet. Similiter puniatur, qui egreſſus de Capitulo, vel auditorio murmuraverit, vel ſignificaverit de aliquo. Cum aliquis murmuraverit, quando alius in Capitulo clamatus fuerit, judicetur quaſi conſcius alicujus privati ſceleris. Nemo præſumat loqui in ipſo Capitulo, niſi clamando alium, aut clamatus ab alio; vel quando quis aliquid perdiderit, præter tenentem Capitulum, & quoſdam de ſenioribus quibus conſenſerit, niſi fortè juſſus vel interrogatus, aut aliquis aliquid de Ordine quæſiturus, Quod ſi fortè aliquis juſſus ſalutationem Domini Papæ Capitulo præſentaverit, aſſurgendo Conventus inclinet profundè. Ad ſalutationem Regis, Epiſcopi Abbatis & aliarum quarumlibet ſublimium perſonarum, ſedendo profundè inclinentur. Similiter inclinent quando Prior indicit eis facere aliquam communem orationem. Similiter inclinent quos voluerit promovere vel degradare; vel in gradum ſuum reſtituere, ſeu quos decreverit ligare per pœnitentiam vel abſolvere. Et ſimiliter omnes quibus aliquid juſſerit facere.

Nullus faciat clamationem ſuper aliquem ex ſolâ ſuſpitione, niſi de hoc quod audierit vel viderit. Quando clamatio facta fuerit de aliquo, ſi in ipſo judicio verberandus fuerit, caveat ille, qui Capitulum tenet, ne ab eo verberetur qui eum clamavit. Qui verberandus eſt, poſtquam exut juſſus fuerit, mox aſſideat in ipſo loco in quo ſtat; & exuens veſtimentum, evertat pallium ultra caput ſuum, ſi Canonicus, vel capam, ſi frater laicus fuerit. Per capucium verò tunicæ exeant brachia & totum corpus denudans uſque ad cingulum; & ſic conſiſtens, inclinato capite, nichil dicat, niſi tantùm meâ culpâ, ego emendabo, quod crebriùs repetat. Set neq; alius interim loquatur, niſi fortè aliquis de Prioribus pro eo humiliter intercedat. Qui autem eum verberat, non ceſſet à verbere uſq; ad juſſionem Prioris. Qui dum quieverit, adjuvet illum frater alius ad induendum. Qui indutus eſt & erectus, non ſe moveat donec Prior dicat vade feſtum; & tunc inclinans eat in locum ſuum. Hoc quoq; ſciendum eſt, quod ille qui inferioris gradus eſt, non debet verberare ſuperiorem; id eſt diaconus ſacerdotem, ſet æqualis æqualem, vel ſuperior inferiorem. Hoc etiam caveatur ne aliquis extrà Capitulum loquatur alicui vel ſignificet de culpis ſeu de ſecretis cauſis quæ in Capitulo pertractantur. Quicunq; revelaverit ſecreta Capituli noſtri, unde ſcandalum oriatur, excommunicetur; & ſi deprehenſus fuerit extra Capitulum ſit, & ubiq; in ultimo gradu ſedeat, & ab officio eccleſiaſtico ſuſpendatur, uſque ad adventum Magiſtri.

Quòd ſi Epiſcopus vel Abbas Canonicorum regularium, ſeu Monachorum, vel etiam Rex

aliquando intraverit Capitulum; assurgentes ei omnes inclinent, cum ante eos transierit. Quod si societatem quæsierit, assurgentibus omnibus dicatur Psalmus Ecce quàm bonum; Kyrielison. Pater noster. Et ne nos. Salvum fac servum. Mitte ei. Esto ei Deus. Nichil proficiat. Domine exaudi. Deus vobiscum. Oremus. Deus qui per diversitatem gentium. &c. *& sic concedatur ei fraternitas, manibus libro appositis. Et responso* Amen, *Similiter ab eo quærat Prior partem beneficii sui. Qui postquam demoratus fuerit, quantum tenenti Capitulum placuerit, deducat eum ad hospitium Prior, vel cui iusserit ipse, antequam Conventus egrediatur, nisi usq; in finem Capituli eum retinere voluerit. Quod si clericus vel Monachus vel etiam laicus fuerit, sedendo, concessa ei societate ab aliquo fratre deducatur. Si quis enim ex quo ingressi sunt Capitulum, inde exierit, nisi jussus vel permissus; aut sanguinem de naribus fluens, vel etiam vomens, sive pro tabula ad legendum asserenda, satisfacere debet. Set nec licentiam exeundi quis quærat, nisi obediencialis fuerit aut necessitas naturæ compulerit, vel cui Prior ante indixerit, aut qui in viâ dirigendus fuerit. Isti namq; cum necesse habuerint, solent pro officio suo signo exeundi licentiam quærere.*

Tractatis igitur quæ tractanda sunt, surgentes omnes vertant se ad orientem, & sic qui tenet Capitulum dicat Adjutorium nostrum in nomine Dei. *Et responso ab omnibus,* Qui fecit cœlum *&c. inclinent ad orientem; & exeant omnes nisi aliquis remoretur causâ confessionis vel infirmitatis. Quandiu tamen aliquis confitetur, nullus ibi remaneat, nisi qui simili occupatur opere. Nam tempore lectionis non nisi tantùm ante prandium & etiam in intervallo post* Primam *possunt ibi confiteri. Postquam verò resederint, dicat Prior* Benedicite, *& responso* Dominus, *subsequatur Prior* Deus sit nobiscum. *Et responso* Amen, *confiteatur breviter culpas pro quibus veniam petiit. Quibus dictis, statim subsequatur* de his & de omnibus aliis meis peccatis me reum esse confiteor & veniam deprecor. *Tunc Prior, factâ super eum absolutione, dicens;* indulgeat tibi Deus, *injungat ei pœnitentiam. Deinde potest eum confortare, vel monere, vel increpare, prout viderit expedire, si voluerit, breviter tamen. Si quis causa confessionis aliquem, post signum Missæ detinuerit, vel de Missâ evocaverit, in Capitulo eum ducat, & stando breviter confiteatur.*

13. De silentio in domo Capituli servando, & suffragiis mortuorum ibidem agendis.

IN domo Capituli; teneatur silentium, sicut in Dormitorio, exceptâ horâ quâ tenetur Capitulum. In cotidianis Capitulis lectis anniversariis dicatur Psalmus, scilicet, De profundis, *cum* Kyrielison. Pater noster, *Collecta.* Absolve Domine, *&* fidelium Deus, *pro hiis quorum anniversarium legitur. Si verò præsens obitus ibi fuerit recitatus, dicatur Responsorium* Subvenite. Kyrielison. Pater noster. De profundis. *Collecta,* Tibi Domine commendamus. Absolve. Fidelium Deus.

14. De Claustro Canonicorum, & gestu eorundem in Claustro habendo, Et de petente librum; & vultu iracundo, & signis iracundis prohibitis.

EGressi verò de Capitulo sedeant ad lectionem in Claustro, exceptis procurantibus officia, quibus legere non vacat. Qui tamen postquam expleverint, redeant ad lectionem. Tempus verò lectionis non amittat Conventus, nisi messionis tempore, vel manifesta necessitas hoc fieri compellat. Ad Orationem verò possunt professi ire ad Ecclesiam Canonicorum; non solum tunc, set omni tempore lectionis, præter intervalla nocturna. Et cum opus Dei in Ecclesiâ celebratur, ita caputia habeant in capitibus, si necessitas compulerit, ut cujuslibet facies apertè pateat intuenti: nec ibi legant præter illos, qui Psalterium nesciunt; & qui ad præsens opus prævidere, legere, aut cantare aliquid necesse habuerint. Qui verò in claustro sederint, religiosè se habeant, singuli in singulis libris legentes, exceptis illis qui in Antiphonariis, Tmnariis, Gradalibus cantaverint; & illis qui lectiones suas prævideriut, quos ascultet cantor, vel quilibet frater, ad hoc ydoneus; ab ipso prænonitus. In quocumq; latere Claustri sederint, collaterales sedeant, nec fronte oppositâ, set tergo unius alterius vultui verso; nisi fortè in eodem libro lecturi sint, vel inspecturi. Neq; inquietent se ad invicem in quæstionibus faciendis, nisi de productis & correptis accentibus, & de dictione quam

legere

legere ignorant, & de principiis lectionum ad menſam, & ad Collationem, & ad vigilias, cum neceſſe fuerit, quæ breviſſimæ fiant. Si quis caputium habuerit in capite, dum legerit, taliter habeat ut poſſit perpendi ſi dormiat. Quod ſi aliquis neceſſe habuerit diverſere alicubi, librum ſuum in armariolo ponat: aut ſi in ſede ſuâ eum dimittere voluerit, faciat ſignum fratri juxtaſe ſedenti, ut illum cuſtodiat; quod ſignum etiam poſt Veſperas *licet facere. Porrò ſi aliquis ab aliquo librum, in quo legit, vel cantat, accipere voluerit, neceſſe habens in eo videre, tradat ei alium, & ille cui alium tradiderit, in pace ei dimittat: quem ſi ei accomodare noluerit, ille qui petit in pace ferat, donec ſuper eo in Capitulo indè proclamationem faciat. Caveatur etiam ab omnibus, ne quis iracundo vultu, vel torvo aſpectu, in Clauſtro vel extra, alteri ſignificet.*

Quicunq; verò in hoc vicioſus repertus fuerit, corripiatur ſemel & ſecundò, & niſi ſufficienter emendaverit, ter in Capitulo vapulet, & tribus diebus in areâ Refectorii comedat, ut confundatur, & pœniteat. Ita ſe habeant dum ſedent. Dum verò ambulant, humiliter incedant & diſcooperto capite ſupplicantes invicem obviando. Quod ſi Priori obviaverint, diverſant ſe in partem ſupplicantes ei. Quod ſupplicatio ubiq; fiat extra Dormitorium, quociens illi vel ſibi obviaverint. In labore tamen, cum ſibi invicem obviant, nec mutuò ſibi ſupplicant, nec Benedicite *dicant. Et notandum, quod nulli ſupervenientium in Clauſtro inclinatur, niſi ſicuti ad invicem; niſi illi tantùm, qui ſedem Prioris tenet, & proprio Priori. Caveant omnes ſignificare in Clauſtro, ſicut in Dormitorio, niſi neceſſitas aliqua hoc poſtulet fieri. Quod ſi aliquis vicioſus inſignis ociosis & hujuſmodi deprehenditur, in Capitulo culpa puniatur, ut deleatur. Nemo per caputium alium capiat, nec quis vocet aliquem à longe per vocem vel per ſonum. Et notandum, quod omni tempore lectionis poſſunt eſſe in nocturnalibus. Si quis aliquo modo alium ſcandalizaverit, dicatur Priori, & tunc ſi Prior juſſerit, vocato illo, tandiu ante pedes ejus proſtratus jaceat, quouſq; ille placatus erigat eum.*

De conſtructione Eccleſiarum, & regulis & libris conformiter habendis, & ſculpturis & picturis ſuperfluis evitandis. 15.

Quia anteceſſores noſtri & patres de Eccleſia de Gempingham *exier, unquæ in honore Dei & beatæ* Mariæ *& Sancti* Andreæ *Apoſtoli & aliorum Sanctorum eſt dedicata, unde & nos exorti ſumus, iccirco decernimus ut omnes Eccleſiæ noſtræ ac ſucceſſorum noſtrorum, in memoriâ ejuſdem cœli & terræ Reginæ, Sanctæ* Mariæ, *& aliorum Sanctorum fundentur atq; dedicentur, niſi aliqua neceſſitas aliter fieri compellat. Et ut in omnibus Abbaciis Ordinis noſtri, unitas indiſſolubilis perpetuò perſeveret; ſtabilitum eſt, ut ab omnibus Regula Sancti* Auguſtini *& beati* Benedicti *uno modo intelligantur, uno modo teneantur: Dehinc ut idem libri, quantum duntaxat ad divinum officium pertinet, idem victus, idem veſtitus, idem deniq; per omnia mores inveniantur. Miſſale, Epiſtolare, Textus, Collectarium, Gradale, Antiphonarium, Regula, Ymnarium, Pſalterium, Lectionarium, Kalendarium ubiq; uniformiter habeatur.*

De ſculpturis ſuperfluis in Eccleſiis non faciendis.

Sculpturæ, vel picturæ ſuperfluæ in Eccleſiis noſtris, ſeu in officinis aliquibus Monaſterii ne fiant interdicimus, quia, dum talibus intenditur, utilitas bonæ meditationis, vel diſciplina religioſæ gravitatis ſæpe negligitur. Cruces tamen pictas, quæ ſunt ligneæ, habemus.

De ſuperpelliceis, & ſtolis, & calice. Et faciente fallaciam in officio divino. 16.

Miniſtris Altaris fiant ſuperpellicea cum caputiis, quæ caput & colli nuda protegant, cum ſacerdotalibus veſtimentis induendi fuerint. Et propter inoportunitates, etiam caputia vel ſcapularia habeant circa collum ſub ſuperpelliceis. Sacerdotes verò in Miſſis ſtolam habeant, in modum Crucis in pectore. Et nullus noſtrorum præſumat privatas Miſſas cantare ad Altare, quod in cuſtodia ſororum fuerit. Quod ſi fortè neceſſitas compulerit, præcipiente Priore, duobus aliis præſentibus cantet. Completo officio, ſimul omnes diſcedant. Si verò calix aureus, vel argenteus fuerit in Eccleſiâ, completo officio in præſentiâ

Sacerdotis

Sacerdotis Missam celebrantis, vel communicantis, ponatur in vasculo & in sororum custodiâ relinquatur. Calix verò Canonicorum in Oratorio eorum à Priore fideli sacristæ eorum committatur. Qui autem fallatiam faciunt in divino officio, tussi vel signo vel verbo moneantur, ut repetito versu corrigant verbum, in quo erraverunt. Qui verò ex indignatione, vel contumaciâ, vel negligentiâ repetere noluerint, in Capitulo vapulabunt.

17. De sermone verbi Dei monialibus faciendo.

IN festis celebribus fiat sermo verbi Dei ad Conventum in Ecclesia Monialium, panno appenso inter mares & fœminas. In Capitulo quoq; Monialium nullus sermonem faciat, nisi veneranda & autentica persona, cui obedire oporteat; videlicet Legatus, Archiepiscopus, Episcopus, Archidiaconus, Cancellarius, Abbas, vel Prior magnæ auctoritatis; & nullus alius alterius religionis, in Capitulo Monialium vel extra, nisi de speciali licentiâ Magistri.

18. De sacerdote infirmante ad Missam, & aliis infirmantibus in Choro & Claustro.

SI sacerdoti ad Missam de naribus sanguis fluxerit, asferatur ei aqua in Presbiterium à servitoribus, ad sanguinem recipiendum & ad se lavandum. Quod si ministris contigerit, extra Chorum similiter eis serviatur. Aliàs autem, quociens hæc vel etiam vomitus contigerit, frater, cui hoc opus injunctum est, sequatur eum euntem in Claustrum, & si nox fuerit, assistat ei cum lumine, & serviat donec ablutus in Ecclesiâ revertatur. Quod si venite exultemus, vel primus Psalmus alterius horæ tunc in Ecclesia canitur, ad Gloriam *revertatur, ministrans in Chorum: Quâ dictâ, citius ad eum redeat. Ille verò ad* Gloriam *si non fuerit, & in Conventu hoc ei contigerit, non quidem ad gradum satisfaciat, set veniens per medium Chorum ante Priorem, facto signo necessitatis suæ, in stallum suum redeat.*

19 De Scriptoribus, & pœna occultè scribentium & libris propriis non scribendis, nec habendis, & sigillis prohibitis.

COntinuè scribentibus misericordia aliqua dormiendi præstetur, cum opus fuerit; similiter & minuendi, si manifesta necessitas postulaverit. Si quis scripserit & alteri occultè demonstraverit, quod Priori & cæteris majoribus celari voluerit; in Capitulo culpam luat, & diebus septem in aream Refectorii comedat, uno contentus pulmento, & vi. feriâ in pane & aquâ, & de ordine suo degradetur dimidii anni spacio, vel regulari disciplinæ subjaceat. Qui verò scripturus est literas, simpliciter scribat, & omnino caveat vanitatem profundi vel pomposi dictaminis. Quod si quis contra agere inventus fuerit, graviùs corripiatur. Nullus de nostris præsumat libros aliquos, vel etiam orationes, vel meditationes scribere, vel scribi facere, sine assensu Prioris domus, vel scriptores conducere & retinere in Ecclesiis monialium. Quod si aliquis contra hoc facere præsumpserit, Ordinis vel potestatis suæ, si officialis fuerit, periculo subjaceat; & flagello gravioris culpæ reatum luat, & quod scriptum est ad voluntatem Prioris domus, in communes usus domus cedat; & ipse qui scripsit vel scribere fecit, illo scripto in æternum careat. Nemo nostrorum librum sibi assumere præsumat, quem alter habuerit. Si verò valde ei necessarius fuerit, à Priore, vel à Subpriore, vel Præcentore cautè petatur, ne frater offendatur. Libros tamen ad divinum officium ebdomadariis sibi assumere licet. Nullus ex nostris proprium librum habeat; nec de aliqua domo librum amoveat, sine licentiâ Magistri. Collectaria, Kalendaria, & Breviaria omnia, magna & parva, sint in custodia Præcentoris, & omnes libri. Nec aliquis librum vel sigillum vel Kalendarium ad Zonam deferat, cum domi fuerit. Qui hoc servare contempserit, seperatur à communione Altaris usq; ad adventum magistri.

De

De refectoriis Canonicorum, Et eorum feneſtris; & Refectorariis & menſis: & 20.
cultellis; & cochlearibus.

VOlumus ut Refectorium Canonicorum & fratrum, eâ ratione conſtruantur, ut victualia utriſq; à monialibus & ſororibus miniſtrentur per feneſtras verſatiles: Quarum altitudo vix unius pedis & dimidii ſiat, per quas reliquiæ fideliter ad ſorores remittantur; nec alibi dividantur. Hiis feneſtris numquam ſingulariter miniſtrabunt aliquæ, ſed ſepiùs alternatim plures. Tempore verò congruo, ab huis quæ intus ſunt fideliter referentur & firmentur. Horum refectoria in tantum dividantur; ut ſi convenienter fieri poſſit ſpacium ſufficiat fabricæ magnæ feneſtræ verſatilis; per quam ea, quæ intus mittenda ſunt, emittantur. Quæ cum facta fuerit, Sanctimonialis aliqua, vel ſoror fidelis, poterit miniſtrare Canonicis & fratribus, ad tempus, quamdiu viſum fuerit expedire, vel etiam plures. Hoc etiam firmiter teneatur, ut in Refectoriis Canonicorum & fratrum, in eâ parte feneſtræ verſatilis, quæ viris committitur in cuſtodiâ, feneſtræ parvulæ ſiant; & ſeris firmiter muniantur. Et quemcunq; Prior viderit fidelem & diſcretum & pacificum, tutelam Refectorii illi aſſignet, & claves prædictarum feneſtrarum illius cuſtodiæ committat. Hoc autem dicimus de Refectoriis, in quibus cybaria miniſtrantur maribus à fœminis noſtri Ordinis pro ſilentii cuſtodiâ. In domibus Monalium duo maturi Canonici Refectorio præponantur, quorum alter ſine altero, vel alius ſolus nunquam ibidem eſſe præſumat. Et ſi uterq; ſimul intereſſe non poterit, aliquis alius alteri eorum aſſignetur.

Refectorium nullus ingrediatur præter horas conſtitutas, exceptis Refectorariis, & menſæ ſervitoribus pro officio miniſterii ſui; & illis quos ad ſe adjuvandum Refectorarii caſu vocaverint; & cæteris omnibus petitâ ordinatè licentiâ, cum bibere indignerint; & ſervitore Eccleſiæ pro ſalicio, vel cum Prior vel ejus ſolatium aliquos auctenticos viros ad potandum duxerit. Menſæ ſic exaltentur, ut deſubtus pateat acceſſus & receſſus, cum opus fuerit. Nullus etiam Canonicus in domo ſuâ ſedeat ad menſam Prioris; nec ſuperveniens Canonicus accedat, niſi vocatus à Priore. Propter nimietatem frigoris in yeme, licet ignem accendi in Refectorio. Duæ etiam vaginæ vel tres ſerventur ad opus Canonicorum in Refectorio, ſi quoquam fortè ierint, quas revertentes ponant in locum ſuum cum cultellis. Et non ſint vaginæ delicatè compoſitæ neq; cultelli. Cochlearia Refectorii & cultellos & cyphos Refectorarius per menſas diſcretè diſtribuat. Nec aliquis aliquid de ſuppellectili Refectorii, ipſo inconſulto, efferre præſumat.

De mixto Canonicorum, & mixtum ſumpturis & menſurâ mixti. 21.

DEbilitati plurimùm noſtrorum gratiâ miſericordiæ condeſcendentes, Canonicos permittimus mixtare quouſq; xxx. annos ætatis compleverint. In majori verò ætate id fieri omnino prohibemus, niſi ordinatè in Capitulo, petitâ miſericordiâ alicujus infirmitati à Priore ad tempus condeſcendatur. Nec ſumat mixtum aliquis Sacerdos, niſi priùs petitâ miſericordiâ in Capitulo, niſi ſervitor menſæ fuerit vel lector. Mixtum ſumentibus panis & cerviſia detur, & nichil melius, niſi fortè, neceſſitate cogente, alicui miſericordia impendatur ad tempus præcepto Prioris. Adoleſcentiores, quibus diebus jejuniorum mixtum ſumere conceditur, ſemper ante Tertiam *in æſtate, ante* Sextam *in yeme illud ſumant. In æſtate ſimiliter ante prandium eâ horâ, quâ viderit Prior. Illi quidem, quibus ob minorem ætatem vel miſericordiam mixtum ſumere conceditur, ſtatim Poſt Capitulum in tempore yemali mixtum ſumant, ſed menſæ lector vel ſervitor quando ad mixtum pulſatur, qui audito ſigno veniant in Refectorium. Quod ſi alter defuerit, qui præſens eſt, non eum expectet. Si ambo affuerint, qui inferioris gradus eſt dicat* Benedicite; *qui majoris,* Benedicat. *Menſura mixti ſit quarta pars libræ panis, & tercia pars eminæ potus. Sumpto itaq; mixto, ſi quid reſiduum fuerit, referant panem, in archâ, & potum in vas. Et ſciendum quòd à capite jejunii, uſq; ad* Paſcha, *exceptis dominicis diebus, & tribus diebus Rogationum, & quatuor temporum, & vigiliâ Domini, & Sanctorum, mixtum non ſumitur, nec pulſatur.*

22. De refectione Canonicorum, & modo ſe habendi ad menſam, & de modo miniſtrandi, & de pitanciâ, & exitu à prandio, & de officio mortuorum poſt prandium dicendo.

Accedente autem horâ refectionis, Prior pulſet ſignum, vel cui injunxerit ille. Quod ſi per negligentiam, cybus nondum paratus fuerit, non pulſetur donec paratus ſit, nec abluant manus, ſed interim ſedeant in lectione dum ſignum pulſetur. Quod & ad omnes refectiones ſimiliter teneatur. Ablutis igitur manibus & deterſis, intrent in Refectorium, & venientes ante ſedes ſuas inclinent ſe verſus principalem menſam. Deinde erigantur, & ſic ſtent, donec Prior venit. Si autem Prior diu demoratus fuerit, quod omnino cavere debet, ſedeat interim qui voluerit. Cum ergo Prior advenerit, aſſurgant ei. Qui Prior inclinet ſe ante ſedem ſuam; antequam pulſet campanam. Quæ tam diu pulſetur ad utramq; refectionem ut miſerere mei Deus *totus pſalmus poſſit dici. Campanâ dimiſſâ dicat Conventus* Benedicite, *& dicto verſu cum dixerit* Gloria patri, *incurvetur Chorus contra Chorum, dicens* Gloria patri, Kyrie-ſon, *& ſub ſilentio* Pater noſter. *Cum autem ſacerdos dixerit,* Et ne nos, *erigat ſe & ſtans verſus principalem menſam, dicat* Oremus. Benedic, Domine, dona, &c. *faciens unam Crucem, & ſic compleat totam benedictionem. Quâ completâ, erigant ſe & Prior vel Subprior, vel cui injunxerit, vel Prior ordine converſionis, cæteris abſentibus, det benedictionem lectori, & ſic omnes ingrediantur menſas, & inceptâ lectione, & uno verſu finito diſcooperiant panes, Priore tamen priùs hoc faciente. Deinde pulmentum à ſervitoribus per menſas deferatur, hoc ordine primò Magiſtro, ſi præſens fuerit, vel Priori ipſo abſente, vel Subpriori Priore abſente, vel vices eorum ſupplenti, ipſis abſentibus. Deinde duæ ſcutellæ ponantur in dextrâ parte primò; & duæ in ſiniſtrâ, niſi magiſter præſens fuerit, tunc enim primò ponentur ſcutellæ ex parte ejus, & ſic duæ hinc & duæ inde uſq; ad ultimum. Appoſito itaq; communi cibo, ſi aliquid alicui de miſericordiâ ſuperaddendum fuerit, à ſervitore deferatur. Hoc idem fiat & minutis.*

Exhinc nullus exeat de Refectorio, niſi neceſſitate compulſus, nullus incedat comedendo; Nullus cultellum mapulâ tergat, niſi priùs cum pane terſerit. Si aliquis de uno pulmento non poteſt comedere, de alio comedat, quod ſi de neutro, detur ei aliquid, quod non ſit delicacius. In domibus verò monialium ſingulis diebus cum fuerint dandæ pitanciæ, ſive Canonicis ſive fratribus, & quæcumq; ſunt victui neceſſaria, à ſororibus quæ miniſtrant feneſtræ, dentur per prædictam feneſtram, ad hoc opus præparatam, juſto pondere & menſura, & ſi quid fortè loquendum fuerit, cum fratre communis feneſtræ, ſervitores loquenda breviter loquantur, quæ ſignis indicare neſcierint. Si aliquis autem ex aliâ provinciâ, vel de itinere, vel ſemel vel bis in anno; vel de alia domo, vel de aliquo remoto loco venerit, poteſt ei dari pitancia ſi Conventus pitantiam non habuerit, ſed non exigat. Contra hoc facientes, tribus diebus in pane & aquâ pœniteant. Licet ei dare proximo ſedenti ſibi ad dextram & ad ſiniſtram partem ad primam refectionem tantùm. Quocienſcunq; pitantia Conventui datur, ſufficiat eis unum pulmentum.

De pitanciis Priorum & Circatorum qui ſuperveniunt, ſicut ſuperiùs in communi Capitulo ſtatutum eſt, teneatur. Si verò facultas domus permiſerit, & paupertas non impedierit, licet Conventui aliquam pitanciam dari cotidiè. Canonicis quidem propter reverentiam Ordinis, licet quandoq; aliquam exhibere miſericordiam, ſi quid in domo habetur, unde miſericordia exhibeatur. Et ſi omnes communiter habere non poſſint, auctoritas etiam perſonæ magni nominis vel religionis, ſi ſupervenerit, honore digna eſt & veneratione obſequii, prout tempus poſtulaverit, & ordo religionis permiſerit. Die verò quâ Canonicis pitantia non datur, licet infirmioribus, vel ſenio aut languoris debilitate laborantibus, aliquid apponi, ipſis ſolummodo non aliis ad ſolatium vel ad remedium. Qui voluerit ſal accipere, cum cultello accipiat. Qui bibit duabus manibus teneat cyphum. Si quis viderit aliquid deeſſe alicui, quod habere debeat, requirat à ſervitore, vel à Cellerario. Qui aliquid apponit, & cui apponitur, invicem ſibi inclinent. Cui autem aliquid Prior miſerit priùs inclinet deferenti; deinde aſſurgens humiliet ſe verſus Priorem. De cybo communi nemo dividet, quod ſi aliquid quod alicui ſuperadditum fuerit, niſi pro minutione vel pro infirmitate ei datum fuerit, à Cellerario tantum poteſt dari, juxta ſe ſedenti ad dextram & ad ſiniſtram. Illi verò nulli dare debent. Si autem uni tantùm dederit, ille poteſt dare juxta ſe poſito, ſed ultra non procedat. Si quis de comedenti-

bus

bus vel de servitoribus offenderit aliquo modo, petat veniam ante gradum. Et facto signo à Priore cum cultello, surgat & inclinet & redeat ad locum suum.

Remotis scultellis colligat servitor cochlearia; prius à dextra parte incipiens à Priore, deinde à sinistra, incipiens juxta Priorem. Cum Prior voluerit finiri lectionem, lectori dicat, Tu autem. *Et responso* Deo gratias, *cooperiant quod superest de pane. Inclinato lectore repulset Prior campanam, & mox surgentes stent ante mensas eo ordine quo ante refectionem steterint, dicentes versum, quem cantor incipiat, campanâ dimissâ. Quo dicto, inclinent, & exeant cantantes,* miserere mei Deus, *quem incipiat cantor, illis cum eo cantantibus qui stant in dextro Choro. Secundum versum dicat sinister Chorus. Et sic cantent cæteros alternatim, bini & bini euntes, minoribus scilicet præeuntibus; & ita tamen ut Prior vel quilibet Conventum tenens solus eos sequatur in medio utriusq; chori: set si Prior aliquis superveniens affuerit, simul eant, sin autem, solus, si duo fuerint, eant simul. Itaq; intrantibus eis Ecclesiam, qui priùs chorum intraverit, si hoc convenienter implere possit, pulset signum. Hoc fiat in domibus ubi Canonici per se conversantur. Ingredientes verò chorum ordinentur sicut ad Missas, versis vultibus ad Altare usq; ad* Gloria patri, *& tunc prosternantur super formas; vel si tale tempus fuerit, inclinent, & post resideant super misericordias. Finitis gratiis, surgentes inclinent, & sic dicto officio mortuorum in yeme, recedant tamen cum reverentiâ sic quoq; refecti ut in Claustro lectioni vacent, vel in dormitorio, si tale tempus fuerit, somnum meridianum sumant. Prohibemus modis omnibus ne seculares aliqui in Refectoriis nostris comedant, nisi de licentia Prioris vel Subprioris, si Prior defuerit. Nec etiam licentia Priori datur id faciendi, nisi de honestis personis tantùm, quarum servientes alibi commedant.*

De infirmantibus ad prandium. 23.

Si fortè in Refectorio alicui ex infirmitate vomitus contigerit, vel sanguis de naribus alicujus effluxerit, vel alia quælibet infirmitas acciderit, servitor mensæ inde non exeat, set Cellerario vel alicui alii, ut eum adjuvet, significet. Ille verò, si antequam Conventus exeat ad mensas redierit, quod commessurus erat comedat; quem nec Conventus expectet, nec ipse, si surrexerint, propter hoc comedere desinat. Quod si postquam Conventus exierit, revertitur, non servitores expectet, set statim comedat, & dicto versu, sub silentio discedat. Si contigerit ut aliquem vomentem aut sanguine fluentem servitor eorum non viderit; significet ei, quicumq; viderit.

De pœna amittentium benedictionem, & mensæ lectoribus & servitoribus; & ebdomodario defunctorum & refectione servitorum. 24.

Si quis ad initium benedictionis mensæ non occurrerit, orationem faciat ante gradum; & sequenti die veniâ sumptâ in Capitulo causam confiteatur. Quod si ex negligentiâ suo contigerit ipsâ die, antequam accedat ad mensam, prostratus in aream Refectorii jaceat, quousq; Prior, secundùm quod pœnitentis culpa poposcerit, aliquo signo eum satisfeciſſe indicet; si tertiò perdiderit, secundùm regulam Sancti Benedicti *pœniteat, videlicet ultimus residens reficiat, ablato ei potu vini vel cervisiæ, usq; ad dignam satisfactionem vel emendationem. Cellerario occupato in aliquo, & aliis simili de causâ occupatis parcatur. Negligentes verò in pane & aquâ & verbere pœniteant. Egresso Conventu post prandium, vel cœnam ad gratias, conveniant servitores mensæ in Refectorio. Qui congregati, dicant versum mediocri voce. Absente Priore & Subpriore, qui prior est ordine conversionis, nisi ibi sit aliquis superioris gradus, det benedictionem mensæ, lectori dicenti* Jube Deus; &c. *Idem lector dicat lectionem, ante & post refectionem. Quod si ipse lector superioris gradus fuerit, aliquis alius ab eo petat benedictionem, & dicat utramq; lectionem. Si verò nullus Canonicus literatus ibi fuerit, laicus petat benedictionem, & ipse lector dicat benedictionem, & lectionem. De pitanciis sicut suprà ordinavimus fiat, excepto eo quod si in illâ parte Refectorii nullus præter eum fuerit, licebit ei transire in aliam partem, & dare cui voluerit.*

Post refectionem dicta lectione, versum dicant ibidem, voce mediocri, adjungentes miserere mei Deus, *versis vultibus adinvicem, nullo tempore se ibidem prosternentes. Sicq; finitis graciis, cum cæteris, lectioni vacent, nec pulsentur* Vesperæ *donec & ad necessa-*

via ire, & lectiones providere, si hora permiserit, possint. In quacunq; verò domo officinarius numerus Canonicorum defuerit, unus poterit legere & mensæ ministrare, nisi fortè junior Canonicus professus, mixtum sumens assit, qui ministret vel legat, vel utrumq; faciat, quotiescunq; necessitas hoc postulaverit. Cum autem bis in die commeditur æstivo tempore, lector & mensæ servitores ante prandium Missâ finitâ reficiant, ne meridianus eis sumptus minuatur, & vagandi opportunitas tribuatur, & pitancia Canonicis illâ die danda eis non subtrahatur. Moniales & sorores & fratres sub eodem mandato tenentur: Cavendum sumopere est, ne ebdomodarius Missæ dici, vel defunctorum mensæ, lectorsiat æstivo tempore. Ebdomadarius tamen defunctorum summo mane, si tempus permiserit, debitum Missæ persolvere poterit, & sic ministret, si necesse fuerit.

25. De emptione vini, & modo vinum potandi.

VInum potum, ad nostrorum opus, nisi ad Missas, vel pro defectu cervisiæ, à nostris vel de nostro emi omnino prohibemus. Quod si fortè necessitate cogente vini potus non posset omitti, non potetur nisi aquâ bene misceatur, si poterit haberi. Sufficiatq; in die emina vini. Cui superapponatur & intermisceatur de aquâ quarta pars eminæ, ne sitienti minùs sufficiat, vel potum in potatore faciat. Si verò persona, cui obedire convenit, vini potum porrexerit, semel vel bis gustare modicè sustinemus, si declinare convenienter non potest frater fidelis. Quia ad mensâ comedent, sine mapulâ & mensâ comedant; & semel in die, nisi aliter injungatur.

26. De diebus in cibo quadragesimali jejunandis.

IN toto Adventu, exceptâ prima Dominica. In vigilia Pentecostes. In jejuniis Quatuor temporum, in Septembris. In vigiliis Sanctorum, Johannis Baptistæ, Petri & Pauli, Laurentii, Assumptionis Sanctæ Mariæ, Mathæi Apostoli, Symonis & Judæ, Omnium Sanctorum, Andreæ Apostoli, Quadragesimali tantum vescimur cybo; exceptis infirmis, qui si voluerint, album commedere poterunt, in Adventu, & feria secunda, & feria tercia ante cyneres; set non carnes, nisi gravis infirmitatis aut debilitatis necessitas compulerit. Necessitas enim legem non habet.

27. De Reliquiis Canonicorum, & aliis victualibus à Refectoriis non efferendis: & de licito ingressu Subcellerarii in Refectorium fratrum.

RElIquiæ Canonicorum & fratrum fideliter remittantur custodiæ monialium, per easdem fenestras, per quas victualia ministrantur Canonicis & fratribus in eorum Refectoriis, & nunquam per hostia. A Subcellerario, vel ab ipso qui vices ejus tenuerit, cum ipse non poterit, numerus commedentium in Refectorio Canonicorum, & à Fenestrario vel ab aliquo alio fratre fideli in Refectorio fratrum commedentium, numerus nuncietur cotidie Monialibus quæ ministrant victualia Canonicis, & fratribus, & reliquias recipiunt, nec dent foris cybum vel potum, nisi numerum commedentium præscierint. Subcellerarius & frater prædictus, liberum ingressum habeant in Refectorio prædicto, sine aliquo murmure. Refectorarii verò nichil sumant de reliquiis Canonicorum, vel fratrum, nec quicquam portent, vel distribuant, set reliquiæ omnium remittantur ad sorores. Præcipimus omnibus modis, ne ullus quicquam eorum, quæ mandi vel potari possunt, de Refectoriis nostris efferat, vel efferri faciat: set omnia victualia, per fenestras versatiles, ad sorores remittantur: & sic ab illis aliàs asserenda recipiantur. Nec manducetur aliquid, vel bibatur, præter aquam, nec coquatur, quod non monialibus tradentibus per fenestram earum tribuatur: Nec aliquis præsumat in Refectoriis nostris cybos sumere saginatos, videlicet de substantiâ carnis minutæ decisâ vel detritâ. In domibus verò Canonicorum per se manentium; residuum omnium victualium ad cellerarium repertetur, exceptis reliquiis pulmentorum. Hujus præcepti transgressores tribus diebus in pane & aquâ, in areâ Refectorii pœniteant.

De

De prohibitione commedendi extra Refectorium; & pœna ebriorum. De esu carnis prohibito, & de metis commedendi. 28.

Non licet alicui nostrorum extra Refectorium suum commedere; nec etiam Priori omnium, nisi honestiores hospites supervenerint, quibus honor & reverentia debeatur impendi, vel alia causa oportuna compulerit, vel fortè cum aliquis majorum tardiùs de viâ redieris, vel ante prandium iturus sit. Nullus tamen sine jussu Prioris omnium, vel Prioris domus, vel Subprioris, si Prior defuerit, occasione peccandi remotâ. Quilibet verò de nostris quoquam egredientes eodem die reversuri, nusquam sine licentiâ commedant vel bibant, nisi ad grangias nostras, nisi de causa rationabili, ut si calor vel labor longioris viæ postulaverit, vel Prior jusserit vel permiserit. Set & hoc in vi obedientiæ prohibemus, ne usquam extra domos nostras scienter mensuram & dimidiam potus domorum nostrarum per diem excedat, si potaverit, quo inebriari poterit; quia ad ebrietatem potare omnibus nostris, sub pœna graviori, prohibemus. Nephandum enim & execrandum æstimamus opinionem bonæ Religionis, propter gulæ intemperantiam infamare. Ea propter hoc facienti per xl. dies aquæ potus sufficiat. Aquæ verò potum, vel de quo non inebriari quislibet potest, tempore & loco congruo nulli prohibemus. Nullus verò carnes commedere præsumat, nec etiam in Refectorio Religiosorum vel Mibi, nisi Archiepiscopo, vel Episcopo, vel Legato, vel Rege præcipiente. In nostris tamen Infirmitoriis, infirmi ordinatè carnes comedant. Nec ullus de nostris commedat infra duas leucas à domibus nostris; nec in villa ubi grangiam habuerimus, nisi fratres ei denegaverint hospitium. Qui autem denegaverit, mittendus est pedes veniam petiturus ad domum illam, ubi moratur, qui repulsam sustinuerat.

De Auditorio, & furtivis colloquiis prohibitis; Et de infringentibus silentium. 29.

Alieni de viâ redeunti, de omnibus quæ audierit, vel viderit, religioni nostræ contraria, loqui interdicimus. Priori verò & Cellerario, de his quæ prodesse poterunt, loqui non prohibemus. Quod si aliquis rumigerulus, quod absit, inter fratres fuerit, de his quæ audierit vel viderit, per xv. dies in ultimo gradu pœnitebit, bis in ebdomada in pane & aquâ, & vapulabit tercio in Capitulo. Et cum hostis antiquus dampna sibi in Capitulo illata in auditorio proponat restitus, rarum ingressum set necessarium nostris concedimus in Auditorium; videlicet pro veniis sumendis, cum ratio permiserit. Et si quo loquenda sunt quæ signis indicari nequeunt, vel si quid fortè emerserit, quod consilio tractari opus sit. Si qui aliquo opus habuerint, quærant signo ad hostium; & tunc, si concessum fuerit ingrediantur, ubi non loquantur plures quàm duo simul cum Priore, tempore lectionis, nisi forte Prior vel Subprior eo absente, pro aliquâ necessitate vel solatio, plures ibi convocandos judicaverit. Completo pro quo ingressi sunt, cito exeant, nisi detineantur. Cum summis etiam scrutatoribus vel aliis maturis, vel si quis nobilis fortè supervenerit secularis vel Religiosus, nostræ vel non nostræ professionis domesticus, ut loquatur sustinemus. Furtiva colloquia duorum sine regulari teste, & ea frequentare curantes, in omni conventu bonorum viles habeantur, & à consortio fidelium projiciantur. Qui infringit silentium manifestè jejunet in pane & aquâ, vel vapulet in Capitulo. Qui autem fuerit incorrigibilis, interdicatur ei accessus ad Corpus Christi. Quod si quis vitiosus deprehensus fuerit, de infractione silentii, post trinam correptionem, ei in Capitulo factam, si se non correxerit, jejunet omni vi. feriâ, in pane & aquâ, usque ad adventum Magistri, & tunc ei manifestetur, ut culpa dignè puniatur.

De Calefactorio, & collatione, & silentio post Completorium. 30.

Calefactorium nullus ingrediatur, nisi præcipiente vel permittente Priore, vel ejus solatio, cum ipse defuerit; excepto præcentore ad planandam tabulam, quam non scribat tempore laboris; & ad calefaciendum in caustum, & Scriptoribus ad siccandum pergamenum; & sacristâ vel quolibet alio pro accedendo lumine in Ecclesiâ, vel prunis in thuribulo, vel patellâ imponendis; & exceptis illis qui minuendi sunt. Pulsante signo ad Collationem omnes Canonici, qui infra curtem Abbaciæ sunt, in claustro conveniant, nisi fortè aliqui

aliqui de itinere venientes tunc temporis reficiant. Quibus congregantibus, Præcentor præparet librum collationi. Finitâ verò lectione collationis, quam legere debet mensæ lector ebdomadæ præcedentis, vel cui ipse signaverit, non mutet locum suum qui legerit, quousq; Prior dicat; Adjutorium nostrum. *Si aliqui Canonici, ullâ occupatione impediente benedictionem suâ incuriâ perdiderint, eodem modo satisfaciant, quo & Cellerarius, si omnino collationi defuerit; videlicet inchoante hymno Completorii ad gradum ibunt: eodem modo se habentes quo illi de choro se habent, quousq; hora terminetur, & oratio quæ sequitur, nisi hora de Sancta* Maria *ad stalla reos vocet. Collationi enim & Capitulo omnes omni tempore interesse debent, exceptis infirmis in Infirmitorio jacentibus. Qui autem aliquâ occasione defuerit, in sequenti Capitulo satisfaciat. Dicto Completorio nullus ante* Primam *loquatur, nisi pro imminenti periculo mortis, vel incendii, vel furti, vel alicujus similis periculi.*

31. De Dormitorio.

Dormitorium ingrediantur Canonici, quociens opus habuerint. In quod intrantes ponant caputia sua in capitibus suis. Intrantes autem domum necessariam, quantum possunt, abscondant vultus suos in caputiis suis. Si quando verò sederint in scapularibus, nichilominus quantum poterint se ab anteriori parte cooperiant. In Dormitorio non sedeant, exceptis intervallis, in tempore yemali ut supradictum est; & quando se calciant & discalciant, vel quando mutant tunicas; & tunc in lectis suis vel in subpetaneis exuentes, & induentes se honestè & cautè faciant, ne nudi appareant. Quod non extra Dormitorium, set ad lectum suum facere solent, & qui extra jacent similiter ad lectos suos. Hoc etiam provideant, ut ad minus, quàm poterunt, sine scapulari sint; Nam sine illo cingere se cuiquam non licet. Nullus in lecto ascendat rectus, set de spondâ divertat pedes suos in lectum suum. Nec jaceant super cotos, præter minutos & infirmos, qui extra chorum sunt, quos possunt omnes in æstate in perticis ponere, si voluerint. Nullus ibi excutiat indumenta, vel faciat signa, nisi fortè cum Priore; seu quando quis vocat alium ex parte Prioris.

32. De scrutinio lectorum, & pulvinaribus, & perticis, & seris circa claustrum habendis.

Lecti singulorum à fidelibus, quos Prior ad hoc assignaverit, scrutentur; & si quid occultatum fuerit repertum, patrator tanti criminis pœnam furti facientis, in verbere & jejunio exsolvat, Nam res singulorum & quibuscumq; vestimur vel induimur, in manifesto & in loco munito poni debent, & non occultari. Cum ergo abluuntur pulvinaria, distribuantur communiter à Canonico, ad cujus officium, ex præcepto Prioris, hoc pertinere dinoscitur; nullius consideratâ personâ, exceptis manifestâ infirmitate opressis, & sanie vel sanguine fluentibus. Omnes qui pulvinaria sibi credita perdiderint, vel asportaverint, vel negligenter & inordinatè tractaverint, furti judicio puniantur, vel verbere & jejunio castigentur, & per annum careant. Si verò novicii pulvinaria non secum portaverint, vel sibi à suis data non fuerint, ex gratiâ subveniatur non habenti. Hoc idem inter fratres & sorores diligenter servetur. Non fiant perticæ vel aliquid aliud circa lectos Canonicorum, vel fratrum, vel Monialium, vel sororum in Dormitorio, quò minùs pateat visus intuentium per omnes lectos Dormitorii. Firmiter observentur hostia Dormitorii, & omnia hostia ambitus claustri nocturnis temporibus ab aliquo cui Prior injunxerit, & ponantur claves omnium exituum, quaq; nocte, in custodia Prioris vel subprioris, Priore absente.

33. De Infirmantibus & Infirmitorio: Et cibo infirmorum in Itinere.

Quotiens aliquis exierit de Choro, pro infirmitate, in sequenti Capitulo veniam petat inde, etiam si jussus fuerit remanere: & dicat causam exitus sui. Ad horas diei, privatis diebus, sicut cæteri prosternantur in Chorum redeat ad quamlibet horam noctis, vel diei, quâ voluerit, sive etiam ad Missam. Cætera verò per omnia, sicut minutus, dum extra Chorum est, agat, excepto quod mixtum non sumat, & in Capitulo sponte veniam petat. Quod si aliquis talem ac tam apertam infirmitatem habuerit, ut videri vel intelligi evidenter possit, quod nec Conventum tenere, nec in Infirmitorio proficere valeat, ejus infirmitas in

Capitulo

Capitulo manifeſtetur; & exhinc ſit in Eccleſiâ ubi & quomodo Prior viderit, cantet, legat, & operetur, prout infirmitas ejus permiſerit. Cæterum, qui certam non habet infirmitatem, ſi poſt unum aut duos dies non convaluerit, ingrediatur Infirmitorium.

Infirmarius infirmorum miniſterio diligenter intendat, neceſſitates eorum procuratoribus domorum efficaciter oſtendat, qui ipſis, prout facultas domus permiſerit, neceſſaria caritate fraternâ devotè procurent, aliis providentes ut ſibi provideri affectant. Priori namq; & Subpriori, Cellerario & ſubcellerario ſpecialiter incumbit Infirmos viſitare, & conſolari ex parte virorum, illud Evangelicum attendentibus Infirmus fui & viſitâſtis me. *Infirmarius converſum aliquem vel famulum ſecularem in ſolacium habeat, ſi neceſſe fuerit, vel gravitas infirmitatis aliquorum hoc exegerit. Corporis Chriſti & ſanguinis communio nulli noſtrorum, viro vel mulieri, pro gravitate morbi alicujus, veluti lepræ, vel epilenſis denegetur. Verumptamen vomitus frequens caveatur; & epilentici, die quo morbo ſuo laboraverint, à communione abſtineant. Et his infirmitatibus laborantibus provideatur calamus argenteus, & calix ſtagneus ad communicandum. Idem inter Moniales & ſorores teneatur. Suſtinemus etiam, ut agentes longiùs itinera à domibus noſtris infirmitatis neceſſitate cogente, reficiant, eodem modo ſicut facerent in propriis Infirmitoriis noſtris, ſi infirmarentur. Quod ſi fiat, Magiſtro notificetur, & aliter fieri ſub anathemate prohibemus.*

De minuendis & quomodo ſe debent habere in minutione. 34.

Canonici & Sanctimoniales in tempore miſſionis, & in adventu & in Quadrageſima *& per tres primos dies* Natalis *Domini,* Paſchæ *&* Pentecoſtes, *& quando ſecunda vel tercia die præcipuum jejunium evenerit, minui non debent. Similiter qui extra Chorum pro infirmitate eſt, donec Chorum intraverit. Ebdomadarius verò Miſſæ aut lectionis menſæ non ſe minuant, niſi pro gravi infirmitate miſericordiam in Capitulo petentibus confeſſum fuerit. Reverſus verò de viâ, eodem die, non ſe minuat, niſi conſilio Prioris. Et ſi fieri convenienter poteſt, his minuatur menſibus,* Februario, Aprili, Septembri. *Quarta verò minutio circa feſtivitatem Sancti* Johannis Baptiſtæ *fiat. Cum autem pars Conventus minui debuerit, dicat Prior in Capitulo, illi qui ſedent ad illam, & ad illam menſam minuantur. Caveatur ne ſecundâ vel tertia ſeu etiam quartâ die duodecim lectionum veniat dies. Erit tamen in Prioris arbitrio propter hoc non dimittere, quin illi de quibus judicaverit minuantur. Obſervet tamen ut hii minuantur ſine quibus poſſint vigiliæ competenter celebrari. Si tempus fuerit prandii, inter* Tertiam & Sextam; *ſcilicet poſt Evangelium vel ante, ſi neceſſe fuerit. Si dies jejunii, inter* Sextam & Nonam. *In utroq; enim tempore poſt* Nonam, *ſi neceſſitas exigerit, accenſo igne in Calefactorio, ab eo cui Prior juſſerit, præparent ſe ad minuendum. Interim veniat minutor, juſſu Prioris. Qui minuti fuerint pergant in Refectorium, ſi voluerint, & ſpacium habuerint.*

Ex hinc omni tempore lectionis vel laboris poteſt minutus, aut jacere in lecto ſuo, aut ſedere in Capitulo, & in Clauſtro, donec ingrediatur Chorum. Similiter dum extra Chorum fuerit, non legat vel cantet, Clauſtrum non ingrediatur, nec aliud quid faciat aliquis de obedientiâ ſuâ, niſi Prior aut ſacriſta vel Cellerarius, vel Magiſter Novitiorum. Si obedientiam habuerit, ſolatium ejus, vices ejus ſuppleat. Quod ſi cantare aut in Eccleſiâ, aut extra Eccleſiam legere, vel mandatum pauperum, vel aliud quid facere debet, ſignificet de eo alicui, & ille faciat quamdiu extra Chorum fuerit. Ebdomodarium tamen Invitatorii de officio ſuo, nullum ſignum facere oportebit; neq; ebdomodarium Miſſæ de ſuo, niſi de Miſſâ tantùm. De cætero minuti, quamdiu extra Chorum fuerint, & quando lectioni vacant, die tertio, tempore laboris non ſignificent, niſi de confeſſione, de Miſſâ aſcultandâ, vel etiam de libere. Ad horas ingrediatur minutus Capitulum; ſtatim aſſidens cum venerit in primo ingreſſu; & poſt orationem ſignificet ſe ſedens. Deinde non proſternat ſe, nec inclinet ad Gloriam, *nec ſtet niſi ad* Magnificat *&* Te Deum *&* Evangelium *&* Benedictus. *Ad privatas tamen miſſas, ſi neceſſe fuerit, poteſt rogatus adjuvare, & ad hoc in aliam partem per ante chorum tranſire.*

Ad miſſas autem communes, quando Conventus deerit, poteſt adjuvare. Poſt horam verò ante alios egrediatur. In Refectorio verò, ſicut cæteri ſe habeant; de cibo ſuo nichil diſtribuat. Nam in yeme prima die dabitur ei dimidia libra albi panis præter communem,

cum

cum unâ pitanciâ, In secundâ & terciâ die ad mixtum post terciam dabitur ei, cum unâ pitanciâ integra libra albi panis, cum pane communi. Ad secundam verò refectionem dabuntur ei pulmenta communia. In quartâ autem die, tam yeme, quam æstate, una cum pulmentis detur ei pitancia. In æstate verò per tres dies dabuntur ei ad prandium pulmenta communia, & libra albi panis, præter communem panem cum una pitanciâ. Ad cœnam verò, per tres dies qualiscumq; dabitur ei pitancia. Cui panem inscidere & alia ministrare servitor, vel qui juxta eum sedet, potest, si necesse fuerit, & hoc tantùm die primâ. Ad horas diei divertat in Capitulum. Si æstas fuerit; post Nonam *præcedat euntes in Refectorium ad bibere; & intrante Priore, stet donec ille resideat. Post collationem intrante Conventu in Chorum, in loco solito divertens sedeat, & signans se post orationem, egrediatur, si voluerit, in Capitulum vel alium locum ad hoc assignatum cantare* Completorium. *Quo cantato, & oratione finitâ signans se & aspergens aquâ benedictâ, revertatur ad lectum, vel ad oratorium, si voluerit. Ante alios tamen ingrediatur Dormitorium.*

Pulsato signo ad vigilias, ingrediens in Infirmitorium, sive in Capitulum, vel in ipso Dormitorio cantet vigilias, prout ordinatum fuerit. In hiis vigiliis possunt breviores quàm in Conventu lectiones fieri, & sub una benedictione tres lectiones legere. Qui prior sacerdotum ordine conversionis ibi fuerit, totum officium, si complere potest, compleat; excepto quod ad ministerium Prioris attinet, si affuerit. Lectiones tamen alii, si affuerit, qui legere possit injungat. Totum etiam officium, si complere non poterit, compleat cui ipse innuerit. Absentibus sacerdotibus, aliorum graduum Clerici idem inter se observent. Et sciendum quod officium defunctorum vel aliud quid cantari hic non permittitur, nisi sint præcipua defunctorum officia. Si verò solus sive in Infirmitorio, sive in Capitulo fuerit, si fieri, potest solatium, quod eum adjuvare ad officium complendum possit, provideatur. Quo completo, eat dormitum; nam cæteras horas diei non extra cantare, set intus ex integro ascultare debent. Ad Primam *minuti revertantur in Ecclesiam. Diebus verò festis, dum signum Capituli pulsatur ingrediantur Capitulum sicut & cæteri, aliis verò diebus similiter, ubi non petant veniam nec clamentur. Si dies jejunii fuerit, secundo & tercio die accipiant post terciam mixtum in Refectorio. Terciâ die ingrediuntur in Chorum omnibus diebus ad* Primam, *tam in æstate quam in yeme. Tertiâ nocte intersint vigiliis, sive feria, sive festum fuerit. Quarto die, sicut cæteri ad laborem se præparent. Quibus tamen Prior, pro minutione suâ, aliquem minorem laborem debet injungere, vel laborem omnino remittere. Idem prout decet & fieri poterit, firmiter inter fratres, moniales, & sorores teneatur.*

35. De minutione, & loco, & tempore minutionis

Nullus Canonicus vel Conversus minuat, nisi ad Abbacias nostri Ordinis; nec ad grangias, nisi gravis necessitas incubuerit. Omnes etiam nostri Ordinis, qui voluerint, minuantur. Canonici laici & fratres omnes, præter officiales, die sancti Stephani, *& in crastino* Paschæ *minuant. Moniales verò laicæ, quæ in Ecclesiâ officium non complent, & sorores omnes, præter officiales, die Sancti* Johannis *Evangelistæ minuant; & feria tercia post diem* Paschæ, *& aliis temporibus, nunquam nisi festus dies, in quo non laboratur, intervenerit, in minutione earum; nec fratres nisi pro infirmitate. Canonici & Moniales quater in anno minuantur, si volunt fratres & sorores ter, nec pluries nisi ex misericordiâ, & gratiâ, vel infirmitate: Infirmi enim sub hac lege non tenentur. Quot Præposita voluerit simul minuantur; sive sorores, sive moniales. Hoc idem teneatur à Prioribus inter Canonicos, & Grangiariis inter fratres; Nec quis proprio arbitrio minuatur. Quæ minuit, & quæ minuitur, in scapulari sint; & postea sumant cucullas monachæ; mares & sorores pallium. Minuti caveant ne mutuò inordinate significent, vel loquantur. Minutis enim, quandocumq; minuti fuerint, colloquia interdicimus, nisi de licentiâ Prioris, vel Subprioris, vel vices eorum agentis. Qui minuti fuerint, omnes stabunt ad* Deus in adjutorium, *& ad Evangelium, nisi minima debilitas sit impedimento. Quæ verò horam dixerit ad* Collectam *stabit. Minuti vel minutæ, in loco eis statuto persolvant debitam orationem. Qui verò vel quæ minuit, custodiat ligamenta brachiorum. In æstate si minuti vel minutæ mixtum sumere necesse habuerint, de pane regulari detur eis & cervisiâ. Minutis per misericordiam ab exaltatione* Sanctæ Crucis *usq; ad* Pascha, *cœnam interdicimus, volentes ut mane mixtum sumant, & postea cum Conventu reficiant, vel cum servitoribus,*

vitoribus, nisi compellente alicujus manifestâ imbecillitate, Prior aliter fieri discernat. Fratres laici & sorores conversæ, suo modo & suis temporibus minuantur; & in Abbaciâ semper & non extra. Officiales sorores, si minutæ fuerint, post tertiam diem minucionis ad officium suum redeant, & fratres similiter. Minuti verò vel minutæ, omnes die tertiâ possunt clamare, vel clamari in Capitulo. Ubi minutæ Completorium *dixerint, ibi orationem faciant post* Completorium, *& ad* Matutinas *nisi Altare privatum habuerint. Et propter juvenculas, tres ad minus interstint horis dicendis. Quæ verò minuta fuerit, in Infirmitorio horas dicat, cum opus fuerit, & ipsa poterit.*

De processione contra Dominum Papam, Regem, Legatum, Archiepiscopum, Episcopum, Et proprium Magistrum. 36.

AD suscipiendum Episcopum, Convocentur omnes in chorum Campanâ. Tunc sumat aliquis aquam benedictam nutu Cantoris; quo præcedente, sequatur Prior; deinde Conventus & Novicii bini & bini, sacerdotibus præeuntibus, eo ordine quo in choro stant. Cunctisq; egressis & stantibus ordinatim ante fores Monasterii; portarius vel alius quislibet ad hoc idoneus, à Priore jussus interim obviam eis adducat Episcopum. Quo appropinquante, flectant omnes genua ante eum. Quibus erectis, porrigat Prior Episcopo sperforium osculans ei manum; Deinde textum ad osculandum. Quo thurificato, incipiat Cantor vel alius Responsorium, Honor virtus, *vel* Summæ Trinitati, *vel* Sint lumbi, *vel* Cives Apostolorum. *Et incipiente Cantore Responsorium revertatur Conventus ad Ecclesiam, quam introeant primùm Novicii; deinde cæteri, laicis Canonicis præeuntibus, ita ut Prior eat posterior manutenens Episcopum. Cum autem venerint in Chorum Episcopo incumbente orationi, Prior stans juxta eum, cæteris post eum sicut ad Missam Ordinatis; Percantato verò responsorio dicat Prior versum,* Salvum fac servum tuum domine. Oremus. Omnipotens sempiterne Deus, miserere huic famulo tuo *N.* Episcopo nostro, & dirige eum &c. *Postea Prior erigens Episcopum, & datâ benedictione osculetur eum: Post quem omnes alii, si osculum eis obtulerit. Deinde ducatur in Capitulum, sermonem facturus si voluerit, vel ad suum hospitium, si Capitulum intrare noluerit. Sciendum autem, quod ad nullum recipiendum vadit Conventus, nisi ad proprium Episcopum & Archiepiscopum, & sedis Apostolicæ Legatos, & Regem & dominum Papam & magistrum de novo creatum. Nulli horum omnium nisi domino Papæ, plusquam semel hæc fit processio nisi proprio Episcopo, à transmarinis reverso.*

De Scriptis, ut generaliter serventur ab omnibus Canonicis, fratribus, monialibus, & sororibus. 37.

QUæcunq; scripta sunt fratribus vel Canonicis quæ vitæ & religioni Sanctimonialium vel sororum prodesse cognoscuntur, fideliter ab eis serventur, & è converso.

Incipiunt Scripta de fratribus.

De institutione & ordinatione fratrum; & eorum vestibus. 1.

EO tempore quo inchoata est Monacharum de Hempingham *religio, venerunt Monachi de ordine* Cisterciæ *in equitatu & apparatu humillimo, & abiecto cultu, contenti victu paupere. Cum quibus venerunt laici ad laborem promptissimi, in vestitu paupere, contenti victu pauperum; olera & legumina computabant divitias, & aquæ potus erat satis placidus, Grangiis morantibus; & nichil amplius ex Ordine. Quod audientes plurimi de communi laborioforum genere nobis servientes in victu paupere, obtabant Deo vivere apud nos in eorum Ordine. Nos verò eorum desideriis disponentes satisfacere, ad salutem animæ concessimus, & inde est quod scripsimus. Fratres nostri laici in modo victus & vestitus sequantur formam fratrum Ordinis* Cysterciæ, *qui morantur in Grangiis, nisi aliqua nova primò rigori Ordinis eorum obviantia succreverint. Si verò contemptâ professione & voto quod sponte voverunt, declinaverint ad ea quæ voto & professioni eorum sunt contraria, à communione Corporis & sanguinis Christi priventur, quousq; pœnitentes de tantâ transgressione satisfacere curaverint. Præter hæc laicis fratribus nostris hujusmodi gratiam superaddere curavimus. Fratribus nostris cujusquam ætatis, magnâ & manifestâ infirmitate laborantibus, concedimus pro unâ tunicâ pelliceam unam de pellibus arietinis. Pellicea verò illa non fiat ad formam aliarum pelliceorum, set aperta erit in anteriori parte, & corrigiis constringetur circa mediam partem ventris, sicut solet fieri in veste lactentis pueri, quæ vestis Anglicè solet vocari* Flagge. *Et firmiter prohibemus, ne plures, quàm quatuor pelles in illâ pelliceâ ponantur, si ex tot aliquo modo convenienter fieri possit. Singuli verò fratres nostri Ordinis tres tunicas albas habeant; & pallium de grisо panno, usq; ad medias tybias pertingens foratum de grossibus pellibus & simplicibus, & capam de grisо panno non omnino ad calcem pedis pertingentem; & Caputium, scapulas, & pectus tantummodo cooperiens. Bubulcis, tamen & quadrigariis, & pastoribus ampliorem mensuram providere poterit Prior. Nec curetur vel causetur de cujusmodi colore; dummodo veræ religioni conveniant, capæ vel caputia fratrum fiant. Habeant etiam duo paria caligarum & pedules. Solis verò fabris conceditur habere camisias, scilicet rochet; nec tamen nisi nigras & rotundas. Quicquid superiùs dictum est in scriptis de vestibus Canonicorum, quod inter fratres possit observari, firmiter inter eos teneatur.*

De fotularibus fratrum. 2.

DE optimâ parte coriî fiant fotulares fratrum fortes; quos habeant per annum integrum, si fieri potest. Quod si fortè scissi & vetustate consumpti indurnerint, licet sutori solas novas imponendo renovare; sicut melius viderit expedire. Quod si reparari non poterint, consilio Prioris aliquo modo subveniatur non habenti. Sutor & cæteri fratres diligenter studeant explorare, si quis negligenter fotulares vel vestes suas tractaverit; & negligentem graviter arguant; & pœnâ multetur, si clamatus non emendaverit.

De ablutione pannorum fratrum. 3.

SI desint fullones, abluant fratres pannos suos, cum justum fuerit; vel janitor ab aliquo pauperum faciat ablui. Panni lavandi non nisi pede laventur. Quicquid superiùs statutum est, in Scriptis de vestibus Canonicorum, eodem modo per omnia inter fratres teneatur.

4. De susceptione fratrum, & eorum Capitulo, & professione, & libris ab eis non habendis, & Novitiis quoquam non mittendis.

Fratres ad conversionem venientes, à Magistro in Capitulo Monialium recipiantur, antè secularis habitus susceptionem; set non minùs quam viginti quatuor annos ætatis habentes admittantur; nec priùs Conventui fratrum jungantur, quàm recipiantur in Capitulo Monialium, quod hac de causâ qualibet die potest congregari, ubi demonstretur eis quid facere, quid omittere, quomodo vivere debeant, sicut in susceptione Canonicorum scriptum est: Fratres de consensu & voluntate Prioris & Conventu Canonicorum suscipiantur; susceptis statim laboribus certis assignentur; carucis videlicet, & hujusmodi laboriosis. Deputetur autem Novitiis Magister, qui idoneus sit ad mores instruendos, & docendum ordinem. Omnibus festivis diebus & dominicis, pulsante sacristâ campanam ad Capitulum, conveniant fratres in Capitulum Canonicorum, & lectionibus assuetis interfint, & Sermoni quem Prior vel alius, qui Capitulum tenuerit; vel cui ipse signaverit ad ædificionem animarum illis faciet, Quo finito & subjunctio ab omnibus Amen, *dicat is qui Capitulum tenet,* loquamur de ordine nostro. *Ad quod verbum discedant Novicii. Quo dicto, si recipiendus est aliquis Novicius, quod non sit, nisi in præsentiâ summi Prioris; & post annum inter fratres nostros completum, dicat frater cui hoc pertinet;* Recipiendus est Novicius. *Tunc summus Prior diligenter inquirat de ejus vitâ & de moralitate: Et si fuerit recipiendus jussu summi Prioris adducat eum frater aliquis. Cui petitâ veniâ, astanti ante eum, exponat breviter asperitatem & rigorem Ordinis. Deinde oret pro perseverantiâ ejus; & dicto ab omnibus* Amen, *discedat Novicius in Capitulum Monialium, professionem facturus. Ipso amoto, cæteri fratres petant venias, clament, disciplinas sumant, si quæ sumendæ fuerint: In omnibus quantum decet laicos, eundem modum & eandem formam observantes, quam superiùs Canonicis in Capitulo existentibus scripto commendavimus. Quibus pertractatis, subjungat is, qui Capitulum tenet, Indulgentiam & remissionem, &c. Et sic recedentes, quieti & orationi vacent; exceptis his quibus officium aliquod à Priore injunctum, necessitate cogente, quietem negaverit.*

Finito deniq; Capitulo, ad jussum Magistri veniat Novicius in Capitulum Monialium, coram illo, ubi faciat professionem hoc modo. In primis prostratus petat misericordiam Dei, & Sanctæ Mariæ *& Magistri & tocius Congregationis, faciendi professionem, & perseverandi in Ordine usq; ad finem vitæ suæ, ubi doceatur ut in prima susceptione; deinde imprecetur ei gratiam Dei & perseverantiam in bono. Et sic responso ab omnibus* Amen, *flexis genibus coram Magistro, ponat manus suas junctas inter manus Magistri in libro, & ore proprio renunciet diabolo & omnibus operibus & pompis ejus, seculo & actibus eius, propriæ voluntati & omnimodæ proprietati; & promittat humilitatem & castitatem, obedientiam, fidelitatem & perseverantiam & ordinem fratrum se servaturum, pro posse, usq; ad finem vitæ suæ, secundùm statuta beati* Gileberti *& successorum ejus. Deinde orari faciat Magister pro eius perseveremiâ, dicens,* Det tibi Deus meritis & precibus beatæ *Mariæ &* beati *Gileberti &* omnium Sanctorum perseverantiam in bono. *Et responso ab omnibus* Amen, *promittat ei obedientiam in bono. Debinc, secundùm morem Ordinis, votum de se faciat super Altare. Iste modus semper servetur in susceptione omnium Canonicorum, monialium, fratrum & sororum. Exhinc in ordine nostro non fiet frater Canonicus. Quod si suadente diabolo, de ordine exiens monachi vel Canonici, regularis habitum à quolibet acceperit, depositio habitu in Conversum accipiatur, nisi fortè Ordines acceperit, Quos si acceperit, deinceps non recipiatur. Nullus enim Conversorum nostrorum habeat librum; nec discat aliquid, nisi tantùm* Pater noster & Credo in Deum, & miserere mei Deus; *& cætera quæ debere dici ab eis statutum est, & hoc non literâ set corde tenus. Novicius nunquam ad aliquid veniendum vel emendum solus mittatur, nec fiat grangiarius vel alicujus negocii Præpositus. In hospicio tamen Hospitali fratri solatium esse poterit per Priorem, si necessitas exposcit.*

De

De vigiliis, & horis fratrum diei & noctis. 5.

TAm *ad vigilias, quàm ad horas diei, faciant orationes suas sicut mos est, Post erectionem autem & signaculum, si duo aut plures fuerint, dicat Prior illorum,* Deus in adjutorium meum intende. *Et respondentibus omnibus,* Domine ad adjuvandum me festina; *ad vigilias subjungat Prior illorum,* Domine, labia mea aperies, *Cæteris eundem versum respondentibus, quod usq; tercio dicat. Deinde dicant sub silentio,* Pater noster *erecti. Quo dicto, dicat Prior illorum, audientibus omnibus,* Gloria patri & filio & spiritui Sancto. *Qui cum dixerit, tam ipse quam cæteri convertuntur. Eoq; dicto, erigantur omnes dicentes;* sicut erat *totum, & hoc usq; vigies faciant. Post vicesimum autem* Sicut erat, *subjungant omnes, Priore eorum incipiente* Kyrieleison *semel,* Christeleison, *semel,* Kyrieleison *semel. Tunc Prior eorum dicat in audientiâ totum* Pater noster; *tam ad vigilias, quàm ad omnes horas adjungens,* per Dominum nostrum Jhesum Christum, &c. *cæterique respondeant* Amen. *Deinde adjungat* Benedicamus Deo, *aliisq; respondentibus,* Deo gratias. *Ad horas diei post* Deus in adjutorium, *incurvis omnibus, dicat Prior eorum,* Gloria patri & filio & spiritui Sancto. *Cæterisq; respondentibus,* sicut erat, *&c. fiant, sicut supra diximus, excepto quod in* Laudibus *& ad* Vesperas, *decies dicent* Pater noster, *cum* Gloria patri. *Ad cæteras verò horas, quinquies. Hic ordo psallendi omni tempore teneatur, nisi quod in festivitatibus* xii. *lectionum dupplicabuntur ad nocturnos tantùm* Pater noster, *cum* Gloria patri, *ut sint* xl.

Quando soli, vel in Ecclesia fuerint, hoc totum singuli dicent sub silentio. Notandum etiam, quia cum interfint horis Monachorum, ad eas glorias tantùm inclinent, ad quas & Monachæ. Ab idibus Septembris *usq; ad cœnam Domini, privatis diebus & festis. quibus laborant, pulsetur campana specialiter ad excitandum fratres: Quâ pulsatâ surgant, nec ante, nisi permittente Priore vel necessitate cogente. Factis orationibus* Vigiliarum & Laudum & *etiam* Primæ, *si tempus permiserit, exeant ad labores sibi injunctos, silentium servaturi usq; ad signum* Primæ, *nisi pro inevitabilibus causis vel manifestis damnis. Alias horas diei solvant ubicumq; laboraverint, tam yeme, quam æstate. A* Pascha, *usq; ad idus* Septembris *privatis diebus, & festis quibus laborant, dormiant usq; ad* Lauds; *quia meridianas non habent ex institutione, set ex gratiâ, videlicet qui in Abbacia sunt, à* Pascha *usq; ad tempus fœni. Qui verò in grangiis à festo* Sanctæ Crucis, *usq; ad eundem terminum. Omnibus festivis diebus quibus non laborant tam yeme quàm æstate, surgant ad* Vigilias *quando & Monachæ. Idem firmiter inter sorores observetur. Ab idibus autem* Septembris *usq; ad* Pascha, *Conversi, de Abbacia eant sicut reliquo tempore tantùm dominicis diebus & festis, quibus non laborant, ad utrumq;* Completorium. *Privatis autem diebus & festis, quibus laboramus, operibus suis intendant, quamdiu lumine diei operari possint. Et tunc aliquis frater conversus, cui immundum fuerit, ad finienda opera eorum tabulam pulset; quâ pulsatâ, ab operibus eorum se disjungant, &* Completorium *cantent. Et fratres qui in grangiis fuerint, à kalendis* Novembris *usq; ad* Cathedram Sancti Petri *vigilent circa quartam partem noctis; & à* Cathedra *usq; ad* Pascha, *& ab idibus* Septembris *usq; ad kalendas* Novembris, *sic surgant, ut ante lucem perficiant orationes* Vigiliarum & Laudum. *Quibus transactis, laborent quod necesse fuerit. A* Pascha *usq; ad supradictas idus, incipiente luce surgant ad laborem. Et sciendum est quod non est nostræ consuetudinis conversum prostratum toto corpore jacere in oratione; set super genua vel stando. Et ab octavis* Pentecostes *usq; ad* Natale Domini, *& ab octavis* Theophaniæ *usq; ad* Pascha, *omni sextâ feriâ accipiant disciplinas; nisi aliqua fuerit festivitas qua non laborant. Quod si aliqua impediatur negligentia, die qua prius expedierit, restauretur.*

De festis feriandis, & non feriandis. 6.

IN *hiis sollempnitatibus non laborant Conversi. In die* Nativitatis Domini, *& quatuor diebus sequentibus. In circumcisione Domini. In* Epiphania Domini. *In* Purificatione *beatæ* Mariæ. *In die sancti* Gileberti. Mathiæ *Apostoli. In* Parasceve. *In die* Paschæ, *& secundâ feriâ. In* Ascensione. *In die* Pentecostes *& secunda feria. In sollempnitatibus sanctæ* Mariæ, Philippi & Jacobi. *In* Nativitate *Sancti* Johannis

Baptistæ, *Apostolorum* Petri & Pauli. *Translatione Sancti* Thomæ *martyris*; *Sanctæ* Mariæ Magdalenæ; Jacobi *Apostoli*. Advincula Sancti Petri. *Sancti* Laurentii. Bartholomei Decollatio Sancti Johannis Baptistæ. Matthæi. *In* inventione & exaltatione Sanctæ Crucis. Michaelis, Translatione Sancti Gilleberti, Symonis & Judæ, Omnium Sanctorum. Martini *Episcopi*, Hugonis *Episcopi*, Andreæ *Apostoli*, Thomæ *Apostoli*. *In* dedicatione Ecclesiæ, *qui in monasterio morantur. Et in his tamen ipsi, si quid necessarium fuerit, faciant quod fuerit imperatum. In quibus autem sollempnitatibus conversi laborant, & Monachæ feriant, conversi qui in Abbacia sunt priorem tantùm Missam audire poterunt; & sic exire ad opera sua. Dies festi duodecim lectionum, in quibus fratres laici laborant hi sunt. Sancti* Silvestri. *Octavarum* Epiphaniæ; *festum Sanctorum* Fabiani & Sebastiani. Agnetis *virginis*. Vincentii. *Sanctæ* Agathæ. Cathedræ *Sancti* Petri; Gregorii *Papæ*. Ambrosii *Episcopi*. *Octavis* Ascensionis: Commemoratio *Sancti* Pauli: *Octavis Sancti* Johannis & *Apostolorum*. *Inventio Sancti* Stephani. *Octavis Sanctæ* Mariæ & Augustini *Episcopi*. Mauricii *cum sociis suis*. Dionysii *cum sociis suis*. Ceciliæ *virginis*. Clementis *Papæ*, Nicholai *Papæ*. Luciæ *virginis*. *Cum inter sæculares morantur fratres, festos dies, quos universaliter venerantur laici, propter scandalum venerentur in publico, & ipsi fratres nostri, qui in Abbatia morantur omnibus festivis diebus, & cotidie per* Quadragesimam, *& quociens præsentis de sancti corpus fuerit in Ecclesia, Missarum interfint celebrationibus, in capis. Set in feriis & festis quibus laborant in* Quadragesima *& etiam in* cœna domini, *nam tantùm Missam audiant, nisi obedientia aliquibus credita aliud exigat, vel Prior aliter præcipiat; quia ista præmissa non præcipiuntur, set permittuntur. In Ecclesiâ verò, & in itinere, & ubicumq; cum Canonicis fuerint, in inclinationibus & erectionibus & cæteris Ordinatis observantiis, habeant se sicut Canonici se habent. Ad aquam verò benedictam, sicut permiserit positio uniuscujusq; Oratorii, ita accedant.*

4. De Communione fratrum, & Noviciorum; & pœnâ non venientium ad Communionem termino debito.

Fratres qui infra octo dies, post diem suæ Communionis non venerint, trinæ disciplinæ in Capitulo subjaceant, nisi gravis infirmitas, aut excusabilis necessitas eos impedierit. Valde remoti, à domibus propriis ad propinquiores domos nostri Ordinis accedentes hoc sacramentum percipiant & non ad alias. Similiter & cineres pro quorum negligentiâ ejusdem temporis similiter punientur. Dies Paschæ *excipiatur, si volunt. Octies tantùm in anno communicalunt fratres laici, nisi Magistro crebrius vel rarius de certâ causâ accedere judicaverit. In* Nativitate Domini. *In* Purificatione. *In* Assumptione. *In* Nativitate *Sanctæ* Mariæ. *In* Cœna Domini. *In die Sancto* Paschæ. *In die* Pentecostes. *In sollempnitate* Omnium Sanctorum. *Novicii vero fratrum & fororum ter in anno; scilicet Die* Natalis Domini, *die* Ablolutionis, *& die* Paschæ; *& quociens pro infirmitate opus habuerint. Licet etiam Novicios conversos, prout Prior viderit expedire, dividere per Altaria ad communicandum. Qui verò supradictis festis, occupatione vel obedientiâ impediente communicare non poterit, die quâ competenter occurrere poterit communicabit. Communicent verò fratres, qui intra ambitum cœnobii fuerint, ad Missam matitunalem, nisi necessaria causâ ab eâ abesse cogantur; & tunc ad majorem Missam hoc faciant. Similiter & qui per negligentiam se absentaverint ad majorem Missam communicent, ita tamen ut pro negligentiâ usq; ad* Nonam *jejunent vel cencies* Misere mei deus *dicant.*

5. De silentio fratrum generaliter servando, & Capitulo vespertino, & colloquio prohibito, Et officinis non intrandis; Et de vehiculis carri.

In quibuscumq; officinis teneant silentium fratres; nec aliquam officinam ingrediantur, sine licentiâ. Insuper in suo Dormitorio & Refectorio omnino silentium teneant, & præter hæc in omnibus aliis locis, nisi forte ussu Prioris de necessariis loquantur, vel etiam ipsius Cellerarii, si tamen hæc potestas Cellerario data fuerit. Sutores ubiq; silentium teneant, in invicem ad omnes, nisi Prior forte eis aliquem locum extra operatorium determinaverit, ubi inter se tantùm loquantur de necessariis actis suæ breviter; Nec aliter quam stando.

Similiter

Similiter faciant omnes artifices Monaſterii, Piſtores videlicet, Textores, Pellifices, & cæteri. Solis tamen fabris intra officinam ſuam, poteſt locus determinari, ubi de neceſſariis modo prædicto loquantur; quia vix ſine detrimento operis ſui poſſunt in labore ſilentium tenere. Capitulum veſpertinum fratrum laicorum, qualibet ſeptimanâ, per annum, celebri feſto carente, teneatur feriâ quartâ poſt Veſperas *in æſtate, poſt cœnam in hyeme, à Priore vel à ſubpriore, vel ab alio vices eorum gerente, adjunctis ſibi duobus vel uno ad minus Canonico. Ad hoc Capitulum tenendum per aliquem fratrem à Priore domus ad hoc aſſignatum, præmuniantur. Qui negligens aut obliviofus in hoc repertus fuerit, in craſtino in pane & aqua jejunet, vel in proximo Capitulo ſequente vapulet. Tempus fœni colligendi &* Auguſti *excipitur. Poſt Capitulum veſpertinum laicorum fratrum omnino prohibemus fabulationes, vel ſigna fieri inter fratres, niſi pro inevitabili cauſâ, videlicet incendii, furti, vel hujuſmodi; ſet mox poſt Capitulum dicto* Completorio, *eant dormitum. Similiter faciant eâ die quâ Capitulum non tenetur.*

Hoſpitales tamen fratres, & grangiarii, & bubulci, & ſtabularii ſub hac lege non tenentur, cum neceſſitas eas excuſaverit. Diebus verò quibus feriatur, ad Completorium *Sanctimonialium, fratres laici intereſſe licentiam habebunt. Similiter qui in grangiis ſunt ſilentium teneant in Dormitorio, in Refectorio, in Calefactorio, intra metas ad hoc deputatas. Alibi poſſunt loqui cum grangiario ſuo de neceſſariis ſuis, & hoc ſtando, & duo tantùm ſimul. Et ſciendum quia ſine capuciis eis loqui non licet. Paſtores tamen & bubulci, cum junioribus ſuis, & juniores cum ipſis loqui poſſunt, in labore ſuo, de neceſſariis. Salutantem reſalutent, & viatorem, ſi viam interrogaverint, verbis breviter doceant. Quod ſi de alia re eum alloquatur, reſpondeat ſibi amplius non licere loqui. Hæc etiam cuilibet inquietanti ſe & inſtiganti, ad loquendum reſpondeant. Frater, qui in itinere eſt, teneat ſilentium in omnibus Eccleſiis, & in refectione ſuâ, & poſt Completorium, & habeat ſe in omnibus ſicut mos eſt. In viam directus non cogitur jejunare, niſi eo modo quo fratres jejunant in grangiis. Qui veniens ad Monaſterium vel ad grangiam noſtri Ordinis, teneat per omnia ordinem ſicut fratres illius loci. Poterit tamen loqui cum fratre ſtabulario, de neceſſariis, ut eſt de ferrandis equis, & quando tribuit eis præbendam & fœnum; & hoc ſtando.*

Conceditur enim haberi ſtabulariam & ipſum loqui cum fratribus noſtri Ordinis, ſicut cum cæteris hoſpitibus, ubi multitudo hoſpitum exigit. Quod ſi cum Canonico proficiſcitur, habeat ſe ſecundùm quod ei præceperit. In vi obedientiæ prohibemus, & ſub anathematis interminatione interdicimus, ne fratres conveniant ad colloquium, vel in domo vel extra, niſi per Priorem de neceſſariis, eo præſente, vel per eum Cellerarium vel grangiarium, ſeu procuratore. Quicunq; verò deprehenſus fuerit hanc inſtitutionem noſtram præterire, toto anno pœniteat, bis in ebdomadâ in pane & aquâ, & ultimum locum teneat in Eccleſiâ & in refectorio. Similiter inter nuncius alicujus ſcandali inter domos, qui deprehendi poterit. Caveat ipſe Prior, ne incidat in eandem culpæ pœnam, ſi fuerit negligens in obſervanciâ hujus juſticiæ & ordinis. Nullus fratrum præſumat, ſine licentiâ Prioris, vel grangiarii, vel Cellerarii, vel Procuratoris ingredi domos Sutorum, Fabrorum, vel Fullonum, vel hujuſmodi, exceptis prænominatis, & ſubcellerario & ſcrutatore, & qui ad hæc opera deſignantur.

Ingreſſi prædictas officinas, niſi permiſſione Prioris nichil loquantur, ſet ſigno, quæ neceſſaria ſibi fuerint, querant. Quod ſi quis aliter fecerit, graviter clametur & puniatur verbere & jejunio. Si fratres alicubi ierint, unus diſcretus provideatur, qui reſpondeat alloquentibus. Nec aliquis loquatur cum aliquo, niſi qui aſſociatus ei fuerit, vel ad quadrigam vel hujuſmodi. Aſſociato ſibi loqui poterit, ſi neceſſitas laboris poſtulaverit. Si quis fratrum noſtrorum quoquam iturus vehiculum carri, vel quadrigæ refutaverit, ut honeſtiùs caballo inſideat, & equitet, pro culpâ inſolentiæ, per annum integrum equum vel equam non aſcendat, ſet quoquam iturus ambulet pedes.

De Refectorio, & refectione; & mixto fratrum, & de jejunio eorum in grangiis, & de reliquiis & pitantiâ eorum. 9.

REfectorium fratrum, & feneſtra eo modo conſtruatur, & cuſtodiatur, ſicut ſcriptum eſt in ſcripto de Refectorio Canonicorum. Convocatis itaq; aliquo ſigno fratribus ad refectionem, dicant omnes ſimul Benedicite, Kyrieliſon, Chriſteeliſon, Kyrieliſon. Pa-

ter

ter noster. *Deinde erectus grangiarius vel Prior illorum dicat* Et ne nos, *Aliiq; respondeant*, Set libera nos. *Tunc Prior illorum faciens signum manu dicat*, In nomine patris & filii, & Spiritus Sancti, *aliis respondentibus* Amen. *Sicq; resideant ad mensas secundùm ordinem suum, comedant & bibant communiter eis apposita, nisi alicui extraneo supervenienti vel gravi labori insistenti, vel domestico à remotis revertenti, vel debili vel infirmanti, aliquando in aliquo ex misericordiâ subveniatur. Et notandum quod non licet eis sine capâ vel pallio, vel caputiis, nec in suis Refectoriis, nec alibi commedere. Si fortè aliquis versum amiserit in aream Refectorii coram grangiario, prostratus satisfaciat; & ad signum grangiarii surgat. Si verò ter versum amiserit; ablatâ ei potione cervisiæ ultimus manducet. Et si aliquis potum vel pulmentum effuderit, prædicto modo coram sede grangiarii satisfaciat. Si verò manum secuerit, in communi Capitulo veniam petat, & similiter si alicubi infortunio quoquo modo se læserit.*

Peractâ itaq; refectione surgens grangiarius, vel Prior illorum, incipiat miserere mei Deus, *dicatque totum versum, & omnes alii alium: Sicq; alternatim dicant alios versus subjungentes* Gloria patri; sicut erat, Kyrieleison; Christeeleison; Kyrieleison; Pater noster. *Deinde dicat Prior illorum*, Et ne nos, *alii respondeant*, Sed libera nos, *subjungente illo* Benedicamus Domino, *cæteri respondeant* Deo gratias. *Et signantes se discedant. Servitores verò in Refectorio finient versum suum, &* Pater noster *dicent. In grangiis verò post cibum incipientes* miserere mei Deus, *intrabunt Oratorium. Conversi nolas non habeant in Refectoriis, nec infra Abbaciam. Post refectionem eant in Oratorium. Nec ad grangias campanas habeant, set lignea balla ad convocandos fratres, ad horas diei & noctis; & ad refectionem. Si quos fratres laicos aliqua certâ & notâ occasione Prior judicaverit oportere sumere mixtum, sumant. Mixti verò quantitas hæc sit. Medietas libræ sui panis, vel major quantitas grossioris panis, & aqua. Qui verò in grangiis sunt, non jejunabunt, nisi in præcipuis jejuniis, & in adventu & sextâ feriâ ab idibus* Septembris *usq; ad* Quadragesimam, *& habebunt singuli libram panis, & insuper de grosso pane quantum necesse fuerit.*

De misericordiâ pitantiæ erga debiles & valitudinarios & supervenientes & de itinere redeuntes, & minutos. sicut superiùs scriptum est, in scriptis Canonicorum eodem modo teneantur inter fratres, prout potest & debet fieri inter laicos; & omnia eadem præcepta, prohibitiones de cibis & potibus & reliquiis eorum inter eos teneantur. Si fortè fratrum multitudine, supervenientè curâ ministrandi, vires Refectorarii excesserint, subveniant ei aliqui fratrum in ministerio cum silentio. Si quid verò loquendum est cum fratre communis fenestræ, servitores breviter & submissâ voce, quæ signis nesciunt indicare, loquenda loquantur. In festivitatibus Sanctæ Mariæ *&* Sancti Benedicti, *&* Sancti Johannis Baptistæ, Circumcisionis; Epiphaniæ; *& in festivitate* Petri *&* Pauli, Andreæ *Apostoli &* Omnium Sanctorum; Symonis *&* Judæ, Mathæi *Apostoli, & aliorum Apostolorum quibus feriatur; & beati* Laurentii, *& in festivitatibus beati* Gileberti, *& in festivitate* Dedicationis Ecclesiæ, *& dominicis diebus, licet pitantiam dari fratribus & sororibus, & tribus diebus minutionis eorum & quocienscunq; communicantur, si facultas domus permiserit. Fratribus verò falcatoribus, aliqua pitantia detur per singulos dies laboris eorum, prout majores domus viderint necessarium.*

10. De Grangiario & ejus officio, & licentiâ loquendi; & potestate eundi. Et ejus solatio. Et annonâ cervisiæ; & fratre ei inobediente.

STatuentes in vi obedientiæ præcipimus, ut unaquæq; terra eo seminetur semine quod melius eis conveniat. Grangiarius verò, si scienter aliter fecerit, unaquaq; ebdomada, quousq; segetes metantur, solo pane clientium uno die reficiatur. In cibis & potibus & in aliis, quæ ad cibum pertinent & potum, in domibus nostris eadem consuetudo teneatur. Grangiarius autem, cum omni sollicitudine obedientiæ sibi creditæ cor apponat. Summis Scrutatricibus, sine murmure & dilatione, necessaria, ad iter earum inveniat, ne gravi pœnâ, si neglexerit, puniatur. Caveat etiam curtem Monialium ingredi, & omnes alii nisi manifestâ causâ compellat mandato Prioris, non tamen sine Comite boni testimonii. Periculum verò incendii, & latronum crudelitas & hujusmodi excipiuntur. Omnibus est licitum, ut præbeant auxilium contra ignis incendium, furtum & latrocinium & hujusmodi periculum.

Grangi-

Grangiarius poteſt loqui cum omnibus fratribus de Labore & ambulando, ſi opus eſt. Non licet ei copiam colloquii fratribus dare, niſi de labore, neceſſitate cogente, vel etiam quoquam eundi extra curtem niſi ad laborem. Quod ſi fecerit, ab officio deponatur. Non licet ei aliquid dare fratribus, vel alicui ſine licentiâ Prioris domus. Poteſt etiam loqui cum ſervientibus in labore, ſi opus fuerit. Fratres verò non loquantur cum eo niſi ſtando; ſet non plures quam duo vel tres, & hoc de neceſſariis ſermone brevi. Negligentes, in pane & aquâ pœniteant. Grangiarius grangiæ habeat ſolatium, ſi neceſſe fuerit, qui videlicet provideat domui poſt eum, cui licet loqui cum familiâ & hoſpitibus de neceſſariis. Abſente tamen Grangiario cum omnibus ubiq; licet loqui. Præter hos nullus fratrum, nec intra curtem nec extra poteſt loqui ſine licentiâ Prioris, nec inter ſe, nec cum illis. Omnino interdicimus ne grangiarius quoquam ire præſumat, niſi juſſus à Priore, magnâ & manifeſtâ neceſſitate cogente; ſet obedientiæ ſibi creditæ, cum omni diligentiâ intendat: De his quæ venduntur & emuntur nichil ſibi aſſumere licet vendendo vel emendo aliquid, ſet aliquis alius aſſignetur à Priore ad hoc opus, yedditurus rationem grangiario ſuper his, quæ vendiderit vel emerit; & conſcius ſit factorum grangiarii. Licet etiam grangiario ad feneſtram accedere ſub ſilentio, cum ſorores opus habuerint de his quæ ad ejus curam pertinent & poteſtatem, non tamen niſi mandatur ab ipſis, vel manifeſta neceſſitas hoc expetat.

Unicuiq; grangiariorum noſtrorum aſſocietur frater fidelis, qui conſcius ſit factorum ejus, cum præſentem non habuerint Priorem vel Cellerarium, propter ſuſpicioſos. Qui hoc neglexerit; ſeipſum fratribus de infidelitate reddit ſuſpectum, quamvis ipſe ſit fidelis. Si frater inobediens fuerit grangiario, oſtendatur Priori & Cellerario; Et ſi perſtiterit in inobedientiâ, ab Ordine ſuo deponatur, & uno pulmento & pitantiâ careat, quouſq; ad audientiam Prioris omnium culpa perveniat, niſi dignâ ſatisfactione pœnitere voluerit. Grangiarius verò gravius judicetur, ſi Priori non obediat in bono. Converſus etiam, qui cuilibet Magiſtro ſibi deputato inobediens fuerit, pro ſatisfactione in tribus diebus humi reſidens comedat coram fratribus in Refectorio ſine mantili. Fratres, ad quorum curam pertinet annonam cerviſiæ & pulmentorum farinam præparare, ſi neglexerint, & in irritum duxerint, dimidio anno cerviſiâ careant, niſi ratione dictante Prior in aliquo viderit parcendum.

De Canonicis aſſignandis fratribus in emendis & vendendis. Et de emptore, & ejus officio. II.

Sub profeſſione & voto quod Deo voverunt Prælati & ſubditi noſtri Ordinis, interdicimus ne Procurator vel Grangiarius vel quilibet alius emere vel vendere uſurpet, niſi habeat comitem literatum à Priore ſibi aſſociatum vel ab ejus ſolatio, ſi Prior defuerit, qui videat & ſciat quid emerit vel vendiderit, & aſſenſum præbuerit mercimonio. Similiter ſi Cellerarius vel alius de conſortio literatorum ad hujuſmodi opus mittitur, aſſignetur ei a Priore vel ab ejus ſolatio, ſi ipſe defuerit, de noſtris illiteratis fratribus cautus & providus ad ejus famulatum, qui conſcius ſit & aſſentaneus in his quæ ipſe vendiderit vel emerit, vel expenderit ad profectum domus, vel aliter quod abſit. Verumptamen licet Priori, vel Cellerario, per Priorem, quem viderit cautum, literatum vel illiteratum, ad minora mercimonia mittere comparanda, non tamen ſine aliquo fideli. Quicumq; de noſtro Conſortio contra hæc agere præſumpſerit, ab obedientiâ ſibi creditâ removeatur; ſimplex Canonicus vel frater in ultimo gradu ſatisfaciat verbere & jejunio caſtigatus ad plenum pro hujuſmodi culpâ. Licet emptori, quicumq; ipſe ſit, præſente Priore vel Cellerario vel alio Canonico per Priorem aſſignato cum fratre feneſtræ de pondere & numero eorum, quæ intromittit & recipit, pauca neceſſaria loqui, nec à feneſtra diſcedat, donec in cuſtodiâ ſororum veniat, quicquid ipſe attulerit & intromiſerit. Ipſe enim aurum & argentum & quæq; venalia recepturus eſt, vel intromiſſurus ad feneſtram, ſet præſente Priore vel Cellerario, vel ejus ſolatio, vel aliquo alio per Priorem aſſignato intromittat & recipiat, & non aliter. Illis abſentibus, vicariis eorum præſentibus, ſi neceſſitas incumbat, hoc idem faciat, & non niſi iſto modo & pro tali occaſione ad feneſtram accedat.

Si cuiquam fratrum noſtrorum attribuitur poteſtas emendi vel vendendi; vel hujuſmodi, aſſocietur ei frater fidelis, non unus ſingulariter, ſet de tribus ad hoc opus electis, alternatim unus, qui conſcius ſit & communicator factorum ejus, ſi Prior domus literatum diſcretum ad manum non habuerit. Si refutaverit, ab ipſâ poteſtate privetur. Emptores verò ſi in

emendis, vendendis, distribuendis, retinendis & cæteris hujusmodi peccaverint, & graviorem reatum incurrerint, transgressiones gravioris culpæ & dampni commissi Priori omnium reserventur, & ejus absolutione purgentur, nisi mortis periculum ab alio reatum culpæ absolvi compellat. Fratres emptores & cæteri, cum venerint ad aliquam domorum nostrarum, silentium teneant, & sicut fratres illius domus se ordinatè habeant in omni loco, quamdiu ibidem fuerint. Quod si necessitas aliqua obedientiæ sibi creditæ postulaverit ut loquantur, cum Priore domus vel Cellerario quod loquendum est loquantur, vel quibus regulariter assignaverint ut loquantur. Cum puero suo etiam pedite licet eis necessaria loqui.

Nulli nostrorum quoquam eant vel ad vendendum, vel ad emendum, vel aliquid mutuent, vel accomodent, inconsulto Priore, & Cellerario, & Grangiario, & Procuratore, ne furti reatum vel pœnam incurrant. Quod si fortè licenter egressi ratione dictante aliter fecerint, quàm dispositum fuerat, domi revertentes Prioribus indicent facti rationem. Quod si non fecerint, eadem pœnâ multentur. Si quis etiam vendiderit vel emerit aliquid, & Priori & Cellerario & cæteris majoribus celaverit, pro furto judicetur & puniatur, sicut Ordinis & Institutionum nostrarum contemptor. Similiter quicumq; de nostris mutatum aliquid ab aliquâ domorum nostrarum vel accomodatum fideliter reddere vel satisfacere retardaverit, acriori ultione puniatur in alia domorum nostrarum in ultimo gradu, ut cæteri caveant, & delitum restituatur, ut fraternitas non ficta perseveret in domibus nostris, & causa dissidii eliminetur. De mutuato ab extraneis & de eorum deposito hoc idem teneatur, ut omnis fraus excludatur. Quociens fratrum quilibet vendere vel emere mittendus est, per Priorem, vel Cellerarium, vel Grangiarium vel Procuratorem mittatur, ne quis potestatem vendendi vel emendi sibi assumat, nisi missus ab eis ad hoc opus, vel Prior omnium hoc injunxerit. Quod si fortè aliquis eorum absens fuerit, & necessitas ingruerit, aliorum consilio, quod faciendum est, fiat. Cui associetur frater literatus vel alter fidelis.

12. De euntibus ad Nundinas, & quomodo ibi se habere debent. Et de emptione Priori & Procuratoribus ostendenda, & provisione hospicii in urbibus.

Quæcumq; domibus nostris necessaria fuerint scripto notificentur fratribus, qui ad Nundinas mittuntur, quibus cura emendi assignata est. Ad quod opus de unaquaq; domo unum laicum dispositum & sufficere credimus, & duos literatos tantùm discretos, & quot superaddiderit Prior domus. Quicquid emptum fuerit ad Nundinas ostendatur Priori & Cellerario, & Procuratori & Grangiario antequam tradatur monialibus; nec aliquid foras inde retineatur contra scriptum Ordinis. Quicumq; ergo Conversus nostri Ordinis ad Nundinas venerit, quamdiu in Nundinis fuerit, de nullâ domo Religiosa victum sibi vel equis suis accipiat; sed de suo magis vivat, & eâ mensurâ quâ decet virum Ordinis sui. Non enim debet pro se superfluè pisces emere aut delicias quærere, set nec vinum bibere, nisi bene aquatum, & duobus pulmentis sit contentus. Ad opus secularium nec emat nec vendat aliquid; nec per Conversum nec per aliquem hominem licet nobis vendere vinum ad tabernam, sive ut vulgò dicitur ad broccam; seu ut linguâ Tautonicâ dicitur, ad tappam, in nostris sive in domibus alienis, nec alicubi omnino. Si quis ad Nundinas ierit, exceptis his quibus attributa est potestas Prioris omnium consilio, reversus, pœnâ fugitivi puniatur, nisi forte consilio Prioris domus & aliorum manifesta necessitate compellente, & non propria voluntate rogatus hoc fecerit. Omninò etiam prohibemus ne fratres nostri in urbibus vel Nundinis comedant, nisi ubi Prior domus suæ vel Cellerarius eis providerint & necessitas compulerit. Nec præsumant fratres nostri Ordinis seperatim hospitari vel cibare, vel potare, nisi communi consilio eorum fiat, necessitate cogente, quod & manifestum fiat in communi Capitulo. Si verò aliter fecerint, graviorem pœnam inobedientiæ incurrant. Simili pœnâ puniatur, qui fratrem circumvenit in negocio, vel contumeliis affecerit. Hoc etiam cavendum est, ne quis nostrorum quoquam iturus cibos nostros non bene conditos gustare declinet, ut non longiùs illicitè liceat cibis conditis operam dare.

13. De serico non emendo.

Nichil de serico ematur à nostris, vel de nostro ad nostrorum opus, vel ad aliquid religioni contrarium & seculi vanitatibus amminiculum; nec etiam ad quodlibet sacerdotale indumentum, nisi constet esse necessarium. Si verò datur, secundùm arbitrium Prioris

omnium

omnium communi utilitati; & usui mancipetur. Hoc idem de yconiis vel aliis sculptilibus dicimus, quæ ad beatæ Mariæ *virginis, vel aliorum Sanctorum sunt fabricata memoriam. Quæ tamen gratis data, prout de serico prædiximus, ad sororum Altare vel hospitum, vel alio apto loco honestè ponenda decernimus.*

De custodiâ nostræ lanæ, & vitatione alienæ nostræ lanæ miscendæ. 14.

IN vi obedientiæ, & sub anathemate mandamus & præcipimus, ut in unaquaq; domorum nostrarum Canonicus fratri ad custodiam lanæ associetur, ne aliqua divisio vel seperatio lanæ, vel singulorum vellerum vel pellium fiat, antequam ad Abbatiam veniat, nisi aliquis Canonicus conscius fuerit in remotissimis grangiis, si ratio vel necessitas postulaverit seperari. Prohibemus etiam, ne alicujus lana nostræ lanæ associetur, vel vendatur sub nostro nomine.

De Artificibus & officinis eorum, & eorum seris, & custodiâ, & fratre Hospitalis. 15.

NOn licet alicui fratrum cum aliquo loqui de alio præsente & audiente, unde scandalizetur; ut vitetur peccatum iræ vel odii vel scurrilitatis vel hujusmodi. Caveant Artifices & omnes nostri Ordinis, ne quis ex malivolentiâ in audientiâ fratris ad quamlibet personam loquatur, unde frater offendatur. Deprehensus in hujusmodi culpâ, in pane & aquâ tribus diebus pœniteat & trinæ disciplinæ in communi fratrum Capitulo subjaceat. Fratres, Artifices & quicumq; de nostris cystas, vel archas, vel alia Servatoria licitè habent ad utensilia sua & recellas suas fideliter servandas, seras habeant, unicuiq; seræ duæ claves fiant; una quarum erit in manu & potestate Prioris domus, ut ei liceat quando & per quoscumq; voluerit fideles nostri Ordinis scrutari & videre quæcumq; continentur sub seris. Caveat tamen ne quis sumat, ipse, vel aliquis alius de omnibus quæ licite sub illis habentur & continentur seris, sine assensu Artificis & aliorum fratrum ad quos pertinent quæ ibidem habentur, sive præsentes sive absentes sint. Caveatur ubiq; ne quis artifex hospitalis frater fiat, artem suam excercens, nisi causa manifesta exigat summi Prioris assensu. Non est congruum ut extra portas monasteriorum nostrorum aliqua domus ad habitandum construatur, nisi animalium, quia periculum animarum inde potest nasci. Quod si quis contra statuta Capituli accipere, aliquid emere vel aliqua, edificia sine consilio & licenciâ ædificare præsumpserit, remotâ omni dispensatione ædificia cadant, expensæ & opera pereant. Cementariis, Carpentariis, cum sublime laboraverint, & hiis qui assidùe equitaverint, & Canonicis nostris femoralia concedimus usq; ad medias tybias, prout visum fuerit expedire; non tamen de panno subtiliori, set quali ratio vel religio postulaverit.

De Cervisiâ mittendâ ad grangias, & ibi non faciendâ. 16.

IN Natali Domini, *usq; ad Octavas, & in* Pascha *& in* Pentecosten *similiter potest cervisia mitti fratribus ad grangias manentibus, & pitancia secundùm numerum eorum, qui ibidem fuerint, ut æqualitas omnibus in utroq; servetur. Licet etiam superapponi eis duas mensuras vel tres, & tantumdem de pitanciis propter hospites, si supervenerint. In multùm remotis grangiis, cum de Abbatia non potest haberi cervisia, ematur, prout Prior & cæteri viderint Religioni expedire. Dolia grangiarum, in quibus cervisia fratrum defertur, majoribus sollempnitatibus moderatæ capacitatis sint, juxta numerum fratrum, ne mensura excedatur quæ in scriptis continetur. In Grangiis nostris cervisiam fieri sine licenciâ Magistri prohibemus, nisi aliqua magna potestas, cui nullo modo licet contradici, hoc à suis non à nostris vel per nostros faciat fieri, ad suorum non ad nostrorum opus, & necessitas facti communi Capitulo notificetur & examinetur. Qui aliter fecerit, ab Eucharistiâ seperetur, & in ultimo gradu pœniteat, usq; ad adventum Magistri.*

17. **De excussione bladi, & numero ovium fratribus assignando. Et de fratre hospitali, & de fratribus hospitibus, & mensurâ præbendæ, & sellis grangiæ, & dicis; & fidelibus mercennariis; & de decimatione bladi & mensuris æqualibus, & de decimis Ecclesiarum & blado aliorum.**

STatim finito autumpno; provideatur frater fidelis & excussores, qui eant per grangias ad excutiendum de unoquoq; blado, quantum toto anno Conventui competit; in cæteris grangiis interim excussione cessante, nisi quantum ad seminalia pertinet. Hujus mandati transgressores in ultimo gradu usq; ad adventum Magistri pœniteant. Grangiarius verò Abbatiæ sub hac lege non tenetur. Singulis annis mittendus est aliquis frater fidelis per grangias singulas, qui curam gerat de caseis & butiro, quæ ibidem fuerint, unà cum fratribus, qui ea faciunt. In remotioribus grangiis assignetur fratribus ibidem commorantibus certus numerus ovium ad opus eorum, qui ibidem fuerint mercennarii, secundùm quod messa ibi habundaverit & secundùm numerum ibidem commanentium; omni superfluitate remotâ, ne ordo Religionis vacillet, vel pereat, & Abbacia Monialium gravetur. Hospitalis frater grangiæ, cum omni diligentiâ curam habeat de anseribus & gallinis & de apibus, melle, & ovis, & de cæteris minutis & majoribus, & diligenter cavet, ut & fideliter reserventur & mittantur Sanctimonialibus, sicut decet dispensatorem Dei. Similiter Canonicis de suis grangiis. Quod si forte, quod absit, aliter indefecerit inconsultis majoribus domus, sicut fraudator fratrum & sororum suarum deputatur, & reatum luat. Quod si bene in hiis ministraverit, & Ordinem suum servaverit, locum sibi optimum adquirit à Domino Christo. Hoc idem dicimus de Grangiariis, ut faciant de omnibus ad curam suam pertinentibus & cæteris fratribus cuicumq; addicti ministerio fuerint, & sororibus similiter.

Conversi ad propriis grangias, venientes sicut fratres grangiarum, ita vescantur, nec loquantur cum fratribus nisi cum Grangiario & Hospitali. Quicumq; de fratribus veniens ad aliquem domorum, vel Grangiarum nostrarum, caveat ne ultra statutam mensuram prælendam quærat equis suis. Et si quæsierit, non detur ei, nisi primâ nocte, si de longinquo venerit; Venienti enim de longinquo licet aliquid apponi. Qui aliter fecerit, vel quæsierit, in pane & aquâ pœniteat, & semel disciplinæ subjaceat, si convictus vel confessus fuerit. Similiter statuta mensura hospitum equis detur, nec superaddatur cuiquam sine consilio Procuratorum domus, nisi præpotens vir, vel autentica persona, vel multùm familiaris, cui oportet dari, si supervenerit. In unaquaq; grangiarum nostrarum duæ tantùm habeantur sellæ cum humili apparatu. Si verò multùm remota fuerit, tercia m viliorem ibi sustinemus haberi. Provideant etiam Cellerarii & Procuratores & cæteri, ad quorum curam spectat de subsellis, ut talia fiant, quæ sufficiant tueri lesuram equorum, ne pœnam læden-tium equos incurrant.

Decernimus ut per Priorem domus Sanctimonialium vel Canonicorum statuantur tres vel quatuor fratres vel mercennarii fideles, in singulis grangiis videlicet; videlicet grangiarius, hospitalis frater & bubulcus prudentior. Hii quoq; quæcumq; utiliora viderint mittere studeant ad opus Canonicorum, Sanctimonialium & fratrum Abbatiæ; & quicquid annonæ miserint vel seminaverint, vel ibidem expenderint certo numero & mensurâ fideli. Dica illa dividatur in duo, & una pars deputabitur custodiæ hospitalis fratris, vel alterius ad hoc assignati, & altera Grangiario. Et quia hospitalis frater continuè habet esse domi, si convenienter & sane fieri possit, in suâ custodiâ claves grangiæ fideliter serventur, vel in custodiâ alterius fidelis fratris, qui ad hoc propriè assignatus fuerit, & quæ distribuenda sunt, alterius istorum distribuantur testimonio. Opilio etiam, si propè est, potest admitti & admittatur, si fidelis probatur. Quod si fortè eorum aliquis absens fuerit, alii tres faciant quod faciendum est, & redeunti factum indicetur. Hoc idem servetur à Priore & sibi associatis, in omnibus hiis quæ ad eos pertinent. Hæc diligenter serventur ab omnibus. Fratres verò qui hæc refutaverint, contemptibiles habeantur & Ordinis consortio, nisi pœnituerint, sine misericordiâ priventur. Si verò fideles fratres non habundaverint, fideles mercennarii vices eorum suppleant. Quod si fuerint necessarii & fideles reperti, majori munere remunerentur & gratia. Quæcumq; pertinentia ad Abbaciam de substantia grangiæ facta fuerint, à Grangiario, vel aliis fratribus, mercennariis fidelibus absentibus, ipsis notificentur. Similiter ipsis notificetur certus numerus ovium & ter vel quater in anno numerentur

merentur à pluribus eorum, ne quis eorum maliloquio possit depravari vel infamari ab aliquo.

Quicumq; prædictos seculares in contemptu habuerit, vel eos testes habere refutaverit, vel eis injuriam irrogaverit in contemptu nostræ institutionis, factum Priori indicetur, & severiùs puniatur ad terrorem aliorum. Institutio quoq; nostri generalis Capituli est, quòd in Collectione omnium frugum præponantur fratres fideles, Clerici vel laici, qui diligenter & fideliter deciment, tam blados quàm legumina, per Grangias, & decimas ponant seperatim, & cum de communi consilio fuerint excutienda, primo per aliquem fratrem fidelem Clericum vel laicum ad hoc assignatum excutiantur decimæ; & summa inde proveniens annotetur dica inter fratrem prædictum & Grangiarium. Deinde cum reliquæ fruges fuerint excutiendæ, quod semper & ubiq; de communi consilio fiat, provideatur fidelis unus & discretus, qui omnes circueat Grangias & excussioni intendat, & singulas quarterias annotet fideliter per dicam, contra fratrem granarii Abbatiæ. Et statim post autumpnum circueant procuratores omnes Grangias & videant omnes maias, & faciant implere usq; ad summum quas potuerint: Nec sumat inde aliquis nisi de communi consilio, & per visum fratris excussioni assignati, qui nunquam aliquam maiam relinquat semi excussam, set si ipsum oportuerit, ab unâ ad aliam transire grangiam, maiam undè excussit impleat usq; ad summum de aliquo, donec redeat ad excuciendum.

Provideatur etiam per commune consilium, quot equi necessarii sint ad grangias singulas ad habendum, & quæ mensura danda sit in præbendâ, & quot mensuræ faciunt quarteriam. Similiter provideatur de bobus, quot sint, & quot dabitur una garba; & quot garbæ faciunt unam quarteriam, & quo die inceperint dare; & quanto tempore dabunt. De hospitibus supervenientibus grangiis provideatur, quæ mensura dabitur eis; & diligenter notetur quot & qui fuerint, ut indè, sicut de omnibus supradictis, ratio in annuo Capitulo domus reddatur. Institutum est etiam, ut diligenter, per dicam, notetur quantum ex omni genere bladi vel leguminis expendetur in semine. Quoniam scriptum legimus, Pondus & pondus, mensura & mensura, utrumq; est abhominatio apud Deum. *In vi obedientiæ statuimus, ut modii & mensuræ, quibus annonæ & legumina mensurantur in Abbaciâ, & in grangiis non discrepent, set omnino unitatem teneant, ut omnis fraus excludatur. Contra quod qui fecerit, deprehensus furti crimine judicetur, & ab Ordine sine remissione removeatur, prout culpa & vita ejus exigit, nisi aliqua causa rationabilis culpam excusaverit. Cavendum summopere est ne decimæ Ecclesiarum nostrarum cum alio blado nostro ponantur, ne ignoremus quid de labore nostro percipimus. Nullus suscipiat bladum alicujus secularis in custodiam alicubi, infra clausuras nostras, nisi per licentiam Prioris & consilio majorum domus.*

De mulieribus mulgentibus, & metentibus non ingressuris curtem Grangiarum; & de percussoribus. 18.

Fæmina non ingrediatur curtem grangiarum nostrarum, nisi præcepto Prioris, nec loquatur aliquis solus cum muliere. Mulieres autem in campis non in domibus parietem habentibus mulgeant oves nostras, & quantum potest vitentur juvenculæ & formosæ. Nec ullo modo appropinquent eis fratres nostri, set habeant pueros fideles, qui videant & corrigant malè mulgentes. Illæ verò, quæ conductæ sunt ad metendum, nullo modo introire clausuras nostras permittantur, set habeant domum hostium deforis habentem. Frater verò, qui præest cibis earum, habeat aliquem fidelem mercennarium, qui ministret eis quæ ministranda sunt; & habeat foramen intra clausuram nostram breve & arctum, per quod introspicere tantùm possit & videre, qualiter ministraverit eis, & nichil ibi loquatur. Ille verò qui præest labori earum in campis, habeat aliquem maturum laicum, qui diligenter attendat labori earum; & corrigat, quæ corrigendæ sunt, sive de verbo inordinato, sive de negligentiâ operis. Hoc autem caveant fratres ne jungantur eis in aliquo labore, nec nimis in vicinia earum laborent. Licet tamen fratri laboris, si viderit eis malè agentes, vel ociosè se habentes; cum laico qui præest illis, de culpâ earum loqui, & arguere malè agentes verbo non verbere.

Decretalem Epistolam bonæ memoriæ Alexandri *Papæ, necnon & Domini* Innocentii *Papæ sequentis, statuentes præcipimus, quod si quis ex professis nostris literatis vel illiteratis violentam manum in Canonicum vel fratrem injecerit, & super hoc convictus, vel con-*

confessus fuerit, excommunicatus denuntietur, & pro excommunicato habeatur, donec à summo Priore absolvatur, cui soli competit hujusmodi absolutio. Fedes etiam mittatur ad eum absolvendus. Si verò in virum alterius Religionis violentas manus injecerit; per Prælatos utriusq; domus absolvendus absolvatur. Si in clericum secularem, sicut excommunicatus habeatur, usq; ad adventum domini Papæ vel legati in partes istas, prout magister ex consilio Ordinis providerit, expectet. Nullus enim hujusmodi sacrilegos potest absolvere, nisi dompnus Papa vel ejus legati, vel Abbates, vel Priores professionum à summo Pontifice privilegiati. Nostros percussores esse omnino prohibemus, vel in aliquem verbere desævire, pueros tamen flagello corripere in caritate, cui licet, non prohibemus. Quod si aliquis nostrorum negligens vel contemptor hujusmodi mandati fuerit; & aliquem læserit verbere, vel graviore vulnere vulneraverit, & nos vel nostros in causam aliquis induxerit, pro hujusmodi crimine, omnino prohibemus, ne quis de nostris pro eo loquatur, quasi pro fratre; nec à nostris frater habeatur, vel ejus culpa tueatur. Et si quis eum vexare voluerit de culpâ quam commisit, sua dementiâ, à secularibus non à nostris quasi laicus tractetur & judicetur.

19. De curtatione equorum.

OMnes equi nostri curtentur, qui destinantur ad quadrigas vel ad carucas. Curtentur etiam & circumtondeantur caudæ & colli comæ, ut despecti & deformes videantur. Qui verò neglexerit, inobedientiæ pœna puniatur, & pœniteat in pane & aquâ quarta & sexta feria. Similiter qui non tondendos totonderint.

20. De læsione animalium.

QUicumq; de nostris, malivolentiâ, vel incuria, vel præsumptione, bovem vel asinum vel equum, vel pullos equorum nimio pondere vel indiscretè equitando læserit, vel quolibet alio modo in quadrigis vel aratris, aut hujusmodi afflixerit, ut moriantur, vel inutiles ad laborem reddiderit; quasi dissipator domus suæ in jejunio & verbere graviter pœniteat. Vera pœnitentis compunctio & humilitas & obedientia pœnitentiæ gravitatem potest mitigare.

21. De lædentibus seipsos.

OMnes qui nimio pondere, vel labore indiscreto vel immoderato se læserint, in pane & aquâ pœniteant; & in Capitulo vapulent.

22. De furno.

QUi non occurrerint audito signo ad furnum, sua negligentia, uno pulmento careant, si non causa rationabilis iter impedierit. Nocturnum verò iter ad furnum interdicimus Canonicis & alibi extra ambitum domorum nostrarum, nisi manifesta necessitas compellat. Nec minus pistor caveat tempore Missarum pulsare tabulam ad furnum ubi multitudo fratrum affuerit.

23. De secularibus rendutis.

SÆculares qui se reddiderint in domibus nostris & omnem proprietatem reliquerint, propter Deum eligentes novissimum locum in domo domini, in victu & vestitu sibi constituto, æqualem portionem habeant, quemadmodum & alii nostri Ordinis conversi. Super eos fratribus nulla potestas attribuitur, set in labore æqualitas. Priori & Cellerario & subcellerario eorum obedientia assignetur. Et cum dormierint in domino, omnino eis officium exhibeatur per omnia, sicut pro Canonico pro abjectiore vita, quam sibi eligerunt pro Christo. Quicumq; nostrorum hæc vel alia nostri Ordinis Instituta in irritum duxerit, pro culpâ inobedientiæ gravius judicetur.

De

De prohibitione Causarum secularium & negotiorum, & fidejussione non faciendâ. Et parentibus non visitandis, & familiaritate mulierum & inclusarum vitandâ, & ortu infamiæ cavendo. 24.

Cavetur ab omnibus nostri Ordinis, ne quis secularium Causarum ventilationibus vel judiciis interfit, aliquem juvans vel gravans. Prece verò non precio apud Judicem vel adversarium quemlibet subvenire sustinemus. Verum etiam testimonium veritati perhibere, ubi ratio & religio permiserit, minimè contradicimus vel prohibemus, nisi justa occasio impediat. Mandatum domini Papæ, & legati & Episcopi Diocesani excipimus; Non enim licet cuiquam de nostris parentum vel aliorum secularium negotiis intendere; nec voluptatibus nec vanitatibus seculi operam dantibus curam impendere, nec cujuslibet secularis fidejussor fieri, quin potiùs à causis & à negociis eorum, qui mundo non Deo militare gaudent, decet se alienos facere, quicumq; Deo non mundo devotè studeat placere. Quicumq; ergò hujusmodi vinculo fidejussorio se astringere, vel mutuare, vel accomodare, sine communi consilio domus suæ præsumpserit, alienatum se à tramite sanctæ religionis noverit. Prioribus enim verò & Præpositis cæterisque omnibus nostri Ordinis omnino interdicimus, ne quis eorum, pro cujuscumq; debito accomodato, vel mutuato, fidejussoriâ sponsione intricare, vel illaqueare se præsumat. Nam ipsi Priori omnium hoc minimè est licitum, ne domini Papæ sententiæ obviare convincatur & graviorem ipsius sententiam incurrat.

Caveant omnes nostræ professionis & Ordinis, exutâ veste seculari, & habitu Religionis induto, visitandi gratiâ parentes, ac notos seculares adire, nisi fortè ad aliquod opus necessarium mittantur, & via qua gradiuntur transitum præbeat nostris, per eos qui familiaritate eis juncti sunt. Nec apud eos pernoctare licet, nisi nox proxima hoc fieri postulet, vel infirmitas aut alia manifesta occasio compellat; seu data vel accepta regulariter licentia à Prælato suo, culpam excusset. Illam verò domum, in quâ mulieres fuerint, cum quibus aliqua fuerit copula voluptatis vel justa vel injusta, dum seculo fruerentur; omnem ingressam interdicimus & Sermonem cum eis. Caveant etiam omnes nostri Ordinis, si fortè venerint ad aliquam domorum, ubi fœminæ sunt, ne unquam solus cum solâ aliquâ horâ scienter permaneat, vel cum ea sermonem habeat; Qui verò aliter scienter fecerit, timeat ne pro tantâ transgressione anathema sit. Hoc idem dicimus tam de inclusis quam cæteris mulieribus, si quis nostrum arte vel studio peccandi fecerit vel deliberatione.

Penitus prohibemus ne aliquis Ordinis nostri ad domos inclusarum, vel Monialium alterius Ordinis visitandi gratiâ ire præsumat; nec etiam pro domus suæ negocio absq; convenienti testimonio, & tunc præcipiente Priore. Et si, quod absit, alicujus nostrum de inhonestâ quarumlibet mulierum frequentatione, fama laboraverit, in communi Capitulo à Priore ei ad domum illam omnis interdicatur accessus, ubi tam detestabilis inhonestas fieri perhibetur. Si verò huic interdicto obviare præsumpserit, inde convictus, tanquam de facto judicetur. Si quis verò ausu temerario importunus extiterit, & parentes suos seculares vel quoslibet alios visitare contenderit, nullus ei adquiescat, nec caballus nec quælibet viatoribus necessaria concedantur, nec quoquam longiùs ire permittatur sine fideli comite, ne quod ei non est licitum, licitum sibi faciat. Si vero Prior domus vel quilibet alius assensum præbuerit ei, ut illicitum iter arripiat, in alia domo satisfaciat in ultimo gradu, secundum quod in communi Capitulo à majoribus diffinitum fuerit. Omnino etiam prohibemus, ne aliquis nostrorum petat per se vel per alium à Prioribus vel ab aliis donari secularibus parentibus suis, aliquid de domibus nostris vel aliqua privata munuscula cuiquam transmittere. Hæc contra facientes, sicut Ordinis transgressores, gravius judicentur & puniantur verbere & jejunio, in loco inferiori. Priori tamen & Cellerario manifesta paupertate coactis, subvenire in aliquo non interdicimus.

De infirmis familiaribus nostris visitandis. 25.

Nostrarum domorum procuratores seculares viros & mulieres, bonæ vitæ, & honestæ famæ, corporis ægritudine detentos, nobis & nostris vinculo familiaritatis astrictos, in infirmitate visitare non omittant; verba consolationis & animarum salutis eisdem devotè seminantes. Necessitatibus verò eorum, & justis petitionibus honestis ac devotis benignum studeant & conentur impendere favorem, prout ordo religionis permiserit & ratio postulaverit,

laverit, omni cupiditatis & avaritiæ notâ postpositâ. Omnibus insuper tam pauperibus, quàm potentibus, apud nos sibi sepulturam eligentibus & petentibus, honorem sepulturæ volumus exiberi, & concedimus unicuiq; modo debito & honesto, salvo jure quarumcumq; matricum Ecclesiarum.

26. De Itinere, & redditu, & hospiciis Canonicorum & fratrum in burgis, & de Itinere ad festa prohibito.

Quoquam ituris Canonicis & fratribus assignetur terminus rationabilis redeundi. Quod si aliquis longiùs vel alibi ierit, vel diuturniorem moram fecerit, quàm licentiam accepit, in ultimo gradu usq; ad adventum Magistri pœniteat, nisi rationabilis causa eum valeat excusare. Quicumq; verò sine licentia vel prohibitus per se extra Abbatiam eundi quoquam iter arripuerit, pro fugitivo habeatur & ad Magistrum pedes mittatur. In itinere, quandocumq; necesse fuerit, possunt preces ad horas breviari & solummodo Salvos fac servos & ancillas *dici, &* animæ fidelium *pro defunctis: Nullus hospitetur in vicinis burgis, nisi ad proprium hospicium domus suæ. Si tamen solus fuerit, poterit hospitari hospicio alterius domus, si ibi Canonicum vel fratrem invenerit. Cavendum est summopere, ne aliquis nostræ professionis, nisi pro necessariâ causâ, vel per mandatum Magistri, vel licentiâ Prioris sui, ad festa dedicationum Ecclesiarum Ordinis nostri, vel alia minùs honesta ire præsumat; nec ibi commedere vel inordinate bibere attemptet.*

27. De furtum vel aliud flagitium facientibus.

Quicumq; fratrum nostrorum manifestè deprehensi fuerint in furto, vel in conspiratione, vel in incendio, graviori culpæ subdantur vel ejiciantur. Quod si qui nostrorum cum aliquo sic ejecto exierint, vel pro talium defensione favore vel consensu projecti fuerint, nullatenus nisi sub eadem sententiâ recipiantur. Ipsa quidem sententia in unumquemq; culpabilem, secundùm modum culpæ extendatur, vel aggravetur, ponderatis ubiq; discretè culparum modis & corporum valitudinibus. Vasa quibus excommunicatus usus fuerit frangantur, aut pauperibus erogentur; Set & antequam talis suscipiatur in Capitulo, ante fores Oratorii jaceat in terrâ discooperto capite per quantum tempus ei à Magistro fuerit injunctum. Et sic similiter vapulet in Capitulo: Horâ prandii talium sit tardior, mensura cibi minor, hora quietis brevior, labor gravior, & ubiq; locus inferior, & status dejectior. Qui verò in leviori culpâ sunt intra Refectorium, loco, quo visum fuerit, commedere possunt, tenuiore cybo & parciore potu contenti.

28. De incestuosis, & muliere includenda.

Delileramus, ut si quando contigerit, quod Deus avertat, quod ab aliquibus nostræ professionis, viro & muliere, mutuo fuerit perpetratum carnalis commercii flagitium, vir tanti criminis reus, mox ut fuerit deprehensus, omni occasione & dilatione postpositâ, etiam absente Magistro regulari habitu exutus incarceretur, vel ab ordine ejiciatur, nunquam postea aliquatenus inter nostros recipiatur. Mulier autem propter vitandum Ordinis scandalum, ne detur ei licentia vagandi in sæculo decernimus, ut in domuncula infra curtem Monialium longè à cæteris habitaculis parata maneat inclusa, nunquam inde ante mortem exitura, set & ibi jejuniis & orationibus & cæteris gravis pœnitentiæ remediis tanti reatus maculis diluitura, secundùm provisionem Prioris omnium per fenestram tantùm suæ vitæ accipiat ministrationem.

29. De contumacibus & post-pœnitentibus, & de Corruptoribus Ordinis.

Si quis frater vel soror contumax fuerit, nec ullo modo regulari disciplinæ subjacere voluerit, & ita incorrigibilis permanserit, generali Capitulo domus representetur, ibiq; frater regulari habitu exuatur, & à consorcio nostro ejiciatur. Quod si fortè à consortio nostro, pro spe conversionis suæ non ejicitur, & ille incorrigibilis in malitiâ sua perseveraverit, & morte præoccupatus fuerit, non fiat officium defunctorum pro eo, sicut pro fratre,

vel

vel sorore, nisi in infirmitate positus dicat deinde se pœnitere. Nec in martyrologio nomen ejus scribatur, quicumq; ipse sit. Fiet tamen pro eo officium sicut pro hospite defuncto. Si quis autem nostrorum, Ordinem vel Institutiones nostras corrumpere præsumpserit, vel in deterius mutare, tercio ammonitus & correptus, si non resipuerit, exuta veste regulari à consortio nostro eiiciatur. Quod si pœnitentiâ ductus ad januam perseveraverit, si recipiendus est, extra chorum primo anno pœnitebit, si Clericus est. Secundo, in ultimo gradu, quousq; Prior domus eum superiori gradu judicaverit dignum. Noviciis verò post reversionem suam secundo anno prior erit. Si verò Novicius fugitivus redierit & recipiendus sit, per totum annum iterum Novicius permanebit. Clerico tamen, qui futurus est Canonicus, poterit Sententia moderari, si Prior domus viderit expedire, & de culpâ fugæ satisfaciat. Si verò laicus, pro hujusmodi culpâ ejectus, pœnitens redierit; si recipiendus est, in ultimo gradu per annum satisfaciat, & abstinentiâ escæ, & verbere castigetur, caritate dictante.

De seminantibus discordiam excommunicandis. 30.

Quicumq; seminaverint discordiam inter fratres & sorores malicioſe, vel inter Canonicos & fratres, ut discidium fiat, vel ad quamlibet majorem audientiam apellaverint, vel iter arripuerint, ad Ordinis oppressionem vel infamiam, neglectâ formâ vitæ & professionis cui se dederant, vel confœderationem fecerint ad diminutionem vel detrimentum Ordinis, ut desideria carnis compleant, contempto voto & professione, singulis annis in annuo Capitulo excommunicentur ab omnibus; & si reperti fuerint, à consorcio nostro tanquam sacrilegi ejiciantur.

De revelantibus secreta Capituli, & imponentibus falsò fratribus crimen. 31.

Quicumq; Capituli nostri vel Ordinis secreta, vel alicujus personæ, de nostris, occulta sive vera sive falsa fuerint, secularibus revelaverint, vel falso crimen Priori suo, vel consocio, seu omnibus vel pluribus palàm imposuerit; vel apud seculares diffamaverit, undè scandalum Ordini oriatur, excommunicetur, & ex quo id verum esse constiterit, tanquam excommunicatus extra Capitulum sit; & ubiq; in ultimo gradu sedeat, & ab omni officio ecclesiastico suspensus, nec ante adventum summi Prioris absolvendus. In adventu cujus eadem pœnâ puniatur, quâ ille quem accusavit vel diffamavit puniendus esset, si de illo crimine convictus fuisset.

De facientibus furtum, & fundentibus sanguinem; & committentibus inmunditiam. 32.

Quicumq; Canonicus, vel frater deprehensus fuerit in furto, vel de eo sufficienter convictus ejiciatur, in gradum pristinum numquam recipiendus. Quicumq; verò in incontinentiâ captus fuerit, vel super ea sufficienter convictus; vel qui sanguinem à Canonico vel fratre violenter extraxerit, ad Magistrum pedes mittatur. Quicumq; autem frater inmunditiâ convictus, vel publicè confessus fuerit, à consorcio nostro, numquam suscipiendus, expellatur.

De fugitivis & eorum pœnis. 33.

Fugitivi nostri Ordinis, & furtum facientes, & infra xl. *dies non revertentes, vinculo anathematis astricti habeantur. Si verò infra primam ebdomadam fugitivus pœnitens redierit, uno anno in ultimo gradu pœnitebit, secundâ & quartâ feriâ uno pulmento contentus, vi. feriâ in pane & aquâ, nisi forte festivitas celebris occurrerit, vel infirmitas, vel debilitas postulaverit. Et quot diebus fugitivus extitit, in communi Capitulo domus tot disciplinis subjacebit. Completo anno, si Prior domus viderit expedire, in gradu primæ Conversionis suæ poterit restitui. Si secundâ vel tertiâ vel quartâ vel quintâ ebdomadâ, vel etiam infra, pœnitens redierit, secundùm formam prescriptam pœnitentis, unius anni & moram reversionis suæ pœnitebit, excepto quod pro tanta transgressione quindecim disciplinis subjacebit, & communione privabitur, quousq; in primum gradum restituatur, nisi pro imminenti*

morte ei subveniatur. Verumptamen, peracto primo anno, si de transgressione suâ gravius affligitur, & Ordinis ac suæ professionis devotus executor extiterit, semel vel bis ad perceptionem corporis & sanguinis Domini per singulos annos poterit admitti, quousq; in primum gradum restituatur. Quod si fortè completis xl. *diebus pœnitens redierit, in ultimo gradu, secundum formam prædictam, pœnitentium pœnitebit per omnia, excepto quod in ultimo gradu, quo pœnitens recipitur, perseverabit, pro sententia anathematis quam incurrere non formidavit; licet tamen verè pœnitentibus & de transgressione suâ graviter dolentibus, misericorditer subvenire in omnibus & parcere; consilio tamen Prioris omnium, vel eo absente, consilio discretorum Ordinis nostri rigorem zelantium.*

Hujusmodi etiam ad communionem potest admitti semel vel bis in anno secundo, pœnitentiæ anno peracto. Post secundum verò annum, sicut cæteri fratres, ad eukaristiam accedere licet; furtum verò vel rapinam, aut incendium, aut hujusmodi abhominabile quid facientes, in omnibus graviori vindictæ subjaceant; videlicet jejuniis, & vestitu & in cæteris, & alieni fiant à perceptione Corporis & Sanguinis Domini, nisi morti proximo misericorditer subveniatur, vel post plures annos certa pœnitentis religio communi consilio aliquam misericordiam mereatur. Hæc omnia fiant discreto moderamine, ne religio vacillet, vel pereat. Fugitivus etiam, quando recipitur, ubiq; erit ultimus omnium. Postea verò, si Clericus est, poterit Prior omnium licentiam cantandi & legendi ei dare, & in choro ultimum ponere in Ordine Clericorum vel sacerdotum, si sacerdos fuerit: Si autem humiliato ei locum altiorem aliquando indulgere voluerit, computet tempus, quo foris moratus est, & tantum temporis semper amittat de ipso Ordine, nunquam recepturus. Publicè pœnitentes de domo sua remoti, non ponantur in aliquâ obedientiâ.

Incipiunt

Incipiunt Institutiones ad Moniales Ordinis pertinentes. I.

De sollicitudine omnium circa negocia Monialium.

Fratres nostri primi & novissimi, qui vota Deo voverunt, & vinculo professionis nostræ religionis se astrinxerunt, cum omni sollicitudine, ancillarum Christi simul & sponsarum necessitatibus subveniant; ab ipso Christo, si fideliter eis ministraverint, misericordiam & gratiam recepturi. Negligentes verò & nostra instituta parvipendentes, à consorcio earum excludantur, & divinæ ultioni subjaceant, si non dignâ satisfactione pœniteant. Sollicitius curetur, ut omnia, quæ necessaria fuerint Sanctimonialibus, celeriùs & fideliùs eis administrentur, & oratorium & cæteræ domus earum ornatiùs, acuraciùs & honestiùs quàm viris præparentur & fiant, & quicumq; hoc neglexerit, nisi citius resipuerit, potestatis suæ dignitate careat, & per annum in ultimo gradu pœniteat, & singulis diebus Deus misereatur *dicat, laicus verò,* Pater noster.

De decimatione agnorum, & tota substantia domus sub custodia Monialium servanda; & pannis Noviciorum, & de lana ipsarum, & custodibus operum illarum, & de firmis intromittendis. 2.

Statuentes præcipimus, ut singulis annis per singulas domos nostras agni nostri fideliter decimentur. Hæc decimatio assignetur fidelissimo fratri in custodiâ, qui studeat multiplicare fœtus. Et provideatur ei locus pascualis optimus, qui sufficiat illis ovibus. Si verò minus eis pascualia habundaverint, districtè & discretè cum aliis ovibus domus communicent in pasturis, & in cæteris necessariis. Lanæ quarum & lanæ precium non erit in potestate quatuor Procuratorum domorum nostrarum, sed in propriâ custodiâ Sanctimonialium ad ædificia Ecclesiæ & domorum suarum, cum multiplicata fuerit pecunia, & ad reparationem earum, & ad utensilia labori earum necessaria, & ad cæteras minutas necessitudines, quibus religio earum rationabiliter carere non potest. Quod verò superhabundaverit necessitatibus earum de pecuniâ illa, assensu Præpositarum & aliarum, curam domus gerentium, in necessarios usus pauperum Christi, qui hospicio suscipiuntur ad nocturnam requiem, ut habeant molliora strata, & unde cooperiantur, expendetur. Reliquum verò quod superhabundaverit de prædictâ pecuniâ, in necessarios usus domus assensu Præpositarum & aliarum expendi debebit. Ad comparanda verò quæ necessaria fuerint Sanctimonialibus, cum prædictâ pecuniâ, vel ædificanda, provideantur fratres duo fidelissimi per Magistrum, literatus & illiteratus, & canti in vendendis & emendis, & faciendis & distribuendis, qui quæcumq; fecerint de illâ pecuniâ, notum facient Procuratoribus domus & scrutatoribus, & utantur eorum consiliis in agendis, si ipsi, quod absit, non fuerint sororum rationabilibus desideriis impedimento. Et unus eorum, qui denariis earum servandis præponitur, denarios per fenestram illis tradat, præsente Priore, vel vices ejus gerente. De prædictâ verò pecuniâ caulæ ovium præparabuntur, & victus earum, cum hyemalis asperitas ingruerit, comparabitur, si prata sui juris non habuerint. Quod si fortè clade vel alio infortunio prædictis ovibus detrimentum contigerit, pelles & carnes earum reserventur ad dampni remedium, & ad nichil aliud. Hoc idem de cæteris ovibus domum fideliùs servetur.

Similiter statuimus notum fieri Præpositis & cæteris de universa substantia domus per fenestrarios, & eos qui pecuniam prædictam earum distribuunt, & procurant à quatuor procuratoribus domus; quia universa pecunia domus in auro & argento, & in cæteris, quæ ad sollicitudinem earum pertinent, sub earum curâ & custodiâ suis usibus & Canonicorum & fratrum reservabuntur, sicut alibi decretum est; Ita quidem quod nichil auri vel argenti,

pannorum vel victualium foris retineatur; nec aliquid de firmis vel redditibus expendatur, priusquam Domi portentur & ponantur in custodiâ Sanctimonialium: Set omnes firmæ & redditus, qui debentur domui, memoriæ commendentur scripto, intus & extra; & assignetur in singulis domibus Canonicus fidelis, qui omnes firmas & redditus recipiat, & eos in præsentia Prioris reportet, & coram eo & cæteris procuratoribus domus, vel vices eorum agentibus Monialibus tradat. Sustinemus tamen ut singularum domorum Monialium procuratores, triginta vel quadraginta solidos ad amplius à Monialibus acceptos, ad minutas necessitates explendas, sub suâ deforis custodiâ de consensu illarum vicissim reservari faciant & expendant, propter frequentes accessus ad fenestram evitandos. Caveant etiam sibi singuli & universi; quia privilegium meretur amittere, qui sibi concessâ abutitur potestate.

Pannos quoq; Noviciorum, tam Clericorum, quàm Laicorum, & aurum, & argentum, & libros, & quaslibet reculas eorum, nullus præsumat extra clausuram earum retinere; set sub earum custodiâ serventur, exceptis femoralibus, & camisiis, & calciamentis, quæ secundùm dispositionem Prioris & Cellerarii distribuantur: Nec panes triticei ad furnum distribuantur, antequam Moniales eos receperint. Quicumq; de nostris contra hoc usurpaverit, & aliquid eorum, quæ sub custodia Sanctimonialium esse decrevimus, ad comedendum vel potandum, vel aliter pro voluntate expendendum in earum detrimentum extra clausuram earum retinere præsumpserit, sicut privilegii Domini Papæ contemptor, & nostræ Institutionis transgressor reatum luat, & furti pœnâ puniatur, & ita ut infidelis habeatur & judicetur, & qualibet vi. feria, in pane & aquâ extra Ordinem suum usq; ad adventum Magistri pœniteat; nam universa substancia domus de jure eis debetur. Hoc idem servetur in domibus Canonicorum per se manentium, ut omnia scilicet sub certa serventur custodia.

3. De Custodibus pecuniæ, & receptis, & expensis Monialibus notificandis.

Provideantur ex parte Sanctimonialium tres religiosæ, & discretæ personæ; quarum custodiæ sigillum commune & pecunia domus committatur, in auro & argento, & in cæteris, quæ sub manu Sanctimonialium esse decrevimus, quæ habeant diversas claves diversis seris, ne possit arcba pecuniæ aperiri, vel pecunia distribui, aliqua earum absente vel ignorante. Una earum pannos inscidere potest, & ad jussum Præpositæ ordinatè distribuere. Ad quarum etiam curam spectat de pannis abluendis, & resarciendis vel mutandis. Quod si aliquid de auro vel argento, necessitate cogente, expensum fuerit à fratribus, antequam ad sorores intromittatur, Præpositæ demonstrabitur in quibus vel quâ necessitate expensum fuerit scripto vel mandato, & sororibus notificetur curam domus gerentibus. Similiter etiam in communi Capitulo Prioribus, Priore omnium præsente, nisi priùs Circatoribus fuerit demonstratum. Quibus quæcumq; venduntur vel distribuuntur demonstrari oportet, & nichil ex industriâ celari. Hoc idem inter Canonicos seperatim habentes servetur. Quicquid auri vel argenti, vel pannorum, vel hujusmodi datum fuerit, vel à nostris adquisitum custodiæ sororum & dominio deputabitur, sicut & Canonicis in domibus eorum. Universa etiam substantia domus Præpositæ & cæteris majoribus, quæ sub ea fuerint, curam domus gerentibus, manifesta fiat ab his qui exteriorum curam habuerint. Nec quisquam audeat contra earum rationabilem assensum aliquid erogare super his omnibus, quæ custodiæ & dominatui earum debentur.

4. De clausurâ Monialium, & ingressu prohibito; & munusculis vel mandatis non mittendis nec recipiendis.

De denariis Monialium ad includendum eas, fossâ, & muro, vel sæpi annuatim tres marcæ excipiantur donec inclusionis securitas fiat. Hoc namq; summopere curetur vel per fossata & sæpes vel per murata, vel quomodo melius fieri poterit, ne aliquis illicitus accessus pateat intrandi ad Sanctimoniales vel exeundi. Nec parcatur sumptibus domus, quia excludantur visus & accessus omnium ab eis. Curtem earum nullus ingrediatur, nisi manifesta causa compellat, majorum ipsius domus præcepto. Qui verò proprio arbitrio domos vel curtem earum ingreditur, illis vescientibus, culpam luat in alia domo nostri Ordinis in aream Refectorii; xl. diebus, sine mapulâ comedat, secundâ, quartâ,

quarta, sexta feriâ in pane & aquâ; cæteris diebus uno contentus pulmento sine omni pitancia. Ter in Capitulo unaquaq; ebdomadâ graviori puniatur verbere. Quod si ferre noluerit, habitu nostro expoliatus, à consorcio nostro ejiciatur. Quod si aliquis majori dementiâ arreptus, mandata aut munuscula, vel scripta cuiquam sororum nostrarum, per aliquem vel per aliquam hospitum, occultè direxerit vel impertiri præsumpserit, vel ab aliquâ nostrarum hæc vel hujusmodi aliquâ arte susceperit; si quis reus super hoc deprehensus fuerit, in omnibus graviori vindictæ subjaceat, in alia domo in ultimo gradu pœniteat, prout Prior omnium viderit expedire, ita ut alii timorem habeant & caveant. Quod si pœnitere renuerit, à consortio nostro cum omni dedecore pœnali, & notâ infamiæ, & improperii, quasi sacrilegus ejiciatur. Hoc idem fiat de sororibus, si ad aliquem vel aliquam, sive de nostris, sive alienis inconsulto Priore omnium mandata inordinata direxerit. Excepto quod pro tali delicto, vel alio nulla de nostris propter scandalum ejicitur, set incarceratur, vel satis graviter alio modo punitur.

De prohibitione loquelæ nostrorum cum Monialibus. 5.

Si quis nostrorum, sive Clericus sive laicus, matrem vel aliquam consanguineam in nostrâ congregatione habuerit, numquam cum eo loquatur, ne fiat nuncia malefida alicujus. Sub anathemate quoq; prohibemus ne aliquis de nostris, cum aliqua nostrarum sermonem habeat, excepto Priore omnium & fenestrario & Sacerdote, dum ei curâ confessionis vel inunctionis injungitur, nisi præsente Magistro vel viris venerabilibus in Capitulo, vel pro negocio domus ad magnam fenestram, vel prædicando verbum Dei in Ecclesiâ, pariete interposito inter viros & mulieres. Et si quis Canonicus vel frater accesserit ad fenestram domus suæ sine assensu Prioris domus, vel vices ejus supplentis, & ibi loquatur cum Monialibus vel sororibus, tribus diebus in pane & aquâ jejunet, & ter in Capitulo vapulet. Eadem pœnitentiâ infligatur inordinatè dantibus licentiam. Quicumq; sermonem habuerit cum aliquâ Sanctimonialium, vel sororum in curte earum, ab Ordine suo in ultimo gradu pœniteat, castigatus cibo & verbere secundùm modum culpæ. Hoc idem teneatur tam de Monialibus quam de sororibus, vel ad aliam domum transferatur monacha vel soror culpam luitura. Quæ loquenda sunt necessaria in utroq; sexu ad fenestram versatilem, ubi victualia secularium ministrantur, loquantur fidelibus, prout convenit, testibus assistentibus. Furtiva verò colloquia duorum, sine regulari teste, & ea frequentare curantes, in omni conventu bonorum viles habeantur, & à consortio fidelium projiciantur.

De constructione fenestrarum versatilium, Portarum, & parvarum fenestrarum; Et loquelâ ibidem: Et ingressu domus fenestræ prohibito. Et de igne non petendo nocte à sororibus. 6.

Fenestræ, per quas danda & recipienda dantur, & recipiuntur, eâ arte fiant; ne viri à sororibus, vel sorores à viris videantur; fiat etiam janua quæ quadrigis & cæteris grandioribus pateat, & seris & fidelissimis Custodibus intus & extra muniatur. Fenestra verò ubi Sanctimoniales cum parentibus loquuntur, longitudinem unius digiti habeat & latitudinem; non tantum pollicis, & in circuitu ferri laminâ muniatur. Similiter & fenestra confessionis fiat. Ibi; nostræ cum parentibus loquantur, & cum propinquis secularibus vel aletrius religionis, aliquâ teste præsente semel vel bis in anno, si ratio dictet. Omnes enim sui Ordinis amatrices loqui possunt cum patribus & matribus; fratribus & sororibus secularibus, filiis & filiabus privatim ad fenestram; & etiam cum propinquis consanguineis suis maturæ ætatis, duabus testibus præsentibus & audientibus, semel vel bis in anno. Et si qua auctentica persona cum Sanctimonialibus loqui voluerit, in communi Capitulo loquatur, multis audientibus; cum nulla privatim Priore omnium absente, nisi ad fenestram, & hoc tantùm cum parentibus suis, si fortè aliquam cum nostris habuerint. Cum extraneis nostras loqui non permittimus, qui mares fuerint, nisi fortè in communi Capitulo, cunctis audientibus, si necessitas compulerit, pro reverentiâ personæ magnæ auctoritatis vel potestatis. Fratres verò quibus custodia hospicii committitur, vel assistant fenestræ versatili, si assistere præsumpserint fenestræ parvulæ, quæ fabricatur ad loquendum cum sororibus, ut eas audiant vel loquantur cum ipsis, gladio excommunicationis feriantur, & gravi ultione pœnitentes culpam luant, si in Ordine permanserint. Eadem pœna infligatur insidiantibus licitè loquen-

tibus ad magnam fenestram de negociis domus. Similiter quicumq; nostrorum ausu temerario contra hoc ire præsumpserint. Hoc idem teneatur in sexu fœmineo. Hostiis quidem & fenestris, magnis & parvis, per quas ingressus & accessus, vel visus patere potest ad sorores, apponantur seræ fidelissimæ intus & foris, quarum claves habeat soror cauta & fidelissima; cui associetur alia non minus cauta, nec minus fida, & è regione fidelis frater.

Horum sollicitudine fenestræ & portæ firmentur & reserentur, tempore congruo, propter illicitos ingressus & egressus nocte vel die. Fenestræ autem versatiles, per quas cybaria communiter emittuntur, vix duorum pedum fiant in altitudine vel in latitudine, videlicet trium digitorum latitudine ablatâ hinc & inde. Si ampliores reperiæ fuerint, Prior & Cellerarius, Grangiarius, & Carpentarius, & eorum solacii, simul etiam quibus custodia fenestræ committitur, à perceptione corporis & sanguinis Domini priventur; & per totum annum singulis ebdomadibus duobus diebus in pane & aquâ pœniteant; Canonicis verò & fratribus ingressum in domum fenestræ interdicimus, nisi pro negocio domus; vel fortè cum conferendum fuerit de expensis domus in multorum & maiorum præsentia; exceptis hiis qui deputantur ad fenestræ custodiam, quemadmodum Moniales è regione deputantur ad eandem. Qui aliter fecerit, sicut de furto pœniteat. Subcellerario tamen licet ibi, sub silentio, juvare ad quæq; pondera. Omnino prohibemus ne quis ignem nocte petat à sororibus, nisi fortè lumen fratrum casu extinctum fuerit, vel alia aliqua manifesta necessitas compellat; & tunc tribus præsentibus detur. Similiter & per fenestram versatilem nocte dari permittimus tribus præsentibus.

7. De Monialibus custodibus fenestrarum, & ingressu domus fenestræ Monialibus prohibito.

Duæ Moniales ad minus moribus maturæ & religiosæ assignentur, & assidue assistant magnæ fenestræ versatili; quarum una principaliter sermonem ibi habeat, & principalem potestatem super victualibus ibidem servandis & distribuendis. Habeat etiam claves archarum & armariorum ibidem constructorum, & fenestræ de nocte, quas inde recedens, alteri Moniali ei assignatæ, ut audiat & intelligat quæ verbo vel opere ibidem fiunt, committat, non sorori. Una earum Missis & Capitulo una die interfit, alia altera. Nulli nostrarum ibidem loqui permittimus, nisi plures præsentes & audientes associatæ ei fuerint. Sorores aliæ, dantes vel recipientes aliquid ad magnam fenestram ibidem, nichil loquantur. Præpositæ & Cellerario sine scrutatrice comite, non ingrediantur domum fenestræ nisi ad rationandum de expensâ pecuniæ, & hoc ubi versatiles habentur fenestræ. Soror autem fenestræ vel alia ad fenestram nichil loquatur, nisi altera Monialium fenestræ assignatarum, vel aliqua Præposita ibidem præsens fuerit & audiat. Attamen non duæ tantum, sed plures præsentes & audientes erunt, & una loquatur. Ipsa absente solatium ejus vices loquentis suppleat: Monacha quidem & soror, quæ ad fenestram sermonem habent, cum fratre fenestræ loquantur, quasi ad terciam personam & frater similiter cum eis. Ad fenestram verò sororum Canonicis aut fratribus nichil detur, vel ab eis à sororibus recipiatur, absente fratre fenestræ, nisi Magister fortè per Priorem vel summum scrutatorem aliquod secretum mandaverit ipsis dari, vel dici. Ut autem sorores plures adesse deforis sciant, qui adesse de jure debent, certificentur verbo vel signo ab eis qui foris sunt.

8. De fratre fenestræ & ejus officio & silentio circa domum ejus, & solacio ejus, & cybis clientium.

Frater fenestræ non ingrediatur curtem Sanctimonialium, nec loquatur cum Sutoribus, vel Fabris, vel Pelliparis, nisi Prior permiserit, vel eius solatium, vel Cellerarius, cum ratio postulaverit. Iste verò frater, per quem, quæ intus mandanda sunt mandantur, & quæ danda sunt dantur, & recipienda recipiuntur, cautus & discretus provideatur. Similiter & è regione soror discreta, quæ non sit procax vel garula, sed benigna & curæ sibi creditæ intenta, nunquam ibidem locutura aliis absentibus sibi deputatis. Eodem modo, qui locum eorum tenuerint se habeant, illis absentibus. In circuitu quidem domus fenestræ sororum & ad fenestram illarum, intus & extra, omnibus loquendi potestas interdicitur, exceptis hiis quibus à Priore omnium sermo conceditur. Terminato signo horæ, frater & soror,

ſoror, quibus datur ſermo feneſtræ, eodem tempore debitum horæ perſolvant. Dicto Completorio *aſſocietur fratri feneſtræ alter frater fidelis, ut ſciat quomodo ſe habeat in ſermone vel opere, qui ſilentium teneat, niſi Prior viderit expedire ut loquatur. Set de inordinatis, quæ audierit, vel viderit, vel cognoverit, cum tempus & locus congruerit, fideliter clamet. Quod ſi frater feneſtræ abſens fuerit in aliquo negocio intricatus, ille alter frater vices ejus ſuppleat cum oportuerit. Singulis verò diebus recipiat frater feneſtræ, præſente Cellerario vel ejus ſolatio, quantum ſufficere crediderint ad victum & ad potum unius diei, tam hoſpitibus quam clientibus, & in domunculâ, ad hoc præparatâ, recepta reponantur. Si verò honeſtiores hoſpites ſupervenerint, licet cum tempus exegerit à ſororibus ſuperexigi quod eis conveniat. Victus & potus infirmantium, quandocunq; opus fuerit, à ſororibus petantur & dentur à quibus præparanda & danda ſunt, quæ neceſſaria ſunt, infirmantibus & valentibus.*

De diſcuſſione pecuniæ ad feneſtram faciendâ. 9.

Si fortè aliquid ortum fuerit de expenſâ pecuniæ unde oporteat, ut collatio vel diſcuſſio fiat, inter fratres & ſorores aſſenſu Prioris omnium, Prior & Cellerarius, Procurator & Grangiarius, & ſi quis alius neceſſarius inter noſtros fuerit, in parte feneſtræ, quæ viris patet, & diſcretæ ſorores, quas Præpoſita elegerit, in eâ parte, quæ ſororibus patet, conferant ſalubriter, de expenſis pecuniæ; unus ſolus loquatur diſcretus & modeſtus, & una ſola diſcreta & modeſta, aliis audientibus & diſcernentibus intra ſe de his quæ audierint. Et unuſquiſq; loquentium quaſi ad terciam perſonam alternatim loquatur. Nec omittenda eſt hæc diſcuſſio pecuniæ.

De ingreſſu ad Moniales generaliter prohibito. 10.

Diligenter ab omnibus obſervetur, ne aliquis clauſuram vel domos Sanctimonialium ingrediatur, dum ipſæ debitum horæ perſolverint, vel in Refectorio curæ carnis neceſſariæ intenderint, aut in Dormitorio debito ſompno indulſerint. Quod ſi fortè neceſſitas caſu aliquo compulerit ingredi, plures ingrediantur, & peracto negocio ſimul egrediantur, caventes videre vel videri à ſororibus. Si Prior omnium curtem earum, caſu ſolus, ingreditur, quod tamen cavendum decernimus, plures earum vicino pede ingredientem comitentur; videlicet tres vel quatuor ad minus, nec ſolus cum ſola uſquam maneat, niſi fortè aliqua privatim confiteri voluerit; quod bene licet, ſi plures in eadem domo aſſuerint, vel ad hoſtium domus videntes, ſi fortè ipſa domus minus ampla fuerit. Quæ verò in hoc negligentes fuerint, & aliquem ſolum cum aliquâ ſcienter permiſerint permanere, gravi verbere corripiantur, ut de cætero caveant. Eminens tamen periculum excluditur. Summa eſt prudentia & cautela laudabilis per omnia omni virtute delinquendi materiæ reſiſtere, propter ſcandali periculum vel infamiæ obprobrium. Eapropter omnibus noſtris, Clericis & laicis Grangiariis, & cæteris clauſuram Sanctimonialium ingredi, ſine mandato & aſſenſu Prioris vel ejus ſolatii, vel Cellerarii, vel qui vices eorum tenuerint, ſi ipſi quoquam abierint, ſub anathematis interminatione interdicimus. Verumptamen propter ignis incendium, vel mortis inſtantis periculum, vel propter furtum & latrocinium omnibus ſuſtinemus introitum, ad earum præſidium & auxilium.

De Cellario, coquinâ, & auctoritate Monialium & de cybariis omnibus intromittendis. 11.

Unum cellarium & una coquina erit omnibus, ſub Præpoſitæ curâ & Sanctimonialium. Similiter & Canonicorum ſeperatim converſantium, ad quorum providentiam victus omnium & veſtitus modus ſpectat & menſura, quemadmodum pecuniæ cuſtodia & telarum & pannorum, tam veterum quàm novorum. Ipſis enim debetur dominium univerſæ ſubſtantiæ domorum, quæ datæ ſunt illis. Omnino interdicimus, ne aliquis laicorum ſibi uſurpet dominium in ſubſtantiâ domorum, quæ Sanctimonialibus datæ ſunt propriè; nec aliquid de univerſa ſubſtantia domus eroget, ſine earum aſſenſu, cum hoc literatis non liceat, ne gladio anathematis feriatur & pereat; & ab earum conſortio omnino excludatur. Nec aliquis præſumat vendere vel diſtribuere caſeos vel butrium, quæ extra curtem

curiem Sanctimonialium fiunt, sine assensu Præpositæ & Cellerariæ. Contra hoc facientes, quasi de perpetrato scelere furti, vel rapinæ puniantur. Quicumq; verò victualia domus, videlicet carnes, caseos, butirum, mel, pisces, & cætera, quæ mandi possunt, & ea quæ feruntur à grangiis, vel quæ emuntur intra clausuram nostrorum vel extra distribuerint in cibos, vel aliquo alio modo, priusquam in custodiâ Sanctimonialium venerint, grauiori vindictâ feriantur, & de potestate sua deponantur, & in aliquâ aliâ domorum pœnitentiæ castigatione corrigantur, ut de cetero caveant. Si verò alicui dandum est aliquid ad grangias remotiores, causâ necessariâ cogente, de his, quæ mandi possunt de portione quæ assignatur grangiis, ad sustentationem mercennariorum detur; & quod datum fuerit notum fiat in communi Capitulo domus, ut sciant majores utriusq; sexus causam & rationem dati muneris; & si opus habuerint, restituatur eis, prout justum fuerit visum.

12. De substitutione trium Præpositarum, & earum officio & Cellerariâ, & subpræpositâ, & Capitulo sororum tenendo.

De tribus Præpositis, quæ præsunt singulis domibus nostræ professionis, hoc firmiter teneatur. Si qua earum, quod absit, ad exaltationem sui ipsius prælationem, vel gratiam singularem à fratribus, vel à sororibus adquirere deprehensa fuerit, in aliquâ domorum nostrarum, prout Prior omnium judicaverit, saniori consilio in ultimo gradu pœnitebit, ad suam domum de cætero non reditura. Similiter si ab advocatis domus suæ, vel à qualibet alia potestate, vel studio, vel munere, vel obsequio, vel blando sermone, vel per notos & amicos, vel per aliquem alium, singularem gratiam, vel prælationem, sibi ipsi adquisierit, pro hujusmodi causa eadem feriatur sententiâ. Tali etiam castigatione corripiatur quæcumq; discordias vel disceptationes in Conventu seminaverit. Hoc idem inter Canonicos & fratres teneatur. Illa verò Præposita, quæ sermonem & curam domus suâ vice habuerit, primum stallum teneat; altera aliarum ad dextram; altera ad ejus stabit sinistram. Ipsa Capitulum tenebit, culpas examinabit, pœnitencias injunget, quas neutra aliarum relaxabit, nec etiam quando vice sua illi succedet. Licentias omnes ordinatas dabit; non alia. Infirmas visitabit, vel ab aliqua sociarum suarum visitari faciet. Eadem potestas & dignitas erit omnibus, scilicet singulis suo tempore. Si qua tamen earum ratione & consilio præstantior fuerit, justum est, ut ejus perfruantur consilio, cum necessitas postulaverit. Cum aliqua earum obierit de alterâ domo, altera substituatur per Priorem omnium, & circatrices, si forte in domo illa ydonea reperta non fuerit, ne malignâ machinatione alicujus, dissolucio vel divisio inter domos professionis de Sempringham *contingat, vel possit contingere. Et si Conventus Sanctimonialium infra* XV. *dies secundum Ordinis formam Præpositam ad mandatum Magistri non elegerint, vel quam Magister eis Præpositam assignaverit, refutaverint, à Communione & Missâ privantur, quousq; pœniteant & satisfaciant.*

Regularibus quoq; disciplinis & mandatis Præpositæ omnes aliæ obediant & reverentiam deferant. Solatium suum vel Cellerariam non licet ei deponere, inconsulto Priore omnium, vel communi assensu omnium & consilio, pro manifesto crimine. Victus verò & vestimenta omnium dispositioni Præpositæ & Cellerariæ pertinere decernimus. Victus per Cellerariam distribuantur, vestimenta verò per Præpositas inscidantur, suantur & dividantur in sexu fœmineo. Non licet alicui Præpositarum nostrarum, juxta aliquem in domibus nostris sedere, nisi aliqua discreta soror interposita sedeat; nec alibi, si convenienter possit vitari. Licet Præpositis Subpræpositam mittere in Infirmitorium, ad sumendas venias, si ipsæ detinentur in aliquo negocio & opere. Studeat Præposita sæpius visitare sorores, nisi forte eam in Coquinâ esse contigerit, vel infirmitate detenta fuerit. Si aliqua confiteri voluerit, significet Præpositæ, si in Claustro vel in Oratorio fuerit, & illi confiteatur, vel cui ipsa jusserit. Diebus quibus feriatur licet Præpositæ, quæ sermonem, suâ vice ad omnes habet, mittere aliquam doctam cum libro ad sorores, quæ dicat eis aliquid de profectu animæ & Ordinis rigore. Ipsa verò Præposita interfit Capitulo sororum, ut inferius in scriptis sororum dictum est, nisi ratio congrua impedierit, vel unaquæq; Præpositarum, ebdomadâ, quâ vice sua sermonem habuerit, sæpius earum venias vespertino sumet in Capitulo. In festivis diebus eas, cum tempus habuerit, visitabit, & de Ordine & earum religione diligenter sollicitabit. Si qua verò Monialis substituenda est ad venias Sanctimonialium capiendas, & discutiendas, ad hoc opus à prædictis Præpositis assignetur, quæ æqualiter ipsas diligat & ab ipsis diligatur sine simulatione.

De

De exitu Præpositæ ab Ecclesiâ, Dormitorio, & Claustro. 13.

SI Præposita post prandium, vel post Completorium *de Dormitorio egreditur, non sine Monialibus egrediatur sola. Egressus ejus causam Priori omnium indicare debebit, vel cui regulariter indicandum providerit. Si verò Celleraria egreditur, & silentium fregerit, sequenti die, egressus & sermonis causam in Capitulo confiteatur: Nec ipsa nisi cum pluribus egrediatur. Scrutatrices verò, si cum Celleraria egrediuntur, nichil significent, nisi manifesta necessitas hoc fieri faciat. Si verò Præposita exierit de Monasterio infirmitate cogente, confitebitur in Capitulo, in cujus stallo nulla stet nisi ad Missas, si necessitas hoc fieri postulaverit. Si verò ipsa fuerit in Coquinâ, in scapulari aliarum venias sumere potest. Ipsa verò serviens in Coquinâ, si fallaciam fecerit in Refectorio, ibidem pœniteat. Caveat etiam Præposita cum Scrutatricibus alterius domus sibi deputatis conferre, vel inquisitionem facere de aliquâ re, nisi in communi Capitulo. Si Præposita in Infirmitorio fuerit, restrictiùs se habeat & non loquatur cum pluribus simul quam cum duabus, & hoc in loco terminato, nisi fortè necessitas cum pluribus loqui eam consulendi causâ compulerit, aut cum infirmantium Capitulum tenere contigerit. Licet etiam ei Capitulo Conventus interesse & tenere, si magna necessitas emerserit, confessionesq; suscipere. Si verò inmoderatâ infirmitate tenetur, sicut & cæteræ in lecto, loquatur.*

De loco sermonis Monialium, cum sororibus in curte earum. 14.

IN curtem Sanctimonialium provideatur locus determinatus Sanctimonialibus & sororibus ad loquendum cum Præpositâ, & Cellerariâ, & in omnibus officinis earum stando; & duæ tantùm cum ea.

De Subpræpositâ. 15.

DE Subpræpositâ non fiat Præpositæ, nisi Prior omnium vel speculatrices necessarium judicaverint. Non licet Subpræpositæ Cellam Noviciarum ingredi, nisi signo vocata à Magistra earum, ad suscipiendas venias. Ipsa enim absentibus Præpositis, si de aliquo locutâ fuerit, nisi de labore, confiteatur in Capitulo sermonem. Si fortè alia sermonem habuerit, absente Præpositâ, subpræposita tamen venias sumat in Capitulo & extra. Set non eat ad portam fenestræ sine maturâ comite.

De Cellerariâ, & ejus officio, & sorore ei assignata; & de domo panis ad furnum, & pistoribus, & farina; & de victualibus custodiæ illius deputandis. 16.

CElleraria cum annuis scrutatricibus, quæ de alia domo fuerint, occultè non loquatur; nec cum aliquâ aliâ de aliquo vel aliquâ, ut scrutatrices audiant; nec in Coquinâ serviat, Subcelleraria vero serviat. Soror aliqua associetur Cellerariæ in auxilium, cum quâ loqui ei de necessariis licet apertè in Cellario. Ipsa verò Celleraria curam gerat de pannis Refectorii abluendis. In Cellario verò nulla loquatur nisi Præpositæ & Celleraria, & fenestraria, & hospitalis soror, & illa de Coquinâ, & quæ deputatur Cellerariæ in auxilium. In Infirmitorio sororum Celleraria sedendo non loquatur. In hoc si deliquerit, in Capitulo delictum examinetur, & prout decet, juste puniatur. Fiat domus non longè à furno, ad quam sine periculo & visu hominum possint accedere sorores, ad Cellarium panes portaturæ: In quâ silentium ab omnibus omnino teneatur. Similiter in illâ, per quam à viris panes sororibus traduntur. Et locus per quem panes trajiciuntur; cautâ consideratione eâ arte præparetur, ut visus & accessus virorum ad sorores impediantur, vel sororum ad viros.

Panes infirmantium & omnium, ad voluntatem & secundùm mandatum Cellerariæ fiant: Nec ullo modo retineantur vel dividantur alicubi, nisi priùs in custodiâ Sanctimonialium venerint, & per fenestram dentur, per quam & alia dantur & recipiuntur, vel per illum locum, ubi & panes triticei ad furnum Monialibus intromittuntur. Pistor verò farinam Cellerariæ dare non differat, quocienscumq; ipsa mandaverit. Ipsi etiam Præpositæ, præ omnibus obediat, in his quæ ad Moniales de pistrino pertinent. Una de Cocis auxilium præstet Cellerariæ ad panes vel ad potum in Refectorium portandum. Cocæ verò referant reliquias pitanciarum in Cellarium; & ipsæ Sanctimonialibus ad cœnam serviant.

Quibus post refectionem monacharum commedere convenit, & mixtum sumere licet quemadmodum servitricibus. Provideatur soror quæ serviat Cellerariæ, & commedentibus cum eâ, nisi forte duæ Sanctimoniales in coquina servierint. Quæ benedictionem dederit ad mensam servientium, ipsa, postquam refecerint, percutiendo super mensam, significat ei quæ terminatura est lectionem. Omnia victualia Canonicis & Monialibus, fratribus & sororibus pro locis & temporibus, tam sanis quàm infirmis eroganda, sub potestate Cellerariæ, & custodiâ habeantur, & per eam universis & singulis more debito discretè distribuantur; Videlicet panis, pisces, carnes, & potus, ova, lac, casei, & butirum, fabæ, sal, farina, & fructus. Nec aliqua literata vel illiterata, exceptis Præpositis, aliquam sibi potestatem super hiis vel aliis cellariis, contra eius assensum, sibi usurpare præsumat. Nec aliqua xenium aliquod sine licentiâ recipiat, vel receptum cuiquam eroget, vel inde comedat. Quod siqua super præmissis vitiosa fuerit reperta, gravi disciplinæ & jejunio subjaceat, & nisi sufficienter emendaverit, tanquam excommunicata Magistro præsentetur. Idem à Cellerariis, & subcellerariis in domibus Canonicorum per se manentium, ut decet, firmiter teneatur.

17. **De vestitu Monialium, & longitudine vestium omnium generaliter prohibita; & vestibus aliorum Religiosorum non faciendis; & vestibus sine licentiâ non dandis.**

Monachæ nostri Ordinis quinq; tunicas habeant, tres ad laborem, & duas amplas, id est cucullas in Claustro, & in Ecclesiâ, & in Capitulo, & in Refectorio, & in Dormitorio, & scapulare ad laborem. Habeant etiam pelliceam de adultis agnis, & camisiam de grossiori panno, si voluerint, & mitras lineas, nigras & forratas de agninis pellibus. Omnes panni, quibus capita earum involvuntur, nigri erunt & grossi. Similiter & vela earum. Caveant etiam Præpositæ & omnes cæteræ pannos inscidentes, ne pallia vel tunicæ & alia indumenta Canonicorum, fratrum, vel sororum, vel cucullæ Sanctimonialium terram tangant, nimia sui longitudine: quia qui in hoc, vel in vestis specie gloriatur, à Domino proculdubio reprobatur. Si fortè culpâ Præpositæ vel incuriâ hoc factum fuerit, in communi Capitulo in aream comedet sine mensâ & mapulâ duobus diebus. Si verò culpâ inscientis hoc contigerit, ter in Capitulo vapulet. Panni namq; qui fiunt in domibus nostris, vel de substantia domus emuntur, intra claustrum Monialium inscidantur, & suantur. Si verò dandi sunt panni mercennariis, vel aliis secularibus, detur unicuiq; pars non inscisa, secundùm quod debitum cujusq; exigit. Nec suant sorores pannos quos non insciderint, sine jussu Prioris omnium, exceptis pannis Noviciorum, si inscidantur ab ipsis vel inscidi fecerint.

Vestimenta verò sacerdotalia alienorum, seu Monachorum, seu Canonicorum, non nostrorum vel secularium, non inscidantur, nec suantur à sororibus nostris, nisi per Priorem omnium, vel communi assensu Canonicorum & fratrum, si visum fuerit expedire, causâ cogente fructuosâ. Camisiæ etiam, vel femoralia nostrorum, vel aliorum à sororibus nostris non inscidantur, nec suantur. Præposita quidem vel aliqua alia non præsumat pannos vel aliquid alicujus precii extra domos suas dare, vel mittere, exceptis hiis, qui de propriâ domo suâ fuerint cui præsunt, sine præcepto Prioris omnium, & eorum earumq; assensu, qui præsunt familiæ domus & substanciæ & religioni.

18. **De ablutione, & generali institutione pannorum.**

Cum abluendi sunt eodem tempore panni Sanctimonialium & sororum, non dividantur in tempore ablutionis, set unaquæq; caritative alteri subveniat, cum opus fuerit. Similiter & indumenta Canonicorum, per duos Canonicos ad hoc deputatos, ad fenestram versatilem Priorissis semel in mense, si abluenda sunt, tradantur; & eodem modo cum abluta fuerint recipiantur. Si verò diversis temporibus vel diebus laverint, sub hoc mandato non tenentur. Pulsatâ tabulâ à Præpositâ post Capitulum, si abluendi sunt panni linei, significet ipsa vel dicat de ablutione, quomodo fiat vel à quibus. Semel in annis tribus albas cucullas licet ablui, nisi fortè aliquo casu accidenti maculatæ fuerint. Quæ tres tunicas habet, unaquæq; potest semel in anno ablui; nec sæpius nisi manifesta necessitas casu postulaverit, ut fiat. Quicquid superiùs dictum est in scriptis de vestibus Canonicorum quod convenienter & ratio-

rationabiliter in sexu fœmineo regulariter possit observari, inter Sanctimoniales pro modo vestium illarum firmiter custodiatur; videlicet de vestium preciositate fugiendâ; & de distributione vestium, & de pœnitentiâ pro earum refutatione, & amissione vel oblivione, & de pannis non tondendis, & datis sine licentiâ non utendis, de pellibus & pelliceis, & de vestibus non excambiendis; & lanâ non studiosè miscendâ. Summus verò Prior Ordinis, prout Ordo permiserit, & ratio dictaverit, in quibus oportet & decet, discretè dispenset.

De officio Sacristæ & ejus solaciis; & de loquela prohibita, cum pulsatur hora; & multitudine luminum vitanda. 19.

Sacrista cum nocte surrexerit ad signum pulsandum, duas ad minus Moniales secum habeat, quas ei Præposita assignaverit. Nec ulla postquam pernoctaverit quoquam eat, vel maneat, nisi duas secum habeat, nisi fortè manifesta necessitas imminente magno periculo fieri compulerit. Nec usquam duæ solæ ex industriâ maneant, nisi maturæ vitæ & probatæ virtutis, nec illæ sine jussu Præpositæ ullo tempore. Ad sacristam verò pertinet pulsare signum ad Capitulum, & ad omnes horas diei. Ipsa verò & solatium ejus aream Ecclesiæ in vigilia Paschæ, *& post* Sextam *Altare ornabunt. Ipsa etiam accendat lampadem in intervallo ad lectiones. Ipsius etiam est obedientiæ præparare carbones ad thuribulum, & ad patellam, & ad Missas in yeme. Si enim intervallum contigerit inter nocturnum &* Laudes *eo tempore quo laborare non licet, sine lumine non sedeant, nec in oratorio, ex industriâ maneant ad orandum, minus quam* iv. *vel tres. Una tamen provectæ ætatis & probatæ religionis assensu Præpositæ orationi vacare poterit, duæ tantùm, scienter nunquam poterunt. Omni verò tempore cum intervallum fuerit inter* Laudes *&* Primam, *in Claustrum exeant festivis diebus; & tunc dicetur* Pater noster *antequam inchoetur* Prima. *Ipsa quoq; sacrista vel alia matura recipiat ad fenestram aquam benedictam, & lapidem pacis, quem circumferat Monialibus & sororibus, incipiens semper pacem dare in dextro Choro, sive præsente sive absente Præpositâ. Siqua verò de nostris cum aliqua vel aliquo sermonem habuerit, pulsante signo ad aliquam horam, festinet ad claustrum omni morâ remotâ, nisi Prior omnium affuerit, & festinantem ad Claustrum modicùm retardaverit, sicut veritas religionis permiserit & ratio dictaverit. In domibus nostris de multitudine luminum non curetur, nisi tribus noctibus tenebrarum, & in die purificationis beatæ* Mariæ *Virginis; nec in sabbato* Paschæ *curetur de pondere cerei, set in omnibus caveatur superfluitas & vanitas, & nimia parcitas.*

De cantu Monialibus prohibito; & quomodo se habere debent in Ecclesia. 20.

Sanctimoniales nostras cantare non permittimus; set omnino interdicimus, cupientes magis cum illa beata Virgine, perpetua Dei omnipotentis matre, & filiâ in spiritu humilitatis indirecto psallere, quam cum illâ Herodiadis *filia lasciva modulatione infirmorum mentes pervertere. Sanctimoniales verò, quæ psalmodiam tenent, simul stent in Choro, & aliæ seorsum in alio Choro. Unaquæq; teneat locum proprium suæ conversionis, nisi fortè aliqua ex negligentiâ psallere noluerit, & talis ultima ponatur in omni loco. Quæ doctæ fuerint, secundùm ordinem Psalmos incipiant ad jussum Præpositæ. Nulla officium in Ecclesiâ teneat, nisi bene exercitata priùs fuerit in Refectorio & in Capitulo. In ultimâ parte Chori stet aliqua monacha matura ad Missas, ad explorandum, nequa inordinatè se habeat in Choro. In æstate post* Tertiam, *cum sacerdos sacerdotalibus induitur indumentis, non exeat aliqua de Monasterio, nisi causa necessaria postulaverit; & quæ exterioribus officiis præsunt.*

De tenentibus Collectam; & de horis in labore terminandis, & de *Vesperis* in Quadragesima, & de Monialibus quæ non possunt legere. 21.

Sanctimonialis, quæ Collectam tenet, & aliud officium non potest implere, in præcedenti hebdomadâ, tempore lectionis providebit Collectam, ne graviter clametur, si in ipsâ erraverit. Quæ verò Collectam tenet, non ministrabit ad biberes, post Nonam. *Junior serviat pro præpositâ ad biberes ante cœnam. Post biberes semel licet bibere, acceptâ licentiâ,*

æstivo tempore. Si Celleraria, vel aliqua alia Psalterium sciens, extra Chorum horas dixerit; & Collectam vel Capitulum nescierit, horam incipiet sicut in Conventu. Completis Psalmis horarum, quemadmodum sorores, terminabit horam. Si verò cum aliquâ sororum fuerit, ipsa incipiet & terminabit horam in omnibus, sequens consuetudinem sororum. Licet in Quadragesima Vesperas *psallere, in loco quo laboraverint, & nonam post festum* Sanctæ Crucis, *&* Vesperas *in æstate. Sanctimoniales, quæ non possunt legere & officium in Ecclesiâ tenere, in tempore lectionis laborabunt, quamvis Psalterium sciant. In tempore verò quo Sanctimoniales scientes legere oraverint, possunt & ipsæ orare nocte & die, Et omnes possunt stare vel sedere ad lectiones Missæ.*

22. De non occurrentibus ad initium horæ; & de misericordiâ dormiendi, & de ebdomadariâ Psalterii, & de laicis Monialibus.

OMnes Moniales generaliter officium ecclesiasticum persolvere scientes, extra infirmitorium existentes, ad omnes horas regulares diei & noctis communiter accedant in Ecclesiâ, nec inde exeant nisi necessitate excusabili compellente, exceptis certis laboribus & ordinatis officiis assignatis. Nec subcellerariæ, vel aliæ obedientiarum solatiæ, cum rationabiliter possint interesse, aliquâ inutili occasione inde se absentare præsumant. Quæ verò in infirmitate vel debilitate manifestâ cogente, officium in Ecclesiâ regulariter persolvere non possunt, illud eisdem horis in Capitulo vel alio loco competente congregatæ, ordinatè persolvant. Si quæ verò super hiis vitiosa reperta fuerit, corripiatur semel & secundo, quod si non emendaverit, Magistro præsentetur jejunio gravi & verbere punienda. Idem à Canonicis ubiq; prout rationabiliter fieri poterit, firmiter teneatur.

Confitebitur in Capitulo, quæ non occurrerit ad orationem ante horam primam in æstate, & terciam in yeme, & quando feriatur. Et quæ non occurrerit ad primum Gloria *horæ privatis diebus, sumat veniam super terram. Si qua Sanctimonialis ad primum signum* Nonæ *in æstate, non surrexerit, sequenti die in Capitulo confiteatur, exceptis hiis, quæ post Conventum commederint. Sanctimoniales laicæ in stallis sui s stent ad Missas & ad gratias tantùm. Moniales quibus misericordia dormiendi præstatur, in utroq; Choro dividantur; & media pars in una nocte dormiet, & altera secunda nocte. Si duæ tantùm fuerint vel una, in Infirmitorio dormiant. Ebdomadaria quoq; Psalterii, quod per domos nostras dividitur singulis diebus persolvendum in Capitulo, die sabbati legatur in tabula.*

23. De Capitulo Monialium, & clamationibus faciendis; & de pœnitenciis, & causis pœnitenciarum Magistro manifestandis.

IN vigiliâ Natalis *domini, cum legitur in Capitulo* Nativitas *Domini nostri Jhesu Christi, omnes prostratæ dicant* Pater noster. *Si qua de gravi culpa convincitur rea, finito Capitulo, in loco pœnali ponatur à Præposita. Celleraria verò ministrabit ei quæ oportet, & prout delicti culpa requirit: Si aliqua excommunicatur vel disciplinatur in Capitulo, sumptâ veniâ, manifestet Priori omnium, cum venerit in Capitulo, causam excommunicationis vel disciplinæ, vel summis scrutatricibus, vel altera pro ipsa, si prout decet, ipsa nescierit. Super terram sedeat, quæ disciplinam susceptura est, privatim vel in communi. Omni die quo laborant, possunt & disciplinam sumere. Pulsato signo ad prandium, non detur cuiquam disciplina.*

In virtute Dei & Sanctæ obedientiæ districte prohibemus ne aliqua Monialis in Conventu existens, ad corpus Christi accedat dominicâ, nisi ordinatè clamaverit in ebdomadâ, privatim vel publicè, si delictum privatum vel manifestum viderit, unde regularis clamatio fieri debeat; exceptis valde juvenibus, vel valde vetulis. Et si aliqua institutionis hujus observantiæ prætermissa à perceptione Corporis Christi aliquâ dominicâ se subtraxerit, ab ejusdem Sacramenti perceptione usq; ad adventum Magistri penitùs seperetur, nisi pro mortis articulo vel periculo amarè flenti & sufficienter pœnitenti misericorditer subveniatur; si qua verò inordinatè in Capitulo locuta fuerit, vel in Capitulo conteveiosa vel contumax, vel inobediens, vel litigiosa, vel tumultuosa fuerit, vel Præpositæ tenenti Capitulum in aliquo casu inordinatè contradixerit, vel pro aliquâ ordinatè clamatâ, dum in judicio steterit, rogaverit, ut pœnitentiâ illi injunctâ relaxetur, vel aliquid sedens in audientiâ locutâ fuerit, nisi clamando, vel testimonium veritati perhibendo, vel aliquod necesse regulariter inquirendo, à corpore Christi seperata, nisi pro mortis periculo in ultimo

gradu

gradu omni ſextâ feriâ in pane & aquâ pœnitens, ſemel in ſeptimanâ regulari diſciplinæ ſubjacet, in adventu Magiſtri illi præſentanda.

Idem & eodem modo, inter ſorores laicas firmiter teneatur, ita quod quæcumq; in ebdomadâ ordinatè non clamaverit, ut ſupra ſcriptum eſt, ab audicione divini officii, omni dominicâ & feſto feſtivali uſq; ad adventum Magiſtri ſeperatur; & à corpore Chriſti, niſi pro mortis periculo. Caveant etiam ſummopere & ſummæ ſcrutatrices, & ſubpræpoſitæ, & omnes aliæ literatæ, & illiteratæ, ne ſimilem vel graviorem pœnam incurrant, ſi aliquam profeſſam, vel noviciam, vel juvenculam, gratiâ conſanguinitatis, vel familiaritatis, vel alicujus obſequii, vel aliquâ aliâ de cauſâ inordinatè manuteneant, defendant, vel excuſent, in Capitulo vel extra. Quicquid ſuperiùs dictum eſt in ſcriptis de Capitulo Canonicorum; ſcilicet de horâ Capituli, de modo & formâ in Capitulum veniendi & in eo loquendi, & veniæ petendi & clamandi, & in judicio reſpondendi, & ſententiam exponendi, & de Capitulo exeundi, quantum decenter convenit & congruit ſexui fœmineo, ſecundùm regulam beati Benedicti, *inter Moniales diligenter cuſtodiatur, niſi Prior omnium aliquid alio modo ratione diſtante, vel neceſſitate cogente, fieri judicaverit.*

De Proceſſionibus in Clauſtro Monialium faciendis. 24.

IN domibus Monialium XIV. *Proceſſiones ſollempnes fiant per annum; ſcilicet die* Natalis *Domini*, Epiphaniæ, Purificationis, *depoſitionis beati* Gileberti, Annunciationis, Paſchæ *floridi, die* Paſchæ, Aſcenſionis, Pentecoſtes, *Sanctæ* Trinitatis, Aſſumptionis *beatæ* Mariæ, Nativitatis *ejuſdem, Tranſlationis beati* Gileberti *&* Omnium Sanctorum; *& cum corpora mortuorum efferuntur ad ſepeliendum, vel corpora ſororum inferuntur Monaſterio à ſororibus. Proceſſiones verò hoc modo ordinentur. Præcedat aquæ benedictæ bajulus; deinde thuribulum ferens, poſt Crux & candelabra; deinde diaconus, textum ferens & Reliquias; quem è veſtigio ſequantur Canonici, novicius præeuntibus. Poſt ſeculares, ſi fuerint. Hos ſequantur fratres, ſenioribus præcedentibus, exceptis duobus ſenibus, qui novicios ſequantur. Deinde Moniales præeuntibus Præpoſitis, ſequentibus cæteris, ordine converſionis ſenioribus. Deinde ſorores, poſt noviciæ Sanctimonialium; tunc noviciæ ſororum; duæ tantùm maturæ, quibus Præpoſita juſſerit, poſt non velatas gradiantur, diligenter eas cuſtodientes. Januæ verò inter Altare Sanctimonialium, & ipſas conſtructæ claudantur, in tranſitu virorum; ne videant vel videantur mares tranſeuntes à fœminis. Similiter per* IV. *angulos Clauſtri vela ponantur; nec minus per ſingula latera Clauſtri per anſulas cortinæ extendantur, ut ſuperior pars Clauſtri columpnarum cortinis texta vel velata illicitum auferat viſum hiis, qui fuerint in diverſis lateribus clauſtri. Hoc autem fideliter ſervetur, niſi aliquid magis ſervandum gratia Dei fuerit repertum vel revelatum, ad majorem cautelam. Poſt proceſſiones dicatur Collecta de feſto illius diei, exceptis proceſſionibus vigiliarum* Paſchæ *&* Pentecoſtes, *quæ non fiunt in domibus Sanctimonialium.*

De geſtu Monialium in clauſtro, & de exitu inde prohibito; & de ſignis iracundis, & linguâ Latinâ prohibitâ. 25.

FEſtivis diebus, & feriis, tempore lectionis, omnes Moniales, Officialibus exceptis, orationibus in Eccleſiâ, vel lectioni, ſeu meditationi communiter vacent in clauſtro reſidentes, ſub voto & profeſſione, quam Deo fecerunt. Quæ cum ſederint in Clauſtro, in quocumq; latere ſederint, collaterales ſedeant non fronte oppoſitâ, ſed tergo unius alterius vultui verſo, niſi forte in eodem libro lectura ſunt, vel inſpecturæ, vel in uno eodem panno ſuere contigerit & hujuſmodi. Quod ſi minor ambitus clauſtri in oppoſitâ parte aliquas ſedere compulerit, nemo accuſare præſumat, quas neceſſitas excuſat. Nulla ſibi aſſumat licentiam dare cuiquam egredi de clauſtro, exceptâ Præpoſitâ & Subpræpoſitâ, niſi aliqua matura ad hoc deputata, ſi ipſa & Subpræpoſita abſentes fuerint. Egredientes ſine licentiâ, exceptis officiis diverſis deputatis, in Capitulo vapulabunt, niſi manifeſta neceſſitas culpam excuſare ſufficiat. Nulla tranſiens per Clauſtrum, alicui ſedenti inclinet, niſi Præpoſitæ, cum interfuerit mandato & collationi. Nec ulli literatæ poſt Primam, *ſine libro, licet ſedere in Clauſtro. Si qua ociosa ad librum ſederit, aliquod opus injungatur ei à Subpræpoſita, vel à Clauſtri ſcrutatrice. Licet omnibus mutuo honore inclinando capita ſibi præ-*

venire, ex quo dies illuxerit. Caveatur ab omnibus, neque iracundo vultu, vel torvo aspectu, in Claustro vel extra alteri significet. Quæcumq; in hoc vitiosa reperta fuerit, in aream Refectionis, sine mapulâ & mensâ comedat, ut confundatur, & pœniteat. Caveant omnes significare in Claustro sicut in Dormitorio, nisi necessitas postulet aliqua hoc fieri. Quod si a iqua viciosa in signis ociosis, & hujusmodi deprehenditur, in Capitulo culpa puniatur, ut deleatur.

Omnino prohibemus Latinam linguam inter omnes, nisi conveniens occasio compellat. Quæ autem fecerit, disciplinetur in Capitulo, vel in pane & aquâ pœniteat. Silentium verò firmiter ubiq; teneant, nusquam interloquentes, nisi ordinatâ licentiâ petitâ & acceptâ; congruis scilicet locis & temporibus. Quæ vero in infractione silentii vitiosa fuerit reperta, Monialis vel soror, ut suprascriptum est, in scriptis Canonicorum Capitulo xxix. *plenè satisfaciat Set siqua Monialis vel soror sorori suæ maledixerit, vel aliquam obprobriis seu conviciis, aut criminum objectionibus, aut litibus inhonestis verbis vel signis affecerit, à perceptione corporis Christi privata, in ultimo gradu pœnitens Magistro præsentetur, graviter & turpiter affligenda, ut cæteræ super delicto simili sibi caveant.*

Et cum firma fidelitas inter omnes Religiosos & religiosas deleat observari, & furtum artiùs evitari, prohibemus sub anathematis interminatione, ne aliqua Monialis vel soror rem aliquam grandem vel minimam non suam alicubi occultè capiat vel furtim subtollat; aut sublatam aliquatenus retineat. Quod quæ fecerit, & rem sublatam auditâ publicâ ammonitione renuerit, & clanculo vel publicè rem alienatam & quæsitam non rejecerit vel reddiderit, si deprehensa vel convicta fuerit, non fiat pro ea post ipsius obitum, sicut pro Moniale vel sorore, nisi in extremis agens, vel ante, publicè pœnituerit. Idem inter Canonicos & fratres pro modo suo firmiter teneatur. Quicquid superiùs scriptum est de gestu Canonicorum in Claustro, quod deceat & convenienter possit servari, inter Moniales firmiter observetur.

26. De mandato Monialium, & sororum in cœnâ Domini.

IN cœna domini sorores cum Monialibus interesse debent mandato. Ad mandatum pauperum non dicatur Miserere mei Deus. *Panni verò manuum & pedum ad mandatum in Claustro poni debent. Peracto mandato, non bibant sorores, nec venias sumant, set in Cellâ suâ, dicto* Completorio, *eant dormitum. In cœna domini servitrices lotricibus deputantur hoc modo; Præpositæ duæ, cæteris unicuiq; una, quæ aquam & lintheamina sufficienter eis amministrent. Quociens autem Subpræpositam transierint, tam Præposita quàm ceteræ inclinent. Peracto itaq; officio, Præpositæ sibi servientium pedes lavet in Capitulo; ceteræ sibi invicem lavent. Novissimè verò una de eis, quæ sibi servierint, videlicet in Ordine senior, lavabit pedes Præpositæ, & alia tergat & osculetur. Post hæc tam Præpositæ quàm ceteræ sibi vicissim aquam in manibus fundant.*

27. De adoratione Crucis à Monialibus, & sororibus in *Parasceue*, & mundatione areæ Ecclesiæ, Claustri, & Capituli.

IN Parasceue *aptetur convenienter locus in Ecclesiâ Sanctimonialium, ubi ponatur Crux adoranda, quam ibi ponant duo maturi Canonici. Quibus egressis, adorent duæ simul. Postquam verò omnes adoraverint, tam Moniales quam sorores, Sacrista percutiendo ad hostium interChorum ipsarum, & chorumCanonicorum firmatumCanonicis notificet jam omnes adorâsse. Tunc ipso prædicti Canonici, accedentes ipsam Crucem, elevent super Altare Monialium, eam collocantes discoopertam; & sic usq; post* Vesperas *remaneat; & sic ipsis in Chorum Canonicorum revertentibus, adoratâ jam Cruce ab omnibus, incipiant qui ad hoc assignati fuerint in Choro Canonicorum,* Super omnia &c. *Crucem, quam adoraverint Canonici & fratres, super Altare Canonicorum ponentes: Ipso verò die* Vesperæ *tacitè dicantur. Completo officio, licet ablutos pedes pannis mandati tergere Ipso die mundent aliquæ sororum aream Ecclesiæ, dum Moniales refecerint. Claustrum & Capitulum, post* Completorium. *Idem faciant fratres ex parte Canonicorum.*

De

De aream Capituli non sternendâ; & Claustro & Capitulo ornandis. 28.

IN Sabbato Paschæ *non sternatur area Capituli de aliqua re antequam Capitulum teneatur, nisi fortè madida sit area. In intervallo verò, quod sit inter* Nonam *&* Missam, *subpræposita Capitulum & Claustrum ornabit.*

De tabulâ scribenda, & Collatione, & pœna amittentium benedictionem Collationis. 29.

TEmpore laboris non scribatur tabula Capituli, nisi occasio necessaria hoc fieri permiserit. Præcentrix quoq; præparet librum Collationi. Sanctimoniales, si aliqua occupatione impediente benedictionem Collationis suâ incuriâ perdiderint, eodem modo satisfaciant, quo & Celleraria, si omnino Collationi defuerit; videlicet inchoante ymno Completorii *ad gradum ibunt; eodem modo se habentes quo illæ de Choro se habent, quousq; hora terminetur, & oratio quæ sequitur. Quæ legerit ad Collationem, non mutet locum suum, quousq; dicatur à Præposita* Adjutorium nostrum in nomine Domini.

De Præcentrice & ejus solatiâ, & armariolo librorum, & libris sine licentia omnino non scribendis vel habendis. 30.

CUm præcentrix servierit in Coquinâ, solatium ejus armarii clavem habeat. Armarium verò librorum semper firmetur cum lectionis tempus non fuerit. Præcentrix, finito XXX. *die defuncti, notum hoc faciat in Capitulo. Ipsa etiam & solatium ejus, in primâ dominica* Quadragesimæ, *finito Capitulo, dividant libros ad jussum Præpositæ. Post divisionem librorum sumant venias, quæ non perlegerint libros sibi traditos, in anno præterito. Deinde Præposita statuet, quæ diligenti curâ custodiant Claustrum & religionis rigorem. Postea orationem, quam facturæ sunt monachæ, per totam* Quadragesimam *injunget eis. Orationem verò, quæ Conventui injungitur in initio Quadragesimæ, si Cocæ, vel aliæ non persolverint ante* Tertiam *in die dominica, non ideo venias sumant. Nulla verò de nostris librum sibi assumere præsumat, quem altera habuerit. Si verò ei valdè necessarius fuerit, à Præpositâ, vel à Subpræpositâ, vel Præcentrice cautè petatur, ne fortè Sanctimonialis offendatur. Libros tamen ad divinum Officium sibi assumere ebdomadariis licet. Nulla etiam de nostris præsumat libros aliquos, vel orationes, vel meditationes scribere vel scribi facere, sine assensu Prioris omnium, vel scriptores conducere & retinere in Ecclesiis Monialium. Quod si aliqua contra hoc facere præsumpserit, Ordinis vel potestatis suæ, si officialis fuerit, periculo subjaceat, & flagello gravioris culpæ reatum luat. Et quod scriptum est ad Prioris omnium voluntatem, ad aliam domum transmittatur; & ipsa quæ scripsit vel scribere fecit, & domus illa illo scripto in æternum careat. Libri tamen ad divinum Officium scribi permittuntur.*

De Refectorio Monialium, & quomodo se habere debent in refectione, & de cybariis inde non efferendis. 31.

AD hostium Refectorii sedeat Monialis fidelissima, quæ cum ingredientibus ad potum ingrediatur, videlicet cum minutis & non minutis. Quæ si defuerit minuta alteri significet, & cum eâ intret & egrediatur. Quæ autem legerit ad mensam Monialium, ad mensam servientium dicat Jube Domine, *ante benedictionem. Quæ prior fuerit in Ordine dicat benedictionem. Si fortè ipsa prior fuerit, alia in loco ipsius legat; & ipsa dicat benedictionem. Et postquam commederint, ipsa semper terminet lectionem,* Deus pacis, &c. *si deest lectrix. Cum verò cervisia vel cicera defuerit, Cocæ deferant aquam in Refectorio. Quicquid superius dictum est de Refectorio & refectione Canonicorum, quod decenter conveniat, & possit juxta regulam beati* Benedicti, *inter Moniales servari, firmiter custodiatur, excepto quod cibi & potus illarum per hostium possunt inferri & reliquiæ ad Cellarium efferri; & campana ad servitrices convocandas post refectionem Conventus pulsabitur; & post earum refectionem similiter.*

In virtute sanctæ obedientiæ, sub animarum periculo firmiter prohibemus, ne aliqua Monialis,

Monialis, vel soror, panem vel pitanciam vel potum in Refectorio capiat, sine licentiâ, vel efferat, aut efferri faciat, exceptis Præpositis & Cellerariis vel earum solaciis, quæ secundùm Ordinem efferre debent. Nec duæ de uno pane comedant, alium panem integrum reservantes, ut illum pro voluntate alicubi erogent. Nec reliquias avibus vel gallinis, vel aliis avibus, aut canibus temerè distribuant. Minutæ micæ parvulis pullis gallinarum erogandæ excipiuntur. Panis verò penuria, duas de uno pane commedentes excusare poterit. Siqua autem literata vel illiterata, super aliquo prædictorum convicta fuerit, in ultimo gradu usq; ad adventum Magistri pœniteat. Quæ gratis fuerit confessa, corripiatur, & mitius cum illa agatur, si in posterum emendaverit.

32. De loquela in auditorio Monialium prohibita. Et de veniis ipsarum & sororum, in ipso sumendis, & de confabulationibus prohibitis.

Cum hostis antiquus dampna sibi in Capitulo illata in Auditorio sibi proponat restitui; rarum ingressum, set necessarium, in Auditorio nostris concedimus; videlicet pro veniis sumendis, cum ratio permiserit. Et siqua loquenda sunt, quæ signis indicari nequeunt, vel si quid fortè emerserit, quod consilio tractari opus sit, cum summis etiam scrutatricibus, vel alia matura; vel siqua forte nobilis supervenerit, secularis vel Religiosa, nostræ vel non nostræ professionis domestica loqui sustinemus. Quæ veniam suscipit, si plures consitentes affuerint, sedeat. Sedeant etiam, quæ cum supervenientibus hospitibus loquuntur, vel cum scrutatricibus. Cæteræ stantes loquantur, nisi manifesta infirmitas & gravis necessitas misericordiam mereatur. Completo negotio, pro quo ingressæ sunt, citò exeant, nisi à Præpositâ detineantur. Sorores sumentes venias, in Auditorio vel in Capitulo breviter sumant; videlicet quamdiu semel moderatè miserere mei Deus, *dici potest. Quo dicto ab aliqua, ipsa signum ictu faciat, & terminatur sermo in Auditorio. Aliter facientes in pane & aqua pœniteant, cum eâ cui confitentur. Confabulationes enim & vaniloquia inter sorores, omnino interdicimus & condempnamus; similiter & inter fratres. Quæ viciosa in hoc reperta fuerit, verberibus & abstinentia escæ corripiatur, & contemptibilis ab omnibus habeatur & vitetur. Præpositâ loquente in Auditorio cum duabus, nulla ingrediatur, nisi ab ea vocata, causâ cogente aliquâ; si non vocata venerit, in Capitulo vapulabit, vel in aream Refectorii in pane & aquâ pœnitebit, nisi ex ignorantiâ hoc contigerit. Similiter quecumq; ingreditur hospitium hospitum, sine ejus mandato, hospicii Custoditus exceptis. In Auditorio etiam, cui ipsa jusserit, Moniales stando docere convenit expositionem regulæ. Quicquid superiùs scriptum est in scriptis de Canonicis, de Auditorio, Calefactorio, Dormitorio, Infirmitorio, & Infirmis, minutione & minutis, quod rationabiliter possit, & quod deceat Religionem & fœminei sexus honestatem, firmiter suo modo inter Moniales & sorores, pro loco & tempore teneatur; & è converso.*

33. De Cocis & Coquinâ Monialium; & de cura fratris fenestræ, & Hospitalis, circa necessaria Coquinæ providenda, & ingressu Coquinæ prohibito.

Si una sola monacha servitura est in Coquina, cum illa benedictionem sumet, quæ in futura ebdomada serviet in Coquina. Quæ verò exit de Coquinâ, cum illa sumet benedictionem, quæ in præterita ebdomadâ servivit in Coquinâ. Siqua etiam susceptura est benedictionem, alia pro eâ dicat Benedicamus *in choro, si suum est dicere. Soror verò de Coquina, & quæ deputantur ei in auxilium, completis matutinis suis jemis tempore festivis diebus, tali hora de Ecclesia exeant, ut ministerium de Coquina eis deputatum, bene valeant adimplere. Ipsa verò soror coquinæ mensæ sororum non ministrabit, nec illam horam inchoabit.*

Cum autem sorores jejunabunt non ingrediantur coquinam servitrices ante horam Primæ, *jeme vel æstate. Caveant omnes ne sine permissione Cellariæ, propriam sequentes voluntatem aliquid in Cellario capiant, Ordinis contemptrices ne fiant. Exeuntes verò de Coquina, vasa coquinæ cum scapulari tradant, recipientes, cum cucullâ recipiant. Sorores verò, quæ debilitate gravantur à Coquinâ excludantur, & ab omni officio in Ecclesiâ. Ad curam fratris fenestræ, & fratris Hospitalis, & ortolani pertinet præparare quæ necessaria fuerint sororibus ad Coquinam; videlicet aquam, igni materiem, & olera, & hujusmodi, quantum valitudo permittit & situs loci permiserit, cum opus habuerint. Nulla*

ingredi-

ingrediatur Coquinam, exceptis Præcentrice, ad planandam tabulam, ad calefaciendum in-clauſtum, & Scriptricibus ad ſiccàndum percamenum, & Sacriſtà vel qualibet aliâ pro ac-cendendo lumine in Eccleſiâ, vel prunis in thuribulo, vel patellâ imponendis, vel ſale be-nedicendo. Set nec iſtæ intrare debent, ſi in Calefactorio ignem ſufficienter invenerint; & exceptis Cocis & Infirmariâ, pro officio ſuo; & illa quam aliqua de Cocis vocaverit ad po-nendam ſuper ignem caldariam, vel deponendam; Calefactorium verò poſſunt ingredi, ad illa, quæ ſupradiximus facienda; & ad minuendum ſe & ad calefaciendum. Notandum tamen, quia has officinas ingredi poterunt illæ, quæ ſecundùm regulam per annum circueunt clauſtrum Monaſterii.

De hoſpitio mulierum, & ejus Cuſtodibus. Et de generali prohibitione loquendi in eo. Et de mandato hoſpitum, & de puero maſculo non intromittendo. 34.

Quæ recipit hoſpites advenientes, ipſa ſermonem hoſpitibus faciat. Si nocturnalibus calciatur, altera quæ non calciatur ad hoſpitium eas ducat. Panni ad pedes hoſpi-tum in hoſpitio ſervientur. Hoſpitium fœminarum Carti Sanctimonialium incluſum ſit, viis & aſpectibus earum excluſum. Nec ulla de noſtris ingrediatur domum hoſpitum illis præſentibus, ſine licentiâ, exceptis Præpoſitis, & his quæ ad hoc deputatæ fuerint. Hoſpitales verò ſorores, in Oratorium introducere hoſpites poſſunt, hoſpitibus paratum; dum Moniales debitum horarum perſolverint, ſet reducant eas antequam de Choro exeant. Provideantur diſcretæ & maturæ Sanctimoniales, duæ vel tres, quæ hoſpicio præficiantur, & cum hoſpitibus honeſtis & nobilibus loquantur cum advenerint. Sorores tamen hoſpitibus ſerviant, & in hoſpitio miniſtrent; & res hoſpitii cuſtodiant; & in hoſpicio jaceant cum opus fuerit, non Moniales. Set ſi hoſpites quoquam intra Curtem Sanctimonialium ducendæ ſunt, de licentiâ Præpoſitæ à Monialibus ducantur. Prohibemus ſiquidem in virtute obedi-entiæ, ne aliqua literata vel illiterata præſumat alicui hoſpiti, nobili vel Ignobili, dare car-nes ad manducandum, ſine ſpeciali licentiâ Magiſtri: Nec aliquam balneare, vel minuere, vel ultra unam noctem retinere, vel in Refectorium aut Infirmitorium Monialium vel ſoro-rum ad manducandum vel potandum ducere ſine licentia Præpoſitæ: Quod ſiqua fecerit, corripiatur ſemel & ſecundò, & niſi ſufficienter emendaverit, ab obedientia ſibi credita in-honeſtè deponatur, & præſumptionem ſuam gravi jejunio & verbere multiplicato luat. Ce-teræ non egrediantur de Clauſtro ſine licentia.

Si verò aliqua hoſpitum cum parentibus ſuis noſtri Ordinis, maſculis, vel cum ſuis, qui cum ipſâ venerint, dum penès nos eſt, loqui voluerit, cum noſtris ad magnam feneſtram lo-quatur, vel in receſſu ſuo ad hoſpitium foras, vel ad portam cum teſte ordinato. Cum ſuis ve-rò ad parvam feneſtram, ſi nobiles fuerint, vel advocatæ, ſi Prior viderit oportere. Præpo-ſitæ noſtræ & Cellerariæ, & quæ præſunt ſubſtantiæ domus, non loquantur cum parentibus, vel notis ſuis, niſi aliquæ aliæ maturæ præſentes fuerint, quæ audiant; videlicet ſummæ vel annuæ ſcrutatrices, vel clauſtri ſpeculatrices, vel aliæ Religioſæ zelum Ordinis haben-tes. Licet tamen Præpoſitæ in hoſpitio fœminarum, cum honeſtis mulieribus loqui cum teſti-monio aliquarum prædictarum, & non aliter. In hoſpitio hoſpitum Moniales vel ſorores cum licentia loquantur, & hoc rarò fiat, ratione cogente; ſcilicet ut declinetur offenſio, dampnum & odium magnatum fœminarum. Nullam de noſtris permittimus cum peregrinis loqui mulieribus, hoſpitali ſorore exceptâ. Nulla Sanctimonialis à mandato hoſpitum exclu-datur, niſi infirmitate gravata. Nec pulſetur tabula ad mandatum hoſpitum, ante Conventus ingreſſum in Dormitorium. A cuſtode hoſpitum tabula pulſabitur ad mandatum. Hoſpitalis ſoror, dum ſola fuerit, cum hoſpite in hoſpitio pauca & honeſta loquatur: Si altera matura præ-ſens fuerit, ſicut ſtatutum eſt, cui ſilentium indicitur, illâ audiente loquatur cum hoſpite, quæ deceant, & alloquenti reſpondeat. Si fortè hoſpita puerum maſculum in hoſpitium noſtrarum ſecum caſu duxerit, nullâ de noſtris, ſi ſcierit, ingrediatur. Ingreſſa feſtinè egrediatur, niſi puer maſculus omnino excludatur. Quod ſi aliqua ſcienter contrà hoc facere præſumpſerit, trinæ diſciplinæ in Capitulo ſubjaceat, & tribus diebus in pane & aquâ pœniteat; & illud delictum Priori omnium manifeſtum fiat.

31. De parvulis Noviciis, & earum Magistris. Et loquelâ cum eis prohibitâ. Et de ætate suscipiendarum, & professione earum.

Nulla loquatur cum parvulis, nondum Noviciis, nisi Præposita & earum Magistra, vel cui Præposita jusserit, magnâ & manifestâ necessitate cogente. Cæteras verò monachas cum Noviciis loqui abhominabile judicamus, si sine dampno vel periculo potest vitari. Et quicquid super hoc faciendum est, in Prioris omnium & majorum pendet arbitrio. Nulla recipiatur inter nostras, nisi priùs fecerit moram in hospicio sororum per aliquot dies; ut sciant & probent animum ejus, & cognoscant de sanitate corporis & mentis desiderio, ad pondus tanti laboris, & tam districtæ religionis. Et non cogantur aliquam recipere, quàm non suscipiendam probaverint. Noviciæ autem in Capitulo suscipiendæ, à duabus Monialibus introducantur, & scutellæ earum ab ipsis abluendæ sunt. Hospitalis soror, die quâ recipienda est Novicia, in hospitio loquatur cum eâ, prout convenit. Præposita autem in Auditorio, antequam introducatur in Cellam Novicarum, omnia aspera ei prædicet, ut probet quanto desiderio ad pondus tanti laboris, & tam districtæ. Religionis aspiret & Ordinis gravitatem. Non admittatur aliqua in Monialem, minus quàm plenè duodecim annos ætatis habens. Nec fiat Novicia nisi adulta quindecim annorum. Nec admittatur ad professionem, donec Psalterium, Ymnarium, & Cantica bene corde tenus scierit & Antiphonarium cordetenus reddiderit, si citra viginti annos ad conversionem venerit. Si verò viginti annos ætatis habentes vel amplius ad Conversionem venerint, ad omnia præmissa non cogantur, nisi habilioris & subtilioris ingenii fuerint, ita ut præmissa sine magnâ difficultate complere possint, set de consilio Magistri cum eis dispensetur.

Nec eant ad laborem continuè Noviciæ Monialium, donec servicium suum reddiderint, & scierint. Magister ad Altare Monialium celebret, quociens Noviciæ Monialium professionem sunt facturæ, sive festum sit, sive feria. Noviciæ Monialium, post Confessionem Magistro factam, octies in anno, scilicet quando sorores communicant, communicabunt. Cætera verò quæ superiùs in Scriptis Canonicorum Capitulo secundo continentur, inter Moniales, prout decet, & potest fieri, firmiter & plenè custodiantur. In yeme introducantur Noviciæ in cellam Noviciarum ante Missam, in æstate ante Primam; *Et ingredienti dicatur,* Ingredere soror si vis, aspera & dura pro Christi amore passura. *Quibus licet, si Præposita voluerit, albâ velâ habere, & in Ecclesiâ ad Missas in ultimo gradu, in stallis vacuis stare. Siqua venerit ad Conversionem, ut Monacha fiat, & Præposita vel Magistra Noviciarum viderit eam ad officium in Ecclesiâ non posse doceri, antequam recipiatur dicatur ei, quod inter laicas Monachas, sicut una earum ad opus mannum deputabitur, dum literatæ officium Ecclesiæ prævidere studuerint. Quod si libens annuerit, ad Monacham suscipiatur: Si verò renuerit, discedat, nisi ratio vel Manifesta occasio faciat ne discedat. Licet Noviciis, ante factam professionem, de vita Sanctimonialium, ad sororum vitam laboriosam transire; de vitâ autem sororum ad Sanctimonialium non licet.*

Siqua Magistra Noviciarum servierit ad mensas, non loquatur interim cum Noviciis; nec in earum Cellam ingrediatur. Per hostium tamen licet introspicere & videre utrum se ordinatè habuerint. Non licet ei de aliquo opere faciendo licentiam illis dare, nec in Cella earum post Vesperas *loqui, nisi casu aliquo tempus lectionis perdiderit. Nec venias Noviciarum privatas sumere, nec eas disciplinare sine jussu Præpositæ, nisi Magister aliter jusserit; quo jubente, hoc ordinatè facere potest. In yeme, cum ratio exigerit, Magistra Noviciarum, Noviciis quæ facturæ sunt professionem, regulam exponat ante* Terciam. *Quod si fortè ante* Terciam *non expleverit, post Capitulum, licet ei cum cucullâ quod restat exponere. Rarò concedatur Noviciis à Magistro earum in Auditorio residere, tempore sibi credito, ad Novicias Monachas de Ordine instruere. Antequam pulsetur nola Refectorii non dicant Noviciæ* Benedicite *ad cibum, nec sorores, si eâ horâ refecerint, quâ & Moniales, nec manus abluant antequam pulsetur a Præpositâ. Si Novicia infirmitate tacta de Ecclesiâ egrediatur, quæ Monachas infirmas sequitur, eam sequatur. Quæ autem infirmantur, non possunt cum aliis Noviciis esse, nisi velum vel paries interponatur. Illæ quæ ministrant infirmantibus, loquantur cum eis. Infirmæ autem cum ministrantibus sibi necessaria loquantur. Quicquid superiùs scriptum est in scriptis de fratribus de eorum Capitulo, & horis, & festis, Refectorio, Infirmitorio, silentio, & aliis Ordinis observantiis, quod rationabiliter possit in sexu femineo servari, firmiter inter laicas sorores observetur; & è converso.*

Incipiunt

Incipiunt Inſtitutiones de laicis ſororibus.

De laicis ſororibus, & earum veſtibus; & lectis, & horis, & communione, & de totâ ſerie vitæ illarum. 1.

Nulla ad habitum ſororum admittatur, minus quàm viginti annos ætatis habens. Suſceptæ, ſtatim aſſignetur aliqua ſoror diſcreta, quæ ipſam ordinem vivendi & modum laborandi doceat. Et laboribus utilibus ſtatim aſſignetur. Quæ cum illa, quæ ad ordinem illarum ſpectant, didiſcerit, ſi obediens, humilis & devota reperta fuerit, poſt annum plenè peractum in probatione vel ampliùs profiteatur: Cujus profeſſionem Magiſter in pallio exiſtens, die feriali ad Altare Monialium accipiat. Profeſſa, laboribus ſibi aſſignatis diligenter intendat; obedientiam, devotionem, reverentiam & honorem Monialibus ſemper impendat, & modis omnibus pro poſſe ſuo neceſſitatibus illarum in rebus, quibus illarum debilitas indiguerit, diligenter ſine omni murmuratione aut contradictione devotè ſubveniat, ut à Deo remunerationem, & à ſuis ſuperioribus gratiam valeat promereri. Prohibemus etiam in virtute obedientiæ diſtrictè, ne ſorores cervisiam facientes, vel in Coquinâ exiſtentes, vel aliis officinis ſervientes, in laboribus ſuis inchoandis Moniales expectent, vel labores ſuos uſq; ad adventum Monialium differant, ſet ſtatim labores ſuos incipiant & faciant, quam citius rationabile tempus affuerit, auxilium Monialium acceptura, ut à beato Gileberto *inſtitutum eſt; quibus & Moniales temporibus congruis diligenter, ut decet, aſſiſtant, & auxilium devotè ſubminiſtrent.*

Sororibus cum palliis in Eccleſiâ conſiſtentibus, feſtivis omnibus diebus, quibus Moniales non laborant, Moniales ad aliquem laborem manuum nullatenus exeant, niſi laboris gravitas ſororum vires excedat, vel temporis laboris brevitas auxilium neceſſario Monialium exigat. Tunc enim oportet & decet ipſas illis auxiliari. Siqua verò ſoror laica, lixivium vel aquam calidam, vel utenſile aliquod, vel aliud quid inopiæ Monialium neceſſarium denegaverit, vel lixivium tempore meridiano vel tempore intervalli, vel poſt Completorium, *ut Monialibus occultetur faciat, vel peplâ & velâ earum nigrare, vel alia minuta & ordinata, quibus ipſarum neceſſitas ordinata carere non poteſt, ipſis miniſtrare contempſerit, corripiatur ſemel & ſecundò, & niſi emendaverit, in ultimo gradu pœnitens, omni ſextâ feriâ, in pane & aqua à corpore Chriſti ſeperetur, niſi propinquis periculo Magiſtro præſentanda. Item ſi ſorores ante tempus ſibi ſtatutum Eccleſiam de nocte vel die ſine licentiâ intraverint, vel ibidem diutiùs, quàm ſibi ſtatutum eſt, moram fecerint, ſemel & ſecundò correptæ, ſi non emendaverint, ab ingreſſu Eccleſiæ per* XXX. *dies ſuſpendantur.*

Omni die feſtivali, quo Moniales non laborant, aſſignetur ſoror una Coquinæ, præter illas, quæ in ea miniſtrant, per ebdomadam in auxilium Monialium, in Coquinâ miniſtrantium; videlicet ad olera ſecanda, & alia neceſſaria facienda. Filum ad ſutorium opus neceſſarium à ſororibus aſſidentibus, magnæ feneſtræ verſatili fiat. Prohibemus item in virtute obedientiæ, ne ſorores laicæ tunicas ſubtiles de ſayo lude, pro infirmitate ſui corporis habentes, eis manifeſtè in capitiis exiſtentes, utantur, ſet ſub aliis tunicis, vel ſub earum palliis. Item Capitulo ſororum, quod omni dominicâ, & bis in ebdomadâ debet teneri, una Præpoſita, vel Subpræpoſita, cum annuâ ſcrutatrice, & una Claustri ſpeculatrice, vel alia Moniale matura & ordinata interſit, ut teſtimonio illarum trium, ſi quid in eo, quod Deus avertat, inordinatum emerſerit; videlicet litis, murmuris, inobedientiæ, contentionis vel contumaciæ ſufficienter poſſit probari, & probatum regulariter emendari. Scrutatrix quidem vel ſpeculatrix non habent in illo Capitulo poteſtatem clamandi, niſi aliqua inordinatè ibidem loquatur; ſet Præpoſita & Subpræpoſita & Celleraria in eo clamare poſſent & debent.

Sorores operi aſſignatæ textrino, nichil inconſultis Præpoſitis texant; vel telas textas in illarum abſentia ſcindant; nec omnino aliquid de alia domo Ordinis, ſine licentiâ Magiſtri texendum admittant. Nec aliquæ Moniales vel ſorores aliquid texendum ad aliam domum mittant; ſet ſiquæ filum ordinatè ſibi adquiſierint, ad aliquod neceſſarium ſibi texendum, ea, quibus regulariter indigent Præpoſitæ ſuæ domus, ſine difficultate texere faciant. Nec manutergia, vel pepla, vel vela, vel alia quæq; à noſtris texta, ſæcularibus ſine ordinatâ licentiâ erogent, vel in ſæculum vendenda mittant, ſub pœna excommunicationis. Converſæ verò laicæ ſorores veſtiantur ſicut Monachæ, cucullis & ſcapulari exceptis; quorum loco habeant pallia de adultis agnis forrata; & caputia earum mamillas tegentia ad formam ſcapulariorum Sanctimonialium, non caputiorum fratrum. Pallia eis pro coopertoriis computantur.

Omnes habeant mitras lineas de groſſiori panno, vel vetuſtiſſimo, qui non ſit ad vela ydoneus, nigras & forratas de agninis pellibus. Omnes panni, quibus capita earum involvuntur, nigri erunt & groſſi. Similiter & vela earum. Lecti ſororum ſternantur, ſicut & Monialium, exceptis coopertoriis & culcitris. Licet omnibus, acceptâ licentiâ, minutas ſciſſuras pannorum ſuorum reſarcire, cum acus habeant, & ſufficiant Sanctimonialibus & ſororibus duæ tunicæ, quouſq; fratres tres habeant. Cum ſurrexerint ſorores à lectis, antequam aliquid operis faciant, dicant nocturnam ſynaxim; nec dicant Primam *antequam pulſetur. Quod ſi aliquod opus inchoaverint, antequam pulſetur, quælibet hora diei licet eis inchoatum opus finire, ſi ſine dampno operis non poſſit differri. In die* xii. *lectionum, quâ laborant ſorores, poſt ſextum Pſalmum excitentur à lectis. Ingreſſæ in Monaſterium, ſedeant ſuper miſericordias; & dicant ſolitam orationem, quamvis Monachæ ſtantes aliquid de divino officio perſolverint. A feſto Omnium Sanctorum; uſq; ad* Cathedram Sancti Petri, *omni die detur eis ante* Laudes *&* Primam, *Sanctimonialium aliqua hora ſupplicandi, & devotioni intendere. A feſto Sanctæ* Crucis, *uſq; ad feſtum* Omnium Sanctorum *tali horâ dicant* Primam, *ut poſſint mox tranſire ad opus manuum, dictâ* Primâ.

Cum ſorores dixerint horas, quamvis bis Pater noſter *perdixerint, poteſt aliqua abſens ad horam ingredi. Si plures perdixerint, non ingrediatur, ſet per ſe debitum horæ perſolvat. Siqua horam prolongaverit, vel nimis abbreviaverit corrigatur ab illa, quæ labori earum præfuerit. Omnes ſorores* Completorium *dicant ſimul, exceptâ ſorore feneſtræ, & quæ cum ipſâ fuerint, vel aliis negociis neceſſariis intricatæ, & tunc cum palliis, ſicut in intervallo orationis. Omni verò tempore, dictâ* Primâ *&* Completorio, *aquâ benedictâ ſe aſpergant. Die verò, qua ſorores habent communicari, ſi Monialis eſt communicanda, præcedat ad communionem. Sorores octies in anno communicabunt, ſicut & fratres & eiſdem terminis. Noviciæ verò ſororum ter in anno, ſcilicet die* Natalis *Domini, die* Abſolutionis, *& Sancto die* Paſchæ, *& quociens pro infirmitate opus fuerit.*

2. De noviciis ſororum, & earum Magiſtris, & clamationibus ſororum.

Noviciæ ſororum exeant de Capitulo earum, ex quo audiant dicere Loquamur de Ordine noſtro. Finito *Capitulo ſororum ingrediantur Noviciæ, & ſumant veniam ſuam, priùs ſororibus egreſſis. Licet Magiſtræ, quæ præeſt Noviciis ſororum, poſt veſperas Sanctimonialium cum ipſis loqui de Ordine, ſedendo. Clamores verò ſororum, vel de ſororibus non admittantur fieri in Capitulo Monialium, niſi delictum publicè fuerit commiſſum, erga aliquam Sanctimonialium. Soror tamen de Coquinâ, ſi peccaverit, à Celleraria clamabitur in Capitulo.*

3. De fratribus & ſororibus communicandis, poſt profeſſionem.

Si die laboris fecerint fratres vel ſorores profeſſionem, ſequenti dominicâ Euchariſtiam accipiant, niſi aliqua cauſa impediat.

De

De refectione ſororum, & earum delicto in Refectorio corrigendo. 4.

ANtequam Prior earum ſedeat, ſorores non reſideant ad menſam. Soror, quæ dixerit horam, benedicat ad menſam, & Miſerere mei deus *inchoet, &* Kyrieliſon. *Quod ſi ſubitâ infirmitate occupetur, quæ ei in Ordine præeſt ſuppleat vices ejus. Si fortè neſcierit, tunc illa quæ ſubeſt. Sorores miniſtrantes ad menſam in* Quadrageſimam, *& ceteræ earum, quibus cum Conventu non licet commedere, dictis* Veſperis, *poſt nonam commedant. Soror quæ ſervit menſæ miniſtret ad potum. Si ſorores deliquerint ad menſam, in Capitulo veſpertino indè veniàs ſumant, vel ſatiſfaciant, ut Moniales. Si fortè aliqua perdiderit* Benedicite *ad menſam, pœniteat ſicut Moniales. In feſtivis diebus, quando Moniales ad biberes vadunt, eant & ſorores ordinatè ad ſuas biberes. Habeant & Refectorium. Acceptâ licentiâ licet ipſis poſt Veſperas bibere.*

De labore ſororum. 5.

LIcet ſororibus, quæ intendant cerviſiæ faciendæ, in ipſâ domo horam Matutinam perſolvere. Si fortè ſorores in exteriori labore fuerint, illa, quæ præeſt labori, habeat aliquam vetulam, quæ de re neceſſariâ cuicumq; ſororum ipſa juſſerit, cæteris audientibus loquatur. Soror Cuſtos laboris percuciet unum ictum, antequam dicat Benedicite *ad menſam.*

Incipiunt Capitula de Monialibus & sororibus infirmis.

De sacerdote Confessionis. I.

PRovideatur sacerdos discretus, castitatis & Religionis amator; qui circumeat domos nostras, confessionem Sanctimonialium & sororum susceperturus ad fenestram confessionis. Quo veniente ad aliquam domorum nostrarum, mandetur intus Sacerdos confessionis adest. *Et si Præposita viderit necessarium, ut aliqua confiteatur, mandetur foras,* Veniat ad confessionis locum. *In domo verò ubi confitebitur, assideant duæ discretæ, semotæ à fenestrâ, ut videant qualiter se habuerit quæ confitetur. Ipse verò sacerdos caveat ne loquatur vana & Religioni contraria, vel confessioni non necessaria. Nec quæstionem faciat, quæ sit, vel undè, vel alia hujusmodi; nec de se dicat quis sit, vel undè venerit. Hoc etiam observetur per omnia ab his quæ confiteri voluerint, & à cæteris. In parte verò, quâ sacerdos fuerit semotus, locus aptetur undè aliquis videri queat, quomodo se ad fenestram habeat. Fenestra verò confessionis ejusdem quantitatis fiat, quantæ & sermonis cum parentibus, si fortè ad fenestram sermonis congruè non possit teneri confessio. Nulla verò ei attribuatur obedientia, nisi Confessionis. Peracto officio sibi credito, circumeat omnes domos nostras diligens executor obedientiæ sibi creditæ. Et a Circatoribus provideantur ei quæq; necessaria religioni nostræ congrua, unde possit haberi sine discrimine & omni molestiâ. Ad quamcumq; domum venerit in caritate suscipiatur, & deferatur ei sicut Dei ministro. Ipse generaliter omnes ad Confessionem admittat.*

De fenestrâ Communionis, & de Communione, & inunctione Monialium, & sororum; Et de Canonicis eisdem officiis assignandis. Et de loquelâ cum Monialibus Prioribus prohibitâ; & de communione Infirmarum. 2.

IN unaquaq; domorum nostrarum præparentur fenestræ cautè, ad communicandum Moniales & sorores. Et provideatur locus in Ecclesiâ, vel in Infirmitoriis earum ad inunguendum eas, ita ut in quantum rationabiliter potest, vitetur visus & propinquus accessus virorum, eo excepto qui officium est completurus. Ad excitandum vel convocandum Conventum ad inunctionis officium pulsetur campana bis, cum moderato intervallo. Quo signo audito, conveniant omnes Canonici & fratres in suâ Ecclesiâ. Ex quibus quatuor Canonici & unus frater laicus per Priorem, aut subpriorem assignati, intrent officium expleturi, cæteris in Ecclesiâ remanentibus & septem Psalmos dicentibus. Quibus perdictis, post paululum recedant. Sacerdoti hujus officii licet infirmæ confiteri si voluerit, unctio, quæ solet fieri circa umbilicum infirmorum, fiat in pectore sororum circa guttur. Unctio gulæ, in mento. Quod si fortè ad unctionis locum vitam finierit, pulsetur campana ter paulo prolixiùs, quàm ad inunctionem, & cum paulo majori intervallo. Ad quod signum conveniant omnes festinanter dicentes, Credo in unum Deum patrem omnipotentem, *ut inferiùs ordinatum est.*

Interim defunctæ corpus deferatur in Capitulum, vel ad alium aptum locum, ubi ornetur, prout decet, & ponatur in feretrum. Deinde deferatur in Monasterium. Tres vero sacerdotes maturi, de quibus nulla sit mali suspicio, assignati sint per singulas domos nostras ad Communicandum & inunguendum Moniales & sorores, jussu Prioris; & ad loquendum de Confessione, si necessitas fuerit. Quod si nullus ex tribus nominatis adesse poterit, in dispositione Prioris erit aliquem mittere maturum ad hoc opus & Ministros assignare. Et si plures sacerdotes in aliquâ domo defuerint, unus maturus presbyter provideatur, de quo nulla sit mali suspicio ad hoc misterium, cui morti proximæ sorores confiteri poterunt. Ipsi verò Priori domus, confiteri non licet. Omnis enim loquela adversus Præpositas, vel quaslibet alias Ordinis nostri Prioribus interdicitur, nisi in communi

muni audientia vel communi Capitulo, cum neceſſitas vel ratio poſtulaverit. Sacerdos Altari miniſtrans non communicet ſorores; ſet unus prædictorum, quem Prior domus juſſerit & viderit expedire. Duæ verò Moniales ſub mento communicandæ teneant linthеum album, ſicut mos eſt noſtrarum.

Quæ infirmantur & ire poſſunt, in ordine ſuo eant ad Communionem. Et quæ infirmantur poſt Miſſam matutinalem, viaticum ſumant à ſacerdote Miſſam celebrante, niſi fortè infirmitas impedierit. Similiter & hæ quæ officiis præponuntur. Hoc autem dico, ſi alius ſacerdos non affuerit. Si verò plures affuerint; unus eorum, qui ad hoc aſſignati ſunt, juſſu Prioris ſacerdotalibus indutus, aſſumptâ ſtolâ, his quæ communicandæ ſunt viaticum miniſtret. Quæ verò non poſſunt cum cæteris ad Communionem ire in ordine ſuo, ad feneſtram Communionis, vel in Eccleſiâ Communionem accipiant. Quod ſi genus infirmitatis non permiſerit ad feneſtram plures efferri, duo de noſtris literatis honeſtis, & caſtitatis amatores cum fratre maturo cautè ingrediantur, vitantes videre vel videri à ſororibus, vel à Clauſtralibus, in quantum licitè poſſunt, & ad hoc provideatur via congrua, ſi poteſt fieri, excluſa à viſu & acceſſu Clauſtralium.

3. De Monialibus infirmantibus.

Quæ infirmitate tactâ à choro exierit, Præcentrix ei officium injunctum, cui voluerit, injungat. Nulla verò hora dicatur in Infirmitorio, antequam hora in Monaſterio inchoetur, exceptâ horâ ſextâ & veſpertinâ ſinaxy in Quadrageſimâ. *Quod ſi aliqua literata Monacha infirmata fuerit, altera, ſicut mos eſt, horas ei dicat, ſi literatæ habundaverint. Alioquin, ſufficiat ei hora, quemadmodum ſororibus.*

4. De Infirmariâ Monialium, & ejus ſolaciâ; & loquela in infirmitorio prohibita.

Licet Infirmariæ Monialium ſolaciam habere, mulierem laicam in albo velo, quæ ad nutum ejus Infirmis diligenter miniſtret, cibos paret, pannos illarum abluat, impotentes portet, cæcas ducat, & alia quæq; infirmis neceſſaria faciat. Pro iſta fiet poſt obitum ſuum, ſicut pro ſorore, & communicabitur, ut ſoror novicia. Nullum officium deputetur Infirmariæ, vel ejus ſolaciæ extra Infirmitorium, dum aliqua graviter ægrotat. Licet Moniali Infirmariæ, uſq; ad poſtcommunionem Miſſæ intereſſe, niſi aliqua Infirmarum neceſſitas illam impediat. Nulla Clauſtralis ſine licentiâ ingrediatur Infirmitorium, vel ibidem loquatur, niſi pro aliqua ſubita neceſſitate vocata fuerit. Si Infirmaria non poterit indicare ſigno quod infirmæ optaverint, veniat ipſa Celleraria in Infirmitorio, & ea audiente, dicat Infirmaria quibus indigeat, & indigentibus in his quæ poterit clementer ſubveniat. Infirmaria non ſerviat in Coquinâ, cum graviter infirmantes habuerit. Ipſa verò det pacem infirmæ, cum infirma dicat Confiteor.

5. De debilibus infirmantibus, & earum laboribus, & continuè languentibus.

INfeſciles extra Infirmitorium exiſtentes, licet non valeant intereſſe nocturnæ ſinaxi, occurrant tamen orationi ante horam dicendæ. Similiter cæteris horis. Si non occurrerint, in Capitulo confiteantur. Siquam tetigerit ſubita infirmitas, non ſocietur Conventui in labore, niſi priùs ſociata ei fuerit in divino officio. Quæ infirmantur, in Refectorio, vel in Infirmitorio tantummodo comedant & bibanto. Hoc idem de Præpoſitis venientibus ad Capitulum, & cæteris omnibus fideliter ſervetur. Siqua infirmatur, quæ ſervire debeat, in Eccleſia vel in Coquinâ, vel alibi, cum convaluerit, non exigatur ab ea; ut debitum obedientiæ reſtituat, quod pro infirmitate non potuit adimplere. Quæ infirmantur non ingrediantur Eccleſiam ad orandum, præſente Conventu. Quæ infirmantur non ſignificent ad menſas vel poſt Completorium, *vel ante* Primam, *vel ad meridiem, niſi immoderata earum infirmitas compellat. Licet eis in Infirmitorio aliquid laborare vel legere, quamdiu in æſtate Conventus comederit.*

Quæ laboraverint, cum ſcapulari laborare poſſunt, & dormire per diem, nocte verò cum Cuculla. Quæcumq; verò infirmitate tacta, de Choro exierit, antequam Venite *finiatur,*

niatur, licitè Infirmitorium inprediatur. Licet infirmanti, quæ ambulare poteſt, cum ſuper venientibus parentibus ſuis loqui ad feneſtram, ſi Præpoſita viderit expedire, ſi ordinata fuerit. Moniales vel ſorores in continuo languore decumbentes, carnibus aſſiduè non veſcantur, ſed ſingulis majoribus & minoribus, bis vel ter vel quater in anno, ſi neceſſe fuerit, miſericorditer ſubveniatur, per XV. *dies, vel paulo plus ſingulis vicibus. Omnes verò infirmantes, tam Moniales quàm ſorores, à lecto ſurgere valentes, ſimul commedant, ſuis locis & horis ſtatutis, tam yeme, quàm æſtate; & horas diei & noctis regulariter perſolvant. Si qua verò negligens, vel vicioſa ſuper hiis fuerit reperta, corripiatur ſemel & ſecundo; & niſi emendaverit, tanquam contumax Magiſtro præſentetur. Idem & eodem modo inter Canonicos & fratres, prout decet & convenit, firmiter teneatur; & è converſo.*

Incipiunt Capitula de officio mortuorum.

De morti proximis, & officio mortuorum, Canonicorum & Monialium; fratrum & ſororum; Et eorum omnium ſepultura. Et de obitibus mittendis, & de Miſſa pro eis celebranda; & de horis ſepeliendi mortuos. I.

Appropinquante horâ mortis feſtinet unuſquiſq; venire ad morientem, & in eundo dicat Credo in Deum; *& repetat bis vel ter, ſi opus fuerit. Cum autem omnes illuc pervenerint, ibi circa illum expectent, & legantur ab aliquo Paſſiones & Evangelia. Et dicantur ſeptem Pſalmi cum Letaniâ, & aliis conſuetis & competentibus orationibus, ſi tam diu vixerit. Quo mortuo, pulſetur Campana ter, cum aliquanto intervallo, ad excitandum vel convocandum Conventum. Nec aliquis literatus vel illiteratus extra Abbatiam quoquam eat, niſi à Priore vel ſubpriore juſſus, vel magnâ neceſſitate permiſſus; donec corpus defuncti ſepulturæ tradatur; ſet omnes more debito exequiis & officio defuncti devotè aſſiſtant. Officium præſentium mortuorum Priores compleant, qui ſi defuerint Præcentores, prævideant, qui vices eorum ſuppleant. Sacerdos verò, qui officium commendationis, tam Canonicorum quàm fratrum, & Monialium ſororum; implere debet, veſtibus ſacerdotalibus induatur. Dum lavatur corpus cantetur Pſalterium. Si tempus ſuffecerit ad cantandum* Placebo & Dirige, *in Eccleſiâ cantetur. Sin autem, dum lavatur corpus, dicant* Placebo & Dirige.

Cum Monialis vel ſoror obierit, commendatio animæ fiat à ſacerdote, ad Altare, licet ipſe, quavis cauſâ aſſit morienti. Sorores autem faciant officium ſuum circa defunctam. Cum autem Canonicus vel frater obierit, circa corpus fiet commendatio. Quæ vero Collectam tenet, officium præſentis defunctæ, quantum ad Moniales ſpectat, complebit. Si fortè ipſa neſcierit, alia, quam juſſerit Præcentrix, officium faciat, vel ipſa præcentrix. Cum defunctæ ſorores efferuntur de Infirmitorio, præcedens aquam benedictam ferens; deinde luminaria ferentes, poſtea thuribulum; deinde Crucem ferens, tunc ſequatur corpus defunctæ, tunc Præpoſita, & cæteræ Moniales; deinde Noviciæ; poſtea ſorores; poſt quas Noviciæ earum ſequantur; & aliqua matura ſoror ultima ſequatur ad earum cuſtodiam. Eundem modum habeant Canonici & fratres inter ſe cum aliquis eorum obierit.

Corpora Sanctimonialium ſororum, & omnium fœminarum ponantur in Choro earum, dum vigiliæ & aliud officium pro eis celebratur. Set ante gradus Altaris extra tantus ponantur, dum pro eis Miſſa celebratur in Conventu, ut Canonici & fratres licitè poſſint poſt Miſſam accedere ad officium ſuum complendum abſq; viſu Monialium. Corpora Canonicorum ponantur in Choro eorum. Corpora fratrum in Choro ſuo: Redditorum ſecularium ad Altare ſecundum; Circa defunctum vel defunctam Dicatur Placebo & Dirige *feſtinè; priùs à Canonicis, ſi tempus congruerit; poſtea à Monialibus ſi tempus ſuffecerit. Set numquam Invitatorium pro defuncto, vel defunctâ, noſtræ profeſſionis dicatur. Ad Pſalterium circa defunctum vel defunctam in ſellis ſedeant omnes, tam Canonici, quàm Moniales, niſi infirmitas vel ſenectus interdicat. Dextra Chorus Canonicorum priùs vigilet, & dum Canonici cantaverint, Moniales taceant; & è converſo. Non omittatur Miſſa pro vivis, quamvis defuncti corpus interim fuerit in Eccleſiâ. Ad quam dicetur una Collecta pro defuncto.*

Ad Miſſam pro præſenti corpore, tres Collectæ tantùm dicantur. Prima, Inclina domine, *vel* Quæſumus *domine. Secunda* fidelium. *Tercia* Omnipotens. *Ordine ſupradicto eant Moniales ad corpus ſepeliendum, præeuntibus tantùm Canonicis; ita quod ſeniores præcedant; deinde fratres ſequantur eodem Ordine, præter duos ſenes, qui Novicios ſequantur. Poſt benedictionem tumuli, ſi Monialis vel ſoror, vel alia fœmina fuerit, remotis viris, accedant Sanctimoniales ad Sepulchrum; & una Monialis, & altera ſoror ponant corpus in Sepulchro, & ſuper extendatur velum dum corpus ponitur in Sepulchro: Canoni-*

corum verò corpora Canonici in terram ponent; fratrum & aliorum virorum, fratres, ſemotis Monialibus, Canonici cum tunica, caputio & capâ lenea, & caligiis & ſotularibus ſepeliantur. Moniales cum tunica, cuculla, velo & ſotularibus. Fratres verò cum tunica, caputio, caligiis & ſotularibus. Sorores cum tunica, caputio, velo, & ſotularibus. Novicii Canonicorum ſine capâ. Noviciæ verò Monialium & ſororum, cum caputiis & albis velis. Cooperto verò corpore vel de lignis, vel de lapidibus, longiùs diſcedant fœminæ. Tunc accedat ſacerdos ſecundùm morem, & aſpergat aquâ benedictâ corpus & ſepulchrum. Poſtea thuriſicet & proiiciet ter de terra ſuper corpus, dicens, Temeritatis eſt ut homo; *ſet in hac Collectâ pro fœmina non dicatur* novus homo. *Deinde fratres compleant opus ſepulturæ.*

His peractis, revertantur omnes, primò Canonici præeuntibus Noviciis; deindè fratres eodem ordine. Poſt ex alia parte Noviciæ ſororum, quas ſequantur ſorores; tunc Noviciæ Monialium, quas ſequantur Moniales, & Præpoſita ultima, & ea quæ ei aſſociata fuerit in proceſſione. Ad ſepulturam verò non eant parvulæ nondum Noviciæ.. Et ita ſepulto defuncto, Conventus perſolvat ſeptem Pſalmos redeundo in Oratorium; ibiq; proſtratus compleat. Et Noviciæ in loco ſuo, quo faciunt orationem, poſt Completorium, *& quæ infirmantur cum eis. Cum aliquis vel aliqua de noſtris obierit, infra tres dies mittantur, qui ſcripta defuncti, per ſingulas domos noſtras ferant. Qui hoc neglexerit, ſive Prior, ſive Cellerarius, aut Subcellerarius, vel quiſlibet majorum, tribus diebus in pane & aquâ pœniteat in Conventu, niſi cauſa evidens Culpam excuſare poterit. Portiteri brevium obituum noſtrorum detur panis regularis; & potus per ſingulas domos. Cum obitus pro defuncto noſtri Ordinis recitatur in Capitulo, dicatur pro eo in Conventu quàm citius ordinatè dici poterit: Nec differatur Miſſa ultra octo dies, quamvis infra ſollempnes octavas obitus venerit; exceptis octavis* Natalis *Domini, &* Paſchæ, *&* Pentecoſtes; *& ſcribatur nomen ejus in Martyrologio & fiet pro eo tricennale in ſingulis domibus; & unuſquiſq; ſacerdos dicet pro eo tres Miſſas, & unuſquiſq; inferioris ordinis unum Pſalterium; fratres & ſorores laicæ pro Pſalterio ſepties viginti & decem* Pater noſter.

2. De horis ſepeliendi mortuos.

OMni tempore, quo jejunamus, tam in æſtate, quàm in yeme, ſi ab inicio Nonæ *uſq; ad principium* Laudum *obierit aliquis, dictâ Miſſâ poſt* Primam *ſepeliatur. Si à* Laudibus *uſq; ad finem* Primæ *tranſierit, poſt* Terciam *ſepeliatur. Si inde, uſq; ad* Terciam *mortuus fuerit, poſt* Sextam *ſepeliatur. Si à* Tercia, *uſq; ad* Sextam *obierit, dictâ Miſſâ ante* Sextam, *vel poſt; poſt* Primam *refectionem ſepeliatur. Si inter* Sextam *&* Nonam, *vel inter* Nonam *&* Veſperas, *dicatur Miſſa ante* Nonam, *&* Nona, *ſi neceſſe eſt, differatur; poſt ſecundam refectionem ſepeliatur. Tempore* Quadrageſimæ *poſt* Nonam *poteſt dici Miſſa pro defuncto, & poſt primam refectionem ſepelietur, ſi inter* Sextam *&* Nonam *obierit. Tempore autem, quo non jejunamus, ſi à prandio uſq; ad* Laudes *ſequentis diei obierit, poſt* Primam, *dicta Miſſâ ſepeliatur. Si à* Laudibus *uſq; ad* Sextam, *ſecundùm quod ſuperiùs ſcriptum eſt fiat. Si à ſexta horæ uſq; ad refectionem obierit, hora & Miſſa celeriùs dicantur; & poſt Miſſam reficiant omnes; poſt* Nonam *verò mortuus ſepeliatur. Et ſciendum eſt quod nunquam aliquis vel aliqua noſtri Ordini ſine Miſſâ ſepelietur.*

3. De officio mortuorum, poſt magnum Capitulum & Capitulum ſingularum domorum, & orationibus ſtatutis pro mortuis, & Aniverſariis ſervandis.

POſt generale Capitulum quod annuatim à noſtris tenetur, terminato Capitulo per ſingulas domos noſtras, mox cum convenienter fieri poterit, obſequium defunctorum pluraliter, per ſingulas domos, per omnia fiat, ſicut pro præſenti defuncto fratre noſtro vel ſorore ſingulariter; videlicet pro noſtris, quorum nomina recitatæ ſunt in Capitulo; & pro his, quos Prior omnium, vel Priores domorum, conſilio Conventus ſui, prece Nobilium fieri ſpoſponderunt. Et fiet unum tricennale per omnes domos Ordinis, cum Collectâ, Deus veniæ. *Et unuſquiſq; inferioris gradus, poſt iſtud Capitulum ſingulis annis dicet decem Pſalteria, fratres verò & ſorores laicæ ſuo modo decem Pſalteria dicent. Sacerdotes noſtri Ordinis viginti Miſſas generaliter, pro defunctis noſtri Ordinis, tam profeſſis, quàm familiaribus dicent, poſt iſtud Capitulum, cum Collecta,* Deus veniæ.

Item

Item post aliud Capitulum, quod tenetur in præsentiâ summi Prioris Ordinis, semel in Anno, per singulas domos; super his, quæ in generali Capitulo tractata, discussa, terminata sunt; videlicet de puniendis, vel de eradicandis, vel plantandis, ubi & recitabuntur omnia nomina defunctorum, quæ recitata sunt ad magnum Capitulum; Fiet obsequium defunctorum sollempniter sicut pro præsenti defuncto, & unum speciale tricennale cum Collectâ, Inclina: *Et singuli sacerdotes dicent tres Missas cum Collectâ,* Inclina, *& unusquisq; interioris gradus unum Psalterium; fratres & sorores suo modo. Item post festum* Omnium Sanctorum, *fiet sollempniter obsequium defunctorum; sicut pro præsenti defuncto, cum Collectâ,* Fidelium. *Et iterum in crastino beati* Eadmundi *similiter fiet specialiter pro his, qui familiaritate nobis juncti sunt, cum Collectâ* Omnipotens sempiterne Deus, cui numquam sine spe. *Et iterum in Anniversario Regis* Henrici *secundi, cum Collectâ,* Præsta quæsumus omnipotens Deus. *Et in Anniversario* H. Cantuariensis *Archiepiscopi, cum Collectâ,* Deus qui inter apostolicos. *Et in Anniversario principalis fundatoris, & fundatricis, in domo, quam fundaverunt. Et in Anniversariis omnium Magistrorum Ordinis, & præterea quocieus præsens mortuus fuerit in Ecclesiâ.*

De officio mortuorum per totum annum genera'iter dicendo. 4.

Quolibet die per totum annum, quando non dicitur officium defunctorum in Conventu, compleat illud ebdomadarius præcedentis septimanæ cum suis ministris eadem horâ, qua dici solet in Conventu, scilicet in yeme statim post prandium; in æstate statim post Nonam. *Istud verò officium omittitur in Conventu, diebus principalium festorum, & die* Parascevæ *tantùm; set in ebdomadâ* Natalis *Domini, &* Paschæ, *&* Pentecostes, *& in dupplicibus festis; & per sollempnes octavas, in Conventu dicatur. In hac ebdomadâ* Natalis *&* Paschæ, & Pentecostes, *& omnibus principalibus & dupplicibus festis non dicimus* de profundis *post horas, nec* Deus venerunt, *ad Missas. Qualibet septimana per totum Annum præter sollempnes octavas, primâ die vacante, dicetur Missa in Conventu, pro defunctis; scilicet* Deus cui proprium *pro Anniversario, vel* Inclina Domine, *pro præsenti obitu, si venerit, vel* Deus veniæ, *pro tricennali magni Capituli, post octavas Sanctæ Trinitatis, vel* Inclina: *Pro sollempni tricennali,* Inclina Deus.

De susceptis in morte, & eorum debitis. 5.

Susceptus quilibet in morte, in habitu Canonici, vel fratris, per Priorem & Conventum alicujus domus, sine Magistri assensu, in illâ domo quâ susceptus est, fiat pro eo sicut pro Canonico vel fratre, excepto cibo XXX. *dierum. Et mittetur Obitus ejus cum obitu primi defuncti domus illius, post mortem illius: Et sic fiet pro eo in aliis domibus, sicut pro familiari, & in tricennalibus ponetur. In domo verò, quâ susciptur, scribetur in Martyrologio, & in brevibus mortuorum scribetur, ad succurrendum, si habitum habuerit. Set non mittentur brevia pro eo per se, nisi habuerit Cartam Magistri. Si quis verò mundum respuens, religionem desideraverit, & veniens ad aliquem de nostris desiderium suum intimaverit, sic se etiam ei vel alicui illius Ecclesiæ reddiderit, hic talis, si ante petitionem suam in Capitulo regulariter factam obierit, non pro Novicio habeatur, set pro familiari.*

De beneficiis, pro parentibus mortuis faciendis. 6.

Patres & matres, fratres & sorores, & consanguinei defuncti fratrum nostri Ordinis, in annuo Capitulo in Conventu nominatim debent absolvi. Similiter fiet in omnibus Abbaciis nostri Ordinis, post sollempnem absolutionem fratrum nostrorum, in retro Capitulo uniuscujusq; domus post generale Capitulum; in quibus absolutionibus dicetur tantùm Requiescant in pace. *Participes quoq; fient omnium, quæ in generali Capitulo statuuntur facienda pro fratribus. Pro eis quoq; semel in anno communiter per omnes Abbacias nostras præcipuum fiet officium sollempniter in crastino Sancti* Eadmundi. *Quando verò aliquis quærit misericordiam pro patre & matre, fratre & sorore, filio & filia; quia pro aliis parentibus petere non licet, absolvatur defunctus, in Capitulo sic,* Anima ejus Requiescat in pace, *& omnes præsentes Canonici & Moniales dicent pro eo septem Psalmos pœnitenciales, cum Collectis,* Absolve, fidelium; *Fratres laici & sorores septies* miserere *cum totidem* Pater noster.

Monialis Ordinis S.ti GILBERTI.

783

Incipiunt Capitula Inſtitutionum, communiter ad Moniales & ſorores pertinentium.

De nullâ inter Moniales ſuſcipiendâ, ſine earum aſſenſu. 1.

Nullus præſumat omnino aliquem, vel aliquam, vivum vel mortuum, in conſortium Sanctimonialium ſuſcipere; vel eas ſine aſſenſu earum ut ſuſcipiant compellere: Suſcepti vel ſuſceptæ pecuniam foris retinere vel reticere. Reticere dico, ſi vel terra vel animalia dantur pro vivo vel defuncto funere.

De exitu Monialium & ſororum, ad laborem penitùs prohibito. 2.

OMnino prohibemus ne Moniales vel ſorores ad aliquem laborem exeant, nec etiam ad linum colligendum, ſive mundandum, nec ad metendum, nec ſotulares de cordewan ab aliquo accipiant, vel ad utendum, vel ad erogandum.

De calvatione, & ablutione Monialium & ſororum. 3.

AD Paſcha, *& ad feſtum Sanctæ* Mariæ Magdalenæ, *& ad feſtum* Omnium Sanctorum *ad minus decalventur ſorores. Septies in anno licet Sanctimonialibus lavare capita ſua; nec ampliùs, niſi permittente Præpoſitâ, ſi neceſſitas fieri poſtulet. Cum abluuntur capita earum, licet pannis mandati facies ſuas tergere. Nulli licet pedes abluere ſine juſſu Præpoſitæ, niſi in luto vel palude nudis pedibus caſu laboraverint & pedes defœdaverint. Panni verò manuum & pedum in clauſtro poni debent.*

De Monialibus & ſororibus ad aliam domum non ituris. 4.

SIqua propriâ voluntate, à Præpoſitâ quæſierit, de unâ domo ad aliam tranſmigrare, in ultimo gradu pœniteat per XV. *dies, ter flagellata in Capitulo, & omnino poteſtas denegetur ei abeundi alicubi. Hoc idem de fratribus inter fratres teneatur.*

De inobedientibus Monialibus & ſororibus. 5.

SIqua inobediens, in quolibet negotio agendo alteri extiterit, in pane & aquâ pœniteat, quouſq; delictum purgetur, vel corrigatur ad plenum. Similiter pœniteat quæcum; alteri inordinatè obedientiam injunxerit, aliter quam oportet & ordo requirit.

De ſingulari familiaritate inter Moniales & ſorores penitùs prohibitâ. 6.

SIqua ſingularem familiaritatem cum aliquâ habuerit, ſi clamato non emendaverit, ad commune Capitulum deducatur, ibi luitura culpam tranſgreſſionis, multarum conſilio.

De ſcriptis legendis ſororibus à Monialibus. 7.

QUater in anno legantur ſcripta fratribus, & ſororibus, & Monialibus, non tamen omnibus ſimul; à Canonicis fratribus, Sororibus verò à Monialibus, remotis ſecularibus, legantur.

De

8. De marſupiis non faciendis.

NOn ſiant marſupia à Monialibus, vel ſororibus noſtris, niſi de coreo albo & ſine ſeryco colorato: nec aliqua omnino opera ſericata; niſi fortè ad corpus domini & ad hoſtias & calices & corporalia; & ad alia divini cultus & librorum ornamenta.

9. De diſcordiâ vitandâ inter Canonicos, fratres, Moniales & ſorores.

SAnctimoniales & ſorores noſtras rogamus, in nomine domini noſtri Jheſu Chriſti, ut quietè ſe habeant erga fratres ſuos in Chriſto; & non quietent nec quærant improbè, quæ ſunt vel non ſunt quærenda, ſet cum omni humilitate & manſuetudine quærant quæ neceſſaria ſunt. Et ſciant illas eſſe fæliciores, quæ in ſuſtinenda paupertate fuerint fortiores. Omnes illud Apoſtoli audiant & ſequantur, videlicet Supportantes invicem: *& non contriſtetur quis adverſus alterum.*

10. De prohibitione balnei.

CAveatur ab omnibus noſtris balneum, cum ſit libidinis fomentum; nec ulla balneetur, niſi graviori labore gravata, vel medicinæ cauſâ, vel ſcabie occupata. Balnea verò ſive ablutiones in communi Capitulo domus, remotis viris Priori omnium indicari decernimus. Quod ſi neceſſitas compulerit ut balnei fomento cuilibet ſubveniatur, lintheo vel laneo amplo induatur veſtitu, ne nuditas vel vilitas humanæ conditionis cæteris appareat. Aliter facientibus in obprobrium deputetur, & gravi pœnâ culpa luatur.

Incipiunt

Incipiunt Institutiones, ad unitatem omnium domorum servandam pertinentes.

De unitate Domorum. 1.

IN verbo Dei prohibemus ne aliqua domus nostræ professionis insurgat adversus alteram, vel possessiones ejus inquietet, vel obprimat; vel nimis in vicinia ejus quolibet modo aliquid sibi arripiat, unde illa domus vel possessiones ejus & pasturæ artentur, vel aliquod dampnum sustineat. Quod si fortè aliquid datum fuerit, alteri domui, cujus possessione approximat, concedatur: & ipsa gratiam pro gratiâ ab illâ domo recipiat, prout fideles fratres aliarum domorum justum judicaverint; nisi fortè assensu fratrum illius domus, sibi datum liceat possidere. Si verò ausu temerario aliter fecerit, quodcunq; adjuisitum fuerit, transeat in perpetuam possessionem domus illius, quam conturbare præsumpsit, sine restitutione impensæ pecuniæ domus suæ, vel laboris, & reus satisfaciat, prout culpa tantæ transgressionis postulaverit.

De mutuâ misericordiâ invicem impendendâ. 2.

SIqua domus nostri Ordinis graviori pondere paupertatis premitur, caritas subveniat, & misericordia aliarum domorum Ordinis communi consilio & beneficio. Set pigra manus ad laborem caritatem impedire poterit; similiter & Ordinis negligentia & dissolutio. Quicunq; huic beneficio caritatis obviaverit, præstate & dignitate suâ, translatus ad aliam domum, careat, & ad correctionem multorum pœniteat.

De terris non conducendis vel emendis; & debitis ad usuram non accipiendis: Et Ecclesiis & Altaribus & molendinis ad firmam non dandis, sine consilio. 3.

QUicquid ad firmam temporalem habetur, vel perpetuam, de ipsâ re non aliundè fiat firma, & totus sumptus consilio Prioris & majorum domus, omni occasione & necessitate exclusâ, ut sciatur, quid superhabundaverit. Similiter fiat de Granciis, & de Ecclesiis, & Molendinis. Nec emantur terræ, nec conducantur, nec in vadimonium accipiantur, vel ad firmam sumantur, nisi permissione Magistri. Qui verò in veritate Deo militare cupiunt, caveant à sæcularibus terras vel pasturas sub annuâ pensione accipere, & eorum tributari vel firmarii fieri; nisi intollerabili paupertate vel necessitate cogantur. In virtute quoq; obedientiæ inhibetur, ne aliquis omnino aliquod debitum accipiat ad usuram, nisi de licentiâ Magistri. De cætero non dentur Ecclesiæ nostræ nec Altaria ad firmam; nec conducantur Capellani habentes focarias; quod si habuerint, statim deponantur. Nec minus terras vel terræ colonos, vel nemora, vel Ecclesiarum redditus, vel molendina, vel alia hujusmodi; nec nostris nec alienis pro denominatâ pecuniâ omnino committi inhibemus, sine communi assensu majorum domus utriusq; sexus. Qui contra hoc facere præsumpserit, in alterâ domo Ordinis nostri, ad minus per annum pœniteat, ut de cætero caveat.

De pane delicato à nostris non faciendo. 4.

SIcut in Ecclesiasticis, aliisq; observationibus cavemus ne inveniamur discordes; sic etiam in victu cotidiano diversitas est cavenda; ne carnis, vel spiritus fragilitate victi, grossiorem panem abhorrere & lautiorem incipiamus desiderare. Ideo stabilimus, ne in Cœ-

nobiis nostris fiat panis candidus, ad delicias, nisi in præcipuis festivitatibus; set grossus, idest, cum cribro factus. Ubi frumentum defuerit, cum scatio licet fieri. Quæ lex infirmis non tenebitur, Set eciam hospitibus, quibus visum fuerit, album panem apponi decernimus, & Conventui in regulari munitione suâ, sicut in eorum sententiâ descriptum est. Cujus panis albi, viz. qui minutis apponitur, sicut & cotidiani, pasta in statera posita nequaquam plus ponderare debet, set æquâ lance appendi.

5. De mutuis datis nostris, vel dandis, à nostris prohibitis.

Quæcunq; sororibus ab extraneis dantur, vel extraneis à sororibus data fuerint, quæ inter necessaria fuerint computanda, notificentur Priori & Procuratoribus, curam domus gerentibus. Hoc idem fratres sororibus faciant. Non facientes corripiantur; Et in communi Capitulo delictum examinetur & puniatur. Et quæcunq; majoris precii, aliquibus à nostris, quæcunq; de causâ data fuerint, notificentur Præpositis & circatoribus, vel Priori omnium, ut rationem dati sciant, ne suspecti habeantur. Minora soli Præpositæ notificentur: Non enim licet cuiquam aurum vel argentum, vel pannos, vel sotulares, vel cultellos, vel zonas, aut aliquid hujusmodi dare vel accipere, sine Prioris vel Præpositæ assensu. Contemptores, vel aliter præsumentes, Prioris omnium judicio, pro tali præsumptione puniantur, ut cæteri caveant.

6. De obedientiâ, propriâ voluntate non relinquendâ.

Nullus propriâ voluntate obedientiam sibi injunctam relinquat. Hoc facientes in ultimo gradu pœniteant, & à dominico corpore priventur, nisi pro imminenti morte pœnitenti subveniatur. Verumptamen verè & humiliato corde pœnitenti, cum Prior omnium viderit expedire, Sententia poterit mitigari. Prohibemus nequis Canonicus vel frater, nec aliqua Monialis vel soror de cætero aliquod depositum suscipiat, nec aliquid mutuo det vel accipiat, absq; consensu & licentiâ Prioris domus, vel Procuratorum. Quod si fecerit, tanquam furti reus ejiciatur.

Incipiunt

Incipiunt Institutiones de magno Capitulo.

De magno Capitulo & personis Ordinis, ad magnum Capitulum congregandis. 1.

IN Ordine nostro, inter cætera, hoc decretum est; quod singulis annis semel conveniant omnes Priores, & Cellerarii Cœnobiorum, quæ Dei gratiâ in diversis sunt ordinata provinciis; & duæ Præpositæ singularum domorum, & Circatores magni; & annui anni præteriti & futuri; & fratres, quos Prior omnium & Priores domorum providerint ad Ecclesiam de Stimpingham, *quod ibi de observatione Sanctæ Regulæ & Ordine totius vitæ suæ, ac indissolubili inter se pace custodiendâ diligentissimè tractent, ut tenor vivendi sæpius replicatus, ac divinarum Scripturarum auctoritate corroboratus, non facilè tepere; set per diuturna plurimorum annorum spacia possit vigere. Hac ergo ratione, in loco prædicto congregati, hæc Capitula instituerunt, & per universam congregationum nostrarum fraternitatem, tenenda decreverunt. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Et quia Colloquia mala & sermones inutiles fructus proferunt non bonos; set religioni & animarum saluti contrarios; Hoc vicium declinare cupientes, volumus* Cistercienſis *Capituli vestigia sequi; in quo non admittuntur Grangiarii, set omnino excluduntur; Quod & nos decernimus in nostro generali Capitulo diligenter observari, ne fortè Grangiarii Grangiarum nostrarum, sibi jure dicant deberi hoc iter ad Capitulum. Et ut omnis suspicio mali & discordiæ excludatur, nullus nostrorum, præter prædictos, ad Capitulum generale veniat; nisi fortè à Priore omnium aliquis causa necessaria è nomine vocetur.*

De itinere Monialium ad Capitulum, & earum ductoribus, & digressione nusquam faciendâ. 2.

SOrores Ordinis nostri iter agentes, vehiculo trahantur; Nam equitare omnino prohibentur propter multa inconvenientia Religionis vitanda, quæ solent vel possunt equitantibus accidere. Infirmanti & morti proximæ, prout caritas exposcit, & ratio dictaverit, subveniatur, in lectica vel alio modo; ut arrogantia & vanitas excludatur per omnem modum. Nulla etiam de nostris reversura ad propria, sine assensu Præpositæ domus ingrediatur Cellarium, vel aliquid inde sumat occultè vel aliunde. Quod si fortè fecerit, furti judicio publicè puniatur in fœminarum Capitulo. Quæ verò necessaria fuerint ituris a Præposita domus vel Celleraria petantur & dentur: Simili etiam pœnâ puniantur fratres, qui sine assensu Prioris, suâ cupiditate talia præsumpserint. Quando autem Sanctimoniales diriguntur ad Capitulum vel ad alium locum, una maturior provideatur quæ loquatur de hiis, quæ necessitas earum requirit, & quod religioni earum convenit, Priores & fratres fenestræ caveant, ne cum Sanctimonialibus quoquam eant; set alii maturi per Priorem ad hoc assignati, qui necessitatibus earum diligenter & reverenter & in omnibus bonis, pro posse suo, prout decet, subveniant. In navi autem non intrent cum eis nisi qui per Priorem omnium assignati fuerint. Et si quid ab aliquo sermone vel opere reprehensione dignum in viâ committitur, in Capitulo Culpa renovabitur, ut justâ castigatione mundetur, quod injustè committitur. Similiter per omnia fiat cum revertente à Capitulo, præsente Priore omnium.

Cæteri omnes in itinere, à Sanctimonialium consortio disjungantur. Quicumq; Prælatorum nostrorum, venientibus eis ad domos nostri Ordinis non amministraverit, infidelis habeatur; & ut infidelis puniatur, ut cæteri sibi caveant. Cum ascenderint bigas vel descenderint Moniales, removeantur mares à fœminis. Moniales verò iter agentes, post Primam *vel ante dicant* Preciosa. *Cavèant omnes Priores & cæteri nostri Ordinis & professionis literati & illiterati, vinculo maledictionis & excommunicationis*

onis innodari, quo innodantur omnes, qui assensum vel auxilium præbuerint fœmineo sexui nostrarum Congregationum de una domorum nostrarum ad alteram, vel non nostrarum transitum arripere, sine grato assensu Prioris omnium. Ipsius enim solius potestas est licentiam præstare super hoc, si viderit expedire, vel necessarium fore: Ipsæ verò Moniales vel sorores, vel etiam Præpositæ, hujusmodi ausum arripientes, excommunicatæ habeantur, & à potestate Prioratus sui deponantur, & in alterâ domo in ultimo gradu pœniteant; & à perceptione corporis & sanguinis Domini priventur, quousq; manifeste pateat pœnitentia & earum cordis contritio.

Sancimus enim & firmiter observari præcipimus, ut nulla Monialium nostrarum ad domum alterius religionis commedere vel bibere, vel ibidem hospitari permittatur, ne scandali detur occasio. Si Sanctimoniales, vel soror aliqua, non mandata, ad Capitulum magnum veniat, ad domum suam non redeat; set in aliâ domo pœnâ inobedientiæ puniatur, nec ullo modo præsumant aliquam secularem secum in quadrigis suis ducere. Quod si fecerint, simili pœnâ puniantur. In annuo Capitulo non permittantur fratres vel sorores cum parentibus secularibus loqui, nisi fortè vir vel mulier magnæ potestatis & auctoritatis fuerit, nec cum illis, nisi Prior omnium jusserit, & manifesta ratio postulaverit. Nostri verò, quibus loqui cum extraneis statutum est, cum supervenientibus loquantur, prout convenit cum hospitibus loqui, nec cum parentibus, nisi licentia regulariter data permiserit.

3. De pitantiâ euntium ad Capitulum, & domi manentium.

Duo genera pitanciarum euntibus ad Capitulum sufficiant, butirum videlicet & caseus, & hujusmodi, si pisces non habentur. Domi verò remanentibus una cum pulmento, sufficiat etiam fratribus domorum nostrarum in annuo Capitulo regularis cibus & mensura potus, & una pitantia, ne fortè à Deo vel à fratribus nostris, aut alienis, si casu interfuerint, judicentur, si plus ventris quam mentis eos voluptas tenuerit.

4. De ingressu generalis Capituli prohibito.

Omnes generaliter, Canonici & fratres, Moniales & sorores, Officialibus exceptis, & per officia sibi credita impeditis, generale Capitulum ingrediantur, ædificationem sermonis verbi audituri, ac postea inde exituri, nisi qui secundum Ordinis statuta Capitulo interesse debent. Cum verò finiendum fuerit Capitulum, audito signo omnes communiter ad absolutionem devotè conveniant. Ad annuum Capitulum de Sempingham, *nullus ex Canonicis domus, neq; ex supervenientibus exeat clausuram Canonicorum, nisi de licentiâ Prioris vel Subprioris domus. Siquis verò egressus fuerit extra curtem Abbaciæ, absq; licentiâ Magistri, non intromittatur, nisi de licentiâ Magistri tanquam fugitivus.*

5. De Sententia in generali Capitulo faciendâ, & post in singulis Capitulis domorum.

In annuis Capitulis generalibus, accensis candelis, anathemate feriantur omnes contra Ordinem conspirantes, & dissidium domorum machinantes. Idem fiet in singulis domibus proximo festo post adventum Priorum in domum suam in Capitulo, præsentibus Canonicis & fratribus. Combustores & fures, & proprietarii singulis annis excommunicentur in generali Capitulo, & post per singulas domos.

6. De numero Sanctimonialium, fratrum & sororum.

Hunc numerum fratrum crescere in domibus nostris omnino prohibemus. In Sempingham, lx. Chikesande, lv. Watton, lxx. Malton, xxxv. Lincoln, xvi. Haverholm, L. Chattelay, xxxv. Bulington, L. Syrel, lv. Ormesbi, L. Alwingham, xl. Novo loco xiii. Hospitali, lv. Marescia, *& apud Sanctum* Leonardum, x. *Summa est* DC. *sex minus. Perpetuo languore laborantis, alius recipi potest. Interdicimus etiam, in virtute obedientiæ, ne in aliquâ præfatarum domorum numerus crescat Monialium, quibus sorores connumeramus. In* Watton, Cxl. Chikesand, Cxx. Sempingham, Cxx. Haverholm, C. Kattelay, lx. Lincoln, xx. Bulington, C. Syrel, Cxx. Ormesbi, C. Alwingham, lxxx.

Adhuc

Adhuc de prædicto *Gilberto* primo ejusdem Ordinis institutore.

ANno MCxlvi. (*Regis* Stephani *septimo.*) ------- *Claruerunt iis temporibus in* Angliâ, *viri sanctitate illustres,* Thurstinus Eborac. *Archiepiscopus, &* Gilbertus *Ordinis de* Sympling-ham *institutor; quorum primus, depositò Archiepiscopatu, apud* Pontem fractum, *inter* Cluniacenses *Ordinis monachos vitæ dies exegit. Alter* Gilbertus, *vir eximiæ religionis, in fœminarum custodiâ gratiæ singularis ..... infirmiorem sexum cœpit propensiùs emulari, omni emulatione piâ, ausu sumpto ex supernæ gratiæ fiduciâ, & conscientiâ propriæ castitatis. Cumq; cœptis ejus favor videretur arridere divinus; veritus ne forte in vacuum curreret, si irrumpentem zelum moderatrix scientia non condiret,* Clarevallensem *Abbatem D.* Bernardum *adeundum censuit, cujus salubri informatus consilio, & in proposito roboratus, tantò ferventiùs, quantò confidentiùs priùs cœptis insistere non cessavit ..... Deniq; servorum Dei duo, & ancillarum Dei octo, non ignobilia construxit Monasteria, quæ & numerosis replevit Collegis, & regularibus institutis ornavit.*

Ex Annalibus *Nicb. Trivet* MS. in bibl. *Cotton.*

A. Domini MCLxxxviii. *Hoc tempore obiit Sanctus* Gilbertus *Fundator alborum Monachorum, Ordinis de* Sempyngham. Ex hist. Anglic script. antiq. xcix. Lond 1653. col. 1149. l. 17.

A. D. MCxxxi. *Exordium Ordinis de* Sempingham. Annal. de Dalby in bibl. *Cotton.*

A. D. MCxxxix. *Abbatiæ de* Kyrkstede, Parchus Ludæ, *&* Kingeswode *de Cisterciensibus;* Thornton *super* Humbram, *de nigris Canonicis, &* Sempingham *de Monialibus inclusis, fundantur.* Chron. de Peterborough in bibl. *Cotton.*

A. D. MCxlviii. *Sanctus* Gilbertus *instituit ordinem* Sempynghamensem. Ibid.

Eodem anno, scil. MCLxxxviii. *Magister* Joannes Gilbertus *de* Semplingham, *primus inventor, & pastor illius Ordinis, qui dicitur de* Semplingham, *obiit, in Ecclesiâ suâ de* Semplingham, *inter velatas sepultus est.* R. Hovel. f. 370 a. n. 10.

Angelus Monrique *laurea Evangelica lib.* 3. *disc.* 8.

Ordo (inquit) Monasticus Gilbertinorum, *qui institutus est in* Angliâ *anno* MCxlviii. *militat sub instituto* Cistercienfi. *Hoc idem affirmat* Miræus *Orig. Monasticorum lib.* 5. *cap.* xi. Montalbus *verò lib.* 2. *cap.* xxiii. *ait.* Gilbertini, *habitu & omnibus aliis rebus, sunt* Cistercienses: *Papa enim* Eugenius *tertius, utpote* Cistercienfis, *quando eorum ordinem approbavit, præcepit ut Regulam S.* Benedicti, *secundùm institutum* Cistercienfem *observarent; & sic eam servant, & Festum S. Patris* Bernardi, *post* Gilbertum, *& utriusq; ordinis legislatorem, sanctum* Benedictum *solemniter coluit.* Ex Menologio Cistercienfi per Christophorum Henriquez. p. 42.

Adhuc de eodem *Gilberto*, & ordine quem instituit.

---- *Nec silentio prætereundus est venerabilis* Gillebertus, *vir planè mirabilis, & in custodiâ fœminarum singularis, à quo etiam Ordo* Sempringhamenfis *sumpsit exordium, & cum celeri provectu celerem statum. Hic ab annis, ut dicitur, adolescentiæ, propriâ nequaquam salute contentus, sed lucrandum Christo animarum zelo ignitus, infirmiorem sexum propensiùs cœpit æmulari Dei æmulatione, pio ausu sumpto, ex propriæ castitatis conscientiâ, & gratiæ supernæ fiduciâ. Cumq; cœptis ejus favor videretur* Gul. Neubrigensis de rebus Angl. lib. 1. cap. xvi. (edit. Par. 1610. cum Notis I. Picardi) p. 50.

deretur arridere divinus; veritus ne fortè in vacuum curreret, aut cucurrisset, si erumpentem zelum moderatrix scientia non condiret, præsertim minus adhuc à majoribus institutus, tam arduam sollicitudinem arripuisset: Virum sapientiæ & sanctitatis titulis clarum, venerabilem scilicet Abbatem Clarevallensem, *Sanctum* Bernardum *adeundum putavit; cujus venerandis consiliis informatus, atq; in suo proposito roboratus, tantò fervantiùs, quantò confidentiùs piis cœptis insistere non cessavit; prosperatusq; est in his*
*Gen. 26. *quæ gerebat; & sicut de nobili* Patriarchâ *dicitur,* bat proficiens atq; increscens, *donec magnus vehementer effectus est, tam in multitudine copiosâ ad omnipotentis Dei servicium aggregata, quàm in adjectione rerum temporalium ad necessaria subsidia corporum,*
† *Matth. 6. juxta illud Dominicum* † Quærite primùm Regnum Dei, & justiciam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis. *Denique servorum Dei, duo; & ancillarum Dei octo, non ignobilia construxit Monasteria; quæ & numerosis replevit Collegis, & juxta datam sibi sapientiam Regularibus ornavit institutis: Et quidem circa servos Dei instituendos abundavit, indultâ ei divinitùs gratiâ, in sollicitudine fœminarum: Quippe in hac parte, meo judicio palmam tenet inter omnes, quos instituendis regendisq; fœminis religiosam operam impendisse cognovimus; & quidem ante annos aliquot spiritualibus lucris onustus, jamq; decrepitus, cœlestis sponsi paranymphus migravit ad Dominum. Porro filiorum & filiarum ejus numerositas permanet; potensq; est in terrâ nostrâ semen ejus, & generatio ejus benedicetur in seculum.*

Epistola *Willielmi Norwicensis Alexandro* tertio Romano Pontifici.

Ib p. 697. *Sanctissimo Patri, summo Pontifici* Alexandro, *suæ sanctitatis servus* Willielmus Norwicensis *salutem, & cum summa devotione obedientiam. Statuta paternitatis vestræ, ex pietatis & rationis fonte procedere, nulli dubium est; & ea solo spiritui nostro complacent, quæ spiritus sanctus suggerit, & veritatis dulcedine conduntur; inde est, quod vestræ Majestati audeo scribere, cum sim pulvis & cinis, & testimonium perhibere veritati, quam visu & rerum argumentis expertus sum:* Gilbertus *de* Sempringham, *tùm ex vicinitate, tum ex celebritate sanctitatis, quâ præeminet, mihi incognitus esse non potest; anima ejus sedes sapientiæ est, & mens ejus haurit de spiritu sancto, quæ aliorum auribus excellenter infundit. In lucrandis & conservandis Deo animabus tam studiosus & efficax est, ut ex comparatione ejus, tædet me ignaviæ meæ, & mihi & consimilibus mei Propheta improperet, dicens* Elai 34. Erubesce Sidon ait mare. *In Sanctimonialibus, quarum multitudinem innumeram Deo acquisivit, fervet & religionis amor, & castitatis diligentissima custodia, & se ab hominum visu & colloquiis gloriantur esse exemptas, ut meritò eis conveniat, quod scriptum est,* Dilectus meus mihi & ego illi, qui pascitur inter Lilia.

De Canonicis, quorum innocentiæ audio apud Clementiam vestram esse derogatum, testor Deum & animam meam, quod nec verbum infamiæ memini me audisse; cum ex propinquitate loci & frequentiâ venientium ad nos ignorare non possem. Accessus ad Sanctimoniales sic eis penitùs inhibitus est, ut nec Priori quidem eorum, videndi vel loquendi cum aliquâ, licentia pateat; & in perceptione Eucharistiæ, & dans & accipiens invicem ignorantur. Habent siquidem domos suos, claustrum, & Oratorium in quo dormiunt, meditant & orant. A conversis suis tantum exigit, ut vitam, quam professi sunt, inviolabiliter conservent; quod & ipsi, me præsente, se devotissimè facturos promiserunt: Quod illis prædecessorum nostrorum & vestrâ auctoritate firmatum est; & quod illi, post longam experientiam profitentes devoverunt, ipse mutare non præsumit, ne levitatis & præsumptionis arguatur. Lis tamen, quam adversus eum suscitaverunt, plus tepidi quàm ferventes charitate, utinam dimitteretur talium judicio & testimonio, qui haberent zelum Dei secundùm scientiam; qui ex inspectione Apostolicorum privilegiorum, & rerum ipsarum evidenti cognitione veritatem agnoscerent, & regularis observantiæ nec inexperti essent nec ignari, & quos non tæderet susceptæ religionis; & manu missâ ad aratrum non respicerent retrò. Vir verò confectus senio, & virtutum plenior quàm dierum, non est deterrendus, ne à proposito ad multorum ruinam deficiat; sed hortandus & demulcendus, ut perseveret ad conservandum salutem, quam Deus per eum operatus est in medio terræ nostræ. Rarescunt cotidiè grana in areâ Domini, sed paleæ multiplicantur. Deus sanctitatem vestram Ecclesiæ suæ conservet incolumem; Vale.

Mona-

MONASTICON ANGLICANUM.

PRIORATUS *de* Sempringham, *in agro* LINCOLNIENSI.

De Possessionibus ejusdem Cœnobii, infra Comitatum Lincolniæ.

Wapentachium de Aveland, *in* Kestevene.

In Rotul. Hundredorum, in turr. Lond. de anno 3. E. 1. inc.

INquisitio facta (&c.)..... Juratores dicunt, quod Prior de Sempingham tenet tres carucatas terræ in Sempingham, de *Gilberto de Gaunt*, in elemosinam, super quas Prioratus fundatus est, ex dono *Gysleberti de Gaunt*, jam octo viginti annis elapsis, & amplius; & non sunt geldabiles, quo waranto nesciunt, & idem *Gilbertus* de *Gant* tenet illas de Rege in Capite, quo servitio & quo Warranto nesciunt; & valent per annum *xx.* libras.

Item idem Prior tenet tres carucatas terræ in eadem villâ in elemosinam, ex dono *Reginaldi de Ba*, jam centum annis elapsis, & amplius, & non sunt geldabiles, quo waranto & quo servitio nesciunt; & valent per annum *xv.* libras. Et idem *Reginaldus* tenuit illas tres carucatas terræ, per medium de *Gilberto de Gaunt*, & per servitium unius feodi militis, & idem *Gilbertus* tenet illas de Rege in Capite, quo waranto, & quo servitio nesciunt.

Item, Prior de Sempingham tenet unam carucatam terræ in Birkeby de *Ada Sancto Lando* in elemosinam; & idem *Adam* tenet illas de *Elia* de *Rabain*. (&c.)

Item dicunt, quod *Hubertus de Ria*, qui tenuit manerium de Aselakby de Rege in Capite, dedit centum acras bosci Priori & Conventui de Sempingham, jam centum annis elapsis, in præjuditium Domini Regis, (&c.)

Item dicunt, quod *Johannes le Mareschal*, hæres dicti *Huberti*, dedit magistro militiæ Templi quoddam Capitale messuagium in Aslakby, & unam carucatam terræ in eadem villâ, & viginti arcas bosci, & centum solidatas redditus in eadem villâ, in prejuditium Domini Regis, jam quatuor annis; & valent per annum x. libras.

Item idem *Johannes* le *Mareschal* dedit eisdem Templariis Ecclesiam de Aselakby eodem tempore, & valet per annum *xxx.* marcas.

Item dicunt, quod Prior de Sempingham tenet dimidium feodum in Horbling, de *Rogero Goylin* in elemosynâ, jam quinquaginta annis elapsis, quo waranto nesciunt.

Item dicunt, quod Prior de Sempingham tenet *xv.* bovatas terræ in *Stowe*, in elemosinam, de dono *Ricardi Pikenot*.

In Hundredo de Trehew.

Item dicunt, quod Prior de Sempingham tenet unam carucatam terræ in Westhorp, quæ valet per annum *xxx. s.* & fuit feofatus per Dominum *Gilbertum* de *Preston* jam *xv.* annis elapsis, & nunc eam tenet de *Laurentio* de *Preston*, quo servitio nesciunt, &c.

Carta Hugonis *de* Bajocis, *de tota terra in* Sempingham *&* Bilingburc, *quam* Rogerus *filius* Gocelini *habuit ibidem.*

Ex autog. in officio Armorum.

CUnctis Christi fidelibus *Hugo* de *Bajocis* salutem. Notum sit fidelibus Christi, quod concessi, & dedi, ex meâ parte Sanctimonialibus, quæ Deo serviunt, apud Sempingham, totam terrâ, quam *Rogerus filius Gocelini* habuit in Sempingham, & Bilingburc, cum omnibus pertinentiis suis, in villâ & extra villâ, liberam & quietam ab omni exactione, & seculari servitio: Et hoc feci preceipsius *Rogeri*, et hæredũ ejus: Nam ipse *Rogerus* acquietabit prædictam terram de servitio unius militis; quod debebat mihi de illâ terrâ, & hæredes ejus, qui totam aliam terram suam habent, quam de me tenuit; & de hoc me fecerunt securum. Hujus donationis meæ testes sunt, *Acardus* avunculus meus; & *Alanus*, *Willielmus*, *Robertus* fratres mei, *Clemens* Capellanus meus, *Supirius* de *Bajocis*; *Ace* de *Silvanecto*; *Wido* de *Brancewelle*; *Robertus Crecht*; *Petrus* de *Gonsla*; *Jordanus* de *Hazelinge*; *Gulfridus* de *Wittale*; *Ivo* de *Mariseo*; & multi alii.

Carta Regis Henrici *tertii de Ecclesia de* Fodham.

Cart. 12. H. 3. m. 11 d.

REx omnibus, &c. salutem. Sciatis nos pro salute animæ nostræ, &c. concessisse, & quantũ ad nos pertinet, dedisse Deo & beatæ *Mariæ* de Simplingham & Monialibus ibidem Deo servientibus, ad procurationem faciendam Capitulo Ordinis de Simplingham, conveniendi,

venienti, singulis annis apud **Stmplingham**, per tres dies *Rogationum*, Ecclesiam de **Fozdham** cum suis pertinentiis suis, quæ ad nostram spectat donationem. Habendam & tenendam de nobis & hæredibus nostris, eisdem Monialibus & successoribus suis, in liberam, puram & perpetuam elemosinam. Quare volo (&c.) Data per manum nostram apud **Graham** *xxi. Nov.* anno, &c. *xii.*

Carta Johannis Daldreby Lincoln. *Episcopi pro Scolaribus in augmentationem Conventus de* **Sempringham**, *apud* Stanford *studentes, per* Robertum Lutere *instituis.*

Ex Registro *Johannis Daldreby* Episcopi. *Lincolniensis.* fol. 8. a.

JOhannes permissione divinâ *Lincolniensis* Episcopus, dilectis nobis in Christo Priori & Conventui de **Sempringham** salutem. Cum Magister *Robertus Luterel* manerium, quod in parochiâ sancti *Petri* **Stanford** habuit, vobis contulerit, intuitu charitatis, volens ut scolares, pro numero Conventus vestri augmentando studentes in divinâ paginâ, vel Philosophiâ in eodem manerio, & unam Capellanum sacularem vel regularem, divina celebraturum in Capellâ beatæ *Mariæ*, infra dictum manarium scituatâ, perpetuis temporibus sustenteris. Nos pium factum hujus, & propositum commendantes, licèt in dictâ Capellâ à multis retro temporibus habita fuerit Cantaria, prout didicimus, pro constanti, ad majorem tamen corroborationem voluntatis magistri *Roberti* prædicti, studentiumq; solatium & quietem, ut in Capellâ prædictâ absq; præjudicio parochialis Ecclesiæ sancti *Petri* **Stanford** infra cujus parochiam situatur, & aliarum Ecclesiarum vicinarum, possitis perpetuò facere celebrari divina; licentiam, quantum & nobis est, vobis concedimus specialem: Ita tamen, quod nec fons baptismalis, nec comparile erigantur; nec processio, aut actus cujusvis solemnitatis fiat, nec ulli modo sacramenta inibi ministrentur; & Oblationes faciendæ ibidem Rectori parochialis Ecclesiæ supradictæ reddantur, eadem Ecclesia indempnis per omnia conservetur, & ei in nullo honor debitus subitus substrahatur. Et si contra formam concessionis hujusmodi, quicquam fuerit attemptatũ, eadem concessio nullius penitùs sit momenti: In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum apud **Buchden** tertio Idus *Novembris*, anno domini, *mill^{esimo} trecentesimo tertio.*

De tribus Capellanis divina celebraturis pro anima Magistri Roberti Luterell; *& scolaribus apud* **Stanford** *Studentibus, imperpetuum sustentandis.*

Ibid. fol. 8. b.

UNiversis Christi fidelibus (&c.) Prior & Conventus de **Sempringham** salutem, Sciatis nos assensu venerabilis Patris domini *Philippi* magistri Ordinis nostri, tenemur in verbo veritatis, dilectissimo Domino & amico nostro, magistro *Roberto Luterell*, Rectori Ecclesiæ de *Irnham*, & hæredibus in perpetuum, pro terris, & tenementis, quæ & quas nobis dedit in villis de **Beten**, **Cotismore**, & **Castreton**, in Comitatu **Rutelandi**, & in **Stanford** in Comitatu *Lincolniensi*, ad sustentationem trium Capellanorum, divina celebrantium, pro salute animæ suæ, & in formâ subscripta; videlicet ad sustentationem unius Capellani sæcularis in Ecclesiâ parochiali Sancti *Andreæ* de **Irnham** (&c.) & unius Capellani, divina in perpetuum celebrantis pro anima &c. (ut supra) in Capella beatæ *Mariæ*, infra manerium de **Stanford** sita, quam habemus de dono prædicti magistri *Roberti*; & ad sustentationem unius Capellani, continuè Missam beatæ *Mariæ*, in perpetuum celebrantis in Ecclesia Conventuali de **Sempringham**. Concedimus etiam per præsentes, pro nobis & successoribus nostris, & obligatos esse fatemur prædicto Magistro *Roberto Luterel*, & hæredibus suis, ad sustentationem scholarium pro numero Conventus nostri augmentandi in divinâ paginâ, vel philosophiâ, congruis temporibus apud **Stanford** studentium (&c.) Sigillatum cum sigillo domini *J. Lincolniensis* Episcopi. Testibus domino *Roberto* de *Fligesthorp*; *Philippo* de *Paunton*; *Theobaldo* de *Neuvile*; *Johanne* de *Foleville*; *Rogero Mortern*; *Radulpho* de *Sancto Lando*, *Gulfredo* de *Brunne* militibus, (&c.)

COENOBIUM

de Haverholme *in Comitatu* Lincolniæ.

Carta fundationis ejusdem, per Alexandrum Lincoln. *Episcopum.*

Ex autographo penes Guilielmum Dugdale Militem.

BEnedictus Deus & dominus noster *Jesus Christus*, qui in misericordia aperuit oculos misericordiæ suæ super nos, & illuminavit oculos mentis nostræ, & inclinavit cor nostrum necessitati ancillarum suarum, fidelium Sanctimonialium, *videlicet* miræ religionis, quæ sub custodiâ & doctrinâ *Gileberti* sacerdotis, Christo Deo devotè militant. Hæ vitam artam, viam sanctam, viam scilicet monachorum *Cistercensis* religionis arripientes, quantum illius sexus valitudo permittit, eam tenere contendunt, & tenent: Quæ, cum locum religioni earum congruum non haberent, divinâ inspirante gratia, præparavimus & dedimus eis, quod satis vitæ earum competat. Dedimus enim eis Insulam **Fafreholm**, priùs vocatam, quæ nunc Insula sanctæ *Mariæ* appellatur, & esse creditur, cum omnibus quæ ad eam pertinent; in prato, & in terrâ, quæ culturæ satis est congrua; & in maresco, & in aquis, & in cæteris, usque ad fines ipsius Insulæ, cum duobus molendinis, solutam & quietam ab omni humano & sæculari servicio, in possessione perpetuâ. Illis verò, qui nobiscum in eade n

dem Insulâ partem habuerunt, pro parte eorum satisfecimus; videlicet *Radulfo Halselin*, & *Roberto* de *Calz*. Dedimus autem eis escambium ad gratum eorum in molendino uno. Hanc autem donationem, quam fecimus supradictis Sanctimonialibus, confirmavimus, & confirmamus, assensu & testimonio Capituli nostri Sanctæ matris Ecclesiæ *Lincolniæ*, & testimonio *Rannulfi* Comitis *Cestriæ*, & *Willielmi* Comitis *Cantebrigiæ*, fratris ejus, & proprii sigilli mei testimonio.

Quicumque autem fideles, pro Dei amore, & nostrâ prece, eis manum misericordiæ porrexerint, vel beneficium aliquod inpenderint, vel defensionem contra Dei inimicos, & earum adversarios prætenderint, quantum ad nostri Ordinis dignitatem, simul & potestatem pertinet, suscipimus eos in orationibus, & in omnibus beneficiis nostræ matris Ecclesiæ *Lincolniæ*, & nostris & omnium Ecclesiarum nostræ parochiæ, simul etiam & Abbatum, & Monachorum, & Canonicorum, & sacerdotum, & Hæremitarum & Anachoritarum, & omnium fidelium; & participes esse concedimus. Qui autem hanc gratiam & caritatem nostram adnichilare, vel ad deteriùs mutare voluerit, vel diripere, vel minuere præsumpserit; vel eas, vel suos, vel suâ malivolâ mente infestaverit, vel vi abstulerit; vel fraude circumvenerit; vel aliquâ injuriâ molestaverit, illâ dampnatione, quâ *Judas* ille Dei & Domini nostri *Jesu Christi* traditor periit, & illa quam *Petrus* Apostolus *Simoni Mago* intulit, & quam *Datan* & *Abiron* meruerunt, & pertulerunt, dampnamus, & maledicimus, & anathematizamus, nisi verè pœnituerint, & Ecclesiasticâ disciplinâ & consilio errata correxerint, Amen. Hanc autem gratiam contulimus supradictis Christi famulabus, pro consolatione & provectu nostræ matris Ecclesiæ, & pro nobismet; ipsis & amicis nostris, & pro animâ Regis *Henrici*, & avunculi mei *Rogeri*, qui fuit Episcopus *Saresberiensis*; & pro animabus patris & matris meæ & amicorum meorum defunctorum. Memores estote nostri karissimi in orationibus vestris, ut Deus misereatur vestri. Amen. Anno *M.C.xxxix.* ab incarnatione domini nostri *Jesu Christi*, Ego *A. Lincolniæ* Episcopus, hac Cartâ meâ confirmavi supradictam donationem sub prædictorum & multorum aliorum testimonio.

A.D.1139.

PRIORATUS

de Chikesand *in agro* Bedfordiensi.

Carta Pagani *de* Bellocampo *Ecclesiam de* Chikesand *& diversas terras, tam de suo feodo, quàm de aliorum donatione, confirmans.*

Ex ipso autogr. in bibl. *Deuvesiana.*

OMnibus sanctæ Ecclesiæ fidelibus, tam præsentibus quàm futuris; *Paganus* de *Bellocampo* & uxor ejus *Rohaisa* Comitissa, Salutem: Notum sit vobis omnibus, quod ego *Paganus* de *Bellocampo*, & uxor mea *Rohaisa* Comitissa dedimus Sanctimonialibus in Ecclesiâ Sanctæ *Mariæ* de *Chikesandia*, Deo devotè servientibus, sub custodiâ *Gilleberti* de Sempingeham, illas terras totas, quas tenuerunt in *Chikesandia Ricardus* cognomento Monachus, & *Avenellus*, & *Warnerius* de *Hagnes* cum Ecclesiâ, & omnibus rebus pertinentibus ad easdem terras; videlicet in Molendinis, in aquis, in pratis & in pascuis, in bosco & in plano: *Ricardo* verò, & *Avenello*, & *Warnerio* satisfecimus, dantes eis alias terras in excambiis ad gratum & voluntatem eorum: Dedimus etiam in villâ de Hagnes, Grangiam, cum quadringentis acris, quas eis assignari fecimus per *Normannum* Sacerdotem, & *Gaufridum Loharum*, cum testibus plurimis, sicut & modo tenent: & silvam de *Appeleia*, exceptâ parte, quam tenuit *Olavus* Sacerdos de Hagnes, & nostrum demenium virgultum, juxta Ecclesiam ejusdem villæ: & dimidiam virgatam, quam tenuit *Lefstenus* Custos virgulti, cum mansurâ suâ: Et *Godricum* Carpentarium ad reficiendum domos Sanctimonialium cum mensurâ suâ, & quartâ parte virgatæ. Ecclesiam quoq; ejusdem villæ, cum pertinentiis suis, eis concessimus, post decessum *Philipp* de *Brai*. Præter hæc dedimus eis molendinum de *Willitona*, cum terrâ adjacente; scilicet dimidiâ virgatâ cum mansurâ: In villâ quæ vocatur *Cogo Pol* concessimus eis viginti acras terræ, quas eis dedit *Adeliz* uxor *Wigani*, concedentibus filiis suis *Radulfo* & *Waltero*. In villâ de *Cameltona* tres virgatas terræ de nostro feodo item illis concessimus, quas *Adeliz* uxor *Walteri* des *Mareis* eis dedit, concedente filio suo *Hugone*; & quicquid ad easdem virgatas pertinet; in bosco, in plano, in pratis, in pascuis, scilicet totum dimidium demenii sui, exceptâ mansurâ Domus propriæ. Hæc omnia dedimus eis in perpetuam possessionem, liberâ & quietâ ab omni terreno servitio & exactione, pro amore Dei & beatæ Virginis *Mariæ*, & omnium Sanctorum, & pro animabus patrum & matrum nostrorum, & pro animâ *Simonis* de *Bellocampo*, & omnium parentum suorum.

Denique ne ista aliquis perturbare aut diminuere quæreret, privilegio Domini Papæ fecimus confirmari. Hujus Donationis nostræ testes sunt *Henricus Eboracensis* Archiepiscopus; *Simon* Abbas de *Sartis*; *Nicholaus* Archidiaconus; *Willielmus* de *Gorham*; *Willelmus* Capellanus; *Nicholaus Acelini* filius, *Paganus* Canonicus; *Gillebertus* Capellanus; *Radulfus* Mansel; *Normannus* Sacerdos; *Philippus* de *Sanuera*; *Robertus* filius *Briani*; *Gaufridus Loharius*; *Gaufridus* filius *Radulfi*; *Rogerus* de *Candos*; *Willielmus* de *Sancto Edwardo*; *Robertus Fancillinus*; *Walterus* de *Hagnes*; *Hugo* de *Hagnes*; & multi alii.

Carta Willielmi *filii* Simonis *de* Bellocampo, *donationes sui patris & aliorum recitans & confirmans.*

Ibid. OMnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, *Willelmus* de *Bellocampo*, filius *Simonis* de *Bellocampo*, salutem. Sciatis Universi, quod ego *Willielmus* de *Bellocampo*, pro animâ patris mei *Simonis*, & animabus antecessorum meorum; & pro salute meâ & matris meæ *Isabellæ*, & uxoris meæ *Gunnoræ*, & fratrum & amicorum meorum (&c.) concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de Chikesand, & Conventui ejusdem loci, quicquid pater meus *Simon* de *Bellocampo* eis dedit & concessit, tam in Ecclesiis, quam in terris, pratis (&c.) scilicet Ecclesiam de Chikesand, cum pertinentiis; & illas terras totas, quas tenuerunt in Chykesande *Ricardus Monachus*, & *Avenellus*, & *Hugo* de *Bereford*, & *Warnerus* de *Hagenes*, cum omnibus libertatibus (&c.) & Ecclesiam de Hagnes cum omnibus pertinentiis; & Grangiam de Hagnes, cum omnibus pertinentiis (&c.) & Ecclesiam de Cogepol cum omnibus pertinentiis; & quicquid habent in Cogpole de dono patris mei; Et Ecclesiam de Capsthou, cum omnibus pertinentiis suis; & quicquid habent in Capsthou, & Scotton, & alibi de feodo meo, de dono & confirmatione *Rogeri Landos*, *Roberti Fancilun.* & sedecim aliorum in eadem villâ (&c.) Et Ecclesiam de Stotfalde, cum Capellâ de Estwykе (&c.) & Ecclesiam de Lincelade, cum omnibus pertinentiis (&c.) Testibus *Bartholomæo* de *Leya*, *Radulfo Morini*, *Roberto* de *Broy*, *Galfrido Rufo*; *Johanne* de *Pavilham*, *Henrico* de *Boeles*. (&c.)

Carta Regis Edwardi *secundi*; *per quam licentiam dat* Johanni Blondel, *quod ipse Manerium de* Chikesand *dare possit Priori & Conventui ejusdem loci.*

Pat. 10. E. 2. p. 2. m. 29. REx omnibus ad quos &c. salutem. Licet de communi consilio (&c.) Ad requisitionem tamen dilecti consanguinei & fidelis nostri *Adomari* de *Valencia*, Comitis *Pembrochiæ*, concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, *Johanni Blondel*, quod ipse manerium de Chikesande, cum pertinentiis dare possit & assignare dilectis nobis in Christo Priori & Conventui de Chikesande, Habendum & tenendum sibi & successoribus suis imperpetuum. Et eisdem Priori & Conventui, quod ipsi manerium prædictum cum pertinentiis à præfato *Johanne* recipere possint, & tenere sibi & successoribus suis imperpetuum, sicut prædictum est, tenore præsentium similiter licentiam dedimus specialem; Nolentes quod prædictus *Johannes* vel hæredes sui, aut præfati Prior & Conventus seu successores sui ratione Statuti prædicti, per nos vel hæredes nostros indè occasionentur in aliquo, seu graventur: Salvis tamen capitalibus dominis feodi illius, serviciis indè debitis & consuetis. In cujus &c. T. Rege apud Saunford *xxviii.* die *Januarii*.

PRIORATUS

de Bolington *in agro* Lincolniensi.

Carta fundationis ejusdem.

UNctis Christi fidelibus, *Simon* filius *Willielmi* salutem. Sciatis me fundâsse domum quandam religionis in parco meo de Bolyngton, in honore Dei, & beatæ Virginis *Mariæ*: & dedisse illam Sanctimonialibus Ordinis de Sempingham, & fratribus earum, Clericis & laicis, ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ & *Agnetis* uxoris meæ, & omnium antecessorum nostrorum. Dedi etiam eis partem de parco meo, ut ibi habitent; & partem de bosco meo, & de terris meis, in Aquilonali parte, & orientali ejusdem domus, per metas & divisas determinatas, & eis assignatas. Similiter dedi eis, ad sustentationem suam, Ecclesias de Bolyngton & Langton, cum omnibus pertinentiis suis; & molendinum meum de Hachethorn. Dedi similiter eis, in territorio meo de Faldingwerk, totum Aldefeld, de Nafuestoft, usque ad Mozmatchem in occidente; & exinde rectâ lineâ, versùs meridiem, usque ad divisa de Hanetwat; & ex eodem Mozmathem usque ad divisas de *Neutona*, in aquilonali parte. Assignavi etiam eis in eodem territorio, locum ad habitandum, ut ibi faciant domos & grangias & cæteras officinas suas, cum libero introitu & exitu. Dedi etiam totam terram, quam habebam in Wameth, de feudo *Willielmi Bechet*, in territorio de Faldingwood; cum communi pasturâ ejusdem villæ, & de Aldefeld sexcentis ovibus, & aliis animalibus & pecoribus suis. Hæc omnia eis dedi & assignavi per manum *Roberti* secundi Episcopi *Lincolniæ*, in puram & perpetuam elemosinam, libera & quieta ab omni seculari servicio

Ex vetusto rotulo pergameneo, in bibl. Dom. vesiana. 1648.

servicio & exactionibus. Et ego, & hæredes mei post me warantizabimus eis hæc omnia prædicta, contra omnes homines, sicut specialem elemosinam nostram. Hujus rei testes sunt, ipse Dominus *Robertus*, Episcopus *Lincolniensis*, *Adelinus* Decanus; Magister *Humo*; *Robertus* archidiaconus; *Malgerus* de *Nowers*; *Philippus* de *Kima*, & *Simon* & *Walterus* filii mei: *Willielmus Becket.*

Carta Willielmi *filii* Philippi *de* Kimâ, *de situ Abbatiæ, necnon omnibus terris & Ecclesiis de feodo suo.*

OMnibus Christi fidelibus præsens scriptum visuris vel audituris, *Willielmus* de *Kima*, filius *Philippi* de *Kima* secundi salutem in Domino. Noveritis me divinæ caritatis intuitu, & pro salute meâ, & *Luciæ* sponsæ meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum, concessisse & præsenti Cartâ meâ confirmasse Deo & beatæ *Mariæ*, & Priori ac Conventui utriusque sexus domus de **Bolyngton**, in puram & perpetuam elemosinam, liberam & quietam ab omni seculari servicio, & terrenâ exactione, quicquid habent de feodo meo, sine aliquo retinemento, scilicet scitum Abbatiæ suæ, cum omnibus terris & nemoribus, tenementis, & pasturis, & omnibus aliis pertinentiis & aisiamentis suis; & liberam viam per omnes terras meas ad omnes usus suos, sicut ad usus meos proprios, vel hæredum meorum; exceptis blado & prato secundùm morem & antiquam consuetudinem patriæ positis in defenso; & exceptis boscis de **Bolyngton**, salvâ dictis Priori & Conventui liberâ viâ ad omnes decimas suas pacificè inde cariandas; Et totam grangiam suam de **Aluefelo**, cum omnibus terris & tenementis, quæ de feodo meo habent in **Faldingworth**, in **Spaldington**; in **Toft**, & in **Beuton**, in **Ingham**, in **Riande**, & in **Bolyngton**, in **Wraghy**, in **Herdewic**, in **Hakethorn**, in **Langton**, in **Drecumbe**, in **Burgo**, in **Winthorp**, in **Scegnes**, in *Freskena*, in **Wanfleth**, in **Braitoft**, in **Gauneby**, in **Hatoft**, in **Sutton**; in **Walberthorp**, in **Hemmingby**, in *Sarewra*; & in marisco de **Betringham**, cum omnibus pertinentiis, libertatibus, & aisiamentis suis, infra villas & extra; & liberam piscariam in aquâ meâ, & de **Dokedic** inter **Winstanhow** & **Brudewar**; videlicet quatuor hominibus cum duobus batellis & duobus tramaliis, per duos dies per annum, in adventu Monialium apud **Bolyngton**, versùs magnum Capitulum de **Sempingham**.

Et præterea concessi & confirmavi prædictis Priori & Conventui omnes patronatus & advocationes Ecclesiarum de **Bolyngton**, de **Langton**, de **Fuletheby**; de **Haberingham**; de **Burgo**, de **Wynthorpe**; de **Prestwald**; de **Ingham**; de **Spaldington**; in medietate Ecclesiæ de *Firskena*, & in medietate Ecclesiæ de **Hackthorn**, cum omnibus terris & tenementis ad prædictas Ecclesias pertinentibus, & cum omnibus aliis pertinentiis & libertatibus suis. Habenda & tenenda prædicta omnia & singula, sine aliquo retinemento, sibi & successoribus suis liberè, quietè, pacificè & honorificè, in puram & perpetuam elemosinam in perpetuum; Ita quidem, quod nec ego nec hæredes mei, vel assignati aliquod jus vel clameum, seculare servicium vel demandum, aliquâ ratione de cætero possimus exigere de prædictis terris & tenementis, cum omnibus ad singulis pertinentiis: ego verò *Willielmus* & hæredes mei, vel assignati, adquietabimus & defendemus omnia, & singula præmemorata de omnibus rebus, & exactionibus, sectis Curiarum & demandis, & de omnibus servitiis & consuetudinibus, querelis & occasionibus, & de omnimodis forinsecis serviciis contra dominos feodorum, & contra omnes homines & fœminas, sicut puram & perpetuam elemosinam nostram in perpetuum. In cujus rei testimonium præsens scriptum sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus, dominis *Philippo* de *Arci*, *Nicholao Burdeth*, *Ada* de *Youtheby* militibus; *Gilleberto* de *Cherles*; *Roberto* de *Misserton*; *Stephano de Land*; *Thoma Mustell*; *Hugone* de *Helewelle*; *Philippo* de *Merle*; *Roberto Herre* de **Wynthorp**; *Ada Jumbes*. Data apud *Lincolnium* die sanctæ *Katherinæ* virginis, anno Domini, *M.C.C.lvi.*

Carta Roberti Patrel *de Ecclesia de* Houtuna *in comitatu* Leicestriæ.

OMnibus &c. *Robertus Patrel* de *Cotes*, salutem. Notum sit vobis me (&c.) dedisse (&c.) Sanctimonialibus de **Bolyngton**, & fratribus earum, Clericis ac laicis, Ecclesiam de *Houtuna*, & advocationem ejus, cum omnibus pertinentiis (&c.) in puram & perpetuam elemosinam (&c.) Hiis testibus, *Willielmo* Sacerdote de **Riande**; *Herberto* Capellano de **Barkelwold**; *Aketello* Capellano de **Prestwold**; *Hugone* Capellano de *Hou*, *Ivine* de *Prestwold* (&c.) Hæc carta facta est in Capitulo Sanctimonialium, quando prædictus *Robertus Patrel* in fraternitatem susceptus est.

Carta Heliæ *filii* Ankitelli *de* Prestwould, *de Ecclesia de* Prestwould.

OMnibus (&c.) *Elias* filius *Anketelli de Prestwald*, salutem. Sciatis me concessisse (&c.) Monialibus de **Bolyngton** (&c.) donationem patris mei; scilicet Ecclesiam S. *Andreæ* de **Prestwald**, cum Capellis & omnibus aliis pertinentiis suis (&c.) Hiis testibus, magistro *Ricardo* de *Kima* de *Prestwald*, (&c.)

Carta Simonis *de* Kima, *donationem unius tofti in* Burc *confirmans.*

SCiant (&c.) quod ego *Simon de Kima* concessi, (&c.) Deo & beatæ *Mariæ*, & Conventui Sanctimonialium de **Bulintune**, & fratribus earum, Clericis & laicis, donationem quam *Willielmus* filius *Gilberti* de *Sceggenesse* fecit eis; scilicet de uno tofto trium acrarum in **Burc**: (&c.) Hiis testibus, *Willielmo* de *Kima*; *Simone* de *Sais*, *Thoma* de *Hudetorpe*

Hudescrpe; *Willielmo* de *Caneto*, *Waltero Bec*, *Hugone* de *Merle*; *Simone* de *Kima* persona. *Alano* de *Muer*; *Roberto* Clerico de *Saunford*, & multis aliis.

Carta Philippi *de* Kimâ *donationem* Philippi *avi sui, de terris in campis de* Hotofte *&* Sutton, *confirmans.*

UNiversis (&c.) *Philippus* de *Kima*, filius Domini *Simonis* de *Kima* salutem. Noveritis me pro salute meâ, & animabus patris mei, & matris meæ *Roisiæ*, & omnium antecessorum meorum, dedisse, quietas clamasse, (&c.) Priori & Convemui utriusque sexus de Bolyngton, quæ est de fundatione progenitorum meorum, in puram & perpetuam elemosinam, omnes terras (&c.) quæ habent de feodo meo de dono & scoffamento quondam *Philippi* avi mei, in villis & campis de Hotofte, & Sutton; videlicet locum in quo fratres habitare solebant, (&c.)

Cartâ Alexandri *de* Crevequer *de* xl. *acris terræ arabilis in territorio de* Bachetorn.

SCiant, tam præsentes quam futuri, quod ego *Alexander* de *Crevequer* concessi (&c.) Monialibus de *Bulingtuna*, quadraginta acras terræ arabilis in territorio de Bachetorn, & decem acras prati, & duas ad habitandum juxta molendinum, quod situm est infeudo *Symonis filii Willielmi*, liberas & quietas ab omni seculari servicio, cum communi pasturâ de Bachetorn, & de Banctworth quingentis ovibus & decem vaccis, & totidem vitulis. Concessi etiam & dedi & confirmavi ipsis Monialibus totam Insulam quæ dicitur Tunstale, in territorio de Redburn, & in insula Badhe, totam partem, quæ ad feudum nostrum pertinet, præter illam terram quam *Reginaldus Waseelin* de feudo nostro tenuit, pro quâ terrâ pater meus *Reginaldus* & ego dedimus prædictis Monialibus extra insulam triginta acras de terrâ arabili in campo de Redburn, & communem pasturam trescentis ovibus cæterisque pecoribus earum; & plenariam communionem in pasturis, & in mariscis, & in aquis, & in piscariis, & totum pratum nostrum, quod est inter Tunstale & Badhe, usque ad Bancolute; & totum Wilfholm, & sexdecim acras alias extra insulam in campis de Redburn. Præter hæc concessi eis & dedi & confirmavi situm molendini quod tenuit *Seir* de *Bove*, de feudo nostro. Et ut hæc omnia, terram *scilicet* arabilem, pratum, & pasturas, & piscariam, tam in aquis quàm in mariscis, securè & plenariè habeant, Sigilli nostri munimine Divinæ pietatis intuitu, illis corroboravi, (&c.)

Stemma Reginaldi Creuker, *Baronis de* Redburn.

Ex quodam cartaceo Rotulo M. S. in bibl. *Dugdalliana.*

REginaldus *Creuker*, qui desponsavit *Matildem* filiam & hæredem *Gilberti* filii *Geroslini*, qui contulit domui de Bullyngton in primâ fundatione ejusdem domus, quod habemus in Redburne. Et post decessum dicti *Reginaldi Matildis*, uxor ejus confirmavit donationem *Reginaldi* mariti sui. Et post eos *Alexander* filius & hæres eorum; Et post eum *Simon* frater ejus & hæres; Et post eum *Cecilia Creuker*, filia *Simonis* & hæres. Ista fuit desponsata domino *Waltero* de *Neville*, de quâ habuit exitum *Alexandrum* filium & hæredem. Et post obitum Domini *Walteri* viri sui, ista movit placitum in curia Domini Regis de prædicta terrâ de Redburne; & concordati fuerunt, sicut patet in fine levato inter eos, coram Justiciariis de Banco, anno regni Regis *Johannis* primo. Dictus *Alexander* habuit alterum *Alexandrum* filium ejus, & hæredem. Et iste *Alexander* fuit ultimus Baro de Redburne, qui habuit quinque filias, inter quas Baronia fuit partita.

Carta Philippi de Kyma *& uxoris ejus* Hahewissæ.

OMnibus Christi fidelibus, *Philippus* de *Kima* & uxor ejus *Hahewissa*, Salutem. Sciatis nos concessisse Deo & Ecclesiæ de *Bullingtuna*, quam Pater meus & ego *Philippus*, in honorem Sr. *Mariæ* fundavimus, ad opus Sanctimonialium ibidem Deo servientium, quicquid *Simon*, *filius Willielmi* Pater meus eis dedit; videlicet in terris, pratis, pascuis, nemoribus, ... omnibus. Præterea ego & *Hahewissa* uxor mea concessimus & dedimus, & hac Cartâ nostrâ confirmavimus Deo & Ecclesiæ de *Bullingtuna* ad sustentationem Canonicorum ibidem servientium, totam terram quam in Dominio meo habui in Faldingworth, & Ecclesiam de Spridlingtone cum omnibus pertinentiis suis, in feudo meo sitam; & Ecclesiam de Wintorp, cum omnibus pertinentiis suis; & dimidiam Ecclesiam de Frescheney, & statutum redditum unius marcæ argenti de redditu molendini de Croft, quam annuatim persolvent Ecclesiæ de Sempingham pro Ecclesia de Tirintune. Dedimus etiam prædictis Canonicis viginti Sextarios Salis, per singulos annos in perpetuum, in Croft. Hæc omnia concessimus prædictis Canonicis & Sanctimonialibus, in præsentiâ Venerabilis Patris nostri *Roberti* secundi Episcopi *Lincolniæ*, & ejus authoritate & testimonio confirmavimus, ut profit nobis & hæredibus nostris, & cæteris amicis nostris, vivis & defunctis, & nunc, & in perpetuum. Hæc autem omnia dedimus eis in puram, & perpetuam elemosynam, liberam & quietam ab omni exactione & consuetudine & seculari servitio; Nam nos guarantizabimus ea erga omnes homines. Hujus donationis Testes sunt *Robertus* secundus Episcopus *Lincolniæ* & *Walterus* Abbas, & *Godefridus*, & *Albri* Monachi de *Barbeneia*; & *Odardus*, & *Hugo*, & *B.* ... Monachi de Revesbi; & *Hugo* Canonicus de *W.* ... & *Rogerus* de *Beningworta*; & *Thomas* filius *Willielmi Hacun*, & *Ricardus* Clericus de *Cantebrisge*, & *Willielmus Hostriter*.

Ibid.

Carta

Carta Philippi *de* Kima.

CUnctis Christi fidelibus, præsentibus & futuris, *Philippus* de *Kima* salutem. Notum sit vobis me concessisse, dedisse, & hac præsenti Chartâ meâ confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ* & Conventui de Bolingtone ad sustentationem vestimentorum suorum viginti acras prati in territorio de Hatofte, de Dominico prato meo: *viz.* in Holecrofte, undecim acras; *scilicet* à fossato *Willelmi Hellecor* in latitudine, versùs austrum, usque australem angulum orti prædicti Conventus; & de eodem angulo in longitudine versùs occidentem, secundùm divisas & metas, factas inter eundem pratum & meum, quod est ex australi & occidentâle parte: Et in Sudhenges novem acras in duobus locis; scilicet quæ vocantur Wraes. Concessi etiam & confirmavi eidem Conventui in communi pastura mea de Hatofte, pasturam sexcentis ovibus suis. Concessi etiam & confirmavi eidem Conventui locum in quo habitant fratres prædicti Conventus, quem avus meus *Philippus* de *Kima* eis dedit, & sicut postea omnimodo tenuerunt. Hunc autem tenementum prædictum; cum suis pertinentiis, ego & hæredes mei warantizabimus prædicto Conventui in puram & perpetuam elemosinam, liberam & quietam ab omni seculari servitio & exactione, contra omnes homines & fœminas in perpetuum. Hanc donationem & concessionem feci dicto Conventui cum libero introitu & exitu suo; & omnium suorum, pro salute mea & *Agnetis* sponsæ meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum. Hiis testibus, *Giloberto* de *Benigwrd*, *Thoma* de *Muleton*, *Simone* de *Chauncy*, *Johanne* de *Oreby*, *Philippo* de *Chauncy*, *Simone* de *Marton*, *Willielmo Cressaunt*.

Carta Simonis *de* Crevequer.

CUnctis Christi fidelibus *Simon* de *Crevequer* salutem: Sciatis omnes, tam præsentes quàm futuri, me concessisse, & hac Cartâ meâ confirmâsse omnium quam Pater meus *Reginaldus* de *Crevequer*, & mater mea, & *Alexander* frater meus dederunt Sanctimonialibus Ordinis de Sempingham, quæ & S. *Mariæ* serviunt in Bulintone, & fratribus earum, tam Clericis quàm Laicis in perpetuam elemosinam, sicut Cartæ eorum testantur; videlicet, quadraginta acras terræ arabilis in territorio de Haccatorn, & decem acras prati, & duas acras ad habitandum juxta molendinum, quod situm est in feudo *Simonis* filii *Willelmi*, quod prædictarum Sanctimonialium fratres tenent, liberas & quietas ab omni seculari servitio, cum communi pasturâ in territorio de Hacchetone, & de Hanewathe, quingentis ovibus & decem vaccis, cum totidem vitulis. Confirmavi etiam ipsis Sanctimonialibus & earum successoribus, quicquid eis dederunt in territorio de Redburne, scilicet totam insulam quæ dicitur Tunstal, & in Insula Hathe totam partem, quæ ad feudum nostrum pertinet, præter illam terram quam *Reginaldus Wacelin* de feudo nostro tenuit; pro quâ terrâ dedimus eis excambias extra Insulam; scilicet triginta acras de terrâ arabili in territorio de *Redburna*, & communem pasturam trecentis ovibus, cæterisq; pecoribus earum & communionem in pasturis, in mariscis, in aquis, in piscariis, & pratum nostrum, quod est inter duas Insulas; scilicet inter Tunstal & Hathe; & totam Wilfholm; & sexdecim acras alias extra Insulam in campis de *Redburna*. Hæc omnia confirmavi prædictis Sanctimonialibus possidenda benè & in pace, libera & quieta ab omni seculari servitio, & consuetudine & exactione, in puram & perpetuam elemosinam, sicut aliqua elemosina à Religiosis liberiùs possideri potest. Quoniam ego & hæredes mei acquietabimus ista omnia supradicta ad opus earum, erga Regem & omnes homines, pro salute meâ & meorum, & pro animâ Patris mei, & matris meæ, & *Alexandri* Fratris mei, & omnium parentum meorum, ut prosit nobis in perpetuum. Hiis testibus, *Philippo* de *Kyme*, *Waltero* Vicecomite, *Dromone* fratre ejus, *Rogero* de *Muletot*, *Rogero* de *Beningword*, *Herberto* filio *Adelardi*, *Thoma* filio *Willielmi*, *Henrico* de *Campania*, *Warnero* de *Campania*, *Olivero* de *Vendoure*, *Willielmo* fratre ejus, *Radulfo* filio *Osberti*, *Willielmo* de *Barchewrthe*, *Roberto* de *Ormesbi*, *Roberto* de *Maringa*, *Roberto Ribald*.

Carta Philippi *de* Kime.

CUnctis Christi fidelibus, *Philippus* de *Kime*, salutem. Notum sit vobis me assensum præbuisse donationi Patris mei, qui dedit Sanctimonialibus de Bulingtun Ecclesiam ipsius villæ, & Ecclesiam de Langetune, cum omnibus pertinentiis suis, in decimis, terris & in omnibus aliis rebus. Et ut securiùs & firmiùs teneam ex parte meâ, quantùm ad me pertinet, qui sum hæres ejus, easdem Ecclesias eis dedi in perpetuam elemosinam manu meâ in manu *Roberti* secundi Episcopi *Lincolniæ* positâ. Hanc donationem meam hoc scripto confirmavi, ut liberas & quietas easdem Ecclesias ab omni exactione & sæculari servicio teneant. Hujus rei Testes sunt Dominus *Robertus* secundus Episcopus *Lincolniæ*, *Radulfus* de *Disci* Archidiaconus *Lundoniæ*; *Nicolaus* del *Seel*; *Robertus* de *Burun*; Magister *Malgerus*, *Rogerus* filius *Willielmi*; *Petrus* de *Melide*, *Walterus* de *Amundavilla*, *Rogerus Doli*, *Johannes Miles Templi*, *Simon* filius *Simonis*, *Willielmus* frater ejus, *Will.* filius *Ricardi*, *Henricus* filius *Ngelli*.

Carta R. *de* Crevequer *de Insulis de* Tunstal & Hade.

EPiscopo *Lincolniæ* & universis filiis sanctæ matris Ecclesiæ, tam præsentibus, quam futuris R. de *Crevequer* salutem. Sciatis me dedisse & hac meâ præsenti Cartâ confirmâsse, concessione & consilio *Matildis* uxoris meæ, & *Alexandri* filii mei, & aliorum

orum hæredum meorum, Deo & Sanctæ *Mariæ* & Sanctimonialibus de *Insula*, quæ dicitur Tunstal, eandem Insulam, & in Insula Wade totam partem quæ ad feudum meum pertinet, & totum Wulfholm, & pratum meum quod est inter duas Insulas, scilicet inter Tunstal, & Wade, & sedecim acras de terra mea, & communam in pasturis, in marisciis, in aquis, in piscariis. Hanc donationem feci prædictis sanctimonialibus pro anima *Henrici* Regis, & *Jolleberti* filii *Goscelini*, & pro salute animæ meæ & uxoris meæ, & filiorum meorum, & Patris mei, & Matris meæ, & omnium parentum nostrorum, in puram & perpetuam elemosinam, liberam & quietam ab omni terreno servicio sive dono, & ad construendam Abbatiam loca prænominata concessi. Hujus rei testes sunt *Robertus* Archidiaconus *Lincolniensis*; *Umfridus* subdecanus; *Gillebertus* filius Archidiaconi; Magister *Rogerus*; *Thomas* de *Brachenberga*, Monachus de *Parco Lude*; & *Willielmus* filius *Goscelini* Monachus ejusdem loci; *Willielmus* de *Crevequer* nepos meus; *Oliver* de *Vendonere*; *Rogerus* de *Planca*; *Ricardus* de *Curci*; *Fromund*.

Carta Prioris & Conventus de Sirhill, *de Ecclesia de* Pettilton.

Ex autographo in bibl. *Harleiana.*

SCiant præsentes & futuri, quod nos Prior & Conventus domus sive Prioratus sanctæ *Mariæ* de Sirhill, Ordinis Sancti *Gilberti* de Sempyngham, in Comitatu *Lincolnia*, dedimus, concessimus, & hac præsenti Cartâ nostrâ confirmavimus Deo & beatæ *Mariæ* & Priori, & Conventui domus, sive Prioratus sanctæ *Mariæ* de Wolvington, in comitatu prædicto, in puram & perpetuam elemosinam, unam bovatam terræ arabilis, quam habemus in territorio & campis villæ de Pettilton in Comitatu prædicto, cum advocatione & patronatu Ecclesiæ sancti *Joh.* Baptistæ ibidem. Habendum & tenendum prænominatam bovatam terræ arabilis, cum advocatione, & patronatu prædictæ Ecclesiæ, prænominatis Priori & Conventui de Wolvington, & eorum successoribus in perpetuum. Datum in domo nostrâ Capitulari de Sirhill Vicesimo die mensis *Martii*, Anno Domini *Millesimo CCCC. Sexagesimo nono.*

PRIORATUS
de Watton, *in agro* Eboracensi.

De prima ejusdem Fundatione.

Hist. *Angl.* Script. antiq. col. 415.

INter Monasteria virginum, quæ vir venerabilis, ac Deo dilectus, pater & presbiter *Gilbertus*, per diversas *Angliæ* provincias, in fervore construxit; unum in provincia *Eboracensi* situm est, in loco qui aquis & paludibus septus, ex re nomen habet: Dicitur Watton, id est humida villa, qui quondam, ut refert venerabilis *Beda*, magno sanctarum mulierum pollebat examine, ubi & beatus pontifex *Joannes*, puellam, ob incautam sanguinis diminutionem ferè desperatam, salubri tactu, & oratione sanavit. (&c.)

Carta fundationis ejusdem, per Eustachium *filium* Johannis.

OMnibus Christi fidelibus *Eustachius* filius *Johannis* salutem. Sciant omnes, qui legerint & audierint hanc Cartam, quod ego *Eustachius* & uxor mea *Agneta*, & hæredes nostri, dedimus in perpetuam elemosinam Sanctimonialibus, quæ Deo serviunt in *Wartona*, ipsam villam de *Wartona* totam, in terris, in aquis, in pratis, & in pascuis, & in marisciis, & in cæteris rebus, intra villam, & extra villam, pro animabus patrum, & matrum, & filiorum, & filiarum, fratrum, & sororum nostrorum, & amicorum nostrorum; & eam habeant & teneant liberam, & quietam ab omni exactione & seculari servitio. Dedimus etiam eis *Hor* de Seriby, cum totâ terrâ suâ; videlicet, tres bovatas terræ, cum mansurâ suâ, & omnibus rebus suis in perpetuam elemosinam, in liberâ possessione; sine omni seculari servitio. Hujus donationis testes sunt *Willielmus* filius *Gueri*; *Willielmus Latimer*; *Willielmus* filius *Osberti*; *Richardus* Capellanus; *Warinus* Presbiter; *Hervens* Canonicus de *Lincolnia*; *Willielmus* de *Mynghall*.

Ex autographo in bibl. *Harleiana.*

Cart. Eccl. S. E. Ebor. n. 63.

Confirmatio Henrici *Archiepiscopi* Eboracensis, *de fundatione domus de* Wattun *per* Eustachium *filium* Johannis *fundata, & confirmata per* W. Fossard, *in cujus feodo sita est.*

UNiversis sanctæ matris Ecclesiæ filiis, *Henricus* Dei gratiâ *Eboracensis* Archiepiscopus salutem, & Dei benedictionem: Universitati vestræ innotescat, apparuisse in præsentiâ nostrâ *Willielmum Fossard* apud *Beverlacum*, ibiq; coram communi Capitulo, in Ecclesiâ *Sancti Johannis* concessisse & confirmâsse Sanctimonialibus de *Wattona*, donum *Eustachii* filii *Johannis*, super eadem villa de Wattun, eisdem Sanctimonialibus factum prece ipsius *Eustachii*. Superaddidit etiam eis ex proprio dono suo, & quietum clamavit, quicquid juris ipse in prædictâ villâ de Wattun habebat, in puram & perpetuam elemosinam, & nominatim servitium duorum militum, quod præfatus *Eustachius* ei indè debebat, & hoc totum specialiter assignavit, & dedit ad sustentamentum tredecim Canonicorum qui ibidem jam dictis Sanctimonialibus perpetuò servituri & provisuri sunt, tam in divinis quam in terrenis, secundùm instituta Ordinis de Sempyngham. Hanc donationem & confirmationem attestamur, & juxta petitionem supradictorum virorum venerabilium, *Willielmi* scilicet *Fossard*, & *Eustachii* filii *Johannis*, quam sanctam & justam judicavimus, authoritate Ecclesiæ beati *Petri Eboraci*, & nostrâ, quâ

Ex autographo in turri beatæ *Mariæ Eboraci.*

quâ fungimur, ac præsentis Cartæ nostræ attestatione; perpetuâ stabilitate confirmamus, & inconcussè communimus. Confirmamus etiam & corroboramus, & indissolubiliter cohærere decernimus, ut tredecim illi Canonici præsint præfatis Sanctimonialibus, & sanctè eis ministrent secundùm Ordinem de Sempingham, & omnibus prædicta dona & jura eis servantibus, commune beneficii totius diœcesis nostræ concedimus, cum Dei benedictione & nostrâ. Cunctis autem hanc viri donationem, & nostram confirmationem corrumpere, vel cassare intenti, indignationem *Jesu Christi*, & beatæ genetricis Dei, & omnium Sanctorum imprecamur, nisi condignè pœnituerint; & eos anathematis vinculo innodamus, nisi ad plenam satisfactionem venerint. Hujus rei testes sunt *Adam* Abbas de *Melsâ*; *Willielmus Cantor Ebor.* *Rob.* Archidiaconus: Et Canonici de *Beverlaco*, *Ailwardus*, *Radulphus*, *Simon*, *Rogerus*, *Willielmus Morin*, & *Aluredus* Sacrista, & *Warinus* Clericus Comitis: *Willielmus* de *Wartre*; *Everardus*, *Rogerus* Elemosinarius; & laici *Robertus* de *Statevilla*, *Hugo Murdac*, & *Richardus* frater ejus, filii ipsius *Hugonis*, *Stephanus*, *Will. Henr.* & *Jordanus Malerba*, *Radulphus* filius *Wimundi*, *Thomas* filius *Odardi*; *Bernardus*, *Ernaldus* de *Aienis*, *Godfridus Talun*, *Engelbert*; Cartam quietantiæ servicii duorum militum, & petitionis Domini *Eustachii* ad opus prædictarum Sanctimonialium in manu mea tradidi.

Carta Agnetis *filiæ* Willielmi *Constabularii Cestriæ, de tota villa de* Wattuna.

Ex autogr. penès *Willielmum Constable*, nuper de Flamburgh in Com. *Ebor.* Baronettum.

OMnibus Sanctæ Ecclesiæ fidelibus, *Agnes* filia *Willielmi* Constabularii *Cestriæ*, salutem; Notum sit vobis, quod ego concessi & dedi Sanctimonialibus de *Wattuna* in perpetuam elemosinam, totam villam de *Wattuna*, cum omnibus pertinentiis suis, in terris & aquis, pratis & pasturis, in maresciis & piscariis, in villa & extra villam, ut eam habeant liberam, & quietam, ab omni exactione, & seculari servicio, pro qua videlicet *Wattuna* concessi & confirmavi excambias, quas Dominus *Eustachius*, vir meus dederat pro ea, de Maritagio meo, in hæreditario jure possideant, & hæredes eorum, qui *Wattunam* possiderint, & prædictas excambias susceperunt; *viz. Rich.* de *Bald.* & *Willielmus* filius *Onfridi*: Hanc autem elemosinam dedi pro salute Domini, & meâ, & pro animâ *Richardi* filii mei, & *Gaufridi*, & cæterorum amicorum meorum; & warantizabo eam, & hæredes mei, sicuti propriam elemosinam nostram: Hanc donationem meam confirmavi meâ Cartâ, & testimonio bonorum virorum; *viz. Petri* Prioris de *Nortona*, & *Willielmi* Prioris de *Erberia*; & *Heliæ* Capellani, & *Radulphi* Capellani, & Magistri *Gilberti* de Sempingham, & *Roberti* Canonici, & *Hard.* & *Rogeri* filii Constabularii, & *Pagani* de *Tracy*, & *Will.* de *Croili*, & *Alexandri* filii *Warini*, & *Richardi Pincerna*, & *Rich. Cestriæ*.

Carta Roberti Constabularii *de* Flamesburgh, *de quatuor bovatis terræ in* Wlbertorp.

CUnctis Christi fidelibus *Robertus Constabularius* de Flamesburgh, salutem. Notum sit vobis omnibus, me dedisse, & præsenti Cartâ confirmâsse Deo & Sanctimonialibus de *Wattuna*, fratribusq; earum Clericis, & laicis, quatuor bovatas terræ in Wlbertorp, cum omnibus pertinentiis suis, in liberam, & puram, & perpetuam elemosinam, sicut aliqua elimosina liberiùs datur, aut possidetur, sine omni servitio & exactione. Concessi etiam eis Flighères ad suam propriam navem colligendas in territorio de Flamesburgh, quandocunq; sibi libuerit, sine omni contradictione mei, vel meorum. His testibus, Magistro *Rogero Arundel*, *Martino* Presbytero, *Johanne Arundel*, *Walerano* de *Cranwic*, *Willielmo* filio ejus, *Alexandro* de *Buchetun*, *Richardo* de *Altune*, *Radulpho* Clerico de *Altun*, *Roberto* de *Holm*. lb.

Carta Roberti, *Constabularii Comitis* Cestriæ, *de tota terra* de Wattuna.

OMnibus fidelibus sanctæ Ecclesiæ, *Robertus* filius Comitis Constabularii *Cestriæ*, salutem: Sciatis me, pro Dei amore, & pro salute animæ meæ, & petitione, & assensu *Agnetis* uxoris meæ, donâsse & concessisse Sanctimonialibus, quæ Deo apud *Wattunam* serviunt, totam terram ejusdem *Wattunæ*, infra villam, & extra, cum omnibus pertinentiis suis, in pascuis, in pratis, in aquis, & molendinis, & in maresciis, & in piscariis, & illam tenendam in perpetuam elemosinam, solam, & quietam, & liberam ab omni seculari servicio, sicut *Eustachius* filius *Johannis* illis eam dedit, & Cartâ suâ confirmavit, prece & assensu *Agnetis* uxoris suæ, per cujus maritagium excambiata ipsa *Watuna*, scilicet per *Loditunam* & Wlbertorp. Teste *Petro* Priore de *Nortona*, & *Willielmo* Priore de *Herberâ*, & *Helia* Capellano; & *Radulpho* Capellano, & *Gilberto* de *Sempingham*, & *Roberto* Canonico de *Waltuna*, & fratre *Sceimano* de Sempingham, & Magistro *Roberto* de *Istellapio*, & *Ardewino*, & *Willielmo* de *Croili*, & *Alexandro* filio *Warini*, & *Pagano* de *Traci*, & *Rogero* filio *Willielmi* Constabularii, & *Richardo* de *Cestriâ*, & parvo Concilio, & *Richardo Pincernâ*, & *Archillo*, & *Radulpho Coco*, & *Willielmo* de *Chinuit*. lb.

Carta Rogeri *de* Lasci *Constabularii* Cestriæ, *donationes & excambias* Eustachii *filii* Joh. *in* Wattun & Wlbertorp, *recitans & confirmans*.

UNiversis sanctæ matris Ecclesiæ filiis, *Rog.* de *Lasci* Constabularius *Cestriæ*, salutem: Sciatis me concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ*, & Conventui Sanctimonialium de *Wattona*, quæ sunt

sunt de Ordine de Sempingham, & fratribus earum Cleticis & Laicis, in puram & perpetuam elemosinam, omnia tenementa quæ possident in Wattun, & in Wdrædthorp; de dono *Eustachii* filii *Johannis*, avi Patris mei, uxoris illius *Agnetis*, quæ ad feodum meum pertinent. Concessi etiam & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi, quod ratæ sint escambiæ, quas fecit prænominatus *Eustachius* de Constabulatu *Cestriæ*, *Richardo* le *Bauld*, & hæredibus suis; *videlicet* de terrâ de Lodington, quam idem *Richardus* accepit in excambias à prædicto *Eustachio*, avo patris mei, pro medietate villæ de *Wattuna*, quam medietatem dedit præfatus *Eustac.* Conventui de *Wattuna*, cum aliâ medietate ejusdem villæ, in puram & perpetuam elemosinam, sicut Cartæ præfati *Eustachii*, & uxoris ejus *Agnetis*, & *Joh.* patris mei testantur. Hanc verò concessionem, & confirmationem feci prædicto Conventui, pro salute meâ & hæredum meorum, & pro animabus Patris mei, & Matris meæ, & omnium prædecessorum meorum, ut mihi & illis prosit imperpetuum: His testibus, Magistro *Rogero* Ordinis de Sempingham, *Albino*, & *Rogero* Capellanis suis, Magistro *Jacobo* Hospitalis Sancti *Nicholai*, *Richardo* decano de Darnham, *Eustachio* fratre Domini, *Roberto Walensi*, *Willielmo* de *Lungvilers*, *Adam* de *Dutton*, *Gilberto* de *Lasci*, *Alano Boidele*, *Henrico* de *Eland*, *Willielmo* filio *Everardi*, *Gaufrido Pincerna*, *Roberto* de *Luvethorp*, *Raimundo* Clerico, *Rob.* Clerico de *Pontefracto*.

Carta Willielmi Fossard, *de tribus carucatis terræ in* Houwald.

OMnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, *Willielmus Fossard* in Christo salutem: Notum sit vobis me dedisse & concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ S. *Mariæ* de Watton, tres carucatas terræ in territorio de Houwald, cum omnibus pertinentiis suis, liberas & quietas ab omni servitio, & exactione, & consuetudine, in liberam & perpetuam elemosinam, sicut aliqua elemosina liberiùs a fidelibus datur quibuslibet religiosis, præter Danegeldum solumodò, si Rex illud quietum Cartâ suâ non clamaverit: & hoc feci maximè pro itinere quod facturus eram *Jerosolomi*, & pro remissione peccatorum meorum, & parentum meorum omnium, vivorum, & mortuorum, (&c.) Teste *Rogero* Archiepiscopo *Eborum*, *Johanne* Thesaurario, *Johanne* filio *Letoldi*, & Magistro *R.* Hospitali, & fratre *Suano* Presbytero, *Waltero Agulun*, *Willielmo* filio *Geroldi*, *Willielmo* de Sancto *Pancratio*, *Bertramo* de *Bulemer*, *Philippo* de *Monte*.

Carta Alexandri *de* Santon, *de quibusdam terris in* Santon.

Ex ipso autogr. in bibl. Cotton.

OMnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis *Alexander* filius *Willielmi* de *Santun* salutem. Sciat universitas vestra me dedisse, & hac meâ Cartâ confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ* & Sanctimonialibus de Wattun, & fratribus earum Clericis & laicis, totam terram meam, quæ vocatur Heselchou, in campis de Santun, octies scilicet viginti actas terræ, cum omnibus pertinentiis suis, infra villam de Santun & extra, in viis & semitis, in aquis & exitibus, & in omnibus pascuis, ut eam in perpetuum secundum voluntatem suam colant & ædificent, habeant, & possideant, & quicquid sibi placuerit faciant. Insuper etiam dedi prædictis Sanctimonialibus & fratribus suis communem pasturam totius campi de Santun, quantum ad meum feudum pertinet. Hæc omnia eis in puram & perpetuam elemosinam dedi, ut ea quieta & absq; omni terreno servitio liberè & securè & honorificè in pace in perpetuum possideant. Hanc ergo donationem & confirmationem eis feci pro salute animæ meæ, & uxoris meæ, & liberorum & antecessorum meorum & successorum: Et ego & hæredes mei guarantizabimus & acquietabimus eis hanc nostram elemosinam contra omnes homines, de omnibus rebus & calumpniis in perpetuum. Hujus donationis meæ testes sunt Capitulum Sancti *Johannis* de *Beverlaco*: Canonici, *Osbertus Arundel*, *Symon*, *Ailwardus*, *Will. Morin*, *Robertus* Sacrista; *Nicholaus* de *Hugat*, *Rob. Willielmus*, *Alanus* sacerdotes; *Bernardus*, *Gerardus* fratres Sacristæ; *Jordanus*, *Will.* filii *Rogeri*; *Petrus* de *Cave*; *Herebertus* de *Houtona*; *Stephanus Forester*; *Alexander* filius *Normanni*; *Walterus Engain*, *Igelbertus* de *Wetewange*.

Carta Richardi *de* Santon; *donationem* Alexandri *Patris sui confirmans*.

Ex ipso autogr. in bibl. Cotton.

OMnibus Christi fidelibus hoc scriptum visuris vel audituris, *Ricbs* filius *Alexandri* de *Santon*, salutem in Domino. Noverit universitas vestra me concessisse, quietum clamâsse, & præsenti scripto confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ* & Conventui de Watton, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, omnes terras & tenementa, redditus & possessiones, cum advocatione medietatis Ecclesiæ de Santon, & cum omnibus aliis pertinentiis suis, quas habent ex dono prædicti *Alexandri*, quondam Patris mei, in villâ & in territorio prædicto de Santon. Tenendum & habendum omnia prædicta liberè, quietè, integrè & pacificè; ita sanè, quod nec ego nec aliquis hæredum vel successorum meorum aliquod jus vel clamium, aliquodve sæculare servitium in omnibus prædictis terris & tenementis, ut prædictum est, apponere, aut exigere potenimus in perpetuum. In cujus rei testimonium præsenti scripto Sigillum meum apposui; His testibus, Dominis *Galfr. Agevlun*, *Jacobo* de *Mora*, *Will. Daniel* Militibus; *Joh.* de *Hothom*, *Galfr.* de *Hothom*; *Thoma* filio *Briani* de *Kylingwike*, *Rich.* de *Santon*, *Joanne* de *Santon*, *Ricardo* de *Aldesord*, *Tho. Walleran*, *Joh.* filio *Johannis* de *Cranewike*; *Johanne Scroppe*, & aliis.

Cartâ

Carta Regis *Johannis*, de tota **Langedale**, *& totâ terrâ & pasturâ inter ipsam &* **Butresdalesbec.**

Cart. 1. Joh. p. 1. n. 16.

JOhannes Dei gratiâ, &c. Sciatis nos concessisse, & hac Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & Sanctimonialibus de **Watton**, in puram & perpetuam elemosinam, totam **Langedale**, cum omnibus pertinentiis suis, & totam terram, & pasturam inter ipsam **Langedale** & **Butresdalesbec**, sicut aqua quæ vocatur **Tybbey** descendit, ad faciendum inde omnem voluntatem suam; pro salute nostrâ, & pro animabus omnium antecessorum nostrorum. Quare volumus, & firmiter præcipimus, quod prædictæ Sanctimoniales totam terram illam habeant, & teneant, & pasturam benè & in pace, liberè, & quietè, integrè, & plenariè, & honorificè, in bosco & plano, in pratis & pasturis, in aquis & molendinis, in viis & semitis, & in omnibus aliis locis, & aliis rebus ad eas pertinentibus, & cum libertatibus, & liberis consuetudinibus suis, sicut Carta Regis *Henr.* Patris nostri rationabiliter testatur. Teste *G.* filio *Petri* Comite *Essexiæ*, *Hugone Bardolf*, *Will.* de *Stuteville*, &c. Datum per manus S. *Wellen.* Archidiaconi, & *J.* de *Gray*, apud *Dancastriam xxviii.* die *Martii*, anno Regni nostri primo.

Stemma Fundatorum istius Domus.

Esc. 8. E. 2. n. 63.

MEmorandum quod *Johannes* Pater primi *Eustachii*, & *Serlo* de *Burgo*, sive de **Penbrok**, fuerunt fratres. Iste *Johannes* genuit *Eustachium*, qui dictus est *Eustachius* filius *Johannis*. Iste *Eustachius* genuit *Willielmum*, ex filiâ & hærede *Ivonis* de *Vesey*, qui *Will.* cæso ventre matris, natus est & mater mortua. Iste *Willielmus* fuit primus cognominatus de *Vesey*, & hoc propter hæreditatem matris; qui *Willielmus* genuit *Eustachium* de *Vesey*, ex *Burgâ* sorore *Willielmi* de *Stoteville*, & cepit cum eâ in maritagium villam de **Langetone**. Ipse *Eustachius* genuit *Willielmum* de *Vesey* secundum, ex *Margeriâ* filiâ *Will.* Regis *Scotiæ*; qui *Will.* genuit *Johannem* & *Willielmum*, ex *Agnete* filia Comitis de *Ferrariis*; qui *Will.* obiit, & sepultus est apud **Watton**. *Joh.* verò filius ejus frater senior, obiit apud **Mumpelers**, & sepultus est apud *Alnewyk*. Et quia non habuit hæredem de se, *Will.* frater ejus successit ibi in hæreditatem: Qui quidem *Will.* genuit *Johannem* de *Vesey*, ex *Isabella* filia *Roberti* de *Peryngton*, & relictâ Domini *Roberti* de *Welles*. Qui quidem *Johannes* mortuus est apud **Cuneway**, sine hærede, & sepultus est apud **Waltone**, Propter quod dictus *Willielmus* feoffavit Dominum *Antonium* Episcopum *Dunelm.* in *Alnewyk*, cum suis pertinentiis, & cum reversione Manerii de **Eltham**, juxta **Greenewych** quod Domina *Isabella*, quæ fuit uxor Domini, *Joh.* filii dicti *Willielmi* tenuit in dotem: Item prædictus Dominus *Will.* feoffavit Dominum *Edwardum* Regem *Angliæ* de **Lydare** in *Hibernia*, & de **Sprorton** in *Scotia*, propter licentiam feofandi; de omnibus aliis terris suis, *Willielmum* filium suum, quem genuit in **Lydare**, de quadam *Dervorgule* filiâ cujusdam Reginæ *Hiberniæ*, nomine *Devenald Rochmaccarti*.

Memorandum quod *Johannes* Pater primi *Eustachii*, & *Serlo* de *Burgo*, sive de **Penbrok** fuerunt fratres. Iste *Johannes* genuit *Eustachium*, qui dicitur *Eustachius* filius *Joh.* Iste *Eustachius* genuit *Willielmum*, ex filiâ, & hærede *Ivonis* de *Vesey*; qui *Willielmus*, (cæso ventre matris) natus est, & mater mortua. Iste *Will.* primus vocabatur *Will.* de *Vesey*, & hoc propter hæreditatem, quam habuit ex parte matris: Qui *Will.* genuit duos filios; *viz. Willielmum* & *Eustachium*, ex *Burgâ* sorore *Will.* de *Stoteville*, & cepit cum eâ in maritagio villam de **Langetone**. Mortuo *Will.* fratre, *Eustachius* successit in hæreditatem. Iste *Eustach.* genuit *Will.* de *Vesey*, ex *Agnete* filia *Willielmi* Regis *Scotiæ*: Et iste *Will.* genuit *Johannem*, & *Will.* ex *Agnete* filiâ Comitis de *Ferrers*. Mortuo *Johanne* sine hærede, *Will.* ejus frater successit in hæreditatem: Mortuo *Johanne*, filio dicti *Willielmi*, *Willielmus* dedit hæreditatem *Will.* filio suo Bastardo, qui natus fuit in *Hibern.* & occisus apud **Strivelin**.

Esc. 9. E. 2.

Et sciendum est, quod dictus *Serlo* construxit Castrum apud **Knaresburgh**. Mortuo *Serlone* descendit hæreditas ejus ad *Eustach.* filium *Johannis*, sicut ad nepotem, & hæredem proximum. *Eustachius* verò tenuit dictum Manerium, cum pertinentiis, totâ vitâ suâ: Quo mortuo, successit filius & hæres, qui tenuit dictum Manerium aliquantisper, & per quandam indignationem, quam accepit Dominus *Joh.* Rex contra illum, ablatum est dictum Manerium, & datum *Will.* de *Stoteville*. Et sciendum est quod *Eustachius* filius *Joh.* post mortem uxoris suæ, desponsavit *Agnetem*, filiam *Will.* Constabularii *Cestriæ*, & genuit filios & filias; de quibus processerunt calumpniatores hæreditatis *Will.* de *Vesey*; & ex unâ illarum processit quidam *Will.* qui vocabatur *Will.* de *Vesey*, & genitus fuit in ..... & nutritus fuit cum *Will.* filio *Eustachii* primogenito: Et iste *Will.* *Bastard* genuit *Warinum*, qui vocatur *Warinus* de *Vesey*, ex unâ ancillâ cujusdam nutricis, in Castello de **Malton** in .... & quia nutritus fuit cum *Eustachio* filio *Willielmi* de *Vesey*; ideo vocabatur *Warinus* de *Vesey*: Qui *Warinus* desponsavit *Matildem* filiam *Walranni* de *Wellon*. & genuit ex eâ *Matildem* & *Marjoriam*, filias & hæredes; quarum una fuit desponsata *Gilberto* de *Aton*, & sic linealiter, de hærede in hæredem, usq; ad *Gilbertum* modo petentem.

PRIORATUS

de Alvingham, *in agro* Lincolniensi.

Carta Hamelini *Decani, de Ecclesia de* Alvingham.

Ex Regist. de Alvingham, in bibl. Bodl. [Arch. Cant. F. 119.] f. 10. a.

SCiant omnes, tam præsentes quàm futuri; quod ego *Hamelinus* Decanus, assensu & consilio hæredum meorum, dedi & concessi, & præsenti Cartâ confirmavi Deo & Ecclesiæ *S. Mariæ* de Alvingham, & Sanctimonialibus ibidem Deo servientibus, in puram & perpetuam elemosynam possidendam, totam partem Ecclesiæ S. *Adelwoldi* de Alvingham, quæ pertinet ad tertam quam teneo de feudo Comitis *Britanniæ* in eadem villâ; *scil.* tres partes ejusdem Ecclesiæ, cum omnibus pertinentiis suis. Hanc elemosynam ego & hæredes mei contra omnes gentes warantizabimus. Quartam verò partem ejusdem Ecclesiæ tenent præscriptæ Sanctimoniales de donatione *Rogeri* filii *Goscelini*, per concessum meum, qui aliquo tempore persona ejusdem Ecclesiæ extiterim: sed dimissionem personatus, in manu *Roberti* de *Chenei*, *Lincolniensis* Episcopi feci: Factâ dimissione Pontifex memoratus Sanctimoniales prædictas de præfatâ Ecclesiâ, cum pertinentiis suis, integrè & plenariè investivit in Capitulo de Sempringham.

Carta Petri *de* Melsâ, *de quadam mansurâ.*

NOtum sit cunctis Christi fidelibus, quod ego *Petrus* de *Melsâ* & *Beatrix* sponsa mea, & *Johannes* filius noster & hæres, dedimus Deo & Sanctimonialibus, quæ serviunt in Ecclesiâ beatæ Virginis *Mariæ* de Alvingham, mansuram illam, quæ est in occidentali parte virgulti earum; & præsenti Cartâ confirmavimus eis, in puram & perpetuam elemosinam, sicut aliqua elemosyna liberiùs donari potest alicui. Hanc verò mansuram tenuit *Walterus* filius *Edrici* Rusticus operarius (sicut & pater ejus fuit) quam dedimus eis ad honorem Dei, & beatæ Virginis *Mariæ* & *S. Aldewoldi*, ut prosit nobis & hæredibus nostris, post nos in perpetuum.

Carta Beatricis *de* Melsâ *de medietate demenii sui.*

SCiant tam futuri, quàm præsentes, quod ego *Beatrix* sponsa *Petri* de *Melsâ*, concessu & assensu *Johannis* filii mei & hæredis, dedi in puram & perpetuam elemosynam, Deo & Ecclesiæ *S. Mariæ* de Alvingham, & Sanctimonialibus ibidem Deo servientibus, & fratribus earum, illam dimidietatem totius demenii nostri, quæ sola propinquior est in territoriis utriusq; villæ de Alvingham, & de *Cokeringtoniâ*, cum omnibus aisiamentis & pertinentiis suis, excepto tosto & virgulto demenii nostri. Et sciendum est verò, quod de illâ medietate dedi prædictis Sanctimonialibus triginta acras terræ arabilis, & decem acras prati, cum filiâ meâ, quam præfatæ Moniales in consortium suum susceperunt. Hæc omnia feci, assensu & concessione *Petri* sponsi mei, & *Johannis* filii mei; & warantizabimus erga Regem & dominos, & omnes homines; & hæredes nostri post nos in perpetuum, sicut aliqua elemosyna meliùs & liberiùs quibuslibet viris religiosis warantizari potest. *G.* verò Prior de Alvingham, & prædictæ Ecclesiæ Conventus viderunt & intellexerunt, quam magno debito ego & dominus meus *Petrus*, & *Johannes* filius meus obligati eramus erga Judæos, alleviaverunt nos & acquietaverunt de octoginta septem marcis argenti, & dimidiâ.

Carta Johannis *filii* Petri *de* Melsâ, *de terris in* Alvingham & Cokerington.

OMnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, tam futuris quam præsentibus, *Johannes* filius *Petri* de *Melsâ* salutem. Sciatis me dedisse, & hac præsenti Chartâ confirmâsse in puram & perpetuam elemosynam Deo & Ecclesiæ *S. Mariæ* de Alvingham, & Sanctimonialibus ibidem Deo servientibus, & fratribus earum, totam manuram meam in Alvingham, cum mansurâ illâ, quam *Tinghi* tenuit, del west virgulti indè; & cum mansurâ quam *Ailwardus* tenuit, & ipsum meum virgultum, & totum demenium meum in Alvingham & in *Cokeringtoniâ*, tam in terrâ arabili, quàm in pratis & maresciis & pascuis & pasturis, & in omnibus ad prædictum demenium pertinentibus, cum omnibus libertatibus; exceptis hominibus meis, cum tostis suis & terris ipsorum; *scilicet* decem & octo bovatis & dimidiâ, sicut in illo die tenuerunt, quo hanc elemosynam prædictis Monialibus dedi. Hæc omnia ego *Johannes* & hæredes mei, assensu & concessione patris mei *Petri*, & matris meæ *Beatricis*, & cæterorum amicorum meorum fecimus. Et hanc prædictam elemosynam de demenio nostro warantizabimus & acquietabimus eisdem Monialibus, de omni servicio & consuetudine & seculari exactione erga Regem & dominos, & omnes homines imperpetuum, & hæredes nostri post nos, sicut aliqua elemosyna meliùs & liberiùs quibuslibet viris religiosis warantizari potest. Hanc verò donationem & confirmationem factam in anno incarnationis Domini *MCCxxxii.* ego ipse *Johannes* acquietare & defendere affidavi in manu *Jukel* de *Jerdeburgo*, coram his testibus (&c.)

Confirmatio

Confirmatio donationum per Robertum Lincolnienſem *Epiſcopum.*

Ibid. f. 12. b. ROBERTUS Dei gratiâ Epiſcopus *Lincolniæ*, Univerſis ſanctæ Eccleſiæ filiis ſalutem. Debemus ex officio omnium Eccleſiarum, quæ nobis ſubjectæ ſunt, jura tueri; illis tamen ſpecialem curam impendimus, quæ ſub religionis habitu ordinatæ novimus inſtitutas: Eapropter Eccleſiæ beatæ Dei genetricis *Mariæ* de Alvingham, & Sanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus, Epiſcopalis officii, quo fungimur, auctoritate confirmamus poſſeſſiones & bona, quæ vel in præſentiarum Canonicè poſſident, vel in poſterum, annuente Domino, juſtè poterunt adipiſci; inter quæ hæc propriis duximus exprimenda nominibus. In Alvingham, ex donatione *Willielmi* de *Friſtunâ*, quinq; toſtos & quatuor bovatas terræ & dimidiam. Et in eadem villâ, ex donatione *Hugonis* de *Scotineiâ* unum toſtum & unam bovatam terræ: Et in *Cokeringtoniâ* Eccleſiam, cum cæteris eidem Eccleſiæ pertinentibus. Et dimidium molendinum, cum duodecim acris terræ. Præter hæc Eccleſiam de Caletoꝛp, & unam bovatam terræ; & ſexaginta acras terræ, quas *Affridus* de *Lecheburne* eis dedit, ſicut ejuſdem Charta teſtatur. Hæc itaq; ſtatuimus, ut liberè & quietè poſſideant, ſalvâ in omnibus matris *Lincolnienſis* Eccleſiæ reverentiâ; noſtràq; & ſucceſſorum noſtrorum debitâ obedientiâ. Valete.

De Eccleſiis, Cœnobiis Gilbertini *Ordinis appropriatis.*

Ibid. f. 56. a. HENRICUS Dei gratiâ Rex *Angliæ* & *Franciæ*, & dominus *Hiberniæ*, venerabili in Chriſto patri *Henrico*, eadem gratiâ, Epiſcopo *Lincolniæ*, ſalutem. Volentes, certis de cauſis, quod Theſaurarius & Barones de Scaccario noſtro, per vos certiorentur, ſi Eccleſiæ ſubſcriptæ ſint appropriatæ Monialibus ſubſcriptis, ac tempore conceſſionis Decimæ, & medietatis Decimæ, nobis per Clerum *Cantuarienſis* provinciæ, ultimè conceſſarum appropriatæ fuerunt; *viz.* Eccleſiæ de Noxton, Birkeby *S. Petri*, & Cranwell: Sempꝛyngham, cum Capellâ de Poynton, Billingburgh, cum Vicariâ ejuſdem: Hoꝛbling, cum Vicariâ: Stowe, cum Capellâ de Birthoꝛp: Walcote, Louthton, & Hakunby, Monialibus de Sempꝛyngham. Eccleſiæ de veteri Laffoꝛd & Anwik, Monialibus de Haverholme. Eccleſiæ de Bylyngay & Diggeby, Monialibus de Catelay. Eccleſiæ de Alvingham, Cokerington *S. Mariæ*, Cokerington *S. Leonardi*, Bedynton & Calthoꝛp, Monialibus de Alwyngham. Eccleſiæ de Weſtꝛyngton, Bolyntone, Langtone, *Burgo*, Wynthoꝛpe, Ingham, & Spꝛiolington *S. Albini*; ac medietas Eccleſiæ de Friſkenay, Monialibus de Bolintone. Eccleſiæ de Siꝛill, Luddeſoꝛd Majore, Leggesby, Thevelby, Wynelingham, Eſt-Raſyn, Cateby, Wykham, & Saleby; ac medietas Eccleſiæ de Weſtwykham, Monialibus de Siꝛill. Et Eccleſiæ de South Elkington, Oꝛmesby, Utterby *parva*, Gꝛymesby & Foterby Monialibus de Oꝛmesby. Et ſi Moniales prædictæ Eccleſias prædictas ſeparatim, ut præmittitur, in proprios uſus habeant & teneant; ac tempore prædicto, & ante habuerunt & tenuerunt, necne; vobis mandamus, quod ſi per Regiſtra, Rotulos, & Memoranda veſtra, aut alio modo legitimo, vobis conſtare poterit, Eccleſias prædictas Monialibus (ut præfertur) appropriatas exiſtere, ac tempore prædicto extitiſſe; tunc dictos Theſaurarium & Barones, apud *Weſtmonaſterium*, à die *S. Michaelis*, ultimo præterito, in unum menſem, ſub Sigillo veſtro, indè diſtinctè & aperte reddatis certiores, Hoc Breve ibidem remittentes. Teſte *J. Cokain* apud *Weſtm.* Septimo die *Octobris*, anno regni noſtri tertio.

Henricus, permiſſione divinâ *Lincolniæ* Epiſcopus, honorabilibus viris Theſaurario & Baronibus de Scaccario domini noſtri Regis, ſalutem, & ſinceræ dilectionis continuum incrementum. Breve dicti domini noſtri Regis, nuper nobis directum, & præſentibus inclufum, nos cum eâ quæ decuit reverentiâ noveritis recepiſſe: cujus quidem Brevis auctoritate & vigore, Regiſtra, Rotulos, & Memoranda noſtra diligenter & cum effectu fecimus perſcrutari: per quæ, unà cum aliis evidenciis & informationibus ſufficientibus & legitimis, auctoritate noſtrâ, in hac parte captis, ſufficienter nobis conſtat; quod Eccleſiæ de Noxton, Birkeby *S. Petri*, Cranwell, Sempꝛyngham cum Capellâ de Poynton; Bylyngburgh cum Vicariâ ejuſdem; Hoꝛbling cum Vicariâ ejuſdem; Stowe cum Capellâ de Birthoꝛpe; Walcote, Lonthone, & Hakunby, Monialibus de Sempꝛyngham. Eccleſiæ de veteri Laffoꝛd & Anwiwyk, Monialibus de Haverholme. Eccleſiæ de Byling wy & Diggeby Monialibus de Cateleg. Eccleſiæ de Alwyngham, Cokeryngton *S. Mariæ*, Cokerington *S. Leonardi*, Bedynton & Calthoꝛp, Moniabus de Alwyngham. Eccleſiæ de Weſtꝛyngton, Bolyngton, Langton, *Burgo*, Wynthoꝛp, Ingham & Spꝛiolington *S. Albini*, ac medietas Eccleſiæ de Friſkenay, Monialibus de Bolyngton. Eccleſiæ de Siꝛill, Luddeſoꝛd Majori, Leggeſby, Theveiby, Wynelyngham, Eſt-Raſyn, Cateby, Eſt-wykham, & Saleby; ac medietas Eccleſiæ de Weſt-wykham, Monialibus de Siꝛill. Et Eccleſiæ de South-Elkington, Oꝛmeſby, Otterby, Gꝛymeſby *parva*, Foterby, noſtræ dioceſis, Monialibus de Oꝛmeſby, prout in dicto Brevi regio ſeparatim continentur, appropriatæ ſunt; & toto tempore conceſſionis Decimæ, & medietatis Decimæ, de quibus in eodem Brevi fit mentio, ſic fuerunt. Et quod eædem Moniales Eccleſias ante dictas, toto tempore ſuprafcripto, & ante, in ipſarum uſus proprios habuerunt & tenuerunt, prout adhuc habent, poſſident, acq; tenent. Quæ omnia & ſingula vobis, tenore præſentium ſignificamus; ac de eiſdem, juxta dicti Brevis exigentiam & tenorem, vos reddimus certiores, Sigillo noſtro conſignatum. Datum

apud Bugden, decimo die mensis *Octobris*, anno Domini *MCCCCi.* & nostræ consecrationis anno quarto.

Carta Hugonis *de* Scoteni, *de tertiâ parte Ecclesiæ S.* Mariæ; *& de Ecclesiâ de* Cokerington.

lb. f. 60. a. OMnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, præsentibus & futuris, *Hugo* de *Scoteni* salutem. Sciatis me, assensu & consilio *Lamberti* filii mei, & *Beatricis* sponsæ meæ dedisse, & hac præsenti Cartâ confirmâsse Deo & beatæ Virgini *Mariæ*, & Conventui de **Alvingham**, tertiam partem, quam habebam in Ecclesiâ beatæ *Mariæ* constituta, in illo loco ubi idem Conventus manet, cum omnibus pertinentiis, & terras universas, quas homines mei de feudo meo eidem Ecclesiæ, & Ecclesiæ S. *Leonardi*, & Ecclesiæ S. *Margaretæ* in elemosinam dederunt. Dedi etiam prænominato Conventui Ecclesiam de **Cokerinton**, quam *Vitalis* Sacerdos in vitâ suâ tenuit; & unam bovatam terræ in territorio de **Cokerinton**, cum omnibus suis pertinentiis. Præterea dedi eis molendinum, cum filiâ meâ, quod vulgò vocatur *Wramilna*, cum crofto adjacente eidem molendino; & cum *xii.* acris terræ in campis de **Cokerinton**. Hæc omnia supradicta dedimus & confirmavimus ego *Hugo* & *Lambertus* filius meus, & *Beatrix* sponsa mea prænominato Conventui, in puram & perpetuam elemosinam, pro salute animarum nostrarum, & omnium parentum nostrorum, in Capitulo matricis Ecclesiæ *Linc.* in præsentiâ *Rob.* Episcopi. Hiis testibus, *Rob.* Archidiacono, *David* Archidiacono de **Wukingham**, *Humfredo* Subdecano, *WIllielmo Osberti* Archidiaconi filio; *Alexandro* Canonico, *Wingo* & *Rogero* Canonicis; *Gerardo* Canonico, & aliis multis.

De Altaragio Ecclesiæ de Cokerington.

lb. f. 37. a. P Dei gratiâ Magister Ordinis de **Sempringham**, dilectis in Christo filiis & filiabus, Prioribus & Præpositis omnibus, eundem Ordinem professis, salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra, nos vestigiis antecessorum nostrorum adhærentes, assignationem ab eis factam, super ordinatione Altaragii Ecclesiæ de **Cokerington** & **Alvingham** ratificâsse & concessisse; quod totum Altaragium dictæ Ecclesiæ, tam in oblationibus & aliis proventibus, quàm in decimis agnorum & lanæ, & arreragiis denariorum indè provenientibus, exceptis mortuariis vivorum animalium, assignetur infirmariis Monialium & sororum domus de **Alvingham**, sicut priùs est assignatum à venerabili Patre Domino *Rob. Grosseteste*, quondam *Linc.* Episcopo confirmatum, qui dictam approbans assignationem Excommunicationis sententiam in omnes contravenientes fulminavit, (&c.) In cujus (&c.)

Litera Regis Edwardi *primi pro admittendo aliquem liberorum* Lewelini filii *Griffini, quondam Principis* Walliæ, *&* Davidis *fratris sui, in Ordinem de* Sempringham.

E*Dwardus* Dei gratiâ Rex *Angliæ*, (&c.) lb. f. 42. a. dilectis sibi in Christo Priori de **Alvingham** & Priorissæ, & eorum Conventibus salutem. Licet si ad retroacta convertamus intuitum mentis nostræ, & quorundum merita interiùs advertamus liberis *Leulini* filii *Griffini*, quondam Principis *Walliæ*, & *Davidis* fratris ejus, quorum perfidia apud omnes retinetur, recenter & memoriter recitatur, subvenire, modicùm teneamur; Dominum tamen habentes præ oculis, ipsorum etiam compacientes sexui & ætati, ne forsan innocentes & insciі, iniquitates & scelera impiorum luere videantur; ipsis, caritatis intuitu duximus salubriter providere: Quocirca, de vestrâ devotione confisi, vestriq; conversationem Ordinis præcipuè contemplantes, dilectionem vestram votivis precibus exoramus, quatinus aliquem vel aliquos de filiis dictorum *Leuelini* & *Davidis* fratris sui, quem vel quos vobis duxerimus nominandos, velitis admittere ad Ordinem & habitum domus vestræ, & quid super hoc duxeritis faciendum, nobis citrà festum *Natalis Domini*, vel saltem in ipso festo, per vestras literas rescribatis. Datum sub privato Sigillo nostro apud **Ludelawe** *xi.* die *Novemb.* anno Regni nostri *xi.*

Carta Walteri Bec *de Ecclesia de* Newton.

NOrum sit omnibus, legentibus, & audientibus literas has; quod ego *Walterus Bec*, pro amore Dei & redemptione animæ meæ & omnium parentum meorum, concessi & donavi Ecclesiam Sancti *Petri* de **Newton** Sanctimonialibus de **Alvingham**, & fratribus ibi in sanctâ religione Deo servientibus, in elemosinam; & omnes appenticias, quæ pertinent ad eandem Ecclesiam. Hanc donationem feci prædictis ancillis Christi cum concessione uxoris meæ *Agnetis*, & *Hugonis* filii mei, & omnium hæredum meorum, in puram & perpetuam elemosinam, liberam & quietam ab omni terreno servicio imperpetuum possidenda, cum duabus filiabus meis, quæ, inter eas, in sorores receperunt. De hac quoq; concessione, & donatione, confirmationem Domini Regis *Henrici*, ancillis Dei habere pepigi, secundùm posse meum. lb. f. 147.

Stemma familiæ de Bec.

W*Alterus Bec* fuit primus, & venit cum Conquestore, & habuit hæreditatem suam in *Flandriâ*; & de dono Regis habuit **Cresby**, & multa alia Maneria. *Hugo* fuit filius primi *Walteri*, & habuit quatuor fratres; *Henricus Bec*, *Walterus*, *Johannes*, & *Tho. Hugo*, in redeundo de terrâ sanctâ, decessit sine hærede de corpore suo. *Henr. Walterus*, lb. Ibid.

&

& *Johannes* diviserunt hæreditatem, quia *Henricus* primogenitus non fuit multùm sapiens. *Tho.* habuit omnes Ecclesias quæ spectabant ad donationem fratrum suorum. *Henr.* retenuit Cresby, Spillesby ..... by. Wisperton; *Walterus*, Lusseby, Wyncebv, Newton, & Fulestowe, *Johannes*, Eby in Kesteven, & alia duo Maneria.

De *Henrico Walterus*. De *Waltero Joh.* qui nunc est.

De *Waltero* de Lusseby, *Henr.* qui vendidit *Stephano* de *Langeton* Manerium de Fulestowe.

De *Henrico*, *Walterus Bec*, qui fuit pugil, & Constabularius Castri *Lincolniæ*.

Confirmatio terrarum & possessionum Ecclesiæ de Sempingham, & aliis ejusdem Ordinis Cœnobiis, per Papam *Innocentium* tertium.

Adhuc ex præfato Registro de Alvingham.

INnocentius *Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis* Roberto *superiori Priori Ecclesiæ beatæ* Mariæ *de* Sempingham, *atq; successoribus Canonicè substitutis, & reliquis fratribus Canonicis, atq; sororibus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Quociens à nobis petitur, quod religioni & honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum suffragium impertiri; Eapropter dilecti in Domino filii justis postulationibus clementer annuimus, & Ecclesiam S.* Mariæ *de* Sempingham, *in quâ divino mancipati estis obsequio, sub beati* Petri *& nostrâ protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus; statuentes ut quascunq; possessiones, quæcunq; bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste ac Canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis, vestrisq; successoribus & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; Ecclesias nostras Conventuales de* Sempingham, *de* Haberholme, *de* Cateleia, *de* Eulingtone *de* Sixlà, *de* Ormesby, *de* Alvingham, *de* Walton, *de* Walton, *de* Chikesande, *de* Lincolne, *de* Maresey à, *de* Fordham, *de* Miremand, *de* Clatercote, *de* Werleberg, *cum omnibus pertinentiis earundem; Ecclesiam S.* Mariæ *de* Suldham; *Ecclesiam S.* Andreæ *de* Eboraco, *& Hospitalem domum de* Lincolniâ, *cum omnibus pertinentiis earundem; Ecclesias Parochiales de* Alvingham, *de* Cokerintun *S.* Leonardi *loci ejusdem, de* Kedington, *de* Staynton, *& de* Calethorp, *cum omnibus pertinentiis earundem.*

Grangiam, quæ extra Abbaciam vocatur, quæ habetis in villâ quæ dicitur Alvingham, *cum terris, possessionibus, redditibus, pratis, pascuis & omnibus pertinentiis suis. Grangiam, quæ vocatur* Hayntoft, *quam habetis in* Cokerinton, *cum omnibus pertinentiis suis: Terras, possessiones, redditus, prata, pascua & molendina, quæ habetis in eadem villâ, & territorio ejus. Grangiam, quam habetis in villâ quæ dicitur* Germestrop, *cum terris, possessionibus, redditibus, pratis, pascuis, salinis, & omnibus pertinentiis suis: Annuum redditum trium marcarum sterlingorum, quem habetis in Ecclesiâ de* Germestorp: *Terras, possessiones, redditus, prata, pascua, quæ habetis in villâ de* Jerdeburg *& territorio ejus. Grangiam, quam habetis in villâ quæ dicitur* Kedington, *cum terris, possessionibus, redditibus, pratis, pascuis, & omnibus pertinentiis suis. Grangiam, quam habetis in villâ de* Calethorp, *cum terris, possessionibus, redditibus, pratis, pascuis, & omnibus pertinentiis suis. Terras, possessiones, redditus, prata, & pascua quæ habetis in villa, & territorio de* Lekeburn. *Terram & nemus, quæ habetis in territorio villæ de* Tathewelle. *Duas bovatas terræ, prata, & pascua in villa de* Raithby. *Grangiam, quam habetis in villa quæ dicitur* Neuton, *cum terris, possessionibus, redditibus, pratis, pascuis & omnibus pertinentiis suis. Terras, possessiones, redditus, prata, & pascua in villa quæ dicitur* Seinop *& territorio ejus. Grangiam quam habetis in villa de* Keaburn, *cum terris, possessionibus, pascuis, & omnibus pertinentiis suis. Grangiam, quam habetis in villa de* Cornilgesby, *cum terris, possessionibus, redditibus, pratis, pascuis, & omnibus pertinentiis suis. Terras, prata, & pascua in territorio villæ de* Faldesburw. *Grangiam, quam habetis in villa de* Swineflet, *cum terris, possessionibus, redditibus, & omnibus pertinentiis suis. Terram ad comburendum, quæ vulgariter dicitur turbaria, quam habetis ibidem. Terras, possessiones & redditus quæ habetis in villa de* Reddenelle. *Terras prata, & pascua in territorio villæ de* Cumulgetholm. *Molendinum unum cum pertinentiis suis. Terras, possessiones, & redditus in villa & territorio de* Semercotes. *Domos, possessiones, & redditus in villa quæ dicitur magna* Grimesby. *Redditum quem habetis in Civitate* Lincolniensi. *Terras, redditus, prata & pascua quæ habetis in villis quæ* Ocleby, Normanby, *&* Wikeham *vocantur, & territoriis earundem. Domos, terras, possessiones, redditus, prata, & pascua, quæ habetis in villa quæ media* Kasene *vocatur, & territorio ejus. Domos, terras, possessiones, & redditus, quos habetis in villis quæ* Luda, Wythale, Grimolseby, Wameby, *&* Saltfleteby *vocantur, & territorio earundem. Domum, terram, & redditum in villa, quæ dicitur Sanctus* Botulfus. *Domos, terras, & redditus in villa de* Tileneye, *& territorio ejus.*

Ecclesiam de Allakeby *cum pertinentiis omnibus suis; de* Pamengetone, *de* Burtone, *de* Brunethorp, *de* Lokyeton, *de* Tunigton, *de* Brotulnestowe, *de* Parton, *de* Wantesleia, *Ecclesias cum pertinentiis suis earundem. Beneficia quæ habetis in Ecclesiis de* Trowella, *&* de Kirkeby *juxta* Allakeby, *cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam de* Sempingham, *de* Stowe, *cum capella de* Birkethorp, *& aliis pertinentiis suis. Ecclesias de* Turstanton, *de* Horbling, *de* Yekynton, *de* Yale, *de* Walecote, *& de* Tunigton, *cum pertinentiis suis.*

Ecclesias S. Margaretæ, *&* omnium Sanctorum *de* Suldham, *de* Stokees, *&* *de* Thorp, *cum pertinentiis suis. Quicquid habetis in* Sempyngham, *in* Thorp, *in* Birkethorp, *in* Lokpeton, *in* Bilingburg, *in* Walecote, *in* Coztum, *in* Alakiebie, *in* Folkiengham, *in* Hale, *in* Horblingge, *in* Gunwarbi, *in* Graham, *in* Bolebie, *in* Langeton, *in* Kirkebie, *in* Paunthorp, *in* Kaiseble, *in* Pointon, *in* Killesfeld, *in* Barton, *in* Levethorp, *in* Walkebie, *in* Stillebie, *in* Fulebek, *in* Cranebel, *&* *dominico Manerio de* Suldham, *cum pertinentiis suis. De* Cavenham *de* Cotel, *de* Thorp, *de* Walkehale, *de* Walelle, *&* *de* Len, *de* Stok, *cum terris & redditibus, quos quondam* Hugo Murdac *&* Willielmus *filius* Petri *nobis pie in elemosinam concesserunt. Pasturam cum mansura* Johannis *quondam Heremita in marisco de* Hoiland, *cum pertinentiis suis. Insulam de* Kutholm. *Terras & redditus quos habetis in* Pulum *&* *in* Keeadeneia. *Ecclesias de* Beerinton, *de* Estlaford, *&* *de* Ameswic, *cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesias S.* Jacobi *de* Bulington, *&* *S.* Albini *de* Spaligeton, *cum pertinentiis suis, de* Ingham, *de* Langeton, *de* Burg, *de* Walinthorp, *de* Hameringham, *de* Drecumbe, *de* Thesord, *de* Prestwald, *de* Bileburg, *&* *de* Walesthorp *Ecclesias, cum pertinentiis earundem.*

Jus quod habetis in Eccleſiis de Dzington, *de* Denseubi, *de* Hakeetom, *de* Freskeeneya, *cum Capellis & omnibus pertinentiis earundem. Ecclesiam quoq; Conventualem sanctæ* Trinitatis *in proprio fundo inclitæ memoriæ Regis* Angliæ Henrici *secundi, in Insulâ quæ dicitur* Kutholm *fundatam, auctoritate nobis Apostolica nihilominus confirmamus. Statuentes ad instar fœlicis recordationis* Innocentii, Eugenii, Adriani, Alexandri, Lucii, Clementis, Celestini, *&* Innocentii, *prædecessorum nostrorum Romanorum pontificum, ut non liceat cuiquam religionem vestram, vel jura, aut rationabiles institutiones, à primo Patre vestro beato* Gilleberto *scripto commendatas, & præditorum prædecessorum, ac nostri auctoritate, scriptoq; confirmatas, sine majoris, & sanioris partis consilio & consensu, corrumpere vel mutare, vel aliquid superaddere, quod præfatæ religioni vestræ vel salubribus videatur institutionibus obviare. Inter hæc autem nominatim duximus hæc exprimenda, ut unum Cellarium, una coquina sub Sanctimonialium & sororum cura sit omnibus, tam Sanctimonialibus & sororibus quam Canonicis & fratribus; & pecunia in auro & argento & pannis sub earundem custodiâ existere debeat, atq; omnis Monachorum, Canonicorum, Clericorum & laicorum illicitus ingressus & accessus ad eas penitùs inhibeatur, quemadmodum in earum scripto salubri & rationabili providentiâ distinctum esse dinoscitur & statutum.*

Obeunte verò te nunc supradicta religionis Magistro, vel tuorum quolibet successorum, nullus eisdem congregationibus qualibet surreptionis astutia, vel violentia præponatur, sed summus Prior eligatur consilio Priorum Ordinis, & curatorum, & assensu Præpositarum, sicut in vestris institutionibus continetur, cui soli omnis Conventus domorum profiteri, & obedire secundum formam Ordinis vestri censemus. Omnis autem potestas Abbatibus & Prioribus super his, quæ ad divinum cultum pertinent, concessa in sibi subditos & divino cultui mancipatos, tam in coronis faciendis, quàm in confessione ad Missam dicendâ, & benedictionem ante Evangelium dandâ, & cæteris omnibus superiori Priori vestro, qui præest universis congregationibus Ordinis de Sempyngham, *inconcussa permaneat. Inhibemus itaq; ne terras vel Ecclesias, aut aliquod beneficium aliud præditis congregationibus collatum liceat alicui personaliter dare, nisi communi & generali assensu omnium, sine majoris & sanioris partis præfatæ professionis Canonicorum & Sanctimonialium.*

Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, à vobis sive ab aliis, pro eo quod illa in custodiâ vel pasturâ suâ habent, ubicunq; sint, nullus omnino Decimas exigere vel extorquere præsumat. Libertates verò & immunitates, quas illustris memoriæ Rex Anglorum Henricus *secundus, &* Ricardus *Rex filius ejus, Ecclesiæ vestræ Cartis suis confirmaverunt ratas perpetuò decernimus permanere. Prohibemus autem, ut nulli vestrorum post factam in eodem loco professionem liceat ex eodem claustro discedere; discedentem verò, absq; Prælati sui licentia, nullus audeat retinere; sed nec alicui* Cistercienſis *Ordinis liceat aliquem fugitivorum vestrorum retinere, vel vobis illorum fugitivos recipere, contra autenticum scriptum inter nos rationabiliter factum. Præterea auxilia & universas indebitas & inconsuetas exactiones ab Archiepiscopis, Episcopis, Archidiaconis, seu Decanis, aliisve quibuslibet Ecclesiasticis personis, in vestris Ecclesiis omnino fieri prohibemus, & maximè pro aliquo Ecclesiastico sacramento percipiendo, nisi Synodalia tantum, & Episcopalia, quæ de Canonum jure debentur, quibus tam Conventuales Ecclesias vestras, contra id quod de ducentibus communem vitam in sacris Canonibus est statutum, nullius volumus improbitate gravari. Paci quoq; & tranquillitati vestræ, paterna diligentia providentes, inhibemus, ne Archiepiscopus vel Episcopus, seu Archidiaconus, aut alia qualibet Ecclesiastica persona, hospicia vel procurationes, seu tallias ab Ecclesiis vestris, contra antiquam & rationabilem consuetudinem exigere audeat. Sed nec Priorem vestrum, vel Canonicos seu Moniales, aut aliquem de professis vestris, suspendere, interdicere, vel excommunicare præsumat. Inhibemus etiam ut nulli Ecclesiasticæ seculari personæ, infra Parochias Ecclesiarum vestrarum, Monasterium Monachorum, Canonicorum, Sanctimonialium, Heremitarum, seu Inclusorum, Capellas, Altaria & cimiteria, liceat quemodolibet, sine vestro & diœcesani Episcopi assensu construere; salvis tamen privilegiis Apostolicæ sedis, nec quisquam Clericos seu Capellanos, qui vobis vel Ecclesiis vestris Parochialibus deserviunt sub interdicto ponere, nisi ordine judiciario præsumat.*

Præterea paci & quieti vestræ attentius pro-

videre

videre volentes, auctoritate Apostolicâ, inhibemus, ut infra clausuras locorum vestrorum, seu elemosinarum vestrarum nullus violentiam vel rapinam, seu furtum facere, hominem capere, aut interficere, seu ignem apponere audeat. Et si quis ausu temerario presumpserit, censurâ Ecclesiasticâ percellatur. Adjicimus insuper ut unicuiq; domui vestri Ordinis Sanctimonialium, ad earum & fratrum laicorum integritatem & disciplinam servandam, secundum ipsius Ordinis instituta, Canonici, vitâ & moribus maturi, sicut necessarium visum fuerit, præponantur, quibus & animarum curâ, pro dispositione Prioris, immineat, & totius domus cura in exterioribus committatur, ut bona temporalia possint per eos ad subsidium Monialium fideliter custodiri. Et ne aliquis possessiones vel alia bona, inconsulto & contradicente Priore usurpent, debent attentius provideri. Laici vero conversi in omnibus Priori & Canonicis subditi & obedientes existant; nec aliquam potestatem domus vel pecuniæ sibi usurpare præsumant, nisi quæ à Priore ordinatè & rationabiliter ad tempus fuerint eis injuncta. Habitacula quoq; Canonicorum & conversorum, ita sint à domibus Monialium extra illarum septa remota pariter & disjuncta, ne ad invicem se videre valeant, aut hinc inde audiri, nisi ad Divinum tantum officium complendum, cum manifesta necessitas & certa ratio id fieri postulaverit; set neq; hoc fiat, nisi sub præsentia plurimorum. Altare vero, in quo divinum Monialibus celebratur officium, lapideo pariete intercludatur, aut ligneo; ita quod neuter sexus visione alterius perfruatur. Canonici autem in divinis officiis ubiq; sine ulla exceptione, cum Missas etiam Monialibus celebrant, servicium habeant clericorum. Moniales quoq; in omnibus illum modum officii sui in Ecclesia servent, qui & supradicto Sancto Gilberto, *primo Priore Ordinis de* Sempingham, *institutus, & à beato* Bernardo *quondam* Clarevallis *Abbate; necnon & aliis plerisq; religiosis personis primo fuerat approbatus;* scilicet *non musice cantando, seu honeste, moderate, ac distincte psallendo atq; legendo: liceat quoq; vobis, quandocunq; in aliquo vos prægravari senseritis, ad remedium appellationis confugere, etiamsi in causa, quæ contra vos agitur, inhibita sit appellatio. Post factam vero appellationem nemini liceat in vos sententiam dare, vel aliquid innovare, seu vos vel possessiones vestras temerario ausu turbare. Ad hæc si aliquod inter vos scandalum, quod Deus avertat, seu dissentiones emerserint, eas, & alia quæ corrigenda fuerint judicio Capituli vestri, secundum vestri Ordinis instituta, corrigi volumus & Canonice terminari. Liceat quoq; vobis clericos vel laicos è seculo fugientes liberos & absolutos ad conversionem recipere, & eos absq; contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut qui Ordini vestro tenentur astricti, fidejubere pro aliquo nequaquam attemptent; & si fecerint, aliqua domus vestra de fidejussione illorum nullatenus obligetur. Ad respondendum quoq; ac satisfaciendum nullatenus teneamini, si forte aliquis professus vester Canonicus sive conversus Magistro & Capitulo non mandante, pro sua temeritate aliquod debitum fuerit, aut promissionis suæ literarum præstiterit cautionem, de qua gravamen possit domui pervenire, cum cautum sit Canonibus, ut delictum persona in dampnum Ecclesiæ non redundet.*

Ad hæc auctoritate Apostolica prohibemus, ut nullus Ordinis vestri professus, clericus seu laicus, ab aliquo sine assensu Prioris vel Capituli domus suæ, sive vicem Prioris agentis, depositum aliquod suscipere audeat quomodolibet retinere. Adjicimus insuper, ut testi monio bonorum fratrum in negotiis vesteris, in quibus testium probationes fuerint admittendæ, uti libere valeatis. Præterea cum generale interdictum fuerit, liceat vobis clausis januis, non pulsatis campanis, exclusis communicatis & interdictis, suppressa voce, divina officia celebrare. Sepulturam quoq; Ecclesiarum vestrarum liberam esse decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum Ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit præfatum Ordinem temere perturbare, aut ejus possessiones auferre vel oblatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed integra & illibata conservantur omnia eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura; salva sedis Apostolicæ auctoritate, & diocesani Episcopi Canonica justitia, in aliis & non in expressis capitulis vobis indultis. Siqua igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam, sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisq; sui dignitate careat, reamq; se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; & a sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Jesu Christi *aliena fiat, atq; in extremo examine districte subjaceat ulcioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, sit pax Domini nostri* Jesu Christi, *quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant.* Amen.

PRI-

PRIORATUS

S. Andreæ, *in suburbio Civitatis* Eboracensis.

Carta fundationis ejusdem.

Ex autog. in turri beatæ Mariæ Ebor.

OMnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, *Hugo Murdac* salutem. Sciatis me dedisse, & præsenti Chartâ meâ confirmâsse, in perpetuam elemosinam Deo, & duodecim Canonicis Ordinis de Sempringham, Deo servituris in perpetuum, apud Sanctam *Andream* in *Eboraco* in Fishergate, Ecclesiam ejusdem loci, cum terris adjacentibus; & perpetuum redditum *xxi.* marcarum; ita *scilicet*, quod dedi eis domos meas lapideas apud Sanctum *Petrum* pro redditu trium marcarum, & Cameram lapideam contiguam illis, quam *Willielmus* Archidiaconus *Nottingham*iæ, tenuit pro *xvi.* solidis; & terras quas *Turpinus* & *Erminus* tenuerunt de feodo *Hugonis* de *Verly*, pro duabus marcis; & pratum de Thorp, quod fuit Monachorum de *Rievalli*, pro duabus marcis; & terram *Sancti Clementis*, pro quadraginta denariis; & terram de Cudemadham pro viginti solidis. Dedi etiam *xxvi.* marcas, pro redditu *xi.* marcarum, & quinq; solidorum. Præterea dedi illis terram quæ fuit *Danielis*, & aciam prati de *Acastriâ*, in adquietatione sedis Abbatiæ Sancti *Andreæ*, quam liberam & quietam eis debebam facere. Et ut hæc mea donatio stabilis sit in perpetuum, præsens scriptum sigillo meo roboravi. Testibus, *S.* Decano, & Capitulo *Eborum*, Magistro *Rogero Arundel*, *Willielmo* de *Percii* de Kernettb, *Willielmo filio Petri*, *Waltero* de Wiverethorp (&c.) Et sciendum est, quod de præfato redditu, assignavi Conventui, ad piscem, duodecem denarios omni septimanâ in perpetuum.

Conventiones inter Decanum & Capitulum S. *Petri Ebor*; *Et Priorem de* Sempringham, *& Priorem & Conv.* S. Andreæ Ebor: *super quibusdam terris.*

Ex Regist. Decani, & Capituli *Ebor.* parte tertia. f. 16.

NOtum sit omnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, has literas visuris, vel audituris, quod ita convenit inter *Symonem* Decanum & Capitulum Sancti *Petri Eboraci*, & Magistrum *Rogerum* Priorem Ordinis de Sempringham, & Priorem, & Capitulum *S. Andreæ* in Fishergate, & *Hugonem Murdac*, Fundatorem ejusdem loci; *scilicet*, quod prædicti Magister *Rogerus*, & Canonici Sancti *Andreæ*, & *Hugo Murdac* demiserunt prædicto Decano & Capitulo, & Ecclesiæ Sancti *Petri* imperpetuum, terram illam ante hostium occidentale Majoris Ecclesiæ, quam tenuerunt de *Hugone* de *Virly*, ad dilitandum Cimiterium Ecclesiæ, ad vitanda pericula, quæ possent evenire Majori Ecclesiæ & domibus Domini Archiepiscopi occasione incendii; & eandem terram eis imperpetuum warantizabunt & adquietabunt, de omnibus servitiis ad eandem terram pertinentibus. Prædicti verò Decanus & Capitulum, volentes providere indemnitati Ecclesiæ Sancti *Andreæ*, & prædictorum Canonicorum, de communi consilio Capituli, assignaverunt in excambium prætactæ terræ, dederunt & concesserunt eisdem Canonicis tantum redditus de duabus carucatis terræ, cum pertinentiis, in villâ de *Cavâ* de communiâ suâ, quarum unam *Willielmus* de *Arches* hæreditariè tenuit, & alteram *Margareta* de *Cavâ* & *Richardus* filius ejus hæreditariè tenuerunt, quantum prædicti Canonici percipere solebant de Majori parte prædictæ terræ; *scilicet* duas marcas, & dimidium; & eundem redditum de prædictis terris eis imperpetuum warantizabunt. Prædictus verò *Hugo Murdac* dedit prædictis Canonicis de Sancto *Andreâ*, redditum unius marcæ in Molendino de Thorp, in escambium cujusdam partis terræ supradictæ, quam Deo & beato *Petro* dedit ad dilatandum Cimiterium, ad supradicta pericula vitanda, antequam in hunc modum inter prædictum Capitulum & Canonicos Sancti *Andreæ* conveuit.

Assignaverunt autem prædicti Decanus & Capitulum prædictum *Willielmum* de *Arches* & hæredes suos, quicunq; tenebunt prætactam carucatam terræ, ut reddant annuatim imperpetuum Canonicis Sancti *Andreæ* sexdem solidos & octo denarios, de prædictâ carucatâ, medietatem ad Festum Sancti *Martini*, & medietatem ad *Pentecosten*; & *Margaretam*, & hæredes suos, vel eorum quicunq; tenebunt alteram carucatam, ut reddant annuatim in perpetuum eisdem Canonicis sexdecem solidos & octo denarios de illâ carucatâ ad eosdem terminos: quod si non fecerint, licebit prædictis Canonicis de Sancto *Andreâ*, eis per averia sua distringere, & ad firmæ prædictis solutionem, competentem satisfactionem, sicut Decanus & Capitulum facerent. Præstabunt autem sibi invicem consilium & auxilium in his, quæ sunt ad Deum, salvo honore & dignitate utriusque Ecclesiæ. Facta sunt hæc de communi assensu Decani & Capituli Sancti *Petri Eborum*, & Magistri *Rogeri*, Prioris Ordinis de Sempringham, & Prioris, & Canonicorum Sancti *Andreæ Eborum*, & *Hugonis Murdac*, fundatoris ejusdem loci; utilitatem utriusq; Ecclesiæ tam beati *Petri*, quam Sancti *Andreæ*, anno incarnationis Dominici *MCCii*, in festo Sancti *Laurentii*: Et ad majorem securitatem appensa sunt sigilla Capituli Sancti *Petri*, & Magistri *Rogeri*, & Conventus Sancti *Andreæ*, & prædicti *Hugonis Murdac*, His testibus, *Hamone* Thesaurario, *Willielmo* Archidacano *Nottinghambi*, *Adam* de *Thoxmover*, *Radulpha* de *Kimâ*, *Willielmo* filio *Ricardi*; Magistro *Gregorio*, *Lisiardo Columbâ*, *W.* de *Cavâ* Canonicis: *Willielmo* de *Stuteville*, *Hugone Bardulfe*, *Rogero Arundel*, *Willielmo* de *Percy*, de *Kernettebr*, *Radulpho*

Radulpho Bardulf, W. de *Wynerthorp*, Magistro *Thomæ Vitori, Waltero* de *Bevinton*; *Ricardo* de *Bessale, Radulfo* de *Chaunci*, *Will.* filio *Arnaldi, David, Lewenino* Burgensibus.

PRIORATUS

de Stikeswould *in agro* Lincolnienſi.

De quibuſdam poſſeſſionibus ejuſdem Cœnobij.

Ex Rotul. Hundredorum in arce *Lond.* 3 E. 1. *Lincoln* Hundr. de Trehowe.

INquiſitio facta apud Stanford, coram Dominis *Will.* de *S. Omero*, & *Warino* de *Chawcombe*, Juſticiariis Domini Regis, ad hoc aſſignatis, per duodecim de Trahow juratos, & ſubſcriptos, (&c.) Qui dicunt ſuper Sacramentum, Quot & Maneria Dominus quæ Rex habet in manu ſua, (&c.) Dicunt quod Dominus Rex nullum Manerium habuit in wapentac de Trehow.

Item dicunt quod Magiſter, & Moniales de Stikeswald tenent in Huntington duas carucatas terræ, quæ valent per annum *iiii.* lib. de quibus elemoſinantur, ex dono Domini *Galfridi* de *Ermendeys Lx.* annis elapſis: Et Idem *Galfridus*, eas tenet de Domino *Gilberto de Gaunt*, quo ſervitio dicunt quod neſciunt. Et ſunt geldabiles, ad Wapentacium, ad dampnum Domini Regis per annum. . . *iiii s. vii d.* Et dicunt quod Dominus Rex amittat de auxilio Vicecomitis, quo waranto neſciunt; nihilominus terræ, warda, & maritagium cum acciderit, eo quod dicta terra elemoſinatur, *iiii. lib.* per annum. Poſtea venit prædictus Magiſter & recognovit, quod prædictum tenementum eſt geldabile, (&c.)

Item dicunt quod idem Magiſter de Stikeſwald, & Moniales tenent in elemoſinam in villâ de Huntington, duas carucatas terræ, & quatuor bovatas terræ, quæ valent per annum *C. s.* de dono Domini *Alexandri* de *Crevequer*: & idem *Alexander* eos tenuit de Domino *Gilberto* de *Gaunt*, pro quadam ſectâ ad Curiam dicti *Gilberti* apud Folkingham, de tribus ſeptimanis in tres ſeptimanas; & idem *Gilbertus* eas tenet de Domino Rege in Capite, quo ſervitio, vel quo waranto dicunt quod neſciunt, & ſunt geldabiles, (&c.)

Item dicunt quod prædictæ Moniales de Stikeſwald tenent in Huntingdon, ſeptem Carucatas & quatuor bovatas terræ, & valent per annum *xv.* libras. De quibus elemoſinantur, ex dono Dominæ *Luciæ* Matris Domini *Radulfi* Comitis *Ceſtriæ*, jam Centum annis elapſis; & dicta Domina *Lucia* eas tenet de Domino Rege in Capite, quo ſervitio, vel quo waranto dicunt quod neſciunt. Et dicunt quod non ſunt geldabiles ad *Wapentachium*, quia ſunt de libertate *Ceſtriæ*, (&c.) Et dicunt quod Dominus Rex amittit terræ wardam & maritagium, cum acciderit, eo quod prædicta terra elemoſinatur, *xv. L.* per annum, quia de tempore *C.* annorum; ideo indè nihil, (&c.)

Vid. Par. 7. H. 4. l. 2. m. 5.

Et dicunt quod dictæ Moniales de Stikeſwald tenent in Bareſton, unam carucatam, & duas bovatas terræ, & valent per annum. *L. s* de quibus elemoſinantur, ex dono Domini *Radulfi* Comitis *Ceſtriæ C.* annis elapſis, & dictus Comes eas tenet de Domino Rege in Capite, quo ſervitio, vel quo waranto dicunt quod neſciunt. Et dicunt quod non ſunt geldabiles ad wapentachium, quia ſunt de libertate *Ceſtriæ*. Et dicunt quod Dominus Rex amittit terræ wardam & maritagium, cum acciderit, eo quod dictæ terræ elemoſinantur, *L. s.* per annum, quia de tam longinquo tempore, ideo indè nihil, (&c.).

ABBATHIA

de Dmeſby *in agro Lincolnienſi.*

Carta Gileberti *filii* Roberti *de* Dmeſby, *primi fundatoris* Abbathiæ *de* Dmeſby.

Ex Regiſtro de Dmeſby, penès *Robertum Rockley*, de Norkley, in Com. Ebor. 1633.

NOtum ſit omnibus, tam futuris, quàm præſentibus, quod ego *Gilebertus*, filius *Roberti* de *Ormeſby*, primus fundator Abbathiæ Sanctimonialium de Dmeſby, dedi & conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & beatæ *Mariæ*, & prædictis Sanctimonialibus, & fratribus ſuis univerſis, in puram & perpetuam elemoſinam, liberam & quietam ab omnibus ſervitiis, donationem, & conceſſionem, confirmationemq; Domini mei, *ſcilicet Willielmi* Comitis de *Albemare*, & meam, quam eis fecimus, pro ſalute animarum noſtrarum; *videlicet* dimidietatem Eccleſiarum de Dmeſby, & de Utterby, cum omnibus pertinentiis earum. Et præterea tertiam partem totius terræ meæ in utraq; villâ; *ſcilicet*, *xx.* bovatas terræ arabilis, cum toftis, & croftis, boſcis, & aquis, pratis, & paſcuis, & omnibus libertatibus, quæ ad eas pertinent, cum Communi paſturâ, & liberis introitibus & exitibus in viis, & ſemitis, in boſco & plano, & in omnibus rebus, infra villas & extra, ubique & in omnibus. Sciendum autem eſt, quod Comes præfatus, Dominus meus, aſſignavit Domino meo *Odoni* de *Fribois*, ſervitium *Stephani* de *Lund*, pro ſervitio hujus terræ prænominatæ, quam dedimus in elemoſinam præſcriptis Sanctimonialibus, ſicut Carta ipſius Comitis teſtatur. Præterea verò dedi eis terram illam, quæ vocatur Crigdale, ad occidentalem partem Abbaciæ, *xxi.* particatas longitudinis, latitudinis verò totius feudi mei ibidem, tam hominum meorum, quam mei; &

totum feudum meum de **Warlotes**, apud **Farebrane**, juxta campum de **Covenham**, à Campo parvæ **Grimesby**, ad **Routhenges**, cum prato, quod ad eas pertinet. Et præterea **Tremares**, & totas **Warlotes**, à **Tiremares**, ad Campum de **Ludebrane** aquilonem & austrum versùs, quantum ego & homines mei habuimus ibi: & à **Tremares**, orientem & occidentem versùs in **Warlotes**, totum Dominum meum; & extra hoc quantum pertinet suæ tertiæ parti. Et præterea sex acras terræ, quas dedi eis ad obitum uxoris meæ, pro ejus animâ, de Dominio meo, ex occidente **Dragedale**, ab eadem **Dale**, usque ad viam quæ ascendit ex austro Abbaciæ: Et præterea x. acras apud **Durewardethorn**. Concessi & dedi, atque confirmavi eis omnia hæc prænominata, cum omnibus rebus & universis libertatibus, & appenditiis suis, sicut aliqua elemosina melius & liberiùs dari potest, libera & quieta ab omni servitio & exactione, & consuetudine seculari, pro salute animæ meæ, & omnium meorum vivorum & mortuorum. Et Ego & hæredes mei, post me, warrantizabimus hæc omnia præscripta Sanctimonialibus prædictis, contra omnes homines imperpetuum.

Carta Roberti *Dapiferi* Willielmi *de* Perci, *de Ecclesiâ de* **Elkinton.**

Ibid. fol. 50. EPiscopo *Lincolniæ*, & cæteris Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, *Robertus* Dapifer *Willielmi de Perci*, salutem in Christo. Cupiens salutem animæ Patris mei, & *Gileberti* avunculi mei, & cæterorum antecessorum meorum; & profectum meum, & sponsæ meæ *Rhoasiæ*, & prolis quam dedit nobis Deus; dedi Sanctimonialibus de **Grimesbi** Ecclesiam meam de *Elkintonâ*, quæ est in australi parte situ alterius *Elkintoniæ*, cum omnibus pertinentiis suis. Et Ecclesiam, de *medica* **Grimesbi**, cum omnibus quæ ad eam pertinent, (&c.)

Carta ejusdem Roberti, *de pasturâ* Lx. *ovibus in campis de* **Suth-alkinton.**

Ibid. 52. NOtum sit omnibus quod ego *Robertus* Senescallus concensu *Roisæ* sponsæ meæ, dedi Deo & beatæ *Mariæ*, & Sanctimonialibus de **Grimesbi**; Pasturam ad sexaginta ovibus ubiq; in campis de *Suthelkintonâ*. præter totam communiam pasturam meam, quam habui, vel aliquis hominum meorum, quam quietam clamo prædictis Sanctimonialibus inter viam, quæ tendit versùs austrum, usq; ad campum de **Welletune**, (&c.)

Confirmatio Willielmi *de* Kimâ.

Ibid. f. 51. VVIllelmus de *Kimâ* confirmat Sanctimonialibus de **Grimesby**, totam terram, quam *Robertus* Dapifer, filius *Roberti*, filii *Fulconis*, dedit eis, tam in *parva* **Grimsby**, quam in **Foteriby**. Et Ecclesiam de **Grimsby**, & Ecclesiam de **Suthelkinton**: Et insuper quietum clamavit totum servitium, & omnia quæ ad eum pertinent, & ad hæredes suos, de omnibus supradictis, salvo tamen servitio Regis, & *Willielmi* de *Perci*, & hæredum suorum.

ABBATHIA

de Sixill *in agro* Lincolniensi.

De fundatione ejusdem

ESt ibidem quædam Abbathia Ordinis de **Sempingham**, vocata *le Sixle*, quæ est de tam antiquo feoffamento, quod pro certo nescitur discutere, quomodo feoffata fuit, eò quod fictè disclamant facta recognita; sed tamen habetur evidentia, contra quos in hoc, quod particulatim per placeas terræ & acras mixtim jacent in Dominio, & scitus Abbathiæ in medio Dominii, ita quod exire non potuerunt nisi super solum Domini ex omni parte (&c.) Ex vet. Rotulo, de extenta Manerii de **Sixill**, facta 15. E. 2. penès *Georgium* **Heneage**, eq. auratum.

Indentura inter *Thomam de la Warre*, Clericum & Canonicos de **Sixhill**, per quam pater, quod ..... de *Grelle*, antecessor ejusdem *Thomæ*, fundator erat ejusdem Abbathiæ. Ibid.

Carta Regis Johannis, *donationem de Manerio de* **Ludeford**, *per* Agnetem *de* Percy *factam recitans & confirmans.*

Johannes Dei gratiâ, &c. Sciatis nos concessisse, & præsenti Cartâ nostra confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ*, & Sanctimonialibus de *Sixle*, & earum fratribus, Clericis & laicis, omnes donationes, concessiones, & confirmationes de Manerio de **Ludeford**, quas *Agnes* de *Percy* eis fecit, & Cartis suis confirmavit; & quas *Ricardus* de *Percy* filius, & hæres ejusdem *Agnetis* eis concessit, & Cartâ suâ confirmavit, sicut Cartæ prædictorum *Agnetis* & *Ricardi*, quas indè habent, rationabiliter testantur. Quare volo, (&c.) Data per manum *H.* de *Welle* Archidiacon. *Wellensis*, apud *Fremantell* v. die *Novembris*. Cart. 7. Joh. 1. n. 44.

De terris in **Welton**, **Heryewyke** & **Wycham** *Abbatiæ de* **Sixill** *spectantibus*

DOminus *Johannes* de Novavillâ Camerarius, tenet in **Welton**, **Heryewike**, & **Wicham**, quinq; bovatas terræ de Rege in Capite, de conquestu dictus *Johannes* dedit *Haldano* de *Heryewyke* dictas quinq; bovatas terræ, & dictus *Haldanus* dedit eas Priori de **Sixhill** in elemosinam, qui eas modo tenet à primâ fundatione Domus. Ex Rot. Hundr. de anno 3. E. 1. *Linc.*

Haco de *Wicham* tenet in eadem, de Domino Rege in Capite, de conquesto v. bovatas

tas terræ; & ipse *Haco* dedit dictas quinque bovatas terræ, in elemosinâ, Priori de Sirhill à primâ fundatione Domus.

Licentia Regia pro Manerio de Hotham *perquirendo.*

Pat. 12. E. 2. p. 2. 10. REx omnibus ad quos &c. Salutem. Licèt (&c.) de gratiâ tamen nostrâ speciali; & pro decem libris, quas dilecti nobis in Christo Prior & Conventus de Sirhill, Ordinis *S. Gilberti*, nobis solverunt, concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis *Johanni* de *Thymilby* personæ Ecclesiæ de Nettltone, *Albino* de *Endirby*, & *Willielmo* de *Langholme*, quod ipsi Manerium de Hotham, cum pertinentiis, in partibus de Lindesey, in Com. *Lincoln.* quod de nobis non tenetur, & quod valet per annum *xl. sol.* sicut per Inquisicionem indè per dilectum nobis *Willielmum Belle* Escaetorem nostrum in Com. prædicto, de mandato nostro captam, & in Cancellariâ nostrâ ferornatam, est compertum, dare possint & assignare præfatis Priori ac Conventui, ac Sanctimonialibus ejusdem domus. Habendum & tenendum eisdem Priori & Conventui, ac Sanctimonialibus, & successoribus suis, in auxilium sustentationis suæ imperpetuum. (&c.) T. Rege apud *Westm. xxviii.* die *Aprilis.*

PRIORATUS

de Marsley *in agro* Lincolniensi.

Carta Regis Edwardi *tertii donationem* Isabellæ *de* Chauncy *recitans & confirmans.*

Cart. 4. E. 3. n. 50. Vide Cart. 16. E. 2. n. 2. REx Archiepiscopis (&c.) Salutem. Inspeximus &c. Cartam *Isabellæ* de *Chauncy*, quam fecit prædictæ Ecclesiæ de *Marseiâ*, in hæc verba.

Omnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, præsens scriptum visuris, vel audituris, *Isabella* de *Chauncy*, filia domini *Thomæ* de *Marseyâ*, salutem in domino; Noverit universitas vestra, me in liberâ viduitate meâ, & in ligiâ potestate meâ, pro salute animæ meæ, & Domini *Philippi* de *Chauncy* quondam mariti mei, & omnium antecessorum meorum, remisisse, concessisse, & confirmâsse, & omnino de me, & hæredibus meis imperpetuum quietum clamâsse, Deo, & sanctæ *Helenæ* de Insula de Marsay, Priori & Conventui ejusdem domus de Marsay ibidem Deo servientibus, totum dominium meum, cum omnibus homagiis & servitiis villarum de Marsay, & Thorp; & omnes terras, possessiones, & tenementa; quæ, vel quas habent, & tenent ex dono & Feoffamento antecessorum meorum, in villis de Marsay & Thorp, Gamelston, Clitesley, West-Retford, Misyn, & Boulton, vel alibi ubicunq; de feodo meo; cum advocationibus Ecclesiarum de Mersay, Gamelston, Misyn, & Boulton; tenendum & habendum dictis Priori, & Conventui de Mersay, & eorum successoribus, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, absq; omni terreno servitio, seculari exactione & demandâ imperpetuum. Habeant etiam prædicti Prior & Conventus Curiam suam, de omnibus hominibus, & tenentibus suis prædictarum villarū, cum omnimodis rebus, ad Curiam pertinentibus, sine aliquo retenemento mei, vel hæredum meorum: ita quod nec ego *Isabella*, nec hæredes mei, vel assignati, quicunq; fuerint, aliquod servitium, vel clamium in prædictis terris, tenementis, & advocationibus Ecclesiarum prædictarum, versùs prædictos, Priorem, & Conventum, vel eorum successores, exigere, habere, vel vendicare de cætero poterimus: Et ego dicta *Isabella*, & hæredes mei vel assignati, omnia prædicta tenementa, terras & possessiones, servitia & Ecclesiarum advocationes, absq; omni servitio terreno, prædictis Priori, & Conventui, & eorum successoribus, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam warantizabimus, acquietabimus, & defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic confirmationi & quietæ clamationi Sigillum meum appposui. Hiis Testibus, Domino *Hugone* de *Hercy*, Domino *Roberto* de *Saundby*; Domino *Laurencio* de *Chauworth* Militibus; *Roberto Power*, *Roberto* de *Wlrington*, *Roberto* de *Lanum*; *Roberto* de *Bekyngham*; *Henrico* de *Sutton*; *Johanne* filio *Radulfi*; *Willielmo* de *Aubeny*; & aliis. Data per manum nostram apud Notingham, Sexto die *Septembris.*

ABBATIA

de Novo loco *super* Ancolm, *in agro* Lincolniensi.

Diploma Regis Edwardi *secundi, Cartam fundationis ejusdem Abbatiæ, per Regem* Henricum *secundum factam, recitans & confirmans.*

Cart. 13. E. 2. n. 21. REx Archiepiscopis &c. salutem. Inspeximus Cartam, quam celebris memoriæ Dominus *H.* quondam Rex *Angliæ* progenitor noster fecit in hæc verba: *H.* Rex *Angliæ* & dux *Normanniæ*, *Aquitanniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Justiciariis, Baronibus, Vicecomitibus, Ministris, & omnibus fidelibus suis, *Francis* & *Anglis* totius *Angliæ* salutem. Sciatis me dedisse & præsenti Cartâ confirmâsse Magistro *G.* & Canonicis Ordinis de Sempingham in insulâ de Rutholm, in territorio de Cadenei,

quæ *Novus Locus* dicitur, Deo & beatæ *Mariæ*, secundùm regulam beati *Augustini*, & institutæ Ordinis de **Sempyngham** perpetuò servientibus, ipsum locum habitationis suæ, & duas carucatas terræ & dimidiam; & unam bovatam terræ & dimidiam; & unam acram terræ, quæ vocatur *Grovie acre*, quæ sunt in dominico meo in territorio de **Badenei**, & de **Husum** in sochâ de **Castre**, cum universis pertinentiis suis, quæ solebant reddere michi annuatim octo libras & decem solidos. Et unam bovatam terræ in territorio de **Hibaldestowe**, quæ fuit *Ricardi* de *Hibaldestowe*: Similiter locum habitationis suæ in Insulâ territorii de **Hibaldestowe**, in puram & perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ, & Reginæ *Alienoræ* & hæredum meorum, & omnium Regum fidelium, qui futuri sunt, post dies meos; & pro statu regni mei, & pro animâ Regis *H.* avi mei, & *Galfridi* patris mei, & omnium antecessorum meorum. Præterea concessi eis ut faciant conductum aquæ, de *Ancolnâ* & de *Kadeneiâ*, quocumq; modo meliùs & utiliùs provideri poterit in prædictâ terrâ, quam eis dedi ad necessarios usus suos. Dedi etiam eis in perpetuam elemosinam quinq; bovatas terræ cum pertinentiis suis, in **Herdewych**, quas *Ivo* & antecessores sui tenuerunt; pro quibus ipsi *Ivoni*, & domino suo *Stephano* filio Camerarii, dedi escambium de meo proprio dominio, ad libitum eorum.

Quare volo & firmiter præcipio, quod jam dicti Canonici omnes terras suas, & tenuras, & omnes possessiones suas, & homines suos habeant & teneant benè & in pace, liberè & quietè, integrè & plenariè, & honorificè, in bosco & plano, in pratis & pascuis; in aquis & piscariis; in mariscis & foresiis; in molendinis & stagnis; in tostis & croftis; in viis & semitis; in Civitate & burgo; in foris & nundinis quorumcumque sint, in transitu pontium & maris portuum; & in omnibus locis, per totam *Angliam* & *Normanniam*; & per omnes terras meas sint quieti, tam ipsi quàm homines sui de *thelonio*, & *pontagio*, & *lestagio*, & *stallagio*, & *hidagio*; & wardis, & operibus Castellorum & pontium, & parcorum & summagiis, & de omnibus *geldis*, & *danegeldis*; & *fengeldis*; & *herngeldis*, & *penigeldis*, & misericordiis, & forisfacturis, & auxiliis, & wapentachiis, & Hundredis, & tridingis, & Sciris, & murdris, & de omnibus auxiliis Vicecomitum, & ministrorum suorum, & de scutagiis, & assisis, & summonitionibus, & tallagiis, & franco plegio, & *borowyng*; & de omnibus occasionibus, & consuetudinibus; & de averiis suis in manum capiendis, & de omni terreno servicio & seculari exactione. Habeant verò prædicti Canonici Curiam suam, & justitiam, cum *sacâ* & *socâ*, & *tol* & *tem*, & *infangenetheof*, cum omnibus aliis libertatibus. Nec habeant Vicecomites, nec ministri eorum, aliquam potestatem in feudis, aut terris, seu hominibus, vel possessionibus prædictorum Canonicorum. Et si quis versùs prædictos Canonicos, de tenementis vel rebus suis aliquid clamaverit, seu eos in aliquo vexare, vel in placitum ponere voluerit, prohibeo ne pro aliquo respondeant, nec in placitum intrent; nisi coram me: Nec aliquis eos placitare faciat nisi coram me. Testibus *Galfrido Cantuariensi* Archidiacono *Ricardo Pictavensi* Archidiacono, *Reginaldo* Archidiacono, *Salesbiriæ*, & *Johanne* Decano de *Saresbiriâ*; *Ricardo* de *Humet* Constabulario; *Willielmo* de *Sancto Johanne*, *Willielmo* filio *Andelini*, apud *Burmoun*.

Carta Regis Henrici *tertii, Conventionem inter Abb. & Conv. de* Longavillâ, *& Canonicos de* Novo loco *super C. solidatas terræ, in sokâ de* **Kirketon**, *confirmans.*

INspeximus etiam Cartam confirmationis, quam dominus *H.* quondam Rex *Angliæ* avus noster fecit in hæc verba. *H.* Dei gratiâ, Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Normanniæ*, & *Aquitaniæ*, Comes *Andegaviæ*, Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis nos conventionem factam inter Abbatem & Conventum de *Longa villâ* Ordinis *Cisterciensis*, & Priorem & Conventum de *Novo loco* in *Angliâ*, Ordinis *Simplingehamensis*; *viz.* quod dicti Abbas & Conventus dederunt & concesserunt prædictis Priori, & Conventui, centum solidatas terræ in sokâ de **Kirketon**, quas habuerunt in puram & perpetuam elemosinam de dono *Reginaldi* quondam Comitis *Bolonie*, & *Idæ* Comitissæ, ad firmam perpetuam; ut eas habeant & teneant in omnibus & per omnia, sicut dictis Abbati & Conventui assignatæ erant in **Hibaldestowe**, & **Gamelesthorp**, pro centum solidis annuis, sicut pleniùs continetur in scripto de prædictâ conventione inter eos confecto, gratam habere & acceptam, & eam pro nobis & hæredibus nostris concedimus, & hac Cartâ nostrâ confirmamus, sicut eadem conventio rationabiliter est inter eos confecta. Quare volumus (&c.) Data per manum venerabilis patris *R. Cycestriæ* Episcopi, Cancellarii nostri, apud **Woodestok**, sexto decimo die *Junii*, anno regni nostri sexto decimo.

Videsis Cart. 1. *Joh.* p. 2. n. 127.

Carta Regis Johannis *de terrâ in* Cadeneiâ, *quæ vocatur* **Husum**.

INspeximus etiam Cartam, quam dominus *J.* quondam Rex *Angliæ*, progenitor noster, fecit in hæc verba. *Johannes* Dei gratiâ Rex *Angliæ* (&c.) Sciatis nos, pro salute nostrâ, & antecessorum & successorum nostrorum, dedisse, concessisse, & præsenti Cartâ confirmâsse, Deo & Ecclesiæ sanctæ *Trinitatis* de *Novo loco* in *Lyndeseiâ*, & Canonicis Ordinis de **Sempyngeham** ibidem Deo servientibus, in puram & perpetuam elemosinam, terram quandam in *Cadeneiâ*, quæ vocatur **Husum**, cum omnibus pertinentiis suis, quæ consuevit nobis reddere ad Scaccarium sexaginta & sex solidos per annum. Quare volumus (&c.) Data per manum *Simonis* Archidiaconi *Wellensis*, apud *Beverlacum*, *xxv.* die *Januarii*, regni nostri anno secundo.

Nos

Nos autem donationes, & confirmationes prædictas, ratas habentes, & gratas, eas, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Christo Priori & Canonicis loci prædicti, qui modo *Novus Locus* super **Ancolm** nuncupatur, & eorum successoribus, concedimus & confirmamus, sicut Cartæ prædictæ rationabiliter testantur (&c.) Data per manum nostram apud *Eboracum xii.* die *Octobris.*

De possessionibus eiusdem Abbatiæ de Novo loco, 3. Edwardi 1.

Ex Rotulo Hundredorum de com. *Linc.* 3. E. 1.

MAgister Ordinis de **Sempringham** habet situm Abbatiæ de *Novo loco*, duas Carucatas terræ, & dimidiam; unam bovatam terræ & dimidiam; & unam acram terræ in **Caveney**, & **Husum**: Et in **Hertelwyke** v. bovatas terræ, cum pertinentiis in dominico, ex dono *Henrici* regis attavi domini regis *Edwardi*, qui nunc est; & valet per annum x. libras.

Item idem Magister habet in **Husum**, & **Caveney** tres libratas terræ, & sex solidatas, ex dono Domini *Johannis* regis in elemosinâ.

Carta Fundationis ejusdem per Petrum *filium* Henrici *de* Bilingeyâ.

Inter Memoranda Scacc. de anno 8. H. 4 Rot. 11.

HEnricus *Dei gratiâ* Rex *Angliæ* (&c.) *omnibus* (&c.) *Salutem, Sciatis quod inspeximus quoddam Recordum annotatum in Memorandis Scaccarii nostri*; viz. *inter Recorda de termino* Paschæ *Anno regni Regis* Henrici, *post Conquestum quarti, progenitoris nostri octavo, Rotulo undecimo inter alia continetur.* Lincoln. *Memorandum* (&c.) Cunctis Christi fidelibus, *Petrus* filius *Henrici* de *Bilingeyâ* salutem: Noveritis me dedisse, concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse, Deo & beatæ *Mariæ*, & Sanctimonialibus Ordinis de **Semplingham**, & fratribus earum, Clericis, & Laicis, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, quicquid habui, habeo, vel de cætero, aliquo jure, imperpetuum potero habere infra Insulam quæ vocatur **Catteley**, & mariscо de **Walecote**, usq; ad antiquum cursum aquæ, juxta mariscum de **Diggeby**, ad inhabitandum in eâ & Deo serviendum imperpetuum, cum omnibus commoditatibus, & pertinentiis suis; *viz.* cum bosco, & fundo, plano, pratis, pasturis, mariscis; cum aquis, piscariis, & cum suis fossatis, ex omni parte dictæ Insulæ de **Cateley** fundata & facta; Et molendinum aquatilium in eadem Insulâ, & stagnum ad illud factum totum, cum ripis suis, utriusq; partis, & cum toto cursu aquæ super solum feodi mei; *viz.* à **Wykelmare** de **Thorp**, ex utraq; parte, usq; **Wilfbarne-Rouhe**, versus **Bilinghey**; & cum totâ piscariâ ejusdem stagni, infra prædictas metas, in puram elemosinam; & cum conductu aquæ ad omnes suos usus necessarios, quacunq; parte voluerint, tam extra feudum meum quàm infra, secundùm quod viderint melius, pro commodo suo proprio expedire omni hotâ, & tempore anni, sine omni impedimento & calumpniâ mei seu hæredum meorum imperpetuum.

Dedi etiam eisdem situm grangiæ, inter **Walecote**, & mariscum, suâ cum claturâ & fossatis suis, & cum duabus culturis terræ arabilis juxta suam grangiam jacentes, quarum una vocatur **Suthcroft**, & altera vocatur **Westcroft**, cum libero introitu, & exitu, per feudum meum ubiq; & duas carucatas terræ in territorio de **Walecote**, cum tribus toftis in eadem villâ, cum omnibus pertinentiis suis; & pasturam in mariscо meo de **Cubum** ad animalia sua, cujuscunq; generis fuerunt ibidem nutrienda, & cum sicu Vaccariæ suæ in eadem pasturâ. Præterea dedi eisdem Monialibus & fratribus earum unam culturam terræ arabilis, quæ vocatur **Calkecliffe** in territorio de **Calbecote**, cum aliis tribus culturis terræ, & duabus culturis prati in eodem territorio; quarum una jacet apud **Hallegarthdyke**, & una juxta **Bilingeydyke**; & duæ culturæ prati jacent in quodam ..... subter **Walecote**, a parte Boreali, quæ vocatur *le* **Weire** divisim; & tertia vocatur **Croked** & **Furlang**, buttans super **Bilingeydyke**, quas *Osbertus Prester* de **Corby**, quondam de patre meo ad firmam tenuit. Dedi etiam dictis Monialibus, & suis fratribus Ecclesiam Sancti *Andreæ* de *Bylingei*, ad suos usus proprios perpetrandam & possidendam; & sex bovatas terræ arabilis in territorio de **Bilyngay**, cum omnibus suis pertinentiis, & cum duobus toftis in eadem villâ, & Capellam de **Walecote**, sine onere, quia illa est annexa dictæ Ecclesiæ; & dimidiam carucatam terræ, in campis de **Bylyngay**; duas bovatas, quas *Gerardus* tenuit, & duas quas le ..... tenuit, cum toftis & aliis suis pertinentiis. Similiter dedi & concessi eisdem Fragium, Focalia, & Coopertoria sufficientia sine aliquo impedimento ad omnes suos usus necessarios in omnibus mariscis, & communibus villæ de **Billingey**, & **Walecote** spectantibus; & pasturam ad ducentas oves in territorio de **Walecote**, & ad ducentos in territorio de **Bylingay**. Hæc omnia supradicta cum universis suis pertinentiis, & commoditatibus infra villam & extra, ubiq; per feodum meum; & cum liberis introitibus & exitibus, sine aliquo retenemento dedi & confirmavi eisdem in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, pro animabus antecessorum & hæredum meorum: Et ego & hæredes mei warantizabimus omnia prædicta prædictis Sanctimonialibus, & earum fratribus, Clericis & laicis, & defendemus de omnibus rebus erga dominum regem & omnes dominos meos, & omnes homines imperpetuum. Hiis testibus, *Rogero* Decano de **Scalby**; *Roberto* Clerico de **Scoxton**; *Henrico* de *Marton*; *Willielmo Vacelyn*; *Rogero* Clerico & totâ parochiâ de **Bilyngey**: Quæ omnia & singula, ad requisitionem dilectorum nostrorum *Willielmi Mason* & *Johannæ* uxoris ejus, consanguineæ & hæredis prædicti *Petri* de *Bilyngey*, sub sigillo Scaccarii nostri duximus exemplificanda.

PRIORATUS
de Ratteley *in agro* Lincolnienſi.

Carta Petri *filii* Petri *de* Belyngey *anteceſſorum ſuorum donationes confirmans.*

Ibid. NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus, tam præſentibus, quàm futuris, quod ego *Petrus* filius *Petri* de *Belyngeiâ*, conceſſi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo, & Sanctimonialibus de *Catleiâ*, & fratribus earum, Clericis, & Laicis, omnes donationes anteceſſorum meorum, quas dederunt, & Cartis ſuis confirmaverunt in territoriis de *Bylingeiâ*, & de Walcot, & pertinentiis earum prædictæ domui; Scilicet, ipſum ſitum Abbathiæ, & adjacentibus, & pertinentiis ejus, & Eccleſiam de *Belyngeiâ*, cum Capellâ de Walcote, & cæteris pertinentiis ſuis: Et præter alias terras, & elemoſinas, quas habent in territoriis prænominatarum villarum; *ſcilicet* Belyngey & Walcote, ſicut Cartæ donatorum teſtantur, de feodo noſtro; in boſco, & plano; in villis & extra villas; in viis, & ſemitis, in liberis introitibus, & exitibus; in campis, & Mariſcis; in pratis, & paſcuis; in aquis, & piſcariis, & in omnibus locis, cum communi paſturâ, & omnibus libertatibus, & ayſiamentis ad prædictam pertinentibus, ſicut meliùs, & liberiùs habuerunt in diebus patris mei, vel anteceſſorum meorum. Præterea dono eis, de dono meo, unam acram terræ in *Bylingeiâ*, ex occidentali parte Bercariæ ſuæ, quæ vocatur Wlfrych, propinquiorem extra foſſatam, pro ſalute animæ meæ, & ſponſæ meæ, & hæredum noſtrorum; & præcipuè patris mei, & omnium fidelium, in puram & perpetuam elemoſinam. Hæc omnia prænominata conceſſi, & confirmavi præfatis monialibus de *Cateleiâ*, & warantizabimus eis ego, & hæredes mei poſt me, erga Regem, & Dominos, & omnes homines imperpetuum, ſicut puram & ſpecialem, atq; perpetuam elemoſinam. Hiis teſtibus, *Willielmo* filio *Radulphi* de *Ledenham*, *Adâ Blundo Linc*: & *Johanne* fratre ejus; *Johanne* filio *Hugonis Flamang*, *Wygoto Vinetario*; *Johanne Rufo*; *Thomâ* Capellano; *Godfrido* Preſbitero; *Willielmo* filio *Willielmi*, filii *Thomæ* de *Digby*; & *Hervæo* Præpoſito, *Radulpho* de *Funtenei*; *Rogero* de *Sempingham*; *Rogero* Clerico; *Rogero* Puero Prioris; *Galfrido* de Hoſpitio; *Thomâ* filio *Willielmi* de *Paris*; *Waltero Delum*; & *Fulcone* filio *Mauritii*; *Roberto* Præpoſito de *Belyngeiâ*, & cæteris hominibus ejuſdem villæ.

PRIORATUS
S. Katherinæ, *in ſuburbio Civitatis* Lincolnienſis.

Cartâ Regis Henrici *ſecundi*, *fundationem ejuſdem*, *per* Robertum Linc. *Epiſcopum*, *& diverſas terras & Eccleſias confirmans.*

HEnricus Rex *Angliæ* & Dux *Norm.* Car. 1. E. & *Aquit.* & Comes *Andeg.* 3. n. 28. Archiepiſc. (&c.) ſalutem. per Inſpex. Sciatis me ad petitionem *Roberti* ſecundi Epiſcopi *Linc.* Epiſcopi, & Capituli *Lincoln.* conceſſiſſe & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Eccleſiæ Canonicorum Ordinis de Sempingham, quam præfatus *Robertus* Epiſcopus *Lincolniæ*, aſſenſu Capituli ſui, fundavit juxta Civitatem *Lincolniæ*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, præbendam de Canewich, cum omnibus pertinentiis ſuis: & quinque bovatas terræ in Wiggelle, cum omnibus pertinentiis ſuis: Et Eccleſias de Newerc, & de Noxton, & de Martune, & de Newetune cum omnibus pertinentiis ſuis, & duas manſuras in burgo de Newerc, & domos cum terrâ ab aquilonali parte & orientali matris Eccleſiæ de Newerc; Et quatuor bovatas terræ in campis de Newerc, cum manſuris; Et xx. acras in bruerâ, & manſuram, quam priùs habuerat ipſa Eccleſia de Newerc, cum duabus bovatis terræ in campis ejuſdem villæ, Et Capellam Apoſtolorum *Philippi* & *Jacobi*, in Caſtello ejuſdem villæ, fundatam, & antiquitùs matri Eccleſiæ datam, cum decimo denario totius telonei de burgo de Newerc, exceptis nundinis. Et tres bovatas terræ in Walcortune cum manſuris; Et quatuor ſolidatas terræ quas *Malgerus* tenuit in Newerc. Conceſſi etiam eis Eccleſiam de Waceburgge, cum unâ bovatâ terræ, & manſurâ, & cum omnibus pertinentiis ſuis in Waceburgge. Prædictorum verò Canonicorum curæ & cuſtodiæ Hoſpitale *S. Sepulchri Linc:* & poſſeſſiones omnes pauperum & fratrum illius conceſſi, & præſenti Cartâ confirmavi. Quare volo (&c.) Hæc omnia conceſſi prædictæ Eccleſiæ, pro anima Regis *H.* avi mei, & pro animâ *M.* Imperatricis matris meæ, & pro ſalute meâ, & *A.* Reginæ, & hæredum meorum; & pro ſtatu Regni mei. T. *Rogero Eborac.* Archiepiſcopo; *Hugone Dunelmenſi*; *Hilario Ciceſtrenſi* Epiſcopis: *Reginaldo* Comite *Cornubiæ*; *Rogero* de *Mulbrai*, *Reginaldo* de *Curtenai* apud *Weſtmonaſterium.*

PRI-

PRIORATUS
de Heyninges, *in agro* Lincolniensi.

Carta Regis Henrici *tertii, donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Cart. 52. H 3. m. 5. per Inspex.

HEnricus (&c.) Inspeximus Cartam, quam *Reynerus* de *Evermu* fecit Deo & beatæ *Mariæ* & omnibus sanctis & fratribus ac sororibus de Heyninges ibidem religiosè conversantibus, in hæc verba. Episcopo *Lincolniæ*, & Capitulo, & omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, *Reynerus* de *Evermu* salutem. Noverit universitas vestra, me concessisse, dedisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ*, & omnibus sanctis, & fratribus & sororibus de Heyninges ibidem religiosè conversantibus, totum nemus, ubi habitant, & communem pasturam mariscorum, & turbariam; & duas hirstes circumjacentes; & sartum juxta mariscum; & Warnotum de Linley, & angulum prati de North, cum duabus actis de Creis, in eodem prato; & veterem piscariam de North; & Ecclesiam de Uptone, cum omnibus pertinentiis suis; & duas garbas de dominio meo de *Clineyâ*, & decem liccas anguillarum de Ecclesiâ de *Clineyâ*, salvâ donatione ejusdem Ecclesiæ mihi & hæredibus meis. Concedo etiam prædictis Sanctimonialibus, omnes decimas suas de eadem parochiâ, quietas; & unam Carucatam terræ in *Holowellâ*, quam *Agnes* filia mea tenet, quando se demiserit de eadem terrâ quocunq; modo. Hæc omnia concessi prædictis Sanctimonialibus, & dedi in liberam & puram, & perpetuam elemosynam, & solutam ab omni seculari servicio. Testibus *Gualtero* de *Amundevill*, & uxore ejus *Haviz*, & *Josf.* & *Gulielmo* de *Evermu*, *Gilberto* de *Nevill*, *Guilelmo* filio *Roberti* (&c.)

Inspeximus etiam Cartam, quam *Odo* de *Sanctâ Cruce* fecit eisdem fratribus & sororibus, in hæc verba. *Odo* de *S. Cruce* omnibus (&c.) Notum vobis omnibus fieri volo, quod ego & *Odo* filius & hæres meus, dedimus & concessimus Deo & S. *Mariæ* & Sanctimonialibus de Heyninges, *xl.* acras terræ, cum communi pasturâ in campis de Uptone, *xx. scilicet* ex unâ parte villæ, & *xx.* ex alterâ parte; tenendas & habendas imperpetuum, pro *iii. s.* annuatim reddendis, *xviii. d.* in dominicâ ramis Palmarum & *xviii. d.* ad festum S. *Michaelis* pro omni servicio (&c.) Testibus, *Willelmo* filio *Oberti* Archid. *Jordano* Thesaurario, & *Adam* filio ejus (&c.) Nos autem prædictas donationes (&c.) confirmamus (&c.) Datum per manum nostram apud *Lincolniam xvi.* die *Augusti*, anno regni nostri *Lii.*

PRIORATUS
de Holland-brigg, *in agro* Lincolniensi.

De fundatione ejusdem per Godwynum *divitem de* Lincolniâ.

REx dilectis & fidelibus suis *Galfrido* le *Scrope*, & sociis suis Justiciariis ad Placita coram nobis tenenda assignatis, salutem. Cum nuper comperto per Inquisitionem, captam coram *Roberto* de *Malberthorpe*, & sociis suis nuper Justiciariis nostris, ad supervidendum wallias, fossata, gutteras, seweras, pontes, calceta, & gurgites in partibus de Westfenne & Holand; & ad quædam alia in commissione nostrâ eis factâ, facienda & explenda assignatis per Breve nostrum, quod Prior Capellæ S. *Salvatoris* reparare deberet & sustentare calcetum de Holandbrigg, & triginta pontes super eodem, per certas metas & bundas: Ad prosecutionem ejusdem Prioris, assertis ipsum de hujusmodi reparatione & sustentatione operari non debere, Recordum & processum Inquisitionis prædictæ coram nobis venire fecerimus. Ac postmodum per petitionem ejusdem Prioris, coram nobis & consilio nostro in Parliamento nostro *Eboraci*, ultimo convocato, exhibitam; accipientes, quod in redditione judicii super processu negotii prædicti, coram nobis postmodum habito, error intervenit manifestus, ad dampnum ipsius Prioris non modicum & gravamen; tenorem Recordi, & processus inde habitorum, coram nobis & consilio nostro prædicto in eodem Parliamento venire fecerimus. Et quia per inspectionem tenoris Recordi & processus prædictorum, coram nobis & consilio nostro in eodem Parliamento examinatorum plenius apparet, quod *Godewinus* dives de *Lincolnia*, fundator ejusdem Prioratus, locum S. *Salvatoris* de *Ponte-Astaci*, & quædam alia terras & tenementa, fratribus Ordinis de Sempyngham ibidem commorantibus dedit & concessit; ita quod bona indè provenientia ibidem ad laudem S. *Salvatoris*, & fratrum in eodem loco commorantium sustentationem expenderentur, & quæ superfuerint in prædicti pontis reparationem apponerentur, & quod error in redditione judicii prædicti intervenit; in eo, quod per Cartam fundatoris prædicti, sustentatio prædictorum Prioris & fratrum primò salvata existit, ut est dictum; ita quod illud quod supereest, in reparatione Calceti prædicti apponi debet; ac per judicium illud sustentatio eorundem Prioris & fratrum, quæ est principalis, ponitur accessoria; Et sic consideratum est in eodem, contra fundationem prædictam, quod calcetum prius reparetur, & eorum sustentatio

Clauf. 7. E. 3. p. 1. m. 24.

stentatio postmodùm sit salvata: Volentes id, quod in hac parte minus ritè consideratum est, prout convenit, emendari; vobis mandamus, quod visis Recordo & processu negotii prædicti, coram vobis, ut dicitur existentibus, Recordum & processum prædicta in hac parte emendari faciatis, & nos de valore terrarum & tenementorum fratribus Prioratus prædicti, per præfatum Fundatorem suum collatorum; necnon de viâ aliquâ, per quam reparario dicti Calceti præfatum Priorem contingens, in certo poni poterit, informetis; Et taliter ulteriùs ordinetis, quod judicium inde reddatur, & districtioni eidem Priori, præmissâ occasione factæ, supersederi faciatis, pendente coram nobis prædicto negotio indiscusso. *T.* Rege apud *Pontemfractum x.* die *Februarii*.

PRIORATUS
de Malton *in agro* Eboracensi.

Carta Fundationis ejusdem, per Eustachium *filium* Johannis.

Ex Regist. de Malton in bibl. Hatton. f. 34. a. Videsis etiam Esc. 8. E. 2. n. 63.

Eustachius filius *Johannis*, Cunctis Christi fidelibus, tam futuris, quàm præsentibus, salutem in Christo: Cupiens providere saluti animæ nostræ, & uxoris meæ, & filiorum, & parentum meorum, dedi in perpetuam elemosinam Deo, & beatæ *Mariæ*, & Canonicis, de Ordine de Semplingham, qui Deo serviunt, secundùm regulam Sancti *Augustini*, & Apostolicam doctrinam, locum religioni aptum; *viz.* Ecclesiam de Malton cum omnibus qui ad eam pertinent, tam in Capellis, & terris, quàm in cæteris rebus: Dedi etiam illis unam carucatam terræ in eadem villâ cum mansurâ demenii mei, & virgulto. Præter hæc dedi eis Ecclesiam Sancti *Petri* de Wintringham, cum mansurâ demenii mei, in occidentale parte prædictæ Ecclesiæ, & duo molendina in eadem villâ, cum omnibus pertinentiis suis, in decimis, & in terris, in pratis, & in pascuis, in molendinis, & in aquis, in maresco, & in plano, & in vasto, & omnibus aliis rebus & libertatibus, quæ antiquiùs eidem Ecclesiæ de Wintringham adjacebant, vel datæ sunt: Et villulam quæ vocatur *Lintunia*, cum omnibus pertinentiis suis, tam in pratis, & pasturis, quàm in terris, & cæteris rebus. Hæc autem omnia dedi eis in perpetuam possessionem, ut ea liberè, & quietè teneant & possideant sine omni exactione, & seculari servicio, pro salute animæ meæ, & Patris mei, & Matris meæ, & antecessorum & omnium parentum meorum, vivorum & mortuorum: Et ego & hæredes mei warantizabimus omnia hæc erga omnes homines. Hujus donationis meæ testes sunt Dominus *Henricus* Archiepiscopus *Ebor.* Magister *Reb.* de Hospitali, *Adam* Abbas de *Melsâ*, *Walterus* & *Ricardus* Capellani, *Guarinus* Clericus, *Will. Latimer*, *Will.* filius *Guer*, *Will.* filius *Walonis*, *Johannes Dapifer*, *Robertus Fraser*, *Albertus*, *Brienus*, *Aelardus*, *Reg.* filius *Willielmi Cunestar*, & etiam Domina *Agnes* uxor mea.

Carta ejusdem Eustachii, *de Ecclesia de* Bampton.

Ibid.

CUnctis Christi fidelibus *Eustachius* filius *Johannis* salutem: Vobis omnibus innotescat, quod ego *Eustachius*, divino ductus instinctu, concessi & dedi, quantum fas est laicæ personæ, & hac Cartâ meâ confirmavi Canonicis beatæ *Mariæ* Virginis de Malton, Ecclesiam de Bamtune, cum omnibus pertinentiis suis, in puram & perpetuam elemosinam, ad sustentationem eorum, & ad profectum animæ meæ, & hæredum meorum & pro animâ *Galfridi* filii mei, & *Ricardi* fratris sui, & pro animabus omnium parentum meorum & amicorum: Ego verò & hæredes mei guarantizabimus eis hanc elemosinam erga omnes homines. Hiis testibus, *Warino* Capellano, *Ric.* Capellano, *Adâ* Abbate de *Melsa*, *Rob.* de *Templo*, & aliis.

Carta Will. *de* Vesci, *de* Dmesby, & Spaldingham.

Ibid.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Will.* de *Vesci* dedi & hac Cartâ meâ confirmavi Deo & beatæ *Mariæ*, & fratri *Gilberto* Magistro Ordinis de Sempingham, & Sanctimonialibus de Dmesby, earumq; fratribus, Clericis & laycis, in puram & perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ, &c. Heremitorium de Spaldingholm; & à *Brendhac*, ex australi parte viæ, quæ ducit versùs orientem usq; in *Fulna*, & iterum versùs Aquilonem in latitudine quarencena & dimidia, & indè usq; *Fulnam* in longitudine, ut sit ejusdem latus juxta *Fulnam*, quàm juxta Brandath. Et communem pasturam in vicino nemore & mariscæ quadraginta vaccis, cum sectâ unius anni, decem juvencis, cum sectâ unius anni; & in nemore, quantum suppetit usui fratrum ..... sine donatione & venditione & vasto. Præterea dedi eis ..... in puram & perpetuam elemosinam, sufficientem pasturam *CC.* ovibus ubiq; in territorio de Spaldingholme, in campis & moris, pratis, & pascuis, & planis, siccis & humidis, cum liberis introitibus & exitibus, & omnibus libertatibus & aisiamentis infra villam & extra; & communem pasturam omnibus aliis averiis suis prædictis ubiq; in feodo meo, inter aquam de *Fulna* & Derwent, simul cum toto ubi fratres manent dudum eis accomodato, ita quod si aliquid scriptum signatum Sigillorum dictorum Magistri *G.* vel Monialium huic dono contrarium fuerit inventum, nullius virtutis robur optineat, nec habeat. Et ego dictus *Will.* & hæredes mei warantizabimus

Prioratus de Dmesby.

tizabimus & defendemus, & adquietamus eis omnia prænominata, sicut prædictum est, contra Regem, & omnes homines & fœminas imperpetuum. Hiis testibus, &c.

Carta Willielmi *filii prafati* Eustachii, *de Ecclesiâ de* Watton, *cum ipsâ villa.*

lb. f. 34. b. CUnctis Christi fidelibus *Will.* de *Vesci* salutem: Notum sit vobis, quod ego *Will.* de *Vesci*, cupiens profectum, tam corporis mei quàm animæ meæ, & Patris mei, & Matris meæ, & Fratris mei *Galfridi*, necnon & aliorum parentum meorum, præsentium & subsequentium; concessi, & quantum ad me pertinet, dedi, & hac Cartâ meâ confirmavi omnes donationes, quas Pater meus *Eustachius* filius *Joh.* dedit, tam Canonicis quàm Monialibus, sive in *Wathona*, sive in *Maltona*, sive in Wintringham, sive alibi; *viz.* Ecclesiam de Wintringham cum mansurâ demenii mei in occidentali parte Ecclesiæ S. *Petri*: Et duo molendina in eadem villâ, & villulam quæ vocatur *Lingtona*, cum omnibus pertinentiis suis, & omnibus aliis rebus quæ antiquitùs prædictæ Ecclesiæ de Wintringham datæ sunt. Et Ecclesiam de *Maltona*, cum omnibus quæ ad eam pertinent, tam in Capellis & in terris, quàm in cæteris rebus. Concessi etiam & dedi Monialibus, suisq; fratribus Ecclesiam de Watton, cum ipsâ villâ, sicut Pater meus eis dedit & concessit, & *Willelmus Fossard* Cartâ suâ confirmavit. Hæc omnia verò concessi & dedi eis in perpetuam possessionem, ut ea liberè, & quietè teneant sine omni exactione & seculari servicio, pro salute animæ meæ & Patris mei, &c. His testibus, &c.

Carta ejusdem Willielmi *de Ecclesiâ de* Ancastre.

Ibid. CUnctis Christi fidelibus *Will.* de *Vesci*, salutem: Noverit universitas vestra me concessisse & dedisse, & præsenti Cartâ confirmâsse Deo & Canonicis Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Walton, Ecclesiam de Ancastre, cum omnibus pertinentiis suis, & quicquid juris in eâ habui, in puram & perpetuam elemosinam, pro animabus Patris & Matris meæ, & omnium antecessorum meorum; necnon & pro salute mei & meorum, sicut aliqua elemosina liberiùs dari potest: Et hanc elemosinam warantizabo eis, & hæredes mei post me imperpetuum. Hoc autem feci assensu & consilio venerabilis viri *Reb. scil. Lincoln.* Episcopi, & in manu ejus hanc donationem posui, & testimonio ejus corroboravi, &c.

Carta prafati Willielmi.

lb. f. 35. a. CUnctis Christi fidelibus *Will.* de *Vesci* salutem: Notum sit vobis, quod ego *Will.* de *Vesci*, cupiens profectum tam corporis mei quàm animæ meæ, & Patris mei, & Matris meæ, & fratrum meorum *Galfridi* & *Ricardi*, necnon & aliorum parentum meorum præsentium & subsequentium, dedi, concessi, & hac Cartâ meâ confirmavi omnes donationes, quas Pater meus *Eustachius*, filius *Johannis*, dedit Canonicis de Walton; *viz.* Ecclesiam de Walton, cum omnibus quæ ad eam pertinent; tam in Capellis & in terris, quàm in cæteris rebus; & mansuram demenii mei, cum virgulto, cum omnibus ailiamentis ad quæcunq; facere voluerint prafati Canonici ad profectum domus suæ, tam in stagno, quàm in curiâ suâ: Et molendina veteris *Maltona*, cum omnibus pertinentiis suis; & piscariam in aquâ de Derewent per totum dominium meum.

Dedi etiam prædictis Canonicis meis de Walton unam acram terræ in morâ prædictæ villæ de Walton, ad bercariam faciendâm; & totum pratum meum ex orientali parte pomerii *Rogeri* de *Lascels* in eadem villâ. Dedi etiam & concessi dictis Canonicis meis Ecclesiam de Wintringham, cum mansurâ demenii mei in occidentali parte Ecclesiæ S. *Petri* in eadem villâ, cum omnibus pertinentiis suis & libertatibus, & aliis rebus, quæ antiquitùs eidem Ecclesiæ adjacebant, vel datæ fuerunt; *viz.* omnimodas decimas quatuor carucatarum terræ de feodo meo in Stanistone; & duas partes omnimodarum Decimarum duarum carucatarum terræ in Thurgelby; & duas partes omnimodarum decimarum terræ meæ in Neusom, cum totâ decimâ villæ de *Brendâ*: Et duas partes decimarum de dominicis terris meis in Parochiâ de Helpingham: Et duas partes decimarum terræ meæ in Catthorp; & omnimodas decimas Capellæ de Saureby, juxta Tresk; quæ omnes & singulæ antiquitùs ad Ecclesiam de Wintringham prædictam pertinere dinoscantur.

Dedi etiam & concessi eisdem Canonicis meis duo molendina in villâ prædictâ de Wintringham, in villulâ quæ vocatur *Linctona*, cum omnibus suis pertinentiis, & duas culturas terræ in campo de Wintringham, quarum una vocatur le *Nuresiat*, altera est ad capud de *Cornemalsiat*: Et totum ambitum antiqui vivarii, & Capellam S. *Helenæ*, cum situ, sicut includitur. Præterea dedi eisdem Canonicis meis locum qui dicitur le Herlote, sicut includitur; & similiter locum qui vocatur le Houhouse, juxta Thapton, cum sufficienti pasturâ per totum dominium meum, & totum quod dicitur Depeker. Hæc omnia concessi & confirmavi dictis Canonicis meis in puram & perpetuam elemosinam, liberam & quietam ab omni seculari servitio, pro salute meâ & *Eustachii* filii mei, & pro animâ *Eustachii* Patris mei, & *Beatricis* Matris meæ, & omnium antecessorum meorum. Ego verò & hæredes mei guarantizabimus omnia prædicta dictis Canonicis meis erga omnes homines imperpetuum. Hiis testibus, &c.

Carta Burgæ *uxoris ejusdem* Willielmi, *de Ecclesiâ de* Langetonâ.

Ibid. b. CUnctis Christi fidelibus *Burge* uxor Domini *Willielmi* de *Vesci* salutem: Vobis omnibus innotescat, quod ego *Burge*, divino ducta instinctu, concessi & dedi, quantum fas est liberæ mulieri, & hac meâ Cartâ confirmavi Deo & Canonicis beatæ *Mariæ* Virginis de *Maltonâ*, Ecclesiam de Langatune, quæ est de maritagio meo, cum omnibus pertinentiis suis, in puram & perpetuam elemosinam, tam liberè quam liberiùs aliqua elemosina potest religioni donari. Hanc autem donationem feci eis pro salute Domini mei *Willielmi* de *Vesci*, & *Eustachii* filii nostri, & pro salute Patris mei, & fratrum meorum, & pro meipsâ, &c. Hiis testibus, &c.

Carta Ivetæ *de* Arches *in Ecclesiâ de* Nortonâ.

Ib. f. 55. a. CUnctis Christi fidelibus, vobis omnibus innotescat, quod ego *Iveta* de *Arches* uxor Domini *Rogeri* de *Flamevillâ*, divino ducta instinctu, unà cum domino & sponso meo *Rogero* de *Flamevillâ*, concessi & dedi, quantum fas est liberæ mulieri & sponsæ, & hac meâ Cartâ confirmavi Ecclesiam de Malton, quæ est de dote meâ, cum omnibus pertinentiis suis, in perpetuam elemosinam, Canonicis beatæ *Mariæ* de *Maltonâ*, tam liberè quàm liberiùs aliqua elemosina potest religioni donari, ad sustentationem duorum Canonicorum, quos ipsi concesserunt nobis & hæredibus nostris habere in perpetuum in domo suâ ad profectum animarum nostrarum, & liberorum nostrorum, & patrum & matrum, & omnium specialium amicorum nostrorum. Hiis testibus, &c.

Carta Prioris & Conventus de Novoburgo, *de plateâ.*

Ib. f. 55. b. NOtum sit omnibus ad quos literæ istæ pervenerint, quod ego *Ricardus* Prior, & Capitulum S. *Mariæ* de *Novoburgo* concessimus Magistro *Willielmo* de *Flamavillâ* terram illam, quam *Wido* Canonicus, juxta pontem de Malton tenuit, de feodo Domini *Rogeri* de *Flamavillâ* patris sui; & quam idem *Rogerus* pater ejus nobis in liberam & perpetuam elemosinam dedit: Et tenebit idem Magister *Willielmus* eandem terram, & hæredes ejus post eum; quos *scilicet* hæredes facere voluerit, pro duodecim denariis annuatim reddendis, & hospicio tam nostro, quàm hominum nostrorum per eundem locum transeuntium. In exhibitione autem ejusdem Hospicii nihil ab eo exigetur præter spacium domus ad manendum, ita quod in arbitrio nostro erit, vel in communi domo hospitali, vel intra curtem habere aliam domum hospicio nostro specialiter deputatam. Hiis testibus, &c.

Carta Magistri Willielmi *de* Flamvill, *de Platea.*

UNiversis ea quæ præsens scriptum continet audituris, participibus Ecclesiasticæ communionis, Magister *Willielmus* de *Flamevil*, in eo, qui vera salus est, salutem: Ad omnium cujuscunq; conditionis Catholicorum noticiam pervenire desidero, quod locum illum, qui platea dicitur apud Malton, cum ædificiis & omnibus pertinentiis, concessi & donavi, & hac Cartâ meâ confirmâvi, in perpetuam elemosinam, Canonicis & fratribus Ordinis de Semplingham, ad administrandum ibidem & serviendum pauperibus Christi, qui apud eundem locum illum pro diurno victu suo requirentes; ita *scilicet* ut quotquot sustinere facultates loci poterint, illic habeant hospicium diurnum & refectionem. Concessi verò locum memoratum viris venerabilibus prædictis, suæ pauperumq; sustentationis gratiâ, tot & talibus, quot & quales reverendus Magister totius Ordinis ad hæc necessarios esse decreverit, quorum diligenti custodiâ & curâ, provisioneq; solicitâ, procuratio pauperum & egenorum perpetuò disponatur, & caritativo moderamine, secundùm Dominum gubernetur. Sanè concessionem hanc viris prænominatis feci, salvo Conventu de *Novoburgo* debito annuatim illi servicio, *viz. xii d.* & ut fratres de *Novoburgo* per locum illum transeuntes ibidem, suis, non loci sumptibus hospicio suscipiantur, etenim non ampliùs exigere possunt, præter spacium nudæ habitationis; sic etenim in Cartâ super hoc conceptâ continetur, Testibus, &c.

Carta Rogeri *de* Flamvill *de Ecclesia de* Malton.

REverendo Domino suo & Patri *Eborum* Archiepiscopo, & universis Sanctæ Ecclesiæ filiis, qui præsentem Cartam audient vel videbunt, *Rogerus* de *Flamavill* salutem. Notum facio vestræ veneration, quod pro Dei amore & beatæ *Mariæ* Virginis, Matris Dei, & S. *Nicholai*, concessi & hac Cartâ meâ confirmavi, quantum laicæ personæ fas est, Ecclesiam beatæ *Mariæ* de *Martona*, cum suis pertinentiis, Hospitali pauperum, quod est ad capud pontis *Nortona*, in feudo meo, in liberam & perhennem elemosinam; ad sustentandos pauperes, qui in eo suscipiuntur hospicio, & ministros eis ibidem ministraturos. Concessi etiam prædicto Hospitali pasturam ducentis ovibus in eadem villâ de *Mortona*, liberam & quietam, & placeam in Campo ubicunq; custos Hospitalis illius elegerit, ad ovile faciendum, & ad illud removendum de loco ad locum convenientem, sine dampno magno hominum ejusdem villæ. Præterea concessi jam dicto Hospitali, pasturam *CC.* ovibus in Hotone; & mansuram unam unius bovatæ terræ; & bovatam terræ quando liberabitur; & placeam in Campo ad Ovile faciendum. Concessi etiam illi singulis annis *xx.* quadrigatas Ibid. f. 58. a.

gatas turbæ in morâ *Fr'tone* & ramum in bosco meo ad sæpes claudendas. Testibus, &c.

Confirmatio Hugonis *de* Flamvill, *fil. præfati* Rogeri, *de eadem.*

CUnctis Christi fidelibus *Hugo* de *Flamvill* salutem. Notum vobis facio omnibus me concessisse & confirmâsse Deo & beatæ Virgini *Mariæ*, & beato *Nicholao*, & Elemosinariæ domni de plateâ apud *Nortonam*, & Canonicis Ordinis de Semplingham, procuratoribus pauperum Christi ibidem, Ecclesiam de Parton in Burgersire, in perpetuam & liberam elemosinam, cum omnibus pertinentiis & libertat bus, antiquis & novis; quam Ecclesiam Pater meus eidem loco antea dedit, & Cartâ suâ confirmavit, in puram & perpetuam elemosinam: Et quam etiam Ecclesiam ego ipse concessi & confirmavi prædictæ Elemosinariæ antequam sororem meam *Matildem Flamvill Roberto de Hastinges* in matrimonium dederam, ut habeant perpetuoq; possideant in liberam & perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ, & omnium antecessorum meorum. Et ego & hæredes mei warantizabimus ipsis hanc prædictam Ecclesiam erga dominos & omnes homines, & de omnibus rebus, quantum pertinent ad laicum personam. His testibus, &c.

Carta Magistri & Capituli de Semplingham, *de Ecclesia de* Parton.

Ibid. CUnctis Christi fidelibus, præsentibus & futuris *R.* Prior Ordinis, & Capitulum de Semplingham, salutem in domino: Ad noticiam vestram cupimus pervenire, nos de consilio & consensu Ordinis nostri & Capituli, concessisse devotis fratribus nostris Canonicis de Parton, procuratoribus plateæ ad partem de Norton, Ecclesiam de *Martona* in Burgersire, cum omnibus pertinentiis, ad perpetuos usus proprios, ut de ipsâ disponant, quemadmodum sibi & prædictæ plateæ de Northone, & domui suæ de *Maltona*, plus & meliùs noverint expedire, sicut de aliis rebus domui præfatæ de Walton collatis. Et ne hæc nostra concessio in posterum possit infirmari, præsentem paginam Sigillorum nostrorum appositione corroborare curavimus. His testibus, &c.

Confirmatio Hugonis *Episcopi* Lincolnien sis, *de Ecclesia de* Waldene.

Ibid. f. 222. 2. OMnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, *Hugo* Dei gratiâ *Lincoln.* Episcopus, salutem in domino: Noverit universitas vestra nos pietatis intuitu concessisse & præsenti Cartâ confirmâsse Canonicis Ordinis de Semplingham apud Walton, domino servientibus, Ecclesiam de Waldene, cum pertinentiis suis in perpetuum, sicut eis rationabiliter collata est ex dono *Walteri* de *Nevile* & *Alani Hayrun*, ejusdem Ecclesiæ Patronum; salvis Episcopalibus consuetudinibus, & *Lincolnien sis* Ecclesiæ dignitate. His testibus, &c.

Stemma Fundatorum.

MEmorandum, quod *Johannes* Pater primi *Eustachii*, & *Serlo* de *Burgo*, sive de *Penbroke* fuerunt fratres. Iste *Johannes* genuit *Eustachium*, qui dictus est *Eustachius filius Johannis.* Iste *Eustachius* genuit *Willielmum* ex filiâ & hærede *Ivonis* de *Vescy*, qui *Willielmus*, cæso ventre matris, natus est, & matre mortuâ. Iste primò vocabatur *Willielmus* de *Vescy* propter hæreditatem quam habuit ex matre. Ibid. f.

Iste *Willielmus* genuit *Eustachium*, ex *Burgâ* sorore *Willielmi Stutevill*, & cepit cum eâ in maritagium villam de *Largetonâ*. Iste *Eustachius* genuit *Willielmum* ex *Agnete* filiâ *Willielmi* Regis *Scotiæ*: & iste *Willielmus* genuit *Johannem*, qui nunc est, ex *Agnete* filia Comitis de *Ferrers*.

Et sciendum, quod dictus *Serlo* primùm construxit castrum apud Knaresburg. Mortuo *Serlone* descendit hæreditariâ successione ad *Eustachium filium Johannis*, sicut ad nepotem & hæredem primum: Qui *Eustachius* tenuit dictum Manerium, cum pertinentiis totâ vitâ suâ: Cui mortuo, successit *Willielmus* filius & hæres, qui tenuit dictum Manerium aliquantisper; sed per quandam indignationem, quam accepit Dominus Rex contra illum, ablatum est ei dictum Manerium, & datum *Willielmo de Stutevill.*

Anno Domini *MCCLxxxviii.* quarto Idus *Februarii*, obiit nobilis vir, Dominus *Johannes de Vescy.* Ibid.

Anno Domini *MCCXCv.* quinto Idus *Maii*, obiit Domina *Agnes de Vescy* Mater ejusdem.

Anno Domini *MCCXCv.* Quinto Kal. *Augusti*, obiit Dominus *Willielmus de Vescy*, Pater ejusdem.

Anno Domini *MCCXCvii.* octavo Kal. *Maii*, obiit Dominus *Johannes de Vesci*, Junior.

Anno Domini *MCCCvii.* Kal. *Augusti*, obiit Dominus *Gilebertus de Aton*, advocatus de Walton, &c.

Inquisitio capta apud *Ebor.* coram Escaetore Domini Regis ultra *Trentam*, secundo die *Junii* anno regni regis *Edwardi* filii Regis *Edwardi*, nono; per *Alexandrum* de Cave, *Johannem* de *Hothum*, (&c.) qui dicunt super Sacramentum suum, quod *Gilbertus de Aton* est propinquior hæres *Willielmi* de *Vesci* seniorie. Dicunt enim, quod post mortem ipsius *Willielmi* senioris, quia obiit sine hærede de se, resortitum fuit jus tenementorum quæ fuerunt ipsius *Will.* cuidam *Warino de Vesci*, ut consanguineo & hæredi, fratri cujusdam *Eustach.* avi prædicti *Willielmi* de *Vesci* senioris, ex parte Patris; Et de ipso *Warino* descendit jus tenementorum illorum cuidam *Marjoriæ*, ut filiæ & hæredi: Et de ipsa *Marjoriâ* cuidam *Willielmo* ut filio & hæredi: Et de ipso *Willielmo*, Ibid.

lielmo cuidam *Gilberto*, quia obiit sine hærede de se, descendit jus tenementorum illorum cuidam *Willielmo* ut fratri & hæredi. Et de ipso *Willielmo* descendit jus tenementorum eorundem *Gilberto* de *Aton*, ut filio & hæredi: Et dicunt, quod idem *Gilbertus* de *Aton* est plenæ ætatis. In cujus, (&c.)

Carta Regis Johannis, *octies viginti acras terræ in diversis villis existentes, ratificans & confirmans,*

Cartæ *Antiq.* F. n. 18.

J. Dei gratiâ Rex *Angliæ* & Dominus *Hyberniæ*, &c. Sciatis nos pro salute animæ nostræ, & *H.* Regis Patris nostri, & omnium antecessorum nostrorum, concessisse, & præsenti Cartâ confirmâsse Deo & Sanctæ *Mariæ* de Malton,, & Canonicis Ordinis de Sempingham, ibidem Deo servientibus, quod octies viginti acræ terræ, quas habent; *scilicet*, in territorio de Jarpestorp, sexaginta acræ; & in territorio de Yoton-*Bardolfe*, Coltwain Yoton, & Yoton *Maniuevilain*. *Lx.* acræ, & in territorio de Birkeby *Misperton xv* acræ; & in territorio de Wintringham; & de Chapeton *xx.* acræ, & in territorio de Yoningham, *v.* acræ, sint quietæ ab omni Wasto & reguardo Forestæ in perpetuum. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod prædicti Canonici prædictas octies viginti acras terræ habeant & teneant liberas & quietas ab omni Wasto & reguardo Forestæ imperpetuum, benè & in pace, liberè & quietè, integrè, plenariè, & honorificè, cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus ad prædictas octies *xx.* acras terræ pertinentibus. Hiis testibus, *G. filio Petri*, Comite *Essexiæ*, *Willielmo Brewerre*, *Petro* de *Pratellis*, *Roberto* de *Thornham*, *Simone* de *Partejhull*, & multis aliis.

Bulla Innocencii *Papa tercii super Decimis de* Sourcby.

Ex ipso autographo in turri S. *Mariæ Eboraci.*

OMnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis *R.* Abbas Sanctæ *Mariæ Eboraci*, & *R.* Prior Sanctæ *Trinitatis Eboraci*, & Magister *W.* de *Gilling* Clericus, Canonicus de *Riponâ* salutem in Domino: Literas Domini Papæ *Innocencii* tertii suscepimus in hæc verba, Innocencius *Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Abbati Sanctæ* Mariæ Eboraci, *Priori Sanctæ* Trinitatis Eboraci, *&* W. *Clerico de* Gilling, *salutem & Apostolicam benedictionem. Querelam dilectorum filiorum nostrorum Prioris & Canonicorum de* Maltonâ *nos accepisse noscatis, Quod cum decimas de dominio* Eustachii *de* Vesci *in* Saurebi *ad eorum Ecclesiam de* Wintringham, *de jure spectantes, diu pacifice possedissent*, W. de Laceles *miles illud Dominium tenens decimas inde præfatæ Ecclesiæ reddere contradicit: quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatinus dictum militem, ut decimas de dominio illo Ecclesiæ memoratæ persolvat, sicut de jure tenetur, & de subtractis satisfaciat competenter, monitione præmissa, per censuram Ecclesiasticam, appellatione remota, cogatis, nullis literis veritati & justitiæ præjudicantibus, a sede Apostolica impetratis obstantibus. Quod si omnes hiis exequendis nequiveritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Data* Laterani *Kal.* Junii, *Pontificatus nostri anno secundo.* Hujus autoritate mandati partibus in præsentiâ nostrâ, apud *Eboracum*, in majori Ecclesiâ constitutis, die sabati proximo post *Epiphaniam*, anno ab incarnatione Domini *MCC.* amicabilis Compositio, de utriusq; partis assensu & voluntate, in hunc modum amicabiliter intercessit. Prædicti siquidem Prior & Canonici de Malton, decimas suas de dominio *Eustachii de Vesci* in Saurebi ad eorum Ecclesiam de Wintringham de jure spectantes, Capellæ de Saurebi, quæ pertinet ad Ecclesiam de Tresk, perpetuò concesserunt possidendas. Prædictus verò *W.* de *Laceles*, in istarum recompensationem decimarum, dedit prædictis Priori & Canonicis de Malton, duas bovatas terræ in veteri *Maltonâ*, propinquiores terræ eorundem Canonicorum, cum omnibus pertinentiis suis, & libertatibus intra villam & extra, præter tostum, in puram & perpetuam elemosinam; Ita quod præfatus *W.* de *Laceles* & hæredes sui, prædictam terram dictis Canonicis contra omnes homines warantizabunt, & ab omni servicio imperpetuum adquietabunt. Juravit etiam sæpedictus *W.* de *Laceles*, tactis sacrosanctis; quod nec per se, nec per interpositam personam, eis super præfatâ terrâ quæstionem movebit, sed compositionem fideliter & firmiter observabit. Et ut hæc compositio firma & stabilis perseveret, eam autoritate nobis commissa confirmavimus, & sigillorum nostrorum appositione communimus. Hiis testibus, *P.* Magistro Hospitalis *Ebor. Martino* Priore de *Sancto Andrea*; *Johanne* Priore Sanctæ *Mariæ Eboraci*; *Turgis* Monacho Sanctæ *Trinitatis*; Magistro *Gregorio*; Magistro *Thomâ* de *Vitri*; Magistro *Henrico* de *Driffeld*; *Roberto* de *Sigillo*; *Johanne Bustard* Canonico Celerario; *Adâ* de *Sigillo* Canonico; *Rogero* de *Richemund*; *Willielmo Crispin*; *Johanne* de *Carl*..... *Johanne* de *Scalb*.....

PRIORATUS

de Shouldham *in agro* Norfolciensi.

Carta fundationis ejusdem per Galfridum *filium* Petri *Comitem* Essexiæ.

UNiversis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, *Gaufridus filius Petri* Comes *Essexiæ* salutem. Sciat universitas vestra, me divinæ pietatis intuitu, & pro animâ Domini mei Regis *Angliæ Henrici*, & pro animâ, Pasch. Recorda 8. H. 4. Rot. 2. in dorso. Vide Pat. 38. E. 3. p. m. 7.

mâ *Beatricis* de *Say* uxoris meæ, cum Corpore re suo; & pro animabus Patris, & Matris meæ, & pro animâ meâ, & cum corpore meo, Si infra Regnum *Angliæ* obiero; & pro animabus omnium anteceſſorum, & ſucceſſorum meorum; & pro ſalute Domini mei Regis *Richardi*, & meâ, & hæredum meorum dediſſe, & conceſſiſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo; & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de Suldam, & Sanctimonialibus, & fratribus eorum Clericis, & laicis ibidem Deo ſervientibus, totum Manerium meum de Suldham, cum omnibus membris ſuis ſubſcriptis, *videlicet*, Caneham, Wyrham, Wrotton, Boketon, Stokerie, Carbyſtorp, Toſton, Stradeſete, Totenhille, Watlington, Wallyngton, Bekeſwell, Fozdham, Welle, Wrgehale, Seche, Hadelbouwe, Clenchewardune *Low* & Wlzangel, & omnibus aliis ejuſdem Manerii, ac membrorum pertinentiis, in boſco & plano, pratis, & paſcuis, paſturis, aquis, ſtagnis, vivariis, molendinis, & mariſcis, & mariſcorum ſervitiis, turbariis, viis, & ſemitis; & Eccleſiarum advocationibus, homagiis, redditibus, wardis, releviis, eſcaetis, & villenagiis; necnon, & libertatibus Regiis, juditiis, & liberis conſuetudinibus; exceptis ſexies viginti acris terræ de dominio meo, & capitali meſſuagio meo, & gardinis, & vivariis meis, & paſturâ ad centum oves, & decem vaccas; & exceptis homagiis, & ſervitiis liberorum hominum meorum in Suldham, quæ ego retinui in manu meâ: habendum & tenendum prædictis Sanctimonialibus, & eorum fratribus in liberam, puram & perpetuam elemoſynam, quietam ab omni Servitio, & onere ſeculari, liberè, quietè, & pacificè, ſicut aliqua Elemoſyna liberiùs, & meliùs teneri, vel haberi poteſt, ita quod nec ego, nec hæredes mei, vel aſſignati, in prædictis terris, tenementis meis, meſſuagiis, villenagiis, advocationibus Eccleſiarum, & omnibus aliis ſupradictis, ratione dominii, vel advocationis, aliquid, de cætero exigere, vel vendicare, vel in aliquo, vel de aliquo, hanc meam Elemoſynam poterimus quoquomodo. Præterea dedi, eis & conceſſi, & per aſſenſum, & conceſſionem Domini *Johannis Norwicenſis* Epiſcopi, Patris noſtri Spiritualis, in liberam, puram, & perpetuam elemoſynam, Eccleſias *Omnium Sanctorum*, & *Sanctæ Margaretæ* de Shuldham, & Eccleſias de Carbyſtorp, Stoke-ferre, & Wirham, cum omnibus earundem pertinentibus. Habendum & tenendum in proprios uſus imperpetuum; Quæ omnia, & ſingula data, & retenta, tenui de Domino meo Rege *Richardo* in Capite, excepto uno feodo militis, & dimidio, quæ tenui de Comite *Glovorniæ* in Capite. Et ego prædictus *Gaufridus*, & hæredes mei, vel aſſignati, totam prædictam donationem præfatis Sanctimonialibus & earum fratribus, contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus, & imperpetuum defendemus. Et ut hæc mea donatio, conceſſio, & confirmatio, ratæ, & firmæ permaneant imperpetuum, hoc Scriptum, ſigilli mei appoſitione, roboravi. Hiis Teſtibus, *H. Cantuar.* Archiepiſcopo, *Johanne Norwicenſi* Epiſcopo; *Waltero* Abbate de *Waltham*; *Rogero Bigod* Comite; *Waltero* filio *Roberti*, *Gaufrido de Bokeland*, Magiſtro *Simone de Suthwell*, *Thomâ*, & *Johanne*, & *Rogero*, & *Gaufrido* Archidiacono; & multis aliis.

De morte uxoris Galfridi filii Petri.

TEmpore illo, uxor illius *Beatrix*, auctrix *ſcilicet* malorum, uterum habens impregnatum, diu parturiens, ſed non pariens, periclitabatur: tandem verò fœtum effundens exanimatum, animum ſimul exalavit; unde ſatis confuſus eſt, & ultra quam credi poteſt, dolens effectus: Et tamen in hiis omnibus non eſt adverſus furor ejus, ſed adhuc manus in nos extenta. Corpus verò mulieris *Chikeſandam* tranſtulit, ibiq; in Capitulo Sanctimonialium honorificè ſepelivit. Adtirans itaq; vir iſte, cum cæteris vana, novaq; ſectantibus, Ordinem *videlicet* illum à quodam *Gilberto* de Simplingham recenter adinventum, Domus Ordinis ejuſdem in *Norfolkâ*, apud villam quæ dicitur Suldham fundavit; illicq; ut novus ille & ſeculis inauditus Religionis exigit modus, Canonicos cum Sanctimonialibus, fratres cum ſororibus aggregavit; ac non multò poſt, Corpus mulieris, de *Chikeſandâ* tranſlatum, ibidem ſepulturæ commendavit.

Ex Cod. MS. in bibl. *Arundeliana* [n. 29.] fol. 55. a. (è Chartulario Abb. de Walladen.)

PRIORATUS

de Ellerton *in agro* Eboracenſi.

Carta Fundationis ejuſdem.

Univerſis ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris *Willielmus* filius *Petri*, ſalutem in Domino: Noverit univerſitas veſtrâ, me, divinæ pietatis intuitu, & pro ſalute Domini noſtri *Johannis* illuſtriſſimi Regis *Angliæ*; & pro ſalute reverendi Patris noſtri *Galfridi* Dei gratiâ *Eboracenſis* Archiepiſcopi; & pro ſalute Domini *Roberti* de *Thornham*, & Dominæ *Johannæ* ſponſæ ejus; & pro ſalute *Galfridi* Comitis *Eſſexiæ*; & pro ſalute *Alani* de *Wilton*, & *Mariæ* ſponſæ ejus; & pro ſalute animæ meæ, & *Aliciæ* ſponſæ meæ, & omnium hæredum meorum, & dominorum, & amicorum & hominum meorum; & pro ſalute omnium eorum, qui hanc donationem meam manutenebunt; & pro animabus dominorum meorum *Henrici* & *Ricardi*, Regum *Angliæ*; & pro animabus *Petri* Patris mei & *Criſtianæ* Matris meæ; & pro animâ *Hugonis Murdac*, ac omnium parentum meorum, & anteceſſorum, dediſſe, & conceſſiſſe, & hac præſenti

Ex autogr. penès *Ric. Robinſon* de Thikhed in agro *Ebor.* Arm. a. 1638.

Cartâ meâ confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ*, & Ordini de **Sempingham**, ad faciendum quendam Prioratum Canonicorum ejusdem Ordinis in villâ de **Ellerton** cohabitandorum; ac ad pascendum ibidem tresdecem pauperes, totam terram meam de feodo meo in villâ de **Elreton**, cum servitio, tam liberorum, quàm cæterorum hominum; & totum boscum de **Lathingholm**, ac totam sartam ex australi parte de **Lathingholm**, cum cæteris boscis eidem villæ pertinentibus de feodo meo de **Ellerton**; ac cum pasturis, aquis, piscariis, pratis, & pascuis, moris, & turbariis, viis & semitiis, cum introitu & exitu, & cum omnibus pertinentiis ejus, libertatibus, & aisiamentis, & liberis consuetudinibus, in villâ & extra villam, sine aliquo retenemento; ac duas bovatas terræ in **Lathom**, quas *Nicolaus* filius *Pagani* aliquando tenuit, & omnibus pertinentiis ejus, sine retenemento; ac duodecem acras terræ arabilis in territorio de **Acton**, ac decem acras terræ in territorio de **Lathom** propinquiores divisæ de **Berlethorp**, versùs Aquilonem. Hæc omnia dedi prædictis Canonicis apud **Elreton** manentibus, in puram & perpetuam elemosinam, sicut aliqua elemosina liberiùs & meliùs, & securiùs potest dari religioni. Ego verò & hæredes mei pro me, warantizabimus, & acquietabimus, & defendemus prædictis Canonicis omnes prædictas terras, cum pertinentiis suis, contra omnes homines imperpetuum, de omnibus servitiis & demandis, quæ sunt, vel esse poterunt. Hiis testibus, Domino *G. Eborac.* Archiepisc. *Rob.* de *Turnham*, *Henr.* de *Puteaco*, *Alano* de *Wilton*, *Johanne* de *Beverlaco*, *Johanne* de *Bulemer*, *Willielmo Aguillon*, *Joh.* de *Hotonâ*, *Hugone* de *Kelingthorp*, *Rob.* de *Baravill*, *Jordano* Clerico, *Tho.* de *Hugath*, *Will. Bataill*, *Adâ Bataill*, *Rob.* filio *Savine*, *Galfrido Pirenage*,

Carta Petri *filii* Petri *de* Malolacu *terras omnes de feodo suo confirmans.*

Ibid. SCiant præsentes & futuri, quod ego *Petrus* filius *Petri* de *Malolacu*, concessi & hac meâ Cartâ confirmavi Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* & Canonicis de *Elretonâ* omnes terras, tenementa, & possessiones, cum omnibus suis pertinentiis, quas habent de feodo meo, in liberam & perpetuam elemosinam; *viz.* totum situm Abbathiæ in *Elretonâ*, cum Ecclesiâ ejusdem villæ, & unam carucatam terræ & dimidiam carucatam in eodem territorio, cum toftis & croftis, & cum omnibus aliis suis pertinentiis. In villâ de **Lathum** & in eodem territorio sex bovatas terræ, cum toftis & croftis, & cum omnibus suis pertinentiis, & molendinum cum sequelâ. In villâ de *Actonâ* duo tofta, cum croftis; & quadraginta acras terræ in eodem territorio, cum omnibus suis pertinentiis; & **Dangkelandes**, cum prato adjacente, & omnes boscos, & culturas, & acras, quas habent in territoriis de **Elreton**, & de **Lathum**, & de *Actonâ* cum omnibus suis pertinentiis. In villâ de **Gudmunham**, & in eodem territorio, septem bovatas terræ, cum toftis & croftis, & cum omnibus suis pertinentiis: Et **Westmine**, cum pertinentiis suis; & quatuor bovatas terræ in eodem territorio, quas *Germanus Hay* debet defendere, cum omnibus suis pertinentiis. In villâ de **Pugate**, & in eodem territorio, quinque bovatas terræ, cum toftis & croftis, & omnibus suis pertinentiis; & molendinum, cum suis pertinentiis & totum **Pamllach**, & quicquid habent in eodem territorio per acras. In villâ de **Hamum**, & in eodem territorio, quinq; bovatas terræ, cum toftis, & croftis, & cum omnibus suis pertinentiis. In villâ de **Spaldington** quinque tofta cum croftis & septem acras terræ, cum omnibus suis pertinentiis in eodem territorio. In **Cathweyt** tria tofta, cum croftis, & viginti acras terræ, cum omnibus suis pertinentiis in campo ejusdem villæ. In **Westcollingwith**, & in **Crossum** & in eisdem territoriis, tres bovatas terræ, cum toftis & croftis, & cum omnibus suis pertinentiis. Et quicquid habuerunt de feodo meo, prædictis Priori, & Conventui concessi, & hac meâ Cartâ confirmavi, in liberam & perpetuam elemosynam; *scilicet* Die Sancti *Bartholomæi* Apostoli anno Domini *millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto*; excepto tantummodo forinseco servitio, quod dicitur Scutagium: Tenenda & habenda dictis Canonicis, & suis successoribus omnia prædicta tenementa cum omnibus suis pertinentiis, in villis, & extrà, in liberam, & perpetuam elemosynam, quietam de omnibus servitiis secularibus, & sectis Curiæ, consuetudinibus, exactionibus, & demandis; & generaliter de omnibus rebus me & hæredes meos contingentibus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic scripto impressionem sigilli mei apposui. Hiis testibus, Domino *Willielmo* tunc temporis Priore de **Malton**; Domino *Patricio* tunc temporis Priore de **Watton**; Domino *Johanne* de *Bolemere*; Domino *Waltero Guer* .... militibus. Magistro *Johanne* de *Hovedene*; *Rotundo Tyrell* de **Gudmunham**; & *Johanne* de *Towecote* tunc temporis Seneschallo Domini *Petri* de *Malolacu*, & aliis. 1255.

Carta Adæ *de* Lintonâ, *omnes donationes* Willielmi *filii* Petri, *confirmans.*

Ibid. UNiversis Christi fidelibus, præsentibus & futuris, *Adam* de *Lintonâ* salutem: Noveritis me, divinæ pietatis intuitu, pro salute animæ meæ, & sponsæ meæ, & omnium hæredum meorum; & pro salute animæ Domini *Willielmi* filii *Petri*, & *Alivæ* sponsæ suæ, confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ* & Canonicis de *Ellertonâ*, in puram & perpetuam elemosynam, omnes terras, redditus, & possessiones, & tenementa, quæ dominus *Willielmus* filius *Petri* eis contulit in puram & perpetuam elemosinam; *scilicet* totam terram, quam dominus *Willielmus* filius *Petri* habuit in villâ de *Ellertona*, cum servitio, tam liberorum, quàm cæterorum hominum; & totum boscum de **Lathingholm**; & totam essartam ex australi parte de **Lathingholm**, cum cæteris boscis

boscis eidem tenemento pertinentibus. Et cum pasturis, acris, piscariis, pratis, & moris, & turbariis, viis & semitis, cum libero introitu & exitu; & cum omnibus pertinentiis suis, & libertatibus & aisiamentis, & liberis consuetudinibus, infra villam & extra, sine retinemento. Et unam culturam in territorio de *Aketon*, quæ vocatur Danshlandes, cum prato eidem culturæ adjacente. Et duodecem acras terræ arabilis in eodem territorio versùs Yarlethorp. Et totum tenementum quod *Galiena* tenuit in *Aketon*. Et dimidiam carucatam terræ in Lathom, cum pertinentiis. Et decem acras terræ in territorio de Latham, propinquiores divisæ de Yarlethorp versùs Aquilonem. Et sex rosta & crosta in *Spaldingtonâ*, cum pertinentiis. Et sex bovatas terræ in Guthmundham, cum pertinentiis; *scilicet* dimidiam carucatam terræ, quæ jacet propinquior tribus bovatis Ecclesiæ versùs Orientem. Et duas bovatas terræ, quas *Petrus Grukan* aliquando tenuit. Et unum toftum apud Thirlat in culturâ meâ juxta divisam, in latitudine octo perticarum versùs Orientem; & in longitudine à semita, quæ tendit per medium villæ de Guthmundham, versùs Orientem, usque Yertilgate, versùs Boream. Et medietatem molendini versùs Occidentem, cum stagno & totâ sequelâ suâ. Et medietatem prati & terræ eidem molendino adjacentem. Et dimidiam carucatam terræ in Hugate, cum ejus pertinentiis, & particulis, quam habent de dono *Walteri* filii *Galfridi*. Et quatuor bovatas terræ in eadem villâ, quas *Oliverus* de *Gunneby* aliquando tenuit. Hæc omnia tenementa suprædicta confirmavi eisdem Canonicis de *Ellertonâ*, tenenda & habenda libera & quieta in puram & perpetuam elemosinam, sicut Cartæ præfati *Willielmi* filii *Petri*, quas inde habent, testantur. Ego verò & hæredes mei warantizabimus, adquietabimus, & defendemus præfatis Canonicis præfata tenementa, de omnibus servitiis & demandis, quæ aliquo modo oriri poterunt, contra omnes homines in perpetuum. His testibus, Magistro *Rogero* de *Insulâ* tunc Decano de *Eborum*; Magistro *Waltero* de *Wisebech* Archidiacono de Estrisin. Magistris *Roberto* de *Wintonâ*, & *Godardo*, Canonicis de *Eborum*, *Simone* de *Hal* tunc Vicecomite, *Roberto* de *Percy*; *Alano* de *Wiltonâ*; *Willielmo* de *Tantunâ*; *Roberto* de *Everingham*; *Willielmo Constabulario* de *Holmo*; *Oliverо* de *Gunneby*; *Willielmo* de *Gartonâ*, *Will. Bataill*; *Ada Bataill*, *Thomâ* de *Harletborp*.

Conventiones pro ix. *pauperibus in dicto Prioratu admittendis, ex præsentatione* Germani *de* Hay, *ejusdem Domus Advocati, & hæredum suorum.*

HÆc Indentura facta inter religiosos viros Priorem & Conventum de Ellerton, Ordinis de Sempringham, ex parte unâ, & *Germanum Hay* Advocatum Prioratus de Ellerton ex alterâ, testatur, quod cum idem Prior & Conventus, ad exhibitionem tresdecim pauperum in dicto Prioratu, perpetuis futuris temporibus, ex primariâ fundatione teneantur; ex quibus idem *Germanus* habet præsentationem unius prædictorum tresdecim pauperum, prout, per quandam Cartam per prædecessorem prædicti Prioris antecessoribus prædicti *Germani* indè confectam liquet manifestè: prædictus Prior & Conventus volunt & concedunt, & per præsentes confirmant, pro se & successoribus suis, quod prædictus *Germanus*, hæredes & assignati sui, domini Manerii de Aghton, præsentabunt prædictis Priori & Conventui octo pauperes, de prædictis tresdecim pauperibus, ultra prædictum pauperem, per prædictum *Germanum* & hæredes suos præsentandum; *videlicet*, quod decedente aliquo de dictis novem pauperibus, idem *Germanus*, hæredes & assignati sui, Domini de Aghton, alium loco defuncti, ad libitum eorum, dictis Priori & Conventui, & successoribus suis præsentare possunt, ita quod prædicti Prior & Conventus & successores sui prædictos novem pauperes, ad præsentationem prædicti *Germani*, hæredum & assignatorum suorum, dominorum de Aghton, successivè imperpetuum recipiant, & eis exhibeant, prout aliis pauperibus in eodem gradu consistentibus ante hæc tempora, annuatim conferre solebant; & prout in Cartâ de Ordinatione eorundem pauperum plenius continetur. Et præterea idem Prior, & Conventus volunt & concedunt, per præsentes, pro se, & successoribus suis, quod si aliquid subtrahatur à dictis pauperibus, eis in primariâ Ordinatione concessum, ob defectum ipsorum Prioris & Conventus, seu successorum suorum, per visum prædicti *Germani*, hæredum & assignatorum suorum, dominorum de Aghton, secundùm Ordinationem suprædictam emendatur infra mensem post requisitionem per eos ritè factam. Et si idem Prior & Conventus, seu successores sui, aliquos defectus, si qui fuerint, in substractione portionis alicujus pauperis eorundem, ad valenciam duodecim denariorum, infra mensem prædictum, ad requisitionem prædicti *Germani*, seu hæredum & assignatorum suorum, dominorum de Aghton, emendari, seu prædictos novem pauperes, aut aliquem eorum recipere recusaverint, prædicti Prior & Conventus concedunt, pro se & successoribus suis, quod prædictus *Germanus*, & hæredes, & assignati sui, domini de Aghton, omnes prædictos tresdecim pauperes successivè præsentabunt, & eosdem pauperes, ad præsentationem prædicti *Germani*, hæredum & assignatorum suorum, dominorum de Aghton, in pauperes domus de Ellerton, juxta ordinationem prædictam admittere concedunt.

Concedunt etiam idem Prior & Conventus prædicto *Germano* & *Alesiæ* uxori ejus, & utriq; eorum, unum obitum, per prædictos Priorem & Conventum, post decessum ipsorum *Germani* & *Alesiæ* & alterius eorum, die quo contingat ipsos, seu eorum alterum in fata decedere, perpetuis futuris temporibus, pro animabus eorum, antecessorum, hæredum & liberorum suorum annuatim celebrandum in Ecclesiâ suâ Conventuali de Ellerton; *videlicet* cum *Placebo*, & *Dirige*, & Missâ pro defunctis,

functis, prout decet ad talem obitum, cum notâ & solemnitate, per Priorem in propriâ personâ suâ; si commodè ibidem interesse poterit. Si autem in aliquo principali festo, in quo non deceat Missam pro defunctis celebrari, dies obitus prædicti contigerit, tunc in feriâ proximâ sequenti celebrabatur, cum solempnitate debitâ supradictâ. Et si prædicti Prior & Conventus vel eorum successores prædictos pauperes, aut aliquem eorum per prædictum *Germanum*, hæredes & assignatos suos, Dominos de **Aghton** impositorum, ut præmittitur, præsentandos admittere recusaverit per mensem, post præsentationem per prædictum *Germanum*, hæredes & assignatos suos, ut prædictum est, eis rationabiliter factam: Ac etiam si prædicti Prior, & Conventus, vel successores sui, obitus prædictorum *Germani* & *Alesiæ*, vel eorum alterius non fecerint, vel adimplere negaverint, temporibus superiùs limitatis, in formâ prædictâ; quod extunc prædicti Prior & Conventus, & eorum successores teneantur & obligentur prædicto *Germano*, hæredibus & assignatis suis, Dominis de **Aghton**, in decem libris sterlingorum solvendorum eidem pro quolibet paupere sic præsentato, & non admisso; & pro quolibet obitu non celebrato; si tamen defectus præmissorum contingat à parte Prioris & Conventus prædictorum. Et prædictus *Germanus* concedit, pro se, hæredibus & assignatis suis, Dominis de **Aghton**, quod prædicti novem pauperes, per ipsum, aut per ipsos in posterum præsentandi, stent & permaneant Ordinationi prædictorum Prioris & Conventus & eorum successorum imperpetuum, secundùm quod continetur de eisdem in primariâ fundatione. In cujus rei testimonium partes prædictæ præsentibus Indenturis sigilla sua alternatim apposuerunt. Datum apud **Ellerton** decimo die mensis *Aprilis*, anno Domini *millesimo trecentesimo octuagesimo septimo.*

Carta Henrici *de* Puteaco, *de quodam prato versus* **Cliffe**, *in subventionem prædictorum* xiii. *puperum.*

Ibid. UNiversis Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, *Henricus* de *Puteaco* salutem: Noverit universitas vestra, me divinæ pietatis intuitu, pro salute Domini mei *Johannis* Regis *Angliæ*, & pro salute animæ meæ, & *Dionysiæ* uxoris meæ, & pro animabus Dominorum meorum *H.* & *R.* Regum *Angliæ*, & Domini Patris nostri *Hugonis* Episcopi *Dunelm.* & Matris meæ *Aliciæ* de *Perci*, & omnium eorum, qui hanc elemosinam manutenebunt, dedisse, & concessisse, & hac mea Cartâ confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ*, & Canonicis de **Elreton**, ad sustentationem eorum tresdecem pauperum, qui ibi pascentur imperpetuum, in liberam elemosinam, illud pratum versùs **Cliffe**, inter **Wichton** & **Cuthemundham**, quod *Willielmus* fil. *Petri Guthemundham* aliquando tenuit de me (&c.) Testibus *Henrico* de *Novomercato*, *Willielmo filio Petri*, *Henrico Murdac*, *Willielmo filio Adæ de Garton.*

Literæ Magistri Ordinis de **Sempingham**, *super dictis* xiij. *pauperibus pascendis apud* **Ellerton.**

Ex Cartulario Dec. & Capituli Eccl. Cath. S. *Petri Ebor.* f. 84. b. OMnibus Christi fidelibus has literas visuris, vel audituris, *Gilbertus* secundus Magister Ordinis de **Sempingham**, & *Johannes* prior & Conventus de **Elreton** æternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra, nos teneri ad perpetuam sustentationem tresdecim pauperum faciendam in Hospitali Ecclesiæ de **Elreton**, prout provisum est inter nos, & *Willielmum* filium *Petri*, Fundatorem jam dictæ Ecclesiæ, & ut in autenticis ipsius & nostris continentur: quod si aliquo tempore, aut nos, aut successores nostri contra hanc provisionem venire præsumpserimus, licebit venerabili Patri *Ebor.* Archiepiscopo, qui pro tempore fuerit, nos ad prædictam sustentationem competenter faciendam, appellatione remotâ, compellere. Cujus examini super hoc, nos appellatione remotâ, subjaciemus. In cujus rei testimonium præsenti scripto Sigilla nostra apposuimus.

Carta Alani *de* Wiltun, *de terris in* **Dowm** & *alibi.*

Ex autog. in turri S. *Mariæ Ebor.* OMnibus Christi fidelibus *Alanus* de *Wiltun* salutem. Noverit universitas vestra, me divinæ pietatis intuitu, & pro salute Domini *J.* Regis *Ang.* & pro salute animæ meæ, & *Mariæ* uxoris meæ, & fratrum meorum, & sororum, & antecessorum, & successorum meorum; & pro salute Domini *Roberti* de *Turnham*, & *Johannæ* uxoris suæ, & *Willielmi* filii *Petri* & *A.* uxoris ejus, dedisse & concessisse, & hac meâ Cartâ confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ* & Sancto *Laurentio*, & Canonicis de **Elreton**, qui sunt de Ordine de **Sempingham**, & ad sustentationem prædictorum Canonicorum, & tresdecim pauperum, qui ibi pascentur in perpetuum, in puram & perpetuam elemosynam, duodecim bovatas terræ in **Dowm** propinquiores terræ de **Watton**; ex unâ parte, & alia parte terræ *Hugonis* de *Langelath*, cum septem toftis & croftis, quæ *Reginaldus* præpositus & *Ranulfus*, & *Willielmus* filius *Christianæ*, & *Botilda* vidua, & *Ricardus*, & *Elvima* & *Galfridus* tenuerunt, cum omnibus pertinentiis suis, infra villam & extra, sine aliquo retenemento. Præterea dedi eis in puram & perpetuam elemosynam septem bovatas terræ in *Brech* ..... cum toftis & croftis & cum omnibus pertinentiis, infra villam & extra, sine aliquo retenemento; Et quinq; sceppas salis per annum de salinis meis in **Westcotum**, per traditionem meam & hæredum meorum ad vincula S. *Petri* in autumpno. Dedi eciam prædictas terras & prædictas sceppas salis ita liberè, sicut aliqua elemosyna melius & liberius & securius potest dari alicui Religioni. Et ego & hæredes mei warantizabimus & adquietabimus & defendemus prædictas terras & prædictas sceppas salis prædictis Canonicis versùs omnes homines imperpetuum. His testibus, *Roberto* de *Turnham*, *Willielmo filio*

lio

lio Petri, Ricardo de *Luttaie, Willielmo* filio *Adæ* de *Garton, Willielmo* Clerico de Baroubi, *Petro* filio *Thomæ, Roberto* de *Barevillâ*, & multis aliis.

Carta Willielmi *filii* Nicholai, *filii* Patricii *de* Habberton *in* Vivale, *de* xii. *bovatis terræ in territorio de* Habbeton.

Ibid. OMnibus Christi fidelibus, *Willielmus* de *Habbeton*, filius *Nicholai* filii *Patricii* salutem. Noveritis me divinæ pietatis iuituitu, pro salute animæ meæ, & uxoris, patris & matris meæ, & omnium antecessorum meorum & hæredum, concessisse & hoc scripto confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ* & Canonicis de Elreton in perpetuam elemosynam, duodecim bovatas terræ in territorio de *Parvâ* Habbeton, cum tofto & crofto & cum omnibus earum pertinentiis, & aisiamentis, infra villam & extra, sine retenemento. Tenendas & habendas liberas, quietas, & solutas de omnibus serviciis & demandis, mihi & hæredibus meis pertinentibus, salvo tantummodo mihi & hæredibus meis forinesco servicio Domini Regis, quod dicitur Scutagium, quantum pertinet ad duodecim bovatas terræ, unde octo carucatæ terræ faciunt feodum unius militis. Ego vero *Willielmus* & hæredes mei manutenebimus & defendemus prædictas duodecim bovatas terræ præfatis Canonicis contra omnes homines, quantum ad nos pertinet. Hiis testibus, Domino *Rogero* de *Neusam* milite; Domino *Willielmo* de *Stainegrive* milite; Domino *Johanne* fratre ejus; *Matheo* de *Malton*; *Ricardo* de *Berch*.

Carta Alani *de* Wilton, *de sex bovatis terræ in* Habeton.

In bundello Cartarum de *Bellalanda* in turri S. *Mariæ Eboraci*. CUnctis Christi fidelibus *Alanus* de *Wilton* salutem. Noveritis me, pro salute animæ meæ, & *Thomæ* fratris mei, & omnium parentum meorum, & pro salute *Will.* filii *Petri*, & sponsæ suæ, & omnium parentum suorum, & suarum, & pro omnibus qui elemosinam manutenebunt & benefacient huic domui, & animabus Patris mei, & Matris meæ, & *Johannis* de *Bulemer*, (&c.) dedisse (&c.) Deo & beatæ *Mariæ*, & Canonicis de Elreton, ad sustentationem eorum & tresdecim pauperum, qui ibi pascentur imperpetuum, ad inveniendum lumen ad Altare Sancti *Laurencii* in Ecclesiâ eorundem Canonicorum; & ad sustendandum unum Capellanum, qui ad idem Altare Sancti *Laurencii* imperpetuum celebrabit, (&c.) sex bovatas terræ in Habeton, cum tôftis & croftis, & duas bovatas terræ in ..... cum toftis & croftis, & molendinum meum de Barton; & totam sequelam Custumariorum meorum, qui ad dictum molendinum bladum suum molent, ad sextum decimum Vas, & braseum; suum sine multurâ. Et ego & hæredes mei molemus ad idem molendinum sine multurâ de proprio dominio nostro de Thornton. Dedi etiam eidem Conventui tria tofta & tres acras terræ & dimidiam, arabiles, in parva Edeston, quæ habui de dono *Matheæ* de *Marton*. Testibus, *Widone* de *Helbec*, *Rob.* de *Aulum*, *Tho.* de *Wilton*, *Will.* filio *Petri*, *Will.* filio *Adæ* de *Garton*, *Olivero* de *Gunneby*, *Will.* de *Bolebec*, (&c.)

De Cantariâ duorum Capellanorum in Prioratu de Ellerton, *per* Gerardum Salvayn *chivalier fundandâ.*

INquisitio capta apud *Eboracum*, coram *Gerardo Salvayn* Escaetore Domini Regis in Comitatu *Eboraci* die dominicâ in vigilia omnium *Sanctorum*, anno Regni Regis *Edwardi* tertii, post Conquestum *Angliæ xxiv.* per sacramentum *Thomæ Delatay*, (&c.) qui dicunt super sacramentum suum; quod non est ad dampnum Domini Regis, nec aliorum, si Rex concedat *Gerardo Salvayn* de Hesewell chivalier, quod ipse duodecim messuagia & *xxiv.* bovatas terræ, cum pertinentiis in *parva* Thorp, juxta Hayton, dare possit Priori & Conventui de Ellerton, ad inveniendum duos Canonicos regulares, Capellanos, divina pro animabus ipsius *Gerardi* & *Agnetis* uxoris ejus, in Ecclesiâ Prioratus prædicti, (&c.) & quod remanet prædicto *Gerardo* ultra donationem prædictam Manerium de *North*-Duffeld cum pertinentiis in eodem Comitatu, quod tenetur de *Johanne Chamberlayn* de Darr, (&c.) Inquisitio de *Ad quod dampnum.* 24 E. 3. n. 36.

PRIORATUS

de Dveton *in* Hertnes, *in Episcopatu* Dunelmensi.

Carta Regis Johannis, *donatorum confessiones ratificans & confirmans.*

IOhannes Dei gratiâ, sciatis nos concessisse, & præsenti Cartâ confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ*, & Ordini de Semplingham rationabilem donationem, quam *Alanus* de *Wiltone* eis fecit, ad faciendum quendam Prioratum ejusdem Ordinis Canonicorum, de totâ villâ de Dveton in Hertnes; excepto servicio *Thomæ* de *Flechams*; & de *xii.* bovatis terræ in Hoiton, juxta Fodebi; & in Huplin de unâ carrucatâ terræ; & in Westcote de duabus bovatis terræ; & in Midleton in Cliveland, de dimidiâ carrucatâ terræ, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis, per servicium, quod in Cartâ prædicti *Alani*, quam indè habent, continetur, sicut eadem Carta rationabiliter testatur. Quare volumus, & firmiter præcipimus, quod prædicti Canonici de Semplingham, habeant & teneant omnia prædicta tenementa, cum omnibus pertinentiis suis, per prædictum servicium, benè & in pace, liberè & quietè, & Cart. 5. *Joh.* m. 6. n. 41.

integrè, in omnibus locis & rebus, cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus, ad ea pertinentibus, sicut prædictum est. Testibus, *G.* filio *Petri* Comite *Essexiæ*; *Will.* Comite *Arundellie*, *Hugone* de *Nevill*, *Will. Briwerr*, *Tho.* de *Samford*, *Rob.* de *Veteri ponte*, *Petro* de *Stoke*. Data per manum Domini S. *Ciceſtrenſis* electi, apud Clarendon, ſecundo die *Maii*, anno &c. *quinto*.

PRIORATUS

de Welles *in agro* Lincolnienſi.

Carta Regis Johannis *donationes* Gaufridi *de* Hauvill, *Fundatoris ejuſdem domus, recitans & confirmans.*

Cart. 5. *Joh.* n. 28.

Johannes Dei gratiâ, &c. Sciatis nos conceſſiſſe & præſenti Cartâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ*, & Ordini de Sempingham, donatione n, quam *Radulphus* de *Hauvill* eis fecit, ad conſtruendum domum Canonicorum ejuſdem Ordinis, de totâ terrâ ſuâ, quam habuit in territorio de Welle, ex utraq; parte aquæ ejuſdem villæ, cum omnibus pertinentiis ſuis, & ædificiis, & aiſiamentis & libertatibus ſuis, in puram & perpetuam elemoſinam, cum corpore prædicti *Radulfi* de *Hauvill*, & cum corpore *Matildis* uxoris ſuæ; ſalvâ ſibi & hæredibus ſuis, ſumptibus ſuis propriis, paſturâ ad *lx.* averia, tam vetera, quàm juvenia, ubiq; cum averiis prædictorum Canonicorum paſcentia in territorio prædictæ villæ de Welle; ſalvo etiam ſibi & hæredibus ſuis, redditu quinq; ſolidorum annuorum, ultra ſervicium quod prædicta terra debet, quem in manu ſuâ & hæredum ſuorum retinuit ad terram ſæpedictam, erga Dominos & omnes alios de omnibus adquietandam: Et præterea conceſſimus eiſdem Canonicis, & præſenti Cartâ confirmamus donationem prædicti *Rad.* de *Hauvill*, quam fecit eis de Eccleſiis de Dunton, & de Doketon, & Betleſton, & de Acuneby, cum omnibus illarum Eccleſiarum pertinentiis, ſicut Carta prædicti *Radulphi*, quam eis indè fecit rationabiliter teſtatur. Prædicti verò Canonici nobis conceſſerunt, quod unaquaq; die in perpetuum celebrabitur una Miſſa in Eccleſiâ prædicti loci de Welle, pro animâ Dominæ *Alienoræ Reginæ* Matris noſtræ. Quare volo, (&c.) quod prædicti Canonici habeant & teneant imperpetuum omnia prædicta benè, & in pace, liberè, & quietè, integrè, plenariè, & honorificè, in omnibus locis, & rebus, cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus ſuis, ut prædictum eſt, ſicut Carta prædicti *Radulphi*, quam inde habet, rationabiliter teſtatur. Hiis teſtibus, *H. Sarr. Ph. Dunelm.* S. *Bathor'.* Epiſcopis, *G.* filio *Petri*, (&c.) Dat. per manum S. *Ciceſtr.* Electi apud *Suwic. ix.* die *Maii*, anno, &c. quinto.

PRIORATUS

de Pulton *in agro* Wiltonienſi.

Inquiſitio ſuper ejuſdem domus fundatione, per Thomam *de* Sancto Mauro *militem.*

Eſc. 21. E. 3. n. 59.

Inquiſitio capta coram *Thomâ* de *S. Mauro* Eſcaetore Domini Regis in Com. *Wilts*, apud Cherkelade, ſecundo die *Auguſti* anno regni Regis *Edwardi* tertii, poſt conqueſtum viceſſimo primo; virtute cujuſdem Brevis Domini Regis huic Inquiſitioni conſuti, per Sacramentum *Willielmi Colehami*, (&c.) Qui dicunt ſuper Sacramentum ſuum, quod non eſt ad dampnum neq; præjuditium Domini Regis, ſive aliorum, licèt Dominus Rex concedat dilecto & fideli ſuo *Thomæ* de *Sancto Mauro* militi, quod ipſe Manerium de Polton, cum pertinentiis, & advocationem Eccleſiæ ejuſdem Manerii det & aſſignet dilecto ſibi in Chriſto Magiſtro Ordinis de Sempingham, pro quadam domo, pro certo numero Canonicorum de eodem Ordine, infra procinctum ejuſdem Manerii, divina ibidem, pro ſalubri ſtatu ipſius Regis, quamdiu vixerit, & pro animâ ſuâ, cum ab hac luce migraverit, & pro animabus progenitorum & hæredum ſuorum; ac præfati *Thomæ*, & hæredum ſuorum; necnon omnium fidelium defunctorum celebraturorum, juxta Ordinem ejuſdem Magiſtri de novo fundando: Habendum & tenendum eiſdem Magiſtro, & Canonicis & ſucceſſoribus ſuis, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam; & eisdem Magiſtro & Canonicis, quod ipſi Eccleſiam prædictam appropriare, & ſic eam appropriatam in proprios uſus tenere, ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis. Et dicunt quod prædictum Manerium cum pertinentiis, cum Advocatione Eccleſiæ ejuſdem tenentur de Domino Rege in Capite, per ſervitium dimidii feodi militis: Et dicunt, quod prædictum Manerium, cum pertinentiis, valet per annum in omnibus exitibus, juxta verum valorem ejuſdem, decem libras, & Advocatio Eccleſiæ valet *C. s.* Et quod terræ & tenementa eidem *Thomæ* remanent ultra Manerium & Advocationem prædictum; *vid.* Manerium de Eton-*Meyſy*, cum Advocatione Eccleſiæ ejuſdem Manerii, & parva Chelesworth; & quod Manerium de Eton, cum Advocatione Eccleſiæ ejuſdem tenentur de Comite *Glouc.* per ſervitium dimidii feodi militis; & dictum Manerium de Chelesworth tenetur de Comite *Sarum* per ſervitium

servitium *vi.d.* per annum. Et quod Manerium de Eton, cum Advocatione Ecclesiæ ejusdem, valent per annum in omnibus exitibus juxta verum valorem eorundem *xv.* libras. Et prædictum Manerium de Chelsewath valet per annum in omnibus exitibus juxta verum ejusdem valorem *C s.* In cujus rei testimonium huic Inquisitioni prædicti juratores sigilla sua apposuerunt. Datum die, loco, & anno suprædictis.

Carta Regis Edwardi *tertii de diversis libertatibus & privilegiis præfato Prioratui concessis.*

Cart. 28 E. 3. m. 4. EDwardus Dei gratiâ Rex *Angliæ* & *Franciæ* & Dominus Hiberniæ, Archiepiscopis, (&c.) salutem. Sciatis, quod cum ob honorem Dei & Sanctæ Matris Ecclesiæ, quandam domum Canonicorum regularium Ordinis Sancti *Gilberti* de Sempingham, apud Pulton in Comitatu *Wiltes.* fundari, & quibusdam terris, tenementis, redditibus, & possessionibus, ad sustentationem Canonicorum eorundem dotari fecerimus. Nos, ut Prior & Canonici dictæ domus, quiecius divinis, pro nobis, hæredibus & progenitoribus nostris, ibidem ordinatis, & ordinandis, celebrandis intendere valeant in futurum; ipsos Priorem & Canonicos libertatibus & quietanciis, quas per inspectionem Rotulorum Cancellariæ nostræ Domui de Sempingham, & aliis domibus Regni nostri *Angliæ*, dicti Ordinis per præfatos Progenitores nostros invenimus fore concessas, prout inferiùs exprimuntur, communire cupientes; concessimus pro nobis & hæredibus nostris, & hac Cartâ nostrâ confirmavimus, quod prædicti Prior & Canonici, & successores sui, imperpetuum habeant & teneant omnia terras, tenementa, redditus, & possessiones suas, quæcunq; & ubicunq; benè & in pace, liberè & quietè, integrè, plenariè, & honorificè; in bosco & plano; in pratis & pascuis; in aquis, piscariis, vivariis, in stream, & strande; in mariscis, & foreslis, in molendinis & stagnis; in toftis & croftis; & virgultis; in viis & semitis: Et quod sint quieti, tam ipsi, quàm homines eorum in Civitate, Burgo, foris, & Nundinis; in transitu poncium & maris portuum, & in omnibus locis, per totum Regnum nostrum *Angliæ*, & per omnes terras nostras & aquas, de Theolonio, pontagio, passagio, panagio, muragio, pedagio, lastagio, stallagio, hidagio, cariagio; & wardis, ac operibus castellorum, pontium, parcorum, & wallorum, ac fossarum, & vectigalibus, tributis & xeniis, excercitu, & equitatu, & de misericordiâ forestæ, & de eschape, & de regardo & vasto ubiq; in mariscо per totam forestam nostram de Braden; & de omnibus geldis, & *Danegeldis*, & *Wodegeldis*, & *Fengeldis*, *Hornegeldis*, *Fotegeldis*, & *Pengeldis*, & *Thenedingpeny*, *Hundredispeny*; & de *Meskenning*, & de *chenagio*, & *Hendeden-ny*, & *Bucstall*, & *Tristris*; & de omnibus misericordiis & merciamentis, forisfacturis, & auxiliis & wapentachiis, comitatibus, *Trichinges*, *Hundredis*, & *firis*, & *thenemannetale*; & de murdro & latrocinio, & *conceylis*; & *uaflat*, & *hamsoca*, *Grethbriche*, *Bledwit*, *fletwit*, & *forestall*, & *Hengwit*, & *Leirwit*: Et sint insuper liberi de *Scoto*, & *wardepenny*, & *Burghalpenny*, & ab omni *careio* & *sumagio* & navigio, ac domuum regalium edificatione & omnimodâ operatione, Et de omnibus auxiliis Vicecomitum, & Ministrorum suorum; & scutagio, & allisis, & donis, sumonitionibus, & talliagiis, franciplegiis, & de *Borthneulig*; & de omnibus placitis & querelis, occasionibus & consuetudinibus; & de averiis suis in namium capiendis, & de omni terreno servicio, & seculari exactione silvæ eorum ad prædicta opera, vel ad aliqua alia nullo modo capiantur.

Habeant etiam prædicti Prior & Canonici & successores sui Curiam suam, & justiciam, cum *sokâ*, & *sakâ*, & *thol*, & *theam*, & *infangenethef*, & *utfangenethef*, & *flemenefrith*, & *Ordel*, & *Oreste*, infra tempus, & extra, & cum omnibus aliis liberis consuetudinibus, & immunitatibus, & libertatibus; & cum omnibus placitis & querelis, & quietanciis suis. Concessimus etiam, pro nobis & hæredibus nostris, & hac Cartâ nostrâ confirmavimus, ut cum Magister dictorum Prioris & Canonicorum obierit, cura & custodia prædicti Ordinis, tam domorum, quàm grangiarum atq; Ecclesiarum, sive substanciarum, in custodiâ & regimine Prioris & Canonicorum semper permaneat. Prohibemus etiam, quod nullus Vicecomes, vel Minister, seu alia persona magna, vel parva, infra elemosinas suas hominem capere, ligare, verberare, interficere, vel sanguinem fundere; seu rapinam, aut aliquam violenciam facere audeat; neq; averia eorum, de terris elemosinæ suæ aliquis in namium capere præsumat super forisfacturam nostram; nec nativos, & fugitivos suos, vel catalla eorum aliquis detineat; nec homines venientes ad molendina sua ullo modo impediat; nec eos, aut homines eorum, pro consuetudine aliquâ, vel servicio, aut exactione, vel pro aliquâ causâ disturbet de rebus suis, quas homines eorum affidare poterunt esse suas proprias, set sint quieti de omnibus consuetudinibus, exactionibus & occasionibus, quæ sunt vel esse possunt; & generaliter de omnibus rebus in omnimodis quæ ad nos vel hæredes nostros & successores nostros pertinent, vel pertinere possunt, exceptâ solâ justiciâ mortis & membrorum.

Concessimus insuper, pro nobis & hæredibus nostris, & hac Cartâ nostrâ confirmavimus præfatis Priori & Canonicis de Pulton in perpetuam elemosinam, misericordias & forisfacturas hominum suorum, de omnibus placitis ubicumq; fuerint indictati; sive in Curiâ nostrâ, sive in alia, quantum ad nos pertinet; & si fortè dampnati fuerint homines eorum ad mortem vel ad membrorum perditionem, vel in exilium imperpetuum; prædicti Prior & Canonici omnia Catalla eorum habeant sine aliqua contradictione; retentâ nobis, per Ballivos nostros executione justiciæ de vitâ & membris, cujus questum omnimodum eis concedimus.

cedimus. Et prohibemus ne super hiis libertatibus aliquis domui de **Pulton** molestiam faciat, vel gravamen; vel eorum oves, aut animalia capiantur in namium, neq; in communiâ pasturâ imparcentur super forisfacturam nostram decem librarum, & super forisfacturam Vicecomitis viginti solidorum, sicut confirmatio celebris memoriæ Domini *J.* quondam Regis *Angliæ* Progenitoris nostri, quam Domus de **Sempyngham** indè habet, testatur.

Suscepimus insuper in custodiam & specialem protectionem, & defensionem nostram, dictam domum de **Pulton**, cum omnibus membris & pertinenciis suis; ita quod dicti Prior & Canonici ea teneant benè & in pace, liberè, quietè, & integrè, cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus supradictis: Et si aliquis versùs dictam domum de **Pulton** aliquid de possessionibus suis clamaverit, sive eos in aliquo vexare vel in Placitum ponere voluerit, prohibemus ne dicti Prior & Canonici, pro aliquo respondeant, neq; in placitum intrent; neq; aliquis eos placitare faciat, nisi coram nobis vel hæredibus nostris, vel capitali Justiciario nostro, vel hæredum nostrorum, vel coram Justiciariis Itinerantibus. Quare volumus (&c.) Data per manum nostram apud *Westm.* quinto die *Februarii*, anno Regni nostri *Angliæ* vicesimo octavo, Regni vero nostri *Franciæ* quintodecimo.

Cœnobia Anglicana,

ORDINIS

S. TRINITATIS

PRO

Redemptione Captivorum.

Cœnobia Anglicana,

ORDINIS

S. TRINITATIS

PRO

Redemptione Captivorum.

Trinitarianus.

REGULA MONACHORUM S. TRINITATIS, EJUQUE APPROBATIO AB *Innocentio* III. *Pontifice Romano facta.*

1 IN *nomine Sanctæ & Individuæ* Trinitatis. *Fratres domus Sanctæ* Trinitatis *sub obedientia Prælati drmus suæ, qui Minister vocabitur, in castitate, & sine proprio vivunt. Omnes res undecunque licite veniant in tres patres dividant æquales, & in quantum duæ partes sufficiant, exequantur ex illis opera misericordiæ, cum sui ipsorum & eis necessario famulantium moderata sustentatione. Tertio verò pars reservetur ad redemptionem captivorum, qui sunt incarcerati pro fide Christi à paganis: vel dato precio rationabili pro redemptione ipsorum, vel pro redemptione paganorum captivorum, ut postea rationabili commutatione, & bona fide redimatur Christianus pro pagano secundum merita, & statum personarum. Cum verò pecunia data fuerit, vel aliquid aliud licet specialiter & proprie detur ad aliquid, semper de consensu illius qui dederit, tertia pars separetur, & aliter non recipiatur, exceptis terris, pratis, vineis, nemoribus, ædificiis, nutrituris, & hujusmodi. Fructus enim inde exeuntes, deductis expensis, in tres patres dividentur æquales: sed quæ paucas, vel nullas recipiant expensas, omnibus dividantur. Cum verò panni, vel calceamenta, vel minuta hujusmodi, quibus necesse sit uti, quæ vendi, vel conservari non expedit, data fuerint, vel à seipsis habuerint, non dividantur, nisi ministro domus & fratribus visum fuerit expedire. De quibus singulis Dominicis diebus, si fieri potest, in Capitulo deliberetur. Si tamen prædicta, ut panni, terræ, nutrituræ, sive minuta venderentur, precium inconveniens in tres partes ut supra dividatur.*

Res donaræ huic Ordini dividendæ.

Omnes Ecclesiæ istius Ordini intitulentur nomine Sanctæ Trinitatis, *& sint plani operis.*

Ecclesiæ hujus Ordinis cujus nomen erigendæ.

Fratres possunt esse in una cohabitatione, tres Clerici, & tres laici, & præterea unus, qui Procuratur sit: qui no Procurator, sed Minister (ut dictum est) nominetur, ut frater N. N. *Minister domus Sanctæ* Trinitatis: *cui fratres repromittere, ac impendere obedientiam teneantur. Omnibus fratribns suis, sicut sibimet, Minister fideliter administret.*

De ministro Ordinis.

Vestimenta sint lanea, & alba: & liceat eis habere pelliceas singulis singulas & bracas, quas jacentes non deponant.

Vestitus Ordinis hujus.

Jaceant in laneis, ita quod plumea fulcra, vel culcitras nisi in ægritudine laborantes in domibus propriis minime habeant. Cervical verò ad sustentationem capitis permittantur habere.

Lectisternia.

In cappis fratrum imponantur signa.

Equos non ascendant, nec etiam habeant: sed asinos tantum liceat ascendere datos, vel accomodatos, vel de propiis nntrituris susceptos.

Equis non utendum Ordini.

Vinum sumendum à fratribus taliter temperetur, ut sobrie sumi valeat.

Potus Ordinis.

Jejunent ab Idibus Septembris *secunda, quarta, & sexta feria, & sabbato, nisi*

Jejunia.

nisi solennis festivitas intervenerit usque ad Pascha, *exceptis dominicis diebus in cibo quadragesimali jejunent, & alia similiter jejunia, quæ consuevit Ecclesia celebrare. Potest tamen quandoque jejunium Minister cum discretione relaxare propter ætatem, vel viam, & aliam justam causam, vel facultate inspecta etiam argumentare.*

Cibus. *Carnibus datis ab his, qui foris sunt, vel sumptis de propriis nutrituris vesci liceat tantum in dominicis diebus à* Pascha *usque ad* Adventum Domini, *& à* Natali *usque ad* Septuagesimam *: & in* Nativitate, & Epiphania *Domini, & in* Ascensione *Domini, &* Assumptione, & Purificatione *beatæ* Mariæ, *& in festivitate* Omnium Sanctorum. *Nihil emant ad victum præter panem, & pulmentum; scilicet fabas, & pisa, & hujusmodi legumina, olera, oleum, ova, lac, caseos, & fructus: sed neque carnes, neque pisces, sive vinum liceat emere nisi ad necessitatem infirmorum, vel minutorum, vel pauperum, aut in magnis solennitatibus. Liceat tamen nutrituras emere, & nutrire. Cum verò in itinere sive peregrinatione fuerint, liceat eis, sed parcè vinum emere, & pisces in* quadragesima *si necesse fuerit: & si quid eis datum fuerit inde vivant, & residuum in tres partes dividant. Tamen si fuerint in via profecti ad redimendum captivos, quicquid eis datum fuerit, totum debent ponere in redemptionem captivorum, præter expensas.*

In suis domibus edant, non extra fratres hujus Ordinis. *In civitatibus, in villis, sive castellis, in quibus proprias domos habuerint, nihil omnino extra domos illas, nisi in domo religionis, etiamsi à quovis rogentur, comedant, vel bibant, nisi fortè aquam in domibus honestis: nec pernoctare præsumant extra hujusmodi domos: nunquam in tabernis, vel in hujusmodi locis inhonestis habitent, commedant, vel bibant. Qui autem hoc præsumpserit juxta arbitrium Ministri gravi vindictæ subjaceat.*

Charitati studeant Ordinis hujus fratres. *Talis sit charitas inter fratres, clericos, & laicos, ut eodem victu, vestitu, dormitorio, refectorio, & eadem mensa utantur.*

Infirmorum hujus Ordinis cura. *Infirmi seorsum dormiant, & comedant: ad quorum curam habendam conversus aliquis laicus, sive clericus deputetur: qui ea, quæ necessaria fuerint, inquirat, & ministret sicut fuerit ministrandum. Moneantur tamen infirmi, ut lauta, sive nimium sumptuosa cibaria non requirant, commoda potius, & salubri moderatione contenti. Ad lauta quidem, & sumptuosa cibaria non oportet quenquam admitti. Quæcunq; tamen præsentanda sunt cum hilaritate præsententur: & nulli maledictum pro maledicto reddatur.*

Hospitum receptio. *Si quis, & maximè religiosus ad hospitandum advenerit benignè suscipiatur, & charitative juxta posse domus illi subministretur. Avena tamen, vel aliud in loco avenæ hospitibus non detur, si fuerint in civitate, vel oppido, vel ubi venalis inveniatur: nisi fortè religiosi sint hospites, vel tales, qui ad manum non habeant, & non emere possint. Si autem hospites venalem non invenerint, & in domo qua suscepti fuerint, inveniatur, congruenter eis præbeatur.*

Trinitarii monachi laborent. *Nullus frater laicus vel clericus sit, si fieri potest, sine proprio officio. Si quis verò laborare noluerit & potuerit, locum ipsum deserere compellatur: cum Apostolus dicat, qui non laborat non manducet.*

Silentium observent ubique. *Silentium observent semper in Ecclesia sua, semper in refectorio, semper in dormi-*

dormitorio. De necessariis tamen liceat loqui in aliis temporibus aptis, & remissa voce, humiliter, & honestè, & extra prædicta loca ubique sermo eorum sit honestus, & sine scandalo: similiter & eorum omnis status, gestus, vita, actio & omnia alia honesta in eis reperiantur.

Capitulum habeant.

Capitulum si fieri potest singulis diebus dominicis in singulis domibus Minister cum fratribus suis teneat: & de negotiis domus, & domui sive fratribus datis: ut ad redemptionem captivorum tertia pars deputetur, fratres Ministro, & Minister fratribus rationem fideliter reddat. Non solum fratribus, sed & familiæ domus pro capacitate sua similiter singulis dominicis diebus, si fieri possit, exhortatio fiat: & quod credere, aut agere debeant, simpliciter moneantur. De omnibus rebus, & clamoribus in Capitulo fratres judicentur.

Nullus fratrē suum publicè accuset.

Nullus fratrum fratrem suum in publico accuset, nisi bene possit probare. Qui autem hoc fecerit pœnam subeat, quam reus subiret, si convinci potuisset, nisi Minister ex causa cum eo dispensare voluerit.

Correptio delinquentis.

Si qui scandalum, vel aliquid hujusmodi fecerint, vel (quod absit) se invicem percusserint, juxta arbitrium Ministri, majori vel minori vindictæ subjaceant. Si quis frater in fratrem peccaverit, id est, contra fratrem, id est, eo solo sciente, qui injuriam passus est, sustineat patienter, licet sit innocens: & cum quieverit commotio animorum, benignè, & fraternè commoneat, & corripiat eum usque ter inter se, & ipsum solum, & pœnitentiam agere de commisso, & à similibus in posterum abstinere: quod si audierit, dicat Ministro, & ille corripiat eum secreto secundùm quod viderit saluti ejus expedire. Qui verò scandalum movit, & per se emendare voluerit, totum ante pedes scadalizati petens veniam se extendat: & si semel non sufficit usque ter illud idem faciat. Si verò hoc in publicum venerit, quæcunque secutura fuerit pœnitentia hæc sit prior, scilicet ante pedes Ministri petendo veniam totius corporis extensio, & postea secundùm ejus arbitrium emendetur.

Capitulum generale quando celebrandum.

Generale Capitulum semel in anno celebretur: quod fieri debet in Octavis Pentecostes.

Si pro necessitate domus debitum fuerit aliquod contrahendum, prius in Capitulo fratribus proponatur, & cum eorum fiat consilio, et assensu: ut sic, & suspitiones, & murmura evitentur.

Si quisquam de substantia domus violentiam fecerit, & ad judicem oportuerit referri, non ante hoc fiat, quàm charitativè ille à fratribus primò, post ab aliis vicinis similiter moneatur.

Ministri hujus Ordinis electio.

Electio Ministri per commune fratrum consilium fiat: nec eligatur secundùm dignitatem generis, sed secundùm vitæ meritum, & sapientiæ doctrinam. Ille verò qui eligitur, sacerdos sit, vel clericus ordinibus aptus. Minister verò sive major, sive minor sacerdos sit.

Ministrorum officium.

Major Minister confessiones fratrum omnium congregationum ejusdem Ordinis audire potest. Minor verò Minister omnium fratrum suæ domus audiat confessiones, dummodo verecundia repetiti excessus occasionem minimè præbeat tardius prælatis suis, vel minus purè, quàm deceat confitendi. Solicitè verò Minister provideat, ut præcepta regulæ, sicut cæteri fratres per omnia teneat. Postquàm verò electus fuerit, si ex culpa deponi meruerit, per Majorem

Mini-

Ministrum convocacis tribus, vel quatuor Ministris minoribus deponatur, & alius qui dignus sit loco ejus subrogetur. Si verò pro remotione terrarum, vel alia causa rationabili major Minister hoc facere non poterit, Ministris minoribus magis religiosis committat: & quod illi fecerint authoritate majoris, ratum habeatur. Major verò Minister, si processibus corrigendus, vel deponendus sit, per quatuor, aut quinque Ministros ejusdem Ordinis magis religiosos hoc fiat: qui tunc auctoritate generalis Capituli ad hoc eligi debent.

Receptio novitii.

Si quis hujus Ordinis frater esse voluerit, primò per annum cum expensis suis, præter victum, habitu suo, & omnibus suis retentis, in Ordine prò Deo serviat: & post annum, si bonum & conveniens videatur Ministro domus, & fratribus, & illi, & locus vacaverit, recipietur: dum tale sit, de quo non videatur Ecclesiæ litigium imminere. Si verò de cujusque moribus visum fuerit dubitandum, prolixior de eo probatio habeatur. Si ante receptionem aliquis se intemperanter habuerit, & impatiens disciplinæ, & ad arbitrium Ministri non emandaverit mores suos, tribuatur ei modeste licentia cum omnibus quæ attulit recedendi. In Ordine verò aliquis non recipiatur, antequam annum videatur vigesimum compleviſſe: Professio verò in arbitrio Ministri relinquatur.

Pignora non accipiant, nisi decimas cum licentia Episcopi sui de manu laicis juramenta non faciant, nisi magna necessitate cum licentia Ministri, vel jussi ab Episcopo suo, vel ab alio vices Apostolicas gerente, & hoc pro honesta, & justa causa.

Si quod vitium in re, quæ venditur netum fuerit, indicetur emptori: depositum auri, vel argenti, vel pecuniæ non liceat eis suscipere. Ipsa die, qua infirmus venerit, vel apportatus fuerit, de peccatis suis confiteatur, & communicet.

Omni secunda feria præterquam in Octavis Paschæ; *&* Pentecostes, *&* Nativitatis *Domini, &* Circuncisionis, *&* Epiphaniæ, *& præterquam in festivitatibus, quæ ad colendam pronunciantur, finita Missa pro fidelibus fiat absolutio fidelium defunctorum in Cœmiterio. Singulis quoque noctibus ad minus in hospitali coram pauperibus pro statu & pace Sanctæ Romanæ Ecclesiæ; & totius Christianitatis, & pro benefactoribus, & pro his, pro quibus generalis Ecclesia consuevit orare, & communis fiat oratio.*

In regularibus horis morem beati Victoris *observent, nisi forte pausationes, vel aliæ prolixitates, vel vigiliæ, occasione laboris, & paucitatis servientium de consilio piorum, & religiosorum virorum fuerint remittendæ, propter paucitatem etenim suam tantas pausationes in psallendo facere non tenebuntur, nec ita tempestive surgere.*

Rasura Trinitariorum.

In rasura similiter Ordinem Sancti Victoris *sequantur Clerici. Laici verò barbas non radant, sed eas crescere modeste permittant. Nulli ergò,* &c. *nostræ concessionis, & constitutionis,* &c.

MONASTICON ANGLICANUM.

PRIORATUS *de* Thelesford, *in agro* WARVVICENSI.

Carta Regis Edwardi *tertii, donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Pat. 3. E 3. p. 2. m. 8.

REx omnibus ad quos, &c. salutem. Donationem & concessionem, quas *Will.* filius *Walteri* de *Cherlecote*, per scriptum suum fecit Deo & Sancto *Johanni Baptistæ*, & beatæ Virgini *Radegundi*, de tresdecim acris terræ de dominico suo de Cherlecote, propinquioribus viæ de Cherlecote, quæ ducit ad pontem de Teflesford, ex parte occidentali, super rivulum de Teflesbrok, cum pratellis super eundem rivulum ad easdem tresdecim acras pertinentibus; & cum parte ejusdem rivuli ad easdem tresdecim acras pertinente: Et etiam de totâ terrâ ex alterâ parte prædictæ viæ versùs orientem, quæ est inter ipsam viam, & terram arabilem, quæ fuit *Geraldi* de *Cherlecote*, in puram & perpetuam elemosinam, liberis & quietis ab omni seculari servicio & exactione, ad construendum ibidem Ecclesiam in honore prædictorum Sanctorum, & domum Hospitalem, ad pauperum recreationem, & peregrinorum susceptionem, & virorum Religiosorum ibidem in perpetuum Deo servirurorum sustentationem. Confirmationem etiam, quam idem *Willielmus*, per idem scriptum suum, fecit Deo & Sanctis prædictis, de donatione dimidiæ virgatæ terræ in villâ de Cherlecote, cum omnibus pertinentiis suis, quam *Cecilia* mater ipsius *Willielmi* fecit eisdem. Confirmationem insuper, quam idem *Willielmus* per Cartam suam fecit eisdem Sanctis, necnon fratribus Ordinis sanctæ *Trinitatis*, & redemptionis Captivorum, & eorum successoribus, de totâ domo de Theulisford, cum gardinis & croftis, & cum omnibus pertinentiis ad dictam domum pertinentibus, unà cum advocatione Ecclesiæ de Cherlecote, cum omnibus juribus, & possessionibus, tam in spiritualibus, quàm in temporalibus, ad dictam Ecclesiam spectantibus.

Donationem, etiam concessionem, & quietam clamantiam, quas *Fulco* filius *Willielmi* de *Lucy* per scriptum suum indentatum fecit *Roberto* tunc Ministro prædictæ domus de Teflesford, de Ordine prædicto, & fratribus ejusdem loci, de viâ ad claudendum inter Ecclesiam de Teflesford, & Curiam eorundem Ministri & fratrum, in puram & perpetuam elemosynam, Donationem insuper, concessionem & confirmationem, quas *Will.* de *Lucy* miles, & nuper Dominus de *Cherlecote*, per scriptum suum fecit *Henrico* dudum ministro domus prædictæ, & fratribus ejusdem domûs, de potestate claudendi, & ad clausum ipsorum fratrum addendi & inclusum imperpetuum retinendi, duas acras terræ propinquiores clausui ipsorum fratrum, & etiam de tantâ placeâ de dominico ipsius *Willielmi*, vocata Lattaye, ad Capita dictarum duarum acrarum, usq; ad rivulum qui vocatur Theulisfordbrok, in quantum dictæ duæ acræ se extendunt in latitudine; ita quod, nec idem *Willielmus*, hæredes, vel assignati sui, aliquam communam, sive jus in prædictis duabus acris terræ, & dictâ placeâ sic inclusis, de prædictis Ministro & fratribus vel eorum successoribus extunc quoquo modo habere possent, exigere vel vendicare.

Concessionem insuper & quietam clamantiam, quas *Johannes* de Nassord, nuper Dominus de Bereford, juxta Warre wyk, pro se, hæredibus & assignatis suis, per scriptum suum fecit Ministro & fratribus prædictæ domus de Theulisford, & eorum successoribus, de omnibus amerciamentis in quibus, dicti Minister & fratres & eorum tenentes, & Cotarii quicumq; in Curiâ suâ de Bereford, tam in Curiâ visus franci plegii, quàm aliis Curiis suis, occasione quacumq; extunc amerciari, vel eos puniri contigerit, pro transgressionibus, sive pro defectibus, vel aliquâ aliâ occasione, percipienda & habenda imperpetuum.

Concessionem eciam & confirmationem, quas *Will.* de Nassord, dudum Dominus de Bereford, per Cartam suam fecit Ministro & fratribus prædictis de omnibus donationibus terrarum, reddituum, domorum, & pasturarum in villâ de Bereford, vel extra, quas *Phillippus* de Rynton de *Henrico* de Bereford, prædecessores prædicti *Willielmi*, & de *Waltero* de Bereford, & *Aliciâ* filia *Reinbaldi* de Cherlecote adquisivit, & fratribus prædictis contulit in puram & perpetuam elemosynam, ab omnibus secularibus serviciis, &

omnimodis

omnimodis Curiis, sectis, adventibus ad visum franci plegii, exactionibus, querelis, & demandis universis, quietè possidendis, exceptis *Warth* & scutagio, quantum pertinet ad quinq; virgatas terræ, quas prædicta *Alicia* dedit prædictis fratribus in eadem villâ. Concessionem insuper, quam idem *Willelmus*, per eandem Cartam suam fecit prædictis Ministro & fratribus, de liberâ piscariâ in aquâ ipsius *Willelmi* de **Avene**, omnibus diebus præterquam diebus dominicis, ubiq; à malendino de *la Le*, usq; ad stagnum molendini ipsius *Will.* cum buttorio; & a gardino suo ubiq; usq; ad divisas inter **Beresford** & **Warperton**, cum spurte, & quolibet genere buttorii imperpetuum. Concessionem etiam, quam idem *Willielmus*, per eandem Cartam suam fecit eisdem fratribus, de habendo separatim super terram & solum ipsorum fratrum in **Beresford**, suum proprium imparcum & messarium, ad capiendum, chaceandum & imparcandum absq; impedimento vel calumpniâ prædicti *Willielmi*, hæredum vel assignatorum suorum, animalia in dampnis dictorum fratrum inventa, & rationabiles dampnorum estimationes indè exigendos, & inconcussè percipiendos.

Concessionem insuper, quam idem *Will.* per eandem Cartam suam fecit eisdem fratribus, in puram & perpetuam elemosinam, de tribus virgatis terræ, quæ appellantur libera hida, in **Beresford**, quietis de **Warth**, & scutagio, & ab omni seculari servicio, sectis Curiæ, & adventibus, & assiamentis; & de habendo liberum ingressum etiam & regressum eundi & redeundi, cum animalibus suis pascendis in communâ pasturæ de **Beresford**, à pasturâ forinsecâ absq; impedimento & calumpniâ ipsius *Willelmi*, hæredum, & assignatorum suorum. Concessionem etiam, quam idem *Will.* per eandem Cartam suam fecit eisdem fratribus, de non veniendo ad Curiam ipsius *Willelmi*, hæredum vel assignatorum suorum, per summonicionem, attachiamentum, captionem averiorum, vadium, plegiorum, queredarum, querimoniorum vel quamcumq; aliam cohertionem, occasione quæstionum, contentionum, querelarum, aut transgressionum quarumcumq; inter ipsum *Willielmum* & prædictos fratres, vel homines & servientes suos quoscumq;, aut inter ipsos fratres & alios quoscumq;, undè verbera, hutesiæ, clamores, querimoniæ, sanguinis effusiones emergere possent infra limites libertatis ipsius *Will.* contingentium: set quod absq; strepitu judiciali certis die & loco, infra libertatem illam, & extra Curiam prædictam rationabiles emendæ fiant, de omnibus prænominatis, parti cui transgressum fuerit, per visum bonorum & discretionem legalium virorum, quos partes elegerint. Concessionem insuper, quam *Johannes* filius & hæres prædicti *Willielmi* per Cartam suam fecit prædictis fratribus, de eo quod iidem fratres, cum animalibus suis pascendis in communâ pasturæ de **Beresford**, à pasturâ forinsecâ; *scilicet*, de **Pethcote**, & omnibus aliis pasturis forinsecis liberum haberent ingressum & regressum eundi & redeundi, & pro voluntate ipsorum fratrum in eadem pasturâ de **Beresford** commorandi absq; impedimento vel calumpniâ ipsius *Willielmi*, hæredum & assignatorum suorum. Remissionem etiam & quietam clamantiam, quas *Fulco* de *Lucy* per scriptum suum fecit fratribus prædictis de decem solidatis annui redditus, quos idem *Fulco* ab eisdem fratribus annuatim percipere consuevit, pro duobus mesuagiis & tribus virgatis terræ in villâ & campis de **Beresford**, quæ appellatur *libera hida*; quæ quidem duo mesuagia, cum tribus virgatis terræ prædictis, prætatis fratribus remanserunt per finalem concordiam inter *Will.* de *Lucy*, avum prædicti *Fulconis*, & fratrem *Eliam* tum domus prædictæ ministrum, factam apud **Warrewick**, coram *Rogero* de **Thurkelby**, *Gilberto* de **Preston**, Magistro *Simone* de **Walton**, & *Johanne* de **Cobham**, quondam Justiciariis itinerantibus *Henrici* filii Regis *Johannis*, anno regni sui tricessimo primo.

Donationem etiam & concessionem, quas *Ricardus* filius *Willelmi Mallore* de **Birkeby**, per scriptum suum fecit prætatis fratribus, in puram & perpetuam elemosinam, de terrâ quæ vocatur **Barlichwong**, de dominico ipsius *Ricardi*, in quâ fundata est *Ecclesia* de **Birkeby**, sicut certis circumdata est limitibus, versùs Aquilonem, & versùs Occidentem; unà cum advocatione ejusdem Ecclesiæ, & cum Capellis de **Walton** & **Pelkington**, & cum omnibus aliis ad eam pertinentibus, de jure imperpetuum possidendis. Donationem insuper, concessionem, & confirmationem, quas *Willielmus* de *Pinot* per Cartam suam fecit prætatis fratribus, de unâ virgatâ terræ in villâ de *Essorâ*, & extra, cum omnibus pertinentiis suis, cum domibus & mesuagio, & cum duabus acris terræ, quæ fuerunt de dominico ipsius *Willielmi*, quarum una jacet in uno campo versùs **Berhulle**, & alia in alio campo versùs *Donam*. cum jure & dominio duarum acrarum terræ, quas idem *Willielmus* attornavit & assignavit ministris Ecclesiæ de **Newbald**; ita quod idem *Willielmus* & assignati sui de *Essorâ* erunt soluti & quieti de minutis decimis de **Churchfoth** in villa de **Newbald** imperpetuum, unà cum pratis & terris, quas *Robertus* de *Mortimer* habuit de prædicto *Willielmo* ad terminum; & cum omnibus pertinentiis, libertatibus, & aisiamentis ad prædicta tenementa pertinentibus, in puram & perpetuam elemosynam. Remissionem etiam & quietam clamantiam, quas *Willielmus* de *Nesford* junior, per scriptum suum fecit prætatis ministro & fratribus, & eorum successoribus de seminando totam illam terram, quæ vocatur *la* **Blakeheth** in campo de **Beresford**, quocienscumq; sibi viderent expedire, absq; contradictione vel impedimento ipsius *Willielmi* & hæredum suorum. Donationem insuper, concessionem, & confirmationem, quas *Wil.* de **Dodyngesheles** per scriptum suum fecit prædictis fratribus de totâ terrâ illâ, quam *Robertus* de **Goxhulle** tenuit in **Wandeshule** in Manerio ipsius *Willielmi* de **Wolchulle**, cum peciâ terræ jacente in angulo inter viam extendentem versùs **Wilakesford**, & viam extendentem versùs **Wolchulle**, juxta eandem

eandem terram, cum communibus pasturis, & libertatibus & aisiamentis ad prædictam terram pertinentibus, in liberam & perpetuam elemosynam. Et quod iidem fratres liberi sint & quieti à sectâ Curiæ, & ab omni exactione seculari dicto *Willielmo* & hæredibus suis pertinente. Concessionem etiam & confirmationem quas *Willelmus* de *Bello Campo*, dudum Comes *Warwikyæ* per scriptum suum fecit præfatis ministro, & fratribus, de tribus culturis terræ, quarum una *le* Cleipultes, & alia *la* Pozecroft, & tertia Fernyfurlong vocantur, cum liberâ communia in tempore aperto, & aliis pertinentiis suis: Habendum liberè & quietè, cum libero introitu & exitu absq; sectis Curiæ, releviis, & omnibus secularibus servitiis, consuetudinibus, & demandis universis, præfato Comiti vel hæredibus suis aliquo modo pertinentibus. Remissionem insuper & quietam clamantiam, quas *Willielmus* nuper Prior de *Coventre*, & Conventus ejusdem loci per scriptum suum indentatum fecerunt Ministro, & fratribus domus prædictæ, de terris, & tenementis, quæ *Rogerus* filius *Henrici* de Wittele, & *Emma* vidua, quondam tenuerunt in Heitcote; cum wardis, releviis, heriettis, escaetis, & aliis servitiis dictorum tenementorum. Habendum liberè & quietè ab omni servicio seculari, exactione, sectâ Curiæ, quærelâ, & demandâ, ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Christo fratri *Thomæ* de Ossyntun, nunc Ministro domus prædictæ, & fratribus ejusdem domus, & successoribus suis imperpetuum, concedimus, & confirmamus, prout Cartæ & scripta prædicta rationabiliter testantur, & prout iidem Minister & fratres ac eorum prædecessores terras & tenementa prædicta hactenus rationabiliter tenuerunt. In cujus, &c. T. Rege apud Kemylworth, *xxvi.* die *Novembris*.

PRIORATUS
de Wottinden *in agro* Cantiano.

Puttenden *fratres Ordinis* S. Crucis.

Leland Col. Vol. 1. p. 83.

RObertus de *Rokesley* miles, originalis fundator. Modernus Comes de Northumberland.

PRIORATUS
de Ingham *in* Norfolcia.

Ord. S. Trinit. *& redempt. Captivorum.*

DOminus *Gulielmus Staferton* primus fundator; nunc *Franciscus Calthorp*. *Lel. Coll. Vol. 1. p. 58.*

PRIORATUS
de Knaresburgh *in agro* Eboracensi.

Carta Regis Henrici *tertii donationem Regis* Johannis *de* xl. *acris terræ*, Ivoni *Heremitæ factam, jacentibus in* Swinesco.

REx Omnibus &c. salutem. Sciatis nos intuitu Dei, & pro salute animæ nostræ &c. concessisse, & hac Cartâ nostrâ confirmâsse fratri *Ivoni* Heremitæ Sanctæ Crucis de Knaresburg & ejus successoribus *xl.* acras terræ, cum pertinentiis in Swinesco, quod Dominus *J.* Rex Pater noster prius dedit, & concessit fratri *Roberto* quondam Heremitæ ejusdem loci. Habendas & tenendas de nobis & hæredibus nostris, eidem fratri *Ivoni*, & successoribus suis, in liberam, puram, & perpetuam elemosynam, pro omni servitio. Quare volo, (&c.) quod prædictus frater *Ivo* & ejus successores habeant & teneant prædictas *xl.* acras terræ, cum pertinentiis de nobis & hæredibus nostris benè & in pace, liberè, & quietè, & integrè, in liberam, puram, & perpetuam elemosynam, sicut prædictum est. Hiis testibus, *H.* de *Burgo*, (&c.) *J.* Constab. *Cestriæ*, *Thomâ* de *Multone*; *Briano* de *Insulâ*; *Willielmo* de *Cantilupo*; *Ph.* de *Albiniaco*, *Radulpho* de *Trubleuil*; *Radulpho* filio *Nicholai*, *T.* de *Craucumbe* & aliis. Data apud *Pontemfractum xxx.* die *Novembris* Anno *xii.* *Cart. 12. H. 3. m 10.*

Carta Regis Edwardi *secundi, concessiones* Ricardi *Regis* Alemanniæ *& Comitis* Cornubiæ *recitans & confirmans.*

REx Archiepiscopis, &c. salutem. Inspeximus Cartam confirmationis, quam celebris memoriæ Dominus *E.* quondam Rex *Anglia* pater noster fecit fratribus Ordinis Sanctæ *Trinitatis*, & captivorum de Knaresburgh, in hæc verba. *Edwardus* Dei gratiâ Rex *Anglia*, (&c.) Archiepiscopis, Episcopis, *Cart. 5. E. 2. n. 160.*

pis, Abbatibus, (&c.) salutem. Inspeximus Cartam Domini *Richardi* Regis *Alemanniæ* & Comitis *Cornubiæ* avunculi nostri, quam fecit fratribus Sanctæ *Trinitatis*, & Captivorum de Knaresburgh, in hæc verba; Omnibus ad quos præsens scriptum pervenerit *Richardus* Comes *Cornubiæ* salutem; Noveritis nos dedisse, concessisse, & hac præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse, Deo & fratribus Ordinis Sanctæ *Trinitatis*, & Captivorum de Knaresburgh, pro salute animæ nostræ, antecessorum, & successorum nostrorum, Capellam Sancti *Roberti* de Knaresburgh, cum omnibus pertinentiis suis, quantum ad nos pertinet, cum advocatione Ecclesiæ de Hampstwayt, cum suis pertinentiis; & totam illam terram, cum pertinentiis quas Dominus *Johannes* Rex Pater noster dedit prædicto Sancto *Roberto* in vitâ suâ & et etiam illum Campum qui dicitur Swynescu, cum quodam bosco adiacente, qui vocatur Halikeldeswic, ex parte boriali aquæ, quæ appellatur Nid, usq; pontem pendentem; & ex alia parte ejusdem aquæ in occidente versùs boream, usq; ad viam quæ protendit de Knaresburgh versùs Hepwra; totam illam terram, quæ appellatur Bellmond, inter Forestam, & parvum parcum de Knaresburgh, sicut via se extendit de ponte subtus Ecclesiam de Knaresburgh, eundo versùs Forestam à finistris; & etiam totam illam terram, quæ vocatur Spitelcrofts, cum pertinentiis.

Præterea dedimus & concessimus dictis fratribus, & eorum successoribus, pasturam ad viginti vaccas, cum earum sequelâ trium annorum, in Hamsthuett, & ad trescentas oves ibidem; & ad quadraginta porcos quietos de pannagio in Mekeden; & si plures habuerint, faciant pro eis sicut alii de pasturâ, sylvis & parcis nostris: Habendum & tenendum dictam Capellam, cum advocatione dictæ Ecclesiæ, & omnes alias terras prædictas, cum earum pertinentiis, de nobis & hæredibus nostris, prædictis fratribus, & eorum successoribus, benè & in pace, liberè & quietè, ab omni Servitio seculari, exactione, consuetudine, & demanda ad nos vel hæredes nostros pertinentibus, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, salvis nobis, & hæredibus nostris bestiis nostris silvestribus; ita quod liberum habeant introitum & exitum, sicut priùs habere consueverunt in prædictis; ita *videlicet*, quod homines nostri de Knaresburgh, communicabunt in omnibus prædictis terris, postquam prædicti fratres vesturas earum asportaverint, cum animalibus suis, per totum, ubi non fuerit, seminatum, usq; ad festum *Natalis* Domini, præterquam in Swynescu, & cultura veteris parci, quæ quieta, & soluta ab omni communicatione, prædictis fratribus remanebunt. Et nos & hæredes nostri, prædictis fratribus prædictas Capellam, & terras, cum advocatione dictæ Ecclesiæ, & pasturâ, ut prædictum est, sicut puram & liberam elemosinam nostram warantizabimus contra omnes homines, & fœminas, quamdiù dicti fratres in dicto loco morabuntur. Et ut hæc nostra donatio, concessio & Cartæ nostræ confirmatio stabilis permaneat, atq; rata, præsentem Cartam Sigilli nostri munimine duximus roborandam. Hiis Testibus, Dominis *Willielmo* de *Ros*; *Johanne* de *Stutevill*; *Willielmo* de *Ireby*; *Willielmo* de *Furnivall*; *Richardo* de *Turri*, *Johanne* filio *Thomæ*; *Rogero* de *Aumary* Militibus; Dominis *Philippo* de *Eyâ*; *Willielmo Blundell*; *Roberto* de Ryuton, Clericis, & aliis. Datum *Londoniis* decimo die *Aprilis* anno gratiæ *MCCLvii.*

FINIS.

ADDITAMENTA

IN

Tomum Primum,

MONASTICI

ANGLICANI.

ADDITAMENTA

MONASTICI

ANGLICANI

ADDITAMENTA

Pag. 18. col. 2. lin. 5.

Carta Regis Edwi *de* Pathneberge, *Cœnobio* Glaſtonienſi *conceſſa.*

Ex Regiſtro *Glaſtoniæ* Cœnobii, penes *Ricardum Sheldon*, de Beoley in Com. Wigorn. Arm. f. 249. b.

AJuva nos *Jheſu Chriſte*, Cœli terræq; moderator. Cum ſeculi varietas crebrâ vacillatione defectum ſui, cunctis ſapientibus liquidò patefaciat frequentativis orthodoxorum ammonitionibus hortamur, ut ea quæ æternaliter ſtabilia indefectaq; perſeverant, cœleſti amniculante bulleo alacres, inceſſibili adquiramus lucello: Quamobrem ego *Edwith*, annuente altritoni moderatoris imperio, totius Albionis triumphatum potitus gubernamine, Rex ac gubernator, non immemor ob hoc michi occidiva fore conceſſa, ut hiis ſtrenuè jugi conamine turpitudines æterna lucrarer, quandam vineæ particulam, cum hærentibus ſibi duobus manſiunculis, in loco qui agnoſcitis hujuſce patriæ *at* Pathneberge, noſcibili nuncupatur vocabulo, ſanctæ Dei genitricis Eccleſiæ, quæ *Glaſtingenſi* olim data videtur Monaſterio, cum omnibus huic ruſculo ritè pertinentibus; pratis, paſcuis, ſilvis, capturis, æternâ largitus ſum hæreditate: obſecrans; ut nullus ſuperveniat hominum ſuperbiæ inflatus rancore, qui hanc noſtram largiſluam donationem immutare, minuere, preſumptionis audeat. Si quis autem minuere, vel auferre, quod Domino largiti ſumus, obſtinatus voluerit, deleatur nomen ejus de libro vitæ, reuſq; anathema poſt obitum, æternis baratri deputatus incendiis, cum *Judâ* Chriſti proditore miſerimus lugubriter puniatur niſi cum dignâ ſatisfactione devotus emendaverit, quod contra Domini voluntatem violentus perpetravit. Acta eſt autem hæc noſtræ dapſilitatis munificentia, anno incarnationis Domini *DCCCCLvi.* indictione verò *xiiii.* his teſtibus conſentientibus, quorum inferiis ordinatim nomina recitantur. ✠ Ego *Edwhi* Rex Anglorum hoc donum cum triumpho S. Crucis impreſſi. ✠ Ego *Edgar*, frater ejuſdem Regis confirmavi. ✠ Ego *Oda* Archiepiſcopus confirmavi. ✠ Ego *Elſie* Epiſcopus conſenſi. ✠ Ego *Brithelm* Epiſcopus corroboravi. ✠ Ego *Daniel Wintonienſis* Epiſcopus confirmavi. ✠ Ego *Oſwolf* Epiſcopus favi. ✠ Ego *Wolſie* Epiſcopus dictavi. ✠ Ego *Athelſtan* Dux conſenſi. ✠ Ego *Athelwold* Dux conſenſi. ✠ Ego *Edm.* Dux conſenſi. Sit autem prædictum rus, quod ego, cum conſenſu optimatum meorum, Domino, ejuſq; genitrici, patronâ amodum devotione largiſſimus conceſſi, omni terrenæ ſervitutis jugo liberum; nec pontis, arcisve reſtauratione, ſive quempiam expeditione ullo modo affligatus; ſed tranquillum perſeverens domini ſolummodo ſerviatur.

Carta Eddi *Epiſcopi*, *facta* Hengiſlo, *Abbati de* Lantocal, *&* Ferramere. Ibid.

REgnante ac gubernante nos domino noſtro *Jheſu Chriſto*, menſe *Julii*, pridie nonas, indictione quintâ, anno incarnationis ejuſdem *DCLxxx.* Nichil inculimus in hunc mundum, verùm nec auferre poſſumus; ideo terrenis cœleſtia, & caducis æterna comparanda

sunt: Quapropter ego *Eddi* Episcopus, terram, quæ dicitur **Lantocol**, tres cassatos, *Hengl'seo* Abbati libenter largior: Necnon terram in alio loco, duas manentes; hoc est in Insulâ, qui girum cingitur hinc atq; illinc palude, cujus vocabulum est **Ferramere**. Denique; solerter peto, ut nullus post obitum nostrum, hoc donativum in irritum facere præsumat. Si quis vero id temptaverit, sciat se Christo rationem redditurum. Ego *Eddi* Episcopus subscripsi.

Ib.f.150.a. *Carta* Fortere *Episcopi*, *facta Abbati* Aldberto *de* **Bledenepe**.

EGo *Forterus* famulus famulorum Dei, pro redemptione animæ meæ, unum cassatum dedi *Aldberto* Abbati, quæ sita est juxta fluvium **Aelce**, ad portam, quæ dicitur **Bledenithe** ad Insulam parvam, & ad Ecclesiam beati *Martini* Confessoris in propriam substantiam; Habendum, donandumq; cuicunq; voluerit. Qui hanc Cartam infringere temptaverit, sciat seipsum à communione Sanctorum separatum, & ab omnipotenti Deo. ✠ Ego *Forterus* consensi & subscripsi. Acta est autem hæc donatio anno *DCCxii* indictione primâ.

Ibid. *Carta* Cenwalli *Regis* Westsaxoniæ, *de* **Ferramere**.

REgnante ac gubernante nos, Domino nostro Jesu Christo. Nichil intulimus in hunc mundum, verum nec auferre quid possumus; ideo terrenis cœlestia, & caducis æterna mercanda sunt: Quapropter ego *Cenwalli*, terram quæ dicitur **Ferramere**, unum cassatum, *Beortwaldo* Abbati libenter largior: Necnon duas parvas Insulas; hoc est cum capturâ piscium in utraq; parte stagni; cum paludibus, silvis, pascuis, apium; & omnibus ad se pertinentibus dabo: Et ut habeant diebus vitæ suæ; & post obitum suum cuicunq; voluerit derelinquere, corroboravimus nunc, Crucisq; signo confirmato, hoc donativum, stabili jure gratum & ratum decerno, durare quamdiu vixero, poli terras atq; æquora circa æthera siderum jusso moderamine volver. Si quis autem nisus fuerit hujus meæ donationis testamentum confringere, aut adimere conatur, ipse atrius multatus sit infernalis ergastuli pænâ demorsus, quam eo demon vel aliis damnatorum paravit. ✠ Ego *Cenwallus* basileos *Westsaxonum*, propriæ manus subscriptione sanctæ Crucis designavi effigiem; ut nemo qui se regeneratum in Christo noverit, hujus largitionis Domini mutare præsumat. ✠ Signum manus *Theodori* Archiepiscopi. ✠ Signum manus *Leuteri* Episcopi. ✠ Signum manus *Hedde* Abbatis. ✠ Signum manus *Aldelmi* Abbatis. Scripta est hæc Cartula privilegii, anno incarnationis Christi *DCLxx*.

Carta Regis Ynæ *de terris in* **Pilton**e, *in Com.* Ib.f.171.a. **Somerset**.

IN nomine Domini nostri Jhesu Christi Salvatoris. Ea quæ secundùm decreta Canonum tractata fuerint, licet ego *Ini*, regnante Domino, Rex *Saxonum*, *xx*. cassatos, pro remedio animæ meæ, *Beorthwaldo* Abbati, ad Sanctum Monasterium **Glastingaburghe** videor contulisse; & hæc pars modica tellure, ex utraq; parte fluminis, cujus vocabulum est **Doultng**. Si quis autem hanc Cartulam amplificare voluerit, amplicet Deus partem ejus in libro vitæ. Si quis frangere temptaverit, sciat se coram Christo & Angelis ejus rationem redditurum. Scripta est hæc cingrapha anno ab incarnatione Domini *DCCv*. ✠ Ego *Ini* signavi salutifero signo. ✠ Ego *Birthwald* Archiepiscopus signavi.

Carta Edmundi *Regis*, *de* **Wottone**. Ib.f.177.a.

IN nomine Domini ego *Edmund*, divinâ gratiâ favente, Rex & primicerius totius *Albionis*, aliquantulam terræ portiunculam, id est quinq; mansas, in loco qui dicitur **Wodetone**, *Athelwodo* ministro meo, in æternam hæreditatem concedo; eâ tamen ratione, ut omni anno, in solemnitate S. *Martini*, ad vetustam Ecclesiam beatæ Dei genitricis, in Monasterio *Glastingencium*, quinq; congios celiæ, & unum ydromelli, & triginta panes, cum pertinentibus pulmentariis; & quinq; congios frumenti: reddat insuper & omne sacrificium, quod nos dicimus minus Ecclesiasticum; & opus ecclesiasticum, & minus rogificum, ab omni familiâ illius terræ reddatur: quod si uno in anno hoc censum transgressus fuerit, duppliciter, si duobus, tripliciter reddat. Quod si in tertio anno non reddiderit, tunc præcipio, in nomine *S. Trinitatis*, ut fratres illius Monasterii hanc Cartulam deferant in conspectu Regum & Episcoporum, optimatumq; regionis: & ab illo tempore prædictâ possessione deprivetur; & terra præfata, in usum fratrum in sempiternum redigatur. Et si per culpam aliquam hujus delectio, successorumve suorum hæc terra perdita fuerit, hoc præcipio, in nomine Domini nostri Jesu Christi, ut nemo successorum nostrorum, sibi aliquid præsumat de illâ terrâ, quia æternæ hæreditatis est præfatæ Sanctæ Ecclesiæ; sed sine aliquâ contradictione Monasterio reddatur. Acta anno Domini *DCCCxlvi*. Ego *Edmund* Rex, impressione signi S. Crucis, hoc donum ministro meo, & censum illi Sanctæ Ecclesiæ depingere jussi. ✠ Ego *Wolstan* Archiepiscopus consensi, & subscripsi. ✠ Ego *Oada* Episcopus consensi & subscripsi. ✠ Ego *Dunstan* Abbas, nolens, sed regalibus obediens verbis, hanc Cartulam scribere jussi.

Carta

Ibid. f. 178. b. *Carta Regis* Ini *de* Doulting; *in Com.* Somerset.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi salvatoris. Ea quæ secundùm decreta Canonum tractata fuerint; licèt sermo tantum ad testimonium sufficeret; tamen, pro incerta futuri, cirographorum cedulis sunt roboranda. Quapropter ego *Ini*, regnante Domino, Rex *Saxonum*, viginti cassatos, pro remedio animæ meæ, *Beorwaldo* Abbati, ad sanctum Monasterium *Glastingabur ghe* videor contulisse; & hæc pars modica telluris, ex utraq; parte fluminis, cujus vocabulum est Doulting. Si quis hic hanc Cartam amplificare voluerit, amplificet Deus partem ejus in libro vitæ. Si quis frangere temptaverit, sciat se, coram Domino & Angelis ejus rationem redditurum. Scripta est hæc cingrapha anno ab incarnatione Domini *DCCii.* indictione quartâ mense *Junio.* ✠ Ego *Ini* signavi salutifero signo. ✠ Ego *Beorthwald* Archiepiscopus signavi. ✠ Ego *Hedda* Episcopus subscripsi, sub testimonio multorum.

Ibid. f. 183. a. *Carta* Baldredi *Regis*, *de* Penmaro, *in Com.* Somerset.

OMnia quæcunq; secundùm Ecclesiasticam normam justo moderamine decernuntur, quanquam proprium robur juris optineant; attamen, quia incertus humanæ vitæ status evidenter agnoscitur, paginis saltem vilibus pro ampliori firmitate roborenter: Deniq; ego *Baldredus* Rex, ob amorem cœlestis patriæ, & indulgentiam criminum meorum, aliquam terram portiunculam, *Hanigisto* Abbati, libenter, ad supplimentum honorabilis Ecclesiæ beatæ *Mariæ*, & S. *Patricii*, confero, cum consensu Pontificis nostri *Heddi*; qui etiam eundem venerabilem *Hengistum*, *Kentwino* Rege consentiente, ibidem Abbatem pro suâ fideli conversatione constituit; & cæterorum cognatorum gubernacula regni regentium: prolargita verò terra est super verticem montis, cujus vocabulum est Penmaro; & est sub estimatione sex manentium, & hiis intro ad Ecclesiam beatæ *Mariæ*. Sic obsecro algentibus pars in regno Dei. Si quis autem, quod absit, tirannicâ fretus potestate, hoc decretum violenter irritum facere temptaverit; sciat se iram & indignationem æternæ judicis incursurum, per tempora seculorum. Hæc verò Cartula scripta est, anno ab incarnatione Christi *DCLxxxi.* Feliciter augeat Christus vitam æternam augentibus hanc donationem. Ego *Hedde* Episcopus hanc Cartulam scripsi. ✠ Signum manus *Baldredi* Regis. ✠ Ego *Aldelm* Abbas subscripsi:

Ibid. f. 185. a. *Carta Regis* Edgari *de* Middeltone, *in Com.* Somerset.

ANno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi *DCCCCLxvi.* Ego *Edgar*, divinâ albescente gratiâ, Rex & primicerius totius *Albionis*, ruris partem aliquantulam, binis ab accolis æstimata mansiunculis, in loco qui dicitur Middeltone, ad boream paludestris fluminis, qui dicitur Cari, ad Monasterium *Glastingense* in perpetuum jus, libenter admodum largitus sum; cum omnibus huic pertinentibus, pratis, pascuis, silvis; obsecrans ut nullus superveniat hominum superbiæ inflatus rancore, qui hanc nostram largifluam donationem immutare vel minuere audeat. Si quis autem minuere, vel auferre, quod Domino largiti sumus, obtinatus valuerit; deleatur nomen ejus de libro vitæ, reusq; anathema post obitum, æternis baratri deputatus incendiis, nisi cum dignâ satisfactione, devotus, emendaverit. Et hujus doni constipulatores extiterunt, quorum inferius nomina caraxari videntur. Ego *Edgar* Rex subscripsi, ✠ Ego *Dunstanus* Archiepiscopus consensi & subscripsi, cum multis aliis.

Ibid. f. 190. b. *Carta* Edgari *Regis*, *de* Hamme, *in Com.* Somerset.

ANno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi *DCCCLxxiii.* Ego *Edgar*, divinâ allubescente gratiâ, Rex & primicerius totius *Albionis*, ruris quandam particulam, septenis ab accolis æstimatam mansiunculis, in loco qui dicitur Hamme, liberam, præter arcem, pontem, expeditionem; ad Ecclesiam beatæ Dei genitricis *Mariæ*, quæ sita est in Monasterio, quod dicitur Glastingaburg, in perpetuam possessionem libenter admodum largitus sum, ad supplementum necessarium fraternæ conversationis, ibidem Deo servientium: hoc præcipiens, in nomine Domini nostri Jesu Christi, ut nostrorum nemo successorum Christiano vigente, minimè hoc nostrum decretum audeat violare: quod si quis temptaverit, hic & in perpetuum, perpetuas inferni pœnas luat. Hoc tamen inter notandum est, quod hæc præfata terra, in Hamme, adepta est supradicto Monasterio, per commutationem alterius terræ, quæ dicitur Brancminstre; & acta est hæc commutatio, pacta vicissitudine, per consilium & licentiam omnium optinatum nostrorum, quorum inferiùs nomina caraxantur. ✠ Ego *Edgar* Rex *Anglorum* consensi. ✠ Ego *Dunstan* Archiepiscopus subscripsi, cum multis aliis.

Ibid. f. 191. a. *Carta Regis* Inæ, *de Manerio de* Sowi *in Com.* Somerset.

SIquidem salutaribus instruimur eloquiis, *animos nobis de mammonâ iniquitatis faciendos esse, qui nos in æterna recipient tabernacula*; undè ego *Ini* Rex *West Saxonum*, unà cum conjuge *Ethelburge*, portiunculam terræ, quæ nobis divinâ dispensatione collata est, Dei servorum mancipare usibus decrevimus, quo nobis amplior, in hæreditate justorum portio tribuatur; terram *videlicet* quæ sic appellatur Sowy, *xii.* manentium, Christi familiæ, quæ in Glastinburi, omnipotenti Domino, voluntariæ devotionis obsequium impendit,

pendit, liberali munificentiâ collatam, cum conscientiâ ac consensu venerandi pontificis, *Fortheres* in convulsâ collatione donavimus possidendam, atq; ut certioribus documentis præfata concessio roboretur, propriis subscriptionibus ipsius donationis titulum firmamus, præsentium quoq; testium infra subjectis annotationibus jus testimonio plurimorum ratum stabileq; curavimus efficere judiciis. Si quis verò cujuslibet dignitatis, vel potentiæ, quovis deinceps tempore, qualibet occasione, hanc infringere, tyrannicâ fretus præsumptione, collationem temptaverit, sit à Collegio catholicæ Ecclesiæ separatus. Si quis verò piâ prædictus intentione, hoc probare, ac defendere curaverit, amplificet Deus portionem ejus in terrâ viventium. Scripta est autem hæc Cartula hujus donationis, anno ab incarnatione Domini *DCCxxv.* indictione octava. ✠ Ego *Ina* subscripsi. ✠ Ego *Fortherus* Episcopus consensi & subscripsi, cum multis aliis.

Ib.f.201.a. *Carta Regis* Inæ, *de* Wente *in Com.* Somerset.

IN nomine Dei Patris omnipotentis, anno incarnationis salvatoris humani generis *DCLxiii.* indictione sexta, Kalendas *Augusti*, scripta est hæc pagina privilegii. Ego *Ina*, Rex *Saxonum*, pro remedio animæ meæ, aliquam partem terræ donans impendo; id est decem cassatos *Hengisto* Abbati, cum Pontificis nostri consilio; consentiente *Baldredo*, qui hanc terram donavit ei, per petitionem *Sergheris*, per me donatio hæc imperpetuum sit confirmata, ut nullus infringere audeat. Terra autem hæc sita est in monte, & circa montem, qui dicitur Wente; habens ab occidente *Sabrinam*; ab Aquilone *Axam*; ab oriente Termick; ab Austro Siger. Si quis verò cupiditate inlectus voluerit irritam facere hanc donationem, sciat se rationem Domino redditurum. ✠ Ego *Hiddi* Episcopus consentiens, propriis manibus subscripsi. Hæc enim sunt nomina testium subrogatorum posteriorис temporis, pro majoris muninime firmamenti. ✠ Ego *Baldredus* Rex. ✠ Ego *Athelbaldus* Rex. ✠ Ego *Herewaldus* Speculator Ecclesiæ Dei, cum multis aliis. Illi præfati, ne sequentium rapacitas præcedentium irrumperet instituta, hiis verbis inhibitionem indidisse videntur. Si quis autem quovis deinceps tempore, hoc infringere tot nobilitatis gradibus roboratum præsumeret jus, sit à consortio benemerentium anathema; rapacium collegio adplicitus, temeritatis suæ commissa luat, sub diris dentibus salamandri, Cerberiq; rectibus reatum exsolvat proprium, sine fine semper mœrens. Si quis verò benevolâ intentione potius præditus, hæc exacta decernit, possideat bona sempiterna, cum bene merentibus.

Carta Edredi *Regis*, *de* Wringtone, *in Com.* Somerset. Ib.f.206.b.

REgnante imperpetuum, & mundi monarchiam gubernante altritoni Patris sobolo, qui cœlestia simul & terrena moderatur; illius etenim incarnationis anno *DCCCciii.* indictione verò sextâ; contigit, quod *Ethelfritho* duci omnes hæreditarii libri, ignis vastatione combusti, perierunt; Tali igitur necessitate cogente, prædictus dux rogavit *Edwardum* Regem, & *Elredum* quoq; & *Ethelstedam*; qui tunc principatum & potestatem gentis *Merciorum*, sub prædicto Rege tenuerunt; omnes etiam senatores *Merciorum*, ut ei consentirent & licentiam darent alios libros rescribendi. Tunc illi unanimiter omnes devotâ mente concesserunt, ut alii ei libri scriberentur eodem modo quo ut priores scripti erant, in quantum eos memoriter recordari potuisset. Si verò quoslibet recordari minimè potuisset, tunc ei ista Cartula & affirmatione fieret, ut nullus eum contentiosè cum aliis libris affligere valuisset, nec propinquus nec alienus, quamvis aliquis homo aliquem de vetustis libris protulerit, quem priùs fraudulenter, vel horâ ipsius incendii, vel alio quolibet tempore per furtum abstraxisset; novimus namq; quod omnia, quæ in hoc mundo contigere solent, aliquando citiùs, aliquando tardiùs, ex memoriâ mortalium delapsa deveniunt, nisi in cedulis literarum caracteribus annotentur: Quapropter, in hac Cartulâ innotescere ratum atq; gratum, satisq; commodum duximus, de illâ videlicet terra, *at* Wringtone, cujus quantitas est viginti cassatorum. Et hanc præfatam largitionem ego *Edred* Rex, & totus Senatus *Anglorum*, devoto animo *Ethelfrido* duci, in perpetuum hæreditatem persolvimus; ut nemo post nos percipientes, sine indignatione Dei omnipotentis, illam irritam faciat. Ego *Athelret* consensi & confirmavi. Ego *Edward* Rex consensi & subscripsi. Hanc præfatam hæreditatem *Athelstan* Dux, filius *Etheredi*, conversus & factus Monachus optulit secum ad Monasterium *Glastingense*, illam quæ sibi largitus est *Athelstan* Rex.

Carta Athelstani *Regis*, de Lym, *in Com.* Devoniæ. Ib.f.212.a.

REgnante imperpetuum Domino nostro Jesu Christo, egregius agonista sermocinatus est in divinis scripturis omnia quæ videntur temporalia sunt; quæ autem non videntur æterna: iccirco superflua utentibus divinus sermo, ut supra taxati sumus terribiliter promovet, ut hujus seculi caduca contemnentes, spiritualiq; imitantes, cœlestia properemus ad Regna: Quamobrem ego *Athelstanus*, desiderio Regni cœlestis exardens, favente superno numine basileos industriâ, *Anglorum*, cunctarumq; gentium in circuitu persistentium, cuidam adoptivo fideli meo, Comiti, *Athelstano* vocitato, ob illius amabile obsequium, dignatus sum largiri; sex mansas aseluli, juxta derivativis

rivativis fluentium successibus, ubi vulgares, prisco usu, moraliq; relatione, nomen indiderunt at Lym; cum pratis, pascuis, necnon & silvis, silvarumq; densitatibus; ut hæc prosperè possideat, ac æternaliter teneat, dum hujus avi fragilis cursum uti audebit: Post se autem, veluti affirmavimus, cuicunq; voluerit hæredi derelinquat, seu supradiximus, in æternam hæreditatem. Fiat etenim præfata terra, ab omni servili jugo libera, cum omnibus sibi rectè pertinentiis, exceptis istis tribus, expeditione, pontis, arcisvè cœdificatione. Deniq; verò, si quis, nobis non optantibus, nostrum hoc donum violare fraudulenter perpetrando consenserit, aut infringere temptaverit, perpessus sit gelidis glaciarum flatibus ex ..... excercitu malignorum spirituum, nisi priùs irriguis pœnitentiæ gemitibus, in purâ emendatione emendaverit. Acta est hæc præfata donatio anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi *DCCCCxxxviii.* indictione undecimâ. Ego *Athelstanus* Rex totius *Britanniæ*, præfatam donationem, cum Sigillo S. Crucis confirmavi. ✠ Ego *Wulfhelm. Dorob.* Eccl. Arch. e jusdem Regis donationem, cum trophæo agiæ Crucis consignavi, cum multis aliis. Hujus præfati juris possessio *Athelst.* Duci, ab *Athelstano* Rege largita, duce arma projiciente, & militiam Christi in Glastingburi suscipiente, in jus illuc perpetuum, per *Athelstanum* se collatum videtur.

Ib f. 218. *Carta Regis* Edgari *de* Stoure, (Pywetone *vulgò cupata*,) *in Com.* Dorset.

DIvini eloquii monitu creberimè instruimur, ut illi opido subjecti suppeditantes famulemur, ex totius concivi fabricam, ex informi materiâ, mirâ, ineffabiliq; serie condidit; ac suis quibusq; locis luculentissimè disposuit: Attamen, in hac practicâ, erumpnosaq; vitâ nichil perseveranter consistere valet; nichilq; prolixâ felicitate fruitur, vel diuturnâ dominatione potitur; nichil quod non ad fatalem vitæ terminum veloci cursu tendatur; & ideo sic vobis mundanarum rerum patrimoniæ sunt perfluenter, ut cum æternæ patriæ emolumentis nunquam fraudulemur. Hinc est enim, quod ego *Edgar*, totius *Britanniæ* basileus, quandam telluris particulam, triginta videlicet cassatos, loco qui celebri at Stoure nuncupatur onomate, cuidam sanctæ Dei Ecclesiæ, Domino nostro Jesu Christo, ejusq; genitrici, semperq; virgini *Mariæ* dicatæ, loco celebri, qui Glastingaburi nuncupatur onomate, ob animæ mex remedium, ad usus Monachorum inibi degentium, cum omnibus utensilibus, pratis, *viz.* pascuis, silvis, perpetuâ largitus sum hæreditate. Sit autem prædictum rus, omni terrenæ servitutis jugo liberum, tribus exceptis; ratâ *viz.* expeditione, pontis, arcisve restauratione. Si quis igitur hanc nostram donationem, in aliud quàm constituimus transferre voluerit, privatus consortio sanctæ Dei Ecclesiæ, æternis baratri incendiis lugubris, jugiter cum Judâ Christi proditore, ejusq; complicibus puniatur, si non satisfactione emendaverit congruâ, quod contra nostrum dereliquit decretum. Anno dominicæ incarnationis *DCCCCLxviii.* scripta est hæc Carta, his consentientibus, quorum inferiùs nomina caraxantur. ✠ Ego *Edgar* Rex *Anglorum* corroboravi. ✠ Ego *Dunstan* Archiepiscopus consensi. ✠ Ego *Oscytel* Archiepiscopus confirmavi, cum multis aliis.

Carta Regis Edwy *de* Netelingtone, *in Com.* Ib f. 234. b. VViltoniæ.

CHristo jura regnorum omnia disponente; primo anno mei regiminis, ego *Edwi* præpoten: Angligenæ genologiæ sceptro fretus, uni meo fideli, *viz.* Abbati *Glastingensi* vocitato, nomine *Elfwio*, viginti mansas consensio; illo in loco ubi ruricolæ appellativo usu nomen indiderunt at Netelingtone, & in suo vivere cum prosperitate semper istum exennium optineat; & post se cum cirographo perpetuo, cui voluerit, æternaliter derelinquat; cum campis, pascuis, pratis, silvis, sine expeditione, & pontis arcisve constructione. Sic verò maneat prædictum rus defensum ab omni obstaculo, & liberum à cuncto servicio, exceptis illis tribus, sicut superiùs prænotatum est. Si quis autem, quod non optamus infringere temptaverit, quod absit, sciat se rationem redditurum coram Deo & Angelis ejus, nisi priùs hic dignâ satisfactione emendare maluerit. Acta est hæc præfata donatio, anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi *DCCCCLvi.* indictione *xiv.* ✠ Ego *Edwi* Rex *Anglorum*, indeclinabiliter consensi. ✠ Ego *Edgar*, ejusdem Regis frater, celeriter consensi. ✠ Ego *Oda* Archiepiscopus, cum signo S. Crucis roboravi, cum multis aliis.

Carta Regis Edmundi *de* Gautelingtone, *in Com.* VViltoniæ. Ibid.

OMnis sapientia à Domino Deo est; & ut profert prophetica *Salomonis* sententia, semper cum illo fuit & est ante eum; qui *viz.* Deus sanctæ Trinitatis auctoritate, numero, mensurâ, & pondere creavit omnia; simul ac finito mundi machinamento, in ictu attonio & momento, cuncta item decretis cœlestibus, transformando in integrum, juxta meritorum qualitatem gratulabunda conglomerat; quiq; etiam auctor vetus *Edmundum* Regem *Anglo-saxonum*, regali prosapiâ procreatum honorificè summo solio sublimavit; cujus mellifluâ largitate, anno dominicæ incarnationis *DCCCCxl.* præfatus Rex *Edmundus*, primo anno principalis potentiæ, ministrum suum *Wlfrik*, valdè fœliciter, non pro lucro filargiriæ, sed perhenni privilegio, atq; hujus viri fidelissimâ stabilitate honorat, ac benignè beatificat, largiens illi terram *xxv.* manentium, jure perpetuo, at Gautlingtone antiquo confinio, sibi suisq; hæredibus perfruendam; & ab omni jugo vectigalium, præter pontem, arcem, expeditionemq; perpetualiter possidendam. Caveant hæc frangentes claustra infernalia,

gaudeantq; Jeſu aliginnaſio hæc augentes eulogia, *Amen.* Hæc Cartula caritatis, caraxata eſt in collateſto. Ego *Edmundus* hoc primitivum prærogativum, meo miniſtro *Wulfrico* ſigno Crucis conſignavi. ✠ Ego *Wilfhelm* Archiepiſcopus; cum cæteris pontificibus, benevolâ mentis intentione annotavi. Hanc præfatam poſſeſſionem *Wulfric* miniſter *Eddredi*, poſt dies conjugis ſuæ commendavit Monaſterio *Glaſtingenſi*; quod tamen alius fecit; *Elſwine viz* nomine.

lbf.235.b. *Carta* Ethelredi *Regis*, *de* **Bingtone**, *in agro* Wiltonienſi.

ANnuente Dei patris ineffabili humanæ proh clementiâ, quâ adnullatâ primi terrigenæ piaculo novæ reſtaurationis admirabile quoddam mundo decus æternæ conſortem Majeſtatis, filium ſuum mittere dignatus eſt, qui terrenæ condolens fragilitati cuncditæ, per virginei pudicitiam foſculi affatu Angeli Virginis clauſtra ſubintrans, novæ incarnationis myſterium ſe oſtentando dedicavit; oſtendens ſe dictis verborum, factiſq; miraculorum, quibus deificè pollebat Dominum, curans omni imparanti ſermone ægrotantium; pondus tandem quadrati, pro nobis ferens ſupplicia ligni; jugum hæreditariæ mortis aſſumens, diu lon gèq; interdictæ reſeravit limina portæ; pro cujus inenarrabilis gloriæ recordatione, ego *Athelredus*, gratiâ Dei ſullimatus Rex & Monarchus totius inſulæ *Britanniæ*, quoddam præ dium, id eſt *xl.* manſas, cum pratis ſilviſq;, quod dicitur **Bingtone**, Deo ejuſq; venerabili ſemper Virgini *Mariæ*, ad Monaſterium *Glaſtingenſe* devotus admodum in perpetuam poſ ſeſſionem donando donavi: quod quidem prædium, quondam *Elſwith*, conjux *Elphegi* ducis, digno plenoq; pretio, à glorioſiſſimo Rege *Edgaro*, cum *xl.* puri auri emit mancuſis. Hanc autem præfatam donationem ſupraſcripti prædii, præfato Monaſterio perpetuâ libertate conceſſi; eo *ſcilicet* tenore, ut venerabilis ibidem Abbas, cum grege, dignè Deo degens, habeat ac poſſideat, quamdiu fides in *Anglorum* catholicâ permanſerit plebe. Si quis igitur hanc noſtram donationem, in aliud quam conſtituimus, tranſferre voluerit, privatus conſortio ſancti Dei Eccleſiæ, æternis baratri incendiis lugubris jugiter, cum *Judâ* Chriſti proditore, ejuſq; complicibus puniatur, ſi non ſatisfactione emendaverit congruâ, quod contra noſtrum deliquit decretum. Hæc autem cedula ſcripta eſt anno ab incarnatione Domini noſtri Jheſu Chriſti *DCCCCLxxxvii.* indictione *xv.* Hiis teſtibus conſentientibus, quorum nomina inferiùs ſcripta cernuntur. ✠ Ego *Athelredus* Rex *Anglorum*, hujus donationis libertatem, regni totius faſtigium tenens, libenter conceſſi. ✠ Ego *Dunſtan* Archiepiſcopus *Doroverneníis* Eccleſiæ, cum ſigno S. Crucis confirmavi. ✠ Ego *Oſwald Eboracenſis* Civitatis archipræſul, Crucis traumate annotavi.

Carta Edmundi *Regis de* **Criſtemalforde**, *in* lb.f.239. *agro* Wiltonienſi.

EGregius agoniſta ſermocinatus eſt in ſcripturis divinis, *Omnia quæ videntur temporalia ſunt; quæ autem non videntur æterna*: iccirco ſuperflua utentibus divinus ſermo, ut ſupra taxati ſumus, terribiliter prænoner, ut hujus ſeculi caduca contempnentes, ſpiritualiaq; imitantes, cœleſtia properemus ad regna. Quamobrem ego *Edmundus*, divinâ michi arridente gratiâ, Rex *Anglorum*, & curagulus multarum gentium, cuidam adoptivo fideli meo Abbati *Dunſtano*, vocitato, viginti manſas ibidem, ubi vulgares pulchro more, nobiliq; relatione vocitant ar **Criſtemalforde**, juxta dirivativis fluentium ſucceſſibus be **Afene**; quatinus ille benè perfruatur ac perpetualiter poſſideat, cum omnibus ſibi rectè pertinentibus, campis, paſcuis, pratis, ſilvis, ſilvarumq; nemoribus. Fiat etenim præfata terra ab omni ſervili jugo libera, excepti iſtis tribus, Expeditione, pontis, arcisve cœdificatione. Deniq; verò, ſi quis, nobis non optantibus, noſtrum hoc donum violari fraudulenter perpetrando conſenſerit; conſiderer hinc ſe die ultimo judicii coram Deo ratione redditurum; atq; cum reprobis, quibus dicitur *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum*, pœnis atrocibus ſe eſſe paſſurum, ſi non antea corporeâ lamentatione emendaverit. Acta eſt hæc præfata donatio, anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti *DCCCCxl.* indictione *xiii.* Ego *Edmundus* Rex *Anglorum* præfatam donationem, cum Sigillo S. Crucis confirmavi. ✠ Ego *Eddred*, ejuſdem Regis frater, conſignavi. ✠ Ego *Wilfhelm Dorobernenſis* Eccleſiæ Archiepiſcopus, ejuſdem regis donationem, cum trophæo agiæ Crucis confirmavi, cum multis aliis.

Carta Edredi *Regis*, *de* **Baddeburi**, *in agro* lb.f.242.a Wiltonienſi.

ANno ab incarnatione domini noſtri Jeſu Chriſti *DCCCLv.* ego *Edred* divinâ gratia favente, Rex & principicrius totius *Albionis*, *Dunſtano* Abbati meo, ob ejus amicabile & fidele obſequium, hoc eſt *C. s.* auri, ruris particulam, ſub eſtimatione *xxv.* caſſatorum, in loco qui dicitur **Baddeburi** libenter admodum conceſſi; & tenore hujus munificentiæ donum perſtringens, ut poſt obitum ſuum inperpetuum, cuicunq; voluerit hæredi derelinquat. Quod ſi quiſq;, quod non optamus, hujuſce donarionis Cartulam infringere temptaverit, niſi priùs emendaverit, niſi priùs in hoc ſeculo dignè caſtigetur, in futuro perhenni cruciatu prematur. Hujus doni conſtipulatorum nomina inferius notata videntur. ✠ Ego *Oda* Archiepiſcopus conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Ego *Wulſtan* Archiepiſcopus conſenſi & ſubſcripſi, cum multis aliis.

Charta

Ibid. f. 245. a. *Carta* Edredi *Regis de* Aythedoune.

REgnante inperpetuo domino nostro Jesu Christo. Manifestum est cunctis, quod omnia cœlestia & terrestria providentiâ Dei gubernantur; quæ sollicitudo mortalis vitæ totis nisibus in Carorum, amicorumq; amissione conqueritur, ac defletur: ideo certis adhibitis stipulationibus mellita oracula diem clamationis nos frequentantinis orationibus suadet, ut cum hiis fugitivis, & sine dubio transitoriis possessiunculis, jugiter mansura Regna Dei suffragio adipiscenda sunt: Quamobrem ego *Edredus*, Rex *Anglorum*, cæterarumq; gentium in circuitu persistentium gubernator & rector, cuidam meo fideli Comiti, vocitato nomine *Edrigo*, ob illius amabile obsequium, ejusq; placabili fidelitate, viginti mansas ei libenter largiendo, concedens perdonabo; illic ubi vulgus priscâ relatione vocitat at Aythedoune, quatenus ille benè perfruatur, ac perpetualiter possideat, dum hujus labentis ævi cursum transeat illæsus, atq; vitalis Spiritus in corruptibile carne inhæreat; & post se cuicunq; voluerit perhenniter hæredi derelinquat, sicuti prædiximus. Sit hoc prædictum rus liberum ab omni mundiali obstaculo, cum omnibus quæ ad ipsum locum pertinere dinoscuntur, tam in magnis, quàm in modicis rebus; campis, pascuis, pratis, silvis, excepto istis tribus, Expeditione, pontis, arcisve cœdificatione. Si qui deniq; michi non optanti, hanc libertatis Cartam livore depressi, violare satagerint agminibus tetri caliginis lapsi, vocem audiant examinationis diem arbitris, sibi dicentis, *Discedite à me maledicti in ignem æternum*, ubi cum Dæmonibus, ferreis sartaginibus crudeli torqueantur in pœnâ, si non ante mortem dignâ hoc emendaverint pœnitentiâ. Acta est hæc præfata donatio anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi *DCCCxlvii*. ✠ Ego *Edredus* Rex *Anglorum* præfatam donationem, cum Sigillo S. Crucis indeclinabiliter consensi atq; roboravi. ✠ Ego *Oda Dorobernensis* Ecclesiæ Archiepiscopus, ejusdem Regis donationem & benevolentiam, cum Sigillo S. Crucis concluси, cum multis aliis.

Postea præfatus *Edricus* memoratum Manerium, quod nunc vocatur Aythebury, cum omnibus pertinentiis suis, adeo plenè & liberè, sicut præfatus Rex illud sibi donaverat, dedit sancto *Dunstano* tunc Abbati *Glastoniæ*, ejusdemq; loci Conventui, ac Monasterio *Glastoniæ* imperpetuum possidendum; offerens Cartam præsentem, cum jure Manerii.

Ibid. f. 169. a. *Carta* Edberti *Regis de* Buddecleighe, *in Com.* Somerset.

REgnante imperpetuum domino nostro Jesu Christo, & hæc temporalia terræ regna cuicunq; voluerit dispensante. Ego *Edbertus* Rex, eodem donante, *Occidentalium Saxonum*, *Eadgilso* ministro meo, ob ejus amabile obsequium, & fidelem famulatum, terram viginti mansionum, in loco qui dicitur Boderanleighe, insolubili jure, sibi suisq; hæredibus, ab omni regali fisco liberam, præter expeditionem, & muniminis arq; pontis operationem, libenter impendo hanc munificentiam largitatis, anno Dominicæ incarnationis *DCCCi*. sic perstringens; ut nemo successorum nostrorum, sine irâ Dei violare præsumat. Et hæc sunt testium nomina, apicibus literarum adjuncta. ✠ Ego *Cinebert* circumspector Ecclesiarum Dei. ✠ Ego *Whitbard* Episcopus. ✠ Ego *Wifer* minister. ✠ Ego *Lulla* præfectus. ✠ Ego *Muca* Abbas. ✠ Ego *Whitbrord* præfectus. ✠ Ego *Osmund* præfectus.

Hanc Cartulam redcit *Edbuch* ad Ecclesiam *Glastingensem*.

Carta Lullæ, *Christi ancillæ*, *de* Walteresboroghe, *in Com.* Somerset. Ibid. f. 169. b.

OMne quidem decretum Commutationis, atq; commercium temporalis negotiationis inter mortales, solet apicibus, inextricabili *scilicet* roborari fœdere, secundum antiquitùs Collatum, ne fortè nascentium sobolis delicto falsitatis ignorantes contaminentur, rursumq; dampnare conentur, quæ fida inter se primorum autoritas, sub altæ Trinitatis contestatione, stabili constituit jure. Ob hoc autem militantium Christo humilis ancilla, sincerâ *scilicet* devotione placata, precio numeris accepti, extemplò prolati, cum conscientiâ *viz.* ac regali licentiâ ejus, qui *Britannicæ* insulæ Monarchiam dispensat, regalisq; regni regimina gubernat, *Athelbaldi*, venerandorumq; antistitum testimonio, ac dignitatum consensu, pro redemptione meæ animæ; eorumq; *viz.* qui michi contribulium ac necessitudinum nexibus conglutinati sunt, intabilem possessionem ruris portionem, id est Walteresberghe & Scobbanwirth, sub decem manentium, estimatione certâ taxatam, cum adhibitâ stipulatione literarum & idoneorum testium, *Cunberti* Abbatis, *Bosan*, *Urtan*, *Wulfstodes*, *Tidbertes* Sacerdotum; & *Tidan* Præpositi; *Cuthwiniq*; Comitis in absida dedicata quidem patrocinio eximiorum Apostolorum *Petri* & *Pauli*, sub quorum præsentiâ hujus Cartulæ donationem Altario Dei, propriâ manu, ultroneâ voluntate, in die sexto Idus *Julii*, liberali munificentia libenter tradidi; ac familiæ, quæ in Monasterio Glastingaburgh, sub simplicis archimandritæ, dispositis regulis *Tunberti*, fideli Deo famulatur obsequio; ita ut ex hoc die, inconvulso jure, præfata possessio ipsius Monasterii usibus mancipetur. Ejusdem namq; numeri cassatorum calculum, in locis qui prisco vocabulo Lottisham & Ledenford nominantur. Reliqui dimissi quæ arbitrio & *Elbaldi* Regis.

Hæc autem vocabula rerum divulgant terminos agrorum, *v. delices* prædictorum confinia, inter possidentes propriæ sortis, emenso *scilicet* spacio aquarum; id est Whateleighe; Effrezesucht, Wolebroc, Beaulida, Munet, Wdanleigh, Witanpath, Wadeleighe: *Olan*,

quam suscepit alveum fluminis Bau; ad levam verò obtanæ fluminis Bau, circa quidem prata evidens fossa declarat limites. Hæc verò vocabulorum signa *Tomi* stilo indita sunt, ne fortè litium, vel contentio, seu jurgium jam erepserit inter tributarios vestros, nostrosq; colonos, quod autem crebrò solet fieri, ubi evidentiora allusionibus literaliæ, elementorumq; diffinitione indicia limitum metum non procederint. Hoc pictacium, cum concesso donativo, anno ab incarnatione Christi *DCCxliv.* cum consensu *Athelbaldi* Regis, atq; imperio; reverentissimiq; pontificis conscientiâ *Herewaldi*, indictione *xii.* caraxatum est. Quapropter, si quis, quovis deinceps tempore, tyrannicâ fretus insolentiâ, qualibet occasione interrumpere, atq; in irritum deducere, seu unius jugeris spacium placiti istius testamentum nisus fuerit, sit à consortio Ecclesiæ Christi anathema, extremiq; ventilabro examinis dispertitus, rapaciumq; Collegio combinatus, violentiæ suæ præsumptionem luat in ævum. Qui verò benevola potius præditus intentione, hæc probare, roborare ac defendere studuerit, voti compos ipse altritoni gloriam ascultet, indefectâ perhennitate, cum faustis agminibus Angelorum, atq; omnium Sanctorum. ✠ Ego *Athelbaldus* hoc donativum propriæ manus subscriptione ratum fore sanxi. ✠ Ego *Cuddred* annuens subscripsi, firmaviq;, subscripsi & confirmavi devotâ mente. ✠ Ego *Ova* suffragator consensi & subscripsi, devotione subscripsi & roboravi. ✠ Ego *Athellen* subscripsi & solidavi. ✠ Ego *Herewald* Episcopus supplex in Christo consensi & confirmavi. ✠ Ego *Dudalla* subscripsi & confirmavi. ✠ Ego *Hearbeorth* auxiliator, votiva consultum & subsidium præstans consensi.

Carta Regis Stephani *de* Offcolm.

Ib. f. 60. b.

Stephanus Rex *Anglorum*, Archiepiscopis, Episcopis, (&c.) salutem. Sciatis quoniam reddidi & concessi Deo & Ecclesiæ S. *Mariæ Glastoniæ*, & Abbati & Monachis Deo in eâ servientibus, præsentibus & futuris, in perpetuam possessionem, pro redemptione animæ *Willielmi* avi mei; & Regum *Willielmi* & *Henr.* avunculorum meorum; & pro salute meâ & uxoris meæ Reginæ, & filiorum & fratrum meorum; & pro statu & incolumitate Regni mei, Manerium de Offcolm, cum Ecclesiis & Capellis, & omnibus ejus adjacentiis, tanquam ea, quæ de antiquo jure, ipsius erant Ecclesiæ, & quæ prædictus avus meus, Rex *Willielmus*, ab eadem abstraxit Ecclesiâ. Quare volo, (&c.) Et ut hæc illi Ecclesiæ in perpetuum illibata, inconcussaq; remaneat, regiâ authoritate & Sigilli mei impressione, & propriæ manus meæ, & fidelium meorum subnotatione consignando corroboro apud *Westmonasterium*, anno incarnationis Domini *MCxxxvi.* Regni verò mei primo.

Pag. 31. col. 2.

Excambium inter Cantuariensem *Archiepiscopum* Hubertum, *& Monachos Ecclesiæ* Roffensis, *de Maneriis de* Lammedhe *&* Darente.

Ex ipso autogr. penes Archiepisc. Cant. an. 1640.

IN nomine sanctæ & individuæ *Trinitatis*, anno ab incarnatione Domini *MCXCvii.* pro communi utilitate *Cantuariensis* Ecclesiæ, & *Roffensis* Ecclesiæ, de voluntate & assensu *Ricardi* illustris Regis *Angliæ*, factum est escambium de Manerio de Lammedhe cum pertinentiis, inter Dominum *Hubertum Cantuar.* Archiepisc. & Priorem atq; Conventum jam dictæ Ecclesiæ *Roffensis*, in hunc modum, *viz.* quod prædicti Monachi *Roffenses*, auctoritate & assensu *Gilberti* tunc *Roffensis* Episcopi, concesserunt prædicto Archiepiscopo, & successoribus suis in perpetuum, prædictum Manerium de Lammedhe, cum Ecclesiâ ejusdem Manerii, & cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus, & cum omnibus aliis pertinentiis suis, tam in eodem Manerio existentibus, quàm in Suwerr, quàm in socnâ de *Lond.* salvo prædicto & successoribus suis medietate ejusdem socnæ in *Lond.* Set sciant omnes, quod molendinum illud, quod prædicti Monachi habent extra Suwerr, super *Tamisiam*, versùs orientem contra Turrem *London.* & mariscus quem habent in Gren, quam *Baldewinus Cantuar.* Archiepiscopus eis dedit pro sede Capellæ beati *Thomæ* Martyris, & areâ circumjacente apud Lammedhe, non venerunt in hoc escambium, set eisdem Monachis quieta remanserunt, licèt Prior de Lammedhe consuevisset exitus indè percipere antequam hoc escambium factum esset.

Et è contra prædictus Archiepiscopus *H.* dedit & concessit in escambium prædicti Manerii de Lammedhe, monachis Ecclesiæ S. *Andreæ Roffensis*, totum Manerium de Darente, cum Ecclesiâ, & cum Capellâ de Ytles, cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus & omnibus aliis rebus ad ipsum Manerium pertinentibus; salvo jure spirituali in ipsâ Ecclesiâ prædicto Archiepiscopo & successoribus suis, donec ipse vel successores sui illud de merâ liberalitate Episcopo *Roffensi* concesserit. Et unam bercariam in Clive, quæ appellatur Esmers, cum ducentis viginti ovibus, cum terrâ certâ in Clive, quæ pertinet ad eundem mariscum: Et in eadem villâ de Clive, *Henricum*, *Thomam Haghenildam* viduam, *Joscelinum*, *Walterum*, *Bedellam*, *Eilwinum*, *Martinum*, *Willielmum*, *Adam* & *Eilmerum* Piscatorem, cum terris quas tenuerunt, & redditibus & omnibus serviciis, & consuetudinibus suis, sine aliquo retenemento, ipsi Ar-

Archiepiscopo vel successoribus suis, ita quod prædicti Monachi *Roffenses* habebunt in usus victualium suorum, prædicta escambia, sicut priùs habuerunt Manerium & Ecclesiam de **Lammedhe**; salvo jure Episcopo *Roffensi* in ipso escambio, sicut priùs habuit in ipso Manerio de **Lammedhe**.

Et sciendum est quod idem Archiepiscopus & successores sui warantizabunt ipsis Monachis *Roffensibus* prædictum Manerium de **Darente**, cum pertinentiis suis, & prædictam bercariam cum pertinentiis suis, & prædictos homines, cum terris, redditibus & serviciis suis. Et prædicti Monachi warantizabunt ipsi Archiepiscopo & successoribus suis, ipsum Manerium de **Lammedhe**, cum pertinentiis suis. Et sciendum est, quod nec ipse Archiepiscopus, nec aliquis successorum suorum poterit dare alicui aut vendere, aut escambire ipsum Manerium de **Lammedhe**, aut aliquo modo à corpore Archiepiscopatus sui alienare. Et similiter Monachi *Roffenses* non poterint dare, aut vendere alicui, aut excambire, aut aliquo modo alienare à sua Ecclesiâ *Roffensi* prædictum Manerium de **Darente**, nec Ecclesiam, nec aliquod tenementum aliud de hiis, quæ pro Manerio de **Lammedhe** in escambium receperunt: Et ad majus escambii hujus robur, prædictus Archiepiscopus & omnes Episcopi & universus Clerus *Angliæ*, de assensu & voluntate Domini Regis, sententiam excommunicationis intulerunt in omnes, qui contra hoc venire præsumpserint: Et tam ipse Archiepiscopus quàm Episcopi, Comites, & Barones *Angliæ*, Sigillorum suorum testimonium apposuerunt.

PAG. 49. col. 2.

Ex cod. MS. de exordio & statu Lindisfarn. Eccl. &c.

Litera Regis Will. *Conquestoris fidelibus suis de* Carleolo, *& ultra* Loedriam; *præcipientes ut Christianitatem ab Episcopo* Dunelm. *recipiant.*

Illielmus Rex *Angliæ*, *W.* filio *Theoderici*, & omnibus fidelibus suis de *Caerleolo*, & omnibus qui manent ultra *Loedriam*, salutem. Præcipio vobis ut recipiatis Christianitatem de Episcopo *Dunelm.* & de Archidiacono suo, & prædicto Episcopo sitis obedientes de Christianitatis legibus, sicut justè debetis obedire vestro Episcopo. Et videte, sicut me diligitis, ne ampliùs faciatis inde aliquam molestiam ministris Episcopi injustè. Testibus *Roberto* filio *Giroldi*, (&c.)

Alia Carta ejusdem Regis.

Will. Rex *Anglie*, *G.* Vicecom. & Baronibus suis de **Caerleil** salutem. Volo & præcipio, ut ita intendatis de Christianitate ad Archidiaconum *Dunelm.* sicut intendebatis tempore *Will.* Episcopi *Dunelm.* (&c.) Teste *E.* dapifero.

Alia Carta ejusdem Regis, de terris de **Lunt & Hogum.**

Will. Rex *Anglie*, *Th.* Archiepiscopo. & *Bertramo* de *Verdon*, & Baronibus suis *Francis* & *Anglis* de **Everwicscire** salutem. Sciatis me reddidisse *Ranulpho* Episcopo *Dunelm.* terras illas omnes, de quibus erat lis inter illum & *Alanum* de *Perceio*; & nominatim **Lunt** & **Hogum**, & quicquid pertinet **Wellentone**, & tu *Bertrame* saise eum indè. Testibus *Will.* Cancellario, & Comite de **Mellent**, & *Roberto* filio *Hamonis* apud *Salesberiam*, quarto die *Theophaniæ*.

Carta Regis Henrici *primi, de terra de* Clivelandiâ.

Henricus Rex *Osberno* Vicecomiti, & omnibus ministris suis de *Everwycscirâ* salutem. Præcipio vobis, ut resaisiatis *Ranulphum* Episcopum *Dunelmensem*, de omnibus illis terris quæ pertinent ad Episcopatum *Dunelmensem*, & nominatim de terrâ de *Clivelandâ*, quam *Copsius* dedit S. *Cuthberto*, (&c.) Teste *Ursone* de *Abetot* apud **Hereford**.

Carta Reginæ Matildis, *de terra de* **Kos.**

Matildis Angl'æ Regina, *Nigello* de *Albineio* salutem. Præcipio tibi, ut facias *Ranulpho* Episcopo *Dunelm.* habere planum rectum de *Roberto* de *Muscams*, de terris quas occupavit super S. *Cuthbertum*, & super eam de **Kos**, & aliis terris quas ipse *Robertus* occupavit post concordiam, quæ facta fuit inter *Willielmum* Episcopum & Comitem *Robertum Northumberlandiæ*, sicut *Ranulphus* Episcopus monstrare poterit.

Alia Carta Regis Henrici, *de terris de* **Burdune, Caerletune, & Headyfe.**

Ego *Henricus* Dei gratiâ Rex *Anglorum*, filius magni Regis *Willelmi*, qui beatæ memoriæ *Ewardo* in Regnum successit, terras *scil.* **Burdune & Caerlentune**, & **Headyfe**, quas homines *Northumbrenses* de Comitatu esse dicentes, super S. *Cuthbertum* & *Ranulphum* Episcopum calumpniabantur, Deo & S. *Cuthberto* & Ecclesiæ *Dunelm.* & *Ranulpho* Episcopo confirmavi, (&c.) Hæc donatio facta est anno ab incarnatione Domini *MCix.* in consilio totius *Angliæ* apud **Notingham**. Testibus *Tho.* Archiepiscopo *Ebor.* &c. Et *Rob.* Comite *Mellenti*, *Will.* de *Warennâ*, *Gilberto* de *Aquilâ*, & *Rob.* de *Laceio*, & *Rob.* de *Brus*, & *Gosfrido Ridell*, & *Alfr. Nicholson*, (&c.)

Alia Carta ejusdem Regis, de Alwertonâ, Hovedenâ, & Welletonâ.

HEnricus Rex *Angliæ Thurstino* Archiepiscopo, & *Nigello* de *Albyneio*, & *Auschitello* de *Bolmere*, & *Odardo* Vicecomiti de *Northumberlandâ* salutem. Sciatis me reddidisse *Ranulpho* Episcopo *Dunelmensi*, omnes illas terras unde eum dissaisivi; & quas cepi in manu meâ apud *S. Albanum*, quando ibi coronatus fui in *Pentecostes*, *scil. Alvertonam*, & *Hovedenam*, & *Welletonam* (&c.) Testibus, *Ranulfo* Cancellario, *Roberto* Comite de *Mellent*, & *Willielmo* de *Tancardi-villâ* apud *Windesoras* (&c.)

De injuriâ Dunelmensi *Ecclesiæ per* Nigellum *de* Albeneio *illatâ.*

TEmpore *Henrici* Regis primi & *Ranulfi Dunelmensis* Episcopi, vir quidam præpotens & dicto *Henrico* regi multum acceptus, *Nigellus* de *Albineio*, Monasterium S. *Cuthberti* de *Dunelmo*, de Maneriis de Berwyngham & Shyringham, & quædam alia Monasteria de diversis terris spoliavit; quæ postea, dum graviter esset infirmatus, pœnitentia ductus restituit.

De Ecclesiâ de Biddelham.

TEmpore *Willielmi* secundi *Dunelmensis* Episcopi, *Osbertus* Vicecomes, & nepos *Ranulphi* Episcopi, qui tunc Manerium habuit de Biddelham ex dono *Ranulphi* Episcopi, in plena synodo, præsente dicto *Willielmo* Episcopo, contulit Priori & Monachis Ecclesiam de Biddelham, cujus donationem idem *Willielmus*, per Cartam confirmavit.

De Rege Ricardo *primo*, & Hugone Dunelmensi *Episcopo.*

Hugo Dunelmensis Episcopus interfuit coronationi Regis *Ricardi* primi; quem Rex in tantæ familiaritatis & dilectionis gloriam ascivit, ut patrem nomine veneraretur, & filiali coleret affectu; nec aliquid in regno suo, sine ipsius arbitrio, statui vel disponi permitteret: Curamq; regni ejus prudentiæ & fidei, donec à peregrinatione reverteretur, committeret. Deditq; ei Comitatum *Northumbriæ*; & *Sadbergiam*, cum pertinentiis suis; & Cartâ suâ confirmavit, pro undecim mille libris; ita tamen quod *Northumbriam* in vitâ suâ teneret; *Sadbergiam* autem jure perpetuo possidendam, tam in suos quàm in successentium usus, perseveraret. Versumq; omnibus in miraculum videre Episcopum gladio militari accinctum, de veteri Episcopo novum Comitem factum.

Rex autem *Ricardus*, circa *Jerosolomytanam* profectionem, quam voverat; studiosius satagens, sumptus parat, & *Willielmum* regem *Scotiæ*, pro Castellis sibi ablatis tristitiâ laborante, *Berwicum* & Rokesburgh, numeratis decem milibus marcarum, sibi restituit. Plurima etiam in *Angliâ* vendidit, quasi nunquam ad *Angliam* esset reversurus.

Rex *Ricardus* de terrâ *Syriæ* revertens, à Duce *Austriæ* captus, & Imperatori venditus, Legatoriis in *Angliam* directis, mandavit suæ liberationi celeriùs, & ubiq; ab omnibus subveniri; aurumq; & argentum Ecclesiarum, & vasa sancta, vel eorum redemptionem, ad se transmitti. Episcopus autem *Hugo Dunelmensis*, Ecclesiam suam nullam volens sustinere diminutionem, quam novis semper decoris optabat incrementis proficere, thesaurum datis centum marcis redemit, & illibatum, loco muneris, Ecclesiæ restituit: Misitq; regi duo milia librarum argenti, quæ ille minus gratanter accepit, eo quod censeret modicum præstitisse, quem sub optentu liberationis suæ immanes Copias didicerat adunâsse: Amisso igitur Comitatus officio, *Sadbergiam* revocare satagebat.

Iste *Hugo* Dunelm. Episcopus, obiit apud Hovedene anno D. MCXCiiii. corpore ejus *Dunelmum* delato, & nondum sepulto, *Hugo Bardolin* saisivit Castellum in manum regis domini sui.

De Antonio Beek Dunelm. *Episcopo.*

ANtonius *Beek* electus est Episc. *Dunelmensis* A. D. 1283. vir magnanimus, post regem nulli in regno, in apparatu gestu & potentia militari secundus. In guerrâ regi potenter assistens, & in consiliis providus. Aliquando in guerrâ *Scotiæ* habuit de suâ familiâ *xxvi.* vexillarios, & communiter de suâ secta *Cxl.* milites.

Provocatus Rex contra *Antonium* Episc. *Dunelm.* eo quod pactis inter ipsum & Priorem *Dunelm. Ricardum*, rege mediante initam non observaret, & ex aliis causis Castrum *Bernardi* cum pertinentiis ab eo abstulit, & Comiti de *Warwyke* contulit; Hert, & Hertnesse *Roberto* de *Clifford*; Hewerston *Galfrido* de *Hertilpole*, quæ Episcopus habuit ex forisfacturâ *Johannis* de *Baliolo*, *Roberti* de *Brus*, & *Christopheri* de *Seton*. Abstulit ei etiam Rex Werke in Tyndale, Penreth, & Ecclesiam de Symondburne, quam appropriavit mensæ suæ.

Iste *Anthonius* appropriavit Ecclesiæ *Dunelmensi*, Manerium de Evenwood, datâ summâ pecuniæ *Johanni Haunsard*. Manerium de Auckland cum Capellâ & cameris sumptuosissimè construxit. Castrum de Somerton juxta *Lincolniam*, & Manerium de Eltham, juxta London, curiosissimè ædificavit, sed primum regi & secundum Reginæ postea contulit. Insulam de Man, ex dono domini Regis, usq; ad terminum vitæ habuit.

Mortuus est *Anthonius* Episcopus *Dunelmensis* apud Waltham, & sepultus est in Ecclesia *Dunelmensi* anno Domini 1310. contra morem prædecessorum suorum in fronte Ecclesiæ ad Aquilonalem partem. Ante illum enim, ob reverentiam corporis S. *Cuthberti*, non

non est permissum corpus mortuum ingredi Ecclesiam *Dunelmensem*.

Pag. 62. col. 1.

Ex ipso autogr. penès *Radulphum Sheldon* de **Beoley**, in Com. *Wigorn.*

Licentia per Reginaldum Pole **S.** *Romanæ Ecclesiæ Cardinalem*, Philippo & Mariæ *Regi & Reginæ* Angliæ *concessa, pro restauratione* Cœnobii Westmonasterien sis.

Reginaldus miseratione divinâ, tituli S. *Mariæ* in *Colvedin* S. Romanæ Ecclesiæ presbyter Cardinalis *Polus*, Archiepiscopus Cantuariensis, sanctissimi domini nostri Papæ, & sedis Apostolicæ ad serenissimos *Philippum* & *Mariam Angliæ* Reges, & Universum *Angliæ* regnum, de Latere Legatus; dilectis nobis in Christo Decano & Capitulo Ecclesiæ S. *Petri Westmonasterien sis*, salutem in domino sempiternam. Pro parte vestrâ nobis nuper exhibita petitio continebat, quod vos ad eum finem & effectum, ut Ecclesia S. *Petri* præfata, Ecclesiæ Cathedralis titulo, necnon dignitate Decanali, & Capitulo, quæ in eadem Ecclesiâ, tempore præteriti schismatis Monasterio, quod ab antiquissimis temporibus, per olim serenissimos *Angliæ* Reges, fundatum & dotatum fuit, & Ordine regulari, quæ ibi vigebant suppressis, de facto instituta & erecta fuerunt, re & nomine sublatis, & penitùs extinctis, ad pristinum statum regularem Monasterio inibi restituto, seu de novo fundato & erecto, serenissimis *Philippo* Rege, & *Mariâ Angliæ* Reginâ, hoc maximè desiderantibus & expetentibus, reducatur, omni titulo & juri in dictâ Ecclesiâ vobis quomodolibet competentibus, in manibus nostris cedere; ac omnia bona dictæ Ecclesiæ, & vobis seu vestris prædecessoribus, ab *Henrico* octavo *Angliæ* Rege Collata, ac ad eam, & vos ejusdem Ecclesiæ nomine spectantia, & quomodolibet pertinentia, eisdem serenissimo *Philippo*, & serenissimæ *Mariæ*, *Angliæ* Reginæ, & ejusdem Reginæ hæredibus & successoribus, ut Monasterium in eâ Ecclesiâ, ut præfertur, restituendum, seu de novo erigendum, dotare; eademq; bona Abbati & Conventui inibi instituenda, & eorum successoribus, in puram & perpetuam elemosinam conferre & donare possint & valeant, cedere, dare & relinquere desideratis. Cum autem hoc, absq; Apostolicæ sedis licentiâ facere vereamini; propterea nobis humiliter supplicari fecistis, ut vobis de præfatis bonis, cessionem & dationem liberè & licitè faciendi, licentiam & potestatem concedere, de benignitate Apostolicâ dignaremur: Nos igitur piis vestris, in hoc, desideriis annuentes, vosq; a quibusvis excommunicatione, suspensionis & interdicti, aliisq; Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à Jure vel ab homine, quavis occasione vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodati existitis, ad effectum præsentium duntaxat, consequentium harum serie absolventes & absolutos fore censentes; vobis, ut omnia & singula bona mobilia & immobilia, actiones & jura quæcunq;, tam spiritualia quàm temporalia, cujuscunq; qualitatis & quantitatis existant eorum denominationes, qualitates, & quantitates, valores & confinia præsentibus pro sufficienter expressis habentes, ad dictam Ecclesiam, & vos ejusdem Ecclesiæ nomine spectantia, & quomodolibet pertinentia, serenissimo *Philippo* Regi, & serenissimæ *Mariæ* Reginæ, & ipsius *Mariæ* Reginæ hæredibus & successoribus præfatis; ut ex eisdem Monasterium, ut præfertur, dotare; eaq; Abbati & Conventui, eorumq; successoribus præfatis, in puram & perpetuam elemosynam, dare, elargiri, & concedere possint & debeant cedere, dare, & relinquere liberè & licitè possitis & valeatis, plenam & liberam, auctoritate Apostolicâ, nobis in hac nostrâ legatione concessâ, quâ fungimur, tenore præsentium concedimus facultatem; non obstantibus Apostolicis, ac bonæ memoriæ *Othonis* & *Othoboni*, olim in hoc regno sedis Apostolicæ legatorum, ac in provincialibus & Synodalibus conciliis editis specialibus vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus; necnon fundatione, Statutis, & consuetudinibus Ecclesiæ vestræ præfatæ, & juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, quibus eorum omnium & singulorum tenores præsentibus, pro expressis habentes, specialiter & expressè derogamus, cæteriq; contrariis quibuscunq;. Datum in Manerio nostro de **Croydon**, *Wintoniensis* diocæsis, Anno à Nativitate Domini Millesimo, quingentesimo quadragesimo sexto, *xvii.* Kal. *Octobris*, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri, domini *Pauli* divinâ providentiâ Papæ, quarti, anno secundo.

Reg. Car. Polus, leg.

Pag. 143. col. 2.

Carta Roberti *de* Gaunt *de restauratione* Bardeneyensis *Cœnobii*. Ex Regist. de **Bardney** penès *Will. Thorold* Eq. aur. f. 91. a.

Adulfo Dei gratia *Cantuariensi* Archiepiscopo, & *Roberto* eadem gratiâ *Linc.* Episcopo, & omnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, *Walterus* de *Gaunt* salutem. Notum sit omnibus vobis, quod Christianæ devotionis affectu, ego *Walterus* de *Gaunt*, ad Monasticæ religionis promotionem, ex concessione domini mei *Henrici* Regis *Anglorum*, consilio parentum & hominum meorum, Monasterium *S. Petri* & *S. Oswaldi* Regis & martyris, quod situm in territorio de **Bardney**, pater meus *Gilebertus* de *Gaunt*, Congregatis ibi Monachis, possessionum suarum largitione sustentatis, diligenti curâ Priorum rædificans, tam

tam interiùs, quam exteriùs, ordinari constituit, in liberam Abbatiam promovi. Et quoniam antiquitùs, ut venerabilis *Beda*, in Ecclesiasticâ *Anglorum* historiâ testatur, pro sui veneratione & excellentiâ, nobile Monasterium, cum propter crebram ibi miraculorum ostensionem, tum propter nobilium virorum conversionem vocabatur ardentiori desiderio, & majori mentis devotione, locum istum, qui jam per ducentos & eo amplius annos, Monachorum numero & ordine, propter exterarum gentium imminentes persecutiones desertus, debitâ veneratione destituebatur, facultatibus meis reparare, possessionibusq; meis dilatare curavi, ut ordo Monasticus, qui secundùm Dei timorem & beati *Benedicti* regulam in eodem Monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur; præsenti itaq; Cartâ, omnia quæ Pater meus præfato Monasterio in elemosinam contulit, & ea quæ ex proprietatis meæ jure eidem Monasterio, titulo donationis optuli: Necnon & ea quæ homines feudi nostri pietatis intuitu dederunt, confirmans, rata & illibata, & ab omni terreno servicio & inquietudine libera esse concedo.

Pater verò meus *Gilbertus* dedit **Bardeney**, & **Osgotby**, cum pertinentiis suis; & quatuor carucatas terræ, & duas bovatas in **Stepings** & **Friseby**; & Ecclesiam ejusdem villæ. In **Skendelbi** Ecclesiam S. *Petri*, cum terris & decimis suis, & decimæ de dominio suo in eadem villâ, & in **Stepinge**, & in **Partenay**. In prædicta verò **Partenay**, Ecclesiam cum suis pertinentiis. In **Baenburg** totam decimam de dominio. In **Edlington** duas partes decimæ de dominio. In *Schamtonâ* cum terris & decimis suis. In **Hoxtetton** duas partes decimæ de dominio. In **Holme**, & villis eidem pertinentibus, totam decimam de dominio. In **Torpe** & appendiciis suis, totam decimam de dominio. In **Folkingham** totam decimam de dominio. In **Edelesberge** Ecclesiam, cum adjacentibus terris & decimis de dominio.

Ego verò, ex propria possessione, dedi Ecclesiam S. *Petri* de *Bartonâ*, cum terris & decimis suis, & Capellam *omnium Sanctorum*, & transitum *Humbriæ*, sine precio, Abbati & Monachis suis, cum famulis & equis suis. In **Hundemanby** matricem Ecclesiam, cum Capellis eisdem pertinentibus, cujus Parochia est **Burtone**, **Newtone**, **Fordune**, **Mustune**, **Foletorpe**, **Rutone**, **Barkesdale**; & una carucata in **Ergum**, in cujus feudo fundata est Ecclesia. Dedi etiam tres carucatas terræ in *Burtonâ*, & duas bovatas in *Suttunâ*, & sex bovatas in **Hagurdingham**, in quarum feudo fundata est Ecclesia.

Hiis verò decimæ quatuor molendinorum meorum de *Bartona*. Addidi etiam decimam molendinorum de **Skendelby**, & molendinum de **Baumburg**, & molendinum de **Schamtone**, & molendinum de **Holme**, & molendinum de **Folkingham**, & molendinum de **Hundemanby**.

Confirmavi autem donationes hominum meorum, liberas ab omni terreno servicio, sicut ipsi concesserunt. In **Wilegby** totam decimam. Decimam de dominio *Raingeri*, & duas partes decimæ de dominio suo in **Aschebi**. In **Scrubi** duas bovatas & dimidium, & molendinum de **Wierne**. In **Lucebi** duas partes decimæ de dominio; & in **Wincebi** duas partes decimæ de dominio. In **Alwardebi** duas partes decimæ de dominio; & in **Wilegbi** duas partes decimæ dominii; & in **Walecote** duas partes decimæ *Will.* & hæredum suorum.

Prænominata verò omnia, titulo donationis oblata, per hanc Cartam, Sigillo meo signatam, ego & uxor mea, & hæres meus confirmamus signo sanctæ Crucis, propriis manibus. ✠. ✠. ✠. imprimentes: Et universa beneficia, cum eadem libertate & potestate, & consuetudine, quâ feudum nostrum tenemus, Abbatiæ tenere concedimus. Testibus, *Roberto* de *Gaunt*, *Willielmo* Constistore *Cestriæ*, *Willielmo* de *Mundeville*, *Lamberto* Constistore, *Radulpho* Capellano, *Will.* de *Baumbr.* *Ricardo Laart*, *Alano* filio *Haconis*. Hæc autem confirmatio facta fuit apud **Bardeney**, incarnatione dominici anno *MCxxv.* imperii *Henrici* Regis anno *xx.*

Carta Gilberti *de* Gaunt, *donatorum concessiones recitans & confirmans.* lb. f. 54. a.

H. Dei gratia *Cantuar.* Archiepiscopo; & *W.* eadem gratiâ Episcopo *Linc.* & omnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, *Gilbertus* de *Gaunt*, filius *Roberti* de *Gaunt*, salutem: Universitati vestræ notificetur, quod Christianæ devotionis affectu, ad pacem & quietem Monachorum de **Bardney**, præsenti paginâ, Sigillo meo munitâ, corroboro atq; confirmo omnes donationes, quas antecessores mei Monasterio S. *Petri* & S. *Oswaldi* Regis & martyris, & præfatis Monachis de **Bardney** in elemosinam optulerunt; *viz.* *Gilebrictus* de *Gaunt* atavus meus, & uxor ejus *Aliz*, & *Walterus* de *Gaunt* avus meus, & Comes *Gilbertus* avunculus meus, & *Rob.* de *Gaunt* Pater meus; & quæcunq; homines eorum & homines mei, in Ecclesiis, in terris, in decimis, in molendinis præfatæ Abbathiæ de **Bardney** in elemosinam contulerunt; quæ, sicut hic notantur, propriis sunt expressa vocabulis. Ex dono *Gilberti* de *Gaunt* attavi mei, **Bardney** & **Osgotby**, cum pertinentiis suis. Ex dono attaviæ meæ *Aliz.* de *Montfort*, concessione sponsi mei *Gilberti* de *Gaunt*, **Edlington** cum universis adjacentiis suis. Item ex dono ejusdem *Gilberti* de *Gaunt* in **Stepings** quatuor carucatas terræ, & duas bovatas, cum Ecclesiâ de **Frisebi**. In **Schendelby** Ecclesiam cum pertinentiis suis. In **Stepinge** Ecclesiam, cum pertinentiis suis, & totam de dominio decimam. In **Partenay** Ecclesiam S. *Nicholai* cum pertinentiis suis, & Capellam S. *Mariæ*, cum pertinentiis suis. In **Wilegbi** totam decimam de Domino *Raingeri*. & duas partes decimæ de dominio ejus in **Aschebi**, sicut ipse concessit.

In **Lucebi** duas partes decimæ de dominio; & duas partes decimæ de dominio in **Wincebi**.

rebi. In Baemburg totam decimam de dominio. In Eolington totam decimam de dominio. In Schamton Ecclesiam, cum terris & decimis suis. In Hozlestone duas partes decimæ de dominio. In Holme totam decimam de dominio. In Tozpe totam decimam de dominio. In Aswardeby duas partes decimæ de dominio. In Wilegby duas partes decimæ de dominio. In Walcrote dimidiam partem decimæ de dominio, *Willielmi* & hæredum suorum. In Folkingham totam decimam de dominio. In Edenham totam decimam caseorum & lanæ, de dominio. In Stantone totam decimam de dominio. In Edelesberge Ecclesiam, cum pertinentiis suis, & totam decimam de dominio.

Ex dono avi mei *Walteri* de *Gaunt*, Ecclesiam de Hundemanbi, cum unâ carucatâ terræ, & cum Capellis quæ sunt per Parochiam, Capella de *Burtona* cum pertinentiis suis; Capella de Neuton, cum pertinentiis suis; Capella de Fozdune cum pertinentiis suis; Capella de Wulfetone cum pertinentiis suis; Capella de Butone cum pertinentiis suis. In *Bartonâ* Ecclesiam S. *Petri*, cum terris & decimis suis, & cum Capellâ *omnium Sanctorum*, & mansionem cum pomerio juxta vivarium, & transitum Humbræ sine precio, Abbati & Monachis suis, cum famulis & equis suis. Et decimas quatuor molendinorum de *Bartonâ*: Et decimas molendinorum de Skendelbi, & molendini de Baemburg, & molendini de *Schamtonâ*, & molendini de Holme, & molendini de Folkingham, & molendini de Handemanbi, & decimam novi molendini de Eolingtone; & tres carucatas terræ in *Burtonâ*, cum pertinentiis suis; & sex bovatas terræ in Hagwozdingham, quas *Reingerus* tenuit, & Ecclesiam ejusdem villæ, cum pertinentiis suis, & duas bovatas terræ in *Suttonâ*. In Scrubbi, de elemosinâ *Raganeri*, duas bovatas terræ, & molendinum de Wierne, sicut ipse concessit. Ex dono *Walteri*, filii ejusdem *Raganeri*, Thuait, cum terrâ appendente.

Ex dono Comitis *Gilberti* avunculi mei, & hominum suorum, tertiam partem de Baemburg, cum pertinentiis suis, & molendinum ejusdem villæ, & totam terram, quam habuit apud Hagwozdingham; *viz.* feodum unius militis, quem *Rogerus* filius *Reingot* de ipso tenuit, & quicquid ad præfatum feodum pertinet. Ecclesiam de Folkingham, cum universis pertinentiis suis. Ecclesias de Hale, & de Hekington, cum universis pertinentiis suis; & totam decimam de dominio de Hekington. In *Bartonâ* unam bovatam terræ, pro animâ *Seer* de *Arcels*, & Crakecroft de appendiciis de Hagwozdingham. Ex dono *Seer* de *Arcels* Ecclesiam de Lucebi, cum pertinentiis suis; & duas bovatas terræ in *Suttona*; & duas bovatas terræ in Lucebi, & unam bovatam terræ in Wincebi. Ex dono *Leonii*, pro animâ præfati *Seer*, molendinum unum in territorio præscriptæ Lucebi: Et Tonnecroft juxta Lime. Similiter ex dono *Radulphi* filii *Gilberti*, pro animâ *Hugonis* fratris sui, terram quam tenuit in Fristebi; & terram quam tenuit *Dane*, & *Will. Kiken*, & Deirstetescroft. Ex dono *Herberti* filii *Alardi xii.* acras prati juxta Fristebi. Ex dono Bonde de Stepinges duas acras terræ, & unum sextarium salis apud Wainflet.

Excambium verò quod fecit Comes *Gilbertus* avunculus meus, cum præfatis Monachis de Bardney, apud *Bartonam*, quando firmavit Castellum in eadem villâ, concedo & confirmo, ut sit firmum & stabile; *scil.* totam terram quæ est inter viam quâ intratur in villam, & viam propinquiorem ad orientem, & ad ima fossati ex transverso, usq; ad viam quæ dirigitur versùs *Thorentonam*.

Item concessi memoratis Monachis sicut antè concesserant antecessores mei, quatinus pecunia eorum ubiq; in pastura eat, ubi mea & antecessorum meorum ire solet; *scil.* oves cum ovibus, & boves cum bobus.

Edlingtonam quoq; cum omnibus adjacentiis, ex dono attaviæ meæ, concessione sponsi sui *Gileberti* de *Gaunt*, concedo & confirmo eisdem Monachis, quietam ab omni terreno servicio, in puram & perpetuam elemosinam. Capellam quoq; S. *Jacobi*, cum omnibus pertinentiis suis, *scil.* decem acras terræ infra clausum Capellæ, & duos ortos & duo molendina, unum in Schendelbi, & unum apud Bradam, cum totâ multurâ domus meæ, & totius villæ de Schendelbi; & totam decimam Curiæ meæ, & vivariorum meorum; & omnia quæ pertinent ad prædictam Capellam de Schendelbi; & homagium & servicium *Tholi* & hæredum suorum, cum duabus bovatis terræ, & cum medià parte molendini Scutte. Et homagium & servicium *Gunnes* & suorum hæredum, cum tribus partibus unius bovatæ terræ, & cum totâ mansurâ suâ; & pasturam in eadem villâ ubiq; cum pecoribus meis. Et præter hæc communem & Capellam S. *Mariæ Magdalenæ* de Partney, cum suis pertinentiis; & Hospitale ejusdem villæ, cum pertinentiis suis. In *Stantona* Ecclesiam, cum pertinentiis suis. Ecclesiam de Hirnham, cum pertinentiis suis; & duas bovatas terræ pertinentes ad Ecclesiam de Folkingham, liberas & quietas ab omni servicio.

Ex dono *Rob.* de *Gaunt* Patris mei, concedo & confirmo totum unum in Handemanby, ex occidentali parte villæ, quod fuit de culturâ *Walteri* de *Gaunt*; & ex eodem toto liberum exitum & introitum ex occidentali parte, usq; ad viam. Et in Tozpe, quæ est in Parochiâ de Schendelbi, *Godefridum* filium Bonde, cum totâ successione suâ, liberum & quietum de me & hæredibus meis, & totam ejus, & mansum quod de Patre meo tenuit, in puram & perpetuam elemosinam: Et totam decimam totius Salterhage; & decimam de dominio de Hale. Hæc omnia prænominata, tam ex dono meo, quàm antecessorum meorum, & hominum suorum & meorum, concedo & præsenti scripto confirmo memoratis Monachis de Bardney, in puram & perpetuam elemosinam. His testibus, *Jordano* Priore de *Kyma*, *Symone* de *Kyma*, *Waltero* Decano

de Folkingham, *Ricardo* Decano de Hagnoz-dingham &c.

lb. f. 50. b. *Stemma fundatoris.*

GIſlebrictus de *Gaunt* venit cum *Wilhelmo* Baſtardo avunculo ſuo. Hic genuit *Giſelbrictum* & *Walterum*, de *Alicia* de *Monteforti* ſponſa ſua. Porro *Giſelbrictus* mortuus eſt ante patrem, & *Walterus* ſucceſſit patri in hæreditatem. *Walterus* autem genuit *Gilebertum*, qui Comes *Lincolnia* appellabatur, & *Robertum* fratrem ejus. Porro *Gilbertus* genuit quandam filiam, nomine *Aliciam*, quam duxit *Simon* de *Sancto Lizio* Comes *Northamtonia*, cum hæreditate; & genuit quandam filiam, nomine *Gonnoram*, quæ mortua eſt ſine hærede; unde hæreditas ad *Robertum*, fratrem dicti *Gilberti* revertebat. *Robertus* autem genuit *Gilbertum*; *Gilbertus* genuit *Robertum* & *Gilbertum*. Porro *Robertus* mortuus eſt ante patrem; & *Gilbertus* ſucceſſit patri in hæreditatem. Quo mortuo, ſucceſſit ei *Gilbertus* filius ejus. Hic fuit ultimus, & habuit uxorem *Loram*, ſororem *Alexandri* de *Baliol*. Mortuo ſine hærede, hæreditavit regem *Edwardum*, filium *Henrici* Regis, de Bartone, Folkyngham, Helyngtone, & de Cornham. Duas ſorores habuit, *Margaretam* & *Nicholaam*. Primam duxit *Will.* de *Kardeſtone*; Secundam *Petrus* de *Malolacu*: Tertia ſoror, *Juliana*, virgo obiit. *Willielmus* genuit *Rogerum*, *Petrus Petrum*. Item *Rogerus* genuit *Willielmum*.

lb. f. 77. b. *Carta* Roberti Marmiun *de villâ de* Butegate.

OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens Carta pervenerit, *Philippus* le *Marmiun*, filius & hæres *Roberti* le *Marmiun* ſalutem in Domino. Inſpeximus Cartam *Roberti* le *Marmiun* prædeceſſoris noſtri, quam Abbas & Conventus de Bardney nobis monſtraverunt, in hæc verba. Robertus Marmiun *omnibus fidelibus ſuis* Francis & Anglis *ſalutem. Notifico tam præſentibus quàm futuris, quatinus ego &* Miliſent *uxor mea, &* Robertus *filius meus, dedimus* S. Oſwaldo *de* Bardney, *in elemoſinâ, & abſq; omni ſervicio, pro animâ patris mei & matris meæ, & uxoris meæ, & meâ, haredumq; meorum, villam illam quæ ſita eſt juxta* Bardeneyam; viz. Butegate, *cum omnibus quæcunq; in eam & extra eam illi appendentia, jure hereditario & ego & pater meus poſſidebamus*; viz. *in nemore, in prato, in hominibus & in agris*; *hac conditionis ratione ſubſtitutâ, ut unus Monachus in Eccleſiâ* S. Oſwaldi *de* Bardney *ad ſerviendum Deo pro animâ patris mei & matris meæ, & uxoris meæ, & meâ, haredumq; meorum ſuſcipiatur; eoq; mortuo alter ſuccedat; ſicq; deinceps alter alteri uſq; in æternum. Deinceps verò, ne aliquis meorum ſucceſſorum temerè audiat vel uſurpare, vel inquietare, quod eo ſuper hac re pro animâ patris mei, & matris meæ, & meâ, & uxoris meæ, haredumq; meorum, hoc ſcripto confirmo. Valete. Teſtibus,* Odone *Capellano*, Roberto *de* Fontenei, Rogero *de* Moy, Odone *Clerico*, Roberto *de* Faleys.

Nos autem prædictam donationem, & prædicti ſcripti confirmationem ratas & gratas habentes, eiſdem Abbati & Conventui & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, pro nobis & hæredibus noſtris, concedimus, & Cartâ noſtrâ confirmamus, quam Sigilli noſtri munimine roboramus. Præterea omnem quærelam & omne jus & clamium, quod dicebamus nobis componere in unâ pellicià & uno pari botarum, nomine ſervicii, unde placitum fuit inter nos, per Breve domini Regis, coram domino *H.* de *Bathoniâ*, & ſociis ſuis Juſticiariis domini Regis itinerantibus, caritatis intuitu, pro animâ noſtrâ, & pro animabus ſucceſſorum noſtrorum & anteceſſorum plenè remiſimus, & quietum clamavimus de nobis & hæredibus noſtris imperpetuum. Hiis teſtibus, dominis *G.* de *Gaunt*, domino *Roberto* de *Tateſale*, &c. Data menſe *Junii*. A. MCCxlviii.

Carta Philippi *de* Kyme, *de Eccleſiâ de* Sottebi. lb. f. 86. b.

VEnerabili domino ſuo *Roberto* Dei gratiâ *Linc.* Epiſcopo, *Philippus* de *Kyme*, Dapifer Comitis *Gilberti*, & *Hadewiſa* uxor ſua, ſalutem. Cognoſcat dilectio veſtra quia dedimus Deo & S. *Oſwaldo* de Bardney, & Monachis ibidem Deo ſervientibus Eccleſiam de Sottebi, pro animabus noſtris & prædeceſſorum noſtrorum in perpetuam elemoſinam: unde humiliter ſanctitatem veſtram precamur, quatinus hanc donationem noſtram, in manu veſtrâ factam, pro rato habeatis & auctoritate veſtrâ confirmetis. Valeat ſanctitate veſtrâ, & venerabilibus Abbatibus *Waltero* de *Kirkeſtede*; *Walone* de S. *Laurencio*, & *Davide* de Bumme, *Gilberto* de Dempingham, & Conventu Sanctimonialium de eodem loco.

Carta Hugonis Lincolnienſis *Epiſcopi, Donatorum conceſſiones recitans & confirmans.* lb. f. 58. a.

HUgo Dei gratiâ *Linc.* Epiſcopus, Univerſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, ſalutem. Religioſorum virorum juſtis petitionibus Epiſcopalis auctoritas ſolicitè debet ſuffragari, ne beneficia eis Canonicè collata malignantium inquietationibus aliquatenus perturbentur, aut importunis vexationibus alienentur. Proinde dilectis filiis noſtris Abbati & monachis de Bardney, in Monaſterio S. *Oſwaldi* divinâ gratiâ congregatis, omnes res & poſſeſſiones eorum, in terris, in hominibus, in Eccleſiis, in Decimis, & in cæteris rebus; quæ in præſentiarum juſtè & Canonicè poſſident, & autentica ſcripta habent, Epiſcopali auctoritate confirmamus, & præſentis ſcripti munimine roboramus. Quæcunq; ergo *Gilbertus* de *Gaunt* primus, & *Alix* de *Montfort* ſponſa ejus, reparatores præfati Monaſterii; *Walterus* de *Gaunt* & Comes *Gilbertus* filius ejus, necnon & homines feudi eorum, pro ſalute animarum ſuarum, titulo donationis, in elemoſinâ, prædicto Monaſterio contulerunt, ſicut Cartæ eorum

rum testantur, libera & soluta ab omni terreno servicio & præstatione imperpetuum fore decrevimus. Similiter verò quæcunq; Comes *Simon*, qui Comitissam *Aliz.* filiam Comitis *Gilberti*, uxorem duxerat, cum hæreditate prænominatorum virorum dedit, & Cartis suis confirmavit.

Hæc sunt omnia possessionum Collatarum; Bardeney, & Osgotebi, cum pertinentiis suis. In Steyngs habent præscripti Monachi quatuor carucatas terræ, & duas bovatas; & Ecclesiam de Frisebi. In Schendelbi Ecclesiam S. *Petri*, cum terris & decimis suis; & ad austrum ejusdem villæ, Capellam S. *Jacobi*, cum virgulto proximo, & duo molendina ejusdem; & terram *Tholi*, & servicium ejus, & terram *Gunnes*, cum servicio ejus. In Partenay Ecclesiam S. *Nicholai*, cum pertinentiis suis, & Capellam S. *Mariæ* in eadem villâ, & decimam molendini ejusdem villæ. In Baitoft dominii *Simonis* filii *Willielmi*, totam decimam. In Croft, ex dono *Philippi* de *Kimâ*, xv. sextaria salis ex redditibus ejusdem villæ. Ex dono *Galteri* de *Braitoft* x. acras prati, in territorio de Frisby. Ex dono *Herberti* filii *Alardi*, xii. acras prati, ultra Stalflet. Ex dono *Radulphi* filii *Gilberti*, pro animâ *Hugonis* fratris sui, terram quam tenuit in Frisebi, & quam habuit in Ingaldelmeles & Derfletescroft; & Ecclesiam de Stepinge.

In Wainflet unam bovatam cum salinis appendentibus. In *Haltonâ*, ex dono *Willielmi* de *Rumarâ* quinq; bovatas terræ & dimidiam; & molendinum, & nonam partem alterius molendini. In Hagurdingham, ex dono *Walteri* de *Gaunt*, sex bovatas terræ, & Ecclesiam ejusdem villæ: Et ex dono *Gilberti* de *Gaunt* feudum militis, quod habuit in eadem villâ. In Lucebi dùas bovatas terræ & Ecclesiam ejusdem villæ, cum pertinentiis suis; & mansionem unam, & molendinum unum in territorio ejusdem villæ; & unam bovatam in Wincebi, & Tonnecroft juxta Lyme. Ex dono *Ranulphi* Comitis *Cestriæ* molendinum de Bradewad, & unam marcam argenti de redditu molendini de Bracebrigge. Molendinum de Strattone, Edlingtone, cum universis pertinentiis suis. Ex dono Comitis *Gilberti* tertiam partem *Baumburgi*, & molendinum ejusdem villæ. Ecclesiam de Sotteberi, cum terris & decimis suis. Ecclesiam S. *Hillarii* de *Spridelingtonâ*, cum decimis suis. In *Burtonâ* tres Carucatas terræ. In *Schamtonâ* cum terris & decimis suis. In *Edelingtonâ* Ecclesiam, cum omnibus pertinentiis suis.

Ex dono *Roberti Marmion* Butepake, cum omnibus pertinentiis suis. In *Bartonâ* Ecclesiam S. *Petri*, cum Capellâ *omnium Sanctorum*, cum terris & decimis suis, & omnibus pertinentiis; & decimam molendinorum ejusdem villæ. Et ex dono *Gilberti* Comitis unam bovatam terræ, pro animâ *Seer* de *Arcels*: Et ad austrum ejusdem villæ, terram quam dedit Monachis in excambio. In Hozkeston decimam dominii. In Tozpe totam decimam dominii. In Folkingham Ecclesiam cum terris & decimis suis.

Ex dono *Roberti* de *Gaunt* Ecclesiam de Irnham, cum terris & decimis suis. In Aswardebi duas partes dominii. In Wilegbi duas partes decimæ dominii. In Staunton totam decimam dominii. In Surray totam terram quæ fuit *Ivonis* filii *Schardman*, cum esarto suo; & essartum *Willielmi* filii *Haconis* in territorio ejusdem villæ; & essartum *Willielmi Bigot*, cum terrâ *Gippolf* in eadem villâ. In *Suttonâ* dimidiam carucatam terræ, cum pasturis & pratis adjacentibus, & prato in territorio de Hotoft. In Scrubbi duas bovatas & dimidiam. In Wortozpe unam bovatam terræ; & Thuaft cum terrâ appendente, & molendinum de Wiermeserteshulme cum terris & redditibus. Ecclesiam de Bultham cum appendiciis suis. In Bracebrige, ex dono *Willielmi* filii *Walteri Winterhard*, unam bovatam terræ. In Edelesberg Ecclesiam cum pertinentiis suis. In Hale Ecclesiam cum pertinentiis suis. In Hekington Ecclesiam cum pertinentiis suis.

Prænominata itaq; omnia quæ prædecessores nostri eis rationabiliter confirmaverunt, cum libertatibus & consuetudinibus, & immunitatibus suis, sicut munimenta eorum testantur, sub protectione nostrâ suscipimus, tuitionem Ecclesiasticam impendentes; salvis in omnibus Episcopalibus consuetudinibus, & *Lincolnienſis* Ecclesiæ dignitatibus. His testibus, *Hamone* Decano *Licolniæ*, *Willielmo* sub-Decano, Magistro *Stephano* &c.

PAG. 152. col. 2.

De principalibus Eovesham*ensis Cœnobii benefactoribus.*

Ex Registro quodam Abbatiæ de Evesham, per *Rob. Glover*, Heraldum, desumpta.

REx *Ethelredus*, filius *Penda* Regis *Merciorum*, primus & præcipuus fundator noster, dedit beato *Egwino* locum illum, qui tunc Ethomme, nunc *Evesham*ia vocatur, ubi Monasterium construxit anno Domini *DCCi.*

Idem Rex dedit postea Castellum de Thadcebury, & vetus Monasterium de *Stratfordâ*, anno Domini *DCCiii.*

Iste *Ethelredus* factus est Monachus apud Bardney, relicto Regno, & ibi jacet sepultus: & regnavit in *Mercia* xxx. annis; relicto Regno temporali, apud Bardeney regulariter est attonsus, anno Domini *DCCv.* & xiii. annos ibidem devotè peregit.

Offa Rex *Orientalium Saxonum*, filius *Sigheri* Regis *Orientalium Saxonum*, dedit anno Domini *DCCiii.* Offenham. Iste *Offa*, hortatu *Keneswitha*, filiæ *Penda*, sororis *Ethelredi*, quam cupierat uxorem, *Romam* cum *Kenredo* Rege & beato *Egwino* ivit, ubi Monachus

factus, ibidem requiescit, anno Domini *DCCx.*

Ethelwardus, aliàs *Aylwardus*, *Wicciorum* subregulus, dedit nobis *Ombresleyam*, anno Domini *DCCvi.*

Aldricus filius *Osheri* regis, dedit nobis *Childeswykwane*, eodem anno. *Kenredus* Rex *Merciorum*, filius *Wolferi* regis, dedit nobis Dam-ton, (&c.) anno Domini *DCCviii.*

Ceolredus Rex *Merciorum*, filius *Ethelredi* fundatoris nostri, sed non *Ostritha* reginæ, dedit nobis *Ruigeleiam* (&c.) Anno Domini *DCCxi.*

Ethelbaldus Rex *Merciorum*, aliàs vocatus *Ethelardus*, filius *Awie*, consobrinus *Ceolredi*, dedit nobis Bactone, an. Domini *DCCxvi.*

Offa filius *Tunfrith*, Rex *Merciorum*, dedit nobis Dunnynton (&c.) anno Domini *DCCLvi.*

Beortulphus Rex *Merciorum*, dedit nobis *Pebworthan*, anno Domini *DCCLxxiiii.*

Ufa Comes *Warwici*, dedit nobis *Wlfakesfordam*, & Cæston *minorem*, anno Domini *DCCCLxxxi.* tempore *Edgari* regis.

Etheredus Rex *Angliæ*, frater beati *Edwardi* martyris, dedit nobis unam mansam in *Stowyâ*, juxta Malgaresbury, anno Domini *DCCCCLxxxvii.*

Canutus Rex totius *Angliæ*, dedit nobis anno Domini *M.xviii.* dominium de Badby & Newnham.

Warinus Bushell, dedit nobis Ecclesiam de Penwortham, cum decimis &c.

Ricardus Bushell, filius prædicti *Warini*, dedit nobis Ecclesiam de Leylonde, &c.

Albertus Bushell, filius prædicti *Ricardi*, dedit nobis diversas terras in Longeton, Cheston, Lelande, & Weoles.

Robertus Bushell, dedit diversas terras apud Penwortham.

Galfridus Bushell, filius *Roberti*, dedit nobis diversas terras in Longetone.

Ex Regist. de Evesham in bibl. Cotton. f. 25. b.

Carta Regis Willielmi, *terras ad* Evesham*ensem Abbathiam, in* Warwicensi *Comitatu jacentes, confirmans.*

W. Rex *Anglorum*, *W.* Episcopo & *R.* Vicecomiti salutem: mando vobis & præcipio, quatinus *Adelwinum* Abbatem terras Ecclesiæ de Evesham; *Salisforda scilicet* & Ovicestun, & *Milecotam*, & Ragele, & *Arwam*, & *Ecclesiam*, & Bildeburguth, & Cæston, & Wiltlakesford, & Dorsitone, & alias terras, quas in Vicecomitatu de Warewic habet, cum magno honore & quietè tenere faciatis, ut eas habeat & teneat ad usus servorum Dei, cum meâ bonâ pace & protectione: Et tibi præcipio *R.* Vicecomes, ut non consentias, quod alicuis ei injusticiam de aliquâ re faciat; quia consentire nolo; set cum *sacâ* & *socâ*, & omnibus consuetudinibus plenaliter suas res teneat: Et si ei aliquis injusticiam facere præsumpserit, clamet ad me Abbas, & ego ei plenam rectitudinem, de quibus clamaverit, faciam.

Carta Leofrici *Comitis*, *de terrâ de* Ham-tune. 1b. f. 26. a.

EGo *Leofricus* Comes manifesto in Brevi illo; quod terram quæ vocatur Heamtune, ad Monasterium de Evesham dedi; & misi in illam Ecclesiam, quam ego & conjux mea *Godgyve* ibidem in honore Sanctæ & individuæ *Trinitatis*, pro animabus nostris devotè ædificavimus; & hoc cum victu & hominibus, & omnibus rebus & consuetudinibus ad eandem pertinentibus, ita sicuti ego ipse unquam meliùs illam in manu meâ tenui & possedi: Et ego, quamdiu vixero, illius terræ procurator & defensor esse volo; & consentire nolo, ut aliquis injusticiam in eâ faciat plus nunc, quàm tunc, quando in manu meâ ipsum habui, & in eâ sedi. Istam terram ex dono regio accepi; & ad eam, sicut *Cnut* Rex mihi concessit, veni; quia suæ erat potestatis eam possidendam cui vellet tradi; nam frater meus *Normannus* illam ante me habuit, sicut Rex *Ethelredus*, ad relinquendum, post se, cui hæredi vol-illet libenter ei, pro suo grato servicio eam concessit; quia ex prævaricatione in jus ejus, recto nobilium suorum judicio, accepit; & ipse frater meus tam diu sine clamore & calumpniâ omnis hominis in eâ sedebat & possidebat, quamdiu vivebat; & ego post eum quantum michi placuit; Et qui modo habent, sicuti ego habui, volo ut ipsi habeant. Iste brevis scriptus habetur, ut sit in testimonium, & meæ elemosinæ stabile firmamentum, quam Ecclesiæ concessi servis Dei, ad eorum victum. Modo est *Birtegus* Episcopus testis hujus meæ donationis, & totus Comitatus *Wigornienſis* Civitatis. Deus totius mundi creator & rector, qui cuncta creavit & fecit, & cunctorum corda scrutatur & renes, cunctos qui huic meæ donationi adjuverit, ut firma sit, suâ benedictione multiplicet, & custodiat: Et accrescere qui voluerint, cunctis bonis crescant & repleantur.

Carta Roberti *de* Stafford, *donationem de* Wrotesleie & Livintone, *per* Robertum *avum suum, confirmans.*

Adhuc ex præf. Regist. de Evesham in bibl. Cotton. f. 52. a

SCiant universi, tam præsentes quàm futuri, quod ego *Robertus* de *Staffordiâ*, & *Robertus* filius meus & hæres, concessimus & confirmavimus, & præsenti scripto atq; sigillo corroboravimus donationes terrarum illarum, *scilicet* Wrotesleie & Livintune, quas *Rodbertus* avus meus contulit, & Pater meus *Nicholaus* concessit Ecclesiæ de Covesham, & Monachis ibidem Deo servientibus; ut prænominata Ecclesia terras illas prædictas habeat & possideat in puram atq; perpetuam elemosinam; atq; imperpetuum teneat prædicta Ecclesia prædictas terras liberas & quietas, & solutas ab omni exactione & seculari servicio, tam regio, quam ad me & ad hæredes meos pertinente; in sylvis, in pratis, & in pascuis, & in omnibus aisiamentis, quæ ad prædictas villas pertinent. Hiis testibus, *Rodberto* filio *Odonis*, *Willielmo* de *Witteleiâ*, & *Rodberto* fratre ejus; *Godfrido*

Bi-as

Brus & *Johanne* Constabulario, *Rogero* de *Ulchale*; *Rodberto* Clerico, & pluribus aliis.

Pag. 169. col. 2.

Ex Col. MS. penès *Joh. Oldfeld* de Spalding in Com. Lincoln.

Carta Fregisti, *de Manerio de* Langtoft, Croilandensi *Cœnobio concessa.*

CUnctis Christicolis regni *Merciorum*, *Fregistus* miles in Domino salutem. Sciant, tam præsentes quàm posteri, quod ego ad S. Mariis Ecclesiæ honorem & divini cultus exaltationem, Domino Deo, omnium bonorum largitori magnifico, Sancto *Guthlaco* Confessori, & *Siwardo* Abbati *Croylandiæ*, & Abbatibus ejusdem loci post ipsum succedentibus, & monachis suis, totum Manerium meum, & villam de Langtoft, & in campis ejusdem villæ sex carucatas terræ arabilis, habentes in longitudine *xv.* quarentenas, & *ix.* quarentenas in latitudine, & centum acras prati, & sylvam & mariscum duarum leucarum in longitudine, & Ecclesiam ejusdem villæ, & *xl.* acras prati de eodem feodo in campo de Deping. Hæc paucula donaria mea, cum omnibus rebus, & in rebus suis eisdem appendentibus, liberè & spontè Deo & S. *Guthlaco*, & Monachis in *Croylandensi* Monasterio Deo famulantibus, in puram & perpetuam elemosinam liberè dedi, pro salute animæ meæ & omnium progenitorum meorum. Istud meum cyrographum apud *Legeceastriam*, in præsentiâ domini Regis *Withlaphi*, & aliorum dominorum, in festo S. *Jacobi* Apostoli collectorum, anno Dominicæ incarnationis *DCCCxix.* Ego *Frigistus* miles, signo S. Crucis confirmavi. ✠ Ego *Witthaphius* Rex *Merciorum* concensi. ✠ Ego *Athelardus* Archiepiscopus *Dorobernensis* assensum dedi. ✠ Ego *Egbaldus Wintonienſis* Episcopus subscripsi. ✠ Ego *Adulphus Lichfeldensis* Episcopus collaudavi. ✠ Ego *Turstanus* Presbyter Domini mei Regis *Withlaphii*, hoc cirographum manu meâ scripsi.

Ibid. *Carta* Algari *militis de Manerio de* Basson.

CHristianis universis per totam *Merciam* commorantibus, *Algarus* miles, filius *Vorthangiæ* salutem. Intelligere volo vos omnes, quod ego donavi Deo, S. *Guthlaco*, & speciali Patri meo *Syvardo* Abbati *Croylandiæ*, & omnibus ibidem Abbatibus post ipsum, & eorum monachis, Manerium meum de Basson, cum quatuor carucatis terræ arabilis, continentes in longitudine octo quarentenas, & octo quarentenas in latitudine; & *xlv.* acras prati; & mariscum continentem in longitudine *xvi.* quarentenas & *viii.* quarentenas in latitudine: Et Ecclesiam ejusdem villæ, & unum molendinum, & dimidium alterius molendini; & totam piscariam meam in aquâ à prædicto molendino versùs occidentem, usq; ad finem mariſci ejusdem villæ versùs orientem. Hæc mea donaria dedi prafato Abbati *Siwardo*, & monachis ibidem Deo servientibus in perpetuam elemosinam imperpetuum, ad sustentationem sui Monasterii; quia, (ut sæpè dudici, Insula sua nullius est ferax tritici. Hoc præsens cyrographum meum apud *Legeceastriam*, in præsentiâ Domini mei *Withlaphii* Regis *Merciorum*, anno incarnationis Domini *DCCCxxv.* Signo Crucis habiliter confirmavi. ✠ Ego *Osmundus London.* Episcopus consensi. ✠ Ego *Osbertus* Abbas *Rapodii* interfui. ✠ Ego *Athelinus* dux audivi. ✠ Ego *Swithunus* Presbyter præsens fui ✠.

Pag. 176. col. 1.

De prima fundatione Deheramensis *Cœnobii.*

De Brithnodo, *primo* Elienſis *Cœnobii Abbate.* Ex hist. Eccles. Eccleſiæ in bibl. *Cotton.* (sub effigie *Titi* A 1) f. 81. a.

IDem Abbas transtulit corpus S. *Withburgæ* de Derham apud Ely; de cujus origine & integritate legitur, quod *Withburga*, adolescentior filiarum *Anna* sublimiter est nata, & ad Regnum cœleste consequendum, & juxta mare, cum suâ nutrice, in quodam vico paterni juris nutrienda tradebatur, *Holkham* vocitato, ubi processu temporis, in memoriam ipsius, Ecclesia est constructa, quæ *Anglicè* Withburgstowe dicitur. Præfata autem virgo, audito Patris sui interitu, ad Sanctimonialem confugit professionem, ubi in umbra alarum Dei sperans, suaviter requievit. Sed indè, ubi nutrita fuit, recedens, quasi *xx.* miliaribus, apud Derham, in humilem locum paterni juris devenit, illic solitariè volens vivere, elegit ubi Monasterium condere satagebat. Cumq; Domino suo templum conderet, contigit ut nichil victualium, præter sutum panem haberet, quod operariis ædificii opponeret; ob quod ad Dei genitricem confugit, eamq; querulis precibus, pro instanti urgere cepit nutrimento. Cui inter preces pualulum dormitanti, astitit virgo *Maria*, docens eam non sollicitari de victu corporali, nec cogitare de crastino: *Mitte* inquit *de loculo puellas ministras ad proximum pontem silvestris fluvii, ibi observantibus illis diutius occurrent duæ feræ lactifluæ, quas tractabiliter mulgentes solacium victui vestro interim administrabunt.* Sic ancilla Domini, cœlitùs edocta, mittit manè multrices ad pontem præmonstratum, qui ferè uno stadio distat à Monasterio, quæ stans silva, grato irrigatur fluvio: unde

undè continuò duæ assiliunt cervæ, quæ se familiarius quàm domestica animalia, præbebant multuræ: Has singillatim astantes, vel succedentes, mulgebant manus Virgineæ, tantamq; lactis uberitatem in vasa sua expressere, ut indriam plenam duo viri injecto per ansas vecta, humeris ejus efferrent, & omnibus domi convivis hæc copia sufficeret, quæ supernæ pietatis beneficia, cum cotidiano usu, per aliquod tempus habundanter proficerent. Præpositus ipsius villæ, vir pravi ingenii, cepit tanta miracula, aut parvi pendere, aut irridere; dehinc livore, cupiditate, ac superbiâ, indignatione agitatus, adducens canibus, nitebatur insontes feras captare; contemptis *scil.* commodis, quæ dominicæ exhibebant familiæ; at illæ exacerbatæ & absterritæ, procul in suas silvas aufugere. Villicus verò, non tam bestiis, quàm Dei domesticis gratuito noxius, suæ malivolentiæ sine dilatione pœnas solvit; nam eadem hora dum emissario equo feras insectatur fugaces, equus in obstantem sepem, urgentibus calcaribus incurrit; sepisq; acuta sude transfixus ilia dum resiliendo tergiversaretur, sessor superbus supino capite excutitur, fractàq; cervice exanimatur: Ablato autem lacte ferino, non defuit Dominus gregi suo, sed rediit qui defuerat victus tempore oportuno. Commendatis demùm pupillis suis æterno Regi, de hoc seculo migravit xvi. Kal. *Aprilis*, & in cimiterio Ecclesiæ *Deramensis* sepelitur; & post annos ferè quinquaginta quinq;, sine corruptione corpus ejus inventum est, & in Ecclesiâ, quam ipsa ibidem condiderat, translatum anno Domini DCCXCviii. ubi usq; ad tempora Regis *Edgari* servabatur; & usq; ad annum Domini DCCCCLxxiv. & ita requievit in prædicta Ecclesiâ CLxxvi. annis. A. igitur Domini DCCCCLxxiv. Abbas *Brithnodus*, consensu Regis *Edgari*, & Episcopi *Ethelwoldi*, sanctam *Withburgam* de Derham in Ely fecit transferri, viii. Id. *Julii*, & juxta sorores suas sepeliri, ibiq; requievit Cxxxii. annis, hoc est usq; ad annum Domini MCvi. in quo quidem anno Abbas *Ricardus*, in novum Monasterium eam transtulit. De loco autem illo, in quo primò sepulta fuit, apud Derham, fons aquæ lucidissimus manat.

Pag. 191. col. 1.

Ex Reg. de Winchcumbe, penes *VVill. Morton* Eq. aur. an. 1659. f. 13.

Bulla *Alexandri* tertii Rom. Pontificis, Ecclesias, villas, ac reditus *Winchelcumbensi* Cœnobii confirmans. Anno MCLxxv.

ALexander *Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis* Henr. *Abbati Monasterii beatæ* Mariæ, *& S.* Kenelmi Winchelcumbiæ, *ejusq; loci fratribus, tam præsentibus, quàm futuris, regulârem vitam professis imperpetuum, religiosam vitam eligentibus. Apostolicum convenit adesse præsidium, ne fortè cujuslibet temeritatis incursus, aut eos à proposito revocet; aut robur (quod absit) sacræ religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatum Monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati* Petri *& nostrâ protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus: Statuentes, ut quascunq; possessiones, quacunq; bona idem Monasterium, in præsentiarum, justè & canonicè possidet; aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisq; successoribus & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum, in quo prædictum Monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam de* Twinnynges, *cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam de* Schurburnâ, *cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam de* Enneſtonâ, *cum Capellâ de* Chalfordiâ, *& omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam de* Alnâ, *cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam de* Bladyngtonâ, *cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam de* Stawntonâ, *cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam de* Snoweshull, *cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam beati* Kenelmi, *cum Capellâ S.* Petri, *cum Capellâ de* Hetles, *Capella de* Suthleiâ, *Capella de* Aldrintonâ, *Capella de* Diclesdona, *Capella de* Prestecotâ, *Capella de* Charlyngtonâ, *cum omnibus pertinentiis earum.*

Villam de Twinnyngiâ, *cum terris, vinis, pratis, pascuis, silvis, aquis, molendinis, & omnibus pertinentiis suis. Villam de* Sireburnâ, *cum hominibus, terris, pratis, pascuis, aquis, molendinis, & omnibus pertinentiis suis. Villam de* Enneſtonâ, *cum hominibus, terris, silvis, pratis, pascuis, molendinis, aquis, & omnibus pertinentiis suis. Villam de* Alniâ, *cum hominibus, terris, pratis, pascuis, silvis, & omnibus pertinentiis suis. Villam de* Bladyngtonâ, *cum hominibus, terris, pratis, pascuis, molendinis, aquis, & omnibus pertinentiis suis. Villam de* Stawntonâ, *cum hominibus, terris, pratis, pascuis, molendinis, & omnibus pertinentiis suis. Villam de* Snoweshull, *cum hominibus, terris, pascuis, & omnibus pertinentiis suis. Villam de* Ethelmintonâ, *cum molendinis, hominibus, terris, pratis, pascuis, & omnibus pertinentiis suis. Terram de* Niwetonâ, *cum omnibus pertinentiis suis. Terram de* Wenricâ, *cum omnibus pertinentiis suis. Dominium vestrum, quod habetis in* Winchelcumbâ; *& alias terras, quas ex donatione vel emptione in eadem villa habetis; & duo molendina in eadem villa. Dominium vestrum, quod habetis in* Cotâ. *Dimidiam hidam, quam* Haroldus *de* Sudeleyâ *Ecclesiæ vestræ in elemosynam dedit. Communem pasturam inter* VVinchelcumbam *&* Sudeleyam. *Virgatam terræ & tres acras, quas emistis à* Roberto Russell, *cum pertinentiis suis. Virgatam terræ, quam* Radulphus *de* Sudeleyâ *Ecclesia vestra in elemosinam dedit, cum omnibus pertinentiis suis. Hidam terræ*

quam

quam habetis in Gretonâ. *Duas hidas quas habetis in* Aldrintonâ. *Terram quam habetis in* Freulintonâ. *Duas hidas quas habetis in* Hudicotâ. *Tres mansiones in* Lundoniâ. *Salinas vestras de* VVichiâ. *Unam mansionem in* Oxenfordia.

Prohibemus insuper, ne tibi, fili Abbas, vel successoribus tuis liceat, sine assensu Capituli, vel majoris, vel sanioris partis, Ecclesias vel possessiones, aut thesaurum vestri Monasterii alienare. In parochialibus autem Ecclesiis, quas tenetis, liceat vobis sacerdotes eligere, & Episcopo presentare; quibus, si idonei inventi fuerint, Episcopus animarum curam committet, ut de plebis quidem curâ, Episcopo autem vobis de temporalibus debeant respondere. Sanè novalium vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis; sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus à vobis decimas præsumat exigere. Sepulturam quoq; ipsius loci, liberam esse decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi fortè excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat: Salva tamen justicia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clausis januis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, divina officia celebrare. Ad hæc præsenti decreto sancimus, & arctius inhibemus, ne pro benedictione indulgenda, ab Abbate vestro aliquid exigatur. Liceat præterea vobis Clericos, vel laicos, liberos & absolutos, ad conversionem vestram suscipere, & eos absq; ullius contradictione, in vestro Monasterio retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum, post factam in eodem loco professionem, aliqua levitate, sine licentia, Abbatis sui fas sit de claustro discedere: discedentem vero, absq; communium literarum cautione, nullus audeat retinere, nisi ad arctiorem vitam voluerit transmigrare. Crisma verò, oleum Sanctum, consecrationes Altarium, sive basilicarum, ordinationes Monachorum, sive clericorum vestrorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, à Diœcesano suscipiatis Episcopo, siquidem Catholicus fuerit, & gratiam atq; communionem Apostolicæ sedis habuerit, & ea gratis & absq; ullâ pravitate vobis voluerit exhibere: alioquin liceat vobis, quem malueritis adire antistitem, qui vestra fultus auctoritate, quod postulatur indulgeat. Obeunte verò te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet Successorum, nullus ibi, qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur: nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & beati Benedicti *regulam providerint eligendum.*

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia & integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione & sustentione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salvâ sedis Apostolicæ auctoritate, & Diœcesani Episcopi Canonica Justicia. Siqua igitur, in futurum Ecclesiastica, sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam, sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit; potestatis, honorisq; sui dignitate careat, reamq; se divino judicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat; & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei, & Domini redemptoris nostri Jhesu Christi, aliena fiat, atq; in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, sit Pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Carta Ricardi Wigornienſis *Episcopi, appropriationes Ecclesiarum* Winchelcumbenſi *Cœnobio, dudum factas, confirmans.* lb. f. 21. a.

NOverint universi per præsentes, quod nos *Richardus*, permissione divinâ *Wigorn.* Episcopus, nostram diœcesim, jure nostro ordinario actualiter visitantes, dilectos in Christo filios, religiosos viros Abbatem & Conventum Monasterii de **Winchelcumbe**, Ordinis S. *Benedicti*, nostræ diœcesis, Ecclesias parochiales de **Winchelcombe, Rowell, Schurburne, Duynnyng, Bladyngtone**, eis & eorum Monasterio appropriatas & unitas; necnon portiones & pensiones annuas; *videlicet* ab Ecclesiâ de **Bladyngtone**, *xx s.* De Ecclesiâ de **Pukeltone**, infra parochiam Ecclesiæ de **Quentone** *x s.* Decimas de terris dominicis apud **Bladyngtone**. Decimas etiam de terris dominicis ipsorum, apud **Adelmyngton**; ac decimas de terris dominicis ipsorum apud **Berstone** *sicca*. Decimas etiam de terris dominicis ipsorum in **Stawntone** & **Snowshulle**: necnon duas partes Decimarum majorum totius parochiæ de **Stawntone** prædictâ, ac etiam Decimas de terris dominicis ipsorum apud **Alne**, in parochiâ de **Ayneswaxtone**: necnon decimas de terris dominicis ipsorum apud **Charletone, Hallynge, Haseltone**, & **Panwoxth**, dictæ nostræ diœcesis obtinentes, percipientes, possidentes, & habentes, ad exhibendum munimenta, jura, & titulos, quibus præmissas Ecclesias, portiones & pensiones sic occupant, detinent & percipiunt, fecerimus ad certum diem & locum competentes, coram nobis ad judicium evocari; idem religiosi viri, juxta effectum vocationis nostræ hujusmodi, coram nobis die & loco ad hoc assignatis legitimè comparentes, proponi fecerunt, quod ipsi prædictas Ecclesias superiùs memoratas; necnon portiones & pensiones ritè fuerunt & sunt assecuti; ac ipsas, à tempore assecutionis hujus, per nonnulla tempora obtinuerunt, possiderunt, perceperunt, & habuerunt pacificè & quietè, petentes à nobis sæpiùs & instanter, quod ipsos, ad præmissa probanda in debitâ juris formâ admittere; necnon, pro eorum hujus possessione Canonicâ pronunciare, eaq; confirmare, & à nostris officio & examine dimittere dignaremur.

Nosq; dictis religiosis viris in hac parte vo-

len-

lentes facere justiciæ complementum, Literas Apostolicas bullatas, & alia munimenta in hac parte sufficientia, ac alias probationes, præmissa concernentes; per eosdem, coram nobis judicialiter exhibitia, admisimus, inspeximus, & diligenter examinavimus; per quæ ipsi religiosi viri, suam intentionem sufficienter in hac parte fundaverunt; undè nos legitimè procedentes, pro jure, titulo & possessione Canonicâ eorundem religiosorum virorum in Ecclesiis, portionibus, pensionibus, & decimis supradictis; ipsasq; Ecclesias, portiones, & pensiones, necnon & decimas omnes & singulas memoratas, ad ipsos religiosos viros & eorum Monasterio pertinuisse; ac & modo & formâ, de quibus præmittitur pertinere, & pertinere debere in futurum, pronunciamus & declaramus sententialiter & diffinitivè, in his scriptis; præmissasq; Ecclesias, decimas, portiones, & pensiones omnes & singulas, per ipsos religiosos viros, ut præmittitur, assecutas, eis & eorum Monasterio, ex certâ nostra scientia, auctoritate nostrâ Ordinariâ confirmamus; ac ipsos veros & Canonicos, in eisdem Ecclesiis, decimis, portionibus & pensionibus possessores fuisse & esse decernimus; easq; ratas & firmas eis habere volumus in perpetuum eosdem religiosos viros, tanquam sufficienter in hac parte munitos à nostris officio & examine, quoad omnia & singula dimittimus per Decretum. In quorum omnium testimonium Sigillum nostrum fecimus his apponi. Data in Manerio nostro de **Bloketey** *xvi.* die mensis *Novembris*, anno Domini *MCCCC.xiii.* & nostræ translationis anno quarto.

lb.f.111.b. *Ex vitâ* Roberti *quarti*, Winchelcumbensis *Cœnobii Abbatis.*

ANno itaq; quinto Regis *Ricardi* primi, optimo Patre *Radulpho*, ab *Winchelcumbensibus* sublato, religiosus vir, *Robertus*, nostri loci monachus, legitimis omnium suffragiis, in ejus locum sufficitur, homo certè omni genere virtutum admodum commendandus; qui ea diligentiâ, prudentiâ, sollicitudineq; in his præsertim, quæ tum ad divinum cultum, ac regularem observantiam, tum ad novam Ecclesiæ nostræ, domorumq; claustralium extructionem; tum ad augmentum possessionum nostrarum attinebant, semper usus est (&c.) Inter tamen cætera, quæ nobiliter & munificentissimè, in nostri Cœnobii utilitatem, atq; commodum fieri procuravit, illud occurrit ab omnibus posteris, non ab re accuratissimè animadvertendum, quòd dominia nostra de *Yanworthâ*, *Hasiltonâ*, *Hallynga*, cum advocatione Ecclesiarum in eisdem noster Abbas *Robertus*, de manibus Domini *Williel.* Advocati *Betuna*, expositis, pro eisdem ad vices amplius, quàm quingentis quinquaginta & octo libris primò nobis adquisivit. Exposuit præterea in deforestationem dominii nostri de *Twynnyngyâ* (quod priùs commemoratum est, inter ea quæ pertinebant ad forestam de *Harwellâ* & *Ambresleyâ*) quinquaginta & septem marcas duodecimq; solidos sterlingorum. Hic etiam reverendus Pater, haud sine multarum pecuniarum effusione nobis fieri procurabat Aquæductum, quo in fistulis plumbeis de fonte apud le **Wanwell**, usq; ad Abbatiam nostram, sub terræ meatibus continuo motu, aquâ mundissimâ decurrere valeret, (&c.)

Ipsius etiam *Roberti*, viri optimi, decreto Ordinatum fuit; ut cras*tino Omnium Sanctorum*, quotannis; pane, potu, jurilento unoq; ferculo, centum pauperes pascerentur, ob fidelium animas pœnis Purgatorii liberandas. lb.f.112.

Statuit præterea, ut quoties obtigerit quempiam Monachorum nostræ Ecclesiæ obire mortem, ejus tum nomen per totam *Angliam*, *Scociam* & *Walliam*, apud omnia regularia loca quum primum esse denunciandum, quatenus etiam ipsi ejus animæ Deo optimo maximo humili prece commendent, (&c.)

Ex Vitâ Johannis Yanworthe *Abbatis.* lb.f.122.b

ANno equidem Regis *Henrici* tertii, uno supra tricesimum, Sancti Patris *Henrici* Abbatis honorabili funere, magnâ celebritate (uti justissimum erat) peracto; delegerunt Monachi in ejus locum, communi eorum assensu, religiosum virum, *Johannem*, cognomine *Yanworthe*, nostri loci meritissimum Celerarium, (&c.) Inter tamen cætera, quæ ab eo legimus gesta fuisse, illud occurrit maximè commendandum, quod dominium nostrum de *Dri-Mersfonâ*, ampliùs quam *MCxxx.* marcis, Ecclesiæ nostræ perpetuo possidendum perquisierit. Alia etiam perquam plura, tum in decimis, prosionibus; spiritualibus, tum in prædiis, nostræ Ecclesiæ illius tempestate, ascriptæ fuere, (&c.)

Ex vitâ Richardi Ydeburi *Abbatis.* lb.f.226.b

ANno præterea Regis *Edwardi*, filii Regis *Edwardi*, nono; religioso Abbate *Thomâ* ab *Winchelcumbensibus* sublato; honorandus vir, *Ricardus* cognomine *Yâburei*, Ecclesiæ nostræ venerabilis Sachrista, in ejus locum, juxta patrum Canones suffectus est, (&c.) Idem *Ricardus*, cum Manerium de **Rowell**, quod est contiguum Maneriis suis de **Ballyng**, **Corsuene**, & bosco suo de *Winchelcumbâ*, immediatè, venale fuisset; idem Abbas cepit dictum Manerium ad feodi firmam, pro quo solvit, cum suis pertinentiis quingentas & quinquaginta libras. Illis etiam temporibus perquisivit idem Abbas assertum infra bundas Manerii sui de **Cinnestone**, quod custavit in omnibus, cum pacificâ possessione vicinorum, Centum marcas, (&c.) Idem perquisivit Abbas le ferme de **Cotes** perpetuò.

Ex

Fol. 153. a. *Ex vitâ* Walteri Winfortune *Abbatis.*

ANno equidem Regis *Edwardi* tertii, quarto supra tricesimum, *Roberto* de *Ippewellâ* nuper Abbate, per propriam abdicationem officio regiminis Abbathiæ nostræ absoluto; sortitus est ejus locum, bonorum virorum suffragiis, qui tantum Deum præ oculis habuerunt; per viam (ut aiunt) compromissi, venerandus vir *Walterus* de *Winfortonâ*, sacratissimæ ædis *Wigornienſis* meritissimus celerarius, (&c.)

Idem præterea reverendus Pater, secum crebro animadvertens, quo modo Abbathia nostra, ab publicis ministris Domini Regis, contra omnem justiciam esset molestata; maximè verò ab illis ministris, qui Hundredis de Bystisgate, Wolfold, & Cæstton tum præfuerint; eò quòd tum eadem Abbathia nostra, tum ferè omnes possessiones nostræ, in eisdem Hundredis, situata existerent. Venit proinde eidem venerabili patri *Waltero* in mentem, quod paci & quieti nostri multum conferret; si præsidio, laboreq; amicorum suorum, eadem Hundreda essent Ecclesiæ nostræ subjecta; occupataq; per proprios nostri loci ministros: Hanc nanq; ob rem regiam majestatem aggressus est *Walterus*; apud quem, tum prece, tum precio, tum amicorum præsidio; demum, post multos conatus, quod petierat impetravit; eâ itaq; clementiâ, eâ pietate, eaq; benignitate fuerat illustrissimus princeps *Ricardus* secundus in *Winchelcumbenſes*, ob amorem divi martyris *Kenelmi*, eorum glorioſissimi patroni, ut visus sit plurimo gaudio affici, sibi dari occasionem, quæ Monasterio nostro aliquod beneficium conferret, quo sui memoriam illius loci Monachi, majori devotione, de cætero, haberent.

PAG. 191. col. 2.

Ex cod. MS. in bibl. Cottan. [Faustina B. 3.]

De primâ fundatione Wiltonienſis *Cœnobii.*

HAc fundatorum sunt nomina Cantariæ Prioriæ *Ellendunia*, id est *Wiltonia*. Fundator Cantariæ fuit *Wulfranus* Comes *Ellendinia*, id est *Wyltonia*, pro animâ ejus & antecessorum ejus animabus. Fundator Prioriæ fuit *Egbertus* primus Rex totius *Angliæ*, & ipse fuit causa mutationis nominis *Britanniæ*: Sed *Elburga*, filia *Alqmundi* martyris, filii *Alrudi* Regis *Northumbrorum*, & soror *Egberti* Regis, ex parte matris, quia *Egbertus* fuit filius *Alqmundi*, filii *Offæ* Regis, de prosapiâ *Inæ*, post mortem Patris *Alqmundi* martyris, filii *Alrudi* Regis *Northumbrorum*, & sui mariti *Walfranni* Comitis de *Ellendiniâ*, id est de *Wyltonia*, vovit se castitati, & petiit ac desideravit de *Egberto* rege fratre suo, concedere sibi auxiliumq; præbere de suo Manerio in *Wyltonia*, fundare unam Prioriam, ut ipsa castè ibidem vivere potuisset, cum duodecim mulieribus etiam castè viventibus, ac virginibus eodem proposito existentibus, quod concessit Rex, & Manerium Comitis *Ellendinia*, id est *Wylt.* cum suis pertinentibus, datur in perpetuam elemosinam, mulieribus seu virginibus castè viventibus, anno Domini *DCCLxxii.* 773. j

Dicit hæc Magister *Henricus Crompe* albus Monachus & Doctor in theologiâ, in suo tractatu de fundatione omnium Monasteriorum in *Anglia*, à tempore Sancti *Birini* confessoris & Episcopi *Dorchestrensis*, usq; ad tempus *Roberti Grosthede* Episcopi Lincolniæ; in secundâ parte libri, ubi tractat de Monasteriorum regni *Westsaxoniæ* fundatione, Capitulo sic incipiente, *Regnum* Westsaxoniæ *quod incepit anno Domini* Dxix. *sub Duce* Cerdyke, *duravit omnibus septem regnis duravit, cujus caput fuit* Ellendinia, *id est* Wyltonia, *quæ per regem Alrudum dabatur Sanctimonialibus.*

Secundus fundator fuit *Adelwulfus*, filius *Egberti* Regis totius *Angliæ*. Tertius fundator fuit *Ethelbaldus* Rex, filius *Adelwulfi*. Quartus fundator fuit *Ethelbryatus*, frater *Athelbaldi*: Sed primus fundator reverendæ Abbathiæ, seu Monasterii *S. Editha*, adhuc prosperè in *Wyltonia*, bono statu existentis, erat ille gloriosus Rex *Alrudus*, junior filius *Adelwulfi*, & frater junior prædictorum trium regum, quem *Leo* Papa unxit in Regem, dum apud eum *Romæ* adhuc juvenis residebat: Qui Rex *Alrudus* causâ *Elfledæ* infantis, & filiæ principis *Edwardi* senioris, *Mucildæ* Reginâ *Elfidæ* ducissâ *Marchiæ* & *Ethelswythæ* infantulæ genitrice suadentibus, *Edwardo* patre ejusdem *Elfidæ* infantulæ annuente, suum Manerium in *VWyltonia*, cum omnibus suis libertatibus, dedit in perpetuam elemosinam Sanctimonialibus, per illum in prædicto Monasterio mox facto institutus, imperpetuum duraturum.

Carta Regis Athelstani, *de* Nywantune.

Ex Cartulario de Wilton penès Comitem *Pembr.* an. 1658.

Ðiſ hiſ Noŋþ Nipantuneſ boc.

Id est.

Ib. fol. 73. a

Hic est Nywantunæ *aquilonaris Codicillus.*

IN nomine Dei excelsi, qui cunctum suo sancto moderamine, sub axe & supra mundum gubernat; est enim singulis quibusq; sollerter studendum, dum indulta temporum spatia Dei nutu concessa possident, ut ea quæ in diebus illorum aguntur, literarum apicibus com-

mendare curaverunt, ne in oblivionem successorum perveniant, quæ inantea salubriter fuerunt constituta: Quamobrem ego *Æthelstanus*, omni creantis dispone[n]te clementia, Angligenarum omniumq; gentium undiq; sexus habitantium Rex, donans concessi ad Monasterium Sanctæ Dei genitricis *Mariæ*, quod dicitur Wiltune, quandam telluris particulam; decem scil. manentium, ubi ab incolis Spæantune nominatur, te Lyne strete, & quinq; casatos secùs silvam, quæ appellatur Saternac, illi in loco ubi plebis narratione dicitur at Stretes eaxe, cum campis, pratis, & pascuis, & silvis, & omnia illuc pertinentia; magnis, modicisq;, notis ignotisq; æternaliter possidenda. Sit autem prædicta terra libera ab omnibus secularibus negotiis præter expeditione, & Pontis, Arcisvè constructione. Præcipimus etiam in nomine S. Trinitatis, ut nullus nostrorum successorum hanc cartulæ, nec cum antiquâ cartâ, nec cum alicujus ingenii sagacitate ledere valeat, sed ipsa semper in suo statu fixa & inlesa permaneat. Consentientibus & conservantibus hanc nostram diffinitionem, perpetua maneat Pax: Contradicentibus vero vel frangere nitentibus, pœnalis sit vindicta, nisi in præsenti emendent tecto. Territoria autem hujus agelli, hæc sunt.

Aspert on Auene at Stintes ford þat ⁊ lang weges on Tealton forde ⁊ þa on gean stream on pipeles forde. þonne ⁊ lang þaes fyrd hengaþes on Sand beorh. Of þam beorge to Botan pylle. þonne forð be streame on blacan lace. þ ⁊ lang lace on Apene. ⁊ þa and lang streame. eft on Stintes forde.

Thiss synd þa land gemære at þam Oran. Æpest on heesel pylle þ and lang weges on Beorh dic. þonne ⁊ lang hæge dic on Risþyssel ⁊ þa west on butan on bradan stane. of þam stane on pugan dic. þonne on lusa beorg. þ ⁊ lang weges on neadan sloh ⁊ þa to podnes dic. þonne forð be þare dic on Cyssel geat. þonne to Dnag stane ⁊ þa to Weosleage. Of þare leage * ⁊ lang Oxna paþes, eft on heesel pylles

* Ib.

Id est.

* Hodie Avon.

INprimis ad *Avenam** (fluvium sic dict.) apud vadum Stintesford dictum; inde per viam ad vadum Tealtonford dictum: Et sic adversus fluvium ad vadum Wiselesford dictum: Inde per liberam viam militarem ad collem arenarium; à colle ad torrentem (vel fontem) Botan-wylle dictum; inde secùs fluvium ad nigrum lacum, inde per lacum ad *Avenam*, & sic per fluvium iterum ad vadum Stintesford dictum.

Hi sunt fundi (vel, terræ) limites apud Oan. Inprimis ad fontem Wessetwylle dictum; inde per viam ad Beorhdic (*i.* collis fossam;) inde per fossam ad Scirpetum: Et sic Occidentem versùs ad *Brudanstanam* (*i.* latum lapidem;) à lapide ad aggeris fossam: Inde ad Lusæ collem; inde per viam ad rubeum volutabrum (*i.* stagnum:) Et sic ad *Wodem* fossam; * inde a fossâ ad spelunceæ portam (*i.* ostium;) inde ad *Dragstanam* (lapidem sic dictum;) & sic ad *Mossleagam* (*i.* campum muscosum;) a campo per viam boariam iterum ad Wessetwillam. * Hodie Wansdike

Acta est autem hæc scriptio hujus kartulæ, anno dominicæ incarnationis *DCCCCxxxiii.* his consentientibus testibus, quorum nomina subtus notatæ sunt.

Ego *Athelstan* Rex *Anglorum* præfatam donationem indeclinabiliter concessi. Ego *Wisthelm Dorobernensis* Ecclesiæ Archiepiscopus consignavi. Ego *Ælfeah Wintoniensis* Ecclesiæ Episcopus consensi. *Eadred* Episcopus, *Cenwald* Episcopus, *Wulfsinus* Episcopus, *Do* Episcopus, *Aelfeah* Episcopus, *Farbric* Episcopus. *Aelfwold* Dux. *Ulured* Dux. *Odo* minister, *Wulfgar* minister. *Sigered* minister. *Eadmund* minister. *Aefric* minister. *Wulfsige* minister. *Aelfnere* minister. *Wihtgar* minister. *Aethelwold*, minister. *Aelfheah* minister. *Aelfred* minister. *Wulfmeer* minister. *Wulfgar* minister,

Carta præfati Regis Athelstani, *de sex mansis apud* Brydancumbe. Ib. f. 59. a.

Thiss hiss Brydancumbes land boc þe Æþelstan cing gebocode þam hipum æt pilsune, fos hine ⁊ fos Eadgiede hiss sysstos on ecne ysse.

Id est.

Hic est prædii *Brydancumbæ* dicti codicillus, quod *Athelstanus* Rex scripto contulit Conventui *Wiltoniensi*, pro seipso, & pro *Eadgida* sorore suâ in perpetuam hæreditatem.

Regnante theomeona eoum. Neminem quippe immortali solo, quamvis universam cosmi seriem quisq; solerti mentis acumine perlustret expertem reperiret debitæ mortis extitisse, illamq; justè severitatis sententiam protoplasti prævaricationis noxam delatam evasisse; ut dicitur, *Terra es, & in terram ibis; Pulvis es, & in pulverem reverteris.* Sed tamen divina clementia in erarchali potentiâ nobis jacentibus in infimis ad antrapon, salutem concessit duo inesse, quibus tantum humanarum constat effectus actuum; voluntas *scilicet* atq; Ib. b.

pote-

potestas: Idcirco illæ divitiæ cum mentis intentione diligendæ sunt, quæ nunquam decipiunt habentem; nec in ipsâ morte amittuntur, sed plus habundant, dum cernitur quod amatur: Quapropter ego *Æthelstanus*, nodante Dei gratiâ basileos *Anglorum*, & æquè totius *Britanniæ* orbis curagulus, perpetuali libertate tribuendo condono venerabili Collegio Christicolarum, in illo celebri loco qui dicitur Wilhore, ad Ecclesiam S. *Mariæ* matris Domini, in sempiternâ hæreditate, sex mansas hilariter impenderem, ubi turicoli antiquo usu nomen imposuerunt, & appellativa relatione nuncupaverunt Brydancumba juxta dirivativis aquarum cursibus at Nodder; ut illa præfata congregatio prædictam terram habeat ac possideat, cum omnibus ad se ritè pertinentibus, Campis, pratis, pascuis, dirivatisq; cursibus aquarum, seu supradiximus, in æternam hæreditatem. Hoc autem fructuosum eulogige munusculum, in sempiterno graphio, cum signaculo Sanctæ *Crucis* maneat, pro redemptione piaculorum meorum, necnon & germanitatis meæ, Eadslede; eatenus, ut vestra veneranda Monasticæ Classis caterva, medullata Orationum holocaustomata, concorditer nostri memoriam summo tonanti commendare non pigeat. Sit autem prædictum rus ab omni mundiali censu & regali coactione liber, exceptis istis tribus, expeditione, * Arcis, pontisve constructione: Injunctis verò successoribus hoc jus donationis augendo amplificando satagerint, augeat, amplificetq; cuncti parens genitor, in hoc præsenti vitam illorum; & inter cœlibes beati fœlices, quæ sine fine in æterna doxa letentur. Si quis autem, quod non optamus, hanc nostram donationem infringere temptaverit, perpessus sit gelidis glaciarum flatibus, & malignorum spirituum: terribiles tormentorum cruciatus evasisse non quiescat, nisi priùs in riguis pœnitentiæ gemitibus, & purâ emendatione emendaverit.

* Ib. 60. a.

* Ib b.

Istis terminibus prædicta terra circumgyrata esse videtur.

Ðis sÿnoon þa land ȝemæro æt Brÿdancumbe. Of Noddre staþe up ofer east cumbe, spa se stan hrÿcȝ scyt to þem heeþanne Bÿrȝelse. þonne þest ⁊ lang hriȝes spa se herepoþ sceat to þam beorȝe to scorte hrÿþrum. þonne forð be ÿfre oþ Bringþoldes treoþ. þonne ⁊ lang herpoþes in on beorȝe, forð þonne ⁊ lang streames oþ Oxnaford. þonne þær ofer on ane lake. þonne ⁊ lang lake eft in on Noddrei

Id est.

HI sunt fundi limites apud *Brydancumbam*. A *Nodderi* * (fluvii) ripâ sursum ultra orientalem vallem, sicut agger lapideus protendit se ad sepulchretum in planitie; * inde Occidentem versùs per aggerem sicut via militaris procurrit in collem ad breve hrÿþrum, indè per Yfram ad *Bringwoldi* arborem, tunc per viam militarem ad collem; deinde per fluvium usq; *Oxnafordam*; (*i.* vadum boarium:) indè trans vadum ad quandam lacum, inde per lacum iterum ad *Nodderum*.

* Hodd. Adderbourne.

* Forte, Stonehenge.

Acta est hæc præfata donatio, anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi *DCCCCxxxvii*, Indictione *X*.

Ego *Æthelstanus* Rex totius *Britanniæ*, præfatam donationem, cum Sigillo *S. Crucis* confirmavi. Ego Wulfhelm *Dorobernensis* Ecclesiæ Archiepiscopus, ejusdem Regis donationem cum tropheo agyæ Crucis consignavi. Ego *Æfheah Wintoniensis* Ecclesiæ Episcopus triumphalem tropheum agyæ Crucis impressi. Ego *Theodred Lundoniensis* Ecclesiæ Episcopus consignavi. Ego *Cenwald* Episcopus, prædictum donum consensi. Ego *Odo* Episcopus confirmavi. Ego *Æthheah* Episcopus consignavi. Ego *Burgric* Episcopus consensi. Ego *Æthelgar* Episcopus roboravi. Ego *Æfwold* Dux. Ego *Uhtred* Dux. Ego *Odo* minister. Ego *Wulfgar* minister. Ego *Sigered* minister. Ego *Ælfric* minister. Ego *Eadmund* minister. Ego *Wulfsige* minister. Ego *Æfhere* minister. Ego *Witgar* minister. Ego *Æthelwold* minister. Ego *Æfheah* minister. Ego *Ælfred* minister. Ego *Wulfmare* minister. Ego *Wulfgar* minister. Ego *Ælfsige* minister. Ego *Ælfnoth* minister. Ego *Ordeah* minister. Ego Ordeah minister. Ego *Ælfric* minister. Ego *Sigulf* minister. Ego *Beorthnoth* minister. Ego *Æthelstan* minister. Ego *Ælfric* minister. Ego *Eadric* minister. Ego *Ealhelm* minister. Ego *Ælfsige* minister. Ego *Æthered* minister. Ego *Æthelmund* minister. Ego *Wulfhelm* minister. Ego *Wullaf* minister.

Ib.

Carta Regis Eadwie, *de* Ceolcum. Ib. f. 83. a.

IN nomine Dei & Domini nostri Jesu Christi, anno Dominicæ incarnationis *DCCCCLv.* ego *Eadwie*, divino fulciente numine, nunc nuperime Rex regimina tentans, audivi à sapientibus & prudentibus hanc mellitam dulcedinem sermocinationis seriem, quod *bona voluntas, in die Examinationis pro bono opere reputabitur*, idcirco venerandi Sanctimonialium congregationi

gationi, in Monasterio quod dicitur Wiltune, terram, quæ dicitur at Ceolcum, centenis estimatam mansiunculis, in jus perpetuum ab omni seculari servicio liberam, præter Arcem, Pontium, Expeditionem, libenter admodum concedo; & interposito tenore, quin nostrorum nemo successorum, nec cum antiquâ Cartâ, nec cum alicujus ingenii sagacitate *quam diu Christianitas vigeat, hoc nostrum decretum audeat violare: Et quisquis, benevolâ mente, meam donationem amplificare satagerit, in hoc præsenti seculo vitam illius prospera fœliciter longiturnæ vitæ gaudia teneat: Si quis autem propria temeritate violenter invadere præsumpserit; sciat se proculdubio ante tribunal districti Judicis titubantem, tremebundumq; rationem redditurum, nisi prius digna satisfactione emendare maluerit. *Ib. b.

Et hiis limitibus hæc telluris particula circumgirari videtur.

Æþeſt on Aſte peaſde be eaſtan Stoke þaſe hine landæ up oþ Ebbeleſburnan ⁊ lanz anſe ealdſe dic þiþ Aelfeazeſ. land zemæro. þanne æt þaſe diche ende hit byhð eaſt aenne aekeſ innan Æſſheazeſ land. *þanne at þæſ akeſeſ up endæ hit ſehð on ða land zeþýnſu up oþ land ſcaſe hlinche. ſnam þam hlinche up ⁊ lanz þaſa land zeþýnſa oð puðuburzh hýlle. þanne býhð hit þæſſeſt on þaſe cnihtaland anne akeſ. ðonne ðanan eſt endlanz ðaſa land zeþýnſa þat ðýnſeſ oſeſ middel dune oþ þat hit cýmð to þam haþenum býnzelſum. þonne ſoſð oſeſ ða ðný cnundelaſ oð þat hit cýmð to þan þoſne ⁊ þaſ to þeze ⁊ ſſa ſoſð and lanz þezeſ oð þat hit cýmð to þan hokedan zaſan. ðonne belýhð hit ðone zaſan utan oð þat hit cymð to land ſchaſe þeze. þonne ſoſð and lanz þezeſ oð þat hit cýmð to Chetoleſbeorze. Oþ ðam beorze þat hit ſtícað on Cheoteleſ heaſde. þanne to Michelan býnz. ðonne to tþozan. þonan to hloſ hnýcze ⁊ ſſa to Beorn hanneſ þeze. *of þan þeze to Bican ſetle ⁊ *Ib. b.

þonne and lanz þezeſ to tilluceſ leaze. ⁊ þanne þeſt to Laneſ weſe. þonan to pulſ pýttan. ðonne to meaſe tweoſe ⁊ ſſa to Bitan ðene. þonne and lanz Bitan ðene to Coſteſhamme. þonne ſoſð oð ðat hit cýmð þaſ mon þane chiorl ſloh foſ ðan buccan. þone þonan to eſſe zſaſan ſoſð. þone to meo akeſan. þone ⁊ lanz þezeſ up onzene zaſan. ⁊ ſſa ⁊ lanz hnýczeſ þaſ hit cýmð to Beaceſ hlaſe. ðone eſt ⁊ lanz þezeſ to Scýldeſ tweoſe. a ðune þone ⁊ lanz land ſchaſe ðene. þone æt þaſe ðene ende to ðan hefe-paſe æt heaſod ſtoccan. þone licziað binnan þiſſum zemæruum ſýx hida landeſ hýrað to Dunheaſdan.

þa zemæro ſýnt þuſ zemæroe. Æþeſt oþ þaſe ſtſtæte æt þaſe eno hit zeþ upon ane ſuþ oð þat hit cýmþ to þæſ hlincheſ oſde to þan ellen ſtýbbe* þannen to pinteſburze zeate. þonan to Epna diche zeate. þone to þane ſtane caſtel. þone to ealtan ſeaðe. oþ ðam ſeaðe up on Mapuldoſ cumb. þone ⁊ lanz cumbeſ to þæſ cumbeſ heaſde. þone to Ippan beorze. þonan to þoſnþýlle ⁊ ſſa ſo þan þeſe. þone on þone hefe paþ peſt. þone ⁊ lanz hefe-paþeſ to þam heaſod ſtoccum þæſ þe hit æt ſoſleten. *Ib. 85. a.

Ðaſ zemæro ⁊ þaſ ſýx hýða þe læraþ hut oþ þiſſe boec. Nuþeþþ hit eſt on þa lanth zemæro æt þan heaſod ſtoccan þþýneſ oſeſ þons hefepaþ to noſth dune ende. þonan to Bnýðinza dic. thonne eaſt ⁊ lanz hnýczeſ oþ þa ſuþ. Ðone liczaþ heſ ſýx hiðe þe hýrath to Rimuc þuðe þþýneſ oſeſ ealle thæt land the hýrth to Cheolcun. Ða zemæro ſýnt þuſ hitene Nithaſ ⁊ lanz þeſe ſýſh þ hit cymth to hýnel. þone þþyneſ oſeſ hynel* on tha ſuþ oſeſ Clænan dune. þone þuþ þuðu to tþozan bibyzth þone thone þuða the hyrth to Rimuc þuða þat hit cymth up on hnicz þeze. þone eſt on Clænan dune minþ. þone on oþþe healſe aneſ hiþiſceſ þat hit cymþ to hynel to þam cliſe. ⁊ ſſa and lanz cliſeſ to Aſðene. þone zæþ hit noſþ oſeſ hynel to þam pyttе ſeiſ æt land zemaſe. Ðiſ land þe letaþ eac hut oþ þiſſe bocc. þone oþ þan pyttе eaſt and lanz hnýczeſ to Stoc hæmalande ſſa þane ſoſþ þat hit cymþ eſt innan Ebbeleſ burnan. þone ⁊ lanz ſtweameſ to þan þæſſe æſ onſenzon. *Ib. 86. a.

Ðiſ ſyno þa land zemero on Semeleaze. Æþeſt on Noðne ſoſde æt zenonzemyhan. up be Noðne to Chealſa leaze. þone þþeneſ oſeſ þa leaze peſt ⁊ ſuþ and lanz Beoſcoſan. þone oſeſ Lindoſan. þonan to Reocheſoſan ⁊ ſſa on þa ſtizele. þanna to Radeleaze. þonan to Bilanleaze ⁊ ſſa on ſemeð oþ hit cymþ eſt to Noðne ſoſde.

Id est.

INprimis apud *Asteweardam* ad Orientem terræ colonariæ (vel, servilis,) Stoke dictæ, sursum torrentem versùs *Ebele* *dictum, per quandam antiquam fossam juxta fines fundi cujusdam *Aelfegi*, deinde ad finem fossæ ingerit se Orientem versùs per spatium unius jugeri in fundum *Aelfegi*; *Hodie Ebbesborne.

tunc

tunc ad finem illius jugeri superiorem porrigitur in terræ flexuram sursum usq; territorii aggerem; ab aggere sursum per terræ curvationem usq; collem Wudubuth * dictum: tunc occidentem versùs per spatium unius jugeris procurrit in puerorum terram: Deinde iterum per terræ curvationem; indè transversè ultra medium montem donec pervenitur ad sepulchretum in planitie; * Deinde ultra tres cpunoelas (*i.* forte, tumulos:) donec pervenitur ad spinam: Et inde ad viam, & deinde per viam donec pervenitur ad vallis Hokedan dictæ imum: tunc flectitur extra (vallis) imum usq; dum pervenitur ad *Chetoli* collem; à colle protenditur in *Chetoli* caput, inde ad *Michelenbyrgam*, inde ad *Tregam*, inde ad *Herſbyrgam* (aggerem vel terræ dorsum sic dictum:) & sic ad *Beornhammæ* viam; à via ad *Bicanſellam* (mansionem sic dictam:) tunc per viam ad campum *Filmeſtæge* dictum: Et tunc Occidentem versùs ad lacum (vel stagnum) *Lareſmere* dictum ad *Lupi puteum*: * inde ad arborem terminalem, & sic ad vallem Eitandene dictum: Inde per *Bitandenam* ad Cotesshamme: Deinde rectà donec pervenitur ad locum ubi homo quidam occidebatur pro damnò, deinde ad lucum Castgratan dictum, deinde ad jugerum pascuale; tunc per viam sursum adversus vallis imum: Et sic per terræ dorsum donec pervenitur ad aggerem Bradelsham dictum: Tunc iterum per viam ad arborem Scylocstrowe (*i. e.* forte patibulum) dictam; Tunc deorsum per regionis vallem, tunc ad vallis finem in viam militarem apud Stoke caput. Continentur autem intra hos limites sex hidæ terræ ad Dunheafdan pertinentes.

* hodiè, Woodborough.

* forte, Stonehenge.

* hodiè, Wolfhall.

Limites sic nominantur: Inprimis à plateæ fine protendit se ultra quendam sulcum donec pervenitur ad aggeris initium, ad roboris stipitem; inde ad *Winterburgæ* portam, inde ad portam fossæ *Eſnæ* dictæ; inde ad lapideum castrum, inde ad communem foveam, a fovea sursum ad convallem Papulan dictam, indè per convallem ad convallis caput, inde ad *Ippanbeorgam* (*i.* montem specularem, vel speculam prabentem,) inde ad fontem spinosam, & sic ad vivarium, inde ad viam militarem Occidentem versùs, inde per viam militarem ad capitalem stipitem unde discessimus.

Limites & sex terræ hidæ omisimus ex hujusmodi codicillo. Nunc incipiunt iterum terræ fines apud capitalem stipitem obliquè ultra viam militarem ad Aquilonarem montem, inde ad *Bridynga* fossam, inde Orientem versùs per dorsum terræ usq; ad sulcum, inde jacent hic sex hidæ quæ pertinent ad *Rimuci* sylvam transversè ultra universum fundum ad Cheolcam pertinentem. Limites sic vocantur, deorsum per sulcum usq; dum pervenitur ad Hyrel, tunc obliquè ultra Hyrel ad sulcum ultra montem Clene dictum: tunc per sylvam ad Trogan flectitur, inde per sylvam ad *Rimuci* sylvam spectantem, donec ascenditur *in Hricwegam* (*i.* viam aggeratam,) tunc iterum ad *Clenendune* mind: inde ad sesquialteram hidæ partem donec pervenitur ad Hyrel, ad clivum; & sic per clivum ad *Aſdenam* (*i.* asinorum vallem:) inde tendit Aquilonem versùs tran: Hyrel ad puteum ad terræ finem sicum (puteum forte terminalem:) Hanc terram omisimus etiam ex hoc libro. Tunc à puteo illo Orientem versùs per dorsum terræ ad terram Stochemalande dictam; sic inde donec regredimur intra torrentem Cheltesburne dictum: Tunc per fluvium usq; ad locum ubi incepimus.

Hi sunt terræ termini apud *Semeleagam*: Inprimis ad *Nodderi* vadum apud Xenonxe ostium (vel, foramen:) sursum per *Nodderum* ad campum Chealfalæge dictum: Tunc obliquè trans campum Occidentem & Austrum versùs per *Beorcoram* (littus, ripam, vel oram sic dict.) tunc ultra *Lindonam*: inde ad *Reexbeſoram*, & sic ad scalam: Inde ad campum Radeleage dictum: Inde ad *Bilenleagam*, & sic insimul donec pervenitur ad *Nodderi* vadum.

Ego *Eadw'g* Rex *Anglorum* præfatam donationem sub Sigillo S. Crucis indeclinabiliter consensi atq; roboravi. Ego *Eadgar* frater ejusdem Regis, cum Sigillo S. Crucis confirmavi. Ego *Odo Doroberneſis* Ecclesiæ Archiepiscopus, ejusdem Regis Principatum & benevolentiam signo Sanctæ Crucis perstruxi. Ego *Wulfſtan* Archiepiscopus prædictum donum consensi. Ego *Ælfſie Wintonienſis* Ecclesiæ Episcopus corroboravi. Ego *Cenwald* Episcopus confirmavi. Ego *Oſulf* Episcopus consignavi. Ego *Ælfwold* Episcopus roboravi. Ego *Byrhthelm* Episcopus consensi. Ego *Wulfſie* Episcopus subarravi * Ego *Wilfhelm* * lb. 86. b. Episcopus signum Crucis imposui. Ego *Oskitell* Episcopus concluſi. Ego *Kyneſie* Episcopus consensi. Ego *Athulf* Episcopus consignavi. Ego *Daniel* Episcopus benedixi. Ego *Dunſtanus* Abbas testudinem S. Crucis subscripsi & confirmavi. Ego *Byrhthelm* Diaconus hoc prædictum donum laudavi. Ego *Æthelferth* Diaconus libenter consensi. Ego *Ælfgyth* Magistra præfati Monasterii, cum gaudio magno recepi. *Aethelſtan* Dux. *Athelmund* Dux. *Eadmund* Dux. *Æthelſtan* rota Dux. *Byrhtferth* Dux. *Leofwine* propinquus Regis minister. *Aelfhere* * ex parentelà Regis minister. * lb. 87. a. *Aelfheah* frater ejus minister. *Aelfſie* minister. *Aethelmar* minister. *Aelfric* minister. *Aelfgar* minister. *Byrhtferth* minister. *Oſweard* minister. *Aelfſie* dyring, minister. *Lyneſie* minister. *Aynſie* minister. *Aelfred* minister. *Aelfheah* minister. *Aethelgeard* minister. *Aethelbrihe* minister. *Oſulf* minister. *Eſwig* minister. *Irdwald* minister. * lb. b. *Wulfgar* minister. *Aelfric* minister. *Aelfwold* minister.

Đone beode þe ȝodeȝ bebode ⁊ þaȝ Cinȝeȝ ⁊ þas Ercebiscopes ⁊ ealra þa Biscopa þe heora noman hebon aþitene ȳnton. ⁊ þiȝ eall ȝedaȝedan ⁊ þaȝ boc into þare stope ȝebletodan þat ne ȳ nan man þe ðyȝeȝ landeȝ æniȝeȝ dæleȝ bruke, butan he hit of ȝanȝe at þam hirum þe at ðam mynstre ȝode ðemað mid rihtum landrihte ⁊ leod rihte sra hit on lande stonde. ⁊ se þe þiȝ don nelle oððe onȝean birȝum ȝanȝe done bruke he hiȝ ofer ȝodeȝ ȝit ⁊ ofer ealra hiȝ haliȝra ⁊ ealleȝ þæȝ hipeðeȝ þe on þan mynstre ȳ butan he to þære bote ȝechȳrre.

Id est.

NUnc præcipimus Dei mandata & Regis, atq; Archiepiscopi, omniumq; Episcoporum, quorum nomina hic scribuntur, & his omnibus consenserunt atq; libro huic illius loci gratiâ benedixerunt; ut ne quis sit, qui istius fundi parte utatur aliqua, nisi eam à Conventu, qui in illo Monasterio Deo servituros sit justo prædiatorio & populari jure pro more gentis accipiat. Et qui hoc (ita fieri) noluerit, aut huic (decreto) contravenerit, tunc sui in Deum, & omnes Sanctos, & totum in eodem Monasterio qui pro tempore fuerit Conventum contemptus pœnas luat, nisi facta compensârit.

lb.f.24.b. *Carta Regis* Edgari *de* Stiwantun, Scearntun.

Thiȝ hiȝ ðare landa boc þe Eadȝar Kyngȝ ȝebocode ȝode and S. Marian to piltune. sra sra he hȳ ar for leȝ to pulfðripe him to ecere alyrednerre.

Id est.

HIc est tertarum liber quas *Eadgarus* Rex scripto contulit Deo & S. *Mariæ* apud *Wiltoniam*, sicut eas antea *Wulfthritha* concesserat, suiipsius salutis æternæ intuitu.

Omnium jura regnorum, Cœlestium atq; terrestrium, claustra quoq; infernalium duntaxat divinis Dei nutibus subjecta sunt: quapropter cunctis sanum sapientibus sa agendum est, toto mentis conamine, ut prævideant qualiter tormenta valeant evadere infernalia, & cœlestis vitæ gaudia, concedente Christo Jesu concendere. Hoc *Eadgar* Rex *Anglorum*, cum *North hymbra* regimine, ac progenie Paganorum *Britonumq;* prosapiâ sublimiter roboratus, sagaciter intelligens secum tractat; concedens largifluè lucrum Cosmi Christicolis, ut Choris Angelicis fœliciter collocetur: Hujus rei gratiâ Rex præfatus, rura quæ olim *Wulfrythe* temporaliter concesserat Domino nostro Jesu Christo, ejusq; genitrici *Mariæ*, ad usus Sanctimonialium in Wiltuun degentium, æterna largitus est dapsilitate, uti Ecclesiæ *Mariæ* genitricis Domini nostri Jesu Christi consecrare, cum omnibus utensilibus; pratis *viz.* pascuis, silvis perpetuo deserviant. Prædictæ telluris nomina hæc sunt Stiwantun, Scearntun, Eleseraf, Babbanstoc, Stysted-feld, Wyrtun. Sunt autem hæc rura * omnis lb b. terrenæ servitutis libera, tribus exceptis; rata *viz.* Expeditione, Pontis, Arcisve restauratione. Si quis igitur hanc nostram donationem, in aliud quam constituimus, transferre voluerit, privatus consortio Sanctæ Dei Ecclesiæ, æternis barathri incendiis lugubris, jugiter, cum *Judæ* Christi proditore ejusq; complicibus puniatur, si non satisfactione emendaverit congruâ, quod contra nostrum deliquit decretum. His autem metis præfata rura hinc inde girantur.

Điȝ ȳnt þare x. hida ȝemæne to Nipantune. Ærest of þare lake up ⁊ lanȝ piliȝ on Stanforð þur. ⁊ lanȝ þæȝ hpitan peȝeȝ. of ðam peiȝe on þa dic. ⁊ lanȝ dic eart on done ealdan heppaðe. Of þone ealdan heppaðe ut * on Arene. ⁊ lanȝ Arene on þaȝ po- * lb. 26.a. leȝ heafod þon æstandeneȝ norð hȳldan sra. seo ealda þurh scæt up to þam stænenan stapele ⁊ sra peȝt to þære ealdan hlinc þære ⁊ sra be þære ȳrþ meatce nyþer to Higforda. Of þan forda eȝt ofer piliȝ on Otoper hol. Of ðam hole up and lanȝ piliȝ. Of piliȝ on þa fulan lace. Of þare lace ðpiner ofer þa dic peȝt be þære dic heafde on Pinding forð uperearone þ up ⁊ lanȝ þære perȝtmȳrte lace sra eȝt on piliȝ.

Điȝ ȳnt þara x. hida lanȝ ȝemæra to Sceapntune. Æreȝt on Odenforð. þon heandum sreoran eaȝtearðan ⁊ sra up ⁊ lanȝ pille peȝeȝ. þon on Grimeȝ dic. and lanȝ dic on Leofheneȝ ȝapan. pertearðan of ðam ȝapan on Bradan leaȝe. pertearðan ðone ⁊ lanȝ hlinceȝ to ðam ealdan Elebeme ⁊ * sra norð to puroeȝ lea middere- * lb. b. arone ⁊ þone on Mæden beorȝe. ⁊ sra ut on piliȝ.

Điȝ ȳnt þare xx. hida landa ȝemæra to Deȝeneal. Æreȝt of Deȝeneal on þa ealdan dic ⁊ sra ⁊ lanȝ dic to langan beorȝe. þ on þone heppað. ⁊ lanȝ paðeȝ on Pudelan ham þ on hean leaȝe. þ on Peoceȝ ham. Of þam hamme on landeȝ peȝe. Of þam peȝe

on

on ða ealoan dic. of þare dic on þone heppað. ⁊ lang paðer on Eþer beorh. of þam beorge ꝥ eꝥt on Depepeal.

Ðiꝥ ꝥynt þapa x. hida land ȝemæne to hpetincȝ le þe hypað into Nipantune. Æpeꝥt of þæne ꝥee ⁊ lang ꝥtiðer fleoter heapoð. of þam heapde on þa ȝe clyppelan tpeopa. of ðam tpeopan on heopt lege. ꝥ on þa pylle. ꝥ on þa pæpe on þane haliȝan ꝥtane. þanon on þæne ealoan heopt hegeꝥ pape on mot beorh. * þanon on hpeteꝥcumber heapde on þane limpyt. þane on hpæce leage midde peapore. þonon on æꝥe ꝥtede. Of Æꝥe ꝥtede ꝥ eꝥt on þa ꝥx.

* Ib. f. 27. a.

Ðiꝥ ꝥynt þapa iii. hida land ȝemæne to ꝥyꝥꝥterꝥelda. Æpeꝥt of þam ꝥceapoan hpeole ⁊ lang hemede pegeꝥ on ðone ealðan mapolore pone on þa ꝥupan hipnan. þanon on ða oðre on ðaꝥ hegeꝥ byhꝥ. Of ðaeꝥ hegeꝥ byhꝥ on ꝥoxhyllee. þone peꝥt in on þone cpundel. þanon on þæne ealoan opcheapo eal ꝥpa ðe hege byhð on ðæne heppað. ⁊ lang paþer on Dyne bpoc. of þam bpoce on þone pylmam on pitan pille. þanon on hæꝥlopan. þonne ut þuph þane holt on þæt ꝥceapde hpeol.

Ðiꝥ ꝥynt þapa iii. hida land ȝemæne to Bebanꝥtoce. Æpeꝥt of dic on huna peȝ. ⁊ lang huna peȝeꝥ on Æꝥe pylle. ⁊ lang Æꝥe pylleꝥ ut on Noopre. up of Noopre on Luinȝ lace * oðde on ꝥopd. þanon nopth ⁊ lang dic on ða peadan hane. þonon on ealoan þopn. of þam ðopne on þapan pic peꝥtepeapone. þonan on hapan Apulope. þanon on ða ealoan ȝemot pyle. þanon ⁊ lang dic þaꝥ eꝥt on huna peȝe.

* Ib. b.

Ðonne ꝥealde Eadgar cing tpa mylna on piltune into þære ꝥtope ꝥpa ꝥpa he hy æꝥ pulfðnyðe gepealð hæꝥde.

Id est,

HI sunt x. hidarum terræ termini apud *Niwantunam*: * Inprimis à lacu ſurſum per *Wil'gam* (fluvium hodie Willy dictum) ad *Stanfordum* (*i.* vadum lapideum:) indè ſurſum per albam viam: à via ad foſſam; per foſſam Orientem verſùs, ad veterem viam militarem: à veteri via militari extrorſum ad *Afenam* (fluvium ſic dictum, hodie *Avon.*) per *Afenam* ad ſtagni caput; tunc ꝥuꝥandener Aquilonem verſus inclinat, ſicut antiquus ſulcus ſurſum tendit ad lapideum fulcrum ſcanſile: Et ſic Occidentem verſus ad veterem aggerum ſeriem; & ſic per fundi arabilis fines deorſum ad *Higfordam* (vadum ita vocatum;) à vado iterum ultra *Wilgam* ad *Otereſholam* (*i.* lutrarum ſpecum; à ſpecu ſurſum per *Wiligam*, à *Wiliga* ad luteum lacum, à lacu obliquè trans foſſam Occidentem verſùs, per foſſæ caput ad *Windingfordam* (*i.* vadum flexuoſum) ſuperiorem; indè ſurſum per lacum *Weſtmyſſe* dictum; ſic iterum ad *Wiligam*.

* hodiè, Newton.

Hi ſunt x. hidarum terræ termini apud *Sceartunam*: Inprimis apud *Odenfordam* (vadum ſic dict.) inde ponè columnam Orientem verſùs; & ſic ſurſum per viam fontanam; tunc ad *Grimeſdicam* (foſſam ſic dictam;) per foſſam ad *Leofhari* vallem; à valle Occidentem verſùs ad *Bradanleagam** (*i.* latum campum) inde Occidentem verſùs per aggerem ad veterem olivam, & inde ad *Wurdeſtea* (campi ſic dicti) medium; & tunc ad *Medenbeorgam* (*i.* collem virginalem;) & ſic deniq; ad *Wiligam*.

* hodiè, Bradley.

Hi ſunt xx. hidarum terræ apud Defereal * termini: Inprimis à Defereal ad veterem foſſam, & ſic per foſſam ad *Langanbeorgam* (*i.* longum collem;) inde ad viam militarem; per viam ad manſionem Pudelenham dictam; inde ad *Heanlegam* (campum ſic dict.) inde ad manſionem Peoteſhem dictam; à manſione ad viam patriam; à via ad veterem foſſam; à foſſa ad viam militarem; per viam ad collem Elerbeorh (*i.* collem aprinum) dictum; à colle iterum ad Defereal.

* hodiè, Devereſ.

Hi ſunt x. hidarum terræ apud Hwetlingam ad ſtwantunam pertinentium termini: Inprimis à mari per violenti æſtuarii caput; à capite ad deronſam arborem: ab arbore ad Deorlegam (*i.* cervorum campum:) indè ad fontem: indè rectà ad ſacrum Lapidem: inde ad veterem ſepti cervini ſeriem, ad collem Hot-beorh (*i.* Congreſſionis collem) dictum: inde ad Hweteſcumbe (*i.* vallis frumentariæ) caput, ad calcariam: indè ad campi Hazeleage dicti medium: inde ad locum Elc-ſtede dictum: ab *Æſc-ſtedâ* iterum ad mare.

Hi ſunt 3. hidarum terræ apud *Fyrſtesfeldam* (*i.* inducianum campum) limites: Inprimis à fractâ rotâ per conſeptam viam ad veterem arcem: indè ad aſperam ſpinam: indè ex alterâ (parte) ad ſepis flexuram: à ſepis flexurâ ad montem vulpinum: inde Occidentem verſùs ad cpundel (*i.* fortè, tumulum:) indè ad veterem hortum quemadmodem ſepes inclinat ad viam militarem: per viam ad rivulum Hpæfbpoc dictum: à rivulo ad ebullitionem apud putei fontem; inde ad *Haſyleram*; inde extrorſum per ſylvam ad fractam rotam.

Hi ſunt 3. hidarum terræ apud *Bebanſtocam* limi-

limites: Inprimis à fossâ ad *Hunawegam* (*i.* viam marrubio abundantem:) à via ad fontem Cfetwelle dictum, per *Æscwyllam* extrorsum ad *Noddernm*; sursum à *Noddero* ad lacum Luinglace dict. usq; ad vadum, inde Aquilonem versùs per fossam ad rubeum gillum, inde ad veterem spinam, à spina ad v cum Occidentem versùs; inde ad mucidum pomum; inde ad veterem congressionis fontem, inde per fossam iterum ad *Hunawegam*.

Deinde dedit *Edgarus* Rex duo molendina apud *Wiltonam* eidem loco (*i.* Monasterio) sicut ea ipsemet antea *Wulfbritha* concesserat.

Anno dominicæ incarnationis *DCCC-Lxvii.* scripta est hæc Carta, his testibus consentientibus, quorum inferiùs nomina notantur.

Ego *Eadgar* Rex *Anglorum* corroboravi. Ego *Dunstan* Archiepiscopus consensi. Ego *Oscytel* Archiepiscopus confirmavi. Ego *Athelwold* Episcopus consolidavi. Ego *Ælfstan* Episcopus consignavi. Ego *Osulf* Epi-
* lb.28.a. scopus consensi. * Ego *Brythelm* Episcopus concessi. Ego *Oswold* Episcopus adquievi. Ego *Alfwold* Episcopus confirmavi. *Aelfthryth* Regina. *Aelwig* Abbas. *Osgar* Abbas. *Aelfstan* Abbas. *Aethelgar* Abbas. *Cynweard* Abbas. *Pwcytel* Abbas. *Ealdred* Abbas. *Siferth* Abbas. *Aethelstan* Dux. *Aelfsah* Dux. *Oidgar* Dux. *Oslac* Dux.
* lb.b. *Aethwine* Dux. *Eadulf* Dux. * *Beorhtnoth* Dux. *Fyrhsferth* miles. *Eanulf* miles. *Aelfwine* miles. *Athelweard* miles. *Wulfstan* miles. *Aelfige* miles. *Alfwold* miles. *Leofige* miles. *Athelm* miles. *Leofwine* miles.

lb.78.a. *Alia Carta ejusdem Regis* Edgari, *de duabus hidis terræ.*

Dis hir þæne tpeze hida boc þe Eadzar cyning zebocode zode ⁊ ſancta Marian into piltune.

Id est.

HIc est duarum hidarum (terræ) liber, quas *Eadgarus* Rex scripto concessit Deo & S. *Mariæ* apud *Wiltoniam*.

* lb.b. Altithrono in æternum, universis sophiæ studium intento mentis conamine sedulò rimantibus, liquidò patescit, quod hujus vitæ periculis, nimio ingruentibus terrore, recidivi termini cosmi approximare dinoscitur; ut veridica Christi promulgat sententia, quâ dicit, *Surget gens contra gentem, & regnum adversus regnum, &c.* Quapropter ego *Eadgar* totius *Britanniæ* basileus, quandam telluris particulam, duos *viz.* cassaros, quos *Regenweard* mercator quidam olim possederat, juxta Civitatem sitos, Domino nostro Jesu Christo, ejusq; genitrici *Mariæ*, ad communem usum Sanctimonialium in Wiltune degentium æternâ largitus sum dapsilitate; ut Ecclesiæ *Mariæ* genitricis Domini nostri Jesu Christi consecratæ, cum omnibus utentilibus; pratis *viz.* pascuis, silvis, molendinis perpetuo * deserviat. Sit autem supradicta * lb.f.79.a. tellus, cum suis terminis, omni terrenæ servitutis jugo libera, tribus exceptis; ratâ *viz.* Expeditione, Pontis, Arcisve restauratione. Si quis igitur hanc nostram donationem in aliud quam constituimus tran ferre voluerit, privatus consortio sanctæ Dei Ecclesiæ, æternis baratri incendiis lugubris jugiter, cum *Juda* Christi proditore, ejusq; complicibus puniatur, si non satisfactione emendaverit congruâ, quòd contra nostrum deliquit decretum.

His metis præfatum rus hinc inde giratur.

Dis ſynt þæne tpeza hida lanð zemæra þe Blið æt hæþe. Æþeſt of þam oterholan on hiporo. Of þam ſoſoa on þone potan hlinc. þanon up ⁊ lanz yſð landej on ða ealdan dic. ⁊ lanz dic on ðone ſtapol. of þam ſtapole on Attendene ſepepde. of þære dene innon Avene on þone zpætan hlinc. þonan * on- * lb. Morþ cpundel. of Morþ cpundele on þone bpadan heppaþ. þanon ⁊ langeſ þæſ ſmalan pezeſ in on þyſð land. þæt on ðone þeod heppaþ on þæne Chelc pyt. of ðam pyttе ⁊ langeſ ðære dic æt ðone ellen ſtybbe on piliz. an cypcha ⁊ ane mylne ⁊ hep zebyriaþ of þære zemænan mæde *xvi.* æcenaſ.

Id est.

HI sunt duarum hidarum terræ termini, quas (quidam) *Blithe* dudum habuit: Inprimis ab *Oterholâ* (*i.* lutarum specu) ad vadum Ipsord dictum; à vado ad *Wose* aggerem limitarem: indè sursum per fundum arabilem ad veterem fossam: per fossam ad stipitem: à stipite ad vallem Attendene dictum, sursùm à valle intra *Avenam* ad magnam aggerem terminalem; inde ad *Morth-crundam*, à *Morth-crundelâ* ad latam viam militarem, inde per parvam (vel angustiam) viam ad fundum arabilem, inde ad gentis illius viam militarem usq; ad Calcariam, à Calcariâ per fossam apud stipitem roboreum, à stipite ad *Wigam* (fluvium) Ecclesia una, & unum molendinum, & huc pertinent compascui communis *xvi.* jugera.

Anno dominicæ incarnationis *DCCCC-Lxviii.* scripta est hæc Carta; His testibus consen-

consentientibus, quorum inferiùs nomina notantur.

Ego *Eadgar* Rex *Anglorum* corroboravi. Ego *Dunstanus* Archiepiscopus concessi. Ego *Oscytel* Archiepiscopus consolidavi. Ego *Athelwold* Episcopus confirmavi. Ego *Ælfstan* Episcopus consignavi. Ego *Osulf* Episcopus adquievi. Ego *Oswold* Episcopus concelli. Aelꝑðnýþ Regina. *Aelfric* Abbas. *Aescwig* Abbas. *Osgar* Abbas. *Aelfstan* Abbas. *Aethelgar* Abbas. *Cyneweard* Abbas. *Aethelstan* Dux. *Aelfhere* Dux. *Aelfheah* Dux. *Odgar* Dux. *Ostac* Dux. *Aethelwine* Dux. *Byrhtnoth* Dux. *Eanulf* minister. *Aelfwine* minister. *Aethelweard* minister. *Wulfstan* minister. *Aelfweard* minister. *Aelfsige* minister.

lb. f. 87. b. *Carta Regis* Eadgari *de* Cheolcan, *& de diversis privilegiis.*

* lb. f. 88. a. Thiꝛ hiꝛ ꝛeo ꝓꝛeolꝛ boc to Cheolcan ⁊ ealꝛa þaꝛe landa þe * into þe minechina liꝛe æt piltune ꝓoꝛgiꝛene ꝛýnt. æþeꝛ oꝛ ðe þuꝛh Eadgaꝛ cýnge oðð̄e þuꝛh hiꝛ ýlðꝛan. oðð̄e þuꝛh oðꝛe niht ge lýꝛede men ⁊ eac ꝓoꝛe bebode þet oꝛ nanum oðꝛum Mynꝛtꝛe ne ꝛý Abbadiꝛꝛe gecoꝛen æꝛtæꝛ oðeꝛe ꝓoꝛðꝛiðe buton oꝛ ðeꝛe ꝛýlvan ge þeꝛꝛeðe. ne æꝛtæꝛ goðeꝛ gecoꝛnnýꝛꝛe ⁊ ealleꝛ geꝛeꝛ miðcinge ge þeahte eal ꝛꝛa ꝛe halga þegul tæge.

Id est.

HOc est privilegium (sive privilegiorum liber) *Cheolcanense*, & omnium terrarum quas in Sanctimonialium *Wiltonensium* sustentationem collatæ fuerunt, sive per *Eadgarum* Regem, sive per decessores ejus, sive per alios fideles homines, & etiam prohibuerunt ne ex aliquo alio Monasterio eligatur Abbatissa, post mortem alterius, sed ex societate (vel, Conventu) propria, nec post Dei electionem, * & omni anno cum Regis consilio, sicut regula docet.

* lta Sax. sed locum arbitror corruptum, & mutilum.

In nomine Domini nostri Jesu Christi salvatoris cosmi, magnificentia concessionis divinæ sensibili nos instruens mentis devotione, ad bona fœliciter agenda, quatinus subrigamu. * instigat cotidie, cupiens clementi pietate extemporaliter nobis indultis redditibus versâ vice, quo ipsius sponsam Ecclesiam, *viz.* orthodoxam certemus politæ decorositatis munere exornare, in cujus amplificatione sanctus Deus gaurizans letatur per maximè; etenim dum pro modulo uniuscujusq; possibilitatis, manente incolumitate corporis. In hujus operatione studii fallit, operam dare curaq; omnimodis, præcipuè plaudente devotione interioris hominis, qui secundùm Deum diatim renovatur in agnitione deificæ veritatis agendum est nobis, quos Domini Jhesu salutaris dignatio solio sublimavit imperii regalis, atq; dignè concessit quo manentia adipiscerentur præmia ex collatione terrenæ potestatis. Perpendens siquidem ego *Eadgar* sceptrifero dispositionis jure * totius *Britanniæ* orbis basileus, juxta *Salomonici* verbi edictum, *Generationem instantem ad ima delabi, tandemq; humanitus reparari*: agnoscensq; circa nos quanta divinitùs prævisio manet benigni Dei, ejus multiplici inspirante clementiâ sum provocatus, quatinus præsente catervâ cunctorum regni nostri primitum sanctificatione principali sacratus, & sacri unguinis infusione fierem delibutus, ut ex materiali infusionis munere munimen & subsidium proveniret benedictionis calice, quod etiam actitari in famosæ celebritatis urbe, placuit serenitati vestræ cum ab aquis calentibus Bathan dudum est impositum vocabulum, ipso *viz. revolutionis die, quo cœlis spiritus sanctus adveniens cenaculo, residentibus Apostolis* * lb. b. *diversa dona carismatum* * dignatus est ministrare.

* lb. f. 89. a.

Undè nunc & deinceps comperiat omnis sexus, omnis ætas, omnisq; conditio principalitatem nostam grataṅti dapsilitate, qualiter Cœnobium, quod ab atavo nostro *Eadwardo*, *viz.* in celebri loco, qui à solicolis noto Wiltun vocatur nomine, situm est; eliminans indè earum spurcitiis quæ Deum irritare, potiùs quam digno videbantur cultu venerari, cuidam venerabili Abbatissæ *Wulfthryth* nomine, libens, cum omni mentis alacritate commendare, atq; perpetuo libertatis privilegio, cum *Cheolea* cæteriſq; eodem ritè pertinentibus prediis letabundus beare decrevi, tribus exceptis, Expeditione, pontis arcisvè constructione. Sic inconcussa hujus privilegii maneat libertas, quatinus dum sors inseparabilis extremæ horæ mundo exemerit Abbatissam, provisoremq; ipsarum vitæ * illis quam potiorem in sanctitatis honestate repererint, ex ipsis matrem sibi liceat substituere; nec sit extra consensus illarum scientiam, qui huic nostræ immo deificæ constitutioni aliquando conetur rebellis contrariusq; existere. At si quem prophanum Deoq; odibilem ita melancolnæ virus obsederit penitùs, ut hujus liberalitatis nostræ munimento hinc indè malit fieri adversarius, ab omni sanctitatis cœtu disparatus Flegetontis, pœnas luens sit jugiter miserimus, intra semetipsum reversus fuerit quam citius, emendando prava cordis molimina devotus: Filius autem matris Ecclesiæ vires augmentando præbens in hac constitutione illud capessat benedictum, quod præcurrens derivatur de montibus collium supernorum lætus vitam degens, sic mistam quatinus sumat supernam.

* lb. f. 90. a.

Hæc quidem & laudanda * constat fore pẽ- racta largitio dominicæ incarnationis *DCCC. Lxxiv.* anno; Imperii nobis à Deo collati anno *xv.* procreatus matris alvo quarto & * lb. b.

tricesimo, eorum confirmatione quorum inferiùs enarihtmata liquescunt caraxata. Ego *Eadgar* Rex *Anglorum* præfatam donationem sub Sigillo S. Crucis indeclinabiliter consensi, atq; corroboravi. Ego *Dunstanus Dorobernensis* Ecclesiæ Archiepiscopus ejusdem Regis principatum atq; benevolentiam, sub Sigillo S. Crucis concluſi. Ego *Oswold* Archous divinæ servitutis officio mancipatus, *Eboracæ* Civitatis Archiepiscopus, Sigillum S. Crucis, impressi. Ego *Athelwold Wintonienſis* Ecclesiæ Episcopus restitudinem S. Crucis subscripsi & confirmavi. Ego *Aelfstan Londonienſis* Ecclesiæ Episcopus corroboravi. Ego *Wynsige* Episcopus consen
* lb.f.91.a. sum præbui, figens crucem. * Ego *Aelfstan Wiltonienſis* Ecclesiæ Episcopus donum Regis confirmavi. Ego *Alfwold* Christi Crucis vexillo corroboravi. Ego *Brihtelm* Episcopus confirmavi vexillo Crucis. Ego *Sideman* Episcopus Crucis modum depinxi. *Aelfric* Abbas. *Aelfwig* Abbas. *Osgar* Abbas. *Lyneweard* Abbas. *Aethelgar* Abbas. *Aelfnoth* Abbas. *Aelfheah* Abbas. *Eribteah* Abbas. *Godwine* Abbas. *Osweard* Abbas. *Aelfgere* Dux. *Aslac* Dux. *Aethelwine* Dux. *Beorhtnoth* Dux. *Hannf* minister. *Aelfweard* minister. *Aethelweard* minister. *Welfsige* minister. *Wulfgeat* minister. *Aelfhelm* minister. *Osweard* minister. *Ealdred* minister. *Wulfgar* minister. *Leofwine* minister. *Beorhtwold* minister. *Aelfric* minister. *Wulfric* minister. *Culnric* minister. *Leofa* minister. *Aelfstan* minister.

lb.f.39.a. *Carta Regis* Aethelredi, *de* Fobbafuntan.

CUncta tonans largitor multiplici ac ineffabili modo, terrestria cuncta per vices, mutationes locaq; distinguens, quodam modo sibi servientibus perplurimis in hoc quoq; terrestri habitaculo, prout sibi complacet, recompensans suimet famulis ac familiabus etiam præsentes dignitates affert, quo se certiùs, si has ritè servaverint æterna præmia noverint adepturos. Quapropter ego *Aethelred* Christo Deo annuente, cunctis *Anglorum* populis & tribubus præordinatus in Regem, cum consensu Pontificum & consultu cunctorum, à quibus sceptra imperii & gubernacula regni reguntur, quendam ruris particulam, quæ *x.* cassatorum numero supputatur, cujus vocabulum * est æt **Fobbafuntan** tradidi Deo & Domino nostro Jesu Christo, Ecclesiæq; S. *Mariæ* Virginis, quæ sita est in vico regio æt **Wiltune**, jure perpetuo oprans, ut & ibidem cœnobialis vitæ formula, & regularis disciplinæ normula, Christo patrocinium præstante, in disrupta vigitare excerceatur, & ut mihi merces permaneat æterna. Sit autem suprascripta terra libera, exceptis tribus, Expeditione, *viz.* Pontis, Arcisve constructione. Si quis verò contra hæc decreta, nostræ diffinitionis, tyrannicâ potestate fretus, venire tempraverit, noverit se in tremendo ultimæ districtionis examine, præsentiæ divinæ rationem acturum: Enimvero & si temporibus futuris quisquam objecerit se priscam habere generalitatem, monstraveritve * antiqua conscripta, sint ea omnia in nihilum redacta, permaneatq; * lb f 40.a. hæreditas Domini Domino. His metis prætatum tus hinc inde giratur.

Điſ ſyndon ða land gemæro to Fobbefunden. þæt hyſ æreſt on þone hajan hæſle on Earnhylle middepeardе. Of Earnhylle on Pottpyll. Of Pottpille on ða ealdan pyrhe. Of þære pyrhe to heappahe. þonne ⁊ lang heappahes to þam an heafdan. Of þam an heafdan on Lokeſleage. Of Lokeſleage on Sigpinne dic. þone of Sigpinne dic up on dune þpyttig gyrda be eaſtan ceaſtel Beedhyrig on þa byrigenne. Of þare byrigenne on þane hepepaþ þonne ⁊ lang hepepaþes on þone ſteapþin gajan peſtepeapone * of þam gajan in on þa yrre. Of þære yrre in on þa gaþerrru. Of lb. b. þam gaþerrran feoper akepar be peſtan þam hangran. Of þam feoper akepan ⁊ lang heafda on blacan hylle norþ to heappahe. Of þam heappahe on þa peſtran dune peſtpeardе. Of þære dune on Chealfhylle middepeardе. þone of Chielf hylle on pilfhylle middepeardе. Of pilfhylle to þuda ſpa be ðan ealde pyrtpuman in on Noorre. þone ⁊ lang ſtreames eſt on þæne Heepan hall.

Id eſt.

HI sunt fundi apud **Fobbefunden** termini, *i.e.* Inprimis apud *Harânheeſtam* ad *Earnhilla* (*i.* montis aquilini medium ab *Earnhilla* ad fontem **Pottrupll** dictum, à *Potwilla* ad veterem cuſtim, à curte ad viam militarem; deinde per viam militarem ad *Anheafdan*; ab *Anheafda* ad campum **Lokereſleage** (*i.* opilionum campum) dictum, à *Lokereſleaga* ad *Sigwini* foſſam; tunc a *Sigwini* foſſâ ſurſum in montem triginta virgis ad Orientem caſtri **Bleetbyrig** dicti ad ſepulchretum; à ſepulchreto ad viam militarem; tunc per viam militarem ad acutam lacunam Occidentem verſùs; à lacuna ad ripam; à ripâ ad lacunæ foramen; à foramine ad quatuor jugera ad Occidentem convallis; à quatuor jugeribus per *Healfdam* ad nigrum collem Aquilonem verſùs ad viam militarem; à via militari ad occidentalem montem; à monte Occidentem verſùs ad **Chealfhyll** (montis ſic dicti) medium; tunc à *Chielfhylla* ad **Wulfhill** (*i.* montis lupini) medium; à *Wulfhilla* ad ſylvam; ſic per veterem radicem in *Nodderum* (fluv.)

tunc

tunc per fluvium iterum ad *Heeranhellam*.

Scripta est hæc scedula anno dominicæ incarnationis *DCCCCXCiv*. His testibus consentientibus, quorum inferiùs nomina caraxata videntur.

lb f. 41. a. Ego *Æthelred* per gratiam Dei Rex *Anglorum*, donationis illius inscriptionem, Crucis signo corroboro. Ego *Sigeric* *Doroberneñsis* Ecclesiæ Archiepiscopus ejusdem Regis donationem cum tropheo agyæ Crucis consignavi. Ego *Ælfheh* *Wintonienſis* Ecclesiæ Episcopus præfatam donationem cum Sigillo S. Crucis confirmavi. Ego *Ælfstan*, *Lundonienſis* Ecclesiæ Episcopus triumphalem trophæum agyæ Crucis impressi. Ego *Æscwig*, *Dorcestenſis* Ecclesiæ Episcopus prædictum donum cum signo S. Crucis confirmo. Ego *Ælfric* *Wiltunienſis* Ecclesiæ Episcopus, ad munimentum predictarum rerum signum S. Crucis appono. Ego * lb. b. *Æthulf* Episcopus consensi * Ego *Ælheh* Episcopus concessi. Ego *Theodered* Episcopus consolidavi. Ego *Segegar* Episcopus adquievi. Ego *Alfwold* Episcopus prænotavi. Ego *Ealdulf* Episcopus confirmavi. Ego *Wulffie* Episcopus concluſi. Ego *Ælfwerd* Abbas. Ego *Ælffige* Abbas. Ego *Leofric* Abbas. Ego *Brihtelm* Abbas. Ego *Wulfgar* Abbas. Ego *Ælfnoere* Abbas. Ego *Ælfric* Abbas. Ego *Æthelwerd* Dux. Ego * lb. f. 42. a. *Ælfric* Dux. Ego *Ælfhelm* Dux. * Ego *Leofwine* Dux. Ego *Leoffige* Dux. Ego *Northman* Dux. Ego *Waltheof* Dux. Ego *Æthelmer* minister. Ego *Ordulf* minister. Ego *Ælffige* minister. Ego *Æthelffige* minister. Ego *Frana* minister. Ego *Wulfget* minister. Ego *Leofric* minister. Ego *Æthelwerd* minister. Ego *Athelwold* minister. Ego *Brihtwold* minister. Ego *Ælfgar* * lb. b. minister. Ego *Wulffige* minister. * Ego *Æthelnoth* minister. Ego *Leoffige* minister. Ego *Æthelric* minister. Ego *Wulfoeh* minister. Ego *Wulfric* minister. Ego *Ordric* minister. Ego *Wulmar* minister. Ego *Ælfwig* minister.

lb. f. 36. a. *Carta Regis Eadredi facta Wulfrico fideli ministro suo, de quinq; mansis apud* Didelintune.

Thiſ hiſ ðam v. hide boc æt Didelingtune þe Eadred cing gebocode pulfric hiſ þegne on echе yrfe.

Id est.

Hic est v. hidarum liber apud *Didelingtunam*, quas *Eadredus* Rex scripto contulit *Wulfrico*, Ministro suo, in æternam hæreditatem.

Regnante imperpetuum Domino nostro Jesu Christo, summo ineffabili rerum, ac moderatori omnium, temporaq; sua multimodo disponens temporibus potentiam, ut voluerit finem imponet, & in hac vitâ degentibus cunctis, certum, ut proposuerat dierum terminum constituet; idcirco cunctis agendum est, ut hic bonis actibus futuræ beatitudinis fœlicitatem perpetualiter adipisci mereatur: quapropter ego *Eadredus* Rex *Anglorum* cæterarumq; gentium in circuitu persistentium gubernator & rector, cuidam * meo fideli ministro, vocitato nomine *Wulfrico*, v. mansas agelluli æternaliter in possessionem trado illi in loco quem dicunt *æt* **Didelingtune**; habeatq; vitæ suæ tempore meum hoc regale donum non contra dictum sed prosperè, quod potius opto, cum omnibus illic pertinentibus, majoribus minoribusve, maximis vel minimis, campis, pascuis, pratis, silvis: Expleto siquidem dierum tempore suorum succedentium sibi carorum, cuicunq; suæ placuerit menti derelinquat & tradat, veluti proposueram ipse in æternum; & inter catervas subripientium futuris temporibus, quod absit. *Belial* si quis filius Cartam hanc jure meo conscriptam inimicali zelo corrumpere desideraverit, si non dubitet, * à cunctis Regni mei servientibus, Deo nunc * lb. 37. a. & tunc & usq; in sempiternum abdicatum & excommunicatum sine fine cruciandum, undè post mortem à Tartariis raptus ministris, in profundum pestiferæ mortis Inferni flammigerâ concludetur in domo, & ibidem in quandam ollam *Vulcani*, ligatis projicietur membris, quæ assiduè bulliente pice repleta esse testatur; & à talibus frangentibus seu minuentibus intoleratissimè atrociterq; absq; ullâ misericordiâ sentitur, nisi hoc ante mortem pœnitentiæ lamentis emendaverit: Maledictio notabilis.

Pag. 193. col. 1.

Pat. 22. H. 6. p. 1. m. 14. per. Inspex.

Donationibus Ordinis S. Ebraldi *in Ambresburiensi Cœnobio instituendis; & de terris & Ecclesiis dicto Cœnobio S.* Ebraldi, *inde concessis.*

Johannes Dei gratiâ Rex *Angliæ*, (&c.) Sciatis Moniales de Ambresbiri, circiter triginta, propter vitæ turpitudinem, & Ordinis sui dissolutionem & infamiam, quæ devulgabatur publicè, mandato Domini Papæ *Alexandri*, voluntate etiam Domini Regis *Henrici*, Patris nostri; consilio quoq; & prudentiâ *Ricardi Cantuarien sis* Archiepiscopi, Apostolicæ sedis legati, & *Joscelini Sarum*, & *Bartholomæi, Exon. Rogeri Wigorn.* & *G. London.* & aliorum plurimorum Episcoporum & magnatum, & Baronum nostrorum, à Monasterio suo fuisse amotas, & in aliis Monasteriis collocatas, & Moniales *Fontis Ebraldi* ibidem ad serviendum Deo introductas: Quamobrem concedimus, & præsenti Cartâ confirmamus Ecclesiæ & religioni *Fontis Ebraldi*, donationem quam Pater noster Rex *Henricus* dedit eidem Ecclesiæ & religioni, pro salute animæ nostræ, & religionis honestate; & pro salute animæ Regis *H.* patris nostri, & matris nostræ, & antecessorum nostrorum; *scil.* Ecclesiam beatæ *Mariæ*, & S. *Melori* de Ambresbiri, cum omnibus rebus quæ ad eam pertinent, tam in Ecclesiasticis, quàm in mundanis possessionibus, ut ordo & institutio Ecclesiæ *Fontis Ebraldi* ibidem perpetuò conserverur, & Conventus monialium multò major quam fuerat, sub custodiâ Priorissæ, secundùm ordinem præfatæ Ecclesiæ Deo famuletur.

Præterea concedimus & confirmamus præfatæ Ecclesiæ, Ecclesiam de Etone, * ubi Moniales de prædicto ordine manent, cum omnibus pertinentiis suis; quam *Robertus* Comes *Leicestriæ* donavit Ecclesiæ *Fontis Ebraldi*: Similiter Ecclesiam de Westwode, * cum omnibus pertinentiis suis, quam Domina *Eustachia* de *Saye* donavit memoratis Monialibus, sicut Cartæ, quas indè habent testantur. Concedimus & confirmamus donationem Patris nostri, Regis *Henrici*, de *Lx.* libratis terræ, quas dedit in perpetuam elemosinam Deo & monialibus *Fontis-Ebraldi*; *viz.* Manerium nostrum de Lectone in Bedefordshire, pro *Lvi.* libris, cum terrâ *Walteri Pullam*, quæ valet *xxxii s.* quam Dominus *H.* Pater noster dedit eis in escambio molendini, quod dedit Monachis de Woburne in eodem Manerio: Et in Bokinghamsire, quatuor libras in Manerio nostro de Hadenas, *viz. xv.* libras de elemosinâ *Willielmi* avunculi nostri, & *xlv.* libras de quaterviginti libratis, quas habebant annuatim ad festum S. *Michaelis*, ad Scaccarium, de elemosina Regis *Henrici* avi Patris nostri, & Domini Regis *H.* Patris nostri, & nostrâ. Item concedimus eis & confirmamus donationem, quam *Willielmus* de *Sancto Johanne* eis fecit pro animâ matris suæ & antecessorum suorum, de tribus marcis singulis annis, habendis de redditu suo de Cumtone, de termino S. *Michaelis*, ut de die S. *Benedicti*, quâ mater sua obiit, Moniales reficiantur indè. Item concedimus eis & confirmamus decem marcatas redditus apud Penford, de Manerio de Pimpre, & apud Benefort, quas *Robertus* Comes *Legecestriæ* dedit eis, cum filiâ suâ, sicut Carta ejus testatur. Concedimus etiam eis & confirmamus donationem quam *Wankelinus Maminot* eis rationabiliter fecit, de molendino de Berlynges, cum omnibus pertinentiis suis, in perpetuam elemosinam; similiter & donationem quam *Reginaldus* & *Bernardus* de S. *Walerico* fecerunt eisdem Monialibus, *scil.* Ermundestre, cum omnibus pertinentiis suis in Glowcestreschire.

Concessimus etiam eis & præsenti Cartâ nostrâ confirmavimus duo molendina quæ sunt apud Portesmues; volentes, ut hæc omnia supradicta habeant & teneant, sicut Carta Patris nostri *Henrici* Regis, & Cartæ illorum donatorum rationabiliter testantur. Quare volumus, (&c.) Testibus hiis, *Bartholomæo Turonensi* Archiepiscopo, *Willielmo Marescallo* Comite de Penbroc, *Willielmo* de *Humeto* Constabulario *Normanniæ*; *Garino* de *Glapione* Seneschallo *Normanniæ*; *Willielmo Brewarre*, *Roberto Thorneham*, *Roberto* filio *Galteri*, *Guillelmo* de *Sagio*. Data per manus *Simonis Wellensis* Archidiaconi, & *J.* de *Grey*, Archidiaconi de *Gloucestriâ* apud *Chinonem xxv.* die *Junii*, Regni nostri anno secundo.

* Abbatia Sanctimonialium apud Sum Etone in agro *Warr.*

* Prioratus de Westwode, in Com. *Wigorn.*

Pag.

Pag. 242. col. 2.

De Guiscardo *de* Lymosin Rameſiensi *Abbathiæ benefactore, & ejus progenie.*

Inter Collectanea *Roberti Glover*, nuper *Somerſet* Heraldi [Miſcel. lib. 1.]

ANno *xii.* Regis *Hen.* primi, & anno Domini *MC.* inierunt bellum diverſi proceres contra Regem, cum *Roberto* de *Montegomerico*, & *Will* Comite *Cornubiæ* & *Morton*; & deinde fugierunt in *Normanniam*, & ibi agitaverunt ad Bellum *Normannos*: unus tamen, *Guiſcardus* de *Lymoſin*, alias *Levemezoun*, dominus *Molyns*, proſequebatur eos ex parte Regis; cui Rex, poſtquam devenit in *Normanniam*, dedit Caſtra & Honores, & ſimul adduxit in *Angliam*; deditq; ei terras aliquas prædicti *Roberti* de *Montegomerico*; procuravit quoq; uxorem filiam *Jacobi* de *Longvale*, quæ fuit hæres prædicti *Jacobi* & *Elianoræ* de *Towrs*. Qui quidem *Guiſcardus* ædificavit illam partem Monaſterii de *Ramſey*, vocatam *Normandes Ile*; poſuitq; Arma *Normannorum* jam exiſtentium. Qui quidem *Guiſcardus* & *Gertruda* habuerunt exitum *Robertum*, *Matildam*, *Elianoram* & *Thomam*: quæ quidem *Matilda* nupta fuit Domino *Brews*; & *Alianora Willielmo* de *Pateſyne*. *Robertus*, per uxorem ſuam *Graciam* de *Harcourt*, habuit exitum *Henricum* dominum de *Molins*; qui quidem *Henricus* ſubmerſus fuit, cum multis aliis proceribus inter *Normanniam* & *Angliam* Anno Chriſti *MCLxvi*: Poſt cujus mortem *Thomas* filius *Thomæ* prædicti & *Margaretæ Tye*, erat Vicecomes de *Molyns*: & dictus *Thomas*, per ſororem Domini de *Monteforti*, habuit *Walterum* Dominum *Molyns* & quatuor filias; quarum unam duxit *Johannes* de *Heterſett*; alteram *Georgius* de *Melbourne*; tertiam Dominus de *Maundevill*. Qui quidem *Walterus* duxit filiam .... de *Segrave*, & habuit exitum *Willielmum* Dominum *Molyns*, *Rogerum* Caſtellanum de **Nottingham**, qui nominavit ſeipſum *Rogerum* de *Leumoſin* (Anglicè **Waterhouſe**) deditq; ei uxorem *Johannam* filiam & hæredem .... *De la Mere* & *Mariæ Giffard*. Habuit quoq; prædictus dominus *Molins*, *Katherinam* nuptam *Thomæ Howard* militi, & aliam nuptam Domino de *Morley*. Et prædictus dominus *Willielmus* habet exitum *Willielmum* Dominum *Molyns*, jam viventem.

Pag. 253. col. 2.

Literæ precatoriæ per Robertum Elien. *Epiſcopum*, R. Linc. *Epiſcopo porrectæ, in favorem Sanctimonialium de* Chatteiz, *ratione combuſtionis illarum Cœnobii.*

Ex ipſo autogr. in bibl. Hutton.

VEnerabili in Chriſto patri, domino *R.* Dei gratiâ *Londinenſi* Epiſcopo, *Rob.* ejuſdem permiſſione, *Elyenſis* Eccleſiæ miniſter, ſalutem & fraternam in Domino caritatem. Ignis fortuitus Eccleſiam & domos Abbatiſſæ & Sanctimonialium de *Chaterix* noſtræ diocæſis, & omnia bona Maneriorum ſuorum pro earum ſuſtentatione ibidem collocata, nuper ita funditùs devaſtantur; quod nec reſtat eis locus, ubi earum Capita reclinent, nec remanſit aliquid incombuſtum, quo pro victu tantummodo poſſunt aliqualiter ſuſtentari; ſed neceſſe habent circumquaq;, quod paternitati veſtræ, non ſine cordis dolore nunciamus, pro vitæ neceſſariis alienum ſubſidium implorare: Cujus combuſtionis amaritudo in tantum nos excitavit; quod eiſdem, quæ de proprio honeſtè vivere conſueverunt à noſtris ſubditis elemoſinas facimus elargiri. Hinc eſt, quod paternitatem veſtram duximus, ex intimis, deprecandum, quatinus earundem inopiæ, pio compacientes affectu, exactionem Decimæ jam currentis, quam pauperes hujuſmodi agnoviſſent, ſi priſtina bona optinuiſſent, unà cum collegâ veſtro, jubere dignemini relaxari: impoſſibile enim eſt eis Decimam ſolvere, quæ tam lamentabiliter ſunt bonis, de quibus Decima exigitur, devaſtatæ. Valeat reverenda paternitas veſtra ſemper in Chriſto & virgine glorioſâ. Data apud **Downham** *viii.* Kal. *Octobris.*

Pag. 276. col. 1.

Carta Nigelli *Abbatis de* **Burton** (*ſuper* Trentam) *de terrâ de* **Acoure.**

Ex Regiſtro de **Burton**, penès *Will.* dominum *Pag* 1. fol. 17. a.

EGo frater *Nigellus*, Dei gratiâ, Abbas *Bertoniæ*, dedi, in Capitulo noſtro, & omnes fratres mei mecum, terram de **Acubere**, *Orme*; hac Conventione, ut unoquoq; anno nobis *xx.* oras perſolvat; & proinde factus eſt homo noſter, ſuper quatuor Evangelia jurando, ſe nobis fidelitatem ſervaturum, & quod de iſtâ terrâ, nec de aliâ, neq; de aliquâ re, per ſe aut per aliquem alium, nobis in dampno erit in vitâ ſuâ. Cum autem mortuus fuerit, deferre ad nos ſe faciat, cum totâ pecuniâ ſuâ, ad ſepeliendum: Quo ſepulto, filius ejus in Capitulum noſtrum veniet, daturus pro relevatione

ipsius terræ tantum pecuniæ quantum nobilis homo dare debet pro tali terrâ; jurando similiter sicut pater ejus juravit; donando sicut pater ejus donavit; tenendo sicut pater ejus tenuit; *Ricardo* Abbate S. *Petri* super *Dinam* præsente, *Sueno* nostro Priore, cæterisq; fratribus præsentibus, hujus rei testes fuerunt illi.

Ex vet. Cod. MS. penès *Joh. Vincent* gen. fol. 2.

De tenuâ de Acoure *& aliarum terrarum per* Rogerum de *Acoure.*

DOminus *Rogerus* de *Acoure* tenet Manerium de Acoure de Abbate de Burtone & successoribus suis, adeo liberè & purè, sicut dominus Rex concessit Ecclesiæ de Burtone: Reddendo indè dictis Abbati & Conventui duas marcas, ad festum S. *Martini*, pro omnibus. Et prædictus *Rogerus* ibit cum prædicto Abbate, sumptibus ipsius Abbatis, pro negotiis domus, apud *Londonias.*

Item prædictus *Rogerus* veniet ad Curiam de Burtone, si fuerit rationabiliter summonitus, ad judicandum latronem, vel si fuerit bellum vadiandum.

Item idem *Rogerus* tenet de Priore de Totteburi, omnes terras & tenementa infra has divisas subscriptas; *viz.* inter le Urlesweye, descendendo in le Wolfwall, & sic in Waisewall; & de Waisewall per rivulum, qui vocatur Persiche, usq; Doube, in longitudine; & in latitudine se extendit de aqua de Doube usq; ad altam viam parcum directè usq; aquam de Loxtebourne & à Loxtebourne; ascendendo usq; Bloxewalle; faciendo servicium subscriptum; *viz.* reddendo *xxii. s.* per annum, *viz.* ad festum S. *Martini xi. s.* & ad festum S. *Joh. Bapt. viii. s.* & ad festum S. *Mich. iii. s.* Et debet arare in *Quadragesimâ* cum tribus carucis per unum diem ad cibum dicti Prioris; & valet opus cujuslibet carucæ *iii. d.* Item inveniet *xvi.* homines ad metendum per diem; & valet opus cujuslibet hominis *i. d. ob.* Et benè liceat domino de Acoure, aut facere illud serviturum, aut reddere *ii. s. ix. d.* pro prædicto servicio.

Item idem *Rogerus* & hæredes sui venient ad Concilium dicti Prioris, infra Comitatus Derbey & Staffort, si fuerit rationabiliter summonitus, nisi per alios dominos suos alibi contigerit summoniri; sed si extra prædictos Comitatus laboraverit, dictus Prior sibi & hominibus suis & equis, in omnibus inveniet.

Item, si Dominus Castri de Tottiburi fuerit imprisonatus, ita quod redemi debeat, vel ejniceam filiam suam maritaverit, & petat auxilium de prædicto Priore, tunc idem *Rogerus* talliabitur pro unâ carucatâ terræ, sicut & cæteræ carucatæ terræ de feodo dicti Prioris & Ecclesiæ de Tottiburi talliantur.

Carta Roberti *Abbatis de* Burton *& ejusdem loci Conventus de terrâ de* Acoure. Ibid. fol. 3. a.

SCiant omnes, tam præsentes, quam futuri; quod ego *Robertus* Abbas *Burtonæ*, & totus Conventus ejusdem loci, concessimus & confirmavimus *Radulpho* filio *Ormi*, & hæredibus suis, totam terram de Acoure, cum omnibus pertinentiis quæ pertinent illæ prædictæ terræ, tenendam de nobis, & de Ecclesiâ *Burtonæ*, tam liberè & tam quietè, quam Dominus Rex noster concessit Ecclesiæ nostræ de Burton: Reddendo nobis annuatim duas marcas argenti, ad festum *S. Martini*, pro omni servicio. Sed sciendum est, quod prædictus *Radulphus*, & hæredes sui, debent ad Curiam Regis ire cum Abbate, pro negotio domus, super expensam Abbatis. Et *Radulphus* prædictus & hæredes sui ad Curiam Abbatis venire debent, causâ judicandi latronem, si sit Captus, vel causâ judicandi bataille: Et hoc ad faciendum prædictus *Radulphus* & hæredes sui debent rationabiliter summoniri. Testes sunt hii, Primùm ipsum Capitulum Ecclesiæ *Burtonensis*; *scil. Jordanus* Prior, *Briennius*, *Willielmus* de S. *Albano*, & cæteri Monachi Ecclesiæ prædictæ. Deinde *Galfridus* de *Bachepiz*, *Radulphus* de *Mungumeri*, *Galfridus* de *Tatinhul*, *Willielmus* de *Winshill*, *Godwinus* de *Brandestone*, & *Leisincus*, & plures alii.

Alia Carta ejusdem Abbatis & Conventus de eadem terrâ. Ibid.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Robertus* Abbas *Burtonæ*, totusq; Conventus ejusdem loci, concessimus & præsenti Cartâ confirmavimus *Hugoni* filio *Radulphi* de *Acoure*, sibi & hæredibus suis, terram & tenuram suam quam habet in Acoure, in feodo & hæreditate de nobis tenendam, ita liberè & quietè sicut *Radulphus* ejus pater tenuit: Reddendo nobis annuatim duas marcas argenti ad festum S. *Martini*. Testibus, *Willielmo* Decano de *Tatenhull*, *Roberto* de *Stapenhull*, *Aslwino* Capellano, *Roberto* de *Laundoniis*, *Galfrido Salvagio*, *Radulpho* filio *Radulphi*, *Richerio* ejus fratre, *Roberto* de *Greseleiâ* & *Henrico* fratre ejus; *Henrico* de *Legâ*, *Nicholao* filio *Johannis* de *Wilintone*, *Ricardo* de *Legâ*, *Reginaldo* de S. *Albano*, *Simone* pugili; *Matheo* fratre ejus, *Jordano* de *Povele*, & multis aliis.

W. Hollar sculp:

NIENSIS
(in agro
RDIENSI)
alis ab Africo
pectus.
A° 1006 Wulfricus Merciorum Comes dedit
Cetisthorne (modò Casterne) Burtoniensi
Cœnobio
A° 1506 Iohannes Walker Armiger (inter alia
tenuit Casterne.
A° 1660 Edwardus Walker Eques auratus,
principalis Rex Armorum Anglicorum vulgariter
Garterus denominatus) dicti Iohannis abnepos in tam
fundatoris quam progenitoris sui memoriam
hanc Reliquiarum istius figuram posuit.

Pag. 310. col. 1.

— *De inchoatione sive fundatione* Spaldingensis *Cœnobii.*

Ex Registro de Spalding penès *Job. Oldfield* arm. a. 1659.

EX Cartis & munimentis, tangentibus fundationem sive inchoationem Prioratus *Spaldingensis*, colligi potest, quod quidam *Thoroldus*, *Lucia* Comitissæ antecessor, dedit beato *Nicholao*, & Ecclesiæ, & Monachis de Spalding, decimas in Tetenay, Alkebarg, Normanby, Beltisford, & Scamelsby. Et tempore illius *Thoroldi*, habuerunt Monachi *Spaldingenses*, boscum & mariscum, ut in Carta Regis *Henrici* primi patet. Cumq; postmodum Rex *Willelmus* adquisivisset regnum *Angliæ* per conquestum, mortuoq; dicto *Thoroldo*; relicta sibi hærede *Luciâ* prædictâ, & *Yvo Talboys*, eandem *Luciam* duxerat in uxorem; cui *Yvoni*, dictus Dominus Rex dedit licentiam & concessit, quod ipse Manerium suum *Spaldingense* dare posset beato *Nicholao* Civitatis *Andegavensis*; ita tamen, quod Ecclesia *Spaldingensis*, in Manerio suo hta, & servitores ejusdem, dictum Manerium habeant, cum omnibus appendiciis suis, cum sokâ & sakâ, tol & them, & infangthef, & omnibus libertatibus & consuetudinibus suis, sicut aliquis antecessorum suorum illud meliùs habuit; ita tamen, quod habeat in vitâ dicti *Yvonis*, vel post mortem suam, prout voluerit. Dictus verò *Yvo* postmodum apud *Glouceſtriam*, concessit *Natali* Abbati S. *Nicholai*, & Monachis *Andegavia*, Ecclesiam de Spalding, cum unâ carucatâ terræ, & omnibus quæ ad Ecclesiam pertinent; ita tamen, quod iidem Monachi recognoscant hujusmodi donationem sibi factam ab eodem *Yvone*, tanquam primam donationem, excluso quodammodo dono facto priùs per *Thoroldum*: cui tamen Ecclesiæ *Spaldingensi*, & ipsius ministris, dicti Abbas & Monachi *Andegavenses* assignaverunt & concesserunt decimas, quas prædictus *Thoroldus*, & sui, S. *Nicholao* priùs dederunt.

Dictus *Yvo* nichilominus, pro hujusmodi decimis custodiendis, de suis hominibus assignavit & donavit Monachis *Spaldingiæ*, in Tetenay, unum rusticum, in Alkebar, unum rusticum, & Normanby; unum rusticum, & decimam telonii & salinarum suarum; & unam de piscariis suis, Westlode; & multa alia. Defuncto verò *Yvone* eadem Domina *Lucia* successive sumpsit sibi alios viros; *scilicet Rogerum* filium *Geroldi*, & Comitem *Cestriæ Ranulphum*. Mortuis quoq; Domino Rege *Willielmo*, & maritis Dominæ *Luciæ* supradictis; ipsa, in viduitate suâ donavit Monachis *Spaldingiæ*, Manerium suum *Spaldingiæ*, cum sokâ & sakâ, tol & them, & infangenethef, & omnibus aliis libertatibus; quod donum *Willielmus* de *Romarâ*, filius *Luciæ* Comitissæ, & *Willielmus* nepos & hæres ejusdem *Willielmi*, & *Ranulphus* Comes *Cestriæ*, & ..... successores dictæ *Luciæ* confirmârunt.

Præfectis postmodum diversis Prioribus temporalibus, successivè in Prioratu *Spaldingensi*, per Abbates *Andegaviæ*, Celariis, & Sacristis, aliisq; ministris variis dictæ domus; ac ipsis, pro voluntate dictorum, Abbatiam à suis officiariis depositis & amotis, ipsi in recessu suo ab eodem Prioratu recedentes, & se ad partes alienigenas transferrentes; quicquid de eisdem officiis colligere poterant, asportârunt, in dicti Prioratus prejudicium non modicum & gravamen: Super quo, bonæ memoriæ *Hugo Lincolniensis* Episcopus secundus, dicti Prioratus diocesanus, immo nobilis vir, Dominus *Ranulphus* Comes *Cestriæ* & *Lincolniæ*, ejusdem loci patronus, meritò condolentes, *Constantium* Abbatem, tunc temporis *Andegaviæ*; & *Simonem*, *Spaldingiæ*, tunc Priorem, super premissis, ad compositionem amicabilem perduxerunt. Qui quidem Abbas *Constantius* & *Simon* Prior habentes à suis Conventibus mandata sufficientia componendi super premissis, de consensu eorundem diocesani & Patroni, composuerunt ut Priores de cætero *Spaldingiæ* per diocesanum instituerentur, ac immobiles permanentes, plenam administrationem in spiritualibus & temporalibus optinerent. Mortuo verò Abbate *Constantio* memorato, *Jacobus* ejusdem successor, dictam compositionem volens totaliter infirmare; veniens *Spaldingiæ*, *Simonem* Priorem, per Episcopum, juxta compositionem præmissam institutum, ac alios dictæ domus ministros, contra eandem compositionem voluit deposuisse. Cui dictus Prior & ipsius Conventus resistentes, per eundem Abbatem & suum Conventum procurabantur ad sedem Apostolicam evocari. Dicti verò Abbas & Conventus suus, coram Domino Papâ, contra eosdem Priorem & Conventum suum proposuerunt, se & Monasterium suum, per eosdem Priorem & Conventum à subjectione Prioratus *Spaldingiæ* in spiritualibus & temporalibus spoliatos, petentes per Papam se restitui ad hujusmodi subjectionem; lite verò pendente prædictâ, ac ipsis Abbate & suo Conventu, extra omnimodam possessionem spiritualium & temporalium Prioratus *Spaldingiæ*, juxta assertionem suam propriam factam judicialiter existentibus, compositum secundo exciit inter partes, quam compositionem eisdem Abbati & Conventui nichil attribuitur temporale, nisi quædam præstatio annua *xl. l.* & mota quatuor Monachorum; quæ quidem compositio per sedem Apostolicam confirmatur, de verbo ad verbum totaliter recitata.

Pag. 352. col. 1.

Carta fundationis Prioratus, sive Cellæ Monialium S. Trinitatis *de Bosco, juxta* Merkyate, *in agro* Bedfordiensi.

Carta fundationis ejusdem.

Ex ipso autogr. in bibl. *Hatton.*

Videsis etiam cod. MS. penès Decanum & Capit. Eccl. Cath. S. *Pauli Lond.* (A) f. 15. a.

UNiversis Sanctæ Dei Ecclesiæ filiis, tam prælatis quàm subditis, tam præsentibus quàm futuris; *Radulphus* Decanus, & Capitulum S. *Pauli London.* salutem in Domino. Noverit caritas vestra, nos concessisse, & in perpetuum confirmâsse fundum, in quo situm est Monasterium S. *Trinitatis*, in territorio *Cadendonæ*, sicut fossæa hodie continent; & Boscum quod est inter fossata & Wallingheſtrete, quod continet in longitudine, inter Wallingheſtrete, tres quadrantenas & *xxx.* perticatas, *Christo*, & ei Canonicè succedentibus in proposito Sanctimoniali, in præfato Monasterio Deo servientibus; ita *videlicet*, quod singulis annis tres solidos Capitulo S. *Pauli* de recognitione fundi, in natali S. *Pauli* persolvet. Boscum autem præfatum permaneat indestructum ad operimentum Monasterii pro transeuntibus. Quæcunq; verò huic successerit, succedet per electionem Sanctimonialium ibi commorantium, & assensu substituetur Canonicorum prætaxati Capituli. Juravit autem eis ipsa, & succedentes ei Magistræ jurabunt in Capitulo Canonicorum S. *Pauli*, de supradictâ tenurâ fidelitatem & indempnitatem. Juraverunt etiam Sanctimoniales, quæ tunc fuerunt, fidelitatem & indempnitatem; & quod non recipient Magistras succedentes sine prædicto juramento fidelitatis & indempnitatis in Capitulo S. *Pauli*. Hoc idem etiam futuræ Sanctimoniales jurabunt Magistrabus suis, in Capitulo suo. Facta est autem *Londini* hæc concessio & confirmatio, anno *MCxlv.* ab incarnatione Domini. Nulli autem ibi liceat mutare Ordinem Sanctimonialium; quia super hac tenurâ, nec Clericis nec Monachis aliquam facimus concessionem, nisi Sanctimonialibus tantum ibi commorantibus. Præterea concessimus eis imperpetuum terram quam tenuit *Radulphus Ferrarius* in *Cadendonâ*, ut teneant eam de Capitulo Canonicorum S. *Pauli*; reddendo indè Præposito *Cadendonæ*, singulis annis, sex solidos, pro omnibus serviciis, exceptis consuetudinibus regalibus. Hii verò sunt Testes, *Gaufridus* Abbas S. *Albani*; *Hugo* Abbas *Coleceſtriæ*; *Normannus* Prior S. *Trinitatis*; *Johannes* Prior S. *Botulfi Coleceſtriæ*; *Robertus* Prior de *Merretona*, & *Robertus* subPrior, *Thomas* Prior S. *Bartholomæi*; *Germanus* Prior de *Bellovidere*; *Thomas* Monachus; *Rogerus* Sacristes; *Milo* Monachus; *Osgotus* Monachus; *Gervasius* Monachus de *Bermundesei*; Magister *Walterus*, *Ilbertus* Magister Infirmorum; *Aluredus* de *Wathamstede*; *Rogerus* de *Crocheſlei*; *Gaufridus* de *Gorham*; *Simon* de *Hundendonâ*; *Willielmus* de *Claendonâ*; *Radulfus* Decanus S. *Pauli*; *Willielmus* Archidiaconus; *Richardus* de *Belmeis* Archidiaconus; *Alwaldus* Archidiaconus; *Robertus* de *Auco*; *Robertus* de *Cadomo*; *Nicholaus* Canonicus, *Theodorus*, *Gaufridus* Constabularius; Magister *Henricus*; *Walterus*, *Odo*, *Gaufridus* & *Robertus* fratres; *Hubertus*, *Randulfus*; *Hugo* nepos Decani.

Consecratio Ecclesiæ, & confirmatio ejusdem fundationis per Alexandrum Lincoln. *Episcopum.* Ibid.

ALexander Dei gratiâ *Lincolnienſis* Episcopus; universis Sanctæ Ecclesiæ filiis, tam prælatis quàm subditis, tam præsentibus quàm futuris, salutem in Domino: Notum sit fraternitati vestræ, me *Alexandrum* Episcopum consecrâsse Ecclesiam Sanctæ *Trinitatis* de *Bosco*, quæ est sita in territorio *Cadendonæ* anno *MCxlv.* ab incarnatione Domini, ex petitione Dominæ *Christinæ* & Sanctimonialium ibidem Deo servientium, & ex concessione *Radulfi* Decani, & Canonicorum S. *Pauli Londoniæ*, in quorum territorio sita est Ecclesia. Concessi etiam, & ex auctoritate officii mei, in eadem dedicatione confirmavi Conventionem, quæ facta fuit in Capitulo S. *Pauli*, inter Canonicos & Sanctimoniales, sicut in Cartâ S. *Pauli* habetur; salva mihi in omnibus dignitate Episcopi & Ecclesiæ *Lincolniæ*. Huic præfatæ dedicationi interfuit *Radulfus* Decanus, & *Theodericus* Canonicus, & *Nicholaus* Clericus ex parte Capituli S. *Pauli*; & optulerunt super Altare, in dotem Ecclesiæ & elemosynam, perpetuò possidendam, præfatam possessionem, tam in bosco, quam in plano, sicut in Cartâ eorum scriptum est. Hujus rei testes sunt *Patricius* Episcopus de Limerich, *Alcelinus* Decanus Ecclesiæ S. *Mariæ Lincolniæ*; *Henricus* Archidiaconus de *Huntendone*; *Nicholaus* Archidiaconus de Bedeford; *David* Archidiaconus de Buchingham; *Rogerius* de *Dalmeri* Canonicus; & *Petrus* Canonicus; & *Reinaldus* simplex Canonicus; & *Radulfus* de *Munemue*; & *Gaufridus* Abbas S. *Albani*, cum Priore, & pluribus Monachis ejusdem Ecclesiæ; & *Robertus* Prior de Meretone, & *Reinaldus* Canonicus ejusdem Ecclesiæ; & *Ilbertus* Magister Infirmorum S. *Juliani*; & multi alii tam Clerici, quam Laici.

Pag. 356. col. 1.

Litera Thomæ Cantuarienſis *Archiepiſcopi, pro Decimis dominicorum*, Tuttesbiriæ *dominorum.*

Ex Regiſtr. de Tutbury penès. *Will.* Comitem Devon. n. 9.

THomas Dei gratiâ *Cantuarienſis* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* primas, Apoſtolicæ ſedis legatus, dilecto filio *R.* Archidiacono *Berkeſyre*, & aliis Archidiaconis, in poteſtate quorum Monachi de *Tuttesbiriâ* Decimationes habent, & habere debent, ſalutem: Si præfati Monachi *Tetteſbiriæ* legitimis teſtibus probare poſſunt Eccleſiam ſuam de *Tuttesbiriâ* eſſe fundatam de Decimationibus dominii dominorum de *Tutteſbiria*, & Baronum ſuorum; & illas Decimationes in tempore Regis *H.* & tempore *E.* de *Ferrariis*, & *H.* de *Ferrariis*, & *Roberti* de *Ferrariis* in pace poſſiderunt; tunc vobis mandamus, ut eis, ſicut ratio exigit, eos ipſas Decimationes omnes cum integritate habere faciatis; nec eis præjudicet ad illas Decimationes percipiendas, quod alii quàm proprius Dominus terras præfati Dominii colunt, ita ergo eis in juſtitiâ faciendâ provideatis, ut pro defectu juſticiæ ad nos inde laborare non cogantur, Valete.

Ibid. n. 53. *Carta* VVillielmi *Comitis de* Ferrariis, *pro quadam bovata terræ in* Perſtone.

EGo *Willielmus* Comes de *Ferrariis*, Epiſcopo *Ceſtrenſi R.* & omnibus fidelibus ſanctæ matris Eccleſiæ, & omnibus Baronibus, militibuſq; & hominibus, atq; cunctis amicis meis Clericis & laicis, tam *Francis* quàm *Anglis* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe in perpetuam elemoſinam, huic Eccleſiæ meæ *Tuttesbiriæ*, in honore ſanctæ Dei genitricis *Mariæ* conſtructæ, unam bovatam terræ in Perſtone, quam *Hugo* filius *Radulphi* tenet, cum eodem ſervicio, quod michi & anteceſſoribus meis pertinet; liberam & quietam ab omni exactione ad me pertinente. Hanc donationem feci, illo die quo corpus *Henrici* de *Ferrariis* feci deferri & deponi in dextrâ parte majoris Altaris ejuſdem Eccleſiæ. Præterea concedo & confirmo quicquid anteceſſores mei, *ſcil.* prædictus *Henricus* de *Ferrariis*, & *Eugenulphus*, & *Robertus* avus meus, & *Robertus* Comes Pater meus, ſive uxores, vel Barones, ſeu milites, vel homines eorum donaverunt, vel conceſſerunt prædictæ Eccleſiæ, tam in villis quam in terris, tam in decimis quàm redditibus, tam in molendinis, quàm in paſcuis, tam in nemoribus quàm in planis, tam in pratis quàm in piſcinis, cum omnibus conſuetudinibus & libertatibus, quas illi in eis meliùs unquam habuerunt, ſive ego habeo; nominatim od *Tel*, od *Tem*, od *Sache*, od *Infanginthof*, ita ut ſuprædictam Eccleſiam de nullis hiis rebus, per querimoniam, vel per minas, vel per placitum nemo commoveat vel inquietet amplius. Hanc donationem dedi, & confirmationem feci, pro ſalute meâ, & uxoris meæ *Sibillæ*, & liberorum meorum, & pro requie animæ *Henrici* de *Ferrariis* proavi mei, & *Roberti* Patris mei, & *Roberti* avi mei, & *Eugenulphi* de *Ferrariis*, omniumq; anteceſſorum meorum. Teſtibus, &c.

Ibid. n. 58. *Carta* Willielmi *Comitis* de Ferrariis, *pro toto exitu de tota foreſta de* Duffeld.

WIllielmus Comes de *Ferrariis*, filius *Willielmi* Comitis de *Ferrariis*, omnibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, me conceſſiſſe & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Domui S. *Mariæ* de *Tuttebria*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ, & *Agnetis* uxoris meæ, & anteceſſorum meorum, in puram & perpetuam elemoſynam, omnes Decimas de omni exitu de totâ foreſtâ meâ de Duffeld; *ſcilicet* de paunagio, de venatione, de melle, de denariis. Et quia volo aſſartare quaſdam particulas prædictæ Foreſtæ meæ, & de hominibus aſſedere, concedo & confirmo prædictæ domui & Monachis prænominatis, de omnibus aſſartis factis & faciendis in prædictâ Foreſtâ; veluti Decimas de venatione, de paunagio, de melle, ex eadem terrâ, ex dono anteceſſorum meorum habere conſueverunt. Ut autem donatio anteceſſorum meorum & mea ſit rata, ſtabilis, & inconcuſſa, Sigilli mei teſtimonio illam corroboravi. Hiis teſtibus, &c.

Ibid. n. 62. *Carta* R. *Comitis de* Ferrariis. *pro villâ quæ vocatur* Neutone.

R. Comes de *Ferrariis*, omnibus Baronibus & hominibus ſuis, & univerſis Sanctæ Eccleſiæ filiis, tam Clericis, quàm laicis ſalutem: Sciatis me conceſſiſſe S. *Mariæ* de *Tutteburiâ*, & Monachis, illam donationem, quam *Henricus* filius *Sawali* dedit eis; *ſcilicet Neutonam*, cum omnibus pertinentiis ſuis: Et præterea conceſſi eis facere unam trencheam in morâ de Huttoteshale ad campos ſuos ſalvandos, qui nimiâ aquâ ſæpè periclitabantur; & rameam de ſalicibus & oſeris, quæ ſuper aquam pendent, ad emendationem camporum humidorum. Teſte *R.* Capellano, &c. Et huic dono accrevit *Jurdanus* rectus hæres *H.* filii *Sawali* pratum de *Marâ*, & tres acras terræ de fractitio. Hiis teſtibus, &c.

Ibid. n. 71. *Carta* Roberti *Comitis junioris*, *pro Decimâ firmæ* Tuttesburiæ.

ANno ab incarnatione Domini *MCxli.* ego *Robertus* junior, Comes de Nottingham, concedo & do huic Eccleſiæ S. *Mariæ Tutteſburiæ* omnem decimam denariorum de novo burgo, quem Pater meus accreſcere fecit, & de hoc quod ego accrevi aut accreſcere faciam; *videlicet* de redditibus domorum hujus villæ, & hoc facio pro ſalute animæ meæ, & Patris & Matris meæ, & maximè pro ſolutione

marci argenti, quam *Robertus* filius *Walkelini* de *Roburnâ* huic Ecclesiæ solvebat singulis annis de Heginton, post mortem *Hawisiæ* matris meæ. Sciant igitur præsentes & posteri, quod ego & Prior & omnes Monachi, hoc pacto prædictum *Robertum* ab hac marchâ argenti liberum acclamavimus & fecimus imperpetuum. Huic etiam prædictæ donationi adjeci omnem parochiam de *Novo-Burgo*, sicut de veteri; quam donationem per unum cultellum super Altare S. *Mariæ* optuli, astante Priore, cæterisq; Monachis & baronibus meis, *scil. Alano* de *Leica* &c. Sciant igitur præsentes & posteri, quod *Radulphus* filius *Venatoris* dedit huic Ecclesiæ duas bovatas terræ in Holintone, pro animâ uxoris suæ, & pro animabus antecessorum suorum, liberam ab omni servicio.

lb. n. 75. *Carta* Willielmi *Comitis de* Ferrariis, *filii* Willielmi *Comitis de* Ferrariis, *pro omnibus Decimis de* Nedewode, *tam in defensis, quam in assartis.*

WIllielmus Comes de *Ferrariis*, filius *Willelmi* Comitis de *Ferrariis*, omnibus ad quos præsens scriptum pervenerit salutem. Noscat universitas vestra, me concessisse & præsenti Cartâ meâ confirmâsse Ecclesiæ S. *Mariæ Tuttesbiriæ* & Monachis ibi Deo servientibus, pro salute animæ meæ, & *Agnetis* uxoris meæ, & antecessorum meorum, in puram & perpetuam elemosinam, omnes Decimas de omni exitu de totâ foresta meâ de Nedewode; *scil.* de omnibus defensis meis, & ubi nullus potest commune clamare, de paunagio, de venatione, de melle, de Denariis: Et si in defensis illis in Foresta prædictâ assartare voluero, & de hominibus assedere illas assartas, de omnibus illis prædictæ domui & Monachis prænominatis Decimas concedo & confirmo, veluti de paunagio, de venatione, de melle, de denariis in eisdem defensis, ex dono antecessorum meorum Decimas habere consueverunt: & ut ista donatio sit stabilis & inconcussa, Sigilli mei testimonio confirmavi. Hiis testibus, &c.

lb. n. 80. *Carta* Willielmi *de* Ferrariis *Comitis* Derbiæ, *pro villâ de* Thornihul.

OMnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsens scriptum pervenerit, *Will.* de *Ferrariis*, Comes *Derb.* salutem in domino. Noverit universitas vestra, me divinæ pietatis intuitu, & pro salute animæ meæ, & antecessorum & successorum meorum, dedisse & concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Ecclesiæ beatæ *Mariæ Tuttesbiriæ*, & Monachis ibidem Deo servientibus, infra forestam de Nedewode villam de Thornihul, cum omnibus pertinentiis, libertatibus, aisiamentis, Communis & pasturis, infra forestam & extra. Præterea dedi & concessi eisdem Monachis, de incremento, octies viginti acras terræ & duodecem infra has metas; *scil.* à culturâ de Adgarcleg propinquiori versùs Hamburi usq; ad corneriam prati de Adgarcleg; & à superiori parte prati *Willielmi* de *Foston*, per sollatum, juxta Prestett usq; Withinsich; & sic à Withinsich descendendo usq; ad haiam *Ric. Rokele*; & sic extendendo usq; ultra domus *Hugonis Marveissin*; & sic retro per viam quæ tendit versùs Horecros, usq; ad corneriam haiæ *Walteri Karles* & ita per transversum usq; ad campos de Aggarcle versùs Horecros. Hæc omnia tenebunt prædicti Monachi in puram & perpetuam elemosinam, liberam & quietam ab omni servicio & seculari exactione, sicut aliqua elemosina potest vel debet liberiùs dari vel recipi. Et sciendum, quod prædicti Monachi vel homines eorum in prædictâ villâ, vel terrâ manentes, habebunt *husbote*, & *haibote* in prædictâ Forestâ, & porcos suos de nutrimentis suis quietos de pasnagio sine aliorum agistamento. Et ne aliquis Clericus vel laicus hanc meam elemosinam aliquo tempore in alios usus, quam in propriios usus prædictorum Monachorum, in quorum sustentatione data est, convertere præsumat; à Priore & omnibus Monachis prædicti loci feci excommunicari omnes, qui talia præsumpserint attemptare. Ut autem hæc mea donatio rata permaneat & inconcussa, huic præsenti Scripto Sigillum meum appposui. Hiis testibus, &c.

Pro Manerio de Norburi. lb. n. 88.

ANno ab incarnatione Domini *MCxxv. Willelmus* Prior & Conventus Ecclesiæ S. *Mariæ Tuttesbiriæ*, dedit *Willelmo* filio *Herberti*, *Norberiam*, in feodo, sibi & hæredibus suis, pro Centum solidis reddendis unoquoq; anno; quinquaginta solidos in *Annunciatione* S. *Mariæ*, & alios quinquaginta in festivitate S. *Michaelis*, pro homagio suo: Et si submonitus fuerit à Priore, intererit Placitis & negotiis Ecclesiæ in provinciâ *Tuttesbiriæ*. Et si dominus *Tuttesbiriæ* de captione corpus suum redimerit, vel primogenitam filiam maritaverit, vel honorem suum reemerit, & Prior *Tuttesbiriæ* ad hæc prædicta ei auxilium concesserit, tunc *Willielmus* aut hæres ejus, Priori competens auxilium, secundùm feodum suum exhibebit. Et si Prior & Conventas aliquam terram emerit, supradictus *Willielmus*, seu hæres ejus, secundùm feodum suum, Comperens auxilium faciet. Et si ipse *Willielmus* aut hæres ejus, prædictam firmam terminis statutis non reddiderit, justicietur: & si non potuerit justiciari & firmam retinuerit, Prior faciet tunc *Norberiam* saisiri; & postea, secundùm judicium Curiæ Priori justè tractetur *Willielmus* aut hæres ejus. Et quando *Willielmus* obierit, hæres ipsius relevet suum feodum à Priore & Conventu. Præter hæc autem, pro decimâ dominii, & pro duabus bovatis terræ decimæ pertinentibus, dabit *Willielmus* aut hæres ejus, singulis annis quinq; solidos prædictis terminis. Propter hanc concessionem dedit *Will.* Priori & Monachis, unum modium frumenti. Hujus Conventionis sunt testes, *Robertus* Episcopus, & pluribus aliis.

Compositio

Ibid. n. 89. *Compositio inter Priorem & Conventum de* Tuttesbiri, *& N. Fitzherbert.*

OMnibus Christi fidelibus, ad quos hoc præsens Scriptum indentatum pervenerit, *Nicholaus Fitzherbert* armiger, & *Radulphus Fitzherbert* filius & hæres apparens ejusdem *Nicholai*, salutem in domino sempiternam. Cum ego præfatus *Nicholaus* tradiderim, concesserim, & per quandam Indenturam, cujus data est *xviii.* die *Jan.* anno Regni Regis *Henrici* sexti *xxx.* confirmaverim *Thomæ Gedney* Priori Monasterii beatæ *Mariæ* de Tuttebiri, omnes terras & tenementa mea, redditus & servicia, cum pertinentiis in Dsmondestone in Com. *Derb.* necnon unum messuagium, vocatum le Halle place, & *Lvii.* acras terræ & prati, cum pertinentiis, in Fostone, quæ *Thomas Badeley* tenet; unum messuagium, & *xx.* acras terræ & prati ibidem, nunc in tenurâ *Ricardi Dawkyn* & unam acram & duas partes unius dimidiæ acræ prati, cum pertinentiis, in Kirke-Broughton; Habenda & tenenda eidem Priori & successoribus suis, à festo *omnium Sanctorum* proximo ante datam ejusdem Indenturæ, usq; finem & terminum quatuor annorum, extunc proximè sequentium & plenariè complendorum, prout in eadem Indenturâ plenius apparet: Noveritis nos prætatum *Nicholaum* & *Radulphum*, pro eo quod prædictus Prior & Conventus Monasterii prædicti, per quoddam scriptum suum sub eorum Sigillo communi signatum, remiserunt & relaxarunt mihi præfato *Nicholao* & hæredibus meis, totum jus suum & clameum, quæ habuerunt seu habere potuerunt in quodam redditu *C. s.* tunc exeuntium de Manerio de Mozbury in Com. prædicto; ac in omnibus serviciis, quæ ego seu hæredes mei pro Manerio illo eidem Priori seu successoribus suis facere deberemus; quod quidem Manerium de Mozbury de præfatis Priore, in jure Monasterii sui prædicti tunc tenebatur per eundem redditum & alia servicia; remisisse, relaxâsse, ac omnino pro nobis & hæredibus nostris, per præsentes imperpetuum quietum clamâsse præfatis Priori & Conventui, & successoribus suis, totum jus nostrum & clameum, quæ habemus, habuimus, seu quovismodo habere poterimus, de & in omnibus terris, tenementis, redditibus, & serviciis prædictis; ita quod nec nos nec hæredes nostri, nec aliquis alius nomine nostro aliquid juris seu clamei in eisdem, seu in aliquâ parcellâ eorundem; de cætero exigere seu vendicare poterimus; sed ab omni jure, titulo, & clamio indè totaliter simus excluſi per præsentes imperpetuum. Et nos verò præfati *Nicholaus* & *Radulphus*, & hæredes nostri, omnia terras & tenementa, redditus & servicia prædicta, cum pertinentiis, præfatis Priori & successoribus suis, contra omnes gentes warantizabimus & imperpetuum defendemus. In cujus rei testimonium huic præsenti scripto nostro Sigilla nostra apposuimus; Datum *xxviii.* die *Jan.* anno Regni Regis *Henrici* sexti post Conquestum *xx.*

Carta Roberti *Comitis de* Ferrariis, *pro Manerio de* Staunfozt. lb. n. 103.

EGo *Robertus* Comes de *Ferrariis*, nutu divino, succedens in hæreditatem bonæ memoriæ, *viz. Henrici* patris mei, concedo libens & meâ auctoritate confirmo quæcunq; pater meus & mater mea donaverunt Ecclesiæ S. *Mariæ*, quam ipsi à fundamentis construxerunt apud Castellum meum *Tuttesburiæ*, tam in villâ quàm in decimis & in consuetudinibus, & in omnibus omnino denariis, sicut sancitum est ..... juniore *Willielmo* Rege, sicut ipsi ea in vitâ suâ melius tenuerunt & habuerunt; & ea pro possibilitate virium mearum contra omnes homines defendo & manuteneo. Præterea notum sit præsentibus & futuris, quod *B.* mater mea morti appropinquans, prædictæ Ecclesiæ S. *Mariæ* donavit unum Manerium, quod Estanfozt appellatur, me annuente atq; concedente, per concessionem & auctoritatem *H.* Regis *Anglorum*, sicut ipsa multis ante annis in sanitate suâ Deo voverat atq; promiserat; quod quidem Manerium, quoniam vicinoribus meis erat parvum, atq; commodum à Monachis Monasterii prædicti longuorum atq; remotum, mutuum illud à Priore & Monachis ejusdem loci, & pro eo dedi illis in vicinâ ipsorum, mutuâ vicissitudine, *x.* libratas terræ meæ, cum decimâ ejusdem Manerii, & omnes consuetudines, quas ego in illâ habebam, mediante *R.* Episcopo *Cestriæ*, atq; causas utriusq; partis fideliter ac strenuè peragente: Peracto itaq; negotio, & ab utraq; parte confirmato, dedi illi, pro centum solidis, *Brettonam* villam meam: Deinde operam de fratre *W. Lorburi*, & dedi illis pro quatuor libris; reliquos *xx.* sol. dabo eis per annum de ratione meâ, donec considerem & tradam illis aliquam terræ meæ portionem *xx. s.* valentem. Hujus rei fuerunt testes prædictus *R.* Episcopus, *W.* Capellanus senior, *Wachelinus* de *Raborna* &c.

Carta Sawali *de* Scyrle, *pro quadam cultura terræ in villa de* Hogà. lb. n. 114.

OMnibus amicis suis & hominibus *Sawalus* de *Syrle*, salutem. Noverit universitas vestra, quod ego dedi & concessi Deo & S. *Mariæ Tuttesbiriæ* & Monachis ibidem Deo servientibus, unam culturam terræ de dominio meo de *Hoga*, * pro animâ meâ & uxoris meæ *Mathildis*; & pro animabus Patris & Matris meæ, & omnium antecessorum meorum, & hæredum meorum, in puram & perpetuam eleemosinam, liberam & quietam ab omni servicio & exactione seculari, illam *scil.* culturam, quæ vocatur Polfozland, propinquiorem *Merstonæ*, quam una semita dividit ab aliâ culturâ, quæ similiter Polfozlone appellatur, quam ego retinui in manu, propinquiorem *Tuttesbiriæ*. Ne autem aliquis malignitate aliquâ præfatis Monachis super concessione istâ detrimentum valeat afferre, Sigilli mei auctoritate volui communire. Hiis testibus, &c.

* id est Hoxne.

Carta

Ib. n. 140. *Carta* Willielmi *de* Eytone *militis, pro parco de* Dubbzigge.

UNiversis Christi fidelibus præsens scriptum visuris vel audituris, *Will.* de *Eytona* miles, salutem in Domino. Noverit universitas vestra, me dimisisse,& penitùs quietum clamâsse Priori & Conventui de *Tuttesbiria*, totum jus & clamium quod habebam vel habere poteram in Parco suo de Dubbzigge, qui vocatur *le* Holt, cum terris & pratis eidem prato adjacentibus; ita quod nec ego, nec hæredes mei, nec homines de feodo meo in prædicto Parco & dictis terris & pratis aliquid de cætero poterimus reclamare: Et in hujus rei testimonium præsenti scripto Sigillum meum apposui. Hiis testibus, &c.

Ib. n. 142. *Carta* Sewali, *pro virgulto sub Castello.*

R*Icardo* Dei gratiâ *Coventrensi* Episcopo, & universis sanctæ matris Ecclesiæ filiis, tam præsentibus quam futuris, *Sawalus* filius *Fulcheri* salutem in Domino. Sciatis me dedisse & præsenti scripto & Sigilli mei munimine confirmâsse Deo & Ecclesiæ S. *Mariæ* apud *Tuttesbiriam*, & Monachis ibi Deo servientibus, virgultum meum quod est sub Castello *Tuttesbiriæ*; illud *scil.* quod fuit *H.* filii *Sawal* patrui mei; & omnem terram, quæ est de feodo meo, inter sepem virgulti monachorum, usq; ad viam quæ descendit à portâ Castelli, usq; ad portam Molendini, in liberam & puram, & perpetuam elemosinam, illis & eorum successoribus omnibus, usq; in sempiternum: Habendum & tenendum liberè & solutè, & quietè ab omni exactione & calumpniâ, & omni seculari servicio, tam hæredum meorum, quàm meis temporibus, pro animâ *H.* filii *Sawali*, & animabus Patris & Matris meæ, & animabus omnium prædecessorum, parentum meorum, & succedentium hæredum meorum, & in remissione meorum & uxoris meæ peccatorum,& parentum & amicorum meorum. Mater enim mea moriens, sub Testamento divisit prædictæ Ecclesiæ & Monachis redditum annuum, *scil. vii s.* ex quibus septem solidis ego in manu meâ cepi quatuor solidos, annuatim reddendos, & *Henr.* frater meus primogenitus, ad cujus voluntatem suscepi hæreditatem nostram, reliquos tres solidos recepit reddendos. Nunc verò in hac donatione virgulti & prædictæ terræ, redditus annuus septem solidorum prædictorum assignatur Ecclesiæ prædictæ, & Monachis in virgulto & terrâ prædictâ, Prior *Fulco* & totus Conventus ejusdem Ecclesiæ absolutam clamaverunt, & quietam animam matris & meæ & me, & *H.* fratrem meum, & meos & suos hæredes omnes, usq; in sempiternum à redditu prædicto; & si quid indè minus reddidimus, totum nobis quietum dimiserunt. Hanc verò donationem feci ego, concessione & assensu Domini mei *Willielmi* Comitis de *Ferrariis*, & *H.* fratris mei, de quo suscepi hæreditatem nostram; nam & ipse hoc concessit, & manu dedit propriâ, sicut & ego coram Domino meo *Will.* Comite de *Ferrariis*, & assensu etiam *Matildis Ridel*, uxoris meæ, Testibus, &c.

PAG. 367. col. 2.

De fundatione Malvernensis *Cœnobii.*

Plac. coram Rege apud *Ebor.* term. *Mic.* 12. E. 2. Rot. 28.

PRior dicit, quod Prioratus majoris *Malv.* aliquo tempore ante Conquestum, fuit quoddam Heremitorium, de fundatione cujusdam *Ursonis*, *D'abytot* fundatum: Et postmodum quidam Abbas *Westmonasterii*, prædecessor Abbatis nunc, de assensu ipsius *Ursonis*, constituit ibidem quendam Priorem, & Monachos, & contulit eis & successoribus suis Maneria de *Nova terra*, Wortefeld, & Potwyk. Et similiter quidam *Osbertus* filius *Pontii* contulit eis Manerium de Longeneye, *Guido* filius *Holgodi* duas hidas terræ, & *Rogerus* de *Chaundos* villam de Hatfeld; Habenda & tenenda sibi & successoribus suis in puram & perpetuam elemosinam: Quas quidem donationes Dominus *Henricus* Rex primus (*scil.* Regis *Willielmi* Conquestoris filius) ratificavit, concessit & confirmavit; & etiam dedit eisdem Priori & Conventui decem libratas terræ cum pertinentiis in Wadenhale, Malverne, Northwod, & Fulford; habenda & tenenda, sibi & successoribus suis in formâ prædictâ, quietâ ab omni onere & servicio seculari, pro animâ ipsius *H.* Regis, & animabus progenitorum & hæredum suorum.

PAG. 370. col. 2.

Carta Widonis *filii* Tezonis, *de Ecclesia de* Evertonâ, *Cœnobii S.* Neoti *concessâ.*

Ex Reg. de Cant. Abbathiæ S. *Neoti* in bibl. *Cotton.*

EGo *Wido* filius *Tezonis*, dedi Ecclesiæ S. *Neoti*, pro animabus Patris & Matris meæ, quorum corpora ibi requiescunt, & pro salute meâ, & uxoris meæ, & hæredum meorum in perpetuam elemosinam, Ecclesiam de *Evertonâ*, cum omnibus terris, quæ eidem Ecclesiæ adjacebant, die quo *Rogerus* filius *Ricardi* vitam finivit. Præterea concessi eis illam virgatam terræ quam *Ganfridus* de *Wanford* eidem Ecclesiæ dedit; & aliam virgatam, quam *Rogerus* frater meus dedit illis in escambio, pro quadam virgatâ quam habebant apud Aldrichesheie. Concessi etiam eis virgatam illam, quam idem *Rogerus* dederat eis pro animâ *Walteri* filii *Ricardi*, &c. Testibus, &c.

Carta

Carta Tedbaldi *de* Eſchalers.

EGo *Tedbald.* de *Eſchalers*, pro ſalute animæ meæ, & uxoris meæ, & hæredum meorum, & Patris mei, dedi Monachis S. *Neoti*, totam terram meam, quam habui ex utraq; parte Wadelden, quæ jacebat inter terras Domini mei *Stephani*, & terram *Gaufridi* militis: Et quoniam ego Sigillum non habui, petitione meâ Dominus meus *Stephanus* hanc donationem meam, ſub ſuo Sigillo confirmavit.

Carta Rogeri *de* Clarâ *Comitis* Hertfordiæ, *de Eccleſia de* Bertonâ.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Rogerus* de *Clarâ* Comes *Hertfordiæ*, conceſſu filii mei *Richardi*, & conſilio Baronum meorum, dedi & conceſſi Eccleſiæ de *Bertona*, quæ eſt de feodo meo, Monachis *Becci* apud S. *Neotum*. Hæc autem feci pro ſalute meâ & uxoris meæ & hæredum meorum, & anteceſſorum meorum, qui Monaſterium S. *Neoti* fundaverunt, & ſuis beneficiis ædificaverunt.

Carta Walteri *filii* Roberti, *de Eccleſiis de* Obeſtonâ & Henelinghamâ.

NOtum ſit præſentibus & futuris, quòd ego *Walt.* filius *Rob.* dedi Eccleſiam de *Obeſtona* & Eccleſiam de *Henelinghama* Deo & Eccleſiæ S. *Neoti*, & Monachis *Beccenſibus*, (&c.) pro animâ *Roberti* filii *Ricardi* Patris mei, cujus corpus ibi requieſcit, & pro ſalute meâ & *Matildis* uxoris meæ, & hæredum meorum. Hanc donationem confirmo, & donationem ſimiliter, quam fecit *Matildis* ſoror mea de Eccleſiâ de Cratefeld Cartâ meâ.

Carta VVillielmi *de* Albineio Britonis, *de Eccleſiâ de* Cratefeld.

W*Illielmus* de *Albineio*, filius *Matildis* de *Seint Liz*, univerſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis ſalutem. Notum ſit vobis, quod ego, conſilio prudentum hominum & militum meorum, confirmavi Monachis *Becci* apud S. *Neotum*, Eccleſiam de Crattefeld, (&c.) cum xv. acris terræ, jacentibus in villâ de Crattefeld, & quatuor acras juxta Eccleſiam, quas mater mea eis ante dederat & conceſſerat, (&c.)

Carta Roberti Waſte, *de duabus partibus decimæ de Wereſlai.*

EGo *Rob. Waſte* conceſſi Deo & S. *Mariæ Becci*, & S. *Neoto* confeſſori, & Eccleſiæ ejus de *Ernulfesberia*, & Monachis qui inibi Deo deſerviunt, duas partes totius decimæ meæ de Wereſlai, (&c.) & hoc feci præcipuè pro animâ *Soeni* de *Eſſeſſa*, & pro ſalute Domini mei *Roberti*, filii prædicti *Soeni*, qui mihi hanc terram dedit; & pro ſalute *Gunnoræ* uxoris ſuæ, & pro ſalute meâ & uxoris meæ, & *Willielmi* filii *Geroi* Patris ſui, (&c.)

Carta Petri *de* Monteforti *anteceſſorum donationes* confirmans.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Petrus* de *Monteforti*, filius *Turſtini* de *Monteforti* dedi Sancto *Neoto* omnes terras in villâ de Wenge, cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem villæ, quæ anteceſſores mei dederunt prædictæ Eccleſiæ S. *Neoti*, (&c.) Data apud Peſton anno gratiæ *MCCxlv.* die decollationis S. *Johannis Baptiſtæ.*

PAG. 439. col. 2.

Carta Euſemiæ, *Comitiſſæ* Oxon. *de* C s. *redditus in* Iclintonâ.

Ex Collect. *Rob. Glover*, Somerſet Heraldi [Miſcel. lib. 5. f. 73. b.]

EGo *Euſemia* Comitiſſa, conceſſu Comitis *Alberici* mariti mei, dedi Monachis de Colne redditum C s. in *Iclintona*, cum corpore meo ſepeliendo, pro ſalute corporis & animæ *Stephani* Regis *Angliæ*, & pro animâ *Matildis* Reginæ; & pro animâ Comitis *Euſtachii* filii eorum, (&c.) ita liberè & honorificè in omnibus rebus, ſicut Rex *Steph.* & *Matildis* Regina uxor ſua, qui prænominatum Manerium de *Iclintona* mihi dederunt in libero maritagio, unquam meliùs habuerunt, & ego poſt habui. Teſtibus, Comite *Alberico*, *Gilberto* de *Veer*, *Radulpho* de *Hoſdene*, *Rob.* Conſtabulario, *Rogero* de *Bellocampo*, (&c.)

Carta Roeſiæ *Comitiſſæ*, *de molendino apud* Stibbing.

ROeſia Comitiſſa omnibus hominibus ſuis & amicis, Francis & Anglis, ſalutem. Sciatis me dediſſe, perpetuò, in elemoſynam, unum molendinum apud Stibbing, quod reddit *xxxii. s.* in Eccleſiâ S. *Mariæ* de Colne, & Monachis illic habitantibus, pro animâ Patris mei *Alberici*, & *Gaufridi* Domini mei; & pro meipſâ; & pro omnibus parentibus meis. Teſtibus, *Ricardo* de *Belmeis* Archidiacono, *Willielmo* de *Veer*, & *Adeliſâ* de *Veer*, & *Adeliſâ* de *Eſſexâ*.

Carta Adelizæ *de* Veer, *de* x. s. *redditus.*

DOmino & Patri reverendo *Willielmo Norwycenſi* Epiſcopo, & Comiti *Alberico* filio ſuo, & omnibus amicis & hominibus & fidelibus ſuis *Adelizæ* de *Veer* ſalutem. Notum ſit univerſitati veſtræ, me conceſſiſſe in dedicatione Eccleſiæ de Colne, ipſi Eccleſiæ & fratribus ibidem Deo ſervientibus, in molendino de Aſſe decem ſolidos, quod pertinet ad *Aldam*, in perpetuam elemoſynam, tenendam de me & hæredibus meis, ita liberè & quietè

& honorificè, ſicut Dominus meus & ego, vel alius prædeceſſor noſter meliùs tenuit. Quam donationem & ego manu meâ ſuper Altare Dei genitricis & S. *Johannis* Evangeliſtæ, ad majorem confirmationem in præſentiâ Prioris *Hugonis*, & multorum aliorum, obtuli. Teſtibus his, *Willielmo* de *Veer* filio meo, *Radulpho* de *Hiſpaniâ*, & aliis.

Carta Hugonis *de* Montecaniſio *de Eccleſia de* Edwardeſton.

REverendo Domino & Patri *Willielmo Norwycenſi* Epiſcopo, Dominis, amicis, & hominibus ſuis *Francis* & *Anglis*, *Hugo* de *Montecaniſio* ſalutem. Notum ſit præſentibus & futuris, me conceſſiſſe & confirmâſſe Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de Colne, Eccleſiam de Edwardeſton, liberam & quietam ab omni ſeculari ſervitio, (&c.) Quam Eccleſiam Pater meus *Hubertus* priùs dederat Eccleſiæ de Abendon, (&c.) Et totam decimam turbatum de Staverton, ſicut Pater meus Eccleſiæ de Abendon dedit, & Rex *Henricus* Cartâ ſuâ confirmavit Eccleſiæ de Colne. Duos etiam Monachos, quos Abbas *Faricius* conſtituit pro animâ Patris mei *Huberti* in Eccleſiâ de Edwardeſton, *Walch.* Abbas *Abendoniæ* aſſignavit ipſi & mihi & hæredibus meis in Eccleſiâ de Colne perpetuò. Hanc autem Cartam ego *Hugo* de *Montecaniſio*, & *Stephanus* filius & hæres meus, obtulimus ſuper Altare beatæ *Mariæ* de Colne, conteſtantes Deum, & ejus beatam genitricem *Mariam*, in nullo nos eidem Cartæ contraire. Iſtius verò Conventionis & confirmationis ſunt teſtes, Comes *Albricus*, *Willielmus* de *Veer*, *Rogerus* de *Montecaneſi*; *Stephanus* filius & hæres meus; *Rogerus* de *Bellocampo*; *Gaufridus* de *Veer*, noviſſimè ſuperveniens; *Johannes Brito*, (&c.)

Carta Ricardi *de* Bellocampo, *de Eccleſiâ de* Lamerſeiâ.

RIcardus de *Bellocampo*, omnibus hominibus ſuis & vicinis, *Francis* & *Anglis* ſalutem. Sciatis me dediſſe Monachis de Colne, Eccleſiam de *Lamerſeiâ*, (&c.) Et hoc feci conſilio *Adelinæ* uxoris meæ. Hiis teſtibus, *Pagano* de *Bellocampo*, *Stephano* & *Waltero* de *Bellocampo*, (&c.)

Carta Rogeri Bigot *Comitis* Norff. *de Eccleſiâ de* Dovercourt, & *Capellâ de* Herewich.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Rogerus Bigot*, Comes *Norfolchiæ*, conceſſi & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de Colne, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, Eccleſiam de Dovercourt, cum omnibus ad eam pertinentibus; & cum Capellâ de Herewiche, quam ego aſſenſu eorum fundavi, pro ſalute animæ meæ, & Comitis *Hugonis* fratris mei, & Comitiſſæ *Julianæ* Matris meæ, & *Idæ* uxoris meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum in parochiâ de Dourecourt, (&c.) Hiis teſtibus, *Hugone Bigot* filio meo, *Euſtathio* de *Braham*, *Rogero* de *Braham*, *Ricardo* de *Goſfeld*, *Willielmo* & *Bertramo* de *Verdon*, *Waltero* de *Cadomo*, *Gaufrido* de *Bellomonte* & aliis.

Carta W. *de* Mandevill *Comitis Eſſexiæ*, *de duabus partibus decimarum de* Rouges.

Willielmus de *Mandevill* Comes *Eſſexiæ*, omnibus hominibus & amicis ſuis *Francis* & *Anglis* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de Colne, duas partes decimarum de toto dominio in Rouges de omnibus rebus, quæ decimari debent, ſicut Carta avi mei *Alberici* de *Ver* teſtatur. Hiis teſtibus, *Aiber co* Comite, *Johanne* de *Rockele*, *Willielmo Walenſi*, *Radulpho* de *Vere*, *Rogero* de *Bellocampo*.

Carta Petri *de* Burgate, *de totâ terrâ de* Palgrave.

OMnibus (&c.) *Petrus* de *Burgate*, filius *Roberti* de *Burgate* ſalutem. Noveritis me, pro ſalute animæ meæ, & *Roberti* Patris mei, & omnium anteceſſorum meorum conceſſiſſe & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe, in liberam & puram elemoſynam, Monachis de Colne, totam terram de Palgrave, quam *Willielmus* avus meus dedit prædictis Monachis: & totam terram illam de Randeſtune ad feodum meum pertinentem, &c. Excepto tantummodo ſervicio Domini Comitis *Oxonii*, Domini mei; *ſcilicet* ad ſcutagium, cum aſſiſum fuerit per regnum, dicta terra de Palegrave reddet ad Marcam ſex denarios, & terra de Rendeſtone tres denarios, niſi Comes Dominus meus illud condonare voluerit, (&c.) Et ſi contingat, quod homines prædicti, dictam terram tenentes, in Curiâ meâ de Burgate implacitentur, dicti Monachi Curiam ſuam de hominibus ſuis liberè habebunt. Hiis teſtibus, Dominis *Hugone* de *Veer* Comite *Oxonii*, *Willielmo* le *Breton*, *Willielmo* le *Blund*, *Othone* filio *Willielmi*, *Willielmo* filio *Reyneri*, *Henrico* de *Bellocampo*, *Thomâ* de *Laneham*, *Waltero* de *Creppinges*, *Radulpho* de S. *Oſithâ*, & aliis.

Carta Jordani Camerarii, *de Eccleſiâ de* Wilbergham.

JOrdanus *Camerarius*, omnibus (&c.) ſalutem. Sciatis me dediſſe Eccleſiæ de Colne Eccleſiam de Wilbergham, pro ſalute animæ meæ, (&c.) Teſtibus, *Beatrice* uxore meâ hanc donationem concedente; & *Avenello* fratre meo, *Pagano* de *London*, *Willielmo* filio ſuo, & *Willielmo* filio *Fulconis* (&c.)

Pag. 479. col. 1.

Carta Rogeri *de* Scalis, *Patris sui donationem, aliasq; terras Prioratui concedens.*

Ex Regist. de Blakeberah penès V. Cl. H. Spelman Eq. aur. anno 1640. f. 3. b.

NE diuturnitas perturbet temporis memoriam gestorem, intuitu caritatis, aut revolvat hominum improbitas injusta, ea quæ Dei nutu justè sunt dispolita, ego *Robertus* de *Scalis* confirmo, Cartæ præsentis testimonio, ea quæ à patre meo matreq; mea Sancti spiritus facta sunt consilio. Noverit ergo universitas fidelium Christi, tam præsentium quàm futurorum, me *Robertum* de *Scalis* concessisse & confirmâsse Deo & S. *Mariæ* & Sanctæ *Katherinæ* virgini, & sororibus præsentibus, fratribusq; Deo servientibus & servituris, in loco qui vocatur Shiplade, mariscum & terram *Wimble*; & bruerarn octoginta perticas in latitudine, & in longitudine à divisione *Wirmegeye*, usq; ad terram cultam *Middletoniæ*; & super Blakeberghe *xx.* acras, & culturam de Dalegh; & undecim perticas in latitudine in bosco, & *xxvi.* acras apud orientem de Daleth; & apud occidentem de Daleth tresdecem perticas in latitudine, & *xxv.* in longitudine de prato; & *Faldsognam* per omnes campos *Middletoniæ*: & homagium *Edwithi* & uxoris ejus, & filiorum & filiarum ejus: & Sandgateknol; & quatuor acras & dimidiam de prato in Daleth; & terram quæ ad me pertinet de censu de Sengdeberge; & in Daleth juxta croftam Lise, unam acram; & duas acras de prato in Cawelle; & *xii. d.* reddendos annuatim, ex dono *Willielmi* fratris mei. Et partem quæ ad me pertinet de Levestor. Et terram quæ ad me pertinet de Lamesege; & septem perticas in latitudine, cum totâ longitudine suâ in mariseo apud Serhich. Et præterea ex dono meo *xii. s.* annuatim reddendos de molendino *Wrydelingtoniæ*.

Hæc omnia concessi, & præsenti Cartâ meâ confirmavi in perpetuam elemosynam liberè & quietè, cum omni libertate possidendâ, Deo & S. *Mariæ*, & S. *Catherinæ* Virgini, & prædictis sororibus & fratribus, absq; omni exactione & servicio temporali & consuetudine seculari; pro salute animæ meæ & Patris mei & Matris meæ, & uxoris meæ, & fratrum & sororum mearum, & omnium prædecessorum meorum, & omnium benefactorum meorum, & omnibus quibus injustè nocui, concessione & consensu filiorum meorum *Rogeri* & *Roberti*. Hiis testibus. &c.

Ibid. f. 3. a. *Carta ejusdem* Rogeri *de* Scalis *de parte suâ de* Levestor, *& terrâ de* Lamesege.

ROgerus de *Scalis*, universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis salutem. Notum sit universitati vestræ, me, concessione uxoris meæ *Muriel*, & *Roberti* filii mei, concessisse domui, S. *Catherinæ* de Blakeberge, & fratribus ibidem Deo servientibus & servituris, quum *Willielmus* filius meus sumpsit habitum religionis in eadem domo, in puram & perpetuam elemosynam, meam partem de Levestor, & terram meam de Lamesege; & septem perticas in latitudine, cum totâ longitudine suâ in mariseo versùs Serhic. Hanc verò concessionem meam, ut perpetuam haberet firmitatem, Cartâ meâ confirmavi. Hiis testibus, *Eustachio* & *Jocelino*, Monachis, &c.

Carta Roberti *de* Scalis, *donationes* Roberti *avi sui, de Ecclesiis de* Middelton, *&* Sandone; *& medietatis Ecclesiæ de* Wetherdene, *confirmans.* Ib. f. 3. b.

OMnibus in Christo fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, *Robertus* de *Scalis* salutem. Noverit universitas vestra, me intuitu pietatis, pro salute animæ meæ, & Patris mei & Matris meæ; & pro salute omnium antecessorum meorum, concessisse & confirmasse Deo & beatæ *Mariæ* & Sanctæ *Catherinæ* de Blakebergh, & Monialibus ibidem Deo servientibus & servituris, concessionem & donationem & confirmationem Ecclesiæ S. *Mariæ* de Middelton, & Ecclesiæ S. *Andreæ* de Sandone, & medietatis Ecclesiæ de Wetherdene, cum omnibus ad eas pertinentibus, in liberam & puram & quietam & perpetuam elemosynam, sicut Cartæ, quas *Robertus* de *Scalis* avus meus; & *Rogerus* de *Scalis* Pater meus eisdem Monialibus fecerunt, testantur & proportant. Et ut hæc concessio imperpetuum permaneat illibata, eam præsenti scripto & Sigilli mei appensione confirmavi. Hiis testibus, &c.

Carta Roberti *de* Scales *de Ecclesiâ de* Ilsyngtone. Ib. inter Cartas de Ilsyngton f. 2. b.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Robertus* de *Scales*, Dominus de Neusels, concessi & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Prioriss de Blakebergh, & ejusdem loci Monialibus, advocationem Ecclesiæ de Ilsyngtone, in Com. *Norff.* Habendam & tenendam eisdem Prioriss & Monialibus, & eorum successoribus, de Capitalibus Dominis feodi illius, per servicia indè debita & consueta imperpetuum, (&c.) In cujus (&c.) Hiis testibus, Domino *Johanne Bardolf*, Domino de Wirmegeye, Domino *Johanne* de *Telney* Milite; Domino *Willielmo* de *Duntone* milite; Domino *Roberto* de *Caustone* milite; *Willielmo Duranni*, (&c.) Data apud Middeltone in Com prædicto, die *Veneris* proximâ ante festum S. *Ambrosii*, anno regni Regis *Edwardi* tertii post conquestum *xviii.*

Ib. inter Cartas de parva Bycham.

Carta Will. *filii* Galfridi *de parva* Bycham, *& aliorum de advocatione Eccleſia ejuſdem loci.*

NOverint omnes hoc ſcriptum viſuri vel audituri; quod ego *Will.* filius *Galfridi* de *parva* Bycham, & ego *Ric.* frater prædicti *Will.* & ego *Martinus* filius *Rogeri* de *parva* Bycham; & ego *Will.* frater prædicti *Martini*, dedimus & conceſſimus, & hac præſenti Cartâ noſtrâ confirmavimus, Deo & Eccleſiæ S. *Cath.* de Blakebergh, & Monialibus ibidem Deo ſervientibus & imperpetuum ſerviturus, totum jus patronatus Eccleſiæ de *parva* Bycham, cum omnibus pertinentiis, quod habuimus vel habere potuimus in puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animarum noſtrarum, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum: Et in hujus rei teſtimonium præſenti ſcripto Sigilla noſtra appoſuimus. Teſtibus, Magiſtro *Roberto* de *Bilneye* officiali *Norwicenſi*; Domino *Radulpho* de *Gatelee*; Domino *Eudone Harſyk*; Domino *Frari* de *Capravilli*, Domino *Will. Lovell* de *Berton*; *Tho.* de *Gatelee*; Domino *Godefrido* Decano *de* Baſſelee; *Adâ perſonâ* de *Gatelee*; *Ric.* de Sancto *Germano*, & aliis.

Ib. inter Cartas de Wiltone.

Carta Emmæ *de* Belloſago *de quater centis anguillis annuatim, de piſcariâ ſua in* Wiltone.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Emma* de *Belloſago* conceſſi & dedi, & hac meâ præſenti Carta confirmavi, in viduitate meâ, & in liberâ poteſtate meâ, pro ſalute animæ meæ, & animæ *Iſabellæ* de *Fryville*; & pro ſalute animarum anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, Monialibus de Blakebergh ibidem Deo & beatæ *Mariæ*, & *S. Catherinæ* ſervientibus, quatuor Centum anguillarum de redditu piſcarii mei de Wiltone annuatim, in principio *Quadrageſimæ*; habenda, ſcilicet novem eſtickes de gurgite qui vocatur Lodwere, & totam partem meam de Ruvene; *ſcilicet* ſeptem eſtickes ad dictum terminum ſumendas, in puram & perpetuam elemoſinam. Et ego dicta *Emma* & hæredes mei warantizabimus dictam elemoſinam dictis Monialibus contra omnes homines imperpetuum, (&c.) Teſtibus, &c.

PAG. 489. col. 2.

Carta Willielmi *de Langvale, de Eccleſia S.* Clementis. Ex Regiſt. Prioratus S. *Mich.* juxta Stanford penes *Galfr. Muſhall* gen. anno 1657. f. 32.

SCiant tam præſentes quàm futuri, quod ego *Will.* de *Langvale*, filius *Will.* de *Langvale*, do & concedo, & hac præſenti Cartâ meâ confirmo Sanctimonialibus Eccleſiæ S. *Michaelis* de Staunforde, Eccleſiam S. *Clementis* ejuſdem villæ, cum omnibus pertinentiis ſuis, in puram & perpetuam elemoſinam, liberè & quietè, divini amoris intuitu, & pro ſalute animarum Patris & Matris meæ, & omnium anteceſſorum meorum. Teſtibus hiis, *Olivero* Seneſchallo, *Willielmo Oliver*, *Johanne* fratre *Oliveri*, *Radulpho* de *Ambli*, (&c.)

Carta Achardi *de* Staunford, *de Eccleſia Omnium Sanctorum.* Ibid.

NOtum ſit omnibus, quod ego *Achardus* de *Staunford*, in morte *Gwid.* filii & hæredis mei, conceſſi & dedi, & adhuc concedo & præſenti Cartulâ confirmo Eccleſiam *Omnium Sanctorum* de Staunforde, in *Nicolſcira*, Eccleſiæ S. *Michaelis* Archangeli, & ibidem Deo ſervientibus, in perpetuam & puram elemoſinam, pro animâ ejuſdem *Gwidonis*, & pro animabus patris & matris, & omnium anteceſſorum meorum, & pro Redemptione peccatorum meorum. Hiis teſtibus, *Gileberto* Abbate de Swineſheved, *Thoma* Monacho. (*&c.*)

Carta Richardi *de* Humet, *de Eccleſia* S. Andreæ. Ibid. 4. b.

NOtum ſit præſentibus & futuris, quod ego *Ricardus* de *Humet* Conſtabularius *Henrici* Regis *Angliæ*, ſuperna pietatis intuitu, & meorum remiſſione peccatorum, & petitione dilecti noſtri *Will.* de *Colville*, donavi & conceſſi, & hac præſenti Cartâ confirmavi, Abbatiæ S. *Michaelis* de Staunforde, & Monialibus ibi Deo ſervientibus, Eccleſiam S. *Andreæ* de Staunforde, quam *Petrus* Decanus tener in elemoſinâ perpetuo poſſidendam; ſalvo jure præfati *Petri*, diu vixerit. Actum eſt hoc, incarnati verbi *MCLxx.* die S. *Blaſii*, in aulâ apud Staunforde, præſentibus *Bertramo* de *Verduno*, *Giroldi* de *Normanvilla*, *Galtero* de *Cardunvilla*, *Galtero Britone*, *Roberto* de *Kernelle*, *Galtero* de *Amundeville*, *Holte* de *Boſcoale*, & pluribus aliis.

Carta

Ibid. *Carta* Willielmi *Abbatis de* Burgo *S.* Petri, *de Ecclesia S.* Martini.

NOtum sit omnibus, tam futuris quam præsentibus, quod ego *Willielmus*, Dei gratiâ Abbas *Burgi*, assensu Conventus, coram multitudine Virorum, ac mulierum, donavimus & præsentium auctoritate muniendo confirmavimus Sanctimonialibus, quæ in Monasterio beati *Michaelis* Archangeli, penès Staunford Deo serviunt, in subjectione nostrâ & custodiâ, Ecclesiam beati *Martini* de Staunford, in liberam & perpetuam elemosynam, cum omnibus rebus eidem Ecclesiæ pertinentibus, ob amorem Dei, & pro remedio animarum nostrarum; ita ut eædem Sanctimoniales perpetuo habeant eandem Ecclesiam, & possideant ad proprios usus; neq; liceat eis dare eam alicui, neq; in alienas manus ponere; quia decrevimus præsentis paginæ testimonio, ut de beneficiis illius Ecclesiæ, una cum cæteris elemosinis, quas eisdem, deserviendum Deo assignavimus, ipsæmet, de cætero, uberius sustententur, recognescentes indè Ecclesiam *Burgi* annuâ pensione decem solidorum, ad festum S. *Michaelis*, cum vacaverit a *Petro* Presbytero. Hæc donatio facta est in Ecclesiâ beati *Michaelis* Archangeli apud Staunford, coram pluribus.

Ibid. *Confirmatio* Oliveri, Lincolnienſis *Episcopi de eadem Ecclesia, S.* Martini.

UNiversis ad quos pervenerit litera præsens, *Oliverus* permissione divinâ *Lincolniensis* Episcopus in omnium salvatore. Universitate vestræ notum facimus per præsentes, quod examinato Regiſtro de ordinationibus Vicariarum, in nostrâ dioceſi consistentium, hæc inter cætera contineri compertum est in eodem. *Vicariâ in Ecclesia S.* Martini Staunford, *quæ est Prioriſſa & Conventus S.* Michaelis Staunford, *consistit in toto Altaragio dictæ Ecclesiæ; reddendo indè annuatim dictis Monialibus duas marcas; ita tamen, quod si Capella de* Burgele, *in eadem parochia sua divinum officium habere debeat, dictæ Moniales onus illius Capellæ sustinebunt: Vicarius autem solvet tantummodo Sinodalia, & dictæ Moniales procurabunt hospicium Archidiaconi, & cætera onera omnia sustinebunt.* In cujus rei testimonium Sigillum nostrum præsentibus est appensum. Data apud Oudesberge; quarto Nonas *Junii* anno Domini *MCCLxxxix.*

Ibid. f. 5. b. *Carta* Rogeri *de* Torpel, *de Ecclesiâ de* Coxby.

UNiversis sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, hoc scriptum visuris vel audituris, *Rogerus* de *Torpel* salutem in Domino: noverit universitas vestra me concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Ecclesiæ S. *Michaelis* de Staunford, & Monialibus ibidem Deo servientibus, donationem Ecclesiæ beati *Johannis* Evangelistæ de Coxby, quæ ad matrem meam pertinet, cum omnibus pertinentiis suis, in puram & perpetuam elemosynam, pro animâ patris mei, & pro animabus omnium prædecessorum meorum. Et ut ista concessio rata & illibata permaneat, eam Sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus, *Regero* de *Huntyngfeld* Clerico, *Thomâ* de *Coleville*, *Hugone* de *Gretford*, *Willielmo* de *Heddone* milite, (&c.)

Carta Matildis *de* Divâ, *de tertiâ parte Ecclesiæ de* Coxby. Ibid. f. 6. a.

NOtum sit omnibus præsentibus & futuris, quod ego *Matildis* de *Divâ*, filia *Galfridi* de *Waltervillâ*, supernæ pietatis intuitu, & pro animabus patris mei, matrisq; meæ & nominatim materteræ meæ *Matildis* de *Dovere*, & mariti mei *Willielmi*; & pro salute meâ & puerorum meorum, dedi & concessi, & hac præsenti Cartâ mea confirmavi Deo & Ecclesiæ Moniallum de S. *Michaele* de Staunford, tertiam partem in Ecclesiâ de Coxby, cujus tertia pars jus advocationis ad me pertinuit, liberè & quietè in perpetuâ elemosynâ possidendam, cum omnibus pertinentiis suis. Hiis testibus, *Reinero* Decano de Staunford, *Alexandro* personâ, (&c.)

Carta Domini H. *Episcopi, & Capituli* Lincoln. *de duabus partibus Ecclesiæ de* Coxby. Ibid.

OMnibus Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit *Hugo* Dei gratiâ *Lincolniensis* Episcopus, salutem in Domino. Noverit universitas vestra, nos de assensu & voluntate dilectorum in Christo filiorum, *Willielmi* Decani & Capituli nostri *Lincolniæ*, divinæ pietatis intuitu, dedisse & concessisse dilectis filiabus in Christo, Monialibus S. *Michaelis* extra burgum Staunford, duas partes Ecclesiæ de Coxby, quæ de dono *Matildæ* de *Divâ*, & de dono *Ascelinæ* de *Watervilla*, & hæredum suorum; de dono etiam *Hamonis Peche*, ad ipsarum Monialium advocationem pertinent: habendas eisdem; & in propriis usibus in perpetuum possidendas; salvâ *Hugoni* de *Osberneby* portione suâ ibidem, quoad vixerit; & salvâ vicariâ perpetuâ, cum manso competenti, quam *Hilarius* Capellanus optinet de dictis portionibus, sibi & successoribus suis dictarum portionum vicariis assignatâ. Prædictæ autem Moniales omnia onera Episcopalia & Archidiaconalia sæpedictas duas partes contingentia, sustinebunt: Salvis etiam in omnibus Episcopalibus consuetudinibus *Lincoln.* Ecclesiæ dignitate: quod ut perpetuam optineat firmitatem, præsentem Cartam Sigillo nostro, uno cum Sigillo prædicti Capituli nostri duximus muniendam. Hiis testibus, *Willielmo* Decano, *Johanne* præcentore (&c.) Datæ (&c.) in Capitulo *Linc. xiii.* Kal. *Maii*, pontificatus nostri *xvii.*

Ibid. b. *Carta* Radulphi *de* Divâ *de tertiâ parte Ecclesiæ de* Cozby, *necnon Capella de* Uptone.

RAdulphus de *Divâ* omnibus amicis *Francis* & *Anglicis*, tam præsentibus quàm futuris salutem. Noverit universitas vestra me dedisse & concessisse, & hac meâ præsenti Cartâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ S. *Michaelis* de Staunforde, & Monialibus ibidem Deo servientibus, tertiam partem in Ecclesiâ de Cozby, quam *Matilda* de *Divâ*, Mater mea prædictis Monialibus dedit, & Sigilli sui impressione munivit; & pro salute animæ meæ & uxoris meæ, & pro animabus antecessorum & successorum meorum, in puram & perpetuam elemosynam, cum omnibus pertinentiis, & cum sartis modo sartatis, & imposterum sartandis, nobis & hæredibus nostris pertinentibus in perpetuum. Præterea concedo & præsenti Cartâ meâ confirmo donationem & confirmationem partis Capellæ de *Uptona*, quæ ad me pertinere dinoscitur, cum decimis & terris, & cum omnibus ad eandem Capellam pertinentibus, *scilicet* quam *Matilda* de *Divâ* Mater mea prædictis Monialibus dedit, & Cartâ suâ confirmavit. Et ut hæc donatio rata & inconcussa, & imposterum valitura permaneat, Sigilli mei impressione confirmo. Hiis testibus, *Alexandro* Capellano de Cozby, *Willielmo* Capellano *Omnium Sanctorum*, (&c.)

Ibid. f. 7. a. *Carta* Willielmi *Abbatis de* Burgo, *& ejusdem loci Conventus, de Ecclesia de* Turleby.

NOtum sit omnibus, tam futuris quàm præsentibus, quod ego *Willielmus* Dei gratiâ Abbas *Burgi*, totusq; Conventus, donavimus, & præsentium auctoritate muniendo confirmavimus Sanctimonialibus quæ in Mosterio beati *Michaelis* Archangeli, penès Staunforde, Deo serviunt, in subjectione nostrâ & custodiâ Ecclesiam beati martyris *Firmini* de Thurleby, in liberam & perpetuam elemosynam, cum omnibus rebus eidem Ecclesiæ pertinentibus, ob amorem Dei, & pro remedio animarum nostrarum, ita ut eædem Sanctimoniales perpetuò habeant eandem Ecclesiam, & possideant ad proprios usus: neq; liceat eis dare eam alicui, neq; in alienas manus ponere; quia decrevimus præsentis paginæ testimonio, ut de beneficiis istius Ecclesiæ, unà cum cæteris elemosinis, quas eisdem ad serviendum Deo assignavimus, ipsemet de cætero uberiùs sustententur; recognoscentes indè Ecclesiam nostram annuâ pensione de dimidiâ marchâ argenti, duobus terminis, *Paschæ scilicet* & S. *Michaelis*, Almario nostro reddenda, cum vocaverit, & *Salfrido* Capellano.

Carta Ascelinæ *de* Waterville, *de medietate* Ibid. b. *Capellæ de* Uptone.

OMnibus ad quos præsens scriptum pervenerit, *Ascelina* de *Walterville* æternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra me dedisse & concessisse Deo & Ecclesiæ S. *Michaelis* de Staunforde, & Monialibus ibidem Deo servientibus, in proprios usus, medietatem Capellæ de Uptone, quæ ad nos pertinere dinoscitur, cum omnibus ad eandem Capellam pertinentibus, in puram & perpetuam elemosynam, ad coquinam earum, pro amore Dei, & pro salute animæ meæ, & pro animâ *Galfridi* & *Thomæ* filiorum meorum, & pro animabus omnium prædecessorum & successorum meorum. Hiis testibus, *Ricardo* Decano de Rothomi, (&c.)

Carta Willielmi *Comitis* Warennæ *de redditu* Ib. f. 16. a. xl. s. *annuatim de molendino de* Waketefeld.

UNiversis sanctæ Matris Ecclesiæ filiis ad quos præsens scriptum pervenerit, *Willielmus* Comes *Warennæ* salutem in Domino. Noverit universitas vestra, me caritatis intuitu, & pro salute animæ meæ, & pro animabus patris mei & matris meæ, & omnium antecessorum meorum, & successorum meorum; & pro salute animæ *Heliæ* de *Marnile*, dedisse & concessisse & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse in puram & perpetuam elemosynam, Deo & Ecclesiæ S. *Michaelis* de Staunforde, & Monialibus ibidem Deo servientibus, quadraginta solidos argenti, eisdem Monialibus, annuatim percipiendos de redditu molendini mei de Waketefeld, ad festum S. *Michaelis*, quos assignavi ad coquinam prædictarum Monialium, ita ut prædictæ Moniales faciant Anniversarium prædicti *Heliæ* annuatim in Vigilia S. *Georgii*. Hanc autem concessionem & donationem ego *Willielmus* Comes *Warennæ* & hæredes mei warantizabimus præscriptis Monialibus, contra omnes imperpetuum: & ut hæc mea concessio & donatio rata sit & imperpetuum inconcussa permaneat, præsentem Cartam meam Sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus, *Johanne* de *Basyngburne*, *Radulpho* de *Normanville*, *Radulpho* de *Wauncy*, *Radulpho* de *Albo Monasterio*, *Alexandro* Decano *Staunfordiæ*, dicto Vicario S. *Andreæ*, (&c.)

Pag. 496. col. 1.

Ex hist. Ins. Insulæ in bibl. Cotton. [sub effigie Titi A. 1.] f. 49. b.

Carta Roberti *Camerarii Comitis* Richmundiæ, *de duabus partibus de* Elmeneyà; *necnon de terris in* Beche, *& de Ecclesiis de* Wendeià, Wilburham, *&* Birkeby, *Cœnobio de* Denny *concessis.*

ROdbertus Camerarius Comitis *Richmundiæ*, omnibus, tam præsentibus, quàm futuris Sanctæ Ecclesiæ filiis salutem. Sciatis me concessisse & dedisse, & præsenti Cartâ confirmâsse in perpetuam elemosynam, *S. Jac.* & *S. Leon.* & *Regin.* Monacho de Ely, & Monachis ejusdem Ecclesiæ in *Insulâ* quæ vocatur *DENEIA* Deo & *S. Leonardo* servientibus, duas partes de *Elmeneiâ*. Postquam dedi in villâ de Beche, Ecclesiæ *S. Jacobi* & *S. Leonardi* de *Deneia*, in præsentiâ Domini *Nigelli* Episcopi, pro salute animæ meæ & uxoris meæ, & pro animâ patris mei & matris meæ, quando locus ille ab eodem Episcopo fuit consecratus; *viz.* novem acras terræ, tres in quolibet campo; & unum curtilagium, liberè & quietè, & sine omni consuetudine perpetuò tenendas. Præter hanc donationem feci eis & alias, *viz.* Managium in Beche, quod tenuit *Godricus* filius *Rufridi Britonis*, cum totâ terrâ, quam ipse *Godricus* tenuit in Campis; quæ se defendit pro dimidiâ virgatâ: & ita liberè eis dedi, quod quieti erunt imperpetuum ab omnibus scutagiis & auxiliis, & omnibus consuetudinibus pertinentibus, vel ad me vel hæredes meos, vel etiam ad dominos nostros de quibus tenemus; excepto duntaxat, quod pro hac dimidiâ virgatâ, Gelda ad Coronam Regis pertinentia, & per totum Comitatum currentia, exsolvere.

Post hæc autem dedi de dominio meo, nonam garbam de Wilburham, & de *Wendeiâ*; & Ecclesiam de *Wendeia* & omnia pertinentia eidem Ecclesiæ, Deo & S. *Jacobo* & S. *Leonardo*, & fratribus in præfatâ Insulâ Deo servientibus imperpetuum. Confirmo etiam præfatæ Ecclesiæ de *Deneia* donationem quam feci coram domino *Nigello* Episcopo; *viz.* omnes Ecclesias terræ meæ, sicut vacabunt ubiq; sint; Ecclesiam *scil.* de *Wendeia* & Wilburham, & de Birkeby: Et volo & præcipio, ut præfata Ecclesia eas habeat & teneat liberè & quietè in perpetuam elemosinam. Has autem donationes meas, hæredes mei, *scil. Georgius* & *Nigellus*, concesserunt in præsentiâ domini *Nigelli* Episcopi in communi audientiâ. Volo igitur & vehementer exopto, & quasi pater filiis charissimis præcipio, ut multiplicent & augeant, tam præfatam Insulam, quam terram in Beche, ad præfatam Insulam pertinentem, quibuscunq; modis legitimè poterunt, ad commodum ejusdem Ecclesiæ, & suæ animæ. Hoc autem totum feci, ut perpetua memoria mei & parentum meorum habeatur ibi ante dominum. Quod si forte post hæc aliquis hæredum meorum de hiis elemosynis à præfatâ Ecclesiâ de *Deneia* aliquid abstulerit, ex ore meo in conspectu Dei sit ille maledictus, & in tremendo judicio, nisi resipuerit, condemnatus; Amen. Testibus, *Waltero Filato*, *Martino* Decano de *Bodeh.* *Rad.* Decano de *Wadd.* *Petro* Decano de *Hist.* *Baldrico* Decano, Magistro *Malgerio*, *Bernardo* sacerdote de Beche, *Roberto Ran.* *Ranulfo Lan.* *Henrico* Clerico, *Radulfo* Dapifero, *Willielmo* Clerico ejus, *Everardo* de *Beche.*

Carta Conani *Ducis* Britanniæ, *donationem* Roberti *Camerarii sui confirmans.* lb. f. 50. a.

COnanus Dux *Britanniæ*, Comes *Richemondiæ*, omnibus tam præsentibus quàm futuris sanctæ Ecclesiæ filiis, & omnibus ballivis suis; necnon & omnibus amicis suis *Francis* & *Anglicis* salutem. Notum sit vobis omnibus me concessisse, & hac Cartâ meâ confirmâsse, pro salute animæ meæ, & animarum antecessorum meorum, omnes donationes, quas *Robertus Camerarius* meus caritativè dedit Ecclesiæ S. *Jacobi* & S. *Leonardi* de Insulâ, quæ vocatur *Deneia*, & Monachis *Elienſibus* ibidem Deo servientibus. Quare volo & præcipio, ut prædicti Monachi benè & in pace & integrè illas donationes habeant & possideant; sicut Carta jam dicti *Roberti* testatur eis; quia idem prædictus *Rodbertus* inde me vivâ voce requisivit, & ego ei concessi. Testibus *Margareta* Comitissâ, *Alanus* Constabularius, *Radulphus* Camerarius, *Robertus* frater Comitis, *Brianus* & *Reginaldus* fratres Comitis, *Henricus* frater *Hervei*, *Walterus* filius *Achari*, *Nigellus* filius Camerarii, *Henricus Bertram.* Duabus gemellis *Nichelaus* de *Multune*, *Wimer* filius *Warneris*; Magister *Drui*, *Alanus* de *Basseb.* *Henricus* de *Camera*, *Johannes* de *Camera*, *Blanchard*, *Bartholomeus* Monachus, *Gord.* *Pincardus*, & aliis quampluribus.

Carta Alberici Picot *de translatione Monachorum ab* Elmeneiâ *ad Insulam de* Deneiâ.

ALbericus *Picot*, omnibus, tam præsentibus quàm futuris sanctæ Ecclesiæ filiis, salutem. Auditâ *Reginaldi* Monachi & fratrum de *Elmeneia* frequenti querimoniâ; quod *viz.* in eadem Insulâ ab aquis nimis infestari, & in Dei servitio impediri solent, condolens eorum incommoditati, & eisdem volens subvenire; & elemosynam meam provehere volens in meliùs; ut *viz.* divinum obsequium liberè & quietè ab eisdem possit frequentari; donavi Deo & S. *Jacobo*, & S. *Leonardo*, & præfato *Reginaldo* Monacho, fratribusq; suis prædictis, & eorum successoribus in perpetuam elemosynam, & liberam & solutam & quietam ab omni seculari servitio & consuetudine & exactione in perpetuum; sive erga Regem, sive erga me, sive erga hæredes meos, sive quemcunq; alium, quatuor acras & dimidium in Insulâ

sulâ quæ vocatur *Deneia*; in eminentiori *viz.* loco, propter aquarum inundationes, & in competentiori ad Ecclesiam & ædificia sua construenda, ad ortos & virgulta facienda; ut ab illâ Insulâ, propter aquarum, ut dictum est, incommoda, ad hanc Insulam commodiorem mansionem transferant; remanente tamen ad usus illorum prædictâ Insulâ, *viz. Elmeneiâ*, cum terrâ quam *Henricus* pater meus dedit illis in villâ Berche, id est *vi.* acras, duabus in quoliber Campo, & uno curtilagio: Et hoc feci assensu uxoris meæ, & fratrum meorum & hæredum meorum. Prænominati verò *Reginaldus* Monachus & fratres sui, volentes necessitatibus meis subvenire, dederunt mihi de substantiâ Ecclesiæ suæ, invicem beneficii, duas marcas argenti & dimidium, & *xii.* denarios. Volo igitur ut ista donatio mea firma & stabilis permaneat ad honorem Dei & sanctorum supradictorum & præfatorum fratrum commoditatem & pacem; & meam, meorumq; omnium salutem. Testibus &c.

PAG. 528. col. 2.

Ex Collect. *Rob. Glover*, nuper Somerset Heraldi.

Concessio Manerii de Eton *Abb. de* Godestowe, *per* Regin. *filium Comitis* Herefordiæ.

EPiscopo *Lincolniæ*, & omnibus S. Dei Ecclesiæ fidelibus (&c.) *Reginaldus* filius *Rogeri* Comitis *Herefordiæ*, & *Emelina* uxor sua, in Christo salutem. Universitati vestræ notum sit, me *Reginaldum* prædicti Comitis filium, & uxorem meam *Emelinam*; necnon filios & filias meas; *Willielmum scil. Reginaldum* & *Hamelinum*; nec non *Agnetem* & *Julianam*, dedisse & concessisse in perpetuam elemosynam, Sanctimonialibus de Godestow, *Eatonam* Manerium meum, de primo dominio nostro, pro salute nostrâ & remedio peccatorum meorum; necnon pro animâ *Henrici* Regis (&c.) & quod teneant & habeant illud benè & in pace (&c.) sicut nos meliùs illud habuimus, dum in manu nostrâ fuit, tempore Regis *Henrici*, & postea Regis *Stephani* (&c.) Testes *Ricardus* de *Canvilla*, *Hugo* de *Berneriis*, *Rogerus Britto* milites Regis (&c.)

Carta Reginaldi *de* Baelun, *de prædicto Manerio de* Eton.

NOtum sit omnibus, me *Reginaldum* de *Baelun*, *Reginaldi* filii Comitis filium, & *Emelinæ* de *Baelun*, concessisse & confirmâsse illam donationem, quam pater meus, & mater mea fecerunt de Manerio suo, *scil. Eatona* Sanctimonialibus in Godestow in perpetuam elemosynam. Quare concedo & opto, quatenus prædictæ Moniales teneant & habeant præfatum Manerium, benè & in pace, sicut *Reginaldus* pater meus meliùs tenuit, dum in manu suâ fuit, & sicut *Hamelinus* de *Baelun* avus meus meliùs & liberiùs in vitâ suâ tenuit. His testibus, *Hugone Brit*, *Hamelino* de *Baelun* (&c.)

Carta Osberti *filii* Hugonis, *de una salinâ in* Wichiâ.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Osbertus* filius *Hugonis*, dedi & concessi Sanctimonialibus de Godestowe, salinam unam in *Wichiâ*, quæ appellatur Vacca, pertinentem ad Manerium meum de Wichebalt, pro petitione domini *Walteri* de *Clifford*, & pro salute animæ uxoris suæ *Margaretæ*, & animæ filiæ suæ *Rosamundæ*, quarum corpora ibidem requiescunt, & pro salute animæ meæ (&c.) Hæc donatio facta est assensu domini Regis *Henrici*, & concessu *Hugonis* fratris mei. His testibus, *Waltero* de *Clifford*, *Ricardo* filio suo, & *Lucia* filiâ suâ, *Willielmo* de *Hetona* (&c.)

Carta Isabellæ *de* Clare, *donationem* Matildæ *Comitissæ de* Clare, *confirmans.*

OMnibus Christi fidelibus (&c.) *Isabella de Clare*, domina de Berkhee, salutem. Inspexi Cartam *Matildæ* Comitissæ de Clare factam Monialibus de Godestowe in hiis verbis; Sciant præsentes & futuri, quod ego *Matildis* Comitissa de Clare, filia *Jacobi* de *Sancto Hillario*, dedi in perpetuam elemosynam, pro animabus patris & matris meæ, & pro animâ Domini mei *Rogeri* Comitis de Clare, Sanctimonialibus de Godestow unam marcam argenti (&c.) Hii, sunt testes, *Johannes* de *Clare*, *Robertus* de *Braybroke*, & alii. Quam quidem Cartam confirmamus & ratificamus prædictis Monialibus & successoribus suis, ad totam vitam nostram in formâ supradictâ. In cujus rei testimonium huic Scripto Sigillum meum est appensum. Data apud Schipton, (&c.) anno Reginæ Regis *Edwardi*, post conquestum tertii, secundo.

Carta Walteri *de* Clifford, *de molendino de Frantonâ, & salina in* Wichiâ.

Ex præfatis Collect. *Rob. Glover*i [Miscel. lib. 1.] f. 143. b.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Walterus* de *Clifford* concessi & dedi, pro salute animæ meæ, & pro animabus uxoris meæ *Margaretæ* de *Clifford*, & filiæ nostræ *Rosamundæ*, & cæterorum amicorum & prædecessorum meorum, Ecclesiæ de *Godestowe*, & Sanctimonialibus ibidem Deo servientibus, molendinum de *Frantona*, cum omnibus pertinentiis, & quoddam pratellum sub molendino jacens, quod vocatur Lechtun, in perpetuam elemosinam, liberè & quietè ab omni exactione, Salvâ molturâ meâ, de domo meâ propriâ quæ quieta sit mihi & hæredibus meis de Tolneio. Et salinam meam in *Wichia* cum omnibus pertinentiis suis, prædictæ domui concessi & dedi in perpetuam elemosynam, perpetuo tenendam, tam liberè & quietè, sicut ego unquam meliùs tenui. Donationem istam, sicut præ-

prædictum est, feci, consensu & assensu Domini Regis, & hæredum meorum. Et ego *Walterus* de *Clifford* junior, filius & hæres prædicti *Walteri*, qui hanc donationem fecit, illum, sicut ipse concessit & dedit, sic ego concessi, & imperpetuum Sigillo meo confirmavi. Hujus donationis & concessionis sunt testes, *Osbertus* filius *Hugonis*, *Hugo* de *Sey*, *Ric.* de *Clifford*, *Will.* frater ejus, *Ric.* de *Karesi*, *Will. Charbunell*, &c.

Ex autogr. in bibl. *Hatton.*

Carta Simonis Wadellix, *de medietate Ecclesiæ de* Patishille.

OMnibus Sanctæ Dei Ecclesiæ Rectoribus & prælatis, tam præsentibus, quàm futuris, *Simon Wadell'e* salutem. Notum sit vobis omnibus, me, faventibus hæredibus meis, dedisse & concessisse Deo & Ecclesiæ S. *Mariæ*, & S. *Johannis Bapt.* de Godestowe, & Monialibus ibidem Deo servientibus, in perpetuam elemosinam, mediam partem Ecclesiæ Patishille, cum omnibus pertinentiis suis, liberam & quietam ab omni seculari servicio, pro redemptione animæ meæ, & uxoris meæ, & antecessorum meorum, cum duabus filiabus meis *Mariâ* & *Cecil'â*, quas prædictæ Sanctimoniales in servitio Dei susceperunt: Et indè testis est *Walterus* de *Wadellià* hæres meus, & alii, *Stephanus* de *Lengà*, *Hugo* Dapifer, *Rog.* Sacerdos, & fratres de Templo Domini *Jerusalem*, *Paganus* de *Mundisder*, *Hoste* de S. *Odmero*, *Osbertus* de *Gloec.*

PAG. 529 col. 1.

Ex ipso autogr. penès Magistrum & Socios Collegii S. *Joo. Bapt. Cantab.*

Carta Abbatis & Conventus Colecestriæ *de Ecclesiâ de* Wecham,

NOtum sit omnibus præsentibus & futuris, quod *Hugo* Abbas, & Conventus Monachorum S. *Johannis Baptistæ* de *Coleceſt.* concesserunt & quietam clamaverunt Ecclesiam de Wecham, cum omnibus suis pertinentiis, Conventui Monialium de Lillechirche* instituto imperpetuum illis & suis successoribus tenendam, liberè & absq; calumpniâ, per escambium susceptum pro ipsâ Ecclesiâ, in Centum solidatis terræ; *viz. Dunilanda*, cum omnibus suis pertinentiis imperpetuum possidenda à prædictis Monachis, & eorum successoribus, ita liberè & quietè, absq; omni terreno servicio, sicut prædictam Ecclesiam suam tenuerunt; *Henrico* etiam de *Mereh*, cujus fuerat *Dunilanda*, concedente ipsum escambium, & Monachis Clamante perpetuò quietam omnem calumpniam de *Dunilanda*, & de omnibus ejus pertinentiis, de se & de omnibus suis, & indè faciente suam subscriptionem. Hoc escambium factum est instantiâ Reginæ *Matildis*, gratiâ filiæ suæ *Mariæ*, Deo sacratæ; volentibus & confirmantibus illud Rege *Steph.*, & filio ejus Comite *Eustachio*; qui etiam pro arbitrio Reginæ pacaverunt *Henricum* de *Merch* de redditibus transmarinis, ad suam voluntatem pro *Dunilanda*: Et redditam ab eo coram Baronibus *Dunilandam*, tradiderunt pariter Abbati & Monachis *Coleceſtriæ*, in perpetuum warantizandum eis, de se ac de suis successoribus. Testes fuerunt *Teobaldus* Dei gratiâ *Cantuar.* Archiepiscopus, *R.* Episcopus *Linc.*: *Ricardus* Episcopus *Lundonienſis*, *Walterus* Episcopus *Rofenſis*, *Will. Martell*, *Ric.* de *Luci*, *Fulco* de *Oilli*, *Warnerius* de *Luſoris*, *Alexander* de *Salchovilla* Clericus.

* in *Cantio.*

Ratificatio Walteri *Episcopi* Rofensis, *super quieta clamatione facta per Abbatem & Conv.* Coleceſtriæ *in Ecclesiâ de* Lillechurche Ibid.

OMnibus Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit *G.* divinâ miseratione *Rofenſis* Ecclesiæ minister salutem. Ad universitatis vestræ noticiam volumus pervenire, nos inspexisse Cartam bonæ memoriæ prædecessoris nostri *Walteri*, sub hac formâ. *Walterus* Dei gratiâ, *Rofenſis* Episcopus, omnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, ad quos literæ istæ pervenerint, salutem: Notum sit universitati vestræ, quod *Hugo* Abbas S. *Joh. Bapt.* de *Colceſtriâ*, & plures Monachi sui, qui ex parte totius Capituli ejusdem Monasterii, se esse missos, testati sunt, in nostram venientes præsentiam, Ecclesiam de Lillechirche, liberam & absolutam sine omni calumpniâ resignaverunt; & in manibus nostris, coram pluribus Clericis & Laicis, sine omni reclamatione & fatigatione quietam reddiderunt: Et ad majorem certitudinem dimissionis & resignationis habendæ & credendæ, literas suas utroq; Sigillo, *viz.* ipsius Abbatis & totius Capituli de Colecestre, munitas suscepimus: quarum auctoritate, quod nobis dixerant magis ratum habuimus. Et quoniam ad nostrum pertinet officium Ecclesiis pastorali cura destitutis providere, & ad eas personas idoneas eligere; nos tam pietatis intuitu, quàm caritatis affectu, præfatam Ecclesiam dedimus, & in elemosinam concessimus *Mariæ* filiæ *Steph.* Regis, & Sanctimonialibus suis apud Lillecherche Deo servientibus, cum omnibus pertinentiis ad prædictam Ecclesiam jure pertinentibus; Habendam & tenendam, & pleno jure possidendam, sicut unquam aliquis antecessorum suorum meliùs & liberiùs & honorabiliùs aliquo tempore eam tenuit. Ut autem hæc donatio nostra, tam Canonicè facta, futuris temporibus stabilis & inconcussa permaneat, eam præsentis scripti munimine confirmamus & corroboramus. His testibus, &c. Nos igitur volentes donationem ipsam, sicut est rationabiliter factam, firmam & inconvulsam permanere, eam præsenti scripto, & Sigilli nostri testimonio duximus roborandam: Nichilominus etiam & Vicariam ipsius Ecclesiæ sic ordinavimus, de assensu & voluntate *Ampheliſæ*, tunc Priorissæ, & Monialium ejusdem loci; *viz.* quod Capella-

Ordinatio Vicariæ de Lillechurch

pellanus ministrans in Ecclesiâ ipsâ Parochiali, habebit omnes obventiones Altaris, exceptis viginti quatuor Candelis, quas Moniales percipient in die *Purificationis* beatæ *Mariæ*, de pulcrioribus illius diei. Similiter habebit omnia legata facta, tam ipsi quàm Ecclesiæ, exceptis Equo, Bove, & Vacca, quos Priorissa & Moniales percipient, si fuerint ipsi Ecclesiæ legati. Habebit etiam omnes minutas decimas de Parochia provenientes, exceptis minutis decimis, provenientibus de Curia ipsarum Monialium, & de nutrimentis animalium eorundem; & excepta decima lanæ proveniente de Parochia. Habebit etiam annuatim sex summas bladi de ipsis Monialibus; *viz.* duas de frumento, duas de ordeo, & duas de avena; quarum duæ solventur ad festum S. *Michaelis*, duæ ad *Natale*, & duæ ad *Pascha*: habebit etiam foragium & herbam ad unum Equum. Ipse etiam sustinebit onus Clericorum necessariorum ad ministerium ipsius Ecclesiæ; quorum unus singulis diebus interesse debet majori Missæ, coram ipsis Monialibus. Priorissa autem solvet Synodalia, & sustinebit alia onera Episcopalia; salvo in omnibus jure Episcopali Episcopo *Rofensi*. Et ut hæc nostra ordinatio similiter perpetuæ firmitatis robur optineat, eam præsenti Cartâ communivimus. Hiis testibus, *W.* Archidiacono *Rofensi*, Magistro *R.* de *Lenham*, Magistro *Egidio*, *Ada* de *Rigingeham*, *Johanne* de *Glanville*, *W. Medico*, *Radulfo* Capellano, *Adam* de *Bromle*, *Hugone Stuteville*, & multis aliis.

Ibid. *Indulgentia* Alexandri Papæ, *contributoribus reparationis Ecclesiæ de* Hegham.

Alexander Episcopus, servus servorum Dei, universis Christi fidelibus, per *Cantuariensem*, *Roffensem*, & *Londoniensem* Civitates, & dioceses constitutis, salutem & Apostolicam benedictionem. Quoniam, ut ait Apostolus, *omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi, prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit sive malum*; oportet nos diem messionis extremæ, misericordiæ operibus prævenire, ac æternorum intuitu seminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in cœlis, firmam spem, fiduciamq; tenentes; quoniam qui parce seminat, parce & metet; & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam, cum igitur sicut dilectæ in Christo filiæ Priorissa & Conventus Monasterii beatæ *Mariæ* de Hegham, Ordinis S. *Benedicti Roffensis* dioceſis nobis significare curarent, eandem Ecclesiam ipsius Monasterii de novo reparare inceperunt, opere sumptuoso; & ad reparationem ipsius Ecclesiæ eis propriæ non suppetunt facultates, universitatem vestram rogamus, monemus, & hortamus in Domino, in remissionem vobis peccaminum, injungentes, quatinus de bonis vobis à Deo collatis, pias eis elemosinas, & grata caritatis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram, prædictum opus valeat consummari. & nos per hæc & alia bona, quæ Domino inspirante, fecerit is ad æternæ possitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim, de omnipotentis Dei misericordiâ, & beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus verè pœnitentibus & confessis, qui eis propter hoc manum porrexerint adjutricem, *xl.* dies de injunctâ sibi pœnitentiâ misericorditer relaxamus, præsentibus post quinquennium minime valituris, quas mitti per questuarios districtiùs inhibemus eas, si secùs actum fuerit, carere viribus decernentes. Dat. *Viterbii* v. Idus *Julii* Pontificatus nostri anno quarto.

In dorso hujus Bulle, sic scribitur.

Bulla pro renovatione de Lillechirche.

Pag. 534. col. 1.

Carta A. *de* Brintone *de totâ terrâ suâ in villâ de* Lyngtone. Ex Regist. de Livingtoniensis penes *Joh. Anstey* de Otham *Piers*, in agro *Kantion.* Arm.

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit *A.* de *Britone* salutem. Sciatis me dedisse & concessisse Deo & beatæ *Mariæ* & Sanctimonialibus de Lyngton, totam terram meam de eadem villâ, quam ipsæ Sanctimoniales de me tenent in puram & perpetuam elemosynam, liberam & quietam ab omni demandâ & seculari servicio; & hoc facio pro salute animæ meæ & Patris & Matris meæ, & antecessorum & successorum meorum: Et ego & hæredes mei totam prædictam terram, cum omnibus pertinentiis suis, prædictis Sanctimonialibus warantizare deberemus & acquietare de regali servicio; nominatim de tertiâ parte servicii unius militis, quam michi facere solebant, de omnibus querelis & demandis contra omnes gentes. Et ut hæc mea donatio & concessio imperpetuum perseveret, præsenti scripto Sigillum meum apposui. Hiis testibus, *Ricardo* Canonico *Sarum*, *Waltero* Capellano, & *H. Bigod*, *Roberto de Brolett*, *Alexandro* filio ejus, & *Rogero* de *Fottemora*, & multis aliis.

Carta H. *de* Mortuomari *de tota terrâ, quam* A. *de* Brintone *tenuit de feodo suo in* Lyngton. Ibid.

H. de *Mortuomari* omnibus Baronibus suis, & hominibus, *Francis* & *Anglicis*, de *Anglia* salutem. Sciatis me dedisse & concessisse Deo & S. *Mariæ* & Sanctimonialibus de *Kyngtona*, Deo servientibus in perpetuam elemosynam, pro salute animæ meæ, & Patris & Matris meæ, & *Rogeri* fratris mei, terram quam *A.* de *Brintone* tenet de feodo meo in eadem villâ; eo concedente & Cartâ suâ confirmante, quam *R.* filius *Werferi* de *Brinton* eis dedit, & locum constituit. Quare volo

volo & firmiter præcipio, ut sint quietæ de omnibus quærelis, quæ michi pertinent de tanto feodo; *scil.* de relevatione, de wardis & auxiliis, & de omnibus actionibus. Testibus, *R.* Capellano, & *R.* de *Brintone*, & *W. Rudele*, & *Alurico* Camerario, & multis aliis.

lb. b. *Carta* Rogeri *de* Mortuomari, *de tota decima domus suæ.*

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Rogerus* de *Mortuomari*, pro salute animæ meæ, & Dominæ *Isabellæ* uxoris meæ; & pro salute parentum nostrorum & successorum, concessi & dedi, in puram & perpetuam elemosynam Deo & S. *Mariæ* de *Kyngtona*, & Sanctimonialibus ibidem Deo servientibus, totam Decimam domus meæ, de pane & allece, de Wiselee, de Stratfeld, & de Wlozthe: Et prohibeo, ne aliquis hæredum meorum istam præfatam elemosynam impedire, vel retinere præsumat. Hanc autem donationem meam hac Cartâ meâ, Sigillo meo munitam, confirmavi. Hiis testibus, *Philippo* de *Mortuomari*, *Willielmo* de *Mortuomari*, *Henrico* de *Hilleford*, *Radulfo* Capellano, *Thoma* Clerico, *Roberto Corbet*, *Ernaldo* de *Bosco*, *Hankino* de *Camera*, *Radulfo* de *Gueres*, & multis aliis.

lb. f. 2. a. *Carta* Petronillæ Bluet *de tota terra sua de* Bradleyâ.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Petronilla Bluet*, uxor *Willielmi* de *Felcham*, pietatis intuitu, dedi & concessi Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Kington, & Monialibus ibidem Deo servientibus, totam terram meam de *Bradleia*, in bosco, in plano, in pratis, in pascuis, & in omnibus locis, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis, in liberam & puram & perpetuam elemosynam; tenendam ita liberè, & quietè, sicuti ego ipsa ea tenui de *Tho.* filio *Willielmi* de *Salemonvill*; *scilicet* reddendo ei indè annuatim quinq; solidos pro omni servicio, & quærelâ & consuetudine & exactione, & demandâ, salvo servicio Domini Regis, quantum pertinet ad duas partes feodi unius militis. Et quia emi terram illam de prædicto *Thoma* & hæredibus suis jure hæreditario tenendam, pro animâ meâ, & animabus antecessorum meorum, Deum, & Ecclesiam beatæ *Mariæ* de Kingstone, & prædictas Moniales ibidem Deo servientes, de hac eadem prædictâ terrâ, de præfato *Thoma* & hæredibus suis, liberè & quietè per prædictum servicium tenenda, hæredes meos feci. Et, ut hæc mea donatio & concessio rata & illibata & inconcussa perseveret in posterum, præsentis ea Cartæ meæ munimine, & Sigilli mei impressione confirmavi. Hiis testibus, *Radulpho Bloet*, *Radulpho* filio ejus; *Radulpho Bloet* filio *Walteri Bloet*, *Ricardo* de *Herierd*, *Roberto* filio *Pagani*, *Rogero* filio ejus, *Willielmo Briwere*, *Petro* de *Scudamore*, *Roberto* de *Berkeleya*, *Johanne* de *Warra*, *Helya* de *Stodleya*, *Gilberto* Capellano, *Roberto* Capellano, *Waltero* Clerico, qui hanc Cartam fecit, & aliis.

Carta Ricardi Herier, *de Ecclesia de* Somerford. lb. f. 5. a.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Ricardus* de *Herier*, divinæ pietatis intuitu & hæredum meorum, dedi & concessi, quantum ad patronum pertinet, in præsentiâ Domini *Herberti Sarum* Episcopi, & *Willielmi* de S. *Mariâ Ecclesia* Archidiaconi *Wiltoniensis*, Deo & S. *Mariæ* & Ecclesiæ de Kington, & Monialibus ibidem Deo servientibus, Ecclesiam de Somerford, in puram & perpetuam elemosynam: habendam liberè & quietè, cum omnibus pertinentiis suis, pro salute animæ meæ, & patris & matris meæ, & pro animâ uxoris meæ *Elæ* & liberorum suorum. Et ut hæc donatio rata & inconcussa imperpetuum permaneat, præsens scriptum Sigilli mei appositione, firmiter & fideliter roboravi. Testibus, (&c.)

Carta Alexandri de *Stodleye*, *de grangiis de* Stodleye & Cadeham: *necnon de Decimis de* Stodleye, Redmore & Cadeham. lb. f. 10. a.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Alexander* de *Stodleye*, dedi, concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & beatæ *Mariæ*, & domui de *Kyngton*, & Monialibus ibidem Deo servientibus, pro animâ meâ, & pro animabus antecessorum & successorum meorũ, in puram & perpetuam elemosynam, grangiam quam eædem Moniales levaverunt in bertoniâ meâ de *Stodleya*; & locum ubi fundata est illa grangia, cum pertinentiis, & cum libero egressu & ingressu; & in bertoniâ meâ de Cadeham unum locum ad constructendum aliam grangiam, cum libero ingressu & egressu, & aliis pertinentiis; *Videlicet* inter grangiam meam & *Wibmere*. Concessi etiam, pro me & hæredibus meis & confirmavi dictis Monialibus, ut omnes decimas meas, tam de Stodleye, quam de Redmore & de Cadenham, ad hostia grangiarum mearum recipiant: Et ut habeant arcam suam in molendino meo, ad decimam recipiendam: habenda & tenenda dictæ domui & dictis Monialibus imperpetuum, de me & hæredibus meis liberè, quietè, & in pace, ab omnibus serviciis & secularibus exactionibus. Et ego *Alexander* & hæredes mei warantizabimus prædictæ domui de Kyngtone, & prædictis Monialibus in eâ, Deo servientibus, omnia prædicta, sicut nostram puram & perpetuam elemosynam imperpetuum, contra omnes mortales. Et quia volo, quod hæc mea donatio & concessio & confirmatio in perpetuas æternitates robur optineant, præsentem Cartam Sigillo meo confirmavi. Hiis testibus, Domino *Johanne* de S. *Quintino*, Magistro *Henrico* de *Corne*, *Adâ* de *la Mare*, *Thoma Burel*, *Henrico Keynel*, & aliis.

lb. f. 17. a. *Carta* Willielmi *de* Harpetre *de secundis Decimis frugum suarum in* Stures *&* Sanford.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Willielmus* filius *Johannis* de *Harpetre*, consilio & assensu *Matildis* uxoris meæ & hæredum meorum, dedi, concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Kyngton, & Monialibus ibidem Deo & beatæ *Mariæ* servientibus, pro animâ meâ, & pro animâ *Matildis* uxoris meæ, & pro animabus omnium antecessorum & successorum nostrorum, secundas Decimas frugum mearum de Stures & de Sanford; & Decimas carnis meæ non emptæ in prædictis terris, in puram & perpetuam & liberam elemosynam percipiendas & habendas, & imperpetuum possidendas, de me & de hæredibus meis liberè & quietè & inconcussè, & absq; omni impedimento. Et ut hæc donatio mea & elemosyna rata & stabilis imperpetuum permaneat, illam præsenti Carta meâ, & Sigilli mei impressione corroboravi. Hiis testibus, *Ricardo* Abbate de Bayncsham, *Willielmo* Abbate de Kyngeswode & aliis,

lb. f. 17. b. *Carta* Rogerii *de* Villiers, *de secundis Decimis suis bladi in* Stures *&* Sanford; *& de Decimis carnis suæ, non emptæ.*

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Rogerius* de *Villiers*, pro Deo & caritatis intuitu; & pro animâ meâ, & pro animabus antecessorum meorum, concessi & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Kyngton, & Monialibus ibidem Deo servientibus, secundas decimas meas bladi de Dominio terrarum mearum; *scil.* de Stures & de Sandford, & decimas carnis meæ non emptæ, in puram & perpetuam elemosynam, de quibus placitum motum fuit inter me & prædictas Moniales, coram judicibus à sede Apostolicâ delegatis, *scilicet Alberto* Priore *Brhuperiæ*, & Decano Christianitatis ejusdem Provinciæ; percipiendas & habendas de me & de hæredibus meis, liberè, quietè, integrè & inconcussè absq; omni impedimento, prout *Ricardus* de *Oreseuil*, filius *Heliæ Oreseuil*, avunculus meus, eis dedit & concessit, & Cartâ suâ confirmavit. Ut autem hæc confirmatio mea & concessio rata & stabilis imperpetuum perseveret, præsens scriptum Sigilli mei munimine confirmavi. Testibus, &c.

Ibid. *Carta* Roberti *de* Bryntone *de Ecclesiâ de* Iwernâ.

JOceo, *Sarum* Episcopo, *Adelelmo* Archidiacono de *Dorseta*, *Robertus* de *Bryntone* salutem. Sciatis me & *Evam* uxorem meam, pro salute animæ nostræ, & patrum atq; matrum nostrarum, & benefactorum nostrorum, dedisse & concessisse Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Kyngtone, & Sanctimonialibus ejusdem Ecclesiæ, Ecclesiam de *Iwernâ* in elemosynam in æternum, cum *Emmâ*; & quicquid juris in eadem Ecclesiâ de *Iwernâ* ad nos spectabat, cum omnibus pertinentiis & libertatibus, quas *Aluricus* sacerdos habuit. Testibus, *Ricardo* Canonico, *Roberto* de *Huntilandâ*, *Ricardo* filio *Colomanni*, *Roberto* de *Acsfordiâ*, *Wygero*, *Roberto* de *Portâ*, & toto alimoto. Valete.

Carta Willielmi Malreward, *de Ecclesia de* Twybertone. lb. f. 25. a.

SCiat ætas præsens & Posteritas, quod ego *Willielmus Malreward*, per voluntatem hæredum meorum concessi, & in perpetuam elemosynam donavi Ecclesiam de Twyberton, cum omnibus pertinentiis suis, liberam & quietam ab omnibus servitiis, pro animâ meâ, & animabus patris & matris meæ, Monasterio de Kyngtone, & Monialibus ibidem Deo servientibus: salvo quidem in omnibus jure Episcopali. Hiis testibus subscriptis, *Thoma* de *Erlega* Archidiacono *Wellensi*; *Ricardo* Archidiacono *Bathoniæ*; *Ilberto* præcentore *Wellensi*.

Carta Galfridi Malreward *donationem* Willielmi *avi sui confirmans.* Ibid.

UNiversis sanctæ matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsens scriptum pervenerit, *Galfridus Malreward*, filius *Galfridi Malreward* salutem in Domino. Ad universitatis vestræ notitiam desidero pervenire, me inspexisse Cartas *Willielmi Malreward* atthavi mei, & *Galfridi* avi mei, quas fecerunt Deo & Ecclesiæ S. *Mariæ* de Kyngtone, & Sanctimonialibus ibidem Deo servientibus, super advocatione Ecclesiæ de Twybertone. Quia igitur pia & honesta facta prædecessorum meorum, caritatis intuitu confirmare teneor & acceptare, ... prædictis donationem Ecclesiæ prædictæ, dictis Monialibus factam per prædecessores meos prædictos, ratam habeo, gratam & acceptam. Totum jus etiam quod in advocatione prædictæ Ecclesiæ habui, vel habere potui, pro me & hæredibus meis prædictis Monialibus, in puram & perpetuam elemosynam, instinctu divino concessi, & quantum ad hæredem pertinet, confirmavi. Hiis testibus, *Johanne* tunc Abbate de Beynsham, Magistro *Henrico* de *Cerne*, &c.

Carta Jocei Sarum *Episcopi, donationem Ecclesiæ de* Lazartone *per* Rob. *de* Brintone *factam, confirmans.* lb. f. 26. b.

J. Dei gratiâ *Sarum* Ecclesiæ Episcopus, *A.* Archidiacono de Dorsete salutem: Sciatis me concessisse & Cartâ meâ confirmâsse Ecclesiam de Lazartone Sanctimonialibus de Kyngtone, quam *Robertus* de *Brintonâ* & uxor ejus *Eva* dederunt eis in perpetuam elemosynam, cum *Emmâ* sorore *Evæ*: Et quia pauper est, volo ut sit quieta ab omnibus querelis, quæ ad me pertinent, exceptis Synodalibus. Testibus, *Humfrido* Canonico, *Waltero* Canonico, *Duncano* Capellano.

Carta

Ibid. a. *Carta* Roberti Burnell Bathon: & Wellen: *Episcopi de advocatione Ecclesiæ de* Byngtone *S.* Michaelis.

SCiant præsentes & futuri, quod nos *Robertus Burnel*, permissione divinâ *Bathonienſis & Wellenſis* Episcopus, assensu & consensu Capitulorum nostrorum *Bathon.* & *Wellen.* dedimus, concessimus, & præsenti Cartâ nostrâ confirmavimus Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Byngtone *Monialium*; ac *Claricia* Prioriſſæ & Sanctimonialibus ibidem Deo servientibus, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, unam acram terræ in Byngtone S. *Michaelis*, quæ jacet in campo orientali, & terram *Ricardi* Carpentarii ex parte occidentali, unâ cum advocatione & jure patronatus Ecclesiæ de Byngtone S. *Michaelis*, quæ ad nos & ad præsentationem nostram & prædecessorum nostrorum de jure spectabant & pertinere solebant. Habendum & tenendum prædictam acram, cum pertinentiis, & cum advocatione & jure patronatus Ecclesiæ de Byngtone S. *Michaelis* prædictæ, supradictis *Claricia* Prioriſſæ, & Sanctimonialibus de Byngtone Monialium ibidem Deo servientibus, & imperpetuum servituris, liberè, quietè, integrè, & ab omni servicio seculari penitùs purè & absolute, ac bene & in pace imperpetuum, (&c.) Hiis testibus, dominis *Johanne* de la *Mare*, *Galfrido* de *Wroxhale*, *Henrico* de *Cerne*, *Johanne Maudut* militibus; *Ricardo Pigot*, *Rogero* de *Combâ*, *Reginaldo Croke*, & aliis.

PAG. 544. col. 2.

De translatione Canonicorum de Holand *in Monachos Ord. S.* Benedicti.

REverendo Patri suo in Christo, Domino *Waltero* Dei gratiâ *Coventria & Lich.* Episcopo, suus humilis & devotus filius *Robertus* de *Holand* miles, patronus Ecclesiæ seu Capellæ Collegiatæ S. *Thomæ* Martyris de Holand, vestræ dioceſis, salutem, obedientiam cum honore debito tanto Patri. Licet olim in Ecclesiâ seu Capellâ prædictâ, fuissent Canonici seculares ad Deo famulandum constituti, quibus certos redditus ad eorum sustentationem assignâssem & donâsem: putans tamen verisimiliter, quod dictus locus, inspectâ ejus ferocitate magis sit conveniens viris religioſis, quàm seculanibus, quod magis sedet in augmentum cultus divini; præsertim, cum Canonici loci prædicti, paucis temporibus concordes, locum memoratum, à diu est, temere deseruerant, quod ibidem Monachos Ordinis S. *Benedicti*, nigrum habitum gerentes, præficere licitè possit & constituere, juris tam patronatus michi & successoribus meis semper salvo. Et quod cedente vel decedente Priore loci prædicti, liceat Conventui ejusdem loci, tres ydoneos eligere, quorum alter per me vel successores meos, juxta electionem dicti Conventus, dictus seu approbatus, & loci dioceſano præsentatus, præficiatur in Priorem, expresse assencio, per præsentes. In cujus rei testimonium Sigillum meum præsentibus est appensum. Data apud Pontefract, die purificationis beatæ Virginis, Anno Domini *MCCCxviii.*

Ex codice MS. [libro Albo. *Lich.* Eccl. Cath. nuncupato] f. 174. a.

COENOBIUM de Colcheſter in Comitatu *Eſſexiæ.*

Ex MS. codice in bibliotheca *Cottonianâ.* [sub effigie *Neronis.* D. 8.] ad calcem.

Hiſtoria fundationis ejusdem.

REx *Willelmus* junior Civitatem *Coleceſtriæ*, cum suis pertinentiis, tradidit servandam *Eudoni*, qui erat *Major domus Regiæ*, quem nos vulgariter *Seneſcallum* vel *Dapiferum* vocamus. Fecit autem hoc, civium *Coleceſtrenſium* postulatione, qui hoc ab eo impetravere grandi exenio, cum victualium quam impendiorum trans mare delato. Acceperat autem *Eudo* hunc honorem ab *Willelmo* seniore, pro suî Patris suaq; in regalem familiam devotione. Pater verò ejus erat *Hubertus* de *Riâ*, qui internuntius & sequester inter ducem *Normanniæ* & Regem *Angliæ* extiterat. Siquidem Rex *Edwardus* ægrotans, cum eo maxime cruciaretur, quòd in se regium genus deficere videret: per quendam *Goſcelinum Wyntonienſem* negotiatorem, qui solitus erat, cum mercibus longinquas adire terras, mandavit *Willielmo Normanniæ* duci, ut sibi aliquem dirigeret à suo latere, cui tutò committeret quæq; vellet mandata. Quo nuntio accepto, factoq; magno procerum Conventu; dum singuli citantur, dum omnes recusant, barbaram expetere gentem, propter illa quæ audierant facta, apud *Geldeford'am*, solùm *Hubertum* dux invenit, qui se diceret spontaneâ hac legatione functurum. Itaq; ab omnibus laudatus, à duce muneratus, profectus est cum

grandi apparatu, cum pompâ magnâ, equis phaleratis & fremitu terribilibus; hominibus ſerico indutis, & colore veſtium ſpectabilibus. Ad regem veniens honorificè ſuſcipitur, & ei primæ in *Anglia* ſuæ manſionis villa, quæ Eſce dicitur, perpetuò poſſidenda conceditur.

Peracto colloquio, & mandatis acceptis, reverſus ad ducem, detulit inſignia quibus *Willielmus* declarabatur hæres *Edwardi* Regis *Anglorum*; ſpatam *ſcilicet*, cum capulo, in quo erant incluſæ Sanctorum reliquiæ; Cornu de auro venatorium, & caput ingens cervinum. Pro hiis etiam laudatus à duce, promiſſionem habuit Dapiferatus: Sed veniente *Willielmo* in *Angliam*, accipere ſibi regnum, quoniam à *Cenomanica* regione ſuſpicabatur tumultus, *Hubertus*, quia erat promptus manu, & conſilio bonus, miſsus eſt illic prætendere & ſervare pacem. Securi ſunt autem ducem quatuor filii ejus; *Radulfus*, cui commiſsa eſt cuſtodia caſtelli & Comitatus *Notingehamiæ*, *Hubertus*, cui commiſsa eſt turris *Norwici*, poſt fugam *Radulfi* de *Waer*; & *Adam*, qui magnas poſſeſſiones habuit in *Cantia*. *Eudo* verò adhæſit ſervitio regali. Erat tunc temporis Major domus regiæ *Willielmus* filius *Osberni*, habens hunc honorem ex ſucceſſione procerum *Britul'enſium*. Is, cum quodam feſto die Regi carnem gruis ſemicrudæ, adeo ut ſanguis exprimeretur, appoſuiſſet, & à rege objurgatus; tandem licèt ſtomachans manum porrexiſſet, ictum ferientis Regis ſubjecta manu *Eudo* excepit, Nec ſine dolore, quoniam lachrimæ, licet invitè, prodiderunt. Itaq; iratus *Willielmus*, ceſſit ab officio, rogans ut illud *Eudoni* contraderetur: Ita tam pro ſui Patris merito, quàm pro ſuo officio, quam etiam *Willielmi* poſtulatione, Dapiferatus *Eudoni* traditur. Poſt hæc decumbente Rege *Willielmo* apud *Cadomum*, *Eudo*, arreptâ occaſione, ex paternâ conceſſione, *Willielmum* juniorem aggreditur, & ut negotio inſiſtat, hortatur. Inde in *Angliam* tranſvecti, appliciti *Worceſtriæ*, comparato ſibi favore *Willielmi* de *Ponte-arce*, claves theſauri *Wintoniæ* ſuſcipiunt, quarum idem *Willielmus* cuſtos erat. Deinde *Eudo* impiger, Caſtellum *Dobriæ* adiit, fideq; & Sacramento cuſtodes obligat, nemini niſi ſuo arbitrio claves munitionis tradituros. Hoc ipſum apud *Pevenſen*; hoc ipſum apud *Haſtingas* facit, cæteraq; maritima Caſtella, prætendens regem in *Normannia* moras facturum, & velle de omnibus munitionibus *Angliæ* ſecuritatem habere; per ſe *ſcilicet* qui Seneſcallus erat. Acceleratoq; negotio, *Wintoniam* redit; & tunc demùm regem obiiſſe propalat. Ita dum cæteri proceres de regni ſucceſſione tractant in *Normannia*, interim ſtudio & operâ *Eudonis*, *Willielmus* junior in regem eligitur, conſecratur, confirmatur in *Anglia*. Pro his omnibus non ingratè accepit idem Rex preces *Coleceſtrenſium*, qui ſe poſtulabant ſub *Eudonis* tuitione committi. Poſt hæc reverſus in *Angliam*, otio ſibi facto, *Coleceſtriam* adiit; cauſas cœpit inquirere, ſublevare gravatos, comprimere elatos, & in ſuis primordiis omnibus complacere. Terras damnatorum, exlegatorum, & pro culpis eliminatorum, dum nemo coleret, exigebantur tamen plenaliter fiſcalia; & hac de cauſâ populus valdè gravabatur. Has ergo terras *Eudo* ſibi vindicavit, ut pro his fiſco ſatisfaceret, & populum earenus alleviaret.

Eſt igitur *Coleceſtria* civitas in orientali parte *Britanniæ* poſita; civitas vicina portui, ſitu ameno, fontibus undiq; ſcaturientibus irrigua; aere ſaluberrimo, Mœnibus firmiſſimis conſtructa; Civitas inter eminentiſſimas numeranda, ſi non vetuſtas, conflagrationes, eluviones, deniq; piratarum immiſſiones, variæq; caſuum afflictationes omnia civitatis memorialia deleviſſent. Traditur tamen *Helenam*, quondam imperii Matrem, ex hac Civitate natam & educatam; quæ quanti fuerit, vel eo conjicitur, quod *Conſtantius Conſtantini* magni genitor, triennio dicitur hanc obſediſſe; nec optinuiſſe, niſi tandem per *Helenæ* nuptias. Conjicitur etiam ex his, quæ de terrâ foſſores eruerunt; tam ferrum, quàm lapides, quàm æra ſignata, quàm ædificia ſub terrâ inventa. Juxta hanc civitatem erat à parte monticulus auſtrali; in cujus aquilonali declivo habebat *Siricus* Presbyter habitationem, & Eccleſiam ligneo tabulatu compactam, S. *Johanni* Evangeliſtæ devotam, in quâ, per obſcuras noctis tenebras, divina ſæpe viſa ſunt micare luminaria, & voces Deum laudantium auditæ, dum eſſet nemo intrinſecus. Cum etiam illud accidit ut quidam vir, qui juſſu Regis erat compeditus, & viciſſim alebatur à civibus, dum quodam die feſto Sancti *Johannis* adeſſet ibidem, cum multis ſubitò, dum Miſſa celebraretur, peſſulus boiarum ultra quartum vel quintum aſſiſtentium exilivit, & boiæ cum ſonitu fractæ ſunt, & homo ſolutus aſtitit. Hoc miraculo exultavit tota Civitas. Hac itaq; famâ, itemq; loci amœnitate delectatus *Eudo*, Cœnobium ibi ædificare decrevit; volebat enim & ſui memoriam parare, & ſuæ animæ ſuffragia æterna præparare. Accitus ad hæc *Lundonienſis* Epiſcopus *Mauritius* conſilium laudavit, promiſit opem, attulit ſuffragium. Itaq; anno Domini *MXCvi.* 1096. die quarto Kalendarum *Septembrium*, permenſum eſt ædificium, præſente eodem Epiſcopo, & appoſiti operarii. Anno verò ſequenti, poſt *Paſcha*, ipſemet primum lapidem miſit in ædificium; alterum *Roaſya* uxor ejus; tertium *Gilbertus* Comes, *Rohaiſe* frater; & deinde alii prout ordo tulit.

Erat ipſo tempore *Hroſenſis* Epiſcopus *Gundulfus*, vir magnæ religionis, & famæ; Cui cum eſſet *Eudo* notus & familiaris, impetravit ab eo, ut ſibi Monachos deſtinaret, qui regularem vitam in Cœnobio novo exercere valerent. Miſſi duo ſunt primùm, qui ſtipendiis *Eudonis* alerentur, ſed viri deliciis aſſueti, & in hiis enutriti, cum ſæpe, ſi non fuiſſent ſaturati, murmurarent, extediati domum reverſi ſunt, & alii loco eorum miſſi; inter quos erat unus *Radulfus* nomine, religioſus vir & induſtrius. Is ſæpius inſtabat *Eudoni*; dicens, quod erat verum, non debere Monachos victum ſperare à laycis, nec eſſe quaſi præbendarios; ubi enim id deeſſet aliunde quæſituros; oportere magis, ut ſibi

res

Ecclesiæ Cœnobialis
COLCESTRENSIS
in Agro Elsexiano,
(Cœnobio nondum everso)
delineatæ & in quodam Codice
MS. in Bibliotheca Cottoniana
reperta, figura.


Droit et Avant.
SAMVEL TVKE DE LAYERMARNEY, EX
Agro Essexiae Armiger, et Bello Civili pro Carolo I. Rege,
Tetrarchiliarchas, cum post varia pericula Quae a prima
Iuventute fortiter nec Infeliciter pro Patria Aris et Fo
cis pugnando tolerarat, nec non tandem Memorabili
Obsidione Colcestriae Perduellium Rabie inter caeteros
Feroas Neci adiudicatus fuit, et Divino favente Numine
liberatus. Hoc Coenobialis eiusdem Civitatis Templi
Ectypum in memoriam tanti beneficij, et gratitudinis
ergo perennitati, Sacratum esse voluit.

res & redditus designarentur, quibus uti potuissent & sustentari quasq; suo arbitratu disponerent. Hoc magis convenire, quàm ut laicorum degerent arbitratu. Graviter audiebat hæc *Eudo*, & gravius accipiebat; nam & status ipsius tunc fluctuabat. Agebantur hæc in primordiis *Henrici* Regis, qui *Eudoni* succensebat insimulato, quod magis cum fratre ejus *Roberto* sensisset; simulq;, quod ejus favorem nimis ægrè obtinuisset in tali articulo; Parcebatur tamen *Eudoni*, propter genus uxoris ipsius *Rohaisæ*: Erat enim hæc de genere nobilissimo *Normannorum* filia; *scil. Richardi*, qui fuit filius *Gileberti* Comitis; duxitq; *Rohaisam* uxorem, quæ erat soror *Willielmi Giffardi* Episcopi *Wintoniæ*: Itaq; cum fratres & propinqui junioris *Rohaisiæ* quoslibet motus machinaturi putarentur, si contra maritum ipsius aliquid duriùs decerneretur; sic factum est, ut interventu prædicti Episcopi, itemq; *Petri* de *Valoniis*, qui erat sororius *Eudonis*, res in pace deducta est, & Rex *Eudonem* suscepit in gratiam.

Inter has igitur turbelas, cum prædictus Monachus instaret, & *Eudo* ægrè delibaret; tandem eis decimas quasdam & Ecclesias longinquas, nec satis magnas, designavit; quæ *scil.* magis inferrent detrimentum in colligendo, quàm emolumentum conferrent in fruendo. Quo perpenso, *Radulfus* & socii ejus rem totam cum iis promissionibus renuerunt, abdicàrunt, reliquerunt, & ad sua discesserunt, non sine jurgio & utrinq; stomachatione. Pro his omnibus cepit *Eudo* contristari, & tædere, ita ut cepti illum penè peniteret; Sed post hæc adeptus est noticiam *Stephani* Abbatis *Eboracensis*, viri in Dei rebus probati, sed & in seculi negociis valdè idonei. Huic ergo familiariter collocatus *Eudo*, mirabiliter ab eo consolatus & confortatus est; adeo ut totam curam exstruendi Cœnobii ei committeret. Erat enim idem *Stephanus* Monachus insignis, vir bonus, & justus; plenus Deo & bonis operibus, atq; affectibus Sanctis, cujus memoria in benedictione erit usq; in seculum: Quiq; reversus domum elegit quos in opus novi Cœnobii condendi dirigeret. Fuerunt autem secundùm numerum Apostolicum, duodecim fratres; & unus, qui interim cæteris Præpositi vel Prioris nomine præesset; & si opportunitas exigisset, Abbas ordinari esset dignus. Itaq; hi tredecim missi *Colcestriam*, cum gaudio magno ab *Eudone* & à suis excepti sunt: ædificium interea non segniter exurgebat, cum neq; operarii neq; impensæ ullatenùs cessarent. Venientibus autem Monachis ab *Eboraco*, cepit ædificatio vehementiùs urgeri. Præerat enim operi Sacerdos quidam, *Willielmus* nomine, *Eudonis* cognatus; qui nullatenus parcebat impensis, dummodo quod faciendum erat acceleraret. At verò Monachi, secundùm suum propositum, ceperunt religiosam vitam exercere; horis Canonicis, Die noctuq; in Ecclesiam convenire; silentii metas præfixas non transgredi; & per omnia, velut in congregatione, Ordinem observare Monasticum. Erat intrinsecus unanimitas; extrinsecus hospitalitas, utrinsecus fidelis caritas. Gaudebat in his *Eudo*; gaudebant & sui; atq; ita cepit res paulatim proficere & in melius crescere. Quin etiam pleriq; vicinorum ibi conversi, domini servicio sese mancipabant. Quid multa? Post non multos annos, electus est in Abbatem unus illorum tredecim, qui venerant ab *Eboraco*, *Hugo* nomine, vir magnæ pietatis & religionis, licet non magnæ ad seculum affluciæ, sicut ex fine patuit. Consecravit autem illum *Mauricius* Episcopus *Londoniæ*, Anno domini, circiter *MCiiii.*

Cum igitur essent officinæ, & habitacula fratrum sitæ à parte Aquilonali Ecclesiæ, pertæsus idem Abbas clamoris & tumultus urbici, decrevit in partem Australem transferre totam habitationem; quod & factum est: Ita colliculus ille sublatus est, qui Ecclesiæ imminebat, & indè Cimitereum complanatum à parte Septentrionali. Post hæc cepit *Eudo* contradere ad ipsum locum terras, Ecclesias, possessiones, redditus. Sualit etiam singulis magnatum, ut unusquisq;, secundùm suum modum, Ecclesiæ conferret, quod vellet. Dedit itaq; *Eudo* terras & decimas; dederunt etiam singuli procerum, secundùm quod eis visum fuit: quæ omnia in dedicatione Ecclesiæ commemorata sunt & concessa, & super Altare oblata: Ubi cum aliqui Civium reclamàssent, quod ædificium novæ Ecclesiæ terras illorum occupàsset, missum est & de thesauro *Eudonis* pecuniæ protractæ, & omnibus satisfactum; ita ut omnes bono animo, omnia bona loco optarent. Contulerunt etiam vicini ad ipsum locum plerosq; redditus & terras. Facta est igitur dedicatio illa quarto Idus *Januarii*, cum magnà glorià, magnàq; populorum devotione & laude: Sed & fratres, qui ab *Eboraco* venerant, omnes vel domum redierant, vel ibidem obierant; exceptis tribus; ipso *scil.* patre & Abbate *Hugone*, *Waltero* seniore, & *Osmundo* seniore, postea Priore. Accreverat in eodem Monasterio numerus fratrum ultra vicenarium; qui omnes in eodem loco conversi, domino ibidem devotissimè, sub regulari districtione, serviebant. Fervebat in eis Sanctæ religionis amor, præveniebant se invicem honore & officio; certabant invicem, quis abstinentior, quis vigilantior, quis devotior, quis obedientior inveniretur. Mira inter omnes caritas; Mira benignitas fuit: Nulla ibi murmuratio; nulla detractio; nullum obloquium; nullum discordiæ seminarium. *Hugo* autem Abbas, ingravescentibus causis inter ipsum & *Eudonem*, timens ne suâ causâ locus dampnis subjaceret, curam Cœnobii in Regis manum refudit; & ad *Eboracum*, undè venerat, secessit. Ubi honorificè susceptus, honorificè tractatus, in Sanctâ conversatione usq; in finem degit. Quiq; etiam sui obitus diem & horam, ante triduum, fratribus prædixit; & eâ, quâ prædixerat horâ, ipsemet se super cilicium stravit; & evocatis fratribus migravit, ipse psallens ad dominum.

Eudo Regum Dapifer, cum *Normanniâ* apud Castellum *Pratellense* decumberet infirmitate, quâ & mortuus est, omnes rectitudines

nes boni chriſtiani morientis percepit. Omnibus quibus aliquid deberet, ſive pro ſervitio, ſive aliquo alio modo, perſolvit. Ipſe verò, per aliquas ebdomadas, ſæpe confeſſus peccata ſua, ſemper pœnitens, ſemper deflens, ſæpe abſolutus, ſæpe diſciplinatus, ſecundùm quod *Gaufridus Rothomagenſis*, & *Turſtanus Eboracenſis* Archiepiſcopi dictabant, rerum omnium ſuarum fecit diviſionem, præſente, & adhortante, atq; concedente Rege *Henrico*. Præcepit etiam ſuis omnibus, conteſtans fidem, quam ei debebant, ut ſuum corpus ad Abbatiam ſuam, quam *Colceſtriæ* conſtruxerat, deferrent. Delegavit etiam cum ſuo corpore ad illum locum Manerium *Bryht-Lyngeſeie*, & Centum libras denariorum; annulum etiam ſuum aureum, inſignitum topatio præcioſo. Præterea Cyphum ſuum, cum operculo utrumq; laminis aureis ornatum; Equum etiam ſuum & mulam: quæ tamen omnia *Gilebertus* Abbas (qui *Beccenſis* Monachus, *Hugonis* loco ſucceſſerat) Regi *Henrico* remiſit, ut impetraret ab eo conceſſionem prædicti Manerii; & beneficium regium in hoc impetratum eſt. Ita *Eudo*, uti bonus Chriſtianus pœnitens, pectus tundens, & Dei miſericordiam invocans, ultimum efflavit ſpiritum. Corpus ejus, ſicut diſpoſuerat, in *Angliam* delatum eſt. Comitata eſt igitur corpus defuncti *Rohaiſa* uxor ejus, volens in *Angliam* illud perducere; Sed retenta eſt à fratribus & cognatis, qui ſperabant eam in Reginam levari: quod forſitan eveniſſet; niſi ejus & continua ægritudo & infra annum obitus impediſſet. Corpori *Eudonis* obviaverunt Monachi milario à Cœnobio, concurrente turbâ multâ, tàm civium, quàm regionalium. Cum ecce, dum corpus *Eudonis* affertur ab Occidente, *Walcherius* ejus nepos, afferebatur ab Aquilonali parte. Deniq; ſub uno corpus utrumq; procurant, & honorificè ſepultum eſt. Quod actum eſt die pridie Kalend. *Martiarum* Anno domini *MCXX*.

Relicta *Eudonis* Dapiferi uxor, *Rohaiſa*, quæ illo ægrotante optaverat ſibi donari à Deo, ne annum integrum viro tam caro, tam nobili ſuperſtes fieret, viſa eſt à Deo exaudiri; toto enim reliquo vitæ ſuæ ſpatio ægrotans, tandem decubuit; Sentienſq; mortem ſibi addeſſe, exitum ſuum confeſſione, communione, rerum omnium diſtributione, & tandem mundana renuntiatione, ſanctiq; veli ſuſceptione munivit. Voluit quidem ſuum corpus in *Angliam* deferri, & juxta mariti corpus tumulari; fratres verò ejus, utpote homines ſeculo dediti, parcentes expenſis, *Beccum* eam deferri & tumulari fecerunt. Commorata eſt autem marito annis triginta duobus, cui ante habiles annos nupta eſt: Mulier verò morigera, Eccleſiarum ornatrix; ædificatrix etiam domorum Religioſarum; nam & maritum oculis captum, ante annos *xv.* ſui obitus, miro ſtudio coluit, miro affectu procuravit. Omni ancilla ſubjectior & obſequentior. Ornamenta Eccleſiaſtica per omnes ciſmarinas vel tranſmarinas Eccleſias, magno ſtudio diſperſit. Xenodochium etiam juxta *Rothomagum* ſuis ſumptibus ædificavit. Miſit etiam ad Eccleſiam *Coleceſtrenſem* phylacteria criſtallina quatuor; ſerica pallia duo, calicem argenteum; & thuribulum argenteum. Delegavit etiam eidem Eccleſiæ, terram *Tholi* in *Halyngeberiâ*, quam tamen poſtea occupaverunt *Richardenſes*.

Carta Eudonis *Dapiferi, de fundatione Eccleſiæ S.* Johannis *de* Colceſtre.

Ex Regiſt. Abb. S. *Joh. Bapt.* de **Colceſter**, penès *Johannem* Dominum *Lucas*. lib. 1. pag. 1.

Par. 14. E. 3. p. 3. m. 12.

Vide confirm. Donationum plurimorum in Par. 51. E. 3. m. 25.

EUdo Dapifer Domini Regis totius Regni *Anglici*, omnibus Dei fidelibus præſentibus & futuris ſalutem. Cum largiflua divinæ miſerationis clementia, me, licet immeritum, multis in hac vitâ donaverit beneficiis; & de nihilo creatum, ampliſſimis honoribus ditaverit, donaris, & divitiarum copiis; tanti memor beneficii, quid Regi Regum Domino potiſſimùm poſſem retribuere, pro omnibus quæ retribuit mihi, pervigili ſæpius animo revolvi. Piæ igitur fautrix devotionis meæ ſtudioſitati, ſuperna inſinuavit pietas, hoc ſibi fore acceptabile, hoc mihi ſalubre, ſi religionis ſtudium dilatans, Regi Regum Domino, de ſuis donis ac datis pietatis munus offerrem. Ego verò hanc intentionem, pio fovens animo, meditari cepi, quem de cœlesti militiâ æterno Deo familiarem mihi apud Deum eligerem interceſſorem, per cujus manus dominorum Domino meum donarium offerrem: Cujus devotionis inſpirator ſupernus, cælorum arbiter me inſinuavit curioſitati, ipſum mihi eligendum eſſe in cœlo patronum; quo, teſte veritate, inter natos mulierum didici, non ſurrexiſſe majorem *Baptiſtam, viz.* Domini & præcurſorem Regis æterni Sanctum *Johannem*. In cujus igitur nomine ad laudem, & Gloriam & honorem creatoris, & recreatoris noſtri *Jheſu Chriſti*, in feudo meo juxta *Coleceſtriam*, Eccleſiam, Deo cooperante, conſtruxi; & in eâ Monachicæ Diſciplinæ viros religioſos inſtitui; quibus Paſtorem & Abbatem, Deo diſponente, præfeci; volens ergò fratribus in eadem Abbatiâ, ſub regulari vitâ Deo famulantibus, vitæ providere neceſſaria, piiſſimo Domino Anglorum Rege *Henrico* annuente, & illud pietatis opus, regiâ autoritate confirmante, de hiis quæ mihi ſuâ gratiâ contulit propitiata Divinitas, has ſubſcriptas terrulas pariter, & redditus, pro ſalute ejuſdem Domini mei Regis *Henrici*, & Reginæ ſuæ *Matildis*, & pro ſui Regni pace, & ſtabilitate; necnon & pro redemptione animarum anteceſſorum ſuorum Regum; Patris *viz.* & matris ejus *Will.* Regis magni, & *Matildis* ejuſdem Reginæ; ſed & pro ſalute animæ Regis *Will.* fratris & anteceſſoris ſui; pro memetipſo etiam, & uxore meâ *Roaiſia*, & pro omnibus anteceſſoribus & ſucceſſoribus noſtris devotus optuli.

Inprimis Manerium de **Wilege**, Manerium de **Birchling**, Manerium de **Mundover**, Manerium de **Pichefold**. Hæc quatuor integra, eidem venerabili Monaſterio S. *Johannis* conceſſi & donavi; excepto in **Pichefold** feudo *Radulfi* de *Mundover*; & exceptâ terrâ *Ailwini Sekeman*;

Sokeman; & præter hoc unum mariscum olim pertinens **Lillecherche**, nunc autem adjacentem **Pichefozd**, & præter hæc **Hallingeberi**, cum pertinentiis & in *Coleceſtriâ* duas carrucatas terræ, & unam manſuram, & duo vivaria; & unum molendinum, & unum virgultum: Et feriam quatuor dierum ad *Nativitatem S. Johannis*: Et totum feudum *Turſtini Wiſcard*. Et terram *Raulſi* de *Broch*, & in *Turnecruſt* Eccleſiam ipſius villæ, & unam hidam terræ de **Cſſe**, decimam caſeorum, & lanæ, & virgultorum; & de **Lillecherche** decimam molendinorum, & caſeorum & lanæ. De **Berton** & **Sandfozd** duas partes decimarum, de *Estonia* dimidiam decimam, & totam decimam Molendinorum. Decimam paunagii omnium nemorum, & parcorum meorum citra fluvium *Tameſiæ*. De **Standeie** duas partes decimarum. De *Gameleggâ* duas partes decimarum De **Hamerton** duas partes decimarum, de **Eſtune** duas partes. De **Niweſeles** Eccleſiam. De **Walden** decimam molendini, & lanæ. De **Hallingeberi** duas partes decimæ. De **Sabrichesworth** tertiam partem decimæ. De **Takele** duas partes decimæ. De **Ropnges** totam decimam. De **Waltham** tertiam partem decimæ. De **Witham** duas partes decimæ. De **Creſwell** duas partes decimæ. De *Eſtanneya*, & de **Lexeden** duas partes decimæ. De **Gernſtede** totam decimam, & in unoquoq; Maneriorum iſtorum, unum bordarium de duabus acris, ſolutum ab omni ſeculari ſervitio, exceptis tribus Maneriis circa *Coleceſtriam*; & exceptis **Witham**, & **Waltham**, **Sabrichesworth**, & **Waledene**. Et decimam totam paunagii mei, & pullorum equarum, & molendinorum, & Eccleſiam S. *Helenæ*, & quatuordecim acras pertinentes ad prædictam Eccleſiam S. *Helenæ*. Et Eccleſiam S. *Mariæ* de **Weſtcheping London**, quæ vocatur **Niewecherche**, concedente *Ailwardo Groſſo* Presbytero, qui in eadem Eccleſiâ, ex donatione anteceſſoris mei *Huberti* de *Ria* perſonatum conſecutus fuerat: Poſtmodum verò juri perſonatus ſponte renunciavit, penſionarius Eccleſiæ S. *Johannis* de eadem Eccleſiâ factus.

Præterea Eccleſiam S. *Stephani* ſuper **Walebroch**, & domum meam patrinam juxta **Niewechurch**, cum ſuis appenditiis, & ſex acras terræ quæ fuit mulieris viduæ *Alveve*; & dimidiam manſuram, & omnes proventus Capellæ in Caſtello de *Coleceſtria*. Inſuper & omnes proventus omnium Capellarum in Maneriis meis citra fluvium *Tameſiæ*; maximè in præcipuis feſtis, ita tamen, ſi Monachi aliquem de ſuis ibi tranſmittant, qui diebus feſtis ibi ſervitium Dei faciant. Has verò terrarum redditus unq; particulas, de meo feodo, & *Baronia*, Deo & ejus beatiſſimo præcurſori *Joh.* graanter optuli. Si quis autem hiis de ſuis beneficiis adjiceat, adjiceat ei Deus dies bonos, & vitam concedat æternam. Si quis verò ejuſdem S. Eccleſiæ res, vel poſſeſſiones diripere vel minuere præſumpſerit, minuantur ejus tempora vitæ, & cum *Juda* proditore portionem percipiens, cum *Dathan* & *Abiram* locum teneat gehennæ, niſi reſipuerit, & citâ ſatisfactione ſuam præſumptionem erga Deum, & Sanctum *Johannem* emendare cuſaverit, *Amen*.

Carta Willielmi *de* Hauvill, *de Eccleſia de* **Takele**. Ex autogr. in bibl. *Hatton*.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Will.* *de *Hauvill*, filius *Raduſſi* de *Hauvill*, * Falconcum conſenſu *Willielmi* filii & hæredis mei, narius Reconcelli & dedi, & præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Eccleſiæ S. *Joh. Bapt.* de **Colcheſtre**, & Abbati & Monachis ejuſdem loci, in puram & perpetuam elemoſinam, advocationem Eccleſiæ de **Takele**, ſine ullo retenemento, cum omnibus ſuis pertinentiis. Quare volo, (&c.) Hanc autem donationem & conceſſionem feci pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum; & pro fraternitate Eccleſiæ S. *Joh. Baptiſtæ*, ubi corpus meum ſepeliendum devovi. Et precor Dominum Epiſcopum *Lundonienſem*; quod, pro amore Dei, hanc meam donationem & elemoſynam, præfatis Abbati & Monachis confirmet. Hiis teſtibus, *Alexandro* filio *Oſeberti*, *Wymundo Mantel*, *Theobaldo* de *Feringes*, *Ricardo* de *Berdeſtaple*, *Ricardo* filio *Pagani*, &c.

Carta Regis Henrici *ſecundi, per quam quietum clamat Monachis* S^ti Johannis Bapt. *de* Colceſtriâ *tributum de Danegeld, murdro, & hidagio, in diverſis terris ſuis.* Chartæ Antiquæ, T. n. 38.

HEnricus ſecundus Rex *Angliæ*, Baronibus de Scaccario ſalutem; ſciatis me conceſſiſſe & quietum clamâſſe triginta octo hidas, & unam carucatam terræ de Danegeldis, & murdris, & hidagiis, Deo, & Abbathiæ Sancti *Johannis Baptiſtæ* de *Coleceſtriâ*, & Abbati, & Monachis ejuſdem loci in perpetuum; *viz.* in *Eſſexia*, de Hundredo de *Tendringiâ*, decem hidas in *Brinlistlingeleia*; & tres hidas in *Wileia*, & de Hundredo de **Wibaldſhire**, decem hidas in *Mundonia*. Et de Hundredo de **Bardeſtable**, ſex hidas in *Preicheſeia*: Et de **Lexdene** Hundredo, tres virgatas, & viginti acras terræ in *Dunlandâ*. Et de Hundredo *Coleſtria*, tres hidas, & dimidiam. In **Hertfordſhire** de *Adineſtre* Hundredo, quatuor hidas & dimidiam. Et decem acras in *Adiareſlawia*. In *Sudfulcâ*, de Hundredo de *Sainfordia*, unam carucatam terræ in **Hechim**. Et præcipio vobis

bis, quod ſingulis annis, quicquid evenerit ſuper prædictis hidis, de Danegeldis, & murdris, & hidagiis, compoterris Vicecomitibus, in quorum ballivis terræ illæ ſint, Et . . . . . detrahatur de ſummâ Rotulorum meorum, ita quod ulteriùs ab eis nec exigatur ab aliquo, Teſte *Theobaldo Cantuarienſi* Archiepiſcopo.

PRIORATUS

de Snapes *in* Eſſexiâ, *Cella Abbathiæ S.* Johannis Colceſtriæ.

De fundatione ejuſdem.

Plac. de Jur. & Aſſiſ &c. apud Gipwic. in Com Suff. coram Rege, Anno 14. E. 1. Rot. 46.

PRior de Snapes, placitatus pro wrecco maris de Thorpe, uſq; ad capud quod vocatur *Nes* de Herefold, dicit quod Manerium de Snape aliquo tempore fuit cujuſdam *Willielmi Martell*, qui *Willielmus* fuit in ſeiſinâ de prædicto wrecco tanquam pertinente ad prædictum Manerium à tempore Conqueſtus; qui *Willielmus* poſtea dedit dictum Manerium Abbati & Monaſterio S. *Johannis Colceſtriæ*, ad quendam Prioratum ibidem fundandum, tenendum adeo liberè, ſicut ipſe vel anteceſſores ſui unquam. (&c.) Qui Abbas ibi fundavit Prioratum, qui eſt Cella prædictæ Abbathiæ.

Lel. Col. vol. 2. p. 372.

Anno Domini *MCLv.* fundata eſt Eccleſia de Snapes.

Pat. 51. E. 3. m. 36. per Inſpex.

De dotatione dicti Prioratus per Willielmum Martell, Albredam *uxorem ejus, &* Gaufridum *eorum filium & hæredem.*

Willielmus Martel & Albreda uxor ejus, & *Gaufridus Martel* filius & hæres eorum, cum conſenſu & conſilio liberorum & amicorum ſuorum, conceſſerunt & dederunt in perhennem & liberam elemoſinam, & tradiderunt Abbati & Monaſterio *Colceſtriæ* manerium ſuum de Snape & de Aldeburc, cum omnibus ſuis pertinentiis, præter milites illic feudatos, per talem quidem conventionem, quod Abbas & Capitulum *Colceſtriæ*, communi conſilio & electione ſuâ & Domini, ponent in eodem loco Priorem & Monachos, juxta poſſibilitatem loci, abſq; gravamine; Deo ſervituros, ſub obedientiâ & inſtitutione Monaſterii *Colceſtriæ*; reddituros Monaſterio *Colceſtriæ* annuatim, de recognitione, penſionem; *ſcil.* dimidiam marcam argenti. Itaq; idem Prior & Monachi in eodem fundo conſtituti, teneant prænominatam elemoſinam in terris, & aquis, in boſco & plano, in pratis & paſturis, in mariſcis & molendinis, in piſcationibus, & in wrecco, & warennâ, cum eadem *ſaca & ſoca, & toll & theam, & Infangenethief*, & cum omnibus aliis libertatibus benè, & plenè, & liberè, ſicut meliùs, & pleniùs, & liberiùs tenebat ipſe *Will. Martel*, vel ſui prædeceſſores. Et hanc elemoſinam fecerunt pro amore Dei & honore, & Sanctæ *Mariæ*, & Sancti *Johannis Baptiſtæ*, in emendationem ejuſdem loci, & ſuitentationem ſervorum Dei ibidem degentium, pro redemptione animarum ſuarum, & pro ſalute *Gaufridi Martell* Patris, & *Albredæ* Matris, & cæterorum parentum & anteceſſorum ſuorum & ſucceſſorum. Pro eodem etiam Domino & Domina, & pro ſuis omnibus, dicent prædicti Monachi, per ſingulas ebdomadas, duas Miſſas; unam de *Spiritu Sancto*, & alteram de Sancta *Maria*, dum quidem vixerint idem Dominus & Domina. Poſt mortem alterius eorum, incipient ibidem Miſſam pro *Defunctis*; propè quidem pro eo qui obierit, & pro omnibus anteceſſoribus & ſucceſſoribus ſuis, & pro omnibus fidelibus defunctis continuandam. Bis autem in anno viſitet Abbas *Coleceſtriæ* Cellam illam cum duodecim equis, per quatuor dies ibi perendinaturus; ſet loci neceſſitate citatus veniat ſæpiùs, & pro neceſſitate præmunitus hanc elemoſinam confirmavit, cum Sigillo ſuo, *Will. Martel.* Teſtes ſunt *Willielmus Norwicenſis* Epiſcopus, *Walchelinus* Archidiaconus, *Edwardus* Decanus, *Oſebernus Martel*, *Johannes* de *Port*, *Rogerus* & *Eudo*, & *Walt.* & *Euſtachius*, & *Rogerus* tunc Conſtabularius *Eyæ*, filii Domini; *Radulfus* Capellanus, *Hubertus* Presbyter *Eyæ*, *Herveus* de *Glanvill*, *Rogerus Gulafre*, *Ranulfus* de *Glanvill*, *Gaufridus Treſgoz*, *Alanus Dapifer*, *Jordanus Peverel*, *Johannes* Magiſter, *Malet* de *Donewiche*, *Oſebernus* & *Hamo* homines Abbatis.

PRIORATUS

S. Helenæ, *juxta vicum de* Biſhopſgatteſtreete *in Civitate* Londoniarum.

De Conſtituendo Moniales in eadem.

Ex cod. MS. penès Dec. & Capit. Eccl. Cath. S. *Pauli Lond.* [A.] f. 24. b.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Alardus* Eccleſiæ S. *Pauli Lond.* Decanus, & ejuſdem Eccleſiæ Capitulum, conceſſimus *Willielmo* filio *Willielmi* Aurifabri, Patrono Eccleſiæ S. *Helenæ Lond.* ut conſtituat in eadem Eccleſiâ Moniales, Deo ibidem imperpetuum ſervituras, & collegio ibidem conſtituto jus patronatus ejuſdem Eccleſiæ, quod à prædeceſſoribus noſtris ei fuerat conceſſum, conferat; ita quidem quod quicunq; ibidem nomine Prioriſſæ miniſtrabit, poſt electionem ab eodem collegio

gio factam, Decano & Capitulo *Lond.* præsentetur, & juret fidelitatem Decano & Capitulo, tam de ipsâ Ecclesiâ, quàm de pensione dimidiæ marcæ annuæ, infra octo dies *Paschæ* solvendâ, & de jure patronatus non alienando, & quod nulli alio Collegio se subjiciet. Concessimus etiam, quantum in nobis est, quod Collegium ibi statutum omnes obventiones supradictæ Ecclesiæ, exceptâ dictâ pensione, in usus proprios convertat; Idem quoq; Collegium omnia onera Episcopalia ad Ecclesiam prædictam pertinentia, sustinebit. Si autem in loco supradicto, aliquo casu fortuito, conversatio Monialium esse desierit, concessimus ut ibidem viri religiosi, absq; contradictione, secundùm formam de Monialibus superiùs expressum, constituantur; Et simili modo Decano *Lond.* & Capitulo obligentur. Ut autem hujus concessionis nostræ, necnon & totius Conventionis tenor inperpetuum memoria firmiter teneatur, & firmiter observetur, ipsum totum, sub formâ cyrographi, scribi fecimus; cujus pars una nostro, pars verò altera ipsius *W.* & Monialium Sigillis, ut omnis imposterum tollatur malignandi occasio, ad mutuam hinc inde cautelam roborata est. Hiis testibus, *Alardo Lond.* Decano, & aliis.

Ex ipso autogr. in bibl. Hatton.

Constitutiones per Decanum & Capitulum Ecclesiæ Cathedralis S. Pauli Lond. *factæ, Moniales Cœnobii S.* Helenæ *prope* Bishop's-gate, *infra Civitatem* London, *tangentes.*

REynold Kentwode Dean and Chapeter of the Church of Poules; to the religious women, Prioresse and Covent of the Priory of Seynt Eleyns of owre Patronage and jurisdictyon immediat, and every Nunne of the sayde Priory gretyng in God, with desyre of religyous observances and devocyon. For as moche as in owre visitacyon ordinarye in yowre Priorye boothe in the hedde, and in the membris late actually exersyd, we have founden many defautes and excesses, the wiche nedythe notory correccyon and reformacyon; we wyllyng vertu to be cherisshed, and holy Relygion for to be kepte, as in the rulee of yowre Ordyerre; we ordeyne and make certeyne Ordenauns and Injunccyons, weche we sende you swrete and seelyd undir owre commone Seele for to be kepte in forme as thei ben articled and wretyn unto yow,

Firste we ordeyne and injoyne yow, that devyne servyce be don by yow duly nythe and day; and silence duly kepte in due tyme and place, aftir the observaunce of yowr religione.

Also we ordayne and injoyne you Prioresse and Covente, and eche of yow synglerly, that ye make due and hole confession to the Confessor assigned be us.

Also we injoyne yow Prioresse and Covent, that ye ordeyne convenyent place of Firmarye, in the wiche yowre seeke sustres may be honestly kepte and relevyd withe the costee and expences of yowre House acustomed in the relygion duryng the tyme of heere sikenesse.

Also we injoyne you Prioresse, that ye kepe yowre Dortour, and ly thereinne by nythe, aftyr observaunce of yowre Religion, withowt that the case be suche, that the Lawe and the observaunce of yowre Religione suffreth yow to do the contrarye.

Also we ordeyne and injoyne yow Prioresse and Covent, that noo seculere be lokkyd withinne the boundes of the Cloystere; ne no seculere persones come with-inneaftyr the Belle of Complyne, except wym-ment servauntes and mayde childeryne lerners, Also admitte noone sojournauntes wymment with owte lycence of us.

Also we ordeyne and injoyne yow Prioresse and Covent, that ye, ne noone of yowre sustres use nor haunte any place with inne the Priory, thoroghe the wiche evel suspeccyone or sclaundere mythe aryse; weche places for certeyne causes that move us, we wryte not here inne in owre present injunccyone, but wole notyfie to yow Prioresse: nor have no lokyng nor spectacles owte warde, thorght the wiche ye mythe falle in worldly dilectacyone.

Also we ordeyne and injoyne yow Prioresse and Covent, that somme sadde woman and discrete of the seyde Religione, honest, wele named, be assigned to the shittyng of the Cloysters dorys, and kepyng of the keyes, that non persone have entre ne issu into the place aftyr Complyne belle; nethir in noo other tyme be the wiche the place may be disclaunderid in tyme comyng.

Also we ordeyne and injoyne yow Prioresse and Covent, that noo seculere wymmen slepe be nythe with inne the Dortour, with owte specialle graunte hadde in the Chapetter house, among yow alle.

Also we ordeyne and injoyne yow, that noone of yow speke, ne comone with no seculere persone; ne sende ne receyve Letteres myssyves or geftes of any seculere persone, with oute Lycenre of the Prioresse: and that there be an other of yowre sustres preseut, assigned be the Prioresse to here and recorde the honeste of bothe partyes, in suche commynication; and such Letters or geftes sent or receyvyd, may turne into honeste and wurchepe, and none into velanye, ne disclaundered of yowre honeste and Religione.

Also we ordeyne and injoyne yow Prioresse and Covent, that none of yowre sustres be admitted to noon office, butt they that be of gode name and fame.

Also we ordeyne and injoyne yow, that ye ordeyne, and chese on of yowre Sustres, honest, abille and cunnyng of discrecyone, the whiche can may and schall have the charge of techyng and informacyone of yowre Sustres that ben uncunnyng for to teche hem here service, and the rule of here Religione.

Also, for as moche, that diverce Fees perpetuelle Corrodies and Lyvers have be grauntyd be for this tyme to diverce officers of yowre House, and other persones, whech have hurt the House, and be cause of Delapidacyone of the Godys of yowre seyde House, we ordeyne and injoyne yow, that ye reseve noone Officere to no perpetuelle fee of Office, ne graunte no Annuete, Corody, ne

Lyvery, withowt specialle assent of us.

Also we enjoyne yow, that alle daunsyng and revelyng be utterlely forborne among yow, except Christmasse and other honest tymys of recreacyone, among yowre selfe usyd in absence of seculers in alle wyse.

Also we injoyne yow Priorresse, that there may be a doore at the Nonnes Quere, that noo straungers may loke on them, nor they on the straungers, wanne thei bene at divyne service. Also we ordene and injoyne yow Priorresse, that there be made a Hache of conabyll heythe, crestyd withe pykys of herne to fore the Entre of yowre Kechyne, that noo straunge pepille may entre with certeyne Cleketts avysed be yow and be yowre Stward to suche personys as yow and hem thynk onest and conabell.

Also we injoyne yow Priorresse, that non Nonnes have noo keyes of the Posterne doore that gothe owte of the Cloystere into the Churche yerd but the Priorresse for there is moche comyng in and owte unk fulle tymys.

Also we ordeyne and injoyne, that no Nonne have, ne receyve noo schuldrin wyth hem into the House forseyde but yif that the profite of the comonys tuure to the vayle of the same Howse.

Thes Ordenauns and Injunccyons and iche of them, as thei be rehersid above, we sende unto yow Priorresse and Covent, chargyng and commaunding yow, and iche of yow alle, to kepe hem truly and holy in vertu of obedience, and upon peyn of contempte: and that ye doo them be redde and declared foure tymes of the yeere in yowre Chapell before yow, that thei may be hadde in myndo, and kepte under peyne of excommunicacyone, and other lawfulle peynes to be yove into the persone of yow Priorresse, and into singuler persones of the Covent, wheche we purpose to use agens yow, in case that ye dissobeye us: Reservyng to us and owre successours powre thes forsayde Ordinaunces and Injunctiouns to chaunge, declare, adde, and diminue, and with hem despence, as ofte as the case requirethe, and it is nedfulle. In to whiche wittenesse we sette owre common Seele, Povyn in owre Chapitter House the xxi. day of the monyth of June, the yere of owre Lord MCCCCxxxix, Et anno regni Regis *Henrici* sexti, post conquestum, decimo septimo.

PRIORATUS

de Catesby *in agro* Northamptoniensi.

Carta Regis Henrici *tertii donatorum concessiones recitans & confirmans.* Carr. 57. H. 3. m. 25.

REx Archiepiscopis, &c. salutem. Sciatis nos, pro salute animæ nostræ, & animarum antecessorum & hæredum nostrorum, concessisse & hac Cartâ nostrâ confirmâsse dilectis nobis in Christo Priorissæ & Monialibus de Katebi, omnes donationes & concessiones subscriptas; *videlicet* ex dono *Roberti* filii *Philippi* Ecclesiam beatæ *Mariæ* de Kateby, cum Capella de Helidene; & cum culturis, terris, tenementis, molendinis, stangnis, quæretis, ductibus aquarum, pratis, pasturis, & omnibus aisiamentis & pertinentiis suis, & Ecclesiam de *magna* Esseby, cum omnibus pertinentiis suis; & cum terris, mansuris, toftis, pasturis, molendino, stangno; cum ductibus aquarum, & aliis pertinentiis suis in *magna* Esseby; cum libera viâ *xii.* pedum in latitudine, per pratum dicti *Roberti*, eundi & redeundi de dictâ villâ ad molendinum: Et Ecclesiam beati *Leodegari* de Baseford, cum omnibus pertinentiis suis; & cum terris & tenementis, pratis, pasturis, & omnibus aisiamentis suis in Baseford. Ex dono *Willielmi* filii prædicti *Roberti* quoddam pratum de Dominico suo in Kateby, quod est inter culturam, quæ dicitur Milnhil, & rivulum qui manat de valle de Kirkehill. Ex quietâ clamatione *Willielmi* filii *Roberti* secundi, totam communiam quam idem *Willielmus* habuit, vel habere potuit in crofto dictarum Monialium in *magna* Esseby, ubi bercaria sua sita est. Ex dono *Philippi* filii *Roberti* de *Esseby*, quatuor virgatas terræ, cum toftis & croftis; pratis, pasturis, & omnibus aliis pertinentiis suis in Theingworth. Ex dono *Ricardi* filii *Roberti* de *Northampton*, octo virgatas terræ, cum pratis, pasturis, & omnibus aisiamentis & pertinentiis suis in Bifeld. Ex dono *Adæ* filii *Ranulfi* de parva *Esseby*, annuum redditum sex denariorum, de terrâ quam *Adam* le *Cnute* tenet in *parva* Esseby. Ex dono *Willielmi* de *Esseby*, unam virgatam terræ de Dominico suo in Kateby; & dimidiam virgatam terræ de villenagio, quam *Robertus* de *Brichewine* tenuit, cum *Feliciâ* filiâ suâ in eadem villâ; & quam eadem *Felicia* eisdem Monialibus postea quietam clamavit. Ex dono *Willielmi* de *magna* Esseby, unum toftum & croftum cum pertinentiis suis in *magna* Esseby. Ex dono *Ricardi* filii *Roberti* de *Darvill*, unam virgatam terræ, cum pertinentiis, in Sharneford, cum tofto eidem terræ pertinente. Ex dono *Aliciæ* filiæ *Ricardi* Clerici de *Dodeford*, novem acras terræ, cum pertinentiis suis, in Dodeford. Ex dono *Aliciæ* quæ fuit uxor *Radulfi* de *Normanvill*, tres virgatas terræ, cum pratis, pascuis, pasturis, & aliis pertinentiis suis, in Neubold, cum tofto, & crofto, quæ *Rogerus* de *Bermingham*

ham aliquando tenuit in eadem villâ. Ex dono *Radulfi Harang* assertum suum de parco suo de **Westbury**, quod est inter forestam de **Whittlewode**, & terram *Jordani* de *Sancto Licio*; & totum assartum de bosco suo de **Westbury**, quod est inter terras Abbatum de *Oseneyâ* & **Buttlesdene**, & heccam dicti *Radulphi* ita tamen, quod in essartis, extra parcum, feræ nostræ rationabiliter habeant ingressum & egressum. Et etiam illum dominicum boscum suum qui se extendit à prædicto assarto, juxta trenchejam de **Blakeputterod**, usq; le **Blakeputte**, cum omnibus pertinentiis suis. Quare volumus, (&c.) Data per manum nostram apud **Nottingham** x. die *Decembris*.

Ex cu ogr. in bibl. Harleiana. *Carta* Johannis *de* Vallibus *de terra sua, & dominio in* **Wottindon** *inferiori*.

SCiant præsentes & futuri, quod ego Dominus *Johannes* de *Vallibus*, filius Domini *Oliveri* de *Vallibus*, dedi, concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ*, & Sancti *Edmundi* & domui & Prioriss de **Categby**, & Monialibus ibidem Deo servientibus pro salute animæ meæ (&c.) totam terram, & dominium, quam habui in villâ, & territorio de **Wetendone**, tam in dominicis, cum omnibus ad illam terram spectantibus; illam terram *videlicet*, quam habui de dono Domini *Rogeri* de *Clifford* & *Matildis* uxoris sux (&c.) Testibus Dominis *Thomâ* de *Audeham*, *Richardo* de *Haveringhams*, *Eustachio* de *Watford*, *Willielmo Hodinet* militibus.

Ibid. *Bulla* Gregorii (*octavi*) *Romanis Pontificis*.

GRegorius *Episcopus servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus Prioriss & Conventui Monasterii de* **Categby**, *Ordinis Sancti* Benedicti, Lincolniensis *Diœcesis salutem, & Apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana Ecclesia devotos, & humiles filios, ex assuetæ pietatis officio, propensius deligere consuevit; & ne pravorum hominum molestiis agitentur, nos tanquam pia Mater sua protectionis munimine confovere. Ea propter dilecta in Christo filia, vestris justis postulationibus, grato concurrentes assensu, personas vestras, & locum, in quo, divino estis obsequio mancipatæ, cum omnibus bonis, quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis, sub beati* Petri, *& nostrâ protectione suscipimus: Specialiter autem, de* **Categbi** *de* **Elsebi**, *& de* **Elden** *Ecclesias, cum pertinentiis earundem, quas venerabilis frater noster* Hugo Lincolniensis *Episcopus, & prædecessores ipsius, Capituli sui accedente consensu, piâ vobis liberalitate concesserunt, in usus proprios, retinendas: necnon de* **Elsebi**, *& de* **Bagsord** *Maneria, terras, possessiones, decimas, Molendina, redditus, prata, & alia bona vestra, sicut ea omnia juste, & pacificè possidetis, vobis & per vos, eidem Monasterio, auctoritate, Apostolicâ confirmamus, & præsentis scripti protocinio, communimus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis, & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum* Petri, *& Pauli Apostolorum, ejus se noverit incursurum. Data* Romæ xvii. *Kalendas* Decembris, *Pontificatus nostri Anno quinto.*

PRIORATUS

Monialium S. Mariæ *de* Pratis *juxta* Derby, *in agro* Derbiensi.

Carta Regis Henrici *quarti, donatorum concessiones rectans & confirmans.* Par. 1. H. 4. p. 8. m. 33. per Inspex.

Henricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Normanniæ*, *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ*; Archiepiscopis, (&c.) salutem. Sciatis nos, intuitu Dei, & pro salute animæ nostræ, & animarum antecessorum & hæredum nostrorum dedisse, concessisse, & hac Cartâ nostrâ confirmâsse Prioriss & Monialibus de **Derby**, unum messuagium, & duodecim acras terræ cum pertinentiis, in **Bistallegh** & **Alhop**, quæ *Orm* leprosus habuit de baillio *W.* Comitis de Dereby, tempore quo idem Comes habuit custodiam *Pecki*. Habenda & tenenda eisdem Prioriss & Monialibus, & earum successoribus, de nobis & hæredibus nostris imperpetuum in liberam, puram, & perpetuam elemosinam. Quare volumus (&c.) Data per manum venerabilis patris *R. Cicestrensis* Episcopi Cancellarii nostri apud *Westmonasterium*, decimo die *Octobris*, anno Regni nostri nunc *tertio decimo*. *Henricus* Dei gratiâ, Rex *Ang.* Dominus *Hiberniæ*, Dux *Norm. Aquitaniæ* & Comes *Andegaviæ*, Archiepiscopis, (&c.) salutem. Sciatis nos, intuitu Dei, & pro salute animæ nostræ & pro animabus antecessorum & hæredum nostrorum, dedisse, concessisse, & hac Cartâ nostrâ confirmâsse Prioriss & Sanctimonialibus Sanctæ *Mariæ* de *Pratis* juxta **Dereby** & successoribus suis imperpetuum, viginti & septem acras terræ cum pertinentiis in foresta nostra de *Pecco* super **Dayngheboc**, & communam pasturæ in **Farefeld**, in eadem foresta, per metas & divisas subscriptas; *viz.* per **Bathinegate** usq; **Lilcote**; & de **Lilcot** rectâ lineâ usq; **Smaldale** ex opposito de **Derstanlew**; & ita de **Smaldale** usq; in **Weyhe** & de **Weyhe** ascendendo usq; in **Kingstret**, & descendendo per **Kingstret** usq; in **Clut**, & descendendo usq; in **Fernulegh**, & de **Fernulegh** ascendendo extra **Alframcombes**, usq; **Aldipost**, & de **Aldipost** descendendo usq; le **Coldaceres**; & de **Coldaetrets** descendendo le **Dayngheboc**, usq; ad fossatum prædictæ terræ suæ arabilis, in quas prædictæ Prioriss & Sanctimoniales habuerunt ingressum post mortem Domini Regis Patris nostri

per *Willielmum* de *Ferariis* Comitem *Derebia*, tempore quo Caſtrum & Foreſta noſtra de *Pecco* fuerunt in manu ſuâ. Habendas, & tenendas de nobis & hæredibus noſtris ſibi & ſucceſſoribus ſuis, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam. Quare volumus (&c.) Data per manum venerabilis patris *R. Ciceſtrenſis* Epiſcopi, Cancellarii noſtri apud *Weſtm.* *xxiii* die *Octobris*, anno Regni noſtri *decimo nono*.

Ibid. Omnibus ad quos &c. ſalutem Sciatis, quod cum, ut accepimus, dominus *Henricus* quondam Rex *Angliæ*, poſt Conqueſtum tertius, progenitor noſter, nuper per litteras ſuas patentes, in augmentationem, & ſuſtentationem ſtatus dilectarum nobis in Chriſto Prioriſſæ, & Conventus Monialium, tam Prioratus de *Pratis* de Derby, dederit & conceſſerit eiſdem Prioriſſæ & Conventui, ad exorandum pro animâ *Johannis* patris præfati *Henrici* Regis, centum ſolidos, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam percipiendos annuatim ſibi & ſucceſſoribus ſuis de feodi firmâ villæ Nottyngham, per manus ballivorum ibidem pro tempore exiſtentium; quæ quidem litteræ nuper per ſubitum infortunium ignis combuſtæ extiterunt: Nos de gratiâ noſtrâ ſpeciali, & ad ſupplicationem prædictarum Prioriſſæ & Conventus, & conſideratione præmiſſorum, dedimus & conceſſimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfatis Prioriſſæ & Conventui, centum ſolidos percipiendos annuatim, ſibi & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, de feodi firmâ villæ noſtræ de Nottyngham, per manus ballivorum ejuſdem villæ pro tempore exiſtentium, ad terminos Sancti *Michaelis*, & *Paſcha*, per æquales portiones. In cujus &c. Teſte Rege apud *Weſtm.* ſecundo die *Julii*.

ABBATIA

Monialium apud Grimesby, *in* Lincolnienſi *Comitatu.*

Pat. 7. H. 4. p. 2. m. 23. *Carta Regis* Henrici *quarti, Donationes progenitorum ſuorum Regum* Angliæ, *& aliorum, eidem Abbathiæ factas, confirmans.*

REx &c. Sciatis, quod cum dilectæ nobis in Chriſto, Prioriſſa & Conventus domus Monialium de Grymmesby in Com. *Lincoln.* de fundatione progenitorum noſtrorum, quondam Regum *Angliæ* & noſtro patronatu exiſtentis, ut dicitur, nobis dederint intelligi; quod tam Eccleſia, Clauſtrum, & Dormitorium; ac major pars cæterorum domorum & ædificiorum ibidem, quàm veſtimenta, libri, bona & Catalla ſua; & ſimiliter Cartæ, ſcripta, & munimenta, terras, tenementa, redditus & poſſeſſiones ſua, cum eorum pertinentiis, in villis & Campis de Grymmesby, Scarthowe, Clee, Thorpe, Welleſby, Houton, Calthorpe Covenham, Ravendale, Aſkeby, Wyllingham, Berkewoyth, Thoreſway, Waltham, Lincolne, Littlecotes, Stalingburgh, Swalowe, Aplyngholme, Bynryngton & Swyneſlete, ultra Trentam, in Com. *Linc.* & *Ebor.* Necnon Eccleſias ſuas de Grymmesby, Littlecotes, & Ravendale in eodem Com. *Linc.* tangentia, per ſubitum infortunium ignis, nuper arſa & deſtructa extiterunt. Nos ſecuritati dictarum Prioriſſæ & Conventus, ac earum ſucceſſorum in hac parte; ad effectum, quod cultus divinus, ac alia Caritatis opera, per ipſas in Domo prædicta, pro nobis & dictis progenitoribus noſtris, ac aliis benefactoribus ejuſdem Domus, prout ante infortunium prædictum inibi fieri ſolebat, continuari poſſint, providere volentes; de gratiâ noſtrâ ſpeciali, & de aſſenſu Conſilii noſtri, omnimodas donationes, conceſſiones, & confirmationes eiſdem Prioriſſæ & Conventui & earum prædeceſſoribus, tam de terris, tenementis, redditibus & poſſeſſionibus, quàm de Eccleſiis & beneficiis Eccleſiaſticis, per progenitores noſtros prædictos, ac alias perſonas quaſcunq; ante hæc tempora qualitercunq; factas, ſive conceſſas, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt acceptamus, approbamus, ratificamus (&c.) In cujus (&c.) T. Rege apud *Weſtm.* *xxiii.* die *Junii*.

PRIORATUS

de Newtone *in agro* Eboracenſi.

Licentia Regia pro fundatione ejuſdem. Pat. 15. E. 2. p. 2. m. 4.

REx (&c.) Sciatis quod de gratiâ noſtrâ ſpeciali, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus noſtris, dilecto conſanguineo & fideli noſtro *Thomæ Wake*, quod ipſe unum meſuagium cum pertinentiis in villâ de Neutone, ad quandam domum religioſam, cujuſcunq; Ordinis voluerit, ibidem de novo fundandam & conſtruendam: necnon & unum meſuagium & unam Carucatam terræ, cum pertinentiis in eadem villâ de Neutone & Cotyngham, & advocationem Eccleſiæ ejuſdem villæ de Cotyngham; quæ quidem meſuagia, terram & advocationem idem *Thomas* de nobis tenet in Capite, ut dicitur, dare poſſit & aſſignare religioſis in dictâ domo conſtituendis; Habenda & tenenda eiſdem religioſis & ſucceſſoribus ſuis, in puram & perpetuam elemoſynam; ita quod iidem religioſi dictam Eccleſiam appropriare, &

& eam appropriatam in proprios usus tenere possint sibi & successoribus suis imperpetuum. (&c.) In cujus &c. T. Rege apud *Ebor. xxvi.* die *Junii.*

PRIORATUS

de Bromhale *in agro* Berrocensi.

Ex ipso autogr. penès Magistrum & socios Collegii S. *Joh. Bap. cantabr.*

Carta Henrici *de* Laci, *Comitis* Lincolniæ, *de* C. *acris terræ de vasto suo de* Asserige.

A Tutz Ceus ke cest escrit verrunt ou orrunt, *Henri* de *Lasci* Conte de *Nichole* & Conestable de *Cestre*, seignur de Ros & Reweynnok, & *Margaret* sa femme salut. Sachez nus, pur le salu de nos aumes, e pur le salu de nos ancestres & nos heirs, aver relesse, e du tut de nos e de nus heirs quiteclame a Deu e nostre dame de Bromhale, e as Noneins illekes deu servant, Cent acres de terræ de nostre wast de Asserige, ove ses apurtenances, mesures par la perche de vint per, ke gisent entre Pyllingbere e le chemin roial, ke vet de Brakenhale, deskes a Redinge; a aver e a tenir de nous e de nos heirs as devantditz Noneins e a lur successurs, en franche, pure, e perpetuele aumosne a tut jours. (&c.) En tesmoigne de queu chose a cest escrit avons fet mettre nos Seaus, a ces tesmoignes, Monsire *Roberd le fiuz Roger*; Monsire *Perres* de *Maulley*; Monsire *Willame* le *Vavasur*; Monsire *Roberd* de *Maulley*, Monsire *John* de *Cresakre*, adunk nostre Seneschal; Monsire *Gefray* de *Picheford*; Monsire *Willame* de *Estopham*, chevalers; e autres.

PAG.

Pag. 551. col. 1.

Cart antiq. T. n. 10.

Carta Regis Edwardi (*dicti Confessoris*) Levesham *in* Cantio, *cum diversis terris & Maneriis eidem pertinentibus, Ecclesiæ S.* Petri *de* Gant, *confirmans.*

IN nomine sanctæ & individuæ *Trinitatis*, ego *Edw. Anglorum* Dei gratiâ basileus, omnibus post me futuris Regibus, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Vicecomitibus, omnibusq; Baronibus, ac ministris, cunctisq; præsentibus & futuris salutem, & hujus rei notitiam. Summum in Regibus ac Principibus bonum est, justiciam Dei colerè & Ecclesiarum quieti prospicere, & de illarum perpetuâ securitate sollerter tractare; quia, qui eam exaltant & honorant, cum eâ & in eâ, & per eam exaltantur, & honorantur. Et quoniam in locis plurimis inquietudines, plurimas molestias, persecutiones, scandala, atq; gravamina Monachos à nonnullis pertulisse cognovimus, decet ut nostræ excellentiæ regia provisio de ipsorum venturâ quiete, salubri meditetur dispositione, ut in ipsis manentes tranquillâ mente in servitute, Dei ipsius subveniente gratiâ, permaneant: Undè præsentes & posteri sciant universi, quod antiqui gloriosi Reges, *Aelwredus, viz.* & *Edwardus* filius ejus, Ecclesiam S. *Petri* de *Gant*, quæ in monte *Blandinio* ita & animo affectare diligerunt, honoraverunt; & donationem illam, Levesham * *scil.* cum omnibus sibi pertinentiis, quam *Elthrudis* præfati *Elfredi* neptis Ecclesiæ eidem liberè contulit, Regiâ concessione, & libertate perpetuâ munierunt: Quorum boni operis intentione perpendens ne eorum statuta umquam ducantur in irritum, aut ullis (quod absit) posteris turbentur temporibus, ego quidem hujus libertatis patrocinator, donis eorum favens, pro eorum & meâ omniumq; successorum meorum regum, atq; *Baldwini*, Comitis cognati mei; necnon & omnium fidelium prosperitate & salute, Deo & beato Apostolo *Petro*, pio fautori nostro, & Abbati *Richardo* Monachisq; præfatæ Ecclesiæ de Gant concedo, atq; meâ regiâ auctoritate confirmo Manerium de Levesham, cum omnibus sibi pertinentibus; *viz.* Greenewic, Wulewic, Modingeham, atq; Cumbe; & cum vallibus etiam in *Andredâ* eisdem Maneriis adjacentibus; *scilicet* Aeshthore, *Aeffehaga*, Thingindene, Scarendene, Sandhewsce; & cum Ecclesiis, cimiteriis, decimis, redditibus, in campis & silvis, in pratis & pascuis, in aquis & paludibus, in piscariis & piscationibus, in molendinis & in omnibus suis appendiciis. Præterea addidi loco illi prælibato infra *Londoniam*, partem terræ de terrâ illâ, *viz.* quæ Werman, Ether, *Anglicè* nuncupatur, cum huervo eidem terræ pertinenti; & cum omnibus rectitudinibus & consuetudinibus, quæ ad illam pertinent. Concedo eis etiam in omnibus terris suis prænominatis, consuetudines hic *Anglicè* scriptas, *scil. Infangenetheof, Mondbruce, Mischenninge, Uthleaw, Ferdwite, Wearwite, Blodwite, Hleastyng, Sceawing, Hamsocne, Forstall*, aliasq; omnes leges & consuetudines, quæ ad me pertinent. Donavi etiam *Richardo* religioso Abbati & omnibus futuris post eum, . . . ibidem Abbatibus, & fratribus ejusdem loci, in omni prædictâ Monasterii possessione, *sacam* & *socam*, Theolondumq; suum in terrâ, & in aquâ, & consuetudine, quæ dicitur *Teames*, Latrones, latronumq; captiones vel emissiones, & pacis fracturam, & pugnam in domo factam, & domus invasionem, & omnes assultus in suo jure, in viâ & extra, in festo & extra, in urbe & extra, in aquâ & extrâ, tam plenè, & tam liberè sicut eas habebam in manu meâ: Nullus itaq; unquam graventur honeribus expedicionum nec Pontium vel Castrorum restructione, nec regalium sive Episcopalium ministrorum exactione.

Defendo insuper, & ex nomine sanctæ *Trinitatis* prohibeo, ut nullus Regum succedentium, Episcoporum, Principum, Comitum, Vicecomitum, Procuratorum, sive aliorum Regum clientium, vel Episcoporum ministrorum, pastum, censum, vel inpensionem, seu aliud quodlibet ab Ecclesiâ illâ, vel à terris præscriptis ad eam pertinentibus per vim aut per consuetudinem exigat, sed omnimodam libertatem meâ regiâ corroboratione perpetualiter possideant, quatinus ipsa religiosa concio, pro remedio animæ meæ, & successorum meorum Regum *Angliæ*, omniumq; benefactorum ejusdem Ecclesiæ, ac fidelium salute, pervigiles persolvat deprecationes, oleumq; bonæ actionis, more sapientium virginum sub habitu religionis servans Christo Domino & ejus beato Apostolo *Petro* indefessè deserviat.

* Cella de Levesham in Cantio.

serviat. Siquis autem contra hanc auctoritatis nostræ paginam senserit, quicunq; ille fuerit, cujuscunq; ætatis, vel potestatis, gradus, & ordinis, & eam infringere voluerit, vel alios ad hoc conduxerit, unusquisq; pro seipso libras v. partibus S. *Petri* persolvat, & quicquid exindè fiscus noster in murdris, geldis, danegeldis, omnibusq; aliis rebus, vel stipendiis, quæ in terris illis surrexerint, ad partem nostram sperare poterat in luminaribus, sive fratrum ipsius Monasterii victus aminiculis perenniter per nostra oracula ad integrum sit concessum, atq; indultum: Quicunq; successorum meorum hanc donationis libertatem firmiter atq; inviolabiliter custodierit, æternâ coronetur claritate, cœlestisq; regni perfruatur felicitate: Si quis verò eam (quod absit) destruere voluerit, sive eandem possessionem à donatione & servicio sæpedictæ Ecclesiæ & Abbatum ejusdem loci, & Monachorum subtrahere conatus fuerit, vel per partes, quasi hæreditatis jure auferre præsumpserit, sicut contradictor & convulsor hujus nostri decreti, ac temerator, cum *Judâ* traditore Domini, æterno anathemati subjaceat, nisi Deo & beato suo Apostolo *Petro* dignâ pœnitentiâ satisfecerit. Non enim superiorem, vel inferiorem aliquem decet hominem illud sibi in jus hæreditatis vendicare, quod per regiam corroborationem ad illud, cujus esse debeat, providâ ratione fuerit redactum.

Anno igitur Dominicæ incarnationis A.D.1044. *M. xliii.* Indict. *xii.* & *vii.* concurrentibus, atq; *xi.* Epactis rotantibus, hæc regalis concessio & donatio facta est sub astipulatione Primatum, quorum nomina karaxata videntur. Ego *Edwardus* Rex totius *Britanniæ* hanc propriam donationem regali stabilimento affirmavi ✠. Ego *Elfgive* ejusdem regis mater assensum accommodavi ✠. Ego *Eadsinus Dorobernensis* Ecclesiæ Archiepiscopus hanc pietatem divulgavi ✠. Ego *Aelfricus Eboracen.* Civitatis Archipræsul, hanc territoriam schedulam diligenter assignavi ✠. Ego *Aelwardus Londonienſis* Episcopus consolidavi ✠. Ego *Godwinus Rosensis* Episcopus gaudenter impressi ✠. Ego *Alwynus Wintonienſis* Episcopus corroboravi ✠. Ego *Beorwoldus Wiltunienſis* Episcopus coadunavi ✠. Ego *Livingus Cridienſis* Episcopus confirmavi ✠. Ego *Aedelstanus Herfordienſis* Episcopus consignavi ✠. Ego *Wulstanus Wigornienſis* Episcopus hanc divulgavi ✠. Ego *Eadnodus Dorcensis* Episcopus condixi ✠. Ego *Dudoco Wellensis* Episcopus conscripsi ✠. Ego *Grunkillus* Episcopus *Australium Saxonum* concensi ✠. Ego *Wulsinus* Episcopus *Licetfeldensis* commodum duxi ✠. Ego *Brithnus* Episcopus *Bornensis* concluſi ✠. Ego *Goodwinus* Dux, Amen dixi ✠. Ego *Leofricus* dux testificavi ✠. Ego *Siwardus* dux test ✠. Ego *Haroldus* dux test ✠. Ego *Leofwinus* dux test ✠. Ego *Swelfenus* dux test ✠. Ego *Toſtis* dux test ✠. Ego *Gyrdus* dux test ✠. Ego *Aedwinus* Abb. *Westm* ✠. Ego *Waldoldus* Abb. *Certesiæ* ✠. Ego *Aelsi* Abb. S. *Augustini* ✠. Ego *Godwine* Abb. *Wincelcumbe* ✠. Ego *Manny* Abb. *Eovesshamensis* ✠. Ego *Alfricus* Abb. *Persoorensis* ✠. Ego *Hugelinus* Camerarius ✠. Ego *Esgar Stalere* ✠. Ego *Robgetus* fil. *Wimarest allere* ✠. Ego *Ordgar* Minister ✠. Ego *Osgod* Minister ✠. Ego *Odda* Minister. ✠. Ego *Elsgard* Minister ✠. Ego *Rarld* Minister ✠. Ego *Thured* Minister ✠. Ego *Æthelwie* Minister ✠. Ego *Aedridg* Minister ✠. Ego *Ordulf* Minister ✠. Ego *Duduco* Minister ✠. Ego *Siward* Minister ✠.

PAG. 551. col. 2.

Cartæ Edmundi *Comitis* Cornubiæ, *donationes* Ricardi *Patris sui Monachis S.* Michaelis *de* Monte, *in* Cornubiâ, *recitans & confirmans.*

Ex Regist. Cartarum Prioratus S *Mich.* de *monte*, penès *Will.* Comitem *Sarum.* f. 3. b.

OMnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, *Edmundus* claræ memoriæ, *Ricardi* regis *Alemanniæ* filius, & Comes *Cornubiæ* salutem in Domino. Noveritis nos inspexisse Cartam prædicti patris nostri, quam fecit Priori & Monachis S. *Michaelis*, in *Cornubiâ* in hæc verba. Omnibus ad quos præsens scriptum pervenerit, *Ricardus* Comes *Pictavi* & Cornubiæ salutem: noveritis me dedisse, & præsenti Cartâ meâ confirmâsse, pro me & hæredibus meis, Priori & Monachis S. *Michaelis* in *Cornubiâ* ibidem Deo servientibus, pro animabus antecessorum & successorum meorum, totam terram in morâ meâ de Goenhib, hiis metis inclusam; *videlicet* à divisâ quæ se extendit à villâ de Roswik, ad terram de Trurabo, & ita usq; ad viam propè Crucarethen; & indè usq; ad Bonefou; & de Bonefou usq; ad Ponsconſili; & indè usq; ad Carlenbesels, usq; ad magnam viam Cudgozahenot; & indè usq; ad Cugkennpwol; & indè sicut divisa se extendit inter Crument & Polkere: Habendum & tenendum sibi in puram & perpetuam elemosynam, quietam & solutam ab omni servicio seculari; & ad majorem securitatem præsentem Cartam Sigilli mei impressione feci roborari. His testibus, venerabili viro *A.* Abbate *Belli loci* Regis, *Andreâ* de *Cancellis*, *Widone* de S. *Amando*, *Johanne* filio *Thomæ*, *Petro Brettone*, *Ric.* de *Poncherdone*, *Roberto* de *Eschalers*, & aliis.

Inspeximus etiam aliam Cartam prædicti patris nostri in hæc verba. Omnibus ad quos præsens scriptum pervenerit, *Ricardus* Comes *Pictaviæ* & *Cornubiæ* salutem: Noverit universitas vestra, me dedisse & concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse, intuitu caritatis, pro me & hæredibus meis, Priori de *Monte* S. *Michaelis* in *Cornubiâ*, & Monachis ibidem Deo servientibus, in puram & perpetuam elemosynam, decem solidatas redditus,

quos *Willielmus* de *Walebreaus* mihi annuatim reddere consuevit pro Nundinis S. *Jacobi*, extra eundem montem; habendum eisdem Priori & Monachis liberè & pacificè; & percipiendum de eodem *Willielmo* de *Walesbreaus* & hæredibus suis annuatim, sicut illos percipere consuevit. Et quia volo, quod hæc mea donatio perpetuæ firmitatis robur optineat, præsens scriptum Sigillo meo signatum produxi in testimonium. Hiis testibus, Dominis *Andræa* de *Cardinan*, *Willielmo* de . . . . . *Andræa* de Cancellis, *Waltero* de *Turri*, *Waltero* de *Therbyn*, tunc temporis Vicecomite *Cornubiæ*, *Odone Taerbyn* filio suo, & aliis.

Nos autem prædictas donationes, concessiones, & confirmationes, ratas & gratas habentes, eas pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, concedimus & confirmamus, sicut prædictæ Cartæ præfati Patris nostri rationabiliter testantur. Præterea concedimus & præsenti scripto nostro confirmamus Deo & beatæ *Mariæ*, & S. *Michaeli*, ac Priori & Monachis montis S. *Michaelis*, in *Cornubia*, quantum in nobis est, quod habeant & teneant montem *S. Michaelis*, cum dictâ hida terræ, cum suis pertinentiis, ita soluta & quieta, ac libera ab omnibus consuetudinibus, querelis & placitis, sicut recolendæ memoriæ *Robertus* Comes *Moritoniæ* unquam ea tenuit: Et quod habeant & teneant tres acras terræ in Manael, Trurabo, Lesmanack, Trerravers, Carnelel, ita quietè & liberè ab omnibus placitis & querelis, atq; forisfactis, sicut præfatus *Robertus* Comes *Moritoniæ* illam unquam tenuit, cum suis omnibus pertinentiis. Concessimus eisdem Priori & Monachis, quod cum domus sua prædicti montis, per cessionem vel decessum Prioris, qui pro tempore fuerit, ad custodiam nostram fuerit devoluta, omnis exitus de toto tempore vacationis ipsius Prioratus, integrè reserventur futuro Priori liberandas, in utilitatem prædictæ Prioratus convertendum, sine ullo impedimento nostri vel hæredum nostrorum: Salvis tamen custodi nostro dicti Prioratus rationabilibus sustentationibus suis, tempore vacationis sicut hominem peritem decet. In cujus rei testimonium præsenti Scripto Sigillum nostrum apponi fecimus, Hiis testibus, Dominis *Willielmo* de *Camvile*, *Henr.* le *Tyes*, *Will.* de *Botreaux*, *Willielmo* de *Bereford*, *Reginaldo* de *Botreaux*, *Tho. Kent*, *Ric.* de *Hiwys*, & aliis. Data apud Rostormel *xxx.* die *Decembris*, anno regni Regis *Edwardi* filii Regis *Henrici xix.*

Ib.f.5.a. *Carta* Alani *Comitis* Britanniæ *de* xs. *annui redditus de feria de* Berdresem.

A. Dei gratiâ Comes *Britan.* & *Cornubiæ*, & *Richemuntis*; omnibus fidelibus suis & filiis sanctæ Ecclesiæ per *Cornubiam* constitutis salutem. Sciatis, quod ego dedi & concessi in perpetuam possessionem, Deo & Ecclesiæ S. *Michaelis* de *monte* in mari, pro salute animæ meæ, & uxoris & filiorum meorum; & pro redemptione animæ *Brientii* avunculi mei, de cujus hæreditate terram *Cornubiæ* possideo, & aliorum, antecessorum meorum, & parentum meorum; & pro stabilitate Domini mei Regis *Stephani*, & filiorum, & uxoris suæ, illos *xs.* quos habui de redditu singulis annis de feriâ Berdresem, & quicquid plus proficui, cum ad opus meum pertinere videbitur, si in futuro creverit, totum eidem dono Ecclesiæ, ita liberum & quietum in omni re, sicut ego vel aliquis antecessorum meorum possidemus. Et ut hæc donatio mea in perpetuum maneat, Sigilli mei impressione, subscriptorum testimonio corroboravi, anno incarnationis Domini *MCxl.* conquisitionis meæ, quo ego *Alanus* Comes scripsi. ✠ Ego *Conanus* Capellanus Comitis. ✠ Ego *Ric.* de *Luci.* ✠ Ego *Racorus* de *Valletorta.* ✠ Ego *Will.* de *Tribus inmutis.* ✠ Ego *Rualdus* Constabularius. ✠ Ego *Gaufridus* de *Corun* homo Comitis. ✠ Ego *Hugo* de *Terravana*, apud Bonne peracta fœliciter. Quicunq; eidem Ecclesiæ pro Deo benefecit, bene concedo. Testibus eisdem.

Carta Richardi *Regis* Romanorum *de feriis de* Parhasgon. Ib. f.6. a.

Ricardus Dei gratiâ *Romanorum* Rex, semper *Augustus*; Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus omnibusq; libere tenentibus & aliis fidelibus suis in Comitatu *Cornubiæ* salutem, & omne bonum: Noverit Universitas vestra, nos, per præsentem confirmationem nostram, concessisse & confirmâsse Priori *montis* beati *Michaelis* in *Cornubiâ*, & successoribus suis, quod tres ferias, & tria mercata, quæ ex concessione prædecessorum nostrorum Regum *Angliæ. viz. media Quadragesimæ*, die & in crastino; *Vigilia* beati *Michaelis* die & in crastino, vigilia beati *Michaelis* in *Monte tumba*, die & in crastino, in Parghasbigan, alieno solo hactenus habuerunt, habeant de cætero, in solo suo proprio in Parchadyon, juxta grangiam suam, & imperpetuum possideant, ita quod feria & mercata prædicta, secundùm legem & consuetudinem Regni *Angliæ*, in nullius feriæ vel mercati dampnum cedat, vel nocumentum. In cujus rei testimonium præsentem confirmationem Sigillo regiæ majestatis nostræ duximus confirmandam: Hiis testibus, Dominis *Henrico Teutonico*, *Hugone* de *Boyvile*, *Stephano Haym*, Magistro *Ada* de *Belestede*, *Johanne Beaupre*, & aliis.

Carta Conani *Ducis* Britanniæ, *de* Wath. Ib.f.37.b.

Conanus Dux *Britanniæ*, Comes *Richmundiæ*, Dapifero suo & Constabulario suo, & omnibus Baronibus suis, & omnibus hominibus suis, *Francis* & *Anglis* salutem: Notum sit vobis omnibus me concessisse in puram & perpetuam elemosinam, pro animâ Patris mei & animabus antecessorum meorum, & hac meâ Cartâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ S. *Michaelis* de periculo maris, fratribusq; ibidem servientibus, terram illam quam antecessores mei illis in puram & perpetuam elemo-

elemosinam dederunt & concesserunt; *scil.* Wath cum omnibus pertinentiis & appendiciis: Quare volo & præcipio, ut habeant & teneant benè & in pace, liberè & quietè, & honorificè, integrè & plenariè, in Ecclesiâ, in bosco & plano, in pratis & in pascuis, in aquis & molendinis, in terrâ arabili & non arabili, & in omnibus locis eidem terræ pertinentibus. Testibus, *Radulpho* filio *Rabaldi*, *Alano* Constabulario, *Herveo* filio *Acariæ*, *Terfino* filio *Roberti*, *Wygano* filio *Cadoc*, *Roberto* filio *Radulfi*, *Ribaldo* fratre suo, *Warnero* filio *Gunnari*, *Radulfo* Camerario, *Waltero* filio *Acariæ*, *Willielmo* de *Comeriis* apud *Richemundiam*.

lb. f. 40 b. *Bulla* Adriani *Papæ*, *Anno* MCLv. *omnes possessiones Monasterio S.* Michaelis *in periculo maris*, *in* Britanniâ, *confirmans*.

Adrianus Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis *Roberto* Monasterii S. *Michaelis* de *periculo maris* Abbati, atq; fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis imperpetuum. Religiosam vitam eligentibus Apostolicum convenit adesse præsidium, ne forte cujusliber temeritatis incursus, aut eos à proposito revocet, aut robur, quod absit, sacræ religionis infringat: Eapropter dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatum Monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati *Petri* & nostrâ protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus: Statuentes ut quascunq; possessiones, quæcunq; bona idem Monasterium in præsenti justè & Canonicè possidet, aut in futuro concessione Pontificum, largitione regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio poterit adipisci, firma vobis, vestrisq; successoribus & illibata permaneat; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Ecclesias in Castro montis sitas, cum redditibus, & dignitatibus ejus, tam Ecclesiasticis quàm secularibus; villam quæ vocatur *Gornicum*, cum Ecclesiis ipsius & cum pertinentiis suis; & Ecclesiam S. *Clementis*, & villam quæ vocatur *Drago*, cum Ecclesiâ. Et Ecclesiam S. *Michaelis* de *Lupis*; & Ecclesiam de Sartisheyo: *Ardenor*, cum Ecclesiâ, & omnibus pertinentiis suis: Et villam de *Belneyr*, cum Ecclesiâ; & villam de *Passibus*, cum Ecclesiâ; villam de *Cureyo* cum Ecclesiâ; villam de *Husius*, cum Ecclesiâ; villam quæ *Crex* vocatur, cum pertinentiis suis. Ballent, cum pertinentiis suis, & burgum *Bremonis*, cum pertinentiis suis. Ecclesiam de Cangeye, cum pertinentiis suis. Ecclesias *pontis Vixonis*, cum decimis reddituum ipsius Castri. Capellam *Hamelini*, cum pertinentiis suis.

In Episcopatu *Constanciensi*, villam S. *Paterni*, cum Ecclesiâ & pertinentiis suis. Ecclesiam S. *Johannis* de *Campis*. Ecclesiam S. *Pancratii*. Ecclesiam de *Coldevilla*. Ecclesiam de *Fulquerevilla*, cum ipsâ villâ & pertinentiis suis. Villam de *Eenoch*; terram de *Ellos*; Ecclesiam de *Carteret*, & insulam de *Chausye* & quicquid habent in Insulâ quæ vocatur Jersey; & in Insulâ quæ vocatur *Garneie* quartam partem; & in eadem Insulâ Ecclesiam S. *Salvatoris*. Ecclesiam S. *Mariæ* de *Castro*. Ecclesiam S. *Michaelis* de *Valle*; & Ecclesiam S. *Petri* de *Bosco*. Ecclesiam S. *Mariæ* de Lithou, cum pertinentiis suis, & Capellam S. *Georgii*. Insulam quæ vocatur .... *enchen*, cum Ecclesiâ.

In Episcopatu *Bajocensi*, villam quæ vocatur *Domus Johannis*, cum pertinentiis suis, villam quæ dicitur *Bretenvilla*, cum Ecclesiâ & pertinentiis suis: & villam quæ dicitur *Bersum*, cum pertinentiis suis. Ecclesiam de *Virete*, cum pertinentiis suis. Ecclesiam de *Sear*, cum pertinentiis suis.

In Episcopatu *Rothomagensi*, in ipsius urbis foro, Ecclesiam S. *Michaelis*. In Episcopatu *Lexoviensi*, prata quædam, in villâ quæ dicitur *Pons Episcopi*. In Episcopatu *Carnotensi* villam quæ dicitur *Gohere*, cum Ecclesiâ & pertinentiis suis. villam quæ dicitur *Polerna* de feudo *Odonis Borrel*, cum Ecclesiâ & pertinentiis suis. In Episcopatu *Cenomanensi* Cellam S. *Victurii* in suburbio ipsius urbis, cum burgo ipsius suburbii, cum omnibus justis consuetudinibus, tam vini, quàm aliarum rerum venalium, & aliis pertinentiis suis. In eodem suburbio Ecclesiam S. *Johannis*, cum pertinentiis suis. Ecclesiam de *Lucare*, cum pertinentiis suis; Ecclesiam de *Pontenay*, cum pertinentiis suis. *Vilarentam*, cum pertinentiis suis. Vineas quas habetis apud castrum *Sillaim*. In Episcopatu *Turonensi* terras & vineas quas habetis apud ipsam Civitatem. In Episcopatu *Andegavensi* in ipsa civitate domum unam & vineas; & terram juxta urbem. Ecclesiam de *Creans*, cum appendiciis suis. In *Britannia* in Episcopatu *Dolensi*, montem *Randam*, cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. *Broeladri*, cum pertinentiis suis. *Prastaam* villam. *Milaen* & *Landem* in Episcopatu *Alletensi*, & Ecclesiam quandam, cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. *Tigali*, cum pertinentiis suis. In Episcopatu S. *Corentini*. Ecclesiam S. *Michaelis* de *Cornugallia*. In Episcopatu *Redonensi*, villam quæ dicitur *Villa maris*, cum Ecclesiâ & pertinentiis suis.

Ecclesiam de *Polleyo* in *Anglia*, in Episcopatu *Exoniæ*: Cellam S. *Michaelis* de *Monte*, *Cornubiæ*, cum pertinentiis suis. Villam *Ettoniæ*, cum Ecclesiâ & pertinentiis suis. *Sedewne* & Ecclesiam ipsius. Ecclesiam de Endebie; *Wiscumbam Estolleiam*; *Ercumbant* & Ecclesiam. Villam quæ vocatur *Hedrin*. In Episcopatu *Wintoniensi* Ecclesias tres. In villâ quæ dicitur Basinges Basingsthoc. Ecclesiam *Saliburnæ* in Episcopatu *Salisburiensi*. Ecclesiam *Hetonæ* in Episcopatu *Wellensi* & *Batoniensi*. Ecclesiam de *Merthoc* cum pertinentiis suis, in Episcopatu *Heliensi*. Ecclesiam de Wem, in Episcopatu *Eboracensi*. Villam quæ dicitur Wath, cum Ecclesiâ, & cum omnibus hiis, quæ ad eandem Ecclesiam pertinere noscuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat supradictum Monasterium temerè perturbare,

turbare, aut eas possessiones auferre, vel ablatas retinere vel minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia integrè observentur eorum, pro quorum libertate & sustentatione concessa sunt, ubibus omnimodis profutura; salvâ nimirùm Apostolicæ sedis auctoritate, & diocesanorum Episcoporum Canonicâ justitiâ. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam, sciens contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiovè commonitus, nisi præsumptionem suam congruâ satisfactione correxerit, potestatis, honorisq; sui dignitate careat, reamq; se divino judicio existit de perpetratâ iniquitate cognoscat; & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini nostri Jesu Christi aliena fiat; atq; in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco suum jus servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen.

Pag. 558 col. 2.

Ex collect. *Rob. Glover.* Somerset Heraldi [*Miscel. lib. 5. f. 9. b.*]

Carta H. *de* Bellocampo, *donationes antecessorum suorum Monachis de* Bergavenny *confirmans.*

H. de *Bellocampo*, omnibus fidelibus *Francis*, *Anglicis*, & *Walensibus* salutem. Pro salute regis *H.* & Reginæ, tam corporum quàm animarum, & antecessorum ejus: pro me & uxore meâ, & antecessoribus meis; pro omni successione meâ, sciatis me concessisse Deo & Monachis de Bergevent, omnes illas possessiones, quas in elemosynâ antecessores mei *Hamelinus* de *Balon*, & *Brientius* filius Comitis, & alii Domini de Bergevent eis caritativè & rationabiliter impenderunt; *scilicet* in Ecclesiis, in decimis, in terris, in silvis, in aquis, in pratis, in Molendinis, in pasnagiis, in pullis, in caseis, in nummis, in pomis, & in omni decimatione; quæ & quas, tam Dominus quàm milites istius Honoris rationabiliter dederunt, vel daturi sunt; salvo jure & honore meo.

Insuper concedo eis terram illam, quam dedit *Philippus Alis* pro *Radulpho* fratre suo, quando ad Monacatum venit. Adhuc etiam concedo eis terram quæ sita est juxta minorem Ecclesiam, quam dedit *Galterius* de *Malvenon*, quando se pro habitu religionis eisdem concessit. Adhuc do eis *xvi. d.* de redditu terræ *Bertram*, pro animabus militum meorum ibidem jacentium. Hæc omnia jam dictis Monachis annuo & confirmo, & Sigilli mei impressione corroboro; prohibens & defendens, ne aliquis præpositorum eis inferat injuriam, ne pro tali facto Dei maledictionem incurrat. Hiis testibus, *Gauterio* & *Richerio* fratribus Domini, *Radulfo* de *Norfoc*, *Philippo* filio *Roberti*, *Simone* Capellano, *Gauterio* Clerico, *Roberto Gunter*, *Anisen*, *Roberto* Præfecto, *Radulfo Lanbert*, *Inberto*. De Monachis, *Durando* Priore, *Herveo* Monacho, *Herberto M. Mauricio M. Gauterio M. Reginaldo M. Radulfo M. Burgonio M. Matthæo* Presbytero, *Albino* Presbytero, *Petro* Clerico, *Matheo* Clerico, *Willermo* Clerico; *Sessill* & *Herberto* fratre ejus Clericis; *Henrico* præfecto, *Radulfo* Coco, *Garino* filio ejus, & multis aliis.

Pag. 592. col. 1.

Titulus Ricardi *Ducis* Ebor. *ad dominium de* Bazlyon, *& ad patronagium Prioratus de* Colodrve.

Ex Chronicis de Lanthony in *Wallia*, per *Rob. Gloverum*, *Somerset* Heraldum deprompta.

Fuit quidam *Oweyn Wan* dominus de Bazlyon, & dominus omnium terrarum, & tenemen orum & cæterarum possessionum, quæ Prior de Colodrve modo occupat, tam in dicto Prioratu quàm extra: Super quem *Owenum* quidam *Robertus* de *Candos* conquestus est dominium de Bazlyon & Colodrve, ac cæteras terras. Et post dictum conquestum dictus *Robertus* primò fundavit Prioratum de Colodrve, in proprio solo suo de Colodrve, sic per eum conquesto. Et post mortem dicti *Oweyn Wan*, venerunt duo filii sui; *viz. Jorverth* ap *Owain* & *Walterus Morgan* frater ejus, & conquesti fuerunt dictum dominium de Bazlyon, & Prioratum, super dictum *Robertum*; & fuerunt seisiti de omnibus placitis Regalibus, & placitis Coronæ; de Hæsiâ & clamore & sanguinis effusione, *Forstal*; & de omnibus aliis placitis emergentibus de tenentibus prædicti Prioris de Colodrve, citra Dulenv versùs Bazlyon; & precipuè prædicti *Jorverthi*, *Morgan*, *Howelus* de Bazlyon, & *Meredith*.

Ac etiam Comites *Gloucestriæ*, *Ricardus* de *Clare*, *Walterus*, *Gilbertus*, & *Gilbertus*; & quorum placitorum cognitionem Prior dicti Prioratus clamat in ea hæredationem dominæ *Elizabethæ*, prorunc dominæ de Bazlyon (&c.) Virtute Cartæ supradictæ *Roberti* de *Candos*, primi Fundatoris dicti Prioratus; & quæ Carta, ut dicebatur, fuit adjudicata per ministros dictæ dominæ; nullum robur & effectum habere propter conquestum per filios dicti *Owein*, factum super dictum *Robertum* de *Candos*, qui conquestus fuit priùs patrem suum prædictum: & qui etiam Prior, adtunc ostendebat Cartas confirmationum dictarum terrarum & francheſiarum, unà cum Cartis confirmationis terrarum, quas Abbas de Bazlyon, & alii tenent.

Item idem Prior protulit alias Cartas de dono & concessione *Howeli*, Domini de Bazlyon

Iron (&c.) & anteceſſorum ſuorum, factis eidem Priori & ſucceſſoribus ſuis, ad piſcandum in aquâ de Uſke, (&c.)

Item memorandum, quod quidam *Willielmus* Comes *Glouceſtriæ*, dominus de Newport, conqueſtus fuit dominium de Baalvon. (&c.) Super *Mereduth ap Howell* dominum de Baalvon, filium *Howeli* Domini de Barlpon ſupradictâ.

Item quod idem illuſtriſſimus princeps, *Ricardus* Dux *Ebor.* &c.

PRIORATUS

de Caresbroke, *in inſula* Vectis.

Ex Regiſtro Cartarum *Careſbrocenſis* Cœnobii, in Inſula *Vectis*.

Progenies Willielmi *filii* Osberni, *Comitis* Hereford*iæ*, *& primi Conqueſtoris Inſulæ* Vectis.

MEmorandum, quod *Willielmus* Baſtardus, Conqueſtor terræ Angli*cæ*, habuit *Willielmum* filium *Osberni*, Mareſcallum ſuum; qui conquiſivit Inſulam *Vectam* tempore quo dictus *Willielmus* Baſtardus conquiſivit terram *Anglia*. Et fecit dictum *Willielmum* filium *Osberni* Comitem *Herefordiæ*. Qui quidem *Willielmus* filius *Osberni*, habuit duos filios, *Johannem* & *Ricardum*, qui obierunt vivente patre eorum: Poſt quorum mortem & *Willielmi* patris eorum, deſcendebat hæreditas illa *Ricardo* de *Rivers*, nepoti prædicti *Willelmi* filii *Osberni*, tunc Comiti *Exoniæ*. De quo *Ricardo* venit *Baldwinus* filius ejus. De quo *Baldwino*, quia obiit ſine hærede de ſe, deſcendit hæreditas illa *Iſabellæ* ſorori ejus, quam *Willielmus* de *Fortibus* deſponſavit: Qui quidem *Willielmus* & *Iſabella* obierunt ſine hærede de ſe; & dicta *Iſabella* ſupervixit: Poſtquam dominus Rex *Edwardus* nunc, de eâ, illam adquiſivit.

Carta Baldwini *Comitis* Exoniæ.

B. Comes *Exoniæ*, *Hild.* Dei gratiâ *Lirenſi* Abbati &c. ſalutem. Sciatis me, pro Dei amore &c. omnes Eccleſias noſtras, decimas & terras, & homines & poſſeſſiones, & reditus & beneficia de Inſula *Wht*, conceſſiſſe Abbatiæ S. *Mariæ Liræ*, & Eccleſiæ veſtræ, & vobis; ea tenere in bona pace & amore meo, ſicut illa unquam in tempore *Willelmi* filii *Osberti*, vel in tempore *Ricardi* de *Riddvers* patris mei, meliùs & liberiùs habuiſtis. Teſtibus, *Willelmo* de *Elion* dapifero, *Galfrido* de *Forne*, *Pagano* Vicecomite, *Brien* de *Inſula*, *R.* de *Widvil* & aliis, apud Caresbroc. Valete.

Carta Willielmi *de* Vernun.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Willielmus* de *Vernun*, filius Comitis *Baldwini*, dedi & conceſſi & hac Cartâ confirmavi, Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de Caresbroc, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, duas marcas argenti in perpetuam elemoſynam, in eſcambium diviſæ, quam fecit eis *Ricardus* de *Redvers* nepos meus, percipiendas ſingulis annis ad quatuor terminos, in *Novo Burgo* meo, de theoloneo Inſulæ, per manum Præpoſiti, quicunq; fuerit Præpoſitus &c. Prior autem & Monachi de Caresbroc, quietum me clamaverunt de prædictâ diviſâ *Ricardi* de *Redvers* nepotis mei; & Cartam quam de illo habuerunt mihi in Curiâ meâ, coram Baronibus meis reddiderunt &c. Hiis teſtibus, *Mabiliâ* Comitiſſâ, *Waltero* de Inſulâ. *Waltero* de *Portâ*, *Roberto* filio *Briani*, & aliis.

Carta Willielmi *Comitis* Devoniæ.

NOtum ſit omnibus, præſentibus & futuris, quod ego *Willielmus* Comes *Devoniæ*, & dominus Inſulæ *Vectæ*, conceſſi & Sigillo meo confirmavi, pro ſalute animæ meæ, & omnium parentum & amicorum meorum, Deo & Sanctæ *Mariæ* de *Lirâ*, & Monachis ejuſdem loci, omnes elemoſynas ſuas & beneficia ſua, & omnes res ſuas, & poſſeſſiones de terrâ meâ, & de feodo meo in Inſula *Vecta* &c. Et nominatim Eccleſiam de Caresbroc &c. & terram circa Caresbroc quam *Peverellus* de *Argentom* & *Willielmus* frater ſuus eis dederunt &c. Hiis teſtibus, *Sanſone Foliot*, *Thomâ* de *Monaſteriis*, *Will.* de *Inſula*, *Ricardo* de *Aneville*, & aliis.

Carta Regis Henrici *ſecundi, donatorium conceſſiones Cœnobio* Lirenſi *recitans & confirmans.*

HEnricus Rex *Anglia* &c. Sciatis me conceſſiſſe, & in perpetuam elemoſynem confirmâſſe Eccleſiæ *Lirenſi*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, quicquid eis rationabiliter datum eſt, & tenementa ſua, & quicquid juſtè & rationabiliter poſſiderunt tempore Regis *H.* avi mei, & tempore patris mei, in Epiſcopatu *Eboracenſi*, in loco qui vetus *Lirâ* dicitur: Ex dono *Willielmi* Comitis, terram de eadem villâ, quam tenebant in dominio; & duo molendina in eadem villâ, & quartam partem *Novæ Liræ*, & molendinum ejuſdem villæ; & molendinum *Faleret*, & aquam à ponte de *Novâ Lirâ* uſq; ad *Calet*, Et totam decimam Foreſtæ *Britolii*, & decimas ſeptimanas *Britolii*, *Lirâ*, *Pacii*, & *Glotis*, & Pontis S. *Petri*: Eccleſias *Britolii*, cum feodo *Walenis*; Eccleſias *Glotis*; Eccleſias de utraq; *Lirâ*; Eccleſiam S. *Andreâ* de *Barrâ*; Eccleſiam de *Cormul*, Eccleſiam de *Candanuell*, Eccleſiam de *Boterellis*, Eccleſiam de *Noeriâ*; Eccleſiam de *Alverniaco*. Præterea dotem Comitiſſæ *Adeliciâ*; ſcil. *Triliacum*,

cum molendino; & *Melrueras*, & *Rubramont*. Et in Episcopatu *Rothomagensi*, *Scannu* Comitis: In ipsâ Civitate Ecclesias Pontis S. *Petri*; *scil.* S. *Nicholai*, S. *Gregorii*, & S. *Cristini*, cum appendiciis suis; & redecimam de *Valle Pistris*.

In *Anglia*, in Episcopatu *Wintoniæ*, ex dono prædicti *Willielmi* Comitis; in ipsâ civitate, duos Burgenses; Ecclesiam de Clasord, cum appendiciis suis. In Hantone novem libras & quinq; solidos, & unum Burgensem, & Ecclesiam S. *Johannis*. Ecclesiam de Caresbroc, cum appendiciis suis, & totam decimam de dominio Comitis. Ecclesiam de *Arretonâ*, & totam decimam de dominio Domini ejusdem villæ; & de Basele, & de Lunecumbe, & de *Caudecumbâ*: Ecclesiam de Freskewater, & totam decimam de dominio domini: Ecclesiam de Godeshulle, cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam de Wippingham; Ecclesiam de Mecherche: Ecclesiam de Neutone cum appendiciis suis: Decimam de dominio de *Brumlegâ*.

In Episcopatu *Herefordiæ*, in ipsâ villâ *xii.* lib. & Burgensem, *Aeram*; Ecclesiam de Tedeham cum appendiciis suis. Ecclesiam de Westhinde; Decimam de Wore; Ecclesiam de *Benâ*; Ecclesiam de Thamebere; Ecclesiam de *Hopâ*, cum appendiciis suis. Decimam de *Pultona* de dominio domini & decimam de Chinghaples de toto dominio; Et decimam de dominio domini de Credhulle; & decimam dominii de Chestet, & unum hominem, cum terrâ suâ.

In Episcopatu Landaf, Manerium de Languinat, & decimam totius Forestæ de Grossemonte; & medietatem decimæ Thelonei de *Strigulio*: Et medietatem totius decimæ, quæ est inter *Guaiam* & *Oscam*; *scil.* Vaccarum, porcorum, nummorum, piscium, & mellis. Et decimam dominii de Stanford; & unum hominem; & decimam dominii de Tomebere, & unum hominem; Et decimam de dominio de Logordine & unum hominem; Et in Suttone unam virgatam terræ; quæ omnia sunt in Episcopatu de Hereford; *scil.* Stanford, & de quietanciâ.

In Episcopatu *Wigorniæ* Ecclesiam de *Henleya*, cum appendiciis suis; & decimam forestæ *Malverniæ*, præter venationem: Et decimam totius dominii de Cuhelle; Et decimam totius dominii de *Bisseleia*, & unum hominem; & decimam totius dominii de Edrefeld, & unum hominem: Et decimam totius dominii de *Fortelintona* & unum hominem. Ecclesiam de Fechetham, cum appendiciis suis, in villâ de *Aurintona* & de totius dominii, & unum rusticum; *Duntesburniæ* duas hidas terræ, & decimam totius dominii de *Essamestede*; & duos Burgenses in villâ *Gloceſtriæ*, & unum pratum.

In Episcopatu *Sareberiæ*, Ecclesiam de *Bastendena*, cum appendiciis suis; Ecclesiam de Essamestede; Ecclesiam de Doningefech, & Ecclesiam de Dorfech, cum appendiciis suis.

Ex dono Comitis *Leiceſtriæ* Ecclesias de *Waram*, cum appendiciis suis: Ecclesiam de *Guersit*, & centum solidatas terræ: & Ecclesiam de Kinchorde, cum appendiciis suis.

In Episcopatu *Lincolniæ*, Ecclesiam de *Hinkelai*, cum appendiciis suis. In Episcopatu *Ceſtrensi* Ecclesiam de *Eitona*, cum appendiciis suis, & unum hospitem apud *Leiceſtriam*. Ex dono Comitis *Mellenti* unum Burgensem liberum ad pontem *Odemari*. Ex dono *Hen.* de *Ferrariis* unum hospitem liberum, *Canbreſt*. Ex dono *Roberti* de *Aquilâ*, unum hospitem liberum. Ex dono *Rainaldi* de *Bordencio Lx.* solidos in foesa forestæ, & decimam Molendinorum ipsius.

Præterea Ecclesiam de *Guterriis*, & Ecclesiam de *Morenvilla*, & Ecclesiam de *Pascio*, cum appendiciis suis. In introitu *Quadragesimæ* duo millia allectiorum, ex dono Comitis *Mellenti*. Ex feodo de *Botrellis*, apud *Loreiam*, unum hominem, & *xvi.* summas salis. Ex feodi *Britolii*, de dono *Willielmi* Comitis, & *Hugonis* venatoris sui, villam quæ dicitur *Boscus Hugonis*. Ex dono *Ricardi* de *Rudvers*, in Insulâ de *Wiht L. sol.* per annum. Ex dono *Willielmi* de *Waimata* unam hidam terræ de Warham. Quare volo (&c.) Testibus, *Roberto* Comite *Legerceſtriæ*; & *Will.* Comite *Gloceſtriæ*; & *Ric.* de *Humet* Constabulario; *Manasſero Biset* dapifero; & *Werino* filio *Geroldi*, Camerario; & *Roberto* de *Dunſtanville*, apud *Weſtmonaſterium*.

Pag. 614. col. 1.

Et vet. membr. penès *Ric. Lyttelton*, de Balneo mil.

Carta Willielmi *de* Boterell, *donationem Ecclesiæ S.* Georgii *de* Clune, *Cœnobio de* Wenloke *confirmans.*

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Willielmus* de *Boterell*, dedi & concessi, & hac Cartâ meâ confirmavi, & Sigilli mei impressione roboravi, in puram & perpetuam elemosynam, pro salute animæ meæ, & *Willielmi* filii mei, Deo & S. *Milburgæ* de Wenloke, & Monachis ibidem Deo servientibus, donationem quam domina *Isabella* de *Say*, uxor mea, eis dedit super Ecclesiâ S. *Georgii* de Clune, cum omnibus Capellis & terris, & omnibus aliis ad eam pertinentibus, liberè & quietè possidendam, juxta tenorem Cartæ, quam prædicti Monachi habent indè de præfatâ dominâ *Isabella* de *Say*: Hiis testibus, *Brientio* de *Say*, *Rogero Anglico*, *Petro* de *Uptune*, *Huberto* de *Bechevill*, *Hugone Peverell*, *Johanne Camerario*, *Roberto* de *Camera*, *Willielmo* Capellano, *Warino* de *Burwardele*, & multis aliis.

Pag. 614. col. 1.

Ex ipso autographo penès Edw. dominum Dudley anno 1640.

Carta Fundationis Prioratus de Dudley *per* Gervasium Paganell.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *G. Painel*, *Radulfi Painel* Patris mei propositum considerans, qui in vitâ suâ religiosorum fratrum Conventum apud Dudle stabilire proposuerat; specialiter pro animâ ejus, cæterorumq; antecessorum meorum, & pro salute meâ & *Isabellæ* uxoris meæ, & *Roberti* filii mei, omniumq; meorum, Patris mei suppleo propositum: Do igitur & concedo, & hac meâ Cartâ confirmo in perpetuam elemosynam, Deo & sancto *Jacobo* de Dudle, & Sanctæ *Wylburgæ* de Wenelok, & Monachis apud Dudle Deo servientibus, terram in quâ prædicta Ecclesia Sancti *Jacobi* sita est, & quæ certis divisis terminatur. Do etiam prædictis Monachis de Dudle, Ecclesiam S. *Edmundi* & S. *Thomæ* de Dudle, & Ecclesiam de Nozhphel, & Ecclesiam de Segelle, & Ecclesiam de Iggepenne, cum omnibus pertinentiis suis & libertatibus. Do insuper eis Ecclesiam de Wadesel, post decessum *Johannis* personæ, cum omnibus pertinentiis suis. Do etiam eis dimidiam hydam in *Chirreh-hullâ*, & reliquam partem villæ, quæ *Agnes* contulit prædictæ Ecclesiæ Sancti *Jacobi* de Dudle, cum corpore suo, dari concessi, cum appenditiis suis, quæ tota est de feodo meo. Si quis autem hominum meorum, sive miles, vel cujuscunq; conditionis fuerit, aliquid proprii juris Monachis Sancti *Jacobi* conferre voluerit, quanticunq; illud sit, ratum habeo; ita tamen ut ego & hæredes mei, servicium quod ad nos pertinet, non admittamus. Et in quibuscunq; pascuis mea dominica pecora pascantur ibidem & Monachorum pecora de Dudle, sine contradictione pascantur, exceptis Parcis meis.

Concedo etiam eis padnagium de propriis porcis suis, & hominum suorum in elemosynâ meâ residentium, per Foresta mea. Do etiam eis Decimam panis mei, & venationum, & piscium, quam diu apud Dudle, vel in *Herdenâ* morabor. Ad ædificia quoq; sua propria, & ad alia esyamenta sua, capiant necessaria, exceptis Haiis meis & Parcis, per visum Dapiferi mei. Libertates etiam, quas eis donare possum, libenter dono, cum *Soc*, & *Sac*, & *tol* & *tac* & *tem*. Prior verò de Wenelok fratres, quos voluerit de sibi commissis, in Monasterio Sancti *Jacobi* de Dudle, ad serviendum Deo stabilier, & eis Priorem, de Monachis suis, consilio & assensu meo & hæredum meorum constituet: & si removeri debeat, consilio & assensu mei & hæredum meorum, & Prioris de Wenelok removebitur. Et quando prædicta domus de Dudle Conventum sustinere poterit, Prior de Wenelok, consilio Conventus, & mei, & hæredum meorum, Conventum ibidem constituet. Hanc donationem feci & confirmavi, & propriâ manu meâ optuli super Altare Sanctæ *Mylburgæ* de Wenelok, coram Conventu, & super Altare S. *Jacobi* de Dudle, coram Monachis ejusdem loci. His testibus, Isabellâ Comitissâ uxore meâ; & *Roberto Painel* filio meo; *Willielmo* filio *Widonis*; *Willielmo* filio *Petri*; Adâ Sacerdote de Pestune; *Alano* Dapifero, *Rogero* de Bagile, *Hugone* Clerico de *Brigiâ*, *Radulpho* de *Sumeri*, *Ricardo* filio *Willielmi*, filiis *Widonis*; *Waltero*

tero filio *Thoma*, *Osberto* de *Ruſhale*, & pluribus aliis. *Warnerio* de *Wilile*, *Rogero* Dapifero, *Hamundo* Præpoſito, *Rogero Welcume*, *Rogero Frend*, *Waltero Pleſent*, *Roberto* de *Chaalun*, *Rogero Barat*; *Thomâ Coci*.

Indulgentiâ orantibus pro anima Rogeri *de* Somery *militis, cujus corpus in Prioratu* de Dodeley *humatum eſt.*

UNiverſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, præſentes literas inſpecturis, *Rogerus* permiſſione divinâ *Cov.* & *Lich.* Epiſcopus, ſalutem in omnium ſalvatore. Clerici & populi nobis commiſſi, ac aliorum Chriſti fidelium mentes ad devotionis opera propenſiùs excitare volentes, de Dei omnipotentis miſericordiâ, beatæ *Mariæ* virginis, genitricis ejuſdem, beati *Cedda* Epiſcopi, & omnium Sanctorum meritis & precibus confidentes, parochianis noſtris omnibus, & aliis quorum Dioceſani hanc noſtram ratam habuerint Indulgentiam, verè contritis & confeſſis, qui pro animâ Domini *Rogeri* de *Somery* militis, cujus corpus in Eccleſiâ conventuali de Dodeleg, noſtræ dyoceſis, quieſcit humatum, ac animabus omnium fidelium defunctorum, orationem dominicam, cum ſalutatione beatæ *Mariæ* Virginis dixerint piâ mente, quadraginta dies de injunctâ ſibi pœnitentiâ miſericorditer relaxamus, Indulgentias à quibuſcunq; Epiſcopis Catholicis pro eodem conceſſas, ſeu imposterum concedendas, ratas habentes penitùs & acceptas. In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Data apud Heywode *xv*, Kal. *Febr.* Anno Domini *MCCxc.* & conſecrationis noſtræ *XXX.ii.*

Pag. 619. col. 1.

Ex libro Computorum, olim Prioratûs de Lewes, ſpectante.

De antiquis benefactoribus Abbatiæ de Lewes.

IN *Deverſchira*, Eccleſiam de Bere dedit nobis mater *Roberti* de *Bachentuna*.

In *Dorſeta*, ad *Melesberiam* habemus unam hidam & dimidiam terræ, quam dedit nobis *Girardus* filius *Baldwini*.

Ad *Winterburnam* in *Wiltuneſhira*, dedit nobis, *Rainaldus* de *Duneſtaneſvilla* Eccleſiam de eadem villâ, & quicquid ad eam pertinet.

In *Suſſexia*, in Epiſcopatu *Cyceſtria*, Eccleſiam de *Contuna*, de dono *Rogerii* de S. *Johanne*.

Decima de Graſham, de feodo *Rogerii* de *Caiſneto*, de dono ipſius *Rogeri* Eccleſia de Wercham, quam dedit nobis *Robertus* de *Duneſtanvilla*, de feodo *Alani* nepotis ſui, qui poſtea conceſſit redditum *xx. s.*

Capella de Gretcham, de dono *Roberti* de *Dunſtanvilla*.

Apud *Bremlram* habemus quatuor ſalinas, de dono *Philippi* de *Brâiuſe*.

Feodum *Wilhelmi* de *Warenne*, & in parte feodum *Johannis* de *Chaiſneto*, Erdlaveſumpk.

Decimæ *Radulphi* de *Caiſneto* de *Sadeleſcumba*, & *Briſtelneſtuna*.

In *Surregia*, decima de *Suttuna*, de feodo *Stephani* Comitis de *Moritonio*.

Terra de *Banberga*, de feodo Comitis *Rothroci*.

Decima de Baldeſord, de feodo *Ricardi* filii *Gilberti*.

Decima *Willielmi Damartin*, de Bichelham.

Domina *Dionyſia* uxor quondam Domini *Roberti* de *Beauchamp*, dedit nobis pro ſe & animâ mariti ſui prædicti *Roberti*, & filiorum & omnium anteceſſorum ſuorum ſalute temporali & æterna, *xii. d.* annuatim reddendos, cum *x. s.* quos *Ricardus*, filius ejus nobis tenetur ſolvere de tenemento, quod de nobis tenet.

Anno Domini *MCCvii.* venit *Ricardus Ruſſell*, filius *Euſtachii Ruſſell*, de Walpuord & petiit quandam terram quæ fuit Patris ſui die quo obiit, & obtinuit.

In Cantiâ.

DE feodo *Reginaldi* de *Sancto Leodegario*.

Decima *Gaufredi* de *Baileolo*, de *Binelea*.

In Caſtelariâ de Pevenesel dedit nobis *Aluredus* Pincerna Eccleſiam de *Greneſteda*, cum dimidiâ hydâ terræ ad eam pertinente.

Willielmus de *Cahaynnes* dedit nobis, pro animabus filiorum ſuorum *Ricardi* & *Willielmi*, unam hidam terræ in *Langenia*.

Ad *Rameginga*, de feodo *Hugonis* de *Cahaennis*, unam partem terræ, quæ reddit dimidiam marcam.

Ad *Duclintunam*, duas hidas terræ, quas dedit nobis *Adeleidis*, pro animâ *Willielmi* de *Chaennis* viri ſui; & hoc donum confirmavit. *Hugo* filius ejus.

Ad *Sidenoram*, *Hugo* de *Cahaines* dedit nobis duas hidas & dimidiam pro Monacatu; & *Ricardus* filius ejus confirmavit per Cartam ſuam.

Apud Haſtinges, de feudo *Reginaldi* de S. *Leodegario*, habemus terram ſuam de Gotteſlee, quam dedit nobis pro animâ uxoris ſuæ, & fecimus quendam Monachum pro animâ ipſius; & reddit nobis ipſa terra per annum *xxv. s.*

Eccleſiam villæ de *Briſtelmeſtonâ*, dedit nobis *Radulfus* de *Cheiſneto*, pro animâ *Emmæ* uxoris ſuæ, & decimam omnium quæ habet in eadem villâ: Et *Willielmus* Comes junior conceſſit.

Ad *Pinchendenam*, decimam de dominio ſuo dedit *Raynaldus* de *Puninges* filius *Reinerii*, concedente Comite.

Eccleſiam de Dicelinges, cum una hidâ terræ, dedit nobis junior Comes, pro *Rainaldo* fratre ſuo, ad opus Anniverſarii *Rainaldi*.

Ad *Elintunam* dedit nobis *Radulfus* vetus de *Chaiſneto* unam hidam terræ; pro animâ *Mathildis* uxoris ejus.

Radulfus

Radulfus junior de *Chaisneto* dedit nobis unam hidam terræ, & molinum de *Bardefeld*, pro anima *Emmæ* uxoris ejus, concessu Comitis junioris. Et ab utroq; *Radulfo*, Patre & filio, data sunt nobis duæ hydæ.

Primus Comes, Fundator hujus loci, dedit nobis *Phalmeram*.

In *Norfolciâ*.

AD *Estunam Rannulfus* de *Warenna* dedit nobis unam virgatam terræ.

Ad Gelham dedit nobis *Willielmus* filius *Rannulfi*, decimam terræ, quam tenet *Godvinus*.

Simon de *Fleinvilla* dedit nobis decimam de Cpingts.

Ecclesiam de *Essendana* dedit nobis *Gaufredus Bainardus*, & *Radulfus* frater ejus; quando terra venit in manu ejus, accrevit, &c.

Karletuna, quam dedit *Matildis* Regina, Mater *Henrici* Regis & *Gundredæ* Comitissæ; & ipse *Gundreda* dedit nobis: Locata fuit pro *x.* Libris.

Ricardus filius *Haerdewini* de *Scalariis*, dedit nobis terras in Willingeham.

Ad *Thatesfordam* unum ortum dedit nobis *Willielmus* de *Pigchenie*.

Walterus de *Gramcurt*, dedit nobis ad Burnham duas Ecclesias, unam S. *Mariæ*, & alteram S. *Petri*, & terras & decimas; quæ omnia tenet *Philippus* de *Warenna*, pro duabus marcis argenti, quoad vixerit.

Herthcham dedit nobis *Willielmus* secundus Comes, ad mortem patris sui; qui rogavit eum per Barones suos, ut daret nobis unum de melioribus Maneriis suis de Norh. Et idem *Willielmus* secundus Comes, dedit nobis ibidem, quicquid tenebat de eo *Willielmus* de *Caili*, & Cartam inde nobis fecit.

Willielmus Comes primus, concedente filio suo secundo Comite, dedit nobis pro animâ *Gundredæ* uxoris suæ, *Walsunam*.

Pag. 636. col. 1.

Cart. 3. E. 3. n. 11. per Inspex. *Carta Regis* Edwardi *secundi*, *de Manerio de* Baketone, *Monachis de* Bromholme *concessa*.

EDwardus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, (&c.) Sciatis nos ad honorem Dei, & ob specialem devotionem, quam habemus ad gloriosam Crucem, per quam altissimus domum Monachorum de Bromholme, prout sibi placuit, visitavit; necnon & pro centum marcis, quas dilectus nobis in Christo Prior dicti loci nobis solvit, dedisse, (&c.) præfato Priori & Conventui ejusdem loci, Manerium de Blaketone, cum pertinentiis, juxta Bromholme in Com. *Norff.* quod per mortem *Edmundi* quondam Comitis *Cornubiæ*, ad manus celebris memoriæ Domini *E.* genitoris nostri, devenit; & quod in valorem *xii l. xix s. vii d.* & unius quadrantis per annum, *Margareta* quæ fuit uxor præfati *Edmundi*, in dotem habendum per dictum Patrem nostrum, fuit assignatum; & per mortem ejusdem *Margaretæ* in manu nostrâ jam exitlit. Habendum & tenendum eisdem Priori & Conventui, & successoribus suis, de nobis & hæredibus nostris, ad feodi firmam imperpetuum, cum wrecco maris, visu *franci plegii*, & omnibus aliis ad Manerium illud pertinentibus. Reddendo indè nobis & hæredibus nostris, per annum, ad Scaccarium nostrum *xx. l.* (&c.) Quare volumus (&c.) Dat. per manum nostram apud Wynchesore *xvi.* die *Apr.* anno regni nostri sexto.

Pag. 668. col. 1.

Carta Fundationis Prioratus de Pontefracte, *per* Willielmum *Comitem* Moritonii.

Ex ipso autogr. penès *Georgium Stroude*, de hospicio *Lincolniensi* Armigerum.

NOverint præsentes & futuri, quod ego *Willielmus* Comes *Moritonii*, pro salute mei ipius, in vitâ & post mortem; & pro animabus patris mei *Rodberti* Comitis, & matris meæ *Mathildis* Comitissæ, dono & concedo Deo & sanctis Apostolis ejus *Petro* & *Paulo*, ad locum *Cluniacum*, Ecclesiam S. *Petri*, juxta castellum meum *Montem acutum* sitam, ad commanendum ibidem Monachos supradicti Monasterii in servicium Dei, pro se & pro nobis, & pro omnibus Christi fidelibus; in quorum sustentationem do burgum & mercatum, cum theoloneo; & Castellum & Capellam, cum appendiciis suis; & cum pomeriis & vineâ, quæ ibi juxta habebam in dominio meo: Manerium etiam meum de *Biscopestuna* & Hundredum, & molendinum, cum appendiciis suis; & feriam de Hamedone. Manerium etiam meum de Untenelle, Ecclesiam & Hundredum & molendinum & feriam, cum appendiciis suis: Et Manerium de Crithe, cum *Hammâ* & *Esenebergâ*: & *Nigemdâ*, & Ecclesiam & Hundredum, cum appendiciis suis. Manerium etiam Clinue & Ecclesiam & Hundredum de *Hunesbergâ* & Wrthelay, cum omnibus appendiciis suis. Manerium etiam *Cloveſurda* & Ecclesiam & molendinum, & terras de Pelebiri & de Widecumba & *Forda*; & Dencwoldesham cum appendiciis suis. Manerium etiam *Mudiforda*, Ecclesiam & Hundredum & molendinum: & terras de Attebare & *Humbra*, cum appendiciis suis: Et terram de la Welle; & *Thornam* cum appendiciis suis: Et Manerium de *Legha*, & Fifleham & Ecclesiam & Hundredum in Devenesire, cum appendiciis suis; & viginti solidatas terræ in Gersic, Hunecost, & Loverlay; & quandam terram nomine Baresfeld. Et Ecclesiam

Videsis etiam bund. 2. de Irrev. & Recordis, temp. E. 3. n. 44.

cleſiam de Gerſic omnium Sanctorum, cum appendiciis ſuis. Et in *Cornubia* Eccleſiam de Lerky; Eccleſiam de Altremine; Eccleſiam de Dennet; & Eccleſiam de *Sancto Carentoco*, cum omnibus quæ ad eas pertinent, tam in terris, quam decimis: Et unam berewicam, quæ vocatur Pennard, & Eccleſiam de Gerlintune, cum appendiciis ſuis, & Eccleſiam de Bermetune, cum appendiciis ſuis; & Eccleſiam de *Odecumba*, cum appendiciis ſuis; & duas partes decimarum de Acforde, & decimam de Cimur; medietatem decimarum de *Ciſelberga*, de Claford, de *Nortuna* juxta Tantone, & decimas de *Merſcetuna*, & de *Cridelincota*, & de *Hecceumba*, de Candel, de Tozp, de Cernel. Item de Cernel. Item de tertio Cernel, de Tolre, de Yor, & duas partes decimarum de Eichehulle de Dirwinestune, de *Pendintunâ*, de Lodre; & duas partes decimarum de *Cilterna*. Et ſi qui meorum hominum, ſive in terris, ſive in decimis, aliqua deinceps voluerint dare, ſimiliter concedo & volo, quod dicti Monachi *Cluniacenſes*, apud *Montem acutum* in Dei ſervicio commorantes, omnia prædicta Maneria, terras, Eccleſias, & decimas, & ferias, & Hundreda, cum appendiciis ſuis, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam habeant, & in benè, & in pace de me & hæredibus meis, in vitâ & poſt mortem, in perpetuum teneant, adeo libera & quieta, ab omnibus cauſis & conſuetudinibus de ſeculo, ſicut ego unquam meliùs & honorabiliùs eadem habui & tenui, quando fuerunt in manu meâ, tanquam proprium dominicum meum, & ſicut aliqua elemoſina liberiùs & meliùs donari poterat. Et ego *Willielmus* & hæredes mei, poſt me, omnia prædicta, cum appendiciis ſuis, dictis Monachis imperpetuum garantizabimus erga omnes homines. Quod ut ratum apud omnes homines imperpetuum permaneat, præſentem Cartam confirmo, ſigilloq; meo conſigno. S. *Willielmi Comitis Moritonii.* ✠ S. *Aluredi* Pincernæ. ✠ S. *Willielmi Deſbiars.* ✠ S. *Randulfi* Capellani. ✠ S. *Stephani* Capellani. ✠ S. *Herrai Avenel.* ✠ S. *Ricardi* filii *Turaldi.* ✠ S. *Reginaldi* de *Valletorta.* ✠ S. *Hamelini* de *Cornubia.* ✠ S. *Anſgerii Britonis.* ✠ S. *Britelli* de *Sancto Claro.* ✠ S. *Willielmi* filii *Aluredi* Pincernæ. ✠ S. *Jordanis* de *Barnavilla.* ✠ S. *Pagani* de *Barnavilla.* ✠ S. *Rodberti* de *Bruis.* ✠ S. *Willielmi Capre.* ✠ S. *Hugonis Torta quercu.* ✠ S. *Gosfredi Capre.*

PAG. 687. col. 1.

Carta Gervaſii Paganelli, *donatorum eorceſſiones Monachis ac* Tikford, *recitans & confirmans.*

Ex Collectaneis *Rob. Glover* (quondam *Heraldi à Viſitat.* denominati) penès præno. . . . Comitem de *Elgin.* an. 1656.

OMnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Gervaſius Paganellus* ſalutem: Noverit univerſitas veſtra, me dediſſe, & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe, conſilio & aſſenſu uxoris meæ *Iſabellæ* Comitiſſæ de Nozhamton, Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de Neupozt, & beato *Martino Majoris Monaſterii*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ, & pro animâ Patris mei & Matris meæ, & uxoris meæ *Iſabellæ* Comitiſſæ; & pro animabus omnium anteceſſorum meorum, & filiorum meorum, quorum corpora requieſcunt in Eccleſiâ, & in Capitulo beatæ *Mariæ* de Neupozt, omnes donationes de Eccleſiis & Capellis, & decimis, & terris, & hominibus, & pratis, & paſcuis, & libertatibus, & aliis omnibus Eccleſiaſticis beneficiis, quas anteceſſores mei; ſcil. *Fulcodius Paganellus*, avus meus, & *Radulfus Paganellus*, Pater meus dederunt Deo & beatæ *Mariæ* & Monachis *Majoris Monaſterii* apud Neupozt commorantibus: Similiter & meas donationes, & donationes hominum meorum concedo & confirmo; *viz.* Eccleſiam de Neupozt, cum omnibus pertinentiis ſuis; & terram, *viz.* unam hidam in Neupozt, & Capellam de Linford cum pertinentiis ſuis, & Eccleſiam de Chichele, cum ſuis Capellis & aliis pertinentiis ſuis. Et Eccleſiam de Tiringeham ex dono *Giffardi* de *Tiringeham*, cum pertinentiis ſuis; & Capellam de parvâ Cranle, cum pertinentiis ſuis; & Capellam de Eſtwde, cum pertinentiis ſuis; & Eccleſiam de Eſtone, cum ſuis Capellis & pertinentiis ſuis; & Eccleſiam de Botendune, cum pertinentiis ſuis; & Eccleſiam de Bernache, cum pertinentiis ſuis: Et duas virgatas terræ in parva Cranle, ex dono *Johannis* de *Sumeri*, & *Radulfi* ejus filii. Et duodecim acras terræ, quæ dicuntur Foreſt, ex dono *Pagani* de *Embertune*. Et terram & ſilvam de Elgarz, ex dono ejuſdem *Pagani*. Et totam terram meam de Chichele, quam *Willielmus Paganellus* de me tenuit, liberam & quietam, cum omnibus libertatibus & pertinentiis ſuis: Et molendinum de Caldecote, & dimidiam virgatam terræ, cum prato, quæ pertinet ad molendinum de Caldecote; & totam terram meam de feudo meo de Tozneberge; Et humagium, & fidelitatem, & ſervicium de *Reginaldo* filio *Adchur*, & de hæredibus ſuis; & decem ſolidos, quos terra illa annuatim reddit, de firmâ. Et totam terram illam, quæ eſt de dominico meo circa Laverkebzuge, apud Tikeſozd.

Præterea concedo eis omnes donationes, quas

quas homines de feudo meo prædictis Monachis dederunt, sive daturi sunt; & Capellam de *Petteſho*, cum pertinentiis ſuis, ex dono *Oſberti* Dapiferi, & *Michaelis* ejus filii. Similiter, culturam quandam, quæ jacet ante portam Monachorum, uſq; ad magnam ..... meam de dominico meo, cum cæteris elemoſynis; & pratum quod eſt ſitum inter pontem de Neuport, & domum Monachorum: Et decimam pathnagii de Neuport, & de Linſord; & totum meſſuagium, quod eſt inter portam cimiterii S. *Petri*, & curiam Domini; & decimam molendini de Linſord, & unam hidam terræ in Harcumede; & terram de Brochelesſhat, & terram de Cadewythe, & medietatem terræ de Cuculmeſſho; & totam terram, quam *Will.* de *Lovente*, & Pater ejus, prædictæ Eccleſiæ dederunt; *viz.* unam virgatam terræ ex dono *Godrici* Coci; & dimidiam virgatam terræ ex dono *Radulfi* ejus filii; & unam virgatam terræ in Bradewelle ex dono *Michaelis* filii *Oſberti* de *Petteſho*: Et duas partes decimæ de dominico *Walteri Manſelli*, & *Johannis* ejus filii: & octo denarios, quos *Johannes Manſellus* dedit prædictæ Eccleſiæ pro animâ *Roberti Paganelli*: Et duas acras terræ & unum meſſuagium ex dono *Ricardi* Magiſtri, in Linſord. Præterea omnes donationes, & omnes homines & terras, & omnia prata & paſcua, & omnes ſilvas & libertates & vias, quas *Radulphus Manſellus* & uxor ejus *Cecilia*, & hæredes eorum dederunt prædictæ Eccleſiæ de Neuport in elemoſinam, eis concedo, ſicut Cartæ eorum teſtantur. Concedo etiam eis & confirmo, ut decimam habeant in domo meâ, & in domo hæredum meorum, de pane & piſcibus & venationibus, cum apud Neuport fuerimus vel Bradefeld, vel Botunden; Et boſcum in omnibus ſilvis meis per totam terram meam *Anglia*, ad Eccleſiam ſuam conſtruendam, & ad domos faciendas & reparandas, ubicunq; capere voluerint extra parca; & decimam venationum de parco de Neuport: Et ut ſui homines licentiam habeant vendendi & emendi, quicquid neceſſe eis fuerit, ſolutè, liberè & quietè, ab omni redditu, & in foro & extra forum apud Neuport.

Concedo iterum eis licentiam piſcandi in omnibus aquis meis ejuſdem villæ, & paſcua bobus eorum, ubicunq; boves mei paſcunt; & paſtionem porcis eorum, in omnibus ſilvis meis & parcis, per totam terram *Anglia*, abſq; omni conſuetudine. Iterum autem concedo eis, quod ſi homines illorum Monachorum, hominibus meis aliquam injuriam feciſſent, quod abſit; homines mei & hæredum meorum rectum in Curiâ Monachorum habebunt. Concedo etiam eis & confirmo illam elemoſynam quam *Robertus* de *Caſtretona*, homo meus, tempore *Radulfi* patris mei, Eccleſiæ de Newport, & Monachis dedit; *ſcil.* duas partes decimæ ſuæ de dominico ſuo de Tolthorp: Similiter & elemoſinam quam *Radulfus* Dapifer, tempore *Radulfi* patris mei, & diebus *Fulcodii Paganelli* avi mei, prædictis Monachis dedit; *ſcil.* duas partes decimæ ſuæ de dominicho ſuo de Bernaches.

Has autem omnes elemoſinas & libertates, do & concedo Deo & Monaſterio S. *Mariæ* de Neuport, & Monachis, in puram elemoſynam, liberas & quietas ab omni ſervicio, quantum ad me pertinet, vel ad hæredes meos perpetuò poſſidenda; & ut firmè & imposterum & inconvulſè permaneant, præſentis eis ſcripti mei patrocinio, & Sigilli mei appoſitione, Teſtium quoq; ſubſcriptione duxi communire. His teſtibus, *Simone* Comite *Northamptoniæ*, *Iſabella* Comitiſſa, matre ejus; *Petro* Dapifero; *Helia Foliot*; *Fulcone Paganello*; *Willielmo* fratre ejus; *Godwino* Dapifero; *Pagano* de *Emberton*; *Galfrido* de *Roeli*; *Michaele* filio *Oſberti*; *Willielmo Paganello*, *Bernardo* filio ejus, *Willielmo Simone* Capellanis; *Roberto* Diacono; *Garino* filio ejus; *Thoma* Camerario, *Willielmo* de *Duddele*; *Herverard* Pincernâ; *Radulfo Coco*; *Willielmo* de *Lovente*; *Willielmo* de *Stabulo*; *Philippo* de *Haggeleia*; *Philippo Lorimer*; *Roberto Suitſt*; *Radulfo Dod*; *Rogero Segin*; *Simone* de *Caſtertun*; & multis aliis.

Hæc Carta facta fuit tempore *Roberti* de *Bohun*, apud Neuport, tunc ejuſdem loci Prioris, Anno Dominicæ incarnationis *M.* C. octogeſimo ſeptimo, Rege *Henrico*, filio *Impetratricis*, regnante (33. *H.* 2.)

Carta Pulcodii Paganelli, *de Eccleſia de* Burgewalter. Ex dicti Collect. *Rob. Glover Somerſet* Heraldi [Miſcel. lib. 5. f. 40. a.]

EGo *Fulcodius Paganellus* de Bahantune, omnibus qui præſens ſcriptum viderint vel audierint, notum eſſe volo, quod Eccleſiam de Burgewalter, de Sumerſete, quæ ad donationem meam pertinet, & me paternâ ſucceſſione contingit, intuitu pietatis, & ſpe remunerationis æternæ, & pro ſalute animæ meæ, & patris mei *Willelmi Paganelli*, & matris meæ *Juliana* de *Bahantune*, & *Aldæ* uxoris meæ, & filiorum meorum *Willelmi* & *Fulcodii*,

codii, filiarumq; mearum *Juliana* & *Christiana*, & antecessorum & successorum meorum animabus, donavi Deo & beato *Martino*, & Monachis *Majoris Monasterii* in perpetuam elemosinam (&c.) Feci autem hoc donum assensu prædictæ *Adæ* uxoris meæ, & filiorum & filiarum mearum, præsentibus & audientibus testibus, quorum nomina subscripta sunt, *Willielmo Paganello* fratre meo, *Stephano* de *Bahamtune*, *Alberto* de *Bahamtune* (&c.)

Carta ejusdem Fulcodii, *de Ecclesiâ de* Hunespill.

NOverint omnes, tam posteri quàm præsentes, quod ego *Fulcodius Paganellus*, pro amore Dei (&c.) dedi in elemosynam, beatæ *Mariæ* de Neuport, & Monachis *Majoris-Monasterii* in ejus Ecclesiâ commorantibus, Ecclesiam de Hunespill in Brentemares cum omnibus appendiciis suis. Testes affuerunt *Gervasius Paganellus* & uxor ejus Comitissa *Isabella*, & *Robertus Paganellus* eorum filius, & *Willielmus Paganellus* prædicti *Fulcodii* frater; & *Robertus Baldwini* filius, & *Radulphus* de *Sumeri*, & *Henricus* de *Moium*, & *Willielmus* de *Mareys*.

Carta Hawisiæ Paynel.

SCiant tam præsentes quàm futuri, quod ego *Hawis Paynel*, consilio & voluntate domini mei *Rogeri* de *Berkele*, dedi Deo & beatæ *Mariæ* de Tykeford, & Monachis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ, & *Gervasii Paynel* fratris mei, & omnium antecessorum meorum, in puram elemosinam, totam terram *Bernardi Segm.* in Tykeford, cum omnibus pertinentiis (&c.) Hiis testibus, *Simone* de *Hocton* (&c.)

Alia Carta ejusdem Hawisiæ.

SCiant tam præsentes quàm futuri, quod ego *Hawys Paganella*, dedi Monachis *Majoris Monasterii* de Neuport, duas virgatas terræ, quas *Johannes* de *Sumeri* vir meus dedit prædictis Monachis. Testibus, *Radulfo* de *Sumeri* filio meo (&c.)

Carta Willielmi Paynel, *de Manerio de* Brugewalter.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Willielmus Paynel*, filius *Fulconis Paynell* de Bamtone, concessi (&c.) *Willielmo Briwere* & hæredibus suis, donationem quam *Fulco Paynel* pater meus ei fecit de Burgh *Walteri*, *scil.* totum Manerium de Burgh *Walteri*, integrè (&c.) Tenendum de me & hæredibus meis, per servicium dimidii militis, pro omni servitio (&c.) Testibus, *Reginaldo* de *Mohun*, *Ricardo Briwere*, & aliis.

Carta Radulfi Mansell, *de terrâ de* Cuculmesho.

OMnibus Christi fidelibus *Radulfus Mansellus* salutem. Noveritis me dedisse Monachis *Majoris Monasterii* de Neuport, assensu & voluntate uxoris meæ *Ceciliæ*, & *Seheri* filii mei & hæredis; & pro animabus patris mei & matris meæ, & filiorum meorum *Gileberti*, *Rogerii*, *Simonis*, *Willielmi*, *Hugonis*, & omnium antecessorum meorum, in puram elemosynam, terram meam de Cuculmesho (&c.) Dedi & concessi, & sigillo meo confirmavi, audiente & concedente domino meo *Gervasio Paganello*, & Sigillo suo confirmante. Hiis testibus, *Isabellâ* Comitissâ *Northamptoniæ*, *Ricardo* de *Lund*, *Rogero Paganello*.

Pag. 704. col 1.

Ex autographo penes præn. ob. *Basilium* Comitem *Denbigh*, a. 1657.

Bulla *Eugenii* tertii Rom. Pontificis, donatorum concessiones *Waverleyensi* Cœnobio recitans & confirmans.

Ugenius *Episcopus*, *Servus servorum Dei*, *dilectis filiis* Gilberto *Abbati Monasterii S.* Mariæ *de* Waverleiâ, *ejusq; fratribus*, *tam præsentibus quàm futuris*, *regulariter professis*, *in Christo salutem*. *Apostolici moderaminis Clementia convenit religiosos diligere*, *& eorum loca piâ protectione munire*. *Dignum namq; & honestati conveniens esse cognoscitur*, *ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus*, *eas & à pravorum hominum nequitiâ tueamur*, *& Apostolicæ sedis patrocinio foveamus*: *Ea propter*, *dilecti in domino filii*, *vestris justis postulationibus clementer annuimus*, *& præfatum beatæ* Mariæ *Monasterium*, *in quo divino mancipati estis obsequio*, *sub beati* Petri *& nostrâ protectione suscipimus*, *& præsentis scripti privilegio communimus*: *Statuentes*, *ut quascunq; possessiones*

possessiones, quæcunq; bona in præsentiarum juste & Canonicè possidetis, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate Regum, largitione Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante domino, poteritis adipisci, firma vobis vestrisq; successoribus & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; Locum ipsum in quo Abbatia fundata est, cum omnibus suis pertinentiis. Ex dono Stephani *Regis* Anglorum Nierham & Ferneham, *cum omnibus suis pertinentiis: Ex dono* Adelizæ *Reginæ, boscum de* Norholte, *& Culturas juxta ipsum boscum: Ex dono* Alani *de* Vilers *terram de* Bochilde: *De* Faramuso Bolonienſi, *Wenbergiam. Ex dono* Richerii *de* Aquilâ, Oxenefordam: *De* Radulfo *Vicecomite,* Riehullam: *Ex dono* Sawali, Cuſerugiam: *Ex dono* Roberti *de* Manerio, Nuteſcheolvam: *Ex dono* Richardi *de* Sifrewalt, *dimidiam hidam terræ de* Polementonâ: *Ex dono* Ingelranni Piſcis, *Virgatam terræ & pasturam juxta Chiminum* Wintoniæ, *de Manerio* Stiventonæ.

Sane laborum veſtrorum, quos propriis manibus vel ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus à vobis decimas exigere præſumat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prædictum Monaſterium temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura; ſalvâ ſedis Apoſtolicæ auctoritate, & dioceſani Epiſcopi Canonicâ juſtitiâ. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens contra eam temerè venire tentaverit; ſecundò, tertióve commonita, niſi reatum ſuum congruâ ſatisfactione correxerit; poteſtatis, honoriſq; ſui dignitate careat, reamq; ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini, Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti *aliena fiat; atq; in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat: Cunctis autem eidem loca juſta ſervantibus, ſit pax Domini noſtri* Jeſu Chriſti, *quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant: Amen.*

Data Pariſiis *per manum* Hugonis *preſbyteri Cardinalis, tenentis vice domini* Guidonis *S.* Romanæ *Eccleſiæ diaconi Cardinalis, & Cancellarii* v. *Kal. Junii,* Indictione x. *Incarnationis dominicæ Anno* MCxlvii. *Pontificatus verò domini* Eugenii *Papæ tertii, anno tertio.*

Pag. 768. col. 1.

Carta Willielmi *filii* Ranulfi, *de certis terris & boscis Cœmbio* de **Cumbermere**, *conceſſis, per metas deſcriptis.*

Ex ipſo autogr. penès ..... *Cotton* de **Cumbermere**, in Com. *Cestriæ* asm.

OMnibus ſanctæ Eccleſiæ filiis, tam præſentibus quàm futuris, *Willielmus* filius *Ranulfi* ſalutem: Notum ſit vobis me dediſſe, & in elemoſynam perpetuam conceſſiſſe, Deo & S. *Michaeli*, & Monachis de **Cumbermere**, pro animabus patris & matris meæ, & omnium anteceſſorum meorum; & pro ſalute meâ, & uxoris meæ & filiorum meorum, & *Reinalli* de *Wirenne*, de boſco meo & plano meo, de diviſâ meâ & diviſâ *Willielmi Malbene*, ſub **Bronchelau**; & indè uſq; ad ſuperius caput de **Blakepulles**, cum redundatione aquæ, & octodecem pedes ultra refullum aquæ, pro voluntate dictorum Monachorum: Et indè uſq; ad **Lefdi-ac**; & indè uſq; ad pontem de **Hoxtalebroc**, & indè uſq; ad **Haverthelmos**, & indè rectè ad **Heverthelbeche**, quod eſt itenum in diviſâ inter me & *Willielmum Malbene*, ſicut ſigna facta ſunt, & hæc nomina deſignata ſine occaſione & ingenio, ſicut ſupradicti termini deviſant, uſq; in **Cumburmere**, & uſq; in **Winteſmere**, liberam & quietam ab omni terreno ſervicio ..... ut quietam me clamavi ..... de totâ calumpniâ, quam adverſum me habebant, & nominatim de **Choleſtune** & **Levirthelcote**. Hujus donationis ſunt teſtes ....., *Adam* filius *Rogeri*, *Willielmus* de *Withcheſhale*, *Wion* filius *Landef*, *Philippus* de *Erdintone*, *Willielmus* Clericus, (&c.)

Carta Rogeri *de* Ichteſeld, *de medietate Eccleſiæ* de **Ichteſeld.** Ibid.

UNiverſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, tam præſentibus, quam futuris, *Rogerus* de *Ichteſeld* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Deo & S. *Mariæ* & Monachis de *Combremara*, medietatem Eccleſiæ de **Ichteſeld**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & medietatem unius Feorwendel terræ de meo dominio in eadem villâ; & alteram medietatem unius Feorwendel, quam *Augerus* tenet, ut hæc habeant & teneant liberè quietè, cum omnibus aiſiamentis & communiis ejuſdem villæ, in boſco & plano, propè & longè. Et hanc donationem eis feci pro animâ meâ & uxoris meæ, & omnium parentum & amicorum meorum, ut eam habeant liberè & quietè ab omni terreno ſervicio, & ſeculari exactione, quantum ad me & hæredes meos, in puram & perpetuam elemoſynam. Hujus donationis ſunt teſtes, *Owinus* & *Will.* Diaconi; *Adam* & *Petrus*, Clerici, *Radulfus* filius *Amonis*, *Reinaldus* de *Wlaveſtune*, *Matthæus* de *Scavintone*, *Aldredus* de *Dotteceſte*, *Osbertus* de *Eſſhe*, *Rogerus* de *Elfſtanefeld*, & multi alii.

Ibid. *Carta ejusdem* Rogeri, *de parte nemoris sui de* Wiveleſoe, *dicta* Thæpwode.

OMnibus hominibus præsentibus & futuris, *Rogerus* Dominus de *Ilkefeld* salutem: Sciatis omnes; quod, cum controversia mota esset inter me, & inter Abbatem de Cumbermare, de quadam parte nemoris sui, de Wiveleſoe, quæ dicitur Thæpwode, quam clamavi pertinere ad liberam tenementum meum de Jakeſeld; tandem, per consilium amicorum nostrorum, ex utraq; parte in hac formâ concordati sumus; *scil.* quod ego *Rogerus* Dominus de Jakeſeld remisi & omnino quietum clamavi, de me & hæredibus meis, sive assignatis imperpetuum, antedicto Abbati & Conventui de Cumbermare, totum jus quod habui vel habere potui in jam dicto nemore de Wiveleſoe; ita quod nec ego, nec hæredes mei, nec aliquis per nos, aliquid nobis de cætero poterimus vendicare in illo nemore. Et sciendum est, quod per has divisas, & per hos terminos distinguitur nemus illud, *scil.* de Oreſotemor usq; in caput de Gænehul, & sic de Gænehul usq; in Spättlewitthumle, & indè usq; Riſewithebæc. Pro hac autem remissione, & quietâ clamantia, idem Abbas & Conventus de Cumbermare dederunt mihi duas marcas argenti. Et ad majorem hujus quietæ clamantiæ nostræ securitatem, Cartam meam præsentem Sigilli mei testimonio roboravi. Hiis testibus, *Normanno* de *Verdoun*, *Reinaldo* de *Wilvaſtone*, *Hugone* de *Draicote*, *Maltheo* de *Scævinstone*, *Osberto* de *Eſſhe*, & multis aliis.

Ibid. *Confirmatio* Huberti Cantuariensis *Archiepiscopi, de Eccleſiis de* Acton, Namptwiche, Sandone, & Alſtonesfeld.

HUbertus Dei gratiâ *Cantuariensis* Archiepiscopus, totius *Angliæ* primas; omnibus sanctæ Ecclesiæ filiis, ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem in Domino. Ad universitatis vestræ noticiam pervenire volumus, quod nos scriptum confirmationis *Baldwini* bonæ memoriæ, prædecessoris nostri, & manibus tractavimus, & sub hac formâ intuitu corporali inspeximus. Universis Christi fidelibus, ad quos literæ istæ pervenerint, *Baldwinus* Dei gratiâ *Cantuar.* Archiepiscopus, totius *Angliæ* primas, æternam in Domino salutem: Ut ea, quæ à fratribus & coepiscopis nostris, ad quietem, & securitatem virorum religiosorum ordinata sunt, in statu debitæ tranquilitatis perseverent, eorum gestis authoritatis nostræ robore duximus accommodare: Ea propter, ad universitatis vestræ noticiam volumus pervenire, nobis ex inspectione auctentici scripti *Ricardi*, bonæ memoriæ, *Conventrensis* Episcopi, innotuisse ipsum Episcopum, ex donatione & concessione *Willielmi Walbanc*, Abbati & Conventui de *Cumbermara*, Ecclesias de *Aſtona*, de *Rametwico*, de *Sandona*, & de Alſtonesfeld, cum Capellis, terris, decimis, obventionibus, & libertatibus ad easdem Ecclesias pertinentibus, contulisse & confirmâsse; undè & nos, quod à prædicto Episcopo memoratis fratribus piâ devotione concessum est, ratum habentes & acceptum, literas confirmationis & concessionis ipsius Episcopi, sicut rationabiliter facta est, authoritate, quâ fungimur confirmamus, & Sigilli nostri appositione communimus; Nos igitur præoominati prædecessoris nostri vestigia dignè imitanda esse censentes, confirmationi ipsius in hac parte, sicut rationabiliter & piè prænominatis Monachis de Cumbermare super suprascriptis Ecclesiis, & earum pertinentiis facta est, & scripto ipsius autentico confirmata, nostræ auctoritatis assensum & robur accommodamus: eamq; tàm præsenti scripto nostro, quam Sigilli nostri testimonio confirmamus & communimus, Præcipientes & volentes, omnia, sicut idem sanctus prædecessor noster statuit, perpetua permanere. Hiis testibus, *Galfrido Bocland*, Magistro *Simone* de *Siwell*, Magistro *Willielmo* de *Sumercotes*, (&c.) & aliis.

PAG. 782. col. 2.

Carta Hugonis Coventrensis *Episcopi, de Hoſpicio in villa de* Lichesfeld, *Monachis de* Bildewas *concesso.* Ex ipso autogr. penes *Joh.* Comitem de Bridgwater.

OMnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsentes literæ pervenerint, *H.* miseratione divinâ; *Coventrensis* Episcopus salutem in vero salutari. Noverit universitas vestra Monasterium de Bildewas, à venerabili patre nostro, *Rogero Coventriæ* Episcopo, fundatum fuisse in Dominio *Coventrensis* Ecclesiæ. Et quoniam ad nos specialiter noscitur pertinere; ipsum Monasterium, & fratres in eo commorantes, spirituali tenemur caritate diligere, & sinceræ dilectionis brachiis fortius amplexari; quomodo igitur ad prædictos fratres, quando volumus, securiùs, quam ad alios divertere possumus & debemus, ut eisdem versâ vice respondeamus, Hospicium eis in villâ de Lichesfeld perpetuo concessimus, in quo, cum ad nos venerint, & honestè recipi & securè valeant commorari: Burgagium itaq;, quod de nobis tenebat *Willielmus* Clericus de Staffort, eis in perpetuum concessimus; salvo jure hominis illius; qui, sicut diximus, terram illam de nobis tenebat; sed eis de cætero respondebit. Hiis testibus, Magistro *Alexandro Coventrensis* Ecclesiæ præcentore; Magistro *Will.* de *Sancta-fide*, ejusdem Ecclesiæ Cancellario; Magistro *Ricardo* Thesaurario *Lichfeldiæ*; Magistro *Willielmo Durdent*, Magistro *Ricardo Medico*, Magistro *Stephano* de *Beverlaco*, *Ricardo* de *Budiford*, *Hugone* de *Waſewe*.

Carta

ibid.

Carta Willielmi *filii* Alani *de villa vocata parva* Buldewas.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, ego *Willielmus*, filius *Willielmi*, filii *Alani*, pro salute animæ meæ, & pro animabus Patris & matris meæ, concessi & confirmavi, sicut Pater meus concessit & dedit, Deo & S. *Mariæ* & Monachis de Buldewas tam præsentibus, quam futuris, villam quæ vocatur parva Buldewas, cum omnibus ad eam pertinentibus; in terrâ & aquâ, in silvâ, in pratis & pascuis; ita *scil.* liberam & quietam, ab omni exactione seculari, ut nichil in eâ retinuerim, nisi solummodo tutelam & protectionem contra aliorum incursiones. Confirmavi ergo eis liberum & quietum à me & à meis successoribus, *Alanum* filium *Beringeri*, cum suo servicio, quod Patri meo, propter præfatam parvam Buldewas facere solebat. Ut autem firma sit & integra hæc mea elemosyna, omnia exsarta, quæ circa parvam Buldewas facta sunt, præfatis Monachis concedo & confirmo, simul & totum nemus de *Wrocceſtriâ*, ut illud habeant in sua custodiâ jure hæreditario, & in ipso habeant omnia sua necessaria; *scil.* in pasturâ, in pasnagio, & in omnibus aliis rebus Abbaciæ necessariis: sed non exarent illud, neq; vendant, nisi meo concessu. Et in ipso bosco retineo mihi necessaria & pasnagium ad porcos meos proprios & ad porcos hominum meorum de *VVrocceſtria*. Hæc itaq; omnia, ut firma & inconcussa in perpetuam elemosynam Ecclesiæ de Buldewas, permaneant, sicut Pater meus dedit ea, & Cartâ suâ confirmavit, in præsenti cartula meâ proprii Sigilli mei impressione communio, manus meæ subscriptione corroboro, & testes assigno. Testes, *Johannes Extraneus*, & *Wido* frater ejus. *Johannes* filius *Johannis Extranei*. *Wido* & *Hamo*, filii *Widonis Extranei*. *Thomas* filius *Roberti* filii *Noelli*, *Ricardus* de *Stanewrdin*, de Mareſcot & *Henricus*; & *Hamo*, filii sui, *Willielmus* de *Bruna*, *Radulfus Hose*, *Adam* de *Herletone*, *Rogerus Muisun*, *Henricus Malvisin*, *Herbertus* de *Brokeurt*, *Radulfus* de *Cleia*.

ibid.

Quieta clamatio Galfridi *de la* Holte, *de toto jure suo in Manerio de* parvâ Buldewas.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Galfridus* filius *Galfridi* de la *Holte*, remisi & omnino quietum clamavi, pro me & hæredibus meis & assignatis, religiosis viris Abbati & Conventui de Buldewas, & eorum successoribus imperpetuum, totum jus & clamium, quod habui, vel aliquo modo, jure aut colore habere potui, vel in futurum habere potero, in Manerio de *parva* Buldewas, vel in aliquâ sui parte; ita quod ego vel hæredes mei, vel assignati, aut aliquis nomine nostro, nichil omnino juris, vel clamii, aut alicujus terreni emolumenti in dicto Manerio, vel in aliquâ sui parte, sicut prædictum est, exigere vel vendicare; aut aliquam calumniam super hoc movere poterimus inperpetuum. In cujus (&c.) Hiis testibus, dominis *Ricardo* de *Leighton*, *Hugone* le *Fizeyr*, militibus; *Hugone* domino de Cheyntone, *Rogero Careles*, *Ricardo* de *Harreys*, de Dableye; *Willielmo Payne* de Leghtone, *Johanne Constantyne* de Etone, *Willi.* Hed. (&c.) Data apud Abbatiam de Buldewas, in festo *Nativitatis S. Johannis Bapt.* anno regni Regis *Edwardi*, filii Regis *Eawardi*, quinto.

ibid.

Quieta clamatio Edmundi *de* Leynham, & Aliciæ *uxoris ejus de toto jure in eodem Manerio.*

SCiant præsentes & futuri, quod nos *Edmundus* de *Leynham* & *Alicia* filia *Alani* quondam Domini de *parva* Buldewas, uxor mea, dedimus, concessimus, remisimus, & omnino quietum clamavimus de nobis & hæredibus nostris & assignatis Ecclesiæ S. *Mariæ*, Abbati & Conventui de Buldewas, & eorum successoribus & assignatis, totum Manerium de parvâ Buldewas, cum omnibus pertinentiis, (&c.) Habendum & tenendum sibi & successoribus suis & eorum assignatis imperpetuum, de Capitalibus dominis illius feodi, pro servitiis indè debitis & consuetis, liberè, quietè, (&c.) imperpetuum. Hiis testibus, dominis *Waltero* de *Bevseyn*, *Johanne* de *Lee*, *Ricardo* de *Leyghtone*, *Augone* le *Fizeyre*, *Reginaldo* filio *Reginaldo* de *Charnes*, *Michaele* de *Moreton* & multis aliis. Data apud *Ebor.* in festo Apostolorum *Philippi* & *Jacobi*, anno regni Regis *Edwardi*, filii Regis *Henric. xxxi.*

ibid.

Relaxatio Hamonis *de* Benthale, *de quodam stipendio, in domo de* Buldewas, *sibi concesso.*

UNiversis ad quos præsentes literæ pervenerint, *Hamo* de *Bentaale*, filius *Johannis Burneld*, quondam Domini de Benthale, salutem in Domino sempiternam. Cum nuper dominus *Henricus* Abbas de Buldewas, videns *Margeriam* matrem suam multis liberis esse oneratam; ad instantiam ejusdem, quoddam servicium, cum liberatione & stipendio, ad totam vitam meam, michi gratiosè concessit, in domo de Buldewas supradictâ: ego tamen *Hamo* supradictus, in propriis habitare desiderans, ad instantiam & rogatum *Petri* de *Eytone*, & *Philippi* fratris mei, pro quadam summâ pecuniæ, quam dictus *Johannes* nunc Abbas de Buldewas, michi in necessitate meâ dedit præmanibus; remisi, relaxavi, & omnino quietum clamavi, prædicto Abbati & successoribus suis, totum jus, quod in dictis servicio, liberatione & stipendio michi competere posset; ita quod nec ego, nec aliquis nomine meo, aliquam actionem, calumniam (&c.) occasione prædictâ, exigere, movere, vel vendicare poterimus imperpetuum. (&c.) Datum apud Buldewas in hospicio hospitum, die *Sabbati*, proximâ post festum S. *Petri* ad *vincula*, Anno regni Regis *Edwardi*, filii Regis *Edwardi*, *xi.*

Quieta

Ibid. *Quieta clamatio* Philippi *Domini de* Benethale, *de toto jure in terrâ quæ vocatur* Hermiteshelde, & Holwerudinge.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Philippus* dominus de Benethale, remisi & quietum clamavi, pro me & hæredibus meis imperpetuum, Deo & beatæ *Mariæ* & Abbati & Conventui de Buldewas, totum jus & clamium, si quod habui, vel aliquo modo habere potui, in terrâ quæ vocatur Hermiteshelde, & Holwerudinge; & in omnibus aliis terris & boschis, quæ sunt inter hajicium, quod includit prædictas terras, de Hermiteshelde & Holwerudinge, & Abbaciam de Buldewas; ita quod nec ego, nec hæredes mei, nec aliquis nomine nostro versùs dictos Abbatem & Conventum, vel eorum successores, de prædictis terris, aliquod jus, clamium, vel calumpniam movere poterimus imperpetuum. Concessi etiam & confirmavi eisdem, ut faciant, si voluerint, fossatum, quomodocunq; voluerint, extra prædictum hajicium, versùs terram de Benethale, ad includendum totam terram suam & boscum; ita quod totum hayicium, inter fossatum remaneat ex parte illorum, & faciant indè quicquid voluerint; *scil.* à prato illorum, quod vocatur Estemedewe, ascendendo per veterem sepem; & sic per vetus fossatum & hajicium usq; ad hesiam extra boscum eorum de Hertlupe; & ita descendendo per vetus fossatum, usq; Wallebroch, & terram Prioris de Wenloc. Et ut habeant omnia aysiamenta ambulando & laborando super terram meam ad prædicta fossata & hayicium emendanda. Dicti verò Abbas & Conventus prædictum hayicium vel fossatum ita faciant claudi, quod averia mea non possint transire. Et si transierint, indè non occasionabor. Concessi etiam & confirmavi eisdem, ut liberè possint trahere, vel cariare lapides, carbones, maremium, & alia; & chiminum ad hæc facere, ultra terram meam quando voluerint, etiamsi in feodis alienis prædicta adquisierint, sine impedimento mei vel meorum. Et ego & hæredes mei, omnia prænominata præfatis Abbati & Conventui warantizabimus & defendemus contra omnes homines & fœminas imperpetuum. Hiis testibus, Domino *Hugone* de Sheyntone, *Willielmo* de *Lechtone*, *Ricardo* de *Grenhul*, *Roberto Trajnel*, *Roberto* de *Dudemoneſtone*, & aliis.

Ibid. *Carta* Henrici *de* Lacy *Comitis* Lincolniæ, *permutationem grangiæ de* Calvone, *in Comitatu* Staff. *pro terris in* Edwyneve *in Comitatu* Salopiæ, *confirmans.*

UNiversis, ad quorum noticiam præsentes literæ pervenerint, *Henricus* de *Lacy* Comes *Lincolniæ* & Constabularius *Cestriæ* salutem in Domino. Cum religiosi viri Abbas & Conventus de Buldewas, Ordinis *Cisterciensis*, grangiam suam de Calvone, in Comitatu *Staff.* cum omnibus terris & tenementis, & pertinentiis suis, quam habuerunt de feodo nostro cum Abbate & Conventu Vallis S. *Mariæ* de Crokesden ejusdem Ordinis, pro omnibus terris & tenementis & pertinentiis suis in Edwyneve in Comitatu *Salopiæ*, duxerint permutandam: Nos utriusq; Monasterii utilitatem pensantes, & quamplurimum affectantes, permutationi prædictæ, quantum in nobis est, pro nobis & hæredibus nostris imperpetuum, nostrum præbemus assensum pariter & consensum; ita tamen quod iidem Abbas & Conventus vallis S. *Mariæ* de Crokesden, & successores eorum, nobis & hæredibus nostris reddant & faciant eadem onera & servicia, quæ prædicti Abbas & Conventus de Buldewas, nobis facere & reddere consueverunt temporibus retroactis. In testimonium cujus rei, præsenti scripto Sigilli nostri apponi fecimus impressionem. Datum apud Blankesorde juxta Burdegaliam *x.* die *Junii*, Anno gratiæ *MCCLxxxvii.*

PAG. 802. col. 1.

De fundatore & præcipuis Benefactoribus Abbathiæ de Newminster. Ex martyrologio *Novi Monasterii.*

DOminus *Ranulphus* de *Merlay* principalis fundator noster, & *Juliana* uxor ejus, qui nobis contulerunt situm hujus Abbathiæ, grangiam de Hulwane, & duas *Ristonas*. *Willielmus* de *Merlay*, *Rogerus* de *Merlay* primus, Magister *Osbertus* de *Merlay*, filii prædicti *Ranulphi*. *Rogerus* de *Merlay* secundus; *Marjoria* uxor ejus, qui nobis contulerunt tres piscarias in *Tyna*, *Rogerus* de *Merley* tertius, qui renovavit & confirmavit nobis omnes donationes antecessorum suorum, & obiit anno Domini *MCCLxv.* & reliquit tantum duas filias hæredes, quarum prima vocabatur *Maria*; & hanc desponsavit Dominus *Willielmus* Baro de Graystoke: Secunda vocabatur *Isabella*, & hanc desponsavit Dominus *Robertus* de *Somervill*; & in eis divisa fuit Baronia de *Merlay*.

Ranulphus de *Merlay* junior.

Item pro animâ *Philippi* de *Somervill.*

Will. Bertram Baro de Pitford, qui dedit nobis terram inter Abbathiam & Pitford, *Rogerus Bertram* filius ejus, qui primus dimisit nobis ad firmam grangias de Heylan & de Hoxtune, & partem Peterie. *Ada Bertram* uxor ejus, *Will. Bertram* secundus, *Rogerus Bertram* secundus, *Rogerus Bertram* tertius, qui vendidit nobis prædicta loca ex integro, cum omnibus pertinentiis suis, qui etiam confirmavit nobis grangiam de Aldeworth, quam nobis vendidit *Petrus* sacerdos, filius *Joh.* quondam personæ de Pitford.

Dominus *Everardus* de *Ros*, qui nobis contulit grangiam de Stratton.

Robertus de *Ros*, filius ejus, qui confirmavit nobis eundem locum.

Dominus

Dominus *Robertus Bertram* de *Bothall*, qui dedit nobis terram, quæ dicitur Fozum, & quicquid ad illam pertinet. *Ric. Bertram* filius ejus, *Robertus Bertram*.

Dominus *Odonellus* de *Umframvill*, qui primus dimisit nobis ad firmam, moras de Thrybothe, & grangias de Filtone & de Tollard, *Will.* de *Umframvill*, *Ricardus* de *Umframville*, filii dicti *Odonelli*, *Gilbertus* de *Umframville*, *Matildis* uxor ejus, qui dederunt nobis pasturam de Turfhille, *Gilbertus* de *Umframvill* filius ejus, qui vendidit nobis dicta loca ex integro, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis.

Jacobus de *Belum*, qui primus dimisit nobis ad firmam, grangiam de Newtone, *Gilbertus* filius ejus, *Walt.* filius ejus qui vendidit nobis eundem locum, *Alicia* filia & hæres dicti *Walteri*, quæ confirmavit nobis eundem locum.

Walterus de *Bolbek* & *Walterus* filius ejus, supremi Domini illius feodi, qui similiter confirmaverunt nobis eundem locum, *scil.* dictam *Newtonam*.

Rob. de *Camhou*, *Alicia* uxor ejus, qui commutaverunt nobis locum de Ruthlau, pro terrâ nostrâ in Camhou, *Walterus* filius ejus, qui confirmavit nobis eundem locum.

Dominus *Hugo* de *Bolbek*, *Theophania* uxor ejus, per quos habuimus villam de Rothelev. *Hugo* de *Bolbek* filius ejus, qui confirmavit nobis eundem locum.

Edgarus dictus *Unniying*, qui dedit nobis carucatam terræ in Werihill. *Patricius* filius ejus, qui vendidit nobis aliam. *Johannes* de *Kestern* filius ejus. *Johannes* de *Kestern* filius ejus, qui vendidit nobis utrumq; locum de Kestern, & de Werihill, cum omnibus pertinentiis.

Dominus *Rogerus* filius *Ricardi*, Dominus de Werkewoith, & *Adeliza* uxor ejus, qui contulerunt nobis salinam de Werkewoith, *Robertus* filius ejus, qui confirmavit nobis eundem locum.

Henricus Coniers, *Eda* uxor ejus, qui contulerunt nobis terram in Clifton, & in Caldwell.

Will. Coniers, qui commutavit nobis grangiam de Caldewell, qui proprio nomine dicitur Scarplane, pro terris in Clifton.

Dominus *Hugo* de *Morewyk*, pro stagno molendini nostri, ultra Roketh.

Sibilla de *Morwyk* uxor ejus, quæ in libera viduitate sua dedit nobis locum de Rafethe. *Hugo* filius ejus, qui confirmavit nobis eundem locum.

Dominus *Joh.* de *Plesseto*, qui dedit nobis terram in Tirtlinton.

Dominus *Ric. Gubiun*, qui dedit nobis redditum *xx s.* in molendino de Schilvinton. *Hugo Gubiun*, qui confirmavit nobis eundem redditum.

Dominus *Rogerus* de *Marlay*, de Stanton, qui dedit nobis redditum *xx s.* in molendino suo de Stanton.

Anno Domini 1336. *xv.* Kal. *Febr.* obiit Dominus *Rogerus* de *Somerville*, qui dedit nobis advocationem Ecclesiæ de Staington, & sepultus est apud *Anneys-Burton*.

Anno Domini 1359. sexto Idus *Julii*, obiit Dominus *Will.* Baro de Graystok.

Item pro animâ Domini *Henr.* ap *Griffith.* Item pro animâ *Isabelia*.

Anno Domini 1377 obiit piæ memoriæ Domina *Johanna Somervyle*, octavo Idus *Octob.* Item *Willielmus Somervile*: Item *Henricus*, *Nicholaus*, *Johannes*, *Richardus*, *Thomas Somervile*.

Anno Domini 1371. obiit *Robertus* de *Fenwik*, de quo habuimus duas partes villæ de Poington.

Anno Domini 1380. obiit Dominus *Gilbertus* de *Umframville*, Comes *D'angos*, qui dedit nobis *xx l.*

Anno Domini 1413. nono kal. *Maii*, obiit Domina *Catherina* Baronissa de Graystok.

Anno Domini 1416. obiit Dominus *Radulphus*, Baro de Graistok, qui dedit nobis *xx l.* ad opus Ecclesiæ.

Anno Domini 1434. obiit Domina *Elizabetha* Baronissa de Graistoke, & jacet in Ecclesia fratrum prædicatorum *Eboraci*.

Anno Domini 1419. in crastino *Circumcisionis*, obiit *Rogerus* de *Thornton*, Burgensis villæ *Novi-Castri*, & Dominus de Watton, qui castrum ibidem construxit, & dedit nobis plumbum, quo operitur navis Ecclesiæ nostræ; pro quo *Rogero* & *Agnete* uxore ejusdem, & liberis, dicimus quotidianam Missam beatæ *Virginis*, & aliam Missam pro defunctis; & jacent in Ecclesia omnium Sanctorum in *Novo-castro*.

Anno Domini 1436. sexto Idus *Augusti*, obiit piæ memoriæ Dominus *Johannes* Baro de Graystok, qui dedit nobis *xx l.* ad opus Ecclesiæ, Item 40 *l.*

Anno Domini 1436. sexto Kal. *Januarii* obiit Dominus *Robertus* de *Umfraville* miles, Dominus de *Kyma*, & de Redsdale.

Anno Domini 1438. in die S. *Silvestri*, obiit Domina *Isabella* uxor prædicti Domini *Roberti Umfraville*, & jacent simul ad Altare S. *Mariæ Magdalene*.

Anno Domini 1440. in vigilia S. *Kath.* Virginis, obiit *Elizab.* uxor *Rogeri Thornton* armigeri, quæ fuit filia Domini *Joh.* Baronis de Graystok.

Anno Domini 1468. *xiii.* Kal. *Aprilis*, obiit Domina *Elizabetha* Baronissa de Graystoke.

Anno Domini 1472. *xviii.* die *Julii*, obiit Domina *Elizabetha* quondam uxor Magistri *Roberti* primogeniti Domini *Radulphi* Baronis de Graystok & Wemme, cujus animæ propitietur Deus.

Anno Domini 1483. *xv.* Kal. *Julii* obiit Dominus *Robertus Graystok*, primogenitus Domini *Radulphi* Baronis de Graystoke, & Wemme.

Anno Domini 1487. obiit inclitus Dominus *Radulphus* Dominus de Graystok & Wemme, primo die mensis *Junii*.

Anno Domini 1499. obiit Domina *Cecilia* Domina de Graystok.

Anno Domini 1516. *xiii.* die mensis *Augusti* obiit Domina *Elizabetha Dacre*, quondam filia *Roberti Graystok* militis, primogeniti Domini *Radulphi* Baronis de Graystoke & Wemme.

Anno Domini 1525. *xxiv.* die mensis *Octobris*, obiit piæ memoriæ Dominus *Thomas Dacre*, quondam Dominus de Dacre, Graystok, & Gilleland, miles nobilissimi Ordinis Garterii, ac gardianus generalis Marchiarum versùs *Scotiam*.

Anno Domini 1569. *xvii.* die *Maii*, obiit *Georgius Dacre*, Dominus de Gilleland & Graystok, puer magnæ spei & optimæ indolis, ex casu equi lignei Saltatorii; repentinè corruit *Thetfordiæ* in Com. *Norff.* infra ætatem, tum existente in custodiâ *Thomæ* Ducis *Norfolciæ*.

Alibi in eodem cod. MS. sub titulo Benefactorum *Novi monasterii.*

Anno Domini 1323. *iii.* Id *Julii*, obiit Dominus *Radulphus* de Graystok, & jacet juxta magnum Altare.

Anno Domini 1325. secundo Id. *Apr.* obiit Dominus *Robertus* de *Umfravill* Comes de *Angus*, & jacet juxta magnum Altare.

Anno D. 1325. secundo Kal. *Martii*, obiit Dominus *Rogerus* de *Felton*.

Anno Domini 1346. obiit Dominus *Rad.* de *Hastinges*, de vulnere accepto in bello apud *Dunelmum*.

Anno D. 1346. obiit Dominus *Will.* de *Herll.*

Anno D. 1356. obiit Dominus *Joh.* de *Fenwyk* miles.

Anno D. 1350. obiit Domina *Joh.* de *Umfraville* Comitissa *D'Angos*, *viz.* *xvii.* Kal. *Augusti*.

Johanna quondam uxor *Hugonis* de *Brandon*. Item pro *Waltero* patre ejusdem *Hugonis*, & *Aliciâ* uxore ejusdem *Walteri*.

Anno D. 1361. obiit *Robertus* de *Camera*. Item *Alexander* de *Camera*, *Ysota* de *Camera*. Item *Katherina* uxor *Joh.* de *Camera*. Item *Hugo* de *Angirton*, & *Dulcia* ejus uxor. *Thomas* de *Merlay*, *Randulphus* de *Merlay*.

Anno D. 1362. die *Jovis* proxima post festum *Conversionis* S. *Pauli* Apostoli, obiit Dominus *Gerardus* de *Woderyngton* miles.

Anno D. 1368. obiit Dominus *Radulphus* de *Nevile*, qui dedit nobis, per vices, *C.* marcas.

Anno D. 1372. *Rogerus* de *Woderyngton*. Item Domina *Margareta* de *Percy*. Eodem anno *Robertus* de *Fenwyk*.

Anno D. 1374. in Octabis *Epiphaniæ* Domini, obiit Domina *Alesia* Domina de *Nevil* (filia Domini *Hugonis* de *Audley* senioris) quæ quondam fuit uxor Domini *Radulphi* Baronis de Graystoke; cujus *Radulphi* corpus in Ecclesia nostrâ humatum est.

Anno D. 1403. obiit Domina *Johanna* Domina de Dorpath.

Anno D. 1480. *xxvii.* die *Maii* obiit *Will. Lawsone*, qui multa dona contulit huic Monasterio.

Anno D. 1489. obiit *Tho. Lawsone* benefactor noster specialis.

Anno Domini 1502. obiit Dominus *Radulphus* Dominus de Woderyngton.

Anno D. 1505. Nonas *Aprilis*, obiit *Eliz. Radcliff*, quondam uxor *Thomæ Lawson*, quæ specialis benefactrix nostra existebat.

PAG. 866. col. 1.

Carta Rogeri *de* Clifford, *de corpore suo in Cœnobio* Dorensi *sepeliendo.*

Ex Collect. *Rob. Glover*, Somersetshire Heraldi. [*Miscel.* lib. 5. f. 20. b.]

OMnibus (&c.) *Rogerus* de *Clifford*, consilio & assensu *Sibillæ* (de *Ewias*) uxoris meæ, dedi & concessi corpus meum Deo & beatæ *Mariæ* & Monachis de *Dorâ*, ad sepeliendum in Ecclesia de *Dorâ*, juxta filium suum. Et propter hoc nomine doris, cum corpore meo, & corpore filii mei, dedi dictis Monachis totam terram quam habent ex dono *Willielmi* de *Ewyas*, de quâ aliquando vexavi eos (&c.) Testibus, *Ricardo* de *Clifford*, *Willielmo* de *Ewyas* seniore, *Willielmo* de *Ewyas* juniore, filio *Sibillæ*, (&c.)

PAG. 885. col. 1.

Carta Pagani *de* Cadurcis, *Monachis de* Albalanda.

Ex cod. MS. *Rob. Gloveri*, Somersetshire Heraldi [*Miscel.* lib. 5. f. 4. a.]

OMnibus Christi fidelibus (&c.) *Paganus* de *Cadurcis*, filius & hæres Dominæ *Hawisiæ* de *Londoniâ*, salutem. Noveritis nos dedisse (&c.) Deo & beatæ *Mariæ*, & Monachis de *Albâ domo*, *Cisterciensis* Ordinis, *Menevensis* Dioc. (&c.) in puram & perpetuam elemosynam, decem & novem acras terræ arabilis (&c.) Et quod quilibet Sacerdos dictæ domus Missam celebrans singulis diebus, pro animabus dominorum *Thomæ* de *Londoniâ*, *Patricii* de *Cadurcis*, *Will.* & *Mauricii* de *Londoniâ*, *Warini* de *Basingeburne*, Dominæ *Evæ* de *Tracy*, *Aleys* & *Gundre* defunctorum. Item pro Domina *Hawysiâ* de *Londoniâ*, matre nostrâ, & pro nobis *Pagano* de *Cadurcis*, pro Domino *Patricio* & *Hernico* fratribus nostris, & pro *Emmâ*, *Evâ* & *Agnete* sororibus nostris superstitibus, specialem memoriam in Canone faciat Missæ, pro vivis inter vivos, & pro defunctis inter mortuos, (&c.) Hiis testibus, dominis *Patricio* & *Her-*

Hernico militibus, fratribus noſtris. Data apud Bedwelly, (dominium dicti *Pagani*) die *Veneris* ante feſtum S. *Trinitatis*, Anno *D. MCCLxx.*

Pag. 892. col. 2.

Ex ipſo autogr. penès *Tvom. Mainwering* de Peber in Com. *Ceſtr. Arm.*

Carta Rogeri *de* Menilwarin *de communia in boſco de* Pevere, *Monachis de* Deulacres *conceſſa:*

Omnibus hanc Cartam viſuris vel audituris, *Rogerus* de *Shenilwarin* æternam in Domino ſalutem; Noverit univerſitas veſtra, me pro ſalute animæ Domini *Ranulphi* quondam Comitis *Ceſtriæ* & *Lincolniæ* Avunculi mei, & pro ſalute animæ meæ, & animarum anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, dediſſe, conceſſiſſe & hac præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & beatæ *Mariæ*, & Abbati & Monachis de Deulacreſse, & eorum grangiæ de Biveleg, in liberam, puram & perpetuam elemoſynam liberam communam in boſco meo de Pevere; *ſcil.* ut accipiant de eodem boſco *Husbot* & *Haybot* rationabiliter per viſum alicujus foreſtariorum meorum, quantum neceſſe habuerunt, ſine impedimento aeriarum niſorum meorum, ubicunq; nidificaverint. Præterea dedi eis liberam peſſionem & quietam de paunagio quinquaginta porcis quandocunq; voluerint in prædicto nemore meo de Pevere. Pro hac autem, donatione & conceſſione meâ, Ego *Rogerus* prædictus, & hæredes mei, de prædictis Abbate & Monachis de Deulacreſse nichil exigere poterimus, niſi orationes & ſuffragia Ordinis *Ciſtercienſis*. Ego verò & hæredes mei ſæpedictam donationem & conceſſionem meam dictis Abbati & Monachis & grangiæ de Biveleg, contra omnes gentes warrantizabimus imperpetuum. Et, ut hæc donatio mea rata & inconcuſſa in ſempiternum perſeveret, eam præſentis Cartæ teſtimonio & Sigilli mei impreſſione roboravi. Hiis teſtibus, *Will.* de *Shenilwarin*, *Will.* Capellano de Lauton, *Ricardo* de *Moſton*, *Bened.* de *Cowdray*, *Johanne* de *Motlawe*, *Will.* de *Pevere*, *Hugone* de *Weloc*, *Nicolao* de Werefoꝛd, *Gilleberto Gekell*, & aliis.

Pag. 893. col. 1.

De dotatione Cœnobii de Clynnok-vaur.

Ex Cod. MS. penès Auditorem *North-walliæ.*

Vidam *Gwithno* dedit propriam villam ſuam Clynocvaur, Deo & *Beuno* tunc Abbati Abbatiæ de Clynocvaur, pro animâ ſuâ, & animâ conſobrini ſui *Catwalani* (Regis) ſine cenſu regali & ſine Conſule ..... alicui, quam diu fuerit lapis in terrâ.

Ac perſonæ ſubſcriptæ dederunt Deo & S. *Beyno*, res ſive terras ſubſcriptas, ſicut *Gwythno* dedit Clynnok-vaur.

Cadwaladrus Rex, dedit Gayanoc. *Tegwared* Rex dedit Poꝛtheamal. *Marvin* princeps dedit Carnguch. *Cadwgan ap Cynvelyn* dedit *Bodveilion* in Llyn, & Bodvael. *Rodri* filius *Mervyn* dedit Denio, *Gruff.* filius *Tungcon* dedit tertiam partem Maeltref. *Idwal* dedit Penrhos. *Rodri* dedit tertiam partem Newyſuf. *Grean* dedit Doꝛwyn aut Coꝛwyn.

Rodri filius *Idwal* dedit Botelak. *Gwithnet* filius *Tridok* dedit Llanllyvin & Coꝛet Aber-ſaint. *Cadel* Rex dedit Lylcourt. *Idwal* dedit Clynnok-vechan. *Tridok* dedit Coꝛet Gwꝛvin, à ſilvâ uſq; mare. *Idwal* dedit Aber y-Bꝛaint. *Cadel* ap *Rodri* dedit Bayntiougen. *Anarawt* filius *Rodri* dedit Pſcallen in Cꝛenddyn.

Cadel dedit Bottwnok & Llwyn-Dyniwal. *Rodri* ap *Mervyn* dedit Pẓiſcoell & Nantſoch in Llyn, *Cadel* dedit Ethnoc. *Rodri* dedit Illanoꝛ in Llyn. *Anarawt* dedit Bodagwyn. *Anarawd* filius *Rodri*, dedit Dolbebin. *Grevax* filius *Iwen*, dedit Dolcoydook. *Gruff.* filius *Llywellyn*, dedit Aberllyvin.

Elived filius *Madoc*, dedit Paylang in ſuis terminis. *Jago* filius *Idwal*, dedit Llechedern in Llyn. *Gruff.* ap *Kynan*, dedit Boterid. *Trahayarn* ap *Caradoc*, dedit Tꝛeſwyn. *Jago* filius *Idwal*, dedit Bꝛmerit. *Gruff.* ap *Llywelyn*, dedit Pvanol. *Cadwaladar* dedit Llanbaur in Llyn. *Gruff.* ap *Llywelyn*, dedit Tꝛeſeiv,

Lunlion, alias *Conlion*, filius *Llowꝛyan*, dedit Hirdref in Llyn. *Jonas* dedit Bodegro. *Rodri* filius *Merfyn*, dedit Powedd. *Cadel* filius *Rodri*, dedit Penhiogen. *Gruff.* filius *Llywelyn*, dedit Tꝛeflagh. *Rodri* dedit Penchog, in Tiwrkelyn. *Howel* filius *Cadel*, dedit duas partes de Llethetthoꝛ. *Gruff.* ap *Llywelyn*, dedit Roſewneſaf.

Pag. 916. col. 2.

Ex ipso autogr. penès *Will. Hayward* de Tanridge in Com. *Surr.* Eq. aur.

Carta Aliciæ *Comitissæ* Augi *de tota terra sua de* Snergate, *Monachis de* Robertsbrigge *concessa.*

NOverint tam præsentes quam futuri, quod ego *Alizia* Comitissa *Augi*, concessi & præsenti Cartâ meâ confirmavi, pro animâ *Willielmi* Comitis *Arundelie* Patris mei, & *Alizie* reginæ, matris meæ, & pro animâ Domini mei *J.* Comitis *Augi*, & *Godefridi* fratris mei, & *Matildis* & *Margaretæ* filiarum mearum; & pro salute animæ meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum, Abbatiæ de *Ponte-Roberti*, in puram & perpetuam hospitalitatem ibidem sustentandam, de libero mariagio meo, de feudo de Bilsington, *Snelingum* de *Snergate* & hæredes ipsius, cum toto tenemento suo, cum omnibus serviciis & consuetudinibus ejusdem tenementi. Ad hæc autem dedi eidem Abbatiæ, totam terram meam de Snergate, infra wallam & extra, tam ex parte feudi mei, quàm de parte *Willielmi* de *Curci*; salvâ conventione quam feci contra *Lewinum Ram* & filios ejus, sicut cirographum, quod feci contra eos determinat; quod & Monachis dedi, cum toto tenemento illo, in puram & perpetuam elemosynam ad hospitalitatem sustentandam. Concessi etiam eidem Abbatiæ & confirmavi terram quam emi à *Radulpho* de *Wicham*, & fratribus ejus, reddendo eidem *Radulpho*, & hæredibus ejus sex denarios annuatim ad sanctum *Michaelem*, pro omni servicio, quod ad eum pertinet. Pro hac autem emptione dedi prædicto *Radulpho* unam marcâm argenti in gherſam, & singulis fratribus ejus duodecim denarios. Et ipsi affidaverunt, pro se & hæredibus suis, hanc conventionem tenere. His testibus, Magistro *Pirmino*, *Henrico* Comite *Augi*; *Roberto* fratre ejus; *Alnredo* de *Sancto Martino*; *Sansone* de *Gustling*; *Stephano* de S. *Martino*, *H.* Clerico, & multis aliis.

Ibid. *Carta* Willielmi *vertii Comitis* Sussexiæ *præfatam amitæ suæ donationem confirmans.*

SCiant præsentes & futuri, quòd ego *Willielmus* Comes tertius *Sussexiæ*, concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & beatæ *Mariæ* & Monachis de *Ponte Roberti*, pro salute animæ meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum, in puram & perpetuam elemosynam, terram de Snargate, quæ est de feodo de Bilsentone quam habent ex dono *Adelicie* Comitissæ de *Augo*, amitæ meæ; ut habeant & teneant liberè & quietè, sicut Carta ejusdem *Adelicie* testatur. His testibus, *Renerio* de *Aubenio*, *Willielmo* de *Albineis* filio Comitis; *Rogero* de *Brom*. *Henrico Plamango*, *Roberto* de *Tatesale*, *Roberto Hose*, *Hugone* de *Millers*, & multis aliis.

Mandatum Roberti *de* Curci, *pro wallis & watergargis apud* Snargate *faciendis.* Ibid.

OMnibus baillivis de Bellatone ad quos præsens scriptum pervenerit, *Robertus* de *Curci* salutem: mando vobis atq; præcipio, quatinus justicietis meos homines de Snargate, ut faciant wallas & watergangas, & clausuras wallarum, sicut debent facere: Et si facere noluerint, tum justitietis illos ut faciant. Et sciatis, quod quietos clamo homines meos de Snargate, ut de tribus solidis, quos homines recipiebant à Monachis, ita quod Abbas & Conventus reddent mihi in Capite infra octavas S. *Michaelis*. Teste *Willielmo* fratre, apud Curci.

Carta Henrici *Comitis* Augi, *de* Wertham, *cum comba juxta forestam de* Bristlinga. Ibid.

NOtum sit præsentibus & futuris, quod ego *Henricus* Comes *Augi*, concessi, pro salute animæ meæ, & pro animabus antecessorum meorum, & *Roberti* fratris mei, Ecclesiæ S. *Mariæ* de *Ponte Roberti*, & Monachis ibidem Deo servientibus, in elemosynam perpetuam, *Wertham*, cum combâ juxta forestam meam de *Bristlingâ*, in plano & bosco & pasturis, cum omnibus villanis & redditibus, & cum omnibus pertinentiis earundem terrarum, liberè & quietè ab omni servicio & consuetudinibus omnibus ad me & hæredes meos pertinentibus, de me & hæredibus meis tenendum. Præter hæc etiam concessi, ut Conventio, quæ inter prædictos Monachos, & *Ringerium* de *Nordiâ*, super prædictis terris facta est, firma imperpetuum & rata habeatur, sicut Cartæ eorum demonstrant: & ut liberè & quietè in perpetuum possideant Monachi, præsenti scripto & Sigilli mei auctoritate confirmavi. Testes, *Osbertus* Abbas *Augi*, *Aluredus* de S. *Martino*, *Ingerannus* de *Frissonevill*, *Walterus* de *Escotegnies*, *Willielmus* de *Achingehan*, *Sanson* de *Gestling*, *Stephanus* de S. *Martino*, *Willielmus* de *Bodinhan*, *Johannes* frater Comitis, *Willielmus* de S. *Martino*, & multi alii.

Carta Johannis *de* Augo, *donationem* Aliciæ *matris suæ, & Henrici fratris sui, de mariſco de* Snergate *confirmans.* Ibid.

NOtum sit omnibus, tam præsentibus quàm futuris, quod ego *Johannes* de *Augo*, filius *Johannis* Comitis de *Augo*, concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & beatæ *Mariæ* & Monachis de *Ponte Roberti*, in liberam & perpetuam elemosynam, pro salute animæ meæ, & pro animabus Patris & matris meæ, & *Henrici* Comitis de *Augo* fratris mei, & omnium antecessorum & successorum meorum, totum mariscum de Snergate, qui pertinet ad feudum meum de Bilsintone, cum pertinentiis plenariè, sine ullo retenemento, quam habent ex dono *Aliciæ* Comitissæ de *Augo* matris meæ, & *Henrici* Comitis de *Augo* fratris mei; Et Papellesdenn, & Cumdenne, cum

cum pertinentiis suis. Præterea confirmo eis terras quas tenent de feudo *Randulfi* de *Hethindene*, quæ pertinent ad feudum de Hatham, undè habent Cartam ejus & cyrographum in curiâ Domini Regis inter eos factum, salvo redditu ejusdem *Randulfi*. Quare volo, & firmiter præcipio, quod præfati Monachi habeant & teneant omnia prædicta tenementa, cum pertinentiis suis, liberè, quietè, integrè & plenariè, honorificè & absolutè, ab omni seculari exactione, sicut puram & perpetuam elemosynam. His testibus, Domino *Huberto Cantuarien.* Archiepiscopo; *Willielmo Londonien.*; *Johanne Norwicen.*; *Gilberto Rossen.*; *Savarico Bathonien.* Episcopis; *Willielmo* Comite *Arundelie*, Comite *David*; *Radulfo* de *Arden*; *Hugone* de *Aubervilli*; *Roberto* fratre ejus; *Willielmo* de *Cyretone*; *Amfrido* de *Denne*; *Ricardo* de *Gosfeld*; *Hugone* de *Lunesford*, & pluribus aliis.

Ibid. *Carta* Radulfi *de* Yssondun *Comitis* Augi, *omnes donationes in Rapo de* Hastings, *& in* Cantiâ, *de feodo suo, confirmans.*

RAdulfus de *Yssondun* Comes *Augi*, omnibus hominibus suis, *Francis* & *Anglis* salutem. Sciatis me concessisse, & præsenti Cartâ meâ confirmâsse, pro salute animæ meæ, & antecessorum & successorum meorum Abbatiæ de *Ponte Roberti*, & Monachis ibidem Deo servientibus, omnia tenementa & elemosinas, quæ habent in feudo meo in Rapo de Hastings, & in *Cantiâ*, cum omnibus libertatibus suis, sicut *Henricus* Comes *Augi*, prædecessor meus, eis concessit & Cartâ suâ confirmavit. Confirmo etiam eisdem Monachis donationem fundatorum suorum, & conventiones emptionum suarum, in omnibus tenementis suis, quæ de feudo meo sunt, tam in Rapo de Hastings, quàm in *Cantiâ*, secundùm quod Cartæ & cyrographa testantur, quæ habent, tam ex donatione fundatorum suorum, quam ex Conventione emptionum suarum. Quare volo & firmiter præcipio, quod prædicti Monachi, habeant & teneant omnia tenementa sua secundùm prædictas Cartas & cyrographa benè & in pace, liberè & quietè, ab omni seculari exactione, & ab omni servicio quod ad me pertinet, integrè & plenariè, in bosco & plano; in pratis & pascuis; in aquis & molendinis; in redditibus & villanis; in viis & semitis, & in omnibus aliis rebus ad tenementa sua pertinentibus, cum omnibus libertatibus & immunitatibus, quas habuerunt & habent in omnibus, de *Henrico* Comite *Augi*, prædecessore meo. His testibus, *Rogo* de *Freaville*; *Reginaldo* de *Manieres*; *Engelramo* de *Pressevile*; *Waltero* de *Scotenai*; *Engelranno Leverel*; *Johanne Reimund*; *Simone* le *Echingehans*; *Willielmo* de *Bodiham*, *Radulfo* le *Borne*; *Hugone* de *Lunesford*; *Roberto* de *Gestlinge*; *Johanne* de *Gestlinge*, & multis aliis.

Pag. 926. col: 2.

Pro constructione Abbatiæ de Bello loco. Claus. 6. Joh. m. 13.

REx &c. *W.* Thesaurario, &c. Liberate de Thesauro nostro Abbati de *Belloloco* in novâ Foreſtâ, *C.* marc. ad Abbatiam nostram construendam, ad terminos quos vobis dicent Dominus *Norwic.* & *G.* filius *Petri*, & *Petrus* de *Rupe*. T. meipso apud Wathill 23. *Oct.*

Rex &c. omnibus Abbatibus *Cistere*, &c. Rogamus vos attentiùs, quatinus intuitu Dei, auxilium faciatis novæ Abbatiæ nostræ de *Bello loco*, in novâ Foreſtâ, quam de Ordine vestro ibidem inchoavimus, ad eam de averiis instaurandam: Et quod ei, singuli vestrum, indè fecerint, nobis per literas vestras significetis. T. &c. apud *Wigorn.* 16. die ..... Ib. m. 19. in dorso.

Pag. 936. col. 2.

De initio Fundationis Abbatiæ de Valli Regalis; *& de voto Regis.* Ex Registro Abbatiæ de *Valle regali* penès *Thomam Marbury* de Marbury, in Com. *Cestriæ* Arm. 18. *Aug.* ad 1658. fol. 3. a.

INitium Fundationis Abbathiæ de *Valle regali*, erat miraculosa per *Mariam* Virginem præmonstratum: nam dominus *Edwardus* princeps *Walliæ* & Comes *Cestriæ*, cum haberet patrem sanctissimum, *Henricum viz.* Regem *Anglorum*, qui fuit filius Regis *Johannis*, & ille *Henricus* quinquaginta sex annis regnavit, undè præfatus *Edwardus* in armis tam strenuè se gerebat, quod ob amorem Crucifixi, ad paganorum exterminium terram Sanctam pluriès visitaret: Igitur, cum quadam vice versùs *Angliam* rediret, & ad mare jam venisset, in navi cum suis omnibus decenter receptus est; ipso ergò versùs *Angliam*, cum maximâ multitudine navigante, tempestates in mari subitò exortæ sunt, ita ut omnia navis armamenta minitatim, in momento, rumpebantur: Nautæ igitur, non habentes ultrà quid facerent, & de suâ salute penitùs desperantes, præ timore ad Dominum fortiter vociferârunt, & hii qui in navi cum ipsis fuerant persuaserunt, ut singuli Domino voverent quid unicuiq; Spiritus sanctus inspiraret: Quod, cum ab omnibus devotissimè fuisset impletum, nondum pro hiis cessârunt tempestates, sed magis ac magis in eos ingruebant: contemplantes ergo sibi mortem adesse vicinam, omnes qui erant in navi, unanimiter Principem devotissimis precibus, cum lacrimis exorabant, quod & ipse, qui cum aliis votum

non emiserat, dignaretur votum aliquod emittere, per quod & Dominum placaret, & ipsos periclitantes posset ab imminenti periculo confestim liberare.

Quorum lacrimalibus precibus Princeps sacratissimus delinitus, Deo & beatissimæ Virgini *Mariæ* humilimè devovit, quod si se suos & sua Dominus salvos faceret, & ad terram usq; perduceret illæsos, quod tunc Monasterium alborum Monachorum, Ordinis *Cisterciensis*, in honore Dei genitricis *Mariæ*, de novo infra regnum *Angliæ*, in loco ad hoc competenti, citissimè fundaret; quod quidem tam copiosè rebus & possessionibus ditaret, quod ad Centum Monachorum sustentationem sufficeret in æternum. Et ecce virtus Dei ad salvandas gentes statim apparuit; nam vix Princeps Christianissimus expleverat sermonem, & tota illa tempestas, aeris serenitate apparente, penitùs dissipata est, ita ut omnes de tam subitâ mutatione mirarentur; undè factum est, ut navis illa, quæ per multa loca rupta, fissa, & lacerata erat, ita ut aquæ periculosissimè undiq; introirent, per *Mariam* Virginem, in cujus laudem Princeps votum emiserat, absq; omni humano Ministerio, Navis eadem, cum omnibus in ea contentis, miraculosè ad terram transportata est; cunctis hæc videntibus, & præ gaudio mirantibus, atq; Virginem glorioſam, supra humanum modum, letanter venerantibus, quæ sic devotos nunquam sinit perire. Cæterùm, præter hoc res mira valdè horâ eadem, quæ non est silentio transigenda, fertur accedisse; nam cum cuncti de navi res suas asportâssent, Princeps post omnes in navi residebat: Cum autem navis jam esset vacua, ipse ad terram de mari egressus est, quo ascendente, navis in duas partes, in ictu occuli, divisa est; ut per hoc daretur intelligi, quod vir Sanctus, dum in navi mansit, suis meritis integram eam præservavit; nam postquam prædicta navis divisa apparuit maris profunda concitò quæsivit, nec ultrà se humanis aspectibus repræsentare curavit.

Quomodo Dominus Rex assumpsit sibi Conventum de Monasterio de Dorâ, *& de tempore quo venerat idem Conventus apud* Dernehale; *& deinde ad quandam parvam Abbathiam juxta* Vallem regalem.

His igitur ita peractis, applicuit prædictus Princeps in *Angliam*; & cum esset quædam dissentio inter dominum *Henricum* Regem patrem suum, & Anglorum nobiles, Comites & Barones exorta, prædictus Princeps fortiter omnes expugnabat. Factum est autem, ut in conflictu quodam præfatus *Edwardus* captus esset, & usq; ad Civitatem *Hereford'* a transmissus carceri & custodiæ à suis emulis ibidem commendatus, sed postmodum gratioſè è manibus custodum, Domino sic disponente, evasit: Mansit tamen aliquandiu in custodiâ in Civitate prænotatâ: erant igitur viri valdè religiosi & sancti juxta eam habitantes in Abbathia de *Dorâ*, qui crebro prædictum Principem, in captivitate positum, juxta vires consolabantur; & eidem, cum *Marthâ*, necessaria sæpissimè ministrabant; & tandem ab eo pro suâ reverentiâ invenire gratiam meruerunt. Igitur prædictus *Edwardus* sui juris effectus, votum quod in mari Virgini devovit, cogitabat adimplere; & ob devotionem, quam gerebat erga Monasterium de *Dorâ*, pro beneficiis eidem in captivitate ab ipso impensis, Conventum suum de memorato Monasterio sibi assumpsit. Exivit autem Conventus de Monasterio de *Dorâ* usq; *Vallem regalem* quinto Idus *Januarii* anno Domini *MCCLxxiv.* & *xix.* Kal. *Februarii*, venit idem Conventus apud Dernehale, & ibi morabatur per octo annos & ampliùs, quantum distat à die adventus sui usq; ad diem Sancti *Roberti*; quo die primò venit de Dernehale ad *Vallem regalem*: Et anno Domini *MCCLxxvii. viz. ix.* Kal. *Augusti* consecratus est locus, qui primò dicebatur Wletenhalewe; & Munechene-wro, à venerabili patre *Aniano Assavensi* Episcopo, ad Abbathiam novam construendam; cui imposuit præfatus *Edwardus* nomen *Vallis regalis*; dans evidenter cunctis intelligi, quod sux esset voluntatis, quod non esset aliquod Monasterium illo regalior in libertatibus, divitiis, & honore, in universâ terrâ; sed heu morte naturali prævenrus, quodammodò frustratus est desiderio suo.

Quomodo dominus Rex posuit, in novo opere, primum Lapidem; & de his qui interfuerunt.

Postea verò eodem anno, sexto *viz.* Idus *Augusti*, anno Domini *MCCLxxvii.* præfatus *Edwardus* tunc illustrissimus Rex *Angliæ*, congregatis ad hoc majorum natu totius regni sui, manibus suis posuit primum Lapidem, in loco ubi majus Altare construi deberet. Domina etiam *Alianora* regina *Angliæ*, quæ & ipsa præsens fuerat, posuit duos Lapides, unum pro se, & alium pro domino *Alfonso* filio suo. In eodem verò loco venerabilis pater, dominus *Robertus Burnel*, tunc *Batonienſis* & *Wellenſis* Episcopus, & etiam domini Regis Cancellarius, solempniter quoq; assistente sibi *Aniano Assavensi* Episcopo, Missam celebravit.

Erant & subscripti cum Rege, *Gilbertus* de *Clare*, Comes *Glocestriæ*, *Edmundus* Comes *Cornubiæ*, *Johannes* de *Warennâ*, Comes *Surreiæ*, *Willielmus* de *Bellocampo* Comes de *Warwiko*; dominus *Mauricius* de *Croun*, *Oto* de *Grandisono*; *Johannes* de *Greyly*; *Robertus Typpethoth*; *Robertus* de *Vere*; qui omnes, post dominum Regem in loco prædicto majoris Altaris Lapides posuerunt. Qui quidem Rex Lapidem posuit in honore domini nostri *Jesu Christi*, & glorioſæ Virginis *Mariæ*, & sanctorum Confessorum *N. eholai*, *Nichasiq*; Episcoporum; & locum tunc illum deinceps fecit appellari *Vallem regalem*, quod Anglicè sonat Bynggesdale. Fuerunt etiam ibi tunc cum domino Rege, duo Comites de partibus transmarinis.

De

De parvâ Abbathia, in qua Monachi habitabant per tempora quatuor Abbatum, & quomodo ad novum Monasterium translati sunt.

ISTis igitur sic peractis, fecerat Dominus Rex parari unam Abbathiam pro illo Conventu suo, non longè à novo opere *Vallis regalis* distantem. Ibi per longa tempora Abbas & Conventus moram traxerunt, eo quod juxta novum opus prænotatum, nondum erat ædificium aliquod constructum: Undè ad Abbathiam illam parvulam, translatus est Conventus de Manerio de Dernehale, tertio Idus *Maii*, die *viz.* S. *Roberti* Abbatis, anno Domini *MCCLxxxi.* In eodem verò loco, quatuor Abbatum temporibus, integrè remanserunt, *viz.* Domini *Johannis Cheamponeys* primi Abbatis; & etiam Domini *Walt.* de *Herford*, qui erat secundus; & Domini *Joh.* de *Ho*, qui in numero fuerat tertius; & Domini *Ric.* de *Evesham*, qui æquè quartus extiterat. Tandem mediante gloriosissimâ virgine *Mariâ*, de illâ Abbathiâ deformi & ruinosâ, superiùs expressâ, ad novum usq; Monasterium de *Valle regali*, in festo *viz. Assumptionis* beatissimæ Dei genetricis, *Mariæ*, anno Domini *MCCCxxx.* reverendus ille Conventus magno cum honore translatus est.

Abbas autem, qui tunc præerat, quoscunq; nobiles & etiam prælatos, cæteroscq; vicinos, ad hanc solempnitatem specialissimè evocarat; qui omnes in tantâ multitudine confluebant, quod vix præ turbâ, illud novum Monasterium ipsos infra se poterat continere; inter quos advenerat bonæ memoriæ Magister *Ric.* Abbas de *Dorâ*, qui & ipse illo die solempniter celebravit, & Sermonem de beatâ Virgine, ad populum faciens, cibo specialis alimoniæ, more suo consueto, devotissimè reficiebat. Sacer igitur iste Conventus, cum hiis qui advenerant prælatis, & aliis viris magni nominis, deducebant festum Virginis cum jubilo, in ympnis & Psalmis, & Canticis spiritualibus, in Organis etiam, ac ferè omnium genere musicorum, & illam devotissimè benedicebant; in cujus honore locus ille extitit consecratus, per quem in mari miraculosè fuerat voto solempni iniciatus.

Contigit autem in prædicto festo *Assumptionis*, mirum quoddam, relatu dignum; nam inter illud festum, per quadraginta dies ferè & noctes, tanta inundatio omnes circumquaq; adeo commovit, ut credebatur iteratò Dominum, diluvium, sicut in diebus *Noæ*, adduxisse super terram; sed res mira valde accidit; nam in vigiliâ *Assumptionis*, & duobus sequentibus diebus, tanta apparuit aeris serenitas, ut nec gutta quædam aquæ caderet super terram; sed omnibus, ad tanti festi solempnitatem, necessariis rite consummatis, & omnibus in suâ receptis, inundatio, ut priùs suborta est, quæ per multa tempora postea non quievit. Quis ergo dubitet istam aeris serenitatem meritis ac precibus beatissimæ virginis *Mariæ*, non fuisse veraciter impetratam, ne ibi in hiis solempniis devote ministrantes, per aeris intemperiem à suo ministerio vel in modico impedirentur. Sicq; luce clariùs patet, secundùm jam relata, quod valde acceptus erat Virgini beatæ ad suum Monasterium in ipsius honore in maris periculo mirabiliter fundatum, suorum Monachorum accessus & adventus; unde, ut reor, quilibet intra se Monachorum, cum ad locum Domini desideratum jam venisset, ait, *Hæc requies mea in seculum seculi; hic habitabo, quoniam elegi eam*, quos omnes virgo beata alloquebatur, dicens quod in *Apocalypsi* describitur, *Ambulabunt mecum in albis, quoniam digni sunt, & non delebo nomina eorum de libro vitæ.*

Qualis erat locus Abbathiæ ante ipsius fundationem.

FErunt enim antiqui, quod in loco ubi præfatum Monasterium modo situm est, erat prædorum habitatio, & nunc per *Mariam* virginem, factus est locus ille Sanctorum Monachorum conversatio; non quorumcunq; Monachorum, sed alborum Monachorum, secundùm quod in Capitulo ex parte tuâ noveris de decimis, patet manifestè: Tales enim sunt omnes professi in ordine *Cistercii*, sicuti tenet Curia Romana, & ideo in partibus transmarinis dicuntur albi Monachi, Monachi beatæ *Mariæ*, qualis erat Dominus *Benedictus* Papa duodecimus, & alii quamplures summi pontifices, qui de Ordine *Cistercii* eum præcesserunt: Girant proinde miseri ac ydiotæ, qui ipsos griseos Monachos, in contemptum Apostolicæ sedis præsumunt appellare, cum hiis diebus pauci vel nulli vix inveniantur de ordine griseorum; nam albi Monachi juxta Canonum instituta, tenent locum in Ecclesiâ, quoad proprietatis abdicationem, duodecim Apostolorum; & de quocunq; ordine à se venientes admittere possunt, perpaucis exceptis: ipsi autem ad aliorum ordines, ne viderentur descendere, transire non possunt.

De mutatione nominis loci ubi modo Abbathia sita est, per Regem facta.

LOcus namq; in quo Monasterium modò situm est, binominus erat ab antiquo; dicebatur enim Punechene-wra, quod Latinè interpretatur *Monachorum silva*; ad designandum, quod locus ille veraciter futurus esset religiosus, seu religioni applicandus, quia Punechene *Anglice*, *Monacha* seu *Monialis* dicitur Latine. Wra verò *Anglice*, Latine dicitur *silva.*

Dicebatur etiam locus ille Quetennehalewes, quod Latinè sonat *frumentum Sanctum*, vel *frumentum Sanctorum*; & congruè dici potuit *frumentum Sanctum*; nam de puro grano frumenti, & non de alio conficitur sanctum corpus Christi; ideo, quia futurum erat illud frumentum ibidem consecrandum, de quo in Ewangelio scribitur, *Nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit*, ipsum solu

solum manet meritò Quetenne-halewes locus ille dictus est. Benè autem *frumentum sanctorum* locum illum appellamus, quia *frumentum* Latinè Whete Anglicè; & Halewes Anglicè, *Sancti* dicuntur Latinè; ad designandum, quod de loco eodem esset frumentum excolendum, per quod viri Sancti & religiosi in hac lachrymarum valle degentes, corporaliter ad literam ibidem alerentur; ut sic, per temporale subsidium pervenirent Sancti ad regnum sine fine mansurum: Et ideo convenienter Dominus Rex locum illum fecerat *Vallem regalem* appellari, quod Anglicè sonat Kinggesdale, per quod designatur, quod quælibet creatura rationabilis ab ipso Domino ad vitam æternam prædordinata, debet esse Kinggesdale; hoc est Rex, se ipsam benè regens in valle humilitatis; & sic à Christo merebitur audire istud; *Veni sponsa Christi, accipe Coronam quam tibi Dominus præparavit in æternum*; quam Coronam non accipit, nisi qui legitimè voluerit decertare in Regali valle, *scil.* in Christi humilitate.

De visione quam viderant Pastores, & alii, in loco ubi nunc Abbathia est.

NArrant viri Catholici & valdè veraces, quod dum locus, qui nunc *Vallis regalis* dicitur, erat vasta solitudo, multa annorum curricula priusquam Abbathia ibidem fundaretur, à patribus suis multoties se audisse, quod in Festis sollemnibus Dei genitricis *Mariæ*, ipsi & pastores sui in eodem loco circa medias noctes audierunt voces, tanquam in cœlo psallentes: splendor etiam coruscæ lucis eisdem apparuit, qui noctis obscura in diem transmutavit; nec in hiis defuit sonitus campanarum. Et postquam Ecclesia constructa fuerat, quidam qui usq; ad hæc tempora superfuerunt, asserebant se tantum in eadem lucem contemplâsse in noctis opaco, quod multi hæc videntes credebant Ecclesiam totam fuisse igne succensam: factumq; est, ut ad tam grande spectaculum, quidam cum maximâ admiratione accurrerunt: alii ab eodem loco longè positi, extra sua domicilia, ab aliis excitati, salientes, pro visione mirificâ, dominum collaudabant. Hæc autem dixerim, ut cunctis appareat, quod locus ille a Christo veraciter pro Monasterio fuerat ab æterno prædordinatus, qui mortalibus de ipso tot & tanta miracula referare dignatus est: Et ad majorem hujus rei probationem, unum relatu dignum in fine non omitto; quod cum Rex *Angliæ*, fundator Abbathiæ memoratæ, Monachis suis, tunc in Manerio de Dernthale conventualiter residentibus; quia locus ille pro Abbathiâ aptus non fuerat, dedisset in mandatis, ut per totum regnum *Angliæ* locum sibi providerent, in quo competenter posset Abbathia Ordinari; qui jussa Regis implentes, circuibant ubiq; terrarum, & quamvis diversis in locis sumptos magnos apposuissent, nunquam tamen, quousq; venissent ad locum qui Pinnechenewzo & Quetennehalewes dicitur, requiem invenerunt; quod nutu Dei factum fuisse, nullus sanæ mentis est, qui ambigat; ibi ergo fixerunt tabernacula sua temporibus sempiternis.

De portione ligni S. Crucis, *de terra sancta per Regem adquisita, & cum rebus aliis Monasterio collata.*

SIleamus interim de secretis cœlestibus; & quomodo Rex Piissimus votum suum implere curavit, ulteriùs prosequemur. In superioribus, qualiter præfatus Dominus Rex, dummodo Comes *Cestriæ* extiterat, patre suo vivente, terram Sanctam quæsierat, enarravimus transcurrenter; sed quid indè attulerit, nusquam declaratur. Ipse etenim Rex, pro Christi sui nomine, Paganos ac Saracenos, cum esset ibidem, non cessavit expugnare; quinimo, tanquam bonus miles Christi, pro Domino suo animam suam morti addixit; & quousq; ad locum ubi lignum Crucis residebat, in quo pependit salus mundi, pervenisset, pes ejus non quievit; undè & ab ipso portionem pulcherimam, cum ingenti gaudio violenter auferebat, quam usq; in *Angliam* secum lætanter transportavit; per cujus virtutem, omnes sibi undecunq; adversantes tam fortiter debellerat, ut nullus esset sibi similis in Regibus in universâ terrâ: nec mirum, nam circa colli nuda, in omni exercitu secum gerebat sanctissimum Christi vexillum, per quod & diabolus est victus, & mundus Christi sanguine redemptus. Istam sanctæ Crucis sacratissimam portionem, in primâ fundatione Abbathiæ, magnâ contulit cum devotione, ut ex ipsâ persecutoribus incuteret timorem, & religiosè viventibus vitam conferret sempiternam.

Et præter istud jocale pretiosissimum, quesivit Rex devotus ibiq; Sanctorum reliquias, Canonicè approbatas, & illas suo Monasterio benignissimè commendavit, De vasis insuper sacratis, ac vestimentis eclocericis, unà cum libris pretiosis, illud nobilissimè ditavit. Dulcissima præterea, & in Christo præamanda Domina, *Alianora* tunc *Angliæ* regina, tanquam altera *Maria*, quæ pro peccatoribus non desinit exorare; sic & ipsa Regem, pro Monasterii confirmatione, non destitit imprecare: nec sic est satiata concupiscentia sua, sed Monasterium ac Monachos immensis honoribus ac muneribus incessanter adornavit. Quapropter viri illi sanctissimi & Deo devoti, non degeneres, neq; tantorum beneficiorum immemores, inter se statuerunt, quod annis singulis in eodem Monasterio, in festo translationis S. *Thomæ* Martyris, fieret Regis prædicti Anniversarium, cum solempnitate; & pro dominâ Reginâ fiet illud idem tertio Kal. *Decembris*, in vigiliâ S. *Andreæ*. Ad hæc statuitur & ordinatur, quod diebus singulis, pro prædicto Domino Rege, Missa peculiaris, ac pro Dominâ Reginâ in eodem Monasterio celebretur usq; in sempiternum; & quod unusquisq; divina in Altari pertractans, Collectam pro Rege effundat Domino specialem, præter cotidianam memoriam, quam de Rege ac Reginâ in memoria pro defunctis habendâ cotidiè

tenebuntur

tenebuntur facere specialem. In horis etiam Canonicis Collectam optinent ab omnibus constitutam. Insuper & in fine gratiarum, post refectionem corporalem, semper à Præsidente dici consuevit, *Anima Regis* Edwardi, *reginæ* Alianoræ, *& omnium fidelium defunctorum, per misericordiam Dei requiescant in pace*; ad quod cuncti respondeant, dicentes *Amen*.

De Ecclesiâ de Birkham, *quomodo Rex Monasterio suo eam contulerat: & de Placito inter ipsum Regem, & dominum* Theobaldum *le* Botiller, *&* Otonem *de* Grandisono.

IN superioribus utcunq; de rebus variis Monasterio collatis pervagati sumus, nunc verò de his quæ omisimus, aliqua differamus. Quodam namq; tempore dominus Rex volens certiorari super valore omnium reddituum præfato loco de *valle Regali* spectantium, quibusdam suis Justiciariis dederat in mandatis, ut diligenter de præmissis inquirerent veritatem, & ipsum super his redderent certiorem. Quibus juxta præfati Regis ordinationem ritè peractis, perpendit Dominus Rex illa, ad onera prædicto Monasterio incumbentia sufficere non posse; ideoq; liberato consilio suo, advocationem Ecclesiæ de Birkham decrevit eidem erogandam. Quo audito, dominus *Theobaldus Walteri*, majestati regiæ in facie resistebat: asserebat namq; advocationem illam hæreditario jure sibi competere debere, pro intentione suâ plura in medium perducens argumenta. Rex verò, adunato consilio suo, omissis illis quæ ad propositum non faciebant; allegabat, quod Pater suus ultimò de jure regali ad prædictam Ecclesiam, tanquam Rex, nomine Coronæ suæ, præsentabat Clericum suum quendam, qui admissus fuerat & institutus in eadem, & non ratione custodiæ hæredum *Theobaldi Walteri*. Præfatus verò *Theobaldus*, per Attornatum suum, coram Justiciariis domini Regis fatebatur cum Rege, quod Rex nomine suo præsentaverat, sicuti inferioribus continetur, & non ratione custodiæ, quapropter advocatio Domino Regi extitit adjudicata, & Dominus *Theobaldus* in miserecordiâ remanebat.

Erat autem illo in tempore, cum Domino Rege vir bonus & sanctus, ac in armis miles strenuissimus, *Oto videlicet* de *Grandisono*, cujus memoria sit in benedictione in seculum seculi. Ipse verò propter negotia regni ad sedem Apostolicam nuncius destinatus est, ubi cum perveniisset, instinctu spiritus Sancti, ut credi potest, ductus, appropriationem Ecclesiæ de Birkham Monasterio de *Valle Regali*, ab *Honorio* Papâ quinto perpetuò impetravit. Cum autem in *Angliam* cunctis negotiis regiis gratiosè jam peractis, applicuisset, Abbati de *Valle Regali* Bullam ejusdem Ecclesiæ de Birkham devotissimè commendavit. Ipse verò Abbas tantorum non immemor beneficiorum; perpendens, quod nullus teneatur propriis stipendiis militare, præfato militi optulit auri & argenti non parvam quantitatem. Miles verò malens à Deo, quàm ab homine præmiari, cuncta penitùs tanquam vana recusabat: quapropter Abbas, cum unanimi consensu Conventus sui, statuit ac decrevit, ut præfati militis memoria perpetuò à cunctis haberetur in eodem Monasterio specialiter recommendata; & ideo gesta ejusdem militis præsentibus sunt inserta, ut per hoc futuris in Monasterio annuntientur, pro eo incessanter Christum exorare, quatinus pro suo labore temporali ad præmia perveniat sempiterna.

De consecratione loci, ubi nunc Abbathia sita est; & de pœnâ ingredientium aliunde quam per fores Monasterii.

REx etenim sacratissimus considerans, quod benedictio patris firmat domos filiorum; volens providè relinquere post se benedictionem, advocat Archiepiscopos, Episcopos, & cæteros regni sui Prælatos, ad locum de *Valle regali* benedicendum: qui omnes jussa Regis adimplentes, de finibus suis adventârunt; atq; locum illum suis sacratissimis benedictionibus consecrantes, postquam divina inibi in Altari opulissent, sacras suas vestes, quibus induebantur, in sui perhennem memoriam devote satis reseruntur ibidem opulisse. Erat autem inter eos tunc temporis quidam magnus, & apud Regem valde carus, Patriarcha *Jerosolomitanus*, Dominus *Antonius* de *Beck*, Episcopus *Dunelmensis*; qui & ipse, cum aliis, locum prælibatam benedicebat, & Missam celebrabat. Igitur benedictione solempniter consummatâ, præfati Episcopi indulgendo separatim omnibus, præfatum locum ob amorem Christi frequentantibus, & gloriosissimæ Virginis *Mariæ*, matris ejusdem, quadraginta dies de injunctis sibi pœnitentiis perpetuò concedendo relaxârunt.

Insuper Dominus Rex terminos ejusdem Abbathiæ suæ, sub isto procinctu quadrangulum ordinavit; incipiendo *viz.* ad locum illum, ubi nunc parca exterior, quæ barra Abbathiæ Wilgodæ situatur; & sic sequendo quoddam magnum fossatum usq; ad grangiam Conventus de novo constitutam, & Crucem suprastantem pro signo in primâ fundatione per Regem ibidem collocatam, linialiter usq; ad aquam de Wevere procedendo: & sic sequendo aquam de Wevere usq; ad finem fossæ de novo circa parcum fabricatæ, quæ usq; in eandem aquam de Wevere æquè derivatur: Et sic sequendo fossam circa parcum, usq; ad molendinum Abbathiæ, & de molendino Abbathiæ ascendendo directè usq; ad prædictam parcam exteriorem, barram primitùs nuncupatam. Et ne locus iste sacer, à tot & tantis pattibus benedictus, de cætero pateret despectui, seu gressibus impiorum esset conculcatus, ad nutum Domini Regis prædicti, Prælati excitati, statuerunt omnes & singuli partes annotari, ne qui alteriùs aliunde quam per portas Monasterii quoquo modo introirent: Ac etiam in contra venientes majoris Excommunicationis sententiam solempniter fulminârunt; quæ quidem sententia à cunctis illius Monasterii habitatoribus, & illam etiam

contempnentibus usq; in hodiernum diem non mediocriter formidanda est. Post multum verò temporis Episcopus *Evachdunensis* sex Altaria in novo opere, perfectè ædificata, consecravit, atq; suis indulgentiis gratiosissimè decoravit.

De quatuor primis Abbatibus, qui in eodem Monasterio præfuerunt; quomodo Monasterium rexerunt, & de ipsorum conversatione.

INter opera caritatis non censetur esse minimum, gesta virorum fortium in Ecclesiâ pro Christo dimicantium, ad aliorum informationem cunctis enarrare: Ad hoc namq; Christi exemplo provocamur, qui idcirco sua facta per ewangelica scripta nobis voluit denudare, ut sic per ea instruerentur mundum debellare; igitur de Abbatum virtutibus, qui ante nos præfuerunt, quædam brevia præsentibus duximus inseranda, ut præsentes & futuri eorum edocti exemplo, discant in templo Christi ad consimilia hapnelare, quatinus ipsorum opitulantibus meritis, ad gaudia æterna pervenire mereantur.

Primus igitur omnium Abbas de *Valle regali*, *Johannes Chaumpeneys* hic erat. Et reverâ, de virtute sermonis nominis sui, & cognominis, justè iste præfectus est primus in Abbatem loci memorati: nam *Johannes* ille, in quo est gratia, vel *Domini gratia* interpretatur; quia ergò gratiâ Dei mediante Monasterium fundatum fuerat, per votum Regis emissum in mari, per cujus virtutem populus innumerus extitit à periculo mortis mirabiliter liberatus: ideo, quia Salvator noster *Johannem* voluit Monasterio suo primum præesse pastorem, ut per hoc cunctis patesceret, quod non solùm Abbas à domino electus, sed etiam locus ipse sacer gratiosus esset futurus: quia ergò Domini gratiâ Regem salvavit in maris fluctibus, ipsâ eadem gratiâ *Johannem* Abbatem gubernabat in terris. Ipse etenim *Johannes* illi discipulo similis erat, qui requievit in cenâ supra pectus *Jesu*: nam inter cæteras, quas habebat virtutes, erat inter omnes humilimus; edoctus ab eò, qui ait, *Discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris*. Ferunt enim de eo, qui eum noverant, in hac luce, quod injurias etiam à subjectis sibi allatas non vindicabant; sed juxta præceptum domini eas dimisit domino vindicandas; ideo animæ suæ requiem invenire merebatur; & sic *Johannes* Ewangelista præfuit Apostolis & Discipulis Christi in castitate, sicut & iste *Johannes* votum castitatis emittens in eo usq; in finem puriter perseveravit: & ideo benè *Johannes* dictus est; id est *gratia Dei*; quippe qui tantâ in conspectu Domini Regis meruit gratiâ decorari, ut Monasterium cui præerat, rebus & possessionibus Rex, sui contemplatione, a Deo ditaverat, ut ei similis inventus non sit prælatus in universâ terrâ: Quapropter convenienter *Chaumpneys* cognominatur, per quod Campio designatur. Et reverâ iste campio erat fortissimus, qui tres hostes, Diabolum, Carnem, & Mundum viriliter devincebat; Mundum per terrenorum abdicationem, Carnem per ipsius macerationem, & Diabolum per propriæ voluntatis renunciationem. Insuper alios hostes domui suæ nocere volentes, gratiosè expugnabat; ut sic non immeritò *Johannes*, id est *gratia Dei*, & cognomento *Chaumpneys* diceretur, qui gratiâ Dei mediante taliter se habebat: nec injustè Campio Christi appellari mereretur, qui ubiq; victoriâ potitus est: quæ omnia præsagium futurorum erant; *viz.* quod locus de *Valle regali* foret in eventum, tam Deo, quàm hominibus satis gratiosus, & Ecclesiæ persecutoribus cunctis Christi inimicis terribilis ac timorososus; undè de loco illo jam infallibiliter dici poterit, *Non est hic aliud nisi Domus Dei & porta cæli*.

Tandem, post *Johannem* Abbatem primum, supervenit Abbas secundus, *Walterus* de *Herefordiâ*, qui & ipse vir pulcherimæ figuræ, quantum ad exteriorem aspectum erat: Verumptamen, quia talis pulchritudo vanitati comparatur, absq; ea, quæ intrinsecùs latet, de interiori quæ nituit pauca perloquamur. Fuit enim vir iste vitæ venerabilis, Deo & beatæ Virgini semper & ubiq; devotus; qui etiam in bonis operibus strenuè Christo militavit: Cilicio namq; urebatur Carnem edomando, per cujus excercitium illam spiritui servire coegit. Carnibus raro, vel nunquam, nisi in casu permisso, propter infirmitates, vescebatur. Ipse etiam, tanquam pastor bonus, pro Ecclesiâ suâ se ultrò morti addixit, ut cum illo mereretur annumerari, qui ait, *Ego sum pastor bonus, qui pono animam meam pro ovibus meis*. Aliquando namq; accidit, quod major pars provinciæ, in quâ habitaverat, ad instanciam cujusdam tyranni, tunc temporis Justiciarii ibidem, levato vexillo insurgeret contra eum in Monasterium suum. Factum est autem, cum venisset ante tribunal in conspectu tyranni supradicti Abbas memoratus, ac secum maximam multitudinem nobilium adduxisset, omnes timore percussi, relicto Abbate domino suo, solo, in fugam versi sunt; sed ipse solus intrepidus, fundatus super petram usq; in finem perseverans, causam Ecclesiæ suæ audaciter defensavit; & ideo meritò impositum est ei nomen *Walterus*, quod interpretatur valdè ferus; quia opprobria hominum pro Christo nunquam legitur expavisse. Aliâ autem vice quidam miles, cum maximâ multitudine armatorum advenerat, qui iter per medium Monasterii sui sibi comperere malicioſè vendicabat: Quo audito, Abbas inermis præfatæ multitudini tam fortiter, cum paucis, pro jure Ecclesiæ suæ resistebat, ut omnes in momento in fugam versi sunt; quod meritis viri sancti accidisse dubium non est: Dignè igitur iste *Walterus*, id est *valde ferus*, Abbas istius novi Monasterii factus est, velut quia propter noviratem ab omnibus impetebatur, esset ferus, qui staret murus ex adverso, & ipsorum malicias in principio expugnater, juxta illud,

Principiis obsta, serò medicina paratur.

Legitur etiam, quod quodam vice, ubi Sanctus

ctus in sellâ suâ orationi, more suo incumberet; factum est postquam ab oratione surrexisset, & ecce intuebatur Demonem, pice nigriorem, in fenestrâ sellæ suæ residentem; quem cum evidenter aspexisset, quæsivit ab eo quisnam esset: qui respondet ei, *legio sum.* Cui præcipit sanctus, ut statim discederet, & deinceps in loco eodem, nullum Deo devotum molestaret: Cujus sanctitatem malignus spiritus ferre non valens, continuò discessit; & ultra, juxta sermonem viri Dei, humanis aspectibus se ibidem non exhibuit. Ne ergo sine causâ iste *Walterus*, id est *Valdè ferus*, secundus in Ordine successit *Johanni*, id est *gratia Dei*, velut per hoc cunctis daretur intelligi, quod feritas *Walteri*, per quam & hostibus & malignis spiritibus resistebat, non sibi, sed *Dei gratiæ* esset attribuenda, ut in veritate dicere posset cum Apostolo, *Gratiâ Dei sum id quod sum; & gratia ejus in me vacua non fuit.* Nec abs re de *Herfordâ* extitit oriundus; nam in illâ nobili Civitate & regiâ, ab olim erat virorum sanctorum habitatio, inter quos & ipse ab infantiâ erat educatus, à quibus didicerat *Jesu Christo* humiliter ministrare, ut sic Sanctorum meritis & ipse Sanctus efficeretur, juxta quod scriptum est, *Cum Sancto Sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris.* Et non solùm acciderat ei sanctitas à sanctorum cohabitatione, verùm etiam à naturali imitatione; quâ ratione, de suis progenitoribus intelligi potest, quod de Sancto quodam dictum est, *Omnis cognatio ejus in sanctâ conversatione permansit.*

Isti igitur viro nobili & religioso, vir bonus, mitis & simplex, tertius in Ordine successerat, qui *Johannes* de *Os* cognominatus est: Ipse etenim, sicuti & prædecessores sui, sacrum illum Conventum sibi commissum honestissimè in omnibus gubernabat, qui à Deo gratiosus & mansuetus erga omnes exiterat, ut justè *Johannes*, id est ille in quo est gratia, appellari mereretur: Ipse enim tantâ pietate nituit, ut pro fratribus delinquentibus sepissimè lacrymas non poterat continere; & tamen rigorem quandoq; cum mansuetudine visus est temperare; nam quos à viâ Domini reperit devios, ad tempus à grege suo segregavit, ut sic spiritus salvus esset in die Domini nostri *Jesu Christi.* Erat etiam *Johannes* iste valdè gratiosus erga dominum Regem, ita ut ei à Rege pluriès diceretur, *Pete à me quod vis, & dabo tibi:* Qui peccato avaritiæ, & alterius mali omnino expers, ut sibi officio suo cedere liceret, à Rege simpliciter postulavit: Cum & Rex eidem nullatenùs acquiesceret, ipse Corporis infirmitatem & plebis maliciam constanter allegabat, malens apud Regem periclitari, quàm contemplationis secreta declinare; volens cum illis annumerari, quibus loquitur Dominus in Ewangelio, dicens, *Vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis.* Rex igitur viri Dei supplicationibus importunis devictus, Abbati de *Dorâ* literas suas speciales, pro ipsius cessione admittendâ quamtotiùs destinavit; atq; ipsius simplicitati compaciens, quadringentas libras, in quibus Monasterium præfato Regi fuerat, pro quodam converso Escaetore obligatum, ob dicti *Johannis* Abbatis reverentiam & amorem penitùs relaxabat; volens similiter, quod in vitæ necessariis, tanquam benè merito, juxta proprii arbitrii discretionem perpetuò eidem provideret; quod & factum est: igitur iste *Johannes* non immeritò dici potest ille, in quo est gratia, qui tantam in conspectu Regis optinuit gratiam, qualem nullus ante eum assecutus est.

Dictus est insuper cognomentò *Hoo*, per quod interpretatur excitatio; nam quando quis vult aliquid excitare, *Hoo* scilicet proclamare; id est surge & parate: Congruè igitur *Hoo* cognominatus est, pro eo quod vocem Domini eum excitantem audivit, quâ dicit; *Nisi quis renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus:* Quo audito, ipse relictis omnibus secutus est Christum redemptorem; à quo *Johannes*, id est, *Dei gratia* meruit appellari: Benè ergo iste *Johannes* gratiosus successit *Waltero*, qui erat ferus, juxta sui nominis interpretationem; quia nisi prælati essent miserecordes, non invenirentur in hominibus, qui pœnas Canonicas, pro peccatis irrogandis aliqualiter sustinerent. Sanctus iste *Johannes* adeo mitis & misericors & mitis apparuit, ut dissimularet peccata hominum, saltem occulta propter pœnitentiam; considerans sententiam Domini, dicentis; *Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est; & nolite judicare, & non judicabimini*; & illud

Peccantes dampnare cave, nam labimur omnes;
Aut sumus, aut fuimus, aut possumus esse quod hic est.

Quia verò scriptum est, *Ne laudes hominem in vitâ suâ, landa post mortem.*

De præfato venerabili viro *Joh.* adhuc superstite, ulteriùs non prosequamur, ne Scriptori simulatio imponatur, quia simulator ore decipit amicum suum; & ne etiam commendatus in superbiâ erigatur, qui potiùs cum omnia benefecerit, quod servus inutilis sit proprii vocis oraculo, à summo Doctore, Christo Domino instructus habet profiteri; ut per hoc ab eo, pro suâ humilitate, ut supernis ascendat cum gloriâ evocari mereatur.

Istis igitur tribus *Margaritis* in arâ Christi, hostiam Sanctam, Deo placentem, se ultrò offerentibus, atq; in pace Ecclesiæ cum Domino quiescentibus interim omnibus, ad quarti Abbatis commendationem, quamtotiùs properemus. Vir namq; iste sanctus & justus, qui quartus rexerat Monasterium de *Valle regali*, *Ricardus* de *Ewesham* hic erat; quiq; à flore juventutis ex omni corde suum dilexerat Creatorem, tandem cum *Mariâ* optimam partem, quam elegit, à Domino meruit optinere. Benè ipsius virtutes absconderat sub modiò, ne laudem ab hominibus in hoc mundo, loco mercedis acceptaret. Et

quia perfectus est, qui non offendit in verbo; iste quasi mutus, & non habens in ore suo redargutionem effectus, ad vana os suum non aperuit. Insuper vacabit die, noctuq; legi Domini, quatinus per hanc, corpus & animam Deo mundissimè conservaret: Legerat namq;, ubi sanctus, quod amans scientiam scripturarum, carnis vicia non amabit. Corpus etiam suum vigiliis ac jejuniis macerando, cilicii asperitate non minùs edomabat. Ipse autem incessanter cœlestia cogitans, mundum penitùs deserebat; nec minùs didicerat; namq; ab Apostolo, quod *nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus*; quia juxta veritatis vocem, *non potest quis Deo servire & Mammonæ*: quapropter vir Dei, sponte, virtutis amore, dignitati suæ renuncians, usq; ad ultimum vitæ suæ hiatum, in sanctâ conversatione jugiter permanebat: Et ideo verè beatus dici potest, qui post aurum non ambiit, nec speravit in pecuniæ thesauris. Fecit enim mirabilia in vitâ suâ, quæ per sequentia patebunt.

Quidam Monachus viri Dei, ipso in remotis agente, infirmitate gravissimâ detentus est, & accersito quodam Confessore, omnia peccata sua, undè & apertè eidem confitetur, confestim viam universæ carnis ingressus est. Post hæc Abbas ad proprium Monasterium regressus est; & cum audisset de morte confratris sui, dolore cordis attactus est; sequenti autem nocte, iis, qui defunctus est Monachus Abbati, post Matutinas paululùm quiescenti, in vestibus albis, sui habitus formam prætendentibus, legitur apparuisse; qui quidem defunctus Abbatem piis precibus humiliter, inclinato toto corpore ad terram, absolutionem postulabat; qui statim de loco consurgens, & cuncta per ordinem fratribus enarrans, præfatum defunctum in Capitulo absolvebat, & sic cum liberum ad cœlos usq; compulit avolare; ex quibus liquet evidenter, quod vita ipsius multùm Deo placuit, quia sic rebus humanis exutus, pro absolutionis beneficio tam devotè exquisivit.

Aliud etiam miraculum temporibus viri Dei accidisse certissimè enarratur, quod cum per triennium fames tam valida adeo totam terram occupaverat, quod ipsa, præ nimiâ egestate populos compulit interire, ita quod de fetore morientium plurimi periclitabantur: ipse tamen ita opulenter suos protegebat ab hac peste, cum in rei veritate parvum vel nihil possideret, ut nullus dubitaret quin ab omnipotenti Deo ista proculdubio essent à cœlo usq; ad terras, meritis beati viri infallibiliter derivata. Alio quoq; tempore, vir Dei, priusquam Monasterio præerat, ab Abbate suo, contra quosdam tyrannos, pro decimis colligendis, ad quendam locum, non longè à dicto Monasterio transmissus est; quo cum venisset, tyranni insurgentes, volebant eum trucidâsse, & non poterant; sed equum, quem insedebat, per medium sagittantes, ipse illæsus, Domino disponente, mirabiliter evasit. Istis, & aliis signis claruit vir Domini *Ricardus*; qui idcirco dici potest *Ricardus*, id est *ridens, earus & dulcis*; qui quia in hac vitâ, propter Dominum, à risu se abstinuit; iccirco nunc, cum Domino, ipsius tristitia in gaudium conversa est. Erat etiam dulcis, quia illi soli perfectè adhæserat, de quo canit Ecclesia, dicens; *Dulcis & rectus Dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in viâ.* Et iterum *Spiritus meus super me dulcis*: Et propter hanc sanctitatis dulcedinem, quam ab ipso summo vero Deo habuerat, potest dici Deo carus; & ideo ne malicia mutaret intellectum illius, de seculo nequàm raptus est, atq; à Domino ad Cœli culmina evocatus, ubi jam cum ipso regnat in glorià in seculâ seculorum.

Istos igitur quatuor Abbates, qui pro Monasterio de *Valle regali* tam viriliter diebus suis agonizârunt, ut pro ipso parati essent etiam muros ferreos penetrare, quatuor Angelis eos possumus comparare, quos in Apocalypsi *Johannes* viderat stantes supra angulos quatuor terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent super terram, vel alicui nocerent; sic & istorum sonus ad instar quatuor Evangelistarum, exivit in omnem terram, ad expugnandas gentes, & omnes prætati Monasterii inimicos: Quapropter, de illis intelligi potest, quod ab Angelo *Johanni* dictum est in *Apocalypsi, hii qui amicti sunt albis, hii sunt qui venerunt ex magnâ tribulatione, & lavârunt stolas suas, & dealbaverunt eas in sanguine Agni.* Et ne frustra in vineâ Domini, & absq; denario diurno contingeret eos desudare, adnectitur, *Ideo sunt ante thronum Domini, & Agni, & serviunt ei die ac nocte in templo ejus, ubi non esurient, neq; sitient amplius, & non cadet super eos sol, neq; ullus æstus; quoniam Agnus, qui in medio throni est, reget illos, & deducet ad vitæ fontes aquarum, cum quo jam coronantur & vivunt in secula seculorum*, Amen.

De deliberationibus denariorum, antiquitus factis novo operi.

Adhuc ex eodem Registro de *Valle regali* fol. 32. b.

ABbas de *Valle regali* capiet per annum de Rege ad constructionem Abbathiæ prædictæ *DCCC iiii* ^{xx}. & decem marcas; de quibus recipiet in festo *Omnium Sanctorum C l.* & in primâ ebdomadâ *Quadragesimæ CC.* marcas, & in die *Ascensionis CC.* marcas, & in festo S. *Petri* ad *vincula C Lx.* marcas.

Item debet recipere idem Abbas *C Lxxx.* marcas; *viz.* ad quemlibet dictorum terminorum *xlv.* marcas; & incipiet prima solutio sua die *Ascensionis* proximo futuro, & sic de cætero satisfaciat ei de prædictis summis ad prædictos terminos in formâ prædictâ, super Breve de *Liberate*, nomine Magistri *Willielmi* de *Ludâ*, de quibus recipiet *xlv.* marcas, & de termino primæ ebdomadæ *Quadragesimæ XCv.* marcas, quas recipiet de Scaccario.

In Parliamento Regis apud Acton-*Burnell*, anno Regni sui *xi.* ordinatum fuit, quod Abbas de *Valle regali* recipiet de Garderobâ, ad operationes Abbathiæ suæ annuatim, inter festum S. *Michaelis* & *Natalis C l.* & in *Natale*

tale & Paschâ CC. marcas: Inter Pascham & festum S. Johannis Baptistæ CC. marcas: Inter festum S. Johannis Baptistæ, & festum S. Michaelis octo viginti marcas; & præter hoc, de exitibus Comitatus Cestriæ, per manus Justiciarii ibidem, septingintas quater viginti & decem marcas: & in universo recipiet ad operationes prædictas, annuatim mille libras.

Abbati de *Valle regali* super operationes Ecclesiæ suæ de termino *omnium Sanctorum*, anno *xi.* finiente, *C l.*

Item eidem Abbati super eisdem operationibus, anno *xii.* tam per Scaccarium, per *Mercatores de Lucâ*, quàm per Garderobam *Dxxvi. l. i. marc.*

Eidem Abbati anno tertio decimo, per manus prædictorum, *CCC. l.*

Eidem Abbati anno *xiiii.* per manus prædictorum, *DCCxxiii. l. dim. marc.*

Eidem Abbati anno *xv.* per manus mercatorum, & per Scaccarium, *CCCLxiii. l. dim. marc.*

Eidem Abbati anno *xvi.* per Scaccarium, & per Mercatores, *Dxvi. l. i. marc.*

Eidem Abbati anno *xvii.* per Scaccarium, & per Mercatores, *DLxx. l.*

Eidem Abbati anno *xviii.* per Scaccarium tantùm, super Brevibus de *Liberate* Magistro *W.* de *Ludâ*, *CCLx. l.*

Summa *MMM.CCCCLxxx. l.*

Ibid. Memorandum, quod Dominus Rex solvit per Compotum Thesaurarii sui, pro novo opere de *Valle regali*, triginta duo millia librarum sterlingorum.

PRIORATUS
de Marham *in agro* Norfolsiensi.

Cart. 25. E. 2. n. 8. Clauf. 36. H. 3. m. 4. per Inspeximus. *Carta Fundationis ejusdem, per* Isabellam *de* Albini *Arundelliæ Comitissam.*

UNiversis sanctæ matris Ecclesiæ filiis præsens scriptum visuris vel audituris *Isabella* de *Aubeni* Comitissa de Arundell salutem in Domino sempiternam: Noverit universitas vestra, quod ego, in viduitate & ligiâ potestate meâ, pro salute animæ meæ, & pro animâ *Willielmi* Comitis *Warrenniæ* Patri mei, & animâ *Matildis* Comitissæ *Warrenniæ* matris meæ; & pro animâ *Hugonis* Comitis *Arundelliæ* quondam viri mei; & pro animabus Antecessorum & successorum meorum dedi, concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Abbatissæ & Conventui beatæ *Mariæ* de Marham, ad Abbatiam Ordinis *Cisterciensis* ibidem fundandam, totam terram meam in Manerio de Marham, cum pertinentiis, quam prædictus *Willielmus* Pater meus dedit mihi in liberum maritagium. Habendum & tenendum dictis Abbatissæ & Conventui, & sibi successuris in liberam, puram, & perpetuam elemosynam. Quare volo, quod prædicta Abbatissa & Moniales, cum sibi successuris dictam terram cum omnibus pertinentiis suis in dominicis homagiis, servitiis, libertatibus, aisiamentis, & universis pertinentiis in omnibus locis & rebus dictam terram contingentibus, ita liberè habeant & teneant, sicut ego eam liberiùs & pleniùs habui, & tenui, vel habere seu tenere potui, & sicut aliqua elemosyna ab aliquo mortali liberiùs & quietiùs potest dari, vel possideri. Et ego *Isabella* & hæredes mei prædictam terram, cum omnibus & omnimodis pertinentiis suis dictis Abbatissæ & Conventui, & sibi successuris warantizabimus, acquietabimus, & defendemus contra omnes gentes imperpetuum: Et ut hæc mea donatio & concessio, & præsentis Cartæ meæ confirmatio, ac warantizatio perpetuæ firmitatis robur optineat, præsens scriptum Sigilli mei impressione roboravi. His testibus, Domino *Waltero* de *Suthfeld*, Episcopo *Norwicensi*; Domino *Ricardo* de *Wicio*, Episcopo *Cicestrensi*: Magistro *Waltero* de *London.* Archidiacono *Norff.* Domino *Rogero Bigod*, Comite *Norff.* & Mareschallo *Angliæ*, fratre meo; Domino *Hugone Bigod*, & *Johanne* de *Warennâ* fratribus meis; Magistro *Willielmo* de *Shirwood*, Domino *Radulpho* de *Hauvill*, Domino *Alexandro* de *Harish*, & aliis.

A. D. *MCClii.* domus de Marham Sanctimonialium incorporata est Ordini *Cisterc.* Let. coll. Vol. 2. p. 375.

Pag. 966. col. 2.

Pat. 51. E. 3. m. 10.

Licentia Regis Edwardi *tertii pro fundatione domus* Carthusiensium *apud* Kingston *super* Hull.

REx omnibus ad quos, &c. Sciatis, quod cum nuper de gratiâ nostrâ speciali, concessissemus & licentiam dedissemus, pro nobis & hæredibus nostris *Willielmo de la Pole* seniori, jam defuncto, quod ipse quoddam Hospitale Capellanorum & pauperum apud Kingeston super Hull, fundare; & Magistro & fratribus ibidem statuendis, viginti acras terræ, & viginti libratas annui redditus, cum pertinentiis, in dictâ villâ de Kingeston, & villâ de Witon, quæ de nobis tenentur in Capite, ut in socagio & burgagio, dare posset & assignare: Et etiam quod idem *Willielmus*, hæredes vel executores sui, teneant temporalia & beneficia spiritualia ad valentiam ducentarum marcarum per annum, quæ de nobis non tenentur, juxta rationabilem extentam indè faciendam, adquirire possent & ea dare & assignare præfatis Magistro & fratribus; Habenda & tenenda sibi & successoribus suis imperpetuum. Et insuper concessissemus & licentiam dedissemus, pro nobis & hæredibus nostris, dilecto & fideli nostro *Ricardo le Scrope*, quod ipse advocationem Ecclesiæ de Wedburne, quæ de nobis in socagio tenetur, dare posset, & concedere præfato *Willielmo*, habendam & tenendam sibi & hæredibus suis; & quod idem *Willielmus* eandem advocationem præfatis Magistro & fratribus, sibi appropriandam, dare & assignare posset; habendam & tenendam sibi & successoribus suis imperpetuum; Statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, non obstante.

Ac postmodum præfatus *Willielmus*, mutando, pro majore devotione, prōpositum suum, dictum Hospitale in domum religiosam Monialium, seu sororum Minorissarum, de quibus una foret Abbatissa; ac certum numerum pauperum constituere & ordinare; necnon terras, tenementa & redditus, ac omnia alia prædicta, præter advocationem dictæ Ecclesiæ de Wedburne, quam versùs prædictum *Ricardum* postmodum recuperavimus, & quæ quidem Ecclesia ad *xx. l.* taxatur; & loco ejusdem advocationis terras, tenementa & advocationes beneficiorum spiritualium ad valorem *xx. l.* per annum eidem domui ac præfatis Abbatissæ, Monialibus vel sororibus & pauperibus dare, assignare, & concedere imperpetuum possidendas proposuerit; & super hoc licentiam nostram regiam petierit & optinuit gratiosè: Et nos subsequenter volentes concessionem nostram prædictam effectui debito mancipare, concesserimus & licentiam dederimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis fuit, præfato *Willielmo*, quod ipse Manerium de Frisby, cum pertinentiis, & quatuor messuagia cum pertinentiis, in Kingeston super Hull, & advocationes Ecclesiarum de Frisby, North-Cave, & Fostone juxta Wolvernesse, quæ quidem messuagia de nobis ut in burgagio; & prædicta Manerium & advocationes de aliis quàm de nobis tenentur; & valent prædicta Manerium & messuagia *xvii. l.* & *xvi. s.* & dictæ Ecclesiæ *xli.* marcas per annum, sicut per diversas Inquisitiones indè, de mandato nostro per *Willielmum* de *Reygate* in Com. *Ebor.* & *Walt.* de *Kelby* in Com. *Linc.* nuper Escaetores nostras captas, & in Cancellariâ nostra retornatas, extitit compertum, dare posset & assignare præfatis Abbatissæ, Monialibus, sive sororibus & pauperibus: Habenda & tenenda sibi & successoribus suis imperpetuum, in valorem *Cxl.* marcarum per annum, in partem satisfactionis viginti acrarum terræ, viginti libratarum redditus, & tenementorum temporalium, & beneficiorum spiritualium, ad valorem *CC.* marcarum annuarum prædictarum imperpetuum; Et eisdem Abbatissæ, Monialibus, sive sororibus & pauperibus; quod ipsi dicta Manerium & messuagia, cum pertinentiis, & advocationes prædictas, à præfato *Willielmo* recipere; & Ecclesias illas appropriare. & eas sic appropriatas in proprios usus tenere possent sibi & successoribus suis prædictis imperpetuum, sicut prædictum est, similiter licentiam dederimus specialem, prout in diversis literis nostris patentibus indè confectis plenius continetur.

Jamq; dilectus & fidelis noster *Michael de la Pole*, filius & hæres præfati *Willielmi*, nobis supplicaverit, ut cum dictæ literæ nostræ in nullo sortitæ sunt effectum; idemq; *Michaell* cupiens intimè voluntatem & devotionem dicti patris sui effectualiter adimplere; & pro securiori regimine & meliori tuitione dictæ domus, cum perfecta fuerit providere, loco dictorum Abbatissæ & Monialium vel sororum, quæ inibi nondum sunt constitutæ, tresdecem Monachos de Ordine *Cartusiensi*, quorum unus sit Prior, & juxta Ordinis illius regulam regimen habeat aliorum, per quos tutiùs, vigilantiùs & devociùs, quàm per mulieres, Deo ibidem verisimiliter creditum deserviri: necnon sicut priùs provisum erat, tresdecem viros pauperes & tresdecem pauperes mulieres, quorum unus cæteris similiter præsit, & Magister nuncuperur, in dictâ domo religiosâ ponere,

nere, constituere & ordinare proponat: Qui quidem Prior & Monachi, ac Magister & pauperes, simul vel seperatim. *viz.* dicti Prior & Monachi per se, & prædicti Magister & pauperes per se vivant, regantur, permaneant .... antur juxta ordinationem ipsius *Mich.* hæredum, vel executorum suorum in hac parte faciendam imperpetuum: Velimus in eâ parte licentiam regiam impartiri; & ulteriùs concedere eidem *Michaeli*, quod ipse hæredes, vel executores sui terras, tenementa, redditus, & omnia alia prædicta, quæ dictis Abbatissæ, Monialibus, vel sororibus & pauperibus, virtute dictarum literarum nostrarum dari, assignari, & concedi deberent, si ibidem constitutæ fuissent & absq; amotione pro perpetuo remansissent, dare possent, concedere & assignare præfato Priori & Monachis, ac Magistro & pauperibus conjunctim vel divisim possidenda, juxta dictam ordinationem præfati *Michaelis*, hæredum vel executorum suorum prædictorum imperpetuum.

Nos ad piam & devotam intentionem prædicti *Michaelis*, in hac parte, nostræ considerationis intuitum dirigentes; & ut cum eo in tantæ tamq; salubris & perfectæ devotionis retributionibus & præmiis participes effici valeamus (&c.) concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, eidem *Michaeli*; quod intervenientibus auctoritate & assensu loci diocesani, & aliorum quorum interest, loco dictarum Abbatissæ & Monialium, vel sororum Minorissarum, tresdecem Monachos Ordinis *Cartusiensis*, quorum unus sit Prior, & regimen habeat aliorum; ac *xiii.* viros pauperes, & *xiii.* pauperes mulieres, quorum unus cæteris præsit, & Magister nominetur, ut prædictum est, in domo prædictâ, per ipsum *Michaelem*, hæredes vel executores suos, de licentiâ nostrâ de novo fundandâ, ponere, constituere & stabilire possit; ita quod iidem Prior & Monachi, ac Magister & pauperes, simul vel separatim, ut præmittitur, vivant, regantur, permaneant & ..... antur imperpetuum juxta prædictam ordinationem ipsius *Michaelis*, hæredum, vel executorum suorum prædictorum. Et quod idem *Michael*, hæredes vel executores sui, hujusmodi *xx.* acras terræ, & *xx l.* annui redditus, cum pertinentiis in prædictis villis de Bingeston & Upton, quæ de nobis tenentur in Capite, ut in socagio, & burgagio; ac tenementa temporalia cum pertinentiis & advocationes beneficiorum spiritualium, ad valorem *CC.* marcarum per annum, quæ de nobis non tenentur. Et loco prædictæ advocationis Ecclesiæ de Bedburne, terras, tenementa, & advocationes beneficiorum spiritualium ad valorem *xx l.* per annum, quæ de nobis tenentur in socagio, juxta rationabilem extentam indè faciendam, in feodo adquirire; & ea cum adquisita fuerint, dare possent & assignare præfatis Priori & Monachis, ac Magistro & pauperibus; Habenda & tenenda sibi & successoribus suis, conjunctim vel divisim, juxta ordinationem prædictam imperpetuum (&c.) *T.* Rege apud *Westm. xx. Maii.*

ABBATIA
de Loco Dei.

De fundatione ejusdem.

Clauſ 9. H. 3. m. 19. in dorso.

ITem ego assignavi ad ædificationem domus *Loci Dei*, Ordinis *Carthusiensis*, omnes proventus Custodiæ terræ hæredis *Sicardi* de *Campvill*, undè modo sum saisitus, usq; ad plenam ætatem hæredis mei. Item ego assignavi eidem domui, unum Calicem de auro, cum pulcris Esmeraldis & Rubetis, & Pixidem unum de auro cum *xlii. s.*; & duas fialas de argento, quarum una est deaurata & altera plana, & Magnam Capellam suam, *scil.* unam Cassibulam de rubeo samito, & unam Capam Chori de rubeo samito; unam tuniculam, unam dalmaticam de croceo tendallo, benè efforciato; unam albam cum panuris, unam amicam & unam stolam; unam favonem cum tuallo, & omnes Reliquias suas. Item ego assignavi eidem domui mille bidentes matrices, & trecentos multones, *xlviiii.* boves & *xx.* tauros, (&c.)

Ex Testamento Wil. Longesp. Com. Sarum, facto in medio Quadragesimæ A. MCCLv.

ADDITAMENTA
IN TOMUM SECUNDUM.

Pag. 49. col. 2.

De jure fundatoris Abbathiæ de Vaghmon, *& de patronatu ejusdem.*

Ex Regist. de **Vaghmon** penes D. *Margar. Barker* an. 1657.

Henricus Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ*, & Comes *Andegaviæ*, omnibus Episcopis, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, ministris & aliis suis salutem. Sciatis me dedisse & concessisse inperpetuum, ad preces *Alnredi* Abbatis de **Vaghmon**, Nutricii mei, *Willielmo* filio *Alani* & hæredibus suis, custodiam Abbatiæ de **Vaghmon** in **Salopschire**, & omnium possessionum ejusdem, in omnibus vacationibus quoties contigerit ipsam Abbathiam vacare, non obstantibus dotationibus sive donationibus per me factis, vel possessionibus quibuscunq; per me vel hæredes meos, Reges *Ang.* dandis in futurum eidem Abbathiæ; ita quod nullus hæredum meorum, vel ministrorum meorum, aliquo tempore vacationis dictæ Abbathiæ, se intromittat, quod ad ipsam Abbatiam pertineret; sed dictus *Will.* & hæredes sui, sic custodiant dictam Abbathiam inperpetuum, in singulis vacationibus ejusdem, quod Ordo regularis ibidem teneatur; & totum instaurum, redditus, & omnia quæ pertinent ad ipsam Abbathiam, vel proveniunt ex ipsa, durantibus vacationibus, fideliter custodiantur, & liberentur integrè singulis successoribus dicti *Alured'*, cum fuerint præfecti & installati. Testibus, *Gaufrido* Archiepiscopo *Cantuariæ*, *Ricardo* de *Canvill* &c. apud **Woodstoke**.

Ibid. *De corrodio per Abbatem & Conventum dicti Cœnobii* Roberto Lee *de* **Uffington** *concesso.*

SCiant præsentes & futuri, quod nos *Radulphus* Abbas Monasterii *S. Johannis* de **Vaghmon**, & ejusdem loci Conventus, unanimi assensu & concensu, ad instanciam & speciale rogatum excellentissimi & reverendissimi domini nostri, *Thomæ* Comitis *Arundelia* & *Surreiæ*, dedimus, concessimus, & hac præsenti Cartâ nostrâ indentatâ confirmavimus *Roberto Lee* de **Uffington**, unum Corrodium pro termino vitæ sux, essendo cum Abbate Monasterii prædicti Armigerum, cum uno garcione & duobus equis; capiendo ibidem esculenta & poculenta sufficientia pro seipso, sicut Armigeri Abbatis, qui pro tempore fuerint, capiunt & percipiunt, & pro garcione suo sicut garciones Abbatis & Armigerorum suorum capiunt & percipiunt: Capiendo etiam pro equis suis fœnum & præbendam, durante termino prædicto, sicut Armigeri Abbatis, qui pro tempore fuerint, capiunt & percipiunt, quotiencunq; & quandocunq; idem *Robertus* in Monasterio prædicto esse voluerit: Et quod idem *Robertus* habeat vesturam Armigerorum, per tempus prædictum, de tot ulnis, & tali panno, quando Abbas, qui pro tempore fuerit, dat vesturam, sicut aliquis Armigerorum suorum capit & percipit: ita quod non est intentio neq; voluntas dicti excellentissimi & reverendissimi domini nostri, vel nostri aut successorum nostrorum, nos aut successores nostros, vel Monasterium prædictum, de cætero, de aliquo tali corrodio onerare. Data &c. die Sabbati proximo post festum Apostolorum *Philippi & Jacobi*, anno regni Regis *Henrici* quinti, post Conquestum *Angliæ*, tertio.

Obligatio pro Collegio Canonicorum Oxonii Ibid. *facta a Monasterio de* **Vaghmon**.

OMnibus Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit, *Johannes* permissione divinâ Prior Ecclesiæ *S. Trinitatis* Civitatis *Londoniarum* & ejusdem loci Conventus, salutem in domino sempiternam. Illustris & metuendus princeps, dominus noster *Henricus*, Dei gratiâ, Rex *Angliæ* sextus post Conquestum, fidelem & Christianam intentionem invictissimi principis, & domini *Henrici*, nuper Regis *Angliæ*, patris sui, concedendo omnibus Canonicis regularibus Ordinis S. *Augustini* Doctoris, licentiam ad perquirendum certas terras extra muros villæ sux *Oxonienses*, & in francheſiam ejusdem; ad finem, quod omnes studentes Ordinis prædicti, in universitate villæ prædictæ, pro honestate sux religionis, ac virtutis & scientiæ incremento, & fidei Christianæ manutenentiâ, insimul morari possent, prout in quadam literâ indè sub signeto ejusdem patris sui factâ, & præsentibus Abbatibus & Prioribus Ordinis prædicti missâ, plenius poterit apparere: quæ quidem intentio, in vitâ ejusdem patris sui minimè

adimpleta, fideli devotione intuens & contemplans, de gratiâ suâ speciali, & de avisamento & consensu consilii sui, concesserit & licentiam dederit, dilectis sibi *Thomæ Holden* armigero, jam defuncto, & *Elizabethæ* uxori ejus, quod ipsi unum messuagium, cum gardinis eidem pertinentibus, in parochiâ *S. Petri* in Ballio, & S. *Michaelis* prope Northgate, infra dictam villam *Oxonii*, dare possint & assignare nobis præfato Priori & successoribus nostris, nomine totius Ordinis supradicti; habenda & tenenda dicta messuagium & gardina, cum pertinentiis: nobisq; dicto Priori S. *Trinitatis* & successoribus nostris, nomine totius ejusdem Ordinis: Et nobis, quòd nos prædicta messuagium, & gardina, cum pertinentiis, à prætatis *Thomâ* & *Elizabethâ* recipere, & ea nobis & successoribus nostris prædictis, ut prædictum est, imperpetuum tenere: necnon, quòd nos, vel successores nostri, indè quoddam Collegium, pro Canonicis studentibus, Ordinis prædicti, ad ibidem insimul, sicut suæ religionis honestas exigit, commorandis, facere possumus, similiter licentiam dederit specialem, prout in literis suis patentibus, indè confectis, plenius continetur: Nos, securitati Ordinis prædicti, pro perficiendâ intentione prædictâ, ne dicta messuagium & gardina, per nos vel aliquem successorum nostrorum, in alios usus, quam ut præmittitur, convertantur, aut aliqualiter alienentur, quominus Collegium, pro Canonicis studentibus Ordinis prædicti, ut præmittitur, indè fiat continuè duraturum; de communi assensu & consensu nostris, obligamus nos dictos Priorem S. *Trinitatis London* & ejusdem loci Conventum, Abbati de Haghmon, & ejusdem loci Conventui, & successoribus suis, in quadraginta libris sterlingorum, solvendis eisdem Abbati & Conventui, & successoribus suis; si & quando unquam, (quod absit) nos, aut aliqui successorum nostrorum, messuagium, & gardina prædicta, aut aliquam indè partem, in alium usum, quàm ut prædicitur, mutaverimus, vel mutaverit, alienaverimus vel alienaverit, aut aliud quid fecerimus vel fecerit, quominus dictum Collegium indè fiat continuè duraturum: Ad quam quidem solutionem, sub modo, formâ, & conditione prædictis, benè & fideliter faciendam, obligamus nos & successores nostros, firmiter per hoc scriptum. In cujus rei testimonium huic præsenti scripto nostro, Sigillum nostrum commune apposuimus. Data in domo nostrâ Capitulari *xx.* die mensis *Maii*, anno regni Regis *Henrici* sexti, post Conquestum *xxi.*

Ibid. *Inquisitio pro prædicto jure fundatorio.*

HÆc est inquisitio facta per hos subscriptos, domino *Hugone* de *Scheynton*; *Rogero* de *Piveleſden* &c. qui dicunt, quod vacante Abbathia de Haghmon per mortem, vel per cessionem Abbatum ejusdem loci, antecessores domini *Johannis* filii *Alani*, consueverunt habere custodiam ejusdem Abbathiæ; & quod Prior & Conventus ejusdem loci, solebant requirere licentiam eligendi à prædecessoribus dicti *Johannis* filii *Alani*; & ipsius antecessores semper præbuerunt assensum electioni illi: Et quod dominus Rex, nec prædecessores sui, nunquam habuerunt custodiam ejusdem Abbatiæ, nisi quando dominus *Johannes* filius *Alani* fuit infra ætatem, & tota terra sua in custodiâ domini Regis, tunc vacavit Abbaciæ, & Conventus petiit licentiam à Domino Rege, eligendi, & elegerunt *Gilebertum* in Abbatem, & dominus Rex præbuit assensum electioni illi: Et dicunt, quod antecessores domini *Johannis* filii *Alani*, eâ ratione habuerunt custodiam; quia dicta Abbacia est de feudo dicti *Johannis* filii *Alani*, & à prædecessoribus suis fundata, anno *xxxvii.* Regis *Henrici* secundi.

Privilegium Episcopale Monasterio de Haghmon *concessum.* Ibid.

Ricardus Dei gratiâ *Coventriæ* Episcopus, omnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, salutem. Concedimus, quod in Monasterio de Haghmon, sit unus confratrum Sacrista sub Abbate, qui possit, baptizare tam Judæos quam parvulos, in dicto Monasterio; & habeat jus parochiale in familiares & domesticos ejusdem, ministrando eis ecclesiastica sacramenta. In cujus rei testimonium & robur Sigillum nostrum apposuimus.

Ordinatio pro coquinâ Conventus. Ibid.

UNiversis præsentes literas inspecturis, frater *Nicholaus*, Abbas Monasterii de Haghmon, salutem in virgine gloriosâ. Religionis honestas, quam sicut decet, super omnia conversationem habere quietam, ita postulat consequenter ut laborantibus in vinea taliter ministrentur victualia, ne ex inordinatè, seu defectivo hujus ministerio murmur ingruat; seu forsan quies ad inquietem, vel tranquillitas in turbationis materiam convertantur: Cum igitur longis retro temporibus fuerat in Monasterio de Haghmon unitarum ministrari Priori & Canonicis in refectorio comedentibus, sub quadam formâ mediocri & simplici (ut de paupertate propter Monasterii honestatem taceamus ad præsens) ex quâ frequenter oblocutionis dabatur occasio, & os bovis triturantis sæpè videbatur esse ligatum: Ac noviter per Dei gratiam dicti Monasterii facultates aliqualiter, licèt non sufficienter, prout exposcit necessitas, sint adauctæ. Nos volentes augmentationem hujus participare cum fratribus, ut tenemur, de voluntate & consensu Prioris & Conventus prædicti, taliter duximus ordinandum; *viz.* quod iidem Prior & Conventus habeant de cætero novam coquinam, pro refectorio assignatam, quam ædificari celeriter faciemus; in quâ parari faciant per coquum eorum specialem, cibaria eorum quæ ad coquinam pertinent, de quibus ministrabitur eisdem, diebus singulis, per Canonicos & ministros ad hoc per eos, cum Abbatis licentiâ deputandos. Habebunt iidem Prior & Conventus Eccleſi-

am

am parochialem de Hunstanton, *Norwicensis* Diocesis; ac Ecclesiam parochialem de Hunton *Coventr.* Diocesis, cum earum pertinentibus & obventionibus quibuscunq;, cum vivario de Halesparke, & vivario illo quod vocatur vivarium Prioris, pro alimentatione in carnibus & piscibus, prout ad Coquinam pertinet antedictam; omnes etiam aliæ expensæ ad coquinam necessariæ, ut in focalibus, farinâ, pisis, omnimodis pottagiis, pro tempore consuetis, vasis æneis, caseo, & butiro, debent nihilominus fieri de communi. Concedimus etiam pro nobis & successoribus nostris, quod omni tempore anni habeant in communi porcariam domus quæ est extra portam, viginti porcos ad sumptus communes domus, pro eorum lardario faciendo. Habebunt etiam annuatim duas summas frumenti, pro pastellis, cum voluerint, faciendis; ministrabitur q; Abbati de eadem coquinâ, sicut duobus Canonicis ubicunq; fuerint infra septa dicti Monasterii, ac etiam in uno ferculo pro secularibus, seu extraneis, quorum unus erit Clericus communis domus, cum eos secum adducere voluerit in Refectorio commessuros.

Cumq; Celerarius liberaverit pro aliquo Canonico, extra Monasterium, in aliquâ grangiâ dicti Monasterii, panem & cervisiam, liberabuntur pro eodem Canonico cibaria de coquinâ novâ superiùs expressâ, ac si idem Canonicus personaliter domi esset: Pro Abbate tamen nec ejus Capellanis, nec etiam Senescallo domus erit quicquam extra septa dicti Monasterii liberatam de proventibus dictæ Coquinæ; sin autem lis & contentio super eisdem Ecclesiis, vel earum alterâ, oriatur, expensæ litis debent fieri de communi, ita quod ex hoc nihil ex alimentatione Conventui solitâ subtrahatur. Cocus etiam & garcio suus in prædictâ Coquinâ specialiter servientes, victualia & stipendia in omnibus percipient, sicut Cocus, & page suus, qui in communi Coquinâ deserviunt, ante hæc tempora perceperunt. Per hanc tamen dispositionem intendimus facere divisionem bonorum, quæ ad Monasterium nostrum de Haghmon pertinent, ne quicquam includere, quod sectionem inferat seu separationem effectualem in rebus aut personis; ne quod ad bonum, ut præmittitur, est dispositum, ad noxam seu dissolutionis opprobrium tendere dinoscatur: Volentes etiam, quod minister dictæ Coquinæ, quicunq; fuerit, de expressum factis in dictâ Coquinâ, Abbati & Conventui reddat, quater, compotum annuatim. Concedimus etiam, pro nobis & successoribus nostris, quod diebus infrascriptis, *viz.* die *Natalis* Domini, S. *Joh.* Evangelistæ, die *Paschæ*, *Ascensionis* Domini, die *Pentecostes* & in diebus *Corporis Christi*, *Assumptionis* beatæ Virginis, & in die *Omnium Sanctorum*, dicti Prior & Conventus nullas expensas facient de Ecclesiis antedictis, sed tam ipsi quàm eorum servientes, in Coquinâ prædictâ, annis singulis, in dictis diebus procurari debent in omnibus de communi: Ne tamen præsens dispositio in eventum aliquem sit mutata, eam, tam Sigillo Monasterii nostri, quam Sigillo nostro privato, fecimus communiri; & à venerabili patre nostro in Christo Domino *Coventr.* & *Lichefelden.* Episcopo procurabimus confirmari; Data in Capitulo nostro de Haghmon die *Martis* in vigiliâ *Epiphaniæ* Domini, anno Domini *Millesimo trecentesimo tricesimo secundo.*

Ordinatio pro officiis Prioris & Sub-prioris ibidem. Ibid.

IN Dei nomine Amen, divinâ inspirante gratia, anno Domini *millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono* die S. *Michaelis* Archangeli, *Richardus Burnell*, sub tuitione deificâ, Abbas Monasterii S. *Joh.* Apostoli & Evangelistæ de Haghmon, columnæ Canonicalis gerens officium, in pleno Capitulo, cum assensu sui Conventus, & aliorum prudentum virorum fretus consilio, observantias pertinentes ad ministrationes, quos Priori claustrali, & Sub-priori, in ordinali suo non aliquo modo repertas, ita prudenter & laudabiliter ordinavit: Inprimis quod vices Abbatis, illo absente, generaliter habeant, statutaq; ejus legalia inviolata conservent, & semper in omni loco Sanctorum Patrum ordinationes ad regulam Canonicalem constituta teneantur. Et præter hæc specialiter ordinavit certas in Oratorio, ad præfati Prioris officium pertinentes, observantias: Primariè sancivit, quod locum & sedem pro Priore deputatum, dummodo fuerit in Ecclesiâ, habeant & custodiant præter in horâ postquam celebrabit Missam aliam, & tunc chori ultimum servet locum. Item in omni Processione Conventuali prosequatur Dominus Prior totalem Conventum immediatè, & directè ante Abbatem; & absente illo servat locum ipsius Abbatis; *viz.* post Conventum directè, & in medio, nisi in Processionibus ad Aquam benedictam, & ad recreationes perquirendas, in quibus consimilem ordinem & locum teneat Conventus in protedendo, sicut in aliis post Conventum. Subsequendo insuper Ebdomodarii curam minimè observet, sed celebret ipse Missam Conventualem in festis omnibus duplicibus, exceptis illis in quibus Dominus Abbas voluerit celebrare. Præterea semper post incensationem Abbatis in choro, immediatè & secundariè incensetur Prior ab eodem à quo incensabatur & Abbas. Ulteriùs in Capitulo, Refectorio, in Infirmariâ, & in omnibus locis, tam Conventualibus quàm non Conventualibus servet & custodiat sæpedictus Prior, post Dominum Abbatem, locum & sedem super omnes suos confratres, maximè superiorem: Et quod in omni loco, absente Abbate, sibi serviatur de cipho & omnibus ferculis coopertis.

Item ad Sub-prioris curam decrevit solicitamq;, sicut post Priorem, præcedit alios onere, ita omnes præcedet honore; quare post Priorem in omni loco sit primus, & ab Abbate in Choro teneat sedem, quæ est quinta. Et ut hæc omnia inviolabiliter à prædictis & assiduè observentur & religiosorum animæ ad horum curas solicitudines spe allectivâ condignæ remunerationis ferventiùs excitentur,

protegentibus cœlestis oraculi verbis; *viz. dignus est suâ mercede operarius*: Decretisq; sanctorum Patrum munientibus; sc. *à mercede repelli non debet, qui eligitur ad onus*; sancivit in hunc modum; Inprimis, quod præfatus Prior claustralis habebit pro recreationibus suis, Cameram quandam sub Dormitorio, introitum habentem in claustro juxta parlarii ostium, quam prædilectus confrater noster & Concanonicus Dominus *Will. Salop* pronunc, & diu ante, Prior claustralis nuper magnis reparavit sumptibus & plurimis renovavit laboribus, cum garcino vocato ab antiquo **Longenozes-gardine** cameræ præscriptæ annexo, unà cum columbari in eodem; quæ omnia & singula prædicto præfato Domino *Will. Salope* Priori concedimus, vitâ sibi comitante, per præsentes; possidebitq; sæpefatus Prior claustralis cameram antedictam, cum suprascriptis, post decessum solum prænominati *Will. Salop*, nunc Prioris, ac omnia & singula jocalia & ornamenta, tam Altari in Capellâ S. *Andreæ* in Ecclesia, quam dictæ Cameræ pertinentia, quæ conscribuntur, seu aliquibus futuris temporibus conscribentur, ex concessione seu donatione ejusdem, ad officium prædicti Prioris claustralis, & alterius cujuscunq; in scedulâ præsentibus annexâ, ita tamen quod annuatim feriâ sextâ proximè post festum *Assumptionis* virginis glorioſæ sæpenominatus Prior claustralis, qui pro tempore fuerit, seu alius qualiscunq;, dictam cameram, cum aliis prænominatis habens & occupans dicet & faciet dici pro *A*niversario dicti domini *Will.* nunc Prioris, per totum Conventum, cum nota, *Placebo* & *Dirige*, cum novem lectionibus; & in crastino, *viz.* die Sabbati sequentis *Commendationes* & *Missam* de *Requiem*, pro quo eodem die dabitur per prædicta habentem & occupantem eidem Conventui *xvi d.* in piscibus, seu in aliis ad pietantiam, & Domino *A*bbati *viii d.* pro lagenâ vini ad audiendum per se, aut per suam assignatum Comporum de omnibus & singulis jocalibus, & ornamentis in præfatâ scedula specificatis seu specificandis; & si aliqua eorundem, per prædictum Priorem claustralem, seu alium, prædicta habentem, dampnificantur, tunc Dominus Abbas pensionem Priori claustralis inferiùs assignandam detinebit, quousq; de dictâ dampnificatione fuerit satisfactum, seu per retractionem alterius pecuniariæ distributionis pertinentis alicui alteri, omnia prædicta habenti & possidenti, & quousq; solutum sit Abbati, *vi s. viii d.* quociens deficitur in servitio & compuro supradictis.

Præterea percipiet de pecunia pro ebdomodariis ordinata non minus, & denarios quadraginta. Item omnes ad Abbathiam infrascripta de **Eiriton** reddius recipiet, cum pencione quadam ex decimis de **Eton** ejusdem Rectore . . . . solidos ipse *xx.* habebit, Sub-prior decem, sed Domino Abbati reliquum remanebit. Et ut hoc decretum perpetuæ firmitatis robur obtineat invocato Dei consilio in Capitulari domo contradictores sententiâ excommunicationis innodavit, ut quicunq;, temporibus futuris, hanc paginam violare, vel contra hanc collationem suam venire præsumpserit, indignationem Salvatoris Domini nostri Jesu Christi & beatæ virginis *Mariæ*, & beati *Johannis* Apostoli & Evangelistæ, & omnium Sanctorum irremediabiliter possit incurrere. Et quia voluit quod hæc sua donatio & concessio, & confirmatio rata & stabilis imperpetuum permaneat, hoc scriptum Sigilli sui munimine, unà cum communi Sigillo domus de **Haghmon**, & toto Capitulo. Datum apud **Haghmon** die & anno supradictis.

Privilegia per Papam Alexandrum *tertium*, *concessa anno Domini* 1172. *& deinceps in sex bullis*, *Monasterio de* **Haghmon**. Ibid.

INprimis ut Ordo Canonicus qui secundùm Deum, & beati *Augustini* regulam ibidem esse dinoscitur perpetuis temporibus observetur.

Item quascunq; possessiones, quæcunq; bona Ecclesia de **Haghmon** possidet nunc, aut in futurum, concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis poterit adipisci, firma & illibata permaneant.

Item de novalibus dicti Monasterii & nutrimentis animalium, nullus præsumat exigere decimas.

Item confirmamus libertates & immunitates ab Episcopis, Regibus, Principibus, seu aliis quibuscunq; fidelibus vobis concessas.

Item sepulturam ipsius loci liberam esse concedimus; & eorum extremæ voluntati nullus obsistat, qui se illic sepeliri deliberaverint.

Item nequis fratres, Clericos & laicos, post factam in dictâ Ecclesiâ professionem, suscipiat aut retineat sine literarum vestrarum cautione.

Item prohibemus, ut neq; Ecclesiasticæ, nec seculari personæ novas & injustas exactiones in præfatâ Ecclesiâ vel in locis eis subditis exercere, aut indebita gravamina irrogare.

Item quod nullus ibi in Abbatem præponatur, qualibet subreptionis astutiâ, seu violentiâ, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris, secundùm Dei timorem, & beati *Augustini* regulam providerint eligendum.

Item decernimus, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam, vel loca sibi subdita, temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare.

Siqua igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam, sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiòve commonita, nisi præsumptionem suam dignâ satisfactione correxerit, potestatis honorisq; sui dignitate careat; reamq; se divino judicio existere de perpetratâ iniquitate cognoscat; & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat, atq; in extremo examine districtæ ultioni subjaceat.

Item liceat vobis personas liberas & absolutas, è seculo fugientes, ad conversationem vestram

vestram recipere; & eatenus, sine alicujus contradictione in vestro Collegio retinere.

Item in parochialibus Ecclesiis, quas tenetis, liceat vobis Clericos eligere & Episcopo, præsentare; quibus, si idonei inventi fuerint, Episcopus animarum curam committat, ut de plebis curâ Episcopo; vobis autem de temporalibus debeant respondere.

Item cum generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clausis januis, exclusis excommunicatis, & interdictis, non pulsatis campanis, suppressâ voce, divina officia celebrare.

Item Ecclesiam vestram cum omnibus quæ inpræsentiarum legitimè possidet, & in futurum justis modis poterit adipisci, sub beati *Petri* & nostrâ protectione suscipimus.

Item de molendinis & pratis vestris, nemini decimas solvere teneanimi, si de hiis non consueverunt aliquando decimæ solvi.

Item liceat vobis Ecclesias piè vobis collatas, de auctoritate diocesanorum Episcoporum, & assensu Dominorum fundi, recipere, à secularibus viris, jus patronatus, si jus ipsum piè vobis duxerint conferendum.

Item inhibemus, ne cui liceat, infra parochias vestras, sine assensu diocesani Episcopi, & vestro, Ecclesiam vel Oratorium ædificare.

Item inhibemus, nequis, infra grangias aut clausuras vestras, ignem apponere, furtum vel rapinam facere, hominem capere, aut interficere audeat.

Item nequis, pro benedictione seu intronizatione Abbatis vestri, quicquam à vobis exigere vel extorquere præsumat, quia, sicut libera & gratuita ejus esse debet electio, ita ipsius benedictio & intronizatio.

Item Honorius *Papa tertius*; auctoritate tibi præsentium indulgemus, ut salvis commissionibus à te hactenus impetratis, de causis cognoscere de cætero minime teneatis, nisi de indulgentiâ hujusmodi optinendâ, ad te literæ plenam fecerint mentionem.

Item Nicholaus *Papa tertius*, personas vestras, & locum in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ inpræsentiarum possidetis, aut in futurum justis modis, præstante domino poteritis adipisci, sub beati *Petri* & nostrâ protectione suscipimus; specialiter terras, domos, possessiones, grangias, redditus, prata, silvas pascua, pasturas, nemora, Manerià, & alia bona vestra, sicut ea omnia justè & pacificè possidetis, vobis & per vos Monasterio vestro, auctoritate Apostolicâ confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus.

Item Nicholaus *Papa tertius*, omnes libertates, & immunitates, à prædecessoribus nostris Romanis pontificibus, sive per privilegia, vel alias indulgentias Monasterio vestro & vobis concessas, necnon libertates, & exemptiones secularium exactionum, à regibus, Principibus, & aliis Christi fidelibus vobis indultas, vobis & per vos eidem Monasterio, auctoritate Apostolicâ, confirmamus.

Item Bonifacis *Papa nonus*; de omnipotentis Dei misericordiâ & beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus verè pænitentibus, & confessis, qui in *Assumptionis* beatæ *Mariæ* Virginis, *Johannis* Evangelistæ, ac *Inventionis* & *Exaltationis* S. *Crucis*, & *Johannis Baptistæ* festivitatibus, necnon per ipsarum *Assumptionis* beatæ *Mariæ*, *Johannis* Evangelistæ, & *Joh. Baptistæ* festivitatem octavas, Ecclesiam Conventualem S. *Johannis* Evangelistæ Monasterio de Haghmon devotè visitaverint annuatim, & ad conservationem hujusmodi, manus porrexerint adjutrices, singulis festivitatum tres annos & totidem quadragenas; octavarum verò diebus, quibus Ecclesiam ipsam devote visitaverint, ut præfertur, centum dies de injunctis eis pertinentiis misericorditer relaxamus.

Item Martinus *Papa quartus*; prædecessores vestri, qui fuerunt pro tempore, quibusdam privilegiis, & indulgentiis à prædecessoribus nostris Romanis pontificibus Monasterio vestro concessis propter simplicitatem, & juris ignorantiam, usi non fuerint temporibus retro actis; nos vestris supplicationibus inclinati, indempnitati ejusdem Monasterii volentes imposterum præcavere, ut de cætero hujusmodi privilegiis, & indulgentiis liberè uti possitis, dummodo eis non sit per præscriptionem vel alias legitimè derogatum, auctoritate vobis præsentium indulgemus.

PAG. 56. col. 2. l. 37.

Stemma fundatorum Prioratus de Wyrksope

Ex vet. pergam. MS. penès... Talbot de Grafton, in in Com. Wigorn. arm. 2. 1587.

VVhich had that affiaunce and inspiration
The Monastery of Worssoppe first for to
Portest therto goods thereupon (found
Woddes, medues and moundes: to say a greate
Therefore in speciall, certs we are bounde (grounde,
To pray for his soule, and his successours
As we nightly do, and dayly at all houres.

This was founded in King Herrye dayes
The first, as we rede after the Conquest
Of William Conquerer, as the Cronicles says
Third sonne, which England mightely possest
Third day of the moneth of Mars as is test,
The third yere rennynge of Herry aforesayd
As in diverse Monuments tyl us is conveyd.

The seventh yere and xxx. of William Conquerour
That Conquest this Realme the yere of our Lord
A thousand sixtie and six, was that shoure
Against Harrold King, the Cronicles accord,
And so sone counted it is to record
The yeres of our, that now present be,
How many they are, sene he had the gree.

Anno millem sexageno quoq; seno.
Anglorum metæ crimen sensere Cometæ,
Dux Normannorum transit mare, vicit Haraldum.

* Lovetot.

Which Sr. William * dicest and was tumulate
In the said Church on the North side,
On the nederest gree, for his hye estate,
Tendyng to the hye Awter and there doth abyde:
And he gat Sr. Richard his sonne in good tyde
Which beryed was beneth him under a white stone
The lefte side Thomas Nevill, and thereon gone.

And Sr. Richard gate William Lovetoft also
Beryed next the neder gree on the said payment;
Sr. William gate good Molde Lovetoft called tho
Last of that tayle as aunchaunt hath ment:
Then by King Richard Conquerer was sent
First Furnivall Gerard, and he her marryed
That came out of Normandie streight as we rede

Apud Ebrard *in* Neustriâ, Normandia *vocata est, tumulatus in suo Dominio, quod constat* Fornevall, *per rectam successionem; si patria cum* Anglia *existeret pacificata.*

Which Gerard gate Thomas; and Gerard eke
Good S. William cleped also in dede:
Which Thomas to the holy lande went for to seeke
The sepulture of Christe, and therto agreed
With Gerard his brother and there Thomas dyed
Slayne of the Sarazen for Christes love
Therfore we trist Christ hath reward him above.

Then dicest Gerard the first Fournyvall (tance;
And beryed was in Normandy, his owne inheri-
Which this place indued with Lordships royall;
And good Molde them confirmed with goode affi-
Gave us more to withouten distaunce (ance;
For his saule and hers as Monuments declare
Under sure seales where so that they are.

To report the good deedes, that they did to us
Right longe time and space they wold have, I write
Bot in speciall: reward them our Lord Jesus,
Progenitours and successours, and in Heaven them
And of their successors further to indyte (quyte.
How they do succeed by noble yssue
More under I will say in this Pedegree.

Good Molde was beryed most principall
Above Sr. Thomas Nevill afore the hye Autere
For a goode doer most worthie of all
That indued this place; and her husband in fere
To reherse what she did, dyvers things sere
As expressed is afore it wolde take longe space,
Bot in Heven therfore we trust is there place.

When Sr. Thomas was slayne for Christes sake
His broder came home Gerard agayne,
And that Molde ther moder grevously gan take
That his bones emong hathen shuld be lane,
And made him retorne without more disdeyne
Againe to the holy land & his bones home brought
As it was Goddes will; that him dere boght.

Then tumulate here in Noringhamshire
At Wyrksoppe the north syde of this Mynster
With his Helme on his hede will enquere (sere,
With precious stones sometyme that were sett
And a noble Charbuncle on him doth he bere
On his hede to see they may who so will
Of my writing witnes for to fulfill.

Sr. Gerard on the South side under a merbill stone
Next Sr. Peters Chappell is beried also,
And Sr. William ther brother both flesh and bone
In our Lady Chappell was beried even tho,
In the midst of the Chappell good Molde a little fro
Wyf to first S. John Fornivall that was; (grace:
Which forsaid Sr. Will. was greatly enduid with.

For five Candells perpetuall in that Chappell
He ordeyned to brynne afore our Lady;
And mych more he ordeyn'd as we herd tell
As his auncestrie afore had done worthely
And there lyeth tumulate full worshipfull
All in free-stone, and on him is write
These verses here that thus are indite.

Me memorans palle, similis currisq; calle
De Fournivalle *pro* Willielmo *rogo psalle;*

Then Thomas gat Thomas which beryed was (ster;
At the bare foote-Fryers in the towne of Donca-
And Thomas gat Gerard, this is the case
Beryed at Wyrksoppe, in this place here
In seynt Mary Chappell which doth noght appere
Under the stall, nothing but the hede
Of this Through-stone is sene lengthe and brede.

Then Gerard gate Thomas and William his broder
Which Thomas sterne and right hasty man,
The hasty Fournivall, but he was good founder
To the place of Wyrksoppe in his time than;
Which had none yssue from him that ran
Bot of his broder Sr. William foresaid
And from him dame Jone certs was conveyd.

Which forsaid Thomas on the North side is layde
In a tumbe of Alabaster above the hye Quere,
And William of the South side enens him is seid,
Here these two breder are beried in fere.
This Thomas Nevil first gan appere
Brother that was to Erle Westmaryland
By dame Johanne, Lord Fournivall we understand

And he maryed dame Johane, daughter to S. William
And they had a doghter, dame Molde that hight
With which doghter maryed the most noble of fame
Sr. John Talbot, warryour that noble Knight,
Here alterats the name, as we have in sight
Of Fournivalls to Talbots, knyt both in one,
Lovetofts and Fournivalls to the Talbots thus gone.

Dame Johane is beryed aboven the hye Quere
Next Thomas Nevill that was her husband,
In Alabaster an ymage Sr. Thomas right nere
As he is tumulate on his right hand;
And by her daughter Molde we understand
Went owt the Fournivalls, as by their name
As Lovetofts by dame Molde afore did the same,

And Sr. Thomas Nevill Treasorer of England
Aboven the Quere is tumulate, his tumbe is to see
In the middes for most royall there it doth stand;

An

And his doghter Molde of right hye degree.
In Saynt Mary Chappel tumulate lyeth shee
Afore our blessed Lady, next the Stall side
There may she be seene, she is not to hyde.

Whom Sr. John the noble Talbot marryd
And gate of her three sonnes by naturall yssue;
First Thomas which deceast right yonge in deede,
And then John Talbote, who so it knewe,
And Sr. Christofer, no mo by that Pedegrue:
Which Sr. John Talbote, first St. John Fournivall,
Was most worthie warriour we reade of all:

For by his knighthode, and his chivalrye
A Knight of the Garter first he was made;
And of King Henry first, Erle Scrovesberye
To which Sr. John his sone succession habe
And his noble successors now therto save
God give them good speede in their progresse
And Heaven at their ende, both more and lesse.

The live to report of this foresaid Lorde
How manly he was and full chivalrose,
What deedes that he did, I cannot by worde
Make rehersall by meter ne prose:
How manly, how true, and how famose
In Ireland, France, Normandy, Gyon and Gascone
His pere so long renyng I rede of none.

When he was no more but xvi yere of age
By Sr. Thomas Nevill Lord Fournivall
He was sent to Ireland, and there right sage
He quyt him full manfully in that land over all.
Both Castles and Townes he gat there royall.
Lord Fournivall was by the said Nevills daughter
And after Lord Talbot by his Progenitor.

Which while he reigned was most Knight
That was in this Realme here many yere
Most doughty of hand, and fiercest in fight
Most drede of all other with Frenchmen of werre:
In Ireland, France, Gyon; whose saule God absolve
And bring to that blysse, that will not dissolve.

For spectall remembrance moreover also
His sonne Sr. John Talbot habe we in mynde,
To whom dame Elizabeth was maryed tho
The Erle daughter said of Ormunde we finde:
Which John Erle was of Shrovesbery we finde
And true succession of his Father afore
The second Erle said of Shrovesbery that wore.

And they had faire yssue from theim procedynge
Sr. John, James and Gilbert, and Christopher laste
With doghters royall they furth gan bring
And thus theire succession to us is conveyde:
Which Sr. John, Erle second is tumulate and layde
In our Lady Quere, at Northampton slayne
The tenth day of July, it is not to layne.

Anno Milleno quater C. X. quoq; seno
Festo sep. Fratrum Northampton *dat tibi bellum*
Prato Sanctarum mœnia juxta Monacharum.
Quid plagis, quid aqua sunt multa corpora strata
Ex quibus his Buckingham Talbot *proceres* Bemont (*dic.* & Egremont
Et Lucy *miles*; *Deus omnibus his requiem det.*

Salopiæ *Comitis lapis hic tegit ossa* Johannis,
Cui nihil antiquius, quam fuit alma fides.
Hanc ut servaret, Regi tormenta subivit,
Intrepidus ferri, sanguineamq; necem.
Ergo licet parvum condat sua viscera saxum,
Virtus Angligenum lustrat in omne solum.
Hii versus super Tumbam suam.

By his moder his son is at the ixth. degree
From Gilbert Baker, fader that was (slayn
To seynt Thomas of Canterbery by the Ormundes
The more as we trust shall fortune his grace:
With Duke of Buckingham doghter which maryed
Third Sr. John Talbot, and Erle Shrovesbery (was
Which gat George Talbot, no ferther can I.

This processe one Pigote brevely thus saith
If any can say more it is corrigible
To there better avise I me bequaith
To make it in matter more intelligibill,
That none to my knowledge shuld be forgotten
But remembrance lineall shuld be forshotten.

These saules, rehersed in generall afore,
Have in remembrance, what man so thow be;
Have piety, and pray for theim evermore.
Say Pater-noster, with the salutation Ave:
And if thow a Clerke be, for there hye degree,
Say De profundis withouten disdeyne,
For theim and all christen, that suffres pane.

Iste Dominus Johannes Talbot, *Comes* Salopiæ *tertius, natus fuit in vigiliâ S.* Luciæ *Virginis & martyris, anno Domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo. In horâ cujus ortus Nativitatis*q;, scil. *quartâ horâ post mediam noctem, quidem simplex Canonicus audivit vocem, per aures suas procedentem & dicentem*, Gloria in excelsis Deo & Angelis.

¶ vii. *Idus Aprilis, obiit* Willielmus de Lovetoft, *fundator istius Ecclesiæ; jacet ante majus Altare, juxta parietem, ex parte boreali. Qui legi debet in Capitulo die precedenti obitus sui; & habebit* Placebo & Dirige, *cum notâ, cum Missa & pulsatione, & prebendam in Refectorio.*

¶ iv. *Idus* Maii *obiit Dominus* Thomas *de* Fournivall, *filius* Barthæ, *Advocatus noster; qui jacet in Ecclesiâ fratrum minorum* Doncastriæ: *qui legi debet in Capitulo die precedenti obitus sui: & habebit* Placebo & Dirige, *sine Notâ, cum Missâ, & pulsatione, & prebendam in Refectorio.*

Pag. 86. col. 1.

Carta Ricardi Wintonienſis *Epiſcopi*; *donatorum conceſſiones Canonicis S.* Mariæ (Overie) *in* Suthwerc *confirmans.*

Ex ipſo autogr. penes *Ricardum Parre* Camber-Well in Com. *Surr.* gen. a. 1658.

RIcardus Dei gratiâ *Wintonienſis* Epiſcopus, omnibus parochianis ſuis, Clericis & laicis, præſentibus & futuris ſalutem, gratiam & benedictionem. Quoniam religioſis viris in his quæ rationi & honeſtati conveniunt propenſius decet impartiri ſuffragium, univerſitati veſtræ dignum duximus intimare, quod Eccleſiam S. *Mariæ* de Suwerch, & fratres ibidem Deo ſervientes, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſub Dei & noſtrâ protectione ſuſcepimus; & poſſeſſiones ſuas in parochiâ noſtrâ conſtitutas, quas dignum duximus certis deſignare nominibus; *videlicet* Eccleſiam de Benſtede, cum omnibus pertinentiis ſuis, ex conceſſione & præſentatione *Nigelli* de *Munbrai*. Eccleſiam de Wudemarestone, & Eccleſiam de Berghes, pertinentes ad Eccleſiam de Benſtede. Eccleſiam de Mottinges, ex præſentatione & conceſſione *Hamonis* de *Gravenel*; & totam decimam de dominio ex conceſſione ejuſdem *Hamonis*. Eccleſiam de Ointone, cum Capellâ *omnium Sanctorum*, & omnibus aliis pertinentiis ſuis, ex conceſſione & præſentatione *Bartholomæi* de *Kaiſneto*; in quâ *viz.* Capellâ *Omnium Sanctorum*, *Reginaldus* de Ointone jus patronatus quandoq; ſibi vendicaverat, ipſamq; poſtea, coram nobis & plurbus aliis, Deo & Eccleſiæ præſcripſit, Canonicisq; ibidem Deo ſervientibus in perpetuum elemoſynam conceſſit; ita quod ipſe vel hæredes ſui, nichil in ea juris, de cætero, modis aliquibus poterunt vendicare. Subſequenter etiam idem *Reginaldus*, memoratam Capellam, coram *Herberto Cantuarienſi* Archidiacono, & aliis viris diſcretis & honeſtis, quos ad faciendum deſtinaverimus, hoc in Eccleſiâ beatæ *Mariæ* de Suwerch ſæpedictis Canonicis conceſſit, eamq; ſuper majus Altare, per cultellum plicatum, velut in memoriale perpetuum, eiſdem aſtantibus optulit; ſeq; id ipſum feciſſe ſtatim coram nobis confeſſus eſt. Item Eccleſiam S. *Margaretæ* in Suwerc, undè habent confirmationem Domini Regis *Henrici* ſecundi, & *Willielmi* bonæ memoriæ *Wintonienſis* Epiſcopi, quas nos ipſi vidimus. Eccleſiam de Niwethgate, ex conceſſione & præſentatione Comitis de Warenne. Has igitur & quaſcunq; alias poſſeſſiones, quæcunq; bona, donatione, conceſſione, vel oblatione fidelium adepti ſunt, ſive amodo juſtè & Canonicè adipiſci poterunt, firmè & inconcuſsè poſſidenda, concedimus, & præſenti Scripti munimine confirmamus. Quiſquis igitur hanc noſtræ confirmationis paginam, ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundò, tertiove commonitus, ſi non congruâ ſatisfactione emendaverit, omnipotentis Dei maledictionem & iram ſe noverit incurſurum, Cunctis autem eidem loco bona facientibus, ſit pax & gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti, hic, & in æternum. Amen.

Pag. 143. col. 1.

Confirmatio Huberti Cantuar. *Archiepiſcopi facta Canonicis de* Ranton, *ſuper conceſſionibus*, Roberti Noel, & Thomæ *filii ſui.* Ex Regiſt. de Baghmon, penes D. *Margar.* Barker a. 1657.

HUbertus, Dei gratiâ, *Cantuarienſis* Archiepiſcopus, totius *Angliæ* Primas &c. Nos itaq; præter hæc Cartas *Roberti Noel*, & *Thomæ Noel* filii ſui factas ſæpedictis Canonicis, & Eccleſiæ S. *Mariæ* de *Eſſartis*, quæ in obedientiâ & ſubjectione tenetur & teneri debet Eccleſiæ S. *Johannis* de Baghmon, inſpeximus; & ex earum tenore intelleximus Eccleſiam de Hetteſorde, * cum Capellis ſuis de Clinhale & de Ronetone, & de Dutentone, eis Canonicè a prædicto *Roberto Noel* & *Thomâ* filio ſuo fuiſſe collatam & conceſſam: & præterea Eccleſiam de *Greneburgâ*, cum omni integritate & libertate ſuâ &c. * modo Hetteſorde.

Compoſitio inter Canonicos de Baghmon, & Rontone. Ibid.

HÆc eſt amicabiliscompoſitio, facta inter Abbatem & Conventum de Baghmon, & Priorem & Conventum de Ranton; *viz.* quod cum præficiendus erit Abbas de Baghmon, vocandi erunt Prior & Canonici de Ranton, ad electionem ejus celebrandam, ſicut & Canonici de Baghmon. Præterea Abbas de Baghmon, ſemel in anno veniet apud Ranton cauſâ viſitationis, ad corrigendum quæ viderit eſſe corrigenda; & ſi pluries expedierit ut veniat ibi, cauſa correctionis, ad vocationem Prioris & Conventus accedet: ſed quum viſitationis cauſâ ibidem advenerit, non moram ibidem faciet niſi per unam noctem, niſi ad inſtantiam & petitionem Prioris & Conventus de Rontone. Si autem tranſeundo ob alia negotia expedienda ibi acceſſerit, honorificè admittatur tanquam alius Abbas. Præterea Prior & Conventus de Rantone admitterent quem viderint idoneum in Canonicum & fratrem de Ranton, irrequiſito conſenſu Abbatis & Conventus de Baghmon, dum tamen profeſſionem faciet Abbati de Baghmon, tanquam ſuo Abbati in Eccleſiâ S. *Mariæ* de Ranton, ad vocationem Prioris & Conventus de Rontone. Præterea, ſi Prior creandus erit apud Rontone, Canonici de Rontone eligent unum de Canonicis de Baghmon, quem voluerint, exceptis Abbate & Capitali Priore, & alium quem voluerint de Canonicis de Rontone, & utrumq; electum præſentabunt Abbati de Baghmon; & Abbas quem voluerit exillis duobus electis præficiet in Priorem apud Rontone.

Submiſſio Prioris & Conventus de Ranton. Ibid.

OMnibus Chriſti fidelibus præſens ſcriptum viſuris vel audituris, *Aluredus* Prior & humilis Conventus de Ranton, ſalutem in domino ſempiternam. Univerſitati veſtræ notum facimus, quod cum inter dominum *Gilbertum* Abbatem & Conventum de Baghmon, ex unâ parte, & nos ex alte-

S. MARIÆ OVERIE
olim Conventualis Ecclesiæ
ab Austro prospectus.

Vt reædificetur in te
Ierusalem.
posuit
RADVLPHVS SHELDON
de Beoly in Com: Wigorn: Arm

rà, super subjectione, visitatione, correctione Prioratus de Rontone, professione & obedientiâ, & super procurationibus certis; & etiam super electione Abbatis de Vaghmon & Prioris de Rontone, & quibusdam aliis, coram delegatis a domino Papâ judicibus quæstio verteretur: Nos viam pacis eligentes super hiis & omnibus aliis, nos & domum nostram & Abbatem & Conventum, & domum de Vaghmon ad invicem contingentibus, Ordinationi venerabilis in Christo patris *Rogeri* Dei gratiâ *Coventrensis* & *Lechfeldensis* Episcopi, de consilio discretorum virorum Decani, Precentoris, & Thesaurarii *Lich.* & Magistri *Petri* Archidiaconi *Salopiæ*, faciendum, jure & absolutè, necnon & spontaneâ voluntate nos subjecimus jus, nunciantes super hiis omnibus impetratis & impetrandis. Volumus etiam & expressè concedimus, quod dicto domino Episcopo, & ejus successoribus reservata sit potestas compellendi partem nostram imperpetuum, sine strepitu judiciali, ad observationem jam dictæ Ordinationis: In hujus autem rei testimonium, Sigilla nostra fecimus apponi. Valete. Data apud Rontone die Cinerum Anno gratiæ *MCCxlvi.*

Ibid. *Ordinatio Centum solidorum prestanis de* Ronton *Conventui de* Vaghmon.

UNiversis sanctæ matris Ecclesiæ filiis ad quos præsentes literæ pervenerint, *Gilbertus* Dei gratiâ, Abbas de Vaghmon, salutem in domino sempiternam. Cum scriptum sit in Evangelio, *Qui Altari deserviunt, de bonis Altaris debent sustentari; Et qui solliciti operarii sunt in vinea Domini Sabaoth, dignâ teneantur mercede remunerari*: Nos attendentes infatigabile ministerium dilectorum fratrum nostrorum & Con-Canonicorum Ecclesiæ de Vaghmon, pondus diei & æstus in eadem, continuis vigiliis & aliis Dei serviciis subportantium cupientes, eorum laboribus & sudoribus diuturnis refrigerium inferre, & ad corpora ipsorum aliquâ refectione refocillanda, gratiâ divinâ inspirati, ex merâ liberalitate nostrâ eisdem Canonicis dedimus, concessimus, & hac præsenti Cartâ nostrâ confirmavimus ad ipsorum pietantiam Centum solidos annuos, ad duos anni terminos apud Chestremorthin percipiendos, de *Rontonâ* provenientes, per Ordinationem venerabilis patris nostri *Rogeri Coventr. & Lich.* Episcopi, sine omni contradictione, reclamatione nostri vel successorum nostrorum, imperpetuum; unà cum Vivario de Pimbeleg, ut in eodem Vivario possint, pro voluntate suâ, & quotienscunq; & quandocunq; volnerint, liberè & pacificè, sine destructione similiter possimus piscari. Hanc gratiam nostram eisdem concedimus, invocato S. *Trinitatis* nomine, contradictores sententiâ excommunicationis innodantes, ut quicunq; futuris temporibus hanc paginam violare, vel contra hanc collationem nostram venire præsumpserit, indignationem Salvatoris nostri Jhesu Christi, & beatæ Virginis *Mariæ*, & beati *Johannis* Apostoli & Evengelistæ, & omnium Sanctorum incomediabiliter possint incurrere. Et quia volumus, quod hæc nostra donatio, concessio & confirmatio rata & stabilis imperpetuum permaneat, hoc Scriptum Sigilli nostri munimine, unà cum communi Sigillo domus de Vaghmon fecimus corroborari. Teste Deo & toto Capitulo. Data apud Vaghmon annò incarnationis dominicæ *MCCLii. xiiii.* Kal. *Septembris.*

PAG. 144. col. 1.

Fundationis historia. Ex Registro de Lilleshull, penes *Ric. Leveson*, de balneo mil. p. 100.

ECclesia S. *Alcmundi* temporibus antiquorum *Anglorum*, in magnâ habebatur veneratione; *Ædelfleda* etenim Regina *Merciæ* eam dicitur fundâsse; & magnis honoribus ditâsse. Post multum temporis Rex *Edgarus* pacificus, consilio beati *Dunstani*, eam ampliavit & ditavit terris & possessionibus & decem Præbendis fecit, quia erat de genere beati *Alcmundi* descendens de nobili prosapiâ Regum *Northanhumbrorum*; itaq; una de decem Præbendis erat *Wilfrescota*, *Mora*, *Merssc*, *Effechotd*, Wistanestowe, *scil.* quatuor hidæ, & Ecclesia de Wistanestowe. Habuerunt itaq; ex dono regum Præbendam illam Canonici successivè, usq; ad tempus Regis *Edwardi*. Rex verò *Edwardus* dedit eam *Godrico Wiffesune*. Ille verò *Godricus Wiffesune* tenuit eam in temporibus Regis *Willelmi Normannbrani* ducis, & *Rogeri* Comitis *Salopiæ*. Mortuo *Godrico* successit ei in Præbendâ; per Comitis *Rogeri* donum, *Nebel* Clericus, qui fuit Medicus Comitis. Mortuo *Nigello*, *Hugo* Comes, filius *Rogeri* Comitis, impetravit à Canonicis S. *Alcmundi*, quod dimitterent Præbendam illam *Gilleberto* de *Cunedore* laico per tres vel quatuor annos; reddendo inde *xs.* Ecclesiæ S. *Alcmundi* per annum, & infra hoc tempus & terminum prædictum noluit providere, unde reddent prædicto *Gileberto* servicium suum, & deinde reddent prædictam præbendam Ecclesiæ S. *Alcmundi*; optinuit Comes, quia guerra erat inter ipsum & *Walenses*, & tota Longefelo fere destructa erat; & *Gilebertus* promisit se auxilium & manutenementum à Comite *Herefordiæ* & Domino de *Clunâ* habiturum, & Præbendam restauraturam: ita Decanus & Canonici decepti concesserunt: sed Comes *Hugo* infra hunc terminum morte præventus est in *Angliseiâ*, cui successit *Robertus* de *Bellismo*, qui guerram movit contra Regem *Henricum*; cujus tempore prædictus *Gilbertus* de *Cunedore* per *Robertum* Comitem vi occupavit Præbendam illam. Tunc temporis, expulso *Roberto* Comite, *Paganus* filius *Johannis* fuit Vicecomes; Canonici verò S. *Alcmundi* planxerunt se Vicecomiti *Pagano*, de *Gileberto*, quod injustè detinuit

tinuit Præbendam, & ipse *Gilebertus* auctoritate Episcopi excommunicatus erat: Vicecomes verò *Paganus* tamen locutus est cum *Gilberto*, quod *Gilebertus* pœnitentiam egit, & reddidit Præbendam in manus *Adæ* Decani, & *Roberti* de *Longedone* & *Walteri* filii *Gubaldi*; & ab unoquoq; Canonico totius Ecclesiæ prædictus *Gilebertus* & milites sui verberati & disciplinati sunt in Ecclesiâ S. *Martini* & in conspectu totius populi; & sic nudus dictus est *Gilebertus* in Ecclesiam S. *Alcmundi*, & ibi optulit Præbendam super Altare: Canonici verò concesserunt Vicecomiti *Pagano* facto cyrographo, quod teneret Præbendam illam, non hæreditariè sed Canonicè in vitâ suâ, & reddent annuatim *x s.* Ecclesiæ S. *Alcmundi*

Vicecomes verò *Paganus* dedit *Gilberto*, Uptune, quia per consilium ejus dimiserat Præbendam illam in manus Canonicorum. Mortuo *Pagano* Vicecomite Canonici S. *Alcmundi* saisierunt Præbendam Wistanestowe; sed *Rogerus*, Comes *Herefordiæ*, vir bellicosus, vi occupavit illam, quia habuit filiam *Pagani* in conjugem, quam postea sprevit. *Helyas* verò de *Say* Dominus de Clune, quia Præbenda illa erat ei vicina & utilis, petiit eam *Hereford*. *Rogero*, & hoc consilio *Baldwini* de *Stepelton*, & dedit ei *xxx.* marcas & optinuit eam *Helyas* à Comite *Herefordiæ*, qui nec potuit nec debuit eam dare nec vendere; & sic concordati sunt Comes *Rogerus* & *Helyas*, qui primitùs inimici erant & guerram habebant inter se, & hoc fuit in tempore Regis *Stephani*. *Helyas* de *Say* dedit eam *Baldwino* de *Stepelton* pro servicio uniis militis. *Baldwino* concessit *Philippus* filius ejus, qui eam injustè occupavit, & *Isab.* de *Say*, filia *Heliæ* recepit servicium unius militis ad *Clunam* de *Philippo* filio *Balwini*. Hæc accepimus à senibus viris venerabilibus, *scil. Adâ* Decano S. *Alcmundi*, *Waltero* filio *Gubaldi*, *Roberto* de *Longedone*, *Ric. Piger*, Canonicis S. *Alcm. Herberto* de *Castello*, *Rogero Ang.* & *Gileberto* & *Baldw. Anglico*, & *Ashw. Botte* de Cunedoure; & *Thoky*, & *Ulfinge* sacerdotibus de Cunedoure.

Carta Walteri Coventrensis *Episcopi, quicquid in diocæsi sua collatum est, ratificans.*

WAlterus Dei gratiâ *Coventriæ* Episcopus, omnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, tàm posteris quàm præsentibus salutem. Fidelium oblationes, quas pietatis intuitu religiosorum fratrum Conventibus Canonicè impenderint confirmare, eorumq; devotioni assensum præbere ad Episcopalem maxime spectat sollicitudinem: itaq; *Ric* de *Beumeis* Decanus Ecclesiæ S. *Alcm.* de *Salopiâ*, assensu Regis *Steph.* & sanctione Domini Papæ, eandem Ecclesiam in meliùs reformans, Canonicos religiosos de Ordine *Arroasia* sub obedientiæ jugo Christo militantes in eâ constituens, Canonicis secularibus præfatæ Ecclesiæ, in eorum Præbendas & beneficia subrogavit. Dedit quoq; eis Præbendam suam propriam; *sc.* Lilleshull & Ettingham, cum omnibus eorum pertinentiis; qui egressi de Ecclesiâ S. *Petri* de *Dorkecest*. Abbatiam ad honorem perpetuæ virginis *M.* in bosco de Lilleshull ædificare ceperunt. Hanc donationem liberam & quietam, & ab omni exactione absolutam à Domino *Papâ Eugenio* imperpetuum eis confirmatam, & à Domino Archiepiscopo corroboratam, & à prædecessore nostro bonæ memoriæ *Rogero* Episcopo præmunitam: Nos quoq; tantorum patrum auctoritatem sequentes, concessimus & confirmamus. Præterea quicquid in diocesi nostrâ fidelium devotione eis legitimè collatum est, vel postmodum conferetur, præsentis Cartæ confirmatione communimus. His testibus, *Will.* Abbate de *Radmora* &c.

Ex ver. membr. penès præf. R. Levejon.

Supplicatio Canonicorum de Lilleshull, *pro appropriatione Ecclesiæ Parochialis de* Hulme.

SUpplicant Sanctitati vestræ religiosi viri Abbas & Conventus Monasterii de **Lilleshull**, Ordinis Sancti *Augustini*, *Coventr.* & *Lich.* diœces. quod cum possessiones & redditus, de quibus dictum ipsorum Monasterium fundatum extitit, pro sustentatione Canonicorum in eodem Deo famulantium, & aliis oneribus supportandis circiter & juxta partes *Walliæ*, pro magnâ parte existant; ac per oppressionem & violentiam potentum ipsis Religiosis adversantium sint invasi & ab eis ablati, sic quod eorum fructus & proventus ad usum suum percipere nequeunt quo vismodo, nec percipient verisimiliter in futurum: prædictumq; Monasterium, juxta & de prope altam viam vocatam **Watlingstret** situatur, ad quod, propter distantiam villarum circumquaq; tanta populi confluit multitudo, quod ea quæ pro cotidiano victu Abbatis & Conventus, sunt parata, oportebit quampluries hospitibus advenientibus ministrare: Idem insuper Monasterium, domus, & ædificia quæ ad illud pertinent, deformitati & ruinæ subjaceant manifestè; ac redditus, & proventus ad dictum **Monasterium** pertinentes, quos prædicti religiosi percipiendi habent facultatem, adeo sint tenues & exiles, quod ad sustentationem soliti numeri Canonicorum ipsius Monasterii, & alia eidem incumbentia onera supportanda, minimè sufficere dinoscuntur, Ecclesiam parochialem de *Hulmo*, cujus præfati religiosi jus optinent patronatus *Norwic.* Dioc. ipsis & eorum successoribus prædictoq; suo Monasterio appropriare, unire & in usus proprios concedere perpetuò possidendam, dignetur vestra sanctissima paternitas intuitu charitatis.

Nos *Ludovicus* Dei & Apostolicæ sedis gratiâ Episcopus *Vulteranus* ejusdem sedis nuntius & collector in *Angliâ*, recepimus à religiosis viris Abbate & Conventu Monasterii **de Lilleshull**. *Lich.* Dioc. quinq; libras sterlingorum, in plenam solutionem Ecclesiæ parochialis de **Hulme**, super mare, *Norwic.* Dioc. rigore appropriationis eis factæ per sedem Apostolicam, &c. Data *London.* sexto die *Septembr. M. CCCC.* quinto.

PAG. 564. col. 1.

Mandatum Templariis, *ad aliam aliquam Religionem, post Ordinis sui dissolutionem ingrediendam.*

Ex ver. membr. penès præf. R. Levejon.

Alterus, permissione divinâ, *Cantuariensis* Archiepiscopus, totius *Angliæ* primas; dilectis in Christo filiis Priori Ecclesiæ Christi *Lond.* salutem. Literas Apostolicas, sub verâ Bullâ plumbeâ, & filo canabi, bullatas, non cancellatas, non abolitas, nec in aliquâ parte earum vitiatas, seu suspectas; sed omni suspicione carentes, nuper inspeximus, seriem continentes infrascriptam.

Johannes *Episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus Abbatibus, Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ad quos Litteræ præsentes pervenerint, salutem. Apostolicam benedictionem ad hoc libenter intendimus, & vigiliis sollicitudinis, & sollicitæ vigilantiæ studium adhibemus, ut in personis Ecclesiasticis præsertim jugo regularis professionis, austeritas vitæ, mundicia, & honestatis vigeat pulchritudo. Sanè ad audientiam Apostolatus nostri pervenit; quod nonnulli fratrum Ordinis quondam militiæ Templi* Jerosolomitani, *post sublationem Ordinis memorati, inconsulto mentis effectu, se inde nimium torquentes, vestes præsumunt induere laicales, seq; gerunt pro laicis, tanquam laici, in animarum suarum periculo conversantes: Quidam tamen eorundem, se amplius mundi voluptatibus immergentes, de facto matrimonia contrahunt; quæ potius concubina duci debeant; & publicè ducunt uxores, cum illis publice habitantes; Nos attendentes, quod per professionem, quam in ingressu dicti Ordinis, dimiserunt ad continentiam, & alia Religionis ..... sicut se voto suo obligârunt; quodq; per sublationem dicti Ordinis, factam in generali concilio* Viennensi, *nequaquam fuerunt à votorum observantia absoluti. Volentes igitur tanta insolentiæ, ac damnabilis præsumptionis audaciæ, de fratrum nostrorum consilio salubriter, & saluti eorum, de celebri & opportuno remedio providere; fraternitati vestræ, per Apostolica scripta, districtè præcipiendo mandamus; quatinus vos, & vestrum singuli, in singulis Civitatibus & Diœcesis vestris, ubi aliqui vel aliquis ex dictis fratribus commorant, infra mensem post receptionem præsentium, eosdem ad*

vestrum præsentiam convocatis; ipsosq; diligenter monere, & salubriter inducere audeatis; quod infra tres menses ammonitionis vestræ tempore computandos, ad aliquam transeant de religionibus approbatis, ibidem Domino perpetuo servituri: Prælatum quoq; & fratres domus, seu Monasterii, ad quem transire voluerint, cum diligentiâ inducatis, ut ipsos in socios recipiant, & in fratres: Clericos tantum ut Clericos, laicos ut conversos, sincerâ in Domino caritate pertractent. Quod si fortè Prælatus seu fratres omnino id facere recusârint, ut eosdem quondam Templarios, etsi non ut fratres, saltem in domibus & Monasteriis suis recipiant; ut in eis Domino, juxta votorum suorum observantiam, famulentur, cum diligentiâ moneatis; & si necesse fuerit, auctoritate nostrâ, per censuram Ecclesiasticam compellatis eosdem.

Si vero dicti fratres quondam militiæ Templi, infra prædictorum mensium spatium, post monitionem & inductionem hujusmodi aliquam de Religionibus approbatis non elegerint, vel ad illam non transierint cum effectu, in eâ secundùm modum perpetuò moraturi prædictum; stipendia ipsis pro victu sustentatione deputanda, quibus extunc ipsos fore privatos decernimus, auctoritate nostrâ eisdem subtrahi faciat; domos & mansiones, seu loca quæcunq; ejusdem quondam Ordinis Templi, seu Ordinis Hospitalis S. Johannis Jerusalem, eis pro hujusmodi stipendiis assignata, vel quocunq; modo concessa nihilominus auferens.

Ne autem prafati quondam militia Templi, domibus, seu Monasteriis, aut locis aliis, ad quæ transierint, onerosi reddantur; volumus & ordinamus quod ipsis in præfatis domibus seu Monasteriis commorantibus, stipendia, quæ per alias literas nostras eis taxari mandamus, & etiam assignari faciatis, quamdiu vixerint ministrari.

Insuper volumus & ordinamus, quod dicti Fratres quondam Templi, Prælatis illorum Monasteriorum, seu domorum ad quæ transierint; sive ut fratres, sive ut pœnitentes omnino pareant; ipsiq; Prælati in eosdem fratres, sicut in alios regulares domorum & Monasteriorum, suam jurisdictionem & correctionem valeant exercere; ita tamen, quod Prælatos religionum, quas dicti fratres quondam Templi duxerint eligendas, per singulas domos & loca, seu Monasteria, & obedientiis eis subjecta, taliter dividantur; quod ultra duos fratres, in eadem domo vel loco, seu Monasterio, aut obedientiâ non ponantur, domibus dicti Ordinis S. Johannis Jerosolomi, exceptis. Cæterùm fratres illos, qui, ut præmittitur, de facto, matrimonia contraxerint, singuli vestrum, in singulis Civitatibus & diœcesis, ubi talia contigerint, ad dimittendas uxores, & ad transeundum, ut de aliis præmittitur, ad aliquam de religionibus approbatis, per subtractionem stipendiorum prædictorum, & alias, districtione quâ convenit, compellatis; invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis; non obstantibus de certo fratrum, seu regularium aut Monachorum numero, & quibuslibet aliis Statutis & consuetudinibus domorum, Monasteriorum, & religionum juramento, confirmatione Apostolicâ; vel quacunq; firmitate aliâ roboratis; seu si aliqui auctoritate literarum nostrarum, in dictis domibus seu Monasteriis, in fratres seu Monachos vel regulares alios, quocunq; censeantur nomine, sint recepti, vel ut recipiantur insistant; aut si Prælatis seu Conventibus, aut fratribus domorum & Monasteriorum prædictorum conjunctim & divisim à sede Apostolicâ sit indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli; aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi, mentionem, & qualibet aliâ de sedis indulgentiâ, generali vel speciali, cujuscunq; tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non inserta, effectus præsentium impediri valeat quomodolibet vel differri; & de quâ cujusq; toto tenore habenda sit in literis nostris mentio specialis.

Volumus autem, quod de his quæ super præmissis duxeritis facienda, nos reddatis, per literas vestras certiores. Datum Avinioni xv. *Calendarum* Januarii, *Pontificatus nostri anno tertio.*

Volentes itaq; mandatis Apostolicis reverenter obedire, ut tenemur; & ea, pro viribus, executioni debitæ mandari; *Rogero* de *Stowe* quondam fratri Ordinis militiæ Templi *Jerusalem*, Presbytero, coram nobis, inter cæteros convocato; ipsum diligenter monemus, & salubriter induximus; quod infra tres menses monitionis nostræ tempore computandos, ad aliquam transiret de religionibus approbatis ibidem Domino perpetuò servituro: Qui quidem *Rogerus*, monitionibus nostris & injunctis offerens se, paratum ut dixit, ad vos & religionem vestram transire; elegit obedientiam vestrâ regulari disciplinæ in domo vestræ inter vos, secundùm modum, perpetuò moraturum antedictum.

Vos igitur auctoritate Apostolicâ supradictâ, monemus & inducimus, ac hortamur in Christo, ut præfatum *Rogerum*, quondam fratrem militiæ Templi, juxta tenorem Apostolici mandati suprascripti, absq; difficultate qualibet admittatis, ut præmittitur, inter vos perpetuò moraturum; ita quod ob vestri defectum nos ad id compellere non oporteat .....

Decie verò receptionis præsentium, & quid in præmissis duxeritis faciendum, nos infra quindecim dies harum receptionis tempore, certificare non omittas, per literas vestras patentes, harum seriem continentes. Datum apud Saltwode tertio Idus *Junii*, anno Domini *MCCxix.* Nos quoq; dictis Apostolicis mandatis & cautis, cum omni reverentiâ, sicut decet, parere volentes, præfatum *Rogerum* de *Stowe*, quondam fratrem Ordinis militiæ Templi *Jerusalem* Presbyterum, secundùm formam literarum Apostolicarum, ac modum prædictum recipere; ac omnia & singula, quatinus mandatum exigit supradictum; .....

excep-

exercere parati sumus & erimus in Conventu dicto, durante spacio in mandato Apostolico prædicto supra limitato. Datum *Londoniis*, in Capitulo nostro *xii.* Kal. *Junii*, anno Domini supradicto.

Et nos *Walterus*, permissione divinâ, *Cantuar.* Archiepiscopus, totius *Anglia* primas, in hujus testimonium copiæ, Sigillum nostrum præsentibus duximus apponendum. Datum apud Lambethe tertio Kal. *Junii*. A. Domini *MCCxix.*

Ibid. *Pro liberatione bonorum Templariorum, Hospitalariis* S. Johannis Jerosolomitani.

WAlterus, permissione divinâ, *Cantuar.* Archiepiscopus, totius *Anglia* primas; Venerabili in Christo fratri nostro, domino *Hamoni* Dei gratiâ *Roffensi* Episcopo, salutem & Caritatem in domino. Reverendissimi in Christo patris & domini nostri, domini *Johannis*, divinâ providentiâ, summi Pontificis Literas Apostolicas Verâ Bullâ, & filo canabis, bullatas; non Cancellatas nec oblitas, in vestrâ & suffraganorum nostrorum præsentiâ, pridiè nobis exhibitas, & penès nos residentes, recepimus & inspeximus; formam quæ sequitur continentes.

Johannes *Episcopus, servus servorum Dei*; *venerabilibus fratribus Archiepiscopo* Cantuariensi, *& ejus suffraganeis salutem & Apostolicam benedictionem. Dum in judicium vocationis adducimus discrimina, labores, & pericula, quæ dilecti filii Magister & fratres Hospitalis* S. Johannis Jerosolomitani, *pro defensione Christianitatis, continuè sustinent in partibus transmarinis; præsertim pro terræ sanctæ subsidio, ad quod elaborant continuè, se & sua liberaliter exponentes; mortis pericula non vitando; reddimus nimirum corde solliciti; quod bona ipsorum, quæ pro dicta terræ sanctæ subsidio, ipsis specialiter sunt concessa; & sine quibus ad præmissa vacare non possunt, in pace possideant, per alios occupata recuperent, eaq; eisdem quorumlibet malignantium ausibus Apostolicæ sedis præsidio serventur illæsa: Ad omnium quidem notitiam pervenisse jam credimus; nec potestis vos ignorantiam specialiter allegare; qualiter jamdudum, post sublatum quendam Ordinem militiæ Templi* Jerosolomitani, *in generali concilio* Viennensi, *felicis recordationis* Clemens *Papa quintus, prædecessor noster; volens de bonis ipsius, quondam Ordini militiæ Templi salubriter ordinare, eodem approbante concilio; domum ipsius militiæ Templi, cæteraſq; domos, Ecclesias, Capellas, Oratoria, Civitates, Castra, Villas, terras, grangias, loca, possessiones, jurisdictiones, redditus atq; jura, omniaq; alia bona mobilia & immobilia, penès se manentia, cum omnibus membris, juribus, & pertinentiis suis, ultra & citra mare; ac universis & quibuslibet mundi partibus consistentia, quæ ipse Ordo, ac Magister & fratres ipsius Ordinis militiæ Templi, tempore quo ipse Magister, & nonnulli ex eisdem fratribus communiter Capti fuerunt, per se vel per quoscunq; alios, habebant, tenebant, & possidebant; vel ad eosdem Domum & Ordinem, ac dictos Magistrum & fratres ipsius Ordinis militiæ Templi quomodolibet pertinebant; nec non actiones & jura, quæ eisdem Domui, Ordini, vel personis ipsius quomodolibet competebant, vel competere poterant, contra quoscunq; cujuscunq; dignitatis, status, vel conditionis existerent, in omnibus privilegiis, indulgentiis, immunitatibus, & libertatibus; quibus prædicti Magister & fratres dictorum domus & Ordinis, ac ipsi domus & Ordo per sedem Apostolicam, vel per Catholicos Imperatores, Reges, & Principes; & fideles alios, vel quoscunq; modo erant legitimè communiti, Ordini ipsius Hospitalis S.* Johannis Jerosolomi: *& ipsi Hospitali, quibusdam, tum ex bonis ipsius, in certis locis consistentibus, tum per prædecessorem eundem exceptis; quæ nos, postmodum ad apicem summi Apostolatus assumpti, præter quædam ex eis, de quibus duximus aliter ordinandum, eisdem Magistro & fratribus, ac Hospitali S.* Johannis Jerosolomitani, *de fratrum nostrorum consilio, modo simili duximus concedenda; donavit, concessit, univit, incorporavit, applicavit, & annexavit imperpetuum, de Apostolicæ plenitudine potestatis.*

Qualiter autem idem prædecessor, occupatores dictorum bonorum, aut illicitos detentores, cujuscunq; status, conditionis, excellentiæ, vel dignitatis existerent, etiam si Pontificali, vel regali dignitate vigerent; nisi infra unius mensis spacium, postquam per eosdem Magistrum & fratres, vel ipsorum nomine, requisiti fuissent, dicta bona, plenè, liberè, & expeditè dimitterent, ipsis, in quibuscunq; partibus & provinciis constitutis, & eorum singulis, vel procuratoribus eorum nomine, Hospitalis, & Ordinis prædictorum; nec non omnes, qui scienter occupatoribus & detentoribus prælibatis, in occupatione vel detentione hujusmodi, daret consilium vel auxilium, vel favorem, publicè, vel occultè, Excommunicavit: Capitula verò, Collegia, seu Conventus Ecclesiarum, & Monasteriorum; nec non universitates Comitatuum, Castrorum, Villarum, & aliorum locorum; & ipsas Civitates, & Castra, villas, & loca, quæ in his culpabilia existerent: ac etiam Civitates, Castra, & loca, in quibus detentores, & occupatores hujusmodi obtinerent dominium temporale; si hujusmodi domini temporales, in dimittendo bona prædicta, restituendo illa Magistro & fratribus Hospitalis ejusdem, nomine Hospitalis ipsius, obstaculum adhiberent; & infra dictum mensem ab hujusmodi præmissa non desisterent, postquam super hoc, ut præmittitur, requisiti forent, ipso facto interdicti sententiis subjacere decrevit, à quibus absolvi non possent, donec super his plenam & debitam satisfactionem exhibere curarent. Nec verò minus occupatores & detentores hujusmodi, vel præstantes eisdem, ut præmittitur, auxilium, consilium, vel favorem; sive singulares personæ, sive Capitula, Collegia, seu Conventus Ecclesiarum, ac Monasteriorum, aut universitates Civitatum, Castrorum, terrarum, vel aliorum locorum existerent, præter panas præscriptas, omnibus, quæ à Romanâ vel aliis Ecclesiis quibuscunq; tenerent

in feudum, ipso facto decrevit esse privatos, sive privata; ita quod ad Ecclesias, ad quas spectabant, illa libera, sine contradictione alicujus reverterentur; earumq; Ecclesiarum prælati, sive Rectores, de ipsis, pro suâ voluntate disponerent, sicut utilitati Ecclesiarum ipsarum cognoscerent expedire.

Et licet Charissimus in Christo filius noster, Edwardus Angliæ *Rex illustris, progenitorum suorum succedens virtutibus, qui Ecclesiæ Romanæ Ordinationibus, & mandatis semper humiliter paruerunt; ad requisitionem eorum Magistri & fratrum, factâ sibi confessione hujusmodi, & aliis præmissis fide plenariâ, prafata bona omnia, dicti quondam Ordinis Templi, in regno & terris suis consistentia, tanquam devotus Ecclesiæ filius, pura & libera, ab ejus ditione dimiserit Magistro & fratribus, ac Hospitali prædictis; eaq; omnia, per alios regni sui dimitti mandaverit etiam expedita. Nonnulli tamen Comites & Barones, nobiles, milites, universitates Civitatum, Castrorum, & alii laici; ac quod gravius mentem nostram amaricat, alia personæ ecclesiastica, qui se debent fratribus ipsis murum defensionis opponere, prafatas sententias non verentes, ad prafata bona concessa, ut prædicitur, pro tam salubri negotio, Magistro & fratribus supradictis extendentes, rapaciter manus suas, ea sicut ex ipsorum Magistri & fratrum dolorosis relatibus, dolenter audivimus, occuparunt hactenus violenter, & detinent violentius occupata, in animarum suarum pernitiem, grave dampnum Hospitali ejusdem, ac terræ sanctæ præcipuè, ad cujus subsidium deputata, ut prædicitur, fore noscuntur non modicum detrimentum; nonnullis executoribus eisdem Magistro & fratribus, super eisdem bonis, & sententiis supradictis, per predecessorem eundem deputatis; & quod deterius est, & leviter ferre non possumus, quibus specialiter inest ipsius terræ sanctæ cura præcipua; cujus oppressiones, Deo teste, nos opprimunt, & ad recuperationem ipsius, intentis desiderijs aspiramus; ac de tali, super occupationibus ipsis, providere remedio, quod tam salubris negotii; viz. terræ prædictæ subsidii, tollatur cujuslibet causa prepedii, concessio dictorum bonorum, factæ per sedem eandem, debitum sortiatur effectum; & occupatores hujusmodi, à suis illicitis actibus resipiscant: ipsosq; sequatur pœna condigna, in delusione & contemptu prafatis mandatis & sententiis Apostolicis non deductis, firmari, vestra in virtute obedientiæ, & sub suspensionis pœnâ, quam & quilibet vestrum, qui postquam hujusmodi mandatum nostrum ad vos pervenerit, incurrere volumus ipso facto, si mandatis Apostolicis, in hac parte neglexeritis obedire, per Apostolica scripta mandamus, quatenus omnes & singulos, in Civitatibus & diœcesibus constitutos, cujuscunq; status vel conditionis existant, & quos inveneritis supradicta bona, dicti quondam Ordinis Templi occupasse, vel occupata tenere, per se vel alios publicè vel occultè, peremptoriè monere curetis; ut infra unius mensis spacium, post monitionem vestram hujusmodi, omnia & singula, in quibuscunq; & ubicunq; consistant, & quocunq; nomine censeantur, cum fructibus indè perceptis, & medio tempore percipi potuerunt, Magistro & fratribus, ac Hospitali restituant supradictis.*

Alioquin, si infra prædictum terminum, eidem monitioni vestræ, humiliter ac effectualiter non pervenerint; occupata per eos, vel eorum nomine, cum fructibus ex eis perceptis, ut prædicitur, non dimittendo liberè Magistro & fratribus supradictis; ipsos omnes & singulos, cujuscunq; status, Ordinis, aut conditionis existerint, & quacunq; fulgerint dignitate, ex tunc auctoritate nostra excommunicamus. Capitula verò, Collegia, seu Conventus Ecclesiarum, & Monasteriorum; necnon universitates Civitatum, Castrorum, Villarum, & aliorum locorum; & ipsas Civitates, Castra, Villas, & loca quæ in his culpabilia fuerint; vel in quibus occupatores hujusmodi dampnum obtinent temporale; si infra prædictum terminum, post monitionem vestram, hujusmodi bona non restituerint, ut præmittitur, supradicto, ipso facto, Interdicti subjacere sententiis decernimus. Et ad majorem ipsorum ignominiam super dictas sententias, & alias pœnas, per prædecessorem eundem, ut supra, ponitur promulgatas, in tales denuncietis incurrisse, & ab aliis denunciari facietis, ac ab omnibus arctius evitari, donec præmissa, cum integritate restituant, & debita absolutionis beneficium meruerint obtinere; non obstantibus quibuscunq; privilegiis & indulgentiis, ipsis vel eorum aliquibus, ab Apostolicâ sede concessis; seu quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint; etiam si, de verbo ad Verbum, specialis mentio sic habenda præsentibus, quæ ipsis, quoad præmissa, in nullo volumus suffragari. Datum Avinioni xv. *Kal.* Februarii, *Pontificatus nostri anno quarto.*

Cumq; ex tenore hujusmodi literarum, quatenus contenta in eis, vestram contingunt diœcesim tenemini, sicut & cæteri exequi principaliter quod est vestrum; præmissa sub Sigillo nostro vobis fore decrevimus dirigenda; ut vos in executione mandati hujus Apostolici taliter habeatis, quod mandantis authoritas minimè contempnetur, dispendium, quatinus fit possibile, immineat aliundè. In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum apud **Lambethe** Kal. *Novembris*, anno Domini *MCCCxx.*

COENOBIA

COENOBIA GALLICANA

Ex Cod. MS. in bibl. Bodl. Oxon. [E. 2. 11. Th.]

De immutatione Ordinis Monachorum. De Abbatibus, & Abbatiis *Normannorum*; & ædificationibus earum.

Liberè in præsenti demonstrare, qualiter, & à quibus antiqua consuetudo victûs & habitus Monachorum immutata sit. In *Burgundiâ* est locus, qui dicitur *Molismus*; ibi tempore *Philippi* Regis *Francorum*, *Robertus* Abbas Cœnobium condidit, & magnæ religionis discipulos aggregavit: Post aliquantos annos, Regulam *Sancti Benedicti* perscrutatus; ad literam voluit persuadere discipulis suis, ut labore manuum viverent; Decimas & oblationes Clericis, qui diœcesi deservirent, relinquerent; femoralibus staminiis, pelliceisq; abstinerent. At illi è contra, nitentes consuetudinibus, quæ in occiduis orbis Monasteriis observabantur (quas constat esse institutas à Beato *Mauro*, discipulo sancti *Benedicti*, & a Beato *Columbano* & (ut ad modernos veniam) a sancto *Odone* Abbate *Cluniacensi*) dicebant se ab eis non recedere. Hæc *Robertus* audiens, & in suâ sententiâ permanens, recessit ab eis, cum viginti & uno sibi assentientibus; diuq; locum quæsivit donec sibi suisq; sodalibus, qui decreverant Regulam *Sancti Benedicti*, sicut *Judæi* legem *Moysis* ad literam penitùs observare. Tandem *Odo* filius *Henrici*, *Burgundiæ* Dux, illis compassus, Prædium eis in loco qui *Cistertius* dicitur, in Episcopatu *Cabillonensi* largitus est. Ibi *Robertus* Abbas, cum electis fratribus aliquamdiu habitavit, Deoq; donante, in brevi plerosq; æmularores districtæ Religionis, quam in illâ Eremo arripuerat, & sanctitatis habere promeruit. Cumq; *Molismenses* per aliquod tempus Pastore carerent, unoq; Dei virtutibus famoso decedente, despicabiliores erga vicinos & notos fierent. *Urbanum* Papam supplices adierunt eiq; prorsus enodatâ serie rerum, quas superiùs retuli, consilium & auxilium ab eo postulaverunt. Ille verò paterno affectu utrisq; consuluit: Abbati enim Apostolicâ jussit auctoritate, ut priùs Monasterium repeteret: &, ne laberetur, regulariter regeret: ac in alio, quod postmodum inceperat, quemlibet de suis idoneum substitueret. Redeunte itaq; *Roberto* Abbate, ad *Molismense* Cœnobium, jussu *Urbani* Papæ, primus *Albericus* factus est Abbas *Cisterciensis* post ipsum, cui successit *Stephanus Anglicus*, qui uterq; magnæ religionis fuerunt. Ipso adhuc vivente & jubente, *Guido* Abbas *Trium Fontium* electus est, & per duos annos idem Monasterium regens, utcunq; tandem insipienter reliquit: Deinde *Reinaldus*, filius *Milonis* Comitis de *Bar* super *Sequanam*, ei successit: Quo mortuo, anno ab incarnatione Domini *MCLi.* *Gotfninus*, qui erat Abbas cujusdam Monasterii in *Viennensi* Provinciâ, natione *Lotharienſis*, factus est quintus Abbas *Cistercienſis*, excepto *Roberto* Abbate *Molismense*, qui illum Ordinem inchoaverat; sed querimoniâ *Molismensium*, & jussu *Urbani* Papæ, (ut prædictum est) ad prius Monasterium redire compulsus fuerat. Jam fere quinquaginta quinq; anni sunt, ex quo *Robertus* Abbas (ut dictum est) *Cistercium* incoluit, Et tanta virorum copia illuc confluxit, ut indè ferè Abbatiæ quingentæ à *millesimo nonagesimo octavo* incarnationis dominicæ, usq; ad annum ejusdem divinæ incarnationis *MCLi.* consurgerent. Et hac de causâ in generali Capitulo, ubi annuatim, mediante mense *Septembris*, apud *Cistercium*, Abbates, & etiam Episcopi, qui alimpti de illo Ordine, convenient

niunt, quatenus negligentiæ, quæ omnino in tot & tantis Conventibus nequeunt evitari, emendentur, hac de causâ, inquam, quia tantum multiplicabantur Abbatiæ ejusdem Ordinis, statutum est, *ut amplius nullam novam Abbatiam instituerent.*

In desertis atq; sylvestribus locis Monasteria proprio labore condiderunt, & sacra illis Nomina solenni provisione imposuerunt; ut & *Domus Dei, Clara vallis Eleemosyna, Curia Dei* & alia plura hujusmodi: quibus auditores solo nominis nectare invitantur festinanter experiri, quanta sit ibi beatitudo, quæ tam speciali denotetur vocabulo. Multi nobiles, & divites, & profundi sophistæ, pro novitate singularitatis ad eos concurrerunt & inusitatam districtionem sponte amplexati sunt.

Eodem fere tempore, quo Ordo *Cisterciensis* in *Cabillonensi* parochiâ exortus est, *Carthusienses* etiam in Episcopatu *Gratianopolitano* adinventus est. Genus hoc Eremitarum sub Priore agit, nec numerum tertium Decimum eorum multitudo tranſcendit. Unusquisq; in Cellâ suâ, privatis diebus separatis ab aliis, orat, dormit, & manducat: Quæ Cellæ tamen contiguæ, & loco conjuncta sunt, Festis diebus ad Ecclesiam, & ad mensam conveniunt, & de spiritualibus inter se conferunt. Institutæ verò, & nocturni & diurni officii, secundùm Regulam *Sancti Benedicti* persolvantur.

Exacto aliquanto tempore exindè, ex quo *Cistercienſis* Ordo inceptus est, *Andreas* genere *Irabus*, de *Valle Bruciorum* Monachus effloruit, & in *Biturienſi* pago Monasterium, quod *Casale Benedicti* nuncupatur, construxit.

Iisdem temporibus tres socii in Religione fuerunt, *Bernardus*, qui priùs fuerat Abbas *Quinciaci*, in *Pictavenſi* solo; & *Robertus* de *Arbrexo*; & *Vitalis* Eremita, qui fuerat Capellanus Comitis *Moritolii*. Hi singuli, singula Monasteria ædificaverunt: *Bernardus*, quia nolebat Monasterium *Quinciaci*, quod hactenus liberum fuerat, Monachis *Cluniaci* subjici, cùm *Paschalis* Papa ei exindè vim inferret, illud relinquens, adjutus à venerabili *Ivone Carnotenſi* Episcopo, & *Rotrone* Comite *Moritoniæ*, in loco sylvestri, qui *Tiron* dicitur, Cœnobium in honorem *Sancti Salvatoris* construxit. Hic omnes ad se venientes suscipiebat; & artes, quas noverant legitimas, infra Monasterium exercere præcipiebat: Cui successit *Willielmus Pictavenſis*, vir literatus, & admodum religiosus. *Robertus* de *Arbrexo*, vir aptus ad lucrandas animas, & prædicandum verbum Dei, Cœnobium, quod *Fons Ebraldi* dicitur, in confinio *Andegavenſis*, & *Pictavenſis* soli ædificavit, & Sanctimoniales fœminas, sub arctissimâ Regulâ ibidem congregans, eis *Petronillam* Abbatissam præfecit. Quâ mortuâ successit ei regimine ejusdem Monasterii, *Matildis* soror *Gaufridi* Comitis *Andegavie*.

Vitalis Eremita, optimus seminiverbius in confinio *Normanniæ*, & *minoris Britanniæ* in vico *Savinario*, Monasterium ædificans, modernas institutiones in aliquibus *Cisterciensibus* similes, Monachis suis imposuit, Huic successit *Bajocenſis Gaufridus, Cerasienſis* Monachus vir admodum literatus, & in religione fervens. Hic multa Monasteria suâ *Cisterciensi* Ordini . . . . . & exinde post paucos annos, ut Deo liberiùs posset vacare, relictâ curâ Monasteriorum, in Monasterio *Clara Vallis*, Deo & sibi vacans delituit. Cui successit in regimine *Savinarii, Ricardus* de *Curceio*, Prior ejusdem loci.

Eodem anno & tempore, Magister *Willielmus* de *Campellis*, qui fuerat Archidiaconus *Parisienſis*, vir admodum literatus & religiosus, habitum Canonici Regularis sumens, cum aliquibus discipulis suis extra urbem *Paris.* in loco ubi erat quædam Capella *Sancti Victoris* martyris, cæpit Monasterium ædificare Clericorum: Assumpto autem illo ad Episcopatum *Cantalavenſium*, venerabilis *Geldoinus*, discipulus ejus, primus Abbas ibi factus est. Sub cujus regimine multi Clerici nobiles secularibus & divinis literis instructi, ad illum locum habitaturi convenerunt. Inter quos Magister *Hugo Lotharienſis*, & scientiâ literarum, & humili religione maximè effloruit. Hic multos libros edidit, quos quia vulgò habentur, non oportet enumerari. Eodem etiam tempore novi Canonici Regulares, apud *Trimucum Berengarii*, & apud *Premonſtratum* adunati sunt, labore manuum viventes, laneis vestibus, & his rusticanis & vilibus utentes.

Videntes itaq; Abbates nominatissimorum Monasteriorum, quæ Reges *Francorum*, & alii consulares viri, & potentes, in prædiis suis ædificaverunt, sed propter abundantiam divitiarum nimium dissoluta erant, Monachos novi Ordinis *Cisterciensis*, scil. & *Carthusienſis*, necnon etiam Canonicos, quos prædiximus, vitam suam sub districtâ religione agere, subore suffusi, vel sponte vel inviti (coacti. *videlicet* à Regibus & pontificibus) Monachos ordinatissimorum Monasteriorum; *scil. Cluniaci, Majoris Monasterii; Becci*, & aliorum æquè in religione vivere studentium, ad se evocant; & ad eorum exemplum vitam suorum subditorum conformare satagunt. Ad regimen etiam Abbatiarum minus religiosarum assumuntur plurimi Abbates de illis Monasteriis, quæ in religione aliis præcellere videbantur.

QUia de Monasteriis noviter factis aliqua diximus, libet de Ducum *Normanniæ* piis operibus in ædificatione sive reædificatione Monasteriorum, aliqua vel breviter commemorare.

Rollo igitur, qui & *Robertus*, angustiâ temporis post baptismum præventus, nullum Monasterium vel instituit, vel renovavit: Sed (sicut superiùs jam diximus) multas possessiones pluribus Ecclesiis & Monasteriis donavit.

Willielmus filius ejus, *Longaspata*, Monasterium *Genuicenſe*, quod Sanctus *Philibertus* construxerat, sed *Hastingus* paganus destruxerat, restauravit; in quo fuerunt Abbates à Sancto *Philiberto* usq; ad exterminium ejusdem Monasterii, viginti; à restauratione verò quæ sub *Martino* Abbate facta est (quem

Gerlo-

Gerlec Comitissa *Pictavensis*, cum duodecim Monachis à Monasterio S. *Cypriani Pictavis*, misit *Willelmo* fratri suo Duci *Normanniæ*) usq; ad annum *MCLv.* dominicæ incarnationis (quo iste Catalogus Abbatiarum *Normanniæ* factus est à nobis) fuerunt Abbates *xiiii.* quorum ultimus fuit *Eustachius* ejusdem loci Monachus.

Primus *Ricardus*, filius *Willelmi* Ducis, tria Monasteria; unum *Fiscanni*, in honorem summæ *Trinitatis*; aliud in *Monte Tumba*, in honorem Sancti *Michaelis*; tertiam *Rothomagi* in veneration em S. *Petri*, Sanctiq; *Audoeni*, multas possessiones, quæ eis à paganis ablatæ fuerant, restituendo restauravit, licèt *Ricardus* filius, plurima prædia addendo, & ordinem Monachicum in eis ponendo ipsa consummaverit. Monasterio *Fiscannensi* primus Abbas præfuit *Will. Cluniacensis* Monachus; & habuit sub regimine suo Monasteria Sancti *Benigni Divionis*, Sanctæ *Trinitatis Fiscannensis*; Sancti *Germani*, *Parisiensis*; S. *Faronis*, *Meldis*, S. *Mich.* de *Monte tumba*, & alia Monasteria ferè triginta. Secundus Abbas *Fiscanni*, *Johannes Longobardus*. Tertius, *Willelmus*, Monachus S. *Stephani*, *Cadomi*. Quartus, *Rogerus*, ejusdem loci Monachus. Quintus, *Henr.* Monachus *Cluniac.*

In Monasterio Sancti *Michaelis* fuerunt Abbates ferè *xiv.* quorum decem habuerunt de extraneis Monasteriis.

Hildebertus primus Abbas factus est in Monasterio Sancti *Audoeni*, post instaurationem. Secundus, *Herfastus*. Tertius *Nicolaus*, filius tertii *Ricardi* Ducis *Normanniæ*. Quartus, *Hisgotus*, Prior *Cadomi*, hic Ordinem emendavit. Quintus, *Willelmus*. Sextus, *Reinfridus*, ejusdem loci Monachus. Septimus *Frebernus* Monachus *Cluniacensis*.

Secundus *Ricardus*, Dux *Normanniæ*, ex integro Abbatiam Sancti *Wandregesili* quam *Fontinellam* antiquitùs vocaverunt, rexdificavit. A Sancto *Wandregisilo* usq; ad *Mainardum*, qui tempore primi *Ricardi* cœperat eundem locum, pro posse suo emendare, fuerunt Abbates *xiv.* A *Mainardo* usq; ad præsens tempus *xii.* quorum ultimus fuit *Rogerus*, Monachus ejusdem loci, qui adhuc superest.

Judith Comitissa, uxor secundi *Ricardi*, fecit Monasterium *Bernaii*. Hujus custodes fuerunt *Radulfus* Abbas S. *Michaelis*, & post ipsum *Theodericus Gemeticensis*; quorum Prior dedit *Uticum* & *Bellum montellum Hunfrido* de *Vetulis*; sequens verò medietatem burgi *Bernaii*, Patri *Rogerii* de *Monte Gomerici*, ut indè se procuraret quando *Bernaium* venisset. Primus ibi factus est Abbas *Vitalis*, Monachus *Fiscanni*, cui cum post modum *Willelmus* Rex *Anglorum* Abbatiam Sancti *Petri Westmonasterii* dedisset; *Osbernus* frater ejus Monachus *Troarnensis*, secundus præfuit Monasterio *Bernaii*. Tertius, *Nicolaus*, Monachus *Fiscanni*. Quartus, *Ric.* Monachus ejusdem loci.

Monasterium S. *Thaurini Ebroicensis*, prædictus *Ricardus* secundus Dux *Normannorum*, ex parte restauravit: Cui Monasterio nostris temporibus præfuerunt Abbates, *Radulfus*, *Willelmus*, *Paulus*, *Philippus*, *Ranulfus* Monachi *Fiscanni*. Item *Villare Monasterium*, quod Sanctus *Philibertus olim* construxerat, prædicti Principis uxor, scilicet *Judith*, ad opus Sanctimonialium reparavit.

Venerabilis *Herluinus* in proprio solo Monasterium *Becci* ædificans, primus eidem Monasterio præfuit. Cui successit *Anselmus*, *Willelmus Boso*, *Theobaldus*, *Lecardus*, *Rog.* ejusdem Monasterii Monachi.

Robertus Dux *Normannorum* filius secundus *Ricardi*, ædificavit Monasterium *Cerasicense*. Primus Abbas ibi præfuit *Durandus*, Monachus S. *Audoeni*. Secundus, *Almodus* exabbas S. *Michaelis* de *Monte*. Tertius, *Garinus*, Monachus S. *Michaelis*. Quartus, *Hugo*, Monachus *Troarnensis*. Quintus, *Hugo*, Monachus ejusdem loci.

Willelmus Dux, filius prædicti *Roberti*, duo Cœnobia *Cadomi* ædificavit; unum virorum, & alterum fœminatum.

Monasterio Monachorum primus Abbas præfuit *Lanfrancus*, Prior *Becci*. Secundus, *Willelmus*. Tertius, *Gisilebertus*. Quartus, *Robertus*. Quintus, *Eudo*. Sextus, *Alanus*. Septimus, *Petrus*, ejusdem loci Monachi.

Willelmus filius, Dux *Geroii*, Monachus *Becci*, & nepotes ejus *Robertus* & *Hugo* de *Grentemaisnil*, restauraverunt Monasterium S. *Ebrulfi* apud *Uticam*: Sed quia idem *Will.* cùm susceptisset habitum Monachi apud *Beccum* dederat eundem locum *Beccensi* Monasterio; unde etiam *Lanfrancus*, qui postea fuit Abbas *Cadomi*, cum tribus Monachi illo directus est ad habitandam; ideo dedit villam *Russeriæ* Ecclesiæ *Becci* pro commutatione Ecclesiæ S. *Ebrulfi*. Primus Abbas præfuit huic Monasterio *Theodericus Gemeticensis*, Secundus, *Robertus* Prior ejusdem loci. Tertius *Osbernus*, Monachus S. *Trinitatis*, *Rothomagi*. Quartus, *Maurinus*. Quintus, *Rogerus*. Sextus, *Garinus*. Septimus, *Ricardus*. Octavus, *Ranulfus*. Undecimus, *Bernardus*, Monachus ejusdem loci.

Gosselinus Vicecomes *Artacensis* patruus *Godefridi*, Patris *Matildis* uxoris *Will.* Camerarii, fecit Monasterium S. *Trinitatis* in *Monte Rothomagi*. Et Monasterium instituit S. *Amandi*, intra muros ejusdem civitatis, ad opus Sanctimonialium. Monasterio S. *Trin.* de *Monte*, primus præfuit *Isembertus Teutonicus*, vir religiosus, Monachus *S. Auderni*. Secundus, *Reinerius*. Tertius, *Walterius* Quartus, *Helias*. Quintus, *Walterius* ejusdem loci Monachi.

Eodem tempore, *scilicet* sub duce *Willelmo*, restauratum est Monasterium *Sanctæ Crucis*, *Sanctique Leuffredi*, de terra quæ fuerat *Helchonis* de *Cruce*; primus Abbas factus est hujus Monasterii, post restaurationem, *Albericus*. Secundus, *Henr.* Tertius, *Will.* Monachi S. *Audoeni*. Quartus

& quintus *Garnerius* & *Rodolphus* Monachi ejusdem loci.

Rog. de *Toenio* construxit Monasterium *Castelionis*. Cui Monasterio primus & secundus Abbates præfuerunt *Gilb.* & *Willielmus*, Monachi *Fiscanni*. Tertius & quartus *Will.* & *Zocardus*, Monachi *Blesis*. Quintus *Gislebertus*, Monachus *Becci*. Sextus & septimus, *Simplicius* & *Vincentius*, Monachi *Columb.* Octavus, *Bernerius*, Monachus ejusdem loci.

Will. filius *Osberni Normanniæ* dapifer, & cognatus *Will.* Ducis, duo Monasteria in honorem beatæ Dei genetricis *Mariæ* ædificavit, unum apud *Liram*, in quo *Aelizam* uxorem suam, filiam *Rogeri* de *Toenio*, postmodum sepelivit; Alterum apud *Cormelias*, in quo ipse mortuus conditus est. Primus Abbas *Liræ* fuit *Robertus* ejusdem loci Monachus. Secundus *Erfastus*. Tertius, *Burno*. Quartus *Ernaldus*. Quintus, *Hildebertus*. Sextus, *Gislebertus*, Monachi Sancti *Ebrulfi*. Septimus, *Will.* ejusdem loci Monachus. Octavus, *Radulphus*, Monachus *Becci*: Hic ordinem reparavit. Nonus, *Hildebericus*, Monachus Sancti *Ebrulfi*. Decimus, *Will.* Monachus ejusdem loci. *Cormeliis* primus præfuit *Rob.* Monachus S. *Trinitatis Rothomagi*, qui in maris naufragio periit. Cui successit *Gauffr.* ejusdem loci Monachus. Et illi *Wil.* Monachus *Becci*. Et illi *Bened.* Monachus ejusdem loci.

Hunfr. de *Vetullis Pratellis* duo Monasteria ædificavit, unum Monachorum & alterum Sanctimonialium. Monachis primus Abbas præfuit *Gauff.* Monachus Sancti *Wandregisili*; cui successit *Garff.* Monachus ejusdem loci; cui *Ricardus* de *Tramellis*, vir religiosus & valdè literatus, qui fuerat Monachus Sancti *Vigoris Bajocensis* sub *Roberto* de *Tumbâ Helena*, qui fuit illius loci primus Abbas & ultimus. *Ricardo* successit alter *Ricardus*. Et illi *Reinaldus*, ejusdem loci Monachus, Et illi *Michael* Monachus *Becci*.

Rogerus de *Monte Gomerici*, filius *Rogerii* Vicecomitis *Ossunensis*, in honorem Sancti *Martini* duo Monasteria ædificavit; unum in suburbio *Sagiensis Urbis*, & alterum in Vico suo *Troarno* super *Dinam*. Monasterio *Sagiensi* primus præfuit *Robertus* Monachus S. *Martini Troarnini*. Secundus *Rodulphus* Monachus ejusdem loci. Cui successit *Hugo*. Et illi *Gilbertus*. Item *Gislebertus* & *Johannes* Monachi ejusdem loci.

At Monasterio *Troarnensi* primus præfuit *Durandus* Monachus *Fiscanni*. Cui successit *Arnulfus*; Prior *Sagii*. Et illi *Andreas*, Monachus ejusdem loci. Et ei *Ricardus* Monachus *Cluniaci*. Et illi *Gislebertus* Monachus ipsius loci.

Fecit etiam, immo restauravit, prædictus Comes *Rogerus* Monasterium fœminarum apud *Almenechias*, ubi olim *Sancta Oportuna* fuerat Abbatissa, antequam *Normanni* in Regnum *Francorum* venirent.

Lecelina Comitissa *Aucensis*, relicta *Will.* Comitis, qui fuerat naturalis frater secundi *Ricardi Normannorum* Ducis, adjuta à filiis suis *Roberto* Comite *Aucensi*, & *Hugone* Episcopo *Lexoviensi*, Monasterium Sancti *Petri* super *Dinam*, virorum, & Monasterium fœminarum ante urbem *Lexoviensem*, virili animo construxit. Monasterio S. *Mariæ Dinæ*, primus Abbas factus est *Arnardus*, Monachus Sanctæ *Trinitatis* de *Rothomago*: Cui succesit *Fulco*, Prior Sancti *Ebrulfi*. *Fulconi Benedictus*, Prior S. *Audoeni*. Quartus, *Gantenius*, Monachus *Gemeticensis*. Quintus *Robertus*, Monachus Sancti *Dionysii*. Sextus, septimus, octavus, *Rodulfus*, *Ricardus*, & *Haimo*, Monachi ejusdem loci. Nonus, *Warnerius*, Monachus *Cluniacensis*.

Filius verò prædictæ *Lecelinæ*, *Robertus* Comes *Aucensis*, Monasterium Sancti *Mich. ulterioris portus* ædificavit; in quo primus Abbas fuit *Herbertus* Monachus S. *Trinitatis* de *Monte Rothomagi*. Secundus, *Alueredus* Monachus. Tertius, *Osbernus*, Monachus ejusdem loci. Quartus *Fulcherius*. Monachus *Cluniacensis*.

At *Rogerus* de *Mortuomari*, filius *Walterii* de *Sancto Martino*, frater verò primi *Will.* de *Warennâ* Monasterium S. *Victoris* in proprio solo fundavit, & ædificavit. Cui præfuerunt Abbates *Ricardus*, *Robertus*, *Mainardus*, *Hugo* Monachi S. *Audoeni*.

Ricardus Comes *Ebroicensis* in eadem urbe ad opus Sanctimonialium Monasterium S. *Salvatoris* construxit.

Monasterium S. *Mariæ Greistein Herluinus* de *Contevillâ* condidit, in quo ipse requiescit corpore, & *Herleva* uxor ejus. Horum filii fuerunt *Robertus* Comes *Moritolii*, qui idem Monasterium auxit, & *Odo* Episcopus *Bajocensis*. Primus Abbas ejusdem Monasterii, *Gaufridus* Monachus S. *Sergii Andegavensis*, Secundus *Fulcoius* Monachus *Sagii*. Tertius, *Herb.* Monachus ejusdem loci. Consuetudines & Monachos in initio habuerunt partim de S. *Wandregisilo*, partim de *Pratellis*.

Hugo Vicecomes *Abrincatensis*, postea Comes *Cestrensis*, Abbatiam S. *Severi* in *Constantinensi* Episcopatu fecit. Primus Abbas fuit ejusdem *Anselmus*, Monachus *Gemiticensis*. Secundus, *Arnulfus Ebroicensis*. Tertius, *Petrus*, Monachus S. *Benedicti*, *Floriaci*. Quartus, *Robertus*, ejusdem loci Monachus. Quintus, *Guido Cestrensis*.

Monasterium S. *Trinitatis Exaquii*, *Eudo* cum Capello fecit: Primus Abbas ejus *Rogerus*, Monachus *Becci*. Secundus & tertius *Gaufridus* & *Garinus* Monachi ejusdem loci. Quartus, *Robertus* Monachus *Cadomi*. Quintus & sextus *Radulfus* & *Reg.* Monachi ejusdem loci.

Nigellus Vicecomes *Constantinensis* Cœnobium S. *Salvatoris* construxit. Primus Abbas ibi factus est *Benignus*, Monachus *Fiscanni*. Secundus, *Hamelinus*. Tertius, *Auffridus*. Quartus, *Will.* Quintus, *Hugo*, Monachus S. *Mich.* de *Monte*.

Monasterium S. *Stephani Fontanetti*, primus *Rod. Taison*, qui fuit avus iii. *Rad.* Patris *scil. Jordani Taison*, adjutus ab *Herneisio* fratre suo condidit. Primus Abbas ibi constitutus

tutus est *Gauffridus*, Monachus S. *Wandregisili*. Secundus *Hugo*, Monachus *Troarni*. Tertius, *Herbertus*, Monachus *Cadomi*.

¶ Monasterium *Montis Burgi* ædificatum est à *Rogero* Monacho S. *Crucis*, in Dominio Ducis *Normanniæ*; Cujus primus Abbas effectus est idem *Rogerus*, vir religiosus & socius *Wimundi*, qui postea fuit Episcopus *Aversanus*. Huic *Rogero* prædictus *Wimundus* scribit librum *De Corpore Domini*. Secundus Abbas fuit *Ursus*, subprior *Gemeticensis*, qui & Ordine & ædificiis eundem locum nobilitavit. Tertius, *Petrus*. Quartus, *Walterus*, ejusdem loci Monachus. Hanc Abbatiam dedit *Henricus* Rex *Anglorum* *Ricardo* de *Reviers*, ut eam custodiret & augmentaret, sicut propriam, quod & idem facere curavit.

¶ *Rogerus* de *Ibreio* condidit Monasterium de *Ibreio*. Primus Abbas ibi fuit *Petrus*. Monachus *Columbensis*. Secundus, *Durandus*, Monachus *Becci*. Tetius, *Osbernus*, Monachus *Fiscanus*. Quartus, *Hubertus*, Monachus *Columbensis*. Quintus, *Normannus*, Monachus *Becci*. Sextus. *Hunbertus* Monachus *S. Petri Carenoti*. Nullus autem eorum adhuc potuit reperire ibi sepulturam.

Monasterium S. *Mariæ Lonlei* primus *Will. Tallevacius*, (qui castrum Domui *Frontonis* in *Monte*, exciso nemore erexit) ædificavit. Qui locus, licet in Episcopatu sit *Cænomanensi*, ad Ducatum tamen *Normaniæ* pertinet. Primus Abbas ibi fuit *Will.* Monachus S. *Benedicti Floriaci*, secundus, *Hugo*, Monachus ejusdem Monasterii. Tertius, *Garinus*, Monachus *Ebronis*. Quartus, *Radulphus*, Monachus *Cadomi*. Quintus, *Laufredus*, Monachus ejusdem Monasterii. Sextus, *Johannes*, Monachus S. *Launomari*, *Blesis*; quo depositio, successit septimus, *Bernio* Monachus S. *Martini Majoris Monasterii*.

ABBATIA

S. *Gregorii* de *Banguervilla* in *Normannia*.

Pat. 9 E. 2. p. 2. m. 11. per Inspex. Videsis Cart. 2. E. 3. n. 73. per Inspex.

Carta W. *de* Tancervilla *donationes* Radulphi *patris sui confirmans.*



De *Tancervillâ*, Camerarius Regis, *Rabello* filio suo, & cunctis hominibus suis & fidelibus salutem: Sciatis quod dedi & concessi Deo & Abbaciæ *S. Georgii*, in quâ Monachos posui auctoritate Apostolicâ, & Regis *Henrici* & *Gaufredi Rothomagen.* Archiepiscopi & Episcoporum totius *Normanniæ*, omnes illas donationes, quas Pater meus *Radulfus* Camerarius dederat Canonicis illius loci; *scil.* imprimis, in *Magnevillâ* quicquid habebat præter feodum militum, ego do & confirmo perpetuo in elemosynam; *scil.* hospites, bordarios omnes, & portum de *Mollecrosia*, & aquam *Sequanæ* ad piscandum, sicut ego habebam in meo dominio; & prata & Ecclesiam cum omnibus appendiciis suis. Et do & confirmo dona & elemosinas, quas milites mei dederunt de meo feodo; *scilicet* xv. acras terræ circa Ecclesiam, quas *Radulfus* filius *Normanni* dedit novæ Abbaciæ; & quicquid calumpniabat in illâ Ecclesiâ; & decimam de *Hangemara*, & de *Danbon*, similiter confirmo, & de riparia terram *Sethebot* & *Gria*; Ecclesiam de *Bardovill*, & Capellam, & decimam quæ *Gaufridus* filius *Pagani* dedit Monachis, & Ecclesiam *Sancti Martini* de *Chevillon*; & similiter Ecclesiam de *Honvill*.

Insuper do & confirmo in *Julia Bona* unum molendinum bratarium de meo dominio; & in Vicecomitatu decimam *Lxx.* librarum, quas ibi habeo, & decimam molendini *Esragi*, & unum hospitem, & decimam de omnibus quæ pertinent ad me in foresta *Fiscanni*, & in foresta *Julia bona*, & in foresta *Montisburgi*; *scilicet* de nummis, de averiis, de arietibus, & de cunctis aliis rebus, & de Herbagio, & de pasnagio; & quietantiam Monachis & hominibus eorum de herbagiis, & de pasnagiis, & de moltâ, & theoloneo; & Monacho Sancti *Martini* procurationem unius militis; ita tamen quando ego vel uxor mea fuerimus apud *Tancervillam*, concedo ut habeat asinos suos quietos ad consuetudinem meam. Insuper concedo totam decimam de *Ital* in omni re, de nummis, de terris, & de herbagio & de pasnagio: & do etiam decimam totam de aliis nemoribus meis de honore de *Manchevilla*, de *Foresel*, de nemore de *Torvilla*, & de *Michewich*; & de supra *Ansuevillam* totam decimam de herbagio & pasnagio, & de avenis, & cunctis aliis rebus, & etiam decimas terrarum, quæ adjacent illis nemoribus, & decimam sensuum de *Manchovill*, & de *Torvilla*, & decimam molendini de *Sanchevilla*; & decimam de *Arcell*, & decimam de omnibus quæ habeo in *Diepâ*, & in *Spineto*. Et do unum hospitem apud *Manchevillam*, & unum apud *Ansnevillam*, & decimam censuum de *Orrivilla*, & apud *Tunum*, de omni eo, quod ibi habeo.

Decimam & villam, quæ dicitur *Holdecot* do & confirmo, sicut eam Canonici habebant de elemosynâ Patris mei cum Ecclesiâ illius villæ; similiter totum dominium meum, quod habebam in *Bodevilla* do & concedo, cum bosco & molendino *Stigandi*, & decima de *Torp*, & molta hominum meorum illius villæ; & decimam nemoris de *Larunfai*, in omni re, herbagio, & pasnagio, & de omni consuetudine totius nemoris, in avenis, & gallinis, & aliis rebus. Apud Sanctum *Georgium* do omnia mea dominia in vavassoribus, in terris, & pratis, & alnetum totum de arabili terrâ, usq; in *Sequanam*, cum fossato *Rabelli*, & *Baucheri*, & Canonici; & do insulam *Rabelli*, cum hospitibus, & do & confirmo in *Limesi* decimas de meo feodo, quas milites mei dederunt Abbaciæ, *Gaufridus* & *Alanus*, & quicquid

Rogerus filius *Orm* dedit in hospitibus, in terris, in bosco & plano & in Ecclesia. Et in *Abetot* do Ecclesiam & decimam & terram pertinentem Ecclesiæ, & quatuor acras, quæ sunt inter Ecclesiam & domum *Roberti* filii *Ursi*, & tres acras apud *Capeton*. Et do etiam Ecclesiam Sancti *Romani*, & decimam mercati ejusdem villæ; & decimam molendinorum meorum de *Brureda*: Et Ecclesiam de *Esprotot*, cum decimâ, sicut *Hubertus* eam tenuit. Apud *Rispevillam* do totum meum dominium, & totam villam, *scil.* xxxii. hospites, & totum boscum sicut mater mea concesserat Abbaciæ. Apud *Wimunvill* do quicquid habebam, & portum meum de *Berneval*, & navem quam habeo quietam, apud *Estrutart*.

In *Anglia* do Abbaciæ, de meo Dominio, villam de * *Aneberia*, & *Wintrebornam*, cum terris & pratis meis, & nemore, & *Beleberiam*, & *Catacumbam*, & * *Westonam*, cum Ecclesiâ. Et do Ecclesiam de Heiles, & totam decimam de meo dominio, & de pomeriis, & de terris.

Et in *Rothomago* do quatuor domos, quietas, cum pratis meis. Testibus, *Gaufrido* filio *Pagani*, *Eunardo* de *Salesb.* *Will.* de *Fisc.* *Rogero Pavilli*, *Johanne* de *Fosemuncel*, *Gilberto* de *Eaz*, & aliis.

* Anebury in Com. Wilt. Cella S. Georgii de Bauquervilla.

* Edwveston in Com. Rutl. alia Cella.

Cart. 2. E. 3. m. 29. n. 73. per Inspex.

Carta Regis Henrici *secundi*, *pro terris Monachorum de* Bauquervill *infra metas Foresta de* Roteland (*in* Anglia) *excolendis*.

HEnricus de gratiâ Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ*, & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ*, omnibus Justitiariis suis, & magistris Forestariarum in *Anglia* salutem: Sciatis nos dedisse licentiam, & potestatem Monachis S. *Georgii* de *Baukervill*, quatinùs totam terram suam de Buchelay, quam *Willielmus* Camerarius de Tankervill dedit eidem Abbaciæ, & quæ est sita, infra metas Forestæ de Roteland, & quantum ibi habent brullii possint excolere, & convertere ad terram arabilem, ad opus Abbaciæ. Et do eis quietantiam bonam de rewardo, & de wasto in illo brullio, & in toto brullio suo, & in terrâ suâ de Catecumbe, & in omnibus quæ ad dictum nemus pertinent, sine impedimento alicujus. Et volo & firmiter præcipio, ne aliquis eis injuriam ferat vel de terrâ illâ, vel de rebus aliis, quæ ab antiquis temporibus, ad præfatam Ecclesiam pertinere noscuntur, sed teneant benè, & in pace, liberè, & quietè, & honorificè in puram & perpetuam elemosynam. Testibus, *Henrico Bajocensi*, *Frogero Sagiensi*, *Reg.* *Bathon.* Episcopis; Magistro *Waltero* de *Constantiis*, *Richardo Guiffard* apud *Rothamagum*.

Ibid.

Alia Carta ejusdem Regis Henrici, *de diversis privilegiis & immunitatibus eisdem Monachis concessis*.

HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ*, & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepisc. (&c.) salutem. Sciatis me concessisse, & præsenti Cartâ meâ confirmâsse, Deo & Abbatiæ Sancti *Georgii* de *Balkiervill*, & Monachis ibidem Deo servientibus, omnes donationes, quæcunq; eis factæ sunt, & confirmatæ Cartis donatorum suorum. Do etiam & concedo prædictæ Abbatiæ & manupastui ejus, in propriis rebus, libertates, & quietantias per totam terram meam, citra mare, & ultra; *scil.* in partibus maris, & *Sequanæ*, & in Civitate *Rothomagi*, quietantiam de theoloneo, & de modiatione, & de omnibus aliis consuetudinibus, & in Forestâ *Roumare*, viride lignum, de liberatione captum ad omne opus Sancti faciendum, & ad Ignem Abbatiæ & herbagium & pasnagium sibi, & manupostui ejus quietum, & in omnibus dominicis meis Forestis; Insuper & quietantiam in omnibus civitatibus meis, Castellis; Burgis, Mercatis, passagiis, & portibus citra mare, & ultra. Præcipio etiam, quod Maneria ipsius Abbatiæ in *Anglia*; *scil.* *Anesberia*, * *Wintreborna*, & *Westona* * habeant quietancias, & libertates suas de sciris, & Hundredis, & de Teingepeni, & de Danegelto, & de omnibus aliis rebus. Volo etiam, & firmiter præcipio, quod prædicta Abbatia Sancti *Georgii* de *Balkiervill*, & Monachi in eâ Deo servientes, omnia suprædicta habeant, & teneant, in liberâ, & perpetuâ elemosynâ, benè & in pacè, & liberè, & quietè, plenariè, integrè, & honorificè, in Ecclesiis, & terris, & Decimis; in aquis, & molendinis, & in omnibus aliis locis, & aliis rebus ad eam pertinentibus; & cum omnibus libertatibus, & quietanciis, & liberis consuetudinibus suis. Testibus, *Radulpho* de *Wadnevilla* Cancellario, *Seharo* de *Quenci*, *Roberto* de *Stutevill*, *Reinciro* de *Pavelli* apud *Juliam bonam*.

* Anesburie, in Com. Wilt. Cella Abbatiæ S. Georgii de Bauquervill.

* Weston (vulg. Edweston) in Com. Rutl. Cella ejusdem.

ABBATIA de Becco, in ducatu Normanniæ.

De primâ fundatione ejusdem.

Ex Collect. Rob. Glover Somerset Heraldi [Miscel. lib. 1.]

Isbertus Brionensis Comes, primi *Ricardi Normannorum* ducis nepos, ex filio consule *Godefrido*, *Herlewinum* primum Abbatem *Beccensem*, enutritum penès se, inter omnes curiæ suæ primates habuit acceptissimè. Habilis ille ad arma plurimùm erat, nec minori eâ animositate gestabat. Omnes omnium totius *Normanniæ* majorum familiæ in electis illum habebant in armis, omniq; rei militaris usu & cultu corporis sui attollebant. Ab inhonestis avertebat animum honestis; quæ curiæ magni faciunt, impendebant omne studium. Domi ac militiæ commilitonum suorum præstantissimus erat: quibus de rebus, non solùm singularem Domini su. obti-

obtinuerat favorem verumetiam, apud *Robertum* totius *Normanniæ* ducem, & apud exterarum dominos regionum pepererat sibi nomen plurimum, accessumq; familiarem. Hic talis & tantus vir, cum prediis ac facultatibus, licèt minimis, ad monacatum venire desiderans, & in fundo sui juris, qui *Burnevilla* dicitur, haud procul à *Brionnio*, volens Cœnobium construere, Ecclesiam ædificavit in honorem S. *Mariæ*, ibiq; religionis habitum, ab Episcopo *Luxovienſi Herberto*, maximæ sanctitatis viro, quadragesimo ætatis suæ anno devotè suscepit. Nec multo post ab eodem præsule sacerdos ordinatus est, & Abbas constitutus, quia propter paupertatem ipsius loci quivis alius regimen ipsum nolebat suscipere. Verum, quia campestris & inaquosus est locus monitus per soporem à beatâ Dei genitrice *Mariâ*, in vallem ad rivum, qui *Becci* dicitur, Deo adjutore successit, ibiq; nobile ædificare cæpit in honorem ejusdem Matris Domini *Mariæ*, Monasterium, quod Deus perfecit ad sui nominis gloriam: cui Deus ad auxilium & consilium adauxit, juxta desiderium cordis sui *Lanfrancum*, virum peritissimum, deinde *Anſelmum*: qui ambo postea Archiepiscopi *Cantuariæ* consecrati sunt.

Rot. *Norm.* 8. H. 5. p. 1. m. 23. per inſpex. *Carta Regis* Henrici *ſecundi*, *donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

HEnricus Dei gratiâ, Rex *Angliæ*, & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andegav.* Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis me concessisse & præsenti meâ Cartâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ S. *Mariæ* & Monachis de *Becco Herluini*, omnes donationes & elemosynas Ecclesiarum, decimarum, terrarum, (&c.) quæ eis factæ sunt, in totâ terrâ meâ, tam in *Normanniâ*, quàm in *Angliâ*: Et præcipuè ex dono *Baldvini Clare*, filii Comitis *Giſleberti*, *Pullatam*, juxta *Sapum*, cum omnibus pertinentiis suis; & in *Novavillâ* quasdam terras & decimam molendinorum suorum. Et ex dono ipsius Ecclesiam de *Boſco Raaulfi*, cum jure patronatus & advocationis, & omnibus aliis rebus ad eandem pertinentibus. Ex dono *Radulfi* de *Groelai*, quando factus fuit Canonicus, Ecclesiam de *Huanariâ*, cum jure patronatus & advocationis, & decimâ, & omnibus aliis ejusdem Ecclesiæ pertinentiis. Ex dono *Fulconis*, de *Aneto*, & hominum suorum, Manerium de *Meſnillo-Simonis*, cum Ecclesiâ, & omnibus Ecclesiæ & Manerii pertinentiis. Ex dono *Albredæ*, sororis ejusdem *Fulconis*, assensu & voluntate ipsius, terram de *Groſelers*, quæ est juxta *Landam* sita, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Willermi Criſpini*, Ecclesiam de *Droecurt*, cum terrâ & decimâ, & omnibus ejusdem Ecclesiæ pertinentiis. Ex dono *Girardi* de *Gornaio*, & *Baſilia* matris suæ, medietatem totius Manerii de *Longolio*, cum omnibus ad ipsum Manerium pertinentibus. Item ex dono ipsius *G.* & *B.* matris ejus, Ecclesiam de *Brannoſt*, cum terrâ & decimâ, & omnibus, quæ ad eam pertinent, & Manerium de *Boſco Girardi*, cum omnibus pertinentiis. Ex dono *Galchelini* de *Mancelles* Ecclesiam S. *Mariæ* de *Aiex*, cum jure patronatus & advocationis, & decimâ, & omnibus aliis ejusdem Ecclesiæ pertinentiis, & xx. acras terræ.

Ex dono *Rogeri* filii *Ricardi* Manerium de *Colevillâ*, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Will. Malet*, Manerium de *Contevillâ*, cum Ecclesiâ & omnibus ejusdem Ecclesiæ & Manerii pertinentiis. Ex dono *Roberti* de *Monteforti* Ecclesias de *Monteforti*, & de *Appevillâ*, & de *Fronlanurt*, cum terris & decimis, & omnibus earundem Ecclesiarum pertinentiis. Ex dono *Thomæ Bard* & *Rohais* uxoris suæ, Ecclesiam de *Bernouville*, cum jure patronatus, & advocationis, & omnibus aliis ejusdem Ecclesiæ pertinentiis. Ex dono *Frogerii Sagiensis* Episcopi Ecclesiam de *Ruullon*, cum decimâ & omnibus ejusdem Ecclesiæ pertinentiis. Ex dono *Hugonis* de *Gornaio* decimam de præpositurâ & portione suâ in villâ de *Eſtboci*, & pertinentiis suis. Ex dono *Wil.* Clerici portionem illam, quam habebat in Ecclesiâ & decima de *Longolio*. Ex dono *Hawiſiæ* de *Monbaſton*, terram dominii sui de *Monbaſtone*, quam dedit, quando se reddidit Ecclesiæ *Becci*, & habitum religionis suscepit. Hæc autem omnia, non solum, quæ in præsenti scripto continentur, sed & omnes alias donationes (&c.) concessa eidem Ecclesiæ & Monachis, concedo & præsenti Cartâ confirmo. Quare volo (&c.) Testibus, *Johanne* de *Conſtanciis*, Archidiacono *Oxonii*, *Willielmo* Clerico de Camerâ, (&c.) apud *Montemfortem*.

Carta Sibillæ *de* Tyngrie, *de una hida terræ in* **Balgeham**, *pertinente ad Manerium de* **Clopham** *in Com.* Surregiæ *in* Angliâ. Ex autographo in Officio Armorum.

OMnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, *Sibilla* de *Tyngria* filia *Farami* de *Bolonia*, Domina de **Clopham**, quæ est in Christo salutem. Noverit universitas vestra, me in viduitate, & liberâ potestate meâ recognovisse, & concessisse, & præsenti Cartâ meâ confirmâsse, pro Deo & salute animæ meæ, & antecessorum, & successorum meorum, & pro fraternitate Ecclesiæ *Beccensis*, donationem quam antecessores mei fecerunt Deo & dictæ Ecclesiæ beatæ *Mariæ Becci*, & Monachis ibidem Deo deservientibus, de una hidâ terræ, cum omnibus pertinentiis suis, in **Balgheham**, quæ pertinebat ad Manerium de **Clopham**: Tenenda & habenda prædictis Monachis & successoribus suis, in puram & perpetuam elemosynam. Et ego *Sibilla* & hæredes mei warantizabimus prædictam hidam terræ, cum omnibus pertinentiis suis, prædictæ Ecclesiæ & Monachis ibidem Deo deservientibus, & in perpetuum servituris, contra omnes gentes; & acquietabimus eam de omnibus serviciis, consuetudinibus, & exactionibus in perpetuum. Pro hac autem concessione & confirmatione prædicti Monachi dederunt mihi quadraginta solidos Esterlingorum, per manum *Willielmi* de *Wanering*, tunc procura-

totis de Ristepe. Ut autem hæc concessio & confirmatio rata & inconcussa permaneat, præsens scriptum sigilli mei appositione corroboravi. Hiis testibus, *Martino* de *Pateshill*; *Ricardo* de *Gravenell*; *Waltero* de *Wendlesworth*; *Ricardo* de *Hayford*; *Fentecoste* de *Wendlesworth*; *Roberto* de *Wymbeldon*; *Henrico* de *Donâ*; *Arnoldo Ruffo* cive *Londinensi*; *Roberto*, *Radulfo*, & *Johanne* de *Wytecrofte* fratribus; *Roberto* personâ de Stretham; & *Andreâ* de *Croindon* clerico, qui hanc scripsit Cartam; & multis aliis.

Cartæ 12. Hen. 3. m. 11. per Inspex.

Alia Carta Regis Henrici *secundi, donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Vide Pat. 1. R. 2. p. 6. m. 18.

HEnricus Dei gratiâ, Archiepiscopis (&c.) Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ* (&c.) salutem. Sciatis me dedisse in perpetuam elemosinam, pro salute patris mei *G.* Comitis *Andegavensis*, & matris meæ *M.* Imperatricis, & pro salute meâ & hæredum meorum & omnium antecessorum meorum, & hac Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & sanctæ *Mariæ*, & Ecclesiæ de *Becco*, & Monialibus (&c.) *Osburvillam* in *Normanniâ*. Et in *Angliâ* Ecclesiam de Wantting cum omnibus pertinenciis suis. Præterea concedo eis, & hac nostrâ Cartâ confirmo omnia ea, quæ eis data sunt in perpetuam elemosinam; *scilicet* de dono Regis *H.* avi mei Stiventon in *Angliâ*.

Et Pat. 12. H. 6 p. 1. m. 13.

Pat. 1. H. 5. p. 2. m. 21.

De dono *M.* Imperatricis matris meæ in forestâ *Fiscampni*, in Ministerio de *Striecard*, totum campum de *Willervillâ*, & villæ de *Bernvill*, usque ad vallem de *Perrefică*, per divisionem terræ *Nicholai* de *Stutevill*, per divisionem *Roberti* de *Imencio* in eodem Ministerio, & duas Capellas, quæ ibi erant, cum elemosinis ad eas pertinentibus: Et in *Rotomago* masuram *Stephani Cementarii*, quietam ab omni consuetudine, exceptâ modiatione. Et apud Pontem *Arche* quatuor libras de piscatoribus; & in forestâ *Romare C. s.* De dono *Willielmi* de *Fubblati x. l.* in Manerio de Westbirt.

*Nunc Wetherstone in Com. *Warr.*

De dono Comitis *Hugonis Cestriæ*, in *Angliâ* Manerium quod vocatur * Aldredestone: & ex dono *Hugonis* de *Grentemenill* Manerium in *Angliâ* quod dicitur *Auna*. De dono *Roberti* filii *Gerardi*, Manerium in *Angliâ*, quod dicitur Pountton. De dono *Willelmi* filii *Baldewini* in *Angliâ* Cuwic, & Ertwic: Et ex dono *Ricardi* filii *Gileberti* Comitis, & *Roesiæ* uxoris ejus, in *Anglia*, apud Ernembui duas Ecclesias, & decimam dominici eorum. Et ex dono *Adelinæ* uxoris *Rogeri* de *Iverey*, unum molendinum in villâ quæ dicitur Ifflepe. Et de *Radulpho* filio *Willelmi* Hostiarii *xvi. sol.* in decimâ. Et de *Waltero Mobert* decimam, quæ reddit *xii. s.* Et ex dono *Matildis* de Walingford, *Minorem* Dkeburne, & *Majorem* Dkeburne. Et ex dono *Amelinæ* uxoris *Ernulfi* de Heding in *Anglia* Manerium de *Cumbe*. Et ex dono *Roberti* de *Curcy* Manerium de Cotesford. Ex dono *Walteri Giffard* Manerium de * Blakeham in *Sudfolciâ*. De dono *Willelmi* de *Rolles* totam illam terram, quam ipse *Willielmus* habebat in Ikeham. Ex dono *Radulfi*, filii *Roberti*, filii *Anketilli*, quicquid ipse *Radulphus* habebat in Manerio, quod vocatur Derinton in *Wiltesc.* De dono *Nigelli* de *Albinaco xx. l.* terræ in Dunton. De dono *Willielmi*, Comitis de Poxeton, terram quæ vocatur Præstone, quæ est in Rapo de Pevenesell. Ex dono *Emmæ* uxoris *Baldewini* filii Comitis *Gileberti*, & filiorum ejus, *Roberti* & *Ricardi*, Manerium quod vocatur Bradesorde, in *Devoniâ*, & Ecclesiam sancti *Michaelis* in Hemmintone, cum totâ terrâ presbyteri ejusdem Ecclesiæ. De dono *Rogeri* de *Thebevill* medietatem Manerii de Wedone.

Ifflip, in Com. *Oxon.*

Dkeburn in Com. *Wiltes.* Cella hujus Cœnobii.

Blakeham in Com. *Suff.* Cella ejusdem.

* De dono Regis *H.* avi mei, in *Normanniâ* Manerium quod dicitur Butes, cum pertinenciis suis. De dono *Willielmi Malet*, in *Normanniâ*, *Cuntevill*. De dono *Petri* de *Lazun*, terram quam habebat apud *Ivetot*, & apud *Abafitran*; & de patrimonio Abbatis *Herlewini* in *Normanniâ* Cauillein, & pratum; & *Savarvill*, & *Rosseriam*, & *Sarnay*, & *Surceyne*. De dono *Willielmi Crispini*, *Tyliam* in Episcopatu *Lexovien si*. De dono *Basilii* de *Gornay*, medietatem *Lungoly*. De dono *Hugonis* de *Gornay* boscum *Gerardi*.

* In Com. *Northampt.*

De dono *Ernulphi* de Heding, in *Angliâ*, le *Rullepe*. De dono *Milonis Crispin* Swinescumb, & decimas de dominico de Honore Walingford. De dono *Matildis* Reginæ, matris *H.* Regis senioris, Comel & Deverell. De dono *Ricardi* filii *Baldewini*, Cristenestowe. De dono *Radulphi* de *Tony*, Wrotham. De dono Comitis *Leicestriæ* Chinebiri. De dono *Gerardi* de *Gurnay* Lisingham. De dono *Isabellæ* de *Candos Membiri*. De dono *Hugonis Wak* Wilesorde. Quare volo (&c.) quod Ecclesia sanctæ *Mariæ* de *Becco*, & Monachi (&c.) habeant & teneant omnia hæc prædicta benè, in pacè liberè, & quietè, integrè, plenariè, & honorificè, cum omnibus pertinenciis suis, in bosco & plano, in pratis & pasturis, in aquis & molendinis, in vivariis, & piscariis; in viis & semitis, & in omnibus aliis locis, & aliis rebus ad ea pertinentibus, cum *soka* & *sak*, & *tol* & *them*, & *infangenthef*; & cum omnibus aliis libertatibus, & liberis consuetudinibus suis. Testibus Archiepiscopo *Rotomagensi*; *G.* Episcopo *London.* *R.* Episcopo *Wigornensi*; *Arnulpho* Episcopo *Lexovien si*; *H.* Episcopo *Baiocensi*; *Frogero* Episcopo *Sagien si*; *G.* Archidiacono *Cantuarien si*; *Johanne* Decano *Sarresberien si*; Comite *Willelmo* de *Mandeville*; *Ricardo* de *Humet* Constabulario; *W.* de *Curcy*; *Ricardo* de *Camvillâ*. *E.* filio *Ernisii*. *S.* de *Quiney*; *W.* de *Dunstonvillâ* apud *Rotomagum*.

Willesford in Com. Linc. Cella Becci.

ABBATIA de Bellobecco.

Pat. Norm. 8. H. 5. p. 3. n. 8. *Diploma Regis* Henrici *quinti*, *Cartam Regis* Johannis *de diversis terris &c. recitans & confirmans.*

INspeximus Cartam inclitæ recordationis *Johannis* dudum Regis *Angliæ*, progenitoris nostri, in hæc verba. *J.* Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Normanniæ*, *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ*, omnibus ad quos præsens hoc scriptum pervenerit, salutem. Sciatis nos, pro salute animæ nostræ, & animarum antecessorum, & successorum nostrorum, concessisse & confirmâsse Deo & Ecclesiæ de *Belbec*, & Monachis ibidem Deo servientibus, nemus in quo Abbatia fundata est, cum omni dominico circa idem nemus, & de *Mesnisboschet*, de *Spineto* de *Balleteriâ*, de *Morimont*, de *Cantecot*, de *Porniaco*, de *Corcellis*, de *Botellis*, de *Bonputeos*, de *Hadencourt*, de *Antis*, de *Muresmont*, de *Sancto-Oyno*, de *Haya Gonnor*, de *Gillakeran*, de *Eston*, & de *Ayston*; loca, domos, terras, nemora vineas, prata, pascua, aquas, vias & semitas, cum omnibus pertinentiis suis, & omnia Maneria, tenementa, terras, villas, redditus, redevancias, decimas, patronatus Ecclesiarum; Molendina, vivaria, piscarias, gurgites, salinas, pasturagiam, pasnagia, usagia; & omnes res alias, & possessiones, quascunq; acquisierunt, & in futurum justis modis acquirere poterunt, in villis, burgis, portubus, castris, civitatibus, & in cunctis aliis locis. Quare volumus, & firmiter præcipimus, quod omnia & singula prædicta habeant, & per quoscunq; voluerint, benè & in pace possideant in puram & perpetuam elemosynam, liberam penitus & quietam ab omnibus rebus pertinentibus ad regiam majestatem. Damus etiam eis, & omnibus hominibus, & servientibus ipsorum, præsentibus & futuris, per terram & per aquam, vendendo, emendo, & transportando, omnes libertates quas dare possimus. Testibus, *Garino* de *Glap.* Seneschallo *Normanniæ*; *Huberto* de *Burgo*, Camerario nostro; *Stephano* de *Longocampo*, apud *Montemfortem*, viceſsima sexta die *Octobris*; anno regni nostri tertio.

Nos autem Cartas prædictas, ac omnia & singula, in eis contenta, quoad dona & concessiones, infra ducatum nostrum *Norm.* ac partes *Franciæ* nobis subjectas, facta, rata habentes & grata, ea pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, acceptamus, approbamus, & dilectis nobis in Christo nunc Abbati & Conventui loci prædicti, & successoribus suis in perpetuum, de gratiâ nostra speciali, tenore præsentium concedimus & confirmamus, prout Cartæ prædictæ, quantum ad dona & concessiones cismarina rationabiliter testantur; ac prout, & quatenus iidem Abbas & Conventus, & prædecessores sui, donis, & concessionibus hujusmodi hactenus rationabiliter usi sunt & gavisi. Et ulterius pro eo quod prædicti nunc Abbas & Conventus quasdam literas *Blancheæ*, nuper Reginæ *Franciæ*, nobis exibuerunt, continentes eandem *Blancheam* fundasse & ordinâsse, pro perpetuo, quandam Missam celebrandam, & dicendam quolibet die in Ecclesiâ prædictâ; necnon quædam alia onera ibidem supportanda, sub certâ formâ in dictis litteris specificata; & ad complendum & manutenendum fundationem & ordinationem; illas dedisse concessisse & amortaziſse, præfatæ Ecclesiæ, ac Abbati & Conventui pro tempore existentibus, & successoribus suis in perpetuum, quadraginta libras *Parisienses*, redditus annualis, quas, ipsa de quodam *Matheo* de *Trye* chevalier, Domino de *Fontenay*, & uxore ejus adtunc acquisivit, percipiendas quolibet anno in die S. *Michaelis*, per manus Vicecomitis de *Gisors*, in & super praposituris, traversis, redditibus, proficuis, emolumentis, & reventionibus quibuscunq; Castellaniæ *Dandeli*, super *Saine*, prout in dictis litteris ipsius *Blancheæ*, plenius continetur. Quas quidem quadraginta libras *Parisienses*, iidem nunc Abbas & Conventus, & prædecessores sui continuè, post donationem prædictam, sibi factam, ut prædictum est, perceperunt & habuerunt, pacificè, & quietè, ut dicunt. Ac proinde volentes, quod pia donatio; & ordinatio prædictæ *Blancheæ* in quantum ad nos attinet, nullatenùs deteriorentur, set suum in omnibus sortientur effectum, prædictosq; Abbatem & Conventum in suis justis possessionibus omnino perseverare, indempnos & illæsos: de uberiori gratiâ nostrâ concessimus, præfatis Abbati & Conventui, quod ipsi & eorum successores, habeant, & percipiant prædictas quadraginta libras *Parisienses* quolibet anno, in die *Sancti Michaelis*, per manus Vicecomitis de *Gisors*, in & super præposituris, traversis, redditibus, proficuis, emolumentis, & reventionibus prædictæ Castellaniæ, eisdem modo & formâ quibus ipsi & eorum predecessores easdem ante hæc tempora habere, & percipere consueverunt ibidem. In cujus &c. Datum ut supra decima die *Januarii*.

ABBATIA

S. Stephani, de Cadomo, in Normanniæ ducatu.

Ex vetusto exemplari in bibl. Cottoniana.

Carta Regis Willielmi *Conquestoris, de fundatione ejusdem.*

QUisquis Deo, seu pro Deo aliquid præstat, non ipsum à se alienat sed potiùs in futurum, cum spe vitæ æternæ, multiplicandum conservat: Hoc agit pia Creatoris largitas, & larga ejus erga nos pietas; qui, cum bonorum nostrorum non egeat, (*suis enim est orbis terra, & plenitudo ejus*) honorari tamen de nostrâ substantiâ, immolariq; sibi sacrificium laudis pro nostrâ salute desiderat. Hortatur nos, ut ei serviamus, tribuit quod pro collatis beneficiis suis ei retribuamus. Quod tamen misericors pater, quasi alienum suscipit, quasi nostrum rependit, in hoc seculo peccata remittens, in futuro Centuplum accepturus, seipsum & regnum Cœleste promittens: Quâ spe ductus, ego *Will. Angl.* Rex, *Norm.* & *Cenomannorum* princeps, Cœnobium in honorem Dei, & beatissimi Prothomartyris *Stephani*, intra burgum quem vulgari nomine vocant *Cadomum*, pro salute animæ meæ, uxoris, filiorum & parentum meorum disposui construendum. Cui loco, divinæ religionis cultura aliquando propter inopiam defit, hoc modo ipsi in posterum mea sollicitudo prospexit: Trado igitur præfato Cœnobio villas juris mei; *Lensium*, *Ros*, *Alamanniam*, *Ponsem-Dine*, *Cathburgum*, cum Colonis, & conditionariis (&c.) Terram quoq; quam habuit *Hugo* de *Resal* in *Gramivilla*; Silvam de *Wahopertuso*, & de *Tortavalle*, & de *Folonia*, & de *Casneto*, cum aquis, & terris, seu omnibus ad eas pertinentibus. Concedo etiam totum alodium, quod tenent *Osmundus Aculeius*, & *Ricardus*, & *Rogerus* in territorio *Calvi Montis* super *Dinam*; & etiam totum illud, quod tenent quicunq; alodarii infra letgam pontis *Dine*.

In terrâ *Anglorum* in Comitatu de **Devenesire**, Manerium do, quod vocatur **Northam**. In Comitatu de *Dorseta* duo Maneria; unum quod vocatur *Frantonia*, & aliud quod vocatur **Bercumbe**. In Comitatu de *Sumerseta*, in territorio **Crucæ**, decem hidas terræ, & Ecclesiam, cum omni decimâ ejusdem territorii. In Comitatu de *Wiltesirâ* Ecclesiam de **Cosham**, cum omni terrâ, & decimâ ad eam pertinente. Concedo quoq; in Comitatu de **Portfole**, Manerium quod vocatur **Welles**, quod dedit prædicto Cœnobio *Will.* de *Scoeris*; cum Ecclesiâ de *Northonâ*, & terrâ, cum decimâ eidem Ecclesiæ pertinente, in *Essexâ*.

Frampton, Cella de Cadomo.

Welles, Cella de Cadomo.

Item concedo in Comitatu *Essessæ* manerium, quod vocatur * *Panfella*; & in **London** quandam terram, quæ fuit *Lenzech*, sitam propè Ecclesiam S. *Petri*, quieram de *Gelt* & de *Scoth*, & de omni aliâ consuetudine, quam dedit *Waleranus* filius *Ranulfi*, cum decimâ totius terræ suæ, quam habet in *Anglia*, tam pro animâ suâ, quàm pro meâ. S. ✠ *Willielmi* Regis. Signum ✠ *Matildis* Reginæ. Signum *Johannis* ✠ Archiepiscopi. Signum *Roberti* ✠ Comitis, filii Regis. Signum *Will.* ✠ Comitis, filii Regis. S. *Lanfranci* ✠ Archiepiscopi. S. ✠ *Odonis Bajocensis* Episcopi. S. *Hugo*✠*nis*, *Luxoviensis* Episcopi. S. *Giste*-✠*berti Ebroicensis* Episcopi. S. *Roberti* ✠ *Sagiensis* Episcopi. S. *Mich*✠*aelis Abrincensis* Episcopi. S. *Gau*✠*fridi Constantiensis* Episcopi. S. *Roberti* ✠ Comitis de *Melent*. S. *Henri* ✠ *ci de Bellomonte*. S. *Hug*✠*onis* de *Gorniaco*. S. *Walt*✠*eri Giffardi*. S. *Ricar*✠*di Abrincensis* Vicecomitis. S. *Hugo*-✠*nis* Comitis. S. *Willielmi* ✠ Co nitis *Ebroicensis*. S. *Rogeri* ✠ Comitis de *Montegomerico*. S. *Willielmi* ✠ de *Bretolio*. S. *Roberti Au*✠*censis* Comitis. S. *Roberti* de ✠ *Belesmo*. S. *Hug*✠*onis* de *Monteforti*. S. *Hug*-✠*onis* de *Grantemaisnil*. S. *Nigel*✠*li* de *Constantino*. S. *Will.* ✠ *Dunelmensis* Episcopi. S. *Ricardi* ✠ de *Courcero*. S. *Will.* ✠ *Crispin*. S. *Ingelran* ✠*ni* filii *Hiberti*. S. *Alani* Comitis. *Sigillum Will.* ✠ de *Warenna*. S. *Henrici* ✠ de *Ferrariis*.

Carta ejusdem gloriosi Willielmi *Regis, post* Ibid. *dedicationem firmata.*

EGo *Willielmus* Rex *Anglorum*, princeps *Normannorum* & *Cænomannorum*, trado Cœnobio S. *Stephani*, quod in burgo *Cadomi* à me constructum est, Ecclesiam S. *Audoeni* de *Vileriis*, cum totâ terrâ, quam dedit *Milo Marescallus* in maritagio, cum filia suâ *Arphasto*, in territorio *Venuncii*, & *Cadomi*, & *Valceles*. Trado etiam totam terram cum pratis *Osberni Masculi*. Concedo quoq; totam, quam de me tenet *Giraldus Marescallus* in territorio *Cadomi*, tam in alodio, quàm in foedio. Medietatem quoq; Ecclesiæ S. *Michaelis*, cum medietate decimæ ad eandem Ecclesiam pertinente, quam dedit jam dicto Cœnobio *Radulfus* Presbyter, ut Monachus fierer, concedente *Hugone* de *Grantemaisnil*, de cujus foedio erat (&c.) S. *Will.* Regis *Ang.* Ducis *Northmannorum*, & Principis *Cœnomannorum*, S. *Roberti* filii Regis. Signum *Will.* Archiepiscopi. S. *Gaufridi Constantiensis* Episcopi. S. *Roberti Sagiensis* Episcopi. S. *Gisleberti Luxoviensis* Episcopi. S. *Rogeri* Comitis S. *Roberti* Co nitis *Moreton*. S. *Roberti* Comitis de *Mellent*. S. *Hugonis* Comitis. S. *W.* de *Bretolio*. S. *Rogeri Bigoti*. S. *Ricardi* de *Corcelo*. S. *Robert* de *Molberaco*. S. *Eudonis* filii *Hubert*. S. *Radulfi* de *Todeneio*. S. *Hugonis* de *Gornaico*. S. *Henrici* de *Ferrariis*. S. *Walteri Giffardi*. S. *Will. Crispini*.

Carta

Ibid. *Carta de donationibus Baronum & Nobilium Normanniæ, a gloriosо Rege* Will. *susceptа & confirmata.*

EGo *Rogerus* de *Montegomeries* fidelis Domini mei *W. Anglorum* Regis, *Northmannorum & Cænomannorum* principis, ob amorem Dei, ejusdem Domini mei, & pro salute animæ meæ, trado Cœnobio quod ab eo in burgo *Cadomo*, in honorem beati *Stephani* constructum est, Burgum de *Trum*, cum silva de *Alge* (&c.) Ego *Rainardus*, Regis *Willelmi* Camerarius, do Cœnobio S. *Stephani* de *Cadamo* super Altare, unà cum filio meo *Corbello*, Molendinum de *Waimara*, quod de Rege teneo (&c.).

Ego *Serlo* de *Lingeuro*, homo, peccator, & miserecordiam Dei indigens, tradidi de jure meo, Cœnobio S. *Stephani* de *Cadomo* Ecclesiam de *Buxedello*, cum tribus acris terræ, & dimidiâ, & totâ rectâ decimâ de dominio meo, & villanis meis, cum tertiâ quoq; parte decimæ de militibus meis, jam dictæ villæ & de aliis parochianis, qui ad eandem Ecclesiam conveniunt, pro salute meâ, & uxoris meæ, filiorum quoq; & omnium parentum meorum, concedente hoc uxore meâ, & filiis meis, concedente quoq; Domino meo, *Willielmo*, *Anglorum* Rege, *Northmannorum & Cenomannorum* Principe, & *Willelmo Camerario* & *Roberto* de *Molbrai*, de quorum foedio prædictæ villæ terram & Ecclesiam teneo. Et ut hæc donatio mea firma, & stabilis in perpetuum permaneat, recepi à *Gisleberto*, tunc temporis Abbate jam dicti Monasterii, ex charitate *XLv.* libras denariorum, & duas marcas argenti, & *Ranulfus* filius meus habuit unum bonum Palefridum. De hoc verò dedi eidem Abbati fidejussores, *Ranulfum*, *videlicet* filium meum, *Arnaldum* de *Tilleio*, *Robertum* de *Maisnilio*, ut si aliquando quis calumniam inferret S. *Stephano*, & hac meâ donatione, ego, vel hæres meus omnino benè acquietaret. Testes ex parte meâ, qui & fidejussores, & *Willelmus Pictavienſis*, & *Willielmus* de *Hotot*. Ex parte S. *Stephani W.* de *Taisel Anschitillus* de *Maletot*, & *Rogerus* filius ejus.

Ego *Hugo* de *Rosel* trado Cœnobio S. *Stephani* de *Cadamo*, terram quam in *Grainvilla* teneo, de beneficio Regis eodem Rege concedente, cum uxore meâ & filio meo *Hugone*, ea conditione, ut in præsenti me recipiant Abbas & Monachi ad ordinem. Testes, *Hugo* filius meus, *Radulfus* de *Grainvilla*, *Robertus* de *Ros*, & alii plures.

Has donationes, quas Barones & fideles mei, pro amore meo, & salute suâ, Abbatiæ meæ fecerunt, cum gratiarum actione suscipio, concedo, & cum eis hæc eadem confirmantibus, meâ manu & autoritate corroboro, & confirmo; Illorum verò qui hanc Cartam firmaverunt, ista sunt nomina. *Willielmus* Rex *Anglorum*, princeps *Northmannorum*, *Cænomannorum*. *Matildis* Regina. *Robertus* filius Regis. *Will.* filius Regis. *Henricus* filius Regis. *Lanfrancus Cantuarienſis* Archiepiscopus. *Odo Bajocenſis* Episcopus. *Gisleberтus Luxovienſis* Episcopus. *Gaufridus Constanciensis* Episcopus. *Michaelis Abrincenſis* Episcopus. *Gisleberтus Ebroicenſis* Episcopus, *Robertus Sagiensis* Episcopus. *Rogerus* de *Montegomerici* Comes. *Robertus* Comes de *Moretonio*. *Willelmus* Comes *Ebroicenſis*. *Rogerus* de *Bellomonte*. *Robertus* Comes de *Mellent*. *Robertus* de *Baleſmo*. *Henricus* de *Bellomonte*. *Hugo* de *Monteforti*, *Robert*. *Bertrannus*, *W. Bertrannus*. *Ricardus* filius *Turstini*. *Ranulfus* Vicecomes. *Hugo* Comes, *Eudo* Vicecomes. *Robertus* Comes de *Molbrai*. *Ingelrannus* filius *Liberti*. *Radulfus* filius *Anſeredi*. *W. Guir*. *Rainardus*. *Hugo* filius *Hugonis* de *Roſel*. *Cerlo* de *Lingaurio*. *Corballus* Camerarius, filius *Rainard*'. *Will.* Canonicus, filius *Suseri*. *Bernardus* filius *Ospaci*. *Radulfus* filius *Harfred*.

Carta Regis Henrici, *primi donatorum conceſſiones recognans & confirmans.* Chartæ Antiquæ S. n. 22.

HEnricus Rex *Anglorum*, & Dux *Normannorum*, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Ministris, & omnibus fidelibus suis totius *Angliæ*, & *Normanniæ* salutem. Sciatis me concessisse & confirmâsse Deo & Sancto *Stephano* de *Cadamo*, & Monachis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ, patris ac matris, uxoris, filiorum, ac parentum, antecessorum, & successorum meorum, quicquid Rex *Willielmus* pater meus, & *Matildis* Regina uxor ejus, dederunt & concesserunt Deo & Sancto *Stephano* de *Cadamo*; *scilicet*, duo Maneria in *Dorsheta*; *Frantonam*, *viz.* & Wiencome, cum membris & appendiciis suis, Alphiticome, Bethescome Dmoustterigge, Erneleys, Sedelinch, *Wintreborna*, Ceinrell, & Publich, solida, libera, & quieta, in bosco, & plano; in pratis, & pascuis, in viis & semitis, in aquis & molendinis, in piscariis & in omnibus rebus, libertatibus, & dignitatibus, & consuetudinibus ad ipsa Maneria pertinentibus. Et Manerium quoddam Noztham, *scilicet*, situm in Comitatu de *Devenesirâ*, cum omnibus pertinentiis suis, in terris, & aquis, & salinis, liberum, & quietum de *Warrecchо* & & de *Scyra*, & de Hundredo, cum consuetudinibus navium ibidem venientium. Et in *Berchesira* apud Heinreth septem hidas terræ, liberas solidas, & quietas, & homines habitantes in eis de omnibus consuetudinibus, liberos, & quietos. Et in *Essexâ* maneriolum de *Penſeldâ*, cum bosco, & fundis sibi adjacentibus solidum & quietum, in omnibus consuetudinibus, quod dedit *Walerandus* filius *Randulfi*, cum totâ decimâ suâ alterius terræ, cum mansione terræ infra *Londoniam* in *Woodestratâ*, quieta de *Gelth* & de *Scoth*, & de omni aliâ consuetudine, & mercatores ementes in eâ & vendentes, solidos, liberos & quietos, & Ecclesiam de *Morthonâ*; quam dedit *Willielmus* de *Escoeis* Sancto *Stephano*, solidam & quietam, cum virgulto & terrâ, & decimâ eidem Ecclesiæ pertinenti. Et in Noxsolch, de dono

Vide Cart. 6. E 3. n. 25. Vide Pat. 1. R 2. p. 6. m. 39. Et Pat. 2. H 4. p. 1. m 33.

Frampton, Cella de Cadomo.

ejusdem *Willielmi*, Welles cum suis pertinentiis. In *Gartona* Ecclesiam, & decimam, quæ sibi pertinent. Confirmo etiam donum, quod feci de Manerio de *Bridetona* in *Dorseta* solidum, liberum & quietum; & omnia Maneria alia suprascripta, solida, libera & quieta, de *Wrecco*, de *Scygra*, & *Hundreto*, cum *socco* & *sacchâ*, & *Tol*, & *Theam*, & de *Wanganetheof*, & de *Denegvent*, & de omnibus consuetudinibus. Hæc omnia supradicta do, & confirmo Deo & sancto *Stephano*, & Monachis Deo servientibus, pro redemtione animæ meæ, patris & matris, uxoris, parentum, antecessorum, & successorum meorum, & nominatim pro Coronâ cæterisq; ornamentis eidem Coronæ adjacentibus, quæ pater meus Rex *Will*, mortuus, sancto *Stephano* dimiserat, quæ mihi prædicti Monachi reddiderunt apud *Cadomum*. Signum *Henr✠ici* Regis. Signum *Hugo✠nis Rothomagensis* Archiepiscopi. Signum *Ricar✠di Bajocencis* Episcopi. Signum *Johan✠nis Luxoviensis* Episcopi. Signum *Roge✠rii Salisbiriensis* Episcopi. Signum ✠ *Roberti* Comitis *Glocestriæ*. Signum *Raun✠ulfi* Comitis. Signum *Gaufr✠idi* de *Magnavilla*. Signum *Nig✠elli* de *Albigni*. Signum *Roberti* ✠ de *Haia*. Signum *Eus✠tachii* filii *Johannis*.

ABBATIA

S. Trinitatis *de* Cadomo, *in ducatu* Normanniæ.

Cart. Antiq. R. n. 37. *Carta Regis* Henrici *primi*, *de Manerio, de* Horstede & Theolnished.

Henricus Rex *Angliæ*, omnibus fidelibus suis, totius *Angliæ* & *Normanniæ*, salutem. Sciatis me dedisse & concessisse Abbatiæ S. *Trinitatis* de *Cadomo*, & Sanctimonialibus ibidem Deo servientibus Manerium de Horstede in *Norfolcia*, quod *Willielmus* Rex frater meus eis dedit & concessit; & Manerium quod vocatur Theolnished in *Wiltesir*, quod ego ipse eis dedi postea & concessi. Et volo, & firmiter præcipio, quod benè & in pace, honorificè & quietè teneant, cum *sechâ* & *sachâ* & *thol* & *Theam*, & *infangenethef*, & cum omnibus consuetudinibus & libertatibus, in bosco & plano, & infra burgum & extra, & in aquis & in mariscis, & *infangenetheof*, cum quibus *Willielmus* Rex frater meus, & ego ipse meliùs & quietiùs & liberiùs tenuimus, cum eadem Maneria essent in dominio meo. Hiis testibus, *Thurstano* Archiepiscopo *Eboracensi* (&c.)

Carta Regis Edwardi *secundi*, *progenitorum suorum donationes recitans & confirmans.* Pat. 17. E. 2. p. 1. m. 19.

Confirmatio Regis Edwardi *secundi*.

REx omnibus ad quos &c. salutem. Donationem quam *Willielmus* & *Henricus*, quondam Reges *Angliæ*, progenitores nostri, fecerunt Deo & Ecclesiæ sanctæ *Trinitatis Cadomi*, & Sanctimonialibus ibidem Deo servientibus, de Maneriis subscriptis; in *Angliâ videlicet* de Maneriis de *Hamptoniâ*, & Anelingues, & *Peneberiâ* & *Felesteldâ*, & *Horsteldâ*, & *Tarentâ* & *Tecluesiâ*, cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus & pertinentiis, eisdem Maneriis pertinentibus, cum *soca* & *saca* & *thol* & *thiem*, & Infanguenethef, ratam habentes & gratam, eam pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Christo Abbatissæ & Monialibus dicti loci de *Cadomo*, & earum successoribus, concedimus & confirmamus, sicut Cartæ prædictorum *Willielmi* & *Henrici*, & Carta confirmationis celebris memoriæ Domini *H.* quondam Regis *Anglorum* avi nostri, dictis Abbatissæ & Monialibus ejusdem loci confectæ, rationabiliter testantur, & prout præfatæ Abbatissæ & Moniales, & earum prædecessores Maneria prædicta justè, pacificè, & quietè hactenùs tenuerunt, & libertatibus prædictis usæ sunt & gavisæ, salvo semper in omnibus, & per omnia jure nostro. In cujus &c. Teste Rege apud Pykering *xii.* die *Augusti*.

ABBATIA

S. Vigoris Cerasii, *in* Normannia.

Carta de fundatione ejusdem, *per* Robertum Normannorum *Comitem*. Pat. Norm. 7 H. 5. p. 2. n. 37.

SAnctorum patrum auctoritate docemur, quod hæc mortalis vita, brevi intercludatur spacio, & ideo bona transitoria nobis divinæ largitatis dono conceduntur, ut æterna vereq; manentia Deo reddente vicissitudinem, per caritatis officium mercemur. Quapropter ego *Robertus Normannorum* Comes, omnibus Christi fidelibus, tam præsentibus, quàm futuris notum esse cupio; qualiter, in nomine sanctæ & individuæ *Trinitatis*, congregationem Monachorum, in loco qui dicitur *Ciriciacus* ordinavi; & præsente *Hugone*, ejusdem loci Episcopo, quàm aliis quampluribus autenticis personis, tam Episcopis, quàm Abbatibus, Abbaciam sub liberâ potestate, in honore S. *Vigoris*, piissimi Confessoris Abbate constituto, construxi:

construxi: De rebus autem meis fiscalibus locum supradictum cum omni donatione dotavi, & in hujus privilegii testimonio, omnia, ne oblivioni tradita solverentur, notari præcepi. Hæc igitur concessi; ipsum viz. locum ubi positum est Monasterium, qui dicitur *Crisiacus*, cum Ecclesiis, aquis, pratis, molendinis, & terris arabilibus, cultis & incultis, in silvis meis circumcirca positis: Decimam *scilicet* totius nemoris ab ipsâ Abbatiâ usq; ad *Dronum* fluvium, in pasnagiis, in venationibus, in placitis, in Caseis Vaccarum, ovium, Capratarum & porcariarum. In terris incultis, quæ ad cultum rediguntur, & cæteris, quæ decimari possunt: liberam etiam potestatem in pascuis, lignis accipiendis, ad ædificia Monachorum construenda. Addidi quoq; in omnibus silvis meis pasnagium, tam porcorum Monachorum, quàm suorum hominum.

Dedi etiam decimam totius nemoris de *Malepertus*, de omnibus quæ decimari possunt. Silvam quoq; quæ dicitur *Molendi*, cum omni venatione, quæ in eâ capi potest. In *Bajocensi* autem Civitate donavi præfatæ Ecclesiæ, terras meas dominicales, in loco qui dicitur *Cromella Cxl.* acras; & ex alia parte Civitatis *Lx.* & tres acras prati; suburbanos quatuor, cum terris suis & hominibus. Ecclesiam S. *Georgii*, cum terris quæ eidem Ecclesiæ pertinent: & in monte *Pinchon* septem acras terræ. In *Rodomo* Civitate vineas meas dominicales, *scilicet xxx.* arpennos; cum prato, & terris, & hospitibus, quæ eis adjacent; & unoquoq; anno *Lx.* modios vini super ripam *Secanæ*, unam mensuram terræ ab omni consuetudine ubiq; liberam; unam domum juxta Cimiterium S. *Mariæ*.

Hæc quidem omnia præfatæ Ecclesiæ contuli, quæ michi jure hæreditario contigerant, nichil mihi in his omnibus terrenæ consuetudinis retinens, in foro, in nundinis, in passagiis ab omni inquietudine, liberam etiam hæc omnia ab omni consuetudine Ecclesiastica, consilio & consensu *Roberti Rothomagensis* Archiepiscopi, atq; *Hugonis Bajocensis* Episcopi, cæterorumq; Episcoporum meorum seu Baronum, in quorum præsentiâ hæc acta sunt.

Postea autem ego *Robertus*, volens augere Ecclesiam, quam ædificare incœperam, dedi ei omnem decimam totius nemoris de *Leonibus*, *scilicet* in redditibus villæ S. *Dionysii*, in molendinis, in exitis, in omnibus ei pertinentibus terris, quæ ad cultum rediguntur: In venationibus, in avibus, in placitis, in pasnagiis, in porcariis, & in omnibus consuetudinibus suis. In *Argenciis* tres arpennos terræ ad faciendam vineam, liberos ab omni consuetudine. Et in *Cadomo* unam mansuram terræ ab omni consuetudine ubiq; liberam, & tres acras prati. Villam *Spineti* dimidiam, cum dimidia Ecclesiâ, & molendinis, aquis & pratis, liberam ab omnibus consuetudinibus, tam Ecclesiasticis, quàm secularibus. In *Vianâ* duas villanos, cum terris suis, & duas acras prati. Ecclesiam S. *Amandi*, cum omnibus appendiciis suis; & terram ad duas Carucas etiam in villâ quæ dicitur *Crocii*, cum omni decimâ; & unum villanum, cum terrâ suâ.

Acta sunt hæc in *Rodomo* Civitate, tempore *Johannis* Papæ, anno ab incarnatione Domini *Mxxxii. Normannorum* tenente primatum, Marchione *Roberto*, primatus ejus anno quinto, sub *Francorum* Rege *Henrico*, regni ejus, post patris obitum, anno primo, indictione *xv.* Epactâ *vi.* primâ feriâ, lunâ quintâ; pridie Idus *Novembris*.

Hujus etenim concessionis rationem, in oculis sanctæ matris Ecclesiæ, tali auctoritate confirmavi, ut quicunq; eam violare præsumpserit, Anathematis jugulo subjaceat. Sic inquam feci, & Cartam istam, autem meam, corroboravi; nominibusq; Episcoporum & Baronum meorum corroborari præcepi. Signum *Rob.* Archiepiscopi ✠. Signum *Hug. Bajocensis* Episcopi ✠. Signum *Rob.* Episcopi ✠. Item *Hug.* Episcopi ✠. *Herberti* Episcopi ✠. S. *Rabot* Episcopi ✠. S. *Roberti* Comitis ✠. S. *Gilleberti* Comitis ✠.

Carta Willielmi Normannorum *Ducis.* Ibid.

EGó *Willelmus*, *Normannorum* Dux, Abbatiam S. *Cerasii*, in honorem S. *Vigoris* à patre meo constitutam augere studens, pro remedio animæ meæ, atq; ipius, eidem loco donavi decimam omnium denariorum Vicecomitatus *Constantini*, & decimam Vicecomitatus *Constanciarum*, & decimam Vicecomitatus *Waureti* in molendinis, in luco, & in omnibus redditibus meis; in silvis meis; *scilicet* in silvâ *Montisburgi*, & in silvâ de *Bruis*, & in silvâ *Rabeti*, & in silvâ *Cerisburgi*, & in silvâ *Vallis-seia*, & in silvâ *Lucumeriæ* & porcorum donavi decimam eidem Ecclesiæ; in pasnagio, in placitis, in vacariis, in porcariis, in venationibus; in *Valoignis* decimam culturarum mearum, & unum hospitem ab omni consuetudine liberum. In *Chetelhou* dedi unum hospitem, cum terrâ suâ ab omni consuetudine liberum. Dedi etiam Ecclesiæ *Radulfmille*, & unum alodialem in ipsâ villâ. Et in *Sotevillâ* tertiam partem Ecclesiæ, & unum alodialem; & in Insula *Gersu*, duas Ecclesias liberas; *scilicet* S. *Mariæ Arsimonasterii* & S. *Martini* veteris, cum terris suis; & tertiam partem decimæ de annona. Item dedi quartam partem totius *Witbvillæ*; *scilicet* terram, quam *Wigotus* barbatus tenebat in alodio, liberam & absolutam ab omnibus consuetudinibus, michi pertinentibus. Dedi quoq; unum alodialem in *Amundavillâ*, quietum ab omni consuetudine. His supradictis super *acrem Listremæ*, cum omnibus appendiciis suis, cum Ecclesiâ, cum silvis, cum molendinis, cum aquis, cum pratis, liberum & absolutum ab omnibus consuetudinibus, tam Ecclesiasticis, quam secularibus.

Itidem concessi silvam, quæ *Canda* vocatur, & terminatur ab ortu rivuli *Morelli*, usq; ad montem *Friardi*, cum omnibus consuetudinibus, quas priùs habebat. Hanc Cartulam ego *Willermus*, *Normannorum* Dux, meâ auctoritate confirmo, & ab omnibus consuetudini-

bus liberam & absolutam esse concedo. Quicunq; verò, ex hiis omnibus violare præsumpserit, Anathema sit. Actum est hoc anno Dominicæ incarnationis *Mxlii. xii.* Kal. *Maii.* regnante *Henrico* Rege *Francorum.* Signum *Willelmi* Comitis ✠. Signum *Mathildis* Comitissæ ✠. S. *Rogerii* de *Montegomerii* ✠. S *Willelmi* filii *Otberti* ✠. S. *Alureds Gigantis* ✠. S. *Tustinus Handub* ✠.

Donationes aliorum.

EGo *Tustinus Handub*, in præsentiâ Domini mei Comitis *Willermi*, ac omnium ejus procerum, pro animâ meâ; uxorisq; meæ, seu antecessorum nostrorum, animo Deo & S. *Vigori* ejusq; Monachis, ex uxoriâ hæreditate, illâ *viz.* concedente, quicquid possideo in *Marsario*, & in *Vallis*, & in *Corday*, & in *Florincys*, & quicquid in eis est mei juris, & indè à fratribus prædicti loci *xxviii.* libras nummorum accepi. Addo insuper *Crienoiis* unam salinam, & ligna in luco meo sufficienter ad incendium ejus, & terram *Drogonis* Clerici mei, cum omnibus consuetudinibus meis concedo. Ego *Willermus* Comes, hanc prædictam donationem firmam, & liberam ab omnibus consuetudinibus meis esse concedo, & in manu meâ ita retineo, ùt non operentur alicubi, nec summoneantur, nisi cum Burgensibus meis de *Argenceio.*

Ego *Robertus Oison*, filius *Olivarii* de *Merulâ*, concedente Domino meo *VVillermo* Comite, dedi Deo & S. *Vigori* in elemosynâ apud *Marsam*, terram *Ricardi Mustelli*, *scilicet Lx.* acras & terram *Fulconis* de *Landâ*, illis annuentibus S. *Will.* Comitis ✠. S. *Roberti Oison* ✠. S. *Roberti Mustelli.* ✠. S. *Fulconis* ✠. S. *Willermi* Archiepiscopi.

Ego *Herbertus* de *Hogâ*, terram, quam in *Spineto* tenebam, dedi Deo & S. *Vigori*, & Abbati *Warino*, concedente *Sellone* de *Lingeuriè*, de quo ipsam tenebam, & hoc in præsentiâ Domini nostri *Willermi* Comitis ✠. S. *Sellonis* de *Lingeuriè* ✠. S. *Herberti* de *Hogâ* ✠. S. *Ranulphi* Vicecomitis.

Ego *Wigotus* de S. *Dionysio*, totam terram, quam tenebam in *Spineto*, in allodio, cum quartâ parte Ecclesiæ ejusdem villæ, annuente domino meo *Willelmo* consule. Et ego *Willermus Normannorum* Comes, concedo eam liberam ab omnibus consuetudinibus, granariorum & bernagiorum. S. *Willermi* Comitis ✠. S. *Mathildis* Comitissæ ✠. S. *Wigoti* ✠. *Ranulphi* Vicecomitis.

Ego *Hubertus* filius *Herien*, dedi Deo & S. *Vigori*, terram quam apud *Brechei* in alodio habebam, & duas domos apud *Bajocas*, concedente *Osmundo* de *Columbis*. *Clarebaldus* prædicti *Osmundi* filius, tres acras terræ superapposuit, concedente Domino suo *Willelmo* Comite S. *Willelmo* Comitis ✠. S. *Huberti* ✠. S. *Osmundi* ✠. S. *Clarebaldi* ✠. Ego *Alueredus* Gigas, in præsentiâ Domini mei *Willielmi* Comitis, ac omnium procerum ejus, pro meâ parentumq; meorum, dedi Deo & S. *Vigori*, & Monachis ejus, totam terram meam de *Leporibus*, faventibus uxore meâ & filiis & filiabus; necnon & omnibus propinquis meis, in jus propriæ hæreditatis, cum omnibus quæ in dominio illic tenebam; hoc est terram cultam & incultam & prata; totamq; aquam cum dimidio molendino: Silvam etiam de *Cesnâ* set & terram quam tenebam in valle *Clapelli*, & omnes francos viros atq; villanos. Addidi etiam totam terram quam *Walterus* presbyter de me tenebat, in villâ quæ dicitur *Taissei*, cum totâ Ecclesiâ & decimâ; & in *Surrehamno* tertiam partem Ecclesiæ cum decimâ illi parti pertinente & in eadem villâ *xx.* acras terræ: Et in *Hutevillâ* totam terram, quam prædictus Presbyter tenebat; & prata, & sextam partem unius molendini. Hæc omnia nobis pertinentia, ego *Walterus* Presbyter, & filius meus *Aigulfus* Deo & S. *Vigori*, pro animabus nostris, post mortem nostram in dominio habere perpetualiter concedimus hanc Cartulam. Ego *Willermus Normannorum* Dux, meâ auctoritate, coram Episcopis & Baronibus meis confirmo, atq; ab omnibus consuetudinibus liberam esse concedo; & quicunq; hæc violare præsumpserit, Anathema sit. S. *Willermi* Comitis ✠. S. *Mathildis* Comitissæ ✠. S. *Odonis* Episcopi ✠. S. *Alueredi* gigantis ✠. S. *Rogerii* de *Montegomerii* ✠. S. *Walteri* Presbyteri ✠. S. *Aigulfi* filii ejus ✠.

Ego *Radulfus Susbart* dedi S. *Vigori* de *Cerasio*, terram unius vavassoris apud *Lepores*, concedente Domino meo *Odone* Episcopo, & indè accipiens, & Abbate *Alinodo* tres libras denariorum, & post à *Hugone* Abbate *xxxs.* tali tenore, quod ego pie & hæredes mei, liberam ab omnibus consuetudinibus S. *Vigori Serasii* concessimus. S. *Willielmi* Regis ✠. S. *Odonis* Episcopi ✠. S. *Radulphi Susbart* ✠. S. *Rogerii* filii ejus ✠. S. *Auschetelli* de *Gueron* ✠.

Ego *Walterus Giffart* dedi Deo & S. *Vigori*, pro remedio animæ meæ, terram unius villani, in villâ quæ dicitur *Meisen*, & unum piscatorem, cum hoc quod possideat, & decimam omnium piscium, qui ad me pertinent; & caseorum meorum: Et omnia illa ita concedo, annuente Domino meo Rege *Anglorum*, sicut liberaliter teneo. S. *Willermi* Regis ✠. S. *Mathildis* Reginæ ✠. S. *Walteri Giffart* ✠. S. *Radulfi* de *Granvillâ* ✠. S. *Ricardi Talebot.*

Ego *Wido* de *Sancto Quintino*, accipiens monachalem habitum, dedi Deo & S. *Vigori* de *Cerasio* terram quam tenebam in *Measnil Segari*, cum tertiâ parte unius molendini, & in *Convenix* terram unius militis, & duas partes decimæ ejusdem villæ: Et in *Savigneio Lx.* acras terræ, cum duabus partibus unius molendini, concedente Domino meo *VVillermo* Rege, & hanc Cartulam coram idoneis testibus confirmante. . . *VVillelmi* Regis ✠. S. *Mathildis* Reginæ ✠. S. *Guidonis* de S. *Quintino* ✠. S. *Ranulfi* Vicecomitis.

Ego *VValterus Broc.* cum fratribus meis *Hugone* & *Rogerio*, do Ecclesiam de villâ quæ dicitur *Neon*, concedente *Odone*, *Bajocensi* Episcopo, cum omni decimâ ejusdem Ecclesiæ,

Deo

Deo & S. *Vigori Ceraſi*, quam *Robertus Gams*, avunculus noſter domino *Garino* Abbati in eleemoſynâ primitùs annuerat; & inſuper annuimus rectam decimam de beſtiis noſtris, caſeis & fructibus arborum. Hanc Cartulam confirmavimus coram Rege *Willelmo*, concedente Vicecomite *Ranulfo*. S. *Willelmi* Regis ✠ (&c.)

Ego *Radulfus*, *Willermi* filius, animæ meæ conſulere volens, dedi Deo & S. *Vigori* tertiam partem oblationis Altaris S. *Clari*, in feſtivitate ſuâ; & quatuor acras terræ ubi manſio una efficeretur coram Rege, concedente Domino ſuo *Ricardo* de *Morcio*. S. *Willermi* Regis, ✠ (&c.)

Ego *Aluredus* de S. *Quintino* dedi Deo & S. *Vigori* de *Ceraſio* decimam quam tenebam in *Convenis* de Domino meo *Ranulfo* Vicecomite, eodem Domino concedente S. *Ranulphi* Vicecomitis ✠ (&c.) Ego *Oſmundus* S. *Vigoris* Monachus facio donationem eidem S. de meo allodio, quem poſſideo in *Crecavilla*, *ſcilicet* dimidium molendinum, cum ſex acris terræ, concedentibus propinquis meis coram *Willermo* Rege S. *Willermi* Regis ✠.

Ego *Rogerus* de *Montigueio*, Monachus effectus, dedi Deo & S. *Vigori*, terram quam tenebam de *Willelmo Bacone*, undè ipſe *Willermus* habuit *Lx s.* denariorum Abbate *Hugone*, & unum equum *C s.* appreciatum, & *Ranulfus* Vicecomes, Dominus ſuus Centum ſolidos habuit & unum paleſridum; & ipſi conceſſerunt Deo & S. *Vigori*, coram *Willermo* Rege, quicquid terreni juris in eâ habebant, præter recognitionem dominii S. *Willermi* Regis ✠ (&c.)

Ego *Willermus* de *Monteſichot* dedi Deo & S. *Vigori*, Eccleſiam S. *Marculfi*, concedente hoc *Willermo* Camerario de quo illam tenebam, & quicquid mei juris eſt in eadem Eccleſiâ, *ſcilicet* totam decimam quæ ad eam pertinet; & terram unius aratri; & Eccleſiam de *Fonceneit*, cum totâ decimâ; & totam terram quam *Acelinus* Clericus ibi in *Sotavillâ* tenuit & duas naves ad craſſum piſcem, & duas ſalinas; & dexteram alam de craſſo piſce; & fruſtrum unum de craſſo ejuſdem piſcis, & aliud de macro: Et duas inſulas, quæ ſunt ibi in mari, Domino meo Rege *Willelmo* & *Gaufrido Conſtantienſi* Epiſcopo concedentibus. S. *Willelmi* Regis ✠. (&c.)

Ego *Gaufridus* filius *Weſmani*, cum *Mathilde* uxore meâ, dedimus Deo & S. *Vigori Ceraſii* partem illam, quam habebamus in Eccleſiâ de *Marſio*, ex hæreditate *Herveii* fratris *Surchaerii Malherbe*, patris *Mathildis* uxoris ſuæ. Ego *Willermus* de *Houmez Roberti* nepos & hæres, cum viderem Eccleſiam S. *Fromundi*, per negligentiam Clericorum adnichilari, fretus conſilio *Gaufridi Conſtantienſis* Epiſcopi, ac religioſarum perſonarum, ſeu Baronum meorum, Monachis ibidem reſtituere decrevi, concedente hoc ſereniſſimo *Anglorum* Rege *Willelmo*: Propterea de Eccleſiâ illâ, *ſcilicet* S. *Fromundi*, Deo & S. *Vigori Ceraſii*, & Monachis ejus, donationem feci, cum omni poſſeſſione ſuâ, de qua ab anteceſſore meo *Roberto* dotata fuit; *ſcilicet* cum terrâ quatuor carrucarum, & cum decimâ ejuſdem villæ, & vineâ, quæ erat ex latere Eccleſiæ, & Eccleſiâ *Canigneii*, cum decimâ, & decimâ de *Boſcſtamene*, & parte ſuâ de Eccleſiâ *Airel*, cum decima: Et cum decimâ de omni ſubſtantiâ meâ; & cum decima meorum molendinorum de *Nirâ*, & de meis piſcariis; hac conditione, ut Abbas, remotis Clericis, ſubſtitueret Monachos Deo & S. *Fromundo* honorificè ſervientes; & ne occaſionem intermittendi officium Eccleſiaſticum aliquam haberent, abſolvi eos ab omnibus ſecularibus ſervitiis, quæ ad me pertinent. S. *Willelmi* Regis *Anglorum* (&c.)

Ego *Robertus* de Inſulâ dedi Deo & S. *Vigori Ceraſii*, medietatem terræ, quam tenebam de *Ranulpho* Vicecomite in *Hupane*, cum omnibus ſervitiis michi pertinentibus S. *Roberti* de Inſulâ ✠. S. *Roberti* de *Gaii* ✠. S. *Bernardi* de *Novellâ*.

Ego *Tuſtinus* de *Aniſeio* dedi Deo & S. *Vigori* terram unius villani in *Buſchervillâ*, & omnia, quæ michi pertinent de terrâ; filiis meis *Eudone* & *Radulfo*, & Domino meo *Ranulfo* Vicecomite concedentibus: qui Vicecomes ab Abbate unum paleſridum habuit pro ſervicio ſibi pertinenti. S. *Tuſtini* ✠. S. *Eudonis* ✠. S. *Radulphi* ✠.

Confirmatio Henrici *Regis* Angliæ. Ibid.

EGgo *Henricus* Rex *Anglorum* ab Abbate requiſitus Cœnobii *Ceraſienſis*, & à Monachis ejuſdem loci, ut Cartam Eccleſiæ ſuæ inveteratam, meâ auctoritate & meo Sigillo renovarem, inito conſilio Epiſcoporum meorum, ſimul & Baronum; volens etiam proficere animabus anteceſſorum meorum, & meî ipſius animæ, meo tempore, hanc Cartam ab anteceſſoribus meis confirmatam, ſuſcepi corroborandam & confirmandam, pro Deo & pro ſalute meâ, & pro omnibus hiis, qui præfatæ Eccleſiæ, in ſpe ſalutis æternæ ſuæ beneficia contulerunt: Quicunq; ergo hanc Cartam, vel quæ in ea continentur violare præſumpſerit, Dei auctoritate, & Sanctæ matris Eccleſiæ & omnium Epiſcoporum conſilio, quorum hæc concedo, atq; omnium Chriſtianorum excommunicatus & anathematizatus infernalibus pœnis perpetualiter dampnetur. S. *Henrici* Regis ✠. S. *Ranulfi* Cancellarii ✠. S. *Gaufridi Rothomagenſis* Archiepiſcopi ✠. S. *Ricardi Baiocenſis* Epiſcopi ✠. S. *Johannis Lexovienſis* Epiſcopi ✠. S. *Rogerii Conſtantienſis* Epiſcopi ✠. S. *Turgiſi Abricenſis* Epiſcopi ✠. S. *Roberti* Comitis ✠. S. *Ricardi* Comitis ✠. S. *Ranulfi* Vicecomitis ✠. S. *Roberti* de *Haiâ* ✠. S. *Rogerii* filii *Ricardi*. Actum eſt apud *Barbefluvium* anno ab incarnatione Domini *MCxx.* indictione *xiii.* Epactâ *xviii.* *xi.* Kal. *Decembris.*

ABBATIA

de Cormeliis *in ducatu* Normanniæ.

Ex autogr. in Curia Augustali

Bulla Alexandri *Papæ tertii, donationes diversarum terrarum, & in* Normanniâ, & Angliâ, *confirmans.*

Niversis Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, *Willielmus*, permissione divinâ *Lexoviensis* Episcopus, de *Becco*, de *Pratellis*, de *Gresteno*, de *Cornevillâ*, Abbates, salutem in salutis autore. Noveritis nos diligenter inspexisse privilegium fœlicis recordationis Domini Papæ *Alexandri*, nec viciatum, nec cancellatum, nec in aliquâ sui parte abolitum, sub hac formâ.

Alexander *Episcopus*. T. *servus servorum Dei, dilectis filiis* Roberto *Abbati Monasterii* Cormeliensis, *eiusq; fratribus, tam præsentibus, quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum, religiosam vitam eligentibus: Apostolicum convenit adesse præsidium, ne cujuslibet temeritatis incursus eos, aut à proposito revocet, aut robur (quod absit) sacræ religionis infringat: Eapropter dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus, gratum impertimur assensum, & præfatum Monasterium, in quo divino manc.pati estis obsequio, sub beati* Petri, *& nostræ protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes, ut Ordo monasticus, qui, secundùm Deum, & beati* Benedicti *regulam, in eodem Monasterio noscitur, institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quæcunq; possessiones, quæcunq; bona idem Monasterium, in præsentiarum, justè, & Canonicè possidet, aut in futurum, concessione Pontificum, largitione Regum, vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci; Firma vobis vestrisq; successoribus, & illibata permanant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Ecclesiam Sancti* Petri; *Ecclesiam Sanctæ* Crucis; *Ecclesiam Sancti* Silvestri, *cum omnibus pertinentiis suis: Burgum* Cormeliensem, *cum Theolonео, furno, aquis, molendinis, pratis, nemoribus, quinq; nundinis, & quinq; pheudis militum, & toto territorio juxta ipsum Monasterium. Ecclesiam Sanctæ* Mariæ *de* Fersol, *cum Capella Sancti* Christopheri, *& cum hominibus, decimis, & oblationibus: dimidiam decimam Ecclesiæ S.* Germani *de* Folmuchun, *cum decima molendini ipsius villæ; Medietatem decimarum Ecclesiæ Sancti* Albini *de* Scarnum, *cum unâ acrâ terræ; & in molendino ipsius villæ septem quarterios frumenti. Triginta acras terræ apud Capellam* Banieb. *unum hominem apud* Butevillam. *Terram de* Wibrâio, *cum duobus molendinis, apud* Faleiam; Hogum siccum, *cum Ecclesia, bosco, & molendino. Apud* Romelli; *unam carucatam terræ. Apud* Wellebone; *duas partes piscariæ de aureâ fossâ in* Secanâ, *cum tenemento quod pertinet Monasterio* Cormeliensi. *Molendinum villæ, quæ dicitur* Vitre. Martineium, *cum medietate molendini de* Arches; *Et medietatem molendini de* Martineio, *cum appenditiis suis.* Osberniueivill, *cum Ecclesia. Apud* Huglevillam *sedecim solidos. Ecclesiam de* Crepun, *cum omnibus decimis, & decem & octo acras terræ. Ecclesiam de* Grisros. *Unum modium bladi in molendino de* Altariis. *Quietanciam omnium rerum, quæ Monasterio* Cormeliensi *unde cunq; venerint, apud Burgum de* Ponte Aldemare, *sive quas in usus suos Monachi ejusdem Monasterii emerint. Pratum in* Corhulene, *& in* Chevilli, *Vineam de* Rollant. *Vineam de clauso* Hildwini, *cum medietate unius domus, & medietate omnium fructuum ad eandem domum pertinentium, cum tribus modiis vini. Apud* Gamilli, *dimidium modium vini.*

In Angliâ *Manerium de* Noent, *cum omnibus pertinentiis suis, scil. quinq; hidas terræ, & Ecclesiam, cum omnibus decimis, oblationibus, pratis, molendinis, & nemoribus de* Lardelsdune, *& de* Tetelswude. Contonam, Lindam, Eclam, *&* Meleswicam, *cum molendinis, & pratis.* Ligelleiam, *cum omnibus sartis, quæ pertinent ad* Quents, Stanlug, *&* Boleldunam, *cum Capella, Ecclesiam de* Tedinton, *& Capellam de* Panteleiâ. *Ecclesiam de* Dimor, *cum omnibus pertinentiis suis, & decimis. Decimam de toto dominio, & unam virgatam terræ in eadem villâ. Ecclesiam de* Bekesord, *cum Capellis; decimis & cæteris pertinentiis suis: Decimam de toto dominio, & in augmentis & assartis, & dimidiam hidam terræ. Ecclesiam de* Estanâ, *cum Capellis & omnibus pertinentiis suis, & unam virgatam terræ; & totam decimam in dominio. In* Totintonâ, *totam decimam de Dominio, in omnibus rebus, & unam virgatam terræ in eadem villa. In* Contonâ *totam decimam de Dominio, & unam virgatam terræ. In* Caldebroc, Orâ, *&* Calestan, *totam decimam de Dominio. Totam villam de* Cigellonâ, *cum omnibus pertinentiis suis; sc. cum duabus hidis terræ, & Capella ipsius villæ. In* Westestingestan *decimam de toto Dominio, & unam virgatam terræ; Ecclesiam de* Maurdin, *cum omnibus pertinentiis suis, & totam decimam de Dominio, & unam virgatam terræ. Ecclesiam de* Cigestone, *cum Capellis, & omnibus pertinentiis suis, & totam decimam de Dominio, & unam virgatam terræ. In* Pioniâ *totam decimam de Dominio, & unam virgatam terræ. Ecclesiam de* Succeleiâ, *cum Capellis & omnibus pertinentiis suis, & totam decimam de Dominio, & unam virgatam terræ. Ecclesiam de* Merleiâ, *cum Capellis, & omnibus pertinentiis suis, & tres virgatas terræ: Et totam decimam de Dominio, apud* Wigrestun. *Ad* Witche *rectum suum in salinis: Apud* Holewei *totam decimam de Dominio, & unam virgatam terræ. Apud* Spdeham *decimam de Dominio & dimidiam terræ hidam. Apud* Ratneham *totam decimam de dominio, & unam virgatam*

Noent in Com. Glouc. Celleæ ejusdem. Vide Par. 47. E. 3. p. t. m. 29.

virgatam terræ. Apud Torillonam totam decimam de Dominio, & dimidiam hidam terræ, & unum pratum. Ecclesiam de Stoant cum omnibus pertinentiis suis, & totam decimam de Dominio, & unum pratum. Ecclesiam de Tanoel, cum omnibus pertinentiis suis, & totam decimam de Dominio, & duas virgatas terræ. Decimas reditûm villæ de Munenutâ, de Troy, & de Concarbin, & de Novavillâ. Medietatem decimæ de Dominio. Et de terra Richardi filii Comitis Gileberti Manerium Uschant, & Walam dimidiam decimam de Dominio suo, in bosco, & plano, in piscario, & melle, in placitis, & pasnagiis, & quartam partem decimæ Stigulliæ. Et ad prædictum Manerium de Newent, unam Blettagham, & carbonem in nemore suo, ad Blettagham sustinendum, & terram suam ad ollas: Et boscum suum de Edulfeshellâ ad essartandum, si non est in Foresta Regis. Ecclesiam de Strigul, cum omnibus pertinentiis. In villa de Herefort, duodecim libras ad feaccarium Regis. In Sudhamtonâ novem librarum, & quinq; solidos, in eadem villa, Monachos de Cormeliis & homines eorum & domum quam ibi habetis, ab omnibus consuetudinibus libera de decima, Stukeleix, & Merleix. Septuaginta quinq; solidos apud Glocestriam, & Dimoc quadraginta solidos. Porro in Ecclesiis, quas tenetis, Presbyteros eligatis, & Episcopis præsentetis, quibus si idonei fuerint; Episcopi curam animarum committant, ut de plebis quidem cura eis respondeant. Vobis autem pro rebus temporalibus debitam subjectionem exhibeant. Sepulturam quoq; ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum qui se illic sepeliri deliberaverint devotioni & extremæ voluntati (nisi forte excommunicati, vel interdicti sint) nullus obsistat, salva tamen justitia Ecclesiarum illarum à quibus mortuorum corpora assumuntur.

Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus, aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus à vobis decimas præsumat exigere. Cum autem generale interdictum fuerit, liceat vobis, januis clausis, non pulsatis tintinabulis, exclusis excommunicatis & interdictis, suppressa voce, divina celebrare. Obeunte verò te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres, communi concensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundùm Deum, & beati Benedicti Regulam providerint eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre vel oblatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Salva Apostolicæ sedis auctoritate, & Diocesani Episcopi Canonica justitia. Siqua igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona, hanc paginam nostræ constitutionis, sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisq; sui dignitate careat, reamq; se divino judicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, & sanguine Dei, ac Domini redemptoris nostri Jesu Christi, aliena fiat; atq; in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen. Dat. Benevent..... gratiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Subdiaconi & Notarii V. Kalendas Maii, Indictione secundâ, Incarnationis dominicæ Anno M.C.LXviii. Pontificatus verò Domini Alexandri Papæ, tertii, Anno Decimo.

✠. Ego Hubaldus, Presbyter Cardinalis, tituli Sanctæ Crucis in Hierusalem.

✠. Ego Johannes, Presbyter Cardinalis tituli Sancti Johannis & Pauli Pamachii.

✠. Ego Albericus, Presbyter Cardinalis, tituli Sancti Laurentii, in Lucinâ.

✠. Ego Boso, Presbyter Cardinalis, tituli Sancti Pudent. Pastoris.

✠. Ego Petrus, Presbyter Cardinalis S. Laurentii in Damasco.

✠. Ego Johannes, Presbyter Cardinalis tituli Sancti Marci.

✠. Ego Theoder. Presbyter Cardinalis tituli Sancti Vitalis Vestine.

✠. Ego Hubaldus, Hostiensis Episcopus.

✠. Ego Jacinthus, Diaconus Cardinalis Sanctæ Mariæ in Lumbardiâ.

✠. Ego Ard..... Diaconus Cardinalis Sancti Theodori.

✠. Ego Alexander, Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

✠. Ego Bernardus, Portuensis & Sancti Rufini Episcopus.

✠. Ego Cinchius, Diaconus, Cardinalis Sancti Adriani.

✠. Ego Hugo, Diaconus Cardinalis Sancti Eustachii juxta templum Agrippæ.

✠. Ego Vitellus, Diaconus Cardinalis Sanctorum Sergii & Bachi.

✠. Ego Petrus, Diaconus Cardinalis Sanctæ Mariæ in Aquiro.

Nos verò, ob instantiam virorum Religiosorum, Abbatis & Conventus Cormeliensium, Sigilla nostra fecimus apponi. Dato anno Dominî M. CC. xl. secundo, mense Novembri.

Carta Regis Henrici secundi, donationem Manerii de Newent; necnon de diversis terris & Ecclesiis in Comitatibus Glouc. Herefordiæ, Wigorniæ, Monemuthæ, & Suthamptoniæ, infra regnum suum Angliæ, confirmans. Carta 2. E. n. 29.

H. Rex Angliæ, & Dux Normanniæ, & Aquitanniæ & Comes Andeg. Justiciariis & Vicecomitibus & Baronibus, & Ministris suis totius Angliæ salutem. Sciatis nos dedisse & concessisse Deo & sanctæ Mariæ de Cormeliis & Abbati & Monachis ibidem Deo servientibus, Ecclesias suas, & terras suas, & elemosinas, & decimas, & omnia tenementa sua, tenere ita benè & in pacè & justè

justè & honorificè, & quietè, sicut illa meliùs tenuerunt tempore Regis *H.* avi mei & nominatim totum Manerium de * Newent, cum omnibus pertinentiis suis, *scilicet* quinq; hidis terræ, & Ecclesiam, cum omnibus decimis, & oblationibus, & pratis, & molendinis, & nemoribus de *Jarcleſdunâ* & de Tedeſwde; *Cumtonam*, & *Lindum*, & *Eaclam*, & *Melſwicham*, cum molendino & pratis; & *Ongheleia*, cum omnibus sartis, quæ pertinent ad Newent. Et Stanling & *Buleſduna*, cum Capellâ: & Ecclesiam de *Tedingtona*, & Capellam de *Pantleia*, & Eccl. de Dunoth, cum omnibus pertinentiis suis, & decimis, & decimam de toto dominio; Et unam virgatam terræ in eadem villâ. Et Ecclesiam de Betesord, cum omnibus pertinentiis suis, & decimis suis, & Capellis; & totam decimam de toto dominio, & in augmentis, & in essartis; & dimidiam hidam terræ. Et Ecclesiam de *Eſtonâ*, cum omnibus decimis & Capellis, & pertinentiis suis; & unam virgatam terræ, & totam decimam de dominio: Et ad *Tokingtunam* totam decimam de dominio, cum omnibus rebus; & unam virgatam terræ in eadem villâ. Et ad *Cumtonam* totam decimam de dominio, & unam virgatam terræ: Et ad Cadybyrc totam decimam de dominio. Et ad *Euram* totam decimam de dominio. Et ad *Ulveſtam* totam decimam de dominio; & totam villam de *Kyngeſtonâ*, cum omnibus pertinentiis suis, *scil.* duabus hidis terræ, & Capella ipsius villæ. Et ad *Weſtkyngeſtunam* decimam de toto dominio, & unam virgatam terræ; & Ecclesiam de Patrdia, cum omnibus decimis & pertinentiis suis; & totam decimam de dominio; & unam virgatam terræ, & Ecclesiam de *Kyngeſtonâ*, cum omnibus decimis & pertinentiis suis, & Capellis, & oblationibus; & totam decimam de dominio, & unam virgatam terræ.

Et ad *Pioniam* totam decimam de dominio, & unam virgatam terræ, & Ecclesiam de *Sukeleiâ*, cum omnibus Capellis, & decimis, & pertinentiis suis; & totam decimam de dominio, & unam virgatam terræ; Et Ecclesiam de *Merleiâ*, cum omnibus Capellis & decimis, & pertinentiis suis; & tres virgatas terræ, & totam decimam de dominio. Ad Wich rectum suum in salinis. Ad Boleiwei totam decimam de dominio, & unam virgatam terræ, & ad Sidcham totam decimam de dominio, & dimidiam hidam terræ; & ad Reinecham totam decimam de dominio & unam virgatam terræ; & ad *Tuckſtonam* totam decimam de dominio & dimidiam hidam terræ, & unum pratum. Et Ecclesiam de Lidiar, cum omnibus decimis & pertinentiis suis; & totam decimam de dominio, & unum pratum. Et Ecclesiam de Banoel, cum omnibus decimis & pertinentiis suis; Et totam decimam de dominio & duas virgatas terræ: Et de villâ de Penemute decimam de redditibus villæ. Et de Trof, & de Cumcarvan, & de *Novâ villâ* medietatem decimæ de dominio. Et de terrâ *Ricardi* filii Comitis *Gilberti* inter *Uſkam* & *Waiam* dimidiam decimam de dominio suo, in bosco & plano, & in piscariis, & melle, & pasnagio, & placitis; & quartam partem decimæ *Strugulii*. Et ad prædictum Manerium de Newent unam *Bleſſagham*, & carbonem in nemus suum ad *Bleſſagham* sustinendam; & terram suam ad illas: Et boscum suum de *Eadulveſhellâ*, ad essartandum, si non est in Foresta meâ. Et Ecclesiam de *Strigulio*, cum Capellis & omnibus decimis & redditibus & pertinentiis suis. Et in villâ *Herefordiæ*, duodecim libras ad Scaccarium meum. Et ad *Sudhamtunam* novem libras, & quinque solidos. Et in eadem villâ sunt prædicti Monachi & homines sui de dominio suo & domus illorum liberi & quieti de omnibus consuetudinibus; Et de decimâ de *Sukeleiâ*, & de *Merleiæ* sexaginta & quindecim solidos: Et ad *Gloceſtriam*, & ad Dimoch quadraginta solidos. Teste R. Comite *Cornubiæ* apud *Weſtmonaſterium*.

* Newent, in Com. Glouc. Cella de Cormelius.

ABBATIA

S. Dionisii, *juxta* Parisios.

Et Cartulario Abb. S. *Dionysii*, per v. cl. *Andr.* du *Cheſne* desumptum.

Donatio Bertoaldi *Ducis*, *de* Pastinges, & Pevenesel, *portibus maris*; *& villâ* Radreseldâ, *in* Angliâ.

IN nomine Domini nostri *Jesu Christi*, ego *Bertoaldus* Dux, justo Dei judicio cecidi in infirmitatem, de quâ medicorum nemo me sanare poterat. Audivi autem in *Galliis*, apud Monasterium Sanctorum martyrum *Dionisii*, *Ruſtici*, & *Eleutherii*, cui præest venerabilis Abbas *Folcradus*, per eosdem Sanctos, virtutes multas fieri; & petens à domino *Karolo* Imperatore transitum, veni illuc, ubi cum diebus admodum paucis æger, ad eorum memoriam decubuissem; miseratione Domini, & deprecatione eorundem martyrum, plenissimè sanatus sum. Vovi autem votum Domino & Sanctis illis, & de eorum sanctis reliquiis impetrata patrocinia mecum detuli, & in eorum nomine Ecclesiam ædificavi in sede meâ, in villâ vocabulo *Ridreſelda*, quæ à progenitoribus meis jure hæreditario mihi relicta fuerat. Quapropter dignum est, ut per quos sum ab omni corporis liberatus infirmitate, ipsi mihi in ipsâ meâ debeant hæreditare succedere. Undè ego, unà cum favore fratris mei *Eadbaldi*, & consensu meorum fidelium, per hanc scripturæ seriem omnem illam villam meam, quæ vocatur *Ridreſelda*, sitam super fluvium qui dicitur *Salforda* in pago qui dicitur *Suceſſa* * & pagi Civitas appellatur *Chichestra*, cum omnibus appendiciis suis, terris, pratis, pascuis, campis, silvis, aquis, ita

* Sussex. in Anglia.

ita ficut ego usus sum hactenùs possidere, sanctis Dei martyribus, *Dionysio*, *Rustico*, & *Eleutherio*, Hibendum & disponendam & in perpetuum tenendam trado. Concedo etiam per hujus monimenta Cartæ, ad usus Monachorum ibidem Deo famulantium, mœa possessionis portus, qui sunt in eadem Civitate super mare; Hastingis & Pevenesel, cum salinis & omni integritate suâ, ut sicut ego possidere videor, sic fratres in ipso Monasterio sanctorum martyrum Deo servientes amodò possideant & disponant, & pro me Deum deprecari dignentur. Si quis autem aliquid de hiis detrahere, aut minuere, vel usurpare temptaverit, & ab illis Sanctis & servitoribus eorum Monachis abstulerit, Regi seculorum Deo peccabit, qui ab eo requirat in judicio futuro quod injustè abstulit, *cum venit in sua majestate & sanctorum Angelorum reddere unicuique prout gessit, sive bonum sive malum, & ibunt impii in supplicium æternum, justi autem in vitam æternam.* Actum dominicæ incarnationis an. *DCCXcii.* anno quo cœpit *Offa* Rex regnare *xxxi.* præsente fratre meo *Eadbaldo*, & coram subscriptis testibus. Ego *Berthoaldus* Dux, manu meâ firmavi, & subscripsi. *Eadbaldus* frater ejus firmavi & subscripsi. *Egfridus* Comes subscripsi. *Edilwinus* Comes subscripsi. *Cinigils* firmavi & subscripsi. *Eadbertus* firmavi & subscripsi. *Hunwaldus* firmavi & subscripsi. *Edilfridus* firmavi & subscripsi. Ego *Eanfric* Cancellarius scripsi, relegi, & subscripsi. Ego *Deodatus* Monachus de manu Ducis *Berthoaldi*; omnia, quæ in hoc testamento scripta sunt in nomine Sanctorum martyrum *Dionysii*, *Rustici*, & *Eleucherii*, possidenda suscepi, & hanc traditionem per hoc scriptum, coram cunctis fratribus Monasterio adsignavi.

[Sequitur confirmatio Regis *Offæ* super eandem donationem, an. regni sui *xxiii.* Et Regis *Ethelwesi*, anno regni sui *xix.* quæ brevitatis intuitu omissæ.]

ibid. *Carta Regis* Edwardi (*confessoris dicti*) *de villâ de* Teintunâ, *in Com.* Oxon..

IN nomine summi Dei viventis (&c.) Ego *Edwardus* Rex *Anglorum*, cum essem in pace in gloriâ regni mei, pro salute animæ meæ patrumq; meorum, qui ante me regnaverunt, cum consultu & decreto primatum fidelium q; meorum, dedi Sancto *Dionysio*, qui celebris memoriæ apud nos quidem nominatur, apud *Francos* autem & colitur & habetur, villam quandam nominatam *Teintuna* in territorio & Comitatu urbis quæ *Oxenaforda* dicitur, cum omnibus appendiciis ejus, id est, terris, silvis, pascuis, aquis, pratis, cultis & incultis. Sit autem terra hæc immunis & libera ab omni negotio, exceptâ expeditione & pontis vel arcis instauratione. Quod si qui violaverint, sit pars eorum, decreto Dei & meo, omniumq; Episcoporum, quorum nomina hic habentur, cum *Judâ* traditore, cum *Dathan* & *Abiron* in ignem æternum, *ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur*, nisi reatum suum coram Deo & Sancto *Dionysio* emendaverint. Anno dominicæ incarnationis *M.Lix.* scripta est hæc Cartula, hiis testibus consentientibus.

Ego *Edwardus*, Rex totius *Britanniæ* telluris, hanc meam donationem S. *Dionysio* concessi, & signo ✠ agiæ Crucis munitam condonavi.

Ego *Eadgiva*, conlaterana ejusdem Regis, hoc mihi placere cum benevolentiâ professa sum.

Ego *Stigandus*, metropolitanus *Christi* Ecclesiæ Archiepiscopus; necnon *Wintoniensis* Ecclesiæ, donum Regis cum tropheo Sanctæ Crucis ✠ libentissimo animo confirmavi.

Ego *Kynsimus*, Archiepiscopus *Eboracensis* Ecclesiæ, præfatum munimen consolidavi.

Ego *Wilwinus*, *Dorcacestrensis* Ecclesiæ Episcopus prædictum hoc Regis donum benignissimâ manu conscripsi.

Ego *Dodico* Episcopus &c. *Hermanus* Episcopus, *Aldredus* Episcopus, *Will.* Episcopus, *Agelmerus* Episcopus (&c.)

Haroldus Dux. *Ealsgar* Dux. *Toftig* Dux. *Leofwine* Dux. *Gyrth* Dux.

Esgar miles. *Raulf* miles. *Robert.* miles. *Brictric* miles. *Ulf* miles, consensum præbuimus.

Et ego *Baldwinus* Sancti *Dionysii* Monachus, sub regimine Abbatis mei *Hugonis* constitutus, tunc temporis *Anglorum* Regis medicus, omnibus, quorum hic annotata sunt nomina, sine cujuslibet calumniâ, scriptum hujus donationis confirmantibus, de manu ejusdem Regis, & scriptum & donum Sancto *Dionysio* in perpetuum habendum suscepi.

Carta Willielmi *Comitis de* Ferrariis. ibid.

OMnibus Sanctæ Ecclesiæ filiis (&c.) *Willielmus* Comes de *Ferrariis* salutem (&c.) Noverint (&c.) me dedisse (&c.) Deo & Sancto *Dionysio*, in firmam & perpetuam elemosynam, pro salute animæ meæ & *Sibillæ* Comitissæ uxoris meæ & hæredum meorum, unum cereum singulis annis preiio *xiii.* denariorum, & unum cervum engresse, & unum senglier engresse; ita quod per singulos annos transmittentur ad festum S. *Dionysii* per proprios nuncios meos vel hæredum meorum (&c.) Testes, *Willielmus Baligan* Capellanus Comitis; *Radulfus* le *Butillier*; *Robertus* frater ejus. *Robertus* filius *Ranulfi*. Actum in Capitulo Sancti *Dionysii*, Anno gratiæ *M.C.* *lxxxix.*

ABBATIA

S. Ebrulfi *apud* Uticam *in ducatu* Normanniæ.

Ordric. Vital. Hist. Eccles. pag. 602.

Carta Regis Willielmi *Conquestoris de terris quamplurimis, in* Anglià, *dicto Monasterio concessis.*

GUillelmus Dei gratiâ Rex *Anglorum*, & Dux *Normannorum*, atq; Princeps *Cenomannorum*, omnibus fidei Catholicæ fautoribus, pacemq; in Ecclesiâ servantibus, summum & inexplebile gaudii munus. Quoniam brevis est mortalis vita, & de generatione in generationem transeunt omnia, volumus litterarum testimonio temporis nostri decreto confirmare; ut quæ nos rectè facimus ex nostro jure, & ex datâ à Deo potestate, nemo successorum nostrorum audeat violare, ne *scilicet*, ei contradicat, qui omnia regna suo arbitrio dispensat. Ego itaq; *Willielmus* Dei gratiâ Rex, in regno mihi divinitùs commisso, elemosynam, quæ mihi perenniter prosit, Cœnobio *B. Ebrulfi* tradere dispono: Et ea quæ fideles nostri pro communi omnium salute de possessionibus, quas eis dedi legitimè.... Deo, concedo, præsentiq; cirographo confirmationem nostram præsentibus & futuris omnibus Dei fidelibus notifico.

Inprimis igitur *Uticensi* Monasterio, quod beatus *Christi* Confessor *Ebrulfus* construxit in Heremo, de Dominio meo, pro amore Dei, dono in Glouceſtre-*scira* villam, quæ *Ravella*, id est *Capræ fons* dicitur; & in Nichole-*scira*, quandam Ecclesiam, & quicquid ad eam pertinet in villâ quæ Nethleham vocatur. Præterea optimates nostri de rebus suis S. *Ebrulfo* hæc largiti sunt; atq; ut in Chartâ regiæ auctoritatis contra omnium infestationes inserantur, poposcerunt: *Rogerius* Comes *Scrobesburiæ* dedit omne quod habebat in *Melleburna*, in Canteburge-*scira*: *Othnam* quoq; & *Merestonam* in Estafordе-*scira*, & unam hidam terræ in Graphan, & terram *Vulfuini* aurifabri in *Cicestra*, decimamq; Caseorum, & lanarum de *Pultonâ*, & decimam de Senegni in Canteburge-*scira*. *Mabilia* verò, ejusdem Comitis filia, de redditibus suis in *Anglia LX.* solidos sterilensium, pro decimis suis, dedit S. *Ebrulfo* per singulos annos ad luminaria Ecclesiæ. *Guarinus* Vicecomes de *Scrobesburia* dedit S. *Ebrulfo Nentonam*, & Ecclesiam de Halis, cum decimâ, decimamq; de *Guestona* in Estafordе-*scira*; Et hæc dominus ejus *Rogerius* Comes concessit. Porrò *Hugo* de *Grentemaisnil* (qui cum *Roberto* fratre suo, & avunculis suis, *Guillelmo* & *Roberto*, filiis *Gerolfi*, *Uticense* restaurarat Cœnobium) hæc eidem dedit in *Anglia* in perpetuam hæreditatem; totam terram, quam habuit in *parvâ Pilardentona*, in Guarewiche-*scira*, omniumq; duas partes decimarum totius terræ suæ dedit: & *xvi.* rusticos ad ipsas decimas custodiendas, atq; novem Ecclesias. Dedit enim tres villanos *Scultonis*; tres *Guaris*; duos *Belegravia*, unum *Scotonæ*, unum *Chirchebiæ*, unum *Merstonæ*, unum *Osteſilvæ*, unum *Cherlatonæ* Et alium in alia *Cherlentunâ*. Dedit etiam Ecclesiam de *Guaris*, & totam decimam, quæ ad illam pertinebat, terramq; duarum Carrucarum; Ecclesiam de *Turthilleſtona*, Decimamq; ad illam pertinentem, & duas virgatas terræ.

Ecclesiam de Clenefelð, cum decimâ totâ, & duabus virgatis terræ: Ecclesiam de *Charlentona*, cum decimâ & quinq; virgatis terræ: Ecclesiam de Hovtlav, cum decimâ & duabus virgatis terræ; Ecclesiam de *Merthegrava*, quæ nunc alio nomine *Belegrava* dicitur, cum tota decimâ, & *xi.* virgatis terræ; & *Guillecotam*, & quicquid *Hugo* Clericus de *Sappo* in *Anglia* de ipso tenebat; Ecclesiam de *Merstona*, cum totâ decimâ & terrâ ad Ecclesiam pertinente: Ecclesiam verò de Cotefort, cum decimâ, & unâ hidâ terræ: Ecclesiam de *Sellingis*, cum toto quod *Leofricus* ibidem de ipso tenebat. Hæc sunt quæ *Hugo* de *Gretemaisnill* Sancto *Ebrulfo*, me concedente, dedit in *Anglia*.

Radulfus quoq; de *Conchis* eidem Sancto dedit duos Manerios *Alumtonam* in Wigherceſtre-*scira*, & *Caldecotam* in Northfulch: Et *Hugo* filius *Constantii* dedit Ecclesiam de *Gafra* & unam hidam terræ. *Hugo* autem *Ceſtrensis* Comes, filium suum nomine *Rodbertum* in *Uticensi* Ecclesiâ ad Monachatum Deo obtulit, & eidem Ecclesiæ dedit unam hidam terræ in *Parva Pilardentona*, & decimam, ac unum Rusticum in villâ quæ dicitur *Brichella*, decimamq; de *Sanleia* in Buccingeham-*scira*. *Robertus* verò de *Rodelento* (præfato *Hugone Ceſtrensi* Comite, Domino suo, concedente) dedit S. *Ebrulfo Chirchebiam* cum duabus Ecclesiis; una *scilicet* quæ in ipsa villa est, & alia propè illud Manerium in Insulâ Maris, & Ecclesiam S. *Petri* Apostoli, & quicquid ad eam pertinebat in *Ceſtrensi* urbe. Et in *Merestona*, quæ est in Northamtone-*scira*, Ecclesiam S. *Laurentii*, & quicquid ad eam pertinet: & in eadem *Provincia* Ecclesiam de *Bivivella*, cum duabus terræ carrucatis. Alii quoque homines *Hugonis* Comitis, *Uticensi* Ecclesiæ decimas suas dederunt. In Nichole-*scira* *Roxscelinus* de *Eſtentona*, *Osbernus Texſonis* filius, de *Neubela*, *Baldricus* de Parefort, Decimam cum uno Rustico. *Rogerius* de Villai & *Brisard*, & *Robertus Pultrel* in Legreceſtre-*scira*. Omnes hi decimas suas Sancto *Ebrulfo* dederunt, & prædictus Comes gratanter concessit. Hæc itaq; quæ de nostro Dominio suprà memoratæ Ecclesiæ dedi, & omnia quæ à Baronibus nostris eidem data sunt concessi, Anno ab Incarnatione Domini *M. Lxxxi.* Indictionis. *iv.* præsenti Cirographo in urbe *Guenta* corroboro, & Proceribus meis, qui Eleemosynas suas dederunt, vel astipulatores earum sunt, Hoc Testamentum 1081

signo

signo Sanctæ Crucis dedicandum trado: ut in æternum Regali auctoritate rata sit hæc donatio, & Sacrilegos Sacrarum violatores rerum irremediabilis, nisi à reatu resipuerint, feriat Maledictio.

Ex vetusto tomulo in bibl. Cottan.

Carta Roberti *Comitis* Leicestriæ, *de diversis Ecclesiis, terris & Decimis infra Comitatum* Leicestriæ.

ROBertus Comes *Leycestriæ*, Comitis *Melentini* filius, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint salutem. Noverit universitas vestra, me pro salute animæ meæ, & patris mei & matris meæ, & omnium aliorum antecessorum meorum, & successorum, donasse & concessisse & præsenti Cartâ meâ confirmasse Monasterio S. *Ebr.* & Abbati & Monachis ejusdem loci, quicquid habent in totâ terrâ meâ in liberam, & absq; omni terreno servicio & consuetudine & exactione, quietam elemosynam; ita quod nulli aliquod terrenum servicium inde facere teneantur; neq; homines in terrâ ipsorum, manentes apud *Leycestriam*, plenam decimam de omni dominio meo de Præpositurâ; *videlicet*, de pontibus de Wolegate, de molendinis, & piscationibus, atq; virgultis, quæ modò in eadem villâ sunt, vel de novo fient in tota Forestâ ejusdem villæ; in defensis *videlicet*, & in altâ Forestâ, & alibi per totam Forestam *Leycestriæ*, plenam decimam de omnibus pannagiis & herbagiis, & venationibus, & venditionibus, & araciis equorum & equarum, & de omnibus fructibus & essartis & agriculturis, & molendinis, & furnis & piscationibus, & censibus, & Ecclesiis, & villis & Capellis, & obventionibus quæ ex eâ & in propresturis ejus, præsentibus & futuris operibus, etiamsi ad agriculturam redacta fuerit, poterunt pervenire; & quietanciam herbagii, & pannagii ad Centum porcos Conventus S. *Ebrulfi* per annum; *videlicet* in fensis, & in altâ Forestâ, & alibi per totam ipsam Forestam cum meis propriis porcis. Infra muros Civitatis *Leycestriæ* novem Burgenses; extra verò quinq;. Decimam quoq; dominicarum terrarum mearum in eadem villâ: Ecclesiam de Belegrave &c.

In Cleneseud Ecclesiam, cum duabus virgatis terræ, & Capellam de Bantesson, & de Retby, cum decimis & aliis pertinentiis ejus in Prkynfeld &c. In Rotheby duas partes decimarum totius dominii mei, de omnibus de quibus decima datur & accipitur, & ita habet Monasterium S. *Ebrulfi* in omnibus dominiis de feodo *Leycestriæ*. In Gaoby &c. In Boseeby duas partes omnium decimarum de duabus aulis; & in Humbirston similiter decimam de duabus aulis, & unam virgatam terræ. In Stocton decimam de dominio, & unam virgatam terræ. In Evington decimam de dominio. In Pgwarby decimam de dominio. In Sybeby decimam de dominio. In *Torp-Ernald* decimam de dominio. In Brantingesby decimam de dominio. In Waltham &c. In Wykyngeston decimam de dominio. In Houtheby &c.

Volo itaq; & firmiter præcipio ut hujus meæ donationis, concessionis, & confirmationis Carta ab omnibus hæredibus meis, & ballivis illibata conservetur & integra; & ut ea quæ in eâ scripta sunt & nominata; tam in Ecclesiis quam decimis, & essartis & terris; aliisq; pertinentiis suis & possessionibus, Abbati & Monachis plenariè & absq; malivolâ dilatione persolvantur; & ut ipsi super hiis omnibus, quæ donavi, concessi, & confirmavi, nullam de cætero molestiam patiantur; nec homines in terris ipsorum manentes, sed cum omni integritate, & absq; omni exactione, consuetudine & districtione terreni servicii, ea pacificè & quietè in puram, liberam, perpetuam, & quietam elemosynam possideant, præsentem paginam Sigilli mei munimine confirmavi & roboravi, ipsis contra omnem calumpniam perpetuo valituram. Hanc autem donationem, confirmationem, & concessionem ego & omnes hæredes dictis Abbati & Monachis tenemur contra omnes homines warentizare, & defendere. Si quis verò hæredum, ballivorum vel hominum meorum hanc meæ donationis, concessionis, & confirmationis Cartam, scienter infregerit, vel contra eam aliquo modo venire tentaverit, indignationem Dei omnipotentis, meamq; maledictionem se noverit incursurum. Hiis testibus, *O. Ebor.* Episcopo, & *Hugone* de *Raceto*, & *Ricardo* de *Bellomonte* Magistro, & Capellano meo, & *Tomheto* de *Marevilla*, & aliis.

Carta Roberti *Comitis* Leicestriæ, *filii præfati Comitis.*

IN nomine sanctæ & individuæ *Trinitatis*; ego *Robertus* Comes *Leycestriæ*, omnibus hominibus & Baronibus, & amicis, & fidelibus meis, ballivis atq; ministris salutem, & pacem. Noverit universitas vestra, me ad preces & admonitionem karissimæ uxoris meæ *Petronillæ* Comitissæ *Leycestriæ*, & filiorum, *Willielmi videlicet*, *Roberti*, atq; *Rogeri*, & *Amiciæ* Comitissæ *Rocefortis*, filiæ meæ, donasse, concessisse, & præsenti Cartâ meâ confirmâsse Monasterio beati *Ebrulfi*, & Abbati & Monachis ejusdem loci, quicquid habent in totâ terrâ meâ in liberam, & ab omni terreno servicio & consuetudine puram & quietam elemosynam; ita quod nemini præter dominum terrenum in servicium aliquod facere teneantur; vel auxilium seu etiam talliam vel relevamentum, vel gardam; nec homines in terris ipsorum manentes, in *Normannia videlicet* & in *Anglia*, tam de donis illustris viri *Hugonis* de *Grantemenyl* proavi memoratæ Comitissæ, & jamdicti Monasterii fundatoris, & meis & fidelium suorum atq; meorum, quam de donis *Willielmi* filii *Osberni* attavi mei, & meis, aliorumq; antecessorum meorum, & fidelium suorum atq; meorum, in quibus hæc propriis necessariam duxi exprimenda vocabulis; Ecclesiam *videlicet* de *Miceto* &c.

In *Anglia* verò apud *Leycestriam* plenam decimam de omni dominio meo, De præpositurâ, *videlicet* de pontibus de Wolegate (&c.)

Decimam quoq; dominicarum terrarum mearum in eadem villâ. Eccleſiam S. *Sepulcri*, quæ eſt extra Civitatem, cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam de *Belegrave*. (&c.) Teſtibus *Petronillâ* Comitiſſâ *Leyceſtriæ*, uxore meâ, & *Willielmo*, & *Roberto*, & *Rogero* filiis meis, & *Aniciâ* filia meâ Comitiſſâ *Rochefortis*, *Simone* de *Grammenil*, & aliis.

Pat. 12. E. 3. p. 3. m. 13. per Inſpex. *Carta Regis* Henrici *ſecundi*, *donationem Manerii de* Cherlton, *per* Adelinam *de* Juri *factam*, *confirmans*.

H. Rex *Anglia* Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Baronibus, & Vicecomitibus, & fidelibus ſuis, *Francis* & *Anglis* totius *Anglia* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & reddidiſſe Deo & Sancto *Ebrulfo*, & Monachis ſuis Manerium de *Ceorlotona* quod *Adelina* de *Juri* eis dedit. Et volo & concedo & firmiter præcipio, ut benè & quietè, & honorificè teneant. Teſtibus *Nigello* de *Albiniaco*. & *Fulcone* de *Alnou*, & *Rad.* de *Ponte Erchenfr.* apud *Rothomagum*.

Cella de Cherlton in Com. Wil.

Cart. 12. E. 2. m. 18. n. 92. per Inſpex. *Carta ejuſdem Regis* Henrici *ſecundi*, *de libertatibus*.

H. Rex *Anglia*, & Dux *Normannia*, & *Aquitania* & Comes *Andegaviæ*, omnibus Vicecomitibus & Miniſtris ſuis tocius *Anglia*, & *Normannia*, & nominatim portuum maris ſalutem. Precipio, quod omnes victus & veſtitus & omnes res Monachorum de Sancto *Ebrulpho*, & quicquid homines eorem affidare poterunt eſſe proprium Abbatis & Monachorum Sancti *Ebrulphi*, ſit quietum ab omni theloneo, & paſſagio, & conſuetudine. Et prohibeo quod nullus eos vel res eorum injuſtè diſturbet ſuper *x. l.* forisfacturâ. Teſte *Rotrodo* Epiſcopo *Ebroicenſi*, apud *Leons*.

ABBATIA

de Exaquio, *in ducatu* Normanniæ.

Pat. Norm. 8 H. 5. p. 2. n. 21. *Carta Regis* Henrici *quinti*, *ratificationem Regis* Henrici *ſecundi*, *& aliorum donatorum recitans & confirmans*.

Ex omnibus ad quos, &c. ſalutem. Inſpeximus Cartam celebris memoriæ *Henrici* quondam Regis *Anglia*, inclitæ progenitoris noſtri, factam in hæc verba. *H.* Dei gratiâ Rex *Anglia*, & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Seneſcallis, Vicecomitibus, & omnibus Ballivis, & fidelibus ſuis ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & præſenti Cartâ meâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ Sanctæ *Trinitatis* de *Exaquio*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, omnes rationabiles donationes, ſubſcriptas ibi factas, & Cartis donatorum confirmatas. Ex dono *Truſt. Haldup*, & *Eudonis* filii ejus, & conceſſione & confirmatione *Roberti* de *Haia* & *Muriellæ* uxoris ejus, & *Ricardi* & *Radulphi* filiorum eorum, in villâ ſanctæ *Opportunæ*, in quâ ſita eſt præfata Eccleſia totam partem, quam præfatus *Truſt.* & *Eudo* filius ejus ibi habebant in Eccleſiis, & terris, & ſilvis, in aquis, & molendinis, in piſcariis, & ſalinis: Et in villâ de *Famillerus* totam partem quæ fuit *Adelais* de *Balto*, & ſilvam quæ appellatur *Camilliacum*, cum omnibus terris & molendinis, cum aquâ, & cum noltâ de Manerio de *Cirenciis*, exceptis tantum ſervientibus ſuis; & omnia quæ ad præfatam ſilvam pertinent, ſicut ipſi eam habebant; & quicquid habebant in *Orevilla*, & in *Warevilla*, & in omnibus Mainillis ad *Orevillam* pertinentibus, cum Eccleſiâ, & omnibus aliis pertinentiis; & Eccleſiam Sanctæ *Mariæ* de *Probail*, cum omnibus pertinentiis, & partem ſuam in Eccleſiâ Sancti *Georgii* de *Tummevill*, cum elemoſinis, & decimis, & omnibus exitibus ejuſdem Manerii: & totam partem ſuam in Eccleſiâ Sancti *Joh.* de *Turgiſvilla*, cum pertinentiis; & ad *Iniquam famem* terram ad unam carrucam, & rectam decimam omnium exituum, & Eccleſiam de *Comeis*, cum elemoſinis & rectis decimationibus omnium exituum ejuſdem Manerii: Et terram ad unam carrucam; & unum vavaſorem, cum hoc quod tenet in eadem villâ, & in *Roſevilla*, in plano; & in *Apavilla*, & in *Oſonvilla*, & in *Mainvilla*, ad *Apavillam* pertinentibus, quicquid ibi habebant, in Eccleſiâ, in terris, in ſilvis, & in omnibus aliis pertinentiis; & duas dimidias piſcarias in *Ilnna*, quæ eſt juxta *Hulum*, & partem ſuam Eccleſiæ Sancti *Georgii* cum pertinentiis ſuis, & Eccleſiam *Sanctæ Suſannæ*, cum elemoſinis; & Eccleſiam Sancti *Ermelandi* juxta *Pleſſeiam*, & omnes Eccleſias ſuas de *Banteis*: Et rectam decimationem juxta parcum & extra, illius foreſtæ de *Pleſſeio*; de paunagiis, de vehiculo, de venatione, & de omnibus lucris, quæ ibi fiunt, aut fient, de molendinis, piſcariis, exitibus, & nutrimentis; & extra parcum omnibus beſtiis & porcis Monachorum, & animalibus ſervientum eos cuſtodientium, paſtum & paſturam. Et ſi infra parcum mittuntur porci ad paſtum, habeant Monachi in eodem parco *C.* porcos a feſtivitate *S. Martini*, uſq; ad *Quadrageſimam*, quietos. Et ſi ibi non mittuntur porci deforis ad paunagium, tamen habeant Monachi *L.* quietos uſq; ad prædictum terminum, cum eiſdem conſuetudinibus in nemore de *Folieâ*. Et extra parcum ligna ad Eccleſiam & domus ſuas & omnia neceſſaria ſua in eadem foreſtâ, & homines animalia ſua cuſtodientes ſimiliter. Et in eadem foreſtâ partem quandam, per loca & diviſas, quas indè habent determinatas in Cartis, cum omnibus terris

&

& pertinentiis, ſicut præfati donatores habuerunt.

Et terram trium famulorum in *Baliois*; *ſcil. Ranaldi* & *Wimundi* porcarii, & *Sarraceni*, quam ipſi de eis tenuerunt, & rectam decimam partis ſuæ de Manerio *Pleſſeii*, de omnibus exitibus: Et Eccleſiam de *Crienciis*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & unum Vavaſſorem cum terrâ ſuâ, & in eadem villa terram ad duas carrucas, & tres ſalinas, & unam piſcariam in mari; & terram duarum bercariarum, quam paſtores tenent; & ſex ſuburbanos cum alodiis ſuis, & de theloneo ejuſdem villæ *lx s.* Et in mariſco de *Creſſoneres vi.* acras terræ; & rectas decimas de omnibus exitibus Manerii de *Crienciis*, Et in nemore de *Fulleiâ* rectam Decimam de omnibus exitibus, cum omnibus conſuetudinibus, quas habent in nemore *Pleſſeii*; & decimam molendini de *Folleiâ*, & de piſcariis: Et Eccleſiam Sancti *Georgii* de *Rota*, cum pertinentiis ſuis, & ad montem *Cathonis* terram ad unam carrucam; & decimam molendinorum & piſcariarum, & omnium exituum illius Manerii. Et Eccleſiam de *Argenti*, cum pertinentiis & rectis decimis exituum ejuſdem Manerii; & terram ad duas carrucas, & partem ſuam de Eccleſiâ Sancti *Philippi* de *Walſeia*; & ea quæ *Hugo* de *Valſeio* ibidem tenuit de ipſis. Et partem quam habebant in Eccleſiâ Sanctæ *Mariæ* apud *Martrum* cum pertinentiis ſuis; & id quod *Hugo* de *Valſeio* ibidem de eis tenuit; Et partem quam habebant in Eccleſiâ de *Coeſneriis*, cum pertinentiis ſuis, & terram ad unam carrucam, & de hiis omnibus rectam decimam omnium exituum.

Item ex dono *Roberti* de *Haiâ*; Eccleſiam Sancti *Martini* de *Eudonvillâ*, & terram *Pippini*, liberam & quietam ab omni ſervicio & auxilio; Et Eccleſiam Sanctæ *Mariæ* de *Anſgovilla*, cum decimis & elemoſinis eidem Eccleſiæ pertinentibus; Et Eccleſiam S. *Martini* de *Britevilla*, & decimam molendinorum de *Monte Acuto*, & decimam molendinorum de *Bertanvilla*, & de *Eudonis-villa*; Et Eccleſiam Sancti *Nicholai* de *Foliata*; Et Eccleſiam Sancti *Quirini* de *Pleſſeio*.

Item ex dono præfati *Roberti* de *Haia*, in *Anglia*, Eccleſiam de *Boxgrava*, cum pertinentiis ſuis, Et Eccleſiam de Bzotebi, & quicquid habebant in Eccleſiis de Rifum, & de Bellinges, & de Subzac, & de Suanatone, cum omnibus pertinentiis ſuis; Excepto eo quod Monachi de * *Acrâ* habent in ipſâ Eccleſiâ de Suanatone. Et Eccleſiam de *Callatona*, & totam decimam denariorum ſuorum de Manerii ſuis de Bzotebi, & de Felingeham, & de Rifon & *Suanatona*, & *Suttona*, & de *Hatona*, & de *Scortona*; & unam bovariam terræ apud Bzotebi. Apud *Boxgravam ii.* hidas terræ, & dimidiam circa Eccleſiam de *Boxgrava*; & omnem decimam ipſius parochiæ, & totam decimam gablorum ſuorum de natali de eadem parochiâ; Et decimam ſui nemoris in paſſone & venditione. Et in eodem nemore dedit Monachis in eadem Eccleſiâ morantibus ignem & materiam ad omnia ædificia ſua & opera, & paſſonem porcis ſuis, & paſturam ad omnia animalia ſua dedit, & Eccleſiam ſancti *Petri* de *Hauncenete*, & terram & decimam quæ ad eandem Eccleſiam pertinent; Et Eccleſiam Sancti *Leodegarii* de *Honeſtan*, & Eccleſiam de Budeham, & Eccleſiam Sanctæ *Mariæ* de *Waborgetona*, & Eccleſiam Sanctæ *Mariæ* de Bernehaim, & Eccleſiam Sanctæ *Katerinæ*, quæ eſt ſita ſuper fluvium *Tamiſiæ* & Eccleſiam Sancti *Georgii* de *Bantona*, & Eccleſiam de *Cadea*, & terras & decimas, quæ ad eaſdem Eccleſias pertinent. Dedit etiam illam menſuram frumenti quæ vocatur *Cherchet*, de omnibus Maneriis ſuis, cum Eccleſiis & decimis.

Ex dono *Ricardi* de *Haia* decimam frumenti ipſi, & avenæ de *Britevilla*, Ex dono *Renaldi* de *Aurea-valle* Eccleſiam Sanctæ *Helenæ*, cum decimis omnibus ejuſdem villæ, & terras & elemoſynas eidem Eccleſiæ pertinentes; *videlicet* clauſum quod vocatur *Vinea*, & totam partem laundæ, quam dedit *Robertus Banum* juxta *Turcati villam*, & totam decimam de omnibus redditibus totius ſilvæ ſuæ, & paunagium porcorum Monachorum in eadem ſilvâ quietum, & ligna ad materiam ad ædificia etiam neceſſaria Monachorum, & paſturam de *Aurea valle* communem omnibus animalibus Monachorum, cum animalibus Domini, & *Sagrunent*: Et in *Gerevilla ii.* acras terræ: Et in *Litearia* unam acram, & decimam ferix *Aureæ vallis*, & dimidium dominium Eccleſiæ de *Hugevilla*, & alteram medietatem quam *Rogerus* filius Epiſcopi, cum *Roberto* de *Haia* dedit. Et *Rogerum* de *Monaſteriis*, cum terrâ ſuâ, id eſt, *iii.* acras, & terram *Pagani* juxta clauſum ad ipſum clauſum & terram *Herſendi*, & *Arnoti*, & clauſum *Leceline*, cum domo ſuâ. Ex dono *Hugonis* filii ejus, dimidiam Eccleſiam Sancti *Landi* de *Orevilla*, cum elemoſinis & decimis illius Eccleſiæ, & decimâ trium molendinorum duorum de *Aurea valle*, & unius in *Balceſio*. Et terram de *Rekenerell* liberam & quietam ab omni ſervicio & auxilio. Ex dono *Roberti Banni*. unum vavaſſorem, cum terrâ ſuâ. Ex dono *Roberti* filii ejus de *Aſelvilla* terram reddentem unum quarterium frumenti, & in *Balceſio* prædicti *Renaldi* unam acram terræ juxta terram *Balmeri*: Et omnia quæ idem *Renaldus* dedit, & omnia, quæ de calengiis ſuis relaxavit infra burgum *Exaquii*, & in *Incunâ* totâ, & in aliis locis & villis eidem *Reinaldo* pertinentibus, libera & quieta, ſicut Carta ejus dividit & teſtatur.

Ex dono *Willelmi* de *Aurea Valle* molendinum ſanctæ *Opportunæ*, cum omnibus conſuetudinibus, & moltâ, & omnibus rebus, quæ ad illud molendinum pertinebant; & partem Eccleſiæ ſanctæ *Opportunæ*. Ex dono *Guillielmi* de *Abrincis* quartam partem Eccleſiæ Sancti *Saluatoris*, cum Capellariâ ſuæ domus, & *xx.* & *vi.* acras terræ, & dimidiam decimam ſui molendini, cum aliis minutis decimis, & hominibus ejuſdem elemoſinæ communem paſturam & focum, ſicut ſuis: Ex dono *Jordani* de *Campo Arnulphi*, & *Willelmi* de *Rollos*, & *Willelmi de Ponte*, & *Clarembaldi* de *Girarcas*,

Cella de *Boxgrave* in *Suſſexia*.

* *Caſtle-Acre* in Com. *Norff.*

& *Ricardi* de *Rollos*, quicquid habebant in Ecclesia S. *Sansonis* de *Gineſſâ*: & in eadem villâ ex dono *Gaufridi Ourem iii.* acras terræ liberas & quietas ab omni servicio, & auxilio, & unum masuagium, & terram eidem pertinentem. Ex dono *Willelmi* & *Ricardi Pirou*, & ex concessione & confirmatione hæredum eorundem *Radulphi* de *Pirou*, & fratrum ipsius *Gaufridi*, *Rogeri*, & *Stephani*, Ecclesiam de *Pirou*, & decimam totius villæ, in garbis, & molendinis, & omnibus aliis, quæ contigerint decimari; & *xliiii.* acras terræ, & brociam dejuxta *Laundam*: & unam piscariam in mari; & decimam anguillarum, & terram in quâ Monachi ædificaverunt domos suas, & ortos & pratum de *Bree*, & pratum de *Mela*, & unam acram terræ juxta Crucem; & aciam, quam *Robertus* filius *Osmundi*, & virgatam terræ, quam *Giroldus* de *Pirou* donaverant Monachis. Et præterea concessionem & confirmationem, quam *Radulphus* filius & hæres *Ricardi* de *Pirou*, & fratres sui fecerunt, *viz.* ut in voluntate sit Abbatis de *Exaquio* & sui Conventus prædictas decimas & cætera beneficia ad Abbaciam deferre & expendere, & quæcunq; custodire voluerint ad *Pirou* suarum rerum, seu Monachum, seu alium habere, & talem quitanciam in moltâ, qualem Carta dividit.

Ex dono *Rogeri* de *Albinneio*, & *Guillelmi* patris ejus, Ecclesiam de *Folgeriis*, cum decimis, & elemosinis eidem pertinentibus; & partem Ecclesiæ de *Gineſſâ*, quam *Osmundus* Clericus tenuit, cum pertinentiis suis, & totam terram illam, quam idem *Osmundus* tenuit in *Kercavilla*, & in *Francavilla*, & *lxiiii.* acras terræ in *Linervilla*, & quicquid filii *Randulphi Espec* tenuerunt de Honore *Albinneii* in *Alne*, & in *Astella*, sive in Ecclesiâ, sive in terrâ, & decimam feriæ Sancti *Christoferi*, & de foro *Albinneii*, & in *Macheſis* unum ortolanum, cum terrâ suâ, & quicquid *Avicia* uxor prædicti *Rogeri* dedit in *Monte Fameloſo*, & in *Meſnillo Ogis*. Et ex dono ejusdem, & *Anschetilli* de *Clens*, & *Roberti* filii ejus, & *Aeliz* filiæ ipsius *Roberti*, Ecclesiam Sancti *Patricii* de *Clens*, & Ecclesiam Sanctæ *Margaretæ* de *Bandrevilla*, & Ecclesiam de *Probail*, cum omnibus decimis, & elemosinis eidem pertinentibus de Honore *Albinneii* & libertatem & quietanciam ab omni servicio & redditu, sicut Carta donatoris testatur; *scilicet* in terrâ de *Monte Canonis*, & in quadam terrâ apud *Crievcias*. Ex dono *Willelmi* de *Brucevilla* dimidium molendinum de *Matun*. Et ex dono *Thomæ* filii ejus, Ecclesiam de *Alne*, cum omnibus decimis & elemosinis eidem Ecclesiæ pertinentibus, & unam acram terræ in *Alne*, & alteram in *Velleio*, & partem quam habebant in piscariâ de *Matun*. Ex dono *Ricardi* de *Rollos*, totam decimam de terrâ suâ de *Francavilla*, & quicquid habebat in Ecclesiâ de *Gineſſi*; & quicquid *Thomas* de *Bricevilla*, & *Willelmus* de *Aurea Valle*, & *Robertus* de *Nerleio*, cum *Roberto* filio suo, & *Gaufridus Escurun*, cum *Radulpho* filio suo dederunt in Ecclesia de *Verli*, cum terris, & elemosinis eidem Ecclesiæ pertinentibus, & Ecclesiâ de *Waringebet*, quam *Ricardus* de *Haia*, & *Matildis* uxor ejus dederunt, cum decimis & elemosinis eidem Ecclesiæ pertinentibus. Ex dono *Roberti* de *Monaſteriis*, & filiorum ejus *Will.* & *Heberti* Ecclesiam de *Surevilla*, & Ecclesiam de *Glatinneio*, cum decimis & elemosinis eisdem Ecclesiis pertinentibus, & *xxi.* acras terræ in *Glatinneio*: Et quicquid *Jordanus* de *Barnevilla*, ex dono patris sui & matris suæ concessit & confirmavit; *scilicet* totum feudum unius vavasſoris in *Britevilla*, & quandam terram in *Gerſeio iii.* quarteria frumenti reddentem. Et confirmationem, quam *Robertus Bertanus* fecit de elemosynâ de *Setewaſt*, quam sicut pater suus de omnibus servicis & auxiliis liberam & quietam concessiit, sicut ipse, ab omni servicio & auxilio, ad summum Dominum terræ pertinente, in perpetuo acquietare concessit & confirmavit.

Et ex dono *Radulphi* de *Satawaſt*, Ecclesiam de *Satawaſt*. Et ex dono *Willelmi* de *Auſnevilla*, Ecclesiam de *Auſnevilla*, apud *Sarna*; & quandam domum juxta cimiterium, & totum mariscum à cimiterio usq; ad aquam *Sures*. Et Ecclesiam de *Witsel*, & Ecclesiam de *Petes*, cum pertinentiis suis. Et ex dono *Godefredi* de *Bapaume*, Ecclesiam Sancti *Martini* de *Gronvilla*, in *Griseio*. Et ex dono *Ricardi* fratris *Will. Avenel. iii.* acras terræ in *Herevilla*, & aliam terram. Et ex dono *Rogeri Folhot*, concedente *Ricardo* de *Wavilla* Ecclesiam de *Osmunvilla*. Ex dono *Willielmi* de *Marcheio* mensuram *Pantof* in *Trienciis*. Et ex dono *Engolgerii* de *Bohon* dimidium millarium anguillarum apud *Bohun*. Et conventionem, quam fecerunt *Will.* de Sancto *Johanne*, & *Robertus* frater ejus, & *Oliva* uxor *Willielmi* de Prioratu *Boxgrava* cum omnibus pertinentiis suis; sicut chrographum determinat, & testatur. Et ex dono *Gilleberti* de *Campans*, *ii.* garbas de terrâ quam tenet in *Verleio*, de feudo de *Liteare*. Et ex dono *Simonis* de *Verleio* duas garbas de terrâ suâ. Quare volo, & firmiter præcipio, quod præfata Ecclesia & Monachi in eadem Ecclesiâ Deo servientes, habeant & teneant omnes prænominatas donationes benè, & in pace, & quietè, integrè, plenariè, cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus, ad eas pertinentibus, in Ecclesiis, & decimis, in bosco & plano, in pratis & pasturis, in aquis & molendinis, in vivariis & stagnis, & in piscariis, in viis & semitis, & in omnibus aliis locis & rebus, ad eas pertinentibus. cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus, sicut Cartæ donatorum testantur. Testibus, *Johanne Ebroicenſi* Episcopo; *Henrico Bajocenſi* Episcopo, *Hugone* de *Nevant* electo de *Ceſtre*, *Roberto* de *Novo Burgo* Decano *Rotomagenſi*, *Willielmo* de *Hunet*, *Willielmo* filio *Radulphi* senescalli *Norman*. *Roberto* Archidiacono de *Notingaham*, *Aluredo* de Sancto *Martino*, *Seero* de *Keney*, *Hugone* de *Creſſy*, *Thoma Baldolf*, & multis aliis, apud *Cesaris Burgum*.

Cella de *Boxgrave* in *Sussexia*.

Inspeximus insuper quandam Cartam *Roberti* de *Brigneville* militis; factam in hæc verba. Noverint universi, præsentes pariter & futuri,

turi, quod ego *Robertus* de *Briquevill* miles, pro salute & remedio animæ meæ, & *Thomæ* de *Briquevill*, quondam filii mei, militis defuncti; dedi & concessi in puram & perpetuam elemosynam liberam ab omnibus, & quietam, Deo & Abbathiæ Sanctæ *Trinitatis* de *Exaquio*, & Monachis ibidem Deo servientibus, tria quarteria frumenti annui redditus, ad mensuram de *Welleio*, ad Anniversarium dicti *Thomæ* in dictâ Abbathiâ annuatim faciendum, percipienda singulis annis, de cætero, in molendino meo de *Pissot*, ad festum beati *Michaelis* in *Monte Gargano*. Volo etiam & concedo, quod dicti Monachi in dicto molendino, pro dicto frumento, nisi eis ad dictum terminum integrè solveretur, justitiam suam plenariam, sine contradictione aliquâ valeant exercere. Et ego & hæredes mei prædictam donationem & elemosynationem tenemur dictis Monachis contra omnes homines, ac mulieres defendere & garantizare, & deliberare; & si necesse esset in nostrâ hæreditate propriâ, & proximâ, in loco sibi competenti & utili, excambiare competenter ad valorem. Et, ut istud firmum & stabile perseveret imperpetuum, præsentem Cartam Sigilli mei munimine roboravi. Actum est hoc Anno Domini An. 1256. *Millesimo Ducentesimo quinquagesimo sexto*, mense *Julio*.

Inspeximus etiam quandam aliam Cartam *Ricardi* de *Mereio*, & *Roberti* de *Mereio*, fratrum, factam in hæc verba. Universis hæc visuris vel audituris, *Ricardus* de *Mereio* & *Robertus* de *Mereio*, fratres, salutem in Domino. Notum facimus vobis, quod nos concedimus & ratam & gratam penitùs habemus, & hac præsenti Cartâ nostrâ confirmamus illam concessionem & confirmationem, quam *Michaelis* de *Mereio*, quondam frater noster fecit Abbathiæ sanctæ *Trinitatis* de *Exaquio*, & Monachis ibidem Deo servientibus, de decimâ molendini de *Monte Crotel*, siti in parochiâ Sancti *Petri* de *Felgeriis* & de terrâ, quam *Martinus la Marchaant* tenuit de *Nicholao* de *Felgeriis* in feodo & hæreditate, de quâ reddebat annuatim eidem *Nicholao* quinq; bussellos frumenti ad festum Sancti *Michaelis*, & duos panes & duas gallinas ad *Natale Domini*; & viginti ova ad *Pascha*: quam terram *Gaufridus le Marchaant* vendiderat dicto *Nicholao* de 1257. *Felgeriis*. Hæc autem prædicta concedimus & confirmamus prædictis Abbathiæ & Monachis, in puram & perpetuam elemosynam, liberam ab omnibus & quietam; ita quod nos & hæredes nostri prædictam Ecclesiam dictis Abbathiæ & Monachis contra omnes homines defendere & garantizare, & de omnibus acquietare tenemur, & si necesse esset in resdico feodi nostri excambiare competenter ad valorem. Et ut istud firmum & stabile perseveret imperpetuum, præsentem Cartam sigillorum nostrorum munimine dignum duximus confirmandam. Actum est hoc anno *Millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo* mense *Augusto*. Nos autem Cartas, ac omnia & singula in eis contenta, quoad dona & concessiones prædictæ Abbathiæ infra regnum *Franciæ*, ac ducatum nostrum *Normanniæ*, facta, & concessa, rata habentes & grata, ea pro nobis & hæredibus nostris quantum in nobis est, accepramus, approbamus, & dilectis nobis in Christo nunc Abbati, & Conventui loci prædicti & successoribus suis (tenore præsentium) concedimus & confirmamus, prout Cartæ prædictæ, quantum ad concessiones & dona cismarina, rationabiliter testantur; & prout idem Abbas & Conventus, & prædecessores sui donis & concessionibus illis infra regnum *Franciæ* & ducatum nostrum prædictum hactenus rationabiliter usi sunt & gavisi. Nolumus tamen, nec intentionis nostræ existit, quod per hanc confirmationem prædictis Abbati & Conventui, aut successoribus suis adversùs nos seu quemcunq; alium in possessione vel proprietate, jus novum nullum acquiri valeat; nec quod nobis aut quibuscunq; nostris subditis proindè præjudicium aliquod generetur; Nec etiam quod prædicti Abbas & Conventus, seu successores sui, aliquod jus vel clameum super aliquibus possessionibus infra regnum nostrum *Angliæ*, colore præsentibus confirmationis, habeant, vendicent, seu clament quomodo libet in futurum. In cujus &c. T. Rege in excercitu suo ante *Melun*, *xxvi.* die *Septemb.*

ABBATIA

de Fiscampe *in ducatu* Normanniæ.

Carta Willielmi *Ducis* Normanniæ & *Regis* Anglix *de terra de* Stantuge, & Berentinistri, *in* Angliâ. Cart. antiq. S. n. 1.

EGo *Willielmus* Dei miseratione patronus *Normannorum*, Rex etiam *Anglorum*; timore Dei tactus, & amore; & præcavens mihi in futurum, concedo & confirmo S. & individuæ *Trinitati*, & Ecclesiæ *Fiscanensi*, omnes terras suis in *Angliâ*, terram *scilicet* de * *Staun'g*, & terram de Berenmistri, cum omnibus omnino appendiciis terrarum, cum omnibus legibus, & omnibus libertatibus, liberis consuetudinibus, & quietantiis, omnibus placitis, & querelis, & causis omnibus, quæ sunt, vel fore possunt absq; ulla inquietudine, vel diminutione cujuslibet secularis vel judiciariæ potestatis, sicut res ad fiscum dominicum pertinentes: Quare inviolabiliter præcipio, quod prædictæ terræ cum omnibus omnino earum appenditiis, & earum possessoribus liberæ sint & quietæ ab omni consuetudine terrenæ servitutis, & ab omni dominatione, & subjectione Baronum, vel principum & omnium aliorum. Et quod Abbas & Monachi Ecclesiæ *Fiscanensis*, vel eorum ministri omnem regiam habeant libertatem, & consuetudinem, & omnem justitiam suam

* Stanings, in Com. *Suffexiæ*, Cella *Fiscanensis* Cœnobii.

Vide Par. 52. H 3. m. 23.

suam de omnibus rebus, & omnibus negotiis, quæ in terrâ suâ evenient vel poterunt evenire; nec aliquis, nisi per eos, se indè intromittat, quia hoc totum regale beneficium est, & ab omni servitute quietum. Similiter concedo & confirmo prædictæ Ecclesiæ *Fiscannensi*, pro animâ meâ, & omnium prædecessorum meorum, omnes terras suas in *Normanniâ*, cum omnibus earum pertinentiis, cum omnibus dignitatibus, liberis consuetudinibus, & quietantiis omnibus, quas Dominus & prædecessor meus, Comes *Normannorum Ricardus*, in elemosynam prædictæ dedit Ecclesiæ quietas ab omni inquietudine vel diminutione cujuslibet secularis vel judiciariæ potestatis, sicut res ad fiscum dominicum pertinentes; quod non solùm multorum relatione didici, sed etiam ejus literis sigillatis. Si verò aliquis contra hanc confirmationem meam aliquid præsumpserit, iram Dei omnipotentis incurrat, & coactus auri librâ centum ad fiscum dominicum persolvat. Hoc autem ut ratum & stabile omni tempore permaneat, assensu conjugis meæ, & prolis & procerum meorum regiâ auctoritate, & Crucis caractere confirmo, & manibus fidelium meorum corroborandum trado. Signum *Willielmi* Regis *Anglorum* ✠. S. *Matildis* Reginæ *Anglorum*. S. *Willielmi* Comitis filii Regis. ✠ S. *Roberti*, Comitis filii Regis. ✠ S. *Henrici* de *Bellomonte*. S. *Roberti* de *Bellomonte*. S. *Roberti* de *Montegomerico*. S. *Odonis* Episcopi *Bajocensis*. S. *R.* Comitis *Moritoniæ*. S. *Hugonis* Comitis *Cestriæ*. S. *W.* Abbatis *Cormeliensis*, S. *Osmundi* Cancellarii. S. *Rogeri* de *Bellomonte*. S. *Fulconis* de *Mosteriolo*. S. *Bernardi* filii *Ospacti*.

Cart. antiq. S.n.4. Vide Cart. antiq. EE. n. 1.

Concordia inter Abbatem Fiscannensem & Philippum *de* Braiosâ.

Ex Pat. 40. E. 3. p. 1. m. 41.

ANno *M.Ciii.* ab incarnatione Domini, Idus *Januarii* die octavarum *Epiphaniæ*, apud *Sarisberiam* concordaverunt *Willielmus Fiscannensis* Abbas tertius, & *Philippus* de *Braiosâ*, præsente *Henrico* glorioso *Anglorum* Rege, & Deo dilectâ ejus conjuge *Matilde*, astantibus multis Baronibus hoc modò; Decem & octo *Burgenses*, quos *Willielmus Philippi* pater, in *Stanningis* de dominio sancti occupaverat, & quos præsente *Willielmo* Rege priore, Abbas pro suis denarrans per judicium Regis & Baronum receperat, & de quibus die quo idem Rex vivus fuit, & mortuus seisitus fuerat quousq; post mortem ipsius Regis, *Philippus* iterum occupans, vim *Fiscannensi* Ecclesiæ de suo fecerat; quos etiam, tam calumpniis Abbatis, quàm assertionibus veritatis constrictus, tunc demùm injustè, & cum peccato se tenuisse cognoscebat; ab Abbate in feodo suscepit. Et pro his homo Abbatis devenit, eiq; & Ecclesiæ *Fiscannensi* fidelitatem fecit. Suscepit pariter in feodo *Warennam* sub tali divisione quod Monachus de *Stanings*,* & homines qui sunt de mensâ ejus, capient lepores, & in Warrennâ *Philippi*, & in Warrennâ Abbatis: & siquis de aliis hominibus S. *Trinitatis*, in Warrennâ forisfecerit, *Philippus* indè clamorem ad Monachum vel ministerialem ejus faciat, & Monachus forisfacturam accipiet, *Philippo* nihil in eâ habente. Si verò externus ibi inventus fuerit, qui tamen Advocatum sibi Monachum dicat, adducetur ad eum; quem, si pro suo cognoverit, accipiet de eo rectum, sin autem faciat *Philippo* quod de externo & forisfacto. Abbas quoq; quando in provinciâ fuerit, liberè mittet familiam suam capere lepores in utraq; Warrennâ & *Philippi* & sua. Porro captura forestium remanet in quietudine utriq; Abbati & *Philippo*, suum cuiq;. De navibus, quæ non poterunt ad pontem transire, propter impedimenta pontis, concordatum atq; gradatum fuit, quod pons ad eum modum mittetur, quo naves liberè transibunt ad pontem, ascendentes & descendentes ad talem consuetudinem, & quietudinem, quâ fuerunt tempore Regis *Edwardi*: Quod si ad modum, qui dictus est pons mitti tardaverit, ut erunt naves euntes, ac redeuntes quietè per eam consuetudinem ad Castellum *Philippi*, quâ forent ad portum S. *Cuthmanni*.

De parochiâ S. *Cuthmanni*, quæ per vasa erat in Castello *Philippi*, & in *Beddinghis* concordatum ac judicatum est, eam ita quietam & liberam manere S. *Trinitati*, ac Ecclesiæ *Fiscannensi*, & in vivis & in mortuis & in omnibus quæ ad parochiam pertinent custumis, sicut fuit antequam *Normanni* cepissent *Angliam*, & in tempore Regis *Edwardi*. Sciendum verò, quod illa omnia quæ de dominio *Fiscannensis* Ecclesiæ *Philippus* ab Abbate propter pacem & concordiam suscepit in feodo *Fiscannensi* S. *Trinitatis* Ecclesiæ relinquit, si sine legitimo hærede mortuus fuerit, aut si terram suam forisfecerit, vel in alienâ obierit. De Theoloneo quod injustè recipiebant homines *Philippi*, de hominibus de *Staningis*, & de pertinentibus ad ipsum Manerium, post illam denarrationem, quæ de ipso Theoloneo facta est, alachoche in præsentiâ *Willielmi* Regis antiquioris, ac Baronum ejus, proclamationem ad Regem Abbas, *Philippo* audiente, fecit: *Philippus* verò cum se hæc ignorare respondisset, diem ad denarrandam aut dimittendum ipsum Theoloneum, à Rege accepit diem *Purificationis* S. *Mariæ*; ad quem, cum non occurrisset, judicatum est à Rege & Baronibus, quoniam *Philippus* non veniebat, nec pro se hominem mittebat, Theoloneum S. *Trinitatis* perpetuò manere quietum, sicut tempore Regis *Willielmi* denarratum fuerat debere esse quietum.

Hæc omnia ego *Henricus* Dei gratiâ *Anglorum* Rex concedo, & signi mei auctoritate confirmo, ac Sigilli impressione corroboro. Ego *Matildis* Regina concedo & confirmo. Ad hæc Barones fuerunt *Robertus* Episcopus *Lincoln*. *Rogerus Sarisberia*, *Johannes Bathon*, *Robertus* filius *Hamonis*, & *Hamo* frater ejus, *Eudo* Dapifer, *Ric.* de *Redvers*, *Rogerus Bigot*, *Humfr.* de *Bohuna*, *Will.* de *Albani*, *Gilbertus* filius *Ricard*, *Rogerus* de *Nuvant*, *Walbericus* Cancellarius, *Henr.* de *Port*. *Paganus Piperellus*, & *Ansgeri* filius *Walterus*. Ex parte

* Stanings, in Com. Sussexia.

parte S. *Trinitatis*, *Will.* Abbas, *Rogerus*, *Robertus*, *Hugo* & *Hulricus* Monachi, *Johannes* Episcopi filius, *Johannes Sagiensis*, *Helgotus* Archid. *Herbertus* de *Ros*, *Galfridus Martel*. *Will. Malusconductus*, *Ric. Bajocis* Campio Regis; *Mignus Calnus*; *Tebaldus* de *Wimone*, & *Judicialis* frater ejus. *Hoellus* & filius ejus. *Will. Ingelramus*, *Galfridus Odoni* filius; *Radulfus Aforeillun*, *Robertus Grislon*. *Robertus* filius *Wimundi*, *Simon* de *Conta-villâ*, *Giraldus*, *Ric.* de *North*, *Witsi*, *Sotriz*, *Turbertus*, *Martinus*, *Gilb.* Clericus, Ex parte *Philippi*, *Robertus* frater ejus, *Anchetilli* filius. *Galfridus*, *Willielmus* de *Lacinghis*, *Rad.* de *Vimonasterio*, *Radulphus* de *Penebrugc*, *Turstinus Flandrensis*, *Gilbertus* de *Sancto Audoeno*, *Radulphus* de *Gurnay*; *Ordwinus*, & *Alnieth*.

ABBATIA

S. Florentii *de* Salmuro *in provincia* Andegavensi.

Par. 1. H. 4. p. 7. m. 22. per Inspex.

Carta Regis Henrici *secundi, donatorum concessiones recitans & confirmans.*

HEnrex *Anglie* & Dux *Normannie* & *Aquitanie*, & Comes *Andegavie* Archiepiscopis, (&.) salutem. Sciatis me concessisse, & in perpetuam elemosinam confirmâsse Deo & Ecclesiæ Sancti *Florencii* de **Salmur**, & Monachis ibidem Deo servientibus, omnes donationes, quæ eis rationabiliter factæ sunt, sicut Cartæ & scripta donatorum testantur; *videlicet* ex dono *Willelmi* de *Braosâ*, & ex concessione *Philippi* filii ejus, Ecclesiam Sanctorum *Gervasii* & *Procasii* de *Braosâ*, & Ecclesiam Sancti *Petri* de * *Selâ*; & Ecclesiam Sancti *Nicolai* de *Bremlâ*; & Ecclesiam Sancti *Nicholai* de **Sorcham**, & Ecclesiam Sanctæ *Mariæ* de *Portu*; & Ecclesiam de *Veteri Ponte*; & Ecclesiam de *Wassyng-hestonâ*; & donum quod prædictus *Philippus* eis fecit de prebendâ *Gaufridi* de *Bremlâ*. Quare volo, & firmiter præcipio, quod prædicta Ecclesia, & Monachi prædicti habeant & teneant hæc omnia prædicta, cum omnibus pertinentiis, & libertatibus, & liberis consuetudinibus suis, in bosco & plano, in pratis & pascuis, in aquis & molendinis, in viis & semitis, & in omnibus locis in pace, liberè, & quietè, & honorificè, ita quod nemo eis indè injuriam vel contumeliam faciat, quia ipsi & omnes res & possessiones eorum sunt in meâ propriâ custodiâ, & protectione. Testibus, *Philippo Bajocensi*, & *Arn. Lexoviensi* Episcopis, & *Willielmo* filio *Hamonis* & *Roberto* de *Dunstet*, apud *Westmonasterium*.

* Cella de **Sele** in Com. Suss.

FONTANENSE

Cœnobium, in ducatu Normanniæ.

Carta fundationis ejusdem, per Radulfum Taxonem. Ex vetusto exemplari in bibl. Cottoniana.

IN nomine sanctæ & individuæ *Trinitatis*, Patris, & Filii, & Spiritus sancti; Notum fieri omnibus Catholicis viris, Deum diligentibus, & etiam sanctæ matris Ecclesiæ adversariis, & injuriam facientibus, quod *Radulfus TAXO*; filius *Radulfi Andegavensis*, & *Alpaidis*, ad laudem Dei omnipotentis, & sancti *Stephani* protomartyris, fundavit Cœnobium, pro indulgentiâ peccatorum suorum, & salute animæ suæ, atq; pro remedio animarum omnium parentum suorum, in hoc loco qui *FONTANETUM* dicitur vulgari nomine, in quo congregati sumus, ad serviendum Deo omnipotenti, sub Monachali habitu, & religione. Ipse enim, per gratiam sancti spiritus animatus, consilio & autoritate *Romani* Pontificis, & nutu *Willelmi Normannorum* principis, filii *videlicet*, *Roberti* Comitis, qui *Willielmus* Regnum *Anglie* armis subjugavit, & strenuè gubernavit; per consensum quoq; *Hugonis Bajocensis* Episcopi, atq; per consilium *Albereda* uxoris suæ, & omnium Baronum amicorumq; suorum, de propriis rebus, & facultatibus suis, opus incepit, & ad effectum perduxit, quantum potuit; dedicans in usus Monachorum in hoc eodem loco pro se & omni parentelâ suâ Deo servientium, de propriis possessionibus suis, ea quæ hic adscripta sunt, absq; retractione, & absq; retinentiâ cujuslibet consuetudinis, sive servitii, seu alicujus gersumæ, aut secularis exactionis, ne oblatio quam offerebat Deo, qui regit omnia, minùs acceptabilis fuisset, oculis divinæ majestatis, si foret cujuslibet laicalis personæ servitio subdita, sed esset omnino libera & quieta, Et, sicut jam dictum est, ab omnibus consuetudinibus & servitiis suis, hæreduq; suorum absoluta. Concedente itaq; & laudantibus *Albereda* uxore suâ, cunctisq; Baronibus suis, dedit huic *Fontanensi* Cœnobio omnem terram quam habebat in hac *Fontanensi* valle, à viâ quæ descendit de *Maiaco*, & ducit ad *Stavellos*, usq; ad fluvium qui dicitur *Olna*; & quadraginta acras terræ, quas appreciaverat in hoc *Fontanensi* territorio, ab *Osmundo* cognomento *Larvita*. In villâ verò, quæ dicitur *Icus* dedit duos Vavasores, *Rainaldum scilicet*, & *Ingulfum*, cum omnibus rebus suis, ab eodem *Larvitâ*, appreciatis (&c.) Hæc omnia quæ supra scripta sunt dedit ad laudem Dei, & Sancti *Stephani* protomartyris huic *Fontanensi* Cœnobio *Radulfus Taxo*, filius *Radulfi Andegavensis*, & *Alpaidis*, consilio & nutu *Will. Normannorum* principis, qui fuit filius *Roberti* Comitis.

Eodem *Radulfo Taxone* defuncto, secundus

Radulfus Taxo, filius ejus, & filius *Albereda* filiæ *Wimundi* de *Molins*, , cum optinuisset hæreditatem, hæc omnia supradicta, sicut fuerant à patre suo huic Ecclesiæ data, concessit, & incremento donorum largitatis suæ testificatus est & corroboravit. Auxit etenim possessionem hujus *Fontanensis* Abbatiæ de omnibus terris & decimis, atq; rebus, quas, *Herluinus* de illo tenebat, eodem *Herluino* secum donationem rerum ipsarum super Altare sancti *Stephani* ponente, atq; *Willielmo Caprâ* vidente & testificante. Donatio verò ista fuit omnium rerum quas idem *Herluinus* habuerat in *Finevillâ*, & *Vercis* atq; *Maisato*, & *Vallenceyo*, & *Mustreceo*, & *Icio*. De his autem quæ habuerat in *Crassomaisnilio* fuit facta donatio, concedente *Willielmo* de *Curcellâ*, & *Hutone* de *Crasso-maisnilio*, atq; *Haduisa* uxore suâ, sorore *Willielmi* de *Curcellâ*, ad cujus hæreditatem pertinebat terra illa: similiter data sunt ea quæ prætatus *Herluinus* habuerat in *Barbareio*, & *Cingali*, atq; *Fresneto*, *Franseugalensem* silvam dedit autem *Radulfus Taxo* huic Abbatiæ; cui & omnia alia quæ supra. Adhuc etiam donavit, & concessit huic ipsi Ecclesiæ duo molendina, quæ sunt in *Fontaneto*, & molturam omnium hominum Ecclesiæ, qui habitant in *Fontanensi valle*, à viâ quæ discendit de *Moiaco*, usq; ad Ecclesiam Sancti *Andreæ*; quæ Ecclesia sita est ad sinistram partem ipsius viæ. In hac eadem villâ dedit dimidiam masuram terræ, quam tenebat *Osmundus Pitener*.

Diebus istius *Radulfi Taxonis*, filii *Albereda*, filiæ *Wimundi* de *Molins*, constituit *Will.* Rex *Anglorum*, & princeps *Normanniæ*, filius *Roberti* Comitis, Abbatem in hac *Fontanensi* Ecclesiâ, *Ganfridum* nomine, quondam Monachum sanctæ *Mariæ Lyræ*, prædicto *Radulfo* deprecante, & *Odone Bajocensi* Episcopo, id ipsum laudante, & concedente. Quorumq; autem ipse Abbas appreciavit de hominibus ejusdem *Radulfi*, sive dono recepit, seu cujusliber rei gratiâ conquisivit, idem *Radulfus* concessit, & in Cartâ firmavit. Hujus Abbatis tempore dedit adhuc ipse huic Cœnobio dimidiam Ecclesiam sanctæ *Mariæ* de *Rouron*, & decimam ad eam pertinentem. Post obitum verò ejus, cum venisset possessio illius in manus *Mathildis* uxoris suæ, filiæ *Gauterii* avunculi *Willelmi* Regis *Anglorum*, & principis *Normannorum*, & in manus *Radulfi Taxonis*, filii ejusdem *Mathildis*, qui tunc erat parvulus, cumq; cæpissent aliquanti ex Baronibus Honoris de *Cadamo* Abbati prædicto injurias facere, & ea, quæ ille *Radulfus Taxo*, & pater ejus huic Ecclesiæ dederant velle retrahere, & hoc ad noticiam *Willielmi* prædicti Regis pervenisset, nolens imminui, quæ consilio ejus & nutu antea facta fuerant; præcepit *Ricardo* Vicecomiti *Abrincarum*, quatenus de parte ejusdem Regis, ante se & *Willielmum* Abbatem *Cadomensem* prædictâ *Mathildâ* jubente, Barones honoris de *Cadamo* convenire jussisset; & omnia, quæ prædicti duo *Radulfi Taxones*, huic *Fontanensi* Ecclesiæ dederant, sacramento, super sanctum Evangelium facto veraciter recordari fecisset, quod & factum est. Itum fuit *Cadomum*, juxta præceptum Regis, & electi sunt quatuor legitimi viri communi assensu, qui omnia hæc, quæ prædicta sunt, recordati sunt, & se illâ veritate recordata fuisse, super sanctum Evangelium juraverunt. Nomina verò eorum, qui juraverunt, hæc sunt. *Rogerius* filius *Giraldi Tulstamis* de *Fontibus*; *Turginus* de *Mustreceo*, *Ingulfus* de *Fontaneto*, præpositus *Radulfi Taxonis* primi, & secundi. Deindè, prædicto *Willielmo* Rege jubente, scripta sunt hæc omnia in Cartâ, & eidem Regi coram Baronibus suis recitata, signoq; manus suæ, & testimonio eorundem Baronum confirmata, & corroborata. Concessit quoq; idem Rex huic *Fontanensi* Ecclesiæ, per gratiam Regis, pietatis suæ libertatem, de omnibus propriis rebus suis, & potestatem vendendi, & appreciandi liberè, & absolutè, atq; immunitatem; & quietanciam de omnibus Theoloneis, & consuetudinibus, per omnia domina sua totius *Normanniæ*, ut extunc in antea pacificè, & quietè possideret omnia sua ista *Fontanensis* Abbatia.

✠ Signum *Wilhelmi* Regis *Anglorum*. ✠ Signum *Mathildis* Reginæ & *Matildis* filiæ *Gautherii*. ✠ Signum *Odonis Bajocensis* Episcopi. ✠ Signum *Roberti* Comitis *Moritoniæ*. ✠ Signum *Rogerii* de *Montegomeri* Comitis. ✠ Signum *Rogeri* de *Bellomonte*. ✠ Signum *Ricardi* Vicecomitis *Abrincarum*. ✠ Signum *Willielmi* Abbatis *Cadomensis*. ✠ Signum *Radulfi* de *Vallibus*. ✠ Signum *Radulfi* filii *Gaufredi*. ✠ Signum *Raaulfi* nepotis. ✠ Signum *Radulfi pura-aqua*. ✠ Signum *Ingulfi* de *Essan*. ✠ Signum *Ogerii* de *Toercceio*. ✠ Signum *Ingelranni* de *Toercceio*. ✠ Signum *Radulfi* de *Montabon*. ✠ Signum *Rogerii* fratris ejus. ✠ Signum *Richardi* de *Valle-dario*.

Carta Roberti Marmion.

Ex Collect. MS. Cl. V. *Andr. du Chesne.*

SCiant (&c.) quod *Robertus Marmion*, filius *Roberti Marmion*, & uxoris ejus *Matildis* de *Bellocampo*, pro salute animæ meæ; ad petitionem Abbatis & Conventus S. *Stephani* de *Fontaneto*, concessi eis & confirmavi, quod homines & milites mei, & homines militum meorum liberam habeant potestatem donandi, sive vendendi eisdem Abbati & Monachis competenter de tenementis suis, quod valuerint; ita tamen, quod tantum remaneat de feodo in manu donatorum, quod ipsi possint sufficienter respondere mihi & hæredibus meis, de omnibus ad me & hæredes meos pertinentibus (&c.) In cujus rei testimonium præsentem Cartam feci Sigilli mei munimine communiri.

Carta Regis Willielmi *Conquestoris donationes Ecclesiarum de* Bircherte, Baidetune, Scorestan, & Toucestre (*in* Anglia) *confirmans.*

Plac. de Banco de term. Mich. 34. E. 1.

NOtum sit omnibus, tam posteris, quàm præsentibus, quod ego *Willielmus* Dei gratiâ Dux *Normanniæ*, & Rex *Anglorum*, pro redemptione animæ meæ, & salute conjugis & filiorum meorum *Fontanellensi* Monasterio in honore

honore sancti *Wandregisili* constructo, pro amore *Guncardi* Capellani mei, qui ibi Monachus factus est, quatuor Ecclesias in Anglicâ terrâ positas concessi, cum decimis & omnibus suis consuetudinibus, sicut antecessor *Guncardi* eas tenuit, tempore antecessoris mei beatæ memoriæ *Edwardi* Regis. Quarum duæ **Pincherte** & **Badetune** sunt in Comitatu *Dorset*. Tertia verò **Scorstam**, est in Comitatu **Wilte-***scire*. Quarta verò **Tobecestre** est in Comitatu **Northante-***scire*. Et ut donatio rata & firma sit, proprio signo eam autorizavi; imprecans eis anathema & maledictionem, qui eam violaverint & eam disturbare voluerint, &c.

ABBATIA

de Fonte-Ebraldi *in ducatu* Normanniæ.

Cart. antiq. GG. n. 8. *Carta Regis* Henrici *secundi*, *de Manerio de* **Lecton** *in Comitatu* Bedford æ.

Vide Cart. antiq. PP. n. 32.

HENRICUS Rex *Angl æ*, Dux *Norm.* & Aquit. & Comes *And-g.* Baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis me dedisse Monialibus de *Fonte Ebraldi* in perpetuam elemosynam *lx.* libratas terræ; *videlicet*, in **Bedeford-***scire* Manerium meum de **Lecton** pro *lvi. l.* cum terrâ quæ fuit *Walteri Pullam*, quæ valet *xxxii. s.* quam eis dedi in escambio molendini quod dedit Monachis de *Woburnâ* in eodem Manerio; *scilicet xv.* libratas terræ pro elemosynâ *Willielmi* fratris mei, & *xlv.* libratas de quater viginti libratis, quas habebant annuatim ad Scaccarium ad festum S. *Michaelis* de elemosynâ regis *H.* avi mei & meâ. Et præcipio vobis, quod de prædictâ elemosynâ *Henrici* regis, avi mei & meâ faciatis eisdem Monialibus habere annuatim ad festum S. *Michaelis* ad Scaccarium *xxxvl.* quæ eis retro sunt de prædictâ elemosynâ. *T. Nigello Elyensi* Episcopo, *Roberto* Comite *Leicestriâ*, *Ricardo* de *Luci* apud *Westm.*

Cart. 12. H. 3. m. 11. *Carta Regis* Henrici *tertii donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Vide Cart. 8 E. 2. n. 23.

Et Par. 3. H. 4. p. 1. m. 24.

HENRICUS &c. Sciatis nos concessisse, & præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse Ecclesiæ & religioni *Fontis Ebroldi*, donationem, quam Rex *H.* avus noster dedit eidem Ecclesiæ, & religioni; *scilicet* Ecclesiam sanctæ *Mariæ*, & sancti *Melori* de *Ambresberi*, † cum omnibus rebus quæ ad eam pertinent, tam in ecclesiasticis, quam in mundanis possessionibus, ut ordo & instituta Ecclesiæ *Fontis Ebroldi* ibidem perpetuò conserventur, & Conventus Monialium sub custodiâ Priorissæ, secundùm ordinem prætactæ Ecclesiæ, Deo famulentur. Concedimus

† **Ambresbiri**, in Com. *Wilts.* Cella ejusdem.

eciam & confirmamus prætactæ Ecclesiæ Ecclesiam de * **Etone**, ubi Moniales de eodem Ordine manent, cum omnibus pertinentiis suis, quam *Robertus* Comes *Leicestriæ* donavit Ecclesiæ *Fontis Ebroldi*. Et ex dono *Eustachii* de *Sayes*, Ecclesiam de * **Westwode**, cum omnibus pertinentiis suis. Item ex dono avi nostri regis *H.* sexaginta libratas terræ, quas eis dedit in perpetuam elemosynam; *videlicet*, Manerium de **Lecton** in *Bedeford-scirâ*, pro quinquaginta sex libratis, cum terra *Walteri Fullonis*, quæ valet triginta & duos solidos; quam idem avus noster dedit eis in excambio molendini, quod dedit Monachis morantibus in eodem Manerio. Et in *Bukinghamscirâ* quatuor libras in Manerio de **Bodenache**; *videlicet*, *xv.* libratas de elemosynâ *Willelmi* avunculi Domini *J.* Regis, patris nostri, & Regis *H.* avi nostri, & prædicti *J.* Regis, patris nostri, & nostrâ.

* **Sumton** in Com. *Wilts.* * Cella de **Westwode**, in agro *Wilts.*

Item concedimus eis & confirmamus donationem, quam *Willielmus* de Sancto *Johanne* eis fecit de tribus marcis singulis annis habendis de redditu suo **Cumpton**, de termino Sancti *Michaelis*, ut die Sancti *Benedicti* Monialibus indè respiciantur. Item concedimus eis & confirmamus *x.* marcatas redditus apud **Buttesord**, de Manerio de **Pimpre**, & apud **Blanesord**, quas *Robertus* Comes *Leicestriæ* dedit eis cum filiâ suâ, sicut Carta ejus rationabiliter testatur. Concedimus etiam eis & confirmamus donationem quam *Walterinus Maminot* eis rationabiliter fecit, de molendino de **Berlinge**, cum omnibus pertinentiis suis, in perpetuam elemosynam: similiter & donationem, quam *Reginaldus* & *Bernardus* de Sancto *Walerico* fecerunt eisdem Monialibus; *scilicet*, **Cylmudestre**, cum omnibus pertinentiis suis in Comitatu *Glocestriæ*. Concedimus etiam eis & confirmamus duo molendina, quæ habent ex dono *R.* Regis, avunculi nostri, apud *Portesmuthum*. Volentes & præcipientes, ut hæc omnia suprædicta habeant & teneant sicut Carta Regis *H.* avi nostri, & confirmatio *R.* Regis, avunculi mei, & confirmatio Domini *J.* Regis, patris nostri, & Cartæ aliorum donatorum, quas indè habent, rationabiliter testantur.

Quare volumus, & firmiter præcipimus, quod memoratæ Moniales de *Fonte Ebrold.*, & fratres & universi homines & ministri & servientes earum, habeant & teneant omnes possessiones suas & elemosynas benè & in pace, liberè, & quietè, integrè, plenariè, & honorificè, cum *soca*, & *sacha*, *thol* & *theam*, & Infang. & **Utfangenethef**, & cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus & quietanciis suis; in bosco, in plano, in pratis, in pasturis; in aquis & molendinis, in viis, in semitis, in stagnis & vivariis, in mariscis & piscariis, in grangiis & virgultis, infra burgum & extra, in omnibus locis, in omnibus rebus, solutas, quietas, & liberas de *Syris*, & *Hundredis* & placitis, & querelis, & de pecuniâ pro *Murdro* & latrocinio, & de *Hamsocâ*, & *Foresta*, & de *Wapentak*, & *Scutagio*, & *Hidagio*, *Geldis*, & *Danegeldis*, & *Horrgeldis*, & *Fardgeldis*, &

Assisis, & donis, & sectis, & auxiliis, & operationibus Castellorum, domorum, vallorum, parcorum, vivariorum, pontium, & fossarum; & de *Fredewithà* & Hengwit, & Flemenestith; & de *Summagio*, & *Cariagio*, & de auxiliis Vicecomitum & ministrorum eorum, & nostrorum, & de *Wardepeni*, & *Averpeni*, & *Theddingpeni*, & *Hundredpeni*, & de *Meskening*, & de *Blodwit*, & *Fiethwit*, retentâ nobis per ballivos nostros executione justitiæ de vitâ & membris, cujus quæstum omnimodum eis concedimus: & omnes res earum quas homines sui affidare potuerunt suas esse proprias imperpetuum sint quietè per totam terram nostram, citra mare & ultra, tam per terram, quàm per aquam, & in omnibus portibus maris terræ nostræ; & de omni *Theolòneo* & *Passagio*, & *Pontagio*, & *Tallagio*, & *Stallagio*, & *Lestagio*: & omnes terræ suæ similiter & possessiones sint liberæ & quietæ de omni *Taillatâ*, & excercitu, & equitatu, & de omni exactione, & occasione, & omni consuetudine, quæ ad nos vel ad hæredes nostros pertinent, vel pertinere possint.

Prohibemus etiam, regiâ autoritate à Deo nobis concessâ, ne aliquis hominum, sive minister noster, sive alius, in totâ terra nostrâ prædictæ Ecclesiæ & Monialibus, vel ullis rebus ad eas pertinentibus, molestiam sive injuriam vel contumeliam inferat; nec res vel jura sua, nec nativos suos, nec fugitivos suos, vel catalla eorum detineat, nec homines venientes ad molendina sua ullo modo impediat; nec ipsas vel homines earum pro consuetudine aliquâ, vel servicio, aut exactione; vel pro aliquâ causâ disturbet de rebus suis, quas homines poterunt affidare suas esse proprias; nec de aliqnâ possessione suâ ponantur in placitum, nisi in præsentiâ nostrâ vel hæredum nostrorum, sicut Carta Regis *Ricardi*, avunculi nostri, & Carta Domini *J.* Regis, patris nostri, quas indè habent, rationabiliter testantur. Hiis testibus, (&c.) Data per manum venerabilis patris *Radulphi Cycestrensis* Episcopi, & Cancellarii nostri apud *Westm.* xxviii. die *Octobris* anno regni nostri xii.

ABBATIA
de Fulcardimonte.

Ex autographo in turri beatæ Mariæ Eboraci.

Carta Aliciæ *Comitissæ de* Augi, *donationes* Johannis, *avi sui confirmans*,

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Alicia* Comitissa *Augi* concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & beatæ *Mariæ*, sanctoq; *Johanni* de *Fulcardi monte*, & Monachis ibidem Deo servientibus, donum quod fecit eis bonæ memoriæ, *Johannes* quondam Comes *Augi* avus meus, *videlicet*, decimam partem omnium reddituum meorum de *Angliâ*, quam decimant dicti Monachi in Maneriis meis; *scil.* in Helam, in Ansigton, in Burgesse sex libras sterlingorum. In Fichill septem libras, in Lacton centum solidos sterlingorum singulis annis percipiebant. Pro quâ decimâ dedi dictis Monachis in escambium, homagium & servitium *Richardi* Cameratii; *scil.* viginti solidos & decem denarios annui redditus, & homagium & servitium *Nicholai* filii *Johannis Blundi* dimidiæ marcæ, & homagium & servitium *Nicholai* Clerici duorum solidorum in Manerio meo de Lacton, pro omnibus tenementis, quæ de me tenuerunt, cum universis releviis, gardis, eschaetis ad eadem tenementa pertinentibus, & in villâ de Ker, *Henricum*, *Willelmum* de *Mariseo*, *Willelmum Sementarium*, *Robertum* filium *Johannis*, *Johannem Releg*; *Reynaldum* filium *Johannis*, *Willelmum* filium *Rey*. . . . *Willelmum* filium *Johannis*, *Adam* filium *Johannis*, *Johannem* filium *Simonis*, *Rogerum* filium *Johannis*, *Rogerum* de *Quercu*: In Thoacroft *Willelmum*, *Agnetam* de *Thorecroft*, *Margaretam*. In Heton, *Robertum* de *Slade*, *Rogerum* filium *Mariæ*, *Johannem Rusticum*; *Adam* & *Adam* Germanos, *Arturum*, *Johannem* filium *Willelmi*, *Rogerum* de *Greseboc*, *Rogerum Blund*, *Johannem Magnum*, *Willelmum* filium *Jordani*, *Willelmum* filium *Willelmi*, *Rogerum* filium *Arturi* nativos; & ipsos nativos cum omni sequelâ suâ, & omnibus catallis suis, & terris quas de me tenuerunt, sine ullo retenemento, & sex coterios in Heton; *viz.* *Rogerum*, qui tenet duos coterios, *Willelmum* filium *Willelmi*, *Burdonem* filium *Jordani*, *Emundum* de *Eboraco*, *Godam* uxorem *Germund le Querur*, cum debitis servitiis & consuetudinibus.

Concessi etiam hominibus prædicti Abbatis & Monachorum habere ingressum liberum, & egressum liberum per boscum meum de Lacton ad communes pasturas; ita tamen, quod licebit mihi prædictum boscum assertare si voluero, salvâ dictis hominibus communi pasturâ, ubiq;, post amotionem bladi & feni factam, temporibus oportunis. Dedi etiam dictis Monachis Molendinum de Petrâ, cum stagno & cursu aquæ, & cum omni sectâ suâ hominum de Thurcroft, de Heton, del Ker, de *Brochusis*, & *Rogerum* de *Quercu*, & cum omnibus pertinentiis suis, sicut ego dictum molendinum tenui; ita quod ego nec hæredes mei aliquod Molendinum construemus, vel construi permittemus in dicti Molendini detrimentum. Hæc omnia tenebunt dicti Monachi, & habebunt in liberam, puram & perpetuam elemosynam, cum omnibus libertatibus, & ayziamentis, in boscis, & planis, moris, pratis & marisci, viis & semitis, & omnibus aliis aisiamentis, infra villam & extra, soluta & quieta ab omni terreno servitio, exactione seculari & demandâ; & ab omni re ad terram pertinente, sicut aliquâ elemosynâ liberiùs, & quietius conferri potest & teneri. Et ego & hæredes mei warantizabimus, adquietabimus, & defendemus prædictis Monachis & assignatis omnia prædicta, per omnia, ut prædictum est, contra omnes imperpetuum. Hiis testibus, Domino *Radulfo* de

Toeny,

Toeni, Domino *Johanne* de *Stutevil*, Domino *Roberto* de *Dayvill*, Domino *Rogero* de *Cressey*. Domino *Willielmo* de *Chaurcis*, Domino *Maluesyn* de *Hersin*, Domino *Simone* de *Hedon*, Domino *Willielmo* de *Langetthuaige*, Domino *Roberto* de *Wikerste*, Domino *Nicholao* de *Dayvill*, Domino *Radulpho Salvayn* militibus, *Waltero* Camerario; tunc temporis Ballivo meo.

GEMETICENSE

Cœnobium, in ducatu Normanniæ.

Cart. 11. E. 2 n. 9. per Inspex.

Carta Regis Henrici *secundi, donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Vide Cart. antiq. E. E. n. 7.

Et Par. Norm. 8. H 5. p. 1. n. 24.

HEnricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciaris me concessisse, & præsenti Cartâ confirmâsse Ecclesiæ beatæ *Mariæ*, & Sancti *Petri* de *Gemeticis*, & Monachis ibidem Deo servientibus omnes elemosynas, quæ eis rationabiliter datæ sunt, in Ecclesiis, & terris, & decimis, & in omnibus aliis rebus; *scilicet*, ex dono *Willelmi*, *Rollonis* filii, *Villam Gemeticam*, cum Ecclesiis & omnibus appendenciis villæ, & aquæ decursum, à loco qui dicitur *Belingueseyt*, usq; ad *Joseph-essart*; excepto quod Domini *Willæ*, *Annevillæ*, & *Bervillæ* habent usq; ad filum aquæ quantum terræ eorum durant, *Juniv'llam* etiam, cum omnibus appendiciis suis, & Ecclesiam & Capellas de tractu *David-villam Darder*, cum Ecclesiâ, & omnibus aliis appendiciis suis, & terram ex integro, usq; ad *Sanctum Martinum* de *Spineto*, & ejusdem villæ tertiam partem, cum totâ Ecclesiâ, & molendinum unum in Candebec, & *Nutrivillam*, cum Ecclesiâ & omnibus aliis appendiciis; & portum qui dicitur *Twit*, cum Ecclesiâ & villâ, & *Kilebeof*, & *Wamburgum*, cum Ecclesiis, & partu, & Theolonio, & quicquid ex hiis ad fiscum suum pertinebat, cum integritate aquæ ex parte terræ Monachorum; & graspeis si forte capiantur. Hayam etiam, quæ adhæret *Frotonnæ* à vacariâ usq; ad *Hinas*, *Boiacum Wassiel* Carissi, *Rowrei*, cum Ecclesiis & omnibus aliis appendiciis.

Ex dono verò *Roberti* Archiepiscopi *Rothomagensis*, assensu Ducis *Richardi* secundi; omnes consuetudines, quæ ad Ducatum pertinebant in *Boiaco* & *Warsiel*. Ex dono Ducis *Richardi*, filii *Willelmi*, filii *Rollonis* *Haretelvillam*: apud *Hanefleis* octo hospitia, & in *Bisniano*, viginti hospitia, cum Ecclesiâ ejusdem villæ, & decimis, & in iis duabus villis duas carucatas terræ. *Vimonasterium* cum Ecclesiâ, & omnibus aliis appendiciis suis; Totam terram, & nemus usq; ad viam asiniariorum. *Cruptas* cum Ecclesiâ, & omnibus aliis villæ pertinentiis, exceptis duabus vavassoriis & quartam partem de *Mennil-Reinard*. Boscum etiam, quod est inter *Vimonasterium*, & *Cruptas*, & terram usq; ad pontem de *Vie*, sicut via dividit quæ vadit ad montem *S. Michaelis*. *Cysiacum*, & *viridum Fulmerii*, cum Ecclesiis illarum, & aliis appendiciis suis; & *Monillum*, quod est juxta villas illas apud *Conde*, unam carrucatam terræ. Ex dono autem secundi *Richardi* *Pontem-Archæ*, cum Ecclesiâ, & omnibus villæ appendiciis; Et Ecclesiam de *Duns*, cum tribus hospitiis, & in *Longavilla*, *Attiz*, cum Ecclesiâ, & cum aliis pertinentiis suis. *Cantelupam* cum Capellâ, & aliis omnibus appendiciis. Comparationes de *Brovilla*. Tertiam partem Decimarum omnium S. *Marcelli*, & S. *Justi*. Ecclesiam de *Furvilla*, & totam terram ad Ecclesiam pertinentem, & decimas villæ Capellani, de villâ quæ dicitur *Boscus*; & decimas villæ quæ dicitur *Altaris*, & ejus quæ dicitur *Gnicarus* apud *Rothomagum* mansum pertinentem ad turrem *Alwredi*, cum ipsa turre, & duas domos juxta pratum belli, & in suburbio ipsius Civitatis Ecclesiam Sancti *Andreæ*, cum virgulto & quatuor hospitiis. Molendinum unum apud *Lillebonam*. *Furvillam*, cum Ecclesiâ, & omnibus aliis appendiciis, & boscum à portu, qui dicitur *Twit*, usq; ad vallem *Furnevillæ*. Ecclesiam de *Calvicell*, cum majore parte villæ, & decimarum *Voiri*. *Estorces*, *Seraz*, & quartam partem territorii de *Truni*, & Ecclesiam de *Potteria*, & vavassorias quas tenent de Ecclesiâ *Robertus* de *Angervilla*, & *Robertus Sarson*, *Hugo* de *Ilri*, *Alanus* de *Falesia*, *Regin. Burdun*, *Gerardus* de *Memillo*, *Vilo* de *Ballolio*, & alii in eadem Provinciâ: Molendinum unum & dimidium juxta *Columellas*, & partem de *Maipit*, & de *Illineto*, & de *Mannevilla*. Ecclesiam de *Manere*, cum omnibus decimis, & unum vavassorem. Decimam septimam Civitatis *Bajocensis*, & Vicecomitatus *Baucassini*, juxta *Chens*; Molendinum unum & quatuor salinas apud *Hunefleu*. Apud *Divetam* vel *Waravillam* sexdecim salis sextarios. Ex dono *Roberti Bert.* septem summas salis. Ex dono autem *Rad.* Comitis *Ebroic.* molendinum unum super fluvium qui vocatur *Itan*, cum uno arpento terræ, & apud *Graunum* hospitem unum, & apud *Caburgum* octo hospicia, cum mansis, & *Suthulmum*. Ex dono verò *Cristianæ* de *Lucerna*, eandem villam cum Ecclesiâ, & aliis appendiciis suis, exceptis vavassoribus. Ex dono *Furgoti*, quicquid ipse habebat in *Fridevilla*; & apud *Wattecot* tenementum *Herberti* de Sancto *Albino*.

Ex dono Regis *Wilhelmi* in *Angliâ* majorem partem Insulæ *Harengee*, cum Ecclesiâ, & decimas totius Insulæ, exceptis decimis leguminis & avenæ in terrâ Episcopi *Wintoniensis*; & in eadem Insulâ *furcam* & *fochamm*, & *tol*, & *team*, & *infangthef*, cum

omnibus aliis consuetudinibus. Et apud *Legam* juxta *Sanctam Fidem* dimidiam hidam; Apud **Wynterbourneſtoch** Ecclesiam, & unam carucatam terræ, & quinq; hospites, cum decimis totius parochiæ. Apud *Chiwetonam xxii.* hospites, & unam carucatam terræ in dominico, & Ecclesiam cum decimis totius parochiæ, & sex Capellas, *scilicet Annelebergâ*, & de *Peltonâ*, & de *Estonâ*, & de *Ferendonâ*, & de *Wiltonâ*.

Et in *Normanniâ* partem pontis *Alton*, sicut villa dividit, cum Ecclesiâ & molendino, & homines ejusdem villæ quieti sunt ab omni consuetudine in *Lucbrione*. Et duas acras & dimidiam prati inter *Sanctam Mariam* prati, & *Scehanam*. Tertiam etiam partem de *Malevillâ*, & medietatem de *Turbevillâ*, cum Ecclesiâ & decimis. Apud *Malevillam* & parcum, Ecclesiam, & Capellam, cum decimis & feodo, quod tenet *Hugo* le *Bigot*. Apud *Amondevillam*, unam carucatam terræ & Ecclesiam Sancti *Vedasti*, cum decimis totius parochiæ, & cum bosco & *xxii.* acras alodii in *Balvaco*, & tenementum *Gerardi* & *Walteri* & *Malgerii*, & *Hugonis*. Decimam etiam de feodo *Gaffridi*. Ex dono *Rogeri* filii *Richardi* Ecclesiam de *Cos-Enwardi*, cum decimis totius parochiæ, in bosco & plano, & dimidiam carucatam terræ, & boscum *Druellæ*, cum decimâ molendini de *Rosei*. Ecclesiam de *Bosco Berengarii*, & decimas de *Grosmelon*, & de *Brello*. Ex dono autem reginæ *Matildæ*, Reginæ Capellam, tenementum quod ipsa habebat infra urbem *Baiocensem* & extra. Ex dono *Gilberti Crispini*, & *Gilberti Stricarii*, quicquid ipse habebat apud *Hanvillam*, Ex dono *Willelmi* de *Watevillâ* Ecclesiam de *Croismarâ*, cum totâ decimâ in nundinis, in terris, & in omnibus aliis rebus. Ex dono Regis *Henrici* avi mei, silvulam quæ dicitur *Andelâ*, & apud villam quæ dicitur *Lurâ* tredecim summas salis, & hospites qui custodiunt salinas, & quietanciam in omnibus portibus *Angliæ* & *Normanniæ* Monachis & propriis servientibus suis & rebus de dominico Ecclesiæ: Pasnagium etiam quietum in omnibus foreftis suis, & quietanciam in totâ *Anglîâ* & *Normanniâ* de omnibus rebus ad usagium Ecclesiæ pertinentibus. Ex dono *Thomæ* filii *Gerardi*, apud *Brethevillam* decimam feodi sui, & quicquid tenebat apud *Fostas*. Et apud *Pontem Sancti Petri* tenementum *Bartholomei* de *Plaisficio*. Ex dono *Valonis* medietatem scottarum juxta *Rothomagum*. Ex dono antecessorum *Roberti* de *Wenesby*, molendinum de *Corneville*. Ex dono *Alberti* divitis villam quæ vocatur *Dome Mariæ*, cum Ecclesiâ, & omnibus aliis villæ pertinentiis, & apud *Paeleriam* partem quam in eâ habebat. Apud *Vernolium* domum suam quietam, & alteram ad censum. Ex dono *Willelmi* de *Camvilla* Ecclesiam de *Hottot*, cum decimis totius parochiæ, & terram quæ dicitur *sororis Osberti* in eadem villâ. Ex dono *Radulphi Geofridi* filii *Crisponis*, partes duas decimarum de *Wimenerivilla*. Ex dono *Roberti* de *Scacherian* decimas feodi sui apud *Flamevillam*. Ex dono *Acebui* decimam feodi sui apud *Budevillam*. Apud *Burevillam* decimam feodi ejusdem; Ex dono *Willelmi* de *Folniaco*, decimam feodi sui in eadem villâ. Ex dono *Geraldi* Ecclesiam de *Puteolis*, cum tertiâ parte decimarum. Ecclesiam de *Camvilla* cum decimis totius parochiæ. Ex dono *Walteri* de *Auffranvilla*, decimam feodi sui apud *Miseri*. Ex dono *Wihelmi* de *Lunda*, decimam *Vallis Merdosæ*. Ex dono *Walteri* de *Beauvies* decimam feodi sui apud *Frollancurt*; & apud *Warengervillam* decimas omnes in parochiâ *Sanctæ Mariæ*. Et tertiam partem decimæ in porochiâ *Sancti Petri*. Apud *Almetum* molendinum unum super stagnum *Durcleri*. Ex dono *Baldrici* de *Bosco* tertiam partem decimarum de *Maserus* & de *Bosco Rogeri* apud *Leiretum*. Ex dono *Roberti* de *Watevilla*, sexdecim solidos, & unum arpentum vineæ. Et ex dono *Gilberti Calecot* apud *Butelies*, unum modium salis. Ex dono *Radulphi* filii *Richardi* decimam feodi sui apud *Esprevillam*. Ex dono *Hugonis* de *Mara* triginta solidos *Andegav.* in suo molendino, & sex solidos apud *Robertot*. Et ex dono *Richardi* de *Ainevilla*, terram quæ vocatur *boscum Haidon* juxta *Nutrivillam*. Quare volo (&c.) Testibus, *Rotroldo* Archiepiscopo *Rothomagensi*; *Henrico Baiocensi*, *Egidio Ebroicensi*, Episcopis; Comite *Willelmo* de *Mandevilla*, *Richardo* de *Humet* Constabulario; *Regin.* de *Courtenay*, *Roberto Marmion*; *Richardo* de *Camvilla*; *Hugone* de *Cressy*, *Seibero* de *Quinci* & *Regin.* de *Pavelli*; *Willielmo Malovicino*; *Richardo* de *Vernone*; *Hugone* de *Lacy*; *Hugone* de *Longo-campo*; *Roberto* de *Stuteville*; *Alured* de *Sancto Martino*; *Gilleberto Malet*; *Gerardo* de *Camvilla* apud *Rothomagum*.

Carta de **Waringey**, *per Regem* Henricum *primum.* Cart. 11. E 2 m 3. n. 9. pet Inspex.

HEnricus Rex *Anglorum Anselmo Cantuar.* Archiepiscopo, *Willielmo Wynton.* Episcopo; *Henrico* de *Portu* Vicecomiti, cæterisq; suis fidelibus *Francis* & *Anglis*, de *Hantescira* salutem. Sciatis quod ego concedo S. *Petro Jumeticensi*, *Haringejam*, & omnia quæ ad illam pertinent cum *sacâ*, & *soca*, & *tol*, & *team*, & *Infangenenthef*, cum omnibus aliis consuetudinibus, nec volo pati ut aliquis quicquam indè auferat neq; minuet. Teste, *Roberto* Comite de *Mellent*, & *Henrico* Comite de **Warrewyc**; & *Roberto* filio *Hamonis*, & *Ricardo* de *Retvers*, & *Roberto* filio apud *Wyncestram*, in *Paschâ*.

ABBATIA

de Goiſlafontanâ

Par. Norm. S. H. 5. P. 2. n. 15. per Inſpex.

Carta Hugonis *de* Gornaio, *de fundatione ejuſdem.*

HUgo de *Gornaio* omnibus fidelibus, tam futuris, quam præſentibus ſalutem. Notum volo fieri univerſis, quod ego & *Milleſend* uxor mea, conſtruxerimus Eccleſiam beatæ Dei genitricis *Mariæ*, & S. *Johannis Bapt.* apud *Goiſlam fontanam* juxta *Alnetum*, qui eſt ſecùs rivulum, qui vocatur clarus rivus: pro quo etiam loco dedimus unam acram terræ Eccleſiæ S. *Mauricii*, & aliam acram *Hugonis* de *Sancto Mauricio*. Ad eandem igitur Eccleſiam transferre fecimus Sanctimoniales, quæ antea in valle *Prelæ* habitaverunt; quibus omnes elemoſynas & poſſeſſiones, quas ante eis dederamus, iterum eidem loco aſſignantes in elemoſynam perpetuam donamus, & præſenti ſcripto confirmamus, quæ etiam propriis nominibus ſubnotare volumus; unam carrucatam terræ apud *Goiſlam fontanam*, decimas Furnorum ejuſdem villæ, & quinquaginta ſolidos *Belvaciorum*, in redditibus ejus; ſcilicet, in traverſo *xx. s.* in redditu Foreſtæ *xx.* in cenſibus *x.* in molendino *xviii.* minas frumenti. Apud *Caſtrum firmitatis* unam carrucatam terræ, & decimam Pomerii noſtri de *Wellebue*. Decimam de *Loceio*, quam *Oliverus* de *Aglâ* debet eis reddere, cum decimâ quatuor librarum, quas habet theoloneo *Eſcoceii*. In *Laudunenſi*, de maritagio *Milleſend*, uxoris meæ *xl. s.* provenientium.

In *Anglâ* apud *Caſtram* duas marcas argenti, & dimidiam. Eccleſiam de *Walpeltreham*, poſt deceſſum *Radulfi*. Sciendum etiam, quod omnes præfatæ donationes, ſunt conceſſione filiorum noſtrorum, *Girardi* & *Hugonis*. Poſtea quoque dedimus eis campartagium totius feodi *Hugonis* de *Braunoſtier*, apud *Brokedale*, quod emimus à *Rogero Sorix. Lx. s. Belveiſiorum*. Conceſſimus inſuper eis omnes terras & elemoſynas, quas ex donatione hominum noſtrorum poſſident, quas etiam propriis volumus deſignare vocabulis: Ex dono *Johannis* de *Buell.* nemus & terram, quam habebat juxta locum earum, pro quo tamen ei dedimus *Lx. s. Belveiſiorum*. Ex dono *Aletini Burgundenſis*, & *Hawiſæ* uxoris ſuæ, pro filiâ ſuâ *Gremburc*, totam terram, quam habebant in *Meſnillo Aceleini*, & vadimonium *xx. s.* in eadem villâ: & vadimonium *Lx. s.* apud *Foſſatum*, & decimam pomerii ſui apud *Goiſlam fontanam*. Ex dono *Guarini* de *Rameiâ* decimam de *Calvi*, quam hereditario jure poſſidebat, & quicquid habebat in molendino de *Malis puteibus*, & in alio molendino de *Hevicurt*, & campartagium quod habebat in eâ villâ; quæ omnia dedit eis pro duabus filiabus ſuis, *Beatrice* & *Adâ*.

Ex dono *Roberti* de *Hanſelaines*, & uxoris ejus *Hawiſæ*, & *Ricardi* filii illius, qui in eadem domo ad converſionem venerunt, cum duabus filiabus ſuis, *Maria* & *Grembert*, unam carrucatam terræ apud *Frielourt*, & *iii.* modias frumenti, & in avena apud Boſcum *Hugonis*, quos reddunt Monachi *Mortui maris*, conceſſione filiorum ejuſdem, *Roberti*, *Warini*, & *Radulfi*. Ex dono *Theobaldi* Theſaurarii *Belvacenſis*, duos modios avenæ apud boſcum *Hugonis*. Ex dono *Mariæ* filiæ *Godeleris* medietatem decimæ feodi *Petri* de *S. Luciano*, apud *Multaies*. Ex dono *Odonis* de *Helpegneis* pro *Luſcia* filiâ ſuâ, duas garbas decimæ totius terræ ſuæ, & unam acram prati apud *Helpegneias*. Ex dono *Johannis* de *Roſeio* decimam totius feodi ſui apud *Heregnem*. Ex dono *Radulfi Eſcovart* unum campum terræ apud *Goiſlam fontanam*. Ex dono *Gaufridi Cordele* campos duos ibidem. Ex dono *Hugonis* de *Belmont* in eadem villâ campum unum. Ex dono *Hugonis* filii *Albecire*, ibidem campum unum. Ex dono *Hugonis* de *Bettemert* duas minas frumenti. Ex dono *Rainaldi* duas minas in Molendino de *Malis puteibus*. Ita omnia dedimus & conceſſimus præfatis Sanctimonialibus in elemoſynam perpetuam, pro remedio animarum noſtrarum, & anteceſſorum, necnon & liberorum noſtrorum, & præſenti Carta communivimus. Præterea ego *Mileſendis* dedi in elemoſynam perpetuam, liberam & quietam, prædictæ Eccleſiæ, omnes emptiones meas in vadimoniâ meâ, quæ in die obitus mei habitura ſum: inſuper & omnes acquiſitiones meas in omnibus rebus. Teſtibus, *Roberto* de *Priſſe*, *Johanne* de *Hoſdene*, (&c.)

PRIORATUS

Grandimontenſis *in Foreſta de* Bellomonte-Rogeri, *in* Normannia.

Chartarum confirmatio, per Regem Henricum *quintum.* Par. Norm. S. H. 5. P. 2. n. 8.

REx omnibus ad quos &c. ſalutem. Inſpeximus tenores quarundam Cartarum, & literarum inclitæ recordationis nobilium progenitorum noſtrorum, quondam *Franciæ* & *Angliæ* Regum, de & ſuper certis libertatibus, franchiſiis, privilegiis, quietanciis, donis, & conceſſionibus dilectis nobis in Chriſto Priori & Conventui *Grandimontis*, in foreſtâ de *Bello monte-Rogeri*; ac fratribus de *Belleria* ejuſdem Ordinis, datis & conceſſis; quarum originalia per guerrarum infortunium deperdita ſunt & amiſſa, ut dicunt.

cunt. Nichilominus pro eo quod modis & viis evidentissimis nobis plenè liquet hujusmodi Cartas, & literas, ex antiquo existere, easdem in formam debitam & scripturam novam redigi, nostroq; muniri sigillo regio, ne fides sive memoria ipsarum futuris temporibus deperire valeat, caritatis intuitu affectamus & volumus, juxta tenores supradictos, qui sunt tales.

Carta Regis Henrici secundi.

Henricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, Comes *Andegavensis*, *Henrico*, *Ricardo*, *Gaufrido*, *Johanni*, carissimis filiis suis, Archiepiscopo *Rothomagensi*, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus & omnibus Ministris & fidelibus in Archiepiscopatu *Rothomagensi* constitutis, salutem. Sciatis nos dedisse, & præsenti Cartâ confirmâsse, pro amore Dei, & pro animabus patris nostri & matris nostræ, & filiorum & antecessorum nostrorum, Deo & domui de *Grandmonte*, quæ dicitur *Belleria*, in Castro meo de *Argenthonio*, hominem, & in Castro meo de *Falesiâ* alium hominem, & in Castro meo de *Caen* alium hominem, & in omnibus parochiis adjacentibus prædictis Castris, in unaquaq; earum unum hominem, qui beneficia & elemosinas, quæ fratribus prædictæ domus in prædictis villis, pro amore Dei dabuntur, recipiant & eis legitimè referant.

Volumus autem & concedimus, & firmiter præcipimus, quod homines prætaxati à nobis dati, & concessi fratribus prædictæ Domus, ad suum servicium faciendum, sint in omnibus quieti & pacifici ab exercitu, ab equitatu, & servicio, *foagio*, *vinagio*, & *passagio*, *pedagio*, theloneo, & de omnibus consuetudinibus in terrâ, & in mari ad dominium nostrum pertinentibus. Testes autem hujus donationis & concessionis nostræ sunt *Frog.* Episcopus de *Sagio*, *Robertus* de *Mulant*, *Henricus* de *Novo Burgo*, *Fulco* de *Duno*, *Fulco Pounelli*, *Ricardus Guiffart*, & plures alii.

Carta Richardi primi regis.

Ricardus Dei gratia Rex *Angliæ*, (&c.) Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis nos dedisse & præsenti Cartâ confirmâsse, pro amore Dei, & pro animabus patris & matris nostræ, Deo & fratribus *Grandmontis*, quæ dicitur *Belleria*, donationem illam, quam fecit carissimus dominus & genitor noster *Henricus* Dei gratiâ quondam Rex *Angliæ*, *videlicet* in Castro suo de *Argenthomo* unum hominem, in Castro suo de *Falesiâ* alium, & in Castro suo de *Caen* alium. Et in omnibus parochiis adjacentibus prædictis Castris in unaquaq; earum unum hominem, qui beneficia & elemosinas, quæ prædictis fratribus & domui dabuntur, pro amore Dei in prædictis villis recipiant, & eis legitimè deferant ab omnibus consuetudinibus ad suum dominium pertinentibus, in terrâ & in mari, sicut in suâ Cartâ continetur, liberos & quietos.

Præterea nos dedimus & concessimus & præsenti Cartâ prædictis fratribus & domui confirmavimus, in omnibus Castris, villis, burgis, parochiis *Sagiensis* diœcesis, in unaquaq; earum unum hominem, qui ad faciendum servicium prædictæ Domus & fratrum ibidem Deo servientium, sint liberi & quieti in vitâ pariter & in morte, integrè, plenariè, honorificè, per totam terram nostram, per terram & per aquam, & per ripam maris in *Angliâ*, & in *Normanniâ*, & *Acquitaniâ*, & in *Andegavensi* & *Cenomanensi* Comitatibus; & in omnibus aliis locis, in nundinis & mercatibus & portubus maris, ab exercitu, ab equitatu, servicio, *foagio*, *vinagio*, *passagio*, *passagio*, *pedagio*, *theloneo*, *ponthagio*, *stallagio*, & *lestagio*; Et de omnibus rebus, quas ipsi poterant assecurare, fide datâ vel præstito sacramento, quod vendant vel emant, & de omni seculari servicio, exactione, & opere servili; Et de omnibus placitis & querelis, assisiis, & operationibus Castellorum, & parcorum, & pontium, & calcetarum; & de pecuniâ dandâ pro forefactâ, & de omnibus aliis occasionibus & consuetudinibus secularibus ad dominium nostrum pertinentibus, exceptâ solâ justiciâ vitæ & membrorum, quæ nobis retenta est.

Contulimus etiam prædictis fratribus, ut sumant ligna viva & arida in cunctis nostris nemoribus ad usus proprios dictæ domus; Et si quis super hoc forefacere voluerit, id ei sine dilatione emendari benigniter faciat. Testibus *Hugone Dunelm. Godefrido Winton. Huberto Carrag. Willermo* Marescallo nostro, *Johanne* Marescallo, *Henrico* de *Longo Campo*; *Rogero* de *Pratellis*; *Hugone Bardouf.* Datum *Turonis* per manum *Willermi* de *Longo Campo*, *Elien sis* Electi, Cancellarii nostri, *xxii.* die *Novembr.* regni nostri anno primo.

Carta Philippi regis Francorum.

Philippus Dei gratiâ *Franc.* Rex, notum facimus universis, tam præsentibus, quam futuris, quod nos literas *Roberti Mellenti* quondam Comitis, quarum sigillum, casu, in præsentiâ nostrâ confractum extitit, vidimus in hæc verba. Universâ negocia mandata literis, ac vocis tellium ab utroq; trahunt immobile firmamentum. Sciant ergò, qui viderint præsentem paginam, quod ego *Robertus* Comes *Mellenti*, cognitâ honestate & religione pauperum *Jesu Christi* fratrum *Grandimontis*, & quàm piè pro benefactoribus suis Crucifixo supplicant devotis animis incessanter; Volens orationum suarum particeps effici, dedi eisdem & concessi in liberam & perpetuam elemosinam locum in quo consistent in foreitâ de *Bellomonte* & omnes pertinencias; *viz.* totum nemus cum fundo terræ, & omnibus aliis rebus mobilibus & immobilibus, prout facta fossata ad circuitum spaciosè dividunt & distinguunt possidenda & exolendanda modis omnibus perpetuis temporibus absolutè; Ita *videlicet* in omnimoda libertate de dominatione perpetuâ, quod ego vel successores mei in nullo accidente infra dicta fossata non habebimus ullam occasionem, violentiam, inforciam, captionem, venationem, consuetudinem, saisinam, assisiam, aut aliquid hujusmodi quoquomodo. Nichilominus dedi & concessi fratribus memoratis molendinum

Carta Roberti Com. de Mellent. Fundatio Cœnobii Grandimontensis.

de

de *Castro Lune*, cum omni jure & dominatione, in liberam & perpetuam elemosinam possidendum. Dedi eciam & concessi prædictis fratribus plenam justitiam super omnes illos, vel illas, qui de dicto Castro ratione molendi ad aliud molendinum accedent, vel qui ad dictum Castrum de foris panem ad vendendum, nisi de voluntate fratrum afferent, sive qui in dicto Castro inventi fuerint rei, vel contra quos emerserit querela super hoc, quod ad vendendum faciant vel habeant parvum panem, excercendam perpetuò liberè & quietè, tanquam domini capitales;

Item dedi & concessi fratribus sæpedictis quicquid juris, honoris, ac Dominii habebam, vel habere poteram in aquâ *Rifilis*, à capite exclusarum prædicti molendini usq; ad fines sexdecim acrarum terræ, quas *Gilberto* de *Mesnillo* excambiavi apud *Barcum*: Donans & concedens easdem acras prænominatis fratribus in liberam elemosinam perhenniter possidendas. Item dedi & concessi præfatis fratribus sex modios frumenti, & quinque modios avenæ percipiendos singulis annis in festo beati *Remigii*, de propriis redditibus meis in orreo meo de *Bello-monte*, in liberam elemosinam perpetuò possidendos. Nichilominus dedi & concessi fratribus memoratis viginti & octo libras monetæ currentis in præfecturâ *Bellimontis*, & in redditibus meis de *Ponte Odemer* singulis annis duobus terminis persolvendas; *videlicet* in præfecturâ novem libras ad terminum *Paschæ*, & centum solidos apud *Pontem Odomer*; & alias novem libras, & alios centum solidos in festo sancti *Remigii*, in locis superiùs nominatis. Item dedi & concessi eisdem fratribus de propriis redditibus meis, quinq; millia allecium in primâ ebdomadâ quadragesimæ, apud *Pontem Odomer* singulis annis percipienda, & per singulos menses unam summam salis in eodem loco; & in unaquaq; ebdomadâ totius anni per duos dies integrè piscationem in aquâ meâ de *Bellomonte* omnibus ingeniis in liberam elemosinam perpetuò possidendam. Item dedi & concessi memoratis fratribus quinq; modios vini in celario meo de *Bellomonte*, singulis annis percipiendos. Dedi eciam præfatis fratribus in puram & perpetuam elemosinam, gurgitem *Herodis*; & in forestâ meâ de *Bellomonte* capiendum & utendum quicquid eisdem necessarium fuerit perpetuis temporibus absolutè. Dedi eciam sæpedictis fratribus unum hominem apud *Bello-montem*, & alium apud *Pontem Odomer*; & alium apud Castrum *Lune*, cum omnibus rebus, & pertinentiis suis liberos & immunes ab omni exactione, & consuetudine, & ab omnibus rebus aliis, quæ ad me vel hæredes sive successores meos pertinent, vel de cætero quocumq, modo poterunt pertinere. Cum his igitur omnibus parvis donationibus distinctis præsenti paginâ seriatim memorati loci pluperimâ fundatione provisâ, & dictorum fratrum nimiâ simplicitate recognita, dedi eisdem & concessi in elemosinam perpetuam libertatem, ut omnes res indifferenter, mobiles & immobiles, quas ratione cujuscumq; donationis sive conquestus ad manus illorum devenerint, absq; ullâ occasione, vel reclamatione, tam à me quam à successoribus meis faciendâ, perhenniter possideant liberè & quietè. Quod ut firmum & stabile perseveret, sigilli mei attestatione confirmavi. T. *Osberno* tunc Priore de *Bello-monte*, *Emaurico*, *Rogero*, fratribus meis, *Ricardo* de *Warelmâ*; *Ricardo* Abbate de *Tornayo*; *Ricardo* de *Hulmo*; *Radulpho* de *Grolayo*; *Willermo* de *Marmoram*; *Rogero Mansionario*; *Guillermo* le *Petit*; *Guillermo Caym*. In cujus rei testimonium & perpetuam memoriam, præsentibus literis nostrum fecimus apponi sigillum. Actum *Parisiis* anno domini *Millesimo Ducentesimo septuagesimo tercio*, Mense *Julio*.

Charta Johannis *regis, patris sui donationem de* CC. l. *annui reditus, confirmans.* Cart. 1. *Joh.* m 10. n. 155.

JOhannes Dei gratiâ &c. Sciatis nos concessisse & hac præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse bonis hominibus *Grandimontis*, fundationem domus, quam pater noster *H.* bonæ memoriæ in dominico suo juxta *Rothomagum* fecit, & donationem, quam idem pater noster eis fecit ad victualia sua; *scilicet CC. l. Andegav.* recipiendas annuatim de Vicecomitatu *Rothom*; *videlicet C. l.* ad *Paschæ*, & *C. l.* ad festum Sancti *Michaelis*. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod ipsi eas habeant in liberam & perpetuam elemosinam, & singulis annis ad prædictos terminos eas in prædicto vicecomitatu recipiant, sicut in Cartâ *H.* Regis, patris nostri, continetur. Testibus *R.* sancti *Andreæ* Episcopo, *Willielmo Longespie* Comite *Sarum*; *Willielmo* Comite *Arundell'* &c. Dat. per manum *S.* Archidiaconi *Wellens.* & *J.* de *Grai* apud *Chinonem xxvi.* die *Septembr.*

Alia ejusdem Regis Charta, donationes per Johannam *filiam* Willielmi Foillard *factas, confirmans.* Cart. 15. *Joh.* n. 29.

JOh. Dei gratiâ, &c, Omnibus, &c. Sciatis nos concessisse, & hac Carta nostrâ confirmâsse Deo & fratribus *Grandimontis*, omnia tenementa & redditus, & possessiones, tam Ecclesiasticas, quàm alias, quæ *Joh.* filia *Will. Foffard*, quondam uxor *Roberti* de *Turnebam*, eis dedit & Cartâ suâ confirmavit in perpetuam elemosinam, sicut Cartæ eorundem *Roberti* & *Johannæ*, quas prædicti fratres inde habent rationabiliter testantur. Quare volo, (&c.) Dat. per manum Domini *P. Winton.* apud Winton v. die *Novembris*, Anno *xv.*

ABBATIA

de Gresslino, *infra ducatum* Normanniæ.

Cart 9 E. 2 n. 21. per Inſpex.

Carta Regis Ricardi *primi, donatorum conceſſiones recognitas & confirmatas.*

RIcardus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ*, &c. Sciatis nos conceſſiſſe, & præſenti Cartâ noſtrâ confirmâſſe omnes ſubſcriptas donationes, factas Deo & Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de *Greſtein*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, ex dono *Willielmi* Regis *Anglorum*, & Ducis *Normannorum*, in *Anglia* quicquid habebat in *Peintona*, in terrâ, in pratis, in ſilvis, in conſuetudinibus, & aliis villæ pertinentibus, cum totâ Eccleſiâ. Ex dono *Rob.* Comitis *Moreton*, fratris *Willielmi* Regis, duo Maneria, Oratinges, * & Wetcham in Vicecomitatu *Suſſolchiæ*, & decimam de *Cambis*, & quod habebat in *Salſintona* in Vicecomitatu de *Cantebrig*; & *Wilmintonam* * & quicquid ad eam pertinet. Et in *Ferlis*, *vi.* hidas terræ. Et in Pevenesel, dominum *Engelerii*, & quicquid ad eam pertinet, cum omni conſuetudine. Et in foreſtâ ſuâ de Pevenesel paſnagium, & herbagium, & materiem ad Eccleſias ſuas, & ad proprias domos ſuas conſtruendas, & ad focum ſuum. Ex dono *Matildis* Comitiſſæ *Moretoniæ*. Conot *x.* hidarum, & quicquid ad eam pertinet. Et in Bedingeham duas hidas terræ, & Eccleſiam ipſius villæ: Et unam domum in *London.* cum omni conſuetudine. Et *xxxii.* hidas terræ, quas dederat ei pater ſuus *Rogerus* de *Monte Gomerici*, *ſc.* apud *Haringtonam vii.* hidas; & apud Merſam *xi.* hidas. Et apud Witefort *vi.* hidas. Et apud *Largebergam* duas hidas: Et apud Tavistone *iii.* hidas & dimidium. Et apud Clauendon *iii.* virgatas per conceſſum Regis *Willielmi*.

* Cella de Cretinges in Com. *Suſſ.*

* In Com. *Suſſexiæ* Cella *Greſlinenſis* Cœnobii.

Ex dono *Radulphi Walletorte* Noztone, juxta *Montem-acutum*, & quicquid ad eam pertinet. Ex dono *Roberti Ivonis*, filii, unam carrucatam terræ in Fridelakeſtoc, & quinq; villanos & ſervos & ancillas. Ex dono *Will.* Comitis *Moreton.* in *Dorſeteſtreſcirâ*, quicquid habebat in Wymburne. Et in *Norhantſcirâ* quicquid habebat in *Grafton*â, & apud Pevenesel unam virgatam terræ, & in *Blaculveſlega* Monaſterium & duas hidas terræ, quas tenuit *Sagrim* Presbiter. Et in *Draitonâ*, quæ eſt in *Bukingehamſcirâ* unam hidam terræ, & dimidiam & Eccleſiam. Et in *Merſetona*, quæ eſt in *Hertfordſcirâ*, dimidiam hidam. In *Geningetona*, quæ eſt in *Suſſexiâ*, tres hidas & dimidiam, & decimam: Et in Biberuich unam virgatam terræ & dimidiam. Et in *Telletonâ* unam virgatam in eadem ſcirâ. Et in *Heſtonâ* tres hidas terræ. Et Eccleſias de Berchamſtede, & Capellam Caſtri, & decimas, & terram quam tenuit *Godefridus* Capellanus in eadem villâ. Et decimam de Hamelamſtede, & de Benetone, & de Fletham, & de Stamere, & de *Aldeberiâ*, & de *Aldrintonâ*, & de *Haddonâ*, & de *Snillâ*, & de *Toviſtonâ*. Et Eccleſiam de Bradeſtowes, & unam hidam terræ. Et Eccleſiam de Stokes, & decimam. Et terram quæ Eccleſiæ pertinet. Et Eccleſiam de Butebroc, & decimam, & terram quæ pertinet Eccleſiæ. Et unam hidam terræ, quam tenuit *Alwicus*: Et Eccleſiam de *Graſtona*; & Eccleſiam de Halmeden.

Item ex dono præfati Comitis, dimidiam piſcinam de Langenega, & totam decimam ipſius piſcinæ. Et Eccleſiam de *Eſdenâ*, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et Eccleſiam de Weſdene. Et Eccleſiam de Ferles, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et unam hidam terræ apud Pectone quam *Alnodus* Presbyter tenuit. Ex dono *Alureði* Pincernæ in Cherletone, totam decimam in ſuo dominio. Item ex dono prædicti Comitis apud Middelton unam hidam terræ, & dimidium pratum quod dicitur Turfe. Ex dono *Theoderici* Camerarii in *Cornubiâ*, quoddam Manerium, quod vocatur Noztone, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Rogeri* de *Fraxineto iii.* acras terræ in *Suptona*; & *Garam* & totam decimam in ſuo dominio. Ex dono *Rogeri* de *Broſtone*, dimidiam virgatam terræ in *Tedoordâ*, & paſturam ad quinquaginta oves ſuper montes, & quicquid habebat de feodo ſuo in Ruſſelac, quietum & liberum ab omnibus conſuetudinibus & ſerviciis. Ex dono *Rogeri Marmion* decimam totius dominii ſui de Berewic. Ex dono *Ricardi* filii *Hamonis*, totam decimam de dominico ſuo de Effetes, & de Ferles, & Sirinton & Clotintone, & tres acras terræ in Parrop; & decimam de omni pecuniâ ſuâ, de pullis, & agnis, & purcellis, & caſeis, & paſturam ad *xxx.* oves, & tres boves, cum ſuâ pecuniâ dominicâ in Effetes quieta ab omni conſuetudine & ſervicio. Ex dono *Hugonis* de Cahaignes decimam de Manerio ſuo de Witefort, in blado, & agnis, & lanâ, & caſeis, & porcellis, & omnibus quæ ad decimam pertinent. Et unam acram terræ in eadem villâ. Et paſturam *xxv.* ovibus, & duobus bobus, & in Pevenesel *iiii.* acras terræ. Ex dono *Willielmi* filii *Alfwredi iiii.* acras terræ, quas tenuit *Sefredus* juxta Eccleſiam *Sanctæ Mariæ* de Pevenesel, ex parte Occidentis. Ex dono *Willielmi*, Comitis de *Warennâ* ſuam conſuetudinem & libertatem in *Saſordiâ* ex omnibus; *ſcilicet* ex *leſtagio* & *pontagio*, & *paſſagio*, & de omnibus aliis conſuetudinibus. Ex dono *Theoderici* de *Forhou*, unam virgatam terræ in Conefgrave, & medietatem decimæ ſuæ de Forhou, conceſſu domini ſui *Willielmi*, quietam ab omni ſervicio.

Ex dono *Richerii* de *Aquilâ*, terram & nemus quod jacuit manerio de Wulfendone, quod *Ricardus* de *Culurâ* ei dederat. Et decimam molendini in eodem Manerio, & herbagium

bagium in foresta sua, & porcos suos quietos de pasnagio, & nemus ad materiem ad domos suas proprias, & ad sepes, & ad ignem eorum in foresta sua, per visum forestariorum suorum: & bruariam quam habet apud *Buscheium* juxta illam, quæ illorum erat; *scilicet* inter illam viam quæ vadit apud Pelesham, & illam quæ venit apud Buschetam usq; ad fossatum de Hozht. Et omnes decimas de dominio suo de Castellaria de Pevenesell, in quocumq; modo terræ lucratæ fuerint. Et bordarium de *Buscheio* liberum & quietum. Et decimam piscatoriæ suæ antequam ulla pars indè exeat. Quare volumus, & firmiter præcipimus, quod præfata Abbacia sanctæ *Mariæ* de *Gerstein*, & Monachi in eo Deo servientes, habeant & teneant omnes Ecclesias, & decimas, & terras suas, & omnia tenementa sua ecclesiastica & laica, benè, & in pace, liberè & quietè, & honorificè, & quieta de omni consuetudine & serviciis, cum *sochâ*, & *sochâ*, & *thol*, & *theam*, & *Infangenetheof*. Et habeant omnes libertates & liberas consuetudines, in bosco & plano, in pratis & pascuis, in viis & semitis, in molendinis, & in aquis, & in omnibus locis. Volumus eciam & firmiter præcipimus, quod omnes res prædictorum Monachorum, quas servientes eorum poterunt assidare suas esse proprias, sint quietæ de *theloneo*, & *passagio*, & *lestagio*, & *pontagio*, quocumq; ducantur vel reducantur, per terram nostram, & per portus maris. Et prohibemus ne quis eos indè disturbet. Testibus, *W. Rothom.* Archiepiscopo. *H. Dunelm.* & *H. Covintr.* & *R. Bathon.* Episcopis, *Willelmo* de *Sancto Johanne*, *Willielmo Marescallo*, *Henrico* de *Longo Campo*. Data per manum *Willielmi* de *Longo Campo*, Cancellarii nostri, *Elienſis* Electi, apud *Westm. xiiii.* die *Novembris* anno primo regni nostri.

Par. 9. E. 2. p. m. 23. *Carta Regis* Edwardi *secundi*, *donatorum concessiones recitans & confirmans.*

REx omnibus ad quos &c. salutem. Donationem, concessionem, & confirmationem, quas *Berengarius Tyrel*, de Westham, fecit Abbati & Conventui beatæ *Mariæ* de *Grestein*, de duabus acris prati in Wadewisse, cum pertinentiis. Remissionem eciam & quietam clamantiam quas *Radulphus Alman*, & *Thomas* filius *Beatricis Peling*; & *Sarra* quæ fuit uxor *Willelmi Criket* fecerunt præfatis Abbati & Conventui de toto jure suo & clamio, quod habuerunt vel habere poterunt in omnibus terris & tenementis cum pertinentiis, quæ *Willielmus* filius *Bruning* de *Peling*, avunculus eorum tenuit in Westham. Donationem eciam, concessionem & quietam clamantiam, quas *Thomas* de *la Cnock* fecit eisdem Abbati & Conventui de totâ terrâ suâ in eadem villâ, cum pertinentiis. Remissionem eciam & quietam clamantionem, quas *Nicholaus* filius *Radulphi* de *Fris.* fecit prætatis Abbati, & Conventui, de toto jure, quod habuit, vel habere potuit in sex acris terræ, cum pertinentiis, quæ *Radulphus* de *Fris.* pater suus aliquando tenuit in eadem villâ. Donationem insuper & confirmationem, quas *Robertus* de *Horstede* fecit eisdem Abbati & Conventui de omnibus tenementis quæ tenuerunt de feodo suo; *scilicet* terrâ de *la Yoke*, cum pertinentiis & de omni eo quod tenuerunt in parochiis *S. Nicholai* de Pevenesell, & sanctæ *Mariæ* de Westhame, tam in Burgagiis, quam in terris arabilibus. Remissionem eciam & quietam clamantiam, quas *Alanus* de *Westham*, & *Margeria* uxor ejus fecerunt prædictis Abbati & Conventui de toto jure & clamio quod habuerunt, vel habere potuerunt in omnibus terris & tenementis cum pertinentiis, quæ *Ricardus* de *Peling* tenuit in Westham; Concessionem insuper, quam *Rogerus* de *Fraxino* fecit eisdem Abbati & Conventui de tribus acris terræ in *Sudtona*, & de totâ decimâ de dominico suo in eadem villâ; & de *Gara* desuper *Sudtonam*. Concessionem eciam, quam *Paganus* de *Cap.* fecit eisdem Abbati & Conventui de totâ decimâ suâ in Hodelton; Donationem eciam, quam *Richerinus* de *Aquila* fecit eisdem Abbati & Conventui de quodam herbergagio apud Safort, soluto & quieto ab omni servicio; Donationem eciam & concessionem, quas *Jordanus* de *Sankevill* fecit eisdem Abbati & Conventui de septem acris terræ, cum pertinentiis super *Nattewode*. Donationem insuper & concessionem, quas *Walterus* de *Ratetun* fecit eisdem Abbati & Conventui de terrâ de *Diepedenâ*, cum pertinentiis. Dimissionem, concessionem, & quietam clamantiam quas *Robertus le Spire* de *Exeter* fecit eisdem Abbati & Conventui de quadam domo in *Exeter*, quam de eo tenuerunt, & de dimidiâ acrâ terræ, quæ jacet juxta prædictam domum, & de tribus acris terræ cum pasturâ & omnibus pertinentiis suis in eadem villâ; Donationem eciam, concessionem & confirmationem quas *Willielmus* filius *Radulphi Heringaud* fecit præfatis Abbati & Conventui de decem acris prati, cum fossatis suis in Wilindone cum pertinentiis.

Donationem eciam, concessionem, & confirmationem quas *Adam Cuk* fecit eisdem Abbati & Conventui de redditu duodecim denariorum, quem *Thomas* faber de Hepletham ei reddere solebat pro tenemento quod de eo tenuit in Hepletham. Donationem eciam & concessionem, quas idem *Adam* fecit præfatis Abbati & Conventui de quatuor denariis redditus percipiendis de molendino de Hepletham; & de toto jure & clamio, quod habuit vel habere potuit in eodem molendino ratione prædictorum *iiii.* denariorum. Donationem insuper concessionem, & confirmationem, quas præfatus *Adam* fecit eisdem Abbati & Conventui de viginti denariis redditus, quas *Willielmus Sortharin* sibi reddere consuevit pro tenemento, quod de eo tenuit in Hepletham: Remissionem eciam & quietam clamantiam, quas *Ricardus* filius *Ade le Cuke* fecit eisdem Abbati & Conventui de toto jure & clamio, quod unquam habuit, vel quocumq; modo habere potuit in terrâ & domibus,

mibus, cum pertinentiis, quas prædictus *Adam* pater suus tenuit de prædictis Abbate & Conventu in Pevelesham. Concessionem etiam & quietam clamantiam, quas *Radulphus* de *Celevill* fecit eisdem Abbati & Conventui de toto jure & clamio, quod habuit vel habere potuit in totâ terrâ, cum pertinentiis, quam aliquando tenuit in Jewington, exceptâ dimidiâ acrâ terræ, quæ jacet juxta terram *Johannis Palmeri*. Donationem eciam, concessionem & confirmationem quas *Galfridus* vicarius Ecclesiæ de Wylyndon fecit prætatis Abbati & Conventui de quatuor acris prati, cum pertinentiis in Wylyndon. Donationem eciam, concessionem & confirmationem, quas *Gervasius* persona Ecclesiæ de Fokenton fecit eisdem Abbati & Conventui de octo solidatis redditus cum pertinentiis in eadem villâ. Donationem eciam, concessionem & confirmationem, quas *Hugo* filius *Ricardi* de *Willendon* fecit prætatis Abbati & Conventui, de novem acris terræ cum pertinentiis in eadem villâ. Confirmationem eciam, quam *Simon* de *Notingham* fecit eisdem Abbati & Conventui de terrâ illâ cum pertinentiis, quam *Hugo* filius *Ricardi* de *Willendone* eis dedit in Willendone. Donationem eciam, concessionem, confirmationem, & quietam clamantiam, quam *Willielmus* de *Heyton* fecit eisdem Abbati & Conventui de unâ placeâ terræ, cum pertinentiis in Heyton. Remissionem eciam & quietam clamanciam, quas *Emma*, quæ fuit uxor *Rikewardi Postel* fecit eisdem Abbati & Conventui de toto jure & clamio, quod habuit vel habere potuit in toto tenemento, quod fuit de feodo ipsorum Abbatis & Conventus in Telleton.

Remissionem eciam & quietam clamantiam, quas *Walterus* filius *Henrici* de *Wolkested*, & *Matildis* uxor ejus fecerunt prætatis Abbati & Conventui de toto jure & clamio, quod habuerunt vel habere potuerunt in toto tenemento quod fuit de feodo prædictorum Abbatis & Conventus in eadem villâ. Donationem eciam, quam *Rogerus* de *Borstanâ* fecit eisdem Abbati & Conventui de septem acris terræ, & de pasturâ ad quinquaginta oves in *Tedeurdâ*. Donationem eciam, concessionem, & confirmationem, quas *Rog.* de *Borstanâ*, & *Matildis* uxor ejus fecerunt eisdem Abbati & Conventui, de dimidiâ virgatâ terræ, & pasturâ ad quinquaginta oves super montes in eadem villâ. Donationem eciam & confirmationem, quas *Willielmus* de *Burtune* fecit eisdem Abbati & Conventui, de unâ virgatâ terræ, cum pertinentiis in *Burtunâ* & Killake. Concessionem eciam, quam *Henricus Maltravers* fecit eisdem Abbati & Conventui de omnibus decimis & terris, quas habuerunt de *Willielmo* filio *Alured*, & de terrâ *Leffi*, cum pertinentiis in Wilmynton. Donationem eciam, concessionem, & confirmationem, quas *Johannes* de *Monte Acuto* fecit prætatis Abbati & Conventui de Manerio de Perse, cum pertinentiis in Comitatu *Bukinghamiæ*, & advocatione Ecclesiæ ejusdem Manerii, & de unâ hidâ terræ cum pertinentiis in eadem villâ. Concessionem eciam, remissionem, & confirmationem, quas *Baldewinus* filius *Thomæ* de *Haldeham*, & *Isabella* de *Monte Acuto* fecerunt prædictis Abbati & Conventui de Manerio de Perse, & de decimis feodi sui in Ikesord, & de Capellâ Manerii sui de *parva* Preston. Donationem eciam, concessionem, confirmationem, & quietam clamantiam, quas *Galfridus* filius *Berneri* de *Magna* Norewode fecit eisdem Abbati & Conventui de toto tenemento quod habuit in Salden & Morsell; & de redditu quem habuit de unâ virgatâ terræ, quam *Radulphus Payn* de eo tenuit in Salden; & de unâ virgatâ terræ, quam *Robertus* filius *Willielmi* de eo tenuit in Morsel, unâ cum homagiis & aliis serviciis prædictorum *Radulphi* & *Roberti* & hæredum suorum. Concessionem eciam & confirmationem, quas *Ranulphus* Comes *Cestriæ* fecit prædictis Abbati & Conventui de Ecclesiâ de Burchebrok, & de quatuor virgatis terræ cum pertinentiis in eadem villa. Donationem eciam, quam *Tedericus* de Foxho fecit eisdem Abbati & Conventui de duabus virgatis terræ cum pertinentiis in Foxho, & de medietate decimæ de Foxho. Donationem eciam, & concessionem, quas *Adam* de Polebie fecit eisdem Abbati & Conventui de viginti solidatis terræ cum pertinentiis in *Aignelintona*. Remissionem eciam & quietam clamantiam, quas *Johannes* filius *Walteri* de *Widevil* de Grafton, fecit prædictis Abbati & Conventui, pro se & tenentibus suis de Grafton, de sectâ Hundredi de Clevle. Remissionem eciam, concessionem, relaxationem, & quietam clamanciam, quas *Thomas* filius *Alani* filii *Nicholai* atte Welle de Darneford fecit eisdem Abbati & Conventui de toto jure & clamio, quod habuit vel habere potuit in uno mesuagio, quod vocatur Darneford; & in quinque acris terræ, cum pertinentiis in Hausson; Donationem eciam, concessionem, & confirmationem, quas *Willielmus* de *Mersse* fecit prædictis Abbati & Conventui de totâ terrâ illâ, cum pertinentiis, quæ aliquando fuit *Randulphi* de *la Hulle*, & *Alicia* uxoris ejus in Penton-Grestern, & Clanefeld, ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, prætatis Abbati & Conventui & eorum successoribus concedimus, & confirmamus, prout Cartæ & scripta donatorum suorum prædictorum, quæ inde habent rationabiliter testantur. In cujus &c. T. Rege apud *Westmonast.* xxiiii. die *Aprilis*.

COENOBIUM

de Lirâ, *in ducatu* Normaniæ.

Ex vetusto Registro *Lirensis* Cœnobii penès *Andream* du *Chesne* illustriss. *Gallior.* Regis Historiographum, 1640. n. 3.

Carta Regis Henrici *secundi, donatorum concessiones recitans & confirmans.*

HEnricus, Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiscopis, (&c.) totius *Angliæ*, & *Normanniæ* salutem. Sciatis me concessisse & in perpetuam elemosinam confirmâsse Ecclesiæ *Lirensi*, & Monachis ibidem Deo servientibus, quicquid eis rationabiliter datum est, & tenementa sua, & quicquid justè & rationabiliter possederunt tempore Regis *Henrici* avi mei, & tempore Patris mei.

In Episcopatu *Ebroicensi*, in loco qui *Vetus Lira* dicitur, ex dono *Will.* Comitis, terram de eadem villâ quam tenebat in dominio, & duo molendina in eadem villâ, & quartam partem *Novæ Liræ*, (&c.) In *Anglia*, in Episcopatu *Wintoniæ*, ex dono *Willielmi* Comitis, in ipsâ Civitate duos burgenses, Ecclesiam de Clatford cum appendiciis suis. In *Hantoniâ ix. l.* & *xv s.* & unum burgensem, & Ecclesiam Sancti *Johannis*. In Insula de Wiht Ecclesiam de Caresbroch, cum appendiciis suis, & totam decimam de dominio Comitis; Ecclesiam de *Arretona*, & totam decimam de dominio Domini ejusdem villæ, & Bafelee, & de *Luvecomba*, & de *Scaldecomba*, Ecclesiam de Freschewatre, & totam decimam de dominio Domini, Ecclesiam de *Godeshella*, cum omnibus pertinentiis suis, Ecclesiam de Wipingeham, Ecclesiam de Neucherche, Ecclesiam de *Neutona*, cum appendiciis suis, Quinquaginta solidos pro decimis nummorum Domini de Insulâ; decimam dominii de *Brunlegâ*.

Caresbroke Cella ejusdem Cœnobii.

In Episcopatu *Herefordiæ*, in ipsâ villâ *xii l.* & unum burgensem *Aclam*, Ecclesiam de Tedeham, cum appendiciis suis, Ecclesiam de Lidenai, Ecclesiam de *Lintona*, Ecclesiam de *Wiltona*, Ecclesiam de Perchelai, cum appendiciis suis, Ecclesiam de *Westcorda*; decimam de Dunre, Ecclesiam de *Hopâ*, cum appendiciis suis, *xii.* denarios in terrâ *Radulfi* de *Monte*, Ecclesiam de Tametebert, Ecclesiam de *Lena*, decimam de *Pultonâ* de dominio Domini; decimam de Chingestaples de toto dominio; decimam de dominio Domini *Credebella*, decimam dominii de Chiflet, & unum hominem cum terrâ suâ, decimam dominii de Stanford, & unum hominem, decimam dominii de Tomebert, & unum hominem, decimam de dominio de Lagozone & unum hominem. In *Sutona* unam virgatam terræ.

In Episcopatu de Landaf, Manerium de Langmai, & decimam totius forestæ de *Grossomonte*, medietatem decimæ telonii de *Strigulio*, & medietatem totius decimæ inter *Oscam* & *Waiam*, *scil.* vaccarum, porcorum, nummorum, piscium, & mellis.

In Episcopatu *Wigorniæ*, Ecclesiam de *Hanlega*, cum appendiciis suis, & decimam forestæ de *Malvernia*, præter venationem. Decimam totius dominii de *Cobella*, & decimam totius dominii de *Brisseleia*, & unum hominem, & decimam totius dominii de *Fortelmetona*, & unum hominem, & decimam totius dominii de Eldrefeld, & unum hominem. Ecclesiam de Fechebam cum appendiciis, & unam carrucatam terræ. Ecclesiam de *Chedeorda*, cum appendiciis suis. In villâ de *Alurintona*, decimam totius dominii, & unum rusticum. *Dunesburnie* duas hidas terræ, decimam totius dominii de Hebamstede, duos burgenses in villâ *Gloecestria*, & unum pratum.

In Episcopatu *Salesburiæ* Ecclesiam de *Basseudenâ*, cum appendiciis suis, Ecclesiam de *Essamesteda*, Ecclesiam de Dunningefeld, cum appendiciis suis. Ex dono Comitis *Legerceſtriæ*, Ecclesias de Warham, cum appendiciis suis, & unam hidam terræ. Ex dono *Willielmi* de *Waimuta*, unam unciam auri in præpositura de Warham.

In *Episcopatu Lincolia*, Ecclesiam de Pinchelai, * cum appendiciis suis. In Episcopatu *Cestrensi*, Ecclesiam de *Ettona*, cum appendiciis suis, & unum hospitem apud *Legerceſtriam*. Quare volo, (&c.) quod prædicta Ecclesia & Monachi in ea Deo servientes omnia supradicta teneant, (&c.) liberè, (&c.) sicut meliùs, (&c.) tenuerunt tempore Regis *H.* avi mei. Testibus, *Philippo Bajocensi* Episcopo, & *Ernulfo Luxoviensi* Episcopo, & *Roberto* Comite *Legerceſtriæ*, & *Willielmo* Comite *Gloecestriæ*, & *Ricardo* de *Humet* Constabulario, *Manasſero Biset* Dapifero, & *Warino* filio *Geroldi* Camerario, & *Roberto* de *Dunstanvill*, apud *Westmonasterium*.

* Gella Lirensis Cœnobii.

Carta Petronillæ *Comitissæ* Leicestriæ, *de* xl *s. annui redditus, pro Anniversario filii sui.* lb. n. 7.

UNiversis Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, (&c.) *Petronilla*, Comitissa *Legerceſtriæ* salutem, (&c.) Noverit, (&c.) me dedisse, (&c.) Deo & sanctæ *Mariæ* de *Lira*, (&c.) *xl s.* in molendinis meis de *Britolio* annuatim persolvendos, (&c.) ad faciendum anniversarium *Willielmi* de de *Britolio* filii mei, (&c.) Testibus hiis, *VVillielmo Buffeio*, (&c.)

Carta Roberti *Comitis* Leicestriæ. lb. n. 8.

RObertus Comes *Legerceſtriæ*, omnibus hominibus, (&c.) Sciatis me concessisse, (&c.) pro salute animæ meæ, & *Petronillæ* Comitissæ uxoris meæ, & *Roberti* Comitis *Legerceſtriæ* Patris mei, & *Amiciæ* Comitissæ

matris meæ, & aliorum prædecessorum meorum & successorum; omnes donationes quas *Willielmus* filius *Osberti*, & *Robertus* Comes *Legerceſtriæ* pater meus, & alii prædecessores mei dederunt Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de *Lira* (&c.) Testibus, *Petronillâ* Comitissâ uxore meâ, *Willelmo* & *Roberto* filiis meis, *Roberto* de *Boſco* Capellano meo. *Willielmo* de *Albaniâ*, *Giliberto Lavel*, *Willelmo* de *Campaniis*; *Ern.* de *Turvill*; *Simone* fratre suo; *Simone* Clerico.

Ibid. n. 23. *Carta* Roberti *Comitis* Leiceſtriæ, *donationem* Amiciæ *uxoris suæ, de unâ unciâ auri confirmans.*

R. Comes *Legerceſtriæ*, *Ernaldo* de *Boſco* Constabulario suo, & omnibus Baronibus & hominibus suis de Honore *Bristolii*, & Pontis *Sancti Petri* salutem: Sciatis quia bene volo & optimè concedo, quod *Amicia* Comitissa *Legerceſtriæ*, uxor mea, dedit in elemosinam perpetuam Deo & beatæ *Mariæ* de *Lira*, & Conventui ejusdem loci, unam unciam auri, quam habebat in Ponte *Sancti Petri*. Quare volo (&c.) Testibus, *Simone* Comite, *Isabella* uxore suâ, *Radulfo* Pincerna, *Reginaldo* de *Bordign.* *Ricardo Mall.* *Ricardo* Clerico; *Godefrido* nepote *Ernaldi*.

Ibid. n 29. *Cartâ* Amiciæ *dominæ* Montis fortis *de* xv. s. *sterlingorum annuatim.*

SCiant (&c.) quod ego *Amicia*, Domina *Montis fortis*, dedi (&c.) Deo & beatæ *Mariæ* & Monachis *Lirensibus* sexaginta solidos *Andegavenſes*, vel quindecim sterlingorum annuationem de maritagio meo, pro animâ fratris mei *Willelmi* de *Bristolio* in liberam & perpetuam elemosinam (&c.) His testibus, fratre meo *Rogero* Sancti *Andreæ*, Electo; *Willielmo* sacerdote de *Bristolio* (&c.)

Nota.

Ibid. n. 43. *Carta* Henrici *de* Novo burgo, *de decimis garbarum de* Bastendon, & Essanstede.

H*Enricus* de *Novo burgo* omnibus amicis & hominibus suis *Francis* & *Anglicis* totius *Angliæ* salutem. Sciatis me dediſſe (&c.) Deo & sanctæ *Mariæ* & Monachis de *Lira*, decimam garbarum totius dominii mei de Bastendon & de Essanstede, & Ecclesias villarum prædictarum, decimam acram in campis, sicut antecessores mei concesserunt, *scil. ect Willielmus* filius *Osberni*, Comes *Henricus* avus meus, & *Margareta* Comitissa avia mea: & Monachis prædictis totam decimam de agnis & caseis & velleribus (&c.)

Ibid. n. 81. *Carta* Margeretæ (Warwici) *Comitiſſæ*; *de eisdem decimis.*

COmitissa *Margareta* omnibus amicis suis & hominibus, *Francis* & *Anglicis* totius *Angliæ* salutem. Sciatis me dediſſe (&c.) Deo & sanctæ *Mariæ* & Monachis de *Lirâ* decimam garbam totius dominii mei de Bastendon & de Essanstede, & Ecclesiam villarum prædictarum, decimam acram in campis sicut antecessores mei concesserunt; *scil. ect Will.* filius *Osb.* Comes *Hen.* Domihus meus. Et Monachis prædictis totam decimam de agnis, de caseis, & velleribus, & de purcellis, & de patnagio, & de vitulis, & de ruschis, & de faldravis, & de chiricseris, & decimum denarium de bosco vendito, & decimam de molendinis in denariis & pisce, & decimum denarium de omnibus placitis & purchaciis undecunq; venerint. Et decimum denarium, sicut antiquitùs constitutum fuerit à *Willielmo* filio *Osberti*, de censâ meâ villarum prædictarum; Et decimum fructus totius gardini mei.

Carta Roberti *de* Candos *antecessorum suorum* Ibid. n 83. *donationes, confirmans.*

G. Dei gratiâ *Herefordenſi* Episcopo, & omnibus in *Herefordenſi* syrâ commanentibus, & *Emma* uxori ejus, & filiis, *Robertus* de *Candos* filius *Rogeri* de *Candos* salutem. Notum sit vobis omnibus quod ego *Robertus* de *Candos* confirmo Abbatiæ *Lirenſi* & fratribus ibidem Deo servientibus, ea quæ antecessores mei eidem cœnobio contulerunt; *scilicet* Aclam, & terram de Butone, & Ecclesiam de *Hopâ*, cum appendiciis suis; & Ecclesiam de *Salpertonâ*, & decimam de Credenele. Et præterea de prædicto cœnobio *xii.* nummos in *Hopa* in terrâ *Ranulphi* de *Monte*; ita ut quicunq; terram illam tenuerit, reddat per annum prædictos nummos. Testibus istis, *Radulfo* de *Frollemunt*, & *Rogero Boteri*; & *Gualtero* de *Haia* & *Willelmo* de *Castro* & *Monnun.*

Carta Gilberti Herefordensis *Epiſcopi*, *Ecclesias in suo Episcopatu concessas, ratificans.* Ibid. n. 85.

NOtum sit (&c.) Quod ego *Gilbertus*, *Herefordenſis* Dei gratiâ Episcopus concedo (&c.) Abbati de *Lira* & Monachis, omnes Ecclesias & omnia ecclesiastica beneficia, quæ in nostro Episcopatu habent. Inter quæ hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Ecclesiam de Werthelai, & Ecclesiam de Lintun, & illam de Wilton: & Ecclesiam de *Fonte David*, & illam de *Tameteberia*; & Ecclesiam de *Hopa*; & illam de *Leona*; & Ecclesiam de *Ledeneia*, & illam de Tedeham. Quæ omnia (&c.) attestatione sigilli communimus. (&c.)

Carta Henrici Wintonienſis *Episcopi, possessiones Monachorum de* Lirâ *in suo Episcopatu concessas, ratificans.*

H*Enricus* Dei gratiâ *Wintonienſis* Episcopus, Archidiaconis & clero *Wintonienſis* Episcopatus salutem. Quoniam ad nostri curam spectat (&c.) *Christi* fidelibus (&c.) providere. Indè est, quod omnes possessiones, quas Monachi de *Lira* (&c.) possident, sub Dei & nostrâ protectione tuendas suscipimus.

In

In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; *videlicet* Ecclesiam de Clafort, cum appendiciis suis. In *Hamtona ix.* libras & *v.* solidos. Ecclesiam Sancti *Johannis*, Ecclesiam de Carehou, cum appendiciis. Ecclesiam de *Arretona*, & totam decimam de dominio Domini ejusdem villæ, & de Baselee, & de Limecumb, & de Caudecumb. Ecclesiam de Frestawatre, Ecclesiam de *Godeshella* cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam de Wipingaham, Ecclesiam de Neucherche, Ecclesiam de *Neutona*, cum appendiciis suis, decimam de dominio meo de *Brunleia*. Si qua igitur ecclesiastica secularisve persona aliquam possessionum istarum auferre (&c.) præsumpserit (&c.) Dei iram (&c.) incurrat (&c.) *Amen.*

Carta Johannis Wigornensis *Episcopi, possessiones ejusdem Cœnobii in suo Episcopatu existentes, confirmans.*

Johannes Dei gratiâ *Wigornensis* Episcopus, Omnibus (&c.) salutem. Sciant tam præsentes, quam futuri, nos omnes possessiones Ecclesiæ de *Lira* (&c.) sub meâ protectione suscepisse (&c.) Has *videlicet*, Ecclesiam de Fechcham, cum appendiciis suis. Ecclesiam de Hanleg, cum appendiciis suis. Ecclesiam de *Chedesworda*, cum appendiciis suis; & decimam forestæ de *Malverna*, & decimam totius dominii de *Cohulla*, & decimam totius dominii de Bisseleg. Et decimam totius dominii de *Fortelmestona*, & decimam totius dominii de Elmeleseld. Et decimam totius dominii de Hechamestod. Et decimam totius dominii de *Aluerintona*, & duas hidas apud Duntesburn. Volumus itaq; quod Ecclesia de *Lira* liberè & quietè, salvo jure episcopali, teneat (&c.)

Ib. n. 124. *Carta* R. Herefordensis *Episcopi, Ecclesiam de* Lideneiâ, *cum Capella de S.* Briavello, *ad* Lirensem *Abbath. pertinere declarans.*

UNiversis (&c.) R. Dei gratiâ *Herefordensis* Ecclesiæ Episcopus (&c.) universitati vestræ notum facimus coram nobis recognitum fuisse in dedicatione Ecclesiæ de Sancto *Briavello*, quam (Deo annuente) fecimus, ipsam esse Capellam pertinentem ad Ecclesiam de *Lideneia*, & utramq; *videlicet* Ecclesiam de *Lideneia*, & Capellam de Sancto *Briavello* pertinere ad perpetuum jus *Lirensis* Monasterii, cum omnibus pertinentiis earum, (&c.)

Ib. n. 125. *Carta* R. Wigornensis *Episcopi, controversiam inter* Salmurenses *&* Lirenses *Monachos, super Capellis de* parvâ Lideneiâ, *&* Hualdefeld *terminans.*

R. Dei gratiâ *Wigornensis* Episcopus universis, (&c.) Universitati vestræ notum fieri volumus controversiam super Capellam de *parva Lideneia*, & super Capellam de Hualdefeld, inter *Salmurenses* & *Lirenses* Monachos diu fuisse agitatam (&c.) Auditis ex utraq; parte aliquibus allegationibus in præsentia nostrâ, tandem . . . . . imperpetuum possidebit, exceptis duabus garbis de decimâ dominii de *parva Lideneia*, quas *Salmurenses* Monachi solent antiquitùs habere; & similiter illas amodo habebunt *Lirenses*. *Lirenses* verò Monachi pro hac dimissione supradictarum Capellarum, *ii.* solidos imperpetuum eis remiserunt de *viii.* s. quos *Salmurenses* eis pro decimis dominii de *Monumeta* annuatim reddere solebant; sed amodo eis tantummodo *vi.* s. reddent. Hujus autem transactionis compositores fuerunt *Willielmus* Abbas *Lirensis*, pro se & pro suo Capitulo. Ex alterâ verò parte, *Robertus* Prior *Monumetensis*, qui nobis in eadem carta literas *Philippi* Abbatis *Salmurensis* attulit (&c.)

Carta R. *Herefordensis Episcopi, de Capellis de* Ib. n. 126.
Rachefordiâ, *&* Curâ.

R. Dei gratiâ *Herefordensis* Ecclesiæ humilis minister, Archidiaconis (&c.) salutem. Notum vobis fieri volumus, quod Capella de *Rachefordia* & de *Cura* sunt pertinentes ad Ecclesiam de *Temeteberia*, ei episcopalia jura reddentes, sicut Capellæ matri Ecclesiæ. Apud Capellas verò, ad pauperum refugium, constringente necessitate, à me facta sunt cimiteria, concessu prædictæ matris Ecclesiæ de *Themetberia*: Salvâ tamen dignitate suâ, quàm possessione. Corpora quæ voluerit apud se habebit, quæ verò jusserit, remanebunt. Capella iterum de *Rachafordia*, pro quadam terrâ, quam eadem mater Ecclesia liberè tenebat, & pro concessu cimiterii singulis annis in die Sancti *Michaelis* matri Ecclesiæ tres solidos persolveret: Capella de *Cura* eidem matri Ecclesiæ pro concessu cimiterii, singulis annis tercia die ante *Nativitatem* Sanctæ *Mariæ xii.* denarios persolvet.

Conventiones inter Monachos Lirenses *&* Glo- Ib. n. 127.
cestrenses, *super decimis apud* Ewias.

NOtum sit omnibus tam præsentibus quàm futuris, quod anno ab incarnatione Domini *M lxxviii.* facta est hæc conventio inter Monachos *Lirenses* & Monachos *Gloecestrenses*, *scilicet* quod Monachi *Lirenses* concesserunt prædictis Monachis *Gloecestriæ* omnes decimas quas habent vel debent habere apud *Ewias*, pro dimidiâ marcâ argenti singulis annis duobus terminis reddenda, ad *Pascha* & ad festum beati *Michaelis*, apud *Gloecestriam*, quod ut stabile (&c.) permaneat (&c.) parti Monachorum de *Lirâ* appositum est sigillum Monasterii *Gloecestriæ* (&c.)

Carta

Ib. n. 128. *Carta* Roberti Hereſordenſis *Epiſcopi, de corporibus defunctorum de* Clivâ, *ſepeliendis.*

UNiverſis (&c.) *Robertus* Dei gratiâ *Hereſordenſis* Epiſcopus æternam in Chriſto ſalutem. Noverit (&c.) quod cum in præſentiâ noſtrâ mota fuiſſet quæſtio inter Eccleſiam de Ros, & Eccleſiam Monachorum de *Lirâ*, de Wilton, de corporibus de *Clivâ* ſepeliendis, Tandem inter ipſas, partibus aſſentientibus, convenit imperpetuum unum prædictorum corporum in cimiterio de Wilton, & alium in cimiterio de Ros, ſine contradictione ſepeliantur, omnibus obventionibus atq; legatis exinde provenientibus inter prædictas Eccleſias æquis portionibus dividendis, quicunque pro defuncto ſepeliendo Miſſam celebraverit, hoc tamen ordine ſervato, ubi celebraturi fuerint, priùs celebret ſacerdos Eccleſiæ apud quam ſepelietur, & demùm alius. Nos igitur huic conventioni aſſenſum præbuimus, (&c.)

Num. 129. *Carta* Oſberti *filii* Hugonis *de Eccleſia de* Tametbiriâ.

UNiverſis (&c.) & omnibus hominibus ſuis *Francis* & *Anglis*, *Oſbertus* filius *Hugonis* ſalutem. Noverint tam futuri, quàm præſentes, me dimiſiſſe (&c.) calumniam quam habui adverſus Monachos de *Lira* ſuper Eccleſiam de *Tametebera*. Quare volo (&c.) quod prædicti Monachi de *Lira* præfatam Eccleſiam de *Tametebiria* habeant in perpetuum elemoſinam liberè (&c.)

Ib. n. 130. *Quieta clamatio* Walteri *de* Clifford *ſuper eadem Eccleſiâ.*

W*Alterus* de *Clifford* omnibus hominibus ſuis (&c.) Noverint (&c.) me (&c.) quietam clamaviſſe, in præſentiâ Capituli *Hereford.* (&c.) calumniam quam habui adverſùs Monachos de *Lira* ſuper Eccleſiam de *Tametebiria* & Capellam de *Rachefordia.* Quare volo (&c.)

Ib. n. 131. *Carta Comitis* Gilberti, *de Eccleſia de* Tedeham.

R*Oberto* Dei gratiâ *Hereſordenſi* Epiſcopo, & totius ejuſdem Eccleſiæ Capitulo, & omnibus hominibus ſuis *Francis* & *Anglis*, Comes *Gilbertus* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmâſſe donationem Eccleſiæ de Tedeham imperpetuum Abbaciæ de *Lira*. Et volo & concedo quod fratres ejuſdem loci illam firmiter & quietam habeant (&c.)

Carta Willielmi *de* Breuſe *de Eccleſia de* Oſleſluâ. Ib. n. 132.

W*Illielmus* de *Breuſe* univerſis (&c.) & omnibus hominibus ſuis *Francis* & *Anglis* ſalutem. Univerſitati veſtræ notum eſſe volo, me conceſſiſſe & confirmâſſe Deo & Eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Lira* (&c.) Eccleſiam de *Orleſtuna* cum omnibus pertinentiis ſuis (&c.) liberam & quietam ab omni ſeculari & terreno ſervicio &c.

Carta Briani *de* Bromton, *& de terris & decimis in* Binled, *Frenchote, &* Walton. Ib. n. 133.

B*Rianus* de *Bromton* univerſis (&c.) Noverit (&c.) me conceſſiſſe (&c.) donationem quam fecerunt anteceſſores mei Monachis ſanctæ *Mariæ* de *Lira*, *ſcilicet* unum hominem cum terrâ ſuâ in Manerio de Binled, & duas partes decimarum totius dominii de Binled & de *Frenchote* & de Walton, tam in bladis quam in fœtibus & caſeis omnibus, quàm aliis rebus de quibus decimæ dari ſolent. Terram etiam prædictam ego & frater meus *Rogerus* & hæredes mei, pro ſalute animarum noſtrarum, & anteceſſorum noſtrorum, adquietabimus ab omni ſervicio regali (&c.)

Carta Reinaldi *filii Comitis, de terra* Hugonis *de* Pomervillâ. Ib. n. 134.

NOtum ſit omnibus (&c.) quod ego *Reinaldus* filius Comitis, & *Emmelina* uxor mea, filiiq; mei *Willielmus*, *Reinaldus*, & *Hamelinus* concedimus Eccleſiæ S. *Mariæ Liræ*, in perpetuam elemoſinam, terram *Hugonis* de *Pomerevilla* cum ſervicio liberam & quietam (&c.)

Carta Willielmi *filii* Rainaldi, *donationes anteceſſorum confirmans.* Ib. n. 135.

UNiverſis (&c.) *Willielmus* filius *Rainaldi* filii Comitis ſalutem. Notum ſit (&c.) quod ego (&c.) pro amore Dei (&c.) concedo in elemoſinam (&c.) cœnobio *Lirenſi* (&c.) ea quæ ab anteceſſoribus meis conceſſa ſunt apud *Merkeleia* (&c.) & nominatim feodum *Hugonis* de *Pomeris-villa.*

Carta Willielmi *Comitis* Gloceſtriæ, *donationes* Willielmi *filii* Oſberti *confirmans.* Ib. n. 136.

W*Illielmus* Comes *Gloeceſtriæ* omnibus Baronibus (&c.) ſalutem. Sciatis quia ego concedo (&c.) in terris & decimis Eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Lira*, donationes quas Comes *Willielmus* filius *Oſberti* fecit eidem Eccleſiæ; *ſcilicet* Eccleſiam de *Hanlega*, cum pertinentiis ſuis, & xx. s. de redditu ejuſdem villæ. Decimam totius dominii ejuſdem villæ, & unum hominem cum dimidiâ virgatâ terræ; decimam de foreſtâ de *Malvernia*, præter venationem. Decimam totius dominii de

de *Cobeld*, & unam hominem cum dimidiâ virgatâ terræ, decimam totius dominii de *Bisselegâ*, & unum hominem cum unâ virgatâ terræ. Decimam totius dominii de Eldreffeld, & unum hominem cum unâ virgata terræ. Et ideo præcipio &c.

Ib. n. 138. *Carta* Johannis Wigornienſis *Epiſcopi, Eccleſias, decimas, & terras, in ſuo Epiſcopatu conceſſas, ratificans.*

JOhannes Dei gratiâ *Wigornenſis* Epiſcopus, Omnibus (&c.) Sciatis me (&c.) confirmaſſe elemoſinas, quas Monachi de *Liré* habent in meo Epiſcopatu; *ſcilicet* Eccleſiam de Fecham, cum appendiciis ſuis, & Eccleſiam de Hanleg, cum appendiciis ſuis, & Eccleſiam de Cherdeuurda cum appendiciis ſuis, & totam decimam de dominio de Alverthone; & viii.s. de Eccleſiâ de Salvertone, & decimam totius dominii de *Chohulâ*, & decimam totius dominii de *Bisſelega*, & de *Forthelmetona*, ſimiliter & decimam totius dominii de Heldereſſelo. Et unam hidam & unam virgatam terræ in *Dantebarnâ*. Hæc tam præſenti ſcripto, quàm ſigilli noſtri impreſſione communimus. Valete.

Ib. n. 139. *Carta* Nicholai Landavenſis *Epiſcopi, Eccleſias & decimas in ſuo Epiſcopatu, confirmans.*

OMnibus (&c.) *Nicholaus* Dei gratiâ *Landavenſis* Eccleſiæ humilis miniſter (&c.) Univerſitati veſtræ notum fieri volumus, nos præſenti Cartâ confirmaſſe Monaſterio *Lirenſi* (&c.) omnia beneficia, quæ in noſtro Epiſcopatu ab antiquis temporibus habuiſſe noſcuntur, *ſcilicet* Manerium de Languian, cum Eccleſiâ ejuſdem villæ, & omnibus pertinentiis ejus; decimam totius foreſtæ de *Craſſo monte* de omnibus quæ ex eâ pervenerint; medietatem decimæ telonei de *Strigolio*, medietatem decimarum omnium rerum de dominio de Troi, & Concaubern; decimæ nummorum de *Nova villa*, medietatem omnium decimarum de foreſtis, quæ ſunt inter Michun & *Waiam*; *ſcilicet* ſegetum, nummorum, & vaccarum, porcorum, piſcium, mellis, & omnium rerum. His teſtibus, &c.

Ib. n. 143. *Carta* Walteri Bloet *donationes* Willielmi *filii* Oſberti *in villâ de* Ragthan *confirmans.*

WAlterus *Bloet* omnibus amicis ſuis & hominibus, *Francis*, *Anglis*, & *Walenſibus* (&c.) Sciatis me, &c.) confirmaſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* de *Lirâ* (&c.) & Eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Cormeliis*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, omnes donationes, quas dedit eis *Willielmus* filius *Osberti* in villâ de Ragthan & pertinentiis ſuis; *ſcilicet* decimam redditus villæ & panagii & mellis. Et ego pro animabus patris (&c.) dedi prædictis Eccleſiis (&c.) omnem decimam proventientem de omnibus ſarris quæ facta ſunt in villâ illâ poſtquam mihi data fuit, & decimam denariorum, porcorum, & mellis, & ſegetum. Teſtibus &c.

Charta Roberti *Comitis* Leiceſtriæ *de Decimis in Foreſta ſua de* Britolio. Ex Collect. MS. cl. v. Adr. du Chesne, illuſtr. Lotharingiæ Regis Franciæ hiſtoriographi.

RObertus Comes *Leiceſtriæ*, omnibus ad quos præſens Scriptum pervenerit, ſalutem. Sciatis, quod antequam arriperem iter peregrinationis meæ apud *Hieroſolymam*, inquiſivi per milites ſervientes Foreſtarios, quæ jura, & quas libertates Monachi de *Liré* habent & debent habere in foreſtâ de *Britolio*: Et recognitum fuit coram me, quod prædicti Monachi habent & debent habere Decimam de omnibus exitibus Foreſtæ in omnibus rebus (&c.) Ego autem, pro amore Dei, omnes prædictas libertates ipſis Monachis concedo & confirmo: His teſtibus, *Petronilla* Comitiſſâ, *Anketillo Mallore*, *Willelmo* de *Campania*, *Rogero* de *Hume*, *Willelmo* de *Bermecort*, *Nicholao* de *Gloz*, & multis aliis.

ABBATIA

de Lonleio, *in Provincia* Cenomanniæ.

Confirmatio Chartæ fundationis ejuſdem, per Gulielmum de *Beleſmo* Pat. Norm. 8. H. 3. m.

EX omnibus ad quos ſalutem, &c. Inſpeximus quaſdam literas patentes *Petri* quondam Comitis de *Alenconio* factas, in hæc verba. *Nous* Pierres, *Conte* Dalencon, *Seigneur de* Fougieres, *et Vicomte de* Beaumont, *faiſons ſaveir a tuiz preſens et avenir de la partie de noz bien amez en Dieu, les Religieux Abbe et Convent de noſtre dame de* Lonlay *en noſtre Chatellerie de* Danfront *en dioceſe du* Mans, *nous avoir eſte monſtre et exile un liure ancian, contenant pluſeurs Cartres des dons a eux faitz, par pluſeurs Seigneurs, et autres, tant en leur fondacion que autrement: et entre les autres en commencement dicelus eſtoit eſcripte une chartre de feu de noble recordacion* Guillamme *jadis Prince de* Beleſmois *contenant la forme qui en ſuit.* In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Quicunque prioris vigore intrinſecus ſulcitur rationis, divinæ paginæ teſtimonio docente, patenter colligit, quod mortalium propago tanta peccaminum enormitate ſuffocatur, ut ruinæ damnationis æternæ irreparabiliter pateat, niſi devota elemoſinarum diſtributio & electorum Dei veneranda ſubveniat interceſſio: Hinc eſt, quod ipſe generis humani ſalvator nos ad pietatis opera provocans, inter cætera, ſic ait, *Menſura quâ menſi fueritis remecietur vobis.* Inde eſt etiam quod omnis peccator, dum ſuo conditori collectis animi viribus, nititur reconciliari, unumquem-

libet ſibi ex Dei amicis obſequio venerationis ſibi efficit familiarem, per cujus patrocinii opitulationem diſtricti Judicis iram credit ſibi fieri placabilem. Ego itaque *Guillielmus*, *Reliſmenſis* provinciæ principatum gerens, in navi viciorum virle preſſus, quanto divitiarum copiis affluens, tanto lacrimabilius ſub meæ pravitatis pondere ingemiſcens, diutinâ & ſedulâ intentione intra me revolvens, ad quem electorum Dei pro ſalutis remedio confugerem, nullumque ad opitulationis copiam reperiens oportuniorem, quàm ſacroſanctam Dei genitricem, quæ ipſam genuit miſericordiam, quæ, ſicut in literis patrum legimus, enormes peccatores ad ſe confugientes indultâ peccatorum veniâ ſolet lætificare, & de profundo baratri potenter liberare.

Ita MS.

In hujus igitur beatiſſimæ Dei genitricis *Mariæ* honore, aſſenſu meæ conjugis; & filiorum meorum, *ſcilicet Fulconis*, *Warini*, atq; *Willermi*, quoddam Monaſterium, ſub nomine Abbaciæ; in loco qui dicitur *Longiledum*, de propriis facultatibus conſtruximus; & in eodem Abbatem, & ſub eo Monachos, qui pro nobis & pro noſtris anteceſſoribus, nocte ac die in divinis obſequiis excubantes, ſupernam clementiam exorarent, poſuimus. Ad quorum uſus & ſuſtentationem, de noſtris hæreditariis beneficiis, quæ ibidem habentur, plurima, quæ hic infra dividimus, conferimus. Ex parte Orientis terram illam damus, ſicut illam dividit ille rivus qui vocatur *Pulcher duſſilis* uſq; in *Egramme* fluvium; & ab ipſo fluvio, ſicut mons de bruerià per convallem diſterminat, uſq; in *Normanniæ* commarchium. Dedimus eciam decimas omnium reddituum noſtrorum, & exituum de caſtro *Domfrontis*, & de baillià, quæ ad nos pertinent; & decimas duarum foreſtarum noſtrarum; *ſcilicet Andene* & *Silverdrue*, de herbagio, de paſnagio, de venditione mortui boſci, & vini, & de omnibus exitibus prædictarum foreſtarum, exceptâ venatione & avibus noſtris.

Conferimus eciam prædictæ Abbaciæ omnes molendinos noſtros conſtructos & conſtruendos de *Domfronte*, cum omnibus juribus ad molendinos pertinentibus, ita liberè, & quietè, ſicut ibidem tenemus. Dedimus eciam Eccleſias *Domfrontis* cum omnibus pertinentiis & decimas omnium agriculturarum, quæ fient in exemplariis foreſtarum prædictarum, exceptis illis, quas Heremiæ facient propriis manibus & pedibus. Deindè Eccleſiam Capellæ, cum totâ decimâ ad eam pertinente, ſicut eam terminat *Pulcher duſſilis*, uſq; in fluvium *Varanna*, qui diſcurrit ad radicem *Domfrontenſis* Caſtri, apud *Condatenſem* vicum. Damus molendinos, cum omni jure molendinario delationis bannali leugæ, ita liberè, ſicut ibidem teneo: & Eccleſiam *S. Martini*, cum decimis, & cum omnibus pertinentiis; & Eccleſiam *S. Petri* de *Reſpectu*, cum decimâ; & terram quam tenuit *Algerus* presbyter, quam ei dedit *Reginaldus* Epiſcopus. In *Alencianenſi* pago conferimus vicum, qui vocatur *Pulcher Mammolus*, cum Eccleſia, & appendenciis omnibus. Alium quoq; vicum qui vocatur *Eſthuſſis*, cum omnibus ibidem manentibus. Hujus quoq; ſcripti atteſtatione nolo ſucceſſores noſtros latere, ubicumq; fuerit ſilvaticus paſtus in noſtrâ regione, omnis grex porcorum hominum in illis terris, quas dedi vel (Deo monente) daturus ſum manentium liberè & quietè diſcurrant per omnia mea nemora, ſilvaticum paſtum accipientes, & a nemine requiratur paſnagium niſi ab ipſis Monachis prædicti loci, quæ perpetualiter eis concedimus.

Conferimus eciam ut omnia pecora magna & parva manentium in ſupradictis terris, pergant ſecurè & quietè per omnes ſilvas noſtras ad paſcua. Omnes quoq; homines in ipſis terris à me datis commanentes, ad omnia neceſſaria facienda ſumant mortuum boſcum, abſq; foreſtarii reprehentione. Monachi autem ad proprios uſus arida & viva accipiant ligna. Quod autem dono ad proprios, vel permittente Deo, conceſſurus ſum, ita ſit deliberatum, ut nec vicarius, nec foreſtarius, vel brenator, vel venator, unquam terram illam penetret, nec theloneatus ibi aliqua requirere remptet.

Hiis ſupradictis placuit adjungere, quod ſi quis hominum ſanctæ *Mariæ* jam dicti cœnobii michi, vel cuilibet ex miniſtriis meis in ſilvâ, vel in Caſtro, vel in foro, ſive ubicumq; fortificent, vel de quacumq; fortiſfactura calumpniatus fuerit, ſi indè ad terram ſanctæ *Mariæ*, abſq; vadimonii datione reverti poterit, nequaquam provocetur ad placitandum, niſi in Curiâ S. *Mariæ*. De quacumq; autem querelâ homo Sanctæ *Mariæ* ad placitum diſcuſcionem invitatus fuerit, non præſumat ſe adverſùm me, vel adverſùm famulum meum, niſi propriâ & ſingulâ manu, abiq; teſtium adhibitione. Huic verò ſupradictæ liberalitati adjungo, quod ſi quis ſanctæ *Mariæ* hominum, manens ac reſidens in præfata terrâ, aquam quæ *Wanda* vocatur, eundo ſive redeundo tranſierit, quodcunq; ſibi proprium ducat vel defferat, nullarenùs paſſagium, neq; conſuetudinem dabit. Hiis itaq; eſt adnectandum, quod concedo Monachis ſanctæ *Mariæ* in tribus feſtivitatibus; *ſcilicet S. Mariæ*, *Aſſumpcionis*, & *Nativitatis*, & *Penthecoſtes*, per tres dies, & quatuor noctes piſcari in *Egrammâ* & *Varanna*, in ſilvâ vel extra, omni genere piſcandi. Hiis itaq; conceſſis & peractis, meæ ſucceſſionis progeniem moneo & monendo rogo, ut huic donationi totâ mentis alacritate faveant, favendo augeant, quatenus ipſi in orationibus & Miſſarum ſuffragiis cæteriſq; ſpiritualibus beneficiis, quæ in prædicto loco per Dei famulos fient, mereantur fieri participes. Si quis autem profanæ mentis, execrabili ingluvie cupiditatis exagitatus, hujus teſtamenti firmitatem infirmare vel minuere tempraverit, niſi reſipiſcat, ab Epiſcopis præſentibus perpetui anathematis fulmine percuſſus, in exteriores tenebras gehennalis abyſſi, ubi erit fletus & ſtridor dentium, cum *Juda*, *Chriſti* traditore, & cum *Dathan* & *Abyron*, quos vivos terra abſorbuit, detrudatur, ſine fine cruciandus. Ut autem hujus

ſcripti

scripti paginâ, per serie n defluentis seculi perseveret indissolubilis & firma, sigilli mei munimine eam insignire satago, assantibusq; Episcopis & meis fidelibus corroborandam. Hujus affirmationis & donationis testes sunt *Avelgandus, Cenomannia* Episcopus; *Sigifredus Sagiensis* Episcopus, *Achardus*, dives miles de *Donmfronte*; *Herveius* de *Gradato*; *Fulco* de *Altâripâ*, *Giroldus Malfens*, *Guillelmus* Princeps, & *Mathildis* uxor ejus, & filii ejus *Fulco* & *Garinus*, & *Guillelmus*, & *Robertus* miles. *Et pour ceo, que avec ques le dit Iure, qui bien est ancien, il nous est apparu d'un* vidimus *sain & entier*, (&c.)

vaccas, & unum taurum in o nnibus pasturis meis ubicunq; homines mei pergunt pascere. Volo etiam & firmiter præcipio quod ipsi Monachi Ecclesiam suam de Tozvertone, * cum Manerio, ad proprios usus habeant, & teneant integrè, benè, & in pace, liberè, & honorificè, & quietè, ab omnibus serviciis, & geldis, & scotis, & omnibus aliis quærelis; & de feudo, ne aliquis cum eis hospicium capiat absq; licentiâ Monachorum. T. Magistro *Waltero* de *Constantiis Oxon.* Archidiacono, *Willielmo Paynel*, *Gervasio Paynel*, *Ambrico* Archidiacono, *St.* de *Turri* Senesc. de *Andeg. Hugone Bardulf* Dapifero, *Galfrido* filio *Petri*, *Ermisio* de *Nevill*, apud *Chinonem*.

* In Devonia.

ABBATIA

S. Martini *de* Majori Monasterio, *in provincia* Turonensi.

Cart. 10. E 3. n. 34 per Inspex.

Carta Regis Henrici *secundi, de Manerio de* Tozvertone, *& Ecclesiâ de* Cosham.

Vide Pat. 8. E. 2. p. 2. m. 28.

HEnr. Dei gratiâ Rex *Ang.* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis me concessisse & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & Monasterio *S. Martini* de *Majori-Monasterio*, & Monachis ibidem Deo servientibus, Manerium de Tozvertone, & Ecclesiam ejusdem Manerii cum omnibus pertinenciis suis. Et ideo volo & firmiter præcipio quod prædicti Monachi prædictum Manerium, sicut *Exa* dividit, habeant & teneant integrè, benè & in pace, liberè & quietè, & honorificè cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus, quæ ad Manerium illud pertinent. Præterea concedo prædicto Monasterio *S. Martini* de *Majori-Monasterio*, Ecclesiam de Cosham, cum omnibus quæ ad illam pertinent Ecclesiam; tam in terris quàm in decimis & hominibus, & in omnibus aliis rebus, & omnem decimam hominum meorum de Cosham, * & decimam garbam totius messis meæ de Cosham, ita quod decima accipiatur ad hostium grangiæ meæ, & ibi Monachis vel eorum servientibus liberaliter detur. Concedo etiam eis de me & de hominibus meis de Cosham, decimam lanarum, & caseorum, & agnorum, & vitulorum, & porcorum & pullorum, & omnium rerum quarum decima detur, & benignè eis & hominibus suis communitatem illius villæ. Iterum autem concedo, quod prædicti Monachi habeant, sexdecim bove; & quinq;

* In Com. *Wilts.* Cella hujus Monasterii.

MONASTERIUM

Novum S. Johannis Pictaviæ.

Charta Johannis *Regis de Ecclesiâ* S. Nicholai Pictav.

Cart. 1. *Joh.* p. 1. m. 27. n. 57

JOhannes Dei gratiâ &c. Noveritis nos concessisse, & præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse, pro salute animæ nostræ, & karissimi fratris nostri *Ricardi* quondam Regis *Angliæ*, & antecessorum & successorum nostrorum, Abbaciæ & Monachis sancti *Johannis* Monasterii novi *Pictaviæ* Ecclesiam beati *Nicolai Pictav.* quam *Agnes* avia avi matris nostræ fundavit, & eidem Abbatiæ donavit. Concedimus etiam illi Abbaciæ omnes donationes, libertates, & liberas consuetudines, quas supradicta *Agnes* & alii antecessores nostri præfatæ Abbatiæ illi dederunt & concesserunt. Tenendas & habendas pacificè, liberè, integrè & quietè, sicut Cartæ donatorum testantur quod habere debeant. Testibus, S. *Bathon.* Episcopo, *W. Marescallo* Comite de *Penbroc.* &c. Dat. per manum *H. Cantuar.* Archiepiscopi, Cancellarii nostri, apud *Rothomagum* primo die *Augusti* Anno regni nostri primo.

Vide etiam n. 60.

COENOBIUM

de Montisburgo, *in ducatu* Normanniæ.

Ex Coll. M. S. cl. v. *Andr. du Chesne.*

Carta Regis Henrici *secundi, donatorum concessiones recitans & confirmans.*

HEnricus Dei gratiâ, Rex *Anglia*, Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiscopis, (&c.) Sciatis me concessisse; (&c.) Deo & Abbatiæ S. *Mariæ* de *Montisburgo*, & Monachis ibidem Deo servientibus, omnes rationabiles donationes subscriptas, & Cartis donatorum confirmatas, (&c.) Ex dono *Ricardi* de *Revers*, in *Angliâ*, unum Manerium in *Dorsetâ*, quod dicitur **Lodres** * liberam & quietam, cum omnibus pertinentiis, per quinq; hidas; & Ecclesiam ejusdem Manerii, cum Capellâ de **Belementone**, & decimis; & aliud Manerium, Auxemudam * in *Devonia*; & Ecclesiam, cum Capellis & decimis. Ex dono *Adeliciæ* uxoris prædicti *Ricardi* de *Revers*, de maritagio suo, concessu filiorum suorum, Comitis *Baldwini*, & *Roberti* de S. *Mariâ* Ecclesiâ, unum Manerium in *Berkescira*, quod dicitur **Dinelay**, cum omnibus pertinentiis. Ex dono *Hadewisæ* de *Revers* Ecclesiam de *Fleta*, cum decimis & omnibus pertinentiis. Ex dono prænominati *Ricardi* de *Revers*, & *Willielmi* de *Vernon* filii ejus, quicquid ad eos pertinebat in Ecclesia de *Revers*, cum decimis, & decimam molendinorum suorum ejusdem villæ, (&c.) Ex dono *Willielmi* de *Vernone*, & *Ricardi* filii ejus, decimam molendinorum & piscariarum suarum *de* **Nigelhume** & *Columbeyo*, (&c.) Ex dono *Ricardi* de *Revers*, & *Willielmi* filii ejus decimam foresteæ suæ de *Monteveont*, (&c.) Et omnes elemosinas, quas idem *Ricardus* de *Revers*, & *Willielmus* filius ejus, & *Beatrix* uxor ejusdem *Ricardi* dederunt Abbatiæ, & Monachis de *Montisburgo*, (&c.) Ex dono *Willielmi* Comitis de **Arundell**, & *Willielmi* de *Vernone*, & *Luciæ* uxoris suæ, quicquid ad eos pertinebat in Ecclesiâ de *Torcelvilla*, (&c.) Quare volo, (&c.) Testibus *G.* Episcopo *Elienſi*, apud *Cadomum*.

* Cella ejusdem Cœnobii.

* Ermouth.

Pat. 7. E 3. p 1. m. 27.

Carta Regis Edwardi *tertii, donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Vide etiam Cart. 4. E. 3. n. 104.

REx omnibus ad quos, &c. salutem. Concessionem & confirmationem, quas *Isabella* de *Fortibus*, quondam Comitissa *Albemarlæ Devon.* ac Domina *Insulæ*, per Cartam suam fecit Abbati & Monachis de *Monte Burgi*, de Maneriis de **Loderis**, * **Aremue**, **Wolveleve**, **Apeldorecumbe**, & **Wyke**, cum pertinentiis, & de centum solidatis terræ cum pertinentiis in Manerio de **Wrokeshale**, & de omnibus Ecclesiis, quas habuerunt & tenuerunt de feodo suo. Concessionem etiam, remissionem, & confirmationem, quas *Matilda Estur*, Domina de **Catecumbe**, per Cartam suam fecit eisdem Abbati & Monachis de toto tenemento de **Wytecumbe** cum pertinentiis suis in Parochia de **Codeshull**; & de toto jure & clamio, quæ eadem *Matilda* in dicto tenemento habuit vel aliquando habere potuit, vel quæ sibi & hæredibus suis accedere possent; ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Christo nunc Abbati & Conventui dicti loci de *Monte Burgi* & successoribus suis, concedimus & confirmamus, sicut Cartæ prædictæ rationabiliter testantur, & prout iidem Abbas & Conventus, & prædecessores sui Maneria reditus & tenementa, & Ecclesias prædicta hactenus tenuerunt; in cujus, &c. T. Rege apud *Eborac.* xxviii. die *Januarii*.

* In Com. *Dorſ.* Cella hujus Cœnobii.

ABBATIA

de Noâ, *in ducatu* Normaniæ.

Carta Matildis Imperatricis, *de fundatione ejusdem.*

Pat. Norm. 7. H 5. p. 2. n. 20.

REx, (&c.) Inspeximus quandam Cartam inclitæ recordationis *M.* Imperatricis, filiæ *Henrici* quondam Regis *Angliæ*, progenitoris nostri, factam in hæc verba. *M.* Imperatrix *Henrici* regis filia, Archiep. *Rothomagensi*, Episcopis, Abbatibus, Baronibus, Justiciariis, & omnibus suis fidelibus de terra *Normanniæ* salutem: Sciatis quod ego terram quandam pro *xl. l.* emi, quam Deo & Ecclesiæ S. *Mariæ* de *Noa*, & Monachis ibidem Deo servientibus, ad construendum ejusdem loci Cœnobium, pro salute animæ meæ, & animarum patris & matris meæ, & *Gaufridi*, Comitis *Andegavensis*, & filiorum meorum *Gaufridi* & *Willielmi*, in perpetuam donavi elemosinam; terram autem illam totam, *viz.* quæ est inter viam molendini de **Chatmel**, & propriam terram prædictorum Monachorum, & inter superiorem viam *Ebroicensem*, & aquam **Ithum** emi a *Mauricio* de *Bonaville*, & *Rob. Saddote* & fratribus ejus *Roscelino* & *Rogero*, & à *Thoma* milite, & à *Giroldo* de *Hopelande*, & *Rob.* nepote suo, & *Willielmo* fratre *Thomæ*, & ab *Enardo* de *Chatmel* & filiis ejus, *Roberto Comite Mellenti*, & *Ricberio* de *Aquilâ*, Dominis ejusdem terræ concedentibus, (&c.) Prædictam verò donationem, ut rata sit, (&c.) Sigilli mei munimine confirmo & corroboro. Testibus *Rogero* Archidiacono *Brionnis*, *Will. Malonepote*, (&c.)

PRIO-

PRIORATUS

S. Martini *de Campis, in suburbio Civitatis* Parisiensis.

Ex Collect. MS. v. cl. *Andræi du Chesne.*

Carta Stephani *Comitis* Albamarlæ, *de toto jure in Ecclesiis de* Arenis.

NOtum sit (&c.) quod ego *Stephanus* Comes *Albamarlæ*, concedente Comitissâ *Havisia* conjuge meâ, & patre ejus *Radulfo* de *Mortuomari* (ex eorum enim hæreditate erat) communicato cum hominibus nostris concilio, do & concedo Deo & S. *Martino* de *Campis*, quicquid habebam in Ecclesiis de *Arenis*, pro redemptione animæ meæ, & conjugis meæ prædictæ *Havisæ*, & præfati *Radulphi* de *Mortuomari*, & *Milisendæ* conjugis ejus, jam defunctæ, & omnium antecessorum meorum, & illorum; præsente domino *Theobaldo* Priore S. *Martini* de *Campis*, & multis testibus, quorum ista sunt nomina, *Ganfredus* filius *Fulconis*, *Berengarius* de *Alniaco*, *Willielmus Biseta*, *Oilardus Balosellus*, *Willielmus* Capellanus, *Warinus* de *Arenis* Thesaurarius *Ambiensis*. Et ut hoc donum stabile (&c.) permaneat (&c.) Cartulam istam sigilli mei impressione confirmavi.

ABBATIA

S. Remigii *in Civitate* Remensi.

Pat. 6. E. 3. P. 1. m. 8.

Carta Regis Edwardi *tertii*, *donatorum concessiones recitans & confirmans.*

REx omnibus ad quos &c. salutem. Inspeximus Cartam celebris memoriæ domini *H.* quondam Regis *Angliæ*, progenitoris nostri, in hæc verba. *H.* Rex *Anglorum R.* Episcopo & N. Vicecomiti de Statford salutem. Volo ut sciatis, quod ego concedo & volo, ut S. *Remigius* terras suas cum honore habeat, & omnes consuetudines, quas antecessores ibi habuerunt, qui ei terras dederunt, ipse plenitèr teneat, & iste Monachus *Fulco*, quietè & honorificè eas in meâ pace custodiat. Et scitote, quod ego dedi sancto, unam hidam ad Werstun, pro animâ meâ, sicut unquam meliùs habuit tempore Regis *E.* & fratris mei *Willielmi*, in campo, in silvâ & in aquâ. Quod si negligas & clamorem indè audiam x. libras michi persolvas. Testib. *R.* Episcopo de *Dunelmo R.* Episcopo de Cicestre & *H.* Vicecomite de *War.*

Inspeximus eciam quandam aliam Cartam ejusdem progenitoris nostri in hæc verba; *Henricus* Rex *Anglia*, *Ricardo* de *Belmi*, & *Fulquerio* Vicecomite, & omnibus Baronibus suis *Francis* & *Anglis* de *Salopescira* salutem. Sciatis quod volo & præcipio, ut Monachi Sancti *Remigii* ita benè, & quietè, & cum honore teneant terram suam, quam habent in *Salopescira* & omnia sua, sicut meliùs, & quietiùs tenuerunt tempore patris vel fratris mei, Regis *Willielmi*. Et si quis injustè de rebus eorum sibi usurpare voluerit, eis plenam justiciam facite, & ita ne ampliùs indè clamorem audiam pro penuriâ recti. Teste *Waldi* Capellano, apud *Westmonasterium*, in concilio.

Inspeximus insuper quandam aliam Cartam ejusdem progenitoris nostri in hæc verba. *Henricus* Rex *Anglia Roberto* Episcopo *Cestria*, & *Nicholao* Vicecomiti de Statfort, & omnibus Baronibus, *Francis* & *Anglis* de *Stasfortscira* salutem. Sciatis quod *Godricus* Monachus de sancto *Remigio* de *Remis*, ante me & Barones meos apud *Tamewordam*, dissrationavit Ecclesiam de * *Lapeleia*, & decimam, & corpora mortuorum contra *Robertum* Capellanum meum de *Rotomago*, sicut sanctus *Remigius* meliùs tenuit & habuit in tempore Regis *Edwardi* & patris & fratris mei *Willielmi* Regis. Et volo quod istas res & omnes alias suas res benè, & in pace teneant ipse Sanctus & Monachi sui. Testibus, *Roberto* Episcopo *Lincoln*, & *R.* Episcopo *Salesbarie*, & *Willielmo* Episcopo *Exonie*, & *Goisfrido Ridello* & *Almredo* de *Lincolia* apud *Tamewordam*.

* Cella de Lapley in Com. *Staff.*

Inspeximus eciam quandam aliam Cartam ejusdem progenitoris nostri, in hæc verba. *H.* Rex *Anglia*, *Roberto* Episcopo *Cestria* & *Nicholao* Vicecomiti de Statfort & *Ricardo* de *Belmis* Vicecomiti *Salop.* salutem. Prohibeo ne summoneatis Monachos de sancto *Remigio* de *Remis*, ut eant ad Hundreta, nec ad sciras, set præpositos suos, vel unum ex hominibus suis mittant. Teste *Henrico* Comite de Warwic apud Waltham.

Inspeximus insuper quandam aliam Cartam ejusdem progenitoris nostri in hæc verba. *H.* Rex *Anglia* & Dux *Normannia* & *Aquitannia* & Comes *Andegavia*, Justiciariis & Vicecomitibus & ministris suis de *Staffordscire*, & de *Salopescire* salutem. Sciatis quod ego volo ut Monachi Sancti *Remigii* de *Remis*, qui morantur apud * *Lapeleiam* teneant omnes terras & tenuras suas benè & in pace, & quietè, & justè, in bosco & in plano, & in pasturis, & in aquis, & in aliis locis; & nominatim illam terram de Werstone, quam Rex *Henricus* avus meus eis dedit in elemosinam, sicut eas tenuerunt die quâ Rex *Henricus* avus meus fuit vivus & mortuus; & non eant ad Sciras, & ad Hundreta, nisi sicut solebant tempore Regis *Henrici*. Testibus, Comite *Cancie*; *Ricardo* de *Humet* Constabulario; *Warino* filio *Ger.* Camerario apud *Sar.*

* Cella de Lapley in Com. *Staff.*

Inſpeximus eciam Cartam celebris memoriæ domini *Stephani* quondam Regis *Anglia*, progenitoris noſtri in hæc verba. *S.* Rex *Anglia* Epiſcopo *Ceſtriæ*, & Juſticiariis & Baronibus & Vicecomitibus & miniſtris & omnibus fidelibus ſuis de *Stadfordſcira* ſalutem. Sciatis me reddidiſſe & conceſſiſſe in elemoſinam, Eccleſiæ *S. Remigii Remenſis*, & Monachis, illam hidam terræ de *Merſtona*, quam Rex *H.* eis dedit, & alias terras ſuas de quocumq; illas habeant, ſicut Rex *H.* eis illas conceſſit per Cartam ſuam. Et volo & firmiter præcipio, quod benè & in pace, & liberè, & quietè teneant in boſco, & plano, & pratis, & paſturis; & aquis, & molendinis; & in via, & ſemitis, & in omnibus aliis locis, ſicut melius tenuerunt tempore Regis *H.* ne ſuper hoc fiat eis inde injuria vel contumelia ſuper decem libras forisfacturam, ſicut Rex *H.* hoc præcepit per Cartam ſuam. Teſtibus, *R.* filio *Ricardi* & *Walch. Maminot* apud *Notingam.*

Inſpeximus eciam Cartam celebris memoriæ Domini *E.* quondam Regis *Anglia*, avi noſtri, in hæc verba. *Edwardus* Dei gratia Rex *Anglia*, Dominus *Hibernia* & Dux *Aquitania*, Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac Cartâ noſtrâ confirmâſſe dilectis nobis in Chriſto Abbati & Conventui S. *Remigii Remenſis*, quod ipſi & ſucceſſores ſui imperpetuum habeant unum Mercatum ſingulis ſeptimanis per diem *Martis* apud Manerium ſuum de **Aſton**, in comitatu *Staff.* & unam feriam ibidem ſingulis annis per duos dies duraturam; *videlicet* in vigilia & in die Sancti *Petri ad vincula*; niſi Mercatum illud, & feria illa ſint ad nocumentum vicinorum mercatorum & vicinarum feriarum. Et quod habeant liberam warennam imperpetuum in omnibus dominicis terris ſuis de **Lappeleie**, **Perſton**, **Hiſoellunde**, & **Aſton**, in comitatu prædicto; ita quod nullus intret terras illas ad fugandum in eis, vel ad aliquid capiendum, quod ad warennam pertineat, ſine licentiâ & voluntate ipſorum Abbatis & Conventus, vel ſucceſſorum ſuorum, ſuper forisfacturam noſtram decem librarum. Quare volumus (&c.) Data per manum noſtram apud **Stebenhethe**, duodecimo die *Aprilis*, anno regni noſtri Viceſimo. Nos autem conceſſiones, redditionem, & confirmationem prædictas; necnon donationem, quam *Ricardus* hæres *Herveii* de *Stretonâ* per ſcriptum ſuum fecit eiſdem Abbati & Conventui de terrâ de **Cobeſton**, ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto nunc Abbati & Conventui ſancti *Remigii Remenſis*, & eorum ſucceſſoribus, concedimus & confirmamus, prout Cartæ & ſcriptum prædicta rationabiliter teſtantur, & prout iidem Abbas & Conventus terras & tenementa prædicta modò tenent, & ipſi & eorum prædeceſſores à tempore confectionis Cartarum & ſcripti prædictorum ea tenuerunt, ac libertatibus prædictis hactenus rationabiliter uſi ſunt & gavisi. In cujus &c. Teſte Rege apud **Hertford**, die *Aprilis*.

ABBATIA
de Prato Rothomagi.

Carta Regis Henrici *ſecundi, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.* Pat. *Norm.* 8. H. 5. p. 1. n. 16. per Inſpex.

HENRICUS Rex *Angliæ*, Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andegav.* Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmâſſe, in perpetuam elemoſinam, pro ſalute meâ & hæredum meorum, & pro animabus patris mei, & matris meæ *Matildis* Imperatricis, & omnium anteceſſorum meorum, Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ* de *Prato Rothomagi*, & Monachis *Becci* ibi Deo ſervientibus, ex dono *Matildis* Reginæ *Meſnillum* & *Becdane*, & molendinum de *Karcville*, quod vocatur molendinum Reginæ, cum omni libertate ſuâ: & Eccleſiam de *Auberville*, & decimam: Et ex dono *Henrici* avi mei, pii amatoris & fundatoris ejuſdem loci, Manerium in *Normanniâ*, quod vocatur *Bures*, & omnia ad illud pertinentia, cum toto dominio & omnibus regiis libertatibus, & conſuetudinibus & quietanciis, ad me pertinentibus, & in foreſtis meis de *Anni* & de *Alihermont*, quicquid ad opus ejuſdem Manerii neceſſarium fuerit ad ardendum & ad ædificandum; & plenariam paſturam & paſnagium, quietum ſibi & hominibus ſuis in eiſdem foreſtis. Et de parco *Rothomagi* totam decimam ſeni; & decimam de foreſtâ de *Romare*; & prata ſua de *Valle Femli*, & famulum qui cuſtodit ea: Et in foreſtâ de *Roureio* quicquid eis opus fuerit ad ardendum, & ad omne quod ſibi neceſſarium fuerit faciendum & ædificandum; & plenariam paſturam liberam & quietam omnibus animalibus ſuis, per totam prædictam foreſtam, & paſnagium quietum per omnes foreſtas meas de *Normanniâ* ſibi & hominibus ſuis de manupaſtu eorum, niſi negotiatores fuerint & nundinas de *Ermentrimille*, & libertates earum in omnibus locis & in omnibus rebus: Et in unoquoq; anno xl. modios vini de Cellario meo *Rothomagenſi. ſc.* de modiatione meâ; Reddendo, ſine contradictione, ſex modios de modiatione de *Waeneio*, reddendo apud *Guerni.*

Et Manerium in *Anglia*, quod vocatur **Eſtmentone**, & omnia ad illud pertinentia, cum omnibus regiis libertatibus, & conſuetudinibus, & quietanciis ad me pertinentibus.

Et in foreſtâ *Fiſcanni*, de dono *Matildis* Imperatricis, matris meæ, & meo, totum campum de *Willerville*, à profundo vallis de *Bermouville* uſq; in profundum vallis de *Freſicâ*, per diviſionem terræ *Nicholai* de *Eſtoteville*, & diviſionem terræ *Roberti* de *Joneneic*, in Miniſterio de *Eſtrutart*. Et duas Capellas, cum elemoſinis ad eas pertinentibus. Et de dono

dono matris meæ quatuor libras apud *Pontem Arche*, de piscatoribus, quas annuatim reddere solebant pro libertate piscationis suæ. Et præter hoc concedo eis & confirmo in perpetuam elemosinam, decem libratas redditus in Manerio de *Westberiâ*, de elemosinâ *Willelmi Destubati*. Et ex dono *Ricardi* presbyteri Ecclesiam de *Fulecose*, cum terris & decimis ad eandem Ecclesiam pertinentibus, sicut idem *Ricardus* unquam melius & plenius tenuit. Has tenuras & omnes alias tenuras suas, quæcunq; sint & ubicunq; sint, & de quibuscunq; habeant, sive in *Normanniâ*, sive in *Angliâ*, volo & firmiter præcipio, ut habeant & teneant benè & in pace, & integrè (&c.) Et præter hæc concedo & confirmo eis in perpetuam elemosinam, tres masuras terræ, & domos desuper, quas *Ausfrida* de *Ponte Audomari* tenet in *Rothomago*, quietas de omni censu & consuetudine, & omni aliâ re, exceptâ solâ modiatione meâ, de vino. Et ut hæc omnia, & omnia alia, quæ fideles Christi eis contulerunt, & in futuro contulerint, inconcussa & incontradicta remaneant, nunc, & usq; in sempiternum, regiâ hac auctoritate confirmo, & Sigilli mei impressione & subscriptorum testimonio corroboro. Testibus, *Rotrodo* Archiepiscopo *Rothomagensi*, *Ricardo* de *Houmet*, Constabulario (&c.)

ABBATIA

Sanctimonialium de S. Amando Rothomagi.

Par. *Norm.* 7. H. 5. p. 2. n. 39. *Diploma Regis* Henrici *quinti, diversorum Regum Cartas recitans & confirmans.*

REx (&c.) Inspeximus quandam Cartam inclitæ recordationis *Philippi*, quondam *Francorum* Regis, progenitoris nostri, factam in hæc verba. *In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis* Amen. Philippus *Dei gratiâ* Francorum *Rex*; *Inter cætera virtutum præconia quibus regalem excellentiam condecet investiri, illud credimus esse non minimum, si ad Dei sacrosanctas Ecclesias, & maximè religiosas, in suorum conservatione jurium, se liberalem exhibeat & benignum. Sanè ex parte religiosarum mulierum Abbatissæ & Conventûs Monasterii S.* Amandi Rothomagensis, *nobis fuit exhibita quædam antiqua scriptura, nullo tamen Sigillo munita, jura plurima & libertates ejusdem Monasterii continens, quæ in sui quibusdam partibus, propter vetustatem nimiam & palpationem frequentem detrimentum aliquod sustinebat; cui etiam ad conservationem & excercitium jurium & libertatum contentarum in eâ, in Scaccariis nostris* Rothomagensibus, *Parliamentis & alibi, in nostris indictis fidem asserebant plenariam adhiberi; supplicando humiliter & attentè, ut scripturam eandem in formam debitam, & scripturam novam redigi, nostroq; muniri Sigillo regio juberemus, eamq; nostrâ confirmare auctoritate regiâ dignaremur: Nos autem progenitorum nostrorum, qui ad sanctas Dei Ecclesias piè jugiter gessisse noscuntur, devotionis affectum, quantum cum Deo possumus vestigiis inhærentes, dictarum religiosarum supplicationibus inclinati, scripturam prædictam & contenta in eâ, prædictis religiosis, quatenus de his ritè & legitimè hactenùs usa fuerunt, & in eorum possessione existunt, auctoritate nostrâ regiâ confirmamus, & in formam communem & scripturam novam redigi mandavimus, sub tenore suo, qui sequitur in hæc verba,*

In nomine sanctæ & individuæ *Trinitatis* *Rodbertus* divinâ ordinante providentiâ *Norm.* Dux & Rector. Si fidelium nostrorum petitionibus nos præbemus exorabiles, maximè in his, in quibus Ecclesia Christi & loca Sanctorum indigent nostri regiminis functione juvari, & illorum animos in nostrâ fidelitate solidamus; & quod majus est, Deo nos graviores, & in principatu nostro perdurabiles fore confidimus. Quicquid enim in usus necessarios Ecclesiis Christi & cultibus divinis dependimus; *viz.* aut donativa conferendo, aut donativa principalibus edictis confirmando, confirmata sollicitè regendo, ad animarum non solum remedium, sed & temporalis regni istarum & patriæ salutem proficere credimus: Proindè notum esse cunctis regni nostri fidelibus, tam præsentibus quàm futuris, volumus, qualiter ad suggestum quorundam fidelium nostrorum; *Goscelini viz.* Vicecomitis, & *Emmelinæ* uxoris ejus, locum nostræ serenitatis muros *Rothomagi* dono concessum, in quo ipsi ex proprio censu, in honorem & venerationem sanctæ Dei genitricis, & gloriosæ Virginis *Mariæ*, & S. *Amandi* glorioßissimi Confessoris, omnium simul Sanctorum, Ecclesiam fundârunt, hunc immunem juris nostri judiciâ exactione reddentes, & ecclesiasticis usibus mancipantes in perpetuam concedimus: Qui locus circa Ecclesiam extenditur usq; ad vicum per quem ad portam *Roddebecce* itur; & indè usq; ad terram *Willelmi* de *Tornebu*. Iterum ab istâ, usq; ad terram *Radulfi* de *Warennâ*; indè verò usq; ad murum Civitatis; cujus rei signum est altera pars nostræ Elemosinæ, quæ huic conjuncta in alterâ parte muri fita est.

Hæc sunt itaq; res, quas donavit sanctæ *Mariæ*, sanctoq; *Amando* memorati fidelis. In foro *Rothomagi* unam aream; deindè molendinum in *Rannelum* villâ, & unum Cellarium juxta pontem *Sequanæ*, positum in loco, qui dicitur *Poteria*. Prata quoq; suæ, quæ sunt apud Emille, & terram cultam, cum silvâ quæ est juxta vallem *Eicembaldi*: Et in monte qui dicitur *Cocerel v.* acras terræ; & illam silvam quam habent inter aquas; *scilicet Guarennam* & *Sedam*, cum terrâ cultâ, quæ pertinet ad illam: Et totum dominium quod hactenus tenuerunt in *Matteholt* villâ, cum Ecclesiâ & molendino;

molendino ; & quicquid habent in *Montvillâ*, præter Ecclesiam, & in *Esletis*, & in *Freschenis*, & in *Cardonivillâ* similiter, & villa quæ *Spinetum* vocatur, cum hiis quæ pertinent ad illam ; *viz.* cum terrâ unius carrucæ & toloneo. Donant etiam terram & silvam, quam *Malalvert* tenet, & terram vineæ suæ, quæ vocatur *Poceron*, juxta *Rothomagum*, cum eâ, quæ ad illam pertinet.

Ego *Emma*, dudum conjux Christianissimi viri, *scilicet Osberni*, fidelium dictis ammonita, arq; exemplis instructa, pro remedio animarum nostrarum, & propinquorum, amicorum quoq; nostrorum, de beneficiis, quæ gratuitâ pietate contulit nobis Deus, Ecclesiæ S. *Mariæ* & S. *Amandi* partem concedo, annuente domino ; *viz.* *Willelmo Normannorum* Duce, & fratre meo *Hugone Bajocensium* Episcopo, & filiis meis *Willielmo* & *Osberno*, ad opus sanctimonialium ibidem famulantium. Hæc sunt nomina donorum in comitatu *Rothomagensi*, medietatem villæ quæ dicitur *Framis*, & Ecclesiam villæ ejusdem, cum omnibus quæ ad illam pertinent. Præter hæc concedimus illud mansum, quod michi concessit frater meus *Hugo* Episcopus, & duo molendina, unum in villâ, quæ appellatur *Periers*, alterum apud villam, quæ vulgariter *Lumpetaing* nuncupatur ; & item *xii.* acras prædorum apud villam quæ vocatur *Quatuor Molendina* : Extra autem muros Civitatis *xvi.* acras de terrâ arabili, in præsentiâ domini *Willielmi Norm.* Ducis.

Willielmus, *Osberni* filius, suâ matre volente, dedit terram de *Abavillâ* Ecclesiæ S. *Mariæ* & S. *Amandi* ; illam quam tenebat *Maridage*, *Maheldis* uxoris *Radulfi Hachet*, & dotem *Halvisæ* conjugis *Radulfi* de *Esmaisnil*, & unum hospitem ; & in *Rothomago* domos quatuor panificorum, & terram *Turstini* de *Adelelvillâ*. Testes sunt *Gosfredus* de *Magnavillâ*, & *Hachenon*, & *Humfredus* de *Osbermaisnil*. (&c.)

Ego *Hugo*, *Bajocassina* urbis, Dei gratiâ Episcopus, tollic tè perpendens, & inhianti animo concupiscens, ut in Civitate domini virtutum, in monte sancto ejus merear fieri gloriæ sanctorum consors, divini voti, quo dicitur *Verumtamen date elemosinam & ecce omnia munda sunt vobis*, humiliter obtemperans hæreditatis tersenæ ipsum nostri honoris largitorem fieri consortem, ratum duco : proindè terram, quam vulgo dicunt *Bochas*, cum appendiciis suis ; *viz.* Ecclesiam, & *Bothebuculum*, & terram de *Serlosvillâ*, & terram de *Torretorbus*, & terram *Rogerii Malpasnace*, & terram *Gocelini Bellatecâ*, Christo & sanctæ ejus genitrici, sanctoq; *Amando* gloriosissimo Confessori, ob salutem animæ meæ, in præsentiâ domini mei *Willelmi* Comitis & *Normannorum* Ducis, largior, in loco urbis *Rothomagensis*, de nomine ejusdem S. *Amandi* nuncupato, ac victum ancillarum Dei ibidem congregararum, quibus præest Abbatissa *Emma*, & spiritu & carne soror mea : quam largitionem literis ad futurorum noticiam mandare decrevimus, & nostræ auctoritatis signo, contra perfidorum violentias roborare statuimus, ubi & Anathematis dampnatione omnes hujus Cartulæ prævaricatores æternaliter, nisi resipuerint, ferimus, & à Christi sanctorumq; ejus consortio sequestramus. Hujus itaq; privilegii testes & adstipulatores sunt hii, *Hugo* Pincerna, *Ansfridus Alabarba*, (&c.)

Baldwinus filius Comitis *Gisleberti*, annuente Domino *Willelmo* Comite & *Normannorum* Duce, dedit sancto *Amando*, & Sanctimonialibus ibidem Deo famulantibus, Ecclesiam de *Moles*, & totam decimam quæ ad illam pertinet, pro salute sui, & pro suâ matre & propinquis suis & amicis. Hujus rei testes sunt *Ricardus* frater suus *Hugo*, Pincerna, (&c.)

Ricardus de *Belsou*, annuente Domino *Willielmo* Comite & *Norm.* Duce, dedit sancto *Amando* Ecclesiam de *Almeravilla*, & totam decimam quæ ad illam pertinet, & feudum laici *C.* acrarum, quod *Anchetillus* Presbyter tenet pro filiabus suis. ✠. *Will. Norm.* Ducis & *Ricardi*.

Willielmus de *Cuvillâ* & *Robertus* frater ejus, annuente domino *Willielmo Norm.* Duce, dederunt S. *Amando* & Sanctimonialibus, medietatem villæ quæ dicitur *Pucene*, pro filiabus suis : & *Humfredus* de *Bochin* dedit decimam propriæ carrucæ suæ, & unum hortum in eadem villâ prædicto Sancto, pro se & tribus mulieribus suis : Cujus testes sunt *Renaldus* Camerarius, (&c.)

Annuente Domino *Willielmo* Comite & *Norm.* Duce, *Rogerus* filius *Hugonis*, Episcopus *Constancia* urbis, concessit Ecclesiæ gloriosæ Virginis *Mariæ*, & beati *Amandi*, Christi antilitis, quæ est infra muros urbis *Rothomagi*, quando filiam suam *Emma* Christi obsequio mancipavit, in Comitatu Talon, hoc mansum, quod vulgò vocatur *Herbur maisnil*, cum uno molendino in eodem Comitatu ; & terram quæ dicitur de *Lamara*, quam tenet *Walchelinus* Presbyter ; & terram quam tenet *Turoudus* Presbyter, & *Turekitillus* frater ejus, cum hiis quæ ad illam pertinere videntur. In hoc etiam dono habetur piscatoria una, quæ de censu solvit *xv s.* Monachis S. *Dionysii* uno quoq; anno. Præter hoc tres acræ terræ annotantur, quas *Osbernus Ganai* S. *Mariæ*, & S. *Amando* tribuit, quando filiam suam Sancti monialem fecit. Hujus rei testes sunt *Stigandus* Dapifer (&c.)

Gilbertus, annuente, (&c.) tribuit S. *Mariæ*, & S. *Amando*, ad victum Monacharum, possessiones quas habebat in *Lambertivillâ*, & in *Seccanâ*, ex alodio suæ conjugis, quando effecta est Monacha, *viz.* tres Ecclesias, & homines liberos & rusticos, & duo molendina, terras, aquas, & nemora. Testes hujus rei sunt *Senfredus* Capellanus, (&c.)

Ego *Willielmus*, Dei gratiâ Rex *Anglorum*, & Dux *Norm.* concedo S. *Amando*, de omnibus rebus, quas in *Rothomago* habent Sanctimoniales, ita per omnia liberas consuetudines, sicut S. *Audoenus* habet suas res. Præterea concedo S. *Amando*, quatuor viros panificos, ab omni servicio meo quietos & liberos,

&

& moltam suam, sed & moltam similiter omnium civium S. *Amandi*; & theloneum & exitum, & unam domum in vico *Burnengi*. Iterum etiam dono S. *Amando*, ad victum ancillarum Dei ibidem congregatarum, decimas quas habeo in forestis de *Aleriomonte*, & de *Alwit*, tam in essartis, quàm in denariis. Dono etiam prædicto Sancto decimam denariorum meorum de *Barbifluvio*, & de S. *Jacobo*; & decimam meæ molationis de *Rothomago*. Concedo quoq; prædicto S. unum mercatum in *Sedanâ*, unaquaq; hebdomadâ die dominicâ. Testes sunt *Hugo Pincerna*, *Willielmus* filius *Osberni*, *Stigandus* Dapifer, & *Radulfus* de *Montpoincon*.

Ego *Mathildis* Regina, annuente Domino *Willielmo Anglorum* Rege, concedo S. *Amando*, de dotario meo, terram unius carrucæ in *Maintrud*, & tres ortos in eadem villâ, & unum hospitem *Alpleidis*; & carpartrem de culturis meis propriis de *Maintrud*, & de *Bures*, & de *Hulmoid*. Testes sunt *Sefredus* de *Valle*, & *Radulfus* de *Montegomerico*.

Ego *Giroldus* miles Christi, in præsentiâ *Willielmi* Regis *Anglorum*, & eodem annuente, pro salute animæ meæ & *Emiciæ* uxoris meæ, & parentum meorum & amicorum, concedo Sanctimonialibus de S. *Amando*, Ecclesiam de *Rolmare*, & omnem decimam, & v. acras terræ: De equabus, & de vaccis, de porcis quoq;, ac de ovibus decimam ejusdem villæ: Præterea quatuor hospites dono & concedo similiter, & decimam de quatuor molendinis, quorum duo habeo in villâ quæ dicitur *Danu*, & duo in alterâ, quæ dicitur *Barentin*, & decimam de mercato quod habeo apud *Danu*, simul quoq; decimam de theoloneo quod habeo apud *Archas*. Hujus donationis sunt testes isti, *Osbernus* de *Novoforo* (&c.)

Johannes Archipræsul dedit S. *Amando*, in ejus dedicatione, tres acras pratorum ultra *Sequanam*, inter villam, quæ vulgò vocatur *Sotavilla*, & S. *Stephanum*, testimonio *Fulberti* Archidiaconi, (&c.)

In cujus, (&c.) Teste Rege apud Castrum suum *Rothomagi xxi.* die *Januarii*.

ABBATIA

de Savaniaco. *in ducatu* Normanniæ.

Carta Regis Edwardi *tertii, donatorum concessiones recitans & confirmans.* Cart. 12. E 2 n. 33. m. 10. per. Inspex.

Inspeximus Cartam, quam celebris memoriæ Dominus *H.* Rex *Angliæ*, avus noster, fecit dilectis nobis in Christo Abbati & Conventui de *Saviniaco*, in hæc verba; *Henricus* Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Normanniæ*, (&c.) Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis nos intuitu Dei, & pro salute animæ nostræ, & animarum antecessorum, & hæredum nostrorum concessisse, & hac Cartâ nostrâ confirmâsse Abbati de *Saviniaco* & Monachis ibidem Deo servientibus, omnes donationes subscriptas; *videlicet* ex dono *Willielmi* filii *Redland* de *Sutton*, totam terram de Frozton & Benyntone * *scilicet*, in dominicis, serviciis & consuetudinibus, tam liberorum quàm villanorum, cum hominibus in eadem terrâ manentibus, & sequelis eorundem. Ex dono *Guidonis* de la *Val* quinquaginta solidatas redditus in Manerio de Hammes ad sustentationem unius Monachi. Ex dono *Ricardi* de *Kaerdifxls*. redditus in terrâ de Teppesfeld. Ex dono *Clemenciæ* filiæ *Willielmi* de *Fugeres*, Thomam filium *Willielmi* de *Fotstune*, cum totâ sequelâ suâ; & quatuor bovatas terræ, quas dictus *Willielmus* pater ejusdem *Thomæ* tenuit in prædictâ villâ de Fotstun; cum tofto, & crofto, & prato, & omnibus pertinentiis, & aisiamentis, & libertatibus ad prædictas quatuor bovatas terræ pertinentibus. Ex dono ejusdem *Clementiæ*, totum tenementum quod *Walterus* de *Suynderby* tenuit in villâ de Benyngton, cum omnibus libertatibus & pertinentiis suis; & toftum quod *Malgerus* filius *Galfridi* tenuit in eadem villâ, cum unâ bovatâ terræ, & pertinentiis suis. Ex dono ejusdem *Clementiæ*, omnes terras, res, & possessiones, quas habuerunt in villâ de Benyngton, & Fotstune, die illo quo *Ranulphus* Comes *Cestriæ* & *Linc.* obiit. Quare volumus, (&c.) Data per manum venerab. Patris *R. Cicestr.* Episcopi Cancellarii nostri, apud *Westm. xix.* die *Aug.* anno Regni nostri *xix.* (&c.)

Cart. 12. E 1. n. 34.

* Long-Benington in Com. Linc. Cella de Saviniaco.

Nos autem (&c.) confirmationes prædictas, necnon donationem, (&c.) quas *Willielmus* de *Tolneye*, filius *Galfridi* de *Tolneye*, per Cartam suam fecit prædictis Abbati & Conventui, de totâ terrâ suâ in Barnebigate, cum domibus super appositis, & cum omnibus aliis pertinentiis in Newarke, exceptâ unâ placeâ, quam tenuit

ſielmus de Westburgh. Donationem, (&c.) quas *Walterus* filius *Johannis Benet* de Bubygton, per Cartam ſuam fecit Abbati & Conventui, de toto jure & clamio, quod habuit vel habere potuit in unâ bovatâ terræ in Bubigtone, cum prato adjacente, & cum quodam tofto cum crofto & aliis pertinentiis ſuis. Donationem (&c.) quas *Rogerus Coſyn* de *Toſton* per Cartam ſuam fecit præfatis Abbati & Monachis, in puram & perpetuam elemoſinam, de *xis d.* redditus in eadem villâ de Bubigtone: Donationem, (&c.) quas *Willielmus* de *Sancto Paulo* per Cartam ſuam fecit præfatis Abbati & Monachis in perpetuam elemoſinam, de unâ parte de tofto ſuo in Benigton, ex occidentali parte; *ſcilicet* quinquies *xx.* pedes in longitudine, & *lx.* pedes in latitudine, cum liberis introitibus & exitibus, & omnibus aliis pertinentiis. Donationem etiam, quam idem *Willielmus*, per eandem Cartam ſuam fecit eiſdem Monachis, de aliâ parte ejuſdem tofti ſui tendente ſuper viam juxta toftum quod fuit *Roberti* filii *Hugonis*, ex aquilonari parte; *ſcilicet* quinquies *xx.* pedes in longitudine, & *lx.* pedes in latitudine. Donationem etiam, quam idem *Willielmus*, per eandem Cartam ſuam fecit eiſdem Monachis, de unâ maſurâ terræ, & ſupradicto tofto habente in longitudine *lx.* pedes, in latitudine *xxvi.* quæ *ſcilicet* ſita eſt juxta illam, quam antea eis dedit. Donationem etiam, quam idem *Willielmus* per eandem Cartam ſuam fecit eiſdem Monachis ad incrementum maſuræ priùs habitæ, in longitudine extra domum verſùs orientem, ſex pedum.

Conceſſionem etiam & confirmationem, quas prædictus *Willielmus*, per Cartam ſuam fecit Deo & Eccleſiæ S. *Mariæ* de *Saviniaco*, & Monachis prædictis, de duabus bovatis terræ in eadem villâ, quas *Johannes* de *Stubbeton* dictis Monachis dedit, de feodo ipſius *Willielmi*, habendum cum pertinentiis in puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem etiam & confirmationem, quas prædictus *Willielmus*, per Cartam ſuam fecit, (&c.) de unâ parte de tofto ſuo in eadem villâ; *viz.* ſex rodis in longitudine, tendentibus ſuper viam juxta totum, quod fuit *Roberti* filii *Hugonis*; in latitudine verò verſùs domum ipſius *Will.* tribus rodis & dimid. in latitudine verò juxta viam quinq; rodis: In illâ verò parte quæ tendit verſùs domum, quæ fuit *Helwiſæ*, in longitudine tribus rodis & tribus pedibus, in latitudine verò unâ rodâ & dimidiâ. Donationem, (&c.) quas prædictus *Will.* (&c.) fecit Deo & Eccleſiæ S. *Trinitatis* Sanctæq; *Mariæ*, dicti loci de *Saviniaco*, & Monachis prædictis, in puram & perpetuam elemoſinam, de medietate unius acræ terræ, cum pertinentiis, in Aldelond, & de medietate unius acræ terræ, & unâ rodâ, in Ingefelmere. Confirmationem etiam & conceſſionem, quas prædictus *Willelmus*, per eandem Cartam ſuam fecit prædictis Monachis de unâ bovatâ terræ de feodo ſuo, quam *Alicia* uxor *Rob.* filii *Hugonis* eiſdem in elemoſinam contulit, liberam & quietam ab omni ſeculari ſervicio, ſalvo ſervicio terræ, *ſcilicet*, *xii d.* Donationem etiam & confirmationem quas *Willielmus* de *Ferrariis* per Cartam ſuam fecit eiſdem Eccleſiæ, (&c.) de quinquaginta *s.* redditus cum pertinentiis in Woodham, & Cinges *Landri*. Conceſſionem, (&c.) quas *Simon* filius *Willielmi* de *Stilton*, per Cartam ſuam fecit prædictis Eccleſiæ, & Monachis, & eorum procuratoribus apud Bungtone commorantibus, in puram & perpetuam elemoſinam de quinq; ſelionibus terræ cum pertinentiis in prædictâ villâ de Foſtone. Conceſſionem, (&c.) quas *Will.* filius *Ricardi Manger* de Foſton, (&c.) fecit, (&c.) de tribus acris terræ, cum pertinentiis in prædictâ villa de Foſton. Donationem, (&c.) quas *Alicia* filia *Radulfi* Clerici, per Cartam ſuam fecit, (&c.) de unâ bovatâ terræ cum pertinentiis in dictâ villâ de Benigtone, in perpetuam elemoſinam habendam. Donationem, (&c.) quas *Henricus* filius *Galfridi Conayn* de Benigton, per Cartam ſuam fecit, (&c.) de uno ſelione terræ ſuper Redlandes. Donationem, (&c.) quas *Gaufr. Conayn* per Cartam ſuam fecit, (&c.) de totâ terra ſuâ, quæ jacet inter terram, quæ fuit *Ranulphi Coci*, & culturam ipſius *Gaufridi*; *ſcilicet* de quatuor ſelionibus terræ & dimidiâ, cum pertinentiis in dictâ villâ de Benigtone, in puram & perpetuam elemoſinam. Donationem, (&c.) quas prædictus *Gaufridus* per aliam Cartam ſuam fecit, (&c.) de duabus acris terræ, cum pertinentiis in eadem villâ. Donationem, (&c.) quas idem *Gaufridus*, (&c.) fecit, (&c.) de duabus buttis terræ, cum pertinentiis, quæ abbuttaſſent ſuper campum de Stantone verſùs auſtrum. Conceſſionem, (&c.) quas *Gaufridus Cunanus* per Cartam ſuam fecit eiſdem Monachis de quadam parte tofti ſui in Benigtone, juxta toftum *Joh. Albert*, *ſcilicet* in longitudine ſex perticatis, & in latitudine ad capud, verſùs viam, duabus perticatis & tribus pedibus, & alterum capud verſùs aquam in latitudine duabus perticatis & dimidiâ, & tribus pedibus, de exitu, & introitu cum karetâ, & cum omnibus aliis rebus, in longitudine juxta prædictam terram, cum omnibus aliis pertinentiis; & de unâ bovatâ terræ in eadem villâ, cum pertinentiis, in puram & perpetuam elemoſinam, (&c.) ratas habentes & gratas, (&c.) confirmamus, (&c.) Data per manum noſtram apud *Eboracum viii.* die *Decembris*.

ABBA-

ABBATIA

S. Martini *de* Alceio, *in ducatu* Normanniæ.

Ex ipso autogr. in turri S. Mariæ Eboraci.

Carta fundationis ejusdem, per Stephanum *Comitem* Albamarliæ.

IN nomine Sanctæ & individuæ *Trinitatis*, hoc notum sit, tam præsentibus, quàm futuris, quia ego *Stephanus Albemarlensis* Comes, Monachis Sancti *Luciani Belvacensis*, quibus mater mea *Adeliza* donavit & concessit Ecclesiam Sancti *Martini* de *Alceio*, constructam & ædificatam ab antecessoribus meis extra Castellum *Albemarle*, sicut mater mea concessit, sic dono & concedo Ecclesiam Sancti *Martini*, & omnes redditus ipsi Ecclesiæ adjacentes, pro remissione peccatorum meorum, & *Willielmi* Regis *Angliæ* avunculi mei, atq; omnium antecessorum meorum: Quibus etiam Monachis, præter hæc supradicta, addo & concedo omnes Ecclesias & decimas meas *Angliæ*, quas teneo ab *Henrico* Rege *Anglorum*, ita quietas & liberas, & sine retentu ullo, sicut de ipso Rege teneo. Necnon & ipsas sacerdotes ita liberimè habeant & teneant à me, ut neq; Dapifer, neq; Vicecomes, nec aliquis ministrorum meorum super eos manus imponant. Si verò sacerdotes forisfecerint aliquid, illi justificent. Has Ecclesias & decimas, *viz.* in *Holderneſa* Ecclesiam & decimam de *Paglâ*, quam in dominio habeo. Similiter & de *Prestonâ*, & de Sschechilingâ, & de Wiforneumic, de *Waglâ*, de Frohingeham, & de Castello de *Alaeburgo*, & de *Mapletonâ*, de Doncstal, de *Esfletona*, de Berestal, de Chimlesei, de Caingeham, de Wiforneſel.

In *Lindeseiâ* Ecclesiam & decimam de *Carlentona*, & decimam de Wincleshi, & de *Barewâ* dimidietatem Ecclesiæ & decimæ; aliam verò dimidietatem, quam *Willielmus* Capellanus tenet de me in vitâ suâ, & unam de Ecclesiis de Wiforniſel, post obitum ejus, ipsis Monachis concedo. Quinetiam omnes decimas dominicatus mei; *viz.* horreorum, id est totius annonæ meæ, & vaccarum mearum, omniumq; ovium, & haconum, & caseorum, atq; pullorum equarum mearum. Hæc omnia supradicta ad utilitatem Monachorum in Ecclesiâ Sancti *Martini* de *Alceio* morantium & servientium, ut liberè disponant & ordinent, confero. Hospitem etiam unum ad flumen Heldone dono. Quinetiam transitum de *Humbro* ad opus Monachorum, & omnium illis servientium, & ad omnia necessaria eorum, ita liberè, sicut à Rege teneo.

Omnes etiam Ecclesias de feudo meo in *Normania*, cum decimis & omnibus pertinentiis suis; Ecclesiam *viz.* de *Vilers*, Ecclesiam de *Landricurt*, Ecclesiam Sancti *Walerici*, Ecclesiam de *Belfraisno*, Ecclesiam Sancti *Saturnini*, Ecclesiam de *Ailecurt*, Ecclesiam de *Flamines*, Ecclesiam de *Hillais*, Ecclesiam de *Vilers*, ultra nemus, cum duabus partibus decimæ. Nundinas quoq; in festivitate Sancti *Martini*, & quicquid utilitatis de eis, ex consuetudine, provenerit. Addo etiam decimam molendinorum meorum & furnorum, & thelonei & traversi de *Albemarle*, & decimam omnium, quæ navis mea de *Anglia* attulerit, quæ decimari possunt; Et decimam omnium piscium, qui comeduntur in Curiâ meâ, sive in *Albemarlâ*, sive ubicumq; in hac patriâ. Decimam quoq; in *Bloſſavilla*, piscium, porcorum, baconum, & lanæ de ovibus meis. Silvam etiam de *Musteres*, ad omnes usus necessarios jure perpetuo. Si quis autem hanc donationem meam infringere aut minuere voluerit, divino judicio illum puniendum commendo. Actum est apud *Albemarlam* regnante *Henrico* Rege *Anglorum*, & Duce *Normannorum*, & ipso concedente; post, uxore meâ hac causâ, & filio meo concedentibus. Anno *MCxv.* ab incarnatione Domini. Hiis *viz.* testibus, *Waltero* de *Sonardiponte*, *Gaufrido* filio *Fulconis*, *Willielmo Bisâ*. *Berengario* de *Alneto*, *Gerardo* de *Cainoio*, *Girold* de *Hornes*, *Alano* de *Hambi*, *VVillielmo* de *Albemarle*; *Ricardo* fratre ejus, Clericis. Verò *Roberto* Decano, *Alberto* Canonico, *VVarnero* Clerico.

Carta Roberti Lincolnienſis *Epiſcopi, de confirmatione Eccleſiarum in diœceſi ſuâ.* Ibid.

ROBERTUS Dei gratiâ *Lincolnienſis* Episcopus, universis Sanctæ Ecclesiæ fidelibus salutem. Ex susceptî officii administratione nobis incumbit religiosorum virorum utilitatibus in futurum providere; & beneficia, quibus sustentari debent, sicut à fidelibus rationabiliter concessa, & Cartis confirmata sunt, pontificali autoritate solidare: Hinc est quod dilectorum filiorum nostrorum Monachorum de *Albamarla*, justis petitionibus benignum præbentes assensum, Ecclesias & quascumq; alias possessiones in nostrâ diœcesi à nobilibus viris *Stephano* Comite *Albamarle*, & *VVill.* ejus filio, Ecclesiæ Sancti *Martini* de *Albamarla*, & Monachis in eâ Deo servientibus rationabiliter concessa & confirmata; *scil.* paterno affectu eis concedimus, & præsentis scripti paginâ roboramus. Ecclesiam de Barou cum appendiciis suis, & decimam dominii de Willegbi, Ecclesiam de Gaofgebi, & decimam dominii de Andelbi, Ecclesiam de *Carlentona*, cum appendiciis suis, Ecclesiam de Bitham, cum omnibus appendiciis suis. Omnibus itaq; ejusdem Ecclesiæ jura servantibus, Dei misericordiam & benedictionem imploramus, è contrario verò, intentibus & injustè vexantibus extremi examinis ultionem comminando inferimus. Actum anno ab incarnatione Domini

mini *M.C. Lvi.* Teſtibus, *Philippo* Abbate *Tornetona*, & *Reinfrido* ejus Canonico; *Radulpho* Abbate de *Parco Lude*, & *Thomâ* de *Bruchenb.* ejus Monacho; *Roberto* Archidiacono *Lincolnia*, Magiſtro *Malgero*, & Magiſtro *Warnero*, apud *Ludam*.

ABBATIA

S. Nicholai Andegavenſis.

Hiſtoria fundationis ejuſdem.

Ex Chron. MS.S. Nicolai Andeg.

LE primier fondateur de l'egliſe & Abbaye de S. Nicholas *à eſte* Foulques *dit* Nera, *Comte d'*Aniou, *fils de* Geofray *ſurnommé* Tunica grigâ, *en, ſelon le langage du pays lors,* Griſogonelle. *Cete premiere fundation, ou dedication fut faicte en l'an d'apres l'incarnation* Mxx. *aux Calendes de* Decembre, *en l'honneur des Saincts* Nicholas *Archeveſque de* Nyche, *de S.* Hieroſme, *et de S.* Lazare *dit le bien ayme de* Jheſus Chriſt.

*Ce fut un Eveſque d'*Angers *nommé* Hubert *qui en ſolemniſa cete primier dedicace en l'an* Mxx.

Le primier Abbe fut un moine celebre, nommé Baldricus, *tiré du Monaſtere de S.* Martin *de Tours.*

Les fundations et donaiſons faictes par ce Foulques Nera *furent faicte par lui l'an xxvii. du regne de* Robert *filz de* Hugues *ſurnommé le grand.*

Geofrai Martel, *filz du dit* Foulques Nera *ayant ſuccedé au Compte, fiſt pluſieurs donaiſons à icelay Monaſtere, qu'il fiſt confirmer et authoriſer par le Roy* Henry *premier, lors Roy de* France *l'an* Mxxxvii. *es kalendes de* Mars, *dans le Monaſtere de Saincte* Aulbin *d'*Angiers, *l'an* xxvi. *de ſon regne, et confirma tout ce que ſon pere avoit donné, en preſence de* Hubert *Eveſque d'*Angiers, *et de* Guillaume, *et* Geofrai *Comtes de* Poictiers, *de* Hubert *Comte de* Maine.

Letroiſieſme fundateur et bienfaicteur de ce Monaſtere à eſte Foulques *ſurnommé* Rechin, *au temps du quel, le Pape* Urban, *ſecond du nom, dedia l'egliſe de ce Monaſtere q'iſtoit l'an d'apres l'incarnation du filz de Dieu le* Mxcvi. *le viii. de ſon pontificat. Ce Pape fiſt transporter le corps de* Geofray Martel (*qui avoit eſte enſeuely dans le Chapitre du dit Monaſtere,*) *dans la Chappelle de Saint* Andre, *qui eſt appellé dans l'ancien Cartulaire la nef de l'egliſe di celui Monaſtere, aupres de l'autel appellé de S.* Andre, *ou il repoſe encore à preſent.*

Ce Pape confirma et authoriſa tout ce, que les precedens fondateurs avoient donné, et octroya de grandes Indulgences aux fidelles qui viſiteroient cete egliſe, &c.

Cete confirmation fut faicte par le dit Pape, dans le Chaſteau de Sable *en* Aniou, *le* xvi. *des kalendes de* Mars *Indictione* iiii. *anno ab incarnatione Domini* Mxcvi. Urbani 2. *Pape* viii.

La femme primier de Geofrai Martel *s'appelloit* Agnes; *ſa mere s'appelloit* Hildegardis, *femme de* Foulques Nera; *vivoient en la troiſieſme lignee de nos Rois de* France, *du temps de* Philippe *primier.*

Ce Geofrai Martel *ſe maria en ſeconde nopces avec* Mathilde *fille de* Henry *Roy d'*Angleterre. *Cete Princeſſe en noſtre Cartulaire eſt appellee* Imperatrix; *et ce fut elle qui lega et donna pluſieurs Egliſes et Prieures aux Abbes et moynes de S.* Nicolas *qui ſont en* Angleterre, *dont elle en avoit lors la diſpoſition (eſtant ſortie des Roys* Angloys.) *Ces Egliſes Prieures, Abbayes, et autres ſont appelles en noſtre Cartulaire; les uns du nom, et tiltre de* Spalingue, *de* Kirkebere, Guinugâ, *de* Guilgetonâ, *de* Holbechâ, *de* Soſſlecho, *cum earum elemoſinis.*

Charta Mathildis *Imperatricis, de diverſis Eccleſiis in* Angliâ.

Ex Autog. penès Abbatem & Conventum S. Nicolai Andeg. Anno MDCXL. vii.

MAthildis Imperatix, regis *Anglia* filia, omnibus ſuis *Anglia*, tam Sanctæ Eccleſiæ, quàm ſecularis poteſtatis, Prelatis & Subjectis, *Francis*, & *Anglis*, & in burgo & extra burgum, ſalutem. Sciatis me gratuitò concedere & confirmare, ut elemoſinæ, quæ in *Angliâ* datæ ſunt Eccleſiæ Sancti *Nicholai Andegavenſis*, ſint ſtabiles à quocunque fuerint ei datæ, ſive tempore avi mei, *Willelmi* Regis *Anglorum* ſive ſucceſſoris ejus filii *Wil.* avunculi mei, *Anglorum* regis, ſeu patris mei *H.* ſubſequentis Regis *Angliæ*. Inter quas elemoſinas majores habemus, Eccleſia de [a] *Spalingâ*, cum elemoſinis ei datis, Eccleſia de [b] *Kirkbeiâ*, cum elemoſinis ei datis; & Eccleſia de [c] *Guninugâ*, cum elemoſinis ei datis; & Eccleſia de [d] *Guilgetonâ*, cum elemoſinis ei datis, & Eccleſia de [e] *Holbechâ*, cum elemoſinis ei datis, & Eccleſia de [f] *Soffleto*, cum ſuis elemoſinis; volo igitur & conſtanter præcipio, ut ita liberè & honorificè Monachi præfati Sancti *Nicholai* Eccleſiæ, prememoratas elemoſinas; & præter iſtas cæteras omnes ei datas in *Angliâ* teneant, tempore meo, ut eas unquam liberiùs & honorabiliùs & quietiùs prædictorm anteceſſorum meorum temporibus tenuerunt, & cum eiſdem conſuetudinibus; præſentibus tunc *Henrico* filio meo, & Abbate *Johanne*; quo interceſſore iſtud conceſſi, & *Gaufrido* filio *Garini*; & *Rich.* Capellano, & *Folcomaro Cavillâ*, & *Sanſone* Camerario; & *Geraldo Goveſlâ*; & *Herberto* Clerico; & *Willelmo* de *Angerivillâ*, cum multis aliis.

a. *Spalding* in Com. *Linc.*
b. *Monkskirby.* in Com. *Warr.*
c. *Wenge* in Com. *Buck.*
d. *Willoughbton* in Com. *Linc.*
e. *Holbeche*
f. Et *Suffleet* in Com. *Linc.*

Vide Cart. 4. E. 2. n. 95.

Et pat. 2. E 4. p. 3. m. 29.

Bul-

Ibid. Bulla *Eugenii* Papæ.

Eugenius *Episcopus servus servorum Dei, dilecto filio* Bartholomeo *Abbati Monasterii Sancti* Nicholai *secus* Andegaviam, *ejusq; successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Quotiens illud à nobis petitur, quod religioni & honestati convenire dignoscatur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum impertiri suffragium: Eapropter dilecte in Domino fili* Bartholomee *Abbas, tuis justis postulationibus clementer annuimus, & præfatum beati* Nic. *Monasterium, cui Deo auctore te præesse novimus, sub beati* Petri *& nostrâ protectione suscipimus; & præsentis scripti privilegio, communivimus; statuentes, ut quascumq; possessiones quæcumq; bona idem Monasterium impræsentiarum justè & Canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium; seu aliis justis modis, Deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisq; successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc duximus propriis exprimere vocabulis de* Verlenceio, *de* Magnetiâ (&c.) *in Episcopatu* Pictaviensi, *Ecclesiam* de Monsteriolo, *cum Capellâ sanctæ* Mariæ *de* Liniaco (&c.) *In Episcopatu* Constanciensi *Ecclesiam de* Sanctonio.

In Angliâ, *in Episcopatu* Lincolniensi, *Ecclesias de* Guinugnâ, *de* Spalinga, *de* Pinchebeche, *de* Sufflet, *de* Meltonâ, *de* Gueltonâ, *de* Altebergiâ, *de* Scirbecciâ, *de* Stiqueneiâ, *de* Gungutoniâ, *In Episcopatu* Cestrensi *Ecclesias de* Quirquebeiâ, *de* Neobald, *de* Costfort *de* Langue Lelefort, *de* Peti Lelefort, *de* Esgenellâ, *de* Palintoniâ, *de* Wilebroc, *de* Guapinberiâ, *de* Sernefort, *de* Senistonâ, *de* Neolham. *Quæcumq; præterea bonæ memoriæ* Fulco Andegavensis *Comes, & prædecessores ejus legitimè prædicto Monasterio donaverunt* (&c.) *Ego* Eugenius, *catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi. Ego* Oregorius, *Presbyter Cardinalis tituli* Calisti *subscripsi,* (&c.)

[Vide plura, (in Tomo primo) in Spalding, inter cœnobia *Benedictina.*]

ABBATIA

S. Salvatoris, *de* Constantino.

Carta Regis Henrici *secundi, donatorum concessiones recitans & confirmans.* Cart. 7. E. 2 n 40. per Inspex.

Dei gratiâ Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ*, & *Aquitanniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Omnibus Archiepiscopis, Episcopis, Comitibus, Vicecomitibus, Justiciariis & omnibus fidelibus suis, *Francis* & *Anglis* salutem. Sciatis me dedisse, & concessisse Abbaciæ Sancti *Salvatoris* de *Constantini*, & Monachis ibidem Deo servientibus, Capellam sanctæ *Margaretæ* de Babyndone, cum decimis & elemosinis eidem Capellæ pertinentibus; & cum oblationibus Curiæ *Willielmi*, filii *Willielmi*, filii *Johannis*, quæ idem *Willielmus* eidem Abbaciæ dedit, & conredii sui decimam in eadem villâ, & paunagium *xx.* porcorum suorum liberum, & ad usus suos, de bosco præfati *Willielmi* unaquaq; die fessum unius hominis, vel duobus diebus unam summam equi: Si verò Monachus, qui ibi moratur absens fuerit, cum redierit, & habere voluerit, habebit quantum ei indè in absentiâ suâ retro fuerit: Insuper *xvi.* acras terræ in eadem villâ ad præfatam Capellam pertinentes. Item concedo & confirmo prædictæ Abbaciæ Ecclesiam *Omnium Sanctorum* de Alingeham, cum Capellâ sanctæ Mariæ, & cum omnibus beneficiis ad eandem Ecclesiam pertinentibus: Et præterea in eadem villâ dimidiam carucatam terræ, & viginti acras prati, & tres acras juxta Ecclesiam ad ædificium domorum suarum, sicut *Willielmus* de *Solariis* eidem Abbaciæ dedit. Concedo etiam eis & confirmo terram quam *Baldewynus* de *Porteseia* in Insulâ de *Porteseia* eis dedit, concessu Domini sui *Adæ* de *Port*; dimidiam *scil.* hidam & tres acras terræ. Insuper dedi eis & concessi, per totas terras meas, ut in Forestis meis accipiant de mortuo bosco, quantum eis necesse est, ad focum suum & ad claudendum haias suas, & paunagium dedi eis liberum in Forestis meis. Et volo ut non respondeant de hiis omnibus alicui nisi coram me vel Justiciis meis. Hæc omnia dedi eis & concessi in perpetuam elemosinam, pro amore Dei, & pro animâ *Henrici* Regis avi mei, & aliorum antecessorum meorum. Testibus, *Ricardo* de *Humet*, *Jordano Tessy*, *Will.* filio *Joh. Nich.* de *Vayens*, *Will.* filio *Hamonis*, apud *Cadomum.*

ABBATIA

S. Martini de Troarno.

Par. 11. R 2. p. 1. m. 6 per Inspex.

Carta Regis Henrici *Ducis* Normanniæ, *&c. donatorum concessiones recitans & confirmans.*

HEnricus Dux *Normanniæ*, & *Aquitanniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Vicecomitibus, ministris & omnibus fidelibus suis *Francis* & *Anglis*, totius *Angliæ* salutem. Sciatis me dedisse & confirmâsse Deo & Sancto *Martino Troarni*, & Monachis ibidem Deo servientibus, vel servituris, pro animâ meâ, & pro animabus Patris mei, & matris meæ & omnium antecessorum & amicorum meorum, Elemosinas quas habuerunt in toto Regno *Angliæ*, tempore *Henrici* Regis avi mei, *scil. Rogentonam*, & *Horingeiam*, & *Horsleyam*; quæ omnia *Rogerus* Comes *Scrobriensis* prædicto sancto dedit.

Hosley in Com. Essex, cella hujus Cœnobii.

Concedo etiam tres hidas terræ quas *Herlevinus* apud Walton, & decimas de Grafton, & de Estretemenon, & duas masuras in *Ciceſtriâ*; & decimam de *Merſetona*, quam *Orſmelinus* dedit. Et Ecclesiam de Mundrham, quam *Torſtinus* de *Fontanis* dedit. Et decimam de *Norburna*, quam *Radulphus Baſtardus* dedit. Et decimam de Ulfani, quam *Alſcie* dedit. Concedo etiam hoc quod *Robertus* de *Romeliolo* dedit; *scil.* Ecclesiam S. *Andreæ* de Witenehet, cum terrâ sacerdotum & decimis, quæ ad ipsam villam pertinent, & Ecclesiam de *Mapeldra*, cum terrâ Presbyteri & terrâ unius carucæ, cum pratis adjacentibus ipsi terræ, & decimis ipsius villæ, & Ecclesiam de *Molandâ* cum sacerdote, & decimis ipsius manſionis, & terrâ ad unam carucam, cum pratis, & tres hospites cum terrâ suâ. Et in *Eſpicimus* unum hospitem, & Ecclesiam de *Wareela*, cum decimis, quas ipse *Robertus* prædicto sancto dedit. Et præter hoc volo & præcipio, quod decem hidæ de *Horsleyâ* se acquietent, pro septem hidis de omnibus *Geldis* & omnibus rebus, sicut Rex *Henricus* confirmavit per Cartam suam: Et præter hæc præcipio, quod Ecclesiam Sancti *Martini* de *Troarno* teneat benè & in pace terram & domos quas *Johannes* filius *Gilberti* prædictæ Ecclesiæ dedit, quæ sunt apud *Wymondam*, de foreudo Sancti *Petri* de *Hidâ*. Teste *Willielmo* Cancellario Regis; Comite *Cornubiæ*, Comite *Gloceſtriæ*, *Roberto* Comite *Leyceſtriæ*, *Rogero* Comite *Herfordiæ*, *Patricio*, Comite *Wilteſciræ*, *Humfredo* de *Buhun* Dapifero, *Richardo* de *Humez* Constabulario, *Elia Giffard*.

ABBATIA

S. Victoris de Caleto, in Normannia.

Carta Regis Henrici secundi, *de libertatibus & privilegiis huic cœnobio concessis.* Cart. 2. E. 3. n 94. per Inspex.

HEnricus Dei gratiâ Rex *Anglorum*, & & Dux *Normannorum*, & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis me concessisse & præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & Abbatiæ S. *Victoris* Martyris, & Monachis ibidem Deo servientibus, omnes donationes, quæ eis factæ sunt, & confirmatæ Cartis omnium donatorum suorum; Regum *scil.* Comitum, & Baronum, & omnium Dominorum, & amicorum suorum. Do etiam & concedo prædictæ Abbatiæ in propriis rebus & manipestui ejus, libertates & quietancias, de passagio, theloneo & omni servili consuetudine, per totam terram meam, cis mare & ultra; *scil.* in portibus maris & in portibus *Sequanæ*; & in Civitate *Rothomagensi* quietanciam de Theloneo, & de modiatione, & de omnibus aliis consuetudinibus. Præcipio etiam ut habeant satis ad necessaria de Foresta de *Alvi*, mortuum boscum ubicunq; invenient; Set quia sæpius defecit ibi, & non potest inveniri, volo ut habeant præter hoc satis de ramis & frondibus, & residuum carpentariorum, & ea omnia quæ gentes de patriâ sument, per licentiam, ad ignem faciendum, vel ad alia necessaria; & ad domos reficiendas habebunt de maiori bosco per liberationem capto. Volo etiam & præcipio, ut maneria præfatæ Abbatiæ de *Angliâ*, scilicet *Hunlavintona*, Clafort,* & *Stratfella* habeant quietancias & libertates suas, de sciris, & hundrez & hidages, & danegelt, herbagium & pasnagium sibi quietum, & manipastui eorum in omnibus forestis meis in omnibus civitatibus meis, castellis, burgis, mercatis, passagiis, portibus, cis mare & ultra, do eis quietantiam & libertatem de passagio, theloniο, & omni alia consuetudine. Præter cætera volo & jubeo, ut justè habeant fugitivos suos ubicunq; eos invenient; Nec aliquis retineat eos, nec caballa eorum super forisfacturam *scil.* & similiter habeant nativos suos. Præcipio etiam ut pecunia prænominatæ Ecclesiæ non capiatur in namphum, nec hominum suorum, pro debito vel forisfacto *Hugonis* de *Mortuomari*, aut hæredum ipsius, vel quorumlibet hominum suorum: Et si super hoc capta fuerit pro debito vel forisfacto alicujus illorum, reddatur quieta. Volo itaq; & firmiter jubeo ut Abbatia *S. Victoris*, & Monachi Deo in ea servientes omnia suprædicta habeant rata & teneant in libera & perpetua elemosina, benè & in pace, (&c.) T. *Rad.* de

* in Com. Wilts. Cella hujus Cœnobii.

Wannevill

Wannevill Cancellario, Magistro *Waltero* de *Const. Seibero* de *Quenci*; *Hugone* de *Cressio*; *Raginaldo* de *Pavilleio*, apud *Julliam bonam*.

ABBATIA

S. Walerici, *in* Picardiâ.

Carta Regis Henrici *secundi*, donatorum *concessiones recitans & confirmans.*

Cart. 54. H 3. m 10. per Inspex.

HEnricus Dei gratiâ Rex *Anglia*, Archiep. Episc. Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, & omnibus ministris, & fidelibus suis salutem: Sciatis nos concessisse & præsenti Cartâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ beati *Walerici*, & Monachis ibidem Deo servientibus, in perpetuam & liberam elemosinam, omnes terras & teneuras suas, & omnes decimationes dominicorum suorum, & omnes donationes, quæ donatæ sunt eis in elemosinam, vel donabuntur; *viz. Tachelezam* * cum pertinentiis suis, *Wallam*, & *Danesiam* cum pertinentiis suis, Urtitun, & Lindesele cum pertinentiis suis, Wedelburi & Wleghengre cum pertinentiis suis; & quicquid habuit in Mangedene, & in Botilton, & in Wachekes, & in Chaburcicle; Ecclesias etiam de Wittelwaithe, & de Hestune, & de Tichebam, & de Canton, & quicquid habent apud Denton, vel alibi. Nulla autem persona, parva vel magna, per debitum, seu per consuetudinem, aut per violentiam, aliquid ab hominibus & terris & possessionibus prædicti Monasterii exigat, non equitationem, seu expeditionem; non Pontium vel Castrorum ædificationem, non vercola, non summagia, non vectigalia, non navigia, non opera, non tributa, non xenia, non Lestagia, non *Tethingpanis*, non *Timpani*. Et habeant quietanciam de exartis & ex vastis nemorum.

* Tachelay in Essex. cella hujus Cœnobii.

Vide Clauſ 4. E 3 m 4. & m 4.

Nullus verò forestarius Regis quicquam se intromittat de boscis Abbatis & Monachorum, qui sunt in foresta, sed omnem libertatem & potestatem, quam habet Rex in boscis suis, habeant & Monachi in omnibus boscis suis; & sint ipsi & homines eorum & res ipsorum absoluti & liberi à *Danegeldis*, & omnibus *geldis*, & de *hydagio*, & *portagio*, & *passagio*, & *Thelonio*, & auxilio Vicecomitis & præpositorum, & *Wardiani*, & omni aliâ exactione, in Nundinis, in foris quorumcumq; sint, in terris, in aquis, in transitibus pontium & in aris portuum; per totam *Angliam* & *Normanniam*, & per totam terram meam in omnibus rebus, & in omnibus locis. Sintq; Abbatis & Monachorum, de hominibus suis, & de alienis in eis, forisfacientibus, vel ibi cum forisfacto interceptis, placita omnia cum *fossa* & *fossa*, & *tol*, & *Them*, & *ufangenethef*, & *Utfangenethef*, & *hamsoca*, infra burgum & extra, in viis, & semitis, & in omnibus locis. Habeantq; Abbas & Monachi in toâ possessione suâ omnem justiciam, de assaltu, & sanguinis effusione, & pacis infractione: Sintq; liberi & quieti de *Shiris* & *Hundredis*, & placitis, & querelis, & omnibus consuetudinibus. Prohibemus etiam, ne pro aliquâ causâ ponantur in placitum de tenementis suis, nisi coram me vel coram capitali Justitiâ, quia non permitterem judicium fieri de elemosinâ mea, & antecessorum meorum, nisi coram me. Nec quicquam teneatur de donationibus, quæ factæ sunt per non sapientes Abbates de terris & tenementis Sancti *Walerici*, nisi confirmatione Conventus, & Sigilli ejus appositione.

Volumus igitur & firmiter præcipimus, quod prædicti Monachi hæc omnia prædicta, in omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus & quietanciis prædictis, benè & in pace, liberè & quietè, & integrè habeant imperpetuum, & honorificè teneant. T. *Rogero* Episcopo *Sarr.* & *Walderico* Cancellario; & *Reginalde S. Walerico.*

De Manerio de Takeleye *huic Cœnobio spectante.* Clauſe 4. Ed 3. m. 42.

REx dilecto & fideli suo *Simoni* de Wereford, Escaetori suo citra *Trentam*, salutem. Cum nuper volentes certiorari super causâ captionis terrarum & tenementorum Abbatis de Sancto *Valerico*, in Comitatu *Essexiæ* per vos, ut dicebatur, in manum nostram, vobis mandaverimus quod nos super causâ prædictâ sub Sigillo vestro redderitis certiores, ac vos nobis retornaveritis, quod ex relatu fide dignorum accepistis, quod frater *Johannes*, nuper Abbas de Sancto *Valerico* in *Picardia* diem clausit extremum, propter quod Manerium de Takkeleye * & quasdam alias terras & tenementa, cum pertinentiis in Comitatu prædicto, quæ sunt temporalia Abbathiæ S. *Valerici* in *Anglia*, & quæ de nobis tenentur in Capite, ut intellexistis, quæ etiam fuerunt in custodiâ fratris *Andreæ* de *Bona*, Prioris & Procuratoris, ipsius Abbatis in *Anglia*, accepistis in manum nostram, tanquam custodiam ad nos pertinentem, ratione vacationis ejusdem Abbatiæ: Postmodumq; ex parte ipsius Prioris accipientes, quod prædictus Abbas Manerium & omnia terras & tenementa prædicta, per Cartas progenitorum nostrorum, quondam Regum *Angliæ* tenerit in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, absq; aliquo servicio indè faciendo; & quod eadem Manerium, terræ, & tenementa, vacante Abbatiâ prædictâ, per mortem alterius Abbatis loci illius, in manus alicujus progenitorum nostrorum aliquibus temporibus retroactis capta vel seisita fuerunt; & quod aliqui progenitorum nostrorum, exitus seu proficua aliqua inde, præter extu alicujus vacationis Abbatiæ prædictæ, nullatenus perceperunt: Volentes inde

* Cella de Takkelepe in Com. Essexia.

de certiorari, vobis mandaverimus, quod per sacramentum proborum & legalium hominum de balliva vestra, per quos rei veritas meliùs sciri posset, diligenter inquireretis, utrum manerium, terræ, & tenementa illa, temporibus vacationis Abbathiæ illius per mortem alicujus Abbatis loci prædicti, in manus alicujus progenitorum nostrorum capta vel seisita fuissent, necne; Et si sic, tunc quo tempore, & per cujus Abbatis mortem, & si aliqui progenitorum nostrorum ratione vacationis hujusmodi exitus & proficua aliqua perceperunt necne.

Ese. de *Ad quod Dampnum* 3 E. 3 n. 88.

Ac per inquisitionem inde de mandato nostro per vos sic captam, & in Cancellariâ nostra retornatam, compertum sit, quod Abbas Monasterii Sancti *Valerici* in *Picardiâ* & Monachi ibidem Deo servientes, feoffati fuerunt de manerio, terris, & tenementis prædictis, in puram & liberam elemosinam, absque aliquo servicio indè faciendo de dono & per Cartam Domini *H.* quondam Regis *Angliæ*, progenitoris nostri; quam quidem Cartam *Dominus H.* quondam Rex *Angliæ*, proavus noster postmodum confirmavit; & quod Manerium terræ & tenementa illa, post mortem alicujus Abbatis loci prædicti, in manus alicujus progenitorum nostrorum capta seu seisita non fuerunt; & quod iidem progenitores nostri exitus vel proficua aliqua indè non perceperunt; vobis mandamus quod vos de Manerio, terris & tenementis prædictis, quæ eidem Priori, unà cum exitibus indè perceptis per sufficientem securitatem vobis per ipsum inveniendam de respondendo nobis de exitibus Manerii, terrarum & tenementorum prædictorum, si ad nos deberent pertinere, nuper restituti mandavimus, ulteriùs non intromittatis, exitus indè si quos perceperitis præfato Abbati, vel ejus procuratori prædicto restituentes, ac ipsum & ejus manucaptores de dictâ securitate exonerantes. Teste Rege apud Eltham xxx die *Januarii*.

ABBATIA

S. *Wandragisili*, in dioceſi *Rothamagenſi*:

Pat. Nov. 7. H. 5. p. 2. m. 8. per Inſpex. Vide Pat. 7 H. 5. p. 2. m. 6.

Philippi quinti, Regis, *Franciæ*, & *Navarræ* diploma, *Ricardi* & *Roberti Normanniæ* ducum Cartas recitans & confirmans.

Ex omnibus ad quos, &c. Inſpeximus quaſdem literas patentes inclitæ recordationis Domini *Philippi* quondam *Franciæ* & Navarræ Regis, progenitoris noſtri, factas in hæc verba. *In nomine Sanctæ & individuæ* Trinitatis, *Amen.* Philippus *Dei gratiâ* Franciæ & *Navarræ Rex. Inter cetera virtutum preconia, quibus regalem excellentiam condecet venuſtari, illud credimus eſſe nec minimum, ſi ad Dei ſacroſanctas Eccleſias & maxime religioſas in ſuorum conſervatione jurium ſe liberalem exhibeat & benignam. Sane ex parte Religioſorum virorum Abbatis & Conventus Monaſterii Sancti* Wandragiſili, Rothomagenſis *dioceſis, quod ab ipſo ſancto & prædeceſſoribus noſtris* Franciæ *Regibus piâ devotione fundatum in noſtrâ exiſtit, cum omnibus ſuis membris, regali gardia ſpeciali, nobis fuerunt exhibitæ plures literæ, Cartæ atque cyrographi, ſeu antiquæ ſcripturæ; qui quidem cyrographi ſeu Scripturæ, nullo ſunt, nec unquam fuerunt aliquo Sigillo muniti, jura plurima ejuſdem Monaſterii continentes, qui in ſuis quibuſdam partibus propter vetuſtatem nimiam, & palpationem frequentem detrimentum aliquod ſuſtinebant, ſupplicando humiliter & attentè, ut literas, Cartas, cyrographos, ſeu antiquas ſcripturas hujuſmodi, in formam debitam, & ſcripturam novam redigi, noſtreque muniri Sigillo regio, juberemus; eoſque noſtra confirmare auctoritate regia dignaremur. Nos autem progenitorum noſtrorum, qui ad ſanctas Dei Eccleſias piè jugiter geſſiſſe noſcuntur devotionis affectum, quantum cum Deo poſſimus, veſtigiis inhærentes, dictorum Religioſorum ſupplicationibus inclinati, literas, Cartas cyrographos, ſeu antiquas ſcripturas præfatas, & contenta in eis, ne fides ipſarum ſine memoria, propter vetuſtatem & deterioracionem earundem, deperire futuris temporibus valeat, præfatis religioſis, quatenus de præmiſſis ritè & legitimè hactenus uſi fuerunt, & in eorum poſſeſſione exiſtunt, auctoritate noſtra regia ex certa ſcientia confirmamus & in formam communem & ſcripturam novam redigi mandavimus, ſub ſuis temporibus; quorum aliqui ſequuntur in hæc verba.*

Pax ubique hæc elementa legentibus. Quia humanâ fragilitate præpediti, atque terrenâ inhabitatione aggravati, in multis offendimus omnes, eorum nobis patrocinia comparare neceſſe eſt, qui & carnis impedimenta viriliter abrupere, & mundana fideliter proterentes inſeri, Cœleſtibus meruere. Quod ego *Ricardus*, nutu Dei *Normannorum* Princeps, advertens, conſideratis *Fontanellenſis* cœnobii privilegiis, ſuggerentibus Abbate & fratribus, niſi nonnullas libertates in unum colligere, quæ ſub diverſis cyrographis habentur, de Sancti *Wandregiſili* poſſeſſionibus, quia Cartæ, quæ plures ſunt numero facile aut negligentiâ ſepè perduntur, aut fraude malignorum furtim ſubtrahuntur: Igitur hæc omnia quæ ſubterſcripta ſunt, ab antiquis temporibus uſque ad noſtra tempora ad *Fontanellenſe* Monaſterium legitimo jure probantur pertinere; *Fontanella*, ubi conſtructum eſſe videtur illud Monaſterium, quod priſtino nomine ſic eſt dictum, cum viculis ad ipſam reſpicientibus; *videlicet Gotvilla, Rethevilla, Reſeneiaco, Caldebec, Anſgothmoulins*, cum omnium earum juſticiâ, altâ, & baſſâ, per totam aebdomadam nundinarum mediæ *Quadrageſimæ*, & arretiis

Carta Richardi *Normannorum* principis. Vide etiam Cart. 14. E. 1. n. 34.

arrestis. Insuper totam aquam fluentem ab *Ansgothmoulins* ad fluvium *Sceaue*, cum omni piscariâ; decimam quoque totius theolonei, quod *Rothomagi* accipitur: Et in suburbio ejusdem urbis, Ecclesiam Sancti *Laurentii* cum hospitibus & terrâ ad eandem pertinente, & consuetudinibus. Et in eadem urbe domum unam similiter de *Archis* & Ecclesiam cum decimis & hospitibus, & piscariâ per totam hebdomadam præcedentem festum Sancti *Wandregisili*.

Similiter decimam theloneï de *Dyeppa*, Ecclesiam de *Bouteilles*, cum decimis, terris & hospitibus. Ecclesiam de *Marteguy*, cum decimis, terris & hospitibus. Ecclesiam Sancti *Albini*, cum decimis & *xii.* bovatis terræ, & hospitibus, *Nothmilla*, cum omnibus superiùs nominatis, solidis, ac quietis ab omni pontificali querela, *Cartint* in plano & bosco, & villulis sibi adjacentibus, cum duobus molendinis & piscariâ, Ecclesiam de *Gonneville*, & quatuor hospites. In *Bertrevilla ix.* hospites, cum duobus cottariis, & decimis & allodium quem de me tenebant *Osbernus* & *Anfredus* frater ejus, in Monasterio *Oddersii*, cum Ecclesia, terris, ac silvis, & Capellâ Sancti *Desiderii*, quando facti fuerant Monachi, quorum sororem *Papiam* duxi in uxorem. Villam quæ dicitur *Fontes*, in *Brayo*, in plano & bosco, & Ecclesiam. *Brandiancourt*, cum Ecclesia, Ecclesiam de *Novo Bosco*; Ecclesiam de *Bosmenil* cum suis pertinentiis. *Esclaveles* & Ecclesiam, cum consuetudinibus in foresta *Braemonst er*, & Ecclesiam. Ecclesiam de *Freauville* cum pertinentiis, & hospitibus. Ecclesiam de *Basleyo*, cum pertinentiis, *Glisciuriam* in plano & bosco, cum Ecclesiâ *Bethencourt*, cum aquâ, molendinis, & pratis. Ecclesiam de *Guolemecurt*, cum decimis, & aliquâ parte terrarum. Ecclesiam de *Greinville*, cum decimis, terris, & hospitibus. Et in *Cothertaumontii.* hospites. In *Bernovilla* terram & hospites. In *Estruias*, terram & hospites, & unam navem liberam & quietam, ad omnem piscationem per omnes portus *Normanniæ*. In *Fiscammio*, unum molendinum. *Voranast*, & *Hotot*, cum Ecclesia & pertinentiis. Et in *Scrutavilla ii.* hospites. *Lounetot* & Ecclesiam, cum decimis & terris apud *Mallenrier*. Liberum quoque transitum battorum eorum, sive navium per *Sequanam* ascendentium aut descendentium, vina aut blada seu aliqua alia portantium, & ab omni consuetudine pontagii vel transversi, quantum extenditur justicia mea in pago *Bajocassino*. Liberiatum cum Ecclesiâ, & omnibus suis appendiciis, & Ecclesiam de *Calvomonte*. Ecclesiam de *Chens*, cum totâ decimâ, & terram unius carrucæ sufficientem, *& ix.* hospites. Ecclesiam *Masinpastric. Basli* & Eccl. cum decimis, & hospitibus & uno molendino. Apud *Cadomum* unum hospitem, & decimam Nundinarum de prato.

In *Oximensi* pago, Ecclesiam de *Oximis*, cum decimis, & duos hospites; & decimam theloneï. Ecclesiam *Camagi*, cum decimis & hospitibus & theloneo. Ecclesiam *Wimiri*, Ecclesiam de *Avenele*. Ecclesiam de *Argentele*, cum decimis & hospitibus. Hæc omnia non ex dono alterius, sed ex meâ largitione Cœnobium *Fontanellense* in perpetuum teneat, ad restaurationem ejusdem loci; quia malinguis & perversis dudum subversum fuisse dignoscitur. Quæ meâ auctoritate corroboro, ac confirmo, ac cum consilio & auctoritate Episcoporum & Abbatum meorum æterno anathemate ferio eos omnes, qui indè fraude aut violenciâ aliquid subtraxerint, aut alienaverint, cum testium subter adscriptorum firmâ astipulatione. Signum *Ricard* Principis ✠ qui hanc Cartam fieri jussit. Signum *Papiæ* ✠ Comitissæ. Signum *Roberti Rothomagensis* ✠ Archiepiscopi. Signum *Hugonis* ✠ *Ebroicensis* Episcopi. Signum *Ricardi* filii ✠ Comitis. Signum *Ro* ✠ *gerii Montis Gomerii*. Signum *Lannomari* ✠ militis de *Budetot*. Signum ✠ *Odonis* filii *Lannomari*. Signum *Wi* ✠ *lerini* filii *Osberni*. Signum *Gille* ✠ *berti* de *Noviers*. Signum *Ricar* ✠ *di* filii *Gilliberti* Comitis. Signum ✠ *Mangesi* Episcopi *Abrincatensis*. Signum *Roberti* ✠ Episcopi. Signum ✠ *Giraldi*. Signum *Gis* ✠ *berti* de *Fresneyse*. Actum *Fiscanni* publicè mense *Augusto*, anno ab incarnatione Domini *M. xxiv.* Indictione septimâ, Regnante *Roberto* Rege.

Item ego *Robertus*, dispositione divinâ *Normannorum* Princeps, hanc Cartam, quam prædecessores mei confirmaverunt, ego quoq; cum eis firmavi, nunc quoq; firmo perpetuæq; immunitati ea quâ utor potestate roborata mando, & quæ subter ascripta nostris temporibus sunt addita, suggerente *Gradulpho* Abbate cœnobii *Fontenella*, eadem firmitatis astipulor auctoritate; id est, *Fieri villam*, cum Ecclesia, & cum omnibus ad ipsam pertinentibus, in planis & silvestribus, quam idem *Gradulphus* à me petiit, rogante *Vernonensi Hugone*, qui eam de me tenebat eo tempore: Villam quoq; quæ dicitur S. *Stephani*, cum vigenti quatuor arpentis pratorum, & omnibus consuetudinibus, tam in terra, quàm in aqua inde exeuntibus, quam prædictus Abbas emit *lxxx.* denariorum libris, me volente, à *Hugone* Archidiacono, qui eam ex me tenebat in beneficio. Quartam quoq; partem villæ, quæ dicitur *Luvetot*, id est terram *Durandi* militis, quam prædicto Abbati, cum servicio filioq;, ipsius dedi. Villam etiam, quæ *Briol* vocatur, quam injustè cultam, sano usus consilio justè reddidi. Decimam insuper Nundinarum totiusq; Comitatus *Oximensis*, & omnium mercationum. Terram quoq; *Goselini*, quæ est in *Sefredivilla* sufficiens uni carucæ; & unum & alterum, id est duos hospites. ✠ Ego *Wilielmus*, pro redemptione animæ meæ, Sancto *Wandregisilo*, & ei famulantibus vineam meam, cum terrâ concedo, post decessionem meam, & filiæ meæ, quam habet *Asselinus*; ipsi verò Monachi semper habent comparationem vinearum. Quam largitionem si quis violare præsumpserit anathema sit ✠. Signum *Roberti* Comitis & Ducis *Norm.* ✠ Signum *Roberti* Arch. Signum ✠. *Hugonis* ✠. *Gilberti* Comitis ✠. *Engelrandi* Comitis ✠. *Willielmi*

Charta Rob. Normannorum Principis.

filii *Roberti* Comitis. Signum *Osberni* ✠. *Toroldi* ✠. *Achardi* ✠. *Turstini* ✠. *Rodulphi*; Magistri *Willelmi* filii R. Comitis. Signum *Anschetilli* Vicecomitis. Nostræ tamen intentionis exitlit, quod per hanc confirmationem, vel innovationem præfatis Religiosis, adversùs nos, seu quemcumque alium quomodolibet, in possessione vel proprietate, jus novum nullum acquiri valeat, nobisve aut quibuscumq; nostris subditis modo quolidet, nullum prejudicium generetur; Nostro etiam & alieno in omnibus jure salvo. Quod ut perpetuæ stabilitatis robur obtineat, præsentes literis Sigilli nostri impressione, regiique nominis caractere inferiùs designato fecimus communiri. Act. *Paris.* anno incarnati verbi *Millesimo trecentesimo decimo nono*, Regni verò nostri anno tertio, Mense *Novembris*, Astantibus in palatio nostro, quorum nomina suppositæ sunt, & signa (dapifero nullo.) Signum *Henrici* Buticularii; signum *Ludovici* Camerarii; signum *Galcheri* Constabularii.

ABBATIA

Xantonensis, in *Aquitanensi provincia.*

Cart. 1. *Joh.* p. 1. m. 27. n. 53.

Carta Johannis *Regis, libertates dicto cœnobio, concessas, ratificans.*

Johannes Dei gratiâ, &c. Noveritis nos concessisse & præsenti Carta nostra confirmâsse, pro salute animæ nostræ, & Dominæ *A.* Reginæ *Anglie*, matris nostræ, & bonæ memoriæ Regis *Ricardi* fratris nostri, & omnium parentum nostrorum, Abbatiæ & Monialibus beatæ *Mariæ Xantonensis*, omnia jura & libertates suas, quas habuerunt, & tenuerunt de dono *Galfridi* Comitis *Pictavorum*; & Comitissæ *Agnetis*, & aliorum antecessorum nostrorum; Tenendas & habendas pacificè, liberè, integrè & quietè, sicuti eas unquam meliùs habuerunt & tenuerunt, ita ne aliquis in possessionibus ejusdem *Abbathiæ* herbergamentum, aut questum aut procurationem, aut cabalcaram, aut excercitum, aut aliquam aliam injustam consuetudinem vi aut terrore, ulteriùs exigere præsumat; Set homines suos quietos & liberos, & jugeriam de homicidio, de furto, de raptu, de incendio, prorsus duntaxat, sicut Cartæ Donatorum testantur, quod de jure habere debeant. Testibus S. *Bathon.* Episcopo. *Will elmo* mareschallo, &c. Data per manum *H. Cantuar.* Archiepiscopi Cancellarii nostri apud *Rothomagum* primo die *Augusti* anno regni nostri primo.

CLUNIACENSE

Cœnobium, in *Ducatu* Burgundiæ.

Carta Rogeri *Comitis* Salopiæ, *de Manerio de* Chelton.

Ex Cartulario *Cluniac.* per v. cl. *Andr. du Chesne* desumptum.

UM omnis mundanorum possessio hominibus à Deo concedatur, ut ipsi dignè indè serviatur, (&c.) Hoc considerantes, ego *Rogerius* Comes, uxorq; mea *Adelidis*, unum ex possessione Manerium, quod *Celuna* vocatur, damus & perpetuò habendum concedimus Ecclesiæ S. *Petri Cluniaci*, & S. *Mariæ* de *Marcilleio*, tam ipsum Manerium, quam omnia quæ ad illud pertinent, in terrâ, pratis, (&c.) Hoc autem devotionis nostræ donum concessit Dominus noster *Willielmus Anglorum* Rex, & Dux *Norm.* Concedit hoc etiam Dominus noster *Willielmus* Rex, filius ejus & successor in Regnum, (&c.) S. *Willielmi* Regis ✠. S. *Rogerii* Comitis ✠. S. *Henrici* de *Bellomonte* ✠. S. *Thomæ* Archiepiscopi ✠. S. *Roberti* filii *Hamonis* ✠.

ABBATIA

de Alneto.

Carta Willielmi *de* Simlleio. *de situ loci Abbatiæ prædictæ.*

Ex Col. MS. cl. v. *Andr. du Chesne.*

NOtum sit, præsentibus & futuris, quod ego *Willielmus* de *Simlleio* filius *Engeranni* de *Humeto*, anno ab incarnatione Domini *MCXCIX.* bono animo concessi, & præsenti Cartâ Sigillo meo munitâ confirmavi Deo & Abbatiæ de *Alneto* (&c.) donationes, quas singuli antecessorum meorum, & ego, Deo & dictæ Abbatiæ fecimus; *scilicet* locum in quo prædicta Abbatia constructa est, cum vivario & molendinis, (&c.) & quandam mansuram in burgo de Castello meo; & totam villam quæ dicitur *Ferraria*, cum omnibus nemoribus & pertinentiis suis, excepta Ecclesiâ & molendino, (&c.) Et Ecclesiam S. *Ebremundi* de *Simlleio*, cum omnibus Capellis, & pertinentiis suis, (&c.)

Dimissio

Ex ipso autographo in Curia Augmnt.

Dimissio Ecclesiæ de Burtlington *ad perpetuam firmam.*

UNiversis Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, præsentes literas visuris, vel audituris; pateat per præsentes, quod cum religiosi viri Abbas & Conventus de *Alneto*, *Bajocensis* diocesis, Ordinis *Cisterciensis*, decimas garbarum proveni-entium de dominicis terris, nunc Domini *Johannis* de Langelege, & Dominæ Prioriss, & Conventus de *Cellâ*, infra territorium de [a] *Berenceastria* scituatas, legitimè fuissent assecuti, ratione Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de [b] Burtlington, eisdem Abbati & Conventui de *Alneto*, & eorum successoribus, imperpetuum canonicè appropriatæ, (&c.) Abbas de *Alneto* dimisit Ecclesiam de Burtlington, Priori & Conventui de *Berenceastria*, ad perpetuam firmam; Reddendo quadraginta solidos per annum, (&c.) Dat. decimo quarto *Maii*, Anno MCCCxv.

a In Com. Oxon. b Infra Regnum Anglie.

In dorso ejusdem.

Controversia inter Priorem de Wilsteter *& Priorem de* Alneto.

PRior & Conventus de Berencester dimiserunt *Galvano Beke* de *Florentia*, & *Stephano* germano suo, Ecclesiam præbendalem de Sotton, cum Capellâ de Bolingham, & earum Maneriis, Anno Domini *millesimo*, *trecentesimo*, in festo Sancti *Hillarii*, (&c.) ad terminum duorum annorum, pro redditu ducentarum librarum sterlingarum, &c.

ABBATIA

de Bono-portu.

Pat. Norm. 8. H. 5. m. 6 n. 3 per Inspex.

Carta Ricardi *primi ejus nomine*, Anglorum *Regis, de fundatione ejusdem.*

RIchardus Dei gratiâ Rex *Angl'æ*, (&c.) Sciatis nos dedisse & concessisse, & præsenti Chartâ nostrâ confirmâsse, pro salute animæ nostræ, & antecessorum nostrorum, in puram, & perpetuam elemosinam, Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de *Bono-portu*, quæ in Forestâ nostrâ de *Bord.* sita est & fundata; in loco *scilicet*, qui prius dicebatur *Maresdans*, & Monachis ibidem Deo servientibus de ordine *Cisterciensi*, locum ipsum de *Maresdans*, in quo prædictam Eccl. ad honorem Dei & beatæ Virginis *Mariæ* fundavimus; & totam haiam de *Maresdans*, sicut chiminus dividit eandem haiam à forestâ, & in eadem Foresta de *Bord. sc.* in loco qui dicitur *Balnea Mor'm.* & circa locum illum, viginti carrucatas terræ; *scil.* unicuiq; carrucatæ sexaginta acras terræ ad perticam nostrum; *Viz.* viginti quinq; pedum. Dedimus etiam eisdem in prædictâ Forestâ, omnia necessaria ad propria harbergagia facienda, & ad ignem suum, & ad omnes usus suos, & pasturam ad omnes bestias suas per totam Forestam illam & quietanciam pasnagii de porcis suis & hominum suorum & examina apum in usum Ecclesiæ.

Dedimus etiam eis omnes vineas, quas habebamus apud *Guanereio*, cum pertinentiis suis, & totum clausum de *Lere*, cum suis pertinentiis, & omnes vineas & vina, quæ habebamus in valle *Rodob.* & omnia prata nostra, *scil.* de *Guanereio*, & de *Hinna*, de *Lowers*, & de *Wistarvilla*, de *Leyre*, cum pescicil; ejus, & omne tenum nostrum in valle *Rodob.* quod venire solebat ad grangias nostras, excepto illo quod vadit ad carrucas & ad feoda servientium; & omnem aquam ad faciendum in eâ quicquid voluerint, & omnes piscarias, & Molendinum de *Roses* cum pertinentiis, & omnes redditus, quos habebamus à *Ponte-Arche* in *Secanâ* sursum usq; quantum durat vallis de *Rodob.* & quietanciam per mare, & per terram, & per aquam de omnibus rebus suis & hominum suorum, de modiatione etiam viri ad omnes usus suos, & de omni aliâ consuetudine in omni potestate nostrâ.

Dedimus etiam prædictis Monachis decem carrucatas terræ in Forestâ nostrâ de *Arorum*, unicuiq; carrucatæ sexaginta acras terræ ad [illegible] prædictam perticam nostram, ad faciendum ibi grangiam, & ad bestias suas, & ad bladum suum, & ad ea quæ voluerint, & in eadem Forestâ ligna ad ædificia sua facienda, & ad ardenda quantum opus habebant ad omnes usus suos, & in eadem Forestâ herbagium bestiis suis quotcunq; in nemore illo, quo voluerint habere, & quietanciam pasnagii porcis suis. Dedimus quoq; jam dictis Monachis, centum marcas de redditu nostro de villâ de Dieppe in perpetuum, singulis annis, ad duos terminos persolvendos; *scil.* medietatem ad *Pascha* & medietatem ad festum Sancti *Michaelis*.

Dedimus etiam eis, habendam & tenendam in perpetuum in propios usus suos, Ecclesiam de *Crikobec*, integrè, cum omnibus pertinentiis suis. Volumus autem vos scire, quod advocacio ejusdem Ecclesiæ nobis adjudicata fuit per recognitionem in Curiâ nostrâ. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod prædicta Abbathia nostra, & Monachi, & fratres in eadem domo Deo servientes habeant & teneant in perpetuum, omnia supradicta benè, & in pace, liberè & quietè, integrè, plenariè, & honorificè, in bosco & in plano, (&c.) Testibus *Willielmo* filio *Radulphi*, tunc Seneschallo *Norm. Reb.* de *Harecourt*, Magistro *Mangero* Archidiacono *Ebroicensi*; *Johanne* de *Alent*, Archidiacono *Luxoviensi*, *Will. Tobomer*, *Petro* de *Pratellis*, & pluribus aliis. Data per manum Magistri *Guarini* Prioris *Loel'vend.* tunc gerentis vicem Cancellarii, apud bellum Castrum de *Rupe*, vicesimo octavo die *Februarii* anno Regni nostri nono.

ABBATIA

S. Mariæ de Voto, apud Cæsarisburgum in Normanniâ.

Pat. Norm. 7 H. 5. p. 2. n. 38. per Inſpex. *Carta Regis* Henrici *ſecundi, de Fundatione ejuſdem.*

Vide Pat. Norm. de anno 8. H. 5. m. 3.

REx (&c.) Inſpeximus Cartam, (&c.) *Henrici*, quondam Regis *Angliæ*, progenitoris noſtri, factam in hæc verba. *Henricus* Dei gratiâ Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ*, & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis, (&c.) ſalutem, Sciatis me, & Dominam matrem meam *M.* Imperatricem, *H.* Regis filiam, fundâſſe Abbathiam Sanctæ *Mariæ* de *Voto* de ordine *Ciſtercienſi*, pro amore Dei, & pro anima prædicti Regis avi mei, & pro anima *G.* Comitis *Andegaviæ*, patris mei, & aliorum parentum & anteceſſorum noſtrorum, & pro ſalute noſtrâ, & hæredum noſtrorum, & pro ſtabilitate & pace *Angliæ* & *Normanniæ*: Et hinc Abbathiæ & Monachis in ea Deo ſervientibus, dedimus in elemoſinam perpetuam, & confirmavimus totum Dominium noſtrum ipſius vallis, in qua fundata eſt, inter *Inſulam bonam* & *Bolebec*. In Foreſta eciam *Fiſcanni*, totam terram, quam metæ ibi poſitæ demonſtrant, *ſcil. Belfaiellum* & boſcum, ſicut via *Girenilla* dividit, quæ dirigitur per magnam vallem uſq; ad *Tyham Anlapi*, cujus totius terræ diviſæ ſunt iſtæ; vallis prædicta, vallis de *Caſa Orgri*, vallis de *Sturnello* uſq; ad *Cantelupum*; & exinde per vallem quæ dicitur vallis *Sequanæ* uſq; ad Calceiam in diviſis de *Theboitot*, & ſicut termini *Girevilla* dividunt uſq; ad viam ſupradictam. Dedimus etiam terram de *parvo Becco*, cujus partem quandam, venerabilis Imperatrix *M.* mater mea emit à Monachis de *Briſtel* pro *C. xx l. Belvacenſium*: & terram & boſcum, quod ego eis addidi de Foreſta mea, ſicut diviſæ demonſtrant, quæ ſunt cheminum, quod dirigitur à *Bolebec* ad *Milevillam*; & exindè juxta terras *Boſevilli* uſq; ad *Calceiam*; dehinc per vallem Comitiſſæ, & vallem magnam, uſq; ad fractum Monaſterium, indè juxta terras infirmorum uſq; ad prædictum cheminum. Inſuper conceſſimus eis & in elemoſinam perpetuam confirmavimus in utraq; Foreſta *Inſula bona*, & *Fiſcanni*, omnia aiſiamenta ſua, cum omnimoda liberrate paſnagii, & paſturæ & ligna, & materiem ad domos ſuas faciendas, & ad alias res uſui ſuo neceſſarias.

Præterea conceſſimus eis & confirmavimus omnes donationes, quæ eis in elemoſinam datæ ſunt, ſicut Cartæ donatorum teſtantur. Ex dono *Walteri* Comitis *Giffard*, unum pondus ſalis apud *Luram* ſingulis annis. Ex dono *Waleranni* Comitis *Mellenti* & *Roberti* filii ejus, totam haiam de *Lintot*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & ſex millia alecium, & hoſpitem unum apud pontem *Audomari*. Et quæcumq; de cætero juſtè adquirere poterunt, vel eis in elemoſinam data fuerint, concedimus & confirmamus. Quare volumus, & firmiter præcipimus, ut Abbatia prædicta & Monachi in eâ Deo ſervientibus hæc omnia prædicta habeant, & in elemoſinam prædictam teneant benè & in pace, liberè & quietè, integrè & honorificè, cum omnibus libertatibus, & quietanciis ſuis, de theloneo & paſſagiis, & aſſiſis, & de omnibus aliis conſuetudinibus: Teſtibus *R.* Archiepiſcopo *Rothomagenſi*, *A. Lexovienſi* Epiſcopo. *E. Ebroic.* Epiſcopo, Comite *Willielmo* de *Mandevilla*, *A.* Comite *Ebroic.* *Nicholao* de *Stotevilla*, *Hugone* de *Longo Campo*, *Reginaldo* de *Courtenai*, *Reginaldo* de *Pavilli*, *Roberto* de *Stotevill.* apud *Rothomagum.*

Carta Regis Ricardi *primi, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

INſpeximus, (&c.) *Ricardus* Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ*, & *Aquit.* Comes *Andeg.* Archiepiſcopis, (&c.) ſalutem: Sciatis, quod nos pro ſalute animæ noſtræ, & pro animâ patris noſtri Regis *H.* & pro animabus omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, conceſſiſſe, & præſenti Cartâ confirmâſſe in liberam & puram & perpetuam elemoſinam, Deo & Eccleſiæ Sanctæ *Mariæ* de *Voto*, & Monachis ibidem Deo ſervientibus, dotem quam Dominus Rex *H.* Pater noſter in dedicatione ejuſdem Eccleſiæ dedit & per *Annulum* ſuum ſuper Altare optulit; qui ob hujus rei teſtimonium, juxta Sigillum noſtrum eſt appenſus; *viz.* terram & nemus in Foreſta *Inſula bona*, ſicut Calceia dividit, quæ protenditur ab *Inſulâ bonâ* ad Sanctum *Romanum*; & indè per *Ciſeleriam*, & *Rannes*, & *Gomervillam*, & per novam villam, & per magnam vallem uſq; ad *Bolebeck*, & indè per vallem uſq; ad Calceiam ante nominatam. Conceſſimus etiam & confirmamus eidem Eccleſiæ S. *Mariæ*, & Monachis ejuſdem loci, omnes elemoſinas & donationes, & libertates eis factas, quorumcunq; donatorum fuerint, ſicut Cartæ & ſcripta donatorum rationabiliter teſtantur. Ex dono *ſcil.* Regis *H.* patris noſtri, & Imperatricis *Matildis* aviæ noſtræ, vallem omnem in qua fundata eſt Eccleſia, quæ eſt de dominico noſtro, inter *Inſulam bonam* & *Bolebeck*; & in Foreſta *Fiſcanni* totam terram, quam metæ ibi poſitæ deſignant; & terram & boſcum de *parvo Becco*, ſicut diviſæ demonſtrant, & in Foreſta *Fiſcanni* omnia aiſiamenta ſua, cum liberrate paſnagii, & paſturæ, & materiem lignorum ad ædificia facienda, & ad ignem & cætera ibi neceſſaria. Similiter in Foreſta *Inſula bona*, ex dono Comitis *Mellenti*, totam haiam de *Lintot*, cum omnibus pertinentiis ſuis & libertatibus, & ſex millia alecium apud Pontem *Audemari* prima ebdomada *Quaragesimæ*; & duos hoſpites in eadem villa Liberos & quietos ab omni

ni

ni consuetudine & unum mille anguillarum apud *Brionnam* ad *Purificationem* Sanctæ *Mariæ*, & quandam terram juxta Foretam de *Wellebeo*, & quietanciam per totam terram suam ab omni consuetudine.

Ex dono Comitis *Giffardi*, unum pondus salis apud *Loiram*. Ex dono *Mathei* de *Gerardvillâ* unum pondus salis in eadem villâ. Ex dono Magistri *Roberti* de *Buttelles*, unam salinam apud *Buttelles*. Ex dono *Roberti* de *Angervillâ*, unam salinam apud *Girafarvillam*. Ex dono *Ricardi* de *Molines*, quasdam terras apud *Gunfrevillam*. Ex dono *Walteri* de *Molines*, campum de *Portâ*, & campum de *Aldebertot*, & tenementum trium hominum. Ex dono & venditione *Fulcherii* & *Thomæ Desmaiseres*, & *Willelmi Britonis*, & *Bernardi*, & aliorum plurium, quasdam terras in territorio de *Gunfrevillâ*. Ex dono *Ricardi* de *Goscelynmaisnil*, unum hospitem apud *Estenhus*. Ex dono *Roberti* de *Binevillâ*, totam terram quam *Robertus* de *Juvenni* dedit ei pro servicio suo in vastatione Foreste *Fiscanni*, quam donationem *Robertus* & *Galfridus* de *Juvenni* Sigillis suis confirmaverunt. Ex dono *Simonis Lochepys* unum hospitem apud *Winemervillam*. Ex dono *Willelmi Martel*, & *Simonis* sacerdotis, & *Roberti* de *Bermonvilla*, tres maisuras apud *Estrutat*. Ex dono *Laurentii* Archidiaconi, unum masuagium apud Sanctum *Vedastum*. Ex dono *Ricardi* de *Vernon*, passagium vini eorum quietum apud *Vernun*. Ex dono Abbatis & Conventus Sancti *Petri Gemeticensis*, quietanciam per omnes portus suos *Secana* ad proprios usus. Ex dono *Abbatis* & Conventus *Fiscanni*, decimas terrarum, quas Monachi habent in Foresta *Fiscanni*. Ex dono *Godardi* de *Vallibus*, quietanciam in mercatu suo ipsis & hominibus eorum, & unum masuagium apud *Godardvillam*. Ex dono Comitis *Angi*, quietanciam per totam terram suam. Ex dono *Henrici* de *Novo Burgo*, domum emptam à *Teroldo* Clerico. Ex dono *Thomæ* de *Monte aureo*, domum unam apud *Fontem-Aldemari*. Ex dono *Roberti* de *Gloucestria*, unum hospitem, & medietatem molendini apud *Bolebek*. Ex dono *Nicholai Portesel*, unum masuagium apud *Bloppunt*. Præterea concessimus eis & confirmavimus omnes acquisitiones & elemosinas, & libertates, quas juste & rationabiliter acquisierint. Quare volumus, (&c.) Datum apud *Rothom.* per manum *Will.* de *Longo Campo*, *Eliensis* Episcopi Cancellarii nostri *xx.* die *Marcii*, Regni nostri anno primo: Nos autem Cartas prædictas, (&c.) confirmamus, (&c.) In cujus, (&c.) T. Rege apud Castrum suum *Rothomagi xxix. Januarii.*

Pat. *Norm.* 8. H. 5. p. 2. m. 3. per Inspex.

Alia Carta dicti Regis Henrici secundi.

HEnricus (&c.) Sciatis me, pro Dei amore concessisse & Sigilli mei munimine confirmâsse Abbatiæ S. *Mariæ* de *Voto*, quam Domina *M.* Imperatrix, mater mea, proprio censu fundavit, & Canonicis ibidem Deo servientibus, Ecclesiam S. *Margaretæ* de *Tilia*, cum omnibus pertinentiis suis, heremum S. *Aichadri*, cum omnibus pertinentiis suis; heremum S. *Martini* de *Prato* similiter; & quicquid *Rogerus* de *Magnevill* tenuit in Manerio *Ceheville*, sicut Carta ejusdem *Rogeri* testatur: Et tres partes molendini *Violphi*, de acato Dominæ matris meæ: Et maisuram quam tenuit *Robertus* Capellanus juxta *Hogam*: Et terram de venditione *Willelmi* de *Carkigneio* apud *Jorbarche*, & terram apud *Shelarevillam*, de concessione *Willelmi* de *Braiosa*. Præterea quascunq; terras vel mansuras jam dicta Abbatiâ & Canonici in *Cæsaris burgo*, justis donationibus & adquisitionibus adepti sunt. Quare volo (&c.) Testibus *Waltero Rothomagensi* Archiepiscopo, Comite *Willelmo* de *Magnavilla*. *W.* de *Mara*, & pluribus aliis, apud *Cadomum*.

Consimilis Carta ejusdem Regis. Ibid.

HEnricus (&c.) Sciatis me Dominæ matri meæ *Mathildi* Imperatrici concessisse Capellariam de *Valoniis*, cum omnibus appendiciis suis, ita benè & integrè & plenariè, sicut unquam melius fuit tempore *H.* avi mei Regis. Præterhæc concedo quoddam membrum Manerii de Sanctæ *Mariæ* Ecclesiâ, *scil. Novam Villetam*, ad dandum in perpetuam elemosinam Abbatiæ S. *Mariæ* de *Voto*, quæ est juxta *Cæsaris Burgum*, ab ipsâ Dominâ meâ fundatâ. Similiter & locum meum concessisse sciatis, *sc.* Insulam *Ulmi*, in quâ ipsam Abbathiam mean esse constat, pro animabus *H.* Regis avi mei, & Domini patris mei, *G.* Ducis *Norm.* & *Andeg.* Comitis, omniumq; antecessorum nostrorum, (&) Test. *Herberto Abrincensi* Episcopo, (&c.)

Carta dicti Regis Henrici *secundi de Manerio de* Wacg *in Comitatu Lincolniæ.* Cart. 11. E. 2 n. 550 per Inspex.

HEnricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Norm. Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiscopis, (&c.) salutem. Sciatis nos concessisse & præsenti scripto confirmâsse Abbatiæ & Canonicis nostris de *Cæsarburg.* Manerium de Wacg,* cum Ecclesiâ, & omnibus pertinentiis, in puram, & liberam ac perpetuam elemosinam, cum omnibus libertatibus domui religiosæ necessariis & convenientibus. Quare volumus, (&c.) Data per manum venerabilis patris *R. Cicestr.* Episcopi Cancellarii nostri apud *Westm.* secundo die *Junii* anno Regni nostri *xi.*

* Wacg. in Com. Linc. Cella Abb. de Cæsarisburgo.

Pat. 51. Hen. 3. m. 4. *Carta Regis* Henrici *tertii, donationes* Henrici *Avi sui de Decimâ cujusdam partis Foresta de* Bruys; *& de Manerio de* Oak, *in* Angliâ, *certificans.*

REx omnibus &c. Cum bonæ memoriæ *H.* quondam Rex *Angliæ*, avus noster, ad instantiam *Matildis*, dudum Imperatricis *Alemaniæ*, matris suæ, fundatricis & patronæ Monasterii beatæ *Mariæ* de *Voto* juxta *Cæsaris burgum*, de ipsius fundatione, dedit & concesserit, per Cartam suam Abbati & Conventui ejusdem loci, Decimam cujusdam partis forestæ de *Bruys*: ac ipsi Abbas & Conventus, motâ contentione super Manerio suo de * Oak in *Angliâ*, Cartam prædictam, quasdam libertates & jura ad ipsos in regno nostro spectantia continentem, tempore turbationis habitæ in eodem regno transmiserit in *Angliam* ad majorem declarationem juris eis competentis in Manerio prædicto; Carta prædicta, una cum aliis bonis & catallis dictorum Abbatis & Conventus tempore turbationis prædictæ à quibusdam malefactoribus capta fuit, & asportata, prout ex testimonio virorum fidedignorum, pro certo intelleximus, quibus fidem duximus adhibendam: Et hoc vobis tenore præsentium duximus intimandum. In cujus &c. T. Reg: apud *Westmonasterium.*

* Cella de Oak in Com.

ABBATIA

S. Martini, & S. Barbaræ, in Normannia.

Cart. 9. E. 2. m. 4. n. 7. per Inspex. *Carta Regis* Henrici *secundi, donatorum concessiones recitans & confirmans.*

HEnr. Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiscopis (&c.) Sciatis me concessisse, & præsenti Cartâ confirmâsse Ecclesiæ S. *Martini* & S. *Barbaræ* de *Eschaiolet*, & Canonicis in eadem Deo servientibus, in perpetuam elemosinam, quicquid eis rationabiliter datum est, sicut Carta regis *H.* avi mei, & Carta *Rabelli* Camerarii, & cæterorum donatorum suorum eis testantur; *scilicet* ex dono *Odonis Stig.* terras & prata cum Decimâ parochiæ prædictæ Ecclesiæ adjacentis, & totius dominici sui, quod est apud *mansum Odonis*, tam in terris, quàm in vineis, & molendinis, & virgultis, & vellentibus, & vitulis, in agnis, & caseis, & porcis & piscibus; & piscariam inter *mansum Odonis* & *Eschaiolet.* Ex dono *Willelmi Mirebel*, & *Osmundi Roenot*, de *Sequantiâ*, decimas suas; quarum duas partes primitùs retinebant. Terram etiam quem idem *Odo* habebat apud *Sanctam Mariam Calidam*, cum mediâ parte Ecclesiæ & decimæ, ita liberè, sicut in dominio suo habebat. Ex dono *Serlonis*, ex mansione *Malg.* terram quam apud *Brelium* de alodio suo habebat. Item ex dono prædicti *Odonis*, decimas telonii de mansione *Odonis* ad luminare Ecclesiæ, & terram *Safredi Wambasarii*, & terram *Auschetilli Baconis.*

In *Constantiensi* pago, apud *Scoviam*, terram cum decimâ unius molendini, & cum decimâ villanorum ejusdem vici, quam tenebat in suo dominio. Et insuper oblationes Capellæ suæ. Item ex dono *Rabelli Camerarii* in *Normanniâ*, totam terram, quam habebat in suo dominio apud *Mansum-Odonis*, ultra *Dinam*, ex parte ejusdem Ecclesiæ; & prata, & londam propinquam, & hospitari burgenses in totâ terrâ suâ liberè & quietè, exceptis Burgensibus residentibus in *Manso-Odonis*; Molcam etiam suam & omnium hominum suorum & totius terræ suæ quietam; Et locum in *Dinâ* ad faciendum molendinum, placitaq; omnium hominum suorum libera in Curiâ suâ, ita quod si ipsi vel eorum homines querelam habuerint versùs homines illius, in Curiâ ipsorum teneri eam concessit; salvo sibi jure de suis hominibus, sicut in Curiâ suâ; Et redecimam vini sui ad Cellarium suum, præter primam decimam, quæ solito more datur ad torcularia. Decimam etiam totius corredii sui apud tria Maneria, citra *Secanam*; *scilicet* apud *Mansum Odonis*, & *Oistrium*, & *Thorum*, & decimam dominici sui de *Cadome*, exceptis quatuor solidis, quos habet *S. Georgius.* Apud *Sanctam Mariam calidam*, terram quam *Ascelinus* de Monasterio tenebat de illo ad firmam, per unam minam frumenti, & campum de vineâ. Apud *Horstreham* unum fordarium, *Hugonem scilicet* de *Gardino*, & unam acram terræ ex dono *Roberti* filii *Alani*; Et libertatem quam eis concessit piscandi in aquâ, & licentiam capiendi lepores in warennâ suâ propter infirmos & hospites; & quietantiam omnium pecorum suorum in pastione, sicut suorum dominicorum ubicunq; habuerit; & unam virgatam terræ in culturâ suâ pro escambio terræ *Safredi* quæ fuit necessaria exclusæ molendini sui.

Et *x.* libratas terræ; quas eis dedit in *Anglià*, in focâ de Graham; *scilicet* apud Colesteor. *C. sol.* apud Hochestun & Sumerdebu quatuor libras, & in molendino de Estoches *xx. sol.* In valle de *Gloecestriâ* totum Manerium de * Berchelord, & de *Aissetonâ*, unde nichil sibi retinuit, nisi, pro amore Dei, tutelam & defensionem. * Cella ejusdem Cœnobii.

Totum etiam Manerium de *Manul-Gerolt*, cum pertinentiis suis; *scilicet* feodum de *Huchemaine*, quod tenebat *Ricardus* de *Altaribus*; & feodum, quod *Fulco* filius *Teobaldi* tenet in prædicto Manerio, exceptâ Buxeriâ, ita liberè, sicut ipse *Rabellus* & pater suus, & antecessores sui meliùs & liberiùs illud tenuerunt de antecessoribus meis; & præcarias de ipsâ Buxeriâ, sicut semper pertinuerunt ad *Manul-Gerolt*; & vivarium suum desuper *Mansum Odonis*; & totum boscum suum de

S.

S. *Mariâ Calidâ*, sine omni retenemento; Et in *Caleto* Capellam de S. *Michaele*, quam tenuerunt in suo dominio. Præterea quæcunq; prædictæ Ecclesiæ à quocunq; suorum hominum dabuntur, vel venandabuntur, vel escambientur, salvo jure Domini, nisi ultrò concesserit. Pacem etiam faciam inter Canonicos, & *Adam* de *Margneio*, de quadam terrâ, quam *Rabellus* dederat super *Dinam*, versùs *Maigneium*, præfatæ Ecclesiæ, ita ut dimidia remaneret in dominico Canonicorum, & dimidiam teneret *Adam* de ipsis in feodo, per servicium præstandi unum equum bis in anno ad necessaria itinera eorum infra *Normanniam*; & eundi ad placita eorum, & alia negotia citra *v. vel vii.* leugas convenienter. Terram etiam quam *Lega* uxor *Roberti* de *Albetot* dedit prædictæ Ecclesiæ, & ipse *Robertus* posuit super Altare, & mansuram *Ricardi Freschet*, cum terrâ suâ & escambium quod factum est inter ipsos Canonicos, & *Odonem* Decanum, cum filiis suis, *Tho.* & *Will.* Præterea ex dono *Theod.* de *Menul-Maug.* Capellariam suam de *Menul-Maug*, & totam tenuram *Rob.* de *Hotot*, quam tenebat de eo. Ex dono *Rog.* de *Pilevilla* libertatem capiendi terram in maresco de *Pilevilla*, ad focum suum imperpetuum, sicut ad proprium focum ipsius *Rabelli*. Et ipsorum Canonicorum burgensibus, libertatem eandem, ut ibidem capiant terram ad focum suum, sicut burgenses de *Manso Odonis*. Et escambium quod fecit *Hugo* de *Manso Odonis* cum prædictis Canonicis; *scil.* totam terram suam, quam habebat juxta viam versùs *Londam*, pro quâ ipsi dederunt *Hugoni* duas acras terræ super *Dinam*, & dimidiam acram ad veterem calciatam subtus *Londam*; & *xiv s.* sterlingorum, & *iv d.* De dono *Mariæ* filiæ *Herberti Preschet* dimid. acram terræ. De dono *Riculfi* de *Perorio* unam virgatam terræ ad quadrariam. Ex dono *Mathei Buscardi* terram quam habebat inter boscum de S. *Mariâ Calidi*. & *Cathechemilie*; *scil.* vallem *Buscardi*, & *Lesajel*, & terram de *Fonte-vulpis*; & totam tenuram *Gaufridi Gualdin*, cum toto redditu & serviciis, liberam & quietam imperpetuum.

Ex dono *Anfridæ Dee* unam virgatam terræ super *Dinam*. Ex dono *Eremburgæ* Comitissæ, dimidiam acram terræ de burgagio sub *Londâ*. De dono *Willielmi* filii *Hugonis Lovel*, terram quam *Gilbertus Gallus* tenebat de ipso, & unam acram terræ apud *Montem-Boterel*, quam *Fantelinus* de ipso tenebat. Ex dono *Thomæ* filii *Odonis* Decani, unam virgatam terræ in *Monte-decani*, pro patre suo. Ex dono *Buschardi* filii *Baldwini* unam virgatam terræ, juxta pratum Canonicorum. Præterea ex dono *Willielmi Camerarii*, filii *Rabelli*, dimidiam terram nemoris de *Rahaia* apud *Colestenord*, quæ fuit *Willielmi Citharistæ*; & totam terram *Basiræ*, quam *Rogerus* Presbyter de patre suo & de illo tenuit. Ex dono *Radulfi* de *Insula*, acram & dimidiam terræ, cum *Linaria*, & domo quam *Hugo* Presbyter tenebat de eo; & terram quam *Rogerus* Presbyter de eo tenebat ad fossatum *Tinier*, & tres virgatas, quæ terminantur cum terrâ *Gaufridi* de *Mercato* ad vallem, & dimidiam acram ad fossam marleriam. De dono *Roberti* de *Torno*, i. acram terræ & tres virgatas. De dono *Gaufridi* de *Mercato* unam mansuram apud *Tornum*. Ex dono *Gaufridi* filii *Mabiræ*, & *Reginaldi* filii *Anfridæ*, unam mansuram quam *Reginaldus* de viâ tenebat. De dono *Willielmi* de *Monte calum*, apud *Ostreham*, unam mansuram, & unam acram terræ. Ex dono *Radulfi Corbet*, unam acram terræ apud *Tornum*. Ex dono *Gill.* de *Ebroicis*, & filiorum ejus, confirmatione *Baioc.* Episcoporum, *Ricardi scil.* & *Philippi*, terram quam idem *Gilb.* & filii tenebant sui in ageio, sicut alodium suum de S. *Mariæ* feodo, & dimid. Ecclesiæ ejusdem villæ, cum omnibus quæ ad eandem terram pertinent: in molendino & hominibus, & omnium redditu, liberam & quietam ab omni servicio & axactione. Ex dono *Roberti Agnel* decimas quas dedit Canonicis in Parochiâ *Decani*. Ex dono *Roberti* de *Eschaiol* decimam dimidii molendini apud *Can.* Ex dono *Willielmi* filii *Mabire*; Decimas quas tenebat apud *Chetevillam*; Et escambium quod factum est inter Canonicos & *Willielmum Lovel* de terra *Gilleberti Galli*; & escambium quod factum est de terrâ *Radulfi* de *Belismo*, quæ est super *Dinam*. Ex dono *Luciæ* filiæ *Willielmi* Camerarii, in molendino de *Seolvilla* unum sextarium frumenti. Ex dono *Rogeri* filii *Ricardi* pasnagium omnino quietum in Foresiis suis de *Orbet*, & de *Benefacta*.

Ex dono *Gualeranni* Comitis de *Mellent*, quietanciam de teloneo & passagio, & omni consuetudine per totam terram suam. Præterea compositionem factam inter Monachos *Beccenses*, & prædictos Canonicos de decimis feodi *Turulfi* de *Maigneio*, quod est in Parochiâ de *Maisnil-simont*, quæ talis est, quod Monachi reddent annuatim Canonicis unum sextarium frumenti, & duos sextarios avenæ, decimâ Monachis remanente. Ex dono *Will.* de *Olvilla*, Ecclesiam de *Olvilla*, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Radulfi* filii *Sirlonis*, & *Willielmi* filii sui, dimidium Ecclesiæ S. *Mariæ Calidæ*. Ex dono *Gaufridi* filii *Teodrici* de *Maisnil-Maug.* quicquid pertinet ad Ecclesiam S. *Stephani* de *Maisnil-Maug. scil.* de feodo Camerarii de *Tancarville*, & de feodo *Roberti* de *Monteforti*, totam tenuram *Roberti* de *Hotot*, & partem illam, quam tenebat *Willielmus Burgenissam*; & illam, quam tenebat Mag. *Rogerus*. Et ex dono *Radulfi* de *Mesheldin* elemosinam quam habebat in manu suâ, cum duabus acris terræ, & tribus virgatis. Et ex dono *Willielmi Lovel* in eadem Ecclesiâ partem illam, quam tenebat *Robertus Tendereden*, & decimam dimidii molendini. Ex dono *Philippi Baioc.* Episcopi Ecclesiam S. *Laurentii* de *Montibus*, cum pertinentiis suis. Ex dono *Will. Tunetani*, & *Durandi* de *Diva*, apud *Bram*, Ecclesiam S. *Albini*, cum Capellâ & decimis Cameræ, & elemosinis ad eam pertinentibus. Ex dono *Ricardi* de *Tornai*, & *Gaufridi* filii sui, Capellam

pellam S. *Benedicti* juxta Forestam de *Gofer*, cum terris ad eam pertinentibus, & decimam molendini sui; Et ex dono ejusdem *Gaufridi* & *Willielmi* de *Tornei* Capellam de *Tercu*, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Willielmi* Comitis de *Pont*, locum de *Salte cocheria*, & herbagium, & pasnagium, & omnem consuetudinem solutam & liberam. Ex dono *Frogerii Sagiensis* Episcopi, assensu *Will.* de *Sola*, & *Rogeri* de *Cumbrai*, Ecclesiam de *Esnes*, cum omnibus pertinentiis suis. Quare volo, (&c.) T. *Thoma* Cancellario, & *Rich.* de *Humet* Conestabulario, & *Ricardo* de *Luci*, apud *Rothomagum*.

PRIORATUS

de Belencumbris.

Ex Coll. MS. cl. v. *Andr. du Chesne.*

Carta Willielmi *de* Warennâ *de quibusdam terris, & redditibus.*

EGo *Willielmus* de *Warenna*, & *Ysabella* Comitissa uxor mea; & filii nostri, *Willielmus scil.* & *Radulphus*, damus, (&c.) Deo & Ecclesiæ *Omnium Sanctorum Belencumbris*, & infirmis fratribus in eâ Deo servientibus (&c.) culturas nostras de S. *Martino*, (&c.) Et ego *Ysabella* Comitissa do & concedo supradictis fratribus, de hæreditate & patrimonio meo de *Wellebof*, *Cs. Rothomagenses*, per annum, concessu *Waleranni* Comitis *Mellenti*, filii mei, in præsentiâ Domini nostri *Hugonis* Archiepiscopi *Rothomagensis*, in dedicatione prædictæ Ecclesiæ *Omnium Sanctorum*, cum eam dedicaret & consecraret. In *Anglia*, de redditu Burgi nostri de *Lewes Cs.* sterlingorum. Testibus *Stephano* Capellano (&c.) Hæc donatio, ab incarn Domini *MCXXXv.* facta, & à Domino nostro *Henrico*, *Anglorum* Rege, in *Normannia* principante, regali potestate statuta & confirmata, (&c.)

PRIORATUS

S. Wluari Boloniæ, *in Provincia* Picardensi.

Carta Regis Henrici *primi, de Manerio de* Botfeld. Cart. an. A. n. 30.

EGo *Henricus* Dei gratiâ Rex *Angliæ*, hortatu simul & rogatu *Idæ*, Comitissæ *Boloniæ*, Manerium quod Botfeld dicitur, quod in *Surreyâ* situm est, quod etiam eadem *Ida* à patre nostro primùm, dehinc verò tenuerat à me Ecclesiæ S. *Wluari* Confessoris, qui in *Bolonia* requiescit, & Canonicis ibidem Deo servientibus, in commune, perpetuo jure possidendum, concedo, ab omni consuetudine quietum, & liberum, cum *soka* & *saka*, *tol* & *theam*, & *infangethef*, & cæteris omnibus, pro statu, & incolumitate Regni mei, & uxoris meæ *Matildæ* Reginæ, & liberorum meorum, & procerum meorum; ac pro remedio animæ patris & matris, & fratrum meorum, quantum autem Regiæ dignitatis ..... omni sollicitudine, & curâ prohibeo ne quis successorum meorum, contra jus & fas assertionem hanc, aliquo modo violare aut immutare præsumat. Ut igitur in posterum, quod super hac re constituimus, stabile, directum, & firmum manu propria subscriptione confirmo, ✠ signum ..... de Sancto *Sidonio*, ✠ signum Regis *Henrici*, ✠ signum *Anselmi* Archiepiscopi *Cantuariensis*, ✠ signum *Matildæ* Reginæ, ✠ signum *Roberti* Episcopi *Lincolniensis*, ✠ signum *Willielmi Cubicularii*, ✠ signum *Mariæ* fororis Reginæ, ✠ signum *VVill.* de *Evereus*, ✠ signum *Rogeri* Cancellarii, ✠ signum *VVidonis* de *Balliol*, ✠ signum *Everardi* scriptoris.

PRIORATUS

de Fulgeriis, *in Ducatu* Britanniæ.

Carta Constanciæ *Ducissæ* Britanniæ, & *Comitissæ* Richmundiæ, *de Ecclesia de* Cestrehunt. Ex autogr. in bibl. *Hatton.*

REverendo & charissimo patri suo *R.* Dei gratiâ *Lond.* Episcopo, *Constantia Conani* Comitis filia, Ducissa *Britanniæ*, Comitissa *Richmundiæ*, salutem, & debitam reverentiam. Pro Canonicis de *Fulgeriis* paternitati vestræ preces porrigo,

porrigo, quantum possum attentiùs rogans, quod pro Dei amore & prece meâ, eos in personatum Ecclesiæ de Cestrehont recipiatis, quam habent ex dono *Conani* Comitis patris mei & meo, & Cartarum nostrarum confirmatione. Teste meipsâ apud *Teillolium*.

Ibid. *Carta* Ranulphi *Comitis* Cestriæ, *de eadem Ecclesia.*

REverendo & charissimo patri in Christo dilecto.... *Lond.* Episcopo *Ranulphus* Comes *Cestriæ* salutem & debitam & devotam subjectionem. Paternitati vestræ, de quâ plenè confido, preces porrigo affectuosas, pro dilectis meis Canonicis *Fulgerienſibus*; quantum possum rogans instanciâ, quod divinæ pietatis intuitu, & meæ petitionis interventu, prædictos Canonicos juvetis & promoveatis, ad habendum Ecclesiam de Cestrehunt quam Comites *Britanniæ*, prædecessores mei, eis dederunt, & Cartis suis confirmaverunt, sicut vobis satis notum est: Et ipsos Canonicos, pro Dei amore, à jure suo, nullo modo prolongare aut disturbare velitis, sed vestri gratiâ ipsos in possessionem ejusdem Ecclesiæ mittatis, vel pensionem eis reddi faciatis, à Magistro *Osberto*, qui illam possidet. Et tantum super hoc, si placet, faciatis, quod me vobis, & omnibus vestris obnoxium & devotum habeatis ad omnia, quæ pro vobis facere poterit. ☞ Et sciatis, quod postquam egrotavi, Sigillum meum penès me non habui, & ideo has literas vobis destino sub Sigillo Dominæ matris meæ. Teste meipso apud *Martillum*.

HOSPITALE

S. Mariæ Magdalenæ *de* Bolonià *in provinia* Picardensi.

Cart 11.E. 2. n. 30. per Inspex. *Carta Regis* Henrici *primi de xx.* libratis *redditus in Manerio de* Butonà *infra Comitatum* Cantii, *in* Anglià.

HEnr. Rex *Anglia* Archiepiscopo *Cantuariæ*, & Episcopo *Roneceſtriæ*, & Abbatibus & Vicecomitibus, & omnibus Baronibus & fidelibus suis *Francis* & *Anglis* de Chent salutem. Sciatis me concessisse Deo & Infirmis de S. *Mariæ Magdalene* de *Bulonia* *xx.* libras de redditu in Manerio de *Butona*, sicut Comes *Eustachius* de *Bolonia* eas eis dedit & concessit, ad victum & vestitum suum, & sicut Comes *Stephanus* nepos meus, de cujus feodo Manerium illud est, eis concessit, & per Cartam suam confirmavit: Et volo & firmiter præcipio, ut ipsi benè & in pace, quietè & honorificè, & perhenni jure teneant, sicut eas à prædictis duobus Comitibus datum & concessum & sanctum est. T. *Roberto* de *Sigillo*, & *Willielmo* filio *Odonis*, apud *Rothomagum*.

HOSPITALE

Leprosarum de Kenilli, *juxta* Rothomagum, *in* Normanniâ.

Carta Regis Henrici *secundi*, *de dotatione ejusdem.* Par. Norm. 7.H.5.p.2. n 36. per Inspex.

HEnricus Dei gratiâ Rex *Anglia*, & Dux *Norm.* (&c.) Sciatis me dedisse in liberam & perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ, & antecessorum & successorum meorum, & præsenti Cartâ meâ confirmasse fœminis leprosis de *Kenilli*, clausum meum domorum mearum de *Kenilli*, ubi mansionem suam construxi, & *CC l. Andegavenſium*, ad victum & vestitum earum in Vicecomitatu *Rothomagensi*, per annum; *scil. C l.* ad festum S. *Michaelis*, & *C l.* ad *Pascha*, donec eas ipsis assignavero aliundè percipiendas, in terris, vel in redditibus Ecclesiarum; & pratum de *Kenilli*, quod *Martinus* de *Hosâ* essartavit; & pasturam bestiarum suarum in Foresta, & quietanciam de pasnagiis porcorum suorum, & in eadem Foresta, quod necesse eis fuerit in clauso suo ad focum suum, & ad domos suas reficiendas, & quietanciam per terram & aquam de omnibus rebus suis, & de modiatione vinorum suorum, & de theloneo & passagio, & pontagio, & paagio, & de focagio, & tallagio, ipsis & hominibus suis. Quare volo, (&c.) Testibus *Waltero Rothomagensi* Archiepiscopo, *H. Bajocensi*, apud *Cæsarisburgum*.

Carta Regis Ricardi *primi*, *de xl* l. Andegavensium. Ibid.

RIcardus Dei gratiâ Rex *Anglia*, Dux *Norm.* (&c.) Sciatis me dedisse, (&c.) Deo & Hospitali S. *Mariæ Magdalenæ Roth.* in puram & perpetuam elemosinam, (&c.) *xl.* l. *Andegavenſium*, in Vicecomitatu *Roth.* ad sustentationem pauperum ejusdem Hospitalis. Quare volumus, & firmiter præcipimus, ut quicunq; tenuerint Vicecomitatum *Rothomag.* solvant liberè & integrè, (&c.) prædicto Hospitali *xx l.* usualis monetæ *Rothomag.* ad *Pascha*, & *xx l.* ad festum S. *Michaelis*. Testibus *Waltero Rothom.* Archiepiscopo, (&c.) Data per manum *Joh.* Vicecancelarii primo anno regni nostri, secundo die *Januarii*, apud *Vernolium*.

HOSPITALE
de Vernone.

Par. Norm. 7. H 5 p. 2. n. 12. per Inspex.

Carta fundationis ejusdem, per S. Ludovicum Francix *Regem.*

IN nomine sanctæ individuæ Trinitatis Amen, *Ludovicus* Dei gratiâ *Francorum* Rex: notum facimus universis, tam præsentibus, quàm futuris, quod nos divini amoris intuitu, & pro salute animæ nostræ; necnon & pro remedio animarum inclitæ recordationis genitoris nostri *Ludovici* regis, & genitricis nostræ *Blanchæ* Reginæ, & aliorum antecessorum nostrorum, domui Dei *Vernone*, quam de novo ædificari fecimus, ad necessitatem egenorum & pauperum, confluentium ad eandem, & personarum ibidem Deo & pauperibus ipsis famulantium constructis, ædificiis & mansionibus opportunis, ut ibidem Christo domino in membris honorabiliùs serviatur, ad sustentationem personarum & pauperum prædictorum, in puram & perpetuam elemosinam, dedimus & concessimus eisdem totam terram nostram de *Spineto*, propè *Gallardum*, cum Manerio & pertinentiis omnibus, tam in terrâ arabili, censibus, redditibus bladi, denariorum, & caponum, quam in aliis quibuscunq; pertinentibus ad Manerium & terram prædictam: retento nobis in eò duntaxat placito Ensis, & eis, quæ ad placitum ensis pertinere noscuntur. Insuper *xx.* modios vini albi, & nonaginta modios vini rubei in præpositurâ nostrâ *Vernonæ* tempore vindemiarum percipiendas: & *CL.* libras *Parisiensium*, in eadem præpositurâ, ad tres terminos compotorum nostrorum annuatim solvendas. Item totum pratum nostrum situm juxta *Vernonem*, supra ripariam *Secanæ*, in quadam pecià. Item *xx.* modios bladi supra molendinos nostros *Paciaci*, ad mensuram *Paciaci*, in festo S. *Remigii* annuatim percipiendos. Volentes & percipientes, ut quicunq; pro tempore, Præposituras nostras *Vernonis* & *Paciaci* tenuerint, bladum, vinum, & pecuniam supradictam persolvant, sicut prædictum est, absq; morâ, seu difficultate, vel diminutione qualibet Domui supradictæ. Quod ut perpetuæ stabilitatis robur obtineat, præsentem paginam Sigilli nostri auctoritate, ac regii nominis caractere, inferiùs annotato fecimus communiri. Actum apud *Parisius*, anno incarnationis Domini *MCCLx.* mense *Mayo*, regni verò nostri anno *xxxiiii.* astantibus in palacio nostro, quorum nomina suppositæ sunt & signa, Dapifero nullo. Signum *Johannis Buticularii.* Signum *Alfonsi* Camerarii. Signum *Egidii* Constabularii.

Carta ejusdem Regis de quinquaginta libratis annui reddatus. Ibid.

LUdovicus Dei gratiâ *Francorum* Rex: notum facimus universis (&c.) quod cum nuper Domum Dei *Vernonis*, ut in eâ pauperes & infirmi possent imposterum commodiùs recreari, novis & amplis ædificiis, ac personis Deo & pauperibus servituris ibidem ampliaverimus, & eidem novos redditus duxerimus assignandos: volentes adhuc ipsos redditus, ad sustentationem prædictorum pauperum augmentare, divini amoris intuitu, & pro salute animæ nostræ, ac prædecessorum nostrorum, donamus & assignamus ejdem domui, & pauperibus ac personis aliis degentibus in eadem, in puram & perpetuam elemosinam, quinquaginta libras *Parisiensium*, annui redditus, percipiendas in præpositurâ nostrâ *Vernonis*, singulis annis, terminis subnotatis; *viz.* ad Octabas *Omnium Sanctorum* medietatem; & ad Octabas *Purificationis* beatæ *Mariæ* aliam medietatem: Volentes & concedentes, ut quicunq; pro tempore præposituram ipsam tenuerit, dictas quinquaginta libras dictæ Domui, sicut prædictum est, sine difficultate vel diminutione persolvat. Quod ut ratum & stabile permaneat in futurum, præsentes literas fecimus Sigilli nostri impressione muniri. Actum *Parisius* anno Domini *MCCLxi.* mense *Novembris.*

HOSPITALE
S. Spiritus *in urbe* Romana.

De Ecclesiâ de Wrytele *in* Essexiâ *ad dictum Hospitale spectante.* Esc. 20 E. 3. n. 68.

ALuratores dicunt super Sacramentum suum, quod Ecclesia de Wrytele, cum pertinentiis suis, non tenetur seu oneratur ad aliquas Cantarias, Sustentationes pauperum & infirmorum, seu ad aliquas alias diversas elemosinas faciendas & inveniendas in dicta Ecclesiâ de Wrytele, nisi tantummodo ad usus & sustentationes pauperum & Infirmorum in Hospitali apud Ecclesiam S. *Mariæ* in *Saxiâ*, in urbe Romanâ constructo, quod Hospitale S. *Spiritus* communiter nuncupatur: & quod quidem *Hospitale Anglorum* dicitur, & *Anglorum* fuit hospicio deputatum, prout in Carta domini *Johannis* quondam regis *Angliæ*, progenitoris domini Regis nunc, qui dedit dictam Ecclesiam de Wrytele cum pertinentiis suis, dicto Hospitali in puram & perpetuam elemosinam, ad usus & sustentationes pauperum & infirmorum illius Hospitalis pleniùs continetur, & prout Carta de confirmatione domini Regis nunc super eandem ratificata testatur. Dicunt etiam, quod custodes prædictæ Ecclesiæ de

Wrytele

Waytele nullas Cantarias, sustentationes pauperum & infirmorum, aut aliquas alias diversas elemosinas ante hæc tempora fecerunt, seu facere consueverunt, nisi de merâ voluntate Custodum prædictæ Ecclesiæ de Waytele pro tempore ibidem existentium. In cujus (&c.)

ABBATIA

de Blancalanda, *infra ducatum* Normanniæ.

Cart. 11. E. 2. n. 71. per Inspex. *Carta* Ricardi *de* Hayâ *de villâ de* Camringham *in* Angliâ.

Rich. de *Haia* & *Mat.* uxor ejus, omnibus amicis & hominibus suis *Francis* & *Anglicis* salutem: Notum sit vobis, & omnibus fidelibus, tam futuris quàm præsentibus, quod nos donavimus Abbathiæ nostræ S. *Nicholai* de *Blancalandâ*, villam Cambzingeham, * cum omnibus pertinentiis suis in perpetuam elemosinam liberam & absolutam ab omni jure & dominio, quærelis & vexationibus & exactionibus ad nos pertinentibus; Et el baile castelli *Linconia* unam placeam *Augabbe*, Monasterii S. *Pauli* ultra *Ruam* el *Westh*. T. *Roberto* Episcopo *Lincolnia*; *Roberto* Archidiacono; & *Baldwino* de Sigillo; Magistro *Humone* Cancellario; Magistro *Rogero* de *Herfintonâ*; *Durando* Clerico nostro; *Hugone Bardo*; *Dodone Bardo*; *Hamelino Bardo*, & aliis multis.

* Cambzingham in Com. Linc. Cella de Blancalanda.

Ibid. *Carta* Nicholaæ *de* Hayâ, *patris sui donationem confirmans.*

OMnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsens scriptum pervenerit, *Nicholaa* de *Hayâ*, filia *Ricardi* de *Hayâ*, salutem in domino. Noverit universitas vestra, quod ego in liberâ viduitate & potestate meâ constituta, confirmavi Deo & Abbatiæ S. *Nicholai* de *Blancalandâ*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ & antecessorum, & successorum meorum, totam villam de Hambzingham, cum omnibus pertinentiis suis infra villam & extra, quam dictus *Ricardus* pater meus, & mater mea illis dederunt in puram & perpetuam elemosinam. Habendam & tenendam liberè, quietè & pacificè ab omni seculari servicio & exactione, cum omnibus libertatibus & aisiamentis ad prædictam villam pertinentibus. Cæteras autem terras & alia dona, quæ sunt de feodo meo, quæ illis collata sunt, de donis hominum liberorum meorum, illis confirmavi in puram & perpetuam elemosinam, sicut Cartæ donatorum legaliter & rationabiliter testantur. Ut autem hæc mea confirmatio rata sit & stabilis imperpetuum, eam Sigilli mei appositione corroboravi. His testibus, *Roberto Griffin*, tunc senescallo; *Willelmo* de *Neitone* tunc Contabulario; *Roberto* de *Bakepuz*; *Radulfo* de *Marchemedlee* militibus; *Roberto* de *Campvillâ*, *Johanne* de *Lincolniâ*; *Johanne* de *Elseby*; *Johanne* de *Claxseby*; *Roberto* de *Estrorpe*; *Rogero* de *Claxseby*; *Alano* de *Elkington*; *Gilberto* de *Croxmare*; *Alano* Jânitore; *Eustachio* Coquo; *Waltero* de *Campvillâ*.

Carta Dodonis Bardi *de redditu quatuor marcarum in Manerio de* Folingeham. Ibid.

NOverint (&c.) quod ego *Dodo Bardus*, divinæ pietatis intuitu (&c.) dedi (&c.) Ecclesiæ beati *Nicholai* de *Blancalandâ* (&c.) annuum redditum quatuor marcarum argenti in Manerio meo de Folingeham; & hunc redditum taliter assignavi, *videlicet* sex bovatas terræ de dominico meo in eadem villâ, unamquamq; bovatam *ix* acrarum terræ, & trium acrarum prati. Et his sex bovatis addidi duos tottos in septentrionali parte ejusdem villæ, juxta domum *Ranci*; Et alias sex bovatas; duas *scil.* bovatas quas tenet *Heurens* sororius *Sueni* de *Chamlyngeham*; duas quas tenet *Wilielmus Mussin*; & duas bovatas, quas tenuit *Fulco* de *Berbig*, cum ipsis hominibus & omnibus pertinentiis & serviciis suis. Et hanc donationem, tam in dominico, quàm in servili, dedi eisdem fratribus adeo liberè & absolutè, sicut ea unquam liberiùs habui, nihil mihi vel hæredibus meis eis retinens. Hanc etiam donationem feci per manum *Willelmi Constantiensis* Episcopi in Capitulo de *Blancalandâ*, in die dedicationis ejusdem Ecclesiæ. His testibus, *Willelmo* de *Monteburgo*; *Rogero* de *Sancto Salvatore*; *Thomâ* de *Exaquio*; *Willielmo* de *Sancto Lando*; *Angelo* de *Lucernâ*, Abbatibus; *Willelmo* de *Humeto*, *Willelmo* de *Rollos*, *Ranaldo* de *Meisnill*; *Rogero* de *Musbiers* (&c.)

Carta Ricardi de *Hayâ*, *de molendino de* Welletune. Ibid.

NOtum sit omnibus, tam futuris quàm præsentibus, quod ego *Ricardus* de *Hayâ*, concessi, & præsentis scripti testimonio confirmavi pactum, quod est inter *Joslenum D'engleibi*, & Canonicos de *Blancalandâ* de molendino de Welletune, quod ipse tenebat de me pro *x. sol.* annuatim reddendis; hoc *scil.* quod ipse *Joslenus* affi mavit Canonicis prætatum molendinum, tenendum de se & hæredibus suis jure hæreditario reddendo annuatim *xii. sol.* decem *videlicet* michi, & duos illi. Similiter notum sit, quod ego concessi & confirmavi præfatis Canonicis in perpetuam elemosinam, hos meos decem solidos de præfato molendino; Et in *Cotis* tenementum quod *Radulfus Crassus* de me tenuit,

ita liberè, & quietè de omnibus ad me pertinentibus, ſicut unquam elemoſina meliùs poteſt teneri, (&c.) T. *Ragin.* de *Maiſnillo*, nepote meo, *W. Folioth*, *Hugone Bardo*, *Rob.* filio *Juliani*, (&c.)

ABBATIA

de Belloportu, *in Ducatu* Normanniæ.

Ex autog. in bibl. Denveſiana an. 1648.

Carta Alani, Henrici *Comitis filii*, *de diverſis Eccleſiis de ſochâ de* Waltham, *in agro* Lincolnienſi, *in* Angliâ.

Vide Pat. 16. E. 3. p. 2. m. 42.

NOtum ſit omnibus, tam futuris, quam præſentibus, quod ego *Alanus*, *Henrici* Comitis filius, dedi Deo, & Abbatiæ Sanctæ *Mariæ* de *Belloportu*, & Canonicis regularibus *Præmonſtratenſis* Ordinis, ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & Patris, & matris meæ, & *Petronillæ* uxoris meæ, & parentum meorum, omnes Eccleſias meas de *ſochâ* de **Waltham** in Epiſcopatu *Lincolnienſi*; *viz.* Eccleſiam *Omnium Sanctorum* de **Waltham**, & Eccleſiam de **Beleſbi**, & Eccleſiam de **Hautecloue**, & Eccleſiam de * **Ravendale**, & Eccleſiam de **Bermoleſbi**, & Eccleſiam de **Baichelai**, & Eccleſiam de **Dawardebi**, & Eccleſiam de **Alewardebi**, & Eccleſiam de **Beſeby**, cum omnibus pertinentiis earum. Et ad veſtimentum ipſorum Canonicorum, totam villam meam de **Weſt-Ravendale**, cum omnibus ſuis pertinentiis, liberam, & quietam de omnibus, quæ ad me pertinent, integrè, & liberè, & quietè, perpetuis temporibus poſſidendam. Quod ut firmiter, & ſtabile teneatur in perpetuum, præſentis Cartæ & ſigilli mei munimine confirmavi. Actum eſt hoc anno incarnationis Domini *M. CC. ii.* præſentibus hiis, *Gaufr.* Epiſcopo, *H.* Archiepiſcopo *Trevirenſibus*. *Gaufr.* de *Begar*. *Eudone* de *Comaloain*, *Auſiche* de *Lucerna*, Abbatibus, *Olivero* Arch. *Will. Rabin* præcentore, *Will.* Decano *Briocenſibus*. *Nich.* Presbytero, *Hervæo* Clerico, *Eudone Nigro*.... *Thudoreth* militibus, & multis aliis.

* Ravendale in Com. Linc. cella ejuſdem.

DOMUS *Monialium*

Ord. S. Dominici, *juxta* Rothomagum.

Carta fundationis ejuſdem, per S. Ludovicum Franciæ *Regem.* Par. Norm. 7. H. 5. p. 2. n. 24. per Inſpex.

INitial I

N nomine Sanctæ, & individuæ *Trinitatis*, *Amen*. *Ludovicus* Dei gratiâ *Francorum* Rex. Notum facimus univerſis, tam præſentibus quam futuris, quod cum ex cauſâ permutationis inter nos & dilectum & fidelem noſtrum *O. Rothomagenſem* Archiepiſcopum habitæ, de conſenſu Capituli *Rothomagenſis* acquiſierimus Manerium dictum de S. *Matheo*, ſitum juxta *Rothomagum*, ultra pontem, cum prato, gardino, & omnibus pertinentiis ſuis, ſicut idem Archiepiſcopus ea antea tenebat & poſſidebat, in quo quidem loco priùs *fratres Prædicatores* habitare ſolebant: Nos deſiderantes, ut in eodem loco Domino perpetuo ſerviretur, ad honorem ipſius Domini noſtri, bonorum omnium largitoris, congregationem quandam religioſarum mulierum ibidem collocari fecimus, quæ habitum & ordinem S. *Dominici* ſuſceperunt, & eidem Ordini incorporatæ, curæ & cuſtodiæ *fratrum Prædicatorum*, auctoritate Apoſtolicâ ſunt commiſſæ. Quibus Prioriſſæ, *viz.* & ſororibus, divini amoris intuitu, & ob remedium animæ noſtræ, & animarum inclitæ recordationis *Ludovici* Regis progenitoris noſtri & Reginæ *Blanchæ* genetricis noſtræ, ac aliorum anteceſſorum noſtrorum donamus & concedimus in puram & perpetuam elemoſinam, locum ipſum, dictum de S. *Matheo*, cum ædificiis, tam veteribus, quam novis, à nobis poſtea conſtructis; necnon prato, gardino & pertinentiis omnibus, ab eis imperpetuum quietè & pacificè poſſidendis. Inſuper quadringentas libras *Turonenſium*, annui redditus, percipiendas imperpetuum in Vicecomitatu noſtro aquæ *Rothomag.* medietatem, *viz.* ad Scaccarium S. *Michaelis*, & aliam medietatem ad Scaccarium *Paſchæ*; quam pecuniæ ſummam volumus & concedimus eis reddi de primis denariis, qui ad menſam Scaccarii, de dicto Vicecomitatu afferentur, per manum illius, qui pecuniam Vicecomitatus prædicti recipiet vice noſtrâ.

Et præter hoc Capellam noſtram de *Glapion*, cum redditibus omnibus pertinentibus ad eandem; quam antea, de conſenſu Dioceſani conceſſeramus eiſdem. Donamus etiam & concedimus eiſdem, in Foreſtâ noſtrâ *Roveriî*, juxta *Rothomagum*, perpetuum uſagium, liberum & quietum, *viz.* de boſco ad ardendum in domo ſuâ prædictâ, per liberationem Foreſtarii, & in eadem Foreſtâ uſagium boſci ad ædificandum, cum opus fuerit, in eadem domo,

mo, & aliis domibus & grangiis suis, si quas fuerint habituras, percipiendum similiter per liberationem Forestarii nostri, qui pro tempore fuerit, sine difficultate quacunq;. Concedentes etiam eisdem, ut in eadem Foresta Lx. porcos imperpetuum habeant ad pasnagium, liberè & quietè; ita quod si aliquando dictum pasnagium deficeret in dicta Foresta, poterint mittere dictos sexaginta porcos ad alias Forestas nostras, ubi esset pasnagium similiter liberè, & quietè. Insuper eisdem sororibus concedimus, ut imperpetuum habeant xxx. capita Vaccarum, & CC. oves ad herbagium in Foresta nostra *Romara*, liberè & quietè, ita quod non vadant in talleis, seu in Foresta, quousq; se poterit defendere. Item donamus eisdem imperpetuum & concedimus Lx. acras terræ, ad excolendum in essartis prædictæ Forestæ nostræ de *Romare* juxta *Montegni*, ad constructionem unius granchiæ. Item donamus eisdem imperpetuum masuram, cum gardino, quam habebamus apud *Molas*, in diocæsi *Lexovien si*, sicut se protendit in longum & latum, ad unam granchiam faciendam in prædictis Lx. acris terræ, & in masurâ prædictâ, cum gardino ejusdem masuræ, nobis & successoribus nostris Regibus *Franciæ*, omnimodam justiciam retinentes. Item donamus & concedimus eisdem imperpetuum franchiam molturam in molendinis nostris de *Bapalums*, sitas juxta *Deivillam*, ita quod possint, sine contradictione, bladum suum molere, postquam ille, cujus bladum invenietur in tremina integrè fuerit expeditus. Præterea concedimus eisdem, ut de rebus suis in usus proprios convertendis, plenam libertatem habeant in propriis pedagiis nostris, ita quod de ipsis, tam per terram, quam per aquam, vehendum vel trahendum, nullum præstare teneantur pedagium, theoloneum seu exactionem quamlibet, aut custumam. Siqua autem alia priùs concesseramus eisdem, ea nobis & heredibus nostris retinemus, exceptis decimis, quas dedimus eisdem. Quod ut perpetuæ stabilitatis robur optineat, præsentem paginam Sigilli nostri auctoritate, & regii nominis caractere, inferiùs annotato fecimus communiri. Actum apud *Vernonem* anno Dominicæ incarnationis *MCCLxix.* mense *Augusto*, regni nostri anno *xliii.*

ROTHOMAGENSIS

Ecclesia Cathedralis, in Ducatu Normanniæ.

De terris in Anglia *ad* Rothomagenses *Ecclesiæ Canonicos spectantibus.* Claus. 7. Joh. m. 1. in dorso.

HÆc sunt quæ petunt Canonici *Rothomagenses* Ecclesiæ à Domino Rege; Manerium de *Clere*, * cum suis pertinentiis, quod sibi collatum est à Domino *Henrico* bonæ memoriæ, illustri Rege *Angliæ*, avo Domini regis, quod positum est ad firmam pro *xl.* marcis. * In Com. Sub.

Manerium de *Oseri*, * cum pertinentiis suis, quod datum fuit ad victum Capituli, à bonæ memoriæ *Othone* Comite, ante adventum *Normannorum* in *Angliam*, quod positum est ad firmam pro *Lxvi.* marcis. * In Com. Devon.

Manerium de *Kilburn*, * cum pertinentiis, quod datum fuit à primo *Henrico*, bonæ memoriæ, illustri Rege *Angliæ*, Archiepiscopo & Capitulo *Rothomagensi*, quod positum est ad firmam pro *Lxx.* marcis. * In Com. Ebor.

Capellaria de *Tikehull*, data à Domino Rege *Johanne*, quando fuit Comes, ad quatuor præbendas, ad faciendum Anniversaria patris sui & fratrum, quæ valet *C.* marc. unde *Lx.* marcæ assignatæ sunt ad quatuor Præbendas, & *xl.* marcæ assignatæ ad obitum Regis *H.* & *R.* & *Joh.* Regis faciendum.

Carta Regis Johannis *de* Capellariâ *de* Blyâ, *cum diversa Ecclesiæ parochiales* spectant. Inter Brevia & Recorda de temp. R. Edw. II. Bundel. a. n. 2.

JOhannes Dei gratiâ, (&c.) Omnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, (&c.) Noverit universitas vestra, quod nos pro salute animæ nostræ, & pro salute animarum bonæ memoriæ *Henr.* Regis patris nostri, & fratris nostri *Henr.* Regis junioris, qui in Ecclesiâ *Rothomagensi* habent sepulturam, & omnium antecessorum nostrorum, ad petitionem Dominæ nostræ *Alienoræ Anglorum* Reginæ, concessisse & præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & beatæ *Mariæ Rothomagensi*, & venerabili patri nostro *Waltero Rothomagensi* Archiepiscopo, & omnibus successoribus suis Canonicis in prædictâ Ecclesiâ Deo servientibus, in puram & perpetuam elemosinam, Capellariam de *Blya*, cum omnibus pertinentiis suis; *viz.* Ecclesiam de *Hareworth*, cum Capellis de Berleby, & de Parchone, cum omnibus pertinentiis suis: Ecclesiam de Watelay, cum omnibus pertinentiis: Ecclesiam de *West*-Parcham, cum Capellis de Birletone, Walleby, Hoctone, Bevercote, Draytone, Gamelestone, & Eggemontone, cum omnibus pertinentiis suis: Ecclesiam de *Est*-Parcham, cum omnibus suis pertinentiis: Ecclesiam de

Bigeford, cum omnibus pertinentiis suis; Ecclesiam de Luddeham, cum omnibus pertinentiis suis; *viz.* Capella de Gunnetorpe, & aliis pertinentiis: Ecclesiam de Gunolvestone, cum omnibus pertinentiis suis: Terram de *Falk*, quam *Johannes* filius *Sulfi* tenuit, cum omnibus pertinentiis suis: Unam bovatam terræ in Dunpingtone, quam *Levenoth* tenuit, cum omnibus pertinentiis suis: Terras in Fabrecre, quam *Walterus Rob.* de *Frbrecce*, & *Will.* Capellanus tenuerunt, cum omnibus pertinentiis suis. In *Terneseo*, quatuor bovatas terræ, quas *Adam* filius *Roskill* tenuit, cum omnibus pertinentiis. In *Wellum* unum pratum, quam *Adam* de *Wellum* tenuit, cum omnibus pertinentiis suis. Duas garbas de Dominico de Tikrill, cum omnibus pertinentiis suis. Duas garbas de dominio de Wademoth, cum omnibus pertinentiis suis. Duas garbas de dominio de Tinelaw, cum omnibus pertinentiis suis. Duas garbas de dominico de Lanceleva, cum omnibus pertinentiis suis. De dominico de Barnham medietatem decimarum, cum omnibus pertinentiis suis. In Lindrit duas acras terræ, cum omnibus pertinentiis suis. In Barcham unam bovatam terræ, quam *Rogerus* filius *Willelmi* & *Henricus* Presbyter tenuerunt, cum omnibus pertinentiis suis. In Tikrull unum toftum quod *Willelmus Goner* leffi tenuit, cum omnibus pertinentiis suis in eadem villa; unum toftum quod *Willelmus Sutor* tenuit, cum omnibus pertinentiis suis in eadem villâ; unum toftum quod *Will.* Canonicus tenuit, cum omnibus pertinentiis suis in eadem villa; unum toftum quod *Aeliria* de *Westgate* tenuit, cum omnibus pertinentiis suis in eadem villâ; unam bovatam terræ quam *Rob.* filius *Siwardi*, & *Rob.* de *Estfelde* tenuerunt, cum omnibus pertinentiis suis. Has autem omnes suprascriptas Ecclesias, Capellas & terras, cum omnibus pertinentiis suis, Deo & S. *Mariæ Rothom.* & prædicto Archiepiscopo & omnibus successoribus suis, & præfatis Canonicis *Rothom.* concessimus & præsenti Cartâ nostrâ, in puram & perpetuam elemosinam confirmavimus; Tenendas quidem liberè, & quietè, & pacificè, (&c.) sicut Cartâ nostrâ quam inde eis fecimus, dum essemus Comes *Moretone*, & Carta *R'c.* fratris nostri rationabiliter testantur. His testibus *Rad. Tessone*, *Petro* de *Pratellis*, *Rob.* de *Turnham*, *Rob.* de *Tresgoz*. *Rob.* de *Mortuomari*. Data per manum S. *Wellen.* Archidiaconi apud *Casarisburgum xxv.* die *Sept.* anno regni nostri secundo.

COENOBIA HIBERNICA

PRIORATUS S. *Andreæ*, in territorio de Ardes, Cella Abbathiæ de *Lonleya* in *Normannia*.

Ex vetustâ membranâ penès *Will. Prispoint* armig.

Carta Johannis *de* Curceio, *de fundatione ejusdem.*

OMnibus sanctæ Matris Ecclesiæ fidelibus, tam præsentibus quàm futuris, *Francis*, *Anglis*, & *Hibernicnsibus* *Johannes* de *Curceio* salutes imperpetuum. Noverit universitas vestra, quod ego *Johannes* de *Curceio*, obtempu caritatis, & amore misericordis Dei, pro salute domini mei *H.* Regis *Anglie* & *Johannis* filii sui, domini *Hibernia*; necnon pro salute meâ, & uxoris meæ, & pro animabus patris & matris meæ, & pro animabus omnium anteceſſorum & propinquorum meorum, tam vivorum, quàm mortuorum, dedi, concessi, & præsenti Cartâ confirmavi Deo & sancto *Andreæ* de *Stokes*, & Monachis ibidem Deo servientibus, decem carucatas terræ, cum omnibus pertinentiis suis in terrâ de L'art; *scil.* in terrâ *Maccolquâ*: Et præter hoc omnes decimas de omni meo dominico, ab aquâ de Darnart, usq; in aquam de Carlingford, exceptis decimis de illis duobus Castellis; *v.z.* Archen, & Dniaht; tenendas de me & hæredibus meis successivè, liberè, & quietè, pacificè & integrè, in puram, liberam, & perpetuam, elemosinam, ab omni servicio temporali, & exactione seculari solutam. Ut autem hæc donatio mea & confirmatio imposterum rata & firma habeatur, testimonium subscriptorum annotatione & mei sigilli appositione confirmavi, & corroboravi. Hiis testibus, *Willielmo* Priore de Dun; *Richardo* filio *Roberti*; *Rogero* de *Cestriâ*; *Adam* Camerario; *Radulfo Passelewe Simone* fratre suo, *Bernardo* Monacho de Stokes, qui Cartam istam de manu meâ recepit; & multis aliis.

Carta Abb. & Conv. S. Mariæ *de* Lonleyâ *in* Normanniâ, *de Cella sua de* Ardes, *Archiepiscopo* Armachano *concessa.*

NOverint universi nos Abbatem & Conventum domus & Monasterii beatæ *Mariæ* de *Lonleyâ* Ordinis sancti *Benedicti*, *Senemanensis* diocesis, in *Normanniâ*, ex unanimi consensu & assensu nostro, dedisse, concessisse, & hac Cartâ nostrâ confirmâsse *Ricardo* Archiepiscopo *Ardmachano*, *Hiberniæ* Primati, & successoribus suis Cellam nostram, vel Prioratum nostrum, ac domus nostræ prædictæ in *Hibernia*; qui quidem Prioratus, seu Cella vocatur Prioratus S. *Andreæ* en le Ardes, in *Ultonia*, & omnia terras & tenementa nostra in *Ultonia*, cum dominiis, dominicis, serviciis, redditibus, tam liberorum tenentium firmarum, quam nativorum, & betagiorum, cum nativis, betagiis, cum eorum sectis, consuetudinibus, & sequelis ejusdem Cellæ seu Prioratus; necnon reverſionibus singulorum tenentium nostrorum, ad terminum vitæ vel annorum, seu aliorum tenentium nostrorum quorumcumq;, ac cum advocationibus Ecclesiarum vikariarum & Capellarum eidem Prioratui, & Cellæ appropriatarum, & omnibus aliis advocationibus eidem Prioratui alio quovis modo tenendis, annexis, seu spectantibus; cum præmissorum omnium juribus, & pertinentiis quibuscumq;. Habenda & tenenda omnia & singula supradicta, ut plenius superius est expressum, in terris, pratis, molendinis, aquis, stagnis, piscariis, marisceis, pascuis, & pasturis,

pasturis, & omnibus aliis libertatibus, liberisq; consuetudinibus, juribus, & pertinentiis suis, præfato Archiepiscopo, & ejus successoribus, ac suæ Ecclesiæ *Armachanæ* imperpetuum, de capitalibus dominis feodi illius, per servicia indè debita, & de jure consueta. Et nos præfati Abbas & Conventus, & successores nostri prædictum Prioratum, & Cellam, ac omnia alia supradicta, ut prædictum est, & declaratum, prædictis Archiepiscopo & suis successoribus, ac suæ Ecclesiæ *Ardmachanæ* prædictæ warantizabimus, acquietabimus, & defendemus imperpetuum. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum commune apposuimus.

ABBATIA

Sanctimonialium apud Corke.

Esc. 29. E. 1. n. 150.

De diversis terris eidem collatis.

INquisitio capta coram fratre *Willielmo* de *Ros*, Priore Hospitalis sancti *Johannis Jerusalem* in *Hibernia* tenente locum capitalis Justiciarii *Hiberniæ*, apud Corke, die *Mercurii*, in vigilia sancti *Bartholomæi*, anno regni Regis *Edwardi* vicesimo nono, per subscriptos, *scil. Geroldum* filium *Mauritii* (&c.) Qui Jurati dicunt, super Sacramentum suum, quod non est ad Dampnum, vel prejudicium domini Regis aut aliorum, si dominus Rex concedat *Willielmo* de *Barry*, quod ipse unam carucatam terræ, cum pertinentiis in Clenmoly, in Inysmor; & advocationem Ecclesiæ de Dongorny; Et *Johanni* de *Barry*, quod ipse viginti libratas terræ, cum pertinentiis in Puscrycolethan, & Obaun; Et *Johanni* filio *Gilberti*, quod ipse unam carucatam terræ & dimidiam, cum pertinentiis in Carrancor in Obaun, & Ballynleth, in Funerthrach; & advocationem Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Barathi; & duas acras terræ, cum pertinentiis in Bylcoan in Olethan, unà cum advocatione Ecclesiæ de Bylcoan: Et *Philippo* filio *Roberti*, quod ipse duas acras terræ; cum pertinentiis in Liplinyde in Lynalethi, unà cum advocatione Ecclesiæ de Eplinyde; & duas acras terræ cum pertinentiis in Bathirlaga, unà cum advocatione Ecclesiæ ejusdem villæ, & duas acras terræ, cum pertinentiis in le Chircheton, in Pulsmatuel, unà cum advocatione Ecclesiæ del Chircheton, dare possint & assignare *Agneti* de *Hareford*, & quibusdam aliis mulieribus sub habitu moniali Deo servituris in domo sancti *Johannis Bapt.* de *Seint Jonestrete*, in suburbio de Corke, ad sustentationem earundem. Habendas & tenendas eisdem *Agneti* & mulieribus & earum successoribus ibidem sic in habitu moniali Deo servituris in perpetuum. Item dicunt, quod prædicta terra de Cleynbolp in Inismor, & advocatio Ecclesiæ de Dongorny, sunt de feodo prædicti *Willielmi* de *Barry*, & tenentur de *Johanne* de *Barry* immediatè per servicium unius libræ piperis per annum; & quod prædicta terra & advocatio valent per annum quatuor marcas (&c.)

DUNENSE

Cœnobium.

De fundatione ejusdem.

Et Regist. Abb. S. *Werburgæ* penès Dec. & Capit. Eccl. Cath. *Cestriæ* anno 1640. f. 28. a.

Anno Domini *MCLxxxiii.*

JOhannes de *Curci* dedit Ecclesiæ sanctæ *Werburgæ Cestriæ*, Hurmach, unà cum decem carucatis terræ infra Thewet, de Chenelternan, in perpetuam elemosinam . . . . . ita quod Abbas *Cestrensis* inveniet sibi de domo suâ, Priorem & Ordinem suum, ad construendam Abbatiam sui Ordinis in Ecclesiâ S. *Patricii Duni*; ita quod præfata Ecclesia *Dunensis* libera permanear, ab omni subjectione *Cestrensis* Ecclesiæ, per decem Carucatas prædictas. Teste *Malachia*, *Dunensi* Episcopo &c.

Par. 42. E. 3. P. 2. m. 11.

Diploma Regis Edwardi *tertii*, *diversorum donatorum Cartas recitans & confirmans.*

REx &c. Inspeximus quandam Cartam *Malachiæ* quondam *Dunensis* Episcopi, in hæc verba; Sciant futuri tanquam præsentes, quod ego *Malachias Dunensis* Episcopus, concessi ad honorem Dei & sanctæ religionis, Ecclesiam S. *Patricii* de Dune, cum omnibus pertinentiis suis, ad opus Prioris & nigrorum Monachorum; quorum ipse Episcopus ero custos & Abbas, sicut fit in Ecclesiâ *Wintoniensi* vel *Coventrensi*. Concessi itaq; eis & successoribus suis & confirmavi villas ad Ecclesiam suam pertinentes; *scil.* Lothinonne, Wesesarech, Ferrochen, Balinscanlan, Arthgothin, Balinrothan, Telagnocressi, Balienbrethnaghe, Belgath, Delen, Tipermeni, Balimichethe, Dunnobere, Balienlemath, Balienlirnoni, Telaghmethan, Balinbothan, Bolrath cum pertinentiis; Eno, Chengar, Monenmor, Nochenouf, Chenard, Tirnoe, Tirestruther, Balioconelui, Caemse, Crach, Balindethoume, cum pertinentiis; Balima, Telendar, Balimangatha, Balinculter, Balimackelli, Fleher, Balienscruthi, Balinstinnan, Bellechan, Balinwasan, Lesconan, Bostel, Cromoch, Lanne, Barenlutheri, Teod, cum pertinentiis; Balimanrea, Barenneschi, Chellemmen, Rathaev. Et Ecclesias de Killerleth, & de Faichten & Methian, cum pertinentiis suis in Dalionn, Latrath, Donenath, Bellaghinere.

Præterea

Præterea ad honorem & reverentiam Episcopatus mei, retinui in manu meâ medietatem oblationis in hiis quinq; festis anni, & non amplius; *scil.* in *Natale* Domini; in *Purificatione* S. *Mariæ*; in festo S. *Patricii*; in *Paschâ*, & *Pentecosten*. Hujus concessionis isti sunt testes, *L. Dublinensis* Archiepiscopus; T. *Ardmachanus*, & multi alii.

Inspeximus insuper quandam aliam Cartam *Johannis* de *Curci*, in hæc verba; Sciant tam præsentes, quam futuri, quod ego *Johannes* de *Curci* dedi & concessi, & hac præsenti Cartâ confirmavi Deo & S. *Patricio* & Ecclesiæ sanctæ de *Dune*, & *D.* Priori & Monachis ejusdem Ecclesiæ, & successoribus suis, omnes querelas & omnia placita de omnibus hominibus suis, & de omnibus tenementis suis, quæcunq; in præsentiarum habent, & quæcunq; in posterum habebunt, in toto dominio & in omni potestate meâ; de murdriâ, & de rapinâ, & de rap, & de igne, & de sanguine, & de sansoche, & de omni purprestura; & de omni vi & violentiâ; & de omnibus causis & casibus & negotiis & rebus quibuslibet, quæcunq; solent vel possunt emergere; & plenaria forisfacta, & misericordias; & plenarium jus; & omnimodam justiciam, & justiciæ executionem omnium supradictorum, sine omni respectu & expectatione mei & meorum, vel ensis mei, seu dominii mei; præterquam quod serviens meus, quem ad hoc assignavero, interesit causis illis, ad videndum & audiendum solummodo, sine omni præsumptione & juris prævaricatione, quod omnia justè fiant. Testibus *Ricardo* filio *Roberti* Seneschallo meo; *Rogero* de *Cestre*, Constabulario; *Adam* Camerario; *Willielmo* & *Henrico Copland*; *Willielmo Saraceno*; *Willielmo* de *Curci*, *Philippo* de *Hasting*; *Simone Passelew*; *Will. Savage*; *Ric.* de *Dudovenald*, *Rivero* fratre suo, *Will. Hach. Waltero* de *Logis*, Magistro *Waltero*; & multis aliis.

Inspeximus etiam quandam aliam Cartam *Johannis* de *Curci*, in hæc verba; Sciant tam præsentes quam futuri, quod ego *Johannes* de *Curci* dedi & concessi & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo & Ecclesiæ S. *Patricii* de Dune, & Monachis ibidem Deo servientibus, passagium de aquâ de Strangford versùs Duffran; & passagium de aquâ de Carlingeford; & passagium de Cragfergus; & passagium de aquâ de Vanne; & omnia passagia totius conquestus mei in *Hibernia*, quæ adquisivi, vel quæ adquirere potero, excepto solo passagio inter Lethrathel & Art, pro animâ patris & matris meæ, & pro animabus antecessorum & successorum meorum; & pro animâ *Beatricis* de *Vilers*; & pro animâ meâ, & uxoris meæ *Affricæ*, & pro animabus omnium eorum qui mortui sunt & morientur in servicio meo: tenenda & habenda in puram & perpetuam elemosinam, liberè, quietè, & honorificè, sicut aliqua elemosina liberiùs & quietiùs dari & teneri potest. Testibus, *M. Dunensi*, & *R. Conerensi* Episcopis. *E.* de *Tues*; & *G. Holmo*, & *P.* de *Saballo* Abbatibus. *G.* de S. *Thoma*; & *P.* de *Mutmer*; *W.* de *Gratfergus* Prioribus, *Reg.* Constabulario; *Ric.* Seneschallo, *Step.* Clerico, Magistro *Walt. Rob.* Clerico.

Inspeximus etiam quandam aliam Cartam *Hugonis* de *Lasey*, quondam Comitis *Ultoniæ*, in hæc verba. Universis, ad quos præsens Scriptum pervenerit, *H.* de *Lasey* Comes *Ultoniæ*, salutem in domino. Universitati vestræ significamus, nos divinæ pietatis intuitu, & pro salute animæ nostræ, & omnium antecessorum nostrorum, dedisse & concessisse, & præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse Priori & Monachis S. *Patricii* de *Duno*, ibidem Deo & S. *Patricio* servientibus, unum barellum & unum rete libera ad piscationem de Vanne imperpetuum ab omni servitio de nanda ad nos vel hæredes nostros pertinente. Et ut hæc nostra donatio & confirmatio perpetuam optineat firmitatem, præsenti Scripto Sigillum nostrum apposuimus. Hiis testibus, *T. Dunensi* Episcopo, *Henrico Wellensi*, *Rad. Pendelu*, *Will.* de *Avilleri*, *Will. Ponmeur*, *Roberto Ponmeur*, *Will.* de *Stokys*, *Michaele* de *Waletune* Clerico nostro, *Philippo* filio *Davidis*, & aliis.

Inspeximus etiam quandam aliam Cartam *J.* de *Curci*, in hæc verba; Omnibus sanctæ matris Ecclesiæ filiis, tam præsentibus quàm futuris, *J.* de *Curci* salutem. Noverit universitas vestra, me dedisse & hac præsenti meâ Cartâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ S. *Patricii* de *Dune*, & Monachis ibidem Deo servientibus, omnem decimationem totius venationis meæ per totam terram meam, ubicunq; & omnibus locis ubi venatores mei convenerint ad venandum, in puram & perpetuam elemosinam; pro salute animæ meæ, & uxoris meæ *Affricæ*, & domini mei *H.* Regis *Angliæ*; & pro animabus patris & matris meæ & antecessorum meorum; & pro animâ *Beatricis* de *Vilers*. Quare volo (&c.) Hiis testibus, *Willielmo* Priore de *Cragfergus* (&c.)

Inspeximus insuper quandam aliam Cartam *Johannis* de *Curci*, in hæc verba; Sciant omnes præsentes & futuri, quod ego *Johannes* de *Curci* concessi (&c.) Deo & Ecclesiæ S. *Patricii* de *Duno* (&c.) illam donationem, quam *Amauricus* de *Hanehbe* fecit illis, de terrâ suâ de Walterou omnibus modis, sicut eandem donationem eis fecit, & Cartâ suâ confirmavit. Testibus, *Malachia Dunensi* Episcopo (&c.)

Inspeximus etiam quandam aliam Cartam *Johannis* de *Curci*, in hæc verba; Sciant tam præsentes quàm futuri, quod ego *Johannes* de *Curci*, ex parte domini mei Regis *Angliæ* dedi, & hac meâ Cartâ concessi Ecclesiæ S. *Trinitatis* de Dune, terram dextrâ parte S. *Georgii* intrantibus murum, usq; ad Curiam S. *Columbæ*; & de Curiâ S. *Columbæ*; per vicum juxta Crucem S. *Moninnæ*, usq; ad murum & *Mungonæ*, cum omnibus pertinentiis suis, tam in terris quàm in Civitate, sicuti meliùs & liberiùs *Hibernienses* habuerunt & tenuerunt (&c.) Hiis testibus, domino Episcopo *R.* de *Conere* (&c.)

Inspeximus (&c.) Sciant omnes, tam præsentes quàm futuri, quod ego *Johannes* de *Curci* dedi (&c.) Deo & Ecclesiæ S. *Patricii* de *Duno*; & *Andræo* Priori & Monachis ibidem

Deo servientibus, quamlibet decimam vaccam, & quodlibet decimum animal, de omnibus predis meis, & de omnibus adquisitis, & purchaciis meis de animalibus factis, ab aquâ de Lenard versùs austrum; præterquam de Art, quocunq; modo factis, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, liberè (&c.) pro salute animæ meæ & matris meæ; & pro animabus antecessorum & successorum meorum; & pro animabus omnium illorum, qui consilium & auxilium michi impendent ad conquisiendum *Ulloniam*. Testibus *Jordano* de *Curci* fratre meo; *Ricardo* filio *Roberti* Senescallo meo (&c.) Nos autem tenores Cartarum prædictarum (&c.) duximus exemplificandas. In cujus (&c.) T. Rege apud *Westm. xxiiii.* die *Nov.*

PRIORATUS

Monialium de Grane, *in Comitatu* Kildariæ.

Ex ipso autogr. per *Jac. Waræum* eq. aur. exscriptum.

Bulla confirmationis possessionum ejusdem Domus per Innocentium 3. *Papam.* A. D. 1207.

INnocentius Episcopus dilectis in Christo filiabus Prioriſſæ & Conventui de Grane, Salutem & Apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem præbere consensum; & vota, quæ à rationis tramite non discordant, effectu prosequente, complete. Quapropter dilectæ in Christo filiæ, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras & Monasterium de Grane, in quo divino estis servitio mancipatæ, cum omnibus bonis, quæ impræsentiarum rationabiliter possideris, aut in futurum justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, sub *B. Petri* & nostrâ protectione suscipimus; Specialiter autem Bona quæ dilectus filius *Walterus* de *Ridelesford* vobis pro redemptione animæ suæ suorumq; parentum concessit; *scil.* viginti & unam carucatas terræ de Grane; & Dolke; unam carucatam terræ inter Dolke & longum vadum qui appellatur *Da* . . . . . Molendinum de Ugrelff, cum aquâ de *Lirnâ* ad idem molendinum currente; libertatem tholneti per totam terram suam, jus quoq; patronatus Ecclesiarum de Trilleckermot, S. *Nicholai* de *Balinsderic* in *Fotherredonolan*, & de Benheth; ac omnium Ecclesiarum totius Baroniæ ipsius *Walteri* de *Bre*; *viz.* Ecclesiæ de Bergham, Ecclesiæ de Kilmehad, & Ecclesiæ de Boulescopfachen: Decimam etiam molendini sui de *Bre*; necnon Decimam totius expensæ suæ, tam in cibo quàm in potu, quàm in aliis omnibus, quæ ad mensam suam pertinet ubicunq; . . . . . quæ . . . . . habetis in nemore de Manisotherd.

Præterea ex dono *Willielmi* de . . . . . jus patronatus Ecclesiæ de Dunletin; Burgagium unum in eadem villâ, cum duodecim acris terræ; Decimam molendini ejusdem loci; Decimam piscarii sui, octo *Burgagia* in Taghmelmmoc. Ex dono verò *R.* de *Guines*, decimas terræ suæ de Ballibedan, Balliobelin de Fancho, & de Baliscuman; & duo Burgagia apud Triscum, in platea, quæ est juxta Ecclesiam, versùs aquilonem: Ex dono autem cujusdam de *Rupe*, unam carucatam terræ in Kirkethi; Decimas de Mainsotherd. Ex dono siquidem *Gilleberti* filii *Hugonis* Decimas de Leunauh. Ex dono *Haketi* de *Rideleford* Decimas de Kilmachen, & totius terræ, quam tenet à *Waltero* de *Rideleford* inter *Bre* & . . . . . Et jus patronatus Ecclesiæ de Benhetth. Ex dono *Mauritii* filii *Philippi* viginti solidos sterlingorum annuatim. Ex dono *Johannis* de *Penris* septem solidos sterlingorum annuatim solubiles a *Fulcone Senublano*: Terram quæ jacet juxta terram de Grane, sicut ea omnia benè & pacificè possidetis Monasterio vestro auctoritate Apostolicâ confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communivimus. Nulli ergò omnino liceat hanc paginam nostræ protectionis & confirmationis infringere, vel eam ausu temerario contraire. Si quis autem attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Dat. *Laterani* . . . . . Kal. *Maii* Pontificatus nostri anno Decimo.

Carta Regis Johannis, *donatorum concessiones recitans & confirmans.* Cart. 9. *Joh.* m. 5. n. 50.

JOhannes Dei gratiâ (&c.) Sciatis nos concessisse & hac Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & Sanctæ *Mariæ* de Grane, & Sanctimonialibus ibidem Deo servientibus, ex dono *Walteri* de *Rideleſford* totam terram de Grane, & de Dolkae; *scil.* viginti carrucatas terræ, cum omnibus pertinentiis suis, & unam carrucatam terræ inter Dolke & longum vadum. Et præterea totale beneficium dictarum terrarum in decimis, & obventionibus, & omnibus aliis ecclesiasticis beneficiis. Et molendinam de Ugrelff, cum aquâ de *Lirnâ*, ad idem molendinum currente. Et libertatem Tholneti per totam terram ejusdem *Walteri*; & omnia ecclesiastica beneficia, tam Ecclesiarum quàm Capellarum totius Baroniæ suæ de Bre; *scil.* Ecclesiam de Derdac, & Ecclesiam de Kilmohud, & Ecclesiam de Kilescosather, cum omnibus pertinentiis illarum, in decimis & obventionibus, & omnibus aliis ecclesiasticis beneficiis; & decimas molendini sui de Bre, & Ecclesiam de Tristeld, cum omnibus pertinentiis suis in decimis & obventionibus, & omnibus aliis ecclesiasticis beneficiis. Et de universo patrimonio suo decimas totius expensæ domus suæ, tam in cibo, quàm in potu, & in aliis omnibus quæ ad mensam suam pertinent ubicumq;

PRIORATUS

de Drymild.

De fundatione ejusdem.

Ex cod. MS. in bibl. *Cotton.* Authore *Joh.* Monacho *Glaston.* f. 101. b.

ALius quoq; vir, nomine *Willielmus* de *Burgo*, circa idem tempus, dedit cuidam *Ric.* Monacho *Glaston.* quandam villam in *Hibernia* quæ vocatur Ardmur, cum Ecclesiâ, & omnibus pertinentiis, (&c.) Dedit etiam quandam domum Religionis ad sui Ordinis professionem construendam in honorem Dei, & beatæ *Mariæ* Virginis. Fundato igitur ibidem Prioratu, vocatus est locus ille Drymild; Prædictusq; *Ricardus* factus est ibidem primus Prior.

COENOBIUM

de Arkelo (*Cella* Furnienſis *Abbathiæ in agro* Lancastrensi, *infra Regnum* Angliæ.

Ex autogr. in bibl. *Cotton.* *Carta Fundationis ejusdem, per* Theobaldum Walteri, *Pincernam* Hiberniæ:

OMnibus Sanctæ matris Ecclesiæ filiis, tam præsentibus quàm futuris, *Theobaldus Walteri*, Pincerna *Hiberniæ*, salutem in Domino. Sciatis me pro amore Dei, & beatæ Dei genitricis Virginis *Mariæ*, & pro salute animæ *H.* Regis *Angl.* & pro salute animæ Regis *Ricardi*, & pro salute animæ *Johannis* Regis *Angliæ*, & pro animâ *Ranulphi* de *Glanvill*, & pro salute animæ Comitis *Willelmi Marescalli*, & pro salute animæ Domini *H. Cantuariensis* Archiepiscopi fratris mei, & pro animabus *Hervei Walteri* patris mei, & *Matildis* de *Valuniis* matris meæ, & pro salute animæ meæ, & *Matildis* sponsæ meæ, & pro animabus omnium antecessorum & successorum meorum, dedisse & concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse, Deo & beatæ *Mariæ*, & Monachis *Cistercienſis* Ordinis, qui exierunt de Abbatia de *Furnesio*, omnes Dominicos meos de Arkelo, versùs austrum aquæ, cum burgagiis ex illâ parte aquæ, cum omnibus suis pertinentiis; ita quod neq; stagna, neq; piscaria in transverso aquæ ibi fieri possit, & sic ascendendo usq; ad terram *Adæ Anglici*: Et sic ascendendo illam aquam quæ venit de Austro, inter terram quæ fuit *Adæ Anglici* usq; ad terram *Johannis* de *Pencett*. Dedi etiam eis totam marinam, cum omnibus salinis prædictæ terræ, usq; ad terram *Moricii* filii *Moritii*, cum wreccâ maris, exceptâ terrâ & salinâ Abbatis & monachorum de Walkinglas. Præterea dedi eis Insulam de Arkelo, ad fundandam ibi unam Abbatiam de Ordine *Cistercienſi*, vel alibi ubi viderint, quod fuerit utilius & convenientius ad opus eorum infra eandem terram, & medietatem aquæ prædictæ, cum piscatione, & cum totâ venatione, in quantum terra eorum se extendit; & cum omnibus *Hibernicis* ad prædictam terram pertinentibus, & cum totâ sequelâ eorum, & cum omnibus catallis suis. Hæc omnia dedi eis in liberam, & puram, & perpetuam elemosinam; habenda & tenenda sicut ulla elemosina liberiùs, & quietiùs, dari & teneri poterint, in bosco, in plano, in pratis, pascuis, & pasturis, in moris, muscis, & mariscis, in aquis & molendinis, in madido & sicco, & in omnibus aisiamentis, quæ infra prædictam sunt & esse possunt. Et ego & hæredes mei illos prædictos Monachos de omni seculari servitio & demandâ adquietabimus, & eis terram illam contra omnes homines, ad posse nostrum, warantizabimus. Hiis testibus, *H. Cantuariensi* Archiepiscopo. Domino *R.* Abbate de *Furnesio*, & Conventu ejusdem loci, *R.* Clerico de Thireton, *Gilberto* de *Kentewell*; *Hamarico* de *Bellisaco*; *Moricio* filio *Moricii*; *Waltero* de *Kentewell*, *Johanne* de *Pencett Galfrido* de *Stanton*, *Johanne Waſcelin*, *Gilberto* Clerico, qui Cartam scripsit, & multis aliis.

ABBATIA

de Bello Becco, *cella* Furnesiensis *Cœnobii*, *in* Angliâ.

Breve Regis Edwardi *tertii*, *per quod*, Walterum *de Lascy*, *ejusdem loci primum donatorum fuisse liquet.* Clauſ. 22. E. 3. p. 2. m. 2.

REx dilecto & fideli suo *Rogero Darcy* Escaetori suo *Hiberniæ*, vel ejus locum tenenti, salutem. Cum *Walterus* de *Lascy*, dudum per Cartam suam dedisset & concessisset Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* & S. *Laurentii* de *Bello Becco*, & Monachis ibidem residentibus & Deo servientibus in liberam, puram & perpetuam elemosinam, totum Dominicum carucarum suarum, cum omnibus pertinentiis suis, quod habuit vel habere potuit in villâ de Billeterran, similiter & totam terram quam *Bethani* & *Anglici* habuerunt & tenuerunt de ipso *Waltero* in eadem villâ de Billeteran, cum omnibus pertinentiis suis, quæ quidem tenementa nunc Ma-

nerium de *Bello Becco* nuncupantur, ut dicitur; tenendum & habendum totum Dominium prædictum, & totam terram prædictam, cum omnibus pertinentiis suis de ipso *Waltero*, & hæredibus suis, eisdem Monachis, & successoribus suis in perpetuum, in liberâ, purâ & perpetuâ elemosinâ, adeo liberè, & quietè, in omnibus locis, & in omnibus rebus, cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus, sicut unquam elemosina aliqua alicui Domui religiosæ meliùs, liberiùs, & plenius collata fuit, & concessa, libera & quieta ab omni seculari servicio & demandâ: Necnon in liberâ, purâ & perpetuâ elemosinâ unum Burgagium in villâ *Marinario um*, cum libertate habendi unum batellum ad usus proprios, sine telonio, consuetudine, vel demandâ: subsequenterq; celebris memoriæ dominus *H.* quondam Rex *Angliæ* proavus noster, pro se & hæredibus suis, concessisset & per Cartam suam confirmâsset Deo & Monachis prædictis, donationem & concessionem, quas præfatus *Walterus* eis fecit de toto dominico carucarum suarum supradicto, cum omnibus pertinentiis suis; & de totâ terrâ prædictâ, quam *Bethani* & *Anglici* habuerunt, & tenuerunt; & de dicto Burgagio, cum libertate habendo dictum batellum; habendum & tenendum in liberam elemosinam, sicut Carta prædicti *Walteri*, in quâ prædicta donatio & concessio plenius continetur, rationabiliter testatur. Ac postmodum Abbas & Conventus dicti loci de *Bello Becco*, Ordinis *Cistercienſis*, de licentiâ nostrâ priùs habita, pro se & successoribus suis, dedissent, concessissent, & per Cartam suam confirmâssent, dilectis nobis in Christo, Abbati & Conventui de *Furneys*, dictum Manerium suum de *Bello Becco*, cum pertinentiis suis in *Hibernia*, & quicquid habuerunt in *Hibernia*, tam in dominico, quàm in servicio, sine ullo retenemento; habendum & tenendum prædictis Abbati & Conventui & successoribus suis in perpetuum, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, adeo liberè & integrè, sicut iidem Abbas & Conventus de *Bello Becco*, & prædecessores sui, ex feoffamentis feoffatorum suorum, ea liberiùs, & integriùs tenebant. Et nos etiam habitâ consideratione ad hoc, quod donatio & concessio, quas prædictus *Walterus* fecit præfatis Monachis de *Bello Becco*, de prædictis terris & tenementis in in Cilk.nie, quæ nunc Manerium de *Bello Becco* nuncupantur, & quas præfatus progenitor noster, per dictam Cartam suam, anno *videlicet* Regni sui vicesimo, confirmavit, ut præmittitur, factæ fuerunt diu ante publicationem statuti de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis editi; volentes securitati prædictorum Abbatis & Conventus de *Furneys*, ad quorum manus terræ & tenementi illa, nunc Manerium de *Bello Becco* nominato, sic ex adquisito devenerunt providere, donationes & concessiones supradictas, tam *videlicet* prædictorum Abbatis & Conventus de *Bello Becco*, quàm ipsius *Walteri*, præfatis Abbati & Conventui de *Furneys*, concesserimus, & confirmaverimus, sicut Cartæ eorundem Abbatis & Conventus de *Bello Becco*, quam ipsius *Walteri*, ac dicti progenitores nostri rationabiliter testantur. Nolentes quod idem Abbas & Conventus de *Furneys* vel eorum successores, super possessione Maherii prædicti, ratione adquisitionum prædictarum, vel dicti statuti, seu pro eo quod terræ & tenementa prædictæ, de progenitoribus nostris tenebantur in Capite, ut dicitur, inquietentur, impediantur in aliquo, seu graventur, sed quod iidem Abbas & Conventus de *Fourneys*, & dicti successores sui, prædicta terras & tenementa Manerium de *Bello Becco* sic nominata habeant & teneant juxta formam adquisitionum prædictarum, sine occasione vel impedimento nostri vel hæredum nostrorum, Justiciariorum, Escaetorum, Vicecomitum, aut aliorum Balivorum, seu ministrorum nostrorum quorumcunq; in perpetuum, prout in literis nostris Patentibus, indè confectis plenius continetur; Vobis mandamus, quod manum nostram de Manerio prædicto, quod per mortem fratris *Johannis* de *Cokerham*, ultimi Abbatis de *Fourneys*, cepistis in manum nostram, ut dicitur, si eâ occasione, & non aliâ, in manu nostrâ existat, sine dilatione amoventes, vos indè ulteriùs non intromittatis, exitus si quos indè perceperitis fratri *Alexandro* nunc Abbati & Conventui dicti loci de *Fourneys* liberantes. Teste R. apud *Westmonasterium* quarto die *Maii*.

Licentia regia pro donatione Manerii de Bello Becco. *Abb. & Conv. de* Furneſſe. Pat. 6. E. p. 3. m. 3.

REx omnibus ad quos, &c. salutem; Licet, &c. Volentes tamen dilectis nobis in Christo Abbati & Conventui de *Fourneys* gratiam facere specialem, concessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Christo Abbati & Conventui de *Bello Becco* in *Normannia*, quod ipsi Manerium de *Bello Becco*, juxta Dragheda, cum pertinentiis, & tria messuagia, sexaginta acras terræ, & dimidium, & quinquaginta, & septem solidatas, & novem denaratas redditus cum pertinentiis in Partiſton, Bermeles, & Dragheda, ex utraq; parte, & quandam piscariam in aquâ de Boyne, cum pertinentiis, dare possint & assignare præfatis Abbati & Conventui de *Fourneys*; Habenda & tenenda sibi & successoribus suis imperpetuum. Et eisdem Abbati & Conventui de *Fourneys*, quod ipsi prædicta Manerium, messuagia, terram, & redditus, cum pertinentiis, à præfatis Abbate & Conventu de *Bello Becco*, recipere possint & tenere sibi & successoribus suis prædictis imperpetuum, sicut prædictum est, tenore præsentium similiter licentiam dedimus specialem. Nolentes quod prædicti Abbas & Coventus de *Bello Becco*, vel successores sui, aut præfati Abbas & Conventus de *Fourneys*, seu successores sui, ratione præmissorum, seu statuti prædicti per nos vel hæredes nostros indè occasionentur in aliquo, seu graventur; salvis tamen capitalibus dominis feodi illius serviciis indè debitis & consuetis. In cujus, &c. T. Rege *Ebor. xiv.* die *Decembris*.

Pat. 14 E. 3 p. 2. m. 25.

* Vide Pat 15 E 3. p. 1. m. 42.

MONA-

ubicumq; fuerit, ſicut Cartæ ipſius *Walteri*, quas indè habent, rationabiliter teſtantur. Quare volumus, & firmiter præcipimus, quod prædictæ Sanctimoniales habeant & teneant imperpetuum omnia prædicta cum omnibus pertinentiis ſuis benè & in pace, liberè, & quietè, & integrè, in omnibus locis & rebus, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ad ea pertinentibus, ſicut prædictum eſt. Teſtibus *G.* filio *Petri* Comite *Eſſexiæ*; *R.* Comite *Ceſtriæ*; *S.* de *Querci* Comite *Wintoniæ*; *R.* de *Veteri ponte*; *M.* filio *Henrici* Juſticiario *Hiberniæ*; *Johanne* Mareſcallo; *Ph.* de *Prendigaſt*, *Will.* de *Barry*; *Euſtachio* de *Rupe*, *Rob.* filio *Martini*. Data per manum *H.* de *Welles* Archid. *Well.* apud *Theokesburiam xii.* die *Novembr.* anno regni noſtri nono.

PRIORATUS de Kilcumyn.

De fundatione ejuſdem.

Ex Cod. MS. in bibl. Cotton. authore *Joh.* Monacho *Glaſtoniæ*. f. 101. a.

QUidam *Philippus* de *Wigornia* dictus, Conſtabularius *Hiberniæ* factus, contulit Monaſterio *Glaſtonienſi*, villam de Kilcumyn, cum Eccleſiâ ejuſdem villæ, & centum carucatas terræ quietas ab omnibus ſecularibus ſerviciis, & liberis conſuetudinibus, cum Eccleſiis & Capellis, burgis (&c.) fundans & ædificans ibidem Collegium ſive Prioratum Monachorum in honorem ſanctorum Apoſtolorum *Philippi* & *Jacobi*, atq; ſancti *Cuthmi*. Quod & factum eſt. Nam miſſus eſt illuc à *Glaſtonia* quidam *Jacobus*, cum aliis ejuſdem loci Monachis, & factus eſt ibi Prior primus.

COENOBIUM de Neddrum (*Cella S. Begæ in Com.* Ebor.)

Ex veteri Rotulo MS. in bibl. Cotton.

ANno gratiæ *M. C. Lxx. viii.* ante *Purificationem* beatæ *Mariæ*, Dominus *Johannes* de *Curci* ſubjugavit *Ulteniam*, *Henrici* Regis an. *xxiii.* qui regnavit *xxxv.* annos. Et Anno *M. C. Lxx. viii.* dedit Dominus *Johannes* de *Curcy* terram de Neddrum Monaſterio, & Monachis Sanctæ *Begæ* de Coupland.

Carta Domini Johannis *de* Curci *de Inſula de* Neddrum, *& Eccleſia.*

NOtum ſit omnibus, tam præſentibus, quam futuris, quod ego *Johannes* de *Curcy* conceſſi, & dedi, & hac præſenti Cartâ meâ confirmavi Deo, & Sanctæ *Mariæ Eboracenſi* & Sanctæ *Begæ* de Coupland, & Monachis ibidi Deo ſervientibus, in liberam, & puram, & perpetuam elemoſinam, duas partes ejuſdam Inſulæ, quæ vocatur Neddrum, & duas partes villæ ejuſdem Inſulæ; & duas partes omnium beneficiorum, quæ in eadem Inſulâ fundata eſt, & ipſam Eccleſiam totam ad laudandum Deum in eâ. Et duas partes omnium terrarum ad eandem Eccleſiam pertinentibus, tam in villis quàm in agris, & cæteris aiſiamentis. Tertiam autem partem, tam de beneficiis memoratæ Eccleſiæ, quam Inſulâ prænominatâ, & terris prædictis habebit *Malachias* Epiſcopus de *Duno*. Præterea concedo & dono memoratis Monachis in Duffren, totam terram illam quæ fuit *Gillanburi*, cum pertinentiis ſuis in boſco, & plano; in pratis, & paſcuis; in Eccleſiis, & molendinis; in ſtagnis, & ripis; in viis, & ſemitis; in aquis dulcibus, & ſaliis, in Inſulis & portibus; in piſcariis, & piſcationibus, in ſalinis, & in *Wrekemaris*, ubicumq; inventum fuerit in terrâ prænominatâ.

Conceſſi etiam eiſdem Monachis *Sok*, & *Sac*, *Tack*, & *Tol*, & *Them*, & *Infangthef*; & omnes libertates, quas habent Monachi in *Anglia* de terris ſuis, & hominibus. Hanc verò elemoſinam dedi ad honorem Dei, prædictis Monachis, pro ſalute animæ meæ, & pro ſalute animarum patris, & matris meæ; & omnium anteceſſorum meorum, liberam & quietam ab omni ſeculari exactione, ut ego & hæredes mei participes ſimus omnium elemoſinarum, & orationum, & omnium bonorum ..... fiunt in Abbathiâ S. *Mariæ Eboracenſi*, & in domo Sanctæ *Begæ* virginis, & in omnibus ..... Adhuc autem ſciendum eſt, quod prædicti Monachi habebunt amodo in ſilvis meis ..... neceſſaria fuerint ad ædificandum, & ardendum; & animalibus ſuis & equis paſturam ad ..... ſimiliter ſine pannagio, abſq; ullâ vexatione & impedimento Foreſtariorum meorum. Præterea dedi & Cartâ meâ confirmavi ſupradictis Monachis omnes terras, & poſſeſſiones ſuas, quas ego, & homines mei eis in elemoſinam dederunt vel daturi ſunt imperpetuum. (&c.) His teſtibus, ... *naldo* Epiſcopo de Dalnard, *Mauritio* Abbate de Bangor, Patricio ..... *Ricardo* filio *Roberti*, *Rogero* de *Ceſtria*, *Adam Camerario* (&c.)

Carta Rogeri *de* Duneſford *de Eccleſiis infra feodum ſuum.*

NOtum ſit, tam præſentibus, quàm futuris, quod ego *Rogerus* de *Duneſeforthe*, cum conſilio & aſſenſu uxoris meæ, & hæredis mei *Thomæ* conceſſi, & dedi, & hac meâ præſenti Cartâ confirmavi Deo & ſanctæ *Mariæ Ebo-*

racensis, & Monachis de Neddrum, ibidem Deo servientibus, Ecclesiam de Anelozt, cum omnibus pertinentiis suis, & cum unâ carucatâ terræ, quæ jacet inter nemus & villam, & omnes Ecclesias alias, & donationes Ecclesiarum de totâ terrâ meâ; *scil.* de feudo decem militum, exceptâ Ecclesiâ de Dunsefordd, liberè, & quietè de me, & hæredibus meis, in puram & perpetuam elemosinam, pro salute Domini mei *Johannis* de *Curci*, qui mihi hanc contulit terram, & libertatem; pro salute meâ, & uxoris meæ, & hæredum meorum, & omnium antecessorum, & successorum meorum. Et ut hæc donatio mea perpetuitatis robur optineat, Sigilli mei impressione corroboravi. Hanc autem Cartam dedi Deo & Ecclesiæ S. *Mariæ Eboracensi*, & Monachis de Neddrum, anno Incarnationis Dominî *M. C. nonagesimo quarto*, in Capitulo *Eboracensi*, quando fraternitatem, & societatem suscepi. His Testibus, *Thomâ* hærede meo, *Waltero* de *Bovinton*, *Turgisio* filio *Turgis*, *Ricardo* filio *Eustachii*, *Roberto Rachiler*, *Osberto Portario*, *Johane Albo*, *Johane Coco*, *Pagano Pincernâ*, *Radulfo* de *Longavilla*, & multis aliis.

Carta Brieni *de* Eschalers.

SCiant omnes qui viderint, vel audierint literas has, quod ego *Brien* de *Eschallers* dedi, & concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi Deo, & beatæ *Mariæ Eboracensi*; & S. *Begæ*, & Monachis de Neddrum ibidem Deo servientibus, unam carucatam in Balichatlan; *scil.* propinquiorem Balidergan, in omnibus aisiamentis suis ad eandem terram pertinentibus, liberam & quietam ab omni terreno servitio in puram & perpetuam elemosinam, pro salute animæ Domini mei *Johannis* de *Curci*, & pro salute animæ meæ, & uxoris meæ, & hæredum meorum, & parentum meorum. Hanc terram ego, & hæredes mei contra omnes homines warantizabimus. Testibus hiis, Domino meo *Johane* de *Curci*, *Richero* filio *Roberti*, Dapifero, *Eliâ* Priore, *Willielmo* filio meo, & multis aliis.

Confirmatio *Johannis*, Tituli Sancti *Stephani* in *Cœlio monte* Presbyteri Cardinalis, de omnibus terris, & Ecclesiis huic Cœnobio collatis.

JOhannes, *miseratione divinâ tituli Sancti* Stephani *in* Cœlio monte *Presbyteri Cardinalis; Sedis Apostolicæ legatus, dilecto filio* Walranno *Priori de* Neddrum, *& successoribus ejus salutem, & benedictionem. Dignum est & rationi consentaneum, ut viros religiosos, quos divinis officiis noviimus cotidie mancipatos, ampliora curâ, & sollicitudine foveamus, & eorum petitiones debeamus, quantum cum Deo possumus, promovere; ea propter dilecti filii in Domino, justis vestris postulationibus clementer annuimus, & personas vestras, & successorum vestrorum, sub beati* Petri, *& Domini Papæ, & nostrâ protectione suscipimus, & vos super hoc præsentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut possessiones, terras, villas, (&c.) & bona quæ nunc de concessione nobilis viri* Johannis *de* Curci, *seu aliorum proborum virorum justè, & pacificè possidetis, sive in futurum, Domino dante, justis modis poteritis adipisci, vobis, & successoribus vestris firma & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis; Locum* scil. *in quo domus vestra sita est: Ex donatione memoratî* Johannis *de* Curci *Ecclesiam, in Insulâ, quæ vocatur* Neddrum, *fundatam, cum duabus partibus ejusdem Insulæ, & cum duabus partibus totius terræ, quæ ad eandem Ecclesiam pertinet, & totam terram illam quæ fuit* Gillanharna *in* Duffran, *& tres Insulas in* Lochwene, *quarum nomina sunt hæc.* Scatra, Raynche, *&* Crasne. *Ex donatione verò* Jurdani *de* Curci, xv. *carucatas terræ, cum decimatione domus suæ.*

Ex præsentatione autem Helix *de* Cestriâ *Ecclesiam de* Balimer, *in quâ construitur Castellum ejus, cum omnibus Ecclesiasticis beneficiis ad eandem Ecclesiam pertinentibus, & unam carrucatam terræ in eadem villâ ex dono Baldwini. Ex præsentatione autem* Ricardi Masculi *omnes Ecclesias, & Capellas totius terræ suæ, quas habet in* Ultoniâ, *de dono Domini sui* Johannis *de* Curci, *& de dono aliorum virorum, tam in* Clenelhireth, *quàm in* Lesmochan, *& in aliis locis, cum omnibus Ecclesiasticis beneficiis, ad easdem Ecclesias, & Capellas pertinentibus: Et unam carrucatam terræ in* Thweth, *quæ vocatur* Clenelperth, *ex dono* Stephani Locardi. *Ex dono* Rogeri *de* Croil, *&* Gilberti *fratris ejus, duas carrucatas terræ. Decernimus autem ne cui liceat personas vestras molestare, redditus, possessiones, & cætera bona vestra minuere, subtrahere, vel in aliquo perturbare, sed omnia integra, & illibata permaneant eorum pro quorum gubernatione, & sustentatione sunt collata usibus, omnimodis profutura. Indulgemus quoq; vobis, ut in terris in quibus de Episcoporum concessione Ecclesiastica beneficia Canonicè possidetis, liceat vobis ea per omnia liberè tenere, salvâ in omnibus Apostolicæ sedis auctoritate, & diocesani Episcopi Canonicâ Justitiâ. Nulli igitur omnino hominum liceat hanc nostræ protectionis & confirmationis paginam infringere, vel ei ausu temerario contrarie. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum* Petri *&* Pauli *Apostolorum ejus, Domini Papæ & nostram se novverit incursurum. Anno Domini M. CC. ii. & anno quinto Pontificatus Domini Papæ* Innocentii *tertii*, mense *Junii* ix. *die stante*, Datum Duni.

PRI-

MONASTERIUM

B. Mariæ *de* Dunbrothy, *alias de* Portu S. Mariæ *in Comitatu* Wexfordiæ. (*Cella de* Bildwas *in* Angliâ.)

Ex Regist. dicti cœnobii, per *Jac. Ware* eq. aur. excerptum.

Carta Fundationis ejusdem.

SCiant omnes Sanctæ matris Ecclesiæ filii, tam moderni quam futuri, quod ego *Herveus* de *Monte Morisco* Marescallus Domini Regis de *Hibernia*, & Senescallus de totâ terrâ *Richardi* Comitis, dedi & concessi, & hac meâ præsenti Chartâ confirmavi; Deo & S. *Mariæ*, & S. *Benedicto*, & Monachis de Bildewas, in puram & perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ, & *Henrici* Regis, & *Richard.* Comitis, & uxoris meæ, & antecessorum meorum, ad Abbatiam construendam de ordine *Cistertii*, has terras cum omnibus pertinentiis suis, in bosco & plano, & aquâ, *scil.* Arofitthem, & Crosgormos, & cum plano, nemus ibi per fluctum, & sic sursum per aquam quæ vocatur Bempul, usq; ad quendam torrentem, qui venit ab australi parte & cadit in Bempul ad Palpas, per viam quæ vadit ad Theachmun. Has verò terras, cum prædictis terris dedi & concessi; *scil.* Calatrum, & Cusouf, & Raidem, & Coilan, & Urbegan, & Lesculenan, & Urgoneran, & Buillesketd, & Balligone, & sic per torrentem, qui est in oriente de Balligone, & in occidente de Dunculip, ut sit ille torrens terminus terræ illorum ibi, sicut ipse torrens descendit ad aquam de Banne; & indè publica via quæ vadit de eadem aqua per extra nemus, usq; ad Ballistrage, terminus est terræ illorum inter eos & nigros Monachos; Ita ut planum quod est inter viam & nemus, & ipsorum nemus in parte illorum sit, & planum ex alterâ parte viæ sit nigrorum Monachorum.

Dedi etiam iis Dunmeshanan & Dumbrodik, cum omnibus pertinentiis suis, & duas carucatas terræ in Insulâ ex australi parte, & quatuor heilandos proximos ipsi terræ, cum piscariis. Volo igitur & stabiliter confirmo, quod prædicti Monachi prædictæ Abbatiæ teneant & possideant prædictas terras plenariè; sine aliquo retenemento, in bosco, in plano, in aquis per terminos suos, in terrâ, in mari, in salinis, in piscariis, in piscaturis, in stagnis & locis, & molendinis, in pratis & pascuis, in viis & semitis, & in omnibus aliis rebus pertinentibus ad prædictas terras, liberè & quietè ab omni seculari servitio & exactione, & à tolneo per fora mea; & materiam lignorum ad domos suas per omnia nemora mea habeant; & Curiam suam. Et si malefactor ad eos confugerit, pacem habeat dum fuerit cum eis. Testibus *Josepho* Episcopo de Waleford; *Felice* Episcopo de Offorie; Dominâ *Nestâ*; *Willielmo Brun*; *Jordano* Canonico; *Richardo* Presbytero; *Rogero* de Puntfret; *Heliâ Ketting*; *Simone* Clerico; *Willielmo* de ..... *Richardo* filio *Hay*; *Nicolao* filio *Willielmi Brun*; & multis aliis.

Carta Regis Edwardi *tertii*, *donationem* Walteri Marescalli *Comitis* Pembrochiæ, *recitans & confirmans.* Pat. 22. E. 3 P. 2. m. 11.

REx omnibus ad quos &c. salutem. Inspeximus Cartam, quam *Walterus Marescallus*, quondam Comes *Pembrochiæ*, fecit Abbatiæ de *Portu S. Mariæ*, & Monachis ibidem Deo servientibus, Ordinis *Cistercienſis*, in hæc verba; *Walterus Mareschallus* Comes *Pembrochiæ*, universis hominibus suis, *Francis*, *Anglicis*, *Walensibus* & *Hibernicis*, & omnibus præsentem Cartam visuris vel audituris salutem. Sciatis me, pro amore Dei, & pro salute animæ meæ, & pro animabus bonæ memoriæ *Willelmi Marescalli* patris mei, & *Isabellæ* matris meæ, fratrum & sororum meorum, & omnium antecessorum & successorum meorum, hac præsenti Cartâ meâ, in puram & perpetuam elemosinam confirmâsse Abbatiæ de *Portu S. Mariæ*, & Monachis ibidem Deo servientibus, Ordinis *Cistercienſis*, has terras subscriptas, de dono Comitis *Ricardi* & *Hervici* de *Monte marecy* sibi collatas; *scil.* Archsitheny, Crossgmock; & cum plano nemus ibi per fluctum; & sic cursum per aquam, quæ vocatur Bempul usq; ad quendam torrentem, qui venit ab australi parte, & cadit in Bempul apud Palpas; & de Palpas, per viam quæ ducit ad Tachmone. Has verò terras, cum prædictis terris concessi & confirmavi eis, *scil.* Balacrum & Cusouf, & Kathcan, & Coillath, & Tpebegan, & Lestolenan, & Tpregoneran, & Buvllescard, & Baligone, & sic per torrentem qui est in oriente de Baligone, & in occidente Dunngulput sit ille torrens terræ illorum ibi, sicut ille torrens descendit in aquam de Banewa: Et indè publicâ viâ, quæ ducit de eadem aqua per extra nemus usq; ad Balistragh terminus est terræ illorum, inter eos & nigros Monachos, ita quod planum quod est inter viam & nemus, & ipsum nemus in parte illorum sit, & planum ex alterâ parte viæ sit nigrorum Monachorum.

Dedi etiam eis Doncanan & Dombrothy, cum omnibus pertinentiis suis. Concessi etiam pro me & hæredibus meis eidem Abbaciæ, & Cartâ meâ confirmavi quicquid ei poterit in futuro rationabiliter piâ donatione & devotione, seu venditione fidelium, salvo servicio meo & hæredum meorum provenire. Volo igitur & firmiter statuo, ut Abbatia prænominata, & Abbas & Monachi illius loci, habeant & teneant omes prædictas terras, & tenementa prænominata, cum Ecclesiis & Capellis, & omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus

suis

suis cum *Sok*, & *Sak*, & *thol*, & *them*, & *Infangethef*, benè & in pacè (&c.) Et habeant ibi omnimodam forisfacturam propriorum hominum suorum, solâ justiciâ vitæ & membrorum michi & hæredibus meis retentâ. Et per omnes forestas meas pasturam habeant animalium suorum quietam; *scil.* ad quater viginti vaccas, cum exitu earum unius anni, sive ad totidem alia animalia; & ad Mille & quingentas oves, cum earum exitu similiter unius anni, sive ad totidem alias bidentes, salvâ semper venatione michi & hæredibus meis. Habeant etiam quicquid eis necesse fuerit ad ardendum & ædificandum, per visum forestariorum. Si quis etiam, vel in præsenti, vel in futuro, de his quicquam, quæ prædictæ Abbathiæ concessi calumpniatus fuerit, non tenebuntur indè Monachis respondere, sed ad me pertinebit & hæredes meos calumpniatoribus eorum, vel excambio vel alio rationabili modo satisfacere; Monachisq;, quicquid eis donavi vel concessi, warantizare, & in integrum conservare: Districtè ergo prohibeo, super forisfacturam meam, *viz.* decem marcarum, ne quis eos, vel homines suos, aut servientes, aut possessiones eorum, malicioſè gravet aut vexet, vel in aliquâ re disturbet: quod si quis facere præsumpserit, in forisfacturam prænominatam se noverit incidisse. Et ut hæc mea concessio & confirmatio perpetuæ firmitatis & stabilitatis robur optineat, præsenti scripto munimen impressionis Sigilli mei apposui. Hiis testibus, dominis *Radulpho* filio *Nicholai*, *Johanne* filio *Galfridi*, *Rogero* de *Somery*, *Ricardo* de *Burgo*, *Mauricio* de *Londoniis*, *Willelmo* de *Dene*, *Milone* de *Rupeforti*, *Stephano Archidiacono*, *Henrico* de *Burmingham*; *Davide Basset*, tunc Seneschallo *Lageniæ*, *Rogero* de *Sottone*, *Reso* de *Arderne*, *Clemente* filio *Ricardi*, & *Rogero* de *Pembrokiâ* Clericis, & aliis. Nos autem donationes (&c.) prædictas, ratas habentes & gratas, eas (&c.) confirmamus (&c.) T. Rege apud *Wistm. vi.* die *Augusti*.

ABBATIA
de Jeriponte.

Pat. 34. E. 3. p. 3 m. 14 per Inspex.

Carta Johannis *Comitis* Moritoniæ, *donatorum concessiones reè tans & confirmans.*

JOhannes dominus *Hiberniæ* & Comes *Moretoniæ*, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Constabulariis & omnibus Ministris & Ballivis & fidelibus suis *Francis* & *Anglis* & *Hibernienſibus*, de totâ *Hiberniâ* salutem. Noveritis me, divini amoris intuitu, & pro salute animæ meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum, concessisse & præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de *Jeriponte*, & Monachis Ordinis *Cisterciensis*, & fratribus eorum ibidem Deo servientibus, omnes donationes terrarum & tenementorum; quas *Hibernienses* eis fecerunt rationabiliter ante primum adventum Comitis *Ricardi* in *Hiberniam*; & nominatim rationabilem donationem quam *Dunvaldus* Rex *Ossoriæ* eis fecit de terris subscriptis; Terram *viz.* **Balcothellam**, cum omnibus pertinenciis suis, in quâ Monasterium ipsum situm est; & terram **Cassel Corbain**; & terram **Tigi Glassam**; & terram **Balcynarich**; & terram **Balcythechant**; & terram **Balcyellela**; & terram **Balcy Longsin**; & terram **Guart**, & **Pachogbail**, & **Coua**, cum omnibus pertinentiis ipsarum terrarum in longitudine & latitudine; & terram **Bumbili**; & terram **Ratchofallich**, & **Pultam Pobruoch**; & terram **Triticiadoir**, & terram **Ratchellela**; & terram **Beltozkabub**; & terram **Ardehen**; & terram **Ratcheda**; & **Scit Gurth**, quæ pertinent ad **Ratcheda**; & sunt collaterales *fieda* relicti; & terram de **Ratchantachellich**; & terram **Cassiereamaich**; & terram **Bagleth**; & terram **Balcythnai**, **Pietz**, **Areth**. Has siquidem terras omnes concessi & confirmavi prædictis Monachis in liberam & puram, & perpetuam elemosinam, cum omnibus pertinentiis suis, in longitudine & latitudine; & cum omnibus terminis & divisis & metis, quæ ad præscriptas terras pertinent, sicut Carta memorati *Dunvaldi* Regis testatur, & distinguit.

Concessi etiam & confirmavi eis villam *Kell* **Rudi**, cum omnibus pertinentiis suis, quam habent de dono *Felicis* Episcopi *Ossoriæ*. Concessi etiam eis omnes terras & omnia tenementa, quæ eis rationabiliter collata sunt, post primum adventum Comitis *Ricardi* in *Hiberniam*; & quæ de cætero eis rationabiliter collata erunt, ab hominibus de linguâ meâ in *Hiberniâ*; *scil.* ex dono *Manasseri Arsic.* terram de **Dadunlis** in **Ulthoh**; & ex donatione ejusdem & *Ricardi* filii *Folconis*, **Balemacgillore Welg** in **Arelop campo**; & communiam. Ex donatione prædicti filii *Folconis* terram propè grangiam **Ratchellela**. Et ex donatione *Johannis* filii *Roberti* villam totam, quæ vocatur **Clohan**, & alio nomine dicitur **Dunchzohi**, in **Cungtella**. Et ex dono *Johannis* de *Lenhal* partem terræ, cujus pars vocatur **Ratthdontnail**, quæ est propè grangiam **Ratthellela**, cum omnibus pertinenciis, & terminis, & metis ipsarum terrarum, sicut Cartæ donatorum testantur, & distinguunt. Quare volo, & firmiter præcipio, quod præfati Monachi habeant & teneant benè, & in pace, liberè, & quietè, integrè, & plenariè, honorificè, & pacificè omnes terras & tenementa suprascripta, cum omnibus pertinentiis suis, in bosco & plano, in pratis & pasturis, in herbagiis, & turbariis; in moris & marisiis, & omnibus aliis locis & rebus, & pertinentiis ipsarum terrarum, cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus suis, in liberam, & puram, & perpetuam elemosinam, libera & quieta & soluta ab omni servicio & consuetudine & exactione seculari. Testibus hiis, *Stephano*

R. L.

Rid. Cancellario meo; *Theob. Walteri*; *Willielmo* de *Wennen*, *Rogero* de *Plan*, *Willielmo Parvo*, *Roberto Flandrensi*, *Rogero Tirel*, *Ricardo Tirel*, *Amilrico* de *Bello Fago*, *Geraldo* filio *Mauricii*, Magistro *Benedicto* de *Raunf.* *Ricardo Aaron*, *Ric. Ivdal*, *Radulfo* de *Cirecestre* Clericis; *Manasser Arsic*, apud *Leicestriam*.

ABBATIA

de Kylleconil.

Pat. 30. E. 3. p. 1. m. 13. p. Inspex.

Carta Regis Henrici *tertii*, *donationes per* Donaldum O Bryan, *fundatorem ejusdem*, *confirmans*;

HEmricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Norm.* & *Aquit.* Comes *Andeg.* Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis nos concessisse & hac Cartâ nostrâ confirmâsse, pro nobis & hæredibus nostris, Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Kylleconil, *Cisterciensis* Ordinis ibidem Deo servientibus, in liberam & puram & perpetuam elemosinam, donationem & concessionem quam *Donallus Obryan* fecit eisdem Monachis; *viz.* locum in quo Monasterium eorum est situm, & omnes terras & possessiones, cum omnibus suis pertinentiis, sicut meliùs & pleniùs & liberiùs eas *Donallus Obryan* dedit & concessit, & sua Cartâ confirmavit. Iisdem verò concessimus, ut prædictum est, has terras, cum omnibus pertinentiis; in Ecclesiis, in Capellis, in decimis & obventionibus, in bosco, in plano, in pratis, in pasturis, in stabulis, & in aquis, in molendinis, in stagnis, & vivariis; in viis, in semitis, in piscariis & piscaturis; in villis infra burgum & extra, & omnibus aliis locis, & omnibus aliis rebus concessimus prædictis Monachis. Quare volumus (&c.) Dat. apud *Dubliniam vii.* die *Augusti*, anno regni regis nostri quarto.

ABBATIA

de Mellifonte.

Carta Regis Johannis, *donatorum concessiones recitans & confirmans.* Cart. 22. E. 3. m. 7.

IOhannes Dei gratiâ Rex *Angliæ* (&c.) Sciatis nos divino amore intuitu, & pro salute animæ nostræ, concessisse & dedisse, & præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de *Drocheda* & Monachis ibidem Deo servientibus, grangias & terras subscriptas, quæ sunt de feodo nostro; *scil.* Lisnantanachie; & in terrâ quam *Occanel* tenuit de nobis, grangiam *Salinarum*, & terram de Leacht Cerran; & terram de Duntwabair; & terram de Eglas, Mocabdeo, & de Ballachois, quas ipsi habuerunt ante adventum *Francorum* in *Hiberniam*. Grangiam verò de Baltmelt Congaut, *scil.* quatuor carucatas terræ, cum pertinentiis suis in pasturis & waltinis, & terram de Ibar Migy liberam, & terram de Inrean, cum omnibus pertinentiis suis, quæ eis post adventum domini Regis patris nostri, & ante advenrum nostrum in *Hiberniam* collata fuerunt, eis dedimus & concessimus, & præsenti Cartâ nostrâ confirmavimus. Has autem terras & grangias subscriptas, cum omnibus pertinentiis suis, contulimus & concessimus eisdem Monachis ex dono nostro proprio, quia de dominico nostro fuerunt, in liberam puram & perpetuam elemosinam, anno ab incarnatione Domini *MCLxxxviii.* tenendas benè & in pace; grangiam *scil.* de *Balmeit Edugans*, & terram de *Ibar Tygi* liberam; & de Inrean sicut eas meliùs, pleniùs, & liberiùs & integriùs habuerunt & tenuerunt, ante adventum, vel post adventum nostrum in *Hiberniam*.

Grangiam verò *Salinarum*, & alias terras supra scriptas, sicut eas meliùs, liberiùs, pleniùs, & integriùs habuerunt ante adventum *Francorum*, usq; ad adventum domini Regis vel nostrum in *Hiberniam*. Quare volumus (&c.)

Concessimus siquidem eis piscariam suam liberam & quietam in aqua de Buni, quam longè terræ eorum extenduntur, ex utraq; parte ipsius aquæ de Buni. Et prohibemus ne quis in aquâ illâ proprietatem habeat vel communiam piscationis, nisi per eos inter terras illorum quam longè terræ eorum extenduntur, ex utraq; parte ipsius aquæ de Buni, sicut Carta nostrâ quam eis indè fecimus, dum essemus Comes *Moretoni* rationabiliter testatur. T. *G.* filio *Petri* Comite *Essexiæ* & Justiciario *Angliæ* (&c.) Data per manum S. præpositi *Beverlaci* & Archid. *Wellensis* apud *Rotomagum*, primo die *Aprilis*, anno regni nostri quarto.

Ibid. *Carta Regis* Henrici *tertii*.

HEnricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, Dux *Norm.* & *Aquit.* Comes *Andeg.* Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis nos concessisse, & præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse Monachis de *Mellifonte*, donationem & concessionem quam *Henricus* Rex avus noster eis fecit; *scil.* locum & sedem Abbatiæ suæ, cum omnibus pertinentiis suis; Grangiam *scil.* de Bulibudy & Pumgratan, cum pertinentiis suis; & grangiam de Pelle cum pertinentiis suis; & grangiam de Dzochtath cum pertinentiis suis; & Raythmolan & Funanere, cum pertinentiis suis; & grangiam de Theachtlenny, cum pertinentiis suis; & grangiam de Rosnarryhs, cum pertinentiis suis; & Cullen cum pertinentiis suis; & grangiam de Cnogna, cum pertinentiis suis; & grangiam de Belkalma cum pertinentiis suis; & Tuclacnacoznary cum pertinentiis suis; & Callan cum pertinentiis suis; & grangiam de Fynaner, cum pertinentiis suis, sicut Carta *Henrici* Regis, avi nostri, testatur & determinat.

Concessimus etiam & confirmamus eis omnes terras subscriptas, & alias eis postea rationabiliter collatas; *scil.* ex dono *Hugonis* de *Lacy*, duas carucatas terræ, *scil.* Czoth & Inseil, cum omnibus pertinentiis suis. Et ex dono *Roberti Flandrensis* unam carucatam terræ in *Crenodâ*, sicut Cartæ donatorum suorum testantur. Quare volumus (&c.) Data per manum venerabilis patris *Radulfi Cycestrensis* Episcopi & Cancellarii nostri, apud Walingfozd, *xxv.* die *Aprilis*, anno regni nostri *xvi.*

Ibid. *Alia Carta ejusdem Regis* Henrici.

HEnricus (&c.) Sciatis nos concessisse (&c.) Deo & beatæ *Mariæ* & Ecclesiæ de *Mellifonte* (&c.) concessionem & donationem, quam eis fecit *Henricus* Rex noster avus, per Cartam suam de Abbathiâ ejusdem loci, cum omnibus pertinentiis suis; & de grangiâ de Culkuney, & Dumgatram, cum pertinentiis suis; & de grangia de Pelle cum pertinentiis suis; & de grangiâ de *Droghda*, cum pertinentiis suis; & Rachmolan & Funangr cum pertinentiis suis; & de grangiâ de *Cnogva*, cum omnibus ad eam pertinentibus; Et de grangiâ de *Kelkamma* cum pertinentiis suis; & de grangiâ de Thaghlynny, cum pertinentiis suis; & de grangia de Rosmaring, cum pertinentiis suis; & Cullen cum pertinentiis suis; Thuclagerhernatomary, cum pertinentiis suis, Collon cum pertinentiis suis; & de grangiâ de Bethoph, cum pertinentiis suis; & de grangiâ de Fynavyr, cum pertinentiis suis. Quare volumus (&c.) Dat. per manum nostram apud *Westm.* *xxviii.* die *Decembris.*

Carta Regis Edwardi *tertii, donatorum concessiones recitans & confirmans.* Cart. 2 E. 3. n 7 per Inspex.

HEnricus Dei gratiâ Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ* (&c.) Sciatis nos concessisse & præsenti Cartâ nostrâ confirmâsse Monachis de *Mellifonte* donationem & concessionem, quam *Henricus* Rex avus noster eis fecit; *scil.* locum & sedem Abbatiæ suæ, cum omnibus pertinentiis suis, & grangiam *scil.* de Bulibud & Pangraton, cum pertinentiis suis; & grangiam de Pelle, cum pertinentiis suis; & grangiam de Dzochtach, cum pertinentiis suis; & Raythmolan & Fynavyr cum pertinentiis suis, & grangiam de Theachtlenny, cum pertinentiis suis; & grangiam de Rosnarryhs, cum pertinentiis suis; & Cullen, cum pertinentiis suis; & grangiam de Cnogna, cum pertinentiis suis; & grangiam de Belcalma, cum pertinentiis suis, & Tuclacnacoznary, cum pertinentiis suis; & Callan, cum pertinentiis suis; & grangiam de Funavyr, cum pertinentiis suis, sicut Carta *Henrici* Regis avi nostri testatur, & determinat. Concessimus etiam & confirmamus eis omnes terras subscriptas, & alias eis postea rationabiliter collatas; *scil.* ex dono *Hugonis* de *Lacy* duas carucatas terræ; *scil.* Croch & Inseil, cum omnibus pertinentiis suis; Et ex dono *Roberti Flandrensis* unam carucatam terræ in *Crenodâ*, sicut Carta donatorum suorum testantur. Quare volumus (&c.) Data per manum *Radulfi Cycestrensis* Episcopi & Cancellarii nostri apud Wallingford *xxv.* die *Aprilis* anno regni nostri vicesimo secundo.

Nos autem concedimus & confirmamus nunc Abbati & Monachis de *Mellifonte* & successoribus suis, omnes prædictas donationes, & concessiones (&c.) Concessimus etiam eisdem Abbati & Monachis, quod ipsi & successores sui imperpetuum habeant liberam warrenam in omnibus dominicis terris suis in Callan, Balymascallan, Dalthons, Cuilboyg, Graunegeth, *Novavillâ* de Dunkelond; Balysedok, Fernaght, Glenbroght, & in grangiis suis de *Veteriponte*, Staghlon, Rosnerp, Knouthe, Dor, Coulodonde, & *Novagrangia*, in comitatu *Midiæ*, & *Virelis*, dum tamen terræ illæ non sint infra metas foreſtæ nostræ (&c.) Datum apud *Westmonasterium* *xxviii.* die *Septembris.*

ABBA-

ABBATIA

beatæ Mariæ de Newry, alias de Viridi ligno, in Comitatu Dunensi.

Ex vet. membr. penès Jac. Waræum aur. eq.

Carta Mauritii mag Lochlain *Regis totius* Hiberniæ, *de donatione ejusdem.*

MAuritius mag Lochlain, Rex totius *Hiberniæ*, universis magnatibus suis, subregulis, principibus, Ducibus, Clericis & laicis, omnibusq; & singulis *Hibernien sibus*, præsentibus & futuris salutem. Sciatis, quod ego, unanimi voluntate, & communi concessione magnatum *Ulto ia* & *Ergall'a*, & de Dneach, *scil. Doncad* O *Cerbail*, Regis totius *Ergallia*; & *Murcad* ejus filii, Regis Dneth; & *Tricased Erther*; & *Corla* Regis *Ultonia*; & *Donaldi* O *Heda*, Regis Dneac, condonavi & confirmavi in honore beatæ *Mariæ* & *S. Patricii*, & S. *Benedicti* patris & fundatoris Ordinis *Cistercien is*, Monachis Deo servientibus in *Nivorc'n*-*tra&a* in perpetuam & puram elemosinam, terram O Cozmaic, ubi fundatum est Monasterium; Athcrathin, cum terris suis, silvis & aquis; Cnacratha, cum terris suis, silvis & aquis, Cromglean, cum terris suis, & aquis, Caselatagan, cum terris suis, & aquis, Lisnelle, cum terris suis & aquis, Croa Dzuimsomaic, Letir, Cozcrach, Fedglassayn, Tirmozgonnean, Cimocwll, Nadzomanna usq; Athmaray, cum terris suis, silvis, & aquis, Cromcaill, Valenatin usq; ad Athnscaill, Dacrean, usq; ad omnem Athdontayn, Vile in Ledengan, cum terrâ suâ Lisdozcâ, Caracteran cum terris suis & molendino, Vetheac cum terrâ suâ.

Has terras, ex dono meo proprio, dictis Monachis confirmavi, pro salute animæ meæ, & ut particeps sim omnium bonorum, Missarum & horarum, & orationum, quæ in Monasterio ipso fient, & usq; in consummationem seculi. Et quia ipsum Monasterium Pbartyntracta, merâ meâ voluntate collocavi; ipsos Monachos, tanquam filios & domesticos fidei, sub protectione meâ suscepi, ita quod à molestationibus, & incursionibus omnium hominum sint liberi. Volo etiam, ut quando Reges vel duces de Dneac, vel de *Ergallia*, aliquas terras, pro salute animæ suæ, ipsi Monasterio conferre voluerint, id diebus meis faciant, dum liberam licentiam & voluntatem meam habeant; ut sciam, quid & quantum de terreno meo regno, cœlestis Rex possideat ad opus pauperum suorum Monachorum. Testes & fidejussores sunt, *Gillamachag* Archiepiscopus *Armachanus*, tenens baculum *Jesu* in manu suâ; *Ed* O *Killedy* Episcopus *Ergallia*; *Muriac* O *Coffan* Episcopus Tirethcogain; *Molissa mac Inclercuir* Episcopus *Ultoniæ*, *Gillacomide* O *Caran* Episcopus *Tirconail*, *Earmacach* O *Cathan* Rex Fearnacrim, & *Kennaitta* O *Carried* magnus Dux de *Clan Engasa*, & *Clanneil Cunaige* O *Flain* Rex Dturtray, *Gillaerist* O *Dubdare* Rex Fermanach, *Earmarcach* O *Fosilain*, *Malmoctha mac Onebla*, *Ed* magnus *Magangasa* Dux *Claneda*, *Ovtachulad*, *Dermait mac Cortaryn* Dux Benelfagarthay, *Eachmili mac Coulacha*. *Gillaxanem* O *Lourada* Dux Hyneltemnean, *Gillaodar* O *Cathasay*, *Herhenanus Dundalethgla*, *Edri Maglanza*, *Grenanus* in Decumscray; *Angen Herhenanus Dromamoir*; & alii plurimi Clerici & laici.

ABBATHIA

de Rosglas, alias de Rosea Valle.

Charta fundationis ejusdem.

Ex ipso autogr. per *Jac. Waræum* eq. aur. exscripto.

DErmitius O *Demesy* Rex *Ofaliæ*, universis nobilibus, Clericis & laicis, tam præsentibus, quàm futuris salutem; universitati vestræ notum facio me *Dermitium* O *Demesy* Regem *Ofaliæ* per assensum *Muredachi* O *Concur*, dedisse & confirmâsse Deo & Monachis S. *Mariæ* de Rosglas, terras ad Monasterium construendum, in honorem beatæ *Mariæ* semper virginis, & beati *Benedicti* Abbatis, in elemosinam, jure perpetuo. Hæ sunt ergo terræ, quas ego *Dermitius* O *Demesy* Rex *Ofaliæ* dedi & confirmavi prædictis Monachis de Rosglas, in remissionem peccatorum meorum, & parentum meorum; Situm Monasterii de Rosglas, & totam terram de Ciothil, & Bachcathar, cum pertinentiis suis, Clonarkerhan, Clonangay, Dere, Aromitie, & Kilmoze, cum pertinentiis suis, Glassigelly descendens usq; Barue, Vadinsefot, usq; Vadhdozed, Vadelonan usq; Barue, Dunseredan, cum pertinentiis suis; Thasartan, & Archadachaserran cum pertinentiis suis, & cum hominibus ad easdem terras pertinentibus. Has ergo terras omnes suprascriptas do & confirmo prædictis Monachis, tenendas in liberam & puram & puram, & perpetuam, elemosinam, pro salute animæ meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum. Quare volo & firmiter præcipio, quod prædicta Ecclesia de Rosglas, & Monachi, & fratres eorum ibidem Deo servientes habeant & teneant prædictas terras, & possideant bene & in pace, liberè & quietè integrè, & plenariè, honorificè, & pacifice,

cificè, omnes terras prædictas, cum omnibus libertatibus & pertinentiis suis; *scil.* in sylvis & planis, in pratis, & pasturis, & mariscis, in aquis & piscariis, in viis, & semitis, in stagnis & molendinis, & vivariis, in turbariis & omnibus montibus & vallibus, & aliis locis & rebus ad easdem terras pertinentibus, liberas & quietas & solutas ab omni consuetudine, & exactione, & servitio seculari. Testibus, *Nehemiâ Darensi* Episcopo, *Donato Lethlinensi* Episcopo, *Filano* filio *Filani*, *Flan* O *Demesi*, *Hekineth* O *Dimesi*, *Donchad* O *Dimesi*, *Fin* O *Dimesy*, *Ædo Dimesy*, *Culhallino* O *Duin*, *Congal* O *Kelly*, *Rectur Dengulia*, *Kelach mac Aulaf*, & aliis multis.

ABBATIA

S. Salvatoris.

Cart. 57. H 3. m 6. *Diploma Regis* Henrici *tertii*, *Cartam* Willielmi Mareſcalli, *Comitis* Pembrochiæ *recitans & confirmans.*

REx Archiepiscopis, (&c.) salutem. Inspeximus Cartam, quam *Willelmus Mareſcallus*, quondam Comes *Penbrochiæ*, fecit Abbaciæ Sancti *Salvatoris* de Ordine Monachorum *Cisterciensium* in *Hybernià*, in hæc verba, *Willelmus Mareſcallus* Comes *Penbrochiæ* universis hominibus suis, *Francis*, & *Anglis*, *Walensibus* & *Hybernienſibus*, & omnibus amicis, & fidelibus suis salutem. Sciatis nos pro amore Dei, & pro salute animæ nostræ, & pro salute animarum Patris nostri, *W. Mareſcalli* Comitis *Penbrochiæ*, & matris nostræ Comitiſſæ *Iſabellæ*, atq; omnium prædeceſſorum, & ſucceſſorum noſtrorum, conceſſiſſe, & præsenti Cartâ nostrâ confirmâſſe Abbaciæ S. *Salvatoris* de Ordine Monachorum *Cisterciensium*, in terrâ Dowyghtr, donationes omnium terrarum, possessionum, cum libertatibus omnibus, & liberis consuetudinibus, quas prædictus Pater noster eidem Abbaciæ, in puram & perpetuam elemosinam dedit & incartavit, *scil.* totam illam terram Dowyghtr, cum pertinentiis suis, & Achemolt, pro undecim carucatis terræ, & Tulachenny, cum pertinentiis suis; *scil.* Clundaf, & Bilmeggeth, & Liſtrithan, juxta Kilkenny pro decem carucatis terræ, unum quoque Burgagium in Kilkenny, & aliud in Wexeford; & tercium in Insulâ. Et præterea quicquid ei potuerit in futuro piâ donatione seu vendentione fidelium, salvo servicio nostro & hæredum nostrorum provenire.

Volumus igitur, & firmiter statuimus, ut Abbacia prænominata, & Abbas & Monachi ipsius loci, habeant & teneant omnes prædictas terras, & tenementa prænominata, cum Ecclesiis & Capellis, & omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus suis, cum *Sac*, & *Sac*, & *Thol*, & *Theam*, & *Infangenethef*, benè, & in pace, liberè, & quietè, plenariè, & integrè, & honorificè, in bosco & in plano, in pratis, & pasturis, in aquis, & molendinis, in stagnis & vivariis, in mariscis & piscariis, & gliseriis, in grangiis & virgultis, in viis & semitis, infra burgum & extra; & in omnibus aliis locis & rebus; & sint quieti ipsi & homines & servientes sui & res & possessiones eorum, de *geldo*, & *Denegeldo*, & murdro, & latrocinio, & de pecuniâ quæ ad murdrum pertinet, vel ad latrocinium, & de vaccarum solutione, quæ dari solebant pro capitibus utlagorum, & de scuagio, & hidagio, & carvagio, & cornagio, & summagio, & *urban*, & Schiris, & Hundredis, & de sectis Schirarum & Hundredorum, & de excercitibus, & assisis & summonitionibus, & de Thesauro ducendo, & de auxilio vicecomitis, & omnium servientum suorum, & omnibus aliis auxiliis & de operationibus Castellorum, & pontium, & parcorum, & murorum, & vivariorum, & de misericordiâ Comitatus, & de theoloneo, & pontagio, & passagio, & lestagio, & stallagio, & tallagio, & de clausu, *Wardpeny*, & de *averpeny*, & *Tethincpeny*, & *Blodwyte*, & *fithwyte*, & *hengwyte*, & *flemeneſwyte*; & sit ipsa Abbacia, cum omnibus terris suis extra forestam, & omnino sine regardo forestariæ. Et liceat eisdem Monachis de bosco & in omni bosco suo, de aquis & in aquis suis, quicquid voluerint facere; & sint liberi ab omni vexatione, & penitùs extra dangerium forestariorum, & omnium aliorum servientium terræ; de pastu *viz.* & omnibus aliis exactionibus, quas forestarii & alii servientes terræ solent exigere; & omnibus querelis, & placitis, & occasionibus, & consuetudinibus; & de omni servili opere & seculari exactione.

Et habeant sibi omnimodam forisfacturam propriorum hominum suorum solâ justitiâ vitæ & membrorum nobis & hæredibus nostris retentâ: Et per omnes forestas nostras pasturam habeant porcorum suorum quietam à pannagio, & quicquid ad ardendum, & ad ædificandum habuerint necessarium. Si quis verò vel in præsenti, vel in futuro, quicquam de hiis quæ prædictæ Abbaciæ concessimus, calumpniatus fuerit, non tenebuntur indè Monachi respondere; sed ad nos pertinebit, & ad hæredes nostros calumpniatoribus eorum, vel escambio, vel alio rationabili modo satisfacere; Monachisq; quicquid eis pater noster donaverit warantizare, & integrum conservare. Districtè ergo prohibemus, super forisfacturam nostram, *viz.* decem marcarum, ne quis eos vel homines suos, aut servientes suos, aut res, aut possessiones eorum malicioſè vexet, aut graver, vel in aliquâ re disturbet, quod si quis facere præsumpserit, Dei maledictionem, & nostram, simul & forisfacturam prænonstratam se noverit incidisse. Quicumq; verò locum ipsum, & elemosinam patris nostri, ac nostram eisdem assignaram promoverint, & manutenuerint, cum Dei benedictione &

nostrâ

nostrâ remunerationem æternam inveniant. Hiis testibus, domino *Petro Osserienſi* Episcopo, *Johanne Mareſcallo*, *Thomâ* filio *Antonii* tunc seneſcallo *Lageniæ*, *Henrico* le *Butiller*, *Waltero Purcell*, *Willelmo Craſſo*, *Hamone Graſſo*, *Henrico* de *Kernet*, *Reginaldo* de *Kernet*, Magistro *Deodato*, & multis aliis. Nos autem prædictas donationes (&c.) confirmamus (&c.) Data per manum nostram apud Wudestok *x.* die *Auguſti*.

Unio Abbatiæ de Kilkenny, huic Cœnobio.

Rex Archiepiscopis (&c.) salutem. Unionem Abbaciæ de Kylkenny factam Abbaciæ de *valle Sancti Salvatoris*, per Abbatem & Capitulum generale *Cisterciі*, quam *Willelmus Mareſcallus*, quondam Comes *Pembrochiæ*, Abbati & Monachis prædictis *Sancti Salvatoris* confirmavit, cum suis pertinenciis, ratam habentes & gratam eam pro nobis & hæredibus nostris præfatis Abbati & Monachis *S. Salvatoris*, concedimus & confirmamus, sicut Instrumentum prædicti Capituli *Cisterciensis*, & confirmatio ejusdem Comitis, quam iidem Abbas & Monachi indè habent rationabiliter testantur. Hiis testibus, venerabili patre *W. Bathonienſi* & *Wellenſi* Episcopo (&c.) Data (&c.) *x.* die *Auguſti*.

ABBATIA
de Tynterne, *alias de* Voto.

Ex ipso autogr. penès *Jac. Waræum* eq. aur.

Carta Regis Johannis *Teſtamentum* Will. Mareſcalli *Comitis* Pembrochiæ, *pro fundatione ejusdem, confirmans.*

JOhannes Dei gratiâ Rex *Angliæ*, dominus *Hyberniæ*, Dux *Normanniæ*, *Aquitanniæ*, & Comes *Andegaviæ*; Omnibus fidelibus suis salutem. Noveritis nos gratum & ratum habere testamentum dilecti & fidelis nostri *Willielmi Mareſcalli* Comitis *Pembrochiæ*, sicut illud condidit, per manus executorum ipsius testamenti faciendum. Volentes & firmiter præcipientes, quod inviolabiliter observetur; & præcipue de voto suo perficiendo; *scil.* de quadam Abbaciâ de Ordine *Cisterciensi* in *Hybernià* construendâ, de triginta carrucatis terræ in loco competenti. Sicut *J.* Comitissa uxor sua & *Gaufridus* filius *Roberti*, Seneschallus ejus, providebunt; quibus injunxit hoc facerent. Testibus, Dominis *Evon.* & *Wgorn.* Episcopis; *G.* filio *Petri* Comite *Eſſexiæ*, & *W.* Comite *Sareſbiriæ*, apud Hamtedn *iii.* die *Decembris*.

ABBATIA
de Valle Salutis.

Carta Johannis (*filii* Henrici *ſecundi Regis* Anglix) *donationum conceſſiones recitans & confirmans.*

Pat. 11. E. 3. p. 1. m. 25. per Inſpex.

JOhannes filius domini Regis *Angliæ*, & dominus *Hiberniæ* Archiepiscopis (&c.) salutem. Noverit universitas vestra, me divini amoris intuitu concessisse & præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & Ecclesiæ beatæ *Mariæ* de *Valle Salutis*, & Monachis Ordinis *Cisterciensis*, & fratribus eorum ibidem Deo servientibus, in liberam & puram & perpetuam elemosinam, omnes terras subscriptas, quas ipsi habuerunt de donatione & concessione *Dermitii* Regis, & hominum suorum, ante adventum Comitis *Ricardi* filii Comitis *Gilleberti* in *Hiberniam*, sicut Carta memorati Regis *Dermitii* testatur; *scil.* terram *Valaibinani* & Mathiarbir, cum omnibus pertinentiis suis, & terram de *Rathâ Chrininâ*, & de Belbzudun, & villam va Dunelaig, & villam va Mochan, & villam Raithbzanaib, cum appendiciis, & finibus suis; *scil.* à vado Mac Gnul, usq; ad summitatem Arda Sellach; & in fossatum ex aquilonali parte Rathabzannath; & indè usq; in supercilium montis Crosſi Cronnt. Indè verò usq; ad Crobanail, & à fossato ex aquilonali parte Nacroabanie usq; ad vadum Comrac va Usthi, à vado verò eodem, usq; in stangnum quod vocatur Lochlaig, & à rivo ejusdem stagni usq; ad vadum Culamucca, & indè in fossatum usq; ad vadum Indert. Indè verò in fossatum Machetreſſi usq; dum Mukeo.

Concedo eciam eis & confirmo terram de Teth in Noderan, & de Ros in Aiuem, cum pertinenciis & finibus suis. Concedo eciam eis & confirmo terram de Rodhart, cum finibus suis; *scil.* à Carrath Naffannald, & fossatum, inde usquè ad mariscum, sive pratum, & per mariscum sive pratum illud, usq; ad vadum lapidosum, à vado verò ipso, per longum ipsius aquæ parvæ usq; ad vadum Bolog. Inde verò per convallem usq; ad fossatum aliquantulum superius, & per idem fossatum in longum usq; ad vadum Crin, à vado verò Crin, usq; ad aquam Burin, indè verò per longum ipsius amnis Burin usq; ad vadum magnum Belleſne, à vado verò magno usq; ad parvum vadum ab occidentali parte Finabzath; & inde per pratum sive mariscum usq; ad fossatum ex orientali parte ejusdem Finabzath, & fossatum illud per tranversum prati ex aquilonali parte Paſertha, usq; Glaſſe Crin, & usq; ad vadum in Bothioz & fossatum indè usq; Lin in Nardain: Inde verò per longum & latum ipsius amnis Slain, usq; iterum Carrach Naffannald.

Concedo eciam & confirmo eis terram de

Cluan Melsige, & cellas ei proximas; *scil.* Belminsigi, & Belchruthuz, Ludvath, & Belogan, cum pertinentiis, & finibus suis; *scil.* in longitudine à Clogay, Pagine, usq; ad vadum molendini Nanz, in latitudine verò à vado Nalleth usq; ad vadum Nareste, in confinio Uabarthe, & Agrellig, Ymel, Pugin usq; Dun Pedon. Concedo etiam eis & confirmo terram de Cartnamani, cum pertinentiis & finibus suis; *scil.* à campo qui dicitur Atadarith usq; ad omnem Bozin apud Belach Ele, & indè per longum & latum ipsius amnis Bozin usq; Sudi Sillam, indè verò adhuc per longum ipsius amnis usq; Moley Godwin, indè verò usq; convallem, quæ dicitur Fantirrai; per convallem verò ipsam usq; Bel Pagistrath, & sic juxta Bel Pagistrath usq; Atadarith. Iterum concedo etiam & confirmo eis terram de Belchomch, cum pertinentiis & finibus suis, & terram Athhargith, cum appendiciis & finibus suis; *scil.* ipsum Ath Hargith, & Kennanus, & Meath in Madaith, & Belcru, Thirconan, & Bel Pigoohey, & Dun Chruthin, & Carn Mabradan, cum finibus suis; *scil.* à lapidibus albis in transversum mariscorum, sive pratorum, usq; ad summitatem Aminin, & usq; ad lapidem stantem, qui dicitur Cozthi, & à Cozthi usq; Athabudi, & ab Athabudi in transversum mariscorum, sive prarorum usq; Durgen, & indè usq; Dun Chringthem. Indè verò usq; Bernaid in Chiul; à Bernaid verò in Chiul, ad Carbut Doznam, & indè usq; ad lapides albos.

Iterum concedo etiam & confirmo eis Insiobarslent, cum appendiciis suis, & finibus; *scil.* à vado longo Lilleculin, per longitudinem rivuli ejusdem vadi, usq; ad amnem Lifi, ab amne vero Lifi per longitudinem & latitudinem usq; ad fossatum Dunenathinoz, & per illud fossatum usq; Durgen. Et præterea terram de Magafin cum suis pertinentiis. Et præterea duas carucatas terræ & unam salinam apud Ardo, ex occidentali parte aquæ de Petnachinoz. Has autem terras omnes suprascriptas concedo & confirmo prædictis Monachis; tenendas in liberam & puram & perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ, & domini Regis *Anglorum Henrici*, patris mei, & omnium antecessorum & successorum nostrorum. Quare volo & firmiter præcipio, quod præfata Ecclesia de *Valle Salutis*, & Monachi & fratres eorum ibidem Deo servientes, habeant & teneant & possideant benè & in pace, (&c.) omnes terras prædictas (&c.) sicut Carta memorati Regis *Darmitii*, quam ipsi habent, testatur (&c.) Testibus *Hugone* de *Laci* Constabulario, *Bertramo* de *Verdun* Senescallo, *Gilleberto Vipard* (&c.)

MONASTERIUM

de Wotheny, (*alias* Woney) *in Comitatu* Limericensi, *fundatum circa Annum Domini* MCCV.

Carta Fundationis.

Ex Archivis Cancellariæ *Hiberniæ.*

OMnibus sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, tam præsentibus, quàm futuris, *Theobaldus Walteri*, Pincerna *Hiberniæ* salutem. Sciatis me pro amore Dei, & beatæ Dei genetricis *Mariæ*, & pro animâ Domini *Henrici* mei Regis *Angliæ*, & *Ricardi* Regis *Angliæ* filii, & pro salute Domini mei *Johannis* Comitis *Mortoniæ* & domini *Hiberniæ*, & pro salute *Huberti* fratris mei *Cant.* Archiepiscopi; & pro animâ chari mei *Ranulfi* de *Glanvill*; & pro animâ *Hervei Walteri* patris mei, & pro animâ *Matildæ* de *Waltenes*, * Matris meæ, & pro salute animæ meæ, & pro salute *Matildæ* sponsæ meæ, & pro salute omnium amicorum & antecessorum, & successorum meorum, dedisse & concessisse, & hac præsenti Chartâ meâ confirmâsse in puram & perpetuam elemosinam Deo, & beatæ *Mariæ*, & Abbati & Monachis de Wodeny in cantredo de Wodeny O Cathelau, & Wodeny O Fliau, totum theud, sive fundum de Wodeny Fidenwide, in quo villa de Clonfene sita est cum medietate aquæ de Polkerne, in quantum prædictum twede se extendit super prædictam aquam de Polkerne, cum omnibus pertinentiis suis, rationabiliter divisis; *scil.* per has divisas: Ex Aquilonali parte per aquam de Clodach, ubi cadit in En-Dikerne; sic ascendendo usq; ad Ballibagarth, & Willenagarth, cum pertinentiis suis; & à Willenagarth per eandem aquam sic ascendendo usq; ad montana, & sicut aqua de Clodach circuit montana; & sic per exteriores partes montanas, versùs orientem descendendo usq; lacum de Ozey; & sic per aquam de Polkerne, quæ exit de lacu prædicto descendendo usq; ad Abbatiam.

* *Valaniis.*

Et præterea feodum unius militis quod dicitur Dzomenaketwy tam in bosco, quam in plano, de terrâ quæ proximâ est aquæ de Polkerne ex australi parte, contra villam de Clonkeene & terram, quæ est ex aquilonali parte de Polkerne, quæ vocatur Balligabeg, in quantum præfatum feodum se extendat super præfatam aquam de Polkerne, cum totâ medietate ejusdem aquæ, & cum omnibus pertinentiis suis usq; ad Bucrum inter Barkenlis & Dzomenaletwy, & alias divisas suas rationabiles. Et unum burgath in *Limerico*, cum omnibus pertinentiis suis. Quare volo & firmiter præcipio, quod præfati Abbas & Monachi

chi habeant & teneant omnia prænominata, cum omnibus pertinentiis suis, liberè & quietè, benè, & honorificè, pacificè, integrè, & plenariè, in bosco & in plano, in viis, & semitis, in pratis, pascuis, & pasturis; in aquis & molendinis, in stagnis & vivariis, in maris & mariscis, in piscationibus, & piscariis, in . . . . . & turbariis, in vivariis, & leporiis, in Ecclesiis, & Capellis & in omnibus aliis libertatibus & liberis consuetudinibus, & omnibus aisiamentis quæ in prædictis terris sunt & esse possunt. Concessi etiam, eisdem Abbati & Monachis, eandem libertatem qua & Magister Domus ipsorum, *scil. Saveine* haberi dinoscitur; *sc. Sach & Soch, & Thol, & Them, & Infangthef, & Outfangthef*, & Duelum & furcas & follas, & judicium ferri & aquæ. Insuper concessi eisdem Abbati & Monachis, ut ipsi & homines sui sint quieti à tolneto, pontagio, stallagio & paunagio per totam terram meam. Et volo, ut sint quieti ab omnibus causis, & quærelis, & placitis, Ballivorum & Præpositorum Hundredi; & à pultura serjanorum, & de rewardo Forestariorum, & Forestæ; & de omnibus aliis causis, & querelis, & placitis ad me, & hæredes pertinente; & de omni placito quod eis & hominibus suis accidere potest. Et volo, ut habeant & teneant omnes rationabiles donationes tenentium meorum, quas eis conferre voluerint, in elemosinam & liberè & quietè, sicut ulla elemosina liberiùs, & quietiùs teneri & haberi potest. Hiis testibus, *Philippo Roigern. Hamond* de *Valenc*; *W.* de *Burgo*, *Adâ* de *Hereford*, *Eliâ* filio *Normanni*; *G.* de *Kentowell*; *Jordano* de *Luse*; *Adam* de *Rathelden*; *Amory* de *Beanson*, *Ricardo* de *Samuelby*, & multis aliis.

MONASTERIUM

de Sanctâ Cruce, *in Comitatu* Tiperariæ.

Carta Donaldi, *Regis* Lumnicensis.

Ex autographo per præf. *Jac. Ware* eq. aur. exscriptum.

Donaldus Dei gratiâ *Lumnicensis* Rex, omnibus regibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, militibus, cæteriscq; Christianis in quocunq; Ordine per *Hiberniam* constitutis, perpetuam in Christo salutem. Sciatis vos omnes boni Christiani, me dedisse, & hac meâ Chartâ in perpetuum confirmâsse Tealluajtair, Lamudin, Ballidubain, Balli-idubain, Balli-igirridir, Balli-imoeluchain, Gualuhelach, Beirdach, Bali-ichcallach, Bali-icoscain, & Iconligain culeta, cum suis pertinentiis in honore Dei omnipotentis, & S. *Mariæ* virginis, & S. *Benedicti* & S. *Crucis*, pro salute animæ meæ, & parentum meorum, in campis, in sylvis, in pascuis, in pratis, in aquis, in piscariis, in molendinis, sanè & integrè, & liberè, & quietè Monachis de *Sanctâ Cruce*, in præsentiâ domini *Gregorii* Abbatis. Teste *Christiano Lesmorensi* Episcopo, Apostolicæ sedis in *Hibernia* legato. *M. Casel.* Archiep. *B. Lumicensi* Episcopo; & *Donall mac Meicecochach* & *Ruadri Vagradi*, & *Gillapatric Vaidelain*, & *Diarmaid Vaneill*, & *Ragnall mac meic Conmaca*, & *Scanlan mac mic Gormain*. Valete.

ABBA-

ABBATHIA *de* Ballintobber, *alias de* Fonte *S.* Patricii, *in Comitatu* Maionensi

De fundatione ejusdem.

Ex Registro de **Ballintobber**, per *Jac. Waræum* eq. aur.

IN Dei nomine Amen. Sempiternæ posteritati hominibus hac de re solicitis, & ambigentibus, notum facimus per præsentes, qualiter frater *Thomas* O *Ronain*, Abbas Monasterii S. *Trinitatis* villæ *Fontis* S. *Patricii*, Ordinis Canonicorum Regulæ S. *Augustini*, in Cantredâ de *Karrâ*, deferens in manu quoddam vetustum rescriptum vetustate nimiâ consumptum, legibile tamen, rogavit me *Donatum* O *Riagain*, publicum Notarium, qui etiam hujus muneris eram, ut hujusmodi rescripti seriem in novam formam & recentiorem Chartam conscriberem, nec quicquam intermitterem de his quæ per ecclesiasticas personas, vel seculares huic Monasterio concessa ac donata sunt, à tempore *Cathol* O *Conogher*, Regis *Conatiæ*, & ejusdem Monasterii primi fundatoris, ac *Bricii Imacin* primi ejusdem Monasterii Abbatis; qui eodem tempore, ut in antiquiori Chartâ intuebar, decesserunt, quorum animabus propitietur altissimus; Et ut tam feuda, quàm census, ac etiam Decimas & jura quæcunq; ab antiquo huic Monasterio constituta, vel confessa rescriberem, quod & feci, præsentibus *Thomâ* Abbate, *Eugenio Donail* Priore claustrali dicti Monasterii, *Philippo* O *Ronain* dicti Abbatis nepote, ex fratre. Anno *MCCCCXvi.*

Dicti Rex & Abbas *Bricius* obierunt An. 1224. Dictum Monasterium inceptum est. An. Dom. 1216.

ABBATIA

de Connal, *Cella* Lantoniensis *Cœnobii in* Angliâ.

De fundatione ejusdem.

MS. de rebus *Hibern.* in bibl. *Bodl.* [F. 99. com. 4.] p. 43.

ANno *MCCii.* Fundator Domus de Conale per *Meylerum* filium *Henrici.*

Anno *MCCxx. Meylerus Henricus*, nobilis *Hibernia* Conquisitor, obiit.

Carta Regis Johannis, *donatorum concessiones recitans & confirmans.* Cart. 7. *Joh.* m. 7. n. 59.

JOhannes Dei gratiâ &c. Sciatis nos concessisse, & præsenti Chartâ nostrâ confirmasse Deo & beatæ *Mariæ*, & Sancto *David*, & Abbathiæ de Connal, quam *Meylerus* filius *Henrici* fundavit, & Canonicis ibidem Deo servientibus, de Lantont, ex dono ejusdem *Meyleri*, in puram & perpetuam elemosinam, villam de *Tachenohea*, cum pertinentiis suis; Lisnerguith cum pertinentiis suis. Athcargr. cum pertinentiis suis. Bellin, cum pertinentiis suis. Balehumochan, cum pertinentiis suis. Folleth cum pertinentiis suis. Crommoth, cum pertinentiis suis. Padzuchcan, cum pertinentiis suis. Clonbzagan cum pertinentiis suis. Dulinkerly, cum pertinentiis suis. Baletarsna, cum pertinentiis suis. Bythelan, cum pertinentiis suis. Dluvartheda, cum pertinentiis suis. Apud Connal *iii.* carrucatas terræ, *scil.* medietatem de Balibothel, quam de escambio *Rogeri Gernun* habuit. Et ex alia parte aquæ unam carrucatam, quam *Stephanus* Carpentarius tenuit. Et unam carucatam terræ in vale *Dublinia*, quam habuit de *Derunia*, apud Wikingelo, Kilpol, cum pertinentiis suis. Et *viii.* meisas allecium de redditu. Et apud Dungarban *v.* burgagia. Apud Karebri, *iii.* carrucatas terræ.

Apud Atonozohoz villam de Rathet, cum *v.* carrucatis terræ. Apud Berry *x.* carrucatas terræ, & omnes Ecclesias & beneficia de omnibus

nibus terris ejus *Hibernia*, tam conquesitis, quàm conquerendis in proprios usus, cum vacaverint convertendà. Et decimam tocius expensæ domus ejus, ubicumq; fuerit, vel uxoris ejus; *viz.* de pane, & potu, & Coquinâ & Camerâ. Et decimam omnium reddituum ejus, tam in denariis quàm in aliis rebus; & omnium parcatiarum suarum de terris suis. Et Capellariam Curiæ suæ. Et decimam omnium molendinorum ejus, & piscariarum, lanæ, lini, & feni; ortorum, & gardinorum; & de fetibus animalium.

Quare volumus (&c.) quod prædicti Canonici habeant & possideant prænominatas terras, cum omnibus pertinentiis earum, & prænominata beneficia, & Ecclesias, ab omni seculari servitio & exactione, liberè, & integrè, plenariè, pacificè, & honorificè; in bosco & in plano, in viis & semitis, in stagnis, & aquis, & molendinis, in rivariis & vivariis, in pratis, & pascuis, & piscariis, & venationibus, & in omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus; Salvis nobis placitis & querelis, & jure & dignitate quæ pertinent ad Coronam nostram, sicut Carta prædicti *Mayleri*, quam indè habent rationabiliter testatur. Testibus, domino *J. Dublinensi* Archiepiscopo, *W.* de *Glind. D. Waterfordia* Episcopis, *G.* filio *Petri* Comite *Essexiæ*, Comite *Alberico*, *Sahero* de *Quency*. Data per manum *H.* de *Welle* Archid. *Wellen.* apud Astoll x. die *Sept.* anno &c. *vii.*

HOSPITALE

S. Mariæ, *juxta* Drogheda.

Par. 32. E. 3. p. 1. m. 24. per Inspex.

Carta Ursi *de* Swemele, *fundatoris ejusdem.*

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Ursus* de *Swemele*, fundator Domus Hospitalis S. *Mariæ* Virginis extra portam occidentalem de Drogheda, communi consilio & concensu mei, & *Christianæ* sponsæ meæ, dedi & concessi, & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi, in puram & perpetuam elemosinam, pro animabus nostris & antecessorum nostrorum, & omnium fidelium defunctorum, omnes terras & redditus, quos ego *Ursus* habui in *Hibernia*, Deo & dictæ Domui Hospitalis S. *Mariæ*, ad sustentationem Hospitalitatis miserorum & infirmorum languentium: necnon & omnium illorum qui ibidem de Hospitalitate, caritatis intuitu, indigebunt. Verum etiam inprimis concessi prædictæ domui Hospitalis quadraginta acras terræ, quæ jacent in una culturâ extra prædictam portam, super quas jam sæpedicta Domus Hospitalis fundata est: Deinde totam terram de Astuttr, salvo redditu domini Regis; *scil.* per annum dimidiâ unciâ auri, quam prædicta Domus debet reddere domino Regi, per annum, pro omni servicio, pro terrâ illâ, cum prædictis *xl.* acris terræ. Deindè illam terram in montanis, quam teneo de domino Rege; pro quâ terrâ dicta Domus debet reddere domino Regi per annum decem solidos pro omni servicio. Item & illas acras quas per legalem emptionem de Burgagiis in territorio de Drogheda habui. Item de terrâ, quam *Radulphus* de *Kildare* tenuit de me in *Bodestrata*, per annum dicto Hospitali tres solidos & sex denarios. Item de terrâ, quam *Johannes Blundus* tenet de me per annum, *xvii. s.* & *vi.* d.

Item de terrâ *Radulphi Blundi* Mercenarii, per annum *xiiii. s.* Item de terrâ *Adæ* de *Kayrdif*, per annum *xvii. s. vi.* d. Item de terra *Ricardi Palmerii* per annum sex denarios. Item de terrâ quâ *Rogerus* de *Kedwali* tenuit per annum, *vi.* d. Item de terrâ *Odonæ* per annum *xii.* d. Item de terrâ *Johannis* filii *Milessand* per annum *vi.* d. Item de terrâ, quam *Johannes Walensis* tenuit de me per annum *ii. s.* Item de terrâ propinquiori, quam *Boydin* senex tenuit per annum *xii.* d. Item de orto *Ricardi* de *Kayrdf* versùs molendinum ventorium *Hugonis* de *Waterville*, per annum *ii.* sol.

Sciendum est, quod isti supranominati tenentes tenent de illo burgagio ad cornerium; de quo burgagio, prædicta Domus Hospitalis debet solvere domino Regi per annum *xii.* d. Item de *Gilberto Gardinario* pro quinq; acris, quarterium minus, quas tenet per annum, tres uno denario minus. Item de cornerio, quod *Adam Pelliparius* tenet ad orientalem partem Capellæ S. *Nicholai* ultra pontem per annum *ii. s.* De eadem terrâ de *Martino Parmentario* per annum *xii.* d. Item de terrâ *Rogeri Molendinarii* ad australem Capellæ S. *Nicholai* per annum tres solidos. Item de terrâ *Henrici Palmerii* per annum *xii.* d. tenenda & habenda omnes istas prædictas terras & prædictos redditus Deo & domui Hospitalis S. *Mariæ* imperpetuum jure & hæreditario, liberè & quietè, integrè & plenariè, sicut ego *Ursus* eas unquam liberiùs vel quietiùs tenui per prænominata servicia. Præterea volo & firmiter obsecro in domino, ut quis post obitum meum Custos fuerit prædictæ Domus illius, per electionem proborum hominum de Drogheda eligatur; & ut dum legalem custodiam prædictæ domui adhibebit, vocetur cognomine Custos, sed non Prior. Cum autem aliquis Custos se versùs domum præfatam inhonestè habuerit, quod Deus avertat, à prædictâ custodiâ deponatur, & alias per prædictos probos homines eligatur. His testibus, domino *Eustachio* tunc *Armachano* Archiepiscopo, totius *Hiberniæ* primate. *Lech.* tunc Archidiacono *Armachano*, Magistro *Ragnele*, Magistro *Statio*, *Roberto* tunc Capellano de Ecclesiâ S. *Petri*, Universitate Burgensium de Drogheda, *Willielmo* Capellano, qui hanc Cartam composuit, & multis aliis.

PRI-

PRIORATUS

Omnium *Sanctorum in Orientali parte Civitatis* Dublinensis.

Ex Regist. dicti Prioratus per *Jacobum* eq. aur. exscriptum.

Carta Diermitii *Regis* Lagenienſium.

IN nomine ſanctæ & individuæ *Trinitatis*, Patris & filii & Spiritus Sancti, Ego *Diarmitius* Rex *Lagenienſium*, pro Dei amore, & animæ meæ ſalute, donavi & tradidi ſpirituali patri & confeſſori meo *Edano Lugudenſi* Epiſcopo ad opus Canonicorum Eccleſiæ filiæ *Zola* & ſucceſſorum eorum, terram quandam quæ dicitur Ballidubgall, cum hominibus ſuis; *ſcil. Meliſu mac Feileran*, cum filiis & nepotibus ſuis, liberam & abſolutam à procuratione & expeditione meâ, & omnium in regimine *Lagenia* & *Dublinia*, mihi ſuccedentium, in perpetuam elemoſinam, cum legitimis & antiquis terris & omnibus aliis ad eandem villam pertinentibus, (&c.) Teſtibus, *Laurentio Dubl'n.* Archiepiſcopo, *Kinad* Epiſcopo, & *Benigno* Abbate de *Glendolachâ*, *Enna* filio meo, *Felano mac Feolain*, *D. mac Gillacolmoc*, *Ethmarchac*, & *Arali*, filiis *Corrail*, *G. mac Gunnar*, & aliis multis.

Cart. 22. E. 3. n. 2.

Carta Regis Henrici *ſecundi, poſſeſſiones ejuſdem domus recitans & confirmans.*

HEnricus, Dei gratiâ, Rex *Anglie* & Dux *Norm.* & *Aquit.* & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe, & hac Cartâ meâ confirmâſſe Eccleſiæ *Omnium Sanctorum*, in orientali parte *Dublinia*, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, has terras; *ſcil.* Balencomgalan, Baucurc, Duncarnac, Baledubgal, Rubanagan, Cnocclillan, Baldzonan, in perpetuam & puram elemoſinam, pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum meorum, cum decimis & antiquis terminis, & aliis liberis conſuetudinibus ſuis, ſicut meliùs ante adventum meum in *Hiberniam* habuit. Quare volo & firmiter præcipio, quod præfatam Eccleſiam & Canonicos ſuos, & omnes res & terras ſuas manuteneatis & cuſtodiatis & protegatis (&c.) & permittatis prædictam Eccleſiam habere omnes prædictas terras & poſſeſſiones, & omnes liberas & antiquas conſuetudines, & libertates ſuas, ſicut meliùs & plenius *Dermot* Rex *Lagenie*, prædictas terras prædictæ Eccleſiæ, ante adventum meum in *Hiberniam* donavit, & liberas conſuetudines & libertates conceſſit. Teſtibus, *Laurentio Dublinenſi* Archiepiſcopo (&c.)

PRIORATUS

S. Thomæ *Martyris, in Civitate* Dubliniæ.

Diploma Regis Edwardi *tertii, donatorum Cartas recitans & confirmans.*

Cart. 4 E. 3 n. 27. m. 14. per Inſpex.

EDwardus (&c.) Inſpeximus (&c.) *H.* Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ*, & *Aquitanniæ*, & Comes *Andeg.* Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me Dei gratiâ ſanum eſſe & incolumem, & negotia mea benè & honorificè procedere; Ego vero quantum potero, vacabo magnis negotiis meis *Hiberniæ*. Nunc autem ad vos mitto *Williel-mum* filium *Audelini* Dapiferum meum, cui commiſi negotia mea tractanda & agenda, mei loco & vice. Quare vobis mando, & firmiter præcipio, quod ei, ſicut mihimet, intendatis de agendis meis, & faciatis quicquid ipſe vobis dixerit ex parte meâ, ſicut amorem meum habere deſideratis, & per fidem quam mihi debetis. Ego quoq; ratum habebo & firmum quicquid ipſe fecerit, tanquam egomet feciſſem; Et quicquid vos feceritis erga eum ſtabile habebo (&c.)

Vide Pat. 9 E. 2 p. 2. m. 4.

Pat. 2. H. 4. p. 4. m. 17.

& Pat. 2. R. 2. p. 2. m. 4.

Inſpeximus etiam Cartam, quam *Willielmus* Dapifer *H.* Regis Proavi noſtri fecit Deo & Eccleſiæ beati *Thomæ* martyris Chriſti, in hæc verba. *Will.* filius *Audelini* Domini Regis Dapifer, Univerſis Chriſti fidelibus ſalutem. Sciatis me, in præſentiâ *Viviani* Cardinalis & *Laurentii* Archiepiſcopi *Dublin.* & plurimorum Epiſcoporum *Hiberniæ*, dediſſe & optuliſſe Deo & Eccleſiæ beati *Thomæ*, Martyris Chriſti, unam carucatam terræ, quæ vocatur Dunobere, cum molendino, & prato & omnibus pertinentiis ejuſdem terræ, tam in boſco, quàm in plano, pro animâ *Galfridi* Comitis *Andegavie* patris *Henrici* Regis, & matris ejus Imperatricis, & anteceſſorum ejus, & pro ipſo rege *Henrico*, & filiis ejus in perpetuam & puram elemoſinam. Quare volo, & ex parte domini Regis præcipio, ut quicunq; in honore Dei & beatæ *Thomæ* Martyris Chriſti, & voluntate domini regis *Anglie*, prædicti loci Cuſtos fuerit, omne prædictum tenementum teneat adeo liberè & quietè & honorificè, purè, & integrè, ſicut aliqua Eccleſia aliquod tenementum liberiùs tenet infra regnum *Anglia* vel *Hibernia*. T. *Eugen'o Midie* Epiſcopo, *Nemiâ* Epiſcopo de Kildare, *Auguſtino Waterfordie* Epiſcopo, *Roberto* filio *Stephani*, *Milone Cogan*, *Galf'ido* de *Coſteni*, *Waltero* de *Ridleford*, *Roberto* de *Burmingeham*, *Reinundo*, filio *Willelmi*, *Meilero* filio *Henr'ci*, *Philippo Puer*, *Roberto* de *Sancto Michaele*, *Johanne* de *Clahalla*, *Gilberto* de *Auger*, *Thoma Marc*, *Alkalmer*, *Rogero* filio *Alu*, *Ricardo*

Vide Clauſ. 38. E. 3. m. 33.

de *Ber. Willielmo Brimig.* (&c.) Inſpeximus (&c.)

H. Dei gratiâ, Rex *Anglie* (&c.) Archiepiſcopis (&c.) ſalutem; Sciatis me conceſſiſſe, dediſſe, & præſenti Cartâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ beati *Thome Martyris*, unam carrucatam terræ de Dunovere, quam *Willielmus* filius *Audelini*, Dapifer meus, ex parte meâ dedit eidem Eccleſiæ, quam idem *Willielmus* fundari fecit extra portam occidentalem apud Dublin, pro ſalute meâ & ipſius, & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum. Quare volumus (&c.) Teſt. ipſo *Willielmo* filio *Audelini*; *Reginaldo* de *Curteneis*; *Hugone* de *Lacy*, *Thomâ* de *Baſſet*, *Roberto Poer*, apud Drenfozd. Inſpeximus (&c.)

Walterus de *Lacy* omnibus amicis & hominibus ſuis, *Francis*, *Anglicis* & *Hibernienſibus*, ad quos præſens ſcriptum pervenerit ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & præſenti Cartâ confirmâſſe Deo & Eccleſiæ beati *Thome* Martyris de Dublin, & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ, & animarum patris mei & matris meæ, cujus corpus in prædictâ Eccleſiâ requieſcit, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, Eccleſiam de Dunlinſahlin, cum terrâ grangiæ eorum, ſicut pater meus eam eis dedit, & aſſignavit; & Eccleſiam de Rathouthe, cum omnibus ad eam pertinentibus; & Eccleſiam de Domenathmoz, cum omnibus pertinentiis; & Eccleſiam de Cxenocks, cum omnibus pertinentiis; & Eccleſiam de Killeglan, cum omnibus pertinentiis; & Eccleſiam de villâ Maglifwine, cum omnibus pertinentiis; & Eccleſiam de Lnocmarek, cum omnibus pertinentiis; Et Eccleſias omnes, & Capellas, cum earum pertinentiis totius terræ *Leonifii* de *Bromiard*, ſicut Carta ejus teſtatur; Et Eccleſiam de villâ *Willielmi Scorlagge*, cum omnibus pertinentiis; Et Eccleſiam de Lethercoz, cum omnibus pertinentiis. Quare volo & firmiter præcipio, quod prædicti Canonici habeant & teneant prædicta beneficia; Et quæ poterunt de cætero adipiſci, in terrâ meâ, in puram & perpetuam elemoſinam, cum omnibus libertatibus, (&c.) Hiis teſtibus, *Hugone* de *Lacy*; *Roberto* de *Lacy*, *Ricardo* del *Tuit* (&c.) Inſpeximus (&c.)

Sciant præſentes & futuri, quod ego *Walterus* de *Lacy*, pro animâ patris mei, & matris meæ, & pro animabus anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, confirmavi Deo & beatæ *Mariæ*, & *S. Thomæ* de Dublin, & Canonicis regularibus ibidem Deo ſervientibus Eccleſias eiſdem, ex patronorum conceſſione collatas; *viz.* Eccleſiam de Spdan ex collatione *Hoy Teling*; Eccleſiam de Dobenarbhte, juxta portum *Balbi*, ex collatione *Roberti* de *Mandeville*; Eccleſiam de Trevet ex collatione *Walteri* de *Eſcotok*, Confirmavi etiam dictis Canonicis perpetuam firmam terræ de Dobrnathmoz, juxta Cxenocks, ſecundùm quod continetur in Cartâ dicti *Walteri*: Et in hujus rei teſtimonium præſenti ſcripto Sigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, *Nicholao Parvo*; *Simone* de *Clifford*; *Nicholao* de *Slane*; *Waltero Parvo*; *Johanne* de *Cramford*; *Henrico* Clerico; *Johanne* Capellano; & multis aliis.

FERNENSE

Cœnobium in Comitatu Wexfordienſi *fundatum circa annum Domini* MCLviii.

Fundationis Carta ejuſdem per Dermatium *Regem* Laginenſium.

Ex veteri exemplari penès *Jac. Waræum* eq. aur.

Niverſis ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, & omnibus hominibus, tam Clericis quam laicis, *Dermatius*, nutu Dei, Rex *Laginenſium*, ſalutem: Sciatis quod ego, conſilio & aſſenſu principum & optimatum meorum, dedi & conceſſi & hac meâ Cartâ confirmavi Deo & beatæ *Mariæ* Virginis, quam fundavi apud *Fernam*, & Canonicis ibidem domino ſervientibus, terras illas; *ſcil.* Balliffin, Ballıacuſſa, pro unâ villâ, Bozhi & *Roſhenâ*, & Killbzioi pro duabus villis, Balliſſan in Fotherth juxta Werfozd; & villam quæ vocatur Munemothe in Fernegheual; & Cellam quandam apud Thamoling; *ſcil.* Capellam S. *Mariæ*, cum omnibus pertinentiis ſuis, cum terrâ Baligery, cum omnibus piſcaturis ejus; & Capellaniam meam; & omnes decimas & primitias de dominico meo Perhukenſilich, & quoddam debitum potus, quod dicitur *Scaith*; *ſcil* de qualibet ſerviciâ vel medone, quæ fit in villâ *Fernæ*, quandam menſuram, quæ vocatur lagena vel galo, de me & hæredibus meis dictis Canonicis & ſuis ſucceſſoribus, in puram, perpetuam & liberam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum meorum & ſucceſſorum: Et Cellam *Finachia* in *Fernâ*, cum Baliculum, & Balinaſuſin; & tria acra juxta eandem Cellam. Et ideo volo & firmiter præcipio, quod prædicta domus & antedicti Canonici ibidem Deo ſervientes, habeant & teneant & poſſideant dictas terras & prænominatam elemoſinam, de me & hæredibus meis ſibi & ſucceſſoribus ſuis, benè, in pace, plenariè & integrè, abſq; aliquo redditu debito, & ſervicio ſeculari; neq; Epiſcopi, neq; Regis, neq; Comitis, neq; alicujus omnino hominis, in boſco, in plano, in pratis, in paſcuis, in piſcariis, ad me & ad noſtros hæredes pertinentibus, in aquis, in molendinis, in viis & ſemitis, & in moris & mariſcis, in omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus, quas ego & hæredes mei dictis Canonicis & ſuis ſucceſſoribus dare poſſumus & warantizare: Ego verò & hæredes mei eandem domum in prædictis terris & poſſeſſionibus eiſdem Canonicis & ſuis ſucceſſoribus,

cessoribus, contra omnes homines & feminas warantizare tenemur. Concessi etiam eis, quod in amovendis, sive eligendis ejusdem domus Abbatibus, nullus hæredum meorum se debent intromittere, sed juxta beati *Augustini* regulam, per consensum hujus Conventus, vel sanioris partis, qui ordinandus est, liberè constituatur; & post ejusdem electionem, antequam ab Archiepiscopo vel Episcopo crearetur in Abbatem, michi vel hæredibus meis, vel eorum Seneschallis causâ Dominii præsentetur, ùt per nos, ab Episcopo benedicatur. Dat. *xxi.* Kal. *Februarii* apud *Ferniam*. Hiis testibus, *Cristiano Lismorensi* Episcopo, totius *Hibernie* legato; *Donato Leighlinensi* Episcopo; *Josepho* Episcopo *Fernensi*; *Domnaldo* Episcopo *Offorensi*; *Malachiâ* Episcopo de *Kildariâ*; *Celestino* Episcopo de *Glindalachâ*; *Laurentio* Abbate de *Glindalacha*; *Florencio* Regis Cancellario; *Marco* Capellano; *Lorcan* filio *Dufgilla*, *Gillapatric* O *Murchada*, & multis aliis.

COENOBIA

S. Mariæ *de* Benlis, & S. Columbæ *de* Inistiock *in Comitatu* Kilkennensi.

Ex Regist. Cœnobii S. Mariæ de Benlis.

MEmorandum quod Dominus *Galfridus* filius *Roberti*, Baro de Benlis, venit primò in *Hiberniam* cum *Willielmo* Mareschallo Comite; & idem *Galfridus* acquisivit Baroniam de Benlis in *Offaria*, & Baroniam de Elgren & Ozen in *Momonia*. Et postea idem *Galfridus* fundavit domum de
An. 1183. Benlis in honore *S. Mariæ* per Consilium dicti Comitis, quam fundationem dominus *Felix O Dufin* B. *M.* Episcopus tunc *Offoriensis* confirmavit. Et quia tunc temporis non fuerunt Canonici Regulares Anglici in *Hibernia*, Dominus *Galfridus* quatuor Presbyteros divina celebrantes in Ecclesiâ S. *Kerani* de Benlis, loco Canonicorum instituit, usq; fuerit provisus de aliquibus Religiosis viris, & habuerunt habitacula eorum circa Ecclesiam S. *Kerani*. Et postea idem *Galfridus* trans-
Bodmin. fretavit mare versùs *Botmoniam*, in *Cornubia* & duxit secum iterum in *Hiberniam* de domo *Botmonie*, quatuor Canonicos; *viz. Reginaldi* de *Aclond*. *Hugonem* de *Rous*, *Aluredum*, & *Algarum*. Et tunc Dominus *Reginaldus* creatus fuit in Priorem per ..... cui successit *Hugo* de *Rous*, qui postea fuit primus Anglicus Episcopus *Offoriensis*, qui jacet apud Benlis. Et prædictus *Galfridus* filius *R.* feoffavit dictum donum de Benlis cum septem Carucatis terræ, quarum tres carucatæ terræ sunt inter villam de Benlis & villam de Bilry, & aliæ tres Carucatæ terræ sunt ultra aquam de Righi circa villam quæ dicitur Rathalvey, & illa Carucata terræ quam Prior Hospitalis Sancti *Johannis* nunc petit versùs Priorem de Benlis est una carucata terræ, & jacet infra metas dictarum trium carucatarum terræ, inter villam de Benlis & de Bilry, quam Carucatam terræ prædictus *Galfridus* filius *Roberti* fundator dictæ domus de Benlis, simul cum multis aliis bonis, prout in Charta fundationis dictæ domus continetur, dedit, quam Chartam & cætera omnia fidelium dona, quæ possident, *Walterus* Mareschallus Comes *Pembrochiæ* per Chartam suam confirmavit; & est nomen illius carucatæ terræ, quam Prior Hospitalis nunc implacitat, villâ de Ballusallan, cum terris & nativis, prout continetur in Chartâ fundationis. Et sunt à primâ confectione dictæ Chartæ fundationis sexies viginti & decimanni. Post multum verò temporis dominus *Thomas* filius *Anthonii* fundavit do- Circa an. mum de Inistiock, & rogavit Priorem de Ben- 1206. lis, ut frater *Algarus* & *Aluredus* essent in domo de Inistiock ad reformandum & instruendum cæteros Canonicos. Et sic creatus fuit *Aluredus* in Priorem apud Inistiock; & *Algarus* pro communi utilitate utriusq; domus, ad eorum privilegia perquirenda, missus fuit ad Curiam Romanam, & morabatur ibidem per longum tempus, & creatus fuit in Episcopum, ex collatione Domini Papæ in *Lombardia*. Et sic per Chronica invenitur, quod nunquam fuit Prior de Benlis.

Carta Regis Ricardi *secundi*, *donatorum concessiones recitans, & confirmans.* Pat. 14. R 2 p. 1. m. 26. per Inspex.

REx (&c.) Inspeximus quasdam literas patentes, Sigillo *Hugonis* de *Lacy* consignatas, ut dicitur, in hæc verba; *H.* de *Lacy*, Archiepiscopis, Episcopis & Abbatibus, & militibus, & omnibus hominibus suis & amicis, *Francis* & *Anglicis*, & *Hybernensibus* totius terræ suæ salutem. Sciatis me dedisse & concessisse, & præsenti Cartâ meâ confirmâsse Canonicis S. *Mariæ* de Benlys divini amoris intuitu, & pro salute animæ meæ & antecessorum meorum, in puram & perpetuam elemosinam, Ballingoddan, cum omnibus pertinentiis suis, Vadmercrechtugan, Cluani, Pinlino, Tirnaflomaigi, & Pilechan, & Inisnacleresch, cum pertinentiis; Athalaarg cum pertinentiis suis; Laigllit, Raithgruga, Achadnaserhach; & villam quæ vocatur Rosbindia; Arduum, Balynlanrada, & Cluanmulig, Began & Achadmac Elida, & Tirnesamoys, plenariè & integrè & honorificè; habenda & tenenda à me & ab hæredibus meis imperpetuum. Quare volo (&c.) Hiis testibus, *Willielmo* de *Meset* Dapifero, *Willielmo* parvo, *Roberto Dardies*, domino de *Lemus*, *Roberto* de S. *Michaele*, *Gulfrido* de *Logan*, *Roberto* Capellano, *Waltero* de *Lacy*, & *Waltero* de *Baschervilla*, & *Mascombi*, & pluribus aliis; & *Pille* Clerico hujus Cartæ scriptore.

Inspeximus etiam quasdam alias literas pa-

tentes Sigillo *Johannis* quondam domini *Hiberniæ*, & Comitis *Mortonie* consignatas, ut dicitur, in hæc verba. *Johannes* dominus *Hiberniæ*, Comes *Mortonie*, omnibus (&c.) salutem. Sciatis me, pro amore Dei, & pro salute animæ meæ, necnon antecessorum & successorum meorum, concessisse, & hac Cartâ meâ confirmasse, in puram & perpetuam elemosinam Deo & Ecclesiæ S. *Mariæ* de Benlis, & Canonicis regularibus ibidem Deo servientibus, omnes terras suas, redditus & possessiones, quas habent de dono *Hugonis* de *Lacy*; *viz.* Balyochodam, cum omnibus pertinentiis suis, Cluammulind, Tirnafionagi, Inisleghan, Athdalaarg, cum pertinentiis suis; Luacharmulache, Laigilli, Radzugan, Acaduadkethache; Rosbindig, cum pertinentiis suis, Arduum, Balibosti, Clunuatarad, Clumanhicama, Clunachad; Inisnadcreache, cum pertinentiis suis, Fionaredzean, Dunnagalle, Athad, Cairgi, Shailti, Arathnaata, Padaburind, Dzumsir, Chalnachoy, Lismin, Inchardachad, Archatmoccavda, Tirnaseimour, Achadmeccrethugan, & unam carucatam terræ, quæ dicitur Bimiliath, Cluan, Intligbeggan. Quare volo (&c.)

Concessi etiam eisdem Canonicis, & hac Cartâ meâ confirmavi, de proprio dono meo, villam de Dozmache, cum pertinentiis suis; *scil.* Evangugt Achadtemgho, Cluanchonaid, Cluan-Gamna, Ranthugairg, Raidna, Chairache, Indurnd, cum omnibus pertinentiis suis, tenendam in puram & perpetuam & liberam elemosinam, bene & in pace (&c.) Testibus *Stephano Ridello* Cancellario meo, *Waltero* de *Dunstanvill*, *Ingelramo* de *Pratellis* (&c.) & multis aliis, anno domini Regis *Ricardi*, tertio, vigiliâ *Ascensionis*, apud Kadingis.

Inspeximus etiam quasdam alias literas patentes Sigillo *Walteri* de *Lacy*, similiter, ut dicitur, consignatas, in hæc verba. Sciant præsentes & futuri, quod ego *Walterus* de *Lacy*, dedi (&c.) domui beatæ *Mariæ* de Benles, & Canonicis ibidem residentibus, & Deo servientibus, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ, & *Margaretæ* uxoris meæ; & pro animabus *Gilberti* de *Lacy* filii mei, & *Willielmi* de *Lacy* fratris mei; necnon & pro salute animarum antecessorum & successorum meorum, unam bollam de qualibet brascinâ cervisiæ in villâ de Benles; *viz.* illam bollam cervisiæ quam ego nomine telonei de qualibet bracinâ in eadem villâ capere consuevi, vel capere potui; tenendam & habendam de me & hæredibus meis eisdem Canonicis & eorum successoribus imperpetuum (&c.) Pro hac verò donatione & concessione meâ dicti Canonici & eorum successores habebunt in domo suâ successivè, quendam Capellanum de suis Canonicis specialiter imperpetuum, pro animâ meâ & animabus antecessorum & successorum meorum divina celebrantem. Et ut hæc donatio & concessio, meæ perpetuæ firmitatis eidem & robur optineant, præsentem Cartam sigilli mei impressione roboravi. Hus testibus, domino *Ricardo Midonsi* Episcopo; domino *Ada* parvo, Archidiacono de Benles; *Michaele Grosso*; Fratre *Hugone* Canonico, tunc Cancellario (&c.) Nos autem literas prædictas (&c.) duximus exemplificandas (&c.) Teste, *Johanne* de *Stanley* Justiciario nostro *Hiberniæ*, apud *Drogheda*, *xxi.* die *Januarii*, anno regni nostri *xii.*

Si

PRIORATUS

sive Hospitale S. Johannis *Evang.* de Kilkenny, *fundatus circa ann. Domini* MCCxx.

Carta Fundationis.

Ex autogr. per *Jac. Waræum* eq. aur. exscriptum.

Willielmus Mareschallus, Comes *Pembrochiæ*, omnibus tam præsentibus quam futuris, ad quos præsens scriptum pervenerit, salutem: Notum sit universitati vestræ, me pro salute animæ meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum, dedisse & concessisse, & hac præsenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & beato *Johanni* Evangelistæ, locum quendam ad caput parvi pontis de Kilkenny; *scil.* inter ductum minoris aquæ, & viam quæ ducit ad Loghmadheran, ab horreis meis; & sexdecem acras de terrâ liberâ, ex eadem parte aquæ illius, cum omnibus pertinentiis suis, ad construendum ibidem Domum religionis, in honore Dei & *S. Johannis*, & ad sustentationem pauperum & indigentium. Concessi etiam & præsenti Cartâ meâ confirmavi eidem Domui, & fratribus ibidem Deo servientibus totam parochiam ultra pontem de Kilkenny versùs orientem, & adjacentem eidem ponti cum omnibus pertinentiis suis, absq; omni retenemento. Concessi etiam eisdem beneficium Ecclesiasticum totius terræ meæ Donfert, quantum *scil.* indè ad patronum pertinet: & insuper beneficium Ecclesiasticum totius terræ meæ de Loghmaderhan eodem modo, cum omnibus pertinentiis, tam in decimis, quàm oblationibus, & obventionibus. Et insuper omnes decimas molendinorum, piscariarum, pomeriorum, & Columbariorum meorum de Kilkenny. Volo etiam & concedo, quod prædicti fratres deserviant Capellæ Castri mei de Kilkenny, & indè habeant omnes obventiones, & oblationes, si ego abiens fuero, vel hæredes mei: sin autem, tunc dominici Capellani mei oblationes ex eâ provenientes percipient.

Concessi etiam, & hac præsenti Chartâ meâ confirmavi sæpedictis fratribus locum quendam ad caput magni pontis, ubi primitùs Domus earum inchoata fuit. Reddendo de

eodem

eodem loco mihi, & hæredibus meis annuatim tres solidos ad duos terminos; *sc.* medietatem ad *Paschæ*, & medietatem ad festum S. *Michaelis*, pro omnibus servitiis, demandis, consuetudinibus, & exactionibus. Concedo etiam eis quod habeant & possideant pacificè omnes redditus Burgagiorum, quæ eis in villâ de Kilkenny data fuerunt, & danda; salvo servitio meo; & salvis omnibus, quæ juris mei sunt, & hæredum meorum. Præterea concessi, & intuitu charitatis confirmavi, quantum ad Patronum pertinet, Deo & dicto Hospitali S. *Johannis* de *Kilkenny*, Ecclesiam de Baghanaw, & Ecclesiam de *Novâ-villâ*, & totum beneficium veteris villæ, cum omnibus prædictarum villarum pertinentiis, tam in Decimis, quam oblationibus & obventionibus, & cæteris rebus omnibus ad easdem Ecclesias spectantibus. Et præterea concessi, & hac eadem Chartâ meâ confirmavi prædictæ Domui Decimas omnium molendinorum meorum, & fenorum meorum in parochiis prædictarum Ecclesiarum. Et insuper concessi & hac præsenti Cartâ meâ confirmavi prædictæ Domui. Hospitalis S. *Johannis* de Kilkenny, triginta Marchas argenti de decimâ redditus mei assisi in *Hibernia*, percipiendas imperpetuum ad Scaccarium meum de Kilkenny, ad terminos prædicti redditus precipiendi per annum assignatos; *sc.* medietatem ad festum S. *Michaelis*, & alteram medietatem ad *Paschæ*. Quare volo, & firmiter præcipio, & hac præsenti Chartâ meâ confirmo, quod omnes hæredes mei omnes donationes, concessiones, & confirmationes prædictas in violabiliter teneant, & eas ratas & stabiles habeant de me, hæredibus & assignatis meis, & quod præscripti fratres habeant & teneant omnes donationes, concessiones, & confirmationes, prædictas in liberam puram & perpetuam elemosinam, adeo liberè, & quietè, sicut aliqua elimosina liberus, & quietius dari potest & haberi.

Et præter hæc omnia, concessi, dedi, & hac præsenti Chartâ meâ confirmavi, dictæ domui Hospitalis S. *Johannis* de Kilkenny & fratribus ibidem Deo servientibus, unam carucatam terræ, cum pertinentiis *viz.* illam quam *Thomas Drake* consuevit tenere juxta Kilkenny; tenendam & habendam de me & hæredibus meis, dictæ domui & dictis fratribus in liberam puram & perpetuam elemosinam, solutam & quietam ab omnibus servitiis, consuetudinibus, demandis, & exactionibus. Quare volo (&c.) Et ut hæc mea donatio, concessio & confirmatio perpetuæ firmitatis & stabilitatis robur obtineat, præsentem Chartam munimine impensionis Sigilli mei confirmavi. Hiis testibus, domino *Johanne* Marescallo, *Thomâ* filio *Anthonii*, tunc Senescallo *Lageniæ*; *Fulcone* filio *Warini*, *Waltero Purcell*, tunc Vic. Kilkenny; *Will. Grasso* juniore, *Hamundo Grasso*; *Rogero* de *Hidâ*. (&c.)

PRIORATUS
de Kluaynard.

Bulla *Cœlestini* tertii Rom. Pontificis, donationes eidem Domui factas, confirmans. Ex ipso autogr. penès Com. Ormond. eq. aur.

CEleſtinus *Episcopus servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus*, Agneti *Abbatissæ Monasterii S.* Mariæ *de* Kluaynard, *ejusdem sororibus, tam præsentibus, quam futuris, regularem vitam professis imperpetuum. Prudentibus virginibus, quæ sub habitu religionis, accensis lampadibus, per opera sanctitatis ingiter se præparant recbviam sponso, sedes Apostolica debet præsidium impertire; ne forte cui ustibet temeritatis incursus aut eas a proposito revocet, aut rebur (quod absit) sacræ religionis infringat. Ea propter dilectæ in Christo filiæ, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatum Monasterium de* Kluaynard, *quod divino estis obsequio mancipata, sub beati* Petri, *& nostrâ protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. Imprimis siquidem statuentes, ut ordo Canonicus, qui secundum Domini, & beati* Augustini *regulam, atq; institutionem* Premonstratenſium *fratrum, in eodem Monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea, quæcunq; possessiones, quæcunq; bona eidem Monasterium in præsenti juste & Canonicè possidet; aut in futurum, concessione Pontificum, largitione Regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis, & eis quæ vobis succedent & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo præfatum Monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis,* Lesnabenny, Cellem, Balinchuleman, Rosnibarran, *cum earum pertinentiis. Ecclesiam sanctæ* Mariæ *de* Luschâ, *cum decem agris, de elemosina* Johannis Dublinensis *Archiepiscopi in adjacenti campo,* Cuodmua, Arrd, Greenog, Lesanallin, Bellathlechty, *cum earum pertinentiis. Ecclesiam S.* Mariæ *de* Dublinià, *cum villis,* Balinsgellan, Belmartalmanais, Belbuni, Clenduah, *cum earum pertinentiis. Ecclesiam S.* Mariæ *de* Dauntay, *cum villâ* Balimleochid *cum suis pertinentiis. Ecclesiam S.* Mariæ *de* Thermunsechin *cum villis* Achidersamid, *cum suis pertinentiis, Ecclesiam S.* Mariæ *de* Scrin, *cum adjacentes campo* Dundonnuill, *cum pertinentiis suis. Ecclesiam S.* Odræ *cum ipsa villa, & omnibus suis pertinentiis. Ecclesiam Sanctæ* Brigidæ *de* Athtrim, *cum pertinentiis suis. Ecclesiam Sanctæ* Mariæ *de* Benenus, *cum mansione sua in eadem civitate, & villa* Disnerthirechan. *Ecclesiam Sanctæ* Mariæ *de* Fawr, *cum villa* Bellarthalgach *cum pertinentiis suis. Ecclesiam S.* Bellarthalgach.

Mariæ

Mariæ de Durmaig, cum suis possessionibus. Ecclesiam S. Mariæ de Cluaynmacnois, ad orientem, cum villâ de Bellogatnechan, cum suis pertinentiis. Ecclesiam S. Mariæ ad occidentem, cum villâ Drumalgach, cum suis pertinentiis. Ecclesiam S. Mariæ de Cbachdun, cum villâ Belgel, cum suis pertinentiis.

Sanè novalium vestrorum, quæ propriis manibus, aut sumptibus, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præsumat. Liceat quoq; vobis personas liberas, & absolutas, à seculo fugientes, ad conversionem recipere, & eas, absq; contradictione aliquâ retinere. Prohibemus insuper, ut nulli sororum vestrarum, post factam in loco vestro professionem, fas sit, absq; Abbatissæ suæ licentiâ, de eodem loco, nisi artioris religionis obtentu, discedere: Discedente verò, absq; communium litterarum cautione, nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terra fuerit, liceat vobis, clausis januis, exclusis, excommunicatis, & interdictis, non pulsatis campanis, suppressâ voce, divina officia celebrare. Inhibemus etiam, ne ullus Archiepiscopus, Episcopus, vel alia qualibet persona, nisi à vobis fuerit requisitus, in vestro Monasterio conventus populicos convocare, causas seu alia negotia pertractare præsumat, nisi à Romano Pontifice, vel ejus legato super hoc mandatum receperit. Novas etiam, & indebitas exactiones ab Archiepiscopis, Episcopis, Archidiaconis, seu Decanis, aliisq; omnibus ecclesiasticis, secularibusq; personis, vobis omninò fieri prohibemus. Ad hæc etiam duximus inhibendum, ne ullis Archiepiscopo, vel Episcopo, seu alia persona à vobis, pro decimis vestris, injustè aliud petere, & recipere liceat, quam fuerit à prædecessoribus eorum, usq; ad hæc tempora requisitum, decimas & possessiones ad jus Ecclesiarum vestrarum spectantes, quæ à laicis detinentur redimendi, & legitimè liberandi de manibus eorum; & ad Ecclesias, ad quas pertinent, revocandi, libera sit vobis de auctoritate nostrâ facultas. Easetiam decimas, quas ad Monasterium vestrum à quadraginta annis incœcussè possedit & in præsentiarum rationabiliter possidet, vobis, & per vos eidem Monasterio nihilominus confirmamus. Libertates præterea, & munitiones vestras antiquas, & rationabiles consuetudines Monasterio vestro concessas, hactenùs observatas, & eas futuris temporibus illibatas manere sancimus. Sepulturam quoq; ipsius loci, liberam esse decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi fortè excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat; salvâ tamen justitiâ illarum Ecclesiarum à quibus mortuorum corpora assumuntur.

Obeunte verò te, nunc ejusdem loci Abbatissâ, vel earum qualibet, quæ tibi successerint, nulla ibi in qualibet surreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quam sorores, communi consensu, vel sororum pars consilii sanioris, secundùm Dei timorem & beati Augustini regulam providerint eligendam. Pacem quoq; ac tranquillitati vestræ, paterna imposterum sollicitudine providere volentes, auctoritate Apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum vestrorum nullus rapinam, seu furtum committere, sanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet exactionibus fatigare; sed omnia illibata & integra conserventur, eorum pro quarum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: Salva sedis Apostolicæ, & Diœcesani Episcopi Canonica justitia. Si quis igitur in futurum Ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam, sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiove commonita, nisi reatum suum congruâ satisfactione correxerit, potestatis honor. suæ careat dignitate, reamq; se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; & à sacratissimo corpore, ac sanguine Dei, & Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atq; in extremo examine divinæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructus bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Laterani (&c.) 4. Kal. Martii. Indictione 4. Incarnationis Dominicæ Anno 1195. Pontificatus verò Domini Celestini Papæ tertii, Anno quinto.

PRIORATUS

S. Johannis Bapt. de Nenath, in Comitatu Tipperariæ.

Carta Fundationis ejusdem, circa annum Domini MCC.

Ex Cod. rubro MS. penès Comitem Ormoniæ.

Universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsens scriptum pervenerit, *Theobaldus Walter* Pincerna *Hiberniæ*, Salutem. Noveritis me divini amoris intuitu, & pro salute animæ meæ, & pro animabus antecessorum & successorum meorum, dedisse, concessisse, & hac præsenti Chartâ confirmâsse Deo & S. *Mariæ*, & Priori Domus Sancti *Johannis Baptistæ* de Nenath, & Canonicis & infirmis ibidem Deo servientibus, sex carucatas & quadraginta acras terræ in Beremath, propinquiores de Louthunlauth; & unam carucatam terræ & dimidiam in Louthunlauth propinquiores de Beremath, & quatuor carucatas & xl. acras terræ in Clouteurry, & Lestrouv. & Balnath, & Berlberg, cum omnibus pertinentiis suis. Habenda & tenenda sibi & successoribus suis in puram & perpetuam elemosinam, integrè & liberè & quietè, ab omni seculari exactione. Ita tamen, quod in dictâ domo Sancti *Johannis* sint in perpetuum tresdecim infirmi decumbentes ad minimum, qui

qui de bonis dictæ Domus commodè sustineantur; ita quod quilibet habeat singulis diebus pinem integrum & potum de cellario, & ferculum de coquio, ad minus. Et cum facultas dictæ domus se obtulerit, crescat numerus Canonicorum; ita quod sit ibi Conventus. Concessi etiam dictis Canonicis, pro me & hæredibus meis; quod decedentibus eorum Prioribus in fata, liberam habeant potestatem eligendi & confirmandi sibi Priorem, sine aliquâ contradictione in perpetuum. Concessi etiam eisdem Priori & Canonicis, quod habeant piscinas, stagna, & molendina, in terris prædictis sibi & nominibus suis. Testibus (&c.)

PRIORATUS
de Ponte Fermoy.

Cart. 18. E. 1. n. 99. *Diploma Regis* Edwardi *primi, Cartam fundationis ejusdem Domus recitans, & confirmans.*

Vide Cart. 17. E. 1. n. 22.

REt Archiepiscopis (&c.) salutem; Inspeximus Cartam, quam *Alexander* filius *Hugonis* fecit Canonicis domus beatæ *Mariæ* de *Ponte* in *Fermoy* in *Hibernia*, in hæc verba. Notum sit omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, quod, Ego *Alexander* filius *Hugonis* dedi, concessi & præsenti Cartâ meâ confirmavi, Deo & Monasterio sanctæ *Mariæ* de *Ponte* in *Fermoy*, & Canonicis sub regulâ beati *Augustini*, ibidem Deo servientibus, pro salute domini *Jo.* Regis *Ang.* & antecessorum & successorum suorum; & animæ meæ, & patris mei, & matris, & sponsæ meæ, & *Grifini* fratris mei; & antecessorum, & successorum meorum, locum ipsum ad Monasterium construendum assignatum, ipsum *Fontem*, cum octo carucatis terræ arabilis, quæ sunt inter aquam de **Avenebeg**, & terram *Roberti Keting* in longitudine; & inter dominicum meum, juxta castellum meum lapideum, & **Avenemore**, in latitudine, sicut divisæ & perambulatæ fuerint; & ab eadem terrâ assignata; Et totam terram meam, & nemus meum, & aquam, & omnes montes, & pasturam, quæ sunt usq; **Glymbride**, versùs **Corke**, inter terram *Keting*, & terram Monialium de **Grane**: Item quinq; carucatas terræ arabilis, super **Avenebeke**; *scil.* duas ex dono *Mauritii Flandrensis*, & tres ex meo; quæ sunt inter domum prædicti *Mauritii*, & metas terræ de **Caltumere**; & liberè totam aquam, prout latitudo terræ eorum extendatur ad stagnandum, & dirmandum, & eorum omnimodos usus, & fructus.

Dedi etiam eisdem ibidem, in nemoribus, omnia ædificamenta, ad eorum & hominum suorum omnimodos usus necessaria; & terciam, partem Molendini mei, & piscariæ meæ juxta Castellum meum, absq; aliquo cultu à Canonicis exigendo, sivè ad lapides, sivè ad præparationem, vel reparationem aliquam Molendini, stagni, & piscariæ. Item omnia beneficia Ecclesiastica totius terræ meæ dominicæ, cum decimis Molendinorum, & feni, piscariarum, venationum, & cunctarum rerum, quæ mihi, vel hæredibus meis renovantur per annum. Item tria Burgagia apud *Lonsericum*, quorum unum tenet *Nesta* uxor *Walteri Crop* reddendo indè annuatim dimidiam Marcam; & *Simardus* alia duo, reddendo indè annuatim unam Marcam. Item feodum unius militis in **Olethan**. Item aliud feodum in **Dhathbuen**. Item villatam terræ juxta **Carrig**, nominatim illam, quæ mihi jure hæreditario à *Remundo* fratre meo devenit. Prædicta autem omnia, concessi eis tenenda & habenda, in puram, liberam, & perpetuam elemosinam, quietè, pacificè, & honorificè, integrè, & plenariè, absq; omni servitio, & exactione, & demando, auxilio, tallagio, & geldo, & absq; ..... Canes subjurnare homines vel equos ire, vel mittere in exercitum, vel *exchenache*; & nominatim absq; nativâ consuetudine, & prout aliqua elemosina liberiùs & meliùs dari potest, in bosco, in plano, in viis, in semitis; in aquis, in stagnis; pascuis, pasturis, moris; piscariis, venationibus, molendinis; marisci, exitibus, pasturis; in foris, in furcis, & in omnibus aliis libertatibus, & liberis consuetudinibus, quas habeo vel concedere possum; Ad hæc, defuncto Priore, vel translato, nec ego, nec hæredes mei, intromittimus nos de aliquâ seisinâ faciendâ illius domus, vel rerum ad illum pertinentium; sed generalis & libera domus, & rerum dispositio, & gubernatio, fratribus ejusdem loci reservabitur, & liberè gaudent prælati sui electione. Et si fortè inter eos Priorem idoneum non possunt de gremio proprio invenire, per eosdem eligatur, vel de domo Apostolorum *Petri* & *Pauli*, de *Midensi*, vel etiam de domo Sancti *Thomæ* Martyris de *Dublinia*, de quibus initium, & formam Ordinis acceperunt; vel alibi qui sit ejusdem substantiæ Ordinis si in prædictis Ecclesiis sufficiens, & idoneus non inveniatur.

Concedo etiam, & volo, ut dicti Canonici habeant omnes nativos cunctarum terrarum prædictarum, & Curiam suam, de omnibus querelis & placitis, quæ mergunt de terris suis, & eorum hominibus, exceptis illis, quæ fortè ad regiam Coronam pertinent. Idem autem Canonici omnimodam habeant licentiam ubiq; per totam terram meam piscandi in **Avenemore**, & in **Avenebeg**, in polis, & extra polos, sine vexatione aliquâ, vel impedimento. Sciendum est autem, quod ego prædictus *Alexander*, & hæredes mei warantizabimus, defendemus, & acquietabimus prædictas terras prædictorum Canonicorum, ab omni exactione seculari, & servicio forinseco; Et si ego, & hæredes mei dictas terras & paduras, aquas, nemora, & montes, præfatis Ca-

nonicis, contra omnes venientes, warantizare non poterimus, eis rationabile escambium, alias, in loco eis competenti, per visum legalium virorum, plenarie faciemus. Ut autem hæc mea donatio, & concessio rata & stabilis, & inconcussa perseveret, præsentem paginam Sigilli mei munimine dignum duxi roborare. Hiis testibus, Domino *Philippo*, de *Prendelgast*; Domino *Philippo* de *Barre*; Domino *Willielmo* de *Kantitune*; Domino *Roberto* de *Kantitune*; Domino *Henrico* de *Sancto Michaele*; Domino *Ros. Beket*; *Mauricio Flandrensis*; *Mauritio* de *Portrahan*; & multis aliis.

Nos autem donationem & concessionem prædictas, ratas habentes, & gratas, eas, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, prædictis Canonicis, & eorum successoribus concedimus, & confirmamus, sicut Carta prædicta rationabiliter testatur. Hiis testibus, (&c.) Data per manum nostram apud *Westmonasterium xii.* die *Februarii*.

PRIORATUS

de Toberglozie, *in Comitatu* Dunensi, *Cella Cœnobii S.* Mariæ Karleoli, *in* Anglia.

Pat. 12. E. 2. p. 1. m. 19. *Carta Regis* Edwardi *secundi*, *donationes* Johannis *de* Curceio, *in fundatione ejusdem Cœnobii factas, confirmans.*

REx omnibus ad quos (&c.) salutem. Volentes dilectis nobis in Christo Priori & Canonicis Ecclesiæ beatæ *Mariæ Karleoli*, qui per hostile aggressus *Scotorum*, inimicorum & rebellium nostrorum destruuntur, & depauperantur, gratiam facere specialem, donationes, concessiones, & confirmationes, quas *Johannes* de *Curceio* fecit Deo & Canonicis regularibus Ecclesiæ prædictæ, de loco quem fundavit in honore Sancti *Thomæ* Martyris, ad honorem ipsorum Canonicorum, juxta *fontem* quæ *vocatur* Toberglozie, in suburbio de Dun, inter duas vias, quarum una tendit ad Crucem, alia ad grangiam de *Saballo*, cum tribus carucatis terræ eidem loco propinquioribus, de dominio ipsius *Johannis*, cum terris, pratis, pascuis, molendinis, & cæteris aisiamentis, in aquis salsis, & dulcibus, in nemoribus, in *soc* & *sac*, *tol* & *team*, & *tac* & *infangthef*, liberè, quietè, & honorificè in omnibus libertatibus; & ita liberè, & quietè, & tam honorificè, sicut aliqua elemosina est quietior & liberior in totâ *Anglia* &c.

Donationem etiam, concessionem, & confirmationem, quas idem *Johannes* fecit prædictis Canonicis, de uno burgagio infra urbem de Dun, & de totâ decimatione Domus prædicti *Johannis*, & hospicii sui, & omnium dominicorum suorum, tam Castellorum, quàm aliorum locorum, de quibuslibet cibis & potibus, rata habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est præfatis Priori, & Canonicis, & successoribus suis concedimus, & confirmamus, sicut Cartæ, quas indè habent rationabiliter testantur; & prout ipsi terras & tenementa prædicta huc usq; tenuerunt, & libertatibus prædictis usi sunt, & gavisi. In cujus &c. T. Rege apud *Eboracum* secundo die *Novembris*.

PRIORATUS

de Tristernagh, *in Comitatu* Midiæ *occidentalis*, *fundatus circa Annum Domini* MCC.

Carta fundationis ejusdem, per Galfridum *de* Constantine. Ex Regist. ejusdem Cœnobii, per *Jac. Ussherium* eq. aur. exscriptum.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Galfridus* de *Constantine* dedi & concessi, & hac præsenti Chartâ meâ confirmavi Deo & Domui, quam ego, Deo authore, fundavi in territorio de Killbiskey, in honorem beatæ Virginis *Mariæ*, & Canonicis ibidem Deo in regulari habitu ministrantibus, pro salute animæ meæ, & patris mei, & matris meæ, & uxoris meæ *Laetitiæ*, & omnium antecessorum meorum, & hæredum, terras, Ecclesias, & libertates subscriptas; *viz.* locum in quo domus sita est, qui vocatur Tristernagh, cum quatuor carucatis terræ adjacentibus per divisas quæ illis sunt divisæ, & perambulatas; & Insulas de lacu qui vocatur Loghern, quæ subjacent Domui, & de eodem lacu quicquid ad me dinoscitur pertinere apud Killbiskey totam terram, à calciatâ, per quam itur ab Ecclesiâ ad Castellum, & à capite ejusdem calciatæ per viam in valle usq; ad situm molendini; & ejusdem molendini situm & stagnum; & sic per stagnum molendini & ductum aquæ usq; ad divisas terræ, quam dedi *Agneti* uxori *Thurstani*; & sic per divisas terræ ejusdem usq; ad Crucem Sancti *Columbæ* in magno itinere; & sic per magnum iter usq; ad domum quæ fuit veteris Capellani *Hibernici*. Concessi etiam & confirmavi prædictis Canonicis meis, ut ipsi, quandoq; placuerit, prædictum molendinum & ejusdem molendini stagnum valeant mundare, meliorare, & largiùs facere; & ut nemo aquam indè valeat avertere.

In Cune unius duas carucatas terræ, propinquiores lacui Loghern, inter aquam quæ dicitur *Erleio*, & aquam quæ dicitur Drlaghmurgen;

mutegri ; & super eandem aquam sicum unius molendini, & duas piscarias, quæ vocantur Dufchara & Carangilly. Concessi etiam jam dictis Canonicis meis, ut aquam, quæ vocatur Porlle, per terram meam valeant conducere usq; ad domum suam ubicunq; voluerint, per largum & sufficientem canalem, sine alicujus contradictione, aut vexatione. In Balirothry unum toftum ; & in campo ejusdem villæ totam terram quæ fuit *Radulphi* Carpentarii. Apud *Dubliniam* extra muros Civitatis, juxta Hogges, unum messuagium, sicut illis est divisum & assignatum. In *Conasiâ* decem Carucatas terræ de terrâ meâ, cum omnibus pertinentiis suis, in loco eis idoneo & magis competenti. Dedi etiam & confirmavi prædictis Canonicis meis, quoad patronum pertinet, Ecclesias de Kilbyrky ; de Balyrothry; de Tyadoghir; de Rathzoin, de Olpa, de Croskeyn, de Killoe, cum earum pertinentiis. Dedi etiam eis & confirmavi dimidiam carrucatam terræ, quæ fuit *Awardi*, & dimidiam carrucatam terræ, quæ fuit *Henrici* Prioris ; & dimidiam carrucatam terræ, quæ fuit *Roberti Moyson* ; & dimidiam carrucatam terræ, quæ fuit uxoris *Thurstani* ; & totam terram, quæ fuit *Aluredi* vigilis & aliorum, quæ est, *scil.* inter pontem qui est in valle juxta Crucem Sancti *Columbæ*, & domum eorundem Canonicorum ; pro quibus omnibus dedi prædictis, *scil. Awardo*, *Henrico* Priori, & hæredibus *Roberti Moyson*, & *Agneti* uxori *Thurstani* & *Aluredo* vigili, & aliis, pro voluntate suâ excambium.

Dedi etiam eis & confirmavi quinq; carrucatas de Bosco meo, *viz.* Kilkareth, cum quinq; carrucatis de proximo adjacentibus. Dedi etiam eis & concessi & confirmavi communam ubicunq; in omnibus boscis meis dominicis, ad omnia averia sua, & omnes porcos suos cum libertate pannagii & ad omnia alia ædificia sua, & ad omnia usibus suis necessaria. Concessi etiam & confirmavi jam dictis Canonicis meis unam carrucatam terræ, quæ fuit *Roberti* de Stokbord, in territorio de Kilkilly, pro quâ idem *Robertus*, pro voluntate suâ, accepit excambium, secundùm tenorem Chartarum & scriptorum inter eos confectorum. Concessi etiam eis & confirmavi totam terram *Taurini Carpentarii* in territorio de Kilkilly, quam idem *Taurinus* eis dedit, & Chartâ suâ confirmavit.

Concessi etiam eis & confirmavi dimidiam carrucatam terræ de dono *Radulphi* de *Trivers* in territorio de Kilkilly ; & de donatione *Fulconis Flandrensis* unum molendinum, quod dedit eis cum stagno & omnibus aliis ad illud pertinentibus & de dono *Stephani Sagittarii* unum toftum apud Walyrothry, quod de eis tenet *Robertus* de *Balidonegan*, reddendo indè eis annuatim redditum duodecem denariorum, quos eis reddit *Willielmus* de *Curtelagh*, & hæredes sui de terrâ, quam idem *Alanus* ei vendidit. Concessi etiam eis & confirmavi toftum quod fuit *Eadrici Textoris* in villâ de Kilkilly , & in campis ejusdem villæ, totam terram quæ fuit ejusdem, quam eis vendidit *Felicia* soror *Orni Coci*, & finabiliter quietam clamavit. Concessi etiam & confirmavi jam dictis Canonicis meis, ut de omnibus hominibus suis ubicunq; in terrâ suâ manentibus liberam Curiam habeant, & ut ipsi & omnes homines eorum, per totam terram meam, habeant liberam emptionem, & venditionem sine actione alicujus consuetudinis. Concessi etiam & confirmavi jam dictis Canonicis meis; & eorum successoribus, quod ipsi habeant, recipiant & in perpetuum possideant liberè & quietè, *tolle*, absq; contradictione cujuscunq; de omnibus & singulis rebus emptis & venditis super terras eorum, ubicunq; in villis forinsecis terras habuerint, per totum dominium meum, in propriam, liberam & perpetuam elemosinam.

Concessi etiam, eisdem Canonicis meis & confirmavi omnes donationes terrarum, & elemosinarum de feudo meo, quæ eis rationabiliter datæ sunt, vel in posterum dabuntur. Concessi etiam eis & confirmavi, ut ipsi in decessu Prioris sui *Henrici*, & omnium aliorum ipsius successorum, liberam Prioris sui habeant electionem, nullius habito vel requisito consensu. Statui etiam, quoad patronum pertinet, ut si (quod absit) de substituendo Priore orta fuerit inter Canonicos dissentio, aut discordia, convocent quos placuerit viros religiosos & alios discretos, quorum communicato consilio secundùm Deum procedat electio & substitutio, & ut Prioratu vacante, Canonici liberam & generalem Domus suæ habeant procurationem, & administrationem, donec Prior substituatur, nullo omninò in eos vel in Domum suam manum mittente.

Quare volo, & omnibus hæredibus meis & hominibus meis firmiter præcipio, ut sæpedicti Canonici, quo liberius saluti animæ & suarum, & aliorum, quorum bonis sustentantur, possint intendere, omnes prædictas Ecclesias cum omnibus earum beneficiis, *viz.* cum decimis segetum, fœni, molendinorum, hortorum, piscariarum, columbariorum, & omnium aliorum, quæ per annum renovantur, & quibus sancta Ecclesia decimas accipere & exigere consuevit, & omnes prædictas terras, cum omnibus suis & cum omnibus hominibus, earum pertinentiis ; *viz.* pratis, & pascuis, maris, & mariscis, aquis, currentibus, lacubus, molendinis, viis & semitis, boscis & planis, & cum omnibus aliis præscriptis libertatibus habeant, teneant & possideant in propriam & perpetuam elemosinam, benè & in pace, liberè, & quietè, integrè, & honorificè, cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus, quas ego eis dare possum & confirmare immunes, liberas, & quietas, & à tallagiis, caringiis, auxiliis, servitiis, demandis, exactionibus, & ab omni seculari officio & exactione. Ut autem hæredes mei hanc donationis meæ Chartam forsitan inspecturi & audituri, perpendant quo animo & affectu de toto adquisito meo labore, fame, & inediâ, hoc tanni-

tantillum, non tantum mihi, sed & ipsis in futurum reservaverim, ipsis omnibus hujus donationis meæ benefactoribus concessoribus, manutentoribus, & adjutoribus perpetuam relinquo benedictionem: præsumptuosi verò ausertores, violatores, & contradictores, ne benedictione priventur periculum eis imminens videant & caveant. Hiis testibus, *Symone* Dei gratiâ *Midensi* Episcopo; *Radulfo Parvo* ejusdem Archidiacono; *Patricio Russell* Clerico, *Thomâ* de *Russell*; *Willielmo* de *Russell*; *Henrico* de *Rupe* Clerico; *Willielmo* de *Arcy*; *Thurstano* de *Sandall*; *Mano Gardinero*; *Richardo Russell*, *Lamberto* de *Londeby*; *Roberto* de *Burnell*; *Hugone* Capellano, qui hanc Chartam scripsit, & multis aliis.

ECCLESIA

Cathedralis S. Trinitatis Dubliniæ.

De fundatione ejusdem.

Ex Cod. albo Eccl. S. *Trinit. Dublin.* Composito per *Thomam Fiche* ejusdem domus Canonicum.

INprimis fornices, sive voltæ fuerunt fundati per *Danos*, ante adventum S. *Patricii* ad *Hiberniam*; & tunc temporis Ecclesia non fuerat fundata & constructa ut nunc est; quapropter *S. Patricius* celebravit Missam in uno fornace sive voltâ, qui in hodiernum diem appellatus fornix, sive volta *S. Patricii*. Deinde *S. Patricius* cernens ingentia miracula, quæ Deus ei ostenderat, propheravit & dixit; Post multos annos futuros, hic erit Ecclesia fundata & constructa, & Deus laudabitur in eâ post omnes Ecclesias totius *Hiberniæ*.

Postea venit *Sitricus* Rex *Dublinie*, filius *Ableb* Comitis *Dublinie*, & dedit S. *Trinitati*, & *Donato* primo Episcopo *Dublinie*, locum ad ædificandam Ecclesiam *S. Trinitati*, ubi fornaces sive voltæ sunt nunc fundati, cum terris subscriptis; *viz.* **Bealduleh, Retrapoxteatre**, cum villanis & vaccis & bladis; necnon aurum & argentum sufficienter ad ædificandam Ecclesiam, cum totâ Curiâ contulit. Tunc iste religiosissimus vir *Donatus* dixit, quod satisfaceret voluntati & mandato illius *Sitrici* Regis, in quantum potuisset; & cum divinâ gratiâ ædificavit navim Ecclesiæ, cum duobus collateralibus structuris, & solium imagini Crucifixi, cum Capellâ *S. Nicholai* in parte boreali, cum aliis ædificiis ad placitum fundatoris: Et etiam prædictus Episcopus ædificavit Ecclesiam *S. Michaelis*. Deindè, post multos annos venerunt *Laurentius*, Archiepiscopus secundus *Dublinensis*, & *Ricardus* Comes *Strigulie*, & Comes Mareschallus, & *Robertus* filius *Stephani*, & *Raymundus*, qui desponsavit sororem Comitis Mareschalli, & fecerunt Chorum Ecclesiæ metropolitanæ, cum Campanis & duabus Capellis, *viz. S. Edmundi* Regis & Martyris, & *Mariæ*, quæ dicitur alba, & S. *Landi*. Ac etiam dedit Ecclesiam S. *Michaelis* ad mensam Canonicorum. Et antequam Archiepiscopi fuerunt creati *Dublin.* placea palatii fuit in dominio Prioris & Conventus S. *Trinitatis Dublin.* & ibi fuit ortus illorum.

Et post *Laurentium* venit Archiepiscopus alius, qui nominabatur *Henricus*; & post *Henricum* venit alius, qui vocabatur *Lucas*; & hii tres Archiepiscopi successivè præcedentes, ædificaverunt Cancellam à Choro, cum duabus collateralibus structuris, usq; ad locum ubi nunc extat sedes Archiepiscopalis, pro cujus notitiâ *Johannes Comyng*, & *Lucas* Archiepiscopus sepeliuntur in quadam tumbâ lapideâ in australi latere Ecclesiæ. *Henricus* verò Archiepiscopus sepelitur ex alterâ parte Cancelli, ex opposito, sub tumbâ ligneâ. Deindeq; post multos annos successit *Johannes* de S. *Paulo* Archiepiscopus: & ubi prædicti tres Archiepiscopi omiserunt ædificare Cancellam, cum sede Episcopali, & magnam fenestram in orientali parte summi Altaris, & alias tres fenestras inter magnam fenestram & sedem Archiepiscopalem, ex parte Australi construxit: in cujus memoriam corpus suum, sub lapide marmoreo, cum imagine æneâ in secundo gradu ante prædictum Altare, in suo ultimo Eulogio sepeliri disposuit: Ac subsequentes Cives *Dublinie* moti ex quodam magno miraculo S. *Laurentii* Episcopi prædicti (ut in ejusdem vitâ plenius continetur) Capellam magnam beatæ *Mariæ* Virginis, ex boreali parte Cancelli honorificè fundârunt & construxerunt.

Carta Regis Johannis *Archiepiscopo* Dublinensi. Cart. 15. *Joh.* m. 3. n. 26.

JOhannes Dei gratiâ (&c.) omnibus (&c.) Sciatis, quod nos divini amoris intuitu, pro salute animæ nostræ, & *H.* Regis patris nostri, & omnium antecessorum & successorum nostrorum, concessisse & hac Cartâ nostrâ confirmâsse venerabili patri nostro *H. Dublinensi* Archiepiscopo, & successoribus suis Episcopatum de **Cludefach**, cum omnibus pertinentiis suis, & Abbaciam de **Cludefach** cum omnibus pertinentiis suis, salvo tenemento *Th.* Abbatis, *scil.* dimidio Candredo, quoad vixerit, de eodem Archiepiscopo tenendo; ita tamen, quod post decessum vel recessum ipsius T. illud dimidium Candredum, & quicquid ad illud spectat, redeat ad dispositionem & dominium *Dublinensis* Archiepiscopi. Exceptis feodis trium militum, quæ retinuimus in manu nostrâ in loco magis idoneo, in illo dimidio Candredo ad custodiendum forestam nostram:

ſtram: Et terram de Coillach, cum omnibus pertinentiis ſuis pro *xx. l.* terræ, quas ei in Baroniam dederamus, & Cartâ noſtrâ confirmaveramus; tenendas de nobis, & hæredibus noſtris in feodo, & hæreditariè, pro ſervicio unius militis; tali tamen conditione, quod cum in *Hiberniam* venerimus, ſi voluerimus, prædictam terram in propriâ manu noſtrâ retinere, excambium eis ad valenciam, in loco tuto & competenti, aſſignabimus, antequam indè diſſeiſiantur. Et Eccleſiam noſtram de Trim, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, ad faciendum indè Præbendam unam in Eccleſiâ Sancti *Patricii* in ſuburbio *Dublinie*. Et quod habeant nundinas in villâ de Swerdes, quæ eſt de *Archiepiſcopatu Dublinenſi* ſingulis annis circa feſtum Sancti *Kelumkilli*, per octo dies duraturas, ſicut idem Archiepiſcopus ea tenet in præſenti, & ſicut Cartæ noſtræ, quas prædictæ Eccleſiæ *Dublinenſi*, tempore quo fuimus Comes *Moreton*, fieri fecimus, rationabiliter teſtantur. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod prædictus Archiepiſcopus, & ſucceſſores ſui habeant & teneant omnia ſupradicta; *ſcil.* Epiſcopatum & *Abbaciam* de Glindenth, & terram de Caillach, & Eccleſiam de Trim; & nundinas de Swerdes, benè & in pace; & cætera ad ea pertinentia, ſicut prædictum eſt. Teſtibus domino *P. Wuton.* Epiſcopo; *W.* de *Ferrariis* Comite *Derebie*, & aliis. Data per manum *R.* de *Mar.* apud Portkot *xxx.* die *Julii* anno *xv.*

COENOBIA SCOTICA

PRIORATUS de Coldingham, Cella Prioratus *Dunelmensis* in *Anglia*.

De fundatione ejusdem.

Ex hist. MS. in bibl. *Bodl.* V. 4. 4. *Jur.* lib. 22. Cap. 3.

SAncta verò *Ebba*, ex regali progenie orta: soror enim *Oswi Northanhumbrorum*, & *Egfridi* Regis amita fuit; quorum temporibus, velut mater regni & decus enituit, quæ regnum mundi, & omnem ornatum seculi contempsit propter amorem sui Dei, quem mundo corde dilexit; & à Sancto *Finano Lindisfarnensi* Episcopo, sanctæ conversationis velamen accepit: dominicam servitutem nobilitati prætulit; spiritualem paupertatem divitiis, & honoribus spontaneam abjectionem: Petebatur autem à quodam *Scotorum* tyranno, rege *Eadano*, in uxorem; quo raptum meditante & amore simul & violentiâ eam persequente, traditur ad montem *Colndi*, id est Coldyngham fugisse, & ad preces ejus à meridie in altum mari se erigens, subjectæ vallis alveum transcurrens, hosti triduo continuis fluctibus obstitisse; & cooperante domino, munitionis præsidium Virginis præstitisse: Habet enim mons ille fontes duos, ad suæ solitudinis & hæremeticæ conversationis solatium; unus enim ad radices ejus latice perpetuo madet; alter in cacumine ejus ad calores æstivos quandoq; arescit. Horum haustu salubri, meritis S. *Ebbæ*, multi debiles & infirmi sanitatem consecuti sunt: ex hiis enim beata *Ebba*, & suæ congregationis Cives potare consueverunt. In hujus vallitate deserti, utrum spiritu sancto præventa, religionis cultum primò instituerat, an ab antecessorum studiis institutum invenerit, incertum est; nichil autem verius, quam quod ibi sobriè, justè ac piè conversata sit; & beatum cœlo spiritum, relicta terræ corporis ejus glebâ, intulerit.

Aliud autem Monasterium feminarum, ex dono fratris sui *Oswy*, juxta ripam *Derwercionis* fluminis construxit; eiq; ex nomine suo, Ebbecestre, in *Castrum Ebbæ* vocabulum dedit; quod quale quantumq; in se olim fuerat, dum staret, ex ruinis suis manifestè nunc docet: mutato namq; ut assolet statu temporum, interfectis habitatoribus suis, à nephandis principibus *Ingwar* & *Ilba*, subversum est, & in plurimam nemorum vallitatem, & animalium pascua, sicut hodiè videtur, commutatum.

In *Colndi* enim Monasterio, virorum & virginum congregationi beata *Ebba* præfuit; & contigua utriq; ibidem habebant habitacula, qui dominio conducti, sedere cum similimâ spiritus & animæ jocunditate, sub eâ gaudebant vivere, quæ se admirabili discretionis gratiâ & puellis matrem exhortationis, instantia, & viris patrem, animi constantiâ exhibuit.

Carta Regis Edwardi *tertii, de protectione.* Par. 1. E. 3 p. 2. m. 18.

REx omnibus Ballivis & fidelibus suis ad quos &c. salutem. Sciatis, quod cum Prioratus de Coldyngham in *Scotiâ*, Cella Prioratus *Dunelmensis*; Priorq; & Monachi Cellæ prædictæ *Anglici*, & in prædicto Prioratu *Dunelmensi* professi existant; & in eadem Cellâ, de voluntate & dispositione Prioris *Dunelmensis* morentur. Nos volentes præfatos Priorem & Monachos dictæ Cellæ de Coldyngham, eo pretextu, favore prosequi gratioso,

gratioso, ipsos Priorem & Monachos Cellæ prædictæ, homines, terras, res, redditus, & omnes possessiones suas suscepimus in protectionem & defensionem nostram specialem: Et ideo vobis mandamus, quod ipsos Priorem, & Monachos Cellæ illius, homines, terras, res, redditus, & omnes possessiones suas, manuteneatis, protegatis & defendatis. Non inferentes eis vel inferri permittentes injuriam, molestiam, dampnum, aut gravamen. Et si quid eis forisfactum fuerit, id eis sine dilatione faciatis emendari. Nolumus enim, quod de bladis, fenis, equis, carectis, cariagiis, victualibus, aut aliis bonis, seu catallis ipsorum Prioris & Monachorum Cellæ prædictæ, contra voluntatem suam, ad opus nostrum, vel aliorum, per Ballivos, seu Ministros nostros, aut alterius cujuscumq; quicquam capiatur. In cujus (&c.) T. Rege apud *Eboracum* tercio die *Junii*.

COENOBIUM
de Londors.

Ab ipso autographo, per *Jac. Balfoure* eq. Aur. & Baronem *Lyon* exscriptum.

Carta fundationis ejusdem, per Davidem, Huntendoniæ *Comitem.*

UNiversis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, & fidelibus, tam præsentibus quam futuris, Comes *David*, frater Regis *Scotiæ* salutem. Sciatis me fundasse quandam Abbaciam apud Londors, de Ordine *Kelchoensi*, ad honorem Dei & S. *Mariæ* Virginis, & S. *Andreæ* Apostoli omniumq; Sanctorum, pro salute animæ Regis *Davidis*, avi mei, & pro salute animæ Comitis *Henrici* Patris mei; Et pro salute animæ Regis *Willelmi* fratris mei, & Reginæ *Armegard* & omnium antecessorum meorum; & pro salute animæ meæ & *Matildis* Comitissæ sponsæ meæ; Et pro salute animæ *Davidis* filii mei, & omnium successorum meorum; Et pro salute animarum, fratrum & sororum meorum. Concessi etiam, & hac Cartâ meâ confirmavi prædictæ Abbaciæ de Londors, & Monachis ibidem Deo servientibus, in liberam, & puram, & perpetuam elemosinam. Ecclesiam de Londors, cum omnibus pertinentiis suis, & terram ad prædictam Ecclesiam pertinentem, in bosco & plano, sicut eam Magister *Thomas* tenuit & habuit. Et Ecclesiam de Dunde, cum omnibus pertinentiis suis. Et Ecclesiam de Fintriche, cum omnibus pertinentiis suis; Et Ecclesiam de Inuerurin, cum Capellâ de Dunkegin, & omnibus aliis pertinentiis suis: Et Ecclesiam de Durnach; Et Ecclesiam de Dame; Et Ecclesiam de Radmuriel; Et Ecclesiam de Inchemabanin; Et Ecclesiam de Culsamuel; Et Ecclesiam de Belalemund, cum Capellis earundem Ecclesiarum; Et terris & decimis, & omnibus aliis pertinentiis earum ad proprios usus & sustentationes eorundem Monachorum. Quare volo & concedo, ut prædicti Monachi habeant & teneant in perpetuam & puram elemosinam, prædictas Ecclesias, cum Capellis, & terris, & decimis, & omnibus aliis pertinentiis suis, sine omni servitio, & consuetudine, & auxilio seculari, & exactione, benè, & in pace liberè, quietè, plenariè, integrè, & honorificè, sicut aliqua Abbacia, vel domus religionis in toto Regno *Scotiæ*, meliùs, liberiùs, quietiùs, plenius, & honorificentius aliquas Ecclesias, vel aliquas alias elemosinas haberes, possides. Has autem Ecclesias prænominato Monasterio de Londors, & Monachis ibidem Deo servientibus, ita liberè, & pacificè jure perpetuo possidenda concessi, & confirmavi, ut in successorum nullus aliquid ab eis nisi solas orationes ad animæ salutem exigere præsumat. His testibus, *Willelmo* Rege *Scotiæ*, *Johanne* Episcopo *Aberdonensi*; *Radulpho* Episcopo *Brechinensi*; *Osberto* Abbate *Kelchoensi*; *Henrico* Abbate de Aberbrothock; *Simone* Archidiacono de Aberdoen; *Roberto* Decano de Aberdoen; *Waltero* Officiali; *Matheo* de *Aberdoen*, Clerico domini Regis; *David* de *Lindesei*, *Waltero* de *Olfard*; *Roberto Basset*, *Walkelino* filio *Stephani*; *Willielmo Vascelin*; *Galfrido* de *Watterville*; *Normano* filio *Malcolmi*, Constabulario de Inuerurin; *Henrico* de *Brulle*; *Matheo Falconario*, *Simone Flamang*, cum multis aliis.

ABBATHIA
de Aberbrothe.

Exscripe. ab autogr. per præt. *Jac. Balfoure.*

Carta fundationis per Willielmum *Regem* Scotorum.

WIllielmus Dei gratiâ Rex *Scotorum*, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Justiciariis, Vicecomitibus, & omnibus probis hominibus totius terræ suæ, Clericis & laicis, salutem. Sciant præsentes, & futuri, me pro amore Dei, & pro salute animæ meæ, & pro salute animarum antecessorum & successorum meorum, dedisse, concessisse, & hac meâ Cartâ confirmasse Deo & Ecclesiæ quam fundavi in honorem Dei & S. *Thomæ* Archi præsulis & Martyris, apud Aberbrothwicke, & Monachis ibidem Deo & S. *Thomæ* servientibus & servituris, in liberam & puram & perpetuam elemosinam Aberbrothoc cum totâ schyrâ suâ, per rectas divisas suas, in bosco & plano, terris & aquis, in pratis & pascuis, cum omnibus justis pertinentiis suis: Et Ecclesiam ejusdem villæ; *scil.* Aberbrothoc, cum plenariis decimis suis; & cum omnibus aliis

aliis pertinentiis suis. Dedi & concessi eisdem licentiam & libertatem faciendi Burgum & habendi Portum & habendi Forum unaquaq; die *Sabati*, in eadem terrâ. Concessi etiam eis inperpetuum hanc in eorum Burgo libertatem, ut omnes eorum Burgenses, qui in eodem Burgo terram vel domum habuerint, & in eo manentes fuerint, & Burgenses eorum, qui in toftis eorum manent, in Burgis meis quieti & liberi sint à Thelonio & consuetudine per totam terram meam, & per omnes portus terræ meæ, de omnibus mercibus & mercaturis suis propriis, quas emerint vel venderint. Dedi & eis concessi **Athyn**, per rectas divisas suas, & cum omnibus justis pertinentiis suis; Et Ecclesiam ejusdem villæ, cum plenariis decimis suis, & cum aliis justis pertinentiis suis. Dedi & eis **Achinglas**, per rectas divisas suas, & cum omnibus justis pertinentiis suis; Et **Dunechtyn** cum totâ Schyrâ sua, per rectas divisas suas, & cum omnibus aliis justis pertinentiis suis; Et Ecclesiam ejusdem villæ cum omnibus ad eam justè pertinentibus: Et **Kingoldrum**, cum totâ Schyra suâ, & per rectas divisas suas; Et Ecclesiam ejusdem villæ, cum omnibus ad eam justè pertinentibus. Et Ecclesiam S. *Mariæ* de *Veteri* **Munros**, cum terrâ ejusdem Ecclesiæ quæ *Scotice* **Abthen** vocatur, per rectas divisas suas; Et cum decimis plenariis & omnibus aliis justis pertinentiis suis. Et Ecclesiam de **Benchorym**, cum omnibus justis pertinentiis suis. Et Ecclesiam de **Clampnes**, cum omnibus justis pertinentiis suis. Et Ecclesiam de **Banchorylitle in Tyndale**, cum omnibus pertinentiis suis, in Capellis, & terris, in decimis, in elemosinis, & in omnibus aliis ecclesiasticis rectitudinibus, consuetudinibus & beneficiis, cum communi pasturâ & omnibus aliis asiamentis ejusdem Parochiæ: Et unum plenarium toftum in singulis Burgis meis, quæ habeo & habiturus sum. Et licentiam capiendi in Foresiis meis quæcunq; eis necessaria fuerint ad ædificia sua, & ad usus proprios: Et unum rete super aquam meam de **Perthe**, quæ vocatur **Stock**. Et unum plenarium rete super aquam de **Northescke**, juxta **Munros**; Et unam salinam juxta salinas meas in **Barg** apud **Strebelyne**, cum quinq; acris terræ, & cum pasturâ & focali ad prædictam salinam sufficientibus. Concedo etiam eis liberam terram suam, cum *sacco* & *soco*, cum *Thol* & *Teme*, & *Infangelthefe*; Et Ferrum & Duellum; Fossam, & Furcas, & liberam electionem Abbatis, & firmam pacem intra divisas de **Aberbrothoc**. Præterea concessi iis & hac Cartâ meâ confirmavi, ut omnia tofta, quæ iis dedi in omnibus burgis & Maneriis meis, per totam terram meam libera sint & quieta ab omnibus auxiliis ad me & hæredes meos pertinentibus. Quare prohibeo firmiter, ne quis de prædictis terris auxilia vel operationes aliquas exigere præsumat super meam defensionem.

Concessi etiam iis, ut nullus hominum suorum in terris eorum Manentium, non capiantur pro alicujus debito nisi pro debitis eorum propriis. Concessi eisdem & confirmavi ut omnes terræ, quas iis dedi, & homines super illas manentes, communem pasturam habeant, cum omnibus vicinis suis, ita liberè, & plenariè, sicut homines, qui in terris illis manebant, antequam illas dederam in elemosinam, & melius, & plenius habere solebant in tempore meo vel antecessorum meorum. Præcepi & jam, ut omnes Homines in Schyrâ de **Aberbrothoc**, & de **Athyn** manentes, qui ipsum Molendinum non habent, & eorum homines veniant molere ad Molendinum de **Aberbrothoc**, & non alibi eant molere super meam defensionem. Præterea dedi eis Ecclesiam de **Innernyn**, cum unâ carucatâ terræ, quæ dedi eidem Ecclesiæ in honore Sanctæ *Mariæ* in perpetuam elemosinam, & cum omnibus aliis justis pertinentiis suis. Dedi etiam iis Ecclesiam de **Aburkerdour**; Et Ecclesiam de **Innerboudyne**; Ecclesiam de **Banffe**; Ecclesiam de **Gamryne**; Et Ecclesiam de **Tarnaway**; & Ecclesiam de **Rug**; Et Ecclesiam de **Fouvne**; Et Ecclesiam de *Culâ* in **Marr**; Et Ecclesiam de **Batryne**; Et Ecclesiam de **Innerlunane**; Et Ecclesiam de **Panbryde**; Et Ecclesiam de **Fethmeffe**; Et illas tredecem acras terræ juxta eandem Ecclesiam, quas *Willelmus Cumyne* Vicecomes de **Fozfar** eis, per præceptum meum dedit. Et Ecclesiam de **Monicky**; Et Ecclesiam de **Cuthayne**; Et Ecclesiam de **Abirnythy**, cum Capellis, terris, decimis, & oblationibus omnimodis, cum communi pasturâ, & omnibus aliis asiamentis, & cum omnibus aliis ad prædictas Ecclesias justè pertinentibus: Tenedam in liberam puram & perpetuam elemosinam, ita liberè & quietè, plenariè, & honorificè, sicut aliqua elemosina in toto Regno meo liberius, & quietius, plenius, & honorificentius tenent & possident. Dedi etiam iis & concessi Batellam passagii mei de **Munros**, cum terrâ ad prædictam Batellam pertinente, cum omnibus rectitudinibus ad Batellam & ad terram illam pertinentibus, quam *scil.* terram *Helias* Clericus meus de **Munrosse** tenuerat: Tenendum in liberam puram & perpetuam elemosinam, liberè & quietè ab exercitu & expeditione & operatione, & auxilio, & ab omnibus consuetudinibus & omni servicio & exactione. Dedi & iis concessi custodiam de **Bzechenoch**, & terram de **Fozglint**, cum prædicto **Bzechenoch**, faciendo indè servitium quod in exercitu debetur nostro, de terrâ illâ, & de **Bzechenoch**. Dedi & iis unam Carucatam terræ in **Monechen**, super aquam de **Berbyne**, quam *Willelmus* de *Munford*, & *Humphridus* de *Berkelay*, & *Walterus Scotus* & *Alanus* filius *Simonis*, & alii probi homines mei per præceptum meum eis mensurarunt: Tenendum in liberam, & perpetuam elemosinam, cum communi pasturâ & cum omnibus asiamentis ad terram illam pertinentibus, ita liberè, plenariè, & honorificè, & quietè ab occupatione & ab omni seculari exactione sicut aliquam elemosinam suam liberius & quietius, plenius, & honorificentius

tenetur, in Regno meo. Testibus Domino *Alexandro* filio Domini Regis; *Henrico* Abbate de Balkow; *Willelmo* de *Boseo*, Cancellario; *Philippo* de *Valon*, Camerario; *Johanne* de *Maxuswell*; *Roberto* Capellano domini Regis, *Roberto* de S. *Germano*, & *Gilberto* de *Strewelyne* Clericis domini Regis, Magistro *Martino* & Magistro *Radulpho* Medicis; *Jordano Cumyne*; *Walter* *Cumyne*. Apud Selkirke 25. die *Februarii*.

COENOBIUM

de Dryburghe.

Exscript. ab autogr. per præf. *J. Balfoure.*

Carta Davidis *Regis* Scottorum, *de dotatione ejusdem.*

DAvid Rex *Scottorum*, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Justiciariis, Baronibus, Vicecomitibus, Ministris, & omnibus hominibus totius terræ suæ, *Francis Anglis* & *Scottis*, & *Gallewidensibus*, salutem. Sciant, tam posteri, quàm præsentes, me concessisse, & dedisse, & hac meâ Cartâ confirmasse Ecclesiæ S. *Mariæ* de Dryburghe, quam fundavi, & fratribus Canonicis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ, & pro salute animarum prædecessorum & successorum meorum, ad tenendum de me & hæredibus meis, in liberam & perpetuam elemosinam, Ecclesiam de Dryburghe, cum Capellis, decimis, oblationibus, & omnimodis pertinentiis suis; Ecclesiam de Lanarke, cum terris & decimis & omnibus rebus ad illam justè pertinentibus: Et Ecclesiam de Prevyane, cum omnibus suis pertinentiis: Et in eadem villâ illam carucatam terræ, quam *Nicholaus* Clericus meus de me habuit & tenuit, ita quietè, & liberè ab omni seculari exactione, & consuetudine eisdem fratribus perpetuò possidendas, sicut aliqua alia Ecclesia vel Ecclesiæ terræ meæ Elemosinas suas melius, & quietiùs tenent & possident; ita tamen, quod in Ecclesiis illis officium divinum honestè fiat. Dedi iis insuper landam illam qui vocatur Caddysiepa, cum pasturâ infra forestam meam, pro salute animæ *Henrici* filii mei, in liberam & perpetuam elemosinam; Et unum Manerium in Burgo meo de Carule iis dedi cum tribus Rudis terræ ad illum pertinentibus. Dedi dictis fratribus & iis confirmavi illam terram & omnia ad eam pertinentia, quam *Beatrix* de *Bello Campo* de *Rogero Janitore* emit, & iis in liberam & perpetuam elemosinam dedit. Et illud etiam toftum extra portam occidentalem de Rogersburghe, quam *Johannis* Capellani fuit, ita liberum & quietum eis concedo, sicut Carta *Henrici* Comitis filii mei iis donatum & confirmatum. Concedo etiam & confirmo iis illam terram, quæ est inter Murum ejusdem portæ, quam *Ada* Capellanus meus iis concessit, & in liberam & perpetuam elemosinam dedit, cum eadem libertate quam eidem *Adæ* concesserat; *scil.* ut nullus super plenarium foresfactum meum de illâ terrâ censum aut aliquam omnino consuetudinem quando in Burgo advenerit præsumat exigere. Præterea præfatis fratribus concedo ut liceat iis in nemoribus meis accipere ea, quæ necessaria habuerint in usibus suis, & ædificiis, ita ut nullus eos injustè disturbet, & ut sint liberi & quieti in omni Regno meo de Teloneo & omnibus secularibus exactionibus & consuetudinibus, sicut aliqui viri Religiosi in totâ terrâ meâ, liberiores inveniuntur; *viz.* quantum ad se & propria caralla sua: Volo itaq; & præcipio, ut prædicta domus prænominatas elemosinas, donationes, & libertates ita liberè quietè & honorificè teneat & possideat sicut aliqua Ecclesia in omni Regno meo liberiùs & quietiùs tenet & possidet. Testibus *Henrico* Comite filio meo, *Adâ* Comitissâ suâ, *Valterus* Cancellarius, *Duncanus* Comes; *Hugo* de *Mervillâ*, *Walterus* de *Lindesei*; *Robertus Avenel*; *Walterus Ridell*; *Herbertus* Camerarius, *Nicholaus* Clericus, *Aluinus* filius *Arkill*, *Even* Marischallus, *Gillecolme Mackhumperthin*, *Mackbeth*, *Mackterphrin*, *Menin* filius *Colbani*.

✠ Ego *Robertus* S. *Andreæ* Episcopus confirmo.
✠ Ego *Gregorius Dunkeldensis* Episcopus confirmo.
✠ Ego *Andreas Katenensis* Episcopus confirmo.

COENOBIUM

de Dumfermelinge, *alias* Fermelodunum.

Carta fundationis per Malcolmum *Regem* Scotiæ.

Exscript. ab autogr. per præf. *J. Balfoure.*

IN Nomine Sanctæ *Trinitatis*, ego *Malcolmus* Dei gratiâ *Scottorum* Basileus, authoritate Regiâ ac potestate *Margaretæ* Reginæ uxoris meæ, Episcoporum, Comitum, Baronumq; Regni mei confirmatione, & testimonio; Clero etiam adquiescentеq; populo. Sciant præsentes & futuri me fundasse Abbaciam in Monte infirmorum in honorem Dei omnipotentis, & S. & individuæ *Trinitatis*, pro salute animæ meæ, & omnium Antecessorum meorum, & pro salute animæ Reginæ *Margaretæ*, uxoris meæ

mex, & omnium succeſſorum meorum. Conceſſi etiam, & hac Cartâ meâ confirmavi prædictæ Abbathiæ, omnes terras & villas de Pardusin, Pitnaurcha, Pitterozthin, Petfactachin, Lavar, Bolgin, & Shiram de Kircaladunt, & Innereſc minorem, cum totâ Schirâ de Fefiffe, & Puſelburge, cum omnibus ſuis pertinentiis, tam in Capellis & decimis, aliiſq; oblationibus, quàm in omnibus aliis ad eas terras, villas, & Schyras juſtè ſpectantibus, ita liberè, ſicut aliquis Rex aliquas elemoſinas unquam dedit vel contulit ab initio Mundi, ad hanc diem: Teſtibus Ivo Kelledezum Abbate, Machduffe Comite; *Duncano* Comite; *Araldo* Comite; *Neis* filio *Willielmi Merleſwain*, Apud Edinburge.

Exſcript. ab autogr. per præf. *Jac. Balfoure.*

Confirmatio fundationis dicti Monaſterii de Dunfermlinge, *per Regem* Davidem *primum filium natu minimum* Malcolmi *tertii &* S. Margaretæ *Reginæ.*

IN nomine Patris, filii & ſpiritus Sancti, Ego *David* Dei gratiâ Rex *Scottorum* authoritate Regiâ, ac poteſtate, *Henrici* filii mei aſſenſu & *Matildis* Reginæ uxoris meæ, Epiſcoporum, Comitum, Baronumq; Regni mei confirmatione & teſtimonio, Eccleſiæ S. *Trinitatis* de Dunfermlinge prædeceſſorum meorum, pietatis ſtudio, & largitionis.... omnia ſubſcripta concedo, & pace perpetuâ confirmo. Patris itaq; & Matris meæ Dona ſubſequentia propono; Hæc *ſcil.* Pardusin; Pitnaurcha; Pitterozthin; Pilbaclachin; Lavar; Bolgin; Schiram de Kircaladunt; Invereſc minorem. Dona Regis *Duncani* fratris mei, duas villas nomine Luſcars. Dona Regis *Edgari* fratris mei, Schiram de Gallaud. Dona Comitis *Ethelredi* fratris mei Galen. Dona *Alexandri* Regis fratris mei Pamros, Shiram de Gaitmilk; Pitcomarchin; Baltherin; Dunſbirin, Bethe. Dona *Sybillæ* Reginæ Becth. Et hæc prædicta prædeceſſorum meorum dona concedo liberalitèr præfatæ Eccleſiæ imperpetuum cum omnibus ſuis appenditiis & rectis diviſis. Dona deniq; propria ſubſequuntur, Dunfermelin citra aquam, in quâ eadem Eccleſia ſita eſt; Kingozen cum ſuis appenditiis, qui propinquior eſt Dunfermlin; Inuereſc Majorem, & Molendinum, & Piſcinam, & Sutatbetune, & Creſbarrin. Et Eccleſiam de Infreſc, & Wimet, cum ſuis rectis diviſis. Fotheros juxta S. *Andream*, cum ſuis rectis diviſis. Et Pethenach cum ſuis rectis diviſis. Et unam carucatam terræ Pettoker. Præterea do & concedo aſſenſu *Henrici* filii mei, & pro ſalute animarum noſtrarum & anteceſſorum noſtrorum, in perpetuam elemoſinam, Pitbaen cum ſuis appenditiis, & Belcriſtin, cum ſuis rectis diviſis, in pratis, & paſcuis, exceptâ rectitudine, quam *Keledei* habuerunt, & habere debent, cum omnibus rebus ad eas juſtè pertinentibus, ſicut datæ fuerunt prædictæ Eccleſiæ in dorem die quâ dedicata fuit. Præterea do eiſdem Eccleſiæ unam manſuram in Berwick; aliam in Roxburghe; aliam in burgo de Hadingtune; aliam in Edinburge; aliam in Linlithcu; aliam in burgo de Streuelin; Et in eadem villâ duas Eccleſias, & unam carucatam terræ, quæ adjacet ipſæ Eccleſiæ. Et omnem decimam meorum dominiorum in frugibus & animalibus, & in piſcibus de propriis retibus. Et etiam in denariis. Et decimam mei *Can* totius *Caſtenſis* provinciæ, & Manſiones Regii preſbyteri, ita plenè ſicut ipſe ſanus & incolumis tenuit. Et unum rete & dimidium & unam Manſionem in Burgo de Dunfermlin, liberam & quietam; Et omnem decimationem denariorum firmæ Burgi; Et decimationem Molendini & de omnibus dominiis meis de Dunfermlin; Et unam Manſionem in Burgo de Perthe: Et Eccleſiam ejuſdem villæ; Et unam Manſionem, quæ pertinet ipſæ Eccleſiæ. Et omnem decimam de dominio meo. Omnia autem dona prædicta ita liberaliter & quietè præfatæ Eccleſiæ concedo, ſicut ego terras meas proprias poſſideo, defenſion: Regni mei, exceptâ & Regali Juſtitia, ſi Abbas in Curiâ ſuâ aliquem negligentiâ de Juſticiâ decederit.

Concedo etiam octavam partem de omnibus placitis & lucris meis de Fyffe & Fothriffe, & omnem decimam totius mei *Can*, & braſei de Fiffe, & de Fothreiſe, exceptis rectitudinibus quas Abbaciæ de Dunkelden pertinent. Et decimam omnium venationum, qui capiuntur inter Lamberemure, & Tay, Et Medietatem coriorum, & Seporum & Sagiminis omnium beſtiarum, qui occidentur ad feſtivitates tenendas in Strevelin, & inter Forth & Tay. Concedo etiam ut habeant in nemoribus meis omnia neceſſaria ad ignem, & ad ædificia ſua; Sicut mihi ipſi, & hominibus eorum, ſicut & meis. Volo itaq; ut omnes oblationes, quæ ad majus Altare ejuſdem Eccleſiæ offerentur, ſine calumniâ liberaliter habeant, & de *Selebis*, qui ad Aldkingozne capientur, poſtquam decemati fuerint. Concedo ut omnes Seprimos Seſtichos habeant; ſalis quoq; & frumenti, qui ad opus meum ad Dunfermlin allata fuerint omnem decimam concedo. Præterea pater meus, & mater mea dederunt Eccleſiæ S. *Trinitatis* patochiam totam Fothreiſe, & ſic concedo. Deniq; do & concedo, in elemoſinam imperpetuum Eccleſiæ S. *Trinitatis* tractum de Aldſtelle, & omne quod juſtè ei pertinet. Tractus iſte datus eſt in Berwich liber & quietus. Præter hæc & prohibeo ne aliquod damnium capietur ſuper terram vel ſuper homines S. *Trinitatis*, pro forisfacto alicujus, niſi pro ipſo forisfacto illorum. Concedo etiam, quod juſte reddantur Eccleſiæ S. *Trinitatis* omne ſervitium, quod pater meus & mater mea & fratres mei ei dederunt, & omnes ſui *Cumerlach** à tempore *Edgari* Regis, uſq; nunc cum totâ pecuniâ ſuâ, ubicunq; inveniatur; Et prohibeo ſuper meum foresfactum, ne injuſte retineantur. Concedo Abbati & Monachis ut habeant omnes homines cum omni pecuniâ eorum, in cujuſcunq; terrâ fuerint, qui fuerunt in terris die quâ oblatæ & datæ Eccleſiæ

* Fugitivi.

siæ S. *Trinitatis*. Concedo quoq; præfatæ Ecclesiæ decimam de omnibus meis silvestribus equabus de **Fothreise**, & de **Fyffe**. Concedo Abbati & Monachis ut habeant per totam terram meam Theoloneum quietum de cunctis rebus, quas Mercati fuerint ad propria eorum necessaria.

Præter ista supradicta, dono & concedo Abbati & Monachis, ut habeant singulis annis *V.* Mercas argenti ad vestimenta eorum de primis navibus qui venient ad **Strevelin**, vel ad **Perthe**. Concedo etiam Ecclesiæ S. *Trinitatis* passagium & Navem de **Innerkethin**, sicut habui in meo Dominio; tali conditione, quod peregrinantes & Nuntii ad me venientes, & à me redeuntes, & homines Curiæ meæ, & filii mei liberi sint in passagio: Et si contingat aliquem illorum sine precio transire non posse, & Abbas indè clamorem audierit, & illud non emendaverit; ut illud ego ipse emendare sine Abbatis & fratrum Ecclesiæ molestiâ possim. Concedo & volo quatenus Abbas & Monachi Ecclesiæ S. *Trinitatis* non respondeant alicui calumnianti de hominibus qui fuerunt in terris die quo oblatæ & datæ fuerunt Ecclesiæ S. *Trinitatis*. Concedo & Ecclesiæ S. *Trinitatis* decimam totius mei *Can* de **Clamanan**, Abbas & Monachi S. *Trinitatis* citra **Lambermure**, in totâ Regiâ potestate singulis Sabbathis in Curiâ habeant unum Corium. Et in sexto Sabatho habeant duo Coria & duas partes de sepo. Et sextam pellem arietum & agnorum. Concedo eidem Ecclesiæ dimidiam partem decimi mei de **Ergaithel**, & de **Kentir**; Eo *scil.* Anno, quo ego recepero inde *Can*: Supra taxatam autem Ecclesiam, cum omnibus qui Dei dante clementiâ, in præsenti sunt præsens testatur privilegium, & optinet, & in futuro eadem adquirere clementiâ valebit in summæ pacis tuta tranquilitate & ab omni liberè maneat, tam secularis quam Ecclesiasticæ potestatis subjectione permaneri decrevimus, exceptâ solâ & Canonicâ obedientiâ, quam debet unaquaq; Matri suæ per orbem Ecclesia; Cujus & jura, in hoc privilegio prænominata & dignitatis privilegia immutilata servare & stabilitate perpetuâ firmare. Nos qui præsentes sumus successoribus nostris sub hâc conditione confirmando mandamus, & mandando confirmamus, ut si quis in eâ perturbare voluerit, nostræ defensionis statuta devellere, imminuere & violare contenderit, non ignoret se contra ipsum Mundi Salvatorem niti: Et ideo nisi resepiscerit, æternæ damnationis sententiam incurrere, eumq; Deus de libro vitæ deleat, qui Ecclesiæ præfatæ de concessæ potestatis jure aliquid abstulerit, *Amen. Fiat, Fiat.* Hujus privilegii Testes assertoresq; sunt, *Walterus* Cancellarius, *Duncanus* Comes, *Hugo* de *Morevillâ*; *Waltero* de *Lindesiâ*; *Osberto* Priore de **Jedburghe**; *Johanne* Abbate de **Melchow**; *Isaac* Priore de *Scona*; *Matheo* Archidiacono.

✠ Ego *Villiel*, *Moraviensis* Episcopus confirmo.

✠ Ego *Edwardus*, *Aberdonensis* Episcopus confirmo.

✠ Ego *Arnaldus* Episcopus S. *Andreæ* confirmo.

✠ Ego *Cormacus Dunkeldensis* Episcopus confirmo.

✠ Ego *Machethe Rosmarkinsis* Episcopus confirmo.

ABBATIA
de Balmerynach.

Carta fundationis per Alexandrum *Regem* Scotiæ. Exscript. ab autogr. per præt. *Jac. Balfour.*

Alexander Dei gratiâ Rex *Scotorum*, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Præpositis, Ministris, & omnibus probis hominibus totius terræ suæ, Clericis & laicis salutem. Sciant præsentes, & futuri. Nos ad honorem Dei & gloriosæ Virginis *Mariæ*, & Sanctissimi Regis *Edwardi*; & ad exaltationem Sanctæ Religionis, pro salute nostrâ & omnium antecessorum & successorum nostrorum; Et pro animabus illustris Regis *Willielmi*, patris nostri, & **Ermengardis** Reginæ Matrisq; nostræ, & omnium antecessorum & successorum nostrorum, quandam Abbaciam *Cisterciensis* Ordinis, fundâsse apud **Balmerynach** in **Fyffe**; Vobisq; Monachis ipsius Ordinis ibidem Deo servientibus, & imperpetuum servituris dedisse, concessisse, & hac Chartâ nostrâ confirmâsse totam terram de **Cultrach** & **Balmerinach** in **Fyffe**, cum omnibus pertinentiis suis, *scil.* **Ballindan**, & **Balindard**, & **Cobi**, per suas rectas divisas, & cum omnibus aliis ad prædictas terras justè pertinentibus, quas etiam *Adam* de *Stirvell*, frater & hæres *Richardi Revell* nobis ad opus Dominæ *Ermergardis* Reginæ, Matris nostræ, in plenâ Curiâ nostrâ apud **Forfar** quietas clamavit, & in manu nostrâ pro se & hæredibus suis per fustum & baculum resignavit. Concessimus etiam præfatis Monachis *Cisterciensis* Ordinis, ad fundationem prænominatæ Abbaciæ **Jethmure** in **Angus**, per suas rectas divisas, & omnibus justis pertinentiis suis. Et nos & hæredes nostri manutenebimus & warantizabimus prædictis Monachis prædictas terras, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis imperpetuum contra omnes homines. Quare volumus ut prædicti Monachi omnes prædictas terras habeant & teneant de nobis, & successoribus nostris in liberam, puram, quietam & perpetuam elemosinam, in terris, & in aquis, in pratis & pascuis, in moris & maresiis, in stagnis & molendinis, in viis & semitis, in salinis & piscariis, & omnibus aliis asiamentis ad prædictas terras justè pertinentibus, ita liberè, & quietè, plenariè, & honorificè,

rificè, ſicut aliqua eleemoſina liberiùs, & quietiùs, plenius, & honorificentiùs, ab auxiliis & excercitibus, tallagiis, toloneis, & omnibus exactionibus, conſuetudinibus & ſervitiis ſecularibus, in Regno *Scotiæ* tenetur, aut poſſidetur; ita quod nihil horum omnino præter ſolas orationes ab eis per totum Regnum *Scotiæ* poſſit exigi. Teſte *Andreâ* Epiſcopo *Morraviæ*; *Waltero Cumyn* Comite de Wuntetht; *Waltero Olifard* Juſticiario *Laodoniæ*, *Waltero* filio *Alani*, Seneſchallo & Juſticiario *Scotiæ*; Comite *Patricio*, *Henrico* de *Ba*; *Thomâ* de *Hay*; *Johanne* & *Waltero* fratribus ſuis; *Thomâ* filio *Randulfi*; *Galfredo*, & *Willielmo* de *Nethyn*, Clericis noſtris. Apud Clamannan tertiâ die *Februarii* Anno Regni noſtri ſeptimo Decimo.

Ex Menologio *Ciſterc.* autore *Chryſoſt. Henriquez*, edito *Antverpiæ* anno 1630. p. 147.

De Cœnobiis Ciſtercienſium.

FLoruit in *Scotiâ* Monaſticæ religionis vigor, variiſq; in locis, inter ipſas rupes, vel abſtruſas valles, Monachorum cœtus, Dominum in Canticis, & hymnis celebrantium & collaudantium reperire erat. De aliis alii loquantur; Ego nè *Ciſtercienſium* aſceterarum, & virorum Principum, qui noſtrum inſtitutum ibidem propagarunt, memoria pereat, Monaſteriorum *Ciſtercienſis* Ordinis, origines, & fundatorum nomina, paucis commemorabo.

S. *David*, *Scotorum* Rex, *Macolmi pii* & *Margaretæ* Sanctæ filius, ex quatuordecim Monaſteriis, à ſe ſplendidè fundatis, ſex *Ciſtercienſi* Ordini attribuit; nempè *Melroſa* vulgò Paytros, in Marchiâ, ad *Tuidi* amnis ripam. Dachline, in *Cuningamiâ*; Newbotle, in *Lothianiâ*; Kilſos, ſeu Cella florum, in *Moraviâ*; Holme * in *Cumbriâ*; *Dundrenam*, in *Gallovidiâ*, cujus noviſſimus ſuperior fuit *Edvardus Maxvell*, filius *Johannis Maxvell*, cognomento *Juſti*, & *Heroici*; Baronis de Herreis, & frater *Willielmi*, cognomento *Humani*; atq; *Roberti Maxvell* Equitis aurati.

* Id eſt Holme Coltram.

Henricus, cognomento *Heroicus*, Princeps *Scotiæ*, filius S. *Davidis*, & conjux ejus *Adæ* de *Warrenia*, *Gulielmi* Comitis *Warreniæ* & *Surriæ* filia, fundarunt Hadington in *Lothianiâ*.

S. *Macolmus*, cognomento virgo, S. *Davidis* Regis, ex filio *Henrico* nepos, fundavit *Cuprum* in *Anguſiâ*, Wamell in *Sterlinia*, & Abermozenochton, quod poſtea Regnia *Emirgardæ* auxit.

Willielmus Rex *Scotiæ*, cognomento *Leo*, Regis *Macolmi* caſti frater, & uxor ejus *Emergarda* de *Beumont*, fundarunt Balmerinoch in *Fifa*.

Dominus *Patricius Dunbar*, Comes *Marchiæ*, & uxor ejus *Agatha*, fundarunt Coldſtream in *Marchia*.

Euſemia Comitiſſa *Marchiæ* conſtruxit propè Lamermure, Monaſterium S. *Bothanis*.

Altera Comitiſſa *Marchiæ*, cujus nomen temporum injuriâ periit, fundavit Eccleſias in *Marchia*.

Comes *Fifæ* fundavit Northberwick, ubi dominicæ Crucis fragmentum, magnâ cum veneratione aſſervabatur. Erat autem Prioratus, ſicut & Prioratus quoq; fuit *Bellus-locus*, ſeu *Beaulieu*, in *Roſſia*.

Dominus *Willielmus Comin*, Comes *Buchaniæ* fundavit *Deer* in *Buchania*.

Dominus *David Lindſay*, Baro de Clemeſte, fundavit Monaſterium de *Elcho* in *Strathernia*. Hic cum aliis nobilibus *Scotiæ*, Sancto *Ludovico* Regi *Franciæ* in expeditione *Jeroſolymitanâ* ſe adjunxit Comitem; quo in numero primarii fuerunt; *D. Patricius Dunbar*, Comes *Marchiæ*. *D. Walterus Stuart* Baro de Dundonald, progenitor *Jacobi* & *Caroli* Regum *Scotiæ* & *Angliæ*; & Dominorum *Ludovici Amadei*, & *Jacobi* Ducum *Lenoxiæ*, *Jacobi* Comitis *Moraviæ*, & aliorum complurium nobilium. Adjunxit ſeipſis etiam *Edovardus Maxvell*, Baro de Carlaverok, progenitor Baronum & Comitum *Maxveliana* familiæ; nominatim *Roberti* Comitis de Nithſdale; *Johannis* Baronis de Herreis; *Herberti* Caſtellani de Birconell, & multorum aliorum.

Dominus *Sorlins Madardi*, *Dynaſta* de Bentire, fundavit ibidem Monaſterium de Sandall.

Rolandus Macdonal Princeps *Gallovidiæ*, fundavit Abbathiam *Vallis-lucis*, vulgò Glenluce, in *Gallovidia*, cujus ultimus Abbas fuit *D. Laurentius Gordon*.

Domina *Dervogilla Macdonall*, filia *Alani*, *Brigantini* Reguli, fœmina devotiſſima, fundavit Monaſterium *Dulcicordis* propè Mitham amnem, quatuor millibus paſſuum ab oppido *Dumfriſia*; hujus Cœnobii benefactores fuerunt *Maxvelli* Domini de Birkonell; qui in vicinià Caſtellum, territorium, & habitationem habent, à *Maxvelianis* Regulis reſtè oriundi; cujus loci noviſſimus Abbas fuit *Gilbertus Brunus*, natalium ſplendore, variaq; doctrinâ conſpicuus, qui nonnulla ingenii ſui monumenta nondum in lucem ædita reliquit.

Johannes Dominus de Birconell fundavit *Sacrum-boſcum*, ſeu nemus, vulgò Halywod; ex cujus Cœnobiarchis fuit *Johannes Maxvell* filius *Maxveliani* Dynaſtæ. Ibidem profeſſionem emiſiſſe ferunt *Johannem* de *Sacro-boſco*, qui librum de Sphærâ Aſtronomicâ, & aliqua alia opera ſcripſit. Præter prædicta Cœnobia, alia noſtri inſtituti ibidem conſtructa fuerunt; ſed fundatorum nomina non reperio.

INDEX COENOBIORUM.

A

Aberbrothy (in *Scotiâ*) per *Willielmum* Regem *Scotiæ* fundatum. 1052. b.

Acornbury (in agro *Herefordenſi*) per *Margeriam* de *Lacy* fundatum. 330. a.

* *Albalanda*. 918. b.

Aleſburie (in agro *Buck.*) Hoſpitale S. *Johannis* & S. *Leonardi* ibidem, per *Robertum Ilbale*, & alios fundatum. 396. b.

Alnewike (in *Northumbriâ*) per *Euſtachium* filium *Johannis* fundatum. 591. a.

Alvingham (in agro *Linc.*) per *Hamelinum* ejuſdem Eccleſiæ Decanum fundatum. 802. a.

* **Ambreſburie**. 868. a. 975. 61.

Aneburg (in agro *Wilton.*) Cella Abbathiæ S. *Georgii* de *Bauquervillâ* in *Normanniâ*. 952. 19.

Ardes (in *Hiberniâ*) Cella Abbathiæ de *Lonleio* in *Normannia*. 1019.

Arkelo (in *Hibernia*) per *Theobaldum Walter* fundatum; Cella *Furneſienſis* Abbathiæ in agro *Lincaſtrenſi*. 1025. a.

B

Badleſmere (in agro *Cantiano*) per *Bartholomeum* de *Badleſmere* fundatum. 351. a.

Ballintobber (in *Hiberniâ*) per *Catheli O Conogher* Regem *Conaciæ* fundatum. 1037. a.

Balſal, præceptoria. 543. 55.

* **Bardney**: Reſtauratio ejuſdem. 847. b.

Barlings (in agro *Linc.*) per *Radulphum* de *Hayâ* fundatum. 643. b. Stemma Fundatoris. 645. a.

Baſingſtoke (Hoſpitale in agro *Southampt.*) per Regem *Henricum* tertium fundatum. 459. b.

Beauchief (in agro *Derb.*) per *Robertum* filium *Ranulphi*, Baronem de **Alfreton** fundatum. 607. a.

Bechford (in agro *Glouc.*) Cella Abbathiæ S. *Martini* & S. *Barbaræ* in *Normanniâ*. 1010. 54.

Begeham (in comitatu *Suſſexiæ*,) per *Radulfum* de *Dena* fundatum. 636. b.

Bellobec (in *Hiberniâ*) Cella *Furneſienſis* Abbatiæ in agro *Lanc.* 1025. b.

* **Beaulieu** (ſive de *Belloloco*) Regis. 921. b.

* **Bergavenny**. 904. a.

Berlitz (in agro *Somerſetenſi*) 249. a.

Bernewell (in agro *Cantabrigienſi*) 28. per *Picotum* Vicecomitem, & *Hugolinam* uxorem ejus fundatum. 29. 15. 63. Fundationis hiſtoria. ibid. Ratificatio Donationum per *Paganum Peverel*. 29. 51. Catalogus Priorum. 38. 50. a. & 33. 20. b.

Berkheiert (in *Walliâ*) 100. a.

* **Bildewas**. 914.

Bilegh, alias **Maldon**, in *Eſſexiâ*, per *Robertum Mantel* fundatum † 626. a.

Billington (in *Cancio*) per *Johannem Maunſel*, præpoſitum *Beverlaci* fundatum. 333. a.

Biſſemede (in agro *Bedfordienſi*) per *Hugonem* de *Bellocampo* fundatum. 157. a.

* **Blakebergh**. 879. a.

Blakeham (in agro *Suffolciensi*) Cella *Beccenſis* Abbatiæ in *Normanniâ*. 954. 66.

Blanckland (in *Northumbriâ*,) per *Walterum* de *Bolebec* fundatum. 611. a.

Bliburgh (in agro *Suffolciensi*) 593. a.

Bocking (Hoſpitale in *Eſſexiâ*) per *Johannem Doreward* fundatum. 477. a.

Bocland (Hoſpitale in agro *Somerſetenſi*) 438. a.

Bodmyn (in *Cornubia*.) c. l. 39. Donatio manerii de **Newtone** dicto Cœnobio, per Regem *Eadredum*. ibid. l. 56.

Bollington (in agro *Lincolnienſi*) per *Simonem* filium *Willielmi* de *Nime* fundatum. 794. b.

Bolton (in agro *Eboracenſi*) primò apud **Emmerſey** fundatum, poſtea verò uſq; **Bolton** tranſlatum. 100. b. 101. a. 38; & 37. b. 102. 10. Abſolutio à ſubjectione domui de **Hautendon**. 104. a. b.

Bolton (Hoſpitale in *Northumbriâ*) per *Robertum* de *Ros* fundatum. 450. b.

Bolsenham (in *Suſſexiâ*) Collegium Canonicorum ſecularium, per *Willielmum Warwiſt*, *Exonienſem* Epiſcopum, fundatum. p. 6. l. 46.

Bourne (alias **Bytnne**, in agro *Linc.*) per *Baldwinum* filium *Gilberti* fundatum. 235. b.

Bowes (Hoſpitale infra Inſulam de **Gerneſeye**) per *Petrum* de S. *Petro* fundatum. 471. b.

Borgrabe (in *Suſſexiâ*) Cella Abbatiæ S. *Trinitatis Exaquis*, in *Normanniâ*. 969. 49. 970. 37.

Brackley (Hoſpitale in agro *Northampt.*) per *Robertum* Comitem *Mellenti* fundatum. 375. a. Poſtea in Domum *Fratrum Prædicatorum*, per *Matildem*, quæ fuit uxor *Johannis* Domini *Lovel* tranſlatum. 375. a.

Bradenſtoke (in agro *Wiltoniensi*) per *Walterum* Comitem de **Roſmare** fundatum. 206. b.

Bradley (in agro *Leiceſtrenſi*) per *Robertum Bundi* fundatum. 334. b.

Bradſole (in *Cantio*) 244. a.

Bredon (in agro *Leiceſtrenſi*) Cella S. *Oſwaldi* de **Noſtel**. 39. 20. per *Robertum* de *Ferrariis*, Comitem *Notingamiæ*, fundatum. Ibid. l. 28. Conventio ſuper electione Prioris. 41. 8.

Bridlington (in agro *Eboracenſi*) per *Walterum* de *Gant* fundatum. 161. b.

Brinkburne (in *Northumbriâ*) per *Willielmum Bertram* fundatum. 203. b.

Briſet (in *Suffolciâ*) per *Radulphum* filium *Briani* fundatum. 86. 32.

Briſtoll (in agro *Somerſ.*) Prioratus S. *Auguſtini*, per *Robertum* filium *Hardingi* fundatus. 233. a.

Briſtoll juxta, Hoſpitale S. *Lazari*. 438. a.

Britwerton (in agro *Somerſetenſi*) per *Willielmum* Comitem *Somerſetenſem* fundatum. 205. b.

Brodholme (in agro *Notingbamenſi*) 646. b.

Bozobe (in *Rutlandiâ*) Cella Prioratus de **Kenilworth**. 130. a.

* **Bramhale** (in agro *Berrocenſi*) 899. a.

Brugwalter (Hoſpitale in agro *Somerſetenſi*) per *Willielmum Brewere* fundatum. 432. b.

Brug Bozth (Hoſpitale in agro *Salop.*) per *Radulphum le Strange* fundatum. 433. b.

Brunmore (in agro *Wilton.*) 201. b.

Buchenham (in agro *Norfolciensi*) per *Willielmum* Comitem *Ciceſtriæ* fundatum. 274. a.

Buckland, Præceptoria. 550. 21.

Burneſter (vulgò **Biſſeter**) in agro *Oxonienſi*. 283. b.

Burſcough (in agro *Lancaſtrenſi*) 303. a.

Burton-Lazers. (Hoſpitale in agro *Lanc.*) 397. a. Cauſa Fundationis dicti Ordinis. 399. 60.

* **Burton** ſuper *Trentam*. 869. b.

Buſtleſham (in agro *Berrocenſi*, vulgò **Biſham**) per *Will.* de *Monteacuto*, Comitem *Sarum*, fundatum. 358. a.

Butley (in *Suffolcia*) 245. b.

C

Cbik (in agro *Derbienſi.*) 280. 52. 282. 34.

Caldwell (in agro *Bedfordienſi*) per *Simonem Baſſet* Aldermannum *Bedfordiæ* fundatum. 257. a.

Cambzingham (in agro *Linc.*) Cella Abbatiæ de *Blancalandâ* in *Normanniâ*. 1015. a.

Canon Leigh. 362. b.

Canterbury. Hoſpitale S. *Gregorii* ibidem per *Lanfrancum* olim Archiep. fundatum. 373. b. 375. a. Poſſeſſiones ejuſdem, per *Hubertum*, quondam Archiepiſcopum *Cantuar.* confirmatæ. 374. a.

* **Careſbzohe** (in Inſulâ *Vectis*) 905. a. 985. 35.

Carlcol (in *Cumbriâ*) 73. 4.

Carman's Hpitel (Hoſpitale in agro *Ebor.*) per quendam militem, nomine *Achorne*, temporibus Regis *Athelſtani* fundatum. 372. a.

* **Catesby** (in agro *Northamptonienſi*) 896. b.

* **Chaterig** (in agro *Cantabr.*) 869. b.

Chaucumbe (in agro *Northampt.*) 279. a.

Chetwode (in agro *Buck.*) per *Robertum Chetwode* militem fundatum. Poſtea Abbatiæ de **Butley** annexum. 340. b.

Chiche S. *Oſithe* (in *Eſſexiâ*) per *Ricardum* de *Belmeis* Epiſcopum *London* fundatum. 182. 63.

Chibeland (in agro *Bedfordienſi*) per *Paganum* de *Bellocampo*, & *Rohaiſiam* ejus uxorem fundatum. 793. b.

Cirencester (in agro *Glouc.*) per Regem *Henricum* primum fundatum & dotatum. 89.

Clafozt (in agro *Wiltonienſi*) Cella Abbatiæ S. *Victoris* de *Caleto* in *Norm.* 1002. b.

* **Clonmobbanr** (in *Walliâ*) 919. b.

Coberſand (in agro *Linc.*) per *Theobaldum alter* fundatum. 631. b.

Cobeſford (in *Norfolciâ*) 234. b.

* **Colcheſter** (in *Eſſexiâ*). Abbatia S. *Johannis Bapt.* per *Eudonem* Regis *Henrici* primi Dapiferum fundata. 889. Hiſtoria fundationis, *ibid.*

Colcheſter. Hoſpitale S. *Mariæ Magdalenæ*, per præfatum *Eudonem* Dapiferum fundatum. 396. a.

Colcheſter. Prioratus S. *Juliani* & S. *Botulphi*. 44. 3. Ordinis Canonicorum S. *Auguſtini* primus in *Angliâ*. 45. 47. Fundatus per *Eſmulphum* virum religioſum. 46. 17.

Coldneyton. 275. b.

Coldingham (in *Scotiâ*) 1051.

* **Colne**. 877. b.

Connal (in *Hiberniâ*) per *Meylerum filium Henrici* fundatum. 1037. b.

Conyngeſheved (Hoſpitale in agro *Lanc.*) per *Will.* de *Lancaſtre* fundatum 424. a.

Coxbe (in *Hiberniâ.*) 1020. a.

Coſham (in agro *Wiltonienſi*) Cella S. *Martini Majoris Monaſterii* in provinciâ *Turonenſi*. 991. a.

Coventre. Hoſpitale S. *Johannis Bapt.* Ad petitionem *Edmundi* Archidiaconi *Coventrenſis*, per Priorem & Conventum *Coventriæ* fundatum. 427. b.

Coverham (in agro *Eboracenſi*) per *Hilewiſam* filiam & hæredem *Ranulfi de Glanvillâ* fundatum. 648. a.

Creſſing-Temple, (in *Eſſexiâ*) Præceptoria. 543. 42.

Cretingg (in *Suffolciâ*) Cella *Greſlinenſis* Cœnobii in *Normanniâ*. 982. 26.

Creyke (in *Norfolciâ*) per *Robertum* de *Nerford* fundatum. 327. b. Fundationis hiſtoria, *ibid.*

Croxton (in agro *Leiceſtrenſi*) per *W. Parcarium* fundatum. 603. a.

* **Croyland**. 853. a.

* **Cumbermere**. 913. a.

Cumbwell (in *Cantio*) per *Stephanum* de *Tinuham* fundatum. 270. a.

D

Dale (ſive de *Parco Stanley*) in agro *Derb.* per *Matildem* de *Salicoſâ* morâ fundatum. 616. b. Necnon per *Serlonem* de *Grendon*. 648. b. Fundationis hiſtoria. 627.

* **Dennep**. 883. a.

* **Derby**. Prioratus monialium S. *Mariæ* de *Pratis*. 897. b.

* **Derrham**. 853. b.

Derley (in agro *Derbienſi*) per *Hugonem Derbienſem* Decanum fundatum. 230. a.

Derrford (in *Cantio*) per Regem *Edwardum* tertium fundatum. 357. b.

Derrford. Hoſpitale ibidem, per *Johannem Bimburgh*, & alios, fundatum. 479. a.

* **Denlacreſſe**. 919. a.

Dodford (in agro *Wigornienſi*) 307. b.

Donington (Hoſpitale, in agro *Berrocenſi*) per *Ricardum Abberbury* chivalier fundatum. 474. a.

Dorcheſter (in agro *Oxonienſi*) per *Alexandrum* Epiſcopum *Lincolniæ* fundatum. 297. b.

* **Dore**. 918. b.

Dober (in *Cantio*) Canonici primò in caſtro ibidem, per Regem *Aedbaldum* conſtituti. p. 1. l. 27. & p. 3. l. 1. In Eccleſiam S. *Martini* per Regem *Wilbredum* amoti, i. ibid. l. 43. & p. 29. Poſtea ſcil. per *Theobaldum Cantuar.* Archiepiſcopum, Monachi in eodem introducti, p. 2. l. 43. & p. 3. l. 34. & p. 4. l. 33. unitum Eccleſiæ Chriſti *Cantuar.* p. 3. l. 38. p. 4. l. 60.

Dober Hoſpitale S. *Mariæ*. 423. b.

Dyar (in agro *Ebor.*) per *Will Pagnell* fundatum. p. 96. a.

Dyrbynghe (in *Scotiâ*) 1054.

Dublin

Dublin (in *Hibernia*) Prioratus *Omnium Sanctorum*. 1039. a.

Dublin. Prioratus S. *Thomæ* martyris. 1039. b. per *Wilhelmum* filium *Audelini*, Dapiferum Regis *Henrici* secundi, fundatus. 1040. 10.

Dublin. Ecclesia Cathedralis S. *Trinitatis*. 1048. 2.

* **Dudley**. 907. a.

Dumfermeling (in *Scotia*) 1054.

Dunbzothy (in *Hibernia*) Cella de **Bildwas**, in agro *Salop*. per *Herveum* de *Montemerisco* fundatum. 1027. a.

Dune (in *Hibernia*) 1020. b.

Dunmow (in *Essexia*) 75. 5. Historia Fundationis, & Fundatorum, *ibid.* De Lardo ibidem. 78. 25. & 79.

Dunstaple (in agro *Bedfo dienfi*) per Regem *Henricum* primum fundatum.

E

Eboracum. Vide **Yorke**.

Edindon (in agro *Wiltonienfi*) per *Robertum Neyvile* Episcopum *Sarum* fundatum. 357. a. b.

Edwelton (in *Rutlandia*) Cella S. *Georgii* de *Banquervilla*, in *Normannia*. 952. 20.

Eglefton (in Episcopatu *Dunelmenfi*) 196. 10.

Ellesham (Hospitale in agro *Linc.*) per *Goslanum* de *Amundevill* fundatum. 421. a.

Ellerton (in agro *Ebor.*) per *Willielmum* filium *Petri* fundatum. 821. b.

Erdbury (in agro *Warwicenfi*) 265. a.

Elleby (vulgò **Ashby-Canonicorum**, in agro *Northampt.*) 291. b.

Elbridge (Hospitale in Civitate *Cantuarienfi*) 458. a.

* **Evesham**. 851. b.

Ewelme (Hospitale in agro *Oxonienfi*) per *Willielmum de la Pole*, Comitem *Suffolciæ*, & *Aliciam* uxorem ejus fundatum. 475. a.

Exeter. S. *Johannis Bapt.* Prioratus. 362. b.

Exeter. Hospitale S. *Johannis Bapt.* per *Gilbertum* & *Johannem Longe* fundatum. 461. a.

F

Feller (in agro *Nottinghamenfi*) 36. 44.

Ferne (in *Hibernia*) per *Dermitium* Regem *Laginenfium* fundatum. 1040. b.

Finsbed (in agro *Northamptonienfi*) per *Ricardum Engayne* fundatum. 296. a. Fundationis & Fundatorum historia. 297. a.

Flanesford (in agro *Herefordenfi*) per *Ricardum Talbot* fundatum. 356. b.

Flixton (in Com. . . . .) 361. a.

Frompton (in agro *Dorfetenfi*) Cella S. *Stephani* de *Cadomo*, in *Normannia*. 955. 55.

Fryston (in agro *Linc.*) per *Alanum* de *Croun* fundatum. 59. 56.

Frithelstoke (in agro *Devon.*) per *Robertum* de *Bellocampo* fundatum 326. a.

G

Gant (juxta **Wiscoll**) Hospitale, per *Robertum* de *Gurnay* fundatum. 455. a.

Gisburne (in agro *Ebor.*) per *Robertum* de *Brus* fundatum. 147. b.

Glanford brigg (Hospitale in agro *Ebor.*) per progenitores *Radulphi Painell* fundatum. 455. b.

Glannench (in *Wallia*) 338. a.

* **Glastonbury**. 837.

Gloucester juxta; Prioratus S. *Oswaldi* 28. 20. 24. *Ethelredus* Rex *Merciorum*, & *Ethelfleda* uxor ejus, primò fundârunt ibidem Ecclesiam Collegiatam de Canonicis secularibus. 28. 59. Deinde *Ebora.* Archiepiscopus (*Oswaldus*) Canonicos regulares induxit. 28. 10. 31.

Gloucester. Hospitale S. *Bartholomæi*, per *Willielmum Maparty* Burgensem *Glocestriæ*, constructum. 456. a.

* **Godstow**. 884. a.

* **Goldclyve** 904. b.

Gyarle (in *Hibernia*) 1022. a.

Gytham (Hospitale in Episcopatu *Dunelmenfi*) per *Robertum Dunelm.* Episcopum fundatum. 457. a.

Gymelsby (in agro *Linc.*) Prioratus. 316. a.

* **Gymelsby**. Domus monialium 898. a.

Gypeswic. Vide **Ipswich**.

H

Hag (in agro *Linc.*) Cella Abbatiæ S. *Mariæ* de *Kerro*, apud *Castriburgum* in *Normannia*. 1009. 1010. a.

Hagneby (in agro *Linc.*) per *Agnetem* de *Orreby* fundatum. 616. a.

Haghmon (in agro *Salopienfi*) per *Willielmum* filium *Alani* fundatum. 26. 37. Ex. p. 933.

Hagustald (in *Northumbria*) vulgò **Hexham**. 90. 21. Canonici regulares in eodem primò ducti, per *Thomam* Archiepiscopum *Ebor.* 91. b. qui possessionibus illud dotavit. *ibid.* l. 55.

Haleowen (in agro *Salop.*) per *Petrum* de *Rupibus Wintoniensem* Episcopum fundatum. 655. a. Prioratus de **Dodeford** huic Cœnobio consolidatus 308. 10.

Haltemptise (in agro *Ebor.*) per *Thomam Hake* fundatum. 347. a.

Harewold (in agro *Bedf.*) 202. a.

Hastings (in *Sussexia*) per *Walterum Belet* primò fundatum. 84. 10. Postea, usq; **Warbilton**, ratione fluctuum maris, translatum. 84. b.

* **Haselberge** (in agro *Somersetenfi*) per *Willielmum* filium *Gualteri* fundatum. 113. b.

Haverford (in *Wallia*) 293. b.

Haveholme (in agro *Linc.*) per *Alexandrum* Episcopum *Lincolniæ* fundatum. 792. b.

Hedon (Hospitale S. *Sepulchri*, in agro *Ebor.*) 418. b.

Helagh parke (in agro *Ebor.*) per *Bertramum Haget* fundatum. 287. a. Catalogus Priorum. 288. 37.

Heltsbury (Hospitale in agro *Wilton*) per *Margaretam* relictam *Roberti* Domini *Hungerford*, *Johannem Cheyney*, & *Johannem Mervyn* armigeros fundatum. 483. a.

Hempton, alias **Fakinhindam**. 362. a.

Heppe (in agro *Westmerlandenfi*) per *Thomam* filium *Gospatrici* fundatum. 594. b.

Hickling (in agro *Norff.*) 319. a.

Herbaldowne (Hospitale in *Cantio*) 418. a.

Herland (in agro *Devon.*) per *Gu*

fridum de *Dynam* seniorem fundatum. 285. a.

Heringham (in *Suſſexiâ*) 180. 30.

Herke (Hoſpitale in agro *Cantiano*) per *Hamonem Roffenſem* Epiſcopum fundatum. 468. b.

Heymings (in agro *Linc.*) per *Reynerum* de *Everm* fundatum. 815. a.

Hode (in agro *Ebor.*) Cella de *Novo burgo*. 194. 33.

Holbeche (Hoſpitale in agro *Linc.*) per *Johannem* de *Kirketone* fundatum. 469. a.

* **Holand**. 889. b.

Holland bigg (in agro *Linc.*) per *Godwinum Dreitem* de *Lincolniâ* fundatum. 815. b.

Homechurche (Hoſpitale in *Eſſexiâ*) 418. a.

Hozley (in *Eſſexiâ*) Cella Abbatiæ S. *Martini* de *Troarno*, in *Norm.* 1002. a.

Hoſpitalariorum militum S. *Johannis Jeroſolom.* origo 489. a. b. Conſummatio Regulæ 493. a. Prima inſtitutio 497. Modus recipiendi Fratres ad Ordinem 500. Cronica Magiſtrorum 501. Donationes terrarum 506. *&c.* Privilegia 511. a. *Templariorum* terræ eiſdem liberatæ 511. b. Protectio indè 512. b. Manerium de *Novo Templo London. Hoſpitalariis* conceſſum. 513. b.

Huntendon. Prioratus per *Euſtachium* Vicecomitem fundatus. 24. 41.

Huntendon. Hoſpitale S. *Margaretæ*. 417. a.

Hyſt (in agro *Linc.*) Cella de **Boſtel**, per *Nigellum* de *Albini* fundatum. 426.

I

Iericont (in *Hibernia*) 1018. a.

Illeford (Hoſpitale in *Eſſexiâ*) per Abbatiſſam & moniales de **Berking** fundatum. 390. a. Statuta ejuſdem Hoſpitalis. *ibid.*

Ingham (in *Norfolciâ*) per Dominum *Wilhelmum Staffferton* fundatum. 833. a.

Inniſſick (in *Hiberniâ*) per *Thomam* filium *Aulbonii* fundatum. 1041. a.

Ipſwiche (in *Suffolciâ*) 295. a.

Ivichurch (in agro *Wilton.*) 273. a. 274. a.

Irmoxth (in *Suffolciâ*) per *Gilbertum Blundum* fundatum. 184. b. Progenies ejuſdem *Gilberti*. ibid.

K

Kermerdin (in *Walliâ*) 182. b.

Katteley (in agro *Linc.*) per *Petrum* filium *Henrici*, de *Bidegay* fundatum. 813. a.

Keinſham (in agro *Glouc.*) per *Willielmum* Comitem *Glouceſtriæ* fundatum. 298. b.

Kenilworth (in agro *Warwicenſi*) per *Gaufridum* de *Clinton*, Regis *Henrici* primi Camerarium fundatum. 114. a. **Calwich**, in Com. *Staff.* Cella ejuſdem. 119. 56.

Kenlis (in *Hibernia*) per *Galfridum* filium *Roberti* fundatum. 1041. a.

Kertmele (in agro *Linc.*) per *Willielmum Mareſcallum* fundatum. 300. b.

Kilcumyn (in *Hibernia*) per *Philippum* de *Wigorniâ*, Conſtabularium *Hiberniæ* fundatum. 1023. a.

Kilkenny (in *Hibernia*) 1033. a. per *Will. Mareſcallum*, Comitem *Pembrochiæ* fundatum. 1042. b.

Kime (in agro *Linc.*) per *Philippum* de *Kime* fundatum. 245. a.

* **Kingſton** ſuper **Hull** (Domus *Carthuſienſium*) 930.

* **Kingſton**. 886. b.

Kirkby-Beler (in agro *Leic.*) per *Rogerum Beler* fundatum. 344. a. 346. b.

Kirkham (in agro *Ebor.*) per *Walterum Eſpec* fundatum. 105. a.

Kinnard (in *Hibernia*) 1043. b.

Knaresburgh (in agro *Ebor.*) 833. b.

Kylleconil (in *Hibernia*) per *Donaldum O Bryan* fundatum. 1019. a.

Kynniwaldgreves (Hoſpitale in agro *Ebor.*) 415. a.

L

Lacock (in agro *Wilton.*) per *Elam* Comitiſſam *Sarum* fundatum. 341. a. Fundatorum hiſtoria. *ibid.*

Lande (in agro *Leic.*) per *Ricardum Baſſet*, & *Matildem Ridel* uxorem ejus fundatum. f. 90. b.

Lanercoſt (in *Cumbriâ*) per *Robertum de Vallibus* fundatum. 130. b.

Langdone (in *Cantio*) per *Willielmum de Auberville* fundatum. † 622. b.

Langley (in agro *Norfolcienſi*) per *Robertum* filium *Regis* fundatum. 659. a.

Langrigh (Hoſpitale) 454. a.

Lanthony (prima) in *Walliâ*; deinde juxta *Glouceſtriam* fundatum.) 58. Hiſtoria Fundationis. *ibid.*

Eccleſia S. *Mariæ* extra *Glouceſtriam*, Cella ejuſdem. 64. 3.

Fundatorum progenies. 66. a. Dotatio ejuſdem Cœnobii per *Rogerum de Glanceſtriâ* & *Walterum* Conſtabularium. 70. 47. a. & 48. b.

Terræ & Eccleſiæ in *Hibernia*, per *Walterum de Lacy* dicto Cœnobio conceſſæ. 72. Unio amborum Prioratuum, *ſcil.* de **Lanthony** in *Walliâ*, & de **Lanthony** juxta *Glouceſtriam*. 72. 50.

Lavindon (in agro *Buck.*) per *Johannem* de *Bidun* fundatum. 613. a.

Launceſton (in *Cornubiâ*) per *Will. Warwiſt*, *Exon.* Epiſcopum fundatum. 107. b.

Lechelade (Hoſpitale in agro *Glouc.*) per *Ricardum* Comitem *Cornubiæ* fundatum. 451. a.

Tranſlatio ejuſdem in Cancellariam trium Capellanorum. 453. b.

Ledbury (Hoſpitale in agro *Herefordenſi*) per *Hugonem Foliot*, *Herefordenſem* Epiſcopum fundatum. 452. b.

Ledes (in *Cantio*) per *Robertum de Crevecœur* fundatum. 310. b.

Leiceſter (*ſcil.* de *Pratis* Abbatia) per *Robertum* Comitem *Mellenſ.* & *Leiceſtriæ* fundata. 308. b.

Hiſtoria de terrarum donatoribus. *ibid.*

Fundatoris hiſtoria. 312. b. Fundationis hiſtoria. 313. b.

Leiceſter. Hoſpitale S. *Leonardi*, per *Willielmum* filium *Roberti* Comitis *Leiceſtriæ*, Leproſum, fundatum. 454. a.

Leiceſter. Hoſpitale S. *Mariæ* Virginis, per *Henricum* Comitem *Lancaſtriæ* fundatum. 468. a.

Lenne (Hoſpitale in agro *Norf.*) 413. b.

Lenne (Hoſpitale S. *Mariæ Magdalenæ*) 414. a.

Leſnes (in *Cantio*) per *Ricardum* de *Luci* fundatum. 301. a.

* **Lewesham**. 900.

* **Lewes**. 908. a.

Leye (in Inſulâ de **Getſeye**) 204. b.

Leyſtone (in *Suffolciâ*) per *Randulphum* de *Glanville* fundatum. 606. a.

* **Lillechurche**. 885. a.

Lilleſhull (in agro *Salopienſi*) per *Philippum*

Philippum de *Belmeis*, & *Ricardum* de *Belmeis* Decanum Ecclesiæ S. *Alcmundi Salopiæ* fundatum. 144. 2.
Historia fundationis. 144. 2. 948 b.
Ecclesia de **Hulme** dicto Cœnobio appropriata. 943.

Lincolne juxta. Prioratus S. *Katherinæ*, per *Robertum* secundum Episcopum *Linc.* fundatum. 814. b.

Lincolne juxta. Hospitale S. *Innocentium*, per Regem *Henricum* primum fundatum. 388. 2.

* *Loci Dei* Abbatia. 931. b.

London. Hospitale S. *Bartholomæi*, in suburbio ejusdem Civitatis, per Regem *Henricum* primum fundatum 386. 2.
Unio ejusdem, Hospitali de **Burton** *Lazers*. 389. 2.

London. Prioratus S. *Bartholomæi*, in **Smithfield**, per **Raherum** fundatus. 166. 20.
Historia dicti *Raberi*, & ejusdem loci fundationis. 167.
Confirmatio Donationum per Regem *Henricum* tertium. 171.

London, Hospitale S. *Mariæ* extra **Bishopsgate**, per *Walterum Brune* & *Roisiam* uxorem ejus fundatum. 383. col. 1. l. 18.
Nomina aliorum Fundatorum. 385. b.

London. Hospitale S. *Egidii* in suburbio ejusdem Civitatis, per *Matildem* uxorem Regis *Henrici* primi fundatum. 381. 2. 400. 2.

London. Hospitale S. *Mariæ* de **Bethlem**, extra **Bishopsgate**, per *Simonem* filium *Mariæ*, Civem *Lond.* fundatum. 381. b.

London: Prioratus S. *Trinitatis* (juxta **Aldgate**) per *Ricardum* de *Beaumeis Lond.* Episcopum, fundatus 80. nec non per *Matildem* Reginam. 81, 967.

Cnihtengild loca, dicto Cœnobio per Regem *Henricum* primum confirmata. 81. 19.

London. Hospitale S. *Thomæ* martyris, de **Acon**; per *Thomam* filium *Theobaldi* de *Helles* fundatum. 411. 2.

London. Hospitale S. *Johannis Jerosolym.* in suburbio ejusdem Civitatis, per *Jordanum Briset* fundatum. 505. 2.

London. *Domus Conversorum*, per Regem *Henricum* tertium fundatum. 450. 2.

London. Hospitale de **Savoy** (in suburbio) per Regem *Henricum* octavum fundatum. 484. 2.

London. Hospitale S. *Katherinæ*, juxta Turrim, per *Alienoram* Reginam *Angliæ* (Regis *Henrici* secundi uxorem) fundatum. 460. 2.

London. Hospitale de **Elsing Spittle**, per *Willielmum Elsyng* fundatum. 462. 2.

London. Hospitale in parochiâ de **Werking Church**, per *Robertum* de *Denton* Capellanum fundatum. 465. 2.

London. Prioratus S. *Helenæ*, juxta Vicum de **Bishopsgate** 894. b.
Constitutiones Decani & Capituli Ecclesiæ Cathedralis S. *Pauli Lond.* pro meliori Monialium gubernatione. 895. 2.

Londres (in *Scotiâ*) per *Davidem* Comitem *Huntendoniæ* fundatum. 1052. 2.

Long Penington (in agro *Linc.*) Cella de *Savanaco* in *Normanniâ*. 997. b.

Ludlow (in agro *Salopiensi*) Hospitale S. *Johannis Bapt.* per *Petrum Undergod* fundatum. 449.

Lyes. 361. 2.

M

Malden-Bradley (in agro *Wilton.*) per *Manserum Biset* fundatum. 408. 2.

Malton (in agro *Ebor.*) per *Eustachium* filium *Johannis* fundatum. 816. 2. Stemma Fundatoris. 819. 2.

* **Malverne** *Major*. 876. b.

Marsey (in agro *Linc.*) 811. 2.

* **Marham**. 929. 2.

Marleburgh (in agro *Wilton.*) 272. b.

Marton (in agro *Ebor.*) 98. b. Postea ad **Moleby** translatum. *ibid.* l. 20.

Maxstone (in agro *Warwicensi*) per *Will. de Clinton* Comitem *Huntendoniæ* fundatum. 351. b.

Micheburne, Præceptoria. 546. 10.

Milifont (in *Hibernia*) 1029. b.

Merkeby. 362. b.

* **Merkgate**. 872. b.

Merleberge (vulg. **Marlborough**) Hospitale, in agro *Wilton.* 437. b.

Merton (in agro *Surregiensi*) per Regem *Henricum* primum fundatum. 135. 2. b.

Michelham (in *Sussexiâ*) per *Gilbertum* de *Aquilâ* fundatum. 334. b, 335. 2.

Modberley (in agro *Cestrensi*) per *Patricium* de *Modberley* fundatum. 320. 2.

Montis (S. *Johannis*, Præceptoria. 551. 65.

Mortifont (in agro *Sutbamp.*) per *Willielmum Brewer* fundatum. 322. b.

Moesinden (in *Cantio*) per *Robertum* de *Roteseye* milites fundatum.

N

Neddrum (in *Hibernia*) Cella Abbatiæ S. *Begæ* in agro *Ebor.* 1023. 2.

Neath (in *Hibernia*) per *Theobaldum Walter*, Paliocernam *Hiberniæ* fundatum. 1044. b.

Newbo (in agro *Linc.*) per *Ricardum Muisse* fundatum. 612. 2.

Newburgh (in agro *Ebor.*) per *Rogerum* de *Mowbray* fundatum. 190. 50.

Newcastle super *Tinam* (in *Northumbriâ*) Hospitale ibidem Vocatum **Thornton's Hospitall**, per *Rogerum* de *Thornton* fundatum. 474. b.

Newent (in agro *Glouc.*) Cella *Carmelienſis* Cœnobii, in *Normanniâ*. 962. 23.

Newhus (in agro *Linc.*) per *Petrum* de *Goslâ* fundatum. 589. 2.

Newland, Præceptoria. 546. 52.

* **Newminster**. 916. b.

Newnham (in agro *Bedfordiensi*) per *Paganum* de *Bellocampo* fundatum. 238. 2.

Newry (in *Hibernia*) per *Mauricium mag Loghlan*, Regem totius *Hiberniæ* fundatum. 1031. 2.

Newstede (sive de *Novoloco*) juxta **Gainsborough**, in agro *Surregiensi*. 247. 2.

Newstede (sive de *Novo loco*) super **Ancolme** (in agro *Linc.*) per Regem *Henr.* tertium fundatum. 811.

Newstede (in agro *Notingh.*) per Regem *Henr.* secundum fundatum. 317. b.

* **Newtone** (in agro *Ebor.*) per *Thomam Wake* fundatum. 898. b.

Noton (in agro *Linc.*) per *Robertum d'Areci* fundatum. 311. 2.
Stemma fundatoris. *ibid.*

Northampton. Hospitale S. *Johannis Bapt.* 362. b.

Northampton. juxta; Abbatia S. *Jacobi*, per *Willielmum Peverell* fundata. 49.

Norton (in agro *Cestrensi*) per *Rogerum* Constabularium *Cestriæ* fundatum. 185. 45. Fundatorum progenies & historia. 187. 2.

Norwich; Hospitale, per *Edwar*

Index Cœnobiorum.

dum ſecundum *Norwicenſem* Epiſcopum fundatum. 468. a.

Norwich; Hoſpitale S. *Egidii*, per *Guarinum Suffeld*, alias *Calthorpe*, Epiſcopum *Norwicenſem* fundatum 468. a.

Noſtell (in agro *Ebor.*) per *Robertum* de *Laci* fundatum. Donatorum Conceſſiones per Regem *Henr.* primum confirmatæ. 34. 33. Necnon per Regem *Henr.* ſecundum. 36. 5.

Nottingham. Hoſpitale. 447. b. Regula Fratrum & Sororum, *ibid.*

Nottingham, aliud Hoſpitale (juxta Pontem) per *Johannem Plumtre* fundatum. 448. a. b.

* **Nun Eaton**. 868. 50.

Nutley (ſive de *Parco* **Crendon**) in agro *Buck.* per *Walterum Giffard* Comitem *Buckingh.* fundatum. 154. a.

O

Ocmund (in *Hibernia*) per *will.* de *Burgo* fundatum. 1025. a.

Okeburne (in agro *Wiltonienſi*) Cella *Beccenſis* Cœnobiis in *Normannia*. 954. 62.

Okeham. Hoſpitale (in agro *Rutl.*) per *Willelmum Daliby*, de **Crioun**, fundatum. 473. b.

Ormeſbi (in agro *Linc.*) per *Gilbertum* filium *Roberti* fundatum. 809. b.

Orney (juxta Civitatem *Oxonii*) per *Robertum* D'*Oilleyo* fundatum. 136. a.

Orſulveſton (vulgò **Orſton**) in agro *Lincoln.* per *Rob. Grimbold* fundatum. 276. a.

Orton, in **Herteneſs**, (infra Epiſcopatum *Dunelmenſe*) per *Alanum* de *Wiltone* fundatum. 825. b.

Orſoyn. Hoſpitale S. *Johannis*, extra portam Orientalem, per Regem *Henr.* tertium fundatum. 443. b.

Orſoyn. Hoſpitale S. *Bartholomæi*. 407. a.

P

Pantelf (in *Eſſexiâ*) Cella Abbatiæ S. *Stephani* de *Cadomo*, in *Normanniâ*. 956. 67.

Pentenay (in agro *Norff.*) per *Robertum de Vallibus* fundatum. 19. 16.

Plimton (in agro *Devon.*) per *will. Warewyſt Exon.* Epiſcopum fundatum. 6.

Pogheis (in agro *Herrocenſi*) per *Radulfum* de *Chadelesworth* fundatum. 266. b.

Ponis Fermoy (in *Hibernia*) per *Alexandrum* filium *Hugonis* fundatum. 1045. a.

Pontfract; Hoſpitale (in agro *Ebor.*) per *Wal. le Tabourere* fundatum. 461. b.

Pontfract: Hoſpitale vocatum **Knolles-Almeſhouſe**, per *Robertum Knolles* Eq. aur. Civem *Lond.* fundatum. 473. a.

Præmonſtratenſis Ordinis origo, & inſtitutio. 579.

Pulton (in agro *Wilton.*) per *Thomam* de *Sancto Mauro* militem fundatum. 816. b.

Pynham (ſive de *Calceto*) juxta **Arundel**, in *Suſſexiâ*, per *Willelmum* Comitem *Arundellia* fundatum. 143. 42.

R

* **Ramſey**. 869. a.

Ratlingcope (in agro *Salopienſi*) 336. b.

Ravendale (in agro *Linc.*) Cella Abbatiæ de *Bellaporta*, in *Normanniâ*. 1016. a.

Ravenſtone (in agro *Linc.*) per *Petrum Blaceport*, quondam magnæ Garderobæ Regis *Henrici* tertii, cuſtodem, fundatum. 337. a.

Repindon (in agro *Derbienſi*) per *Matildam* uxorem *Randulphi* cogn. *Gernons*, Comitis *Cestriæ* fundatum. 280. b.

Reygate (in agro *Surregiunſi*) 346. b.

Ribblane, Præceptoria. 551. 52. 557. 4.

Richmund juxta 2 (in agro *Ebor.*) Hoſpitale. 479. a.

Ripon (Hoſpitale in agro *Ebor.*) per *Thurſtanum Eborac.* Archiepiſcopum fundatum. 380. a.

* **Robertſbrigge**. 920. a.

Roncuate (Hoſpitale, in *Cantio*) per *Adam* de *Cherrynges* fundatum. 405. 23. Et per *Johannem Franceis* reſtauratum, *ibid.*

Roſglas (in *Hibernia*) per *Dermitium O Dumeſſ.* Regem *Oſaliæ* fundatum. 1031. b.

Ronton (in agro *Staff.*) per *Robertum* filium *Noeli* fundatum. 143. a. Vide etiam p. 940. b.

Routeſter (in agro *Staff.*) per *Ricardum Bacun* fundatum. 267. b.

Rouncevall, Hoſpitale juxta **Charing**, in ſuburbio Civitatis *Westmonaſterii*, per *Willelmum Mareſchallum*, Comitem *Pembrochiæ* fundatum 443. a.

Royſton (in agro *Cantabr.*) per *Euſtachium* de *Merc.* fundatum. 264. a.

S

S. *Agathæ*, (juxta **Bielmund** in agro *Ebor.*) per *Radulfum* Conſtabularium fundatum. 649. b.

S. *Crucis* (in *Hibernia*) 1035. a.

S. *Germani* (in *Cornubia*) p. c. l. 18.
Sedes Epiſcopalis *Cornub.* olim ibidem, *ibid.* l. 38.
Diverſis terris & Eccleſiis per Regem *Canutum* dotata, *ibid.* l. 35. & p. 6. l. 10.
Criatonenſi Epiſcopatui per *Livingum* Epiſcopum unita, ibid. l. 43.
In *Exonienſem* Civitatem per Regem *Edwardum Confeſſorem* tranſlata, *ibid.* l. 48.
Prioratus Canonicorum Regularium ibidem per *Leofricum* Epiſcopum fundatus, *ibid.* p. 51. & p. 6. l. 31.

S. *Fabiani* Hoſpitale, juxta S. *Albanum* (in agro *Hertf.*) per *Gaufridum* S. *Albani* Abbatem fundatum. 376. a.
Statuta ejuſdem Hoſpitalis. 377.

* S. *Michaelis* de *Monte* Prioratus. 901. b.

* S. *Neoti* Abbatia. 876. b.

S. *Salvatoris* (in *Hibernia*) 1032. a.

S. *Thomæ* martyris, juxta **Stafford** (in agro *Staff.*) per *Ricardum Peche*, olim *Coventriæ* Epiſcopum, fundatum. 316. b.

Salisbury. Hoſpitale S. *Trinitatis*, per *Johannem Chaundler* ſeniorem fundatum. 472. b.

Sandone, Hoſpitale in agro *Surregienſi*. 443. b.
Unio ejuſdem Hoſpitali S. *Thomæ* martyris in **Southwerke**. 442. b.

Sautingfelde, Hoſpitale. 404. a.

Scardeburgh, (Hoſpitale in agro *Ebor.*) per *Hugonem* de *Bulmere* fundatum. 404. b.

Scarthe (in agro *Ebor.*) Cella *Giſeburnenſis* Cœnobii; per *Stephanum Meuſium* fundata. 153. a. b.

Scotkirke (in agro *Ebor.*) Cella de **Noſtell**. 43. 3.

Sele (in *Suſſexiâ*) Cella Abbatiæ S.

S. *Florentii* apud *Salmurum*, in *Andegavensi* provinciâ. 973. 46.

Selebarne (in agro *Suthampt.*) per *Petrum* de *Rupibus*, Episc. *Wintoniæ*, fundatum. 343. a.

SEMPRINGHAMENSIS ordo; *scil.* S. *Gilberti*. 667.
Vita ejusdem S. *Gilberti*. 669.
Exordium dicti Ordinis. 674.
Propagatio Monasteriorum. 676.
Asperitas ejus vitæ (*scil.* S. *Gilberti*) 681. Miracula, 689. Obitus, 691. Sepultura, 693. Canonizatio, *ibid.* Translatio, 696. Rescriptum Cartæ in feretro positæ. 968.
Institutiones ejus, pro meliori Fratrum & Sororum dicti Ordinis gubernatione. 699.

Sempringham (in agro *Lint.*) Prioratus. 791.
De Scolaribus apud **Stanford** studentes, in numerum Canonicorum ejusdem Domus augmentationem. 792. a.
Confirmatio omnium Ecclesiarum & possessionum Cœnobiis dicti Ordinis spectantium, per Papam *Innocentium* tertium. 805. a.

Shelbrede. 362. b.

Shengay, Præceptoria. 546. 48.

Shireburne (Hospitale in agro *Dorsetensi*) per *Robertum Nevile*, Episcopum *Sarum*, & alios, fundatum. 476. b.

Shireburne. Prioratus alienigena (in agro *Suthampt.*) Hospitali S. *Juliani*, juxta **Southampton**, concessa. 441. b.

Shireburne (Hospitale in Episcopatu *Dunelmensi*) per *Hugonem* de *Puteaco*, *Dunelm.* Episcopum, fundatum. 437. a.

Shouldham (in agro *Norfolciensi*) per *Galfridum* filium *Petri*, Comitem *Essexiæ*, fundatum. 820. b.

Shrewsbury. Hospitale *S. Egidii*. 405. a.

Sixhill (in agro *Linc.*) per ..... *Grelle* fundatum. 810. b.

* **Snapes** (in *Essexiâ*) Cella Abb. S. *Johannis Colcestriæ*, per *Willielmum Martel* fundatum. 894. a.

Southampton. Hospitale Vocatum **Gods house**, 439. a. Custodiam ejusdem Præposito & Scholaribus *Aulæ Reginali Oxon.* concessa. 440. b.

Southampton juxta, Prioratus S. *Dionysii*. 108. b.

* **Spalding**. 871. a.

Spiney (in agro *Cantabr.*) per *Ricardum Aithelwald* fundatum. 320. b.

Stanford (in agro *Linc.*) Hospitale S. *Johannis Bapt.* per *Brand* de *Fossato* fundatum, Ac per *Ricardum* de *Humet* & *Bertramum* de *Verdun* confirmatum. 403. b.

Stanford juxta, Hospitale de *Novo loco* (sive **Newstede**) per *Willielmum* de *Albaniaco* fundatum. 444. b.

* **Stanford**, Prioratus S. *Michaelis*. 880. b.

Stanings (in *Sussexiâ*) Cella *Fiscannensis* Cœnobii in *Normanniâ*. 971. 50: 972. 64.

Staverdale (in agro *Somersetensi*) 306. b.

Stikeswould (in agro *Linc.*) 809. a.

Stodley (in agro *Warwicensi*) per *Petrum* de *Stodley* fundatum. † 89.

Stokfaston (Hospitale in *Cantio*) per *Johannem* d. *Boyvile* Armigerum fundatum. 482. b.

Stone (in agro *Staff.*) Cella de **Kenilworth**. 119. b. Historia Fundationis ejusdem, *ibid.*
Ecclesia S. *Wulfadi* de **Stanes** (vulg. **Stone**) primò Canonicis de **Kenilworth** concessa per *Eustasium* de **Maletone**. 127. 54. Confirmata per *Nicholaum* (Baronem) de **Stanford** 128. 48.

Stonelee (in agro *Huntendonensi*) per *Willielmum* de *Mandevile*, Comitem *Essexiæ*, fundatum. 319. b.

Strode (Hospitale in *Cantio*) per *Gilbertum Rossensem* Episcopum fundatum. 434. a.

Sulby (in agro *Northampt.*) per *Willielmum* de *Widevill* fundatum. † 627. a.

Suthwarke (in agro *Surr.*) Prioratus S. *Mariæ Overie*. 84. 50. per *Willielmum Giffard*, *Winton.* Episcopum, fundatus, *ibid.* l. 61. vide etiam 940. a.

Suthwarke, Hospitale S. *Thomæ*; per *Petrum* de *Rupibus*, *Winton.* Episcopum, fundatum. 439. a.

Suthwyke (in agro *Suthampt.*) per Regem *Henricum* primum fundatum. 134. a.

Sutton (Hospitale in agro *Ebor.*) per *Galfridum* filium *Petri*, Comitem *Essexiæ*, fundatum. 437. b.

Spon (in agro *Middlesexiæ*) per Regem *Henricum* quintum fundatum. 360. a.

T

Tabley (in *Essexiâ*) Cella Abb. S. *Walerici* in *Picardiâ*. 1003. a.

Tanregge, (Hospitale in agro *Surregiensi*) per *Odonem* de *Dammartin* fundatum. 403. a.

Taunton (in agro *Somersetensi*) per *Willelmum Giffard*, *Winton.* Episcopum, fundatum. 83. 15.

TEMPLARIORUM militum, institutio Ordinis. 517. Destructio. 519.
Sanctuarium quibuscunq; Domibus eorum confugientibus. 522. b.
Donationes diversæ per Reges *Angliæ* iisdem factæ. 553. a. b. Libertates & privilegia 558. a.
Processus adversùs eos, in eorum Ordinem destructionem. 559. a.
Mandatum *Templariis*, per *Walterum* Archiepiscopum *Cantuar.* post Ordinis eorum dissolutionem, ad aliam aliquam Religionem ingrediendum. 943. b.
Mandatum ejusdem Archiepiscopi, pro liberatione bonorum eorundem Hospitalariis S. *Johannis Jerosolymitani*. 945. a.

Temple Bruer, præceptoria. 547. 26.

Temple Combe, præceptoria. 551. 34.

Temple Hyrst, præceptoria. 551. 10: 556. a. b.

Temple Newsum, præceptoria. 551. 10: 556. a. b.

Thelesford (in agro *Warwicensi*) per *Willielmum* filium *Walteri* de *Cherlecote* fundatum. 831. a.

Thetford (in agro *Norfolciensi*) per *Willielmum* Comitem *Warenne* fundatum. 574. a.

Thorlesey (in agro *Linc.*) 278. b.

Thornholme (in agro *Linc.*) per Regem *Stephanum* fundatum. 230. a.

Thornton, super **Humbre**, (in agro *Lin.*) per *Will. le Gros*, Comitem *Albemarliæ*, fundatum. 198. 18. Series Abbatum, *ibid.*

Thremhale (in *Essexiâ*) per *Gilbertum* de *Munfichet* fundatum. 23.

Thurgarton (in agro *Notingh.*) per *Radulfum* D'*Ayncourt* fundatum. † 92. a.

Tichefelde (in agro *Suthampt.*) per *Petrum* de *Rupibus*, *Winton.* Episcopum, fundatum. 660. a.
Inventorium Bonorum in eodem A. 1320. 665. a.

* **Tikford**. 910. b.

Tilley (in *Essexiâ*) 75. 62.

Tobergloyle (in *Hiberniâ*) per *Johannem* de *Curci* fundatum. 75. 32. Et 1046. a.

Todington (Hospitale in agro *Beds.*) per *Johannem Broughton* fundatum. 478. a.

Tonbridge (in *Cantio*) per *Ricardum*

Index Cœnobiorum.

dum de Clare, Comitem *Herefordiæ*, fundatum. 258. 2.

Toppington. 362. b.

Tozre (in agro *Devon.*) per *Willielmum Briwere* fundatum. 652. 2.

Trebigh, præceptoria. 551. 45.

Trentham (in agro *Staff.*) per *Ranulphum* Comitem *Cestriæ* fundatum. 260. 2.

Trillernagh (in *Hibernia*) per *Johannem de Constantine* fundatum. 1046. b.

Tupholme (in agro *Linc.*) per *Gilbertum de Neville* fundatum. 596. 2.

* **Tutbury.** 873. 1.

Twyneham (in agro *Southampt.*) 177. Historia Fundationis. *ibid.*

Tyntern (in *Hibernia*) per *Willielmum Marescallum*, Comitem *Pembrochiæ*, fundatum. 1033. 2.

V

* **Vale Royal** (in agro *Cestrensi*) 921. b. Historia Fundationis. *ibid.*

Vallis Salutis (in *Hibernia*) 1033. b.

Vibeseroste. 362. b.

W

Walsingham (in agro *Norff.*) per *Galfridum de Faverches* fundatum. 20.
Donationum confirmatio per Regem *Henricum* tertium. 21. 28: Et per Regem *Edw.* primum. 21. 36.
Cancaria in eodem. 22. 34.

Waltham (in *Essexia*) 13. 18.
Concessio ejusdem loci *Haraldo* Comiti, per Regem *Edwardum Confessorem*. 11. 44.
Constructio Monasterii S. *Crucis* ibidem per præfatum Comitem *Haraldum*. *ibid.* l. 65: & p. 18. l. 25.
Donationum confirmatio per Regem *Edw. Conf.* 11. 25.
Canonici seculares amoti, & Regulares inducti. 13. 33: *scil:* per Regem *Henr.* secundum. p. 14. l. 6.
Donationum confirmatio per dictum Regem *Henricum* secundum. p. 13. 42: Et per Regem *Ric.* 1. p. 15. 44: & p. 17. 50.

Warre (in agro *Ebor.*) per *Galfridum Trusbut* fundatum. 172.
Historia Priorum istius Cœnobii. 172, 173.

warwic. Prioratus S. *Sepulchri*, per *Henricum* Comitem *Warwici* fundatus. 573. 2.

watton (in agro *Ebor.*) per *Eustachium* filium *Johannis* fundatum. 798. 2.

* **Waverley** 912.

Wedon (in agro *Northampt.*) Cella *Beccensis* Cœnobii, in *Normannia*. 954. 15.

Wellebec (in agro *Notinghamensi*) per *Ricardum le Flamang* fundatum. 597. b.
Fundationis & Fundatoris historia. 598. 2.

Welles (in agro *Somers.*) Hospitale ibidem per *Hugonem* Episc. *Lincoln.* fundatum. 434. 2.

Welle (in agro *Norff.*) Cella Abbatiæ S. *Stephani de Cadomo*, in *Normannia*. 956. 62.

Welle (Hospitale in agro .....) per *Radulphum de Nevill* fundatum. 461. 2.

Wellis (in agro *Linc.*) per *Radulphum de Hanvill* fundatum. 826. 2.

Wendlyng (in agro *Norff.*) per *Willielmum de Wendlyng* fundatum. 613. b.

* **Wenlok.** 907.

west Dereham (in agro *Norff.*) per *Hubertum*, *Eboracensis* Ecclesiæ Decanum, fundatum † 624. 2.

* **Westminster.** Restauratio Abbatiæ tempore Regnæ *Mariæ*. 847. 2.

westminster juxta; Hospitale S. *Jacobi*, per Regem *Henricum* tertium fundatum. 402. b.

* **Westmode.** 868. 54.

Wigmore (in agro *Herefordensi*) per *Hugonem de Mortimer* fundatum. 213. b.
Historia Fundationis ejusdem. *ibid.* & 220. 2.

wilton (in *Essexia*) 282. b.

Willesford (in agro *Linc.*) Cella *Beccensis* Cœnobii, in *Normannia*. 954. 38.

wollington, Præceptoria. 547. 65.

Wilmington (in *Sussexia*) Cella *Grestunensis* Abbatiæ in *Normannia*. 982. 29.

* **Wilton.** 857. 2.

* **Winchcumbe.** 854. 2.

Winchester juxta; Hospitale S. *Crucis*, per *Henricum* Cardinalem, *Winton.* Episcopum fundatum. 480. 2.

Wirkslope (in agro *Notingh.*) per *Will. de Lovetot* fundatum. 50. Vide etiam p. 937. b.

Wodbrigge. 362. 2.

Wodehirbe (in agro *Ebor.*) Cella de **Nostel.** 41. 54.

Wolverhampton (in agro *Staff.*) Hospitale per *Clementem Lufenæ* & *Will. waterfall* fundatum. 473. 2.

Wombrigge (in agro *Salop.*) per *Willielmum* filium *Alani* fundatum. 252. b.

Worcester (in agro *Herefordensi*) 261. 2.

Worspring (in agro *Somersetensi*) 271. 2.

Wotheney (in *Hibernia*) per *Theobaldum Walter*, Pincernam *Hiberniæ* fundatum. 1034. b.

Wroxton (in agro *Oxon.*) per *Michaelem Belet* fundatum. 326. b.

Wycham. Præceptoria. 547. 61.

Y

Yarum (Hospitale, in agro *Ebor.*) 400. b.
Canonicis de *Parco* **Nelagh** concessum. 401. 2. b.

Yevele. Præceptoria. 546. 63.

York. Hospitale S. *Leonardi*, per Regem *Willielmum Rufum* fundatum. 368. 44: 369. 1a:
Historia Fundationis ejusdem. 367.
Rex *Stephanus* ampliorem ædificavit Ecclesiam. 362. 12.
Præcepta in dicto Hospitali exercenda. 370. 2.

York. Prioratus S. *Andreæ*, per *Hugonem Murdac* fundatus. 808. 2.

York. Hospitale S. *Petri*. 592. b.

York juxta. Hospitale S. *Nicholai*, per *Willielmum* de *Greneseld* Cancellarium *Angliæ* fundatum. 483. b.

Quæ *Asterisco* (sic *) annotantur, inter *Additamenta* reperies.

INDEX
Cœnobiorum Gallicorum.

A

Amenichaense Cœnobium, per Comitem *Rogerum* de *Montegomerico* fundatum. 950. 62.

Alneti Abbatia. 1006. b.

Andegavense Cœnobium S. *Nicholai*, per *Fulconem* de *Nerâ Andegaviæ* Comitem fundatum. 1000. a. Historia fundationis ejusdem. ibid.

B

Auquerville Cœnobium S. *Gervasii*, per *W.* de *Tancarvilla* fundatum. 951. a.

Beccense Cœnobium, per *Herlewinum* fundatum. 949. 10. Historia fundationis 952. b.

Belencumbris Prioratus. 1012. a.

Bellobeccense Cœnobium. 955. a.

Bellóportense Cœnobium in Ducatu *Norm.* 1016. a.

Bernaiense Cœnobium, per *Juliannam* Normanniæ Comitissam, secundi *Ricardi* Ducis uxorem fundatum. 949. 50.

Blancalandensis Abbatia in Ducatu *Norm.* 1015. a.

Bolonienſis Prioratus S. *Walvari*, in *Picardiâ*. 1012. b.

Bolonienſe Hospitale S. *Mariæ Magd.* 1013. a.

Boni portus Abbatia, per *Ricardum*, ejusdem nominis primum Regem *Angliæ* fundata. 1007. a.

C

Cadomense Cœnobium S. *Stephani*, per *Willielmum* Ducem *Norm.* fundatum. 949. 24: 956. a.

Cadomense Cœnobium S. *Trinitatis*. 958. a.

Castelionense Cœnobium (apud *Conchis*) per *Rogerum* de *Toenio* constructum 950. 4.

Cæsariſburgense Cœnobium; *scil:* S. *Mariæ de Voto*, per Regem *Angliæ Henricum* (ejusdem nominis secundum) fundatum. 1008. a.

Cerasiense Cœnobium S. *Vigoris*, per *Robertum Norm:* Ducem fundatum. 949. 15: 958. b.

Cluniacense Cœnobium in Ducatu *Burgundiæ*. 1006. b.

Constantinense Cœnobium S. *Salvatoris*, per *Nigellum* Vicecomitem *Constantinensem* fundatum. 950. 59: 1001. b.

Cormeliense Cœnobium, per *Willielmum* filium *Osberni*, *Normanniæ* Dapiferum, fundatum. 959. 17: 962. a.

E

Ebroicense Cœnobium S. *Thaurini*, per *Ricardum* secundum Ducem *Normanniæ*, ex parte, restauratum. 949. 66.

Ebroicense Cœnobium S. *Salvatoris*, per *Ricardum* Comitem *Ebroicensem* fundatum. 950. 29.

Exaquiense Cœnobium S. *Trinitatis*, per *Eudonem cum Capello* fundatum. 950. ~~51~~ 968. a.

F

Fiscannense Cœnobium, per *Ricardum*, filium *Willielmi* Ducis *Norm:* fundatum. 949. 10: 971. b.

Fontanetense Cœnobium S. *Stephani*, per *Radulfum Taiſon*, fratris sui *Herneſii* auxilio, fundatum. 950 64: 973. b.

Fontinellæ Abbatia S. *Wandregeſili*; per *Ricardum* secundum Ducem *Normanniæ* fundata. 949. 40: 1004. a. b.

Fontis Ebrardi Abbatia, per *Robertum* de *Arbrexo*, fundata. 948. 58: 975. a.

Fulcardimontis Cœnobium. 976. a.

Fulgeriense Cœnobium in Ducatu *Britanniæ*. 1012. b.

G

Geneticense Cœnobium (quod *Philibertus* construxerat) per *Willelmum Longaspatâ*, restauratum. 94[illegible] 64: 977. a.

Goisfontanæ Abbatia per *Hugonem* de *Gornai* fundata. 979. a.

Grandimontense Cœnobium, in Foresta de *Bellomonte Rogeri*. 979. b.

Gresteinense Cœnobium S. *Mariæ* per *Herlewinum* de *Conteville* fundatum. 950. 32: 982. a.

I

Ibrense Cœnobium, per *Rogerum* de *Ibreio* fundatum. 951. 18.

K

Kaillense Leprosarum Hospitale juxta *Rothomagum*. 1013. b.

L

Lexoviense Cœnobium, per *Lecelinam* Comitissam *Auceſem*, auxilio filiorum suorum, *Roberti* Comitis *Auceſis*, & *Hugonis* Episcopi *Lexoviensis* fundatum. 950. 4.

Lirense Cœnobium, per *Will.* filium *Osberni*, *Normanniæ* Dapiferum, fundatum. 950. 15: 985. a.

Lonleiense Cœnobium S. *Mariæ*, per *Will. Tallevacium* fundatum. 951. 28. Confirmatio dictæ fundationis Chartæ per *Gulielmum* de *Beleſmo*. 989. b.

M

Majorie monaſterii S. *Martini*, Abbatia in provincia *Turonenſi*. 991. a.

Montiſburgense Cœnobium per *Roge-*

Index Cœnobiorum Gallicorum.

rum Monachum S. Gucis fundatum. 951. 4: 992. 2.

N

NOA. Abbatia, per *Matildem* Imperatricem fundata. 992. b.

P

PArisiis S. *Victoris* Abbatia, per *Will.* de *Campellis* Archidiac. *Parisiensem.* 498. 16.

Pratellis duo monasteria construxit, (unum Monachis alterum Sanctimonialibus) *Humfridus* de *Vetulis.* 950. 32.

R

ROmæ Hospitale S. *Spiritus.* 1014. b.

Rothomagum juxta, Ordinis S. *Dominici* Moniales per S. *Ludovicum* Regem Franciæ fundatæ. 1016. b.

Rothomagense Cœnobium S. Petri, & S. *Audoeni*, per *Ricardum*, filium *Willelmi* Ducis *Norm.* fundatum. 949. 13.

Rothomagense Cœnob. S. *Trinitatis*, in monte, per *Gosselinum* Vicecomitem *Arcacensem* fundatum. 949. 52.

Rothomagense Cœnobium S. *Amandi*, per *Gosselinum* Vicecomitem *Arcacensem* fundatum. 949. 53: 995. 2.

Rothomagense Cœnobium S. *Mariæ* de *Prato.* 994. b. per Regem *Angl. Henricum* primum fundatum. 994. 27.

Rothomagensis Ecclesia Cathedralis. 1017. b.

S

SAgiense Cœnobium, S. *Martini*, *Rogerius* de *Montegomerico* fundavit. 950. 45.

Salaurense Cœnobium S. *Florentii.* 973. 2.

S. *Dionysii*, juxta *Parisios*, Abbatia. 984. b.

S. *Johannis Pictaviæ* Abbatia. 991. b.

S. *Martini* de *Alcio* Abbatia, per *Stephanum* Comitem *Albemarlæ* fundata. 999. 2.

S. *Martini* & S. *Barbaræ* in *Normanniâ* Abbatia. 1010. 2.

S. *Martini* de *Campis*, *Parisiis*, Prioratus. 993. 2.

S. *Michaelis* in *Monte tumbâ* Cœnobium, per *Ricardum*, filium *Willelmi* Ducis *Norm.* fundatum. 949. 11.

S. Petri super *Divam* Abbatia, per *Lucelinam* Comitissam *Aucensem* fundata. 950. 3.

S. *Remigii Remensis* Abbatia. 993. 2.

S. *Severi* Cœnobium in Episcopatu *Constantinensi*, per *Hugonem* Vicecomitem *Abrincatensem* (postea Comitem

S. *Victoris* (de *Caleto* in *Normanniâ*) Cœnobium per *Rogerum* de *Mortuomaris* (filium *Walteri* de S. *Martino*) fundatum. 950. 25: 1001. b.

S. *Walerici*, in *Picardiâ*, Abbatia. 1003. 2.

S. *Wandregisili* Abbatia in diœcesi *Rothomagens.* 1004. b. Vide *Fontanellæ* Cœnobium.

Cestrensem, in *Angliâ*) fundatum. 950. 44.

Savigniacense Cœnobium in ducatu *Normanniæ.* 997. b.

Savinuriense Cœnob. per *Vitalem* Eremitam fundatum. 948 66.

T

TRonense Cœnob. S. *Salvatoris*, per *Bernardum* Abbatem *Quinciaci*, *Ivonem Carnotensem* Episc. & *Rotrotum* Comitem *Moritoniæ* fundatum. 958. 40.

Trornense Cœnobium S. *Martini* (super *Divam*) per *Rogerium* de *Montegomerico* fundatum. 950. 47: 1002. 2.

V

VErnonense Hospitale. 1014. 2.

Villarense Cœnobium, à S. Phibberto olim constructo, per *Judithan*, *Ricardi* secundi *Norman.* Ducis, uxorem restauratum. 949. 4.

Ulterioris Portus S. *Mich.* Cœnobium per *Robertum* Comitem *Aucensem* fundatum. 950. 17.

Uticense Cœnobium S. *Ebrulfi*, à *Willelmo* Duce *Gerti*, & nepotibus ejus *Roberto* & *Hugone* de *Grantesmasnil* restauratum. 949. 35: 968. 2.

X

XAuarense Cœnobium in provinciâ *Aquitanensi.* 1006. 2.

INDEX VIRORUM.

A

Abbe Galfr. 548. 41. *Ric.* 312. 25.
Abenum Johannes 248. 16.
Abberbury Ric. 474. 43.
Aberot *Urso* 845. 29: 876. 19. *Walterus* 547. 10.
Abrincatenſis Comes Hugo 950. 43.
Abrincenſis Vicecomes Ricardus 956. 19: 974. 29.
Abrincis Sim. † 623. 8. *Will.* 969. 59.
Abſedene Brianus 531. 9. *Lucas* 531. 10.
Acangre Jac. 343. 16.
Acclum Rob. 401. 29. 34. *Will.* 151. 38.
Acford Rob. 888. 5.
Achard Rob. 355. 62. *Will.* 529. 48.
Achingham Will. 920. 44.
Acoure Hugo 870. 40. *Radulfus* 870. 8. 40. *Rog.* 870. 13.
Acres Johanna 77. 12. Funus ejus *ibid.* 1. 20. *Will.* 101. 10.
Acton Adam 304. 56. *Johannes* 11. 5.
Aculf Adam 74. 36. *Gilb.* 74. 23.
Adelfleda *Merciorum* Regina. 144. 57.
Aelidis Regina, uxor Regis *Henr.* 1. 140. 31: 143. 15.
Aelfgarus Comes 13. 57.
Aeſſibi Walt. 145. 47.
Aguylon Galfr. 99. 55: 800. 59. *Maſſes* 637. 62. *Rob.* 645. 33. *Walt.* 800. 56. *Will.* 822. 36.
Ailricus filius Otheri Regis 852. 6.
Ailſi Bernardus 507. 1.
Aiſſibi Will. † 630. 38
Aithelwald Ric. 320. 47.
Albamara Regin. 652. 57: 653. 13: 662. 18. *Galf.* 653. 13.
Albamarle Will. 999. 31.
Albamarle Comes Stephanus 163. 8: 993. 14: 999. 11. *will. le Groſe* 198. 18. 34: 199. 43: 394. 67: 809. 46. *will. de Fortibus* 394. 62.
Albamarle Comitiſſa Hawiſia 420. 28. *Iſabella de Fortibus* 103. 16.
Albani. *Vide Albinei.*
Albervill Will. 246. 18. *Robertus* 335. 10.
Albinei Godefridus 274. 57. *Henras* 590. 41. *Henr.* 710. 62. *Nicholaus* 446. 4. *Nigellus* 7. 14: 42. 15: 193. 8: 393. 49: 845. 34: 846. 6. 24: 954. 5: 958. 26: 968. 23. *Odonellus* 446. 5. 3. *Oliverus* 590. 42. *Philippus* 438. 65: 662. 15: 833. 52. *Radulfus* 590. 42: 646. 36. *Robertus* 446. 4. *Rogerus* 970. 29. *Samſon* 118. 50: 192. 35. 45: 198. 48. *Willelmus* 7. 12: 900. 15: 444. 39: 446. 18. 3. 19: 590. 57: 645. 32: 920. 64: 972. 64. [Vide *Aubeni*]
Albini *Brito* Will. 90. 16: 387. 23: 877. 4.
Albinum Engelramus 18. 35.
Albomonaſterio Rad. 882. 52.
Albus Rad. 531. 8.
Aldeburi Will. 573. 47.
Aldeford Ric. 800. 63.
Aldelane Gilb. 234. 33.
Aldelci Will. 446. 8.
Alderesſcore Humundus 254. 26.
Aldhum Rad. 442. 5.
Aldithle Jac. 261. 13: 284. 37.
Hem. 265. 14: 509. 33: 655. 36.
Aldrintune Ric. 529. 1.
Aldwere Rob. † 622. 27.
Alferton Rob. 607. 54: 608. 60.
Alianora Regina (Regis H. 3. uxor) 460. 12.
Alton Ric. 646. 13.
Aliz Philippus 904. 56. Will. 110. 50.
Allerton Rob. 306. 50.
Almeto Berengarius 999. 30.
Almeto Herbertus. 7. 32.
Almeto Joh. 260. 45. *Rob.* 195. 39 *will.* 183. 25.
Almiaco Berengarius 993. 29.
Almore Fulco 968. 28.
Almeweſs Uctredus 93. 23.
Alſelin Will. 590. 10.
Altune Ric. 799. 13.
Alvertone W. 556. 48.
Alveſton Ric. 414. 50.
Alueredus Rex 857. 33.
Alyngton Will. 321. 60.
Ambi: Gulf. 87. 39. *Radulfus* 880. 23
Amundevill Adam 422. 52: 689. 57. *Elias* 200. 3. 422. 30: 422. 52: 423. 52. *Goſſanus* (ſive Jollanus 200. 15) 421. 24: 423. 30: 815. 45. *Ermetrida* 423. 23. *Jordanus* 401. 18. *Radulfus* 422. 52: 534. 57. 59: 538. 52 *Walt.* 421. 29. 49: 423. 48: 536. 34: 797. 54. 815. 45: 880. 61: 104. 15. *Willelmus* 422. 52. 7: 815. 46.
Andegavix Comes Gaufridus 574. 16.
Andevill Tho. 248. 37.
Aneſty Ric. 82. 34: 82. 40.
Aneſwic Rob. 533. 65.
Anevile Ric. 9. 5. 39.
Angervill Will. 1000. 61.
Angirton Hugo 918. 47.
Anglicus Alanus 152. 25. *Henr.* 525. 38. *Rogs* 216. 37. 62. 907. 18. *Willelmus* 110. 30. 596. 15.
Angos Comes Rob. de Umfraville 918. 26. *Johanna* Comitiſſa 918. 38.
Ankerug Will. 453. 50.
Anneſlai Joh. 608. 23. *Rad.* 56. 48.
Anſelm Rad. 533. 13.
Apegard Matilda. 604. 20.
Apilgarth Rob. 197. 42.
Appleford Joh. 544. 43.
Aquila Gilb. 138. 56: 334. 43: 335. 47: 638. 5: 845. 59. *Willelmus* 510. 35. *Roberti* 510. 35: 638. 38. 42: 906. 29: 913. 16: 982. 74: 983. 24: 992. 62.
Arabi Rob. 312. 16.
Arbalaſtarius Berengarius 106. 6. *Thomas* 162. 53.
Arbrexo Rob. 948. 40.
Arcules Saiſrus 527. 8: 532. 23: 849. 59: 851. 64.
Archard Rob. 544. 51.
Archer Nich. 619. 67.
Arches Alanus 255. 44. *Gilbertus* 394. 61. *Iveta* 42. 17. 37: 811. 25: 290. 7. *Willelmus* 34. 56: 35. 10. 36. 35. 56: 43. 41: 287. 36: 393. 50.
Archidiaconus Steph. 1028. 37.
Archus Randulphus. 183. 25.
Arde Baldw. 203. 19.
Arden Henr. 118. 67: 119. 7. *Hugo* 119. 8: 312. 18. *Radulphus* 117. 53: 246. 56: 292. 63: 362. 28. *Siwardus* 114. 59. *Thomas* 246. 56. 292. 63. *Will.* 117. 53.
Arderne Euſtachius † 619. 29.
Arderne Rufus 1028. 39.
Ardinton Petrus 505. 30. *Serlo* 506. 30.
Arenis Guido 141. 8.
Arennes Tho. 421. 40. *Will.* 808. 13. *Warinus* 993. 31.
Argenteon Peverellus 905.
Argentine Rog. 264. 39.
Armenters Rob. 531. 56: 547. 47. *David.* 533. 4. *Will.* 533. 6.
Arraby 344. 51.
Arſic Manaſſerus 118. 21: 1028. 42. *Galfridus* 507. 14. *Robertus* 244. 66: 528. 37. *Rogerus* 230. 23.
Arracenſis Vicecomes Gollelinus 949. 49: 995. 37.
Arthurus Brican. Rex, aulam & Cameram in caſtro *Dover.* conſtruxit 1. 47: 3. 54. Bellavit ſuper Berhamdune 3. 57.
Arturet Joh. 152. 19.
Arundel Johannes 394. 60. 799. 21. *Henricus* 442. 6. *Matheus* 421. 44. *Robertus* 510. 33: 551. 32. *Rogerus* 510. 33: 799. 20. 808. 65.
Arundeliæ Comitum Origo 193. 11.
Arundel Comes Edmundus 68. 63. *Hugo* 929. 5. *Ricardus* 68. 65: 69. 1. 228. 9. *Willelmus* 143. 35: 920. 13: 929. 3. *Iſabella* Comitiſſa 929. 50.
Aſemunderlawe Will. 425. 15.
Aſke Hugo 197. 40.
Aſke Rog. 650. 29: 370. 17.
Aſkebi Jord. 531. 53: 547. 50.
Aſſaſton Walt. 95. 34.
Aſquitade Rolandus 637. 63.
Aſtugge Petrus 90. 61.
Aſtley Tho. 354. 14. Vide *Eſtley.*
Aſtmel Will. 327. 19.
Aſſton Ric. 663. 50.
Aſwy Rad. 382. 17.
Athelſtanus Rex Angl. 840. 50: 857. 50
Athelſtanus Dux (Merciorum) militiam Chriſti in *Glaſtonienſi* Cœnobio ſuſcepit 841. 29.
Athelwald Ric. 22. 26.
Atone Gilb. 164. 24: 801. 581 819. 48. 56: 820 5.
Aubeni Rob. 531. 15. 36. *Elias* 534. 52. *Rad.* 534. 65. *Reinerus* 920. 64. Vide Albinei.
Aubervil Hugo 921. 17. *Rob.* 921 18. *Willelmus* 246. 18. 19: † 622. 30.
Aubincis Matilda 245. 13.
Aucenſis Comes Rob. 950. 16: 956. 23.

Index Virorum.

Aucenſis Comitiſſa Lecelina 950. 65.
Auco Ingelramus 25. 54: 26. 24.
Audeham Tho. 460. 65: 897. 32.
Audley Hugo 218. 62: 288. 3. *Jacobus* 225. 32. *Maurinus* 277. 60. Vide *Alauley*.
Aveneburi Matilda. 68. 12.
Avenel Gerv. 268. 60. *Nich.* 301. 42.
Avenel Hervæus 910. 46.
Avenel Rad. 71. 8. *Ric.* 970. 30. *Rob.* 599. 45. *Reg.* 152. 17: 242. 10.
Avener Alanus 548. 30. *Will.* 9. 11: 268. 59: 312. 52.
Averenges Joh. 250. 23.
Averes Rob. 535. 3.
Auſtanville Walt. 978. 8.
Augi Comes Radulfus de Yſſondun 921. 22. *Henricus* 920. 46. 59. *Johannes* 920. 49: 976. 67.
Aula Warinus 551. 28: 530. 31.
Aulum Rob. 825. 2.
Aumeri Gilb. 648 19.
Aunger Jocelinus 13. 46.
Aungervill Sibil a 613. 44.
Aungevyn Philippus 646. 12.
Aureavalle Will. 969. 55.
Auricheſtune Joh. 638. 45.
Auring Henr. 599. 48.
Aurundel Rob. 83. 12.
Auſneville Will. 970. 22.
Auxevill { Rad. / Wil. } 409. 40: 65.
Ayſcogh Will. 479. 59.

B

BA Henr. 151. 37.
Ba Regin. 157. 55: 159. 47: 791. 28.
Baa Gilb. 536. 47.
Bachenetune Rob. 908. 49.
Bachepuz { Galf. 870. 29. / Rob. 547. 20.
Bachiler Rob. 1024. 23.
Bacod Ric. 554. 41.
Bacun Ric. 267. 14. *Will.* 260. 22.
Badleſmere Barth. 68. 182. 77. 23: 225. 54. *Gunſelinus* 187. 70.
Baelun Regin. 884. 60. *Emelina* 884. 61. *Hamelinus* 884. 2: 904. 45.
Bagenold Will. 261. 33.
Bagot Hervæus 129. 61.
Bahamune Juliana 711. 66. *Steph.* 912. 10.
Bainard Will. 148. 58. *Galfr.* 369. 29: 909. 19. *Radulfus* 909. 19.
Bajocenſis Epiſcopus Odo 950. 36: 996. 44.
Bajocis Alanus 589. 41: 591. 1: 791. 34. *Hugo* 533. 38. 42. 44: 536 39. 45: 547. 66: 589. 41: 590. 3. 27: 591. 8. 20: 791. 19. *Matildis* 532. 44: 537. 3. *Ranulfus* 532. 54: 589 40: 590. 33. *Ricardus* (Campio Regis H. 1.) 973. 5. *Saperius* 791. 37. *Robertus* 536. 52: 791. 35. *Willelmus* 791. 35.
Baius Tho. 299. 10. Vide *Bayhus*.
Baienville { Will. / Rob. } 9. 60.
Bakepuz Johannes 267. 24. *Robertus* 1015. 16. *Walt.* 599. 50.
Baldredus Rex Weſt Saxonum 839. 27.
Baldricus 978. 16.
Barcya Will. † 622. 42. *Gilbertus* † 622. 44.
Balcione Henr. † 622. 13.
Baliol Alexander 850. 25.
Baliol Bernardus. † 88. 17. 183. 57: 510. 24: 523. 11: 524. 44: 531. 14. 22: 543. 58. *Euſtachius* 510. 24. *Gaufridus* 908. 30. *Goſcelinus* 142. 57: 285. 6. *Hugo* † 88. 45. 46: 612 10. *Johannes* 543. 4: 846. 47. *Ingelramus* 523. 25. *Oſbertus* 128. 34. *Radulfus* 574. 62. *Simon* 556. 13. *Wido* 1012. 45. *Willelmus* 96. 56: 98. 31.
Balle Ric. 48. 49.
Bamburgh Johannes 479. 55.
Banaſtre Thurſtanus 268. 18. *Rob.* 119. 21: 303. 36. *Warinus* 631. 53.
Barbo Rob. 554. 43.
Barcheworth Will. 797. 30.
Bard Dodo 1015. 41. 18. *Hugo* 1015. 40. *Ric.* 150. 24. *Thomas* 953. 14.
Bardolf Hugo. † 94. 65: 643. 34: 644. 17. 24: 808. 65. Dapifer Regis H. 2. 991. 14.
Bardolf Hamelinus 644. 18. *Johannes* 879. 53. *Radulfus* 175. 31: 809. 1. *Robertus* 644. 34. 59. Ejus ſtemma 645. 2. b. *Thomas.* 302. 48.
Barectur Johannes 548. 59.
Barentine Drugo 545. 13.
Barenton Humfr. 16. 47: 294. 55. *Nich.* 23. 43.
Baret Joh. 476 18.
Barevil e Rob. 822. 38: 825. 3.
Barkeſton Odo 98. 61. *Thomas* 327. 50. *Willelmus* 446. 10.
Barkelworth Rob. 99. 39.
Barkerthorp Rob. 105. 67.
Barkworth Rad. 597. 11. 26.
Barnard Rog. 530. 51.
Barneville Will. 106. 12. *Fordanus* 910. 51: 970. 10. *Paganus* 910. 51.
Barones quidam teſtes Cartæ Regis *Henrici* primi 972. 66.
Barow Alicia 543. 15.
Barre Tho. 185. 21. *Will.* 302. 65: 610. 36. 48. *Philippus* 1046 9.
Barry Will. 1020. 39: 1023. 14. *Johannes* 172. 58.
Bars Will. 31. 40.
Barſecote Sim. 256. 65.
Barſtaple Johelius 7. 19.
Barton Nich. 18. 4.
Barton Will. 558. 6: 644. 49: 650. 28. 54. *Galfridus* 631. 56.
Bartun Johannes 172. 58.
Baskervill Rad. 71. 32. *Walt.* 72. 59.
Baſing Rob. 544. 10.
Baſſet Alanus 659. 43. *Alicia* 284. 56. *David* 1028. 38. Fulco 284. 57. *London*, Epiſc. 284. 49. *Gilbertus* 283. 19: 526. 36: 542. 22. *Johannes* 266. 43. *Nicholaus* 35. 52. *Oſmundus* 269. 18. *Petrus* 35. 47: 540. 10. *Philippus* 284. 37. 43: 341. 43: 605. 7. *Philippa* 142. 33. *Radulfus* † 630. 9. *Ricardus* 4. 23: 90. 46: 91. 27: 134. 49: 387. 24: 602. 9. *Robertus* 532. 25: 537. 10. 13: 548. 1: 1052. 28. *Thomas* 15. 38: 256 58: 284 57: 294. 39: 1040. 15.
Baſſet Will. 15. 38: 269. 10: 315. 66.
Baſſingburne Johannes 882. 50. *Maria* 320. 21. *Warinus* 252. 3: 264. 37. † 624. 65: 918. 58.
Baſtard Hubertus 631. 52.
Baſterthwait Rob. 427. 10.
Bataille Adam 822. 39. *Steph.* 94. 33. *Theophania* 88. 27. *Walterus* 592. 57. *willelmus* 822. 39.
Bateman Rad. 321. 60.
Bathonia Hugo 266. 59.
Batvent Eudo 537. 33.
Baudeter Hugo 336. 3.
Bavent Adam 183. 24. *Michael* 594. 24. *Ricardus* 638. 63.
Bauid Ric. 800. 20.
Baynard Galfr. 75. 21. *Juga* 75. 11. *Will.* 75. 25.
Bayns Hugo 200. 38. [Vide Bajocis.] *Reginaldus* 151. 15. *Rogerus* 151. 14.
Beaufo Amari 1035. 36.
Beaupre Joh. 902. 53.
Beauver Rad. 372. 36: 395. 39: 555. 15.
Beauvies Walt. 976. 10.
Bebaldethaytes Jordanus 650. 49.
Bec Walt. 796. 1: 804. 40. Ejus ſtemma 804. 60.
Beche Everardus 33. 62: 33. 7. *Henr.* 147. 41.
Becco Ric. 458. 64. *Willelmus* 458. 64.
Becher Will. 795. 9.
Bechevill Hubertus 907. 19.
Beckebury Hugo 254. 14: 256. 13.
Bedfordiæ Dux Johannes 522. 40.
Bedminſtre Alanus 233. 12.
Beke Johannes 644. 22.
Bekeford Regin. 529. 49.
Beker Gilb. 411. 24. *Johannes* 596. 47. *Rif.* 1046. 22.
Bekering Petrus 230. 20.
Belauny Rob. 613. 2.
Belch Will. 528. 53.
Belchamp Sim. 376. 16. *Willelmus.* 4. 55.
Belebet Rad. 536. 23.
Beleſme Guil. 989. 33. *Robertus* 956. 23.
Beleſcoth Adam 141. 19.
Beler Rogerus 344. 20. 38: 346. 34. *Willelmus* 344. 37. *Hamo* 555. 15. *Radulfus* 344. 40: 398. 62.
Belhus Ric. 615. 58.
Beleſhi Yvo 536. 14.
Beleſtede Will. 419. 37.
Belet Hervæus 235. 29: 326. 62. *Hugo* 204. 38. *Johannes* 664. 25. *Michael* 234. 33: 326. 13: ejus Fratres 326. 19. 20. *Robertus* 276. 19.
Belrou Ric. 998. 17.
Bellaſton Baldw. 653. 17.
Belew (ſive de Bellaquâ) Johannes 149. 28: 150. 26. *Adam* 557. 2. *Thomas* 417. 15. *Willelmus* 195. 37.
Bello Alneto Rob. 664. 49.
Bellofago Alanus 296. 19.
Bellofago Amilricus 1029. 4. *Emma* † 94. 31: 96. 23: 880. 30. *Hamericus* 1025. 32. *Radulfus* † 94. 41. 23.
Bellocampo Eudo 596. 10.
Bellocampo H. 904. 35. *Hugo* 157. 16: 158. 14: 28. 17: 159. 54: 162. 50: 508. 6: 530. 53: 546. 42. *Henricus* 878. 49. *Nicholaus* 157. 50. *Otwerus* 157. 17. *Paganus* 135. 38: 793. 16: 878. 50. *Ricardus* 157. 51. 63. 30: 159. 46: 613. 6: 878. 45: 904. 1: 908. 19. *Rogerus* 157. 54: 158. 6: 877. 38: 878. 39. *Robertus* 326. 53: 395. 42: 908. 15: *Simon* 793. 67. *Stephanus* 295. 32: 526. 3. 878. 50. *Walterus* 878. 50: 904. 1. *willelmus* 529. 40: 794. 22. [Vide *Beuchamp.*]
Bellomonte Guſr. 878. 5.
Bellomonte Henr. 350. 5: 956. 17: 959. 8: 972. 30: 1006. 31. *Ricardus* 967. 30. *Robertus* 972. 31. *Rogerus* 313. 87: 957. 8. 972. 35: 974. 28.

Index Virorum.

Bellune Rad. 42. 66: 369. 56.
Belmeis Alicia 147. 40. *Philippus* 145. 10. 42. 40: 147. 30. *Ricardus* 141. 46; 145. 64: 146. 30: 993. 5. 43. [Vide *Beumeis.*]
Belmunt Ric. 134. 27.
Belt Rogerus 397. 56.
Belvere Rad. 191. 17.
Benburge Johannes 112. 47.
Bendavill Aluredus 508. 1. 23: 510. 58: 543. 48.
Bendenge Petrus 82. 38.
Benet Walt. 998. 2.
Benetham Will. 425. 54.
Bemingwrth Rog. 537. 30: 796. 64: 797. 25. *Gilbertus* 797. 38.
Bencele Thomas 350. 25.
Benthale Hamo 985. 41: *Philippus* 916. 2.
Bentune Gualr. 395. 13.
Beortulphus Rex Merciorum 852. 20.
Bereale Will. 71. 6.
Berch Ric. 825. 36.
Bercleſwell Nich. 161. 33.
Berdeſeye Rog. 425. 65.
Bereford Henr. 242. 27: 831. 45. *Hugo* † 629. 18. *Hamfridus* 242. 27. *Simon* 344. 48: 1003. 32. *Walt.* 831. 47. *Willielmus* 280. 5: 902. 51.
Bereke Rog. 543. 23.
Bereville Alicia. 95. 1. *Willielmus* † 94. 44.
Berewik Joh. 545. 46.
Bereſſe Ric. 435. 28.
Berkes Rog. 299. 2.
Berking Will. 82. 21.
Bergates Euſtach. 532. 46.
Berewik Joh. 545. 46.
Berkley Henr. 194. 11. *Thomas* 225. 35: 605. 58. *Robertus* 301. 39: 887. 65. *Rogerus* 209. 5: 912. 33.
Berlay Henr. 557. 2.
Bermecort Will. 989. 19.
Bermingham (Jcil. Will. filius Petri) 907. 48.
Bernak Will. 297. 51: 630. 14. *Gervaſius* 610. 52. *Ricardus* † 630. 6.
Bernaldby Will. 151. 23.
Bernavill Galfr. 88. 54.
Bernehus Will. 525. 10. *Nicholaus* 525. 11.
Berners Ric. 610. 60.
Berneriis Rad. 171. 22. 386. 56. *Hugo* 884. 53. *Will.* 590. 11. *Johannes* 336. 6. *Ricardus* 207. 27.
Berſtaple Ric. 893. 28.
Bertoaldux Dux 964. 37.
Bertram Guido 203. 15. *Henricus* 883. 39. *Ricardus* 203. 15: 917. 3. *Robertus* 917. 1. *Rogerus* † 87. 54: 203. 15: 204. 6. 46: 557. 15: 612. 40: 916. 54.
Bertram Rog. † 87. 54.
Bertran Rob. 957. 10. 957. 10.
Bervile Will. 532. 50.
Beſton Herbertus 35. 19. *Robertus* 36. 64.
Bethun Rad. 631. 51. *Rogerus* 631. 51.
Beuchamp (de *Bedford*) Will. 240. 31. *Milo* 243. 50.
Beuchamp [Vide *Warwici Comes.*]
Beuchamp Paganus. 238. 24. *Simon* 238. 14: 239. 11. 24. *Willielmus* 193. 54.
Beverel Jordanus 152. 22.
Bevill Math. 247. 14. *Ricardus* 415. 44.
Beverley Reinerus 164. 25. *Johannes* 822. 35.
Beumeis Ricardus (Decanus Eccleſiæ S. *Alexandri* Salopiæ) 942. 17. *Robertus* 25. 33.
Beygle Lucas 610. 32. 63. *Serlo* 610. 65.
Beylham Rad. 88. 48.
Beynin Gerardus 542. 34.
Beyſin Walt. 915. 29.
Bidon { Halmadus 589. 2. / Handacus 200. 13.
Birmingardis 613. 22. *Johannes* 613. 25. *Walterus* 202. 7.
Bigot Alanus 650. 8. *Amabilis* 650. 2.
Bigot Hugo 4. 20: 90. 14. Dapifer 7. 8: 134. 47: 295. 32: 387. 27: 872. 2: 929. 42: 978. 20. *Rogerus* 15. 36: 972. 63. *Ricardus* 109. 30. *Thomas* 112. 43.
Bigot Hugo Comes (*Norff.*) 274. 32: 640. 58.
Bigrame 319. 59.
Bikeſley Oſb. 108. 64.
Biknore Rob. 358. 11.
Bilingai Petrus 195. 27: 395. 39: 533. 12: 813. 39: 814. 13.
Billiburgh Hugo 272. 24.
Bilney Rob. 22. 27.
Binemart Joh. 608. 19.
Bingham Will. 422. 57.
Binches Rad. 268. 62.
Birkin Adam 34. 27. *Johannes* 288. 48: 541. 63.
Biron [Vide *Burun.*]
Biſa Will. 993. 29.
Biſet Henricus. † 93. 30. 49. 13: 95. 5: 409. 28: 440. 40.
Bartholomeus 409. 15. *Manſerus* † 93. 49: 93. 49. Dapifer 4. 55: 156. 23: 202. 18: 408. 1: 409. 33. *Johannes* 440. 64. *Ernulphus* † 93. 49. *Wilhelmus* 993. 29.
Bitering Galfr. 615. 63.
Blabi Hugo 316. 1. *Johannes* 397. 57.
Blakeburne Adam 454. 48. *Johannes* 454. 49.
Blakeford Rob. 323. 43.
Blakenham Benedictus 460. 66.
Bland Petrus 207. 66.
Blankaig Joh. 550. 60.
Blankney Randulphus 533. 3. *Rogerus* 532. 67.
Blaſton Will. 645. 34.
Blen Hamo 428. 27.
Blenumd Will. 82. 63.
Bloen Johannes 111. 23.
Bloet Robertus 301. 40. *Radulfus* 887. 61. *Sampſon* 530. 33. *Walterus* 530. 42: 837. 63: 989. 50.
Blondel Johannes 794. 66.
Bloſſevill Rob. 202. 20.
Blount Henr. 330. 54. *Will.* 69. 61. [Vide *Blundus.*]
Bluet Will. 208. 25. *Petronilla* 887. 31.
Blumvile Ric. 594. 52.
Blundel Will. 834. 36. *Johannes* 117. 57. *Henr.* 117. 56.
Blunden Ric. 113. 43.
Blundus Gilb. 184. 13. Ejus progenies *ibid.* 597. 10. *Adam* 814. 51. *Alexander* 266. 47. *Hamfridus* 207. 35. *Johannes* 814. 52. *Willielmus* 878. 48.
Bluſſul Paganus 209. 2.
Bobi Hugo 446. 9. 605. 63.
Boccio Rob. 525. 11.
Bochart Rad. 47. 34.
Bockerel Andreas 542. 32.
Bocland Alanus 323. 58.
Bocland Tho. 267. 22: 530. 37. *Hericus* 530. 37. *Gaufridus* 437. 40: 821. 4: 914. 21.
Bodcham Will. 921. 61.
Bodinham Will. 920. 46.
Boec Walt. 536. 20.
Boeli Osbertus 236. 6.
Boels Nich. 241. 65. *Henricus* 242. 17: 794. 52.
Boidele Aluarus 861. 30.
Boivil Ricardus 507. 8. [Vide *Bovill.*]
Bohun Humfr. 4. 20: 7. 34: Conſtabularius Regis H. 2. 15. 35: 67. 47: [*Ejus progenies in Ib.*] 113. 10: 134. 48: 210. 17: 331. 1. Dapifer *Henrici* Ducis *Norm.* 1002. 64. *Engelcerius* 114. 60: 128. 29: 370. 34. *Margareta* 72. 21. 30. 72. 30. *Matilda* 75. 52. 55. *Saumericus* 442. 67.
Bois Hugo 56. 57.
Boivill Johannes 481. 26: 650. 29. *Robertus* 424. 58. *Thomas* 650. 62.
Bokeland Alanus 653. 21.
Bolebec Walt. † 87. 67: 529. 1: 592. 25: 593. 4: 611. 52. 32: 917. 21. *Hugo* 154. 8: 593. 4: 611. 42. 53: 917. 29. *Willielmus* 825. 5. *Jordanus* 410. 5.
Bolle Will. 811. 21.
Boleſover Will. 599. 43.
Bollers Beatrix 507. 22.
Bolemer Auſchetillus 846. 7: 34. 66: 36. 47. *Johannes* 822. 41: 825. 49. [Vide *Bumer.*]
Boleſdon Tho. 592. 28.
Bollingal Hugo 147. 45.
Bolonia Fatamulus 135. 33: 526. 55: 530. 45: 913. 25: 953. 43. *Robertus* 532. 21: 537. 53: 548. 4.
Bolonix Comes Euſtachius 81. 55: 153. 36. *Gilbertus* 537. 25. 54: 548. 4. *Matheus* 140. 9. *Reginaldus* 275. 65: 812. 32. *Willielmus* 604. 4.
Boleby Odo 551. 5.
Bolum Alicia 94. 29. *Alva* † 88. 58. *Jacobus* 917. 15. *Gilbertus* 917. 16.
Bonamcour. Guido 548. 67.
Bonface Hugo 106. 4.
Bonesbor Gilb. 234. 11.
Bonington Rob. 150. 66.
Bononix Comes 343. 51. Ida Comitiſſa 1012. 15. [Vide *Bolonia Co.*]
Booſt Tho. 479. 38.
Borde Simon 246. 45.
Bordeis Regin. 538. 34. 60.
Bordenei Regin. 312. 43: 906. 30.
Bordeſdene Tho. 82. 45.
Born Rog. 446. 5. *Radulfus* 921. 62.
Borſton Rog. 984. 45. 49.
Boſchervill Galfr. 547. 22.
Boſco Ernaldus 277. 19: 309. 16. 13: 311. 13. 36. 49: 887. 28: 986. 17. *Galfridus* 248. 34. *Willielmus* 171. 7: 386. 42: 544. 6: 545. 39. *Ricardus* 152. 18.
Boſinton Ric. 325. 36.
Boſovill Will. 114. 61: 228. 30.
Boſvill Helias 37. 34.
Boſworth Rob. 312. 5.
Boſſale Ric. 809. 3.
Boteler Henr. 1033. 4. *Robertus* 593. 7: 965. 53. *Radulfus* 266. 58: 965. 53. *Jacobus* 68. 27. *Theobaldus* 925. 13. *Willielmus* 303. 35: 344. 31.
Boterel Will. 207. 66: 209. 122 286. 30: 907. 3.
Boteri Rog. 986. 35.
Botereux Regin. 902. 51. *Willielmus* 902. 50: 483. 59.
Botetort Johanna 657. 53. *Johannes* 657. 10. 57.
Botevilain Will. 335. 10. † 629. 15.

Index Virorum.

Botteleſden Rob. 106. 4.
Bovil Ric. 49. 60. *Will.* 870. 38. *Otvelus* 526 6. *Matheus* 543. 29. *Hugo* 962. 52.
Bovinton Walt. 164. 54: 809. 2: 1024. 22.
Bourton Henr. 254. 20.
Braal Rad. 129. 64.
Brabazun Rog. Juſticiarius Regis 278. 52. *Willelmus* 344. 48.
Bra anhoun Rog. † 629. 62.
Bracebrig Johannes 327. 45. *Iſabella* 184. 51.
Braci Will. 141. 56.
Bracking Theob. 82. 34.
Brad. Ritewardus 638. 22. *Randulfus* 638. 23.
Bradley Haimundus 102. 11. *Humfridus* 156. 22.
Bradworthyn Steph. 263. 4.
Bradway Alanus 611. 15.
Bradwell Will. 185. 19.
Braham Euſtachius 878. 3. *Rogerus* 878. 3.
Brai { *Rogerus* / *Milo.* } 16. 10. *Willelmus* 143. 42: 330. 22. *Johannes* 278. 54. *Robertus* 242. 29. *Radulfus* 613. 49. 59: 242. 19.
Braibroke Henr. 160. 58: 243. 56. *Robertus* 884. 33.
Brailesford Henr. 231. 7.
Braitoft Gualt. 851. 24.
Brakenbergh Rog. 425. 24.
Brainewic Ric. 655. 38.
Brampton Will. † 629. 39.
Bramton Brianus 528. 4. [Vide *Brompton.*]
Brancewelle Wido 791. 38. *Nigel* 589. 47: 591. 2.
Branche Ric. 637. 26.
Brandeſton Godwinus 870. 31.
Brandon Hugo 918. 41.
Braoſe Willielmus 302. 47: 331. 44: 508. 41: 525. 22: 973. 43: 1009. 12. *Philippus* 523. 6: 908. 1: 972. 40: 973. 44. *Robertus* 613. 27: 973. 13.
Bras Gauſr. 853. 1.
Brehul Benedictus 275. 1.
Bremdon Rob. 250. 3.
Breouſe Katherina 359. 10. *Willielmus* 555. 35.
Bret Johannes 255. 13: 650. 59: 665. 10. *Radulfus* 129. 63. *Robertus* 331. 46: 665. 19. 58. *Simon* 18. 36. *Ricardus* 331. 47. *Willielmus* 10. 56: 608. 19: 665. 67. *Matildis* 665. 10.
Bretollio Will. 956. 22.
Breton Rog. 608. 20. *Philippus* † 630. 28. *Willelmus* 878. 47.
Bretteville Galfr. 158. 10. *Willielmus* 157. 22: 158. 38. 44: 159. 17.
Bretton Petrus 901. 66.
Brews Alianora 68. 7. *Willelmus* 66. 51. Ejus progenies *ibid.* 69. 18. 394. 1: 223. 10: 332. 52. *Matilda* 223. 29. *Johannes* 332. 54: 549. 67.
Brews de Breenok *Willelmus* 325. 66: ejus liberi 325. 1: 988. 50. *Johannes* 325. 23. 44.
Brice Hamelinus 88. 5. *Walterus* 84. 10. [Vide *Briſet.*]
Briceville Will. 970. 53. *Thomas* 970. 55.
Briddeſhale Simon 99. 40.
Briegewere Joh. 653. 12. *Willelmus* 653. 19. [Vide *Burwere.*]
Brincheworth Galfr. 202. 30. *Radulfus* 409. 40.
Brinnington Johannes 608. 21.
Brinton A. 886. 29. *Wyſerus* 886. 66. *Robertus* 858. 61.
Brionenſis Comes Gilb. 952. 50.
Briquevil Rob. 971. 1.
Briſelingthorpe Walt. 644. 2.
Bertramus 644. 3.
Briſet Jordanus 505. 1: [ejus ſtemma *ibid.*] 506. 9: 541. 67: 542. 9.
Briſewurth Hubertus 21. 37. 65.
Britannia Johannes, Comes Richmundiæ 196. 44.
Britanniæ, Cornubiæ & Richmundiæ Comes Alanus 902. 59. *Conanus* 902. 57. *G.* 510. 26.
Britanniæ Comitiſſa *Margareta* 210 15: 883. 34.
Britanniæ Comitis *Stephani* filia *Matildis.* 164 18.
Britanniæ Comitis fratres; *ſcil. Robertus, Brianus, Reginaldus* 883. 36.
Britanniæ Dux *Conanus* 883. 17: 1013. 4. *Conſtantia* Duciſſa 1012. 63.
Brito Anſgerus 910. 49. *Rogerus* 83. 22: 294. 65. *Robertus* 41. 30: 41. 45: 49. 59. *Willelmus* 71. 8: 195. 9. *Johannes* 878. 39. *Gualterus* 880. 60. *Robertus* 535. 48.
Brito in Will. 985. 57: 986. 39.
Briton Rad. 53. 29: 54. 41: 56. 58. *Simon* † 625. 31. *Rogerus* 884. 54.
Briwere Will. 179. 37: 322. 19. 52: 323. 46. 7. 56: 324. 39: 325. 6: 432. 48: 652. 15: 653. 9. 43: 654. 29. 16: 887. 64. *Johannes* 324. 43. *Ricardus* 912. 23.
Broc Simon 242. 48. *Robertus* 242. 48. *Walt.* 960. 64.
Brocleſbi Alanus 589. 4.
Brocton Tho. 253. 9.
Broi Rob. 531. 48.
Brolet Rob. 886. 50.
Brolecurt Herbertus 915. 47.
Brom Rog. 920. 65.
Bromford Hubertus 25. 24.
Bromle Adam 886. 32.
Brompton Brianus 217. 35: 988. 50. *Johannes* 217. 36. [Vide *Brianus.*]
Bronewiz Johannes 663. 51.
Broſcle Walt. 71. 9.
Brocherton Thomas Comes Mareſcallus 225. 40.
Broughton Johannes 478. 65: 297. 64.
Broy Robertus 794. 51.
Brucurt Ro. 20. 11.
Bruere Martinus 544. 3. *Radulfus* 551. 23. *Willielmus* 67. 10: 62. 44. Ejus progenies *ibid.*
Bruges Ric. 254. 5. 10.
Brus Rob. 910. 52.
Bruile Henr. 1052. 31.
Brumare Rob. 409. 41.
Brun Regin. 274. 34. *Galfridus* 792. 28. *Walterus* 383. 20. *Willielmus* 384. 48: 915. 44. *Radulfus* 592. 59. *Helias* 592. 59. *Helias* 592. 59.
Bruncoſt Petrus 152. 25.
Brunham Tho. 397. 56. 32.
Brunnewiz Johannes 662. 14.
Brunnington Johannes 608. 33.
Brus Adam 43. 49: 148. 14: 200. 22: 402. 20: 539. 55. 57: 540. 18. *Bernardus* 417. 50. *Johannes* 152. 17. *Iſabella* 417. 4. *Petrus* 42. 57: 44. 17: 150. 55: 290. 7: 400. 58: 401. 47. 8. 402. 8: 636. 19.
Brus Robertus 80. 27: 147. 15: progenies ejus 148. b. 149. 2. & 150. 2. 151. 50: 152. 36. *Robertus* 202. 9. 60: 402. 4: 417. 26: 442. 3: 531. 62: 845. 60: 846. 47. *Petrus* 202. 60. *Rogerus* 401. 38. *Simon* 401. 65. *Willelmus* 151. 56: 152. 17: 152. 37.
Bruſia Will. 549. 60.
Brut Johannes 662. 15.
Bruttevil Galfr. 508. 15. [Vide *Bretteville.*] *Willelmus* 242. 29.
Bruton Rob. 150. 32.
Buch { *Adam* 401. 30. / *Gozelinus* 161. 52: 162. 59.
Buche Hugo 148. 59. *Radulfus* 162. 29. *Rogerus* † 624. 53.
Bucheam Rad. 274. 34.
Bucheton Alex. 799. 22.
Buckton Will. 164. 60: 276. 15. *Radulfus* 538. 36.
Buci Walt. 141. 25.
Budelers Steph. 129. 36: 529. 32. *Robertus* 146. 21.
Budli Will. 554. 44.
Buffyn Tho. 340. 33.
Buggi Will. 664. 26.
Bugh: Rad. 162. 59.
Bukery Walt. 395. 51.
Bull: Will. 34 28.
Buſſel Rog. 535. 25: 547. 63.
Buiſſun R.c. 637. 64.
Bukerel Petrus 549. 14. *Andreas* 248. 17.
Bulles Rog. 547. 66.
Bulmer Bertramus 98. 60: 106. 5: 800. 58. *Johannes* 99. 57: 822. 36.
Bulzu: Rob. 8. 35.
Bundy Rob. 334. 14.
Buoc Rad. 163. 37.
Burcote Will. 292. 53.
Burdet Will. 276. 14: 398. 22. 41. 66: 398. 34: 535. 42. *Robertus* 398. 60. *Nicholaus* 795. 20.
Burdun Hamo 329. 56. *Johannes* 532. 2: 534. 3. *Willelmus* 591. 43.
Bureford Walt. 300. 22.
Burel Rob. 82. 36. *Willielmus* 544. 53: *Henricus* 887. 63.
Burgate Rob. 547. 50. *Petrus* 878. 36.
Burgh Will. 228. 22. *Radulfus* 261. 32.
Burgh Comes Ultoniæ 227. 51: 228. 9.
Burgham Johannes 22. 28.
Burghersh Barthol. 69. 60.
Burghul Rog. 263. 40.
Burgo Eliz. 258. 24. 48: 259. 53. *Hubertus* 21. 59. Juſticiarius *Angliæ* principalis 327. 58: 330. 40. Camerarius Regis *Johannis* 604. 46: 955. 54. [Vide *Cantii* Comes.] *Ricardus* 21. 20: 1028. 35. *Johannes* 329. 44. *Serlo* 801. 35. *Thomas* 596. 59. *Reimundus* 329. 44.
Burguylon Will. † 622. 28.
Burmyngham Henr. 757. 40: 1028. 37. *Robertus* 1039. 63.
Burnel Rob. 251. 26: 1048. 15. *Rob. Balsam. & Wellen.* Epiſc. 889. 6. *Philippus* 256. 54. *Rogerus* 532. 13: 533. 43: 653. 22. 2.
Burnavil Rob. 87. 40: 88. 2.
Burne Hugo 147. 59.
Burnelbi Rog. 548. 36.
Burnes Will. 458. 2.
Burre Samſon 19. 65.
Burton Will. 249. 52: 984. 54. *Thomas* 336 22: 615. 62. *Nigellus* 650. 61.
Buſei Will. 190. 59: 195. 8. *Oliverus* 192. 37: 397. 59. *Roverus* 397. 60: 395. 38.
Butrun Rob. 311. 13.
Burun Gauſr. 202 57. *Rogerus* 436. 62. 510. 67: 547. 24. *Robertus* 264. 44: 631. 53: 797. 52.

Burwardle Warinus 907. 21.
Busey Nich. 8. 39.
Bussy Galfr. 646. 42.
Buyssy Will. 105. 55. *Fordanus* 105. 56. *Rogerus* 105. 56.
Butlel Hugo 171. 1: 386. 36: 647. 58. 3. *Ricardus* 604. 35. *Walterus* 171. 35.
Buthell Warinus 852. 32. *Ricardus* 852. 34. *Albertus* 852. 36. *Robertus* 305. 49: 852. 39. *Galfridus* 306. 2. 5. 852. 41. Walr.
Bussone Gaufr. 970. 28.
Buteler Rad. 589. 2.
Buthe Regin. 662. 43.
Buvendye Galfr. 250. 25.
Bycham Will. 880. 8.
Bykerstath Rad. 305. 54: 306. 54.
Byrkes Adam 304. 5.
Byronne Johannes 303. 36.

C

CAbergh Alanus 650. 26.
Cade Ernaldus 510. 7. *Will.* 510. 8.
Cadentone Rob. 7. 23.
Cadomo Walt. 878. 5.
Cadurcis Paganus 918. 43. *Hugo* 209. 4. *Willielmus* 607. 59. *Patricius* 918. 57. *Sibilla* 341. 3. [Vide *Cadwo th.*]
Calwalader Rex 919. 20.
Cadwalader frater Oweni magni. 47. 10.
Cahaines Ric. 139. 28. *Willielmus* 908. 34. 42. *Hugo* 908. 37. 44: 982. 46.
Cailli Gerardus 533. 60. *Osbertus* 615. 58. *Willielmus* 909. 40.
Caincio Gerardus 999. 30.
Caines Will. 638. 44.
Caisneto Osbertus 645. 52. *Will.* 645. 66. *Johannes* 908. 3. *Hugo* † 93. 64: 95. 12. *Radulfus* 908. 4. 55. 66: 909. 1. [Vide *Cheinduit.*]
Calce Walt. 161. 55.
Calc Johannes 412. 8.
Cales Rob. 545. 52.
Calecot Gilb. 978. 20.
Calmesdune Ric. 549. 28.
Calne Reg. 208. 2.
Calthorp Oliv. 22. 21. *Walterus Norwic.* Episc. 461. 43.
Calton Adam 268. 62.
Calva Rualdus 247. 39. 16.
Calum Will. 599. 44.
Calz Rogerus 200. 43. *Robertus* 531. 50: 533. 51. 60: 793. 3.
Cambord Rob. 539. 36.
Camera Henricus 117. 55: 544. 25. *Hankinus* 887. 28. *Robertus* 907. 20: 918. 44. *Alexander* 918. 45. *Ricardus* 544. 25. *Johannes* 883. 42: 918. 46. *Walterus* 150. 23.
Camerarius Hubertus 81. 35. *Hugo* 548. 19: 395. 41. *Theodoricus* 982. 26. *Rabellus* 1010. 55. *Willielmus* (*Rabelli* filius) 1011. 59. *Benedictus* 200. 29. *Henricus* (Regis H. 1.) 317. 56. *Adam* 200. 31. *Simon* 276. 14. *Stephanus* 536. 23. *Fordanus* 302. 43: 878. 56. *Willielmus* 395. 41.
Camerarius (Comitis *Richmundiæ*) *Robertus* 883. 12. *Radulfus* 883. 35. *Johannes* 907. 20.
Camerington Steph. 419. 17.
Camhou Robertus 917. 25.
Camin Hugo 106. 3.
Camois Rad. 601. 67.
Campania Warnerus 200. 9. *Robertus* 509. 24. *Margareta* 527. 18: 797. 27. *Henricus* 797. 27. [Vide *Champaine.*]
Campanis Will. 986. 9: 989. 18.
Campans Gilb. 970. 40.
Campdancyne H. Comes S. *Pauli* 302. 14.
Campellis Will. (Archidiac. *Paris.*) 948. 13.
Campendene Osmundus 263. 4.
Campeuse Cecilia 540. 32.
Campo Ernulfi Henr. 653. 11. *Fordanus* 969. 67.
Campion Paganus 239. 43: 242. 1. *Stephanus* 242. 2.
Camvill Hugo 139. 27. *Ricardus* 142. 48: 302. 48: 369. 17: 523. 1: 884. 52: 931. 33: 884. 52: 933. 31: 954. 57: 978. 33. *Rogerus* 193. 45. *Gerardus* 302. 48. *Willielmus* 246. 20: 902. 50: 978. 61. *Robertus* 1015. 8. *Gilbertus* 978. 38. *Agnes* 646. 55. *Ida* 341. 43.
Canceis Rob. 537. 36.
Cancellis Andreas 901. 55: 902. 12.
Canci Walt. 106. 1. *Simon* 547. 61. 63: 531. 41: 535. 31.
Candeure Ric. 207. 64.
Candos Rogerus 71. 66. 3. 18: 794. 12. *Robertus* 904. 32. 59: 986. 23.
Candous Philippus 327. 33. *Rogerus* 376. 17. *Isabella* 954. 37.
Canero Will. 796. 1.
Cantabrigiæ Comes *Willielmus*, frater *Ranulfi* Comitis *Cestr.* 793. 10.
Cantabrigiæ Comes *R.* de *Conesburgh* 229. 63: 441. 20.
Cantabrig Johannes 259. 39.
Cantelou Alexander 206. 55. *Ricardus* 612. 60.
Cantelou (sive Cantilupe) *Willielmus* 67. 45: 551. 3: 833. 51. *Robertus* 31. 42.
Cantelupe Will. † 90. 4. 12. 27. 35: 151. 36: 325. 10: 330. 38. *Nicholaus* 231. 50. *Robertus* 248. 36. *Thomas* Episc. *Herefordiæ* 346. 6.
Cantii Co. *Thomas Holland* 229. 53. *Hubertus* de *Burgo* 423. 33.
Cantuarienſis Archiepiſcopus *Lanfrancus* 373. 21.
Canutus Rex *Angliæ* 852. 29.
Capel Alicia 184. 37.
Capella Hugo 53. 3. *Robertus* 202. 9.
Capra Galt. 594. 27. *Will.* 910. 53. *Goffredus* 910. 54.
Capravill Frari 880. 25.
Caraville Henr. 206. 53.
Carbunel Robertus 537. 51: 590. 31. Will. 885. 10.
Cardeville Ric. 664. 13.
Cardinan Andreas 902. 11.
Cardun Will. 538. 34.
Cardunvill Gualt. 880. 60.
Careles Reg. 915. 3.
Careville Hugo 23. 46.
Carew Gawinus 107. 15.
Caril Will. 299. 3.
Carleolenſes ab Epiſcopo *Dunelmenſi* Chriſtianitatem recepturi à Rege *Willielmo* Conqueſtore mandantur 845. 2.
Carlton Will. 102. 49.
Carun Walt. 526. 67. *Margeria* 547. 13.
Carpentarius † Will. 93. 44. 3: 94. 33. *Alanus* 551. 60.
Cary Tho. 306. 42.
Castell Herbertus 145. 46: 528. 5. *Hubertus* 546. 5.
Castreton Rob. 911. 60.
Catesbiri Helias 509. 1.
Catesfun Rob. 615. 60.
Catesworth Rob. 268. 61.
Catherton Alanus 288. 35. [Vide *Kidderton.*]
Catton Will. 401. 41.
Cattune Raven. 394. 62.
Caudecote Walt. 330. 55.
Cave Margareta 808. 15. *Ricardus* 808. 15. *Alexander* 819. 54. *Petrus* 800. 31.
Caver Alex. 350. 6: 175. 43.
Cavilla Falcomarus 1000. 59.
Cauncefild Johanne 650. 58.
Caunder Emma 547. 27.
Caus Jacobus 94. 29.
Caulton Will. 543. 3. *Robertus* 879. 56.
Caus Jacobus † 88. 58. *Robertus* † 94. 35: 317. 32: 534. 46. 29. 34. 40: 535. 67. *Gaufridus* 534. 11. *Hugo* 535. 42. *Olbertus* 535. 47. *Matild* 547. 26. S. *Ceadda Lichf.* Episc. 120. 39. 44. 52. *Eonscius* 122. 18. *Wulfredum* baptizavit 121. 60. nec non fratrem ſuum *Rufinum* 122. 45.
Cenwallus Rex West Saxonum 838. 28.
Ceolredus Rex Merciorum 852. 10.
Cerne Henr. 889. 32.
Cern gton Guil. 432. 51.
Ceſtre Rogerus 1021. 36.
Ceſtreton Radulfus 284. 38: 285. 22. *Bardulfus* 142. 26.
Ceſtria Robertus 612. 54. *Ricardus* 799. 66. *Helias* 1024. 21.
Ceſtriæ Comes Hugo 527. 53: 950. 44: 954. 46: 966. 35. *Lucia* Comitiſſa 809. 61.
Ceſtriæ Comes Ranulphus 233. 42: 260. 53. 54: 267. 17: 268. 30: 280. 20: 312. 6. 42: 388. 6: 510. 49: 527. 51: 531. 48: 532. 33. 13. 16. 19. 21: 537. 16: 547. 3. 11: 548. 15: 613. 45: 809. 10: 851. 45: 871. 59. 16: 984. 19: 1013. 11.
Chacepore Petrus 333. 24. 48: 337. 37. *Hugo* 337. 45.
Chaderington Walt. 276. 20.
Chadleworth Rad. 266. 38.
Chaisnei Will. 139. 1.
Chalke Walt. 110. 10.
Chamburlein R. 310. 33. *Johannes* 825. 30.
Champaine Will. 631. 17. *Nicholaus* 631. 22. *Robertus* 112. 45. *Petrus* 646. 59: 647. 14. 64.
Champeus Rob. 653. 11.
Champfleure Reg. 529. 51. *Martinus* 663. 50.
Chandos Ric. 263. 3. *Rogerus* 876. 28.
Charenci Rad. 809. 3.
Charnes Regin. 915. 31.
Charnels Rad. 90. 19.
Charun Guiſc. 92. 42.
Chaucumbe Hugo 279. 32. 58. 16. *Warinus* 809. 19. *Robertus* 279. 34: 280. 21.
Chavincurt Nich. † 622. 30.
Chauncy Simon 797. 39. *Philippus* 797. 39. *Isabella* 811. 52.
Chaundeler Johannes 472. 15.
Chaure Ranulphus 508. 42.
Chaworth patricius 188. 42: 324. 56. *Paganus* 325. 44. *Thomas* 607. 6: 608. 29: 609. 11. 49: 611. 2. 8. *Willielmus* 611. 9: 977. 3.
Chaurune Adam 157. 22: 158. 35; 159.

159. 21. *Willielmus* 157. 55.
Chedworth Thomas 259. 41.
Chednei Will. 593. 53.
Chelesford Petrus 527. 16.
Cheinduit Adeliza 35. 39: 37. 18. *Simon* 35. 40: 37. 19. *Hugo* 35. 40: 37. 19.
Chelers Henr. 530. 64.
Cheney Johannes 234. 10. 54: 235. 30: 295. 61: 483. 35. *Hugo* 331. 4. *Petrus* 234. 67. *Willielmus* 235. 30: 297. 48. *Rogerus* 593. 9. 44.
Cheresburg Wiganus 109. 29.
Cherlecote Walt. 831. 8. *Willielmus* 831. 7. *Geraldus* 831. 22.
Cherinton Adam 255. 9. *Ricardus* 255. 23.
Cherles Gilb. 795. 21.
Cherleton Adam 253. 66: 254. 1.
Chernok Ric. 306. 63.
Cherrings Adam 405. 23.
Cherilton Rob. 261. 34.
Cherwind Johannes 147. 49: 317. 62. *Philippus* 317. 62.
Cherwode Radulfus 339. 35. *Robertus* 339. 40.
Chevene Henr. 113. 44.
Cheverel Alex. 207. 30.
Cheurecort Walt. 277. 30.
Cheyncone Hugo 915. 3.
Cheynduit Ulianus 344. 40. *Radulfus* 412. 9.
Chilham Hamo 527. 21.
Chilton Rob. 10. 39: 432. 53.
Chinun Will. 799. 56.
Chiselford Will. 295. 35.
Chithul Johannes 338. 28.
Chiwene Henr. 112. 47.
Chokerell Will. 154. 53.
Chorleton Joh. 224. 27: 225. 37.
Chukehull Hugo 109. 67.
Chyriton Will. 374. 44.
Ciceſtrix Comes Will. 274. 56.
Claie Petrus 275. 1. 13. *Henricus* 554. 43.
Claiton Jordanus 454. 59.
Clare Will. 664. 19. *Jacobus* 508. 22. *Johannes* 884. 37. *Baldwinus* 953. 41. *Ricardus* 508. 22.
Clare Comites, eorum Origo 193. 11. [Vide *Hertfordia* Co.]
Clare Comes *Gilbertus* 507. 51: 508. 35: 510. 53: 530. 27. 43: 531. 6. 12: 900. 51. *Rogerus* 20. 30: 507. 57: 510. 44: 510. 55: 523. 67: 549. 45: 631. 50. *Ricardus* 640. 45: 75. 44. *Matilda* Comitiſſa 188. 34: 510. 19: 546. 32: 547. 37: 884. 32.
Clare Iſabella (domina de *Berkley*) 884. 28.
Clarentix Dux Leonellus 228. 25.
Clavill Walt. 8. 42: 205. 18. *Gilbertus* 362. 19.
Claxſeby Johannes 1015. 9. 10. *Rogerus* 1015. 9. 10.
Claxton Jeremias 664. 46.
Cleie Radulphus 915. 47.
Cleipol Galfridus 531. 60: 547. 51. *Ricardus* 647. 56.
Clement Rogerus 422. 61.
Clens Auſchitellus 970. 44.
Clere Robertus 148. 43.
Clerenuns Alicia 507. 63: 510. 44: 531. 44: 546. 7.
Clesby Hauſculphus 397. 43.
Cliff Adam 610. 22. *Johannes* 664. 14.
Clidon Will. 234. 24.
Clifford Walterus 48. 17. 46: 49. 14: 331. 28. 14: 646. 15: 647. 47. 53: 884. 15: 21. 51: 988. 42. *Rogerus* 48. 23. 27: 331. 2. 45: 897. 31: 918. 22. *Hugo* 331. 4. *Ricardus* 884. 21: 885. 9: 918. 33. *Egidius* 330. 52. *Robertus* 846. 45. *Simon* 72. 58. *Willielmus* 885. 9. *Margareta* 331. 57.
Clifton Reginaldus 637. 66.
Clinton Galfridus 31. 30: 114. 14. 21: 115. 8. 39: 117. 1. 38: 119. 6: 126. 61: 129. 4: 141. 63. *Edwardus* 239. 27. *Henricus* 116. 15: 527. 4: 545. 63. *Johannes* 352. 27. *Jordanus* 548. 24. *Eua* 661. 28: 662. 32. *Willielmus* 81. 30.
Clinton Willielmus Comes *Huntendoniæ*, Vide *Huntend. Comes.*
Cliveland Petrus 151. 20.
Clopton Will. 546. 59.
Clopton Rob. † 630. 24.
Clotingham. Rob. 546. 29.
Clottone Will. 538. 38.
Clovile Savaricus 142. 13.
Cobham Henr. 258. 20: 618. 59: 435. 29.
Cobes Rob. 548. 33.
Cocton Sim. † 90. 9.
Codham Mich. 639. 41.
Codicote Will. 376. 12.
Cogan Johannes 233. 9. *Milo* 1039. 62.
Cogepol Ernaldus 242. 57. *Simon* 242. 12.
Coigne Rob. 261. 34.
Coigners Rog. 611. 46.
Cokefeld Rob. 558. 5.
Coker Rob. 10. 40.
Cokeringron Johannes 644. 24.
Cokyn Will. 458. 18.
Coldinton Aluredus 26. 40.
Colekirk Alicia 184. 23.
Coleſon Will. 658. 19.
Coler Johannes 437. 42.
Coleworth Hugo 294. 45. [Vide *Culeworth.*] *Willielmus* 292. 47.
Colevill Rogerus 593. 16. *Radulfus* 984. 5. *Philippus* 196. 34: 202. 66: 449. 34. *Willielmus* 268. 19: 532. 11: 538. 49: 880. 50. *Thomas* 397. 59: 540. 46: 881. 7. *Ricardus* 536. 1.
Colingham Aluredus 647. 52. *Walterus* 532. 27. *Robertus* † 630. 30.
Colinham Ric. 631. 25.
Colſhill Laurencius 322. 6.
Colum Walt. 653. 15.
Columbe Will. 269. 23.
Columbers Mathæus 110. 25: 325. 18. *Philippus* 110. 26: 244. 27: 570. 25. *Baldwinus* 530. 61. *Willielmus* 244. 41.
Coluncis Hugo 325. 6.
Columcarius Osbertus 203. 21.
Comba Reg. 889. 34.
Combrug Rob. 269. 63.
Comeriis Will. 903. 14.
Comin Will. † 90. 49. *Johannes* 251. 16. *Maria* 184. 67. *Ricardus* 94. 54. 65.
Conayn Galfr. 998. 21.
Conchis Rad. 966. 30.
Condei Rog. 371. 50. *Alicia* 538. 8.
Condecote Walt. 72. 60. *Hugo* 529. 3.
Coniers 319. 59.
Coniers Will. 917. 48. *Henricus* 957. 45. *Rogerus* 152. 33.
Conſtabularius Will. 161. 26. 47: 162. 56. *Lumbertus* 161. 47.
Conſtabularius (*Richmundiæ*) *Roaldus* 394. 45: 649. 50: 902. 18. *Alanus* 883. 34: 903. 9.
Conſtabularius Robertus 164. 53: 220. 25. *Baldwinus* 183. 31. *Willielmus* 799. 53: 823. 52. *Rogerus* 799. 52.
Conſtabularius (de *Flamburgh*) *Robertus* 799. 6.
Conſtabularius *Ceſtriæ willielmus* 186. 51: 799. 38. *Agnes* filia 799. 37: 801. 43. *Rogerus* 188. 37. Hiſtrionum infra Comitatum *Ceſtriæ* Advocatus 88. 54. *Robertus* 799. 30: 877. 38. *Johannes* 188. 55. 19: 548. 45.
Conſtantine Johannes 915. 1. *Nigellus* 956. 26.
Conſtantine Ric. 46. 56. *Galfridus* 1036. 31.
Conſtenun Tho. 254. 19.
Conſtantinenſis Vicecomes *Nigellus* 950. 58.
Conſtantiis Walt. Archidiac. *Oxon.* 991. 11.
Conſtantiis Johannes Archidiac. *Oxon.* 953. 33.
Contevilla Herlevinus 950. 33.
Cophin Galfr. 323. 44.
Cophull Ric. 304. 48: 305. 67.
Coppegrave Rog. 450. 60.
Corbet Nicholaus 24. 49. *Robertus* 71. 5: 887. 27. *Rogerus* 147. 66. *Thomas* 255. 35. *Walterus* 94. 23: 336. 54. *Willelmus* 337. 4. *Hadwiſa* 362. 34.
Corbieun Petrus 527. 52. 11. 14: 545. 66.
Cordon Petrus 25. 20.
Corneburgh Hugo 148. 58. *Ingeram* 99. 62.
Cornehille Gervaſius 526. 44. *Johannes* 18. 65. *Henricus* 435. 19: 648. 20.
Corney Henricus 82. 35.
Corneys Will. 662. 65.
Cornhampton Adam 664. 67.
Cornubia Hamelinus 910. 48.
Cornubiæ Comes *Reginaldus* 108. 24. [544. 37] *Almerus* 206. 5. *Edmundus* 344. 19: 346. 64: 543. 29: 901. 26: 922. 53. *Ricardus* 834. 7: 901. 34. 60. *Willielmus* 869. 13.
Corri Hugo 152. 19.
Cortu i Gauf. 902. 19.
Coſtein Galfr. 1039. 62.
Coſtentyne Tho. 47. 67. *Robertus* 203. 5.
Cotel Ric. 206. 57. *Robertus* 325. 35.
Coterel Will. 581. 24: 542. 17.
Cotes Will. 258. 29. *Petrus* 603. 21. *Robertus* 293. 20: 312. 40. *Ricardus* 446. 6. *Alanus* 591. 36.
Cottuſmore Johannes 375. 62.
Couele Will. 284. 61.
Coupland Robertus 350. 27. *Alanus* 425. 7. *Ricardus* 425. 7. *Johannes* 426. 11. *Henricus* 1021. 37.
Courtney 6. 62. *Hugo* 68. 35: 179. 62. [Co. Devon. 179. 66.] *Regin.* 1008. 18. *Robertus* 179. 36. 60: 197. 1. *Willelmus* 271. 18.
Cowdray Bened. 919. 52.
Craft Gaufr. 312. 20. *Robertus* 312. 22: 315. 65. *Rogerus* 543. 25.
Cramaville Rog. 18. 38.
Crancewyke Johannes 800. 64. *Walterus* 799. 21. *Willielmus* 799. 21.
Craſſus Will. 1033. 5.
Craunford Joh. 543. 33.
Crawedonc Hugo 613. 44.
Crec Bartholomæus 183. 11: 362. 35.
Crecht Rob. 791. 38.
Creft [Vide *Craft.*]
Crepito Corde Vide *Crevequer.*
Creppings Job. 397. 55. *Walt.* 878. 50.
Creſſiere Joh. 899. 17.
Creſſaune Will. 597. 40.

Cressy Hugo 154. 41: 593. 58: 978. 33: 1003. 2. *Will.* 53. 2. *Alexander* 533. 67. *Rogerus* 977. 2.
Crevequer Robertus 110. 12. 27. 47: 111. 14. 32. 44. 29: 112. 52: 113. 43. 56. *Elias* 110. 40: 112. 66. 57: 113. 57. *Hamo* 113. 6: 245. 10. *Alexander* 796. 28. Ejus stemma 796. 2. 809. 50. *Oeardus* 458. 28. *Simon* 797. 44. *Daniel* 526. 65: 110. 40: 111. 8: 112. 66. 2. 44. *Reginaldus* 536. 44: 797. 64. *Emma* 641. 32. *Willelmus* 798. 23.
Creyk Galfr. 329. 55. *Ricardus* 22. 23. *Robertus* 329. 55.
Crisdel Walt. 249. 48.
Crieil Ric. 94. 54.
Crigleston Tho. 288. 53.
Crikelade Walerand 284. 59.
Crikeeot Guil. 184. 43. [Ejus progenies *ibid.*] 593. 47: 594. 2. *Eus* 184. 63.
Crispin Rog. 508. 67. *Milo* 535. 67: 954. 24. *Gilbertus* 978. 35. *Willelmus* 953. 58: 954. 24: 956. 27.
Croc Will. 118. 53: 527. 8.
Croer Ric. 540. 58.
Croft Rog. 1024. 36.
Croilli Will. 799. 64. 81.
Croke Regin. 889. 34. *Rogerus* 212. 39.
Crokelton Galfr. 422. 60.
Crokedayk Adam 92. 43.
Crolli Berardus 536. 47. 54.
Cropthorn Godardus 36. 14.
Crosslebi Galfr. 647. 32.
Croun Petronilla 69. 47: 70. 12. *Alanus*, ejus progenies 96. 50: 70.
Croxmare Gilb. 1015. 11.
Croxton Joh. † 622. 55.
Crun Mauricius 533. 56: 922. 55.
Cryel Bertramus 332. 52: 605. 14. *Nicholaus* 604. 55: 605. 15: † 623. 30. 37. *Margeria* 604. 5.
Cubicularius Will. 1012. 42.
Cuganeio Helias 277. 60.
Cuili Hugo 145. 46.
Cukency Vide *Kukency.*
Culesworth Hugo 246. 62. *Ricardus* 293. 7. *Hervicus* 293. 9.
Culture Henr. 8. 46.
Cumbe Hugo 525. 9. *Norm.* 525. 9. *Ricardus* 637. 25. *Baldwinus* 83. 22. 27.
Cumin Walt. † 89. 28. *Ric.* 89. 7.
Cumpton Walerand 117. 54.
Cumtevile Adam 233. 12.
Cundi Osbertus 646. 3. *Regin.* 664. 81. *Rogerus* 369. 24: 395. 51: 528. 18. *Agnes* 331. 15.
Cundale Henr. 596. 14.
Cuntone Rad. 545. 11.
Curbuel Paganus 449. 33.
Curci Robertus 90. 14: 387. 25: 920. 2: 954. 65. *Johannes* 75. 9: 1019. 9: 1020. 22: 1021. 10. 44. 25. 42. 65: 1023. 59. 63. 6: 1046. 49. *Jordanus* 9. 61. *Ricardus* 798. 25: 956. 27. *Willelmus* 9. 49: 920. 29. Dapifer Regis H. 2. 522. 57: 1021. 38. *Alicia* 250. 28. *Matsa* 536. 49.
Curli Will. 116. 7.
Curson Will. 22. 41: 354. 15. *Ricardus* 548. 38. *Rob.* 593. 8: 614. 63.
Curteis Will. † 625. 16.
Curtellis Wandr. 637. 65.
Curtenai Regin. 15. 36: 294. 39: 814. 59: 978. 32: 1040. 14. *Henricus* 284. 56. *Johannes* 556. 16: 557. 24.
Curthose Robertus (filius Regis *Will.* Conq.) 220. 32.
Curtune Reinaldus 45. 55.
Cusetug Rog. 266. 49.
Cutte Johannes 484. 56.
Cyretone Will. 921. 18.

D

DAcre Ranulphus 139. 13. 15. Ejus progenies *ibid.* *Theobaldus* 74. 22. *Ranulphus* 197. 36. *Georgius* 918. 15. *Elizabetha* 918. 4. *Thomas* 918. 10.
Daci Ascelinus 34. 43: 36. 10.
Daiville Vide *Dyville.*
Dalby Gaufr. 312. 38. 48. *Robertus* 344. 39. *Willelmus* 473. 29: 309. 24: 314. 1.
D'Alnei Will. 119. 20.
D'Altaripa Ric. 102. 14. *Will.* 442. 1. *Philippus* 230. 18: 645. 35.
Dalton Will. † 88. 32.
Dammartin Albericus 87. 11. *Willelmus* 135. 35: 324. 50: 908. 11. *Odo* 247. 13: 403. 16. 62.
Damori Rogerus 137. 28: 228. 24: 285. 22: 834. 35. *Robertus* 137. 38: 284. 57. *Gilbertus* 299. 4.
Dancis Joh. 342. 54.
Danensis Ric. 98. 1.
D'Aneto Fulco 953. 52.
D'Angervill Will. 395. 37.
D'Angervil. Bened. 207. 33. *Rogerus* 190. 57. *Robertus* 1009. 11: 192. 38: 193. 19: 371. 49. 395. 37.
Daniel Will. 800: 60. *Johannes* 610. 66.
D'anisei Turstinus 961. 21.
Danisel Milo 207. 28. *Hugo* 279. 65.
D'anvers Ric. 395. 38.
Dapifer Eudo 972. 63. [Vide *Eudo.*]
Dapifer Petrus (*scil. Gervasii Paganelli*) 912. 12.
Dapifer Regis *Willelmi* Conquestoris *Stigandus* 997. 4.
Dapifer Johannes 816. 6. *Alanus* 894. 37. *Osbertus* 911. 4. *Radulfus* 911. 64.
Darci Rob. 211. 11. Ejus progenies *ibid.* & l. 53. *Henricus* 212. 23: 230. 18. *Johannes* 644. 48. *Michael* 211. 42. *Normannus* 212. 12: 597. 20. *Radulfus* 211. 49. *Robertus* 211. 13. 40. *Rogerus* 211. 36. 16: 536. 3. *Thomas* 211. 36. 16: 536. 3. *Philippus* 70. 24: 211. 61: 644. 48: 795. 20. *Willelmus* 212. 19: 1048. 13.
Darell Maimaducus 395. 12. *Willelmus* 395. 9.
Dastard Will. 205. 59.
Davenire Phil. † 639. 47.
David filius *Leuelini* principis de Abertrim 338. 65.
Davillers Will. 1021. 20.
Dayloffe Will. 548. 43.
Dayville Rob. 42. 66: 555. 14: 896. 59: 977. 2. *Nigellus* 977. 6. *Ricardus* 836. 59. *Thomas* 174. 36.
De Flubari Will. 331. 1.
Deincourt Oliverus † 93. 23: 95. 16. *Johannes* 603. 25: 547. 36. *Radulfus* 192. 14: 94. 17. 53. *Rogerus* † 93. 43: 95. 44. 29. *Walterus* † 93. 26: 532. 35. 43. 45. 64: 533. 5: 596. 13.
De la Beche Nich 355. 61.
De la Berre Adam 664. 10.
De la Lande Paganus 538. 32.
De la Lay Hugo 288. 51. *Robertus* 290. 12.
De la Mare Adam 887. 63. *Alanus* 49. 7. *Johannes* 889. 31: 19. 13.
De la More Galfridus 549. 9.
De la Planche Rad. 113. 58.
De la Pole Will. 350. 26: 930. 7.
De la Vale Guido 997. 34. *Gilbertus* 611. 46. *Hugo* 14. 50: 34. 24. 47: 36. 58. *Robertus* 612. 41: † 87. 40. 3. *Wado* 554. 24. *Will.* 294. 40.
De la Ward Joh 27 1.
De la Ware Johannes 455. 43.
Dene Johannes 298. 8. *Ranulfus* 544. 13: 636. 47: 637. 28. *Robertus* 637. 54. *Willelmus* 1028. 36.
Denham Johannes 355. 64.
Denne Amfridus 921. 19.
Densy Rob. 280 34.
Denton Rob. 467 56.
Derbiæ Comes [Vide *Ferrers.*]
Derham Galfr 22. 24.
Dereford Hugo 295. 22. 33. *Adam* 295. 32.
Desbiars Will. 910. 44.
Despenser Gaufr. 163. 30. *Hugo* 186. 32: 184. 44: 224. 48: 225. 20: 513. 59. *Thomas* 268. 19. *Will.* 268 20.
Detling Will. 112. 44: 639. 37.
D'eveteus Johannes 529. 6: 549. 45. *Willelmus* 331. 1: 1012. 43.
Devon. Comes *Baldwinus* 8. 51. *Ric.* de *Rivetis* 8. 59: 9. 36. *Baldwinus* 530. 17. *Willelmus* 905. 23. *Amicia* Comitissa 343. 22. *Robertus* filius Comitis 297 34.
Diggeby Johannes 278. 54: 399. 7. *Willelmus* 814. 55.
Dinneslei Will. 526. 11.
Dirinton Walt. 533. 49.
Disci Radulfus Archidiac. *London.* 797. 51.
Ditton Will. 336. 9.
Divo Philippus 277. 59. *Hugo* 30. 62: 31. 40: 312. 57: 545. 50. † 6. 4. 46. 642. 16. *Johannes* 422. 53. *Willelmus* 422. 53: 545. 48: † 630. 28. *Galfridus* 140 56. *Radulfus* 882. 2. *Matheus* 423. 26. *Matildis* 30. 60 31. 6: 881. 10.
Dod Will. 254. 20.
Dodeneis Hervæus 295. 30.
D'odingsels Will. 341. 47: 832. 62. *Johannes* 545. 5. *Hugo* 545. 5.
Do Isvelie Will. 529. 54.
D'Oilli Rob. 136. 12. 31 39. 3: 137. 1. 12. 14. 16. 25. 41 39. 528. 24: 545. 30. *Nigellus* 136. 33: 137 27. 25. 28. *Henricus* 136. 4: 137. 43. 48: 138. 45: 139. 20. 36: 545. 31 *Gilbertus* 137. 43. 48. *Fulco* 137. 27. *Rogerus* 529. 29.
Doisnelli Rob. 510. 14: 544. 52.
Doli Rogerus 797. 55.
Domesman Hugo 33. 56.
Doncvill Robertus 196. 55.
Doniton Petrus 453. 38.
Donstanvill Walt. 252. 48. [Vide *Dunstanvill.*]
Dortecote Aldredus 913. 65.
Dovor Robertus 302. 17. *Hugo* 527. 12. *Fulbertus.* 653. 20. *Isabella* 602. 47. *Roesia* 302. 52. *Matildis* 30. 32.
Douherd Johannes 113. 46.
Draicote Hugo 914. 34. *Philippus* 269. 26.
Drayton..... 197. 40.

Dreiton Alex. 295. 32.
Drew Johannes 22. 22.
Drine Alfredus 282. 40.
Driſtoke Gilb. 447. 55.
Druel Will. 239. 42.
Druet Walt. 528. 21. 35.
Drunal Thomas 284. 55.
Duce Helewiſia 147. 38.
Dudemonſtone Robertus 916. 52.
Dudunul Helias 538. 59.
Duket Nicholaus 302. 12. *Ricardus* 558. 5.
Duly Johannes 298. 10.
Duncleſton Thomas 94. 25.
Dune Radulfus 324. 53. *Petrus* 644. 23.
Dunebrig Ric. 324. 54.
Dunelme Steph. 599. 32.
Dunelm. Epiſc. Hugo (de *Puteaco*) 846. 42. *Anthon. Brk.* 846. 30.
Duneſford Reg. 123. 60.
Dunham Johannes 615. 62.
Dunſtall Accroſius 539. 35.
Dunſtanvill Rob. 4. 55: 908. 62. 66. *Walterus* 253. 16: 603. 40. 1042. 36. *Rainaldus* 908. 55. [Vide *Donſtanvill.*]
Dunton Will. 879. 55.
Duntrope Will. 276. 24.
Durant Joh. 382. 17. *Willielmus* 879. 57.
Duranteſthorpe Petrus 269. 61.
Durton Hugo 186. 30. 52. *Adam* 800. 30.
Dynam Oliverus 285. 52. 29. 30. *Galfridus* 285. 52. 29. 30.
Dynant Joceus 215. 43.

E

EAron Johannes 450. 28.
Eboraco Will. 151. 35: 557. 17: 664. 45.
Eboraci Archiepiſc. Willielmus 546. 47.
Eboraci Dux Ricardus 448. 19. *Cecilia* Ducilla 451. 26.
Ebroicis Steph. 261. 50: 263. 19. 60. *Johannes* 263. 2. *Willielmus* 263. 60: 1011. 12. [Vide *Devereux.*]
Ebroicenſis Comes Ricardus 950. 29. *Willielmus* 956. 20: 957. 7.
Ecbertus Rex Occidentalium Saxonum 843. 59.
Eccleſhale Rad. 53. 2. *Thomas* 129. 65. *Robertus* 608. 17.
Echewyke Tho. 87. 44.
Echingham Simon 358. 8: 921. 61.
Eclingham Will. 112. 42.
Eddi Epiſcopus (Weſt Sax.) 838. 1.
Edgarus Rex Angl. 839. 66. 26: 841. 33: 862. 39: 864. 44: 865. 21: 941. 26.
Edmundus Rex Weſt Sax. 838. 24: 842. 2.
Edmundus Rex Angl. 841. 41: 842. 2.
Edmundus filius Regis Henr. tertii. 263. 14.
Edneſoure Rad. 268. 63.
Edredus Rex Anglorum 840. 2. Cartas de **Stiringtone**, in agro *Somerſetenſi*, ignis vaſtatione combuſtas, in quantum memoriter illarum tenor recordari poterat, deſcribi juſſit & confirmavit 840. b. 842. 43: 843. 2. Donum ejus memorabile *Wulfrico* miniſtro ſuo factum de quinq; manſis apud **Dudelintune**. 867. 2. b.
Edwardus Rex *Angliæ* (cognom. Confeſſor) Donatio ejus de *Teinmuth* Cœnobio S. *Dyonyſii* juxta *Pariſ.* 965. 2.
Edwardus Princeps *Walliæ* & Comes *Ceſtriæ* (primogenitus Regis H. 3.) Abbathiæ de *Valle regali* fundationem vovit 921. 40.
Edwardus Rex *Angliæ*, poſt conqueſtum primus, Dona ejus Hoſpitalariis 549. 33.
Edwi Rex Anglorum 837. 841. 20: 859. 61.
Egbertus Rex 857. 58.
Egleſclive Walt. 650. 23.
Egremont Will. 101. 18.
Eilbe Osbertus 913. 66.
Eiverie Johannes 136. 24.
Eland Henr. 800 31.
Elfand Joh. 543. 35.
Elhale Grimbaldus 426. 17. 26.
Elkington Alanus 1015. 11.
Ellerton Will. 22. 25.
Elmingeham Juliana † 625. 10.
Elſeby Johannes 1015. 9.
Elſtaneſeld Rogerus 953. 67.
Elſyng Will. 462. 45.
Ely Robertus 301 35.
Elylond Petrus 542. 44.
Embertune Paganus 910. 52: 911. 15.
Empaſtorat Picot 82. 42.
Endirby Albinus 811. 16.
Engaine Adam 132. 2. *Henricus* 25. 32: 271: 58: 298. 26. *Gilbertus* 131. 36. *Hugo* 241. 15. *Johannes* 76. 42: 271. 39: 298 18. *Matildis* 532. 16: 547. 57. *Odo* 242. 46. *Ricardus* 296. 41. Ejus progenies 297 a. b. *Robertus* 297. 5: 546. 50. *Radulfus* 74. 61. 131. 36. *Thomas* 24. 25. *Vitalis* 297. 3: 298. 67. *Walterus* 800. 33. *Warnerus* 538. 31. *Willielmus* 74. 65.
Engelby Jollanus 212. 43: 531. 42. *Goſlanus* 536. 32. *Joſcelinus* 1015. 56. *Willielmus* 644. 23.
Engelram Willielmus 148. 32: 151. 54.
Englechevill Theob. 545. 5. 24.
Engleſeld Alanus 663. 49. *Hugo* 663. 51: *Willielmus* 330. 65.
Ercalwe Will. 255. 3. *Johannes* 255. 7.
Erdington Henr. 147. 61. *Philippus* 913. 40.
Ereſbi Steph. 536. 21.
Erghom Malgerius 161. 51. *Walterus* 164 30.
Erkelawe Johannes 147. 1.
Erleg Johannes 301. 41. *Willielmus* 550. 17. 551. 8.
Erpingham Tho. 22. 35. Seneſchallus Regis H. 5. 362. 24
Eſchales Simon 374. 40.
Eſchalers Robertus 901. 57. *Brianus* 1024. 31. *Tedbaldus* 877. 4.
Eſcuis Will. 957. 65.
Eſcotegnies Walt. 920. 43.
Eſcotok Walt. 1040. 61.
Eſcrope [Vide *Scrope.*]
Eſnures Rogerus 661. 29. *Thomas* 662. 37. 1.
Eſkelby Wimarus 393 49.
Eſlington Rog. 592. 60.
Eſpec Walt. 35. 34: 105. 39: 106. 15. 46: 80. 28: 541. 4.
Eſſebi { Adam † 619. 51.
{ Philippus 896. 19. 41. *Robertus* 896. 19. *Willielmus* 896. 50.
Eſſele Ivo 323. 60.
Eſſex Henr. Conſtab. Regis 4. 54: 37. 27. 81. 47: 527. 6: 546. 25: 548. 3. *Susanna* 877. 63. *Adelitz* 877. 54. *Robertus* 4. 23.
Eſſexiæ Comes Willielmus 82. 26. *Willielmus* de *Mannevile* 302. 45: 386. 43: 542. 12: 544. 14: 878. 11. *Galfridus* filius *Petri* 411. 52: 437. 20: 820. 63: 821. 56. *Rohesia* Comitiſſa 877. 50.
Eſt Walt. 327. 50.
Eſtentona Rozelinus 966. 54.
Eſterby Thoraldus 536. 61.
Eſtle Thomas 631. 37.
Eſtley Andreas 265. 16. *Thomas* 265. 28.
Eſtricheſwald Rog. 422. 57.
Eſtokes Petrus 90 16.
Eſton Jacobus 103 52. *Johannes* 38. 11: 272. 8. *Osbertus* 207. 34: 209. 67. *Randulphus* 506. 61. *Ricardus* 37. 31. *Willielmus* 207. 21. *Odo* 51. 63. *Robertus* 10. 40.
Eſtopham Will. 899. 19.
Eſtre Rog. 180. 51. *Galfridus* 653. 16.
Eſturmi Rob. 151. 5. *Rogerus* 295. 31.
Eſturevill [Vide *Staterill.*]
Eſtwike Will. 242. 46.
Eſvile Sewale 604. 23.
Ethelbaldus Rex Merciorum 852. 14.
Ethelredus Rex 842. 13: 851. 46. 56: 852. 25: 866. 36.
Ethelſtanus Rex 367. 11. plurima de eo *ibid.*
Ethelwardus Wicciorum Subregulus 852. 3.
Eton Ivo 53. 29.
Eudo Dapifer Regis H. 1. 889. 57. (filius *Huberti de Riá* 67.) 892. 9.
Eu Radulfus 88. 4.
Evenle Tedbaldus 293. 9.
Everdone Ric. 658. 20.
Everingham Rob. 547. 30: 823. 51. *Adam* 608. 15.
Everingham Rob. 41. 30.
Evermond Jollanus 200. 29: 421. 40. *Walterus* 421. 41.
Evermu Jordanus 422. 40: 643. 51. *W.* 312. 35. *Reynerus* 815. 20. *Willielmus* 422. 41.
Ewias Sibilla 332. 28: 918. 24. *Robertus* 210. 29: 332. 28. 529. 42. *Willielmus* 332. 43: 918. 32. 34. *Rogerus* 145. 47.
Ewreus Walt. 341. 55. Comes de *Roſmare.* Ejus progenies 341. 2.
Exeranceus Johannes 47. 47. 146. 54: 252. 36: 915. 39. 41. *Radulfus* 47. 13. *Fulco* 256. 24. *Hamo* 252. 31: 915. 48. *Wydo* 47. 6: 915. 40. *Rogerus* 255. 17. *Willielmus* 146. 5.
Exoniæ Comes Ric. de Rivers 905. 40. *Baldwinus* 905. 53.
Eya Philippus 834 36.
Eyleſford Walt. 263. 40.
Eyrone Willielmus 876. 6. *Petrus* 915. 51.
Ezmondeys Galf. 809. 34.

F

FAgenulf Walt. 394. 47.
Fairchild Osb. 101. 14.
Falconer Henr. 151. 41. *Wicius* 201. 60. *Matheus* 1052. 32.
Faleleye Ric. 662. 41.
Faleis Alanus 510 62.
Faleſham Will. 593. 11. *Nicholaus* 593. 56.

Falken-

Falkenburgh Petrus 200. 16.
Famshre Payn 47. 38.
Fandon Petrus † 87. 47.
Fanecurt Gerardus 96. 10. [Vide *Phanecurt.*]
Farendone Will. 542. 42.
Farlinton Steph. 162. 31.
Farnhill Aldredus 101. 13.
Farnton Rog. 101. 11. 22.
Fauconberg Walt. 149. 31. 58: 150. 20: 297. 13: 598. 31: 599. 58. *Stephanus* 599. 60. *Henricus* 600. 20. *Willelmus* 600. 47.
Faucillinus Rob. 794. 13.
Faverch's Gruf. 30. 37. 47: 21. 24. 46. *Richildis* 20. 43.
Fauconer Will. 665. 8.
Favertham Thomas 258. 28.
Fauntleroy Johannes 476. 18.
Fauvel Adam 101. 17.
Fayerwald Johannes 649 39.
Fecherby Rad. 539. 48.
Felcham Will. 887. 35.
Felton Johanna 22. 49. *Thomas* 22. 61. *Rogerus* 918. 30.
Fenes Matilda 68. 34.
Fenne Will. 249. 50.
Fenneby Hugo 616. 2.
Fenwick Tho. † 87. 18. *Robertus* 917. 14: 918. 59. *Johannes* 918. 36.
Fere Drogo 197. 41.
Fereis Henr. 259. 39.
Fethou Theodoricus 982 70.
Feringes Theob. 893. 27.
Ferendone Petr. 266. 57.
Ferlee Henr. 662. 10.
Ferlege Philippus 205. 46.
Ferlings Osmundus 534. 6.
Ferlington Henr. † 87. 35: 196. 36. *Johannes* 99. 58.
Fernhil Adam 101. 26.
Ferte Acius 33. 24. 26. *Guido* 460. 67.
Ferters Johannes 249. 2. *Hugo* 40. 39: 130. 33. 13: 218. 42. *Henricus* 69. 62: 873. 51. 55: 906. 28: 956. 29: *Johann.* 250. 20. *Egenulfus* 873. 55. *Isabella* 218. 64. 17. *Lucia* 511. 11: 546. 64. *Radulfus* 647. 7. *Robertus* 506. 13. 21: 509. 8: 873. 56. *Willelmus* 118. 43: 130. 54: 509. 22: 523. 1: 538. 23: 598. 3. *Ivo* 130. 14. 30. 54.
Ferters Comes Will. 47. 7: 294. 47: 398. 27: 407: 506. 56: 508. 32. 66: 510. 40: 511. 5. 9: 543. 55: 546. 64: 873. 38. 133 874. 25. 54: 965. 42.
Ferters Comes Robertus 231. 45: 294. 46: 317. 34: 506. 57: 523. 62: 547. 41. [Vid. *Derbia* Comes.]
Ferters Rob. Comes *Nottingh.* 39. 28: 873. 56: 875. 5.
Ferte Radulfus 131. 35. *Margeria* 324. 30. *Willelmus* 325. 56.
Fesketord Lucia 250 38.
Fetherston Rad. 34. 50: 36. 23.
Feulers Will. 422. 44.
Fichet Hugo 30. 38.
Fil. Achari Walt. 883. 38: 903. 23. *Hervaus* 903. 10.
Fil. Acelini Nich. 794. 7.
Fil. Adæ Meuriche 549. 60. *Adam* † 624. 34.
Fil. Adelardi Herbertus 797. 26: 849. 3.
Fil. Aeri Joh. 147. 66.
Fil. Ailwini Gautr. 171. 10: 386. 44.
Fil. Ailrici Sweno 34. 35. 37: 36. 2.
Fil. Alani Brianus 197. 35: 288. 35. *Galfridus* 276. 7. *Johannes* 117. 54: 934. 65. *Radulfus* 650. 48. *Walterus* 102. 9: 528. 1. *Warinus* 208. 14. *Willelmus* 46. 45: 252. 16: 276. 3: 327. 47: 527. 34. 19: 528. 63 7: 546. 2. 915. 2: 933. 10.
Fil. Alardi Herbertus 603. 20.
Fil. Aldridi Rad. 539. 18.
Fil. Alel Will. 510. 15.
Fil. Alexandri Nigellus 533. 18.
Fil. Alfredi Chatellus 394. 28.
Fil. Aluricht Johannes 438. 1.
Fil. Alwardi Johannes 18. 41.
Fil. Ameti Letwinus 35. 24: 37. 4.
Fil. Angot Rob. 295. 21.
Fil. Anigeri Fulco 8. 45. 28.
Fil. Anthonii Thomas 1033. 3: 1043. 60.
Fil. Arkil Tho. 541. 25.
Fil. Arkitilli Rob. 108. 38: 131. 43: 132. 26. 42.
Fil. Aucheri Henr. 19. 13: 149. 42: 150. 27.
Fil. Audelini Willielmus Dapifer Regis H. 2. 239. 52: 509. 31: 510. 6. 18: 544. 46: 1039. 23: 1040. 8.
Fil. Augeri Walt. 972. 67.
Fil. Azonis Rad. 440. 36.
Fil. Baldwini Gerardus 908. 53. *Willelmus* 954. 2. *Ricardus* 7. 16. *Robertus* 20. 65.
Fil. Berengarii Will. 597. 22.
Fil. Bernardi Walt. 248. 39: 395. 11. *Helias* 295. 25. *Radulfus* 251. 43. *Robertus* 507. 28. *Hugo* 251. 39. *Thomas* 307. 65.
Fil. Bosonis Will. † 87. 52: 88. 20.
Fil. Brieni Alanus 287. 37: 394. 48. *Rogerus* 82. 47. *Robertus* 794. 10: 905. 21.
Fil. Brienni Radulfus 86. 41: 87. 59: 88. 3.
Fil. Brientii Rob. 135. 54.
Fil. Britonis Reinaldus 41. 60.
Fil. Cliberni Albredus 101. 26.
Fil. Comitis Britonius. 4 101. 71. 11. 59: 134. 46: 902. 66: 904. 45. *Reinaldus* 988. 37.
Fil. Conani Henr. 150. 22. *Gulielmus* 128. 26.
Fil. Conflabulatii Rob. 162. 54.
Fil. Constantii Hugo 966. 33.
Fil. Costi Ran. 536. 64.
Fil. Crinani Colpatric 74. 51.
Fil. Dru Radulphus 536. 10.
Fil. Duncani Will. 101. 19.
Fil. Eadnothi Norm. 295. 39. 4.
Fil. Edgari Alanus 295. 7.
Fil. Edwini Sweno 34. 52: 37. 29.
Fil. Elix Conanus 394. 21.
Fil. Elix Rob. 41. 60.
Fil. Elix Will. 142. 24.
Fil. Eltredi Kerellus 395. 4.
Fil. Episcopi Philippus 143. 43.
Fil. Essulf Petrus 96. 53.
Fil. Esulfi Ricardus 101. 10. 21.
Fil. Ernisii Rob. 200. 42.
Fil. Everardi Will. 209. 12: 800. 31.
Fil. Everardi Walt. 596. 63.
Fil. Eustachii Ric. 1024. 23. *Will.* 34. 29.
Fil. Fornilve 74. 18.
Fil. Fulconis Rob. 8. 30: 394. 59. *Gaufridus* 993. 28: 999. 29. *Ricardus* 1028. 44.
Fil. Fulcheri Sewallus 231. 4. *Fulcherus* 168. 32. *Jordanus* 268. 38.
Fil. Fulquini Walt. 528. 62.
Fil. Galfridi Will. 109. 28: 591. 28: 109. 28. *Johannes* 11. 6: 664. 45: 1028. 34. *Mauricius* 194. 47. *Gaufridus* † 624. 16. *Radulfus* 112. 40. *Robertus* 295. 26. *Baldwinus* 507. 24.
Fil. Garini Hugo 296. 19.
Fil. Gerardi Rob. 954. 50. *Thomas* 978. 50.
Fil. Geromundi Radulfi 627. 38.
Fil. Geroi Will. 877. 67.
Fil. Geroldi Will. 164. 26: 549. 16: 800. 57. *Henricus* 324. 37. *Alexander* 414. 40. *Rogerus* 871. 59.
Fil. Gilberti Ric. 4. 22: 75. 29: 508. 30: 908. 11. *Radulfus* 849. 66 851. 27.
Fil. Gilberti Comitis Ric. 954. 53: 1005. 22. *Baldwinus* 954. 9.
Fil. Gilberti Rachmarus 164. 28. *Baldwinus* 164. 29: 235. 17: 236. 67. 508. 41: 996. 8. [Vide *Wake.*] *Johannes* 209 46. *Rudolphus* 362. 38.
Fil. Goceini Gilb. 35. 24: 37. 2: 796. 65. *Robertus* 45. 62.
Fil. Godardi Nigellus 51. 64.
Fil. Godberti Rob. 549. 10.
Fil. Gospatricii Simon 101. 22. *Waldevus* 74. 22. *Thomas* 594. 49: 595. 44.
Fil. Gregorii Will. 234. 32.
Fil. Guitini Resus 549. 49: 550. 11. *Cadganus* 549. 55.
Fil. Gualteri Will. 113. 39.
Fil. Gudmundi Walt. 212. 40.
Fil. Gueri Will. 798. 30.
Fil. Gunnari Warneru 903. 22.
Fil. Huher Rob 47. 28.
Fil. Haimonis Will. 549. 10. *Hamo* 972. 62. *Robertus* 845. 16: 972. 62: 1006. 32.
Fil. Hammingi Ric. 982. 38.
Fil. Hamelini Hugo 152. 23.
Fil. Harehle Ric. 539. 16.
Fil. Hardingi Rob. 233. 29: 234. 25.
Fil. Helix Johannes 557. 4.
Fil. Henrici Hugo 197. 35. *Meylerus* 1037. 13. *Johannes* 650. 22. *M. Justiciarius Hiberniæ* 1023. 13.
Fil. Herberti Petrus 325. 22: 342. 53: 66. 44. Ejus progenies. *Willelmus* 874. 36: 35. 4. *Nicholaus* 875. 6. *Herbertus* 36. 51: 66. 42.
Fil. Hernisu R. 164. 36.
Fil. Hervei Will. 38. 48: 539. 34. *Henricus* 539. 30. *Robertus* 183. 55. *Osbertus* 87. 38: 526. 60.
Fil. Hirgani Will. 510. 19.
Fil. Holdewin Walt. 534. 41.
Fil. Holgodi Guido 876. 27.
Fil. Hordfast Nigellus 71. 62.
Fil. Huberti Eudo 956. 61. *Radulfus* † 92. 14. *Robertus* † 92. 52.
Fil. Hudardi Will. 131. 34.
Fil. Hugonis Rogerus Episc. *Constantiensis* 996. 34.
Fil. Hugonis Alexander 1045. 37. *Robertus* 71. 9: 128. 35: 260. 22: 538. 45: 533. 62. *Herbertus* 534. 35. *Walterus* 538. 40. *Johannes* 547. 50. *Osbertus* 527. 36: 844. 10: 845. 8: 988. 30: 48. 56 62.
Fil. Hunfridi Rogerus 529. 22: 549. 4.
Fil. Iberi Ingelramus 957. 14.
Fil. Johannis Eustachius 35. 33: 37. 28: 90. 15: 161. 46: 163. 10. 27: 260. 10: 392. 58: 591. 32. [*Ejus stemma* 592. b.] 798. 11: 799. 48. [*Ejus stemma* 801. a.] 826. 32. 14. [*Ejus stemma* 819. b.] 958. 27. *Thomas* 522. 29. *Alanus* 269. 25. *Matheus* 326. 47. *Paganus* 4. 21: 35. 24: 90. 15: 941. 69. *Willelmus* 90. 15: 394. 37: 530. 6: 1001. 27.
Fil. Jordani Will. 539. 38.

Index Virorum.

Fil. Ivonis Johannes 426. 14. *Walterus* 653. 22. 58.
Fil. Ketelli Alanus 426. 11.
Fil. Mainfelini Hamo 547. 47.
Fil. Malgeri Galfr. 162. 52.
Fil. Mani Alanus 71. 6.
Fil. Matiæ Simon 381. 62.
Fil. Martini Rob. R. 18: 30. 38. 9. 11: 71. 32: 530. 50: 1023. 15. *Raimundus* 550. R.
Fil. Mauricii Mauricius 1025. 33. *Geraldus* 1029. 5.
Fil. Michaelis Johannes 397. 38.
Fil. Milonis Will. 171. 2.
Fil. Nicholai Rad. 327. 22: 386. 37: 556. 4: 1028. 33. *Robertus* 143. 42.
Fil. Nigelli Nicholaus 119. 24. *Robertus* 47. 54: 511. 12. *Willielmus* Constabularius *Cestriæ* 185. 51. Ejus progenies 187. a. b. *Willielmus* 35. 2: 36. 50: 163. 9. 26.
Fil. Noeli Rob. 143. 11.
Fil. Normanni Alexander 800. 32. *Elias* 1035. 34.
Fil. Odardi Thomas 799. 28.
Fil. Odonis Rogerus 145. 47. *Willielmus* 7. 25: 83. 14: 116. 6: 1013. 6. *Robertus* 128. 28: 852. 66. *Gascelinus* 394. 61. *Philippus* 98. 48: 145. 46. *Serlo* 530. 66.
Fil. Osberni Will. (*Normannia* Dapifer) 950. 12.
Fil. Osberni Walt. 507. 10. *Alexander* 893. 26. *Osbernus* 996. 19.
Fil. Osberni Willielmus 395. 63: 536. 53: 900. 27: 905, 25: 967. 60: 986. 3. 55: 988. 61: 989. 59: 996. 19. 34: 937. 14: 1005. 20. [Vide *Herefordiæ* Comites.] *Ricardus* 395. 63. *Vincentius* 543. 22.
Fil. Osberni (sive Osbarti) Simon 260. 22: 295. 4. *Michael* 911. 16. *Radulfus* 797. 29. *Willielmus* 798. 31.
Fil. Otonis Will. 31. 28.
Fil. Pagani Alanus 106. 2. *Willielmus* 114. 62. *Robertus* 115. 31: 129. 62: 887. 64. *Galfridus* 35. 10: 36. 57: 43. 18: 173. 48: 393. 20. *Radulfus* 301. 36. *Johannes* 387. 25. *Nicholaus* 508. 42. *Ricardus* 893 29.
Fil. Petri Adam 97. 56. *Willielmus* 143. 41: 806. 16: 808. 42: 821. 47: 822. 56: 824. 66. 13. *Ricardus* 97. 60. *Hugo* 143. 41. *Thomas* 162. 54. *Simon* 276. 15. *Galfridus* 301. 39. [† 624. 60.] 991. 15. Comes *Essex* 67. 33. *Reginaldus* 530. 66.
Fil. Picoti Rob. 270. 14.
Fil. Ponti Osbertus 876. 26.
Fil. Puinz Ric. 530. 55.
Fil. Punzun Joh. 427. 15.
Fil. Rainaldi Radulphus 903. 9.
Fil. Radulphi Willelmus 15. 37: 99. 56: 603. 41: 630. 55: † 621. 7. 24. Senescallus *Norm.* sub Rege *Anglorum R. I.* 1007. 59: 621. 34. 66. *Robertus* 139. 2: 315. 42: 381. 11: 547. 53: 649. 14: 903. 11. *Hubertus* 95. 61: 230. 30: 231. 18. 67. *Bernus* 87. 21. *Hugo* † 622. 33. 38. *Baldwinus* 395. 11. *Elias* 650. 48. *Rogerus* 395. 12. *Gaufridus* 794. 11. *Radulfus* 527. 33: 870. 49. *Ricardus* 870. 49: *Rivaldus* 903. 12.
Fil. Ranulphi Will. † 94. 26: 533. 15: 535. 36: 596. 10: 607. 42: 608. 31: 909. 14. 913. 12. *Robertus* 56. 59. 965. 54. *Radulphus* 649. 13. *Henricus* 649. 65: 650. 46. *Adam* 650. 28. *Walterus* 957. 58.
Fil. Raven Will. 41. 58.
Fil. Reginaldi Robertus 530. 28: 612. 42. *Johannes* 71. 64.
Fil. Reinfridi Rogerus 294. 40: 302. 42: 395. 15: 507. 9: 508. 41: 637. 18. *Gilbertus* 596. 8: 636. 16. Dapifer Regis H. 2. 648. 17. *Joscelinus* 637. 20.
Fil. Ribaldi Radulfus (dominus de Middleham) 649. 18.
Fil. Ricardi Hugo 117. 38: 573. 23. *Gilbertus* 508. 30: 972. 65. *Rogerus* 953. 6: 978. 26. *Radulfus* 653. 16: 978. 21. *Robertus* 75. 34. 41: 82. 50: 597. 25: 877. 34. *Walterus* 876. 67.
Fil. Roberti Johannes 171. 38: 386. 5: 554. 4: 1028. 48. *Nicholaus* 234. 27. *Helias* 633. 53. *Willelmus* 7. 30: 80. 57: 84. 50: 241. 29: 815. 47. *Rogerus* 76. 16. *Ranulphus* 649. 4. *Walterus* 20. 64: 75. 51. 65: 248. 29: 341. 44: 508. 50: 642 27. † 624. 59. 26: 813. 4: 877. 31. *Galfridus* 301. 39: 597. 5. 14: 1033. 57: 1041. 37. *Radulfus* (dominus de Middleham) 648. 44. *Walleranus* 648 45. 62. *Gilbertus* 809. 36 *Terfianus* 903. 10. *Philippus* 904. 3. *Ricardus* 1021. 35. *Richerius* 1024. 45.
Fil. Rogeri Radulfus 137. 30. *Robertus* 76. 16 56: 178. 38: 297. 4: 386. 5: 612. 38: 659. 45. *Gilbertus* 507. 64. 9. *Willelmus* 26. 52: 530. 5. *Adam* 913 28. *Rogerus* 917. 40. *Balduinus* 954. 33.
Fil. Savarici Rad. 512. 54.
Fil. Serlonis Will. 106. 5. *Paganus* 8. 38.
Fil. Sewalli Henricus 118. 45: 873. 44. *Fulcherus* 876. 24. *Henricus* 876. 41.
Fil. Silvestri Rob. 56 57.
Fil. Simonis Simon 603. 27. *Turstanus* 71. 7.
Fil. Stephani Radulphus *Camerarius* Regis H. 2. 15. 39: 230. 29: 408. 41. *Hugo* 45. 46. *Willelmus* 302. 50. *Radulfus* 648. 18. *Robertus* 454. 51: 549. 43: 1039. 61: 1048. 2. *Walchelinus* 1052 29.
Fil. Swani Henricus 101. 19: 304. 24. *Robertus* 877. 64. *Thomas* 370. 19. *Walterus* 507 10. *Willelmus* 507. 10. *Adam* 101. 7. 18.
Fil. Tancredi Ric. 549. 11. 58.
Fil. Terrici David 132. 25.
Fil. Tezonis Wido 876 50.
Fil Thomæ Willielmus 644. 7. *Petrus* 825 3. *Johannes* 834. 34: 901 56.
Fil. Tortini Ketellus 101. 25.
Fil. Turberti Will. 42. 67.
Fil. Turgis Turgisius 1024. 22.
Fil. Turold. Ric. 910. 47.
Fil. Turstini Walt. 7. 36.
Fil. Turstani Ricardus 611. 45: 957. 11.
Fil. Uchtredi Adam 74. 13. 52.
Fil. Udardi Will. 132. 31.
Fil. Venatoris Radulfus 874. 14.
Fil. Vitalis Robertus 113. 60.
Fil. Urfi Regis. 408. 49: 530. 10: 551. 43.
Fil. Waldevi Alanus 74. 32. 37. 44.
Fil. Waltheofi Gilb. 304. 18.
Fil. Walkelini Robertus 506. 14: 874. 1. *Henricus* 506. 15 *Petrus* 506. 15.
Fil. Walonis Ric. 312. 64: 816. 6.
Fil. Walteri Rad. 95. 51. *Germanus* 596. 66: 597. 1. *Ricardus* 638. 60: 653. 10. *Willelmus* 162. 50: 593. 13. *Walterus* 25. 49. *Ranulphus* 74. 16. *Matilda* 76. 6. *Robertus* 76 15. 34. 56. 64: 76. 11. 27: progenies ejus *ibid.* & 77: 543. 18: 549. 32: 659. 41.
Fil. Wandardi Joh. † 90. 9.
Fil. Warini Alexander 799. 65. 52. *Gaufridus* 1000. 58. *Fulco* 1043. 61. *Willelmus* 89. 55.
Fil. Warneri Wimerius 370. 31: 883. 40.
Fil. Wiberti Will. 84. 54.
Fil. Widonis Will. 907. 47. *Robertus* 137. 28.
Fil. Willielmi Hugo 139. 57. *Johannes* † 94. 57. *Galfridus* 154. 9. *Gilbertus* 253. 5. *Otho* 523. 44: 878. 48. *Simon* 260. 11: 851. 21. *Ricardus* 82. 37: 637. 18. *Robertus* 56. 54: 649. 23. *Rogerus* 797. 53. *Walterus* † 87. 41.
Fil. Wimundi Radulfus 276. 13: 799. 28.
Fitz Eyr Hugo 915. 2. 30.
Fitz-Hugh Henr. *Camerarius* Regis H. 5. 362. 23.
Fitzpayn Rob. 645. 15.
Fitz Robert Rogerus 899 15.
Fitton Ric 547. 17.
Flamang Johannes 914. 53. *Henricus* 910. 66. *Simon* 1052. 32. *Rainerus* 540. 47. *Galfr.* 531. 42. *Bernardus* 131. 36.
Flambutch Will. 164. 58. *Ricardus* 164. 58.
Flamvill R. 43. 48. *Rogerus* 192. 36: 372. 34: 118. 38. 45. *Willelmus* 818. 49 7. *Hugo* 819. 6. *Matildis* 819. 21.
Flandrensis Henr. 531. 11: 540. 51. *Ricardus* 653. 8. *Turstinus* 973. 16 *Robertus* 1029. 3: 1030 31. *Mauritius* 1045. 59: 1046. 12. *Walterus* 101. 9. *Willelmus* 101. 33. 20.
Flandriæ Comes Philippus 140. 6.
Fleinvill Simon 909. 16.
Flemangh Joceus 597. 48. *Ricardus* 597. 53. Ejus stemma *ibid.* & 598. 2.
Flemeng Rob. 440. 18.
Fleming Rob. 25. 35. 3. 9. 21. *Thomas* 25. 60. *Hugo* 25. 34.
Flet Ric 535. 16.
Fligesthorp Rob. 792. 24.
Florus Walt. 644. 11.
Fluri Hugo 85. 28.
Flyntham Ric. 599. 52.
Fokeram Ric 263 39.
Fokintun Hugo 637. 66.
Foler Rob. 113. 57.
Folevill Will. 527. 28. *Johannes* 792. 26.
Folvair Adam 288. 52. *Alanus* 288. 35.
Foliot Gaufridus 83. 23. *Willielmus* 34. 29: 36. 65: 505: 536. 17: 643. 44 *Gilbertus* 543. 11. *Helias* 532. 30: 911. 13. *Hugo* (*Heref.* Epifc.) 452. 65. *Jamion* 905. 38. *Henricus* 505: 554. 41. *Jordanus* 532. 18: 548. 52. 60: 547. 59: 554. 49: 615. 48 *Ricardus* 505: 544. 46: 645. 9. *Robertus* 203. 4. *Paganus* 533. 48. *Rogerus* 545. 24: 970. 31. *Thomas* 543. 11.
Folniaco Will. 978. 3.
Fonteney Milo 101. 7. *Robertus* 850. 2.
Forester Steph. 800. 31.
Forne Editha 136. 35.

Fornells

Fornells Will. 118. 13. *Galfridus* 905. 64.
Forstbury Johannes 523. 22.
Forte Sampson 202. 43. 18. 59.
Fortere Episc. (Westsax.) 838. 23.
Fortho Theodoricus 984. 23.
Fortibus Isabella Comitissa *Devon.* 879. 50. *Willielmus* 905. 45.
Fosse Michael 301. 21.
Fossard Robertus 34. 58: 36. 42: 195. 7: 393. 47: 555. 65. *Adam* 194. 48: 195. 3: 551. 3. *Willielmus* 36. 42: 394. 50: 798. 45: 800. 39: 817. 32: 981. 52. *Gaufridus* 195. 7. *Johannes* 981. 44.
Fottaro Ricardus 612. 59.
Fotesbroc Osbertus 269. 23.
Foune Oliverus 546. 66.
Founceys Mich. 426. 19.
Franca qui cu Milo 551. 35.
Francis Johannes 111. 23.
Frantham Gilb. 329. 58. *Willielmus* 615. 61.
Fraser Rob. 816. 6.
Fraunceys Johannes 405. 18. *Willielmus* 613. 12.
Fraxineto Rog. 982. 29: 983. 17.
Freaville Rorgus 921. 58.
Frebody Hen. 657. 42. *Ricardus* 658. 19.
Freschevill Ankerus 231. 52.
Fribois Rob. 589. 49. *Odo* 809. 60.
Friston Will. 34. 27. *Johannes* 287. 44.
Frisfune Will. 803. 19.
Frisseville Ingeramus 920. 43.
Friville Isabella 880. 38.
Frollencurt Rad. 986. 36.
Frostendene Alicia 594. 19.
Fubblari Will. 954. 44.
Fugiers Will. 302. 64: 997. 38. *Clementia* 997. 38. 51.
Fuiller Ric. 662. 13. 41.
Fulchermont Gilb. 302. 55.
Fulewell Adelinus 141. 15.
Fun Rad. 506. 37.
Funtenei Rad. 814. 57.
Furches Will. 263. 50.
Furneaus Phil. 323. 43. *Walterus* 610. 55. *Thomas* 600. 31. *Ricardus* 608. 16.
Furneise Anselmus 596. 13. *Willielmus* 636. 44.
Furnellis Henr. 82: 33.
Furnival Girardus 50. 22: 52. 27. 60: 55. 10. 35: 56. 2: 610. 2: 938. 14. 30. 4. 32. *Thomas* 55. 39: 56. 20: 69. 59: 608. 15: 610. 18. 30: 938. 22. 24: 939. 55. *Willielmus* 53. 27. 56. 13: 834. 33: 938. 23. 6.

G

GAirgrave Bartho'. 506. 64.
Gairstang Paulinus 507. 12.
Gaist Rogerus 18. 24. *Everardus* 18. 41.
Galhecost Ric. 539. 65.
Galrug Adam 325. 35.
Galwitensium Rex Fergus 551. 24.
Gang Elias 335. 11.
Gant Gilbertus 163. 33: 200. 59: 455. 42: 524. 43: 533. 27: 536. 25: 791. 7: 847. 65: 848. 33. 42. 44: 849. 45. [*ejus femina* 850. 2.] 851. 38. *Alicia* 193. 22: 369. 54: 372. 3: 398. 16. *Mauricius* 455. 28. *Philippus* 605. 41. 44. *Robertus* 97. 20. 56: 98. 11: 182. 50: 464. 5: 465. 37. 532. 64: 605. 42: 848. 19. 43: 849. 49: 851. 3. *Walterus* 961. 72: 962. 43. 49. 66: 963. 33. 65: 964. 19. 42: 847. 59: 848. 43: 849. 1: 851. 35.
Gant R. *Cancellarius Regis* 246. 13.
Gant Gilbertus Comes *Lincoln.* 162. 8. 63: 163. 65: 164. 43. [*Vide Lincolnia.*]
Gardino Hinfridus 252. 20.
Gardinis Will. 662. 62.
Garton Rob. 558. 8. *Willielmus* 823. 53: 824. 67: 825. 2.
Garele Rad. 329. 29: 880. 23. *Thomas* 880. 26.
Gaun Rob. 82. 49: 637. 62.
Gaveston Petrus 77. 30.
Gay Robertus 142. 44.
Gekel Gilb. 919. 55.
Geneges Robertus 532. 15.
Geneville Galfr. 69. 26. 12. [ejus progenies *ibid.*]
Geoffrid Rad. 978. 64.
Gerardi villa Math. 1009. 8. *Simon* 80. 50.
Gerbert Rob. 207. 36.
Germyn Rob. 653. 21.
Gernet Bened. 631. 50.
Gernon Rad. 362. 51. *Rogerus* 51. 25.
Geroi Dux Willielmus 949. 32.
Gerponvill Will. 154. 42.
Gersant Johannes 453. 58.
Geseingale Regin. 33. 37.
Gettlyng Sanson 920. 47. *Robertus* 921. 63. *Johannes* 921. 63.
Giffard Walterus 8. 2: 956. 18. 63: 960. 41: 1009. 6. *Osbertus* 212. 59. *Willielmus* 118. 30: 129. 24: 527. 15. *Helias* 529. 37: 1002. 67. *Willielmus Episc. Winton.* 891. 15.
Giffard Walterus Comes *Buckingh.* 154. 23. 52: 156. 4: 1008. 65.
Giffard Walt. *Ebor.* Archiep. 93. 54.
Gilbewyn Galfr. 271. 34.
Gimiges Robertus 547. 45.
Girarcort Clarembaldus 969. 67.
Giroldus (nobilis *Normannus*) 997. 25.
Girrors Rob. 49. 48.
Gisaifen Osbertus 196. 20.
Glanvill Willielmus 87. 41: 246. 23. *Radulphus* 154. 40: 606. 22. *Gerardus* 599. 67. *Johannes* 886. 31. *Osbertus* † 624. 63. *Hervisius* 648. 29. *Hervæus* 183. 13: 894. 36. *Ranulphus* 245. 14: 246. 4. 36. [*Ejus progenies* 246. a. b.] 302. 47: † 622. 44: 624. 50: 631. 24: 894. 36: 1025. 51: 1034. 27.
Glapton Garinus Seneschallus *Normaniæ* 868. 42.
Glapum Garinus 90. 16.
Glaucus Rob. 113. 60.
Glentham Gilb. 536. 10.
Glastoniæ Abbas *Hengestus*, per *Heddi* Episcopum, consentiente *Kenwino* Rege constitutus 839. 43.
Glotingham Rob. 639. 40.
Glocestrix Milo 4. 21: 387. 24. *Osbertus* 531. 26.
Glocestriæ Comes Rogerus 65. 19. *Gilbertus* 193. 61: 208. 8: 227. 66: 248. 28: 299. 16: 439. 25: 922. 52: 988. 50. *Willielmus* 210. 19: 233. 50. 58: 298. 30: 300. 10. 16: 905. 5: 988. 57. *Almaricus* 299. 31. *Robertus* 530. 10: 958. 23. *Richardus* 218. 2: 904. 50. *Isopissa* Comitissa 299. 38.
Gloumorgan Will. 663. 48.
Gloz Rich. 999. 20.
Godeber Galfr. 269. 62.
Godechave Joh. 217. 57.
Godwinus Comes 180. 33.
Goincurt Petrus 186. 30.
Goldingron Hugo 240. 63: 241. 8. *Michael* 240. 63. *Johannes* 292. 42. *Petrus* † 629. 58. 63. 26.
Goldingham Will. 526. 25.
Gollofre Hugo 548. 44. *Rogerus* 274. 39. *Matilda* 546. 37.
Gonewarton. Rad. † 88. 28: 93. 66. 94. 12.
Goniz Rog. 260. 1.
Gorges Georgius 224. 63.
Gornay Gerardus 953. 61. *Hugo* 953. 20: 954. 27: 956. 18: 979. 11. *Basilius* 954. 26. [Vide *Gurnay.*]
Gorram Galf. 510. 19. *Willielmus* 794. 6.
Gosfield Ric. 878. 3: 921. 19.
Gosla Rad. 163. 16. 33. 47. *Petrus* 589. 10. 20: 591. 9. 23.
Gosselin Rob. 533. 40.
Gough: Margareta 476. 17.
Govesta Geraldus 1000. 60.
Goushul Walt. 608. 16.
Gousle Adam 164. 60. *Petrus* 422. 22: 549. 2: 791. 38. [Vide *Gosl.*] *Sarra* 646. 45.
Goylin Rog. 791. 48.
Grace Johannes 321. 61.
Graham Walt. 532. 59.
Grandorg Will. 506. 61.
Grainvill Rad. 957. 55.
Grammaticus Radulphus 34. 7: 36. 34.
Grant Rob. 808. 23.
Grancurt Walt. 909. 29.
Grandys Brianus 459. 4.
Grantevile Will. 539. 25. *Hervisius* 556. 23.
Grandison Oto 922. 56: 925. 13.
Grantmenyl Hugo 313. 24: 454: 21: 956. 50.
Graas Johannes 417. 26.
Grasse Will. 208. 9: 1043. 62. *Hamo* 208. 12: 1033. 6: 1043. 63. *Anselmus* 208. 12.
Grasmuln Jac. 284. 58.
Gravenel Tho. 300. 20. *Hugo* 940. 29. *Ricardus* 954. 5.
Graunson Petrus 225. 38.
Gray Walt. *Ebor.* Archiepisc. 93. 38. 53. *Henricus* 297. 61: 645. 2. *Ricardus* 362. 23. *Robertus* 543. 36. *Johanna* 543. 35. 45. *Johannes* 533. 51: 645. 4. *Ricardus* 605. 59: 645. 3. *Simon* 30. 34. *Randulphus* 611. 45. *Willielmus* 645. 5.
Graysloke Cecelia 918. 1. *Willielmus* 916. 46: 917. 5. *Catherina domina* 917. 20.
Graysloke Radulphus 917. 23. 67: 918. 23. *Elizabetha domina* 917. 26. 54. 57. *Johannes* 917. 40. *Robertus* 917. 61.
Grelly Aubertus 188. 4: 295. 12. *Johannes* 922. 56.
Grendale Rad. 161. 51: 163. 38. *Walterus* 164. 29.
Greinvile Giraldus 528. 65.
Grendon Warinus 331. 5. *Serlo* 628. 5. 53: † 621. 31. *Radulphus* 628. 20. *Andreas* 628. 20. *Robertus* 628. 22: † 622. 40. *Willielmus* 629. 37: 621. 7: 622. 5.
Grenefeld Will. *Angliæ* Cancellarius 469. 24.
Grenhull Ric. 256. 18: 816. 52.

Grenewayl hannes 113. 45.
Grentmenil Hugo 954. 48: 956. 25: 966. 63: 967. 37. *Ejusd* 968. 8.
Gresley Nich. 119. 39. *Will.* 119. 40: 128. 29.
Greteley Eugenulfus 129. 22. *Radulfus* 511. 3. *Robertus* 512. 3. *Willelmus* 260. 11: 269. 35: 511. 4. *Nigellus* 511. 4. *Henricus* 511. 4: 870. 50. *Robertus* 870. 50.
Greffenhal Alex. 615. 65.
Greffy Gilb. 547. 33.
Gretford Hugo 881. 8.
Greynvill Will. 252. 36.
Grifin Gaufr. 48. 1: 254. 58: 255. 5. *Willelmus* 129. 63. *Henricus* 917. 6. *Robertus* 1015. 4. *Bertramus* 255. 3.
Grimbold Robertus 276. 51. 41: 277. 35. Sigillum ejus 278. 2. *Hugo* 276. 12. *Will.* 276. 12. *Radulfus* 538. 5.
Groclay Rad. 953. 48.
Grollus Rogerus 535. 25.
Grout Johannes 642. 50. *Willelmus* 642. 51.
Grover Ric. 540. 63.
Grueys Oliverus 544. 2.
Gremthorpe Will. 548. 64.
Gubiun Ric. 917. 59. *Hugo* 917. 61.
Gueres Rad. 887. 29.
Gulafre Johannes 335. 12. *Rogerus* 894. 36.
Gulewast Rogerus 539. 45.
Gunnebi Hunfridus 540. 3. *Oliverus* 823. 53: 825. 4.
Gunynges Thomas 662. 9: 664. 13.
Gurney Edmundus 22. 23. *Johannes* 22. 22. *Hugo* 193. 40. *Gerardus* 954. 36. *Robertus* 455. 17. *Radulfus* 973. 17.
Guz Rob 31. 40.
Gymmingham Reinerus 615. 6. 25.
Gynes Ingelrannus 636. 28.
Gyros Rob. 47. 45.
Gyrth Comes 13. 58.

H

HAbberton Will. 825. 11.
Hacon W. 87. 12.
Hacoum Ric. 88. 42.
Haconesbowe [Vide *Hakunesho.*]
Hacun Hubertus 87. 42.
Haddele Will. 266. 64.
Haddon Henr. 629. 5.
Hagagh Henr. 536. 6.
Hage *Bertramus* 287. 15. *Ejus stemma* 287. b. 372. 13. *Rolandus* 287. 39. *Galfridus* 287. 7. *Radulfus* 287. 21. *Willelmus* 99. 40.
Hagile Rog. 907. 49.
Hagnes Walt. 794. 34. *Hugo* 794. 14.
Haia Galterus 87. 13. *Robertus* 958. 27: 961. 57: 968. 8: 969. 37. 48. *Radulfus* 637. 67. *Ricardus* 969. 16. 970. 2: 1015. 22. 49. *Juliana* 526. 17. *Nicholas* 1015. 49. *Johannes* 335. 44.
Haier Walt. 51. 45: 52. 6.
Haiwode Christiana 543. 43.
Hairun Albanus 531. 18. 21. *Jordanus* 540. 23.
Hakeburne Ric. 23. 45.
Hakunesho Johannes 632. 12: 638. 43. *Galfridus* 633. 48: 634. 7. *Willelmus* 634. 24.
Hal Simon 823. 49.
Haldham Baldw. 984. 3.
Hale Simon 288. 50: 648. 4.
Hales Steph. 22. 21. *Johanna* 22. 40.
Halez Will. 542. 30.
Halghton Hugo 253. 2.
Haliwelle Will. 542. 53.
Hallestede Jordanus 426. 25. *Rogerus* 597. 11. 21. *Theobaldus* 597. 22.
Hallale Gilb. 303. 38.
Halselin Rad. 534. 55: 535. 10: 783. 2.
Halsewich Wiscardus 264. 34.
Halsiche Ric. 530. 64: 531. 1.
Halstune Rog. 454. 59.
Halteelo Gilb. 394. 17.
Halton Rad. 198. 66: 590. 11. *Gilbertus* 200. 56. *Ricardus* 532. 19.
Haltune Gervasius 591. 3.
Hamby Mathæus 200. 33. *Alanus* 999. 31.
Hame Willielmus 664. 25.
Hamelyn Johannes 49. 10: 344. 47: 542. 51. *Willelmus* 605. 60.
Hamptone Rogerus 439. 16. *Gilbertus* 543. 40. *Philippus* 545. 24. *Johannes* 656. 65. *Ricardus* 72. 60: 657. 6.
Hamton Warinus 108. 52. *Philippus* 137. 29. *Stephanus* 139. 1. *Nicholaus* 4. 52.
Handsacre Hubertus 143. 26. *Robertus* 143. 27: 165. 34. *Will.* 143. 27.
Hanecworth Philippus 95. 6. *Galfridus* 95. 10.
Handub Turstinus 960. 13.
Hanley Walt. 637. 65.
Hanselains Rob. 979. 1. *Willelmus* 98. 59. *Galfridus* 34. 29. *Radulfus* 535. 65.
Hanselin Will. 230. 20.
Haram Drui 105. 64.
Herang Rad. 897. 2.
Harcla Henr. 407. 35.
Hardel Rog. 662. 14.
Hardela Johannes 596. 16. *Rogerus* 662. 64.
Hardreshulle Will. 268. 30.
Harecurt Albreda 30. 49: 43. 33. *Robertus* 117. 52: 527. 40: 545. 65. 10: 1007. 6. *Henricus* 134. 29. *Willelmus* 117. 52: 509. 23: 525. 23: 630. 57. *Ivo* 315. 66. *Ricardus* 524. 66. *Philippus* 524. 49.
Hirenge Rad. 82. 58.
Haringaude Thomas 70. 19. [Vide *Heringaud.*]
Hirleston Johannes 185. 26.
Harisk Alex. 929. 45.
Harison Will. 549. 21.
Harle Walt. 546. 26.
Harlethorp Tho. 823. 54.
Haroldus Comes 11. 44: 13. 24.
Harpetre Will. 888. 2.
Harpham Johannes 164. 7.
Harsforth Rogerus 72. 32.
Hirsic Rog. 615. 62. *Eudo* 880. 24.
Harum Will. 106. 8. *Drogo* 195. 5.
Hasilden ..... 239. 31.
Hasleham Hugo 638. 44.
Hasterg Autropius 35. 31: 37. 8: 508. 43. *Umfridus* 35. 34.
Hastings Matildis 30. 22. *Willelmus* 45. 31: 526. 53: 543. 26: 551. 15. *Radulphus* 551. 15: 556. 63: 918. 32. *Ricardus* 556. 3. *Robertus* 819. 22. *Philippus* 1021. 39. *Laurentius* 352. 18. *Nicholaus* 548. 8.
Hastings Johannes Comes Pembr. 225. 33. [Vide *Pembr. Co.*]
Hauberk Simon 344. 50.
Haverbrec Will. 825. 34.
Havering Ric. 664. 24.
Haverford Thancardus 293. b.
Haverhull Will. 526. 39.
Haveringham Ric. 897. 32.
Haverilham Nich. 613. 3.
Hauntard Will. 270. 59. *Johannes* 411. 39: 846. 54.
Haunton Ric. 263. 50.
Hausel Simon 592. 28.
Hauteyn Will. 142. 49.
Hauvill Rad. 826. 30: 692. 30: 929. 44. *Willelmus* 893. 9.
Haward Johannes 24. 59. 64.
Hay Simon 549. 52. *Germanus* 823. 64.
Haya Radulphus 643. 25. *Ricardus* 643. 25. *Galfridus* 643. 39. *Walterus* 986. 36.
Hayford Ric. 954. 6.
Hayling Jordanus 791. 39.
Haym Steph. 902. 52.
Hayton Alanus 819. 66.
Heddon Will. 851. 3.
Hedingeham Helias 46. 56.
Hedington Alvaradus 530. 12.
Hedinton Nich. 266. 54.
Hedley Alanus 255. 45.
Hedon Simon 977. 4.
Hedune Will. 526. 40.
Hetord Radulfus 18. 22.
Hegeling Ric. 596. 25.
Hele Will. 202. 5.
Helewelle Hugo 795. 23.
Heliom Will. 112. 38.
Helles Theob. 411. 18: 412. 67. *Thomas* 412. 67.
Hellebec Wido 596. 9: 825. 3.
Helling Rikewardus 642. 23.
Hene Will. 664. 10.
Henemerdon Will. 108. 19.
Henneth Rob. 261. 31.
Henreth Nich. 663. 47.
Henricus primus Rex *Anglorum*, fundator Abbathiæ S. *Mariæ* de *Pratis Rothomagi* 924. 27. Donationes ejus Eccl. Cath. *Rothomagi* 1017. 19 29.
Henricus secundus Rex *Angl.* Donationes ejus Templariis 522. 2: 532. 7. 9: 543. 63: 546. 8. 11: 547. 5: 548. 38: 551. 65. Cœnobium de *Novo loco* super *Ancolme*, in agro *Linc.* (Ord S. *Gilb.* de **Sempringham**) fundavit 811. b. Necnon Abbathiam S. *Mariæ* de *Voto*, apud *Cæsarisburgum* in *Normannia* 1008. a.
Henricus tertius Rex *Angl.* fundator Hospitalis S. *Johannis* extra portam Orientalem *Oxon.* 443. 51. Corpus sepulturæ apud Novum Templu *Lond.* commendat 521. a. Necnon *Alienora* Regina uxor ejus 511. a Cantariam trium Capellanorum ibidem instituit 521. b. Templariis dona 544. 43: 547. 53: 548. 51: 552. 37. Libertates illidem per ipsum concessæ 558. a. Monialibus de **Sempringham** Ecclesiam de **Foxdeham** 791. 41.
Henxteworth Johannes 297. 59.
Herci Malvesin 977. 4.
Hereford Walt. 71. 67: 72. 25. *Henricus* 72. 7. *Adam* 1035. 34.
Herefordiæ Comes Rogerus 144. 21: 546. 66: 1002. 63: 529. 46: 877. 17: 942. 23. *Milo* 545. 48. ..... 547. 3: 548. 27. *Humfr.* de *Bohun* 224. 59: 225. 13. *Willelmus* filius *Osberni* 905. 35. *Comitissa Cecilia* 86. 3.
Herefordiæ Comitum (familiæ de *Bohun*) progenies 67. & 68. filius *Rogeri*

geri Comitis *Heref.* *Reginaldus* 884. 35.
Heri Ric. 111. 27.
Herierbi Will. 532. 50.
Herbertus 532. 60.
Heriz Will. † 92. 53: 230. 43. *Johannes* 608. 20. *Simon* 612. 59.
Heriet Ric. 887. 8: 63.
Heringaud Will. 983. 42.
Herlaue Will. 23. 44.
Herle Will. 918. 35.
Herlei Will. 510. 35. *Johannes* 510. 35.
Herleton Adam 915. 45.
Hermebi Gilb. 589. 2.
Herpenham Rob. 663. 48: 664. 25.
Herre Rob. 795. 24.
Herst Philippus 642. 32.
Hertford Rob. 598. 59.
Hertfordiæ Comes Ric. 21. 49: 258. 31: 507. 38. *Matilda* de *Clare* Comitissa 507. 38.
Hertthull Adam † 93. 42. *Ricardus* † 93. 55.
Hertili Rob. 535. 53.
Hertilpole Galfr. 846. 46.
Hertimere Tho. 248. 44.
Heryewike Haldanus 810. 62.
Hervetmu Gilb. 532. 51.
Hervey Rob. 649. 33.
Hesding Ernulphus 954. 63. 28.
Hesel Hugo 71. 7.
Heselarton Johannes 350. 6. *Simon* 350. 26. *Walterus* 351. 3.
Heston Will. 631. 57. *Ricardus* 631. 57.
Heterset Johannes 869. 42.
Hethe Tho. 185. 24: 556. 47.
Hetone Will. 610. 62: 884. 22.
Heyhirde Ric. 662. 63.
Heysende Arnulphus 592. 37.
Heyton Will. 984. 29.
Hibaldestowe Ric. 812. 13.
Hiecklesham Rob. 637. 21.
Hide Rog. 70. 31.
Hidone Osb. 83. 26.
Hiltone Rob. 70. 31.
Hillary Rog. 657. 39: 658. 18.
Hilleford Henr. 887. 26.
Hingilram Johannes 539. 50.
Hirreys Ric. 915. 4.
Hispania Nich. 209. 64. *Radulfus* 878. 8.
Hiwys Ric. 902. 52.
Hobrugge Will. 300. 19.
Hoccum Will. 539. 53.
Hoston Paganus 277. 48. *Thomas* 324. 51. *Adam* 454. 50. *Simon* 912. 40.
Hodeleston Ric. 424. 18: 556. 14. *Johannes* 426. 66.
Hodenet Baldwinus 48. 15. 21. *Willelmus* 897. 34.
Hoelus Rex Arwistil 47. 25.
Hoga Herbertus 960. 40.
Hokynhed Adam 305. 2.
Holand Rob. 889. 13.
Holcum 197. 56.
Holden Tho. 934. 4.
Hole Walt. 305. 38.
Holeford Hugo 251. 66.
Holewey Ric. 8. 35.
Holme Rob. 799. 24.
Holney Sim. 613. 10.
Holt Galfr. 915. 49.
Holteby Will. 370. 18: 650. 26. 58.
Holyns Rog. 611. 26. *Willelmus* 611. 30.
Homelyn Will. 380. 4.
Hoo Robertus 292. 50. 4. *Ricardus* 376. 11.
Hopitune Tho. 593. 61. *Rogerus* 594. 6.
Horbiry Rad. 41. 47.
Hordewell Ric. 272. 47.
Horkestune Johannes 423. 26.
Hornet Geraldus 999. 31.
Hornigton Jordanus 174. 16.
Horsenden Rob. 641. 55. *Johannes* 642. 5.
Horsley Will. 196. 35.
Horstede Rob. 983. 3.
Horwode Galfr. 984. 10.
Hosatus Henr. 519. 50.
Hose Gilb. 109. 65. *Gilo* 109. 2. 110. 7.
Hose Henricus † 93. 11. 22: 94. 34: 141. 38: 301. 36: 544. 49: 546. 48. *Radulfus* 915. 45. *Willelmus* 655. 38. *Robertus* 930. 67.
Hosdene Rob. 877. 37.
Hotham Galfridus 175. 43: 800. 61. *Johannes* 175. 44: 800. 61: 819. 55. *Johannes* Episcopus *Elyensis* 601. 21. *Alanus* 601. 55. *Will.* Episc. *Dublin.* 601. 60.
Hoton Ric. 151. 39: 402. 57. *Emma* 151. 22. *Helias* 632. 61. *Johannes* 290. 16: 822. 37.
Horon Rob. 288. 54. *Adam* 454. 60. *Elias* 305. 16. *Walterus* 401. 37.
Hotot Will. 956. 46. *Thomas* 25. 21. *Johannes* † 629. 67.
Houby Matilda 344. 41. *Johannes* 344. 42.
Hovedene Will. 611. 6. *Johannes* 822. 43.
Hoveringham Hugo † 94. 45. *Simon* 95. 54. *Robertus* † 94. 40.
Hovetone Herebertus 800. 31.
Houton Rog. 95. 47. *Willielmus* 257. 59.
Hoyland Rad. 597. 10.
Hoyvile Hugo 642. 11: 665. 7. *Philippus* 665. 7.
Howard Thomas 194. 9: 869. 52.
Hubertus Camerarius Reginæ *Matildis* 82. 52.
Hudersale Tho. 454. 50.
Hudetorpe Tho. 795. 67.
Hugath Thomas 822. 38.
Hugford Will. 147. 51.
Hulle Gilb. 544. 21. *Randulphus* 984. 48.
Hulleburne Tho. 267. 38.
Hulli eye Johannes 454. 52.
Hulmo Rob. 615. 58.
Hume Rog. 989. 19.
Humet Ric. 4. 52: 142. 18. *Willielmus* 294. 40. Constabularius *Normanniæ* 868. 41. *Ricardus* 403. 44. Constabularius Regis H. 2. 812. 8. 880. 47: 1002. 56.
Humet Engelannus 1006. 48.
Hundresham Sicanus 454. 58.
Hunke Will. 149. 32.
Hungesford Rob. 274. 35: 483. 31. *Walterus* 483. 57.
Huntendon Vicecomes 24. 53: 26. 39. *Simon* Comes 308. 16: 525. 45. 6: 528. 47. *David* Comes 32. 18. *Brucens* 26. 41. *Willielmus* *Clinton.* 351. 33.
Hunt Johannes 298. 12.
Huntercombe Walt. 24. 51. *Willielmus* 592. 67.
Hunteland Rob. 888. 5.
Huntingfeld Walt. 439. 45.
Huntingdene Rob. 454. 53.
Huntinton Phil. 254. 49.
Hurleton Rog. 305. 30.
Hurst Henr. 757. 43.
Husc Henr. 529. 46. [Vide *Hose.*]
Husom Goldwinus 106. 7.
Hutlecmayn Gerardus 263. 4.
Huwelle Alfredus 534. 43.
Huweth Johannes 648. 19.
Hychenden Nich. 118. 62.
Hycumbe Rob. 250. 2.
Hyerun Rad. 82. 20.
Hyton Alex. 427. 44. *Adam* 427. 47.

I

Iaumbes Adam 795. 25.
Ibrei Rog. 950. 18.
Icclesham Rad. 642. 19.
Ichtefeld Rog. 913. 42: 914. 2.
Jerdeburgh Jukel 802. 62.
Ina Rex *West-Sax.* 832. 2: 839. 2. 59: 840. 30.
Ingo Johannes 355. 60.
Ingelose Hervæus 274. 36.
Ingelram Johannes 151. 65. *Walt.* 150. 8. [Vide *Engelram.*]
Ingethorpe Johannes 321. 58.
Ingkepen Nich. 663. 48: 664. 23. *Gervasius* 664. 24.
Inglai Johannes 106. 3.
Insula Rob. 35. 14: 94. 62: 320. 18: 961. 15. *Walterus* 94. 17: 905. 20. *Ricardus* 35. 51. *Radulfus* 35. 49: 36. 60. *Warinus* 77. 36: 247. 7. *Willielmus* 35. 50: † 87. 65: 558. 4: 663. 47: 905. 39. *Brianus* 558. 4: 833. 51: 905. 64. *Alexander* 397. 57. *Jordanus* 556. 46: 557. 3. *Olivetus* 558. 59. *Simon* 589. 45. *Rogerus* † 629. 47. *Agnes* 184. 32. *Johannes* (de *Ravecmonte*) 104. 46. *Johannes* Rex *Angliæ.* Donationes ejus *Templariis* 545. 59: 552. 33: 557. 10. Donationes ejus monialibus de **Dempzingham** 801. a: 812. b.
Jokesford Alanus 594. 11.
Jonet Regerus 429. 38.
Joy Will. 544. 59.
Iptay Will. 525. 61: 881. 46.
Ireby Will. 834. 83.
Iringeden Petrus 664. 49.
Iveri Gaufr. 140. 64. 24. *Rogerus* 137. 15: 954. 55. *Adelina* 968. 11.

K

KAde Arnulphus 546. 13.
Kaderton Alanus 288. 52.
Kaerdif Ric. 299. 26.
Kailli Rog. 574. 44.
Kaines Rad. 135. 48.
Kaisneto Batth. 940. 35.
Kaynesto Alicia 210. 2.
Kantiæ Comes *Hubertus* de *Burgo* 244. 62. *Johanna* Comitissa 350. 48.
Kantiune Will. 1046. 10. *Robertus* 1046. 11.
Kardevill Ric. 324. 49.
Kareli Ric. 885. 9.
Karles Walt. 874. 8.
Karletune Rad. 372. 37.
Karun Hugo 508. 14.
Kaskington Will. 446. 5.
Kelby Walt. 278. 24.
Kelingthorp Hugo 822. 37.
Keller Rad. 507. 12. *Adam* 631. 55.
Kelly Will. 653. 17.
Kemeseke Henr. 544. 28.

Index Virorum.

Kendale Mich. 301. 37.
Kenebel Regin. 611. 44.
Keneile Rob. 538 18.
Kenerſwel Walt. 129. 22.
Kenet Nich. 576. 3.
Kentewell Gilb. 631. 51: 1035. 35.
Kenredus Rex *Merciorum* 852. 7.
Kent Tho. 902. 52.
Kentewell Gilb. 1025. 32.
Kentlesbiri Walt. 10. 63.
Kercolſton Will. 96. 9.
Kerdene Ric. 454. 53.
Kerdeſtone Will. 850. 31.
Kereby W. 312. 31.
Kerneille Rob. 880. 60.
Kernet Rogerus 409. 14. *Henricus* 1033. 6.
Kerſindon Petrus 545. 28.
Kerſune Will. 131. 35.
Keſtern Johannes 917. 36.
Kerhou Rob. 402. 59.
Keynel Henr. 887. 64.
Keythorp Ric. 278. 58.
Kilby W. 312. 28.
Kilkenny Will. 327. 22: 333. 50. Epiſc. *Elien.* 33. 19.
Killeſton Will. 543. 23. *Otho* 543. 23.
Kilpek Hugo 330. 39.
Kime Philippus 795. 8: 796. 10. 23: 797. 4. 35. *Willielmus* 795. 16: 810. 60. *Simon* 795. 60. [Vide *Kyme.*]
Kinebele Will. 612. 43.
Kinierbi Ric. 535. 26.
Kiriel Ric. 91. 54.
Kirk Will. 397. 58.
Kirkbyirlum Rog. 507. 12.
Kirlingrone.
Kirn. Will. 589. 5.
Knolles Rob. 473. 37.
Kuillingworth Rog. † 630. 3.
Kukency Thomas 599. 60. 27.
Kunesburg Herbertus 527. 29.
Kuriel Matildis 159. 54. 66.
Kydeſley Hugo 332. 43.
Kylingwike Tho. 800. 62.
Kyme Philippus 245. 43: 532. 39: 616. 64: 850. 27. *Dapifer Comitis Gilberti. Simon* 245. 44: 268. 18: 596. 20: 849. 67. *Alicia* 596. 20. [Vide *Kime.*]
Kymon Phil. 831. 45.
Kyriel Nich. 246. 31. [Vide *Kiriel.*]

L

LAart Ric. 848. 22.
Lacels Rob. 35. 20: 36. 65: 37. 31. *Robertus* 150. 18. [Vide *Laſcels.*]
Laci Hugo 59. 41: 60. 50: 61. 7: 69. 8. Ejus progenies *ibid.* 71. 45. 64: 216. 17: 978. 36: 1021. 4: 1030. 30: 1034. 57: 1040. 14: 1042. 12. *Henricus* 395. 29: 541. 49: 546. 59: 554. 10: 556. 57. *Euſtachius* 820. 28. *Ilbertus* 34. 65. *Gilbertus* 214. 65: 263. 14. 60: 449. 53. 64: 529. 15. 22. 58: 549. 2: 800. 30: 1042. 48. *Robertus* 34. 66. 6: 36. 33: 189. 9. 19: 381. 3. *Walterus* 60. 62: 71. 56: 72. 35. 50. 43. 66: 330. 40: 331. 8. 449. 32. 50: 453. 37: 1025. 55: 1040. 17. 50: 1042. 41. *Johannes* 37. 31. *Willielmus* 97. 66: 330. 51. *Katherina* 331. 8. *Margerta* 330. 25. 2. *Agnes* 548. 66. *Margareta* 543. 19.
Laci Rogerus Conſtabularius *Ceſtriæ* 799. 64: † 629. 26. *Edmundus* 188. 3. 26. *Johannes* † 629. 23. *Edmundus* junior 188. 38.
Laci Henricus Comes *Lincolniæ* 187. 59: 188. 7. 32: 189. 12. 26. 40: 307. 66: 633. 44: 899. 16.
Laci Johannes Comes *Lincolniæ* 633. 47: 151. 33.
Laci Emelina *uxor Ilbti* Comitiſſa 292. 59. (Filia *Walteri* de *Ridelesford* 293. 55.)
Laceorum hæreditas ad hæredes *Edmundi* Comitis *Lancaſtriæ* devoluta 190. 29. [Vide *Laſcey.*]
Lacimerus Blodericus 282. 35.
Lakenby Hugo 150. 59. *Robertus* 151. 30.
Lamburne Ric. 544. 8.
Lancaſtria Johannes 24. 48: 272. 46: 593. 5. *Rogerus* 24. 46. *Gilbertus* 394. 51: 395. 10. *Willielmus* 394. 51: 395. 55. 19: 425. 52: 507. 63: 632. 39: 633. 24. Ejus ſtemma 636. 2: 636. 13. *Robertus* 507. 13. *W.* 312. 32.
Lancaſtriæ Dux Henr. 468. 24.
Lancaſtriæ Comes Thomas 188. 60: 189. 30. 34: 225. 11.
Lancaſtriæ Comes Henricus 189. 47: 468. 35. 3. 18.
Lancelevee Iſaac 662. 15.
Lancelence Johannes 662. 10.
Lancelyn Steph. 546. 24.
Lande Will. 128. 36.
Lancham Tho. 878. 50.
Langeberge Phi. 419. 24.
Langeley Will. 355. 62. *Johannes* 1007. 11.
Langethuage Will. 977. 5.
Langetut Reg. 329. 61.
Langetwait Wi. 35. 47.
Langford Will. 513. 64. *Rogerus* † 626. 28. *Stephanus* 209. 54.
Langham Tho. 614. 53.
Langholme Will. 111. 16.
Langport Will. 142. 17.
Langvale Will. 880. 11.
Lantune Hugo 263. 3.
Lanval Will. 15. 37: 18. 62: 297. 1: 603. 38.
Larciner David 372. 36. *Johannes* 393. 33: 395. 11.
Laſcels Agnes 510. 38. *Sibilla* 518. 38. *Gilbertus* 175. 45. *Alanus* 394. 25. *Thomas* 195 8. *Rogerus* 197. 37: 394. 47: 837. 17. *Willielmus* 394. 47: 419. 1: 649. 44. *Pigotus* 536. 4: 539. 23. *W.* 820. 59.
Latimer Will. 150. 23: 257. 2: 798. 30: 816. 4. *Ridulfus* 18. 62.
Lathum Robertus 303. 37. 46: 304. 52: 306. 8: 607. 61. *Ricardus* 304. 30.
Latton Rogerus 428. 40.
Lavard Thurſtanus 540. 23.
Lavenden Huwardus 202. 33.
Launſelyn..... 239. 31.
Lawſone Will. 918 2. *Thomas* 918 4. 9.
Lazun Petrus 954. 20.
Lecarde Johannes 550. 14.
Lechampton Mauricius 638. 65.
Leche Ric. 40. 7.
Lecheburne Athridus 803. 28.
Leddrede Johannes 355. 65.
Ledenham Rulf. 533. 55. *W.* 814. 58.
Ledes Alex. 556. 47. *Ricardus* 556. 47.
Lee Johannes 915. 29. *Henricus* 269. 61. *Robertus* 933. 45.
Leec Haraldus 527. 24: 282. 33.
Lefwinus Co. 13. 58.
Lega Willielmus 549. 21. *Bartholomæus* 794. 50. *Henricus* 143. 42: 870. 51. *Ricardus* 870. 52. *Conſtantia* 343. 35.
Leger Steph. 376. 14.
Leica Alanus 874. 13.
Leeke Matthæus 70. 42.
Legteceſtre Hugo 115. 28.
Leiceſtre Hugo 128, 28. *Rogerus* 631. 52.
Leiceſtriæ Comes Robertus 975. 4. 29: 958 63. *Rob. Quincy* 543. 18. *Robertus* (Comes *Mellenti*) 313. 29: 314. 22: 510. 65: 527. 63: 529. 33: † 630. 31: 631. 45: 868. 53. 20: 967. 11. 38: 989. 5. *Robertus* filius *Petronillæ* 309. 48. *Robertus Blanchmains* 454 18. *Petronilla Comitiſſa* 310. 23: 985. 52. *Robertus Boſſu* 313. 64: *Loretta Comitiſſa* 438. 11. *Simon* de *Monteforti* 548. 61.
Leigton Ric. 49 1. 2: 915. 2: 916. 51. *Johannes* 915. 29.
Leke Vide *Leec.*
Lekeburne Henr. 327. 48.
Leminton Osb. 312. 24.
Lenhal Johannes 1028 50.
Lenham Nich. 113. 42.
Lenne Rog. 285. 23.
Lenveſiz Rob. 105. 66. *Hugo* 106. 7.
Leofricus Comes *Merciorum* 852. 5.
Letton Walt. 336. 45.
Levecote Matilda 543. 1.
Leverel Englr. 921. 60.
Leuga Steph. 885. 30.
Levimthorpe Greg. 401. 30: 402. 58. *Willielmus* 151. 60: 401. 65. *Ricardus* 402. 68.
Leukenore Galfr. 330 53. 66.
Levinton Petrus 131. 44.
Lewelinus filius Griffini *Princeps Walliæ* 47. 35. 41: 100. 30. 31. 37: 804. 12: 339. 12: *Princeps de Aberfraw* 338 40.
Lewes Ric. 34. 30.
Lexinton Rob. 151. 34. *Johannes* 333. 52. *Robertus* † 622. 19.
Leye Gilb. 196. 26. 30.
Leyaham Edm. 915. 11.
Leyrton Will. 151. 40.
Lilleburn Hugo 265. 35. *Paulinus* 99. 63. 60.
Limeſi Gerardus 72. 2. 87. 35. 29: 37. 7: 376. 9. *Alanus* 529. 54. 59. 61: 530. 20. [*Vide Limeſy.*]
Limeſlett Henr. 27. 38.
Linacre Hugo 608. 21.
Lincoln Aluredus 113. 36: 903. 37. *Rogerus* 50. 54. *Simon* 113. 36. *Alanus* 590. 65. *Petrus* 278. 45. *Johannes* 1015. 8. [*Vide Lindſey.*]
Lincoln Co. Henr. 188 48: 906. 6. *Will. Longipé* 284 67: 531. 46: 537. 23: 589. 52. [Ejus ſtemma 644 | 646 36. *Gilb. de Gaunt.*] 165. 102: 851. 50. 63. [*Vide Gaunt.*] *Gilfridus frater Comitis* 165. 31. *Johannes de Lacy* 612. 35. *Alicia Comitiſſa* 190 8: 644. 34.
Lind ſei Randulfus 74. 47: 101. 8. *will.* † 89 28. *David* 1052. 27. *Walt.* 537. 35.
Lindley Ric. 288 37.
Litelcote Will. 207 9.
Littelbiri Johannes 25. 14.
Livingron Simon 242 42.
Lizours Aubrea 188 10. *Fulco* 276. 15: 538. 44.
Lingeu Serlo 957. 18.
Lingor Reg. 539. 42.
Limon Adam. 822. 52.
Locard Steph. 1024. 35.

Index Virorum.

Lodbroc W. 312. 3. *Johannes* † 627. 30. *Willielmus* 630. 52.
Lodowyk Will. 524. 17.
Loft Ric. 150. 61.
Loggis Mabilia † 630. 25.
Loharius Gaufridus 794. 11.
Loncastre Will. 424. 15.
Londeby Lambertus 1048 15.
London Johannes 76. 16: 117. 55. *Alexander* 544. 61. *Will.* 97. 65: 234. 2: 549. 27: 878. 62: 918. 58. *Matilda* 530. 32. *Hawisia* 918. 49. *Thomas* 918. 57. *Mauricius* 918. 58: 1028. 35. *Paganus* 878. 61.
London Episc. Ricardus 510. 30. *Gilbertus* 510. 30.
Longe Gilbertus 461. 17. *Johannes* 362. 11: 461. 17.
Longchamp Henr. 67. 46: 70. 18: 612. 54. *Galf.* 453. 45. *Will.* 70. 12: 268. 21. *Hugo* 978. 36: 1008. 18.
Longford Nich. 119. 8. *Simon* 119. 15.
Longenore Will. 253. 58.
Longspe Margareta 188. 39. *Matilda* 331. 19. 29: 644. 51: 646. 39. 1. *Will.* 230. 28: 252. 26: 302. 58: 341. 17. [Ejus progenies] 341. 23: 342. 7: 644. 52. *Steph.* 284. 37: 292. 62. Comes *Ultoniæ* 341. 15. *Nicholaus* Episc. *Sarum* 341. 39.
Longvale Jac. 869 23.
Longevill Rob. 154. 54. *Henr.* 538. 54.
Lopinton Alex. 252. 60.
Loreng Will. 151. 43.
Loring David 141. 11. *Ricardus* 141. 11. *Rogerus* 478. 64. *Nigellus* 478. 65.
Losthelford Bertr. 480. 60.
Lou Rob. 645. 31.
Loveday Ric. 88. 57. *Willielmus* 880. 25: 544. 6.
Lovel Will. 106. 2: 880. 25. *Ricardus* 306. 53. *Johannes* 272. 18.
Lovenie Will. 911. 27.
Lovetot Will. 25. 4. 13. 15. 42: 26. 53: 50. 16. 36: 51. 11. 17. 20. 43: 52. 14: 53. 63: 55. 43: 938. 9: 939. 46. *Ricardus* 25. 5. 11. 27: 938. 5. 50. 15: 51. 8. 19. 44: 52. 5. 23. 56: 55. 25. *Nigellus* 25. 13. 16. 18: 51. 10. 17. 18: 54. 44. *Rogerus* 25. 41: 51. 10: 55. 60. *Robertus* 25. 21: 51. 11. *Radulfus* 51. 60. *Henricus* 51. 58: 52. 44. *Matilda* 51. 35: 53. 14: 55. 48: 610. 11: 938. 11. *Cecilia* 53. 33.
Loveret Baronia 24. 63.
Luci Johannes 110. 62. *Robertus* 110. 64: 302. 40: 545. 27. *Ricardus* 15. 35: 81. 47: 82. 29: 163. 38: 294. 39: 302. 54. Præfectus *Angliæ* 302. 2. Justiciarius *Angliæ* 302. 8. 27: 362. 42: 523. 67: 885. 12: 902. 16. *Galfridus* 345. 10: 662. 61: 664. 47. *Fulco* 831. 48: 832. 4. *Reginaldus* 302. 51. *Ricardus* 664. 48. *Willielmus* 831. 6: 832. 13. *Matilda* 75. 57. *Beatrix* 545. 30.
Lucres Simon 592. 58.
Ludford Paganus 449. 33.
Ludham Walt. 612. 55.
Ludlow Edm. 449. 34.
Lumbard Picotus 510. 32.
Lund Steph. 795. 22. *Will.* 978. 9.
Lunderthorp Simon 327. 48.
Lundoniis Gilb. 421. 44. *Robertus* 870. 48. [*Vide London.*]
Lunesford Hugo 921. 20. 62.
Lungvilers Will. 800. 29.
Lurry Steph. 510. 20.
Luse Jordanus 1035. 35.
Lusone Clemens 472. 28.
Lusoriis Warinus 81. 47. *Warnerius* 885. 13.
Luterel Galfr. 604. 56. *Andreas* 604. 57. *Robertus* 605. 27: 792. 19. 64.
Luttaie Ric. 825. 1.
Luvet Gaufridus 114. 13: 115. 28. *Willielmus* 162. 54. *Johannes* † 627. 30: 628. 20. *Robertus* † 628. 31. *Ricardus* † 628. 32.
Luvel Radulfus 209. 34. *Willelmus* † 625. 15. *Katherina* 343. 27.
Luvethorp Rob. 800. 33.
Lyeschamp Petrus 526. 14.
Lymesy Alanus 395. 40: 545. 1. *Gerardus* 545. 2.
Lymburi Agnes 70. 27.
Lymosin Guischardus 869. 16.
Lyndin Will. 298. 13.
Lyndsay Will. 636. 22. *Walterus* 636. 25.
Lyngain Joh. 69. 41.
Lynge Johannes 22. 23. *Johanna* 22. 28.
Lyntone Adam 558. 7.

M

MAcun Rob. 101. 25.
Madenestan Dunstanus 113. 45.
Madoc Rex Powisiæ. 47. 19.
Magnavil Gaufr. 958. 25. *Rogerus* 109. 5. [*Vide Mandevill.*]
Mainers Engelr. 20. 24. *Reginaldus* 920. 58.
Mainwarin Rad. 270. 12: 320. 20.
Mainil Rob. 164. 25. *Radulfus* 599. 54. *Gilbertus* 195. 10. *Stephanus* 195. 10.
Maisi Walt. 274. 37.
Maisnil Rob. 957. 41.
Makarel Will. 183. 38.
Malaterra Ric. 131. 30.
Malbanc Will. 247. 42. 20. *Henr.* 525. 38.
Malbille Hugo 372. 35: 395. 40: 540. 12: 541. 6: 555. 14. *Robertus* 532. 2: 547. 53. *Ricardus* 195. 56: 612. 9. *Beatrix* 320. 50.
Malberthorpe Rob. 815. 20.
Malcal Rog. 592. 33.
Malchael Ulmir. 74. 34.
Malcouvenant Will. 207. 13.
Malebranche Rog. 535. 29.
Malerbe Jord. 799. 27.
Malekake Alanus 195. 5.
Malet Will. 10. 38: 185. 6: 408. 40: 953. 8: 954. 18. *Gilbertus* 530. 60: 978. 38. *Ricardus* 547. 42.
Maletoth Rog. 537. 18: 797. 25. *Anschitillus* 957. 48.
Maleverer Elco 101. 11. 20: 102. 15. 63. *Leonius* 51. 57.
Malherbe Johannes 230. 16: 242. 48: 535. 63: 632. 50. *Ricardus* 270. 58. *Rulandus* 154. 22. *Surcharius* 961. 55. *Roulandus* 72. 5.
Mallore Berteramus 613. 64. *Ricardus* 314. 64: 832. 22. *Adelicia* 989. 18.
Malmalent Rob. 192. 41.
Malmayers Henr. 984. 57.
Malo almeto Petrus 544. 22.
Malolelacu Petrus 99. 8: 151. 36: 822. 45: 850. 31. *Hillaria* 149. 14. *Robertus* 99. 54. *Will.* 99. 56.
Malquinci Galfr. 56. 30.
Malton Mathæus 825. 35.
Malreward Will. 888. 14. *Galfridus* 888. 31.
Malvecin Henr. 46. 56.
Malvesein Nich. 119. 23: 129. 35. *Will.* 508. 43: 978. 34. *Hugo* 874. 6. *Henricus* 915. 46.
Malvenon Gualt. 904. 59.
Malvoier Oliverus 531. 15. 28. 30: 543. 7.
Malus Conductus Will. 973. 5.
Malus Leporarius Ric. 393. 52.
Malus Nepos Will. 992. 67.
Mameby Adam 650. 47.
Manant Johannes 87. 39. *Robertus* 87. 43.
Mancolles Galchelinus 953. 1.
Maminot Walkelinus 639. 52: 640. 35. 59: 868. 23: 975. 32: 994. 21.
Mandevill Will. Comes 82. 57: 171. 9: 182. 62: 188. 26. [*Vide Co. Essex*] 307. 66: 510. 53: 108. 16. *Stephanus* 8. 18. *Walterus* 80. 65: 82. 60. 63. *Thomas* 45. 49. *Galfridus* 170. 35: 437. 41: 996. 42. *Radulphus* 182. 46. *Gilbertus* 182. 62. *Robertus* 323. 65: 1040. 59. *Matilda* 544. 22.
Manckesye Rob. 335. 13: 336. 27. *Radulphus* 336. 13.
Maners Walt. 592. 60. *Robertus* 913. 18. *Thomas* 592. 7.
Maniers Tirellus 85. 50.
Manniæ Rex Magnus 427. 62.
Manilius Steph. 153. 14. *Rob.* 153. 15.
Mansel Scherus 912. 32. 34. 35. *Rogerus, Gilbertus, Simon, Willielmus, Hugo* 912. 32. 34. 35. *Walterus* 663. 18: 664. 23: 911. 23. *Johannes* 911. 25. *Radulfus* 794. 9: 911. 31: 912. 29. *Galfridus* 663. 54.
Mansel Johannes Præpositus Beverlaci 333. 14.
Mantel Rob. 294. 42: † 626. 41. *Wymundus* 893. 27.
Mara Rob. 549. 24. *Wiganus* † 630. 42. *Hugo* 978. 23. *Mabilia* 549. 24. *Avicia* 209. 8. *Agnes* 409. 44.
Marc Will. 109. 37. 39. *Eudo* 109. 39.
Marcey Tho. 266. 47.
Marchenese Adam 542. 62.
Marchei 970. 32.
Marchemedle Rad. 1015. 7.
Marchiæ Comes Rog. de *Mortuomari* 224. 47: 228. 35.
Marci Rad. † 626. 23.
Marei. Will. 912. 27. *Walterus* 793. 57.
Marenham Nich. 531. 3.
Mareschal Aliva 21. 62.
Mareschal Johannes 4. 57: 21. 5. 18. 51: 292. 66. Domini Regis *Mareschallus* 300. 37: 455. 43: 529. 37: 791. 35. 44: 1023. 13: 1033. 3: 1043. 59. *Giraldus* 956. 44. *Milo* 956. 40. *Joscelinus* 314. 1. *Robertus* 239. 44. *Rogerus* 257. 1. *Willielmus* 15. 48: 67. 12: 81. 47: 253. 53: 254. 27: 300. 49.
Mareschal Will. Comes Pembrochiæ 156. 17: 223. 32: 1025. 52.
Maring Robertus 797. 31.
Mark Regin. 548. 49. *Philippus* 604. 58.
Markes Rog. 662. 15. 63. *Willelmus* 663. 52.
Markham Rog. 610. 58.
Marines Hugo 82. 47.
Marisco Simon 234. 51. *Reginaldus*

551. 49. *Ivo* 791. 40.
Marmin Walt. † 625. 25.
Marmiun Philippus 41 L. 40. 49: 850. 40. *Rogerus* 982. 37. *Roverus* 527. 44: 528. 19: 655. 36: 850. 45: 851. 58. 974. 42: 978. 32. *Galfridus* 527. 46. 48: 545. 66: 549. 23.
Marnule Helias 882. 32.
Marra Rad 549. 36.
Martel Rad. 49. 59. *willielmus* 526. 46: 531. 39: 885. 12: 894. 29. 47. *Galfridus* 894. 48: 973. 4: 1000. 40. *Osebernus* 894. 32.
Martin Will. 513. 36.
Martiwast Rad. 312. 12.
Marton Phil. 95. 39: 58. 13. *Henricus* 813. 58. *Simon* 797. 40.
Mascherel Walt. 283. 2.
Mason Will. 813. 62.
Matildis *uxor Regis Henrici primi* 25. 61: 80. 25: 381. 27.
Matildis *Imperatrix Henrici* primi filia, fundatrix Abbatiæ de *Noa* in Ducatu *Norm.* 992. 33. Concessiones suæ Cœnobio S. *Nicholas Andegav.* 1000. b.
Matilda Regina (uxor Regis *Stephani*) 82. 18.
Maton Ingulphus 34. 48.
Maubanc Will. 139. 43. *Hugo* 1291 56. *Philippa* 256. 57.
Mauduit Rob. 409. 36. *Thomas* 48. 64: 49. 2: 432. 54. *Johannes* 889. 33. *Willielmus* 460. 67: 637. 25: 638. 45: 642. 7.
Maule Petrus 642. 38: 899. 15. *Robertus* 899. 17.
Mauleby Will. 152. 39.
Mautravers Johannes 471. 16.
Maweye Jord. 542. 66.
Maza Rob. 23. 41.
Meauling Will. 284. 38.
Meaux Johannes 350. 21. *Godefridus* 509. 22: 350. 44. [*Vide Melsa.*]
Meburne Walt. 597. 17.
Medicus Ric. 545. 27.
Meinil Gilb. 53. 26: 54. 37: 540. 43. *Steph.* 162. 53. *Bernaldus* 34. 28. *Willielmus* 546. 62: 608. 21. *Egidius* 608. 22.
Meisnil Rob. 51. 56: 56. 27. *Willielmus* 139. 3.
Meili Rob. 529. 25.
Melbourne Georgius 869. 42.
Mellenti Comes Wallerannus 134. 24: 555. 52: 1008. 66: 1011. 35: 1012. 39. *Robertus* 308. 28. [*Historia de eod m & ejus progenies* 312. b] 375. 39: 845. 59: 957. 8: 980. 46: 992. 62.
Mellent Hugo 134. 25.
Mellina Hen. 632. 67.
Mellyng Will. 306. 47. *Thomas* 632. 23.
Melsa Petrus 802. 44. *Robertus* 194. 58. *Johannes* 419. 28: 822. 45. 29. *Beatrix* 802. 63.
Mendham Alanus 295. 61.
Menilwaryn Rog. 919. 12. *willielmus* 919. 51.
Mere Eustachius 264. 25. *Henricus* 386. 18: 885. 60. 3.
Mercintone Rog. 317. 66.
Mere Johannes 355. 60.
Merei Ric. 971. 31. *Robertus* 971. 31.
Merel Olivetus 303. 6.
Merfelin Hamo 529. 4.
Merieth Henr. 530. 19. *Walterus* 530. 20.
Merk Henr. 171. 51. *Simon* 200. 11.
Merlaw Guido 382. 17.
Merle Phil. 795. 24. *Hugo* 796. 2.
Merley Tho. 918. 48. *Rogerus* † 8. 24: 204. 17: 612. 39: 662. 12: 916. 36: 917. 63. *Ranulfus* 916. 29: 918. 48.
Merlemond Simon 216. 9. *Oliverus* 213. 40: 220. 54.
Merse Will. 984. 45.
Merston Hugo 631. 30.
Mervyn Johannes 483. 37.
Merwald *Rex Merciorum* 280. 33.
Meryet Hugo 645. 29. *Nicholaus* 645. 41.
Mesange Ankerillus 295. 19.
Meschyn Will. 25. 63. 66: 27. 36: 100. 10: 101. 50: 102. 22: 145. 44.
Messenden Hugo 293. 8.
Metheringham Thomas 212. 15.
Meverel Tho. 317. 64.
Meules Nich. 409. 12. *Rogerus* 409. 13.
Mida Rob. 152. 23.
Middelham Ranulfus 602. 55.
Middelton Arkil 426. 33.
Midilhope Ric. 450. 27.
Miendham Thomas 295. 24.
Miliers Will. 234. 51: 274. 59.
Millers Hugo 920. 67.
Millum Henr. 424. 21. *Johannes* 427. L.
Milneburne Alanus 426. 30.
Milo *Constabularius Herefordiæ* 4. 21: 63. 41: 64. 24: 65. 26. progenies ejus 66. 2: 70. 47: 71. 59: 90. 13: 103. 26.
Milton Hugo 507. 4.
Mineres Will. 530. 53.
Misterton Rob. 795. 22.
Mitton Will. 305. 7: 306. 30.
Mocot Ric. 446. 7.
Modberley Patricius 269. 8: 320. 14.
Moen Rog. 297. 2.
Mohun Will. 206. 6. *Johannes* 513. 38: 664. 61: 665. 42. *Reginaldus* 250. 53: 251. 12: 654. 6. 43: 912. 22. *Robertus* 513. 41. *Paganus* 513. 42.
Moiun Henr. 912. 26. *will.* 115. 47: 163. 23. 42: 83 18.
Moine Alex. † 624. 53. *Rogerus* 26. 38. [*Vide Moyne.*]
Molescroft Rog. 415. 52. *Thomas* 416. 20.
Molbray Rogerus 190. 50: 192. 21. 25: 369. 40: 371. 33: 372. 17: 393. 43: 394. 13: 395. 19 30: 397. 34. 29: 510. 50. *Philippus* 190. 56. *Robertus* 190. 57: 371. 42: 397. 57: 957. 32. *Comes Northumbr.* 193. 48: 957. 13. *Gundreda* 369 42. *Willielmus* 190. 65: 371. 26. *Nigellus* 192. 33: 371. 48: 397. 8. 57. *Johannes* 194. 11: 24. 41. *Comes de Notingham* 194. 43 *Thomas* 240. 22.
Molbraiorum Progenies 192. 47. [*Vide Moubray.*]
Molins Johannes 355. 61. *Henricus* 869. 33. *Walterus* 869. 40: 1009. 14. *Wimundus* 974. 52. *Ricardus* 1009. 12.
Monasteriis Rob. 294. 9. 970. 5. *Thomas* 905. 38.
Monay Will. 523. 59.
Monbaston Hawisia 953. 25.
Monceaus Petrus 401. 20. *Drogo* 134. 5. *Idonea* 536. 42. *Milisent* 532. 43. *Robertus* 401. 23.
Moncellis Alanus 163. 44. *Engelramus* 200. 46.
Monemue Joh. 449. 32: 450. 35.
Monfichet Gilb. 508. 52: 543. 56. *Richardus* 510. 17. *Wilhelmus* 961. 32.
Montabon Rad. 974. 36.
Montacute Will. 335. 66. Co. *Sarum* 83. 41. *Johannes* 544. 23: 984. 63. *Richardus* 530. 64. *Agnes* 336. 42. *Isabella* 984. 3. *Matildis* 390. 46.
Montalt Rog. 268. 18: 275. 23.
Monte Phil. 800. 58.
Monteaureo Walt. 446. 8.
Monte begonis Aluredus 548. 12.
Monte canisio Sara 184. 27. *Hugo* 878. 16. *Hubertus* 274. 33: 878. 21. *Willielmus* 87. 41. *Warinus* 274. 38: 661. 14 *Stephanus* 87. 41: 878. 31. *Rogerus* 878. 37. [*Vide Munchensi.*]
Montemorecl Hervæus Marescallus *Hiberniæ* 1027. 19. 35.
Monteny Rob. 53. 27.
Montfort Petrus † 90. 22 457. 43: 877. 5. *Rogerus* 210. 7. *Robertus* 253. 63: 953. 11. *Henricus* 527. 38. *Simon* 310. 61: 311. 35: 313. 47: 454. 28: 548. 45. *Hugo* 956. 24: 957. 9. *Amicia* 986. 34. *Alicia* 848. 52.
Montgomeri Rog. 950. 44: 957. 6: 960. 7. *willielmus* 269. 27: 546. 65. *Robertus* 869. 12. *Radulfus* 997. 33.
Montgomeri Comes Rogerus 546. 47: 956. 22: 957. 5: 974. 27: 982. 42: 1005. 17.
Montigni Rog. 961. 26.
Montpincon Rad. 937. 15.
Mordant Baldw. 202. 36.
More Jac. 800. 60.
Morel Rad. 302 67.
Morener Ric. 548. 59.
Morgan Walt. 904. 39.
Morevill Hugo 74. 3. 28: 80. 27: † 89. 25: 202. 8: 507. 65: 540 28. *Johannes* 74. 10. *Simon* 132. 18. *Eudo* 234. 4. *Ibertus* 287. 37. *Ricardus* 539. 51: 540. 1: 978. 25. *Willielmus* 596. 14. *Tombetus* 96. 31.
Morrein Rog. 792. 27. *Eustachius* † 90. 7.
Morton Michael 915. 31.
Mortonii Comes Rotro 948. 49. *Robertus* 902. 29: 957. 61: 974. 26: 982. 25. *Stephanus* 387. 22: 908. 7: 35. 28: 37. 6. *Willielmus* 590. 14: 954. 7: 982. 54. *Johannes* 233. 15: 438. 41. 64. 44: 1028. 56. *Matildas* Comitilla 982 37.
Moritolii Co. Rob. 950. 35.
Moritonix & Bolonix Comes Steph. 135. 40.
Morin Rad. 251. 12: 794. 51. *Johannes* 251. 8.
Morker Walt. 509. 49.
Morsum Galtr. 150. 40.
Mortimer Hugo 49. 57: 213. 18: 220. 64: 221. 16. 48: 222. 4: 223. 4. 333. 27: 532. 24: 886. 56: 1003. 60. *Rogerus* 67. 25. *Ejus progenies* 69. 26: 218. L. 22. 65: 220. 57. 64: 221. 22. 20: 222. 30: 223. 7. 35. 64. 54: 224. 59: 225. 13. 31. 8. 25. *Ejus liberi* 226. 32: 228. 39: 320. 21: 325. 15: 329. 59: 886. 62: 887. 9: 950. 23. *Robertus* 832. 47: 1018. 25. *Philippus* 887. 25. *Willielmus* 220. 21. 64: 221. 17: 887. 26. *Edmundus* 68. 19: 223. 56: 224. 16: 225. 42: 226. 9. 28 58. 13: 228. 29. 41. 13. *Galfridus* 223. 57. [*Vide de Marchiæ Co.*]
Morting Johannes 426. 45. *Willielmus* 426. 54.

Morton Walt. 151. 9. *Galfr.* 330. 20. *Will.* 590. 14. *Petrus* 101. 23.
Morwic Arnulphus 592. 36: 917. 51.
Moston Ric. 919. 52.
Motlow Johannes 919. 53.
Morun Rob. † 617. 32: 629. 55.
Moubray Rogerus 42. 45: 118. 49: 163. 20: 528. 15: 531. 32: 535. 19: 537. 40: 539. 11: 540. 11. 25. 31: 541. 34: 545. 32. 55: 548. 56: 551. 1. 29: 554. 51: † 627. 51: 628. 2: 650. 38. *Johannes* 551. 47. *Nigellus* 85. 6. 21: 940. 25.
Mounteney Will. 505. *Rob.* 505. *Eustachius* 505.
Moyne Berengarius 25. 33. *Willielmus* Comes *Somerſetenſis* 205. 35.
Mucegros Rob. 301. 40.
Muden Henr. 548. 27.
Muer Alanus 796. 3.
Mues Will. † 628. 57. 66. *Johannes* † 619. 2.
Muhaut Sim. 101. 22.
Muiſun Rog. 915. 46.
Mulet Bern. 544. 40.
Mulethorpe Adam 99. 39.
Mulewic Nich. 118. 27: 129. 21.
Multon Tho. 132. 6. 8. 10: 547. 17: 624. 26: 697. 38: 833. 50. *Alanus* 636. 23. *Nicholaus* 883. 40. *Radulphus* 196. 34.
Munbegun Adam 97. 57: 200. 36. *Jacobus* 590. 7.
Munceaus Engeramus 152. 21. *Williel.* 335. 9. [*Vide Monceaus.*]
Munchenſi Hubertus 295. 14. *Matildis* 296. 8. *Rogerus* 295. 15. *Will.* 86. 20.
Muncin Rog. 101. 25.
Mundeford Ric. 88. 56.
Mundegumer Jac. 536. 12.
Mundene Henr. 526. 10.
Mundevill Will. 161. 48: 848. 20. *Elias* 25. 23: 533. 57. *Nigellus* 25. 23. 40. 8. 24: 116. 58. *Ricardus* 284. 39. *Radulfus* 25. 22.
Munemuth Gilb. 302. 48. *Henricus* 330. 28.
Mungiroun Drogo 653. 51.
Mungumeri Rad. 870. 29.
Munfichet Rad. 23. 42. *Gilbertus* 23. 24: 24. 3. *Ricardus* 18. 4: 23. 12: 24. 8: 24. 4: 76. 17. 57. *Warinus* 23. 44. *Origo Baronum de Munfichet* 23. 16.
Murdac Ric. 72. 28: 209. 7: 799. 25. *Stephanus* 106. 8. *Hugo* 799. 25: 821. 65: 806. 15: 808. 12. 59. *Henricus* 824. 66. *Adam* 592. 34.
Muſard Aſcuil 535. 44 60: 547. 8: 549. 31: 551. 30. *Radulfus* 610. 42. 52: *Willielmus* 109. 39.
Muſchamp Steph. 186. 29. *Maria* † 630. 20. *Radulfus* 647. 46. *Willielmus* 592. 60. *Robertus* † 622. 46: 845. 37. *Thomas* 592. 26. 64. *Hugo* 35. 1: 36. 48.
Muſca Will. 538. 43.
Muſele Regin. 312. 11. 9.
Muſgrave Tho. 426. 39.
Muſhet Rog. 549. 5.
Muſtel Tho. 795. 23.
Muſters Rob. 539. 66. 20.
Muſſon Rog. 253. 12: 256. 10. *Dionyſia* 253. 57. *Ameidus* 254. 3.
Muſters Liliardus 95. 42.
Muſturel Rad. 548. 17.
Mutun Will. 454. 5.
Mynghall Will. 798. 33.
Myparty Will. 456. 63.

N

Nairford Will. 20. 4. 9.
Napton Adam 527. 16.
Nasford Johannes 831. 26. *Willielmus* 831. 40: 832. 60. 53.
Navesby Rob. † 629. 27.
Nerford Rob. 327. 26. 56. *Adam* 650. 25: 650. 57. *Alicia* 328. 55: 329. 15. *Petrus* 664. 45. *Johannes* 329. 59. *Matilda* 575. 27.
Neſebyte Walt. 92. 19.
Nevil Alanus 596. 45. *Aleſia* 918. 61. *Bernardus* 961. 20. *Edmundus* 634. 15. *Erniſius* 590. 13: 596. 29: 991. 15. *Gulfridus* 409. 47: 596. 67. 6: 597. 3. *Gilbertus* 596. 44: 815. 46. *Henricus* 98. 53: 99. 49: 596. 17: 597. 9. *Herbertus* 230. 21. *Hugo* 268. 20: 446. 8: 543. 38: 596. 32. *Johannes* 18. 62: 166. 24: 409. 47: 810. 58. *Jollanus* 557. 18. *Maria* 648. 32. *Radulfus* 149. 4: 161. 50: 162. 51: 164. 17: 165. 51: 461. 64: 918. 55. *Ranulfus* 649. 26. *Robertus* 531. 51: 597. 56. 65: 649. 12. 28. *Theobaldus* 792. 26. *Thomas* 596. 22: 938. 7. 48. 44. 85. *Thoraldus* 536. 21: 644. 5. *Walterus* 796. 7: 819. 66.
Neuton Will. 1015: 5. *Radulfus* 644. 26.
Newark Rad. 288. 37. *Malgerus* 795. 7.
Newſole Dionyſia † 624. 7.
Newſum Godric 648. 41. 59. *Rogerus* 825. 33.
Newenton Johannes 443. 31.
Newport Walt. 532. 4. *Radulfus* 532. 4.
Newmarch Bernardus 66. 21. [*Vide Novomercato.*]
Nicholſon Alfredus 845. 61.
Nichol Aluredus 530. 3.
Noel Philippus 143. 24. 43. *Thomas* 143. 23. 35: 527. 48: 915. 42: 940. 13. *Ricardus* 33. 55. *Robertus* 143. 54: 915. 42: 940. 13. *Willielmus* 143. 59.
Nofuel Henr. 274. 39.
Norfolc Rad. 904. 2. *Willielmus* 117. 57.
Norfolciæ Comes Hugo 548. 5. *Rogerus Bigod* 878. 56: 929. 40. *Hugo* 878. 65.
Normanby Will. 369. 59. *Ricardus* 150. 64.
Norman Gilb. 135. 23.
Normanniæ Dux Ricardus primus 949. 9. *Ricardus* ſecundus 949. 40. 67. *Juditha* Comitiſſa 949. 49. *Robertus* Comes 958. 46. *Robertus* Dux 949. 14. *Willielmus* Dux 949. 23.
Normanniæ perdita per Regem *Johannem*, eo quod *Homagium* Regi *Franciæ* facere recuſavit 222. 37.
Normanvil Regin. 534. 19. *Radulfus* 540. 56: 882. 50: 896. 64. *Geroldus* 880. 59. *Johannes* † 87. 60. 66: 88. 16: 92. 13.
Norreis Henr. 132. 40. *Alanus* 303. 39.
Northampton Jac. 664. 12.
Northampt. Co. Simon 544. 35: 850. 15: 851. 4: 911. 9.
Northburne Rogerus 374. 44.
Northia Will. 643. 33.
Northon Petrus 410. 17.
Northumbriæ Comitiſſa *Matildis* 97. 58.
Northumbriæ Comes Copſius 845. 28. *Henricus* filius Regis *Scotiæ* 204. 22. *Will. Gwaren* 203. 59. *Henr. Percy* 591. 7.
Northcott Ranulphus † 630. 12.
Northwalliæ Princeps *Lewelinus* filius *Gervaſii* 336. 25: 338. 59.
Norton Simon 276. 23. *Jacobus* 343. 19. *Walterus* † 628. 34.
Norwic Will. 22. 27. *Radulfus* 339. 23.
Notingham Henr. 321. 61. *Simon* 984. 24.
Notingh. Co: Robertus 873. 60. (*Rob. de Ferrariis*) 39. 28.
Nova villa Henr. 394. 46. *Robertus* 591. 41. [*Vide Neuill.*]
Novant Rog. 580. 13. [*Vide Nuvant.*]
Noviers Gilb. 1005. 21.
Novo burgo Rog. 234. 50. *Henricus* 549. 29: 986. 44. *Alexander* 254. 17.
Novo mercato Adam 37. 33: 53. 2: 557. 17. *Henricus* 824. 65. *Willielmus* 207. 65: 312. 41: 314. 63.
Nutricius Gilb. 573. 48.
Nuvant Rog. 8. 20: 972. 63. *Vide* 8. 17.
Nyweton Hugo 271. 42.

O

Oryan Donaldus 1019. 34.
Odingſels *Vide Dodingſels.*
Odowelle Simon 544. 55.
Offa Rex *Orient. Saxonum* 851. 62. Rex *Merciorum* 852. 17.
Offre Robertus 272. 5.
Oilli Rob. 90. 14. *Fulco* 885. 12.
Oildeboef Walt. 324. 53.
Oiſon Rob. 960. 32.
Olifart Rob. 534. 61. *Walterus* 1052. 28.
Oliver Will. 880. 25.
Ominour Paganus 72. 46.
Orneby Roheſia 596. 36. *Gilbertus* 596. 38.
Oideſhale Nich. 53. 30.
Ormesby Walt. 151. 11. *Robertus* 797. 30.
Orenge Will. 242. 46.
Ores Lucas 435. 30.
Oreſcuil Ric. 888. 50. *Helias* 888. 50.
Orival Will. 80. 57.
Ormesbi Gilb. 809. 36.
Ormundiæ Comitiſſa Alinora 397. 3.
Orreby Philippus 260. 58: 268. 21. *Johannes* 616. 30: 797. 39. *Agnes* 616. 16. 24. *Herbertus* 616. 26. *Alardus* 616. 20.
Osbernus *nobilis Normannus, nepos* Hugonis Bajocenſis *Epiſcopi.* 996, 11: 1006. 1.
Oſeville Sewallus 510. 63. *Henricus* † 627. 28.
Oſitha *Sanctæ* 182. 11.
Oſmundeſthorpe Petrus 540. 43.
Oſmundus *Cancellarius Regis* Willielmi *Conqueſtoris.* 972. 35.
Oſſoriæ Rex Dumwaldus 1028. 7.
Otteham Petrus 112. 42.

Otteby Rob. 397. 18.
Otteringden Rad. 512. 43.
Otteringham Ric. 230. 22. *Willielmus* 163. 43.
Ottrington Tho. 650. 25. 58.
Ovilla Hugo 534. 32.
Owenus filius Griffini 339. 60.
Oxonii Comes (297. 25.) *Rob. de Vere* 24. 15: 507. 9. *Albericus de Vere* 547. 56: 877. 37: 878. 19. *Hugo de Vere* 878. 46. *Eufamia Comitiſſa* 877. 22.
Oxenden Ricardus 276. 15.
Oyſel Mathæus 662. 65.

P

PAbenham Johannes 243. 48. *Laurentius* 297. 45. 50.
Paſton Adam 426. 14.
Pacy Johannes 327. 50.
Paganel Fulco 96. 67: 97. 41. *Fulcoldus* 910. 30: 911. 11. 58: 912. 9. *Gervaſius* 510. 22: 907. 30: 910. 12: 912. 36: 991. 12. *Hawiſia* 912. 32. 5. *Radulfus* 96. 52: 369. 30: 907. 33: 910. 31. *Robertus* 907. 47: 911. 26: 912. 23. *Rogerus* 912. 42. *Willielmus* 96. 59: 97. 22. 53: 142. 7: 910. 55: 918. 14. 65: 912. 9. 14.
Pageham Will. 663. 48.
Painel Adam 98. 59: 151. 1: 643. 54: 644. 23: 645. 34. *Alexander* 36. 45: 37. 26. *Fulco* 302. 28: 408. 39: 522. 57. *Gervaſius* 547. 39. *Hugo* 645. 36. *Jordanus* 37. 30: 161. 46: 162. 44. 51: 163. 22. 35. *Radulfus* 456. 2: 645. 10. *Robertus* 344. 49. *Matilda* 181. 67. *Willielmus* 181. 47: 991. 12. [*Vide Paganell.*]
Pakenham Edm. 184. 65. *Guilielmus* 185. 6. *Ejus progenies* ibid.
Palerne Henr. 642. 9.
Palexton Will. 458. 34.
Palinges Gergaga 511. 14. *Radulfus* 511. 15.
Palmer Johannes 419. 50. *Willielmus* 115. 46.
Palton Johannes 307. 7.
Pancevot Humfr. 109. 29. *Lanval* 109. 65. *Iſabella* 159. 11. 55. *Ricardus* 263. 50.
Panton Henr. 254. 29.
Pamulf Norm. 129. 63. *Alanus* 255. 40. *Willielmus* 129. 44. 61: 525. 42. *Philippus* 96. 6: 792. 25. *Ivo* 128. 28: 134. 3.
Papilam Halnaldus † 629. 52.
Parcarius Ingeramus 604. 55. *Hugo* 603. 1. 4: 604. 37. *Willielmus* 603. 55: 604. 32.
Parc Hawiſia 529. 29. *Henricus* 286. 46.
Parnes Paganus 510. 65. *Baldwinus* 510. 65.
Parvus Rog. 71. 8. *Walterus* 72. 60. *Willielmus* 1029. 3.
Pallelew Rob. *Archidiac. Lewenſis* 267. 65. *Simon* 1021. 32. *Johannes* 280. 51. *Robertus* 664. 48.
Paſſun Johannes 120. 30.
Paſturel Ric. 590. 30.
Pareſſe Hamo 329. 60: 615. 59.
Pareſyne Will. 869. 31.
Patric Ric. 25. 32. *Willielmus* 25. 33. 58: 85. 16. *Hugo* 190. 58. *Robertus* 270. 12: 320. 20.
Patrok Godefridus 312. 30.
Patſhull Martinus 558. 3: 954. 4. *Simon* 157. 29: 158. 24. 33: 632. 34.
Pavcham Johannes 794. 52.
Paveilli Rog. † 625. 40 *Robertus* † 627. 16. 56: 628. 52. 57. 61. *Willielmus* † 628. 42. *Reinerus* 952. 36. *Reginaldus* 978. 34: 1003. 3: 1008. 19.
Payne Will. 915. 4.
Peche Almaricus 87. 54: 88. 14. 2. *Barthº.* 88. 33. *Johannes* 30. 40. *Edmundus* 30. 40: 88. 33. *Hamo* 30. 36. 42. 2. *Gaufridus* 30. 40: 246. 34. *Gilbertus* 30. 39. 46. 63. 21. 33. 51: 32. 19. 41: 316. 58: 607. 18. *Matilda* 95. 17: 453. 44. *Maria* 184. 46. *Ricardus* 280. 45. *Matheus* 419. 49. *Willielmus* 30. 17: 432. 52.
Pedis Canis Alanus 533. 46.
Pedwardin Rog. 69. 29. Ejus progenies *ibid.* 70. 20. 23. 28. 38. *Walt.* 70. 40.
Pedworth Adam 95. 20.
Peforer Fulco 112. 54: 113. 41.
Peiſun Rob. 95. 29. *Radulfus* 534. 20.
Pelham Johannes 84. 15.
Pembrochiæ Comes *Gilbertus* 543. 9. 13. 16. *Will. Mareſcballus* 227. 67: 301. 17: 443. 52. 26: 524. 57: 545. 19: 549. 64: 1032. 32: 1033. 48: 1042. 24. *Walt. Mareſcballus* 1027. 17. *Rad. Haſtings* 228. 39.
Pembrochiæ Comitiſſa *Maria* de S. *Paulo* 437. 12: 601. 62. *Alicia* de *Cleremunt* 547. 7.
Pencot Joh. 1025. 34.
Penrys Rob. 550. 4.
Pendeney Henr. 272. 51.
Pendelu Rad. 1021. 20.
Penebruge Rad. 973. 15.
Penhnoſte Rad. 544. 15.
Penigton B. 424. 44: 426. 1. *Alanus* 426. 42. *Gamelus* 424. 51. *Meldredus* 424. 51.
Penkrich Rob. 259. 42.
Pennard Osb. 233. 59.
Pentiz Nich. 440. 20.
Perbalt Henr. 305. 58. 42.
Percevent Galf. 324. 55: 432. 54.
Perci Alanus 161. 45: 394. 50: 854. 12. *Engerdus* 148. 28: 150. 66. *Johannes* 395. 13. *Henricus* 228. 34: 350. 4: 441. 59. *Petrus* 509. 48. *Picotus* 35. 8. 49: 36. 55. *Ricardus* 810. 47. *Robertus* 163. 34: 823. 50. *Walterus* 99. 59: 151. 8: 506. 54. *Willielmus* 35. 33. 37. 27: 150. 1: 151. 5: 161. 50: 163. 24: 290. 59: 394. 66: 441. 58: 442. 19: 540. 15: 808. 41. 66. *Agnes* 616. 14: 810. 46. *Alicia* 824. 56. *Johanna* 602. 47. *Margareta* 547. 61. 66: 918. 58.
Perendune Picotus † 626. 61. *Rogerus* † 626. 64. *Robertus* † 626. 67.
Perer Matildis 603. 54.
Pereſeth Ric. 324. 54.
Perington Rob. 801. 56.
Perot Rad. 376. 20.
Perpont Rob. 70. 34: 300. 21. *Hubertus* 530. 21: 551. 41.
Perrun Galfr. 534. 14.
Peſchale Will. 295. 57. *Radulfus* 295. 58.
Pelun Will. 585. 9.
Pereſho Mich. 915. 22.
Petit Walt. 330. 53.
Petra facta Gaufr. 314. 60.
Pevenſe Ric. 461. 4.
Pevere Will. 919. 53.
Peverell Matilda 8. 18: 30. 57. *Hugo* 286. 38: 907. 19. *Jordanus* 894. 37. *Paganus* 29. 14. 27: 30. 14. 27. 55: 31. 10: 32. 8. 26. *Ricardus* 286. 40. *Robertus* 297. 24. *Willielmus* 30. 24: 86. 50: 511. 28: 527. 2: 547. 47.
Peuforer Fulco 211. 42. [*Vide Peforer.*]
Peytevin Will. 263. 2. *Thomas* 509. 32. *Rogerus* 509. 30: 546. 52.
Peyure Tho. 478. 4. [*Vide Pevere.*]
Phanecur Girardus † 94. 36.
Philip Will. 544. 2.
Philigham Alanus 536. 40.
Picard Rad. 72. 26.
Pichford Engelardus 254. 42. *Gefray* 899. 18 *Johannes* 147. 49.
Picot Albericus 883. 50. *Euſtachius* 33. 32: 527. 10. *Rogerus* 73. 42: 510. 59. *Petrus* 23. 42.
Picotus Vicecomes 28. 64: 32. 23.
Pictavenſis Rogerus 34. 20. 23: 36. 1. *Robertus* 393. 47: 554. 39. *Willielmus* 548. 66: 957. 46.
Pictavenſis Archidiaconus Ricardus 285. 40.
Pictavenſis Comes Galfr. 1006. 42.
Pierſith Walt. 110. 28.
Pigaz Ric. 88. 4.
Pigot ..... 239. 33. *Baldw.* 327. 33. *Ricardus* 889. 33.
Pikonot Ric. 791. 4.
Pimpe Rad. 423. 52.
Pin Henr. 8. 31.
Pincerna Aluredus 910. 43. 50: 982. 22. *Alanus* 596. 16. *Gaufridus* 186. 33: 800. 32. *Girardus* 161. 53. *Hugo* 997. 13. *Johannes* 239. 38. *Osbertus* 106. 6. *Radulfus* 115. 29: 818. 11: 134. 28: 309. 14: 986. 27. *Ricardus* 8. 46: 98. 1: 137. 56: 361. 53: 192. 43: 260. 12: 268. 19: 530. 38: 799. 55. 65. *Reginaldus* 532. 53. *Robertus* 309. 15. *Thomas* 131. 41: 260. 4: 419. 52. *Willielmus* † 91. 42: 200. 34.
Pinel Ric. 422. 61.
Pinu Morinus 134. 12. *Willielmus* 134. 12.
Pinkney Rob. 267. 40: 292. 25. *Henricus* 291. 47. 56: 292. 66: 355. 65. *Willielmus* 292. 15.
Pinnok Walt. 438. 7.
Pinzun Andr. 212. 16.
Pipard Adam 240. 66. *Gilbertus* 154. 41. *Robertus* 240. 67. *Walterus* 240. 67.
Piperellus Paganus 972. 67.
Piremag: Galfr. 822. 40.
Pirho Will. 82. 17.
Pirou Rob. 231. 4. *Ricardus* 970. 6. *Will.* 398. 62: 970. 6. *Dapifer* 7. 10.
Pithull Steph. 198. 36.
Piſtor Sim. 537. 19.
Piuelesdon Rog. 934. 62.
Plaiz Hugo 23. 41: 26. 49. *Stemma* 23. 49. *Aldus* 24. 24. *Johannes* 24. 56. *Radulfus* 574. 49. *Ricardus* 24. 53.
Plan Rog. 1019. 2.
Planca Roz. 798. 24.
Pleſſets Hugo 409. 13. *Johannes* 917. 56.
Plompton Petrus 290. 14. *Robertus* 290. 18. *Gilbertus* 292. 17. *Will.* 546. 27.

Pludi Will. 528. 9.
Pluket Hugo 80. 51.
Plumtre Johannes 448 59.
Poarter Will 207. 36.
Pochard Galfr. 664. 26.
Poer Philippus 549. 8. *Hugo* 527. 55. *Radulfus* 171. 34: 386. 2. *Robertus* 1040. 15. *Willielmus* 549. 19: 631. 50.
Poinings Johanna 184. 54. [Vide *Puninges*.]
Poinçon Aluredus 590. 7.
Poitz Nich. 300. 18. *Hugo* 645. 7.
Pois Walt. 324. 53.
Pole Rog. 8.
Polebie Adam 384. 28.
Polton Steph. 244. 8.
Pomerai Henr. 4. 56: 551. 45. † 625. 25. *Matildis* 8. 36.
Pomereda Goselinus 7. 27.
Pomervill Hugo 988. 40. 52.
Poncherden Ric. 901. 56. [Vide *Puncbardine*.]
Poncius Ric. 71. 58.
Ponmeur Will. 1021. 21. *Rob.* 1021. 21.
Ponte Will. 968. 67. *Robertus* 295. 57.
Pontearche Will. 86. 54: 108. 511 134. 66: 900. 45. *Robertus* 9. 32.
Ponteclive Will. 450. 30.
Pontefract Rad. 510. 20.
Ponteni Alfredus 534. 4.
Ponzon Johannes 424. 48.
Pool Walt. 321. 59. *Serlo* 506. 63.
Popham Hugo 10. 60.
Porsnell Rob. 510. 14.
Porter Will. 549. 18. *Robertus* 598. 22.
Porter Ingelr. 604. 13.
Porthis Rog. 527. 58.
Port Rog. 302. 49. *Henricus* 972. 66. *Johannes* 529. 31: 894. 32. *Robertus* 888. 6. *Adam* 529. 44: 530. 48: 548. 29: 659. 42: 1001. 49. *Walterus* 905. 20.
Portrahan Mauricius 1046. 13.
Portsei Baldw. 1001. 47.
Poteville Wido 590. 29.
Pothou Johannes 99. 58.
Pottemore Rog. 886. 51.
Potton Rob. 298. 11.
Pouchard Johannes 327. 29. *Willielmus* 327. 29.
Povele Jord. 870. 54.
Povere Johannes 663. 51.
Power Walt. 312. 13.
Powis Rog. 510. 44.
Pozard Galfr. 663. 50.
Praers Rob. 200. 49: 261. 1.
Pratellis Petrus 810. 37: 1018. 23. *Ingelrannus* 1042. 36.
Praxton Ogerus 531. 61.
Prendelegast Phil. 3001. 40: 1023. 14: 1046. 8.
Presselvile Engelr. 921. 59.
Prestecote Patricius 304. 44.
Preston Laur. 971. 13. *Will.* 294. 47. *Adam* 418. 54: 541. 65. *Gilbertus* 791. 11.
Prætium linez telæ, sotularium, & aliarum rerum 321. 30.
Prestwould Ivo 795. 41. *Elias* 795. 48.
Prophet Johannes, Custos privati Sigilli sub Rege *Henrico* quinto 362. 26.
Puer Phil. 1039. 65.
Pulford Herb. 270. 15: 320. 22.
Pulesdon Savarus 530. 24.
Pulleseley Sivardus 268. 63.
Punchardine Rog. 92. 26. *Hugo* 205. 58. *Richardus* 267. 48: *Will.* 653. 10. *Oliverus* 267. 50.
Pungarde Rad. 530. 35.
Puninges Adam 637. 19. *Reinaldus* 908. 60. [Vide *Poinings*.]
Purcel Rob. 140. 66. *Walt.* 1033. 5: 1043. 61.
Pusac Hen. 35. 46.
Puteaco Henr. 548. 61: 822. 34: 824. 48.
Putot Will. 832. 34.
Putrel Ric. † 94. 50. *Robertus* 795. 31.
Putti Arnulphus † 629. 31.
Pycartston Rob. 252. 31.
Pylesdon Savarus 551. 58.

Q

Quenburgh Rad. 312. 55.
Quency Rog. 362. 4: 310. 20. *Saherus* 78. 7: 310. 32: 311. 25: 313. 49: 454. 30: 527. 36: 659. 42: 952. 35: 978. 33: 1003. 2. *Robertus* 188. 2. *Margareta* 188. 2: 310. 42: 544. 62.
Querceto Rad. 334. 54.

R

Rabaz Rob. 312. 4. *Steph.* † 630. 63.
Raborne Walchelinus 875. 44.
Race Rob. 532. 52.
Raceto Hugo 967. 30.
Radclive Walt. 95. 38. *Henr.* 304. 48. *Eliz.* 918. 9.
Raddon Ric. 108. 33.
Radel Mauric us 535. 22.
Radeshangre Rob. 250. 16.
Radulf Robertus 534 8.
Rage Elias † 628. 6. 12. *Adam* † 628. 44.
Raherus *fundator Prioratus S. Bartholomæi Lond.* 166. 24.
Raimes Will. 538. 30.
Ralegh Wymundus 323. 43: 442. 2. 21.
Ramis Rob. 386. 37. *Rogerus* 386. 40. *Willielmus* 386. 44.
Randolf Will. 544. 37.
Ranglas Rog. 426. 37. *Ricardus* 426. 48.
Rannes Sibilla 510. 41: 546. 46.
Raretun Walt. 983. 31.
Ruthelden Adam 1035. 36.
Raucebi Walt. 535. 23.
Rauns Rob. 171. 4. *Rogerus* 171. 6. *Willielmus* 171. 12. 28.
Rautheclive Rio 99. 19.
Raynes Leonia 602. 3. [Vide *Raines*.]
Rayni Will. 664. 48.
Raz Rob. 533. 52.
Redman Henr. 596 11.
Redneffe Walt. 419. 7.
Redvers Baldwinus 7. 18: 8. 16: 108. 6. *Comes Devon.* 179. 47: 180. 27. *Henricus* 180. 63. *frater Comitis Baldwini* 181. 23. *Willielmus* 180. 63. *Ricardus* 178. 17: 180. 47. *Comes Devon. ejus progenies* 179. a: 179. b: 181. 8: 972. 63. *Hawisa* 286. 44. *Margeria* 439. 28: 440 42.
Retham Ric. 574. 66.
Regny Will. 251. 47: 665 35.
Regenbaldus *Cancellarius Regis Edwardi Confessoris* 13. 64.
Remes Ric. 41. 64. *Robertus* 45. 2: 183. 48.
Reimund Johannes 921. 60.
Reinerville Adam 34. 31: 36. 67.
Rembel Rog. 592. 29.
Rennes Osbertus 295. 55. 38.
Rerisby Simon 608. 20. *Robertus* 610. 55.
Revel Rob. 511. 18.
Revencelle Jordanus 51. 60.
Reygate Will. 980. 15. *Johannes* 509. 23.
Reynham Edm. 22. 29.
Reynes Leonia 602. 7. 25. [Vide *Raynes*.]
Rio Hubertus 532. 22: 535. 19: 547. 61. 3: 791. 30: 889. 49: 900. 22.
Ribald Rob. 707. 31.
Ribol Ro. 598. 34: 599. 59.
Ricardus *Norm.* Dux Carta ejus Cœnobio *Fontanellensi*. 1004. b.
Richardus Rex *Angliæ* primus. Ejus Dona Hospitalariis 549. 35: 553. 2. Fundatio Abbatiæ de *Beaulieu*, in *Normanniâ*, per ipsum. 1007. 2.
Rich. Swanus 548. 43.
Richon Malgerus 164. 56.
Richmundiæ Comes *Conanus* 540. 4.
Ridale Alanus 370. 20.
Ridel Galfr. 111. 27: 112. 38: 511. 18: 203. 4: 845. 61: 993. 37. *Walterus* † 89. 27. *Stephanus* 1042. 35. *Matildis* † 90. 45: 876. 2.
Ride'estord Walt. 293. 55: 1022. 51. 45: 1039. 63.
Rider Stephanus 234. 48.
Ridware Will. 506. 16.
Rienvilla Will. 554. 40.
Rievallis Petrus 322. 43.
Rigingeham Adam 886. 31.
Rigni Rog. 9. 56.
Rihl Rob. † 88. 23.
Rilleston Will. 101. 12. 24. *Eusebius* 99. 62.
Ringesele Anselmus 82. 4. *Jordanus* 87. 14.
Riparius Baldw. 662. 49.
Riparia Henr. 191. 59. 20. *Johannes* 99. 59.
Ripertis Johannes 408. 52: 409. 38.
Rippa Will. 113. 59.
Rippingale Alanus 191. 4.
Risbei Walt. 295. 31.
Rivel Rob. 546. 3.
Rivers Baldw. 201. 54.
Robertus Regis *H. 1. nothus* 339. 17.
Roche Vide *Rupe*.
Rocheford Walerannus 234. 57.
Rockele Johannes 878. 19.
Rocsfort Wido 1164. 9.
Rodes Rad. 96. 38.
Rodgniton Alicia 48. 2.
Rodelent Rob. 986. 41.
Rodwell Adam 592. 3.
Roeli Galfr. 911. 15.
Roers Rad. 592. 61.
Roffecestria Solomon 511. 56.
Rohale Rad. 557. 5.
Roigorn. Phil. 1035. 33.
Rok Ricardus 592. 33. *Nich.* 597. 24.
Rokeby Henr. 197. 39: *Thorbertus* 398. 56.
Rokenla Rob. 302. 33.

Index Virorum.

Roldeſton Bened. 95. 58: 605. 61.
Rolleſton Iſabella 419. 2.
Rolles Will. 954. 67.
Rollendrict Alanus 276. 20.
Rollinges Rog. 160. 7.
Rollos Will. 969. 67.
Rollous Ric. 330. 46: 970. 60.
Romeſis Walt. 109. 65.
Romelli Avicia 97. 43. [Vide *Romeſ.*]
Rompan Gilb. 395. 40.
Romeſcot, ſcil. Denarium de quolibet Domo 1. 20.
Ronhale Galfr. 242. 53.
Roos Everardus 105. 60: 163. 29: 916. 54. *Johannes* 20. 16. *Herbertus* 973. 4. *Petrus* 172. 47: 592. 25. *Willelmus* 202. 6: 30. 55: 107. 12: 151. 38: 172. 32: 175. 7: 278. 32: 350. 3: 834. 32. *Robertus* 20. 54: 105. 60: 149. 21. 60: 150. 24: 174. 28: 458. 38: 548. 24: 551. 52. 65: 557. 16. 38: 916. 66: 957. 56.
Roos Thomas 150. 24. *Nicholaus* 278. 55. *Margareta* 424. 32.
Ropelle Rob. 161. 54: 532. 27: 645. 32. *Hugo* 645. 36.
Rople Simon 423. 21: 548. 41: 645. 36. [Ros Vide *Roos.*]
Roſel Rob. 148. 34: 150. 6. *Hugo* 957. 49.
Roſelo Johannes 979. 16.
Roſſel Thomas 1048. 11. *Will.* 1048. 11.
Roſet Patriz 535. 56.
Roſmare Will. 341. 61. Ejus progenies *ibid.*
Rothele Will. 479. 37.
Rothing Matilda 542. 57.
Rotington Bened. 426. 16.
Rocomago Will. 653. 20.
Roveceſtre Rad. 264. 26. *Ric.* 472. 42.
Roumare Will. 537. 17. 23: 548. 7. 17: 871. 66: 200. 63.
Roxby Rob. 56. 57.
Ruda Will. 420. 18.
Rudby Hugo 153. 8.
Rudſton Malgerus 164. 60.
Rufford ..... 362. 46.
Ruffus Will. 655. 21.
S. Rufinus *Mercionum Regis* Wulferi *filius.* Hiſtoria de ejus paſſione 119. b.
Rufus Galfr. 242. 62: 794. 52. *Johannes* 814. 54.
Rugemund Rad. 372. 36.
Rumare Hawiſia Comitiſſa 381. 64. *Willelmus* 537. 34: 851. 34.
Rumeli Alanus 285. 23. *Alicia* 101. 22. 40. 47. 44: 102. 54. 42. 51. 56. 61: 424. 40. *Cecilia* 100. 59: 101. 50: 102. 22. 28: 103. 27. 58.
Runeys Will. 38. 17.
Rupe Simon 557. 3. *Euſtachius* 1023. 15. *Henricus* 1048. 11.
Rupeforti Milo 1028. 36.
Rupibus Petrus *Winton. Epiſc.* 343. 54: 439. 15: 655. 40: 660. 34: 664. 45: 921. 15. *Galfridus* 662. 12: 664. 11.
Ruſel Rob. 102. 34: 292. 44: 548. 21. *Alanus* 551. 26. *Jacobus* 293. 10. *Willelmus* 536. 57.
Ruſſel Alanus 547. 1. *Robertus* 88. 5: 854. 64. *Ricardus* 908. 23. *Euſtachius* 908. 23.
Ruſhale Odo. 908. 1.
Ruſteng Rog. 274. 59.
Ruthe Walt. 163. 53.
Rutingdon Ric. 56. 40.
Ruyt Adam 264. 43.
Rydeford Hakettus 201. 5.
Rye Nich. 423. 24.
Rymeſwell Rog. 420. 32.
Ryſeley Walt. 546. 17.

S

SAbaudia Petrus 546. 52.
Sabricheſwrth Will. 421. 42: 422. 60.
Saccavile Galfr. 637. 21. [Vide *Sackville.*]
Sacy Emericus 662. 8: 664. 11.
Sadelingſtanes Adam 93. 5.
Sadenefeld Will. 594. 57. *Walterus* 594. 3.
Saham Rob. 615. 60.
Sais Simon 795. 67.
Salevill Rob. 45. 50.
Salcheville Alex. 885. 14.
Salceto Hugo 9. 2.
Salesburi Edw. 67. 63. *Walt.* 67. 10.
Salemonvill Will. 887. 44.
Salford Nigellus 241. 31: 242. 36. *Hugo* 242. 36.
Salicoſamora (vel *Sawtimere*) *Matildis* 627. 41.
Salopiæ Comes *Edricus* 220. 16. *Rogerus* 966. 48: 1002. 30: 1006. 11. *Hugo* 144. 17. *Johannes Talbot* 939. 51. 36.
Salt Walt. 129. 64.
Salle Rog. 28. 34.
Salemerſh W. 233. 65. *Adam* 233. 8.
Salvagius Galfridus 143. 40: 870. 48. [Vide *Sauvage.*]
Salvaine Rad. 53. 3: 977. 7. *Thomas* 422. 57. *Gerardus* 825. 12. 19.
Samlesburi Will. 454. 49.
Samford Tho. 816. 6.
Sampford Simon 285. 24. *Elias* 455. 54.
Sampſon Will. 92. 61: 94. 38.
Samſon Rogerus 312. 2: † 630. 58. *Robertus* † 630. 64.
Sandal Thurſtinus 1048. 13.
Sandeford Tho. 432. 51.
Sandes Beatrix 247. 42.
Sandiacre Petrus 230. 62.
Sanlo Gilb. 589. 45.
Sannera Phil. 794. 10.
Santon Johannes 800. 62. *Ricardus* 350. 28: 800. 39. 62. *Alexander* 800. 64.
Sanzuſemare Galfr. 596. 31.
Sapcote Will. 269. 25.
Sapenton Nigellus 590. 9.
Saracen Will. 1021. 38.
Sarum Philippus 301. 44.
Sarum Comes *Patricius* 206. 38: 341. 4: 530. 18. [Vide *Wiltſcire.* Co.] *Willelmus* 207. 44. 46: 341. 13. *Will. Longſpe* 341. 35: 931. 30. *Johannes de Montacuto* 356. 44. *Will. Mountagu* 226. 47: 355. 21: 356. 35.
Sarum Comitiſſa (de *Viterio Alianora*) 207. 49. *Ela* Comitiſſa 341. 39: 342. b.
Satawaſt Rad. 970. 25.
Savage Will. 1021. 39. *Radulfus* 113. 44.
Savage Rob. 242. 49. *Johannes* 242. 49.
Saukevile Ela 637. 36: 638. 11. *Galfridus* 637. 63. 6. *Radulfus* 637. 8. *Elena* 544. 13. *Jordanus* 301. 34: 335. 10: 983. 28.
Saucy Will. 150. 20.
Saumur Will. † 622. 24.
Sautcheverel Rob. 608. 22.
Saunford Rob. 440. 48. *Thomas* 544. 27.
Saunzaver Will. 653. 15.
Saureby Walt. 558. 7.
Sauteby Ric. 604. 1.
Sauuceſmare Rog. † 622. 62.
Saweemere Galfr. 630. 28, 25: † 622. 9. 47. 32: 622. 7. 59.
Saxholme Tho. 185. 17.
Say Elias 49. 35: 942. 26. *Hug.* 48. 60: 49. 14: 145. 46: 885. 8. *Syrienſius* 907. 17. *Ricardus* 49. 20. *Robertus* 49. 40. *Galfridus* 545. 21: 555. 22. 39: 638. 66: 640. 28. 23. *Willelmus* 249. 45. *Beatrix* (uxor *Galfridi* filii *Petri* Comitis *Eſſexiæ.*) 821. 1. 12. *Iſabella* 907. 11. *Matildis* 249. 29. *Euſtachia* 868. 57. 975. 6. *Lucas* 543. 27.
S. Albano Regin. 870. 53.
S. Albino Wymerius 603. 46.
S. Amand Wido 901. 55.
S. Audoeno Rob. 92. 54. *Radulfus* 262. 67. *Gilbertus* 973. 16. *Rogerus* 599 48.
S. Brigida Rad. 637. 27: 658. 1.
S. Clare Britellus 910. 49. *Hubertus* 183. 47. *Willelmus* 662. 9.
S. Cruce Odo 536. 15. 43: 815. 50. *Alanus* 664. 10.
S. Dionyſio Ric. 329. 57. *Gilbertus* 329. 57. *Hugetus* 960. 47.
S. Edwardo Hugo 241. 14. *Willelmus* 241. 13: 794. 12.
S. George Baldw. 31. 41.
S. German Rad. 409. 16.
S. Hylario Barth. 446. 7. *Alardus* 527. 38. *Jacobus* 884. 33.
S. John Johannes 141. 47. 65: 228. 11: 665. 18. *Rogerus* 908. 58. *Willelmus* 292. 16: 548. 29: 812. 8: 868. 113 970. 36: 975. 22. *Robertus* 643. 57. 64: 970. 36.
S. Johannes Beverlaci, miracula ad ejus tumbam 367. 33.
S. Lando Simon 299. 1. *Adam* 793. 27. *Richerius* 128. 33. *Radulfus* 792. 27.
S. Leger Galfr. 209. 60: 637. 67. *Radulfus* 111. 40. *Lucas* 160. 2. *Reginaldus* 908. 29. 49. *Willelmus* 23. 43: 301. 42. *Gilbertus* 112. 22: 112. 54.
S. Liz Simon 264. 48. *Ace* 590 9.
S. Lize Matildis 75. 35. 49: 877. 45.
S. Maria Jordanus 287. 48. 62: 283. 61. *Adam* 655. 39. *Johannes* 338. 28. *Radulfus* 593. 50.
S. Martin Adam 394. 28: 598. 43. *Alueredus* 920. 47. *Helias* 192. 41. *Stephanus* 920. 48. *Walterus* 950. 24. *Willelmus* 207. 33. *Rogerus* 362. 42: 535. 40.
S. Maur Barthol. 299. 5. *Galfridus* 530. 11: 546. 5. *Ricardus* 307. 25. *Petrus* 530. 59. *Thomas* 826. 31.
S. Medardo Nich. 298. 12.
S. Michael Henr. 1046. 11.
S. Omer Will. 809. 18.
S. Pancratio Will. 800. 58.
S. Patric Warinus 96. 54.
S. Paul Gozelinus 94. 32. *Reginaldus* 207. 30. *Henricus* 284. 25. *Johannes* 355. 62. *Willelmus* 998. 13.
S. Quintin Will. 99. 55: 246. 48. *Herbertus* 198. 63: 200. 36. *Walterus* 547. 29.
S. Quintin Johannes 887. 62. *Galfridus*

Index Virorum.

fridus 637. 26. *Radulfus* 119. 60. *Wido* 960. 52. *Aluredus* 961. 16.
S. Remigio Juliana 117. 36.
S. Roerius Gaufridus 115. 20.
S. Sydonio Felicia 221. 2.
S. Walerico Thomas 140. 10. 61: 141. 51. *Matilda* 69. 17. *Bernardus* 140. 50: 141. 48: 381. 1: 400. 48: 868. 27: 975. 36: 1003. 26. *Reginaldus* 529. 42: 868. 27: 975. 36: 1003. 26.
Scacherlun Rob. 978. 66.
Scalariis Galfr. 18. 48 8: 19. 65. *Ricardus* 909. 25. *Albericus Matthæus* 19. 66. *Hardewinus* 909. 25. *Henricus* 82. 54.
Scales Rob. 543. 44: † 624. 66: 879. 14. 13. 40. *Rogerus* 879. 58. 61.
Scalteby Rob. 394. 11.
Scargil Will. 200. 4.
Scarlat Hugo 540. 20.
Scardelive Petrus 599. 43.
Scaresbrek Walt. 304. 64: 305. 9.
Scarlet Will. 642. 28.
Scarneston Malgerus 34. 20.
Scavington Math. 913. 65.
Sceltun Will. 148 60.
Scenges Rob. 274. 63: 275. 4.
Schegnes Rob. 288 36.
Schevynton Spratlingus 306. 14. *Adam* 306. 21.
Scheyne Sibilla 326. 23.
Scheynton Hugo 934. 61.
Schilingetun Osb. 590. 14.
Scibthorp Henr. 423. 25.
Sconewelle Will. 323. 41.
Scorburgh Rob. 350. 7.
Scorne Henr. 435. 29.
Scot Will. 556. 49.
Scoteni Walt. 98. 44: 538. 42: 921. 59. *Engelerus* 84. 58. *Thomas* 596. 53. *Lambertus* 536. 65. 66: 804. 11. *Hugo* 803. 22: 804. 10.
Scotheus Rob. 411. 29.
Scororum Rex David 89. 17: 551. 22. *Willielmus* 94. 44: 152. 30: 202. 47. Fundavit Abbath. de *Aberbrothe* 1052. b. *Malcolmus* 202. 53: 417. 51.
Scotton Nich. 596. 41.
Scraston Gilb. 649. 29.
Scrobesbiriæ Comes Vide *Salop. Comes.*
Scrope Lambertus 98. 64. *Johannes* 800. 65. *Willielmus* 334. 20. *Galfridus* 355. 59: 815. 15. *Radulfus* 536. 60. *Ricardus* 651. 12. 51: 930. 26.
Scrueton Henr. 598. 24.
Scudamore Petrus 887. 64.
Scures Rob. 589. 48.
Scyrle Sewalus 875. 50.
Secrofi Tho. 556. 48.
Seel Nich. 797. 52.
Seggeshale Ivo 269. 27.
Segrave Amabilia 279. 46: 281. 1. *Gilbertus* 197 44: 280. 62. *Johannes* 280. 16. *Nicholaus* 280. 27.
Segrave Eliz. 194. 29. 42. ..... 197. 33.
Segre Alex. 209. 48.
Seile Rad. 527. 22.
Seisina terrarum per Annulum *super Altare* oblatum 1008. 37.
Selvein Will. † 627. 39. *Hugo* 422. 23. *Henricus* 533. 11.
Semere Nich. 442. 6. *Walterus* 548. 10. *Johannes* 548. 10.
Senardiponte Walt. 999. 28.
Senkewche Will. 544. 42.
Senzaver Gilb. 131. 46.
Sergeaux Philippa 228. 50.
Ses Rob. 269. 23.
Sessingham Will. 641. 50. *Robertus* 641. 52.
Sesston Henr. 633. 15. 29.
Seton Ivo 151. 2: 152. 44. *Christophorus* 846. 47.
Sevesterne Ricardus 538. 25.
Sewale Will. 410. 12.
Shardlow Thomas (*Attornatus Regis R. 2.*) 443. 19.
Shaveni Gautr. 590. 8.
Shelegrave Will. 440. 38.
Shelley Tho. 478. 35.
Shelton Rad. 22. 22.
Sheynton Hugo 916. 50.
Shipton Gilb. 455. 54.
Sibford Tho. 544. 59. *Agnes* 545. 34.
Siccavilla Rad. 653. 12.
Sidenham Walt. 599. 49.
Sifrewast Rob. 312. 60. *Willielmus* 324. 44: 545. 41. *Halenaldus* 410. 3. *Ricardus* 545. 41: 913. 20.
Sigillo Baldricus 525. 43.
Sigillo Donatoris deficiente Donum Sigillo alterius confirmatum 877. 10: 1013. 31.
Silvain Osb. 37. 23: 599. 41.
Silvanecto Ace 791. 37
Silver Henr. 164. 59. *Rob.* 164. 59.
Silverley Will. 544. 30.
Simillei Will. 1006. 47.
Singelton Alanus 454. 41.
Siwardebi Will. 164. 55.
Skegnesse Will. 795. 64.
Skemeresliege Rob. 424. 41.
Skerning Alex 615. 64.
Skipton Rob. 93. 28.
Slaveley Rog. 612. 42. *Gilb.* 94. 53.
Slopesbiri Walt. 631. 58.
Smert Tho. 25. 61.
Smitheton Alanus 557. 4.
Snatinges Rad. 235. 15.
Snartford Tho. 646. 14.
Snestanes Rob. † 87. 10.
Sneterham Will. 22. 35.
Sniterby Will. 344. 52.
Snyterton Ric. 329 60.
Solariis Will. 1001. 54.
Someti Adam 171. 31. *Elias* 171. 31: 386. 65. *Rogerus* 664. 30: 908. 9. [Vide *Sumeri.*]
Somervill Rog. 917. 67. *Willielmus* 917. 10. *Johannes* 917. 9.
Sones Henr. 507. 12.
Sorell Rob. 300. 22. T. 312. 66.
Sosela Rad. 102. 11.
Sotindon Will. 270. 60.
Sottone Rog. 1028. 39.
Souche Vide *Zouche.*
Soveldene Gunnora † 624. 5.
South Kynilligworth Ric. 631. 7.
Sourdevalle Petrus 105. 66.
Spenser Hugo 189. 2. [Vide *Despenser.*] *Johannes* 645. 34.
Spet Rob. 286. 41.
Speton Gilb. 164. 57.
Sprenchose Rog. 147. 59.
Spring Henr. 179. 39.
Sproston Rob. 105. 65.
Sproxton Ogerus 533. 31: 538. 7.
Stanham Johannes 640. 5.
Stacheden Nich. 241. 64. *Thomas* 241. 67. *Reginaldus* 158. 41.
Stafford Robertus 117. 30: 118. 22. 36. 26. 4. 30: 128. 35: 129. 16: 527. 67: 533. 36: 545. 63: 852. 50. *Nicholaus* 115. 26: 117. 29: 126. 28: 128. 44. *Herveus* 126. 52. 63. *Gerardus* 317. 6. *Johannes* 657. 40. *Edmundus* 127. 21. *Matildis* 128. 36: 129. 30.
Strafford Comes Thomas 127. 14. *Willelmus* 127. 22. *Edmundus* 127. 27. *Radulfus* 127. 42. *Hugo* 127. 63.
Stafford Hugo Dominus Bourchier 127. 42.
Stanegref Johannes 99. 57.
Stainegrene Will. 370. 18.
Staingrive Will. 106. 2: 540. 66: 825. 34. *Johannes* 825. 35.
Stainsby Will. 608. 21.
Stanford Johannes 453. 18. *Achardus* 880. 30.
Stanham Gregorius 109. 66. *Johannes* 110. 30.
Stanewrdin Ric. 915. 43.
Stanley Johannes *Justiciarius Hiberniæ* 1042. 6.
Stanton Walt. 95. 54. *Orricus* 180. 34: 201. 62.
Stantune Rob. 47. 59: 48. 3.
Stanyhurst Ric. 305. 15.
Stapelford Ric. 412. 8: † 622. 11.
Stapenhil Rob. 870. 47.
Stapleton Milo 149. 38: 150. 26. *Robertus* 551. 13: 556. 46.
Staveley Goditha 301. 65. *Adam* 650. 45.
Staundone Johannes 543. 55.
Staunton Andræas 217. 12. *Hugo* 536. 8.
Stawill Henr. 252. 45.
Steele Radultus 350. 28.
Stepelton 144. 26. 32: 942. 29. *Philippus* 942. 37.
Stephanus Rex Angliæ *dedit Templariis Maneria de* Tressling & Wittham 543. 42: *& dimidium Hundredi de* Wittham 543. 49. *Et Manerium de* Ecle 548. 37: 551. 59. *Et Monachis de* Waverle *Maneria de* Wittham & Fernecham 913. 11. *Matildis Regina, ejus uxor, dedit eis Manerium de* Couley 544. 51. *Et Ecclesiam de* Stratton 546. 55. *Maria filia Regis* Stephani *Abbatissa de* Lillechirche 885. 49.
Stivele Rob. 53. 28: 54. 39.
Stilton Will. 998. 7.
Stoddon Hugo 653. 14.
Stodhow Hamo 394. 48.
Stodley Petrus † 89. 55: 529. 39. *Johannes* † 90. 16. *Alexander* 887. 30. *Helyas* 887. 66.
Stokes Hugo 86. 25. *Matheus* 147. 36. *Saerus* 265. 26. *Petrus* 546. 33: 826. 7. *Willielmus* 1021. 22.
Slokisslay Adam 291. 27.
Stokton Rob. 278. 56.
Stonor ..... *unus Justiciariorum de Banco* 197. 29. *Johannes* 355. 6.
Stopford Rob. 507. 11.
Stowe Hugo 327. 49.
Strange Ebulo 188. 53: 190. 11. [Vide *Extraneus.*] *Radulfus* 433. 48.
Stracton Mathæus 142. 20. *Willielmus* 663. 49: 665. 8.
Stretton Hervæus 994. 52.
Stricarius Gilb. 978. 35.
Striguil Gilb. 15. 28.
Strigulix Comes Ricardus 1048. 67.
Strode Adam 637. 28.
Strongbow Ric. 823. 35.
Stubbeton Johannes 998. 40.
Stures Rog. 195. 6.
Sturmy Rob. 49. 10: 48. 30: 150. 7.

Index Virorum.

Sturecambe Ric. 301. 43.
Sturevill Barthol. 194. 57. *Henricus* 602. 22. *Hugo* 886. 33. *Johannes* 834. 32: 977. 1. *Nicholaus* 348. 42: 401. 63: 595. 65: 1008. 17. *Rogerus* 94. 64: 644. 23. *Robertus* 195. 23: 350. 8: 592. 56: 615. 24. 12: 799. 24: 952. 35: 978. 36: 1008. 19. *Willielmus* 94. 64: 194. 42: 195. 23: 348. 41: 541. 12: 644. 23: 801. 40: 808. 65: 819. 34.
Suanus Adam 541. 43.
Sudecampe Juliana 18. 44. 67.
Sudle Radulfus 265. 9: 266. 42: 327. 63. 60: 545. 6: 854. 65. *Johannes* 330. 23: 529. 61. 13. *Hewlus* 265. 2. *Bartholomæus* 265. 32. *Ricardus* 265. 4. *Haroldus* 854. 60.
Suffolcix Co. *Will. de la Pole* 475. 28: 476. 30.
Suffolcix Dux *Mich. de la Pole* 606. 37.
Suggenhil R. 129. 21.
Sukemund Petrus 663. 53.
Suili Henr. 37. 27.
Sule Rand. 531. 17.
Sullye Henr. 664. 46.
Suldrope Johannes 546. 20.
Sumburn Rad. 323. 60.
Sumerbi Alex. 533. 67.
Sumercotes Will. 914. 23.
Sumerford Regin. 109. 31.
Sumeri Rad. 207. 65: 907. 50: 910. 50: 912. 26. *Johannes* 910. 50: 912. 26. [Vide *Somery.*]
Sumervill Rob. 51. 59: 52. 63: 55. 30: 56. 14: 916. 48. *Willielmus* † 89. 27. *Philippus* 916. 51. *Walterus* 202. 9: 527. 22. [Vide *Somerville.*]
Sunderelle Galfr. 435. 22.
Surdeval Will. 540. 61. *Walterus* 401. 18. *Johannes* 420. 3. *Alanus* 420. 3.
Surreix Comes *Johannes de Warenna* 346. 43: 922. 53.
Suthart Rad. 960. 30.
Sullexix Co. *Willielmus* 174. 48: 302. 46: 920. 54.
Sutton Gerardus † 94. 31. *Griffinus* 254. 36: 255. 55. *Amias* 419. 10. *Madocus* 255. 55. *Johannes* 350. 5: 657. 38. *Sterus* 419. 18. *Robertus* 662. 63. *Willielmus* 997. 27.
Swalewchirst Gerardus 426. 56.
Swanem Ric. 662. 64.
Swemele Ursus 1038. 44.
Swereford Alex. 171. 42. 49. *Thesaurarius Ecclesiæ S. Pauli Lond.* 386. 8.
Swif. Ric. 299. 9.
Swineburne Johannes † 88. 41.
Swuneford Rad. † 91. 19. *Alanus* † 627. 29.
Swincheved Rad. 301. 37. *Willielmus* 301. 37.

T

Tabley Will. 270. 15: 326. 23. *Robertus* 320. 23.
Tabourere Will. 461. 49.
Taflesbi Mathæus 536. 45.
Tailbot Ydo 636. 4.
Taisel W. 957. 47.
Taison Rad. 950. 65: 973. 17: 974. 1. *Jordanus* 950. 66. *Henricus* 950. 66.
Talboys Yvo 875. 23.
Talebot Will. 506. 63. *Johannes* 938. 51: 939. 6. 11. 48.
Talbot Guil. 341. 60. *Ricardus* 356. 17: 362. 23: 409. 16: 433. 65. *Gilbertus* 433. 65.
Talemasche Will. 295. 38.
Talentune Odo 529. 12.
Talington Matt. 446. 19.
Talvacius Will. 951. 28.
Talun Godefridus 799. 29.
Tameton Rad. 852. 21. *Willielmus* 151. 58: 558. 6: 823. 51.
Tampton Will. 401. 29. 53.
Tancardivilla Will. 846. 15: 951. 55. *Camerarius Regis. Radulfus* 951. 52. *Camerarius Regis.*
Tantone Guido 461. 4.
Tany Johannes 19. 8. *Ricardus* 19. 13. *Avicia* 53. 31: 54. 42.
Tatham Bened. 507. 8.
Tathewell Will. 547. 13.
Tatinhull Galf. 870. 30.
Tatthall Walt. 41. 10. *Robertus* 275. 50: 649. 10. 30: 850. 21.
Tattesale Rob. 920. 66.
Tavistoche Osb. 7. 28.
Taxo [Vide *Taison.*]
Teillol Petrus 131. 33: 132. 36. *Simon* 192. 38.
Tempest Rog. 101. 9. 33. 21.
Temple Rob. 816. 30.
Tercope Phil. 285. 25.
Terra vasta Roclanus 21. 54.
Tervana Hugo 902. 20.
Tesard Rad. 26. 19.
Tessun Rad. 179. 35: 1018. 23.
Testard Rog. 137. 30. *Guil.* 135. 52.
Tetteburn Lucas 653. 14.
Teutonicus Everardus 208. 23. *Franco* 208. 23. *Henricus* 902. 51.
Thable Thomas 664. 14.
Thaigland Philippus 450. 29.
Thame Philippus, *Prior Hosp. S. Johannis Hierosol.* 542. 58.
Thaney Ric. 236. 6.
Thebovill Reg. 954. 14.
Therbyn Walt. 902. 13. *Odo* 902. 14.
Theydene Paulinus 142. 24.
Thingden Rob. † 630. 48.
Thirlewall Bricius † 87. 7: 88. 2. *Rogerus* † 87. 7. *Thomas* † 88. 10.
Thirneby Will. 596. 15.
Tholebu Rog. 536. 16.
Thorne Will. 394. 18. 37.
Thornbity Bened. 598. 28.
Thornham Rob. 820. 37: 821. 54.
Thornton Rog. 474. 56: 917. 29.
Thorpe Johannes 306. 60.
Thours Galfr. 591. 30. [Vide *Turs.*]
Throkelagh Christiana 87. 10.
Thrulle Will. 82. 21.
Thuand Ric. 242. 47.
Thunestall Alex. 419. 56.
Thuret Barth 288. 51: 401. 38.
Thweng Rob. 151. 38. *Thomas* 30. 33. *Marmaduchus* 149. 43: 150. 21: 291. 26: 402. 23.
Thymilbi Johannes 811. 15.
Thyrun Rob. 150. 29. 31.
Tielli Rad. 554. 40. *Odo* 554. 40.
Tilli Arnaldus 957. 41. *Willielmus* † 630. 43. *Otto* 35. 49: 37. 55: 541. 55. *Rogerus* 556. 5.
Tilemeburg Anfridus 165. 52.
Tilleshop Sim. 330. 54.
Tilliol Rog. 537. 58.
Tilney Johannes 879. 54.
Tindal Will. 298. 9.
Tipperot Rob. 922. 57.
Tirel Ric. 331. 3: 1019. 3. *Rogerus* 1019. 3. [Vide *Tyrel.*]
Tirereis Galfr. 294. 64. *Mauricius* 294. 64.
Tiringham Giffardus 910. 41.
Tirteling Johannes 612. 40.
Tisun Adam 546. 50.
Tiveresthat Galfr. 599. 42.
Tiwa Gilb. 137. 31. *Hugo* 137. 27.
Toc Jordanus 40. 20. *Henricus* 508. 42.
Tocwith Alb. 43. 50.
Toeni Hugo 80. 39. *Radulfus* 80. 31: 954. 34: 976. 67. *Rogerus* 80. 43: 950. 3. 16. *Simon* 80. 43. *Alicia* 80. 35: 529. 28.
Toercelo Ogerus 974. 34. *Ingelramus* 974. 35.
Toignard Rob. 442. 6.
Tokotis Will. 151. 45. 2. *Galfridus* 150. 48. *Rogerus* 151. 67. *Johannes* 151. 3.
Tolebuc Galfr. 87. 13. *Rogerus* 531. 39: 548. 13.
Tolneye Will. 997. 62.
Toppesfeld Petrus 543. 58.
Toringni Galfr. 195. 6.
Tornai Ric. 1011. 67.
Torneis Rog. 114. 14: 115. 29: 128. 30.
Torpel Rog. 881. 61.
Turpe Rog. 34. 47.
Torpel Rog. 30. 61.
Toritone Johannes 653. 8. 56.
Torsmains Rad. 51. 63.
Torta quercu Hugo 910. 53.
Toscotes Rog. 401. 64.
Tostinus Comes 13. 57.
Toteneys Guido 7. 28.
Touk Rog. 261. 32.
Touthsbi Adam 795. 28.
Towecote Johannes 822. 44.
Traches Henr. 102. 39.
Traci Will. 265. 3: 652. 16: 653. 50. *Robertus* 540. 7. *Paganus* 792. 64. 53. *Osberus* 286. 25. *Eus* 918. 59.
Trahamton Rog. 536. 36. *Robertus* 536. 41. 45.
Trailli Galfr. 105. 58: 531. 61.
Trailli Will. 105. 58. *Nicholaus* 105. 58. *Gilbertus* 105. 59.
Traitone Fulco 51. 62.
Travel Rad. 535. 58.
Traynel Rob. 916. 52.
Travers Rad. 183. 45. *Henricus* 304. 45.
Tregoz Tho. 49. 9. *Robertus* 247. 30: 332. 44: 1018. 24. *Willielmus* 350. 55. *Gaufridus* 894. 37.
Treket Laur. † 87. 25.
Trenchard Paganus 181. 23. *Henricus* 663. 50.
Trevet Johannes 10. 60. *Thomas* 10. 40.
Treyere Rad. 298. 18.
Tribusinmutis Will. 902. 17.
Trihamtune Rob. 190. 59. *Radulfus* 616. 12.
Triket Hugo 80. 41: 81. 60: 82. 56. *Radulfus* 82. 3: 171. 13: 386. 48: 531. 3. *Willielmus* 241. 2. 312. 63: 531. 62.
Triketef Will. 534. 29.
Trinel Rad. 98. 62.
Trismarisch Anglicus 163. 60.
Trivet Tho. 511. 55.
Triville Sayerus 615. 59.
Trop Will. 164. 54. *Simon* † 6: 7. 28.
Trubleville Rad. 833. 52.
Trusbut Galfr. 30. 50: 172. 24: 173. 44: 316. 60. *Willielmus* 43. 36.

Hilarius.

Index Virorum.

Hillaria 146. 14. 53: 147. 43. *Robertus* 173. 35. *Agatha* 174. 23: 444. 46. *Ricardus* 174. 59. *Willelmus* 200. 45.
Trussell Will. † 630. 15. *Amicia* 630. 19.
Trussevile Sim. 638. 2.
Truve Rad. 527. 14.
Trye Mathæus 955. 20.
Tryvet Rob. 252. 19.
Tuchet H. 312. 55.
Tudeham Johannes 295. 50.
Tuke Jord. † 622. 15. *Rosertus* † 622. 17.
Tung Adam 592. 34.
Tunstale Regin. 151. 32. 33. *Robertus* 151. 35.
Turbervill Ric. 83. 19: 250. 40. *Walterus* 207. 66. *Galfridus* 267. 55. *Hamo* 403. 52. *Willelmus* 549. 39. *walterus* 547. 32. *Johanna* 224. 16.
Turet Barth. 287. 32.
Turkildeby Rog. 664. 47. (*Justic. Itin.*) 509. 48.
Turpis Rog. 128. 34.
Turre Greg. 233. 67. *Johanna* 150. 50.
Turri Will. 110. 63. *Odo* 115. 50: 118. 8. *Ricardus* 522. 28: 834. 34. *Prior Hosp.* 508. 64. *Gilbertus* 536. 27. *Walterus* 902. 12.
Turribus Will. 425. 18.
Turs Galfr. 200. 40: 590. 16.
Turneby Adam † 627. 31.
Turnham Mich. 637. 20: 639. 28. 52.
Turnham Steph. 270. 59: 639. 7: 648. 19. *Robertus* 270. 57: 638. 51: 640. 12: 642. 32: 822. 34: 824. 35: 981. 52: 1018. 24.
Turvey Rob. 344. 49.
Turvill Ernaldus 986. 10. *Gaufr.* 309. 22. *Radulfus* 312. 23: 508. 14.
Tuschet Thomas 252. 41. 45. *Simon* 268. 19: 531. 53: 532. 28: 535. 1. 7: 547. 49. *Radulfus* 537. 5.
Tutesburi Gilb. 573. 46.
Tuyllet Tho. 33. 23. 30.
Twenge Matmaducus 164. 24. *Willelmus* 164. 25.
Twicham Nich. 544. 17.
Twynho Johannes 452. 56.
Tyes Henr. 902. 50.
Tyheis Wirannus 605. 4.
Tyndale † 88. 8. 13: 93. 65. 97: 94. 13.
Tyngrie Sibilla 953. 42.
Tyrel Rog. 147. 59. *Fulco* 276. 10. *Berengarius* 983. 47.
Tyrelk Romundus 822. 43.
Tyson Adam † 92. 63: 94: 45. *Ricardus* 592. 20. *Will.* 592. 57. 40.

V

VAcelyn Will. 813. 59.
Valence Hamond 1035. 33.
Valle Beatrix 653. 47. *Sefredus* 997. 23.
Vallectort Rainaldus 7. 29. *Ricorus* 902. 17. *Radulfus* 525. 37: 982. 49. *Reginaldus* 910. 48. *Walterus* 6. 54.
Vallibus Johannes 25. 50: 897. 21. *Rogerus* 131. 44. *Willelmus* 131. 45. *Eustachius* 132. 41. *Reginaldus* 604. 64. *Oliverus* 897. 21. *Godardus* 1009 39. *Radulfus* 974. 31. [Vide *Vaux* & *Vaus.*]
Valoines Hamo 234. 50: 298. 67. *Galfridus* 592. 8. *Johannes* 546. 19. *Petrus* 544. 6: 891. 21. *Robertus* 18. 39. 56: 184. 61: 246. 19. *Tocobaldus* 246. 19. 3: 319. 37: † 624. 64: 649. 22
Vanessus 546. 16. *Willelmus* 246. 18. *Matildis* 1034. 29. *Sibilla* 548. 49.
Vascein Will. 1052. 59.
Vavasour Will. 899. 16.
Vaudre Rob. 325. 34.
Vautort Johannes 543. 31.
Vaus Rob. 19. 29. 11. *Ejus stemma ibid.* 45: 74. 41: 130. 12: 131. 37. *Ejus progenies* 132. a. b.
Vaux Joh. 70. 13. *Hubertus* 130. 13. 46.
Venables Will. 270. 13: 320. 21.
Venator Will. 186. 34. *Aleardus* 163. 4. 31.
Vendoure Oliverus 797. 28: 798. 24. *Willelmus* 797. 28.
Vendure Ric. 325. 34.
Ventre Will. 21. 57.
Venuz Tho. 662. 13.
Ver R. 295. 35.
Verbure Hugo 131. 37.
Verdon Bertramus 117. 46: 403. 45: 845. 8: 878. 4: 880. 57: 1034. 58. *Henricus* 129. 65. *Johannes* 69. 23. 35. *Ejus progenies* ibid. 275. 63. *Normannus* 128. 28: 914. 33. *Willelmus* 171. 52: 386. 19: 878. 4.
Vere Albericus 134. 48: 182. 65: 183. 35: 387. 23: 878. 18. *Galfridus* 46. 56: 47. 22: 878. 39. *Gilbertus* 24. 16: 510. 11. *Guido* 511. 23. *Hugo* 24. 43. 26: 545. 63. *Robertus* 4. 23: 81. 47: 90. 13: 134. 47: 546. 25: 922. 57. *Radulfus* 878. 20. *Simon* 548. 21. *Walterus* 164. 60. *Willelmus* 182. 64: 647. 22: 877. 54. *Alicia* 183. 41. *Adelisa* 877. 61. *Cecilia* 184. 35.
Verlei Simon 970. 42.
Vernon Rob. 109. 28. *Willelmus* 25. 35. 67: 905. 2. *Egidius* 614. 31. *Ricardus* 978. 35: 1009. 32. *Margeria* 25. 40.
Vesci Eustachius 395. 60: 612. 38. *Galfridus* 817. 13. 65. 54. *Ivo* 591. 43: 801. 39. *Ejus progenies* ibid. *walterus* 653. 60. *Ricardus* 817. 65.
Vesci Guil. 204. 16: 395. 57: 531. 64. 67: 547. 42: 554. 39: 591. 45: 592. 39. 1. *Ejus progenies* 592. 54: 816. 36: 817. 9. 42. 62. *Ejus stemma* 819. b. *Burga uxor Willelmi de Vesci* 818. 5: 819. 16.
Veteripont Ivo 87. 13. 20. 30. *Hugo* 158. 11: 503. 15. *Idonea* 522. 7. *Robertus* 522. 10: 545. 54: 558. 2: 595. 47: 826. 6.
Vetulis Hugo 950. 22.
Vez Rob. 527. 4
Ufford Rob. 185. 1: 257. 6: 263. 39.
Viancs Walt. 101. 9.
Villaghesam Rob. 87. 12.
Vilers Math. † 92. 26: 94. 27: 95. 50. *Alanus* 913. 14. *Arnaldus* 369. 56. *Robertus* † 94. 3. *Willelmus* † 94. 18: 128. 33: 539. 8: 554. 14 *Rogerus* 324. 50: 888. 29. *Ricardus* 605. 62. *Beatrix* 1021. 39.
Vincearius Wygorus 814. 539.
Virley Hugo 808. 66.
Vitulus Galfr. 208. 1.
Uffcumbe Gilb. 112. 41.
Ufehale Rog. 853. 2.
Umfravill Gilb. 93 48: † 89. 25: 204. 16: 917. 9. 17. *Comes Angusiæ* 97. 63. *Odonellus* 89. 26: 93. 42: 917. 5. *Ricardus* † 88. 39: 93. 53: 60: 612. 39: 917. 8. *Robertus* 917. 43: 918. 26. *Willelmus* 917. 8. *Margeria* 94. 8: 446. 20.
Ufkune Petrus 907. 18.
Ufeburne Will. 650. 27.
Uvedale Rob. 274. 40.
Vynon Hugo 337. 59.

W

WAbert Robertus 536. 18.
Wabuig Rob. 106. 9.
Wac Ricardus 109. 29. [Vide *Wace.*]
Wachetham Ric. 87. 12. *Egidius* 88.
Wadell Sim. 885. 17. *Walterus* 885. 29.
Wadington Ogis 532. 9.
Wadnevill Rad. 952. 34. *Cancellarius Normanniæ.*
Wafer Rad. 900. 24.
Wafre Rob. 224. 11.
Waham Alex. 283. 6.
Wahull Sim. 202. 33: 524. 39. *Saierus* 337. 39. *Walterus* 337. 49.
Wainare Will. 985. 28: 986. 43.
Wake Baldewinus 236. 12. 10: 238. 348. 44: 551. 8: 602. 48—647. 42. *Hugo* 236. 17. 44. 20: 268. 16. 348. 42: 602. 60: 954. 38. *Johannes* 237. 56: 348. 40. 45. *Nicholaus* 608. 19. *Thomas* 236. 42: 237. 66. 344. 41: 347. 54. 29: 348. 33: 350. 51: 898. 52.
Wakule Petrus 298. 9.
Walbroke Ric. 411. 65.
Walche Tho. 309. 57.
Waldgrave Henr. 542. 45.
Waldricus *Cancellarius Regis H.* 1 (*Norm.*) 972. 66. Et *Regis H.* 2 1003 26.
Wale Tho. 292. 65.
Waledam Jac. 300. 20.
Walcford Hugo 8 43.
Walcins Vide *Valoins.*
Waleis Johannes 548. 32.
Waleys Ric. 280. 56. *Robertus* 284. 59. 507. 9. *Henricus* 509. 23.
Walens Ric. 288. 36. 304. 45. *Rogerus* 330. 23. *Ranulfus* 146. 47.
Walensis Ric. 82. 54: 554. 42. *Willelmus* 878. 20. *Radulfus* 264. 36. *Robertus* 800. 29. *Walterus* 267. 52. *Johannes* 303. 38.
Walerand Rob. 333. 53.
Walet Herbertus 207. 35.
Waleran Will. 301. 44. *Thomas* 600. 64.
Walcsham Alex. 259. 40. *Willelmus* 22. 23.
Waleton Ivo 129. 62. *Ricardus* 863. 50. *Eustan* 126. 50: 127. 55. *Herbertus* 186. 33.
Walingford Matildis 954. 60.
Walton Rob. 111. 23.
Wallingley Bertramus 538. 61.
Wallop Johannes 118. 23.
Walter Theobaldus 234. 60: 631. 17. 624. 64: 648. 18. *Princeps Hiberniæ* 1025. 43: 1029. 1: 1034. 18: 1044. 47. *Hericus* 245. 64: 631. 25. 1034. 28.
Wamneys Rog. 201. 13.
Wan Oneynus 904. 25.
Wannevill Rad. (*Cancellarius Regis H. 2. Norm.*) 1002. 67: 1003. 1.
Wancy Rog. 135. 42. *Robertus* 292. 16. 64. *Nicholaus* 442. 2.
Wanton Johannes 642. 23.
Waren Ranulphus 309. 11. *Reginaldus* 85. 7. 41: 234. 64: 574. 62: 913. 19. *Radulfus* 574. 61. *Willelmus* 85. 24. 40: 574. 42: 637. 19: 885. 69.

Index Virorum.

908. 2: 956. 29. *Hamelinus* 85. 12. *Gundreda* 109. 60. *Johannes* 92. 42.
Warennæ Comes Johannes 41. 43: 574. 14. *Willielmus* 35. 13: 36. 50: 41. 7: 85. 15. 24: 574. 23. 46: 575. 24. 5: 882. 27: 982. 56: 1012. 27. *Hamelinus* 574. 64. 65: † 625. 14. *Isabella* Comitissa 574. 2.
Waren Will. *Comes Northumbr.* 203. 59.
Wariner Johannes 380. 14.
Warinus *Vicecomes de Strobesbiri* 966. 59.
Warnerius *Dapifer Comitis Richmundiæ* 370. 8.
Warra Johannes 877. 66.
Warwici Comes *Ufa* 852. 22. *Henricus* 573. 11. *Will. de Beltocampo* 833. 8: 922. 24. *Tho. de Beuchamp* 225. 31. *Ela* Comitissa 343. 13. *Margareta* Comitissa 555. 39. 63: 986. 63.
Warwic Rad. 534. 23.
Warwic Comes *Reg.* 143. 44: 318. 6: 328. 26: 334. 24: 312. 46: 532. 47: 536. 13. 56. 573. 51.
Waselyn Regin. 796. 42. *Johannes* 1015. 35
Waste Rob. 877. 58.
Wastney Phil. 446. 6.
Watenvill Rob. 526. 34.
Watevill Rog. 529. 26: 549. 7.
Watevill Rob. 542. 22: 978. 18. *Matildis* 544. 66. *Willielmus* 978. 37.
Waterfall Rob. 269. 61. *Willelmus* 472. 29.
Watford Eustachius † 623. 34. 39: 897. 33.
Waterhouse Rog. 869. 48.
Waterville Aselina 30. 59. 60: 31. 49. *Rogerus* 309. 20: 382. 49: 882. 2. *Radulfus* 31. 36. 55. 14. *Johanna* 884. 49.
Wathe Mich. 355. 62.
Watsand Alanus, Justiciarius Regis 415. 43.
Watrebuchave Adam 416. 8.
Waterville Galfr. 881. 15: 1052. 30.
Wavere Will. 265. 33: 397. 20: 511. 21. *Gaufridus* 511. 20.
Wavil Ric. 970. 23.
Wauncy Rad. 882. 51.
Waulle Sim. 531. 50. 7: 545. 18: 546. 14.
Waunci Mich. 15. 18.
Welle Galfr. 397. 18. *Hugo* 109. 67. *Robertus* 801. 57.
Welletone Ran. 537. 1.
Weloc Hugo 919. 54.
Wendlyng Will. 613. 63.
Wendlesworth Walt. 954. 5.
Wendover Oliverus 590. 30. *Willielmus* 644. 27.
Wenesby Rob. 978. 55.
Wengham Henricus *Decanus S. Martini Land.* 244. 44.
Wenhawestune Simon 593. 27.
Wenhou Griffinus 331. 47.
Wennen Will. 1029. 2.
Wereford Nich. 919. 54.
West Tho. 355. 60.
Westbury Hugo 139. 28. *Paganus* 139. 28.
Westby Georgius 483. 61.
Westham Alanus 983. 11.
Weston Gindetr. 8. 32. *Nicholaus* 141. 42. *Simon* 453. 28.
Weteley Jordanus 454. 59.
Wetewang Igelbertus 800. 33.
Whitfeld Math. † 88. 29. *Robertus* 139. 66: 284. 54.
Whytelagh Adam 88. 5.
Wiburvill Rad. 234. 65.
Wicham Haco 810. 66.
Wicherley Rog. 56. 7.
Wickindon Will. 248. 32.
Wiclif Rob. 197. 50.
Widvill Will. 372. 33. *Ricardus* 480. 31. *Johannes* 984. 32. *Walterus* 984. 32. *R.* 905. 65. [Vide *Withvill.*]
Wigornia Philippus, *Constabularius Hiberniæ* 1023. 30.
Wigornia Will. 142. 48. *Rogerus* 142. 54.
Wikersle Rob. 977. 6.
Wikenden Tho. 336. 64.
Wilcotes Johanne 375. 62.
Wildebut Rad. 157. 54: 158. 11. *Hugo* 157. 56. *Will.* 157. 57. *Oliverus* 157. 57. *Gerardus* 157. 58. *Walt.* 157. 59.
Wilibi Rob. 203. 5.
Wilgefic Rad 56. 2.
Wille Warnerius 908. 2.
Wilmtone Nich. 285. 67. 23: 870. 52.
Wilhebi Rob. 534. 10: 599. 48.
Willendon Hugo 984. 20.
Willerdebi Henr. 162. 53.
Willielmus *frater Regis Henrici secundi.* 21. 5.
Willielmus (Conquestor) *Rex Angl.* Cœnobium S. *Stephani Cadomi* fundavit 956. 2. *Insignia quibus hæres S. Edwardi Regis declaratus est* 900. 10.
Wilmecote Johannes 265. 35.
Wiltescire Comes *Patricius* 1002. 64.
Wilton Alanus 400. 48: 401. 38: 402. 57: 821. 41. 57: 822. 35: 823. 50: 824. 29: 825. 52. *Thomas* 825. 43. *Radulphus* 400. 52.
Windesore Will. 248. 8. *Hugo* 248. 15.
Windesofres Alex. 131. 33: 132. 30. *Galterus* 131. 37.
Wineceſtre Johannes 94. 18.
Winequic Will. 631. 56.
Winterthorp W. 809. 1.
Winstill Will. 870. 31.
Winsterthwaits Adam 301. 50.
Winterhard Will. 851. 21. *walterus* 212. 38.
Wintoniæ Comes *Reg. de Quincy* 310. 32.
Wirceſtre Gilb. 94. 37. *Johannes* † 88. 52.
Wirham Walt. † 625. 1.
Wiscard Turstanus 893. 8.
Wiscart Will. 255. 18.
Wischard Baldw. 49. 61.
Wisterman Nich. 549. 16.
Withcheshale Will. 913. 39.
Witheng Rog. 299. 1.
Withville Rob. 163. 23. *Adam* 251. 23. *Radulfus* 192. 42. *Ricardus* † 628. 10. *Willielmus* 192. 39. 42: † 627. 14: 628. 15.
Wittelei Will. 852. 67.
Wittenor Will. 251. 53.
Wittale Galfr. 791. 39.
Wiverthorp Walt. 808. 43.
Wiverton Ric. 602. 27.
Wiville Ric. 527. 34.
Wlavestone Rainaldus 913. 64.
Woddam Petrus 546. 32.
Wodecote Rob. 254. 17. *Henricus* 664. 12.
Wod hall Rog. 417. 18.
Wodhouse Johannes 321. 59.
Wodeton Rob. 11. 6. *Willielmus* 331. 6.
Wodenesberge Acelina 113. 42.
Woderyngton Gerardus 918. 52. *Rogerus* 918. 57. *Radulphus* 918. 7.
Wodstok J. 355. 64.
Wogan J. 601. 66.
Wokindon Will. 183. 51.
Wolhope Johannes 323. 60.
Wolksted Walt. 984. 39.
Wolmere Ric. 305. 13. 27.
Wombwell Ric. 288. 37.
Wormengai Will. 85. 16.
Worton Andr. 230. 19. *Willielmus* 506. 60. *Hugo* 506. 61.
Wrotham Will. 437. 20.
Wroxhale Galfr. 889. 32.
Wulfletecote Rob. 250. 7.
Wulfadus *Wulpheri Merciorum Regis filius.* Historia de passione ejus 119. b.
S. Wulfricus 113. 17.
Wulstanus *Comes Ellandiniæ* 857. 55.
Wunton Rog. 599. 51.
Wurm Rob. † 622. 64.
Wrmitone Rog. 529. 66.
Wurton Johannes 409. 16.
Wybern Ric. † 629. 12.
Wychendune Will. 415. 44.
Wyldeker Walt. 558. 7.
Wylderdelega Ric. 48. 39.
Wyleford Ric. 613. 57.
Wyndehulle Petrus 303. 37.
Wynfranvil Johannes 332. 39.
Wynter Will. 22. 24.
Wyppel-sden Gilb 251. 18.
Wyt Walt. 285. 24.
Wyta Johannes 661. 40.
Wyrrener Will. 252. 7.
Wyvertone Ric. 96. 26. 30.

Y

YAtingdon Nich. 285. 20.
Yfeni Will. 533. 17.

Z

ZOuche Alanus 145. 35: 311. 4: 409. 61: 544. 56. *Rogerus* 409. 61: 438. 65. *Willielmus* 49. 65.

INDEX

INDEX LOCORUM.

A

Abbadaeth 338. b.
Absam 17. b.
Acaster 612. b.
Acforde 530. b. 910. a.
Achenefchage 33. 65.
Aclam 986. b.
Acle 71. 48: 310. a.
Aclum 148. 30: 150. 4: 200. a.
Acovere 869. b.
Acoure 870. a. b. b.
Acton 376. b. 914. a. 822. a. 823. a.
Acton *in margine* 187. b.
Acum 393. b.
Acuneby 826. a.
Adalacheſton 119. 17.
Adelinctone 95. 10.
Adeſtole 312. a.
Adewic 34. 40.
Adingburgh 57. 52. & 51.
Little Adinton 629. b. 630. a.
Adintune 629. b.
Aeſſebi 145. 30.
Affebruge 544. b.
Affwardebi 851. b.
Aicles 532. a.
Aignelinton 984. b.
Ailboton 426. b.
Aileſford 434. b.
Ailrichesbeie 876. b.
Aiſſordeby 314. a.
Aillerton 1010. b.
Akes 449. a. b.
Akeſholes 590. a.
Akerton 625. b.
Akum 93. 45.
Alawarthorpe 539. b.
Alberton 233. b.
Albi Monaſterii *Hoſpitale* 47. 58.
Aldeberia 982. b.
Aldebiri 210. a.
Aldeburche 529. a.
Aldeburc 894. a.
Aldeburg 424. a. 999. a.
Aldebury 247. a. b.
Aldeby 309. a. b. 312. b.
† Aldechele 87. 33.
Aldefeld 539. b.
Aldelfby 198. b. 199. b.
† Aldeneſton 87. 18.
† Aldeſmelle 90. 62.
Aldethcroft 96. 15.
Aldewerk 231. a.
Aldeworth 916. b.
Aldgate, *portus Civitatis Lond.* 82. 6.
Aldintone 110. 53.
Aldredeſton 954. a.
Aldrinton 854. b. 855. a. 982. b.
Aldwinde 29. 62.
Alemilne 594. a.
Alefbi 536. b.
Aleſthorne 183. b.
Alectorpe 395. a. 531. b. 535. b. 587. b. 545. 8.
Alewardebi 1016. a.
Alfemeſton 8. 39.
Alfreton 607. a. 608. a. b.
Alfſtonesfeld 914. a.
Alfſtanesford 527. a.
Alingeham 1001. b.
Alintun 534. a.
Alkebarwa 200. b.
Alkam 245. a.
Allerſtone 548. b.
Allerthorpe 548. a.
Allerton 306. a.
Alminton 985. b. 987. a.
Almodesbury 232. a. 233. a.
Alna 854. b.
Alneardbi 848. b.
Alneham 592. a.
Alnewick 591. b.
Alniz 854. b.
Alreton 185. b. 186. b. 522. b.
Alrewesſe 93. 22. 27.
Alricheſeie 11. 43: 12. 44: 18. 21: 14 14: 16: 16. 55.
Alſon 314. a.
Alſtanſtorp 236. a.
Alſwike 80. 60: 82. 37.
Alſyntone 9. 21.
Altofces 509. a. 546. b.
Altremine 910. a.
Alveſton 846. a.
Alverthorne 989. a.
Alvideleg 47. 16.
Alvingham 802. b. b. 803. a.
Alvyntone 71. 67.
Alwaldeſton 622. a.
Alwartune 11. 33. 14: 6. 16. 49.
Alwaſton 627. b.
Amalaſtone 549.
Ambreſbury 480. b.
Amenel 89. 47.
Amerath 549. b.
Amewell 171. b.
Amewic 806. a.
Amney 549. a.
Amoth 199. b.
Ampleford 540. b.
Amwell 386. b.
Analaſtone 549. a.
Anant 15. 57: 112. 38.
Ancaſtre 534. b. 817. a.
Andelby 999. b.
Andenby 201. a.
Andewicke 538. b.
Andreskirke 39. 40. 47: 40. 42.
Aneberi 952. a.
Anebiri 89. 61.
† Anedeburn 89. 43.
Aneford 529. a.
Anelingues 958. b.
Anetone 8. a. 17.
Anglia 966. b.
Angria 303. a.
Anleſhargh 304. b.
Anley 3012. b.
Anneleberga 978. a.
Anſingron 976. b.
Anſty 309. b. 547. a.
S. Antonini 9. 6.
Anwick 803. a.
Apelei 53. 21.
Apelly 230. a.
Apeltre 279. b.
† Apelvreleg 88. 17.
Apeltrewic 99. 56: 103. 54.
Apeltune 539. b.
Appelei 793. b.
Appelſtede 134. a.
Appelton 186. a.
Appeltreley 611. b.
Appeward 192.
Applaheved 424. b.
Applebi 535. b.
Apſall 179. b. 180. a.
Ardelei 45. 57.
Ardington 284. a. 506. b.
Ardulfley 138. 38.
Areſton 315. b.
Arkendene 146. 23.
Arreton 906. a. 986. a. 987. a.
Artecuba 530. a.
Artureth 74. 48.
Arundel 144. 1. 3. 7.
Aruſum 148 32: 151. 60: 62. 64.
Arwan 852. a.
Aſadale 147. 29.
Aſaley 51. 3: 54. 15.
Aſchaby 394. a.
Aſcun 175. b.
Aſelackeby 152. 21.
Aſhe 138. 48.
Aſhby *de la Zouche*, vide Eſſeby.
Aſhby 547. b.
Aſheley 544. a.
Aſhover 610. b.
Aſkeby 388. b. 531. b. 597. b. 848. b.
Aſkelby 547. a.
Askelaro 636. b.
Askerton 131. 56.
Aſlacheby 532. a. 535. a. 805. b. 806. a.
Aſlacton 95. 38.
Aſordeby 308. b.
Aſpeleia 239. b. 239. b. 240. a.
Aſſeby 527. b.
Aſſele 507. a.
† Aſton 90. 41: 994. a. a.
Athelinton 93. 32.
Atlerton 358. b.
Attebaré 909. b.
Attingewil 163. 16. 29.
Aubetowne 534. a.
Aveinton 906. b.
Auna 954. a.
Aurisbey 164. a. 421. b.
Auſton 191. a.
Axiholm 627. b.
Aykton 290. b.
Aylmon deſtre 213. b. 217. b. 220. b.
Aylricheſey 71. 65.
Aynesty 52. 23.
Aynewik 92. 46.
Ayre *aqua* 96. 19.
Ayremine 96. 17: 97. 25.
Ayſhebury 843. a.
Ayſhedowne 843. a.

B

BAbbanſtoc 862. b:
Babington *parva* 94. 33.
Babyndon 1001. b.
Backeton 533. b.
Badburgham 18. 49. 11.
Badby 852. a.
Baddeburne 842. b.
Badele 508. 1. 628. b.
Badenhale 876. b.
Badewe une 281. a.
Baemburgh 162. 25: 163. 13: 849. a.
Baenburch 34. 14: 36. 42: 848. a. *Sive* Barnaburch 36. 31. 37. 36.
Bagaley 394. a.
Bagenig 338. b.
Baggaby 369. b. 540. b.
Baggaſtat 541. a.
Baggeby 191. b.
Bagoeby 172. b.
Bagworth 375. b.
Bainard *Caſtri bower* 75. 32: 76. 13.
Bakeſtone 909. a.
Baldache 530. b.
Baldeſtune 814. b.
Baldoke 543. b. 552. a.
Baldindon 138. 60.
Baleſherſ. 82. 39.
Baleton 621. a.
Balghcham 953. b.
Balidun 142 58.
Baliſax 301. b.
Balſall 545. b. 552. b. b.
Balſcote 326. b.
Baltonesburgh 843. b.
Balunadon 301. b.
Balwarechehe 84. 38.
Bamberge 908. b.
Bampton 138. 44.
Banham 155. 19. 12.
Bannawyke 420. a.
Banton 969. b. 529. a.
Barch 537. a.
Bardeney 848. a.
Bardeſey 909. a.
Baresfeld 909. b.
Bareſton 809. b.
Bareſworth 630. a.
Barew 200. a. 200. b.
St. Bari 552. a.
Barkbe 312. b.
Barkley 189. b.
Barkſdale 848. a.
Barkſune 534. a.
Barkworth 537. a.
Barle 546. a.
Barlings 643. b.
Barnardine 401. b.
Barnebigale 997. b.
Barnewode 646. b.
Barnwell 29. 32.
Baro 312. a.
Baron 187. a.
Barow 198. b. 199. a. 999. a. b. 546. a.
Barſell 84. 46.
Barton 114. 41: 115. 7: 118. 12: 162. 26: 163. 2: 850. a. 650. b. b. 175. b. 172. b. 200. b. 536. a. 848. a.
Barton *Hawed* 619. b.
Barton *Odonis* 138 33: 141. 58.
Barton *magna* 141. 50.
Bartunaſheved 294. a.
Bartune 539. a.
Barua 589. a.
Barwa 185. b. 199. b. 200. b.
Barwelford 94. 5.
Baſburn 425. a.
Baſeford 896. b. 897. a.
Baſelee 985. a. 987. a.
Baſeler 906. a.
Baſing 343. b. 162. 57: 903. b.
Baſingburne 264. a.
Baſingham 534 a.
Baſingſtock 343. b. 903. b.
Baſnet 510. b.
Baſſingthagh 171. b.
Baſtenden 985. b. 986. a. 906. b.
Baſton 853. a.
Bately 33. 3: 34. 25: 36. 61.
Bathekinton 118. 66.
Batisford 552. a.
Batwin 555 a.
Baudeſey 246. b.
Baudreſhey 245. b.
Baumburg 849. a.
Bayleclyve 410. a.
Bayton 287. b.
Beari-holden 374. a.
Beaumonk 548. b.
Beccheford 1010. b.
Becchinghim 532. a.
Bechale 34. 60: 36. 23.
Beche 883. a.
Becheron 285. a. b.
† Bechefeld 88. 6.
Becheſworth 85. 67.
Beckele 138. 46.
Becles 593. b.
Bedford 26. 45.
Bedingham 21. 60: 982. a.
Betonh 548. b.
Begebury 142. 29.
Begendon 71. 17.
Begham 296 a.
Begton 47. 36.
Beinton 140. 60: 162. 65.
Beinſinton 140. 49. 1. 26.
Bekeford 962. b.
Bekeham 82. 39.
Bekinton 551. a.
Belebery 952. a.
Beleſhale 528. a. a.
Belgrave 309. a. 312. a. 966.
Belh 54. 39.
Bellinge. 969. a.
Belſteed 35. b.
Belſebi 1016. a.
Belton 42. 61: 42. 38: 349. a. 191. a. 152. a. 534. a. 545. b.
† Belton 91. 10.
Belſteed 358. b.
Bencham 295. a.
Benediſthe 81. 42.
Beneſtede 85. 58. 11: 940. a. 143. b.
Benetle 295. a. b.
† Beneweli 87. 3.
Benhalley 245. b. 246. b.
Benigfeld 538. b.
Benighe 552. b.
Benney 549. a.
Benordewude 8. 45.
Bentley 175. a.
Benton 163. 41.
Bentune 140. 8.
Benynton 997. b.
Bere 538. a.
Berch 275. b.
Berchal 272. a.
Bercham 908 a.
Berchamſtede 982. b.
Berchton 535. b.
Berdſay 425. a.
Bereby 534. a.
Berechoule 526. a.
Berecony 325. b.
Bereford 160. 66: 138. 28: 210. a. 240. a. 242. b. 279. a. b. 831. b.
Berefort 239. b.
Bereche 453. b.
Bereminſter 973. b.
Berenceſtre 138. 37.
Bereſtall 999. a.
Bereſtaneſton 527. a. 528. a. a. 510. b.
Bereton 529. b.
Bereun 529. a.
Berewic 529. b. 982. b. 274. b.
Berghes 940. a.
Berghſtede 111. 58.
Bergholte 547. a. 552. a.
Bergueny 325. b.
Berham 235. b. 374. b. 373. b.
Berhamdone: *de acervis ibidem* p. 3. l. 14.
Berkendene 82. 33.
Berlay 96. 15.
Berlynge 868. b. 969. a.
Bermingham 846. a.
Bernache 910. a. 911. b.
Bernaldby 150. 5. 56.
Berneceſtre 142 56.
Bernham 963. b.
Berneſton 96. 32. & 40: 96. 19. 32.
Bernetby 201. a.
Berrington 70. 26: 71. 41: 71. 60. & 63.
Bernoleſby 1016. a.
Berſtandby 605. b.
Berteliah: 69. 37.
Berton 31. 35. 57: 31. 15: 71. 44: 70. 48: 164. a. 377. a. 893. a.
Berugge 529. b.
Berwod 312. b.
Beſeby 1016. a.
Beſyngby 161. 27: 162. 24: 183. 66.
Beteneſſe 84. 58.
Bethelly 109. 36.
Bethrethant 71. 46.
Betrinton 138. 55.
Bevercote 117. b.
Beverlac 200. b.
Beverſtan 232. a.
Beumond 93. 45.
Beygle 610. b.
Bibewiche 982. a.
Bichchull 910. a.
Bidenham 241. a.
Biencom 957. b.
Bifeld 896. b. 410. a.
Biford 163. 49.
Biham 538. a.
Bikele 8. 9.
Bikir 277. a.
Bilchaungre 24. 16. 29.
Bildeburgth 852. a.
Bildeſton 87. 19.
Bildewas 915. b.
Bileburgh 806. a.
Biſing 312. a.
Bilingay 813. b.
Bilingburch 532. a.
Bildſdon 312. a.
Bilton 290. b. 401. b.
Billeſdon 399. a.
Billeſfeld 806. a.
Billingbure 533. b.
Billingburgh 803. a.
Billingery 245. a.
Bellinghela 533. a.
Billingley 610. a.
Bilton 290. b. 401. b.
Binely 408. b.
Bingelay 96. 6.

Index Locorum.

Binigton 534. a.
Birche 183. b.
Birkethorpe 805. b. 806. a.
Birlay 87. 22. 610. a.
Birtele 95. 52.
Birthorpe 803. a.
Bisseleg 987. a. 989. a. a.
Bisseley 906. b.
Bissopesworth 930. b.
Bitham 999 b.
Biton 536. a.
Bitswell 312. b.
Bivivell 966. b.
Blaby 312. b.
Blactordeby 145. 43. 147. 33.
Blacgrave 267. a.
Blacheham 135. a. 626. a.
Blachwell 116. 31. 41.
Blackenesphurd 252. b.
Blacolnesly *Great* 546. b. b.
Blacolnesly *Lute* 546. b. b. 542. a.
Blaestane 8 56. 66.
Blaculvesleg 982. a.
Bladington 854. b.
Blakburnthire 199. a.
Blakdon 83. 4: 249. b. 549. b.
Blakeham 954. a.
Blakemere 72. 31.
Blakemore 18. 46.
Blakencsword 233. a. 234. a.
Blakewell 94. 26.
Blanesford 975. b.
Blankeney 532. b.
Blanswid 160. 65.
Blarewike 196. b.
Blatherwike 297. a. 298. a.
Blankney 92. 34: 94. 25.
Blawich 425. a.
Blaynthelevely 325. b.
Blaysworth 159. 20. 59.
Blecchyngelegh 439. a.
Blechesdon 138. 36.
Blechingley 508. a.
Bledeniche 838. a.
Blegedun 528. b.
Bleintreit 132. 14.
Blen 458. a.
Blenkafe 549. b.
Blessagham 963. a.
Bliabure 183. b.
Bliburch 535. b. 593. a.
Blibury 544. b.
Blida *bovat* 53. 7.
Bliford 594. b.
Bliton 536. a.
Blorton 260. b.
Blunteston 209. b.
Bly 1017. b.
Bochelcote 551. a.
Bochemecombe 552. a.
Bockland 179. b. 530. b. 530. b.
Bocolscont 670. a.
Bodescombe 551. a.
Bodmyn p. 7. l. 40.
Bodyngesham 155. 17. 20.
Boeby 533. b. 534. a.
Boicole 89. 24.
Boileston 95. 19.
Bointon 163. 31.
Boiwell 183. b.
Bokenhull 217. a.
Bokingesland 113. 25.
Boldham 49. 10.
Boleburn 438. b.
Boleby 806. a.
Bolchirst 160. 13.
Bolesdun 962. b.
Boleston 549. a.
Bollinghall 147. 46. 56.
Bolra 180. a.
Bolre 177. b.
Bolstrode 356. a.
Bolton 101. 42. 51. 101. 10. 57: 105. 36.
Bolum 50. 67. 51. 29. 52. 25. & 57: 53. 47. 54. 13. & 21: 55. 31.
Bolynbrok 189. b.
Bolynton 794. b. 795. a. 803. a.
Bonesthull 71. 67. 549. a. 553. a.
Bonnyton 282. a.
Boltons *Parry* 35. 8. 35. 37. 36. 55.
Borcton 217. b.
B rdesden 81. 46.
Burewell 645 a.
Burgrave 969. a.
Borlakestand 550. a.
Porton 35. 603 36. 490
Boseeby 967. a.
Boseum ansum 183. b.
Bostell 180.
B sworth 512. b. 527. a.
Botelegee 5. 8. a.
Boteley 546. b.
Botendon 897. a 910 b.
Botene ford 548. a.
Botilton 1005. a.
Botington 535. b.
Tocle bridge 547 b. 484. b.
S. Botulfi (*vide*) *fol.* Boden 535. a.
Botulf bridge 532. a.
Botunden 911. a.
Bovelton 458. b.
Bovinton 163. 8.
Bouland 190 a.
Boyenatswade 235. a.
Bracebridg 814. b. 532 a. b. 851. b.
Bracinton 822. a.
Bracke'e 814. a.
Bradefield 171. b. 180. a. 386. a. 511. a.
Bradetel 907. b.
Bradefeud 171. b. 386. a.
Bradeford 954. b.
Bradele 613. b.
Bradeley 408. b. 887. a. 555. 14. 7. 156. 44.
Bradend 527. b.
Bradency 576 b.
Braderhum 78. 13.
Bradenstlewes 982. b.
Bradenstoke 206. b.
Bradeway 609. a.
B adeworth 652. a.
Bradfeld 55. 36. 56. 5. & 22.
Bradham 75. 33.
Bradiscompe 111. 36. 63.
Bradley (*viz.* Mayden Bradley) 256. 17. 19. 191.
Braulted 300. a.
Bradwels 45. a. 526. a. 509. b. 922. a.
Brafferton 191. a.
Brogahal 595. a.
Brailes 118. 1.
Braking 80. 32. 81. 26. 82. 30. & 53. & 56.
Brambelegh 81. 5. & 12. & 17. & 26. & 28.
Bramham 54. 58: 54. 67. 36. 55. 36. 43. 131. 640.
Brampton 130. 35. 132. 5. 27. 48.
Brancton 532. b.
Brancewell 58. a. 552. b.
Brancote 118. 23. 129. 17.
Brancton 7. 48.
Brandesby 191. b.
Brandeston 246. 256. 258. b.
Brandon 103. 56.
Branford 295. a.
Brankote 309. a. 512. a.
Brancsham 295. b.
Branteston 967. a.
Brantinges y 967. a.
Brasesbridge 388. b.
Braunceby 540. a.
Braunceston 512. b.
Braunston 588. b.
B.aworthy 655. a.
Bray 89. 16.
Brecham 256. a.
Brechu' 71. 40.
Bredley 267. b. 409. b.
Bredlinton 164. b. 1655. a.
Bredon 59. 46. 40. 12: 40. 63. 41, 12.
Brekenok 67. 47.
Brekesherr 55. 41.
Brembry 908. a.
Bremdon 250. b.
Brencumbe 956. a.
Brend 817. b.
Brendedwyn 47. 89.
Brenesdale 132. 22.
Brenkibet 130. 40. 134. 11.
Breme 840. a.
Brenwod 155. 56.
Brerlaston 147. 58.
Brercham 982. a.
Brerford 118. 17.
Brerton 149. 14.
Briavello *Sancto* 987. a.
Brichalay 1016. a.
Brichet 270. b.
Bricheston 89. 31.
Brichling 892. b.
Brcstaneston 8. 1.
Brideton 958. b.
Brideune 974. b.
Bridgeford 1018. a.
Briggeford 95. 8. 286. a.
Brikendune 11. 40. 14. 13. 16. 84. 54.
Brillinton 163. 53: 60. 56.
Brinetune 910. a.
Brinham 205. b.
Brinkburn 204. a.
Brinkelagh 87. 31.
Brinesale 99. 6.
Brinton 91. 45. & 24.
Brisford 966 b.
Brisete 87. 5 62: 83. 18. & 43.
B.ssham 275. a.
Brissley 985. b.
Bristeletham 523. b.
Bristelnesston 908. b. b.
Brisloll 233. b. 500. a. 530. a. a.
Brithelmestun 336. a.
Briweton 205. b.
Brocele 639. b.
Broch (*alias est* Brooke *in Com.* Rutl.) 118. 41.
Brocheleshay 911. a.
Brochtune 49. 50.
Brockune 540. b.
Brocksby 589. a. 590. b. 596. a. 597. a.
Broclousby 200. a.
Brocton 491. 27: 147. 39: 150. 27. 30. 31. 875. b. 255. b. 256. a. 478. b. 604. a.
Brocuiestow 805. b.
Brocwerne 71. 58.
Brocwordyn 71. 5. & 6. & 19. & 30.
Brodeston 622. a.
Broford 249. b.
Brokeden 111. 21: 112. 26.
Brokely 658. b.
Brokenhurst 177. b. 179. b. 180. a.
Brokes 295. a.
Brokesborn 511. a.
Brokhurst 179. b.
Brom 610. b.

Bromfeld 81. 2: 82. 61: 111. 55. 53.
Bromleigh 385. b.
Brompton *juxta Swale* 651. b.
Bromtune 593. b.
Brosthall 546. a.
Brostorp 70. 20.
Broxeby 969. 2. a.
Brouton 631. a.
Brunne 534. a.
Brudesham 112. 50.
Brudon 148. 15.
Bruerie 534. b.
Brugenorth *Castle* 216. a.
Bruggeford 267. b.
Brugwater 325. b.
Brugy 528. b.
Bruhull *foreſt* 154. 34.
Brumleg 906. a. 987. a.
Brumley 183. b.
Brumtune 816. b.
Brune 148. 18.
Brunethorpe 805. b.
Brunford 540. a.
Brunham 21. 57: 241. a. 327. b.
Brunleg 985. a.
Brunlond 249. b.
Brunne 29. 41: 30. 26: 199. b. 200. a. 200. b.
Brunneby 175. b.
Brunningſthorpe 309. a.
Brunton 149. a.
Brunzune 539. b.
Brunum 175. b.
Brurereswurde 8. 26.
Bruth 643. b.
Brydancumbe 858. b.
Bryht-Lyngeſey 892. a.
Brytlingaſey 396. a.
Bucerone 161. 31: 162. 63: 163. 39.
Buchebrock 984. b.
Buckeby 527. b.
Buckhall 596. a.
Buckland 550. a.
Buckminſter 344. a.
Buckwood 133. 13.
Buddecleighe 843. a.
Buddeſword 186. a. 900. a.
Budeham 969. b.
Budewrth 185. a.
Budiford 117. 65.
Bukenhull 138. 38.
Bulcamp 594. a.
Buldewas *parva* 915. a. 2. b.
Buleford 394. a.
Buleruge 47. 35.
Bulington 806. a.
Bulkinton 309. a. 311. b. 312. a.
Bullingbrock 537. a.
Bulmer 99. 30.
Bulſtrode 355. a.
Bultham 851. b.
Bungey 644. a.
Buntingford 530. b.
Burbach 272. b. 324. a.
Burc 795. b.
Burch 132. 4. 20.
Burchul 70. 58: 71. 43.
Burcloy 114. a. 220. b.
Burdune 845. b.
Bures 626. a. 954. b.
Bureton 8. 30.
Burewoldiſcumbe 205. a.
Burford 300. a.
Burg 424. a. 806. a.
Burgate 408. b.
Burgeſſe 976. b.
Burgewalter 911. b.
Burgo 795. a. 803. a.
Burnebem 539. b.
Burnham 21. 38. 66: 22. 25: 198. b. 531. b. 535. b. 615. a.
Burnham S. *Marg.* 615. a.
Burnhom 172. a. 148. b.
Burnus 147 65.
Buroldeſcumbe 8. 43.
Burrath 596. a. b.
Burreth 597. b.
Burrl. 539. b.
Burrgum 540. b.
Burthon 138. 18. 44.
Burton Vide Borton.
Burton 160. 56: 162. 33: 163. 10: 56. 31. & 33. & 44: 185. b. 186. b. 190. b. 191. a. 308. b. 314. a. 538. a. 848. a. a.
Burton-*Crown* 69. 51.
Burton *juxta Trent* 56. 49.
Burtune 984. a. 533. b.
Buſelingthorpe 644. a.
Buſtede 544. a.
Buſtleſham 355. a.
Butebroc 982. b.
Butegate 850. a.
Buteley 245. b.
Buterhull 139. 19.
Butherſie 84. 38.
Butheſtoke 299. a.
Butintune 529. a.
Buton 1013. a.
Buxton 805. b.
Bycham *parva* 880. a.
Byſort 200. a.
Bykyrſtath 306. a.
Byleghengre 1003. a.
Bylingey 814. a.
Byllingburgh 548. b.
Bylyngay 803. a.
Bynetre 21. 64.
Byngefeld 93. 25. 27.
Byres 93. 15.
Byttelwell 382. a.
Bywell 611. b.

C

CAburny 200. b. 536. b.
Cadebiri 3025. a.
Cadeland 661. b. 662. a.
Cadelaw 661. b.
Cadency 812. b.
Caderon 94. 43.
Cadewrth 911. a.
Cadey 969. b.
Cadewurd 8. 46. (*vulg.* Catworth) 26. 16.
Caingcham 999. a.
Caitorp 531. b.
Cald-Cotam 966. 8.
Caldebeche 74. 52.
Caldebrocke 962. b.
Caldecote 910. b. 29. 42. 60: 70. 19: 72. 8: 82. 42: 148. 27: 150. 64: 151. 19: 160. 67.
Caldengelby 151. 44.
Caldewell 917. a. a.
Caldſtrother 94. 27.
† Caldſtrother 88. 57.
Caleſtan 962. b.
Calew 510. b.
Calikcote 26. 16.
Callaton 969. a.
Callow 549. a. 553. a.
Calmeſdene 549. a.
Calthorpe 551. a. 803. a. 805. b.
Calvedon 185. b. 186. b.
Calvertun 529. a. 540. b.
Calwich 119. 16. 56.
Calwort 239. b.
Calworth 240. a.
Calwurd 239. b.
Camareon 220. b. 221. b. 222. a.
Cambesburch 531. b.
Cambis 982. a.
Camboc 394. a.
Cameleon 793. b.
Cameleſford 97. 18.
Cameryngton 419. b.
Camoel 963. a.
Candell 910. a.
Candeure 134. 64.
Cane 191. a.
Caneford 207. a.
Canendinan 71. 42.
Canewich 814. b.
Cankewell 211. b.
Cankysbyrry 312. a.
Canonthorp 38. a. 20: & 44: 38. b. 21: 39. 14.
Cantorbury 45. 10.
Canton 1003 a.
Carbyſthorpe 825. a.
Cardington 546. a. 527. a.
Carditon 527. a. 528. a.
Carebrock 987. a. 508. a. 510. b.
S. Carenoc 910. a.
Careſbrock 906. a. 985. a. 548. b.
Carleton 95. 27: 103. 25: 100. 33. 45: 102. 24. 103. 25: 200. b. 534. a. 552. a. 644. a. a.
Carleton (*vulg.*) 645. a. a. b.
Carleton in Craine 148. 19: 149. 29: 150. 11.
Carletun 845. b.
Carlinton 999. a. b.
Carram 105. 21.
Carrawer 94. 52.
Carſtroc 108. a.
Caſenell 295. b.
Caſteledun 151. 4.
Caſtleford 398. a.
Caſtelan-*Emin* 549. b.
Caſtlerden 152. 43.
Caſtram 979. a.
Caſtrum *Bernardi* 846. b.
Catacumb 952. a. a.
Cateby 316. a. 803. a. 134. 18.
Caterall 507. a.
Catesby 897. a.
Catewell 537. a.
Cathangre 250. b.
Catheley 813. a.
Cathrorp 534. a.
Cathweyt 822. b.
Catteden 93. 50.
Catteworte 25. 50.
Catthrope 547. b. 817. b.
Cattun 540. a.
Caudecumb. 906. a.
Caudewell 138 64: 412. a.
Cave 372. a. 808. b. 540. a. 551. b.
Cavenby 644. a. 645. b.
Cavenham 806. a.
Cavertham 155. 4. 64.
Cayſhon 794. a.
Ceolcum 859. b.
Ceorloton 968. a.
Cernell 910. a. a.
Cerney 70. 32: 72. 28: 209. b. 233. a.
Certeley 317. a.
Ceſtereſeld 535. a.
Ceſtrehunt 510. b. 1012. b. 1013. a.
Ceſtreton 264. a. 527. b. 25. 27: 26. 21: 31. 28: 118. 52: 137. 58: 138. 65: 142. 31.
Ceſtry 185. b. 186. b.
Cettre 208. a. 209. a.

Ceveton 528. b.
Chadalewurth 266. b.
Chadelington 276. a.
Chadham 887. b.
Chakirston 203. a.
Chaldecote 553. b.
Chaldewerdbury 547. a.
Chalford 854. b.
Chalgrave 478. b.
Chamreth 543. a.
Chanford 147. 42.
Chapeton 820. a.
Chaproft 312. a.
Charlen 665. a.
Charlentun 966. b.
Charlingron 854. b.
Charlton 299. a. 480. b. 544. a. 552. b.
Charwelton 55. 41: 57. 20.
Chatesham 283. a.
Chattewell 528. a. 546. b.
Chaverfild 1003. a.
Chau'ingham 592. b.
Chaureth 508. a. b. 510. a.
Chaucumb 279. a.
Chebsey 35 54 57. 12.
Chedendon 35. 41: 51. 19.
Chedeord 985. b. 987. a. 989. a.
Chedeston 10. 57. 23.
Chedinges 84. 40
Chichele 910. b. b.
Cheilmers 215. a. 217. b. 220. b. 221. a. 222. b.
Chelesworth 826. b.
Cheleworth 109. 16.
Chelham 110. 63.
Chelles 552. b.
Chelton 1006. b.
Chelverdescote 527. b. 552. b.
Chelverton 93. 33.
Chen 9. 22.
Chencestre 71. 67.
Cheningwrd (*nūc est* Kentilworth) 115. 58.
Cheolcan 865. a.
Cheppingham 544. a.
Cherchehy 966. b.
Cherdesle 155 3. 63.
Cherdymton 239. b.
Cherehull 907. b.
Cheringham 526. b.
Cherinton 138. 51. 255. a.
Cherlecote 831. a.
Cherleton 1. 7. 28. 65: 982. b.
Cherlentun 966. b.
Cheseburgh † 87. 67.
Chefelet 420. b.
Cheseley 154. 64: 155. 21. 14.
Chefey 551. a.
Chefham 312. a.
Chiflet 906. a.
Chiftrefeld 602. a.
Cheftrethorpe 94. 10.
† Chetelby 91. 41. & 15.
Chicham 111. 55. 532 112. 29.
Chetton 592. a.
Cheverell 545. a.
Cheverell *Burnell.* 2 485. b.
Cheverell *Hals.* 5
Cheureſwell *Walt.* 118. 28.
Chiche 183. b. 184. a.
Chidelinton *Vide* Kidelinton.
Chilkesind 239. b. 240. a. 544. a.
Childecote 629. a.
Childecumton 269. b.
Childeſwykwane 852.
Childewic 100. 62: 101. 64. 102. 41. 57. 31. 48.
Childherſt 639. a.
Childwall 306. a.
Childwell 230. b. 231. b.
Chiltcombe 551. a.
Chiltun 154. 61: 155. 8: 155. 1.
Chilverdeſcote 265. a.
Chinechebiry 954. b.
Chingeſtaples 985. a.
Chinghaples 906. a.
Chinleſey 999. a.
Chintinges 335. a. b.
Chinton 117. 58. 299. a.
Chipchiſe 94. 60.
Chipeham 510. b.
Chipenham 542. a. 552. a.
Chirchehy 966. b.
Chircheton 547. a.
Chirceſtow 286. a.
Chiresbire 530. a.
Chiriton 72. 17.
Chirk 226. a.
Chiſlet 985. a.
Chittcham 72. 25.
Chivel 33. 68.
Chiwelſhope 71. 37.
Chnaresburch 36. 47.
Chobahangre 251. b.
Chogeleg 251. a.
Cohul 989. a.
Cholerun 554. a.
Chorlecote 438. b.
Chorler 306. a.
Ch emhoc 47. 17.
Chuneworth 250. a.
Chyburne 551. b.
Chygwall 478. a.
Cigeſton 962. b.
Ciltcham 89. 51.
Cilton 910. a.
Cinnuc 909. b. 910. a.
Circeſtre 89. 39. 37: 90. 46.
Cireton 70. 35.
C ſelberg 910. a.
Claford 906. a. 910. a. 987. a.
Clafort 1002. b.
Claihurſt 82. 39.
Claindon 137. 57: 138. 65: 139. 26. & 50.
Claketon 87. 41: 183. b.
Clamenges 511. a.
Clancfeld 984. b. 989. a. a.
Clariarleg 142. 59.
Claryndon 274. a.
Clatford 985. a.
Clavendon 982. a.
Claverburg 50. 31: 53. 4: 54. 53.
Clavering 171. b. 306. b.
Clee 316. a.
Cleipol 534. a.
Clenefeld 966. b.
Clenefend 967. a.
Cient 658. a. a.
Clere 1016. b.
Cleton 217. b.
Cleyangre 551. a.
Cleybury 217. a. 217. b. 220 b.
Cleythorp 275. a.
Clic 48. 66.
Clichware 545. a.
Clif 540. a.
Clifdon 134. a.
Clif on 175. b. 284. b. 309. a. 322. b. 530. b. 547. a. 917. a.
Climciſton 108. 18.
Clinton 114. 41: 115 6. 54: 118. 10.
Clive 93. 50: 94. 34: 312. a. 988. a.
Cliveland 845. b.
Clone 224. b.
Clopham 138. 57.
Clopton 25. 9. 46. 61. 26. 17: 302. b. 546. a.
Clothangre 530. a.
Clotinton 982. b.
Clovefumd 909. b.
Clumthorpe 532. a.
† Clune 56. 30.
Clyney 815. a.
Cneſhall 186. b.
Cnihtinton 315. a.
Cnipton 315. b.
Cnithengild (*in Civitate Land.*) 82. 18.
Cnoklas 226. a.
Cnoſſinton 277. a.
Cochcham 89. 14.
Cochemache 260. b.
Cockeham 181. b. 182. a. 545. b.
† Cocton 89. 11. 43.
Codcham 295. a.
Coldenham 264. a.
Codruch 532. a.
Coferun 549. b.
Cogpole 794. a. a. 793. b.
Cohell 985. b. 987. a.
Cokeram 312. b. 636. a.
Cokerington 802. b. b.
Cokerington 803. a. a. S. *Mariæ*, S. *Leonardi.*
Cokeſlage 252. a.
Colceſtre 44 47. *Domus Fratrum minorum ibidem fundatur per Rob rtum fil. widonis* 57. 42.
Colebi 533. a.
Colebroc 8. 11.
Colebron 7. 59.
Colebruge 73. 46.
Coldene 93. 58.
Colemancſley 324. b.
Colesburne 70. 27.
Coleſteor 1010. b.
† Coleſton 90. 55: 91. 42. & 9: 138. 57: 50. 56: 51. 23: 52. 54: 53. 2. & 9. 54. a.
Coleton 654. a.
Coletun 540. a.
Colewell 94. 22.
Colford 510. a.
† Colingham 93. 69. 52.
Colingham 95. 45: 532. a. 647. b.
Colington 95. 32.
Colkesby 548. a.
Collesby 151. 22.
Colum 45. 41.
Colſwaine 820. a.
Colton 190. b. 652. b. 653. a.
Colwenſton 359. a.
Combes 358. b.
Combrigge 267. b.
Compton 284. a. 545. b.
Concarve 962. a.
Concanverne 989. a.
Conduote 529. b.
Coneſgrave 982. b.
Conniſgesby 805. b.
Connok 476. a.
Conton 962. b. b.
Comun 908. a.
Coped-Hall 249. 43.
Corbrigge 94. 5.
Corby 881. a. b. b. 882. a.
Coreingham 536. a.
Corſham 331. a.
Corneburg 99. 24
Cornel 954. b.
Corney 81. 80. 81. 35. & 37. 531. a.
Cornhampton 664. a. b.
Cornuby 982. b.
Cornwell 138. 31.
Corſham 604. b.
Cortum 806. a.
Cosby 309. a.
Coſham 860. a. 992. a. 956. a.
Coſſeby 314. a.
Core 854. b.

Cotford 954. a.
Cotcham 29. 57.
Cotel 806. a.
† Cotes 92. 30: 94. 21: 251. 2. 532. b. 603. a. 2. 629. a. 856. b.
Cotesbrock 629. b.
Cotesden 529. b.
Cotesmore 529. b.
Cotflow 210. a.
Cotum 147. 61.
Cotyngham 347. a. 349. a. 898. b.
Covele 117. 42: 138. 3: 140. 42: 538. b.
Coveſle 70. 23.
Coveton 528. b.
Couley 551. b. 544. b.
Courcham 648. b.
Crachale 539. b.
Cracherthorpe 74. 30.
Craſt 312. b. 631. a.
Crakecroft 849. a.
Crakehove 99. 16.
Crakemers 39. 49: 40. 19.
Crakhall *magna* 648. b. b.
Craneford 138. 56.
Cranevell 806. a.
Cranewell 531. b. 533. b. 547. b. 803. a.
Cranford 543. a.
Cranle 910. b. b.
Craſſo monte 989. a.
Crathorne 150. 66.
Crattecord 160. 6.
Crattefeld 877. a.
Crandene 29. 61.
Crante 160. 55.
Cranton 35. 26: 37. 5.
Crechetveld 85. 66.
Credehell 985. a.
Credenele 986. b.
Credhull 906. a.
Crekelaghei 94. 24.
Crekeſtoc 74. 11.
Cremlin 339. a.
Crendon 154. 42. 1: 155. 1. 33. 54. 57. 61. 26.
† Creſſewell 92. 64: 94. 39: 603. a.
Creſſyng 525. b. 543. b. 541. b.
Crevequer *Baronia* 111. 17.
Criche 909. b.
Cridelinton 910. a.
Crikelde 89. 58.
Crinetorp 535. a.
Criſtemelcford 209. b. 842. b.
Criſteneſtow 954. b.
Criſteſhale 545. b.
Croc 636. b.
Croftes 138. 61.
Crofton 34. 36: 36. 3.
Crokere 84. 46.
Cromhal 233. a.
Crondale 481. a.
† Crophill 92. 32. & 51. & 55: 94. 29.
Crophull 95. 53. 57.
Croſſeby 74. 26: 74. 32.
Croſſeby *Ravenſwart*. 394. a.
Croſſum 822. b.
Crotelleſley 908. b.
Croule 262. b.
Croxtone 25. 56: 26. 44: 27. 29: 603. b. 604. b.
Cruche 230. b. 231. a. b.
S. Crucis 510. a.
Crucre 956. a.
Crudworth 312. b.
Crukes 530. a.
Crundale 19. 50. 32.
Cubinton 118. 59: 279. b.
Cubleſdon 129. 52. 55. 60.
Cuculmeſh 911. a.
Cudelinton 138. 31.
Cudeſlawe 138. 5: 140. 42.
Cudeſley 71. 22.
Cuden 336. a.
Cueſword 264. a.
Cugenho 527. b.
Cuhell 906. b.
Cuhull 989. a.
Cukeney 597. b. 598. a. b. 599. a. a. b. 600. a. b. 602. b. 603. a.
Cukewald 190. a. 191. a. 200. b. 540. b.
Culcherton 70. 33.
Culertun 530. a.
Culington 604. b.
Culiton 7. 57.
Culmitun 48. 31.
Cumb 206. b. 954. a. 530. a.
Cumbe-*Kaines* 335. 49.
Cumberton 409. b.
Cumberties 151. 59: 152. 40.
Cumberworth 35. 21: 6. 66.
Cumbreton 29. 43: 31. 21.
Cumpton 118. 10: 975. b.
Cumpton *weſt* 267. a. 324. b. 410. b.
Cunertun 530. a.
Cundal 190. b. 191. a.
Cunitun 26. 38. 37.
Cuningſton 200. a.
Cunninghesby 537. b.
Cunnunſgetholm 805. b.
Cure 987. b.
Curtlinton 138. 64.
Cuſeſugg 266. b.
Cuſeſugy 913. a.
Cuthardicote 48. 59.
Cuthon 163. 10. 28.
Cutun 394 a. 539. a.
Cuwic 954. a.

D

DAdyngton 284 b.
Daingbere 171. b.
Dalby 98. 13: 548. b.
Dalham 183. a b.
† Dalton 88. 26.
Daltun 540. a.
Damgebiri 386. a.
Daneby 147. 66: 148. 36: 149. 15: 150. 23.
Daneſy 626. a. 1003. a.
Danteburn 989. a.
Darent 844. b.
Darnethorpe 94. 45.
Dauby 279. a.
David 986. b.
Dedham 49. 63.
Defereal 862. b.
Delf 295. a.
Denby 189. b.
Dene 25. 62: 26. 32: 27. 25: 507. b. 510. a. 546. b.
Dene *foreſta* 66. 19.
Denewoldeſham 909. b.
Denham 183. a.
Dens 552. a.
Denſted 373. b. 374. b.
Denſton 267. b.
Denton 132. 29. 48: 532. a. 534. a.
Deping *Eaſt* 235. b. *Weſt* 235. b.
Dercet 265. b.
Dereby 535. a.
Dereeeth 527. b.
Dereſham 593. b.
Derieby 535. a.
Derinton 954. b.
Derlanſton 129. 28.
† Derleſthorp 93. 45.
Derlford 526 b. 544. b.
Derneford 529. b.
Dertfeld 544. b.
Dertinton 9. 11.
Deſforth 309. b.
Deverell 954. b.
Diceſworth 39. 43: 40. 20.
Dicleſdon 854. b.
Dedinges 908. b.
Didelintun 867. a.
Diepeden 983. b.
Digby 535. a.
Dageby 803. a.
Dijlewic 239. b.
Dilewike 241. b.
Dimoc 962. b. 963. b.
Dineſly 53. 34: 55. 53.
Dinneſley 523. b.
Diringhton 533. a.
Dirwineſtu 910. a.
Diſceby 532. a.
Diſſum 83. 12.
Docherg 395. a.
Dodenes 295. b.
Dodford 142. 19.
Dodiford 549. a. 553. a. 896. b.
Dodinton 200. a.
Dodyndon 547. a.
Doketon 826. a.
Donacaſtre 394. a.
Don *aqua* 42. 5: 42. 49.
Doneſtall 999. a.
Donewyc 593. a.
Donheved 108. 45.
Donington 551. a.
† Dormeſtun 89. 44.
† Dormthorp 93. 45. 58. & 62.
Dorſiron 852. a.
Dortun 154. 62: 155. 8: 155. 1.
Dotteland 93. 12.
Doverbec 94. 24.
Doverbert 94 36.
Dovercourt 878. a.
Doulting 839. a.
Doun 549. a.
Dounton 217. b.
Dovor Caſtr. *munitum adverſus Romanos* p. 1. l. 29. *Eccleſia in eodem conſtructa.* Ib. l 41 l. 48. *alta Turris, vocata le* Dungeon *ereſta.* p. 2. l. 34. *munitum per Regem* Arviragum p. 3. l. 28. *Eccleſiæ in eodem per Regem* Lucium *conſtructæ* Ib. l. 40.
Draintun 530. a.
Draiton 982. a.
Drax 95. 5. 18: 97. 14. & 44.
Draycote 208. a.
Drayton 1017. b.
Driteld 89. 47.
Dri-Merſton 856. b.
Drington 806. a.
† Dripintrel 87. 52.
Driſtoke 547. b.
Driſtone 551. a.
Drog 426. b.
Droghed (*in Hibernia*) 72. 36.
Droitune 541. a.
Dronefeld 602. a.
Dubbrigge 876. a.
Duberton 83. 10.
Duclintun 908. b.
Ducmantun 535. a.
Dudecomp 179. b.
Dudene 417. a.
Dudinton 637. b.
Dudintun 531. b.
Duffeld *foreſt* 873. b.
Dugwle 239 b.

Duheland 205. a.
Dukelington 138. 45.
Dukmanton 602. b. b.
Dulverton 83. 45.
Duncham 644. a.
Dunesby 533. a.
Dunesford 205. b.
Dunetrope 276. a.
Dungledy 549. b.
Dungley 549 a.
Dunham 536. a.
Duniland 45. 56.
Dunington 186. b. 852. a. 1018. a. 603. a. b.
Dunmon 185. b. 277. b.
Dunmow *parva* 75. 26.
Dunnemor 510. b.
Dunnestiwe 138. 34.
Dunre 985. a.
Dunstable 133. 8. 29.
Dunstall 535. b.
Dunstone 14. 16. 15. 7: 16. 37: 49. 36: 597. a.
Dunresburne 72. 28: 906. b. 985. b. 987. a.
Dunteffeld 385. b.
Dunthull 147. 28.
Dunton 826. a. 954. b.
Duntun 277. a. 535. a.
Durcete 508. a.
Dufebi 535. a.
Dutentone 940. b.
Duton 86. 33.
† Duverbert 94. 42.
Dylan 263. b.
Dylivorrune 138. 45.
Dynmore 549. a. 553. a.
Dynnebigh 229. a.
Dynnefley 523. b. 552. b. 524. a.
Dynryth 220. a. 221. b.

E

EAdwerth 530. b.
Eastwic 235. b.
Eastwod 112. 27.
Eatendon 188. 47.
Eatton 89. 57.
Eaumendon 302. a.
Ebford 8. 62.
Eblinton 110. 12.
Eboracum 541. a.
Eccles 532. a.
Echeneſwell 482. a.
Eclam 962. b.
Edbrightelee 147. 28.
Edburburi 138. 21: 141. 43.
Edeleſburghe 848. a.
Edelmeton 82. 25.
Edendon 444. a.
Edenham 166. a. 850. a. 161. 36: 163. 1. 62.
Edmundebyren 152. 24.
Edinton 940. a.
Edlinton 848. a. b.
Edneſhour 268. b.
Edrefeld 906. b.
Edriceſtun 852. a.
Edriſcheſton 527. a.
Edulfetham 963. a.
Edwaldeſton 608. b. 878. a.
Effechore 144. 67: 941. b.
Effingham 133. 25.
Eggemonton 1015. b.
Egele 552. b.
Egleſton 196. a.
Egluiskeyn 282. b.
Egluyſnewith 282. b.
Egmonton a. 193. a. 319. a.
Egrom 510. a. 546. b.
† Egrum 92, 66. (*Honor* 93. 11.) 94. 35: 95. 46.
Eiſi 89. 55.
Eillemore 233. b.
Eiton 135. 41.
Ekeſton 852. a.
Elcheſdon 163. 64.
Eldreſſeld 985. b.
Eleyhanzre 513.
Elfaud 543. b.
Elflinton 138. 55.
E hale 312. b.
Elcden 897. a.
Elinges 325. b.
Elinhale 940. b.
E intun 908. b.
Elkinton 810.
Ellale 306. b.
Elle 551. b.
Elleden 109. 46.
Elleg 849. a.
Ellerton 370. a.
Elmeney 883. a.
Elmerſfld 374. a.
Elmeſted 374. a.
† Elmeton 92. 35: 94. 20.
Elmoure 70. 21: 71. 21: 71. 50.
Elmundeſtan 89. 50.
Elndelege 47. 10.
Elretun 370. a.
† Elrington 87. 29.
Elſefeld 138. 49
Eltham 300. a. 846. b.
Eltheſdon 161. 55.
Elvall 459. a.
Emmeſey 100. 33. 46. 101. 55. 57.
Empynghs 312. b.
Endebry 903. b.
Eneſeld 82. 59.
Eneſorigg 48. 4.
Engelby 647. a.
Engleſeld 187. a.
Enneſton 854. b. 856. b.
Enſingdon 544. b.
Epinges 909. a.
Eppewrth 191. a.
Eppinges 14. 35. 57. 16: 31.
Erchelew 255. a.
Erchinton 130. 34.
Ercumb 903. b.
Erdeburch 276. b.
Erdelby 312. a. 314. a.
Erdeſlaw 41. 7: 41. 35.
Erdinton 142. 50. 55: 284. b.
Erdlauſwik 908. b.
Ere 548. a.
Erelade 530. a.
Erenclive 150. 9.
Ereſwell 893. a.
Eringe 87. 34.
Erkindene 147. 43. (*vide Arkindene*)
Erle 518. b.
Erlingham 233. a.
Erminton 8. 55. 15. 59.
Ermundeſtre 868. b.
Ernehale 91. 66.
Ernembiry 954. a.
Ernemua 180. a.
Erneſdene 613. b.
Erneſdun 87. 14.
Ernicote 140. 45: 138. 10.
Eſcadale 148. 10.
Eſchebi 37. 4.
Eſchechilirg 999. a.
Eſchirmaubir 549. b.
Eſden 982. b.
Eſdike 287. b.
Eſendun 909. a.
Eſincton 999. a.
Eſinton 148. 34: 150. 8.
Esk 427. a.
Eſpatric 74. 22.
Eſſameſtad 985. b. 986. a.
Eſſe 893. a.
† Eſſeby 90. 54: 91. 41. & 23: 145. 43. 45: 147. 31.
Eſſeby *magna* 552. b. 896. b. 897. a.
Eſſelege 324. a. 325. b.
Eſſelſwrd 232. a.
Eſſelword 232. a. 233. a.
Eſſerugge 344 b.
Eſſetho 117. 46.
Eſſetes 982. b.
Eſſevendon 154. 63: 155. 9.
Eſſewell 312. a.
Eſſor 832. b.
Eſſover 610. b.
Eſſoure 622. a.
Eſt 18. 50.
Eſtameſted 906. b.
Eſtan 962. b.
Eſtanfort 875. b.
Eſtanwey 893. a.
Eſtburn 149. 35.
Eſtenton 966. b.
Eſtewell 312. b. 315. a.
Eſthoney 267. a.
Eſthenred 267. a.
Eſthyrſt 556. b. 557. a.
Eſtkote 138. 45.
Eſtlaford 806. a.
† Eſt *Matbſen* 87. 14.
Eſtmenton 994. b.
† Eſt *Neſebuth* 88. 5.
Eſtoches 1010. b.
Eſtolley 903. b.
† Eſton 161. 30: 162. 41. 61: 163. 53. 57: 89. 19: 90. 14: 186. a. 207. a. 910. b. 978. a. 209. a. b. 607. a.
Eſt-*Kaſyn* 803. a.
Eſtreteмenton 1002. a.
† Eſt-*Swineburne* 88. 44. a. b.
Eſtbn 893. a. 909. a.
Eſtwde 910. b.
Eſtwiſel 612. b.
Eſtwyke 376. b. 794. a.
Eteneberg 909. b.
Ethe 117. 45.
Ethelminton 554. b.
Etherdawike 419. b.
† Ethewyke 87. 37.
Ethon 137. 10: 139. 10. 12.
Etingham 145. 61 146. 31. 147. 26.
Eton 546. b. 884. a.
Etoni 903. b.
Eton *Meſey* 826. b.
Etun (*vide Hetun*) 158. 35. 38. 47. 61. 66. a. 34: 159. 21. 30. 36. 59: 160. 49. 53. 56.
Ettewell 599. a.
Etton 906. b. 985. b.
Evedune 533. a.
Evenley 26. 14.
Evenwood 846. b.
Evere 138. 53.
Everesdon 29. 59.
Everlat' 309. a
Everley 309. b.
Evershek 239. b. 240. a.
Everton 876. b.
Evyngton 311. b. 967. a.
Ewelle 527. a.
Ewias 71. 60. & 63: 987. b.
Exewic 954. a.
Exon *Eccl. de Caſtello* ibid. 9. 17.
Exon *Eccleſia Cath.* 7. 35.
Eya *inſula* 19. 37.
Eye 604. b.

Eylesh 983. b.
Eylmundestre 975. b.
Eysden 267. 2.
Eyton 312. b.

F

FAccum 267. 2.
Fagcham parva 109. 64.
Faghadre 96. 14.
Faid 1018. 2.
Faldigwell 794. b.
Faldingworth 796. b.
Fareburne 314. b. 541. 2.
Farefort 966. b.
Farcham 145. b.
Farewel 8. 45.
Farlam 130. 36: 131. 7.
Farlegh 110. 60: 111. 56. 55: 112. 8.
Farmanby 175. b.
Farnig 309. b.
Farningchow 314. 2.
Fathesburne 805. b.
Faukebrigge 548. b.
Faukefosse 548. 2.
Fawimore 530. 2.
Faxflete 200. 2. 551. b.
Fechaham 985. b. 987. 2. 989. 2.
Fechim 906. b.
Federstan 34. 2. 17: 34. b. 25: 36. 60.
Felesfeld 958. b.
Feld 661. b.
Feliley 71. 1. & 10.
Felingcham 969. 2.
Felkerick 34. 39: 36. 6.
Felley 53. 30: 54. 41: 56. 53. & 55.
Feltham 400. 2.
Fenwic 541. 2.
Ferendon 266. b. 978. 2.
Ferenherge 234. 2.
Ferles 545. b. 982. b. b.
Ferley 404. 2.
Ferlis 982. 2.
Ferncham 913. 2.
Fernham 267. 2.
Fernlee 529. b.
Ferramere 857. b. 838. 2.
Festiyn 290. b.
Fichill 976. b.
Fifhide 233. b. 358. b.
Fifid 232. b. 233. 2.
Fikeczfeld 542. 2. b.
Filesham 84. 40.
Filknich 530. 2.
Filton 917. 2.
Finburgh 246. b.
Finemer *Herementarium* 154. 21.
Finchingfield 526. b. 543. b. 552. 2.
Finereie 234. 2.
Finilai 161. 37.
Firsken 795. 2.
† Fiskerton 92. 27: 94. 18: 65. 52.
Fithvenni 74. 13.
Fitton 299. 2.
Fivele 165. b.
Flaineburgh 163. 26.
Flamesburgh 799. b.
Flasloe 548. 2.
Flaxton 99. 32.
Fleet 373. b. 374. b. 326. b.
Flemeburgh 163. 10.
Flentwell 614. 2.
Flet 535. 2.
Flete 539. b.
Fletcham 982. b.
† Flethen 91. 10.
Fletwell 26. 48.
Fligham stede 527. 2. 528. 2.
Flikhamsted 546. 2. 552. 2.
Flintham 95. 41.
Flinton 200. 2.
Flitwick 552. b.
Flixton 304. 2. 372. 2.
Fobbasunton 8. 66. 2.
Folesham 21. 7. 22. 64.
Folethby 388. b.
Foletorp 848. 2.
Folewode 610. b.
Folingcham 1015. b.
Folkesworth 538. b.
Folketon 372. b.
Folkiengham 806. 2.
Folkingham 848. 2. 849. 2. 2. 840. 2.
Fons *David* 986. b.
Fonteney 200. 2.
Forbiri 286. 2.
Ford 909. b.
Fordes 539. b. 241. 2.
Fordesham 547. 2.
Fordingbrigge 481. 2.
Fordington 537. b.
Fordh m 544. 2. 45. 51.
Fordune 848. 2. 161. 26: 163. 1.
Fordwich 374. b.
Foresthill 279. b.
Forsthull 279. b. 138. 18.
Fortelinton 906. b.
Fortelmeton 985. b. 989. 2.
Forterby 803. b. 810. 2.
Forth 984. b.
Fortiscre 85. 25. 46.
Forton 632. b.
Forum 917. 2.
Fosseton 442. 2. 875. 2. 930. b.
† Foul 87. 53.
Foulwell 138. 39.
Fowbrigge 548. b.
Foxhale 295. b.
Foxley 71. 40.
Foxton 312. b.
Framelinton 204. 2.
Framesden 607. 2.
Framton 530. 2.
Francham 548. b.
Fransam *great & little* 614. 2.
Franton 884. b.
Frantony 956. 2. 957. b.
Frebrecce 1018. 2.
Fredesham 186. b.
Freistingethorp 163. 11.
Freminton 286. 2.
Frenchote 988. b.
Frendesbery 433. b.
Fres 138. 7.
Frescawatre 987. 2.
Frescheneie 796. b.
Freschewatre 985. 2.
Freskeeney 806. 2.
Freskewater 906. 2.
Freston 70. 14.
Freulingon 855. 2.
Frid: lakestoc 982. 2.
Frisbi: 34. 30: 36. 66.
† Frisebie 90. 51: 91. 42. 5: 848. 2. 930. b. b. 532. 2. 547. b.
Frisetham 909. b.
Friskenay 803. 2.
Friton 190. b.
Frodeswell 118. 28: 129. 21.
Frohingcham 939. 2.
Frome 71. 47: 89. 1: 262. 2.
Frostendene 594. b.
Frothingham 199. 2. b.
Frozton 997. b.
Frysteseld 862. b.
Fugesthangre 251. b.
Fugletorp 616. 2.
Fulebeck 806. 2.
Fulethby 795. 2.
Fulewell 141. 17. 30.
Fulford 876. b.
Fullesion 536. b.
Fulshaw 547. 2.
Fulnethorp 596. 2.
Fylesgrave 613. b.

G

GAdelbe 412. 2.
Gafra 966. b.
Gaghamstede 419. b.
Gailocussey 180. 2.
Gaist 18. 38: 21. 15. 19.
Gaisthorpe 18. 39.
Gaiton 536. b.
Galkewell 548. 2.
Galmeton 161. 40: 163. 7. 33.
Galvyte 551. b.
Gamelegg 893. 2.
Gamelesthorp 832. b.
Gameleston 1017. b.
Gamelgey 45. 40.
Gamesburch 536. 2.
Gare 982. b.
Garestang 633. 2.
Gardelandiston 549. b.
Garinges 138. 52.
Garston 8. 51.
Garthorp 97. 45.
Garton 105. 523 106. 18: 199. 2. 200. 2. 459. 2. 958. 2.
Gatell 329. b.
Gatesbiri 82. 42. 44.
Gatesden 344. b.
Gauby 398. 2.
Gay 312. 2.
Gedinges 538. b. 547. b.
Gelham 909. 2.
Gelsland 83. 28.
Gendelaie 538. b.
Gerlinton 910. 2.
Germestorp 805. b. b.
Gernemuthe 171. 2.
Gernemuthe *Civitas* 386. 2.
Gernuse 535. b.
Gersic 910. 2.
Gestingthorp 544. 2.
Geton 536. b.
Genesburgh 548. 2.
Geyton 614. 2.
Giding 25. 53: 26. 12: 27. 26.
Gildale 540. b.
Gildisburge 545. b. b.
Gilford 139. 51.
Gillesland *Baronia* 132. 58.
Ging 294. b. 508. 2.
Ging *magna* 18. 56.
Giseborne 442. 2. 147. 24: 148. 51.
Gisselingham 547. 2.
Gives 56. 15.
† Glaeston 91. 41.
Glanton 538. b.
Glaswik 54. 12.
Glemham 245. b.
Glentham 645. b.
Gloceſter 963. 2.
Glouceſter 529. 2.
Glouceſtria *prima*) *conſtructa* p. 1. 1. 34.
Caſtellum ibidem 66. 2.
Glouceſtria *Eccleſia S. Marie* 72. 4.
Godeby 312. 2.
Godefield 510. 2.
Godeshall 906. 2.

Godeshell 985. a. 987. a.
Godeve 87. 35.
Godinges 532. a.
Godmanchester 135. 46.
Godmton 374. a.
Golckesby 531. b. 536. b. 587. a. 532. a. 537. a. 547. b.
Goldhangre 626. a.
Goldington 339. b. 240. a.
Goldwell 138. 42.
Golekeby 537. a.
Golfa 589. a.
Golftanton 374. b.
Golfton 373. b.
Golthorpe 610. a.
Gonaldefton 95: 50.
Gonewarton 93. 63: 94. 43.
Goningron 982. a.
Gorrun 72. 8.
Goseford 200. b. 545. a.
Goschale 374. b.
Goshall 373. b.
Gosla 163. 47. 48.
Gostel 179. b.
Gouteby 597. a.
Gouxyll 199. a.
Graham 534. a. 806. a.
Grafham 26. 35: 908. a.
Grafton 1002. a. 549. a. 982. a. b. 984. b.
† Gradeby 92. 30: 94. 20.
Graneford 160. 56.
Grantenden 234. a.
Graphan 966. a.
Graston 852. a. a.
Gratinges 982. a.
Grave 180. a.
Gravenherst 239. b. 241. a.
Graurendene 281. a.
Grayshirst 602. a.
Grendale 181. 31: 162. 62.
Greneburg 940. b.
Greneham 547. a. a.
Grenehull 607. b.
Grenested 45. 43: 908. b. 893. a.
Grenewick 640. b.
Grenham 510. b.
Grenhull 253. a.
Grenlow 147. 37.
Grefebrock 394. a.
Gretaham 532. a.
† Grete 90. 56: 529. b.
Gretcham 908. a.
Gretenhou 151. 60: 152. 41.
Gretham 457. a. 538. a.
Greton 855. a.
Gretton 29. 56: 128. 39.
Grettun 529. a. 532. a.
Grif 106. 42.
Grimboc 639. a.
† Grimeston 91. 7.
Grimolseby 805. b.
Grimesby 810. a.
Grindil 653. a.
Grinelesthull 47. 50.
Gringelai 50. 54: 50. 28. 51. & 9. & 54: 52. 36. 53. 673 54. 50. & 28: 55. 28. & 59. & 56.
Groby 309. b. 311. a. 967. a. 805. b. 803. b.
Gronton 164. b.
Grosseby 999. b. 199. b.
Grossemont 906. a.
Grotenton 93. 14.
Gratelington 841. b.
Grutteford 568. a.
Grymesoy 316. a. 536. b. 548. a.
Grysby 198. b.
Guaris 966. b. b.
Gudmunham 812. a.
Guersit 906. b.
Guesston 966. a.
Guillecote 966. b.
Guilgeton 1000. b.
Guinng 1000. b.
Guneby 275. a.
Gunetorp 1018. b.
Gunfordeby 534. a.
Gunnebi 537. b.
Gunolveston 1018. a.
Gunstane 286. a.
Gunthorp 96. 21.
Gunwarbi 806. a.
Guthmundham 823. a.
Gutterste 110. 56: 111. 56: 112. 10.
Guttinge 529. b. b. 549. a.
Guttingres 529. a. a.
Gynele-*South* 240. a.
Gysnes 592. a.
Gysours *Hall* 542. b.

H

HAbberton *parva* 828. a. a.
Habidacr 339. a.
Haborch 590. a.
Habure 597. a.
Hiburge 596. b.
Haburn 534. a.
Hacheburn 89. 19. 22.
Hachet 74. 19.
Hachethorne 794. b.
Hachworth 36. 69.
Hackalege 324. a.
Hackthorn 795. a. 796. a.
Haclinges 264. a.
Hacton 37. 60: 802. a.
Haddescroth 87. 15.
Haddon 982. b. 312. a.
Haddun 630. a.
† Hadersege 90. 56: 91. 43. & 28.
Hagaindeby 190. b.
Hageneford 295. b.
Hagenes 239. b.
Haggelegh 653. a.
Haghefeld 374. a.
Hagneby 616. a.
Hagnes 793. b. 794. a.
Hagustaldensis *Episcopatus per beatum Wilfridum fundatus.* 91. 16. *Series Episcoporum* Hagustaldensium. *Ibid. Ad* Koncestriam *postea & denuò* Dunelmum *migravit. Ibid. Ecclesia* Hagustaldensis *per Regem* H. 1. *Archiepiscopatui* Ebor. *collata.* 91. 5.
Hagwordingham 848. a. 849. a.
Haillingherst 526. b.
Hailsle 294. b.
Hainei 154. 52. 60.
Hairon 51. 17: 52. 47: 53. 15: 54. 13: 56. 17: 539. b.
Hak 1010. a.
Hakeetorne 806. a.
Hakewell 376. b.
Hakunby 803. a.
Hakunesthon 632. b.
Hal *parva* 648. a.
Halberton 234. a.
Hale 398. a. 805. b. 806. a. 849. a.
Halechtun 47. 62: 48. 4.
Halecton (*Vide* Halghton) 111. 30.
Halgell 544. b.
Halgh 592. a.
Halghton 111. 22. 57.
Haliden 93. 47.
Halis 986. a.
Hallingeberi 893. a. a.
Haliwell 545. a.
Hallyng 856. a. 434. b. 436. a.
Halmeden 982. b.
Halse 551. a. 553. a.
Halsewic 284. a.
Halsham 200. a. 510. a.
Halsiton 856. a.
Halthauft 103. 22. 37.
Halton 102. 58: 34. 53: 36. 26: 37. 28: 185. b. 186. a. 187. a. 108. b. 200. a. 537. a. 590. a. 532. a. 548. a.
Halum 622. a.
Hamburne 93. 34.
Hamedon 909. b.
Hamelamsted 344. b. 982. b.
Hamengeton 805. b.
Hameringham 806. a.
Hamerinton 34. 56: 36. 34: 893. a.
Hamlac 107. 13.
Hamme 8. 33: 71. 51: 528. b. 839. b. 909. b.
Hamnies 997. b.
Hamneby 535. a.
Hampstwayt 834. a.
Hampton 138. 35. 50: 543. a. 958. b.
Hampton-*Gay* 142. 46.
Hampton (*sc. South-Hampton*) 109. 22.
Hamstede 82. 49: 179. b. 180. a. 410. a.
Hamtone 552. a. 852. a. b.
Hamtun 528. b. 529. a.
Hancy 616. a.
Haneberge 140. 20. 40.
Hanelane 72. 6.
† Haneworth 92. 31: 94. 22: 95. 61: 212. a. b. 532. b.
Hankwell 88. 6.
Hanleg 985. b. 987. a. 988. b.
Haningefeld 294. b.
Hannes 240. a.
Hanton 906. a.
Hanus 87. 16.
Hardenwic 34. 5: 37. 61.
Hardethope 71. 40.
Hardington 300. a.
Hareby 531. b. 537. a. b. 548. a. a.
Harestan 315. a.
Harestan 132. 23.
Harewell 138. 55: 142. 58.
Harewold 613. b.
Harewood 552. a. 552. b. 610. a. 612. a.
Hareworth 1017. b.
Hargrave 546. b. 26. 35.
Harhendon 630. a.
Harlesay 150. 19.
Harleston 29. 44: 36. 32.
Harleweston 27. 46: 29. 59: 30. 42.
Haringey 978. b.
Harrop 982. b.
Harresch. 530. b.
Harudon 141. a.
Hawendun 239. b.
Harwod 103. 25. 30. 38. 44: 104. 58.
Harwod *little* 630. a.
Haseland 602. a.
Haselbech 298. a.
Haselden 138. 51.
Haselei 35. 36: 36. 14: 37. 14: 138. 44.
Haselingefeld 29. 59.
Haskelthorp 200. b.
Hastings p. 3. l. 35: 908. b. 969. a.
Hatesfhall 552. a.
Hatfield 544. b. 876. b.
Hatheresey 613. a. a.
Hatherune 607. a.
Hathfeld 15. a: 45. 9.
Hatlo 508. a.
Haton 969. a.

Index Locorum.

Hattele 29. 61.
Hatteley 239. b. 240. a.
Hatton 74. 42.
Havekwill 252. a.
Haverbec 424. b. 425. b. 426. a.
Haverford 293. b. 549. b.
Haveringham 795. a.
Hiverune 538. b.
Hauley 640. a.
Haunconete 969. b.
Haunthorpe 806. a.
Haurugge 138. 57.
Hauteclove 1016. a.
Hawardebi 1016. a.
Haxai 191. a. 192. a.
Hayden 94. 10.
Haye 325. b.
Hayham 412. a.
Headyte 845. b.
Heal 541. a.
Hebamsted 985. b.
Hebi 98. 14.
Heccam 199. b.
Heccamstude 70. 14: 4. 56. 71. 48.
Hechisuenne 374. a.
Hececumb 910. a.
Hecham 87. 16: 885. a.
Hechamestod 987. a.
Hecherington 544. b. 552. b.
Heckeleic 440. a.
Hecton 982. b.
Heddon 140. 60.
Hedenesbury 182. a.
Hedenestalech 89. 19.
Hederset 648. b 649. a.
Hedone 611. b.
Hedrey 511. a.
Hedrin 903. b.
Hedure 26. 42.
Heechetham 358. b.
Heenton 284. b.
Heftercumbe 83. 29.
Hegham 886. a.
Heiles 952. a. 854. b.
Heinreth 957. b.
Heircote 833. a.
Heiton 132. 42.
Hekeley 440. a.
Hekinton 398. a. 849. a. 805. b.
Hekyngton 850. a.
Helchehampton 206. b.
Heldereff ld 989. a.
Hele 438. b 976. b.
Helewell 199. b.
Helinh ham 295. a.
Hellerton 150. 12. 14. 18.
Helles 844. b.
Hellinges 638. b. 641. b.
Helmeslac 105. 46. 10: 106. 24. 57. *Vide Hamlac.*
Helpryngham 235. b. 817. b.
† Hemestan 90. 29.
Hemingestre 295. a.
Hemmingford 26. 19.
Hemmingtone 954. b.
Hempingham 538. a.
Henelawe 376. b.
Heneleley 394. a.
Henelingham 877. a.
Henemers *Bardulfus* 142. 28.
Henemordon 8. 4.
Heng. ley 142. 42. 64.
Henley 906. a. 481. a.
Henneb. 539. a.
Hennecote 147. 28.
Henricheby 74. 62.
Henf. mune 529. a.
Henfimon 138. 33.
Henton 210. a. 1003. a.
Henxston 29. 45.
Henxtrigge 480. b.
Herbaldon 374. b.
Herebuti 115. 54: 117. 23: 118. 56.
Herch ham 909 a.
Herchenfeld 71. 49.
Harclope 460. a.
Herdeteld 553. a.
Herdesley 71. 34 & 39.
Herdewic 155. 18. 62. 138. 40: 527. a. 528. a. 545. b. 546. b.
Herdewic (*Vide Hardewic*) 39. 53: 40. 18: 118. 31: 129. 25.
Herdewych 812. a.
Herdewyke 547. a.
Herdinton 138. 55.
Herdiflaw (*Vide Erdiflaw.*).
Hereburebiri 527. b.
Herefeld 233. a. 507. b.
Hereford 963. a.
Herefordix *Caſtellum* 66. a.
Herepole 527. b.
Herewich 878. a.
Herford 26. 22: 27 56.
Herierby 523. a. 534. a.
Heringthorpe 610. b.
Herkeſtede 358. b.
Herle 611. b.
Hermeſton 95. 25. 26.
Hermodeſtone 53. 32: 54. 43.
Herſefeld 72. 7.
Herſege (*Vide Haderſege.*)
Herſt 113. 30.
Herſwell 627. b.
Hert 244. b.
Herte 148. 2. 18. 49: 150. 32. 45: 151 66: 152. 5. 15.
Herteby 53. 18: 54. 12.
Hertemer 248. a.
Hertetholme 851. b.
Hertethorn 527. b.
Hertefland 374. b.
Hertewell 603. a.
Hertfeld 336. a.
Hertford 18. 17. 40. 59: 171. b. 249. a. 386. b.
Herthewic 50. 42: 51. 67: 53. 9: 54. 65.
Hertilpole 152. 4. 15.
Hertiſtoft 604 a.
Herriton 286. a.
Herrneſſe 148. 18. 50: 150. 32. 45: 846. b.
Hertſic 42. 55.
Hertwell 142. 16.
Heryewyke 810 b.
Heſel 34 a. 1: 34. b. 25: 36. 64. (*Vide Haſelet.*)
Heſeley 35. 36.
Heſelwode 612. a.
Heſterton (*Vide Helleton.*) 150.
Heſton 82. 59: 982. a.
Heſtune 1003. a.
Heterop 209. b.
Hetfeld 44: 23.
Heth 34. a.
Hethcote 39. 53.
Hethenelhalgh 94. 58.
Hetherick 103 30.
Hetherope 209. b.
Hetom 976. b.
† Heton *parva* 88. 57: 94. 26.
Hetone 903. b.
Hettone 74. 47.
Hettune 157. 13. 21. 29. 43: 158. 27. 35. (*Vide Etune.*)
Heutone 536. b.
Hewelme 528. b.
Hewſon 105. 67.
Hexham 93. a.
Heyden 93. 63.
Heyforde 138. 35.
Heylan 916. b.
Heyſond 592. a.
Heyton 984. a.
Hibaldeſton 812. a. b.
Hicche 11. 46.
Hiche 235. b. 552. b.
Hichen 523. b. 534. a.
Hichenden 115. 14. 63.
Hide 49. 42: 70. 258 276. a.
Highbury 543. a.
† Hikeling 94. 46.
Hilderthorp 162. 25: 163. 54.
Hildertrop 161. 28: 162. 41. 59: 163. 67.
Hildeſlai 314. a.
Hildeſdon 154. 63: 155. 10: 155. 3.
Hildretune 105. 29: 106. 10.
Hildridithorp 799. b. 800. a.
Hiledene 896. b.
Hille 83. 8.
Hilleſarm 251. b.
Hillinton 625. a.
Himodeſtun 533. a.
Hinchelai 985. b.
Hinham 849. b.
Hingham 536. a.
Hinkelai 906. b.
Hinkerthull 810. a.
Hinſtupe 613. a.
Hinxe. 527. b.
Hirſt 42. 55: 42. 58: 53. 27: 54. 38: 602. b.
Hiſdelund 994. a.
Hiſham 26. 16.
Hiſtelworth 1003. a.
Hiſtoft 36. 1.
Hiſtone 29. 56: 34. 32.
Hitefford 982. a.
Ho rge 87. 31. —
Hoc 910. a.
Hochenarton 137. 57. 3: 138. 24. & 28: 138. 64: 139. 13. 18. 46.
Hocheſton 1010. b.
Hoxton 133. 44: 1016. b.
Hode 190. a. 191. a. 195. a.
Hodenac 71. 53.
Hodenho 82. 48.
Hodon 200. a.
Hoeltune 105. 37.
Hof 394. a.
Hoggeſthane 547. a.
Hoggeſtheſton 551. a.
Hogum 845. b.
Hokenhale 418. b. 604. a.
Hokeſworth 93. 37.
Hoketon 29. 57.
Holbech 100. b. b.
Holbeck 600. a.
Holecumbe 140. 65. 23.
Holecume 593. b.
Hol ford 529.
Holeherſt 179. b. 180. a.
Holewei 662. b. 530. a.
† Holewell 91. 16. 239. b. 249. a.
Holinton 874. a.
Holkham 853. b.
Holme 622. a. 848. a.
Holmker 52. 20: 55. 45.
Holewell 855. a.
† Holt 91. 40.
Holthorp 172. b.
Homeleſey 393. b.
Honeſtan 969. b.
Honetune 540. a.
Honflet 216. a.
Honingham 190. b. 192. a. 810. a.
Honingtun 809. b.
Honum 822. b.
Hoo 654. a. b.
Hooton 400. b. 634. a.

Hope

Index Locorum.

Hope 71. 2: 906. 2. 985. 2. 986. b. b. 262. 2.
Horbeling 533. b. 803. 2. 805. b.
Horblingge 806. 2.
Hordefeld 549. 2.
Hordewic 331. 2.
Hordhull 177. b. 180. 2.
Hordruneland 8. 29.
Hordull 179. b.
Hore 84. 47.
Horkeſlowe 552. b.
Horkeſtone 848. 2.
Horkeſtowe 548. 2.
Hormede *magna* 18. 57.
Hormgei 1002. 2.
Horneby 394. b.
Hornhag 647. 2.
Hornyngeſham 155. 15. 8.
Horſley 1002. 2.
Horſpath 138. 49: 544. b.
Horſtede 958. 2.
Horſteld 958. b.
Horton 128. 38: 138. 46.
Hortope 71. 38.
Hortune 916. b.
Hotofte 796. 2. 797. 2. 851. b. 316. 2.
Hoton 151. 23: 820. 2. 2. 825. b. 976. b. 507. 2. 818. b.
Horon *Bardolfe* 820. 2.
Hotteham 636. b.
Hotun 394. 2. 633. b.
† Hotwet 91. 42.
Hoveden 846. 2.
† Hoveringham 94. 40: 95. 57.
Houghton 132. 49: 133. 10: 19 58 25.
Houkeſwell 540.
Houtheby 977. 2.
Houton 95. 49: 240. 2.
Houtun 795. b.
Houwald 800. 2.
Howald 173. b.
Howath 507. 2.
Howghton 591. b.
Howm 824. b.
Howne 875. b.
Hualdefeld 987. b.
Huburne 179. b. 180. 2.
Huchelay 952. 2.
Huchemerſe 528. 2.
Huclife 591. b.
Hudicote 155. 2.
Hugate 822. b.
Hugford 147. 52.
Huggeley 215. 2. 220. b.
Hulfyngore 551. 2.
Hull 530. 2.
Hulme 146. 61.
Hulmo 943. 2.
Hulmos 295. b.
Hulveſton 425. b.
Humberſton 309. b. 311. b. 312. b. 316. 2.
Humbeſbi 537. 2.
Humbleton 199. 2. 200. 2.
Humbra 528. b. 906. b.
Huncote 312. 2.
Hundemanneby 394. 2. 848. 2. 2. 162. 4.
Hundreſfeld 33. 63: 34. 25. 36. 61.
Hunesberg 909. b.
Huneſdune 239. b.
Huneſtone 240. 2.
Hungerton 278. 2. 312. b.
Hunlavinton 1002. b.
Hunningham 527. b.
Hunsflet 96. 12.
Hunſtanton 935. 2.
Huntendon 26. 1. 27: 160. 4. *Eccleſia S. Marie* 26. 6: 27. 19. *S. Johannis & S. Martini* 26. 7. 27. 22. *S. Benedicti & S. Edmundi* 26. 8. 27. 22. *Omnium Sanctorum* 26. 10. 27. 24. *S. Botulphi* 27. 21.
Huntington 809. 2. 2.
Hunton 539. b.
Huntworth 551. 2.
Hupiton 253. b.
Huplin 824. b.
Huplium 401. 2.
Hurceneſcumbe 25. 2.
Hurdecote 355. 2.
Hurleton 305. 2.
Hurne 179. b. 180. 2. b.
Hurſt 552. b. 556.
Huſum 106. 5: 806. 2. 812. 2.
Huthe 661. b.
Huton 304. 2.
Hutthorpe 630. 2.
Hwetinc 862. b.
Hychenden 118. 63.
Hychin 543. 2.
Hychinton 131. b.
Hycombe 250. b.
Hyde 453. b.
Hynkeſee 313. 2.
Hylton 922. 2.
Hyngeſdon 134. 57.
Hyrnh m 96. 2.

I

Jakeſham 614 2.
Janeſore 71. 36.
Jarpeſtorpe 820. 2.
Jarum 151. 50: 200. 2. 401. 2. b. 539. 2.
Ichteteld 913. b.
Icington 335. b.
Ic Inton 824. b. 877. b.
Idethale 253. 2.
Idulveſtra 171. b. 386. 2.
Jerdeburg 805. b.
Jernefeld 409. b.
Jernewic 539. b.
Jewington 984. 2.
Iggepenne 907. b.
Ikeford 984. b.
Ikeham 954. b.
Ilketone 380. b.
Ilmeſdon 314. 2.
Ilſyngton 879. b.
Immeny 209. 2.
Impetone 29 56.
Ir deſley 308. b.
Ingeſtod 529. b. b.
Ingelby 151. 55.
Ingepenne 663. 2. b. 664. 2.
Ingham 795. 2. 803. 2. 806. 2.
Inhoc 267. 2.
Jokeſford 593. b.
Irceſtra 468. 2.
Irnham 851 b.
Iſeldone 171. b. 386. 2.
Iſtede 246. 2. 625. b.
Itelicote 114. 34: 117. 28.
Iteſlepe 954. 2.

K

KAburn 590. 2. b.
Kadenci 812. 2.
Kadeburi 324. 2.
Kaieſho 239. b.
Kaitſebie 806. 2.
Kaitheby 805. b.
Kalkewelle 211. b.
Kametan 221. b.
Kamlesforth 149. 29.
Kaneford 208. 2. 209. 2.
Kardyf 224. b.
Karlton 149. 2.
Karletune 540. b. 908. 2.
Kariuton 130. 35: 131. 7.
Kardedon 108. 55.
Karram 106. 14. 17. [*Vide Carram*]
Karlewarſid 94. 46.
Karſalton 135. 33.
Kateram 18. 27.
Kateby 545. b. 896. b.
Katham 624. b.
Kaveresham 154. 58.
Kayham 217. 2. b. 220. b.
Kayrmerdyn 282. b.
Kaytho 160. 10: 240. 2.
Keaburne 805. b.
Keil 527. b.
Keadnei 806. 2.
Kedinton 803. 2. 805. b.
Kedewyn 222. b. 224. b.
Keerington 806. 2.
Keldrei 302. 2.
Kele 546. 2. 552. 2.
Keleby 596 b
Keleſterne 536. b.
Kelintune 541. 2.
Kellingſtoke 546. b.
Kellingtone 546. b.
Kellum 458. b.
Kelmeſcote 545. 2.
Kelſtron 199. 2.
Kemcote 138. 44.
Kenchſter 71. 67 31.
Kendall 148. 17: 149. 23.
Kenermund 546. b.
Kenerman 131. 5.
Kenesworth 132. 49: 133. 14. 44.
Kenildeword 116. 25: 129. 2: 223. 2. 312. b.
Kenerede 642. 2.
Kenewych 47. 39.
Kenetone 982. b.
Kenepeleyh 453. 2.
Kenistoune 82. 66.
Kenthles 222. b.
Keninghale 275. b.
Kepwyke 93. 49.
Ker 976. b.
Kercolſton 96. 15.
Kerdinton 239. b. 240. 2.
Kerebi 540. b.
Kerebi *dam* 103. 29.
Kereby 551. b. 967. 2.
Kerebroke 546. 2.
Ketey 222. b.
Kerendebi 163. 35.
Kerkebi 803. 2. 805. b. 806. 2.
Kermerdin 210. b.
Keſtern 917. 2.
Kerebi 537. b. 554. 2.
Ketebrok 86 9.
Ketelbi † 90. 55. [*Vide Chetelby*]
Ketelwelle 648. b. 649. 2.
Keteringham 91. 57. 25.
Ketilſtall 301. 2.
Ketleſton 826. 2.
Kevercles 222. 2.
Kewerſton 846. b.
Kibbeclive 115. 42: 118. 8.
Kiburgh 233. b.
Kidelinton 137. 56: 138. 63: 139. 49.
Kiderminſter 408. b. 409. b.
Kidlaton 108. 57.
Kildwelly 549. b.

Kildewike 103. 61.
Kilgremut 47. 31.
Killeburne 191. a. 1017. b.
Killeston 543. a.
Killum 458. b.
Killingholm 200. a. 589. a. 590. a.
Killmain 549. b.
Kilmerby 163. b.
Kilneſſe 200. a.
Kilros 301. b.
Kilſtevan 142. 54.
Kilton *caſtrum* 76 33.
Kilvington 196. a.
Kinemund 426. b.
Kinerdelei 186. b.
Kinerbi 421. a. 423. a.
Kingsburi 132. 61: 133. 41. Vide *Kyngesbert.*
Kingeſclere 355. a.
Kingſ-Norton 276. b.
Kinmolton 319. b.
Kingſland 109. 50.
Kingſton 29. 60: 189. a. 269. a.
Kingeſthorp 25. 46.
Kinler 528. b.
Kininghaule 274. b.
Kinled 988. b.
Kington 547. a. 842. a.
Kinton 119. a. 3. [Vide *Chinton* & *Kyngtone.*]
Kirdinton 539. a.
Kirkeburne 149. 15.
Kirk *Levington* 151. 47.
Kirk *Patric* 151. 58: 152. 39.
Kirkeby † 92. 33: 94. 23. 45. 50: 95. 4: 190. b. 191. a. 344. a: 803. a. 820. a. 805. b. 806. a. 832. b. 883. a. 552. b. 532. b. b. 537. b. 613. a. a.
Kirkby *in* Kendall 90. 35.
Kirkeby *in* Crandale 105. 50: 106. 22.
Kirkebere 1000. b.
Kirketone 547: b. 1017. b.
Kirkham 105. 40. 44: 106. 16.
Kirſing 526. a.
Kiſebi 535. a.
Knapecroft 314. a.
Knaresburgh 819. b.
Knell 84. 43.
Kneſhale 185. a. 548. a.
Knkelhelel 93. 13.
Knoclas 222. a. b.
Knoll 55. 44.
Knoveſley 304. a.
Knyton 309. a. b.
Knyvetone 612. b. 622. a. a.
Konkeſworth 94. 33.
Korkeby 132. 32.
Kunitone 417. b.
Kurtliggton 1007. a.
Kynaltone 94. 46.
Kynby 312. b.
Kynerby 423. a.
Kyngesberi 376. b.
Kyngeſtane 227. a.
Kyngeſwere 653. a.
Kyngeſwood 552. a.
Kyngtone 889. a.
Kynleth 217. a.
Kynmeſdon 551. a.
Kyrkham 925. a.

L

L Achaworth 34. 25.
Lache 206. b.
Lachecoch 530. b.
Lackenbi 150. 61.
Lacton 536. a. 978. b.
Lagefare 264. a. 626. b.
Lagordine 985. a.
Lakingheth 258. b. 259. b.
Lambchirche 11. 36: 12. 59.
Lamberher 110. 58: 111. 56. 57: 112. 9: 639. b.
Lamberd 533. b.
Lamburne 14. 10: 16. 52.
Lamcote 630. a.
Lameley 1018. a.
Lamentone 35. 33: 37. 12: 119. 9.
Lamerſei 878. a. 879. a.
Lammadoc 595. b. b.
Lammedhe 344. 66.
Lancaſtre 634. b. 638. b.
Lanchevton 530. b.
Lancidean 549. b.
Landeford 191. a. 192. a. 524. b.
Landloho 8. 60: 9. 43.
Langden 373. b.
Landegole 549. b.
Landeth 530. b.
Landenmare 549. b.
Landſtephen 543. b.
Langeberge 982. a.
Lang Carewey 552. a.
Langeford 531. a.
Langcham † 91. 40: 614. a.
Langehage 35. 41: 73. 20.
Langehiwis 8. 47.
Langelei 93. 63: 171. b. 386. b.
Langenei 141. 64: 908. b. 982. b. 985. b.
Langeriche 14. 63.
Langeſtane 8. 5.
Langton 312. a. 794. b. 795. a. 803. a. 806. a. a.
Langatune 818. a. 797. b.
Langport 641. b.
Langſtoke 314. b. 324. a.
Langtoft 853. a.
Languar 599. a.
Lanwath † 92. 35: 172. b. 176. b. 602. 6: 603. a. 643. b.
Languini 906. a. 989. a.
Lankinhorne 108. 27.
Lanrecoſt 131. 66.
Lanſefret 550. a.
Lanſtaveltune 530. a.
Lanteglos 433. a.
Lantocal 837. b.
Lanverz 550. a.
Lappelei 994. a.
Latton 89. 55.
Latebiri 160 55: 613. a. b. b.
Lathum 304. a. 822. a. a. 823. a.
Lavinton 148. a. 533. b.
Laurake 6. 17.
Laxton 296. b. 298. a.
Lazarton 888. b.
Lechelade 218. b. 222. a. b. 451. a.
Lecham 295. b.
Leeſton 975. a. 868. a.
Ledecote 213. b.
Ledbreton 163. b.
Ledecumbe 138. 55.
Ledenei 986. b.
Ledes 96. 19: 110. 54: 111. 54. 61. 11. 52.
Ledenham 534. a.
Ledwell 141. a.
Lee 147. 27: 536. a.
Leſſingeham 533. b.
Lega 232. b. 233. a. b.
Leene 986. b.
Leſſtanchirche 80. 46: 82. 36.
Leghe 83. 7: 84. 44: 85. 67: 253. b. 266. b. 909. b.
Leggesbi 803. a.
Legra 45. 42. 46.
Leia 526. b.
Leibrunne 539. a.
Leirton 95. 49.
Leiſdone 244. b.
Leiſingby 132. 21.
Leisby 316. a.
Leiton 82. 22.
Leitorpe 533. b.
Leke 40. 19: 182. a.
Lekeburne 805. b.
Lelande 852. a.
Lellinges 294. b.
Lelpintorp 538. a.
Leminton 113. 38: 118. 59.
Lemingbrigge 539. b.
Len 806. a.
Lenhale 261. a. 262. a. 263. a.
Lenteham 536. a.
Letky 910. a.
Lesburi 591. b.
Leskeret 108. 26.
Leſnes 82. 32.
Leſton 639. a.
Letardſtone 550. a.
Leterſtone 549. b.
Levertone 18 41.
Leveſham 900. a.
Levethorpe 806. a.
Leveſtoc 879. a.
Leving horpe 151. 58: 539. a.
Levinton 200. a.
Levingtone 148. 16: 151. 45. 47.
Lexeden 893. a.
Leye 26. 39: 112. 35.
Leyes 138. 56.
Leylonde 852. a.
Leynſtewardyn 230. b.
Leymhale 217. b.
Lid (Vide *Libe.*)
Lidenei 985. a. 987. a. a.
Lidale 533. a.
Lideneſton 276. a.
Liddune 251. b.
Lidele 546. a.
Lidlegee 528. a.
Ligeſlei 962. b.
Lilburne 308. b. 312. b.
Lilenton 124. 40: 115. 5: 127. 45. 52.
Lillechurch 885. b. 893. a.
Lilleſhull 145. 6: 146. 32: 147. 26.
Lilleſtone 523. a.
Lilling 99. 33.
Limneton 181. a.
Lincelade 239. b. 249. a. 794. a.
Lincroſts 275. a.
Lindam 962. b.
Lindebi 539. b.
Linburgh 200. a.
Lindeſele 376. b. 1003. a.
Lindriz 1018. a.
Linford 910. a. 911. a.
Lingeberch 536. a.
Lington 817. a.
Linguede 179. b.
Linerton 150. 21.
Linham 208. a.
Linton 106. 8: 985. a.
Linune 816. a. 986. b.
Liſingham 954. b.

Lithe 34. 61: 36. 38.
Litleford 544. b.
Litlington 300. a.
Litteſhefel 42. 9: 54.
Littune 395. b.
Livinton 852. b.
Loc 530. a.
Locheſlei 119. 3: 129. 32.
Locklege 171. b. 386. b.
Lochud 549. b.
Locmaban 151. 57: 152. 38.
Lodelaw *caſtr.* 225. a.
Lodbroch 118. 1.
Lodeſworth 183. b.
Lodinton 26. 31: 90. 50: 91. 4: 800. a.
Lodre 910. a.
Loſhus 148. 33: 150. 5. 20. 25.
Logordine 906. a.
Lokerige 545. a.
Lokeſwood 543. b.
Lokking 271. a.
Lokyeton 805. b.
Lolinton. *Vide* Lulinton.
Lolleſworth 29. 58.
London *Eccleſia* S. *Sepulchri* 171. a.
Eccleſia S. *Mich.* de Baſſinghe ſhage 386. a.
Eccleſia S. *Clementis Dacorum* 522. a. 552. a.
Eccleſia S. *Botulphi* 81. 21.
Eccleſia S. *Trinitatis* 46. 2.
Longedon 147. 27.
Longford 70. 23: 119. 44. 12.
Longeneye 876. b.
Longton 306. a. 852. a. 2.
Lonſton 480. b.
Lopen 551. a.
Lopinton 252. b. 253. a.
Loretune 74. 49.
Loſe 87. 3. 63.
Loſchesford 48. 62.
Lotherig 70. 34.
Lorerford 355. a.
Lottiſham 843. b.
Loucros *Hoſpitale* 151. 24.
Loudham † 94. 24.
Lovebyri 451. a.
Louſeby 398. a.
Louthere 74. 35.
Luceby 848. b. 849. a.
Luda 805. b.
Luddeforde 803. a. 810. a.
Luddeham 1018. a.
Luddyngeland 171. a.
Ludewell 118. 20: 138. 35.
Ludhuſe 539. b.
Lueton 8. 63.
Lugge 519. a.
Lukintone 11. 48: 14. 6: 16. 49.
Lulcacumbe 9. 1.
Lullinton 25. 54: 26. 30: 27. 26.
Lunde † 92. 28: 172. a. 175. b. 604. a. 613. a.
Lundeiaſlandé 557. b.
Lunt 845. b.
Lunecumbe 906. a. 987. a.
Lunesford 84. 42.
Luſard 145. 52: 147. 34.
Luthe 596. a.
Luttegerſahale 404. a. 209. b.
Lutton 401. b.
Luvecumbe 985. a.
Lydiard 83. 6. 18.
Lyde 334. a.
Lydebury 214. a. 220. b.
Lym 840. b.
Lyn 151. a.
Lynchelade 240. a.
Lynne 89. 45. 30.
Lyncroft 175. a.
Lynyngsborne 374. a.
Lynton 105. a.
Lenewardyn 217. b.
Lyum 147. 60. 64.

M

MAchekes 1003. a.
Macrefeld (*Vide* Winwic) 35. 30: 37. 8.
Madelli 129. 26.
Maddingele 29. 43: 33. 33.
Maddlei 118. 32.
Magdigle 160. 7.
Maghteild 336. a.
Maleſart 191. a. 192. a.
Malghedale 624. b.
Malgum 102. 14. 63.
Malteby 151. 40: 547. b. b. 552. b.
Malton 816. a. 817. a.
Malverne 876. b.
Manebrig 440. a.
Marg:dene 1003. a.
Maningford 67. 8.
Manneby 805. b.
Mannetorp 532. a. 533. b. 534. a. 588. a.
Mantone 50. 63: 53. 23: 54. 6: 547. a.
Mapeiclareſted 510. b.
Mapeldra 1002. a.
Mapleteſted 509. b. 510. a.
Mapeldreſted 544. a. 552. a.
Mapeltreham 979. a.
Mapleton 199. b. 999. a.
Mapudrith 220. b.
Mapulduham 299. b.
Marcaden 286. a.
Marcham *Weſt* 1017. b. 1018. a.
Mardeford 71. 13.
Mardfeud 276. b.
Mareſfeld 299. a.
Marham 234. b.
Marenham 532. a.
Marghasbigan 902. b.
Mareſhert 537. b.
Mareſtone 552. a.
Marmeleke 251. a.
Marnham 548. a. 607. a. 1018. a.
Martherlby 550. a.
Martineland 95. 53.
Marton 95. 41: 98. 64. 65: 99. 21: 148. 29: 150. 2: 151. 23. 14. 16: 163. 22. 46: 533. a. 536. b. 818. b. 819. a. a. 825. a.
Marrune 814. b.
Maryburen 549. a.
Maſham 191. a. 192. a.
Maſſingham 359. a.
Mathſen † 88. 5.
M udon 626. a.
Maurdin 962. b.
Maurigge 245. a.
Meauton 552. b.
Mebrunne 74. 4: 394. a.
Meches burc 34. 40: 36. 8.
Meddlimete 87. 41.
Medburne 334. b. 930. a.
Medelbury 1003. a.
Medelburne 264. a.
Meiland 183. b.
Melburne 966. a.
Melcheburne 507. b. 510. a. 546. b. 552. a.
Meldune 526. b.
Meleburne 89. 66.
Melebiri 909. b.
Melebroc 531. a.
Melebroche 531. b.
Melesbiri 908. a.
Me ford 179. b.
Melenythe 220. a. 221. a. b.
Meleſwic 962. b.
Melmerby 649. a.
Melnho 11. 42. 14. 15: 15. 7: 16. 56
Mellyng 306. a.
Melton 173. b. 548. b. 810. b.
Mendham 295. b.
Menedepe 530. a.
Mentemore 171. b. 386. a. 2. 473. b.
Menyngthorpe 648. b.
Meoles 852. a.
Meoles-*B acy* 216. b.
Merden 302. a.
Merdreſem 902. a.
Mere 532. a. b. 548. a. a. 552. b.
Merewe 543. b.
Merigham 532. a.
Merſton 966. a. 966. b.
Meretone 544. b. 545 a. 135. 23.
Mereſſe 941. b. 984. a. b.
Meriech 530. a.
Merchelai 985. a. 986. b.
Meritune 528. b. b.
Merkes 148. 14.
Merkelei 988. b.
Merlei 962. b. 963. a.
Merſe 146. 64: 149 33: 150. 50.
Merſe 144. 67: 982. a.
Merſton 190. b. 631. a. 873. a. 99 b. 994. a.
Merſeton 1002. a. 986. b. 982. a.
Merſetune 910. a. 993. a. 994. a.
Merthegrave 966. b.
Merſhe 476. a.
Merſland 199. b.
Merthoc 903. b.
Merton 279. b. 304. a. 322. b. 324. a
Meſcinge 183. b.
Meſſeworth 138. 57.
Metheringham 212. b. 597. a.
Methrichim 532. b.
Michelham 335. b. 640. b. 908. b.
Mi helbergh 622. a.
Middeleie 141. 45.
Middleton 83. 26: 634. a.
Midleton 29. 56: 35. 43: 37. 21.
Middelton 175. a. 459. a. 527. b. 87 b. 200. b. 208. b. 299. a. 825. 982. b. 983. b.
Middleton *Biſh* 135. 53.
Midle *Raſin* 96. 7.
Middencie 141. 16. 45.
Middirone 839. b.
Miderdene 8. 38.
Midleham 846. a.
Miggeham 267. a.
Milecote 852. a.
Millai 966. b.
Milleburne 595. b.
Mincherte 474. b.
Minchy 90. 48. 12.
Miſperton 829. a.
Miſterton 50. 55. 29: 51. 55: 53. 54. 52.
Mittingsbi 537. b.
Mixbury 138. 39: 140. 10. 63.
Modberley 269. b.
Mogeharg 160. 9.
Molande 286. a. 1002. a.
Molcaſtre 404. a. 426. b. b.
Moſcroft 416. a.
Moldeſton 389. a.
Molesby 98. 35.
Moleſworth 26. 16.
Mollinton 117. 35.

Index Locorum.

Monkskirby 1000. b.
Montgomeri 297. a.
Monton 272. b.
More 83. 23: 144. 671 188. a. 941. b.
Moralai 36. 63. 65: 84. 45.
Morba 251. b. 252. a.
Morcote 138. 46.
Mordon 29. 39: 205. a.
Mordune 8. 44.
Morimone 532. b. 545. b.
Morley 35. 18. 20.
Morſell 984. b.
Morſum 150. 41. 44.
Moreton † 94. 56: 142. 22.
Morton 138. 12: 140. 43: 151. 9: 527. a. 528. a.
Mortune 235. b.
Morweneſtowe 433. a.
Moubray 530. a.
Muchelmarer 322. b. 323. b.
Muddewich 36. 7.
Mudforde 909. b.
Mulinton 186. a. b.
Mulleford 548. b.
Mullewathe 380. b.
Mulneford 180. a.
Multon 196. b.
Mundene 526. b.
Mundover 891. b.
Mundreham 1002. a.
Munemuth 963. a.
Munfichet 648. 384. b.
Muſale 312. b.
Muſchampe 622. a.
Muſtune 848. a.
Mydelton 174. b. 401. a.
Mygeland 87. 35.
Mylwode 550. a.
Mynarom 105. 36.

N

Nakerune 295. a. b.
Nampewiche 914. a.
Nantemalan 549. b.
Narteſford 421. a.
Naſinges, *ſive* Neſingan 11. 38: 12. 65: 14. 61: 16. 36: 17. 56: 18. 22.
Natynton 374. a.
Navenby 533. a. 547. b. 312. a.
Naveſby 629. a.
Necherche 906. a.
Neſtaneſtoke 285. b.
Nedewode 874. a.
Nehus 539. b. 540. a.
Nene 220. b.
† Neſebeth 87. 63.
Netherley 220. b.
Nethleham 966. a.
Nethleſwell 11. 45. 14. 64. 16. 39.
Netteton 596. b.
Netleſted 295. b.
Netlington 841. b.
Nettelham 383. a.
Neubald 528. a. 896. b.
Neubel 966. b.
Neubo 612. a.
Neubrun 295. a.
Neuby 380. a. 394. a.
Neucherche 985. a. 987. a.
Neuſome 552. b.
Neuton 596. b. 804. b. 805. b. 848. a. 873. b. 908 a. 917. a. 987. a. 547. a. 548. a. 598. b. 533. b. 543. a. 551. a. 553. a.
Neuyn 47. 142.
Newarch 535. b.
† New-*Biggings* 88. 13: 93. 34: 539. a.
Newbold 35. 34: 37. 12: 39. 43.
Newenthon 140. 67.
Newenton 47. 27: 47. 31. 67. 1: 302. a. 279. b.
Newere 814. b.
Newerk 647. a.
Neweſole 624. a.
Newetone 551. a. 200. a.
Newetune 814. b.
Newhall 53. 29: 54. 40.
Newhus 589. a.
Newnham 852. a.
Newport 910. b. 911. a.
Newſom 817. b.
Newtone 115. 32: 163. 25: 9. 30: 82. 30. 917. a. 966. a. 985. a.
Newton *in Glendale* 105. 31: 106. 12.
Newton *in Cokedale* 94. 15.
Newton-*Morell* 851. a.
S. Nicholai *inſula* p. 61. 58.
Nierham 913. a.
Nieuhus 554. a. 589. a.
Nieweb ghing 648. b.
Nigemd 909. b.
Ningwood 180. a.
Nitheraton 205. a.
Nivebenk 93. 51.
Niwanun 862. a. b.
Niweburne 73. 21.
Niweham 114. 34: 115. 64: 117. 38.
Niwenton 118. 1.
Niweſeles 893 11.
Niweton 854. b.
Niwetun 529. a.
Niwethgate 940. a.
Nocton 211. a. b.
Nocton *Baronia* 70. 26.
Noent 962. b.
Norboro 312. a.
Lorburi 874. b.
Norburn 1002. a.
Norcote 89. 46. 388. b.
Nordſtoke 49. 43.
Nordwidhem 277. a.
Norwyem 277. b.
Nothyhel 907. a.
Norkalles 593. b.
Normanby 805. b.
Normanton 50. 56: 50. 30: 51. 18. & 56: 52. 49: 53. 1. & 16: 54. 54. & 18: 119. 20: 509. a. 531. b. 535. a. 546. b. 547. b.
Northam 956. a. 957. b.
Northawude 205. a.
Northbroke 138. 38.
Northbroke *Gaytorum.* 138. 36.
North *Burton* 548. a.
North-*Cave* 930. b. 541. a.
North *Dalton* 548. a.
North *Kynilingwith* 630. b.
Northland 11. 1.
Northley 138. 32.
Northmanby 150. 63. 65.
Northmardefend 548. b.
North *Milburne* 94. 11.
Northon 956. a. 957. b.
North-*Ofeney* 141. 54: 142. 1.
North-*Schillingford* 652. b. 653. a.
Northulle 267. b.
Northumbrie 846. a.
Northwod 876. b.
† Norton 91. 14.
Nortone 18. 46: 34. 30: 36. 65: 108. 30: 138. 44: 982. b. 185. a. 271. a. 294. b. 312. b. 814. b. 858. b. 607. a. 608 a. 608. b. 803. a. 818. a. 982. a.
Nortune 541. a. 602. b. b.
Norwyneſford 251. a.
Norwine 277. a.
Noteſton 438. b.
Notfeld 1012. b.
Notholt 913. a.
Notingham 535. a.
Novavilla 963. a. 989. a.
Noveſle 966. b.
Novum *Caſtellum ſuper Tinam* 73. 21.
Nun *Eyton* 309. a.
Nuteleyh 82. 63.
Nuteſcheolve 913. a.
Nutteford 675. b.
Nuttele 201. a.
Nuvinnune 540. b.
Nybotle 276. b.
Nywantune 857. b.
Nywenham 653. a.
Nywenone 841. a.

O

OBeſton 877. a.
Ocley 138. 49.
Ocleby 805. b.
Odecumb 910. a.
Odewell 544. a.
Offcolm 844. a.
Offeley 209. b.
Offenham 851. b.
Offeſey 19. 48.
Offington 446. a.
Officon 49. 5.
Ogereſtane 538. b.
Oggerſtone 547. b.
Okebroke 621. a. b. 622. a.
Okebruck 627. b. 628. b.
Okeburne 954. a. a.
Olfane 1002. a.
Ombreſley 852. a.
† Ondeby 90. 55: 91. 42. & 11.
Onedeſley 72. 13.
Onneby 596. b.
Ophil 622. a.
Oppeſon 16 18.
Oppinton 253. b.
Orchaſton 410. b.
Oretord 195. b.
Ores 374. a. 510. b.
Ormeſby 148 25: 150. 63: 151. 6. 11. 13. 15. 17. 21. 34. & 803. b. 809. b.
Ormeskirk 304. a.
Ormeſchirche 303. a. b.
Orthaſton 209. a.
Osberton 56. 57. & 60.
Oſcinton 510. b.
Oſemundeſton 231. a. 875. a.
Oſgoteby 848. a. 536. b. 540. b.
Oſgothorpe 548. b.
Oſingwald 551. b.
Oſmundethorpe 551. b.
Oſolveſton 276. b.
Oſſington 546. b. 552. a.
Oſteſilve 966. b.
Oſtrefeld 522. a.
Oteri 1017. b.
Othna 966. a.
Otringham 163. 43.
Overſlag 84. 45.
Overtone 26. 20. 21: 39. 54: 40. 28: 144. 49: 160. 61.
Ovesby 423. a. 536. a.
Ounesby 326. b. 327. a.
Ouſton 192. a.
† Outhorpe 92. 33.
Owelton 21. 60.
Oxecumbe 806. a.
Oxenbrigg 84. 43.

Oxeneford 913. a.
Oxenford 545. a. 855. a.
Oxeney 622. b.
Oxenhall 549. a.
Oxford 136. 15. 18.
Oxneburgh 614. b.
Oxon *Ecclesia S. Gregorii* 137. 54: 139. 16: 140. 35.
Oxon *Ecclesia S. Mar. Madg.* 137. 56: 140. 37.
Oxonia 528. b. b.
Oxonii *Castellum* 137. 13.
Oxton 56. 22.

P

PAccelade 26. 51.
Pachinton 115. 35: 119. 50.
Packton 426. a.
Padington 602. a.
Pagla 999. a.
Pakmaston 479. a.
Pakynton 832. b.
Palgrave 878. b.
Palings 511. a.
Pampelworth 29. 62.
Panfell 956. a. 957. b.
Panteley 962. b.
† Panton 91. 42.
Paplewick 317. b.
Pappeworth 26. 18. 39: 247. b.
Parish-*Gardyn* 522. b.
Parrenay 848. a. a. 849. b.
Passefeld 11. 23. 12. 4 14. 65. 16. 40.
Passeham 89. 26.
Passenham 546. a.
Paston *parva* 160. 12: 171. a.
Pateshill 835. a.
Patheneberge 837. a.
† Patingham 90. 57: 91. 44. & 25.
Patton 424. b.
Patrickesworth 549. b.
Pauntons 458. b.
Paxton 805. b.
Pebworth 851. a.
Pech 108. 11.
Pechaye 607. a.
Pelton 978. a.
Pembrugge 227. a.
Pencric 230. b. 231. b.
Peneberi 958. b.
Penesey 89. 59.
Penigton 426. b.
Peniton 984. b.
Peukethly 549. b.
Penmayne 550. a.
Penmon 339. a.
Pennard 233. b. 839. a. 910: a.
Pennel 539. a.
Penreth 846. b.
Penrys 550. a.
Penteney 19. 38.
Penworth 851. a.
Perbalt 305. a.
Percy 349. a.
Perested 87. 30. 63.
Perham 246. b.
Peri 26. 15: 142. 25.
Petretone 550. a. 551. a. a.
Pervein 281. a.
Petyet 138. 56.
Pesemere 166. b.
Pesey 279. b. a.
Peseley 641. b.
Peterice 916. b.
Petfeld 526. a.
† Petling 91. 11.
Petresham 84. 48.
Petteslo 911. a.
Peveneseil 908. b. 982. a. a. b. 983. a. b. 965. a. 982. a. a. b.
Phalmer 909. a.
Pichal 394. a.
Pich. ford 892. b.
Pichelesthorne 344. b.
Pickenham 649. a.
Picwarding 533. b.
Pideleton 179. b. 180. a.
Pikcham 648. b.
Piketone 549. b.
Pilardemon *parva* 966. b. b.
Piltone 838. b.
Pilleseley 95. 36.
Pimpe 300. a. 868. b. 975. b.
Pinchenden 908. b.
Pioni 962. b.
Pireswell 54. 54.
Pirie 138. 49.
Pirinton 186. b.
Piriton 67. 1: 530. a. 185. b.
Pishull 198. a.
Pitesle 90. 54: 91. 40. & 23.
Piton 401. b.
Platahalm 234. a.
Pleford 625. a.
Plimrige 8. 24.
Plimton 7. 48. 8. 17.
Plompton 290. b. 425. a.
Pluckley 374. a. b.
Plumbton 85. b.
Plumton 425. a.
Pochebroc 538. b.
Pockle 107. 19.
Podiford 255. a.
Polwyk 876. b.
Pokebroc 25. 45. 62. 11. 26. 37.
Pole 208. a.
Polementon 913. a.
Poley 903. b.
Pomeri 171. b.
Pondintun 910. a.
Ponsonby 424. a.
Pontefract 34. 3: 36. 67.
Porbery 234. a.
Porcestre 134. 52: 660. a.
Port 973. a.
Port *Ric.* 80. 56.
Portebrugge 357. b.
Portslade 244. a.
Portesmues 868. b.
Portesheved 530. a.
Portheynon 549. b.
Posterig 9. 53: 10. 65.
Postlings 244. b.
Poulton 244. b.
Powley 234. a. 455. a.
Poynton 803. a. 806. a.
Prankardeswike 652. a.
Prendegest 549. a.
† Presedat 87. 10.
Preshaveth 632. b.
Preshout 633. b.
Presteleyd 306. b.
Prestecote 854. b.
Prestesfeld 139. 19.
Prestwarth 173. b.
Preston 86. 14: 89. 45: 1[illegible]. a. 543. a. 552. b. 594. b. 954. b. 523. b. 999. a.
Preston *in Craven* 25. 30.
Preston-*Golait* 147. 27.
Preston *juxta Mansford* 147. 27.
Preston *parva* 179. b. 180. a. 295. b. 984. b.
Prestune 531. a.
Prestwald 795. a. b. 806. a.
Prime 47. 48.
Prodehou 88. 36.
Pulesdune 530. a.
Puley 89. 10.
Puliuhe 226. a.
Pulleley 186. b.
Pultone 426. b. 906. a. 966. a. 634. 638. b. b. 985. a.
Pultune 529. a.
Pulule 71. 38.
Punesworth 510. a.
Punrunby 427. a.
Purlai 14. 11: 16. 52.
Purvik 358. b.
Putfould 358. b.
Putunhe 239. b. 240. a.
Putrenham 385. b.
Pyleſdon 551. a.
Pynslad 309. a.
Pypeminstre 83. 10.

Q

QUarrom 349. a.
Quedesle 70. 63: 70. 15.
Quei 29. 54.
Queldrake 172. a.
Queldrie 175. b.
Quenburgh 312. b.
Queneburgh 548. b.
Quencby 99. 25.
Quenington 548. b. 549. a.
Quenington 510. a.
Quentone 547. a. a.
Quernanden 312. a.
Quickefull 267. b.
Quinteley 93. 8.
Quurne 548. b.

R

RAby 185. b. 186. b.
Radbusne 796. a.
Radeclive 210. a. 185. a.
Radelyve 138. 43.
Raddenore 127. a. 325. b.
Radeford 118. 10: 55. 25: 54. 42. 48. & 25.
Radenache 545. a. 552. a.
Radenas 868. b.
Radewell 531. b.
Radewey 265. a.
Radewynter 81. 46.
Radford 234. a. 528. a.
Raggele 852. a. a.
Ragthan 989. a.
Raineham 962. b.
Rain-*Patric* 151. 59: 152. 41.
Ramegings 908. b.
Ramesden 302. b.
Ramham 110. 65.
Rampton 29. 44. 57: 51. 18: 52. 53. 25: 54. 11.
Ramsugge 476. a.
Ramswinderby 301. a.
Ramurthewyke 72. a.
Rand 199 b.
Randeby 596. b.
Ranchale 239. b. 240. a.
Ranestone 531. b.
Rangle 426. b.
Rasat 595. b.
Rasethe 917. a.
Rasene 805. b.
Rasne 596. a.
Rasum 506. a. 596. b.

Index Locorum.

Ravell 966. 2.
Ravenesaen 239. b. 242. 2.
Ravenesthorp 545. b.
Ravendale 536. b. 1016. 2.
Ravenschille 162. 30.
Ravenston 240. 2. 337. 2. 511. 2.
Recherb 279. 2.
Rechesham 26. 50.
Redcumbe 248. 2.
Redder 29. 39.
Rededole 619. 2.
Redene 612. b.
Redenesse 805. b.
Redenhache 526. b.
Rederby 279. b.
Redmersham 510. b.
Redmore 887. b.
Redeby 279. b.
Redwerenne 71. 47.
† Reichi 91. 40.
Reiki 245. b.
Reinhum 510. b.
Renequill 595. b.
Renge 613. 2.
Renham 111. 55. 54. 112. 71. 460. 2.
Rennchams 302. 2. b.
Rependone 280. b. 281. 2.
Rerebi 536. 2.
Ressenere 295. b.
Rercumb 276. 2.
Reubal 527. 2.
Reymes 45. 67.
Ribelcester 454. b.
Ribstane 551. 2. 552. b.
Riburgh magna & parva 22. 29.
Richburg p. 3. l. 35.
Richemund 540. b.
Richeton 161. 33. 162. 64. 163. 40.
Richmon 180. 2.
Richull 913. 2.
Ridley 592. 2.
Ridrefeld 964. b.
Richy 316. 2.
Rinchund 906. b.
Rineshale 275. 2.
Ringeland 615. b.
Ringkesdune 535. 2.
Ringstancot 534. 2.
Ripley 230. b. 231. b. 247. b.
† Riplington 87. 44.
Ripon 380. 2.
Rippingham 541. 2.
Rischeles 94. 56.
Riseberge 98. 37.
Risebi 536. b.
Riseles 510. 2.
Riseley 546. b. 552. 2.
Risenberge 154. 59. 2. 155. 61. 34. 66. 28.
Risenden parva 138. 50.
Riskinton 534. b.
Rislacke 984. 2.
Risley 546. b.
Rissemere 594. b.
Ristheborne 374. b.
Ristone 26. 17.
Risum 643. b. b. 645. b.
Riveling 55. 28.
Rivere 244. 2.
Riwenhale 526. 2.
Roceland 640. 2.
Rocheburn 409. 2. b.
Rocheford 987. b.
Rochell 511. 2.
Rochesford 49. 17. 81. 23. 49. 5.
Rochilde 913. 2.
Rockelaunde 642. 2.
Rockley 529. b. b.
Rocle 543. 2.
Rodeberi 73. 47.
Rodenache 975. b.
Rodbi 557. b.
Roed 460. 2.
Rogenton 1002. 2.
Roinge 878. b. 893. 2.
Rokeby 311. b.
Rokeland 539. 2. 84. 40.
Rokeley 639. 2.
Rokesden 242. b.
Roldestone 95. 60.
Rolei 312. 2.
Rolendriest 276. 2.
Roletham 138. 33.
Rolston 312. 2.
Ronhale 242. 2.
Ronne 234. 2.
Ronstone 547. b. 552. b.
Ronone 940. b.
Roos 188. b. 219. 2.
Ros 988. 2.
Rosmarthe 549. b.
Rosseley 549. b.
Rostinton 267. b.
Rotheby 967. 2.
Rothelam 49. 42.
Rotheleg 412. 2.
Rotheley 548. b. b. 552. b. 553. 2. 917. 2.
Rothenwell 34. 24: (*Vide* Rowell) 36.
Rouebi 534. b.
Roudone 103. 25. 39.
Rouley 93. 52. 656. b. 658. 2.
Rowcestre 267. b.
Rowell 33. 64. 89. 29. 422. 2. 631. 2. 856. b.
Rowenhalle 543. b.
Rowerghok 188. b.
Roxeby 96. 6. 20. 24. 98. 59.
Roydon 543. b.
Rubarbe 549. b.
Ruch 163. b.
Ruchulm 806. 2.
Rudeby 153. 27. 34.
Rudescocke 438. b.
Rudham 235. 2.
Rudpaston 549. 2.
Rughadone 8. 6.
Rullepe 954. b.
Rullidene 530. b.
Runcon 185. b. 186. 2. 185. 2.
Runcorne 137. b.
Rusfale 656. 2.
Russelac 982. b.
Rustind 549. b.
Ruth 530. b.
Ruthlew 917. 2.
Ruthulm 806. 2.
Rutone 47. 50. 848. 2.
Ruwynnok 229. 2.
Ruyton 935. 2.
Rymeswell 420. 2.
Rysangre 540. 2.
Ryse 149. 31.
Ryseley 507. b.

S

Sabrichesuth 893. 2.
Sadbergy 846. 2.
Sadelingstane 93. 4.
Sadendone 133. 44.
Sadlescombe 545. b. 908. b. 555. 2.
Saford 982. b.
Safort 983. b.
Saldeford 37. 101. 908. b.
Saldene 35. 42. 37. 21. 989. b.
Saleby 803. 2.
Salford 114. 332. 115. 621. 117. 185. 339. b. 241. 2.
Sallc 21. 35.
Salopesbury 528. b.
Salop *Eccles.* S. *Alcmund.*
† Salperton 89. 12. 26. 42. 64. 986. b. 989. 2.
Salperune 529. 2. 989. 2.
Salfintone 982. 2.
Salteby 96. 28. 98. 161. 96. 9. 97. 49.
† Salteford 31. 8.
Saltfletebi 536. b. 805. b.
Saltford 852. 2.
Saltre 26. 18. [*Vide Sautre.*]
Saluho 242. 2. b.
Sandeherst 84. 41.
Sandes 247. b.
Sandford 141. 321. 888. 2. 2. 893. 2.
Sandhon 92. 47.
Sandon parua 129. 49.
Sandone 879. b. 914. 2.
Sandiacre 622. 2. 2.
Sandwath 151. 26.
Sanford 8. 32.
Sanley 966. b.
Sanford 138. 17.
Sappeley 201. b.
Sarakes (*Vide Schirakes.*)
Sarnebroch 531. 2.
Sarnneford 527. b.
Sarum 190. b. 191. b.
Saunford 544. b. 545. 2. 2. 551. b.
Saureby 817. b.
Saurebi 532. 2.
Sautre 25. 35. 26. 33.
Saurre 480. 25. 53.
Saxebi 40. 58. 536. 2. 643. b.
Saxelby 646. b. 647. 2.
† Saxendale 93. 67. 95. 25. 805. 63. 106. 51.
Saxolebi 590. 2.
Saxton 34. 2. 19. 34. b. 34. 36. 2. 893. 2.
Scaddebothes 132. 13.
Scadebothes 74. 67.
Scalacher 40. b. 29. 40. b. 78.
Scaldecumb 985. 2.
Scales 132. 37.
Scalleby 163. 28. 532. 2.
Scalletune 541. 2.
Scamton 536. 2.
Scapelford 355. 2.
Scarneston 34. 22.
† Scarthecliue 92. 17. 95. 64.
Scarvenesne 539. b.
Scaudebi 96. 5.
† Scaupewic 92. 32.
Scearmun 862. 2. b.
Sceleshull 90. 38.
Scelford 533. 2.
Scelton 966. b. 200. 2.
Scepelwell 286. 2.
Scepewic 317. b. 318. b.
Scestlirg 200. 2.
Schamton 848. 2. 2.
Scharnbroke 312. 2.
† Schesslinton 91. 43.
Schelune 554. 2. 556. 2.
Schendelby 849. b.
Schepithed 310. 2.
Schilvinton 317. 2.
Schinand 533. 2.
Schobbedone 213. b. 214. 2. 210. 2. b.
Schurburn 854. b.
Scirta 200. 2.
Scone 236. 2.
Scoreston 974. b.
Scorteston 129. 30.
Scorton 969. 2.

Scoſtorn 644. 2. a. 645. a.
Scothorn 644. b.
Scotton 794. 2. 666. b.
Scranleſbi 537. a.
Scriveham 89. 13.
Scruby 848. b. 851. b.
Sedewne 903. b.
Sedgrave 314. a.
Segbroks 604. b.
Segeſſe 907 b.
Seggeſwold 312. a.
Segrave 308. b.
Segres 208. a. 209. b.
Scile 527. b.
Seinop 805. b.
Seldfort 35. 33.
Sele 973. a.
Seleghcford 82. 37.
Seleſtone 632. a.
Selingis 968. b.
Selrone 613. a.
Semercotes 805. b.
Sempringham 803. a. 805. b. 806. a.
Senecamp 552. b.
Senegut 966. a.
Senegey 510. a.
Seneſtan 137. 57: 138. 65.
Sennet 910. a.
Senovere 95. 36.
Sepenheve 314. a.
Seperey 510. b.
Sepron 247. b.
S. Sepulchri 171. a. 386. a.
Serres 111. 54.
Serreby 1017. b.
Seſſebi 40. 17.
Seſteford 940. b.
Sethburn 149. 31.
Seton 88. 21: 173. b. 174. b. 175. a.
Sevesby 379. b.
Seveſterne 538. a.
Seufubi 806. a.
Seurebi 540. b.
Shaldeſton 138. 41.
Shaldford 385. b.
Shaltone 394. a.
Shamelherſt 440. a.
Sharnebroke 546. b.
Sharneford 896. b.
Sharpenho 552. b.
Shaubury 147. 61.
Shefeld 52. 10: 55. 46: 810. b. b.
Sheleburne 343. b.
Shene 543. b.
Shenegey 546. a.
Shenley 171. b. 386. a.
Shepley 524. b. 545. b.
Shill 596. b.
Shippborne 357. b.
Shirakas 51. 3: 52. 29: 52. 27: 53. 18. & 24: 54. 23. & 29: 55. 18.
Shireburne 138. 54: 163. 24: 545. b. 552. b.
Shiriff Horon 99. 34.
Shopington 543. a.
Shorewell 343. a.
Shortrumb 250. a.
Shortregrave 171. b. 386. b.
Shortwode 19. 48.
Shoteſham 19. 53. 58. 59: 24. 25. 27.
Shortley 611. b.
Shottover 551. b.
Shuldham 821. a.
Shurbergy 312. b.
Shurlaw 255. a. b.
Shuſtoke 354. b.
Sibeforde 142. 15: 530. a. 544. b. 545. a.
Siberteſwand 244. b.
Sibethorpe 26. 21.
Sibetrop 531. b.
Sidairt 963. a.
Sidan 142. 50. 61.
Sidenhale 629. a.
Sidenham 8 28.
Sidenore 908. b.
Siford 533. b.
Sigleſden 102. 37.
Sigreſham 314. a.
Sikebroc 246. a.
Silkebi 534. b.
Sillebie 806. a.
Silton 190. b. 191. a.
Silverle 507. a.
Silverley 544. a.
Sirdeſtone 551. a.
Sireburne 527. a. a. a. 548. a. 854 b.
Sirigiheſcote 527. b.
Sirinton 982. b.
Suſton 551. a.
Siryngeham 155. 18. 21.
Siwardeſtune 14. 33. 15. 57.
Sixill 803. a.
Skarle 548. a. 551. b.
Skelton 147. 65: 148. 14: 149. 33: 150. 36: 151. 5. 6: 539. a.
Skendelby 848. a. a.
Skernyng 614. a.
Skeroverton 426. b.
Skibdune 101. 4.
Skibedon 101. 60.
Skipton 25. 65: 100. 32. & 44: 101. 60: 102. 14. 34. 60: 103. 24.
Skirbeke 547. b. b.
Skreveton 96. 15.
Skripton 540. a.
Skyrningham 846. a.
Slavele 94. 47.
Slaſwyk 40. 84: 51. 35: 53. 14: 55. 27.
Slauſton 276. b.
Slaythurn 189. a.
Slebethe 549. a.
Slendeſlund 536. b.
Smalgreg 625. a.
Smeletho 376. b.
Smercote 428. b.
Smire 118. 51.
Smithfeld [in ſuburb. Lond.] 87. 33.
Snape 461. b. 894. a.
Snargate 910. a. a. b. b.
Snaringes 255. 19.
Snarkeſton 527. b.
Snayth 189. a.
Snellethall 613. a.
Snithenfeld 537. b.
Snodinton 247. b.
Snowſhall 854. b. b.
Snyterton 98. 11.
Snytton 217. a.
† Snochewell 90. 7.
Sodington 548. b.
Soſſleth 1000. b.
Soheravene 529. b.
Soleby 627. a. a.
Solehull 832. b.
Somborne 322. b.
Somercrof 198. b.
Somerford 889. b.
Somerton 846. b.
Soningf.ch 906. b.
Sorcham 973. a.
Soppele 179. b.
Sorfech 906. b.
Sortebi 850. b.
Souldrope 552. a.
Saureby 75. 9.
South-Burton 200. b.
† Southernkeſton 90. 10.
South-Elkington 803. b.
South-Keleſey 200. b.
South Langedon 250. b.
Southlingis 275. b.
South Mirdefeud 548. b.
Southwalde 18. 54.
South-Witheburn 69. 53.
Southwode 646. b.
Sowy 839. b.
Spalding 1000. b.
Spaldingholm 816. b.
Spaldington 822. b. 823. a.
Spalingue 1000. b.
Spanby 235. b. 533. b.
Sparweſey 139. 12. 22.
Spene 545. a.
Spernoure 90. 10.
Sperſholt 529. b. 544. b.
Speton 162. 28.
Spondene 298 a.
Spriligeton 806. a.
Sprotelai 163. 34: 163. 16.
Sprotteley 164. a.
Sproxton 26. 42.
Sprydlington 795. a. 796. b. 803. a.
Srapwic 532 b.
Stabel Rob. 99. 40.
Stachefdene 160. 56.
Staford 118. 25. 33: 129. 89.
Stafford Eccleſia S. Nich. 129. 28.
Stafford Fratres Minores 137. 30.
Stagesburi 47. 57.
Staghes 8. 24.
† Staincroft 89. 13: 93. 63: 94. 61.
Stainey 186. b.
† Staingron 87. 22: 917. b.
Stainhou 539. a.
Stainighes 185. b.
Stainton 74. 17: 148. a.
Stalingburgh 200. b.
Stalingham 131. 16.
Stalkeford 274. a. 546. a.
Stallingburch 536. b.
Stallington 139. 34: 119. 21.
Stampurt 179. b. 180. a.
Standey 893. a.
Stancfeld 510. b.
Staneley 610. b. 630. a. 611. a.
Stanes 129. 5.
Stanes (ia iſt Stone in Comitatu Staff.) 115. 23: 118. 59: 127. 64.
Staneſgate 87. 37.
Stanewey 477. a.
Stanewode 661. b.
Stanford 24. 29: 26. 44: 87. 57: 88. 3: 140. 44: 376. b. 547.
Stanhill 97. 16.
Stanho 552. b.
Stanio 537. a.
Staning 971. b.
Staninglon 52. 54: 55. 28: 55. 45.
Staniſtone 817. b.
Stanley 137. 61: 610. b. 630. a. 622. a.
Stanling 962. b.
Stanmare 175. b.
Stanmare parva 171. b.
Stanmere 386. a.
Stanningis 972. a.
Stanper 201. b.
Stanſted 15. 17. 25. 49: 25. 221. 135. 48.
Stanton 90. 56: 91. 43. & 24: 39. 41: 40. 28: 40. 34: 48. 15: 67. 1: 83. 25: 310. b. 312. a. 314. a. 527. b. 800. b. 917. a. 536. a. 849. b.
Stanun 800. b.
Stanway 218. b.
Stanwell 248. a.
Stapelhon 532. a.
Stapleford 39. 52: 40. 47: 40. 57: 538. a. 643. b. b.

Scarle 532. a.
Scacheden 240. a. 241. a. b. 243. a.
Scavele 547. a.
Scaveley 610. a.
Scaundon 507. b. 510. a.
Scaunford (*Omnium Sanctorum*) 880. b.
Scaunford (S. *Andreæ*) 880. b.
Scaunford (S. *Martini*) 881. a.
Scaunton 851. b.
Scaynhill 164. b.
Scaynton 198. b. 209. a. 596. a. 622. a.
Scebing 509. a. 543. a.
Scede 102. 5.
Scele 94. 50: 102. 52.
Scellinghton 235. b.
† Scellings 88. 12.
Scepinges 537. a.
Sceple 87. 36: 294. b.
Scerning 186. b.
Sceynwenge 339. a.
Scibbing 877. b.
Sciberton 101. 38.
Scichelstone 26. 20.
Scichefwald 35. 25: 37. 3.
Sciford 611. b.
Scigard 532. a.
Scikeford 537. a.
Sciptun 539. a.
Scirton 160. 60.
Scivecle 25. 57: 26. 11. 27: 27. 30.
Sciventon 913. a. 954. a.
Scivinton 198. b. 200. a. 596. a. 622. a. 203. a.
Sciucle 117. 19: 118. 20: 538. b.
Scoches 538. a.
Scokingforth 309. b. 312. a.
Scocton 309. b. 312. a. 299. a. 309. a. 538. a. 976. a.
Scocton *magna* 150. 63.
Scocton *parva* 160. 64.
Scodleg 527. a. 244. b. 380. b.
† Scodley 89. 11. 41: 138. 47: 887. b. b.
Scoford 250. a.
Scoke 25. 60: 26. 41: 27. 31: 312. b. 325. b. 547. a. 806. a.
Scokebrigg 324. a.
Scokeley 9. 3.
† Scokes 91. 43: 86. 27. 33: 118. 29: 119. 23: 115. 12, 51: 262. b. 532. a. 806. a. 982. b.
Scokesfeld 87. 52. & 57: 88. 17.
Scokewde 299. a.
Scokkford 314. a.
Scone 141. 58: 235. b. 544. a. 553. a.
Sconhill 138. 13.
Scoppele 180. a.
Scorterigge 8. 65.
Scotfalde 239. b. 240. a. 242. b. 794. a.
Scotton 26. 38.
Scow 29. 55: 138. 11: 140. 43: 317. a. 613. a. a. 803. a. 805. b. 852. a. 536. a.
Scowmarket 183. b.
Scractone 551. b.
Scradmurik 549. b.
Scrafell 1002. b.
Scramone 148. 3: 151 64: 152. 6. 20.
Scratford 138. 41.
Scratton 108. 46: 101. 2: 916. b. 531. b. 546. a. 596. b.
Scrawnton 854. b. b.
Screatle 376. b.
Screngeston 281 a.
Scretford 529. a. 540. b.
Scretton 71. 36: 101. 4. 38: 282. b. 283. b. 414. a.
Scretton *super Aust* 47. 9.
Scrigole 989. a.
Scrigull 963. a. a. 906. a.
Scrode 526. b. 179. b. b. 434. b. 436. a. 526. b. 552. a.
Scroxton 458. b.
Scubinton 664. b.
Scukele 963. a.
Scupenrune 538. b.
Scures 885. a. a.
Scynteforde 547. a.
Scyretor 18. 44.
Scainatone 969. a.
Scubroc 969. a.
Scucceley 962. b.
Scuddebury 221. a. 526. b.
Scudham 26. 15. 34.
Scudhamton 983. a.
Scudminster 183. b. 347. a.
Scuffet 1000. b.
Scudecampes 18. 47: 19. 49.
Scuilla 982. b.
Scuinesset 805. b.
Scuinhamstede 538. a.
Sculbury 300. a.
Sculdham 806. a.
Sculdrope 546. b. b.
Sculiford 374. b.
Sculton 832. b.
Scultrope 510. a.
Scumburn 324. a. 325. b.
Scumerbi 532. a.
Scumerdeby 1010. b.
Scumpting 545. a. 525. a.
Scunningfeld 985. b.
Scupton 982. b.
Scuraple 205. a.
Scurcheghe 253. b.
Scurnaleth 186. b.
Scurrey 596. a. 597. a. 851. b.
Scuschwyke 545. b.
Scutgrave 70 36.
Scutham 70. 24: 72: 29.
Scuthcave 553. a.
Scuthelkinton 810. a. a.
Scuth-*Feribi* 161. 37: 163. a. 63.
Scutholme 35. 47: 3. 6. 52.
Scuth *Kirby* 34. 16: 34. b. 25.
Scuth *Kyrkingworth* 631. a.
Scuthley 854. b.
Scutho 25. 41. 27: 27. 46.
Scuthorpe 507. b.
Scuthwerk 85. 40.
Scuthwick 25. 59: 26. 13: 27. 32: 525. a.
† Scutton 94 31: 99. 24: 135. 37: 796. a. 848. a. 851. b. 906 a. 969. a. 547. a. 185. b. 631. a. 186. b. 195. a. 282. a. 293. a. 312. b. 534. a.
Scutrune 531. a. 908. a.
Scuwyke 134. 1.
Scwadole 165. a.
Swadale 164. b.
Swaledale 161. 38: 163. 4. 64.
Swaneburne 143. 46.
Swanesland 459. a.
Swanewyk 666. a.
Swanton 552. b.
Swanton-*Nowers* 22. 39.
Swaton 644. b.
Swasfeld 92. 31: 94. 28.
Swerdeling 546 a. a.
Swereford 138. 28.
Swindale 595. b.
Swinderby 540. a. 551. b.
Swineford 511. a. 546. b.
Swinesby 648. b.
Swinescumb 954. b.
Swineren 278. b.
Swinfield 546. a. a.
Swinstane 8. 29.
Swinton 37 25.
Swynesset 200. b.
Swynehamstede 96. 8: 97. 23.
Swynton 610. b.
Sybthorp 547. b.
Sydeham 249 b 962. b.
Syetone 163. 3.
Sygresham 308. b. 309. b. 312. a.
Syleby 967. a.
Symondborne 846. b.
Synerun 48. 33: 48. 50.
Sythestun 326. b.

T

TAcheham (Vide *Thacheham.*)
Tacheley 1003. a.
Tachelesbroce 116 67.
Taff 549 b.
Taffesbi 536. b.
Taingewrth 312. a.
Takele 893. b.
Takeleg 24. 16. 29.
Takeley 1003. b.
Talemun 160. 57.
Talency 74. 53.
Tamedisbury 48 20. & 25.
Tamestun 8. 67.
Tametebery 985. a. 986. b. 988. a. a.
Tanet 112. 64.
Tanrington 373. b.
Tanyaron 837. a.
Tapton 602. a.
Tarent 409. b. 530. b. 958. b.
Tathewell 547. b. 805. b.
Tattenho 613. a.
Tavistone 982. a.
Taydene 386. a.
Tecluesy 958. b.
Tedeham 985. a. 986. b. 988. a. 906. a.
Tedinton 962. b.
Tedoord 982. b.
Teinrun 965. a.
Telleton 637. a. b. 982. a. 984. a.
Temple Brewer 552. a.
Tendryng 477. a.
Tenelle 138. 56.
Tenham 374. b.
Teppesfeld 997. b.
Teren ford 302 b.
Terlings 526. a. 526. b.
Terneseo 1018 a.
Terstane 111. 56. 55: 112. 9: 110. 61.
Tertlinton 917. a.
Teten-y 316. a.
Tettebury 138. 51.
Texton 394. a. 648 b. 649. a. a.
Teydene 171. b.
† Thachesham 90. 56: 91. 43. & 24.
Thadclaws 29. 40.
Thalegard 325. b.
Thalewell 552. b.
Thamabere 906. a.
Thedyngwrth 309. a. 312. b.
Thefford 806. a.
Theidone 85 19. 12.
Thringwrth 630. a. 896. b.
Thele 15. 17.
Thelwell 185. b. 186. a.
Theolnisshed 958. a.
Thernesco 37. 30.
Thevelby 803. a.
Thy 45. 47.
Thichencote 538. a.
Thimelby 540. b.

Index Locorum.

Thinesto 596. b.
Thingden 630. b.
Thirning 25. 23. 35.
Thomestone 613. a.
Thoralby 648. b.
Thorcroft 976. b.
Thorendon 18. 67.
Thoresby 616. a.
Thoresse 358. b.
Thorse ghe 425. b.
Thormarethe 209. a.
Thormodby 151. 42.
Thornburg 138. 43.
Thorngrafton 93. 11.
Thorne 200. b. 637. b.
Thorneton † 87. 63: 99. 28: 138. 43: 198. b. 199. b. 200. a. 312. a. 375. b. 825. a.
Thornihull 874. a.
Thorpe 51. 44: 52. 5: 53. 18: 54. 27: 55. 8: 99. 6: 138. 31: 278. a. 279. b. 312. b. 326. b. 643. b. 306. a. 309. a. b. 311. b. 312. a. 806. a. a. a.
Thorpe-*Arches* 44. a: 148. 19: 149. 30.
Thorpe *parva* 825. b.
Thorston 19. 56. 23.
Thremhale 23. 20. 67.
† Throkelagh 87. 7.
Thuait 851. b.
† Thurgarton 92. 27: 94. 17. 55.
Thurgelby 817. b.
Thuringtune 593. b.
Thuritone 594. a. b.
Thurkilby 94. 43.
Thurkisby 190. a.
Thurlakestone 551. a.
Thurmanton 548. b.
Thurmenton 548. b.
Thurmodeston 308. b. 310. a.
Thurmoston 311. a.
Thurnam 909. b.
Thurnby 309. a. 629. a.
Thurnum 636. a.
Thurrok 543. a.
† Thyrlewall 87. a: 88. 68.
Tibriton 255. a.
Tichebe (Vide *Tytheby.*)
Ticheham 1003. a.
Tichchell 34. 16: 36. 44.
Tichewell 625. b.
Tiesho 117. 34: 118. 23. 34. (Vide *Tyesho*) 129. 16. & 28.
Tikeill 1018. a.
Tikencote 276. b.
Tikenhale 281. a.
Tikeull 1018. b.
Tikham 234. a.
Tileney 805. b.
Tilingham 87. 33.
Tillestow 106. 41.
Tilton † 91. 34: 398. a.
Timberland 96. a: 533. a.
Timbrebiri 324. b.
Tindale 846. b.
Tindene 240. a.
Tincholm 627. b.
Tinelaw 1018. a.
Tintenell 909. b.
Tinton 597. b.
Tippedene 11. 31: 12. 38: 14. 8: 16. 51.
Tireingham 1003. a.
Tirintune 796. b.
Tiriton 191. a.
Tirlington 312. a.
Tisho 545. b.
Tirlington 106. 10.
Tiverington 99. 26.
Tiwing 171. b.
Tochcham 70. 33.
Tocheswde 234. b.
Tochwith 34. 55: 35. 11. 36. 58. 43. 18.
Tofte 29. 60.
Togrynde 541. a.
Tohou 7. l. 40.
Tokoris 151. 3. 4.
Toland 551. a.
Tolethunt 183. b. 283. a.
Tollard 917. a.
Tollesby 150. 3: 152. 38. 18.
Tolre 910. a.
Toltam 510. a.
Tolthorp 911. a.
Tonge 39. 39: 147. 40.
Tonge *Castrum* 149. 54.
Torboc 186. a.
Tore 652. a.
Torenton 264. a.
Toreston 963. a.
Torkesey 278. b.
Torneberge 910. b.
Tornebery 906. a. 989. a.
Torpe 34. 46: 36. 19 (Vide *Thorpe.*) 532. a. 534. a. 536. a. 539. b. 848. a. 910. a.
Torp-*Ernaud* 967. a.
Torphigam 551. b.
Torveitone 991. a.
Toteham 80. 19.
Totenho 153. 45.
Totham 626. a.
Toringes 940. a.
Totinton 962. b.
Tottington 537. a.
Totungewich 511. a.
Touceſtre 508. a. 974. b.
Toviſton 982. b.
Toulasby 401. b.
Toulesthunt 160. 12.
Toulestone 402. b.
Touſeter 546. b.
Touſtoke 438. b.
Trapeſtone 235. b. 538. b.
Tregoſ 108 66.
Treket † 87. 23.
Trent † 90. 45.
Treſe 190. b. 191. a. b. 540. b.
Treſcemer 47. 24.
Treſtrahi 549. b.
Treton 138. 50.
Treverman 130. 33.
Treuldon 152. 34.
Treuris 108. 65.
Triken *Apeltre* † 89. 23. 66.
Trikingham 398. a. 535. b.
Trobrege 67. a.
Trocking 82. 48.
Trop 314. a. 531. b.
Trowell 630. a.
Troy 963. a. 989. a.
Trumpitone 29. 58: 260. a.
Tudeham 295. b.
Tudenham 71. 53.
Tudewrth 409. b.
Tughale 591. b.
Tukesford 643. b.
Tunbruge 510. a.
Tuncote 438. b.
Tunigton 805. b.
Tnnington 805. b.
Tunſtall 183. a. 295. a. b. 796. a.
Tunſtane 211. b. 212. a.
Tureſmere 138. 41.
Turgrimby 536. b.
Turide 982. b.
Turke 622. a.
Turkeden 138. 49: 141. 27.
Turkillebi 191. a.
Turleby 882. a.
Turmeſtone † 94. 51.
Turmodeſton 314. a.
Turneby 314. a. 629. a. b.
Turneciuſt 893. a.
Turnehag 647. a.
Turnham 270. b.
Turninge 26. 17.
Turrok 508. a.
Turſtede 538. a.
Turſtanton 805. b.
Turthilleſton 966. b.
Turvei 239. b. 240. a.
Turveſton 138. 41.
Turresbury 527. b.
Tuxford 51. 23: 52. 53: 53. 54. 4.
Twenge 164. a.
Twicros 138. 61.
Twiford 294. b.
Twynnyngs 854. b.
Twynningy 856. a.
Twyverton 888. b.
Tyschorp 148. 19: 149. 30: 151. a. a.
Tychefeud 664. a.
Tydulveſtre 386. a, 171. b.
Tyeſho 127. 32.
Tymberland † 92. 34: 94. 54.
Tymelthorp 21. 52.
Tympauin 74. 12. & 21. & 38.
Tynford 138. 40.
Tyreſwell 50. 59: 50. 32: 52. 53. 4.
Tyſho 527. a. 528. a.
Tyrelinton 105. 26.
Tythsby 92. 31. & 50: 94. 24. 46.
Tywinge 306. b.

V

VAllis *Arundie* 148. 17. 23. 150. 30.
Uckinton 147 27.
Vechi'the 230. b.
Velechburch 358. b.
Vernham 510. a.
Uggeburgh 653. a.
Uggetone 548. b.
Vilystone 551. a.
Vincle 533. b.
Vinceby 537. b.
Ulesby 200. b.
Ulfikeby 200. b.
Ulkesthon 231. b.
Ulkeston 88. 6.
Uſſeby 172. b. 175. b. 299. b. 200. a.
Ulverſton 424. a. b.
Ulveſton 191. a.
Up Lyum *alias* Up-Lythum } 147. 66: 148. 15: 149. 34: 150. 49.
Upminſtre 11. 27: 12. 20: 14. 16. 44.
Uppecote 83. 22.
Uppene 84. 45.
Upſale 151. 12. 35. 37.
Upton 141. 40: 200. b. 246. a. 254. 536. a. 815. a. 882. a.
Upiune † 91. 20: 135. 39.
Urthirun 1003. a.
Uſthen 963. a.
Uſtebrunne 393. b.
Utelicote 115. 63.
Utterby *parva* 803. b. 809. b.
Utrolithathar 251. a.
Uvetorp 94. 5. 6. & 11. 17. 21.
Vulrikby 423. a.
Vure 906. a.

W

WAbergeton 969. b.
Wademorth 1018. a.
Waderhall 373. b. 374. a. b.
Wadeselfe 610. a.
Wadington 19. 49: 535. b.
Wadingworth 597. a.
Wadon 70. 80.
Wago 963. a.
Wagla 999. a.
Wakefeild 41. 44: 882: b.
Walbertewic 593. b.
Walcote † 91. 19: 803. a. 805. b. 806. a. 812. a. b. b. 814. a. 848. b.
Walckerune 532. a.
Walcringham 50. 55. 89: 91. 95: 52. 43. 50: 53. 67: 54. 51: 55. 57. 21: 317. b. 318. b.
Walde 11. 25: 12. 13: 14. 56: 16. 41.
Waldene 819. a. 893. a.
Waldeston 608. b.
Waldelimune 639. b.
Walford 8. 43: 557. b. 617. a.
Walemere 622. b.
S. Walerico 591. b.
Wales 208. a.
Walesburne 118. a.
Walesford 551. a.
Walingford 954. b.
Walle 89. 49: 93. 46: 530. a.
William 1003. a.
Waleshale 655. b. b.
Walksworth 660. a.
Wallisare 11. 29: 12. 31: 14. 2: 16. 43.
Walnesford 551. a.
Walney 19. 48. 26.
Walmesgate 643. b.
Walmere 3. 35.
Walseby 1017. b.
Walsingham magna 21. 50. 55.
Walsingham parva 20. 31. 21. 47.
Waltham 16. 21: 374. a. 527. a. 546. a. 893. a. 967. a. 1016. a.
Walton 127. 65: 128. a. 139. 11: 337. 58: 511. a. 527. b. 534. a. 549. a. a. 634. b.
Walton 67. 1: 118. 65: 130. 22. 32. 52: 131. a. 4. 221: 139. 23: 140. 39: 401. b. 1002. a. 909. a. 988. b.
Waltrey 51. 16: 52. 46.
Walvelhull † 90. 57: 91. 45. 25.
Wameth 794. b.
Wandesleye 622. a.
Wanering 139. 25: 954. a.
Wantesle 805. b.
Wapham 291. b.
Wappelei 232. b.
Wapping 411. a.
Waram 906. b. 985. b. b.
Warbilton 84. 18.
Warbergh 140. 27.
Warburton 186. a.
Wardone 93. 60.
Warhum 34. 60: 36. 37: 394. a.
Warenodbi † 91. 15.
Waringron † 92. 30. 49: 94. 28.
Warlingcham 403. a.
Warke 149. 22.
Warleie † 90. 54: 91. 42. 9.
Warnfeld 33. 62: 34. 54: 36. 26.
Warneford 529. b. 548. b.
Warnesthy 412. a.
Warsop 35. 46: 36. 52.
Warre 173. b. 175. a.
Warwic 118. 65.
Wasinglai 26. 20.
Wasnebrooke 358. b.
Watekre 374. b.
Woterbeche 29. 55.
Waterfale 85: 267. b.
Wallouse 539. b.
Watelay 1017. b.
Waterford 522. a.
Warh 901. b. 903. b.
Wathford 629. b.
Watlinton 138. 51: 139. 18: 141. 9.
Watton 817. a.
Wattun 799. b. 800. a.
Waver 311. b.
Waverton 138. 60.
Wauresdene 245. b.
Waxam 200. a.
Wedele 523. b.
Wedermundefeld 45. 53.
Wedetone 374. b.
Wednesbergh 111. 58.
Wedon 292. a. 954. b.
Welcomttow 80. 45.
Welde 549. a.
Weleburne 532. a. 533. a.
Weledon † 90. 53: 91. 39. 17.
Welkestede 302. b.
Welcume 286. a.
Welkham † 90. 54: 91. 40. 18.
Welendone 984. a.
Welingale 542. a.
Welle 26. 50: 461. b. 806. a. 909. b.
Welleberghe 150. 11.
Welleburne 99. 89: 190. b. 191. a.
Welleford 629. b.
Welles 956. a. 958. a.
Welnetord 527. b.
Welleton 537. b. 846. a. 978. a.
Welletune 1015. b.
Wellton 200. b. 309. b. 314. a.
Wellum 55. 56: 1018. a.
Wem 903. b.
Wemedon 432. b.
Wencote 528. b.
Wendey 546. a. 883. a.
Wendlyng 614. a.
Weneberge 913. a.
Wenge 877. b. 1000. b.
Wenham 295. b.
Wenhaweltone 593. b.
Wennakexton 171. b.
Wenrica 854. b.
Wepham 144 9.
Werch 105. 26.
Wercheord 73. 46.
Werdcham 266. b.
Were 232. a. 234. a.
Wereslai 877. b.
Werihill 917. a.
Weriile 25. 35.
Werke 846. b.
Werkworth 204. a. 917. a.
Werkeword 592. a.
Wertham 920. b.
Werveleye 657. a.
Wervelthun 153. 28. 35.
Werpesgrove 544. b.
Werum (*Vide* Warum.)
Wesdene 982. b.
Weseford 552. a.
Wesenham *Omn. Sanct.* 615. a.
Westbury 356. b.
Westerfeld 295. b.
Westerleghe 313. a.
Westerlete 282. a.
West-Baterton 266. b.
West Bedesume 548. a.
Westberi 995. a.
Westbiri 954. a.
Westcote 551. a. b. 523. b. 544. b. 825. b.
Westburi 138. 40.
Westcollingwith 822. b.
Westeorde 985. a.
Westerdale 548. b. 552. b.
West Grenewich 555. a.
West Haddon 629. b.
West Halton 633. b.
West Ham 983. a. b.
West Henred 267. a.
West Grafton 272. b.
Westhinde 906. a.
Westhone 105. 56.
Westkales 537. a.
Westestingestan 962. b.
Westletune 593. b.
Westleke 39. 51.
West Markham 643. b.
Westmelme 82. 49: 52.
Westmere 596. a.
Weston 25. 56: 282. 32: 27. 29: 67. 676: † 90. 53: 91. 39. 17: 96. 13: 137. 56: 138 37. 64: 139. 35: 141. 28. 36: 187. b. 292. a. 309. a. 453. a. b. 524. a. 530. b. 531. b. 543. b. 952. a.
Weston *juxta* Burnceltre 141. 56.
Weston *juxta* Oyltre 138. 52.
Westryngton 803. a.
West Scytefort 8. 20.
West Swinburne † 88. 51.
West Thorpe 806. a.
West Waltham 11. 49. 14. 18. 16. 59.
Wests Wyneburne 94. 16.
West Wic 275. b.
West Wykham 803. a.
Westwood 975. b.
Westyby 148 15: 149. 35.
Wetheley 548. a.
Wethelesborne 527. b.
Wetherbe 551. a. 552. b. b.
Wetherdene 879. b.
Wethetone 103. 22.
Wetings 26. 47.
Weynbiri 7. 53: 8. 11.
Whaleley 548. a.
Whalton † 87. 36.
Wharram 351. a.
Whatton 309. a.
Wheston 309. a. 312. b.
Whetacre 373. b.
Whitefeld † 89. 30: 94. 39.
Whittelye 359. a. 552. b.
Whitene 599. a. 602. b.
Whitwell 105. 60: 106. 49.
Wiboldeston 160. 49.
Wice 89. 50.
Wichabeti 201. b.
Wicforde 597. a.
Wichale 290. b.
Wichebald 48. 58. 64.
Wicheford 163. 24. 42.
Wicham 607. a.
Wichele 540. a.
Wicherlei 56. 8.
Wickham 161. 36: 163. 1. 63.
Wiche 142. 31: 527. b. 855. b. 884. b. b. 962. b.
Wichestaneswurde 8. 40.
Wicherune 21. 13.
Wicrelle 56. 4.
Widhe 8. 34.
Widchelle 84. 47.
Wideeumbe 205. a. 909. b.
Wideflete 543. a.
Widerdelai † 90. 57: 91. 44. 11. *Vide* Widerle.
Widihale 82. 37. 56.

Index Locorum.

Widline 538. b.
Wiane 185 b.
Wierne 848 b.
Wiettef. 549. a.
Wilkford 534. b.
Wiformef- 999. a.
Wiggele 613. a.
Wigg fkei 814. b.
Wiggethei 84. 53.
Wiggemore 218. a. 220. a. b.
ghale 287. b.
Wighefleie 647. b.
Wight 178.
Wigimton 138. 28.
Wigreston 962. b.
Wike † 90. 13 295. a.
Wikef rd. 409. b.
Wikehale 806. a.
Wikeham 805. b.
Wikes 282. b.
Wlagelh 295. b.
Wi ardeby 163. 33.
Wilbergh 878 b.
Wilburgh 544. a. 883. a.
Wildelande 83 14.
Wi derdelege 48. 48.
Wilecote 206. a. 208. a.
Wilefordc 954. b.
Wilege 892 b.
Wilkeftone 531. b. 535. b.
Wile bi 999 b.
Wiltton 480 b. 530. b.
Wiltreſcote 144. 67: 941. b.
Wilketune 535. b.
Wilimsone 281. b.
Wilkon 240. a.
Wilindon 983. b. 984. a.
Willaneſton 138. 38.
Willardby 340. a.
Willerdeby 161. 39: 163. 74
Wi lerii 806. a.
Wllerby 218 a.
Willeſey 8[illegible]. b. 851. b.
Willendene 982. b. 984. a.
Willeſtorp 162. 25.
Willivirton 516. a.
Wilingham 904. a.
Wiltinghere 533. a.
Wilton 793. b.
Willminton 982. a. 984. a.
Willoughton 1000.
Wilmelethton 115. 53: 118. 9: 280 a.
Wilton 985. a. 986. b. 988. a.
Wiltune 540.
Wimbleton 190. b. 191. a. 541. a.
Wime 531 b. 532. a.
Wimund. 538. a.
Winceſe 848. b. 849. a.
Winche'cumbe 529 a. 854. b.
Wincheton 163. 45.
Windefore 80[illegible] 18. 15. 52.
Winebrg: 510. b.
Winefeld † 94. 54.
Winfen 279 b.
Winepole 19. 61.
Winer 200. b.
Wineſtowe 106 38.
Winetorpe 421 b. 796. b. 806. a.
Winewic 26 18. 35. 30: 538. b.
Wi frod 510. a.
Winkeburne 510. a.
Winſterh 301. a.
Winterburne 109. a. b. 908. a. 952. a.
Winterſet 34. 37: 36 4.
Wn on 89. 35: 510. a.
Wintringham 816. a. 817. a. 820. a.
Wintring on 535 b.
Wi ing ham 906. a. 985. a. 987. a.
Wi eſtr- 527. b.
Wirelesbi 999. a.
Witham 811. a.
Witkelop 50. 43. 44. 50: 51. 30. 35. 45: 52. 1. 15. 32. 43: 55. 13.
Wiſcumb 903. b.
Wiſel 74. 20.
Wiſtmeſtow 144. 67: 941. b. b.
Witechirche 554. a.
Witeford 982. b.
Witeley 358. b.
Witenthei 1002. a.
Witewelle (*Vide* Whitwell.)
Witewich 314. a.
Witham 515. b. 516. a. 543. b. 551. b. 552. a. 893. a.
Witheges 251. b.
Withekirke 540. a.
Witheie 541. a.
Withornwik 280. a.
Withene 200. b.
Withermunesford (*Vide* Wo.mingford.)
Witingcham 73. 46.
Witkale 536. b.
Witlakesford 852. a.
Witteham (*Vide* Wyttenham.)
Witchaſſe 35. 36: 37. 15: 118. 53.
Witrincon 510. b.
Witton 200. b. 232. b.
Wittune 239. b.
Wiverthorp 35. 8: 36 53.
Wiweleſton 39 40.
Wifareſwaye 286. a.
Wlfetecot 249. b.
Wihebi 534. a.
Wineruen 394. a.
Wiwardhope 611. b.
Wod Blacolvelley 546. b.
Wodbarge † 94. 26.
Wodeford 11. 34: 14. 5: 26. 48. 269. a.
Wodham 294. b. 542. b.
Wodehuſe 123 54: 393. a. 602. b.
Wodekirke, *Cella de* Haſtri 35. 15: 38 61.
Wodenceburg 18[illegible]. a.
Wodmancote 525 b. 545. b.
Wodneburi 656. a.
Wodeſmonescote 343. a.
Wode Newton 398. a.
Wod-Play 138. 48.
Wodſtoke 543. a.
Wodetone 838. b.
Woghenerth 385. b.
Woleburge 652. a. 653. a.
Woleſtrop 538. a.
Wolfarton 348. a.
Wolgaricote 138. 60.
Wolney (*Vide* Walney.)
Wollavinton 547. a.
Wolſkebi 536. a.
Wolton 240. a. 373. b.
Wombrugge 852. b.
Worle 278. a.
Wormebarge 553. a.
Wormebarge 519. a.
Wormington 18. 58.
Wortefeld 876. b.
Worton 158. 16.
Wotton 19. 46: 30. 36: 114. 38: 115. 3. 50: 117. 49: 52: 118. 7. 24 60: 119. 18: 267. a. 536. a.
Wichorne 510. b.
Wdetorpe 851. b.
Wraggeby 644. a.
Wreth 264. b.
Wrecheroych 284 b.
Wrechewyche 138. 37: 283. b. 284. a.
Wreck 268. a.
Wridefeth 115. 46. 49: 116. 54. 56. 1. 15. 58.
Wringtone 840. b.
Writelam 294. a.
Wrmley 11. 44: 263. a.
Wroceſtre 254. b.
Wrogeland 275. a.
Wrotham 954. b.
Wrotesley 852. b.
Wroxton 327. a. a.
Wrton 140. 44.
Wryghtinton 305. b. 308. a.
Wytele 1014. b. b.
Wudford 8. 32: 12. 54.
Wudcham 508. a.
Wudmanneſwelle 8. 6.
Wudeſtoke 276. a. 318. b. 396. a.
Wultharde 129 27.
Wulfereceſtre 129. 28.
Wulneley 266. b.
Wulnwey 325. a.
Wulrichesſton 119. 26.
Wulrickby 423. a.
Wulwarde 118 33.
Wurdihel 8. 31.
Wurdinton 39. 41: 40. 15.
Wurmeſci 14. 12. 16. 53.
Wychale 290. b.
Wycham 810. b.
Wyche † 85. 21: 90. a.
Wychele 253. a. b. b.
Wyclye 248. a.
Wycton † 89. 6. 20. 19. 36. 482 90. 66.
Wydmerſh 223. a.
Wyffeley 310. a.
Wyg 232. a.
Wygedone 103. 19. 38.
Wygemore 215. b. 216. a. b. 217. b. 221. b. 222. b. 223. a. 267. a.
Wyggemore 220. a. b. 222. b. 223. a. b.
Wykale 288. a.
Wykam 154. 58.
Wyke 71. 68: 138. 43: 253. a.
Wykefurd 409.
Wykcham 412. a. 803. a.
Wyken 321. a.
Wykingeſtone 967. a.
Wykys 329. b. 321. a. b.
Wyleby 155. 20. 13.
Wylgeby 50. 57: 54. 55.
Wylkon 240. a. b.
Wymandeſwald 608 b.
Wymondwold 608. a.
Wyn 547. b.
Wynburne 982. a.
Wynchendone 154. 63: 155. a. 61.
Wyndeſores 376. b.
Wynelcote 47. 62. a.
Wynelesford 67. 7.
Wyneleſthorpe 163. 67.
Wyner 200 b.
Wynerdeley 103. 38.
Wyneſtow 547. b.
Wynetone 22. 46.
Wyngfeld 246. a.
Wyngham 374. b.
Wynhill 556.
Wynkalton 307. a.
Wynkeburne 546. b.
Wynnes 281. b.
Wynterborne 480. b.
Wynterbourne *Stoke* 978. a.
Wynthorp 795. a. 803. a.
Wynterhard 232. b.
Wynwike 25. 50.
Wyperley 404. a.
Wyſhon 50. 58: 50. 30: 51. 25: 53. 8. & 12: 54. 55. 56. 45: 55. 62 55. 3.

Index Locorum.

Wyttanestow 147. 29.
Wyston 549. 2.
Wytebec 426. 2. b.
Wytebroc 48. 2.
Wytekec 191. 2.
Wythedenslade 317. 2.
Wytheges 252. 2.
Wythem 214. b.
Wythen 200. b.
Wytheron 103. 39. 37.
Wythe 84. 25.
Wythornwyk 200. 2.
Wythui 138. 31.
Wyton 200. b.
Wytsand 404. 2.
Wyttenham 155. 34. 25.
Wyxham 551. b.

Y

Yarhull 453. 2.
Yatminga 92. 48.
Yarum 401. b. 148. 26: 149. 15.
Ybbeston 138. 62.
Ydel *aqua* 42. 9. 43. 45.
Ydingron 917. b.
Yelstop 535. b.
Yerdeley † 90. 50. 55.
Yesthec 84. 49.
Yeveley 506. 2. 546. b.
Yfeele 117. 42.
Ygwarby 917. 2.
Yifeeley 974. 2.
Yilham 654. 2.
Ymbeblowesmere 283. b.
Ymeney 537. 2.
Ynedich 254. b.
Ynesford 438. b.
Ynge ar Stone 544. 2. 553. 2.
Yrchi 74. 37. & 40.
Yrkingfeld 967. 2.
Ywarebi 533. b.
Yxworth 184. b.

FINIS.

Errata, sic corrigenda.

PAg. 1. col. 2. l. 29. mitr. p. 3. col. 2. l. 43. *Fagnii*. p. 10. col. 2. l. 44. nostrot. p. 29. col. 2. l. 1. sanc. p. 37 col. 1. l. 22. & 40. *Mand vil.* p. 25. col. 2. l. 23. **Pebrbyche.** p. 26. col. 1. l. 16. **Normancros.** p. 26. col. 2. l. 8. *Edmundi*. p. 28. col. 2. l. 40. *Crist.* p. 31. col. 1. l. 28. 32. *Oseney.* p. 33. col. 2. l. 45. **Postell.** *Ind. in marg.* Ex Cartulario de **Postel** in bibl. *Hatton.* p. 34. col. 1. l. 34. *in marg.* Ibid. p. 34. col. 2. l. 19. *Rogerus.* l. 34. *in marg.* Ibid. p. 34. l. 3 *Burtons.* p. 43. l. 5. col. 1. **Postel.** p. 45. col. 2. l. 25. servus servorum. p. 46. col. 1. l. 40. dele *de sede* &c. p. 49. col. 2. l. 3. *Mandat.* p. 51. col. 2. l. 27. filiæ. p. 55. col. 2. l. 3. **Milleby.** Ibid. l. 12. **Mishon.** p. 56. col. 2. l. 14. *Semerus* p. 163. col. 2. l. 55. Episcopus Conventum. p. 77. col. 2. l. 6. *Buttetort.* p. 83. col. 2. l. 32. *Legeceftriæ.* p. 92. col. 2. l. 27 *Sacram.* † p. 91. col. 2. l. 14. Land 2. l. 45. *Walvisbilla.* p. 95. col. 2. l. 12. & 16. **Homerworth.** p. 108. col. 2. l. 26. & 29. **Lanstenton.** p. 113. col. 2. l. 66. una cum. p. 115. col. 2. l. 45 & 49. **Wadefen.** p. 117. col. 1. l. 42. **Pfreie.** p. 126. col. 1. l. 32. *Armenild.* p. 129. col. 2. l. 26. **Tichbo.** lb. col. 2. l. 22. *Grafeag.* p. 130. col. 2. l. 19. 28. & 29 landam. p. 131. col. 1. l. landa landam. p. 133. col. 2. l. 41. Blodwith. p. 134. col. 2. l. 66. *Pontearch.* lb. col. 2 l. 49. *Bfleet.* lb. l. 59 **Wauthem.** p. 141. col. 2. l. 54. North-**Oseney.** p. 143. col 2. l. 22. **Arundel.** p. 144. col. 2. l. 23. 32. 35. Sim. p. 147. col. 1. l. 61. **Shanburg.** p. 150. col. 1. l. 30. Vallem. lb. col. 2. l. 22. *Cotesi.* p. 151. col. 1. l. 45. 47. 49 **Levingeth.** lb. col. 2. l. 6. *Ellurm.* lb. col. 1. l. 39. **Wautrey.** p. 152. col. 1. l. 4. **Herripole.** p. 153. col. 1. l. 60. Capitulo. p. 155. col. 2. l. 11. **Stringeham.** p. 157. l. 25. (in marg.) Armig. lb. col. 1. l. 10. fundatione. p. 161. col. 2. l. 36. **Wicham.** lb. l. 37. **Funtlat.** p. 163. col. 2. l. 10. **Carbone.** l. 58. Bigod. l. 61 *Dunstanville.* p. 165. col. 2. l. 37. *Literanensis.* p. 166. col. 1. l. 20. *Humbriam.* p. 167. col. 1. l. oriundus. p. 186. col. 1. l. 56. & col. 2. l. 4. **Baron.** p. 204. col. 2. l. 46. **Witfoid.** col. 2. l. 30. **Cettepe.** p. 254. col. 1. l. 50. *Mortemer.* p. 333. 2. l. 7. *Esselwe dam.* p. 252. col. 2. l. 24. **Wellingestret.** p. 273. col. 1. l. 53. *civitas.* p. 298. col. 2. l. 43 ovibus. p. 329. col. 2. l. 45. Bi *ames* p. 337. col. 1. l. 39. *Wabill.* p. 341. col. 2. l. 43. *Canvyle.* p. 363. col. 1. l. 11. dele: p. 379. col. 2. l. 10. tactis. p. 382. col. 2. l. 18. HOSPITALE S. *Mariæ* extra **Bishopsgate** *London.* p. 386. col. 2. l. 8. urbio. p. 387. col. 2. l. 61. *Augus* Regis patris nostri. p. 391. col. 2. l. 50. *Burdet.* p. 438. col. 2. l. 4. *wallensh.* p. 466 col. 1. l. 18. Regularts. p. 538. col. 2. l. 42. **Budwicke.** p. 813. col. 1. l. 26. PRIORATUS de **Battele** in agro *Line.* p. 836. col. 1. l. 22. *Radulphi.* p. 839. *in margine Hoffin.* de orig. & progressu Monachatus impr. *Tigur* 1588. fol. 261. 2. p. 839. col. 1. l. 28. particulam. p. 851. col. 2. l. 43. **Hilleburgwith.** p. 899. col. 2. l. 7. pez. p. 914. col. 1. l. 63. *Malbanc.* l. 64. *Nemetwico.* p. 919. col. 1. l. 18. 31. *Menitwarin.* p. 932. col. 2. l. 33. *Ricardo* p. 952. col. 1. l. 48. S. Gregorii de *Banquerilla*.

Digitized by Google

Digitized by Google